Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

tu.
in.l.ea qdē.idi
gatio quā ſm iu
dam veritatē ⁊
1 ¶ Noia ppꝛi
2 Argumētū ab
3 Aduerſarius litis
tur in alia inſtantia eti
4 Citatio fieri dꝫ cum lice
5 Citare non debet iudex
6 Citatio an poſſit cōmi
nus tenebitur ei credere.
7 Reſpondere non tenetur qu
caſualiter inuentus non reſpo
8 Declinatoꝛiā opponere non ↄ
interrogatus ſi velit coꝛam eo litig
9 Interrogare poteſt iudex in qualil
10 Citatus recedens ſine licentia dit
11 Snīa excōicationis pferri vſ p
12 Excommunicatus pro manif
debet abſolui niſi pꝛius ſ
13 Excommunicatus done
ctione niſi intercedat actu
14 Contumax mulctari pote
15 Excōicatꝰ nō priuat tu lo
16 Citatio an poſſit cōmi
17 Reſpondere in iudicio an
18 Illicentiatus recedere a
19 Citatus certo termin
hoꝛa ꝙ fuerit citat
20 Contumax condēna
21 Conciliū pꝛouinciale i
nuntiare eum depone
22 Uerba iſta nullus cō
23 Notoꝛius foꝛnicatoꝛ ſi
25 Latinitas falſa non viti
26 Synodus ſine conciliun
nus eſt ſuſpectus vel
26 Conſentire in iudice
28 Dilatoꝛie an tolli po
reſt.ſi detur conſenſu
29 Recuſari an poſſit iu
30 Appꝛobans iudice
ne ſuperueniente
31 Penitere an ⁊
32 Soluere p
rit conuent
33 Soluere ſi p
34 Pactū ſi ſiat
eius iuriſdictione ⁊
35 Excommunicatus
fenſa non abſoluit
36 Rubꝛice debent c

a

pꝛe

Ayuntamiento de Madrid

re
art.in.l.ſi fini-
idi videtur duo
non comparet
d ſufficiat cita
duerſarij.nam
actor.de do. ⁊ con
ns citari niſi prius reſi-
atione in alterã diem.li
offi de ele. ⁊ etiã do.An
ferre.per dictum.c.con-
is citatus nõ comparuit:
eſt maior equitas qd poſſit
met qui fecerit citari negligit
icto.c.actor.predicta tñ vidẽ-
iudex ex officio poſſet procedere
habetur de elec.c.cupiẽtes.§.qd ſi
n.lib.vj.Secũdo qñ non compa
ẽs comparet in termino. ⁊ tũc
per dictũ.c.cõſuluit vt eſt di
nõ poſſit differre ex quo
qd ſi actor expectauit
oſtea intelligatur licẽtia-
licet tutius ſit qd petatur
ut do.Ant. ¶ †Itẽ ad-
mparet ſi actus expe-
quã fuerit citatus,non va
ut clem.⁊.l.ſi.§.ſi.co.tit.
nentem ſm formã di
.vide Bart.in.l.non
de inquãtum vult qd
ine noua citatione per
um vt condemnetur in
[illegible]dic.in.xij.q.nam
la[illegible]iter multã ⁊ con
tam non debere imponi
r.in.l.ij.ff.ſi quis in ius
ar. Bar.in.l.iij.§.ſi ad
ie reſpicit proceſſum
nc poſſit ſine noua ci
ltum poteſt.l.edil.§.
ne noua citatione di-
ñ Cy. ⁊ Jo.an.j.de
que non reſpicit
in no ſit impo-
i.d.l.ij.Nec
fieri ſine no
illa,quia eſt
.j.in.vj: ⁊ ſi ve-
noua citatione ſicut
a potes reſponde-
uitur in illo qui ha
re.⁊ ſic habuit bo
areat non dz iudi
endendum quare
i. in.c.qm̃.§.porro.
atum dicit qd con-
poteſt pronũtiare
.vj.biduum.§.ſi
[illegible]it que dixi
cauſa prohi
bus.iij.q vj.et
iuriſdic or alis-
non
het

Ayuntamiento de Madrid

ad et ...
reſpiciūt directe i
lis indirecte excōica
ideo talis licet pecce
cōmunicatus maiori nec nu
ꝛ ſi etiā celebret non erit irre
23 tus directe vt no.in.c.j.de ſei
infertur ad illam queſtio.
interim ſit irregularis.n
non videtur in eum ind
q2 dicūt qꝺ nullus au
ter cōcubinam habere.j.c.
poſitū,q2 imo etiā videt
hec.xxxij.di.vbi expreſſe i
immiſceat ſe diuinis,ꝛ
laqueati nec poſſent celeb
iſta opinio non ſimpliciter
eſt ſimpliciter ſuſpēſus:ſed quā
habi.cle.ꝛ mul.c.ſi.ꝛ.lxxxj.di.ſi
te canonis eſſe videtur qꝺ ſi peniteat
aliam diſpēſationem pape quā debuit
tiam ꝛ per hec non ob.iura allegata
quūtur in ſuſpenſo donec peniteat,
eſſe videtur.facit qꝺ no.Inno.in
et in.c.vltimo.de cleri.excom.
beo opinionē do.Anto.
qꝺ notorius fornicator celebrans
nuit Inno.in.c.ſi celebrat.de cle.e.
Item non dicimus.ꝛ ver.de notor
quā.ſ.tetigi.licet Hoſt. tenuerit
opinio Innoc.videtur benign
lam in penis.de reg.iur.lib.vj.
tur niſi in caſibꝰ.c.j.de ſen.excō.
eſſe expreſſum, ex quo de h
autoritatis.cautum t n eſt
tionem impetrare.fac
preſbyteri.cū.c.ſequēti
24 Inno.¶ † Itē aduert
net qꝺ per verba
bēte poteſtatē
tionē quis ſit alien
dum videtur interdicta
ba ſint adeo generalia
omnē effectū excōic
latiuis vno ꝓhibito inte l
notatis.ff.de acceptila.
duitate.ꝛ ideo ſi aliꝗ
intelligitur ꝓhibitu
bine.j.de ſen.excō.
ſimpliciter index ꝑcipit qꝺ
nullus cōic cū tali donec ſat
clax eſt qꝺ inducitur tūc ex
vt euitet op
aur.ꝛ arg.leg.nam debe
bum.ideo dixit qꝺ nō
noīe ꝛ verbo.ꝛ adde q
itē poſſunt eſſe due part
propriū.¶ In gl.ij.in ſi .hec
de mala grāmatica ꝛ ſaluatur lite
figurā grāmaticale que dr anth
25 de fideicōmiſ ꝛ ſa. qꝺ no.in.c.ſo
vitiari reſcriptū ſtolicū ſi
26 grāmaticalem.ꝛ nita.c.
gl.iij.in ſi.Sed
cet.j.ti.j.vbi ce
cōiter tene
politanus
ſuſpecti.ꝛ.j.v
do vnius
dat ſu
tan pot

Ayuntamiento de Madrid

ꝗ loco. 3
oco expreſſato. et
xercetur res ad mini
ar. in.d.§.ſi quis iſta.
actu de rñdendo corã iudice
iuriſdictione ⁊ ſit iuratuꝫ, an
r qđ ſic.q2 iuramentũ recipe-
ei qua preſtatur, ⁊ ſic videt
intereſſe ſoluere.arg.l.ſi.C.
i obligationib⁹ facti nõ
ſoluẽdo intereſſe.l.ſti
r.obl.¶ In cõtrariũ facit
dat. Itẽ hꝫ in ſe clauſulaꝫ
nõt.⁊ ſic licet preciſe nõ vi
le ex iuramẽto.arg.l.cum
a pars eſt verior ſm do. An
eſia t.¶ Adde ꝙ vbi ſuper fa
quis poſſe preciſe cogi. nec ha-
otabilis ⁊ ſingularis in.l.ſi pecu
ceſſe.ff.de condi.ob cau.idem voluit
eiur.¶ Cõtrariũ voluit in.c.per tuas.
Jo.and. ⁊ do.Anto. ſed plus placet
ex quo iuramẽtum põt ſeruari ſine
ri. vt in.c.cũ cõtingat. de iureiur.
erit in forma ſpecifica vt ꝓbatur in
ob.l.ſi.C.de nõ nu.pec.q2 ibi ꝓ-
non habẽt effectũ, ⁊ eadẽ ratiõe
in. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſori.
e qđ vbi qs eſt excõicatus pro con
offenſa, ⁊ olim ⁊ hodie nõ ab-
ſed vbi quis eſt excõicatus ꝓ
n nõ abſoluebatur ante cauſe exi-
cũ cõtingat.de offi.deleg.Si vero
m non abſoluebatur ante
de ſtãdo iuri.ſ.de ver.ſig.
te ã dic que hodie habe-
xime dixit. Itẽ ibi:ho
ſ.⁊.ij.que recidit in idẽ
imponitur finis: ſed per
i poſſeſſori.§.ſed ſi cum
vltimo pro ſuſtẽtatione
in rubrica. † ꝙ licet ſiat
i principio libri.vt eſt gl.ſin
as continuatio debet
de ad rubricam.
ens curam vel admini-

ictari, ſecũdum iudi

conſulto res in cauſis eccle-

ue ponũtur gratia exẽpli.
re aut eu beneficia cõ
ſticarum habere.
clerico ſimul.
aici ecclefiaſtica nego-
tractare non debẽt.h.
ſicu t tria ſunt dicta. ſecũda
ꝓpter. ¶ No.qđ omnis tracta-
ſticorũ proh tur laicis.¶ † No
one prelatoꝝ illi de quib⁹ hic
ꝓlato ſun vocabulo quili
eccle dici ꝑlatus per
quiſiſti. ſtricte
per id qđ ha-
au.de lia-
ati illas tra
rt eſſe aſſeſ-
ic ⁊ Hoſt.nã li
ritate
res.qđ
ꝛt ellige

eti.
..c.bene qi
r. laico poteſtati
ptātem conferendi
ſicut.de elec. ¶ Et ce
vel economus rerū eccleſiaſtic
...ationē rerū eccleſiaſticar
vnā cam.... vel etiā plures etian
s.de ſyndi.r.c. duo.de proc
citudo bonorū ...orū.p
vij.c.in noua actione.r.de
poſſit cauſa ſpūalis dele
de illa in eis poteſt cō
tra in ſumma de dele.§.
r.c.eccleſia cū ſi.de cōſti.r
rationē diuerſitatis.niſi
iuriſdictionē.l.ait pretor.l
cōſiderato φ ſnia arbitri h
rit actionē ſicut ſnia iudicis.i
¶ Et tene menti dictū do. Ai
cōcedi laico ab inferiore a papa
r conuertendi in fabricam eccleſie. .n
operarios qui in tuſcia conſtituun .ur
ſijs. ¶ Et ſubdit φ nō poteſt cōſtitui
dam rem eccleſie,qr videtur tunc act
laico,ſed forte hoc dictū non eſt
pter mādatum ſibi datum r ſic non ſu
ideo videtur hoc poſſe per id qđ to
tamen menti dictum ſuum,r in telliges q
ſit alienare etiam interced ente ſolennita
beret dubium.
1 ☞ Juſpatronatus poteſt per laicum po
riſpatronatus non eſt mere ſpirit
Uanto dic
1 Q cium eccleſie.h.
cauſa iuriſpatr
eſſet mere ſpūalis nō p
ſ.de pſcrip.cauſam qu
re patronatus cenſetu
ſpūali quo ad alia
ad hoc ſepe alleg
parate ſeu diuerſe natu
nexitatis.facit.ſ.de cōſec
in ſi. Adde qđ not.archi.in
ſunt ſpūalia eſſentialiter.vt
participatione vt res ſac
dam ordinatione vt ſunt
fine ſpūaliū.r per hoc
dici ſpūale,qr eſt pre
r ius ſpūale,tñ qr non im
tione eccleſie cadit in laicum
cum nō conſequit pſentatus
nem quā facit epͥs de pſenta
ratur via ad ius ſpūale con
ius ſpūale vt cōtingit qñ e
cū inter canonicos . ta le
ſan.eccle.r.c.maſſana.
cta.s.c.proxi.r p no.
in ſumma huius ti. ¶
vult φ ſi ageretur ac
ſo donari.r forte
ſecus ſi ageretu
mitat iſtum text
neralitatem eiu
gūs quia circa.
laicus non poſſ
ſingulariter vt
eſt patrona
natu r tn
quod nu
1 ☞ Co
non
2 Co

Ayuntamiento de Madrid

)et
:,q2 de qu
equitatē h3 qd nō
.cū corā laico,quā qñ
cet opi.d.Anto.forte
te in practica alias ſeruaretur
o.¶ † Et per pdicta videtur q̄
i ſeculari iudice ... alis confeſ-
3 faciet indi..u ad torturam.
nullo modo poterit puniri,
oſſe indici purgatio vt dixit
niri ex cōfeſſione nouiter
intelligi dictū Innoc. in
iſſe t facta in cauſa ciuili di-
co2am iudice eccleſiaſtico
zatur aliquid rationabile
ex pductione facta noui
ali: ſed vt ex extraiudiciali
cōfeſſio facta per clericū co
adicialis. Si aūt teneremus
i effectum penitus pduceret co-
minora ibi.i.cōmunius. Sed certe
tis est cōmunius.l.diſt. q2 tua. ideo
c precedēs, q2 multa alia ſunt grauiora
et hereſis, vñ poſſes dicere ſm Vinc.
unanime polluūtur, et ſic magis ſe extē
elicta. Potes etiā dicere qd hic non di
oribus ſi exponas minora.ſ.adulte-
, et ſic tūc eſſaret cōtrariū glo. ¶ † In ca.
foro penitētia li nedum eps, ſed etiam
ſpenſare circa canones penitētiales, et hoc
ſunt arbitrarie de pe.di.j.mēſurā.qd
duce ntibus penā depoſitionis vel
ponet ſacerdos diſpēſare niſi per-
l.facit de peni.diſt.j.mēſuram. In
adulterio et minoribus po
ohibitū in maioribus vero
mıſſum et per hoc ceſ-
tcō. quia non loquitur
dicatione que facilius
cedat de qua dic, vt.j.
in illo. vbi pt3 qd ma-
qd not. de elec.cupiētes.
vero caſibus cōclude qd
nſia, per.c.dilectus. de tē-
ſi ius permittat diſpenſari:
de elec.nihil.tunc tū ſolu3
inferiorem epo qui nunq̄
mitiatur vt voluit Inno.in
ordi.recepit.c.ij. ¶ † Extra
vult qd pro ſimplici forni
ſi erat ſacerdos vel in ſa-
lex fornicatio ſed inceſtuoſa.
d.nam gl.etiam in preſbyte
rimianus.lxxxi.diſt.et.c.la-
uniter tenet.ur vt patet ex
nicatio eſſet admiſſa cū
d.c.lator.et.xxx.q.j.non
ſi aliquis eſt diſpenſa
atum dummodo ele
et diſpenſari niſi per
o.in.c.innotuit.de
dignitatem epi
ad illam.vt vo-
videtur eſſe de
itatem epiſco
n aliis.de elec.
t qd ſi cōceda-
timādi ince-
terio.qp nō
defectū.
nguinea
tul. et
obli.
uit

Ayuntamiento de Madrid

...j.cii ibi
ſpiciunt illã c...
ꝙuis in.vj.tamẽ...
conferendi.vt pat...
Bart.non videtu...
ſtricte eſt intellige...
ſentit Joã.an.⁊ volu...
teſt remꝛobari videlicet...
tur conceſſum id qđ eſt p...
⁊ facit quod no.in reg...
minus ſit diſpenſare c...
tra duo cum illa ſint...
pa.ideo ex quo conce...
vnum vitium non p...
dem ſubiecto ⁊ pꝛo iſt...
ſan.⁊ affinitate.

1 ☞ Vaſallus ſuper feua...
debet ſi coꝛam eo ſit paratu...
2 Infeudare poteſt pꝛelatus r...
3 Queſtio de feudo inter duos v...
determinari.
4 Pꝛopter negligẽtiã iudicis iuriſdi...
5 Queſtio ſuper poſſeſſoꝛio rei feu...
6 Et qui ſint iudices tam in cauſa pꝛi...
de feudo eſt queſtio.
7 Pares curie qui dicantur.
8 Si de iuriſditione iuditis eſt dubi... iuriſditio ⁊ quid in poteſtate ciuitatis q...
an poterit cognoſcere.

1 a CEterum. †Vaſallus no reſpon...
feudo cõueniri non d...
Secundo ipſius...
nis moderationẽ.ſecunda...
2 pꝛomulgatur forte per oꝛ...
3 teſt infeudare res eccleſie...
vbi queſtio eſt inter d...
no feudi de quo in gl...
lata contra pꝛohibit...
per.c.ſuper literis...
cet.ʃ.ti.j.nam v... q...
in.c.j.ad fi.de offi.iudi....
pꝛohi.feu.ali.per fede.pe...
ditio vnius oꝛdinarij excla...
ſuper eodem vt nõ habeat...
fin do.Anto.qꝛ hic dati...
reſpectu territoꝛij.alias loc...
4 in.c.paſtoꝛalis.⁊.c.cũ ab eccleſi...
ꝙ pꝛopter negligen...
5 perioꝛẽ.facit.c.licet.ʃ.ti.j....
qꝛ ſentit gl ꝙ queſtio ſup po...
queſtio feudalis.facit qđ no...
calũ.de qđ ne ſuper poſſeſſo...
detur velle cõtrariũ.qui vu...
dummodo cõſtet rẽ eſſe fe...
parte.rñdet ꝙ ibi nõ de...
potes dicere melius vt...
qñ miſerabilis perſone...
ri iudex eccleſiaſticus ſi...
6 de potẽtibus.¶†I...
b cate pꝛoſequitur tr...
dices tã in cauſa p...
⁊ ſimiliter Jo.a...
aliqualiter cõſi...
deciđũt caſus i...
ſit libꝛũ feudoꝛ...
ex bis que no....
ti.de inueſt.ir...
duos qui ſ...
ſimiles.⁊...
quẽ vel...
cõꝛa.c.j...
dũ ab i...

Ayuntamiento de Madrid

dũ poi
ionibus ſi vi-
in reſpõſione. facit
.z ſic vult gl. quod
iin no.glo. viij. di.c.
et n aliquid tãgit glo.
agenda ſcdm ea que ha-
mo ſine actione experit.l.
i. tuto. quia illud verum
tio ſibi cõpetat ſed nõ per
dicio quando agit.
io ſe defendendo ſed

ortat neceſſitatem.
bi commiſſa z quãdo.
r procuratorẽ obtineri.
Excõmunicat⁹ b põt
cõueniri ſed nõ cõue
.tur queſtio.Secundo reſpon-
us ratio.ſecunda ibi reſponde-
.†iſto.q excõicatus poteſt eſſe in
o agendo.vt hic z etiaʒ facit.ſ.de ex-
excõmunicato maiori.q: minor ex-
cõione hominũ ſed ſacramẽtorũ.ſ.de
ſ.de excep.a nobis.z intelligunt etiã
iblice excõicato.naʒ ſecus in occulto
ag re.ſed cõtrarium tenet q: etiã in illo
ſit probari per no.in.c.ſ.de reſcri.in.vi.
us poſſit per aliũ conueniri.tñ debet per
lligit gl.ex debito honeſtatis.q: periculo-
nõ vitare.de cle.excõ.c.illud.iſto.illud
deb ſuo dolo vel malitia cõmodum
ona,inter vi.z vxo.et ſi
o illum cõpellendũ.cuʒ
orte poſſet teneri oppo
icato importat neceſſi
l.iij.C.de pig.z in du-
erborũ.vt no.in.c. in-
ti.z facit.l.nõ aliter.
nõ in excõicato.
ocuratorem cõ-
is.z cõſtitui poterit
id qd habetur in.c.ſ.ã. de
occurrentibus.† Ulti-
lunt q excõicatus poſſit
titur iniuria ad impediẽ-
.vt qñ impeditur ire ad curiam
inferatur iniuria.q: pro illa nõ
procura.vbi nõ poteſt age
tur.†Et adde etiã ſcdm
olutio ab excommunicatio
n .tamen tenendum videtur
.de quo.in.c.cum deſideres.
.an.
dʒ pced ere doctorẽ legũ.
ir ituali vel eccleſiaſtica.
o clericali.
mi crimine debet corã
dice conueniri.nec va-
rationem premittit.
nonibus.ſcdã ibi
s canones imita
doct.decretorũ
Qui docto
.in.c.ſ.de paro-
Bal.in.l.nemi-
nto.q in cõ-
ctori legum
.per legi
rum.ix.
a cano-
d cano
li vel
lica

Ayuntamiento de Madrid

n.ex
pau
...ones etiã
3 inquantũ tãgit
cali.q2 ſi eſt actual
in.vj.Si aũt eſt ve...
protectione eccleſie
no.lxxxj.diſt.⁊ hoc
mine.j.eo.⁊ cũ degrad
ter depoſito ſic.vt no.
intelligi glo.ij.q.vj.in.⁊
eo.at ſi clerici.§.de adi
quenti nihil dicit do.J
1 Collegium nõ p
lati ⁊ ſi fertur ſentent
2 Judex ex officio pot
eo ſit nullus.
3 Monachi poſſunt app

C Auſam...
ti.h.d.⁊ primo cõn
tum.tertio inſtructi
1 prouideas.tertia ibi ne.¶ †No.q
cio ſine autoritate ſui plati.de quo.
cedit ſcdm Jnno.hic qñ negotiũ eſt
negotiũ erat grande ſeu arduũ.fac.ſ.j.
cõ.capituli.quãto.⁊ ita videbaẗ eſſe h
q agebaẗ ſuper quadã eccl'ia.¶ Jtẽ
bas qd intellige qñ monaſteriũ erat vni
lis erat regularis ſicut mi.lte in anglia.vt
vintoñ.⁊ dixit etiã Hoſt.q eccleſia dulin
2 dralis ⁊ regularis ordinis ſancti bñdicti.
ex officio videẗ poſſe ſe interponere ne p
nullus.⁊ facit pro his que no.c
in.vj.vide Jo.de imo.in.l.i.
3 vbi videẗ reprobare glo.ij.
appellari fratres.vt hic p
mo appellat monacho
nõ habẽt bona etiã ir
religioſi habẽtes bon
Adde dictis Jo.an.
ſine cõſenſu prelat
hic ptȝ impetra
lati ⁊ virtute talis reſc
diantur agentes ſine cõſe
Jo.an.in addi.Spec.in ti.
me.al's ratione quoqȝ eius
collegiũ ⁊ eccleſia litigat
eo q valet.ȝ nõ cõtra e
Anto.hic tenet cõtrariũ.q2 tm
nore collegij.ſed q2 nõ habet
lati.ſed in minore de quo l
eſt nullum ⁊ ſic non facit ſcd
dicitur nõ habere regularite
cio.l.mino .ff.de procura.⁊.
⁊ ſic per cõſ quẽs eadẽ eſt r
nori.vt in.c. .de  ti.in
pro non contumace ſic
C.quomodo ⁊ quãdo iu
ſi autem reus.Et no.
habet locum in perſon
1 Clericus pro crim
ſticum quiſquis ſit e
2 Deponi po
3 Penarum grad
4 Judex eccleſi
dos clericos
5 Degradar
6 Clericus a
ſeculari.
7 Teſtifica
9 De
10 Cl
tore

Ayuntamiento de Madrid

ere i
.fate
r iſtum te
Anto.ſatis vi-
s eſt iudex ꝛ ſic vi
eſt eſſe iudex ꝛ te-
dem cauſa poſſit eſ-
d qḋ habet in.l.fin.
uerſis caſibus.nam ſi
ā plato, poterit prela-
us cõſtituiſſet procura
it qḋ no.in.c.inſuper.
eretur p economū corā
s ſicut vnus de eccle-
r prudentia.xiiij.q.ij.
er ſe vel per ſuū pro-
non tractaretur cā iudi
execucione iuris notoriū
eſſet tūc clarum ꝙ illud
bili.ſ.de cenſi. ꝛ per eundem
ūt nõ ageret de rebus vel iu-
t vindicare iniuriam ſibi vel ſue
otoria, alias ſecus niſi cõſuetudo
bi concedat.vt in.c.romana.de pe-
ex parte. ¶ †Et adde pdictis qḋ lʒ
n cauſa eccleſie.tñ videt ꝙ poſſit re-
e appel.vbi cõſanguineus prelati põt
.ꝛ hoc ſequit do.Ant.Sed forte non
magis pſumit p plato q eſt perſona ec-
ꝛ in hoc pari operarent iura ꝛ gl.que vo
ſſe iudex in cā eccl'ie.ꝛ de materia in.d.ca.
ilizarius.allega.in gl.ꝛ.ij.q.vij. ſi quis ab
ga.ꝛ.xlv.diſt.in.c.ꝛ quis emendat.ꝛ.c.j.de
iij.c ui.ꝛ p Inno.in locis preallega-
j.ff.de penis:ꝛ per Cyn.in.l.
†an poteſtas vel rector ci-
iniuriā ſibi illatam vel fa-
c.de penis.in.vj.in tex.ꝛ
dicatur iniuria reſpi-
reſpicere eccleſiam.
poralem et ſpiritua-
it.
um.
omnes ꝛ maxime papa.
minum.
francie.
ad eccleſiam ꝛ nu.15.
itanum.
egale.
quocūqꝫ epiſcopo in cuius
iudex vbi maior p rouincie le
ur.
n i udicijs quo ad iuſtitiā
onendam.
ortale.
nt.
plano.
oralem exercuit cum
ſubditi non po-
ſecus i papa.
nõ poſſunt
lege aquilia:
ones.
ille

Ayuntamiento de Madrid

.ndauit

n ſibi forma.

Ite no. ꝙ papa ſ..

turbare ⁊ precipue n

cet papa quo ad habi

tamen quo ad exerci

niſi in caſibus in n

no. ij. titu. j. cum ſit

ceſſum exercitium.

delegationis. quia

2 de iudi. in. l. iudiciū olim

peccauerit in te frater t

z. ij. q. j. ſi peccauerit. ⁊ il

modum ⁊ practicā dem

quis ſolus corrigere pr

tum ſuū ⁊ monēdo ⁊ obl

ſi id non proficiat debet eum

tertio ſi id nō proficiat. debe

debet illum corripere. ⁊ ſi ia eti

excommunicare. ⁊ per hoc ab or

Inno. etiam ſi nō excōmunicetur.

to, nō obſtāte monitione eccleſie ſi

familiaritas. licet ſcdm eū tunc non t

3 in oratione vel menſa. ❡ † Item no. q

fratres. facit. xj. q. iij. in. c. ad menſam. ec

caput eſt chriſtus. ſub ſe continet. oēs c

ei fraternitate no. per Joan. an. in. c. Joān

4 ❡ † Item no. preſumi pro illo qui non qu

offert ſe paratū facit. ij. de reſti. ſpo. literas

5 terfugia. vt. j. de preſump. in. c. nullus. ❡ † I

neri ad implendum mandatum diuinū ⁊ m

qd̄ no. glo. ij. q. iiij. preſul. ❡ Item no. ꝙ eti

tionis admittunt rationabiles except

6 ſuper ea. ❡ † Item no. ꝙ cognit

iure niſi per ſpeciale priuilegi

nem aliud ſit inductum. ⁊ c

hominibus de ..onte pr

ſub epo cum eſt queſti

uatum. ❡ Item no.

terum. ꝙ ſatis dicitur

lato ſumpto vo

res curie ſue. nam

7 ter dñm ⁊ vaſallum vt

comitatum pictauie ei

8 buerit in feudū Rex angli

de peccato ⁊ illud coercer

uerte tñ qr exiſtente i

decete. ij. q. j. in. c. nulla. ⁊. j.

igitur. no. exēplo lege ⁊ rōne

cognoſcere de peccato ⁊ c

mane eccleſie. Et

ſum id quod ſit in per

9 ❡ † Item no. argumē

num ceſſat argum

10 nam de iure c

excellētiam dig

lus clericus ſub

tor ⁊ etiam papa

cerdoti. j. de pe. ⁊ remi

dele. ſam. qd̄ no. Hoſt

vulgatum ꝙ nemo ſine

11 diſt. ij. ſi

ri a quecūq e

Petrū ⁊ Jo. an.

12 autem. ❡ †

pot

cum

ſi vero cont

dex maior p

13 index. ❡

cere de

Ayuntamiento de Madrid

di ſi reu
e vel iniuſtē
conſciētiam. vnde
qd̕ erit ſumme diffi-
obetur ꝙ res de qua
etur pꝛo eo. ſi reus
a. tamē ſecus erit
tur directe ad re-
enuerit contrariū
det vt vixi. ⁊ ſimi-
es in dicta extrauag. ad
tetur intētionem acto
ur ei. ⁊ ſtatur ſuo iura
ec de hoc multū habet
nem ſuā niſi per con-
rā. Secus ſi actoꝛ pꝛobet
onem rei. qꝛ tūc poteſt pꝛo-
ur. an per viam denūtiatio
ur per falcidiā. vel trebelliani-
el virtute exceptionis macedo
iniuſte ſentētie de quibus dic vt
equit do. Ant. in hoc tū vltimo di-
tia que nō trāſeat in rem iudicatā be
atione peccati p viā denūtiationis: ſed
. tūc ſi pars fuit in negligentia imputet
. ideo etiā per viā denūtiationis agere
ecit id quod potuit. vt qꝛ bis appellauit ⁊
c poterit per viam denūtiationis ratione
rit iniuſta deduci ad iudiciū eccl'ie. ¶ Sed
um vt etiā voluit Bar. in loco pꝛeallegato.
am nō eſt licitum aliquomodo docere de iniuſti
tia eſſet notoꝛia vel niſi de illa cōſtaret per
faci quod no. Inno. de frigidis. in. c. frater
nqueri qꝛ ſentētia claudit ſibi os
o. hic qui voluit † ꝙ ex pacto
uo etiam plenius per eus
. ⁊ per Bar. in. l. ſi qs pꝛo
dictū Inno. qui vult
ſub ſit equitas natu
ne naturali que oꝛi-
obligatione nō pōt
ecclesiaſticus p viā
quod e menti ⁊ ad-
ij. ij. q. xxxij. ar. iij. ⁊. iiij.
ar. j. ⁊c.
incipales perſone ⁊ non

e ei no et niſi cōtradicat.
ō ſummatur pꝛopter eius
tatē. Quo facit naꝫ pꝛi-
cipit. ſecunda
ales perſone debent
alno niſi ſint adeo in-
m defec tus ſuppleri
iam erbo pꝛo-
um ſi tales perſo-
re. vnde
qualitate
tioni per pꝛo-
uit Hoſtien. in. c. dile-
te in. l. nō ſolum. ſ. alle-
un: quod ipſe
ratoꝛis
re pꝛo domino ſi
dominum po
eret re-
ra. et. l.
per hoc vo-
pꝛocurato-
quis pꝛo-
atum. ⁊
illud

Ayuntamiento de Madrid

... ꝑ ſe
ꝓponeret.nā ꝑ cere
... ſi nõ cõtradicit.ſ.de .
non prohibeatur factū
tum. Sed precedens int
ratio videtur in ꝓcura
iudex veritatē ſi p
principalis aduerſario
proponat niſi in caſu h
procuratorū qꝛ poter
dere in cauſa.ꝛ fin
1 ☞ Eccleſia pote
illa.
2 Eccleſia poteſt per laicu
3 Rei vendicatio non datur
4 Actio ſi eſt inepta iudex pot
tis nõ tenere vel abſoluere r
re ius agendi ex apta action
5 De vna actione licite tranſitur ad a
6 Sequeſtrari poteſt res immobilis ſi
7 Depoſitum an habeat locum in in
8 Actionem ineptam proponens ſucc
9 Cauſa exprimi debet in ſententia abſ
iudicij.
10 In ſequeſtrum an poſſeſſio transferatu
11 Sequeſter an preſentabit cum habeat p
fructus.
12 Depoſitarius vel cõmodatariu ... tenens
ſi conuenitur ꝛ nõ nominet d ... im iudicium ꝑ
13 Rei vendicatio non datur ad ... incorporalia.
14 Condemnatoria ſequi poteſt ... quando ... inq3
conſtat de iure agentis.
15 Libellus an ex ſola narrat ...
16 Libellus in quo petit ...
demnari: non tenet qu
17 Et an ſuper inepto libello
8 Examin
tū poſtea apt
¶ Et diuid
tur pronuntiationis
tertio pronunciatio.
ibi: vnde. quarta ibi: tamē
vendicatio non datur poſſ
quirit domi nū ex parte ag
ti vt probatur in.l.vnica.C.
natus eccleſie compet
1 rem. ¶ Item ... in ...
cleſia ratione iuri quod
2 ff.de contrahen.emp.
cleſia poteſt poſſideri per
tellige reſpectu quaſi p
eccleſie ſeu reſpectu ec
tionem ſuā. non autem habe
ſionem cū laicus ... re ſpiritu
ſcrip.cauſam ¶ Itē n
ſite detegi tur ex prob
non reijcit libellu
3 ¶ Item no. ꝙ
4 poſſidentem.
pronuntiand
re intentionem
tia iudicij ꝛ re
no. ꝙ caute fa
preiudicare n
5 ſe ad cautelam
ad aliā non cõt
qui duas.l.b.
ptionem tr
6 ꝛ.ſ.de reli
res immobil.
vt hic colligitu

Ayuntamiento de Madrid

cntentia
on diffinitur negoti
antia.facit qđ no.Bart
tiam menti iſtud qđ tā
one ex ſola narratione.
atus que videtur velle
nſis ciuilibus : niſi
e in odium violenti : vel
eſt ſupplere ex officio:
i niſi petatur.de elec.
ec.¶†Et no.etiā
udi.vbi dicit qđ ſi
to eum cogi ⁊ compelli
libellus:quia prius peti
.j.nam ſm do. Anto. ſuſti
elligitur petere condemnari
l.illud.ff.de acqui.here.quod
an ſuper inepto libello poſſit ſe
etiam in Spec.de offi.iudi.§. deſer
.⁊ hic latius per eum.

ſi ⁊ clerici ſeculares pro ſuis admini

n promotionibus eccleſiaſticis et defe
tatis perſone non repellit quē ab agēdo.
procurator.
ve ſuperior cui ſubiecta eſt domus vel
us ipſiu s domus ſeu loci vel eccleſie in

# IDE... TATI.

Preceptores templi
pro domib9 ſuis age
lunt.Nec obſtat eis religio.vel qđ
d.Et primo ponit iniuriā
Secundo inhibet illam
ptores ⁊ alij prepoſiti
dere pro ſuis adminiſtra
lex exceptio.de qua in tex.
mino vide domi.Pe.de
dum ſeculares clerici
re.facit quod not.j.de
vellent agere pro
tori.⁊ Innocē. in.c.
nota quod in promotioni
enda origo dūmodo.alias
et promotiō.⁊ poteſt exe
en n promotione fienda ⁊ an
i proponente.de re
is notitie ginis vel quali
ndo.et ta quod de
¶ In gl.j.ibi. infamis
cura ū canones.⁊ ſcđm
excep.§.fine.cum ibi
orum.de iura.calum.
Innoc.hic tractauit quale ſit
relatus /uperior cui eſt ſubie
pro iuribus ipſius do
materia iam per eū
omi.in.c.cum ve
effectu cōcludit
tat ad ſuperio
ro agitur de
io ſtatuto vel
.⁊ quis prefe
erminatū : tūc
ioris:tūc po
relato : quia ſi
eriorem a tota
teſtate agendi
ne proce
i ationez
vſus ipſi ce
ralis. idem ta
men ſi bona

Ayuntamiento de Madrid

ſtratio...
Aduerte tamen
dictum. tamen di
lem rectorem. facit quod
vi. ¶ Item non poterit proced
ne contumacie niſi etiam in vtraq
tabiliter voluit Inno. in. d. c. cum
betur in. l. hec autem. ff. ex qui. ca
gloſſ. in clemen. j. de reſcrip. et ibi

1 ☞ Iuſtitiam miniſtrare laicis
2 Appellationi fruſtratorie non
rico contra laicum.
3 Clericus an in defectum iuſtitie
ri. et nume. 7.
4 Trahi non debet clericus ad iudi
5 Conueniri an poſſit clericus coram
6 Reconueniri an poſſit clericus cor

a Qualiter. Iudi
de cle
mo precipit. ſecūdo im
grauamem ſuſpicatur et r
1 tibus. tertia ibi ne pro defectu. ¶ † Il
ci debēt laicis facere de clericis plenā iu
2 lerē, quia de nimis dilata potiſſime cōquer
no. non deferendum appellationi fruſtra
contra laicum. de quo in. c. cum appella
3 ¶ † Item not. quod propter defectū iuſtitie
clerici interdum de facto trahunt ad ſecu
illud fieri non debeat. ſed deberet tunc lai
mum ſuperiorē eccleſiaſticum in neglige
4 nullus. de iure pa. et. ij. q. vj. ...
prohibetur oīno trahi ad iudicium ...are.
omni caſu ſiue inuitus ſit clericus ſiue volens.
conſentiente epiſcopo ſuo. J. ti. j. ii diligenti. et c
agat ciuiliter ſiue criminaliter. et ſiue epiſcopus
ſiue nō. vt hic patet. Nec obſt. xi. q. j. ſi quis
clerici apud proprios epiſcopos. col. v. q. i
Nec ob. etiam. xvi. q. vi. filiis. qui ibi non
ciat ſed vt ſuadeat et inſtet quod iudex
5 ¶ † Et no. quod prohibet trahi. et ſic loq
de recōuentione que videtur licita. ut
6 gitur. j. eo. c. ſi. licet quidā per generalit
nullo modo poſſe reconueniri corā laico. et c
7 at ſi clerici. ſuper glo. ij. ¶ † In gloſſ. ij. ir
quare clerici non trahuntur ad forum
ſtitie. et tamen ecōtra laici propter iuſtitie
huntur ad forum eccleſiaſticū. quia cō
maior ſuppleat negligentiā inferior
ſiaſticus autē maior eſt ſeculari. ...
Sed cōtra hoc facit quia etiā inſe
ſuperioris. vt patet ex his que ...
de conceſ. prebē. et ideo forte ali
olim oēs cauſe tam laicorū quam c
qui filii ſint legi. in. c. per vener
q. v. ſi quis preſbyter. et. j. ad co
eius primum forum non vi
que habentur in. l. ſi vnus
dio. ¶ Io. An. Et adde
mittat cauſam com
Nam iſtud videtur
habiles quibus ſi
poſſit commi

1 ☞ Iudex
ſpectus
2 Recuſa
3 Et ex qu

Ayuntamiento de Madrid

tum duz
ia reus in exce-
.l.in exceptioni-
.c.dilecti.§.de exceptio.te-
mitti debet pro defenſione eccle
rocedet deſtructio Innocen̄.in ca.
ſt ſolutio gloſſe quã ſequit etiã hic
i.Nota bene quia gl.forte voluit
iuris in procedendo ſimul ſu-
proceſſus fuerit nullus.tamen
nus ꝛ peruerſio ordinis:q2 proceſ-
bene poteſt colligi neceſſario an
proceſſus fuerit nullus.tamen
nuere.ꝛ pro hoc facit.†q2 puer
proceſſum.licet ſecus quando eſt
not.in.l.j.C.de appella.ꝛ.l.prola-
oceſſus fuit nullus.quare ponde-
um dicit ſi ex dictis grauamini-
x quo papa hic ponderat appella
eſſe nullum.et per hoc dixit hic
de preiudicialibus cognoſcatur non
ſic dicit ſubtiliter conſiderando hic
tus non placet.quia hic ſaltem proceſ-
defectum conteſtationis.Ergo non po
ſe dixit.Unde poteſt dici ꝙ ad literam
conſtiterit ꝛc.ſuppleri debet maxime
Uel melius prout hic voluit do.Anto.
pellatio:quia per viam appellationis de
am.ideo debet conſtare appellatum ꝛ in
ex cauſa legitima.Fateor tamen quod
deduci proceſſus nulliter factus pro-
appellatam.Fateor etiam quod ſi voluiſſet
viam nullitatis cauſam ad ſuperiorem potuiſ
non eligit:ſed principaliter viam appellatio-
incidenter veniet nullitas.prout not.in.c.dile-
nocen̄.et per legiſtas in.l.j.C.quando pro
In gloſſ.vltima.in fin.Concludе quan-
idem effectum ꝙ ſi cõſtet ꝙ quis vult
omnia debet omnia probare.nam
inxit.vt in.l.circa.ff.de proba.ꝛ.§.de
non obtinebit niſi omnia probet.iu-
caſus in quo de iure poſſit ſuppleri
ſufficienti ꝑbato.vt voluit glo.in dicto
ſtet ꝙ non vult ſe aſtringere,vt quia po-
ns ſe aſtringere ad non neceſſaria.et
fficit ad victoriam ſufficit alterum ꝑ
imus in dubio.et tunc ſi plura qualifi-
ione.puta ſi dici quod teſtes corrupti
me aſtringere ad probandum vtrun
etiam ꝙ falſum dixerunt.l.di-
.l.fulcinius.§.j.ff.ex qui.cau.
eadem oratione proponuntur
um.de teſtib9.in.vj.Puta ſi di
falſum.Sed hoc non placet in
.Anto.hic:quia,iure nõ pro
aſtringere ſi in diuerſis ora
fuiſſe corruptos.Item
probare falſitatem li-
r ſe in dubio aſtrin-
ratione.¶†Ulti-
a clauſula reuoca
exceptionem
itur.An ve
tionem
iudicio
ſignifi-
uit quia

Ayuntamiento de Madrid

ſe[illegible]
exce[illegible]
tũnc ſ[illegible]
prob[illegible]
perſt
cauſe pr
cto.c.ſig
1 Cõ
2 Jt.ſtan
3 Inſtan
mero.5.
4 Appellari poteſt de iu[illegible] canoi
cus de iure ciuili.
6 Inſtantia cauſe principalis [illegible]
ſicut inſtantia cauſe appell
7 Inſtantia in cauſa ciuili [illegible]
cauſe criminalis durat per b[illegible]
8 Inſtantia cauſe appellat[illegible]is p
gari ad certum tempus vt ſit [illegible]

a V Enerabili
Et primo ponitur:
prouiſio.ſecunda ibi [illegible]
ſcopus Rauenas pretendit iuriſdi
nam habet multa caſtra ſub ſe q
1 ſic etiam forte illam ciuitatẽ.
cauſe deciſio videt etiã cõmitt
ſi cõmittit cognitio intelligi[illegible]
2 Bartol.in.l.a diuo pio.ff.de re iu
inſtantie non perit iuriſdictio deleg
intellectum.Scdm alium no.ꝙ vbi
nes rei prorogatur inſtantia vltra trien
3 † Item not.ſcdꝫ alium intellectũ qui
iure canonico inſtantia cauſe principalis
triennij. ⁊ hoc expreſſe tenet gloſſ.j.de do
iure ciuili ſecus in.l.pperãdum.C.de iudi
tia cauſe appellatiõis:qr illa eſt [illegible]form
rat per annum ⁊ ex cauſa [illegible]
appel.⁊.j.de appel[illegible]
ex glo.iſta colligi[illegible]
tia non pereat [illegible]nio.Secus [illegible]
ſit in hoc corre[illegible]uo ad forum eccl[illegible]
ſeruetu[illegible]co agente.per not.
Jo.cal.[illegible]incipit [illegible]
ꝙ per lap[illegible]pirat[illegible]
iudicis.⁊ ideo [illegible]e nouo p[illegible]
dice.nam perempta inſtantia pe[illegible]
vt libelli oblatio lit.conteſta.et p[illegible]
ideo iſta in nouo proceſſu [illegible]
deciſionẽ negotij vt cõfeſſiones.[illegible]tei.
pereunt.de quo in.l.geſta.C.de re[illegible].⁊
el pizolo.j.de teſti.⁊ per Bar.in.l.[illegible].ff.i[illegible]
lectus ꝙ hic ſit ſpeciale ꝓpter ſubterfi
non pereat inſtantia:ſed regulariter a[illegible]
hec lectura videtur ꝯtra tex.in
patet.ſcdꝫ vnũ intellectũm qu[illegible]
tia etiam quando per dolu[illegible]⁊
triennijũ ⁊ datur tunc actio de
ctum quem ibi voluit gloſſ.ac
triennij licet dari poſſit reſtitu
cũ nulla fiat de ea mentio.et q[illegible]
ti.de reſti.in integ.videtur p[illegible]
ne agẽtis ⁊ odio rei ſubterf[illegible]
triennium per.l.intra vtil
ſe principalis ibi in inſtãt
preiudicium. [illegible]poteſt
hoc caſu non
haberet
ſic l[illegible]
§.j.ff
randu
prie ex
Sed c

Ayuntamiento de Madrid

rio
ctus
ctatis.
e vi di
nul.
poterit
nec quo
ex to
ntentie
icio p
tū dici
e gloſſ.in ca. conſultationibus.
infinita quaſi velit q non ex
gloſſ. fi.ꝛ ſic vult gloſ.q fi
tunc locum conuentio.
in notabilibus.ꝛquod ha
e ſenten.licet dominus An
o.fina.ibi ex cauſa ꝛc.no.vnum
tuit agi iſto tempoꝛe feriato.nā
res erat tempoꝛe peritura. Alij
quibus hic per Joan.andr.ſed
ſpeciale:quia agebatur de execu
tibus ferijs inductis ob neceſſi
ſa tractari.idem dicit Joan.and.
m ſenſit gloſ.in clemen.ſepe.de
.flo.ꝛ foꝛte melius per ra
am tamen dicunt hoc verum
per qua eſt lata.Secus ſi in
videtur neceſſaria cognitio.le
ſuper reb⁹.de re iudi.cum ibi no
.j.de appella.ex ratione.tamen tex.
m ſi cognitio aliqualis habeat fieri
auſa tractari:ſed certe hic fiebat exe
erat ſententiatum.ꝛ ſic non erat neceſ
precedens opinio videtur vera ꝛ ſecun
lligendum quod notauit Joan.andr.in
e libelloꝝ concep.§.nunc dicendum.in
dici de pꝛecepto.illud tamen vide
commiſſa eſt executio pꝛe
idem.Et no.etiam ex gl.
feriata.vt voluit gloſ.ſ.intellige in di
miles.§.ſexaginta allegata in gloſ.ꝛ

Rubꝛica.

id cōpꝛehendatur.
orium epiſcopi.
cati frequenter excipiunt de foꝛo.ſed
quod foꝛum ſic excipiens ſequi debeat.
ia habetur.xcvi.q.iij.ꝛ.vj.q.iij.ꝛ.iiij.ꝛ.xvi.
tur in.vj.et in clemen.¶ Quero quid
one foꝛi.dic q in neutro genere cōpꝛe
mq; iudicis:ideſt q poteſt in facinoꝛo
e verbo.ſignifi.pupillus.§.ter
icitur territoꝛium epiſcopi.vt
quod impune non pare
in maſculino genere locus
vue.l.calcatoꝛiū.Quarto di
manibus et dicitur a feren
nto foꝛamen in naui per quod
endo.Foꝛulus dicitur burſa
foꝛatum ad penas ꝛ ad coꝛ
pellatione tamen foꝛi cō
nt oꝛdinis epiſcopalis
ota.pꝛi iuilegijs in
ant ad foꝛum

tam

m pꝛo

quis

Ayuntamiento de Madrid

bent n alain in co
iij.qō.viij.in ſumma.Si aut
2 debet intelligi ſecundum iſtu
vbi requiritur conſilium ſupe
pro conſenſu.iſte ꝛ alias quia
non habet diſcretionem.ſ.d.
notauit.ſ.glo.iij.
1 ☞ Iudex ſecularis non debet
cum ſine licentia ſui epiſcopi ſec
capturam non quo ad condemna
2 Priuilegio clericorum gaudere d
3 Uxor clerici an gaudere debeat
4 Laici ratione adminiſtrationis
poſſunt conueniri in foro eccleſia
5 Argumentum a contrario ſenſu u
taret ſenſus iuri contrarius.
b NUllus. Iudex ſe ſtringit ve
nicari.h.d. ¶ Et prime p
1 cit.ſecunda ibi q ſi. ¶ † Iſ
nans clericum ſine licentia ſui epiſco
eccleſie.ꝛ iſte qui dicit facere iniuriā
ria eiu clericorū pertinet ad chriſtu
ij.q.vi.accuſatio.in fi.ꝛ per cōſeq
ro ſecus ſi cum licentia.qḋ poteſt
nō ſuo.ꝛ idem in ſecutari quo ad c
lib.vi.c.j.ec ſignificaſti.ſecus vi
per id quod habetur in ca
quo ad condemnationem
nō excōicabitur ꝛ proceſſus
te litere.poſſet etiam referri ad minor
2 cos qḋ dicitur de cōdemnatione ꝛ nō ad
in fi.vel etiam appellat hic minores cōuei
rochiam poſſi.ꝛ tractat hic diu
dicātur eſſe de foro eccleſie ꝛ inter
de familia clericorū gaudeant priuile
no.in.c.dilecto.de offi.archi.niſi forte
nei pro mercede.ſed forte poſſet dici
ſentur de foro eccleſie.per ea que habe
3 ſtincte loquatur. ¶ † An autem vxor cler
concludit ſimpliciter q non per.nō.per
c.j.li.vi.de quo etiam per gloſſ.xi.q.i.in.c
ſubdiaconibus.Tu potes dicere q ſi n
bitanter non habet priuilegiū.Si aut
clericus in minoribus habēs v
tu ꝛ tonſura.tunc nō habebit
q2 illud datur ratione charac
uilegio fori dic q in ciuilibu
in criminalib⁹.Io.an.dicit
debeat diſtringi per ſeculare
trarium q2 regula eſt q vxor
ꝛ.l.mulieres.C.de digni.li.
grecie in qb⁹ vtunt matrim
cris poſtea q etiā in ciuilib
ꝛ eadem rōne filij taliūm c
epi.ꝛ cle.ls.d.Anto.hic
4 de cle.cōiu.li.vj.† In r
miniſtrationis qu
foro eccleſiaſtico.ſe
indicaui.De hoſpi
matrimo oncl
ipſum ho
vt no.Lar
de penitē
dentibus

Ayuntamiento de Madrid

etens cõtra obligatum ex cõ

aicum. Laicus a quo clericus
debet coram ſuo iudice laico
point dictum. Secundo ratio
calem conſuetudinem. ſecunda
lo. q ſi clericus agit contra laicũ
cleſie ſue debet agere coram ſecula
m aſſerat eſſe ſuam vel eccleſie et
ſi fateatur illam eſſe clerici vel
nõ debere reſtituere. de quo an
no. q predicta procedunt niſi de
um. ꝛ ſic no. † q cõſuetudo dat iu-
ꝛ. l. i. C. de emanci. libe. Item intelli
e niſi ageretur de ſpoliatione vel op
us etiã pro re quã aſſerit ſuam a cleri
ou. enim. ſ. eo. cũ ſit. ¶. † Et no. ſꝫ do.
ccleſie quã tenet laicus: ꝛ tunc poteſt
ri: aut cõſtat nõ eſſe ꝛ tunc non poteſt
ut dubitatur. ꝛ tũc ſi laicus conuen-
i corã ecc... ſiaſtico. Secus ſi neget
tex. Sed an procedat eius dictũ
ex predictis q vbi allegat quali
iuriſditionem nõ eſt neceſſe illaꝫ
et. ¶ In gloſ. fin. in fin. Et tole
eccleſie vel ratione conſuetu-
... lxxxix. diſtin. dicit: quod
... laicum inc... tincte ſeruant
... non admitte... tur exceptio. et ſi
curia non daret literas ſuper appellatio
tioni inter meros laicos dediſſet iudices:
pro... dunam de iure vide... ſta ap-
... ſuo. licet. ¶ Extra ... quia lite
... petit rem eccleſie a laico quam
tur quid ſi conſtaret eam eſſe eccleſie.
... poterit agi coram ecc... ſtico a
re. ꝛ ſimiliter dicit ſecus ſi agatur ex le
x ſimilibus actionibus: qꝛ tunc corã eccle
m. Sed hoc dictũ nõ placet Hoſtien. qui
um tex. niſi ratione priuilegij vel conſue
c reſidet Ioan. and. et Io. cal. hic dicit
iſſe quando ſimpliciter agitur ex lega-
nãdo allegaretur violentia vel
tu... per no. per ipſum Inno.
t... p ſtudentes non percipiunt
q cõtra dictum Inno. facio
petẽs ex cõtractu cõtra obli
eccleſiaſticus cognoſcere: ſed
tũ eius in actione locati quã
re. eccle. vel clerici. ꝛ laicus
ci. nam tunc actio locati lꝫ
ta ſm eum quo ad cenſen-
itur realis. per id qđ no. ſ.
r reali de re eccleſie co-
erſonali ſcripta in rem
ſcripta in rem. l. i.
poterit agi ... ram
vendicatione pro
hoc di... dief ſum-
... non au-
l ſedem. de
... ria: quia
... dam iu-
... tionem.

Ayuntamiento de Madrid

ntingunt ꝛ ſe vidiſſe
dm ſuperius dicta.
in rem ſcripta nul
alis competens
modo. contra
ſtiſicet tamen
o fatetur rem
i vendicatio.
eius natura vt de
que notantur ı.l.qui
.ff.ad le.falci.ꝛ etiam teti
d.Flo.vult indiſtincte qd
leſie cognoſcat eccleſiaſti
oc clarum ꝑm eum.ſi negat
ogn fundande iuriſditionis.vbi
action niſi eſſet in rem ſcripta ſm
allegaretu rapina vel minus legitim⁹
contractus aut dolus ꝛ fraus ſi gnoſcet eccleſiaſticus.ſi au
tem allegetur rapina ꝛ ſic ſacrileg ntum ſi de illo conſtet cla
rum ꝙ poterit cognoſci per eccleſi ricum.ſi autem ſit dubium ꝛ
reus neget tunc cognoſcetur ſum ie ad finem fundãde iuriſdi
tionis.et ſi in ſummaria cognitio ne de illo appareat ꝓcedetur
in cauſa ꝛ poſtea plenarie t.Si autẽ ſummarie non con
ſtet tunc remittetur ad iudicẽ ſecu lare.ex quo reus eſt laicus.iſta
eſt concluſio ſua hic.ꝛ in.c.eſt nerale.ſ.eo.ꝛ per hec patet id
qd dixi de legato qd debet intelli quando conſtat rem legatam
eccleſie fuiſſe teſtatoris.nam ſi negatur ꝛ per conſequens nega
retur eſſe eccleſie ſummarie debe ri diſcuti ad finem fundande iu
riſditiõis.¶ Sꝫ aduerte quia vt tetigi Hoſt.hic voluit quod
vbi agitur reali pro re eccleſie.ſi reus negat illam eſſe eccleſie qd
tunc nullo modo cognoſcet eccleſiaſticus.ꝛ ſic non cognoſcet eti
am ſummarie ad finem fundande iuriſditionis.im̃o etiam vide
tur velle idẽ ſi non negat rẽ eſſe ecc ſi non allegatur aliter ra
pina vel oppreſſio vel alia qualita tibus p Inno.ſ.eo.cũ
ſit.ꝛ ſic intellexit Archi.ꝛ Hoſti.xvi. ꝛ canonib⁹.vbi videt
velle qd cõmuniter non teneatur opi. tum Inn.hic.
de quo dixi.ſꝫ id quod no. Inno.in.c.cum ſit.ſ.eo.vbi concludit
Inno.ꝙ ſi clericus agat pro re eccleſie contra laicũ ſi allegat ra
pinã.ꝛ ſic ſacrilegium vel etiam oppreſſiones ſeu violentiam vel
etiam dolum aut fraudem.vel minus legitimũ contractum vel
agat de iure ſpeciali.tunc poterit agi coꝛam eccleſiaſtico.ſec⁹ vbi
aliquod predictorum non allegatur.ꝛ ideo ſi in eũ aliqua ex qua
litatibus pdictis in libello eſt expꝛimẽda. non poſſet agi co
ram eccleſiaſtico.ꝛ reſpondet ad iſtud.c.ꝙ loquitur qñ aliqua
de dictis qualitatibus nõ allegatur agitur ſimpliciter actione
in rem vel depoſiti.ꝛ ſic vi ꝙ ſi agatur actione in
rem pro re eccleſie.hoc ſol poſſit agi corã eccle
ſiaſtico.do.Flo.tenuit contrarium dixi.¶ Item pondera
ꝙ ſi agitur depoſiti agendum erit corã ſeculari.nam non videtur
ratio diuerſitatis ſi agatur actione depoſi vero actione lo
cati.ꝛ tamẽ Inno.hic voluit agitur actione ex lo
cato pro re agi poſſit ꝛ reuera non vi
detur poſſe dari bona ratio diuer ꝛ patet ex predictis
qd Innocẽ.ꝛ Hoſti.in.d.c.cum ſit videtur tenere id qd dixit
hic Inno.in hoc.c.ꝛ voluit Archi.in.d.c.in canonibus.vbi vi
detur velle ꝙ cõmuniter teneatur dictum Innocẽ.in.c.cum ſit.
reiecto dicto Inno.in iſto.c.ſi clericus.ꝛ dicto Hoſ.ꝛ idem Lap.
de caſti.ſua alleg.lxvi.¶ Et dixit etiam Inno.in.d.c.cum ſit.qd
ſi ſit dubium an ſit ſacrilegium vt quia allegatur rapina:ſed de il
la non conſtat quod nihilominus iudex procedet ſuper principa
li ꝛ ſi probabitur condemnabit ipſum laicum ipſe eccleſiaſticus.
Si autem non probetur tunc iudex eccleſiaſticus abſoluet laicum
ab impetitione actoris ꝛ ex alia cauſa ꝛ em.
ſ.actionis.ff.de excep.rei iud.
in vna parte dicit ꝙ ſi agitur r
tunc cognoſcere debet iudex ſe
habebit cognoſcere eccleſiaſticus
iuriſditionem per iſtum text.ꝛ ſi
in alia parte videtur velle oppoſ
allegatur in libello qualitas cui
fundandam iuriſditionem iudic
bet ſummarie probari ad fidem
per legiſtas.ꝛ maxime Bartol.i
vel vtilitatẽ publicam.ꝛ per Ic
ſ.contrahẽtes.de foro cõpe.in
literis.nec placet ſibi opi.qꝛ ſu
concludit iuriſditionem iud
qui in hoc fuit ſibi contra
per.l.penu iuriſdi.o
probat.qꝛ ſi verũ ſu

iuriſdict
to peti
ue ſi no
ta noſſet
ſi vera ſit rei
requiratur rei
ſe eccleſie.vid
cognoſci.pro
quod ponit
ſi allegetur re
mus fateri ꝙ
iuriſditionem
Hoſt.vnde tunc eam ſi
trahi ad foꝛenſem ceret ſuſp
maria cognitione ꝙ rem eſſe eccl
dictum Inno.in.c.cum ſit.tunc clarum
opi.Hoſtie.ꝛ ſic non deberet ſummarie
ſenſu.nam eodẽ modo poſſet ſi
licet alias negetur eſſe eccleſie quod
ſiaſticus.qd tamen non eſt rationabi
lit ſumendum argumentum a cont
contrarius ſenſus videtur eſſe c
iuris que vult quod actor ſequa
licet reus fateatur rem eſſe eccle
tinet.forte quia a principio eſt
iuſtam cauſam retinendi dolle
mittatur actio de euictione
tura.ſ.cum me abſente
generalis.ꝛ ſic non eſt
culari.licet fateatur re
allegauerit.ſi tamen
reperiſſet in here
nere ſi petatur.ꝛ
de caſtilione
tur iniuſtum iſtu
ticulo quando qualita
ibi videtur velle oppoſitũ
propter predicta tutius ẽ
ſit.quod ſequitur Archi
ceſſabunt multe diffic
domi.Anto.¶ Et per
fecte dixiſſe.¶ Item fac
dicit ꝙ quandoque qua
nature ꝙ ſufficit ean
vt quando allegatur
dubiam:ſed requiriti
uenitur qui eſt foꝛenſis
quãdo allegatur rẽ eſſe
debet ſummarie probari
primo non eſt neceſſaria
nam rationem diuerſitatis
ſummarie probandum a
rigore iuris illud procedit
Hoſti.credo quod ſeuare
ſticus ad vlterioꝛa allegant
cta ſummaria cognitione.ſi
ant de materia huius decre
¶ Queſtio de feudo debe
ad vtile dominium:ſecũ

Extranſi
nari qui ſi neglig
peric eius hoc
tis conqueſtio.ſecundo pa
¶ Not.ꝙ dominus pote
ꝛ:vt videtur hic colligi
minis.quod intelli
actoꝛis ꝛ reſtit
itu ſi

Ayuntamiento de Madrid

poſſet re
Item
diate a
iudicatur
In gloſ.
trecenſis fuerit
ſe dicebat Ho
in conſuetu
iudice eccle
quia tūc pōt
aduerte quia
ꝙ iſte trecenſis
militer variatur
modo
cū eius
vat⁹.alij int.
Ponam quidam in
ꝙ fuerit ordinari⁹ ſi
delegatus.tunc latis poteſt procedere ſi
eccleſie Trecenſis.Sed ſi habetur in li
intellige quod potuit delegari ſaluo iu
d habetur.in.c.accedens.el.ij.§.j.vt lit.
telligas quod iſte cui ſcribitur etiam
quia forte erat ordinarius actoris et
iali iuriſditione eccleſie ſue.nam
nem.l.non ſolum.§.de illo.ff.de
intellectum oportet intelligi
primo loco exceptio iſte cui ſcri
intellectus quod iſte cui ſcri
delegatus:ſed tanquam ordi
campis receperat in feu
a ipſe nobilis dedit in
erat immediat⁹ domi
s eccleſia erat domi
tādo ſed excitādo
c.licet in cau
otes etiam dicere
cui ſcribitur.quia
ta in feudum ſed non
dici ꝙ fu t delegatus et tū
gl.dominus.in fi.et ſic vult
ritur erant milites domi
s eccleſie.forte ꝙ aliam
otes dicere vt.ſ.tetigi:ꝙ
mpis:ſed mediate erant
i.vel erant milites ec
iuriſditionem non reſ
lerit ibi modo eſt effi
atus per papam con
lari.a principio habeat
ſic inefficacem ſed in cō
r quod reſcriptum a prin
por do.Anto.intelligit qđ
r delegatus ſʒ vt ordinari⁹
e iſ poteſt tolerari.tamen
ex his que dicentur in.c.li

ognoſcit de queſtione feudi
uperſedere debet.
tari.
a ico in ca ſa feudi.
in poteſtate magiſtrandi vel
iduanus.
ice ſupplere negligentiam
tere de crimine clerici ſiue
eſt ſi pactū per eccleſiam
ad poſſeſſionem
no.

trarium de clericis c
iſte prepoſitus erat
ſtica illa prepoſitur
vt patet in Ab
florentinis.ſed
gis notabilis
domino feud
ſie:quia in ill
dum Jo Landr q
ralis.de reſcrip.Se
narijs.vt ibi notatur p
eſt intelligere de arbitris
als debet adiri iudex com
clenaſticus non ſecularis r
5 c.cetera um.ad fi.ſ.titu.j.
poteſt conueniri corā iudic
in caſu iſto.nam regularite
men iuriſditionem poſſit
cum:et actauit hic Inno.
plex queſtio poteſt conſider
eccleſiam vel imperatorem.
ri vacante ſede.per id quod
vacan.et licet do.Anto.dicit
tur verum quia in conſequ
alium et nō ad epiſcopum.
ter vaſallos coram domino
quod licet certum eſſet ad epiſcopum ſpectare:tamen ſede vacā
te non tractabitur.nec ob.c.cum olim.de maio.et obedi.vbi capi
tulum vacante ſede ſuccedit epiſcopo in poteſtate iuriſditiona
li.quia illud verum in generali iuriſditione epiſcopi non in feuda
li.vt epiſcopus habeat vaſ. illum quem nollet habere.ideo in il
la non ſuccedit ſicut nec in collatione beneficiorum.§.ne ſede va
can.illa ſm hoſtieñ.Jo dree addit ꝙ etiam ratio eſſe po
teſt:quia non eſt propri pale cognoſcere de feudis vel be
neficia confer epiſcopi faciunt iſta:et aliqui epiſ
opi neutru abeſt.Sed certe conferre beneficia
proprie vide copale:quia ad epiſcopū de iure ſpectat
poteſtas co ferendi beneficia que non ſunt collegiata nec pa
tronata.pv vij.omnes baſilice.ideo quo ad collationem be
neficialem videtur ratio quam tangit glo.in dicto.c.cum
olim.nam in illa vertitur quedam poteſtas donandi:quia habet
poteſtatem eligendi cui vult conferre.ideo illa non debet trā
ſire ſine ſpeciali mandato.l.ſi filius.ff.de dona.et in.c.licet.de offi.
vica.li vi.que ratio ceſſat in poteſtate iuriſditionali.in poteſtate
do feudali poteſt dici quod eſt quando non tranſit:quia il
la non habentur ordinaria poteſtate epiſcopali:ſed
ex accidenti et ex illa nō ſuccedit capitulum
ſicut etiam prob iuncta gloſ.in.c.ſcriptū.ſ.de ele
ctio.et facit qu Inno.in.c.cum in cunctis.ad fin.ſ.de ele
ctio.nec rati tigit hoſtieñ.videlicet ultimum generalis
4 quando vte eſſet eque idoneus.Et per predicta
dicit hic do in poteſtate magiſtrandi eu doctoran
di quam habet epiſcopus iduanus ex priuilegio apoſtolico et
imperiali et ex antiqua conſuetudine non ſuccedet capitulum va
cante ſede niſi co etendo vel priuilegiū aliud habeat.et predicta
vera vbi feudum eſſet commune epiſcopo et capitulo.nam tunc
ſuccederet propter communionem vacante ſede.§.ne ſede vacan.
ca.j.li.vi.et in ſimilibus.In gloſ.cognitionem.in fi.et p
hoc facit titu.qualiter cum in poteſtatis.ſed dic ꝙ iſta vltima
opinio eſt vera de iure cōmuni.ſed prima opinio poſſet procede
re de iure ſpeciali.forte ſi ſuperior dominus feudi eſſet ſecularis.
5 p id qđ habetur in.c.romana.§.debet.de foro cōpe.in.vi.vel dic ꝙ
ex tudine ularis iudex ſupplere negligentiā ec
a clericos.et ſic loquatur.c.qua
extra gloſſ.tene menti precipue
ꝙ de crimine clerici directe vel
tur nō poteſt ſe intromittere iudex
Item tene menti ꝙ lex nullus
lerico teſtificante corā laico.licet
.de ſenis etiam aliter loquatur.
adde inquantum hoſtie.tenet
s eccleſie ſub certo pacto eo adie
ia autoritate rem accipere.nam
ſiam poterat propria autorita
et Inno.contra.intellige dum
um.per id quod notauit hic
cta ſacra vel religio a.nam ex
ta poterit propria autorita
vij.C.de pis Item
ogni quam facit
vaſallus

um
uſa feu
§.at ſi cle
tunc iudex ſecularis in cleri
gloſ.j.in fi.Aduerte quia du
ignoſcatur an ſpectet ad
ire iſta non debent tracta
in.c.j.et per totum.§.ne ſe.
llam modici preiudicij.non vide
ciatur feudum ſpectare ad
queſtio que tractanda eſt in
feudi.et de iſta videtur etiam dici

Ayuntamiento de Madrid

alteri domino, preiudicetur vero domino quo ad poſ-
m ſuam certe videtur ꝙ non: ſiue bona fide fiat ſiue ma-
ūs ratione directi dominij habet ciuilē licet feudatarius
lem. ideo per factum ipſius feudatarij non priuatur ſua
ıın de illa expellatur vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. per id
habetur in. l. j. §. non autem. ff. de vi ⁊ vi ar. ⁊. l. j. in fi. quē
ad ... vſuſfruc. cauea. vbi bona gl.

1 ... ctor ſequitur forum rei.
2 Rectori eccleſie datur actio pro rebus ⁊ iuribus eccleſie.
3 Actori datur electio iudicis.
4 Crimen ſacrilegij eſt eccleſiaſticum. ⁊ nu. 11.
5 Uidua poteſt coram iudice eccleſiaſtico agere poſſeſſorio nō obſtante exceptione fori.
6 Uſurarum crimen an ſit eccleſiaſticum.
7 Uſure an iure autenticorū ſint indiſtincte prohibite.
8 Simonie crimē ad iudicem ecc... ſiaſticum ſpectat.
9 Periurium an ſit crimen eccl... um.
10 Adulterium an ſit crimen ecc... um.

Cum ſit generale. Malefactores[a] rerum eccleſiarum in
vtroq; foro conueniri poſſunt. h. d. primo ponit regu-
lam ſecundo caſum exceptū ⁊ triplicem eius cauſā
1 ſecunda ibi vero. ¶ † No. regulā generalē ꝙ actor ſequit̃ forum
rei. quod procedit etiā ſi de cauſa ſtatus agatur de qua. ſ. de ſer-
uis non ordi. c. ij. in fi. ⁊. C. vbi cauſa ſtatus. l. j. in fi. ¶ Itē nota
2 ꝙ delinquentes in rebus eccleſie cenſent̃ ſacrilegi. ¶ † Itē no-
ta. ꝙ rectori eccleſie dat̃ actio pro rebus ⁊ iurib⁹ eccleſie de quo
ſ. titu. j. cū deputati. ⁊ de reſcrip. edocerı. ⁊ facit. ſ. eo. ſi clericus.
3 ¶ † Itē nota caſum in quo datur actori electio iudicis. ⁊ iſtud
eſt regulare quando reus habet plures iudices. facit quod ha-
betur in. l. j. §. ſ. ⁊. ij. de eo quod certo loco. fallit quando expreſſe
daretur electio ipſi reo vt cōtingit in ſcholaribus. vt patet in au
4 ten. habita. C. ne filius pro patre. ¶ † Item nota ꝙ crimē ſacri
legij eſt crimen eccleſiaſticū. ideo de illo poteſt cognoſcere iudex
eccleſiaſticus etiā contra laicū. ¶ Itē no. decre. ꝗ loquit̃ in de
linquentibus in rebus eccleſie. ⁊ ſic a contrario ſecus videretur
in rapiente bona clericorum. ⁊ iſtud videtur hic tenere Petrus
de iure. ꝗ iſtud fuit inductum in fauorem eccleſie vt hic dicitur
ergo nō videtur extendendum per id quod habetur. ſ. de priui.
ſane. ⁊. vij. q. j. petiſti. Fatetur tamē quod de conſuetudine ſerua-
5 tur contrarium. ⁊ poteſt eſſe illi⁹ ratio. † quia ſi vidua poteſt co
rā iudice eccleſiaſtico agere poſſeſſorio. non obſtante exceptio-
ne fori. vt. ſ. eo. ex parte. B. ergo eadē ratione hoc poterit cleri-
cus ⁊ pro hoc etiam, quia bona clericorum gaudent eodem pri-
uilegio quo ⁊ res eccleſiarum. ſ. de vi. ⁊ ho. cle. c. ſi. cum ibi nota-
tis. ⁊. xvj. q. j. c. ſimpliter. ⁊. ſ. de pigno. ex literis illud autē vide
tur ſatis eſſe de mēte textus q... beat locū in rebus hoſpita
lium propter literam que dicit venerabilium locorum rectores
facit quod not. in. c. conqueſtus. ſ. eo. titu. ¶ In glo. j. in fi. ⁊ de
materia. ij. q. vj. ... hoc etiā. ⁊ in. c. j. de re iudi. in. vj. ⁊ per Bar.
in. l. ſi. ff. de variis cogni. ¶ In glo. fin. ibi ſi quis in hoc genus.
ſed illud ... quādo agit̃ de pena corporali. vel potes di-
cere ꝙ non eſt abſonū etiam per iudicem ſecularē hoc cognoſci.
ꝗ ſacrilegiū licet ſit crimen eccleſiaſticum. non tamē eſt mere ec-
cleſiaſticum. ꝗ etiā in foro ciuili pro ipſo poteſt agi prout hic di
6 citur in fin. ¶ † In gl. ſi. ibi crimen vſurarū. ⁊ pro hoc. ſ. de vſur.
in. l. ꝗ in omnibus. ⁊. c. cū tu. de quo remittit Io. an. ad notata
per ſe in. c. j. de vſur. in. vj. in nouella. vbi ponit opinionē garſie
⁊ Io. mona. ⁊ per notata per glo. in cle. ij. de iudi. in glo. cum re
petuntur. vbi glo. cōcludit ꝙ eſt crimē eccleſiaſticum. nec poteſt
tractari coram iudice ſeculari: licet Arch. tenuerit contrariū, di
cens ꝙ electio eſt actoris. an velit repetere vſurā in foro ſecula-
ri: an vero in foro eccleſiaſtico per. c. ad noſtram. el. ij. de iureiur.
cui tamen reſpondet glo. preal... ſa. in clem. j. de
vſur. ⁊ Bar. in. l. titia. ff. ſolu...
de ſacroſan. eccle. concorda...
cto tantū. ſ. an ſoluta ſit ...
ſi eſt ſoluta ſit vſura. tunc p...
ſtio de iure. puta quia dicitur ...
re cenſeri debere vſurarium, ⁊ ...
de caſtil. dicit ꝙ glo. in dicta cle
catur. Potes dicere vt hic tan
appareat illa ſeruetur arg. ſ. o
te vera videtur de iure opinio
ſio. tamen hic dic. t. ꝙ glo. ſen
ſit ꝙ cum queſtione facti non
tes dicere ꝙ ſi ageretur de re
tum a lege de quo in. l. eos. C
Archi... ıllı. qui...
lud po... ri. l.

deo quod non ... quin in foro ciuili poſſit agi. Si vero petere
tur vſura infra modum ibi taxatum tunc eſt dubium, ꝗ ...
la permittit ... vſuram. ⁊ ſic non videtur ꝙ poſſit pet
peti coram ſeculari ... videretur clarum ſecund
7 C. ⁊ digeſtorum. Sed dubi... per ius autentic
ſtincte vſure ſint prohibite. nam aliqui tenent ...
in auten. ad hec. C. de vſuris. alij tenent opp...
but. ⁊ Barto. in. l. ſ. C. de vſuris tri. ⁊ ideo
tere vſuras coram iudice ſeculari propter ...
num. ⁊ ideo videtur ꝙ tutius ſit propter hoc tenere g...
clemen. fateor tamen quod ſi incidenter deduceretur crimen ...
re ⁊ obijceretur exceptio vſuraria. ꝙ iudex ſecularis haberet illā
admittere. ⁊ ſi non admitteret poſſet cogi per iu... eccleſiaſti
cum per id quod habetur in. c. licet. de iureiuran... mu-
niter tamen practicatur nunc ꝙ remittitur cognitio ... iudicem
eccleſiaſticum ſaltem tunc quando eccleſiaſticus facit ...
nem. ¶ In ea. glo. ibi hereſis. illud eſt mere eccleſiaſticum nec in-
tromittit ſe ſecularis niſi quo ad executionem, de hereticis in-
8 quiſitiōis. §. prohibemus. lib. vj. ¶ † In ea. glo. ibi ſimonie. vt. ſ.
de ſimo. per totum. ⁊ ſic videtur velle glo. ꝙ de iſto nō intromit
tat ſe ſecularis, ⁊ ſic tranſeunt doct. ſed forte non eſſet abſonum
dicere ꝙ vbi certum eſt ſimoniam cōmiſſam ꝙ poſſit etiam ſe
cularis punire. per. l. ſi quis. C. de epiſco. ⁊ cleri. ſecus ſi eſſet du
bium an incideret in ſimoniā vel non. ꝗ tunc ſpectaret cogni-
tio ad eccleſiaſticum. facit quod dixi. ſ. de vſur. ⁊ hoc etiam vi-
6 detur tenere domi. Anto. hic. ¶ † In ea. glo. ibi periurij. Con
clude ꝙ ſi eſt queſtio ſuper iure vt quia dubiū eſt an iuramen-
tum liget ſpectat cognitio ad eccleſiaſticū. ſ. de dilectio. venera
bilem. Sed vbi eſt certum ꝙ ligat. tunc per viā exceptionis po
teſt cognoſcere etiā laicus ⁊ debet illud ſeruare etiam ſi lex cō
tradiceret. ex quo canon vult ſeruari. ⁊ ad hoc etiā poſſet cō-
pelli per iudicem eccleſiaſticum. in. c. licet de iureiurā. in. vj. agē-
do autē di... Joan. an. l. c. fina. ſ. eodē. in. vj. ꝙ poteſt dici eſſe
eccleſiaſticum ... ſed non merum. quia in vtroq; foro pote
rat agi: nam ⁊ etiam leg... puniunt periuria. l. de periurio. ff. de
crimine ſtellio. ⁊ ſic poterit etiam pro obſeruantia iuramenti in
vtroq; foro agi. Sed iſtud credo verum quando lex ciuilis non
improbat iuramentum. Si autem improbaret non videt̃ tunc
quid in foro ciuili poſſit agi ex quo ipſa. l. impugnant. ſicut etiā
non poteſt agi ex pacto nudo in foro ciuili. licet poſſit agi in fo-
ro canonico. vt in. c. j. ſ. de pac. immo videtur etiam ꝙ quando
iuramentū non obligat de iure ciuili, licet alˀs ſit licitum. vt in
ingenuo qui iurat aliquid dare. nam tunc quia ius ciuile nō dat
actionem. ſicut nec ex pacto. videtur ... non deberet agi corā ſe-
culari. ⁊ pro hoc facit quod notauit Innocen. ſ. titu. j. nouit lz
domi. Anto. hic vellet oppoſitum. Sed verius videtur qđ dixi.
10 ¶ † In eadem gloſſ. ibi adulterij hoc verum quando agitur ad
ſeparationem thori. ſ. de procurato. tue. alias bene poſſet ſe in
tromittere iudex ſecularis vt patet in ti. de adulterijs per totū
11 C. ⁊. ff. ¶ † Extra glo. pondera vnum dictum Innocen. hic in-
quantum dicit ꝙ ſi agitur pro ſacrilegio licet ſit dubium an ſit
commiſſum iudex procedit ad vlteriora, ⁊ ſi probetur condem-
nabit alˀs abſoluet. S... remanebit actori poteſtas agēdi ex alia
cauſa. nam Guid... in auten. qua in prouincia. C. vbi de
cri. agi. oportet ... ꝙ ſi non probatur pronūciabit iudicem
incompetentem ⁊ declarabitur proceſſus nullus. de quo per do
minum Anto. ſ. c. ſi clericus. qui tamen ſequitur finaliter dictū
Innocē. ſaltem in certo caſu. ⁊ de materia quam tangit hic In
nocen. dictum fuit in dicto capitulo ſi clericus.

a Maleſfa... ⁊. idē ... lanth... no. Ab. fel. ... ſen. ... hic ... ſci- ... Fe... ly. ⁊. d. An dr. ſic.

b ¶ Cauſe clericorū idē ſūmant hic dom. Ab. Fel. ⁊ An. ⁊ ſic ad materiā huiˀ text. adde Bart. in. l. cūctos populos q. v. col. vij. C. de ſum. trini. ⁊ ſi. c. ⁊ vid. Flo. i. l. vēditor. §. ſi cō ſtat. ff. de cō di. ⁊ nota. car. i clem. ij. xx. q. de elec. ⁊ i cle. ij, in fi. de re eccleſi. non alienan.

1 Canones debent obſeruari in cauſis clericorum etiā ſi agatur coram iudice ſeculari.
2 Cauſe quas mouent clerici contra laicos in foro ciuili tractāde ſunt ſecundum leges ⁊ conſuetudines ſiue ſtatuta ipſius fori.
3 Teſtamentum ſi fiat ſine ſolemnitate requiſita a lege nō poterit ex illo agi in foro ſeculari.
... tractatur in foro eccleſiaſtico an debeat decidi ſecundū ...
cum. vel ſecundum conſuetudinem loci.
... concernentia fauorem clericorū vel eccleſia-
... per eccleſiam.
... ſua frequentatione.
... conuerſ...

Ayuntamiento de Madrid

hrant canones in deciſorijs. de quo etiam tangitur in. c. j. de con⸗
⁊ aliquid cum glo. ❡ Item nota ꝙ ex commorari in loco vi⸗
quis ſortiri forũ. ❡ In gl. j. ibi ⁊ eſt ſpeciale Parmus po⸗
idem vbi alias cauſa ſit tractanda corã iudice eccleſiaſti⸗
a laicam forte quia ex de temporali iuriſditione eccleſie
⁊ cõſuetudo loci. namq̃ꝫ eadem eſt ratio ſecundũ
voluit ſentire glo. dũ ſubiungit vbi habet epi⸗
iuriſditionem in ea. gloſſ. ibi vicem co⸗
atta. cauſam tunc ſpectantem ad ipſuꝫ ratione co
implicite ⁊ dicens in cõmiſſione ſe epiſcopum licet non
[illegible] dignitatem comitatus valebit cõmiſſio. vt no. Specu.
in titu. de requiſ. adſi. ibi quid ſi epiſcopus ⁊c. nam in dubio de⸗
bemus in [illegible] pretari vt videatur feciſſe cõmiſſionẽ eo modo quo
pote [illegible] nõ expreſſerit ar. l. iij. ff. de teſta. milita. ⁊ vt actus
potius valeat in dubio ꝙ pereat. j. de verbo. ſigni. abbate. ⁊ fa⸗
cit qd no. Inno. j. de reſcrip. cũ ex officij. ⁊ ſ. de arbi. inuoti⸗
2 it. ❡ In ea glo. ibi: ſed ciuili iure vel municipali. ❡ † Nota dili⸗
genter per glo. ꝙ cauſe quas mouent clerici contra laicos in foro
ciuili nõ ſolum ſm leges. ſed etiã ſecũdũ ſtatuta ⁊ cõſuetudines
ipſius fori ſunt tractãde. ⁊ ad hoc ſepe allegatur per aduocatos
ciuilis fori ſm Joan. ⁊ idẽ ipſe voluit in addi. Specu. in titu. de
conſti. §. j. ver. ⁊ nota. ⁊ aduerte quia hoc eſt clarũ quo ad ordina
toria iudicij. ⁊ ſic quo ad reſpicientia proceſſum, pꝛimodo alias ſint
ſtatuta rationabilia. quia quo ad ordinem procedendi ſeruanda
eſt lex iudicij ſeu fori. l. cum clericis. ad fi. ⁊ ibi per Cy. C. de epiſ.
⁊ cle. ⁊ facit quod nota. per glo. in clemen. diſpẽdioſam. in gloſſ.
ſuper verbo. vſuris. que incipit: cum repetuntur: de iudi. vbi bo⸗
na glo. ⁊ quod nota. per Jnnocen. ⁊ Compoſte. ⁊ Joan. and. ſu⸗
per rubri. de conſue. ⁊ per gloſſ. Cy. ⁊ Barto. in. l. j. C. de ſumma
trini. ⁊ per hoc tenuit Jo. Cal. diſputando in ſua queſtione que
incipit: ſtatuto. ꝙ ſi p ſtatutũ prefixa eſt certa inſtãtia. j. quã cau⸗
ſa debeat terminari. ꝙ illa ſeruabitur etiam clerico agente con⸗
tra laicum in foro ſeculari, ⁊ ſic ſentẽtia lata extra inſtantiã nõ
valeret etiã pro clerico. ⁊ ſimiliter ſi ſtatutuꝫ dicat ꝙ actor nõ ſub
ditus debeat ſatiſdare de expenſis reficiendis. alias proceſſus ſit
nullus quod hoc ſtatutum habebit locum etiam clerico agente
contra laicum in foro ſeculari: quia iſta reſpiciunt proceſſum. nõ
deciſionem cauſe, quia remanet ius ſaluum: licet inſtãtia pereat
vel pceſſus ſit nullus ſecũdũ Cald. in ſua diſputa. que incipit: ſta
tutis. ſed vbi ſtatutuꝫ recipit deciſoria. tunc eſt magis dubium.
Nam aliqui dicunt ſimpliciter ꝙ in deciſorijs ex quo clericus a⸗
git: ſeruabitur ius canonicum. per iſtum textũ. ſed certe iſte text.
loquitur quando cauſa tractatur corã iudice eccleſiaſtico, vt pa⸗
tet ex glo. allegant etiã ꝓ dictũ Joan. Calde. in prefata diſputa
tione. vbi dicit ꝙ ſi ſtatutũ loci habet qd debitum non poſſit p⸗
bari per teſtes ꝙ tale ſtatutum: quia cõcernit deciſoria, non liga
bit clericum etiã in foro ſeculari. ſed ſeruabitur ius canonicum
ſm ꝙ in ore duorũ vel trium ſtat omne verbum: ⁊ iſtam partem
videtur hic ſequi do. Flo. ⁊ ponderant aliqui ꝙ glo. dixit nec tra⸗
ctarentur. nõ autem dixit nec decidenter. ⁊ ſic ſm eos loquitur
de ordinatorijs non de deciſorijs. Sed certe gl. relata ad textũ
cui vult aduerſari quando cauſa tractatur in foro ſeculari. ſatis
videtur ſenſiſſe etiam ꝙ tractaretur [illegible] deciſoria: ⁊ ſic etiam
videtur Joan. and. ſimpliciter intelligere [illegible] hic. ⁊ in dicta ad⸗
ditione. ⁊ etiam voluit idem Hoſti. in ſumma de teſtamentis. et
in ſumma de conſue. in locis allegatis per Bar. in. l. j. C. de ſum⸗
ma tri. vbi Hoſt. cõcludit etiam quo ad deciſoria in foro ſecula⸗
3 ri ſeruari leges ſeculares. ideo dicit ꝙ ſi † teſtamentum ſit factum
per clericum ſine ſolennitate requiſita a lege non poterat ex illo
agi in foro ſeculari. ⁊ illud dictum videtur etiam ſequi Calde. in
queſtione preallegata. dicit tamen qd dictum Hoſti. loquitur in
l. cõmuni imperiali. Sed ſecus in ſtatuto ſaltẽ quod non eſt mul
tum rationabile. ⁊ eſt illud qd non poſſit probari debitũ per te⸗
ſtes Bar. in. d. l. j. tenet ꝙ ſi ſtatutum non diſponit ſpecifice con⸗
tra eccleſiaſticaꝫ: vel perſonas eccleſiaſticas. nec eſt cõtra libertatẽ
eccleſie, nec contra conceſſa in priuilegium eccleſie vel clericis. et
alias eſt in ſe rationabile ex quo generaliter loquitur [illegible] npꝛe
hendit etiam clericos, ⁊ ſeruari debet in vtroque foro.
veniſſent. j. de eo. qui mit. in poſſeſ. ⁊. j. de re iu
de voluit ꝙ ſi ſtatutum habet
tionem paratam: vel qd in ca
in foro ec

ligna. ibi erat conſuetudo mixta clericorũ ⁊ laicorũ. ideo
ſeruari etiã in foro eccleſiaſtico. ⁊ ſic etiã debet intelligi. c
ſa. inquãtũ innuit. qd bona conſuetudo debuiſſet ſeruari ⁊
cos. Secus quãdo eſſet cõſuetudo tñmodo laicorũ: qꝛ nõ li
gat clericos ſaltem in foro ſuo per id qd no. in. c. eccleſiaſt
ꝯ. ⁊ per Cy. in. l. ij. ad fi. C. que ſit lon. conſue. Sed inqꝛ
loquit de ſtatuto ꝙ teſtamentũ nõ valet niſi inſinuetur. Ho
luit ꝯtrariũ in ſum. de teſt. vbi vult ꝙ ſi agit de hoc ī foro ſeclari
poſſit hoc pcedere. ſꝫ in foro eccleſiaſtico ſeruet ius canonicũ. et
iſtã opi. Hoſt. ſequitur do Anto. ❡ Sed forte poſſet dici quod
ſi ſtatutum concernat ſolennitateꝫ actus: tunc qꝛ actus qui fit in
tra iuriſditionem ſtatuentis ſubijcitur ipſi ſtatuenti ſeruari de⸗
bet ſolennitas etiã ſi fiat actus per nõ ſubditum in loco ſtatu
entis, vt probatur in. l. j. cũ ibi notatis. C. de emancipa. liberorũ.
⁊ ideo etiam ſi forenſis facit hic teſtamentum vel contractum de
bet ſeruare ſolennitatem datam a ſtatuto ſuper ipſo iuramento
vel cõtractu. alias nõ valet teſtamentum vel contractus. Et per
hoc videtur ꝙ etiam comprehendat actum factum a clerico ex
quo nõ curatur an faciens actum ſit ſubditus. ⁊ per hoc videret
qd ſi actus aliter ſit etiaꝫ a clerico, de iure ſit nullus. ⁊ ex hoc ſe⸗
quitur ꝙ ſi agatur etiam in foro eccleſiaſtico. videtur quod non
poſſit agi ex illo teſtamento. quia nullitas inficit actum. ⁊ ſequi⸗
tur illum quocũqꝫ vadat. ſicut lepra leproſum. facit qd habetur
per gloſſ. in. l. ex ea. ff. de poſtulando. ⁊ ſic videtur ꝙ etiam ex illa
non poſſit agi in iudicio eccleſiaſtico. ſꝫ Hoſti. voluerit contra⸗
rium ⁊ do. ant. etiã. Et multũ facit pro dicto hoſti. textus iſte cõ
4 iuncta glo. inquantũ videt ſimpliciter velle ꝙ vbi † cauſa tracta⸗
tur in foro eccleſiaſtico debeat decidi ſm ius canonicum, ⁊ nõ ſꝫ
cõſuetudinẽ vel ſtatuta loci: ſꝫ poſſes dicere ꝙ ſpeciale eſſet in ci
uitate pariſieñ vbi ꝓhibitũ eſt leges legere. ⁊ ſic iſte textus non
pbaret tamẽ qꝛ cõmuniter canoniſte tenẽt ꝙ idẽ ſit vbi alias tra
ctatur cã corã iudice eccleſiaſtico. forte in practica ſeruaret dictũ
hoſtien. ⁊ vide oĩno quod dixi in. c. eccleſia de cõſti. vbi aliter dixi
quã hic dixerim. ⁊ illud videt valde rationabile. Sed de iure veri
us videret ꝙ dixi. ⁊ hoc quando ſtatutum reſpicit ſolennitatem
actus vt dixi. Si aũt reſpiceret perſonã vt qꝛ diceret nullus poſ
ſit facere teſtamentum ſine tali ſolennitate. tunc qꝛ nõ comprehẽ
dit forenſem, qꝛ nõ cõprehẽdit nõ ſubiectũ. l. j. in fine. ff. de tutori.
⁊ cu. da. ab his. ⁊. l. j. C. de ſumma tri. tũc nõ cõprehenderet actuꝫ
factũ a clerico. ❡ Et p hoc videt ꝙ ſi ſtatutũ dicat quod ſi deceſ⸗
ſerit qs ab inteſtato ſuccedãt ei agnati vſqꝫ ad certum gradũ exclu
ſis feminis. ꝙ cũ tũc ſtatutũ diſponat in pſonã ⁊ agat facere he⸗
redem perſona decedenti. nõ cõprehendit perſonã nõ ſubiectam
⁊ per cõſequẽs nõ cõprehenderet clericũ decedentẽ. ⁊ ſic pridie ꝯ
ſului apud ciuitatẽ lucanã. Et hec vera qñ nõ eſt queſtio de re. ec
cleſie, Si aũt petat res eccleſie. tũc etiã in foro ſeculari quo ad de⸗
ciſoria ſeruandũ videt ius canonicũ. per id quod not. in. c. j. ſ. de
cõſti. ❡ Itẽ pdicta vera qñ ſtatutũ nõ iniecit vinculũ ante cleri⸗
catũ. nã alias ſeruari deberet etiã in foro canonico ipſum ſtatutũ
vt voluit Jo. an. in regula ſine culpa. de reg. iur. in. vj. in mercu⸗
rialibus, ⁊ Joã. cald. in queſtione preallegata. ❡ Et per hoc vi⸗
detur ꝙ ſtatutũ diſponẽs ꝙ agnati excludant feminas nõ preiu
dicet femine q̃ tpe ſtatuti erat facta monacha. Secus ſi fiat mo⸗
nacha poſt ſtatutũ. ⁊ ſic dicit do. anto. ſe ꝯſuluiſſe ſicut ẽt dicim⁹
ꝙ ſtatutũ ꝙ primogenit⁹ ſuccedat nõ preiudicat ſecũdogenito ſi
erat clericus tpe ſtatuti. Secus ſi poſtea. ❡ Itẽ aduerte inquan
tum dixi ꝙ vbi cauſa tractatur in foro eccleſiaſtico dꝫ attendi i⁹
canonicũ: limitat do. anto. hoc verũ niſi accidentaliter tractare⸗
tur in foro canonico puta rõne reconuentionis vel rõne proga⸗
tionis. quia tũc ſꝫ quo ad ordinaria reſpiceret locus fori. vt etiaꝫ
voluit Archi. ij. q. vij. non ita. vbi in cauſa reconuentionis facte
de laico coram iudice eccleſiaſtico poterit appellari etiam ante
ſententiaꝫ ſicut volunt canones. licet ſecus ſm leges. ſed in de⸗
ciſorijs ſeruabitur
li
iralis arg. l. qui habet. §. ſi pupil
coloratũ. tamẽ doct. alij hanc
ter volunt ꝙ vbi tractatur cã
ſeruentur canones. ❡ Item
priuilegiando. vt ꝙ etiam por⸗
e. ⁊ ſic etiã dicit Jo. de lignano
dubitatione quia † ſtatuta lai⸗
rem clericorum vel eccleſiarum
itur per eccleſiam. vt in. cap. ec⸗
ec. ob. ⁊. dilecti. quia ibi fuit pri
cis. ideo nimirum ſi concernit
gl. hic. ⁊ etiã hoſt. ⁊ Jo. an. et ẽt
allegato tit. de conſt. ⁊ hoſti: in
lentur approbare opinionem
lo cauſa tractatur in foro ſecu⸗
cifice ſent Jo. an. in
an. illam qñ tra⸗
ctatur

Ayuntamiento de Madrid

in foro eccleſiaſtico. ¶ Item aduerte quia inquantum iet ꝙ ſtatutū diſponens ꝙ nō poſſit debitum ꝓbari p liget clericū agentē cōtra laicū in foro ſeculari videt eſſe uſtā dn̄ dicit ꝙ vbi cauſa tractatur corā iudice ſeculari. ractat ſm ius canonicū, ſed ſm ius ciuile vel municipale. quā glo. tenet hic Jo. an. etiā in addi. ꝑdicta, ⁊ ſic videt etiā Jo. an. ſentire cōtrariū. ⁊ ſic Hoſt. in ſum. de conſuetudi. ℥ Cal. nitat: rn̄dere ꝙ Hoſti. loquat de lege cōi. Sed certe de mente Hoſt. fuit ꝙ in foro ſeculari ſeruetur ius ciuile. ⁊ nō iꝰ canonicū. vt pʒ ex eiꝰ verbis. ⁊ ſic vꝫ voluiſſe ꝙ ſeruet ius ciuile ⁊ cōmune vel municipale. vt etiā dixit hec glo. idē videt velle hic do. Ant. inquantum dicit ꝙ vbi cā tractatur in foro ſeculari non attenditur ius canonicum ſed ciuile. lʒ poſtea circa fineʒ videatur tenere in queſtiōe ꝑdicta ſtatuti ꝑlib. ... valde. q2 illud ſtatutū videtur odioſum. Sed certe poteſt di... ſit ſatis rationabile: ꝑ ꝑſertim qn̄ diſponit ſup magna ſumma ꝑpter euitandā falſitatē in teſtibus. facit qđ habetur in. l. ſi. C. de te. alias nō deberet ſeruari etiā in foro ſeculari ſi ſtatutū eſſet irrationabile. cuius contrariū eſt verū per ea que habent in. d. l. ſi. ⁊ in. l. ſi. cum ibi notatis. ⁊ cū autē. ibi poſita. C. ſi cer. pet. ⁊ ideo videtur ꝙ debeat ſeruari etiā cōtra clericū. ⁊ pro hoc faciat. q2 clericus cōtrahens cuʒ laico ſciat ſe debere ſortiri forum laici. do. ⁊. cū ſit. videt veriſimiliter ſe velle ſubiĳcere legibus illius fori. qđ videtur poſſe facere canone approbante. ex quo canon etiam ſubiĳcit eum foro ſeculari: ꝓut etiā hic tangit do. Anto. Iteʒ pro hoc faciat quia iſtud ſtatutum principaliter videtur concernere ordinem procedendi: ſcʒ qualiter habeat fieri ꝓbatio. ⁊ ſic qualiter debeat procedi in ꝓbatione facienda: an recipiendo teſtes vel inſtrumenta. lʒ in conſequentia reſpiciat deciſoriā. Ergo videtur ꝙ liget clericuʒ. quem ligat ſm omnes in ordinatorĳs nō attento eo qđ venit in conſequentiam. ar. l. i. in. ſi. ff. de aut. tuto. ⁊ hec pars verior videtur eſſe de iure. lʒ aliter deciderit in dicta qōne. ¶ Item adde inquātum Hoſti. hic fecit differentiā inter cauſam pecuniariam, ⁊ cauſam ſuper hereditate temporali. quia nō eſt dare rationem diuerſitatis. ideo vtrobiqꝫ videtur idem dicendum. ⁊ iſtud etiam

6 voluit do. Anto. ¶ † Item adde inquātum tangit hic do. Anto. an ex aſſidua cōuerſatione in loco quis ſortiatur forum. ⁊ tenuit ꝙ ſic ſequendo Barto. in. l. ĳ. C. vbi de cri. agi opor. ⁊ in. l. ĳ. C. vbi ſenator. vel clariſ. Nam Cynus tenuit contrariuʒ in. d. l. ĳ. vbi ſenatores vel clariſ. quia ex aſſidua conuerſatione, quis ſortitur forū demum qn̄ traxit moram per decennium. ⁊ nō alias. l.

7 ĳ. C. de incolis. lib. x. vnde lʒ illa. l. ĳ. dicat † ꝙ poteſt quis conueniri: vbi aſſidue cōuerſatur. ... nō declarat quādo dicetur aſſidua cōuerſatio ... limitari per dictā. l. ĳ. de incolis quādo eſt aſſidua ... num arg. l. non eſt nouuʒ cum ſeq. ... de legi. ⁊ qđ no. in autē. auferatur. C. de lit. cōte. ⁊ ſic ēt debet intelligi dictū Innocen. in. c. ex parte. ... eo. ⁊ pro hoc faciat quia alias ſcholaris in loco ſtudĳ poſſet cōueniri de contractibꝰ etiā alibi ... ratione aſſidue conuerſation... cuius tamen contrarium ex... tenuit hic Hoſti. ⁊ Jo. an. ... dē ipſe Bar. met. in. l. heres ab... ff. de iudi. ⁊ ſic Barto. in ... videtur ſibi fuiſſe cōtrarius. ¶ Ultimo adde ꝙ inquātum ... de. in. d. q. vult in deciſorĳs attēdi qualitatē perſone cle...ci agentis nullo iure videtur eius dictū ꝓbari... doctores ⁊ gloſſe ſentiūt contrariū. facit ꝙ no. Archidi. ĳ. q. vi. nō ita. ⁊ q. ʒ. plene dixi.

fi tempor... impetratio... ſecularis iudex ſit negligēs. vt

2 batur ſm ... inum intellect... ¶ † ... hoc no. ꝙ papa ralibus habet exercitium iuri...dictionis ligatum ipſo et hoc etiā habes ꝙ defectus ...exercitĳ redditꝗ actū qđ habetur. ʒ. de offi. dele... ...ꝓudentiam in ... ſi. p

3 di. romana. ꝟ. i. lib. vi. ¶ † ... dictis etiā ... iſdictionis quo ad laicos poteſt di... confirm... deo. ⁊ ſic non poſſet reuocari: ſic facit ꝙ nō ... manus reuocare iuriſditionē ab im. perato... de q... legi. vbi per glo. ⁊ Barto. ⁊ iſtud videt clarū hodie... imperator a populo romano lʒ ab electoribus ... per gloſſa. in ſin. in. c. ad aplīce. de re iudi. in. vi. ¶ Item ... ꝙ valet cōſuetudo per quā de iudice ſeculari appellari poteſt ad eccleſiaſticū. ¶ Itē not. ſm vnū intellectū ꝙ ꝯſuetudo tribuēs iuriſdictionē ad vnū ſuperioritatis gradū extenditur ad alium ... ſupioritatis. q2 ſi facit iudicē in cauſa appellationis ad ... ex...

4 ditur etiā ad papā. ¶ † Itē no. ꝙ grauamē iudicis ſecularis nō defert imediate cām ad iudicē eccliaſticū. niſi aliud habeat ꝯſuetudo vel aliud ſuadet iudicis defectus. ¶ Item nōt. ꝙ conſuetudo tribuēs iuriſdictionē in cā appellatiōis defert illā ſm qualitatē tribunalis: cui defertur nō ſm qualitatē tribunalis a quo: ideo ſi defert cām de tribunali ſeculari ad eccliaſticū poterit appellari omiſſo medio ad papā. ⁊ etiā a quolibet grauamine. lʒ ſe-

5 cus ſit de iure ciuili. facit. ʒ. ti. i. nouit. ¶ † Itē no. ꝙ papa ſuccedit in iuriſditione imperĳ ... vacāte imperio: ⁊ ad hoc ſepe allegat ⁊ ꝓbatur in cle. paſtora... ...a ſi. de re iudi. tñ do. ꝟlo. dicit ꝙ hoc nō bene neceſſ... ...ligit: ſed ſolū adducet de vacatiōe imperĳ ad forti... ...ie maxime ad papaʒ poſſit appellari: tū minime ſi... ...ue certā interpretationē habuerunt. vt ipſe dicit. ff. de le... ...ime. ¶ Itē no. ꝙ in ciuitatibus populatibus de iu... ...itio eſt penes maiores natu qui eligunt a ꝑplo. vt pre... ...ati. facit. ʒ. de ꝯſti. cū oēs. cū ibi nota

6 tis. ¶ † Itē ... ...ellectū qđ ꝯſuetudo tribuēs iuriſdictionē in cā appellation... ...tēdit ad cauſam recuſationis. facit ſ. de ap. ſup eo. vbi talia regulariter equiparant. ¶ Itē no. ꝙ in deferenda iuriſditione per ... ...dinē quo ad actū recuſationis attēdit ritus ſuperioris a... ...fert. ⁊ nō inferioris a quo. vt hic pʒ in ꝗſtū ordinariꝰ re... ...ĳ de iure ciuili nō recuſaretur. ¶ Et ex hoc no. ꝙ vbi ꝯſu... ...efert iuriſditionē ad iudicē eccleſiaſticū ſeruari dʒ ius c... ...ſic attendi dʒ qualitas iudicis: in quē transfert. de quo... ...facit de iure patro. c. vnico. in. vi. vbi bonus textus. ¶ ...ſtra opi. Hoſtien. qui voluit ꝙ expedito articulo ... ...arbi... cognoſceret de principali. nam hic ꝓbat... ...tra ... de quo. ĳ. de appel. c. nim ſpeciali. ⁊. c. ĳ. requiris ¶ Item ... cōſules loci poſſunt recuſari. ⁊ ſic facit ꝙ eadē ... tione ... eoꝝ. lʒ glo. tenuerit con-

7 trariū. in. c. i. ʒ. de iudi. ¶ ... ...ino not. ꝙ vbi ordinarius recuſatur eligi debent arbitri ... ĳ. de appel. c. ſuſpeciali. Et not. argu. ſm Abbatē ꝙ vb... ...aſticus habet temporalem iuriſditionē i loco iud... ...s. ⁊ nō ſecūdū leges. ad idē

8 ĳ. de app. ſi duobus. ...um ibi no. ¶ † In glo. vacāte ... ...tium caſum: quia ſa cit qđ ... ſunt op... reperitur deciſio de iure ... ſed de ... andum etiā in foro ſecula... in ꝗſtione illa. an poſſint d... ter legiſtas. vt patet ex notatis ... apinianus. ꝟ. meminiſſe. ſeu. in... eperitur expreſſe deciſio. qđ ita ... de qua habetur in. c. ray

9 nutius ... tione cōneritatis. nā quādo qu... eſtio do ... matrimoniuʒ, cognoſcit ec cleſia... cus. v ... to in gl. idē ſecūdū domi. Ant... ſi ... in ſeu violentiā vel ſi eſ ...et paup ... ⁊. ĳ. c. ex parte. b. ⁊ qđ not. In ... antibus. Joan. and. hic ad ...er eum ... etiam poſt In ...udo poteſtatis papalis. Et papa ſuccedit in iuriſditione ...ur qđ ſuccedat in iuriſditione ...ognoſcentis ſuperiorem pro ...e deficiat iudex qui iuſtitiā mi... lʒ Inno. hic variauerit. ⁊ dom. ...detur ... iam opinio Hoſt. quā ...ae qđ dicetur. ĳ. c. proxi. ...hoc operetur conſue... Hoſti. tñ hic po... ... ſpeciali loquatur inf... ior eſt. ⁊ ſi tra... iuriſditionis et ex... nti. tenendo autem

¶ Laicꝰ. id ſumma thic do. Abb. et do. And. ſi. ⁊ ad materiā huiꝰ. c. adde Spe. in. tit. de cōpe. iu. adit. ꝟ. i. per totū ⁊ oms doc. i. c. ſi clericus laicū. hoc eo. titu.

1 ¶ Litere per laicos a papa ſuper rebus ſpectantibus ad forū ſeculare impetrate ſunt irrite.
2 Papa in temporalibus habet exercitium iuriſdictionis legatū.
3 Iuriſditionis exercitium quo ad laicos poteſt dici confirmatuʒ imperatori a deo.
4 Grauamen iudicis ſecularis no... ...ediate cauſam ad iudicem eccleſiaſticum.
5 Imperio vacāte papa ſuccedit ...
6 Conſuetudo tribuens iuriſd... ...ditur ad cauſam recuſationis
7 Iudex eccleſiaſticus ſi habet i... debet iudicare ſecundum canone...
8 Iuri canonico ſtādum eſt qn̄ eſt ... tur deciſio de iure ciuili ſed de iur...
9 Cauſa dotis corā quo iudice trac...

Licet ex ſuſ... eccleſiaſtico iudice cō... ſtitie ſclaris. vel tres ſunt partes. nā primo cūdo ꝓuidet ꝯtra grauam... tiones ipſ... ...ā. ibi trāt a p... apa p... ſunt ir... rite ⁊ laris ... non ſit i.

Ayuntamiento de Madrid

ſit in alio [illegible] non poteſt [illegible] negari quia tunc ibi
ille virtute cõſuetudinis [illegible] omittat. vt voluit gloſſ.
[illegible] ex quo iuriſdictio [illegible] videtur ſpectaſſe ra-
[illegible] qd ordinarius [illegible] cinili nõ
d eccleſiaſticus et aliis [illegible] in ante. ſi vero cõtigerit
[illegible] tamẽ dicunt [illegible] qd prime dixi eſt de iu-
riſdictione [illegible] ſtabat ad iudicẽ eccleſiaſticum. et
[illegible] ſeruari ius canonicũ. j. de appella. ſi duobus.
[illegible] pliciter ſpectabat ad eccleſiaſticum. ſed tanq̃
[illegible] iuriſdictione [illegible] eſſet magis dubiũ
propter [illegible] ¶ Sed aduerte q inquantum hic dicit
q de [illegible] appellat ad epm vel ad papã q eſt dubiũ ãde in
re appellatur ad vtrumq;. vnde adde q vnus eſt intellectus prin
cipalis q de cõſuetudine appellabatur de conſulibus ad epm
τ ſimiliter erat cõſuetudo q poſſit appellari ad papam. τ tũc li
tera eſt plana. quia cõſuetudo dare poteſt iuriſdictionem iudici
eccleſiaſtico etiã in cauſis ſecularibus. ſ. eo. ſi clericus. ¶ Alius
eſt intellectus q de cõſuetudine appellaretur ad epm. τ licet
non ſit alia cõſuetudo tamẽ extenditur vt poſſit etiã ad papam
ex quo ipſa cõſuetudo defert ipſam iuriſdictionẽ ad iudicẽ eccle
ſiaſticũ. τ ſic inducta in vno gradu extenditur ad gradũ ſuperio-
rem. τ hoc tenuit domi. Anto. ¶ Sed forte hec opinio nõ eſt ve
ra. q cõſuetudo cõtra ius eſt reſtringenda: de cõſuetudi. cũ dile-
ctus. τ preſertim vbi nõ eſt eadẽ ratio. τ ideo licet inducat contra
ius conſuetudo qd de ſeculari appellatur ad epiſcopum. nõ per
hoc debet poſſe appellari ad papã [illegible] magis grauarentur par
tes in laboribus τ expẽſis pp̃ter lon[illegible] itineris. facit. j.
de reſti. in integ. cũ ex literis. quod [illegible] nec ob. qd ha-
betur in. c. j. de iure patronatus. in [illegible] donatur ius
patronatus per laicum clerico: mute[illegible] n ex quo transfer-
tur in perſonam eccleſiaſticam: q ibi [illegible] per viã donatio
nis que fauorabilis eſt τ ampliand[illegible] ona. cum dilecti. nam
ſit etiam ſm ius: ſed hic in cõſuetud[illegible] itra ius [illegible] eſt reſtrin
genda. τ ideo hec opinio nõ placet [illegible] Alij dixerũt τ ſequit Jo.
de ligniano q ad epm appellatur de iure. q habebat temporales
iuriſdictionẽ in loco: τ ex hoc e[illegible] ſequitur qd ex quo iuriſditio
erat eccleſiaſtica. etiã de iure p[illegible] appellari ad papã per. c. j.
preallegatũ de iure patro. in [illegible] Sed aduerte quia aut iſta iu-
riſditio temporalis ſpectabat [illegible] in ex vi conſuetudinis: τ tũc
non erat cenſenda eccleſia[illegible] quatenus conſuetudo indu-
gerat: vt prime dixi. aut e[illegible] one ſuperioris. τ tunc ſi ſim-
pliciter fuiſſet ſibi do[illegible] procedere opin. Joã. de ligniano
per dictũ. c. j. Si autem [illegible] tudum conceſſa qd tenuit hic
Jo. dicens. q epiſcopus habe[illegible] hanc ciuitatẽ in feudũ ab impe-
ratore. τ tunc ſʒ Jo. de ligniano [illegible] etiã Jo. de ſti. videtur velle idem
τ etiam domi. Ant. τ do. Flo. τ [illegible] hoc nõ videtur verũ put voluit
hic Inno. nã tũc licet de iure ap[illegible] ad epm. nõ tñ videtur qd
poſſit appellari ad papam niſi [illegible] Inno deberet appellari ad
imperatorẽ. puta a ſentent[illegible] hoc quando vacaret ipe
rium prout erat in iſto. c. [illegible] ſimile imperatorem in
feudado voluiſſe d[illegible] cõtra naturã iuriſdi-
tionis feudalis. que [illegible] appellari dʒ ad proxi-
mum ſuperiorẽ in fe[illegible] het. cum ibi nota-
tis. lib. vi. τ no. ſ. e. v[illegible] itu. j. c[illegible] ideo
nõ videtur q tũc poſſ[illegible] lind
haberet. τ niſi in caſu [illegible] quitur
quãdo ſit cõceſſio per [illegible] ſm na-
turam legis feudalis: τ ſ[illegible] ceſſa in
feudũ. q de cõſulibus de[illegible] teſta-
te ad epm: q infeudata e[illegible] pellari
omiſſo medio: niſi conſue[illegible] vol[illegible] Do-
ſtien. τ per hec pʒ q mul[illegible] Anto. per
tex. quorũ aliqua etiam [illegible] de iure nõ
bi procedũt. ¶ Ultimo [illegible] opinio-
nes circa validitatẽ literar[illegible] ſʒ ſu
in pendenti. ſaluo niſi per ſ[illegible]
ſed iſta opinio eſt cõtra tex
tatur p ſubauditiones liter[illegible]
vbi aliud fieri poteſt. per [illegible] qd
terea. de ver. ſig. Item nõ p[illegible]
ſuggeſtione. q ſuggeſtio falſi[illegible]
ipſo iure. vt not. in. c. ad audien
ne dixit. ſm do. Flo. τ do. Ant
ſunt nulle. τ hoc pro[illegible]
nam papa nõ haber[illegible]
ſ. nõ ſit. quando n[illegible]
ipſo iure nulle. ſ[illegible]
tur Inno. τ eſt co[illegible]
reconualeſcere ſi a[illegible]
matur [illegible]

ſicut dũmodo reſponderi poteſt q debet intelligi dũm
ſules [illegible] eant: ſcʒ tempore date. ſic intellexit Calde. τ
ue. do. Flo. τ do. Anto. vel poſſet intelligere q̃ iunt in
ne ſupple. nec etiam poteſt impetrari nec haberi recur
cleſiaſticũ dũmodo cõſules [illegible] Huic opinioni. c
per quod Holti. τ etiam glo. j. hic tenuit indiſtincte q [illegible]
in pendenti. quia vt dicit Inno. in. c. ſequenti; impetrate fuerant
per viduã τ ſic per miſerabilem perſonas. ideo ſpeciale ei q tñc
ſunt in pendenti. Secus quãdo non miſerabilis impetrat. et ſic
loquatur textus iſte: τ hoc etiã ſequitur Calde. τ ſucceſſiue do.
Anto. dicit tamen Calde. q ſi vidua impetraſſet expreſſa falſita
te. poſſet obijci contra reſcriptum: τ idẽ ſi tacuiſſet pceſſuʒ iam
inchoatum per id quod habetur ſupra de reſcrip. ceterum. et. c.
ſuper literis. Secus vbi [illegible] expreſſit falſitatem nec tacuit veri
tatem: τ ſic loquitur. c. ſeq. [illegible]

1 ¶ Vidua nõ poteſt trahere laicum ad eccleſiaſticum iudicẽ
pro cauſa non eccleſiaſtica.

2 ¶ Vidua vel miſerabilis perſona ſi impetrauit poteſt recurrere ad
iudicem eccleſiaſticum ſi proximus ſuperior ſit negligens licet
alij non requirantur.

3 Judex ſecularis ſi in cauſa vidue non negligat ſed male pronun-
tiat recurri debet ad ſuperiorem pnũciantis nõ ad eccleſiaſticũ.

**Ex tenore literarũ.** Vidua[a] laicũ
corã iudice ec-
cleſiaſtico conueniri nõ poteſt niſi ſup cauſa eccleſia-
ſtica, vel in defectũ iuſtitie ſecularis. hoc dicit. ¶ Et
in prima comitis cõqueſtio. in ſcdã pſuſio. ſecũda ibi: noſigit.
illa ſcda tria facit. quia cauſam reddit: ſapſederi mandat. τ duos
caſus excipit. vt pʒ ex lra. ¶ Nota q vbi actor traxit reũ corã
delegato ab alio quã a iudice cõpetenti: poteſt iudex competẽs
mandare actori vt cauſam deferat ad eum offerendo ſe paratũ
eidẽ plenam iuſtitiã exhibere. τ hoc videt procedere etiã ſi cau-
ſa non ſit feudalis. lʒ do. An. videat in illa intelligere. ¶ No. q
licet viduis fieri debet iuſtitia fauorabilis. non tñ debebit ſibi
1 fauери contra iuſtitiã τ alterius preiudiciũ. ¶ † Itẽ no. q etiã
vidua nõ põt trahere laicũ ad iudicẽ eccleſiaſticũ p cã nõ eccleſia
ſtica. qd eſt verũ dũmodo poſſit corã ſeculari iuſtitiã cõſequi: als
ſecus. τ ſic videt reſcriptũ impetratũ eſſe in pendẽti etiã non eſſe
nullũ a principio lʒ tpe impetrationis nõ appareat iudicẽ ſecu
larem fuiſſe negligentẽ. τ hoc eſt verũ in caſu iſto quando vidua
vel miſerabilis perſona impetrauit. Si aũt alia perſona impe-
traſſet reſcriptũ eſſet ipſo iure nullũ. ſ. c. pxi. ſecũdũ verũ intelle
2 ctum. ¶ † Et not. etiã quod quando vidua vel miſerabilis per
ſona impetrat ſufficit [illegible] ſuperior ſecularis ſit negli
gens, licet alij ſuperiores [illegible] requirantur vt poſſit haberi re-
curſus ad iudicem eccleſiaſticum: ſecus in alijs. quia requiritur
q omnes ſuperiores etiam mediati ſint negligentes. vt voluit
Innocen. in. c. ſignificantibus. ſ. de offic. deleg. imo hic plus vo
luit Petrus τ [illegible] obas. q etiam in vidua omnes debeant eſſe ne
gligentes per li[illegible] am hic dũ. dicit per iudicem [illegible] arem. τ non
dixit per comitem eo quia forte ſm eum rex Frãcie ſuperior co
mitis. primo deb. tet. requiri. ſed certe precedens dictum Inno-
cen. ſequitur hic do. Anto. τ pro hoc quia dixit in ſeculari dũmo
do per iudicem. ¶ In glo. fina. ibi [illegible] contra. Solue q ſi lite-
re a principio ſint nulle nõ conualeſcunt. vt dictum fuit. ſ. c. p-
xi. ſecus quando a principio valent. licet poſſet interim excepti
one elidi. quia ceſſante cauſa exceptionis poſſunt habere vires:
τ ita hic. τ ideo interim cẽſentur eſſe in pendenti ſicut ſi condi-
tionaliter expreſſe concederentur ſi contingat iudicem ſecularẽ
eſſe negligentem. ¶ Sed quid ſi iudex ſecularis ſit negligens
τ non miſerabilis [illegible] llo non facit mentionem an va-
lebit reſcriptum [illegible] in. c. precedenti tenuit q non
quia [illegible] damentum ſue poteſtatis: er-
[illegible] ultum. ff. de condi. τ demon
[illegible] rt. in. c precedenti a contra-
[illegible] pa qui habet plenitudinem
[illegible] titu. j. nouit. ſed in alio infe[illegible]
[illegible] l. multum. ¶ † Et not. etiã qd
[illegible] ſed male pronunciat, q non po-
[illegible] eccleſiaſticum: ſed ad ſuperio-
[illegible] ad eum. τ ita voluit hic Joan.
[illegible] int. in. c. prece. tenuerit oppoſitũ
[illegible] per iniuſtã ſententiã. poſſit ha-
[illegible] precedens dictum puto ve-
[illegible] o.
[illegible] re ca[illegible] uſam.
[illegible] Cle[illegible]

a ¶ Vidua ad materiã hu ius tex. ad ꝺ do. Abba. τ doct. in. c. ſi gnificatib[9]. ſ. de offi. de leg. τ l. c. ſup quibuſdã. ſ. j. co. in fi. V. no. in. §. cuʒ aũt. de verb. ſigni. τ in. c. licet: hoc. e. titulo.

Ayuntamiento de Madrid

, ſponte litigans corã iudice ſeculari qua pena puniaꝛ.
non poſſunt ſe ſubijcere iudicibus ſecularibus.
ciari non poteſt priuilegio conceſſo pluribus vt colle-
us in beneficio conceſſo pluribus vt ſingulis
mentum preſtitum contra canones non ligat ſecus ſi cõ
es tantum.
anciare velleiano põt mulier dummodo fuerit certificata.
un iare non poteſt beneficio reſtitutionis.
tum de ſolutione nõ probanda niſi per inſtrumentum an
v... it.
12 Proro... tio an poſſit fieri in cauſa criminali.
13 Velleianum quid ſit.
14 Macedonianum quid ſit.
15 Verba futuri temporis requirunt miniſterium iudicis ⁊ ſentẽ
tiam niſi apponatur dictio inſtantanea. puta hoc ipſo vel ſta-
tim amittat: ſed vbi lex loquatur per verba preteriti temporis
pena intelligitur appoſita ipſo iu...
16 Trahens reum ad nõ ſuũ iudicem ſuccumbit a cauſa ⁊ an pe-
na ſit commiſſa per ſolam citationem vel vtrũ poſſit penitere.
17 Sententia ſi feratur pro eis qui reſpondere volunt ſub iudice
ſeculari non valet: ſed ſi contra eos.
18 Priuilegium conceſſum ſcholaribus per autẽ. habita. C. ne fi-
lius pro pa. an habeat locum in ſcholaribus clericis: cum pri-
uilegium velit ꝙ poſſit eligere doctorem vel magiſtrum laicũ
vel poteſtatem loci.
19 Contractus reprobatus propter publicam vtilitatem: vel ꝗ
contra bonos mores non firmatur iuramento.

a **SI diligenti.** Clericus[a] non poteſt con-
ſtituere ſibi laicum iudi-
cem, etiam ſi proprium iuramentum ⁊ aduerſarij cõ
ſenſus accedat. h. d. Et diuidiꝛ in tres partes prin-
cipales: ꝗ in prima ponitur falſa opinio archiepiſcopi piſani.
ſecũdo ipſi⁹ impugnatio. tertio cõcluſio. ſecũda ibi. immemor
1 tertia ibi manifeſte. ¶ † Not. in tex. ibi ſubeãt ſupple. nec ob.
ꝙ poteſt quis renũciare iuri ſuo. ꝗ illud eſt veruꝫ quãdo eſt bñ
ficium perſonale. qd nõ contingit in caſu iſto vt ſequitur nec ſi
militer iuramẽtũ hoc caſu debet ſeruari ꝗ eſt cõtra canonica ſta
tuta. vt. j. ſubijciꝛ in ver. nec iuramẽtũ. ⁊ per hoc poſſes dicere
ꝙ de cre. poſſet diuidi in quinqꝫ: nã vltra res ſuperius ſignatas
poſſes dicere ꝙ quarto tollit vnũ obſtaculũ in ver. cum nõ ſit.
quinto tollit aliud in ver. nec iuramentuꝫ ⁊ ſic diuidit. do. Flo.
2 ¶ † No. ex decretali primo ordinẽ tenendũ in diſputatione, ⁊ i
eius ſolutione. ꝗ primo poſſunt referri falſe opiniones. ſcdo i
pugnari. tertio poni vera concluſio ⁊ pbari. quarto rñdet ad ꝯ
3 traria ſm do. Flo. ¶ † Item no. regulã illaꝫ vulgatã ꝙ iuri pu
blico, non derogatur pactis priuatoꝝ. de quo per legiſtas. in. l.
ius publicuꝫ. ff. de pac. ⁊ ibi per ... o. an ⁊ qñ poſſit quis re-
nunciare iuri ſuo. ⁊ per glo. ⁊ Bar. in. l. pe. C. de pac. ⁊ p gloſ. in
autẽ. vt ſine phibitione debitrices matres. §. ꝗ vero. col. vij. ⁊
ibi etiã per Ja. de belui. ⁊ in Spec. de renun. ⁊ cõcluſione. in. ij.
4 ⁊. iij. col. ⁊ hic etiã per Jo. an. poſt Hoſti. ſuper gl. j. ¶ † Item
no. penam ... tradentis clericũ ad iudicia ſecularia. ꝗ perde
re debet cauſam ⁊ excõicari imponitur etiã pena laico trahẽti
clericũ ad forum ſeculare. per autẽ. ſtatuimus. C. de epiſ. ⁊ cle.
5 ꝗ perdere debet cauſam vt ibi. ¶ † Item no. penã clerici qui
ſpõte litigat corã iudice ſeculari: ꝗ in ciuili pdere debet cauſaꝫ
etiã ſi vicerit. ⁊ in criminali deponi debet ab officio. ⁊ ſic not.
6 ꝙ clerici nedũ inuiti ſed etiã voluntarij nõ † poſſunt ſe ſubijcere
iudicibus ſecularibus. ⁊ per hoc videꝛ ꝙ licet clericus vocatus
corã iudice ſeculari. non veniat: nõ teneat pceſſus cõtra ipſuꝫ
habitus. facit qd no. in. l. j. C. vbi de cri. agi opor. de quo in Sp.
de citatione. §. j. ad fi. ⁊. xxiiij. q. viij. cõuenior per glo. ⁊ pleni⁹ p
Jo. and. de reg. iur. ſcienti in merem ... lib. vj. ⁊ ſit ratio quia
demũ quis debet teneri venir ... uum priuilegium
qñ ſi veniret iudex eſſet cõpe ... dũ ſup illo du-
bio. ⁊ ſic loquitur. l. ſi qui ... not. ſ. de re.
ſup literis. ſed in caſu iſto ... tẽs ad
cognoſcẽdũ ſuper dubio cle ... laic⁹.
lib. vj. ideo nullo modo tene
contra eum fieret per ſeculare
7 clarabitur nullus quod eſt me
neficio cõceſſo pluribus vt ſin
eſſe beneficiũ pſonale ſeu in fau
ſit pluribus vt collegio: ꝗ tunc
tet. ⁊ per hoc nõ ob. c. dilecti.
8 ſim ... alicis vt collegio: ...
ran ... preſtitũ cõtra can
tiũ. j. de i ... eiur. cũ conti
l. c. quẽadmodũ. ¶ In ...
ne vt ibi n ... lo. c

dignitate ſecularia. ã quedã ſunt dignitates ſeculares q̃ ſonant
in eccleſiaſt ... as. vt in Abbate Beneuẽtan. pri ... ab⁹ florẽtinis ...
intellige ... l. qñ pmiſit ſe nõ vſurũ fori preſcriptione. ſcꝫ coꝛ
eccleſiaſt. ... iudice. quo ... ſi valere põt ſm ... mẽ limitatione
c. ſignificant ... ⁊ ſm notata. in. c. j. ſ. ti. j. Si autem intelligi
res ꝙ promi ... ſe nõ ſ ... ſurum fori preſcriptione corã ſecu
lari. ⁊ loqueretur in cleric. ... illa l. eſſet correcta per autẽ. ſtatu
mus. de epi. ⁊ cle. ⁊ per iſtum c. ... ea. gl. ibi delicti ſolue vt
9 ibi no. in gl. ij. ⁊ tetigi in notabili ... as. ¶ † In ea. gl. ibi mulier
põt renunciare velleiano. hec eſt communis opinio que ſeruatur
dũmodo mulier fuerit certificata ... ramõtani tamẽ tenuerũt
cõtrariũ. vt hic refert Jo. an. qui reſpondet rationibus eorũ.
Bar. in. l. fi. C. ad velle. tenet qd ... nõ poteſt renun- a
tiare. Fallit quãdo renũciat in iudicio. l. fi. §. penul. ad velleian.
ſcdo quãdo legis authoritate. in autẽ. matri ⁊ auie. quãdo mu
lier tutele officio fungi poteſt. Item fallit tertio ſi poſt biẽ-
niũ renũciat. l. ſi mulier. C. ad velleia. ⁊ iſta opinio forte de iure
vera quã ſequitur etiã domi. Anto. quia eadem fragilitas vide
tur in renunciando que eſt in intercedendo. niſi dicas ꝙ quãdo
certificatur veriſimiliter difficilius conſentiet. tamẽ. Jo. an trã
ſit cũ glo. dũmodo mulier fuerit certificata ⁊ ad opiniones vitã
das dicit cautum eſſe vt interueniat iuramentum. quia tũc te-
10 nebit abſqꝫ dubio. per. c. cũ contingat. j. de iureiuram. ¶ † In
ea. gl. ibi minoribus. ſi iudex. ſed dic ꝙ ibi renũciat ipſe facto
nolendo vti reſtitutione ſibi cõceſſa. ſed expreſſe renũciare non
poſſet propter inhabilitatẽ perſone. que nõ poteſt adminiſtra
re bona ſua ante. xxv. annũ. l. j. ff. de mino. ⁊ quid ſit macedonia
num. ⁊ velleianũ declarat hic Jo. an. In ea. gloſſ. in fi. de mate-
ria an ⁊ quando poſſit quis renunciare iuri ſuo. remiſi in nota
bilibus. ⁊ tangit hic Jo. and. do. Anto. hic proſequitur materi
am ponẽdo regulam affirmatiuã quod poſſit quis renũciare ⁊
x. fallentias. ſed tu potes ſequi Bar. in. l. ius publicum. ff. de
pactis. ⁊ in. l. p ... l. ... de pac. cuius diſtinctio ſatis videꝛ ratio
11 nabilis. ⁊ cõprehen ... fallentias do. Anto. ¶ † Et per ea
q̃ tangit hic Joan. an. ⁊ Bar. in locis preallegatis põt inferri
an valeat pactum quod faciunt debitores creditoribus de ſolu
tione non probanda niſi per inſtrumentum nam gl. ſingularis
tenuit quod non. in. §. quia vero. in autẽ. vt ſine phibi. matres
debitrices. colla. vij. quia poteſtas teſtificandi eſt publica ⁊ cõ-
munis. nec debet anguſtari ſed ampliari. iſta eſt communis opi
nio cum qua tranſit hic Jo. and. ⁊ do. Anto. ¶ Alij tamẽ te-
nuerunt oppoſitũ vt refert Spe. ... tit. de prob. §. vidẽdũ verſic.
ſed pone quia ſicut in certis caſibus lex vult probari p ſcriptu
ram. l. teſtium. ⁊ autẽ. niſi rogati. C. de teſti. ⁊ qd no. in. l. genera
liter. C. de nõ nu. pecu. ita poſſit fieri per pactũ ⁊ forte iſta opi-
nio probabiliter poſſet defenſari. quia hic nõ vertitur preiudi
cium niſi ipſius renunciãtis. ⁊ imputandũ videꝛ ei quare de ſo
lutione non facit confici inſtrumẽtũ. tamen precedens opinio
cõmuniter teneꝛ: licet alij dicant attendendã qualitatẽ pſone.
12 ꝙ videꝛ ſatis equum ſm qd refert Specu. ¶ † Et aduerte ꝗ
gl. ſ. tenuit ꝙ in criminali nõ poſſit fieri prorogatio etiã per lai-
cum ⁊ idẽ voluit glo. in. c. inolita. ſed Accur. in. l. j. C. de iuriſdi.
om. iudi. ⁊ in. l. j. ff. de iudi. ... ⁊. ſ. c. pri ... dũmodo iudex cui⁹
iuriſditio prorogatur. alias ... bene iſtũ temperium. ⁊ pro hoc
videtur caſus in. l. j. C. vbi de ... legiſtas ne ... de quo etiã in Spe.
de competen. iudi. adi. §. j. ... qd illi eſt ſi quid in iudicem. et
per Inno. ſ. de offi. dele. de c ... facit qd Jo. an. in. c. p. ⁊. g. ſu-
per glo. vlti. ⁊ per Bar. in. l. ... opinio ... entes. ff. ad municip.
⁊ in. l. de qua re. §. j. ff. de iudic. ⁊ id. ⁊. l. py. ⁊ ſi iudex. ff. de iudic.
13 ¶ † Et pro iuuenibus pote ... te. nec ꝙ velleianũ eſt beneficiũ
datuꝫ mulieribus quando fideiubent vel obligant ſe pro alio.
nam poſſunt ſe tueri per exceptionẽ velleiani. l. j. ff. ad velleia.
14 Macedonianũ vero eſt beneficium conceſſum filijſfami. † qui
ſunt in poteſtate parentuꝫ. nam ſi mutuatur eis pecunia poſ-
ſunt ſe tueri exceptione macedoniani cõtra creditores. l. j. ff. ad
macedo. ⁊ fuit inductum principaliter in odium creditorũ qui
quãdo mutabant filijſfamilias dicebant ꝙ adhuc maiorẽ ſum
... areni ſi eſſent ſui iuri ... per hoc inducebant filios
ad occidẽdos parẽtes: ſed vellei ... principaliter fuit inductuꝫ
... rem mulierũ propter fra ... em ſexus. facit. l. qui exce
15 ptionem, ⁊ qd il ... no. magi ... Bar. ff. de cõdi. inde. ¶ † In
glo. vd ... ibi ... gutio cõti ... tẽs op. Jo. cõiter teneꝛ quia
... erba f ... detur tũc requirere iudicis
... uit etiã ſentire hic gl. ⁊ no.
... u. ⁊ in. l. iubem⁹. §. ſane. C.
... vnde vi. ⁊ de re. iur. in pe
... io inſtãtanea. pu
... ipſo iure facit
... x loquitur per
... to ipſo iu ... v...

¶ Clericus
lꝫ hic Jo. an
dre. ſ... vi-
... eſſe ma
gis diffuſus
in ſcribendo
ſup hoc. c. tñ
do. Feli. pul
chriori ordi
ne hic proce
dit poteris
tñ vtrunqꝫ
videre vt ha
beas plenaꝫ
inſtructioneꝫ
materie pre
ſentis.

Ayuntamiento de Madrid

volunt glo. preallegate niſi appareat aliud expreſſum per eandẽ legem vel aliam. vt pt [illegible] §. Si autẽ verba ſint dubia que poſſunt ſe habere in preterito ⁊ futuro. tunc in dubio [illegible] interpretatio mitior per [illegible] regulã in penis. ⁊ ſic itelligatur in futuro. facit qđ no. Dy. ⁊ Bar. in. l. imperator [illegible] ff. de iure fiſci.
19 ¶ † In ea. glo. ibi benignius tn̄ ⁊ ſic velit gloſſ. ꝙ de rigore pena ſit cõmiſſa per ſolam citat[illegible] de rigore poſſet puniri: ſed de benignitate pt̄ conſiſtere [illegible] lit. cõte. ad penã euitandã. ⁊ ſic etiã ſentit finis glo. ⁊ iſtud ten[illegible] etiã Jo. an. ſaluo niſi pertinaciter iſiſtat ꝗ tũc etiã ante cõte. li[illegible] incurreret penã cũ effectu allegat qđ habetur in [illegible] ta. ⁊ qđ no. ĩ. de preben. de multa. ¶ Do. Flo. tenet ꝙ incurrit penã ex ſolo tractu. ⁊ ſic ex ſola vocatione ꝗ ſic videntur verba importare. ⁊ ideo cũ ex hoc ius q̃ratur aduerſario nõ erit locus pnie. Nec ob. l. q̃uis. ff. de in ius vocan. ꝗ ſm eum potius facit in oppoſitũ. nã ibi eſt ſpeciale ꝙ remittatur pena. ꝗ libertus remittebat ibi actionẽ. ⁊ ſic ĩ cõtrariũ erit iꝰ cõmune. ſed glo. in. l. in criminali preallegata vbi lex ponit ſimilem penã ex eodẽ ſeu ſimili delicto. vult ꝙ admittatur penitẽtia vſq; ad ſententiã ⁊ illã ſequitur ibi Bart. ꝗ in penis legalibus. videtur ꝙ admittit penitentia vſq; ad ſentẽtiã. l. qui cũ maior. §. accuſaſſe. ff. de bo. libe. ⁊ ſm hoc eſſet ſpeciale in patrono ⁊ in caſu dicte. l. q̃uis. ꝙ nõ admittatur penitẽtia vſq; ad ſententiaʒ. et cũ illa glo. cõiter tranſeunt legiſte do. Anto. hic tranſit cuʒ dicto iſtius gloſſ. ⁊ Jo. an. Forte poſſet dici ꝙ de iure hic etiam debeat admitti penitẽtia vſq; ad ſentẽtiã ex quo eſt pena inducta a lege, licet canonica. ⁊ quia iſta eſt mitior interpretatio que debet fieri in penis ꝓpter autoritatem gl. ⁊ Jo. an. Credo ꝙ hec glo. ſeruaretur in foro canonico. ſed gl. l. in criminali in foro ciuili. quia ſic videtur conſuetudo interpretari. arg. l. minime. ff. de legi. ⁊ qđ habetur per glo. in. c. ij. de arbi. in. vj. quõ autẽ eſt differentia quando apponitur pena ab hoĩe. an ꝓmittat nõ contrauenire ſub pena. an vero in ius non vocare. an vero non [illegible] age[illegible] vel accuſare. an vero nõ mouere controuerſiam: vel nõ [illegible] re queſtionẽ vel litẽ vel cauſam. proſequitur plene Bar. in. l. an [illegible] plius. ff. rem ra. hab. de quo etiã aliquid hic per do. Anto. ⁊ no. ꝙ caute faciet reꝰ vocatus ad iudiciũ ſeculare in caſu decre. ꝙ nõ excipiat de declinatoria fori. ſed ꝓteſtatur ſe nolle reſpõdere. nec ad id teneri. et tũc ꝗ iudex inſtabit vt reſpondeat ⁊ conteſtetur liteʒ. poterit proteſtari ꝙ coactus hoc facit ⁊ litem conteſtabitur. ⁊ tunc erit locꝰ pene effectualiter tenendo opinionẽ glo. ¶ † In gl. cõione in fi. dic melius a cõmunione. ſ. hoim. ꝗ excõicabitur quouſq; ſatiſfecerit non ſolum tractori: ſed etiã eccleſie cui iniuriã irrogauit. ſ. eo. c. ij.
17 In gloſſ. lata in fi. ⁊ ſic pʒ ꝙ ſi fertur ſententia pro illis qui volunt rñdere ſub iudice ſeculari nõ valebit. ⁊ perdent locũ ſuum in criminali. Si aũt ſit lata cõtra cos: adhuc videtur quod non valeat: ſed locum ſuum amittat in ciuili vero lʒ obtineant. non prodeſt ſententia. ꝗ perdere debent qđ euicerint. intelligo per ſentẽtiam ferendam per iudicem eccleſiaſticum. Si vero ſuccumbant multofortius per iudicẽ eccleſiaſticum cogetur rem illam dare et iſta videtur mens litere lʒ Hoſti. ⁊ Jo. an. ⁊ etiã do. An. ſatis inſtent. ¶ In gl. perdãt ibi iuriſdictione eiꝰ ſpreta. ⁊ pro hoc bene facit. c. ſi qs. xvij. q. iiij. ¶ In glo. ſi locum ibi habet electionẽ Jo. an. dicit ꝙ imo nõ habent electionem. ꝗ iſta verba ſi locũ ſuũ ⁊c. videtur dicta comminatorie quaſi velit dicere ꝙ ſi contendat habere qđ deuicerit poterit deponi. ⁊ ſic videtur velle gloſſ. j. c. ij. lxxxviij. diſt. in glo. ſi. Sed do. Anto. dicit dictum Joan. an. poſſe procedere ſi litera dixiſſet ſi locum ſuum voluerint obtinere ſed quia dicit maluerint. id eſt magis voluerint: ⁊ ſic comparatiõe
18 dicit ꝙ forte gloſ. iſta poteſt ſuſtineri. ¶ †. In gloſſ. pe. in. fi. ſup iſta glo. tractat Joã. an. an priuilegiũ cõceſſum ſcholaribus per autẽ. habita. C. ne filius pro patre. habeat locũ in ſcholaribꝰ clericis. ⁊ licet referat opiniones. cõclude ꝙ quatenus vult priuilegium ꝙ poſſit eligere doctorem vel magiſtrum laicum vel poteſtatem loci. nõ habet locum in clericis per iſtud. c. cuʒ ſimilibus. Sed quatenus vellet ꝙ poſſet eligere epm̄ loci vel doctoreʒ aut magiſtrũ ſuum clericum. cõclude ꝙ in ſcholaribus ciuibus non habet locũ. quia illi habẽt propriũ epiſcopũ: licet ſi [illegible] coram quo poſſunt conueniri ſine cuius licentia in alium etiam eccleſiaſticuʒ non poſſunt conſentire. ĩ. eo. ſigni[f]icaſti. ⁊ iſt[illegible] tenuit Goffr. Sed in alienigenis e[illegible] magis dubium. nam [illegible]
Gof. tenuit ꝙ ſic. ⁊ videt ſequi
nuit cõtrariũ. ¶ Potes cõc[illegible]
nigena eſt in ſtudio de licenti
quentiam habeat poteſtate[illegible]
dium ⁊ priuilegia eius. ⁊ ſic
vel magiſtrum ſuum cleri[illegible]
occaſione ſtudij [illegible]
non poſſet [illegible]
no. in. l. ſi longin[illegible]
tunc videtur [illegible]
[illegible] ã
cti
illis
o. ⁊ do. An[illegible] o. Sed Hoſti. te
pinionesqut [illegible] icꝰ alie
i. vi [illegible]

¶ Clerici ad intellectum huiꝰ c. vide. c. dilectis. đ ap pe. ⁊. c. ſi iudex laicus đ ſen. excõ. in. vj. ⁊ pe. de ſu. i. l. j. ff. de reivẽ. ⁊ vide. c. romana. §. j. de appe. in vj. ⁊ ibi do.

beat coram epiſcopo loci. ⁊ ſic non poterit eligere do[ctorem] magiſtrum. nam imperator nõ poterit dare priuilegiu[m] iudicium epiſcopalis iuriſdictionis: licet alias quãdo [illegible] iudicat poſſit dare priuilegium eccleſie. x. diſtin. c. j. cum ⁊ C. de ſacroſan. eccle. priuilegia. ¶ In gloſſ. vltima i[illegible] res. Solue vt ibi. ⁊. ĩ. de regu. iur. acceſſorium libro. vj. ⁊ il[lic] patet ſolutio ad ſequentia contraria. ⁊ adde quod not. in
19 ſ. de renuncia. ⁊ per Cy. in. l. ij. C. de remiſ. pigno. ¶ † In glo. in fi. dic ꝙ vbi contractus reprobatur propter publicã vtilitatem: vel quia contra bonos mores non firmatur iuramento. Secus vbi prohiberetur propter fauorem ſingulariuʒ perſonarum. de quo in. c. non eſt obligatorium. de regu. iur. in. vj. ⁊ per Jo. de lignano hic tangit notata per Bart. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. de quo per do. Ant. in. c. cũ contingat. ĩ. de iureiurã.

1 Iuriſditio dari poteſt ſine coertione.
2 Epiſcopus ſolus in ſua dioceſi habet merum imperium ⁊ ſolus in illa dicitur ordinarius.
3 Conſuetudo dat iuriſdictionem. ⁊ nu. 6.
4 Deponi an poſſit clericus per iudicem delicti.
5 Judex delicti poteſt cognoſcere ⁊ punire.
6 Conſuetudo an poſſit priuare perſone dare poteſtatem excommunicandi.
7 Rector an poſſit cognoſcere de delicto ſui officialis.
8 Pater an poſſit eſſe ordinarius vel delegatus in cauſa filij tam in ciuili quam in criminali.
9 Merũ imperiũ an poſſit preſcribi ſiue queri per conſuetudinẽ.

a **Cum contingat.** Clericiª ſup exceſſibus coram ſuo epiſcopo conueniri debent; non coram his quibus ſeruiunt, niſi conſuetudo vel priuilegiuʒ aliud inducat. hoc dicit. Et in prima conſuetudo in ſecunda reſponſio. ſecunda ibi:
1 ſuper quo. ¶ † Nota quod videtur dari poſſe iuriſdictionem ſine coertione. quod eſt ſingulare ſecundum do. Flo. forte hoc procedit iuriſdictione preſcripta ex conſuetudine vt non intelliga-
2 tur poteſtas coercendi preſcripta niſi aliud appareat. ¶ † Item no. argu. ꝙ ſolus epiſcopus habeat merum imperium in ſua dioce. ⁊ ſolus in illa dicatur ordinarius. de quo. ij. q. vij. ſi quis epiſcopus. extra dioce. vero exiſtens non habet etiam in ſubditos ſaluo tamen caſu clemen. j. de foro compe. ¶ Item not. ꝙ conſuetudo ⁊ priuilegium parificãtur. facit. ix. q. iij. cum ſcimus. et
3 ĩ. de verbo. ſigni. ſuper quibuſdam. ¶ † Item not. ꝙ conſuetudo dat iuriſdictionem ⁊ ad hoc ſepe allegatur. facit. l. j. de emancip. liberorũ. ⁊ licet hic dicat de ſpeciali. tamen idem dices de generali cum eadẽ ſit ratio. itẽ qđ hic dicit de indulgentia. intellige de apoſtolica. quia inferior [illegible] papa non poſſet priuato dare ordinariam. ĩ. eo. ſignificaſti. ⁊. [illegible] integ. c. pe. ¶ Iteʒ not. ꝙ mercenarij, ⁊ ſeruientes [illegible] dicuntur eſſe de iuriſdictione illorũ quibus ſeruiunt. ſi illi alias nõ habeãt iuriſdictionẽ ordinariam: lʒ alias leuem coertionem habeant. non in figura iudicij. vt not. glo. vij. q. j. ſicut alterius. ⁊. l. reſpiciẽdũ. §. pe. ff. de penis. ¶ In glo. vt hi: vel dic precedens non eſt bona quia [illegible] literam. et etiam eſt contra textum in. l. j. C. vbi de crim[illegible] or. iſta ſecun
4 da etiam non eſt ex toto bona inquantum dicit [illegible] † non poteſt quid deponi per iudicem delicti. quia illud eſt contra textum. in c. ſequen. ideo dicite ꝙ dicto [illegible] proprie ⁊ implicatiue. quia nedum poteſt cognoſcere [illegible] domicilij de delictis commiſſis intra dioce. ſed etiaʒ de cõmiſſis extra. ⁊ hoc voluit
5 litera fateor tamen ꝙ † etiam iudex delicti poſſet cognoſcere et punire per ea que habentur in. c. j. ĩ. de raptori. et. ĩ. c. proxi. licet executio actualis debeat fieri per iudicem loci vbi eſt res ſita. vt
6 patet. ĩ. c. proxi. ¶ † In glo. ij. ibi dat iuriſdictionem intellige ordinariam. ⁊ etiam illam dare poteſt priuate perſone: vt hic videtur innui. quod alibi [illegible] ſic expreſſe reperitur. an autem poſſit
dar[illegible] poteſtate[illegible] [illegible] priuate perſone Innocenti.
hic videtur velle [illegible] Joan. and. Sed contrarium
tenuit in. c. ol[illegible] [illegible] ia. vbi dicit ꝙ dũmodo ſit
clericus [illegible] [illegible] dictam poteſtatem. ⁊ illud
vide [illegible] [illegible] municandi cenſeatur pote-
[illegible] tranſmiſſam. c. dudum. el. ij. an
[illegible] ere inferioribus poteſtatem com
[illegible] non ſunt ordinis. plene not. in. c.
[illegible] o. ⁊ aliquid tangit hic Innocent.
[illegible] ie poteſt habere. ſupple ex vi cõ
licet pater habet in filium pote-
[illegible] inus ſuper ſuam familiam. facit
[illegible] ria poteſtate. ⁊. ſed ſi [illegible] ecun-
[illegible] ij. q. vij. accuſatio tamen non
[illegible] glo. vij. q. j. ſicut alterius.
[illegible] Anto. ⁊ vid[illegible] quod habe-
de [illegible] te mariti in
vxorem

Ayuntamiento de Madrid

7 vxorem. ¶ † An autem rector poſſit cognoſcere de delicto ſui offi
cialis.plene habetur in.l.ſenatus.ff.de offi.preſi.ꝛ in.l.ſi qs.§.j.
ff.de penis.ꝛ ibi per Bar.ꝛ adde etiam quod habetur in.l.ꝛ ij.ꝛi
uatis.ff.de iudi.ꝛ.l.qui iuriſdictionem.ff.de iuriſ.omni.iu.ꝛ ig.l.
quinetiã.ff.de arbi.vbi bona glo.vbi glo.tractat.an † pater poſ
ſit eſſe ordinarius vel delegatus in cauſa filij,tam in ciuili quã in
criminali:videtur tamen ꝙ in ciuili eſſe poſſit ſaluo iure recuſati
onis.facit qđ no.š.eo.in.c.ex tranſmiſſa.licet glo.aliter loquatur
ꝛ vide glo.iij.q.vij.§.tria.verſ.cõmittere.vbi in delegato,videtur
contrariari gloſſ.l.quinetiam. ¶ † Item adde inquantum Ho
ſtien.hic voluit ꝙ archidiaconus vel ali⁹ prelatus excepto epi
ſcopo non poſſit dici habere territorium nec conſuetudinem hoc
poſſit operari.nam iſtud nõ videtur verum per id quod notauit
Innocen.in.c.cum inferior.š.de ma.ꝛ obe.vbi concludit de con
ſuetudine archidi.poſſe habere territorium.ꝛ conſequenter de
linquentez in illo ſubijci iuriſdictioni eius:pro hoc faciat iſte tex.
cum ſimi.ꝛ qđ habetur in.l.j.C.de emãcipatione liberorũ.nec.ob.
ratio Hoſtien.quia in eadem dioce.nõ erit niſi vnũ caput princi
pale:ſcilicet epiſcop⁹.ꝛ archi.habebit iuriſdictionẽ ſub epiſcopo.
ꝛ ſic locus erit preuentioni inter eos.facit quod not.de offi.ordi.
paſtoralis.ꝛ in.c.cum ab eccleſiaruz.niſi conſuetudo haberet epi
ſcopum non poſſe preuenire archiepiſcopuz in his que eſſent ſue
iuriſdictionis:quia tunc illa eſſet ſeruanda argum.huius textus.
nec tamen tunc eſſet repugnans iuri quia archidia.non haberet
principalem iuriſdictionem dioce.ſed particularem in loco illo.
9 ¶ † Item adde inquãtum hic tangit Joan.and.an merum im
perium poſſit preſcribi ſeu queri per cõſuetudinem:nam cõmu
nis opinio eſt qđ ſic.vt plene notauit Cy.in.l.j.C.de emancipatis
libe.ꝛ facit quod habetur in.l.viros.C.de diuer.offi.ꝛ appa.iu
di.li.xij.nec ob.quod habetur a lege.vt.ff.de offi.eius cui man
data eſt iuriſdictio.l.j.quia non ſequitur ergo non poteſt haberi
a conſuetudine imo potius oppoſitum.quia conſuetudo eſt al
tera lex.l.de quibus.§.j.ff.de legibus.nec ob.l.iuris emphiten
tici.C.de fundis patri.li.xj.quia imo potius facit ꝓ:vt patet ex
ibi notatis.per gl.nam ibi vult ꝙ licet non poſſit preſcribi ſpa
tio.xxx.annorum in caſu illius.l.tamen poſſit ſpatio.xl.alie le
ges allegate per Jaco.de are.non faciunt ad propoſitum ꝛ intel
lige quod poſſunt preſcribi quando interuenit ſcientia ꝛ patien
tia eius cõtra quem preſcribitur arg.l.j.ꝛ.ij.C.de ſeruitu.ꝛ nota
uit Innoc.de offi.ordi.conquerente.ꝛ per hoc videtur ꝙ ſi aga
tur de preſcribendo contra imperatorem.non procedet preſcri
ptio in locis in quibus non bene poteſt dari eius patientia.ꝛ ita vo
luit Barto.in.l.j.in fine.§.deniq;.ꝛ ibi dixi de materia.ff.de aqua
plu.arcen.dubitat tamen ibi an ſufficiat patientia pape vacan
te imperio.ſed potes dicere ꝙ nõ ſm domi.Flo.quia tunc interim
caret ſuo ſpeciali adminiſtratore.ideo nõ debet ꝓcedere preſcri
ptio per id qđ notaui in fi.Inno.in.c.olim [illegible] j.đ reſti.ſpoliato.ꝛ
quod no.in cle.j.de reſcriptis.ꝛ de religio.do.c.cũ venerabilis.fa
cit.j.de preſcri.in.c.de quarta.

1 ☞ Forum domicilij ꝛ beneficij poteſt habere clericus ꝛ an in
loco beneficij ſortiatur forum.
2 Forum ſortitur delinquens in loco delicti.
3 Delinquens in vno loco ſi in alio habet beneficium ꝛ crimen in
ducit priuationẽ ſententia debet ferri per iudicem delicti:ſed ex
ecutio fiet per iudicem loci beneficij.ꝛ nu.5.ꝛ.6.
4 Sentẽtia per iudicez laicum in cauſa reconuentionis contra cle
ricum lata per quem mandabitur executioni an per epiſcopum
vel per iudicem ſecularem.
7 Statutum an poſſit expreſſe diſponere extra territoriũ ſup deli
ctis:ꝛ an in dubio trahatur ad delicta alibi commiſſa.

## Poſtulaſti per ſedem.

Hꝫ duas lecturas.
a ſm vnã breuiter hoc intendit.Epiſcopus[a] delicti con
demnat clericũ de delicto:ſed non priuat beneficio ali
bi ſito.ſed hoc exequet eps beneficij.h.d. ¶ Uel.ſm aliaz põt ſic
ſummari.Epiſcopus delicti cõdemnat clericum etiam priuando
ipſum [illegible]neficio alibi exiſtente:ſed executio realis:id eſt ablatio
poſſeſſionis fit [illegible] epiſcopo beneficij.hoc dicit.ꝛ hec [illegible]mmuniter
tenetur,ꝛ eſt cõmunis diuiſio.conſultatio.ꝛ reſponſio, ſecunda,
1 ibi ad quod. ¶ † Nota ꝙ clericus poteſt habere duplex forum:
vnum ratione beneficij intellige ſi requirit reſidẽtiã:alias non vi
detur ibi ſortiri domiciliũ niſi quo ad poteſtatem recipiendi or
dines in.c.cum nullus.de temporibus o[illegible]
in.l.libertus.§.ſola domus.ff.ad munic[illegible]
micilij an autem in loco beneficij [illegible]
gitur per Inno.j.de priuil.ex ore.
2 tum.§.cũ vero ſuper glo.lib.vj. ¶ [illegible]
in loco delicti.de quo in.c [illegible] j.j.de

dicta ꝓpter que clericus venit priuãd⁹ officio ſeu bñficio vt eſt
3 homicidiũ furtũ ꝛ periuriũ.š.de iudi.c.cum non ab hõie. ¶ † Item
no.ꝙ vbi quis deliquit in vno loco,ꝛ in alio habet beneficiũ ſi
crimen induciт priuationẽ debet ferri ſnia per iudicẽ delicti ſed
executio dꝫ fieri per iudicem loci beneficij:ꝛ intellige ꝙ fiet ad
requiſitionẽ ꝓnũciantis.ar.c.romana.§.contrahentes.verſi.ſed
4 tunc lib.vj.eo.titu.ſm Hoſtien. ¶ † Et ex predictis not.ſm ab
batem ad queſtionem:an epiſcopus exequatur ſententiã latã per
iudicẽ laicũ contra clericum in cauſa recõuentionis.nam videtur
dicendũ qđ ſic ad requiſitionẽ iudicis ſecularis per iſtum textuz
et predicta.de quo etiã per Jo.an.in.c.j.in.j.glo.magna.ad fin.
j.de mutu.peti.ꝛ iſtud videtur tutius licet aliqui dicant qđ iu
dex ſecularis etiã poterat illam exequi in rebus patrimonialib⁹
5 clerici.de quo ibi tangitur. ¶ † In glo.j.ibi:ꝛ non ſuper eccle
ſia.ex hoc habes vnam lecturã qđ iudex delicti ſolũ ꝓnũciat ſup
crimine an ſit commiſſum:non autẽ priuabit eum beneficio.ſed
poſtea priuatio fiet per iudicẽ beneficij pro executione ſentẽtie
late ſuper crimine.ꝛ idem voluit glo.ſequens,ſecũdũ vnũ intelle
ctũ. ſed ſm aliũ glo.ſequens voluit oppoſitũ:ſcilicet ꝙ iudex
delicti poſſit etiam ſuper eccleſia ſententia ferre.ꝛ.ſic etiaz ipſuz
priuare.ꝛ vtraq; lectura videtur poſſe ſuſtineri.licet domin.Flo.
videatur impugnare primã.nam ſm eum licet prima poſſet to
lerari quãdo pena priuationis ipſo iure ſurgeret ex delicto.quia
tunc ſufficit ſuper delicto ꝓnunciari.l.j.§.j.ff.ad turpil.tamen
quãdo nõ ſequitur ipſo iure.ſed venit ferenda per iudicẽ eſt du
bium:an hec lectura ꝓcedat.quia ſi petatur a iudice beneficij ꝙ
priuet.poterit opponi de nullitate ꝛ ſi iſte erit inferior iudex iu
dice ꝓnunciante ſuper delicto:habet remittere ad ipſum pronũ
ciantem:ꝛ ſic erit circuitus cõtra clemen.auditor.de reſcriptis. a
Sed certe idem cõtingeret ſi lata eſſet ſentẽtia priuationis per iu
dicem delicti.ꝛ peteretur executio actualis a iudice beneficij.fa
cit quod no.š.de offi.deleg.paſtoralis.§.quia vero.ꝛ eod.titulo.
cum de iure.ꝛ ideo vtraq; lectura videtur pro ſe ſtare.ꝛ pro ſecũ
da etiã facit iſte tex.referendo reſpõſionẽ ad queſitum prout in
dubio fieri debet.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de interrog.
acti.ꝛ pro hoc etiã quia litera dixit executio.non dixit priuatio.
Item quia iudex poteſt etiam decernere miſſionez fiendã in res
alibi ſitas.j.eo.roma.§.contrahentes.in.vj.ꝛ facit etiam quod
habetur in.l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorũ.vbi iudex in
terponit decretum ſuper alienatione fienda etiam de re alibi ſi
ta facit etiã quod nota.in.c.cum ſm leges.j.de hereticis.libr.vj.
6 ¶ † In glo.fina.ibi vbi delictum eſt perpetratum.hoc videtur
intelligenduz ſi iudex delicti hoc requirat quod facere poteſt ꝑ
ea que habentur in clementi.paſtoralis.de re iudi.ꝛ in.c.j.j.de
rap.ſecus ſi non requirat quia poteſt puniri per iudicem domi
7 cilij.l.j.C.vbi de crimine agi oportet. ¶ † Ultimo adde.inquan
tum Hoſtien.tenet nõ tenere ſtatutum diſponens qđ ſi quis of
fenderit alium.vel tale delictum cõmiſſerit.publicentur eius bo
na.licet bona ſint ſubdita ipſi ſtatuenti.nam iſtud videtur veruz
quando delictum eſſet cõmiſſum extra territorium ſtatuentis
quia ſuper tali delicto nõ habet iuriſdictionem ergo nec per cõ
ſequens poteſtatem ſtatuendi ſuper illo etiã ſi offenderetur ſub
ditus ſtatuentis.ſaluo niſi offenderetur in ciuitate confederata
per caſum ſingularem legis non dubito.ff.de captiuis.ꝛ notat
Barto.in.l.j.C.de ſumma trinita.Sed vbi delictum committi
tur intra iuriſdictionem ſtatuentis.tunc poteſt valere.quia ſup
tali delicto habet iuriſdictionem.ꝛ hoc quo ad perſonas que poſ
ſunt ſortiri forũ ſtatuentis.ſecus quo ad illas que non ſortiretur
vt ſunt clerici.š.eo.c.ij.vide qđ dixi.š.eo.quod clericis,ꝛ de con
ſtitu.in.c.eccleſia ſancte Marie.ideo tales nõ includentur in di
cto ſtatuto,ꝛ ſic intelligatur dictum Hoſti.facit quod not.Joã.
in.c.vna.de immuni.eccle.in.vj.ꝛ ad materiam huius.c.bene fa
cit qđ nota.Barto.in.d.l.j.de ſumma trini.in penulti.ꝛ vltima
qõne principali vbi tractat.an ſtatutũ expreſſe poſſit diſponere
extra territorium ſuper delictis.ꝛ an in dubio trahatur ad deli
cta alibi cõmiſſa.ꝛ ibi etiam tractat an ſi delictum ſit cõmiſſum
intra territorium ſtatuentis:ſententia lata ſuper publicatione
bonorum extendat ſe ad bona alibi ſita.de quo etiam per Joã.
an.in.c.cum ſecunduz.de hereti.in.vj.ꝛ proſequitur etiã dñ.An.
hic dicta Barto.in.d.l.j.

a ¶ Eps.ad intellectuz hui⁹ tex.ad de cõs doc.ꝛ ibi do.car di.in clem.ij.§.deniq; q.ij. in.fin.de re iu.vbi iſta materia ab omnib⁹ late tangit:

1 ☞ Domicilium duplex poteſt quis habere ꝛ vbi quis habet
duplex domicilium:ſufficit ꝙ a finibus alterius eorum non tra
hatur vltra duas dietas.
2 Diete vltra quas non debet quis trahi computande ſunt a fi
ne[illegible]
[illegible] debent litere.
[illegible]es poſſeſſiones.
[illegible] an valeant.

Ayuntamiento de Madrid

7 Vidua ſi pretendit ſe ſpoliatam poteſt agere corā iudice eccle
ſiaſtico non requiſito ſeculari.⁊ nu.11.
8 De re feudali an ⁊ quando poſſit irrequiſito domino agi coram
iudice eccleſiaſtico.⁊ nu.11.
9 Exceptio cōcernens petitoriū nō admittitur in poſſeſſorio.
10 Exceptio peremptoria ſi opponit ↄtra lr̄as nō audit excipiens.
11 Forū ſortiri an videat quis ex aſſidua ↄuerſatione ⁊ nu.13.
12 Domiciliū primū relinquere videt qui ſcdm adipiſcitur.
14 Scolaris qui eſt ī loco cauſa ſtudij an habeat animū ibi ꝑpetuo
manendi:⁊ an poſſit ibi conueniri de contractibus alibi initis.
Vxor regis eo mortuo dicitur regina.
15 Dictio quondam olim ⁊ iandudum quid importent.
16 DE parte,b. Miſerabilis [a] perſona pōt
a laicū interdicto vn̄ vi corā iu
dice ecleſiaſtico cōuenire,etiā ſi res ſubtracta dicatur
feudalis.hoc dicit. ¶ Et in prima parte conqueſtio.
in ſecūda iudicum inſtructio,ſcda ibi mandamus.prima in tres
nā primo cauſe cōmiſſionē ⁊ rei vocationē;ſecūda ibi dictus po
nit rei exceptionem ⁊ actoris replicationē ad illā tertia ibi idem
quoqꝫ.aliā rei exceptionē ⁊ actoris replicationē. ¶ Not.ꝙ etiā
vbi agit poſſeſſorio incidenter:poteſt allegari ius proprietatis
nec erit neceſſe illud probari.ex quo cōcludit in poſſeſſorio.⁊ ſic
attendi debet cōcluſio libelli potiuſquā narratio.j.de dila.litere.
¶ Itē no.ꝙ etiā ꝓpter violentiā complicū agi poteſt etiā inter
icto vnde vi ↄtra principalē. ¶ † Item no.ꝙ qs pōt habere du
plex domiciliū ⁊ interdum vnū principale ⁊ aliud non pricipale.
facit.s̄.de ma.⁊ obe,omnes.⁊ de reſcri.in.c,dilectus.el ſecundo.
¶ Item no.ꝙ vbi quis hꝫ duo domicilia ſufficere videtur ꝙ a
finib⁹ alterius corū non traditur vltra duas dietas:vt hic vide
tur probari iuncto mādato pape.glo.tn̄ ſentit cōtra.in.c.ſtatu,
tum.§.cum vero de reſcrip.in.vi.ſed forte illa glo.non procedat.
2 vel hec eſt allegatio particularis que non ponit ius. ¶ † Item
no.ꝙ a fine dioce.rei ſite computāde [illegible] diete.de quo in.c.
dilectus.s̄.de reſcrip.⁊ in.c.ſtatutum.§.cū vero.in gloſſ.olim di
3 cebamus de reſcriptis in.vi. ¶ † Item no.ꝙ vbi impetratur iu
dex vltra duas dietas nō valent litere,vt hic dicebatur allegan,
do:ſed nō eſt verū ſecūdū iſta tēpora quia imo valebāt dūmodo
per illas non traheretur vltra duas dietas.j.de excep olim ⁊ ꝙ
4 ibi nota. ¶ † Item nota.ꝙ quis videtur ſortiri domicilium in
loco vbi qs habet plures poſſeſſiones ⁊ plures redditus.quod
videtur intelligēdum quādo faciunt maiorem partem fortuna,
rum ſuarum per id quod habetur in.l.ciues.de incolis libro.x.
5 ¶ Item no.hic de leuca.nā ſecūdū aliquos continet duo milia
ria.ſꝫ ſecūdū Fran.vercellenſeꝫ tres leuce faciūt quinqꝫ miliaria
⁊ ſic.xij.leuce facient.xx.dicit ꝙ tn̄ ſecūdum diuerſitatem locorū
6 ſunt maiores in vno loco q̄ in alio. ¶ † Item nota ꝙ litere im,
petrate ad papam per laicum contra laicum nō videtur valere.
niſi faciant mentionē de requiſitione iudicis ſecularis,⁊ de eius
negligētia:⁊ ſic facit ꝙ lꝫ predicta vere ſubſit ſi tamen de eis pa,
pa nō ſit certificatus nō valeant litere quod tenuit Jmo.s̄.eod.
licet,⁊ ſequitur do.ante.poſſes dicere ꝙ hec fuit allegatio partis
7 de quo.s̄.eo.licet.⁊.c.ex tenore. ¶ † Item nota ꝙ vbi vidua pre
tendit ſe ſpoliatam,⁊ ſic agit poſſeſſorio.poteſt agere coram iu,
dice eccleſiaſtico.etiā nō requiſito iudice ſeculari.ratio quia tunc
cenſetur eſſe de foro eccleſie.quo ad habitum.⁊ etiā quo ad actuꝫ
8 ſecus vbi agit petitorio.s̄.e.ex tenore. ¶ † Nota ſingulariter ca
ſum in quo de re feudali agitur coram iudice eccleſiaſtico irrequi
ſito dn̄o feudi ſcilicet quādo miſerabilis perſona ſpoliata petit
ſe reſtitui quod nota.pro limitatione eorū q̄ habēt in.c.ex trāſ,
9 miſſa.⁊.c.verum.s̄.eo.⁊ in.c.ceterū.s̄.titu.j. ¶ † Item nota ꝙ
exceptio concernens petitoriū non admittitur in poſſeſſorio.
10 ¶ Iteꝫ nota † ꝙ ſi peremptoria exceptio opponitur cōtra lite,
ras non audiatur excipiens.de quo dic vt hodie habetur in.c.j,
11 de lit.conteſta.in.vj. ¶ † Item nota ꝙ ex cōuerſari in loco quis
videtur ſortiri forum.de quo.s̄.eod.titu.in.c.quod clericis.
Vltimo nota argu.ꝙ vbi agitur poſſeſſorio etiam ab alio,quam
a vidua.⁊ etiaꝫ ſi ſuper re feudali agatur:non ſit neceſſe agere co
raꝫ domino feudi.Sed certe iſte intellectus non debet ſumi tā,
quā iuri contrarius,facit quod not.in.c.j.de etate ⁊ qualitate.li.
vi. ¶ In glo.j.in fine,⁊ intellige ꝙ ex pacto vel ex conſuetudine
mulier debebat lucrari donationē ꝓpter nuptias.alias rediret
ad heredes viri,ſicut dos ad heredes mulieris.vt in.c.fina.de do
nati.inter virum ⁊ vxorem. ¶ In glo.andegaueū.ibi inhabita,
uerit,intellige animo ibi cōſtituēdi domiciliū.nam alias licet in
terdum habitaret.non ſufficeret.per id quod habetur in.l.ſola
domus.allegato in glo.nec obſtat id quod ſequitur in glo
etiam hic ponit[illegible]
cet interdum [illegible]
agebatur erat [illegible]
12 habetur in.c.dil.

a ¶ Miſerabilis.idem ſummanti hic ceter doctores ⁊ ad materiā huius.c.vide.c.ſuper quibuſdaꝫ ver.ſigni. ⁊ ſpe.in.ti. de iur.om.iu.§.vij.in princi.⁊ de cōpe.iudi.adi.§.j.ver ſi.xix.

glo.ibi deſunt eſſe municeps,⁊ ſic videtur quod vbi quis adipi,
ſcitur alterum domicilium,deſinat eſſe de primo,⁊ ſic videtur qd̄
non habet in duobus locis.quod videtur contra.l.aſſumptio.
§.j.ff.ad municipales.vbi quis poteſt habere duo dōcilia in duo
bus locis ſed reſpondeo vt ſequitur in glo.tamen reſpōſio gloſſ.
videtur vera in caſu,ſcilicet in ſenatore propter excellentiam di
gnitatis ſed in alijs videtur ꝙ non deſinat eſſe etiam quo ad mu
nera.⁊ hoc quando diuerſa ſunt domicilia.vt quia vnum eſt do,
micilium originis,aliud habitationis vel aliud ratione maioris
partis fortunarum.ſed an domicilia eiuſdem ſpeciei in diuerſis
locis eſſe poſſint.dic vt in.l.aſſumptio.§.iuris ad mu.⁊.l.eiuſd.
13 §.j.⁊.§.fina.j.eod.titu.⁊.c.is qui de ſepul.in.vj. ¶ † An autem
ſortiatur quis forum in loco vbi quis aſſidue conuerſatur licet
alias ibi non habeat domiciliuꝫ,nec maiorem partem fortuna,
rum.Innocen.hic voluit ꝙ ſic,per.l.ij.C.vbi ſenatores vel cla,
riſſimi.⁊ iſtud etiam tenuit Barto.ibi.ſed Joan.an.hic dicit qd̄
illa.l.facit pro dicto Inno.inquātū ibi habet alternatiua in alte
ro mēbro textus,ſed cōmuniter ſecūdū eū habetur ibi copulati
ua.⁊ ſic etiam poſuit glo.in.c.dilectus.el.ij.s̄.de reſcriptis.⁊ tūc
non facit pro Jmo.domi.Anto.tranſit cum dicto Innocen.
ſimiliter do.Flo.dicit tamen Flo.illud verū.niſi ex aliquibus cō
iecturis appareat quod nō haberet animū ibi perpetuo manen
14 di.alias ſecus.Exemplū ponit in † ſcholari,qui eſt in loco cau,
ſa ſtudij ⁊ ſic veriſimiliter temporanee,⁊ ideo non poterit conue
niri pro contractibus alibi initis.vt no.s̄.e.qd̄ clericis.ſec⁹ eſſet
in alio contra.do.Flo.facit.l.ij.C.de incolis.libr.x.inquantum
ponitur implicatiua nec.⁊ ſic ibi parificat ſcholarē,aliqui vt Cy.in
dicta.l.ij.tenet contra Inno.⁊ reſpondet ad.l.illam.ꝙ illa debet
intelligi quādo aſſidue conuerſatur,ſcilicet per decennium.per
dictā.l.ij.C.de incolis.⁊ pro iſta facit:quia vna lex declaratur per
aliam.l nam ſed ⁊ poſteriores.ff.de legi.⁊ ſic cum nō declaratur
ibi quando dicatur aſſidue conuerſari.debet intelligi ⁊ declara,
ri per dictā.l.ij.de incolis.quando per decennium cōuerſatur.fa
cit qd̄ dixi in.c.ꝙ clericus.s̄.e.⁊ iſta pars videtur tutior.ſaltē te,
nendo q̄ ſcholaris in loco ſtudij nō poſſit cōueniri de contracti
bus alibi initis.prout cōmuniter tenetur.vt patet ex notatis in
ca.ꝙ clericis.⁊ per Bartol.in.l.heres abſens.§.j.ff.de iudicijs.
¶ In glo.litigioſam ibi coram ordinario.quaſi in delegato nō
ſufficiat:ſed contrarium tenent docto.maxime Innocenti.quia
etiam in delegato fiet computatio dictarū a loco vbi res eſt ſita
quia licet agatur interdicto quod eſt perſonale.l.j.§.interdicta.
ff.de interdi.tamen quia eſt in reꝫ ſcriptū:vt ibi fiet computatio
a loco dioce.vbi eſt ſita res.ſicut quando agitur reali.s̄.de reſcr.
dilectus el.ij.⁊ ſic tradit domin.Anto.⁊ do.Flo.ſed certe inter,
dictum vnde vi eſt mere perſonale.⁊ non eſt in rem ſcriptum.l.
cum a te.ff.de vi ⁊ vi ar.⁊ ideo non videtur bona ratio Innocen.
ſed forte poteſt ſaluari dictum eius:quia licet ſit mere perſona,
le,tamen cum eo concurrit rei vendicatio.quia ſi ſpoliatus agat
rei vendicatione contra ſpoliantem,non poteſt referri ſibi que,
ſtio de domino.l.ſi quis emptionis.§.ſed hec ſuper illis.C.de p̄,
ſcrip.xxx.annorū.⁊ ideo propter concurſum actionis realis tra
hit ad illa vt fiat computatio ſicut in reali.arg.l.qui fundum.§.
ſi tu ex parte.cum ibi notatis.ff.ad.leg.falſi.⁊ quod dixi.s̄.eo.ſi
clericus.⁊ iſtud procedit ſecūdū hec tēpora.hodie vero ſecūdū gl.
etiam in reali attendi debet locus domicilij.de reſcrip.ſtatutuꝫ.
§.cum vero.in glo.olim dicebamus lib.vj.Sed domi.Flo.tenet
qd̄ etiā hodie electio eſt actoris an cōputentur a loco domicilij.
an a loco rei ſite.⁊ etiam de iure antiquo ſecūdū eū idem erat.ſed
iſtud videtur contra mentem huius textus.⁊ contra.c.dilectus
el.ij.de reſcriptis.Forte de iure poteſt dici ꝙ ius antiquum in
hoc non ſit correctum ex quo expreſſe non reperitur correctio.p
decre.cum expediat de electio.in.vj.⁊ quia in decreta.nonnulli.
de reſcript.eſt verbum trahatur.ſicut eſt in decreta.ſtatutum.et
tamen illud verbū trahatur intelligitur de dioce.domicilij.quā
do agebatur perſonali.⁊ de dioce.rei ſite quando agebatur reali
vt dicto.c.dilectus.ergo eodem modo intelligatur hodie verbū
trahatur poſitum in dicto.c.ſtatutum.argumento notatorum
in clementina ſtatutum.de electioni.⁊ in auten.de filijs ante do
talia inſtrumenta nat.§.j. ¶ In gloſſ.finali ibi que incipit ex,
ceptionis.hodie habetur vt lit.conteſta.in.vj.⁊ dic vt ibi ⁊ adde
15 etiā qd̄ habetur in.c.ij.ibi ſequēti. ¶ † In eadem glo.ibi appel,
latur mulier ⁊c.ſed certe hic in principio non ſimpliciter appel,
latur regina.ſed quondam regina.tamen gloſſ.dicit verum.quia
etiā ſimpliciter regina poteſt appellari quia retinet dignitatem
in iuribus allegatis in gloſ.⁊.l.fina.C.
[illegible]cat quondam non habet obſtare:quia
[illegible] andudum deſignant [illegible] tempo,
[illegible] nota.in.l.nec emptio.ff.de con
[illegible] n.l.j.de ope.noui nuncia.vbi dicit
ſo.licet notarius ſcripſit petrus
quondam

Ayuntamiento de Madrid

quondam Martini licet pater ſit viuus.
☞ Iuriſditio eſt quid in corporale.
Res eccleſijs acquiſite nō debent ad alios vſus conuerti.
Relictum et collatum qualiter differunt.
Inuaſores rerum eccleſie ſunt excommunicati:non tamen ſunt ipſo iure excommunicati.et nu.5.

8 **Conqueſtus.** Laici vſurpantes iura eccleſiarum velut ſacrilegi per iudicē eccleſiaſticum cōpeſcuntur.h.d.¶ Et primo querela epiſcopi ſecundo iudicium datio.quā primo iuſtificat.ſecūda ibi.cum autē.¶ No.primo ꝙ epiſcop⁹ bononienſis habet iuriſditionē temporalē in quibuſdam caſtris et villis dioce.bononienſis.ꝛ iſta dicūtur eſſe precipue ca
1 ſtrum centi.ꝛ plebis.¶ Itē no.ꝙ iuriſditio dicitur quaſi poſſeſſio,ꝛ ſic non proprie.ꝛ eſt ratio.quia iuriſditio eſt qd incorporale.ſicut ꝛ alia iura.inſti.de re.corpora.ꝛ incorpo.§.i.incorporalia aūt ppriē nō poſſidentur ſed quaſi.l.ſeruus.§.incorpora
2 les.ff.de acqui.re.do.facit quod habeꝛ.ſ.ti.j.c.ſi.¶ † Itē not. ꝙ acquiſita eccleſijs nō debent ad alios vſus conuerti.facit.ſ.de reli.domi.in.c.ad hec.ꝛ de ꝯſe.diſt.j.ligna.ꝛ.c.veſtimēta.¶ Et no.ꝙ collata eccleſijs videnꝛ in dubio collata pro remedio peccatorū.ꝛ ſic debent iudicari tanꝙ de pijs cauſis probatur in.c.
3 pontifices.xij.q.iij.ꝛ.ſ.de teſta.requiſiti.¶ † Item no.differentiam inter verbum collata ꝛ relicta.nā primū reſpicit collationem factā in vita ſui relictum factū in morte.l.j.in fi.ff.de tabulis exhibendis.et alio etiam modo poteſt queri.puta per per
4 mutationem.vel vſucapionē.l.traditionib⁹.C.de pac.¶ † Itē no.ꝙ inuaſores rerū eccleſie ſunt excōmunicandi.ꝛ ſic nō ſunt ipſo iure excōmunicati.Et no.ꝙ appellantur etiam ſacrilegi ꝛ de multiplici ſacrilegio no.Io.an.ſ.de ſen.exc.cum pro cauſa. ¶ In gl.j.in fi.glo.bene dicit in ſe.ſed nō relata ad tex.qui loquitur de temporali iuriſditiōe.ꝛ ideo exponeꝛ ideſt quo ad po
5 teſtatem cognoſcendi:ſententiandi et exequendi.¶ † In gl.fi. ibi nō ſunt excōmunicati ipſo iure,hoc verū quando cōmittiꝛ ſacrilegium in r[...] eccleſie.ſecus quando in perſonā eccleſiaſticam vt quando verberatur clericus.et idem ſi in eccleſiā cū incendio vel deſtructione ſeu effractione.vel ſi in ipſa eccleſia aliquis opprimatur.ſ.de ſen.excō.cōqueſti.ꝛ.c.cum pro cauſa.ꝛ.c. nuper.ſecus ſi ſine predictis aliquis accipiat librum vel calicē incaute dimiſſum.qꝛ tunc nō eſt ipſo iure excōmunicatus.ſ.de fur.c.ſi.nam ibi nihil de abſolutione mandatur.

1 ☞ Expreſſio nominis proprij nō [...]dit quominus reſcriptum reſpiciat ſucceſſorem vniuer[...]ndo impetratio ſit contra predeceſſorem nomine eccle[...]
2 Priuilegium concedi poteſt vt quis in certa prouincia nō conueniatur ſed tale priuilegium non prodeſt ei qui promiſit ſoluere vel reſpondere in dicto loco et quid comprehendat tale priuilegium.
3 Conueniri poteſt quis in loco domicilij et in loco deſtinate ſolutionis.
4 Debitor etiā eccleſie tenetur ad ſoluendam ſortē cum expēſis moderatis et cum cong[rua] ſatiſfactione dānorum:ceſſante tamen vſura.
5 Expenſe et dāna qualiter differant.
6 Priuilegium generale comprehendit etiam clericos.
7 Clauſula et quidam alius in priuilegijs appoſita qd importet.
8 Locus nō attenditur vbi verba contract⁹ ſunt inita quo ad ſortiendum forum ſed locus deſtinate ſolutionis.
9 Creditor habet optionem cōueniendi debitorem de certo loco dare promiſit coram iudice loci vel domicilij:et vtrum ſi eligit vnum iudicem et poſtea lite pendente rec[...]at ad alium perdit cauſam.
10 Expenſe facte in lite quomodo prob[...] [...] an per iuramentum vel per teſtes.
11 Intereſſe an et quando probetur per iuramentū ꝛ quādo probari debeat per teſtes.
12 Clericus non poteſt in iudicem etiam eccleſiaſticum conſentire ſine ſui iudicis licentia.
13 Statutū etiā factum a laico ſi eſt generale ꝛ inducit priuilegiū ſiue commodum comprehendit clericos.

**Dilecti filij.i.et.a.** Priuilegiat⁹ vt non teneatur reſpondere niſi in certo loco.ſi alio reſpondere vel ſoluere promittit.ibi poteſt cōueniri.h.d.¶ Et primo ponit q̄relā actoris que continet c[...] [...]tionem.ſecūdo ponit mandatū fact[...] [...] i exce[...] et
1 prouiſione ſi nō pareat.ſecūda ibi [...]
preſſio nominis prop[...]
ciat ſucceſſorē vniu[...]
ſorem nomine ec[...]

2 no.Inn.in.c.ſignificaſti.de reſcrip.¶ † Item no.ꝙ per priuilegium concedi poteſt vt quis in certa prouincia nō cōueniatur. ¶ Item no.ꝙ tale priuilegium n[...] illi qui promiſit ſoluere vel reſpōdere in dicto loco.[...]oc etiam no.qd tale priuilegiū ſolū videtur compreh[...] quando de iure ſpeciali.ꝛ nō de iure cōi poterat in dicto loco cōueniri.¶ Et per hoc etiā no.ꝙ priuilegiū in dubio debet intelligi vt ledat quāto minus poſſit.facit quod habetur ſ.de cōſue.cum dilectus.
3 ¶ † Itē no.ꝙ in loco domicilij ꝛ in loco deſtinate ſolutionis pōt quis cōueniri nam ꝛ ibi cenſetur [...] contractū vbi deſtinatur ſolutio.l.cōtraxiſſe.ff.de actio.ꝛ obli.ꝛ ſimiliter idem vſ de loco vbi promiſit reſpondere.de quo vltimo dicetur cum glo.
4 ¶ † Itē no.ꝙ debitor etiā eccleſie tenetur ad ſoluendam ſortē cum expenſis moderatis et cū congrua ſatiſfactione dānorum
5 ceſſante tñ vſura.¶ Item no.differentiam inter expēſas ꝛ dā
6 na.de quo in.c.noſtra.ſ.de iniurijs.¶ † Vltimo no.ꝙ priuilegium cōceſſum anglicis competit etiā clericis anglicis.ꝛ ſic facit ꝙ etiā clerici ſub generali priuilegio includantur.qd eſt no
7 tandū.¶ † In gloſ.j.in fi.nec ob.d.c.ſignificauit.qꝛ ibi etiā anteceſſor nō fuerat expreſſus in reſcripto.ſed veniebat ſub clauſula generali quidem aliꝫ.hic autē anteceſſor erat expreſſus in reſcripto.Item non ob.c.quoniam abbas.de offi.deleg.qꝛ loquiꝛ in iuriſditione que nō ſic reſpicit eccleſiam ſicut contract⁹ fact⁹ in vtilitatem eccleſie.ideo ibi nō trāſit ad ſucceſſorē quando nomen ppriū fuit expreſſum.ꝛ lꝫ hic expreſſe nō dicatur ꝙ cōtractus fuerit fact⁹ pro vtilitate eccleſie.tamen ſic opꝫ intelligi.nā alˀs nō teneret ſucceſſor.ſ.de ſolu.c.j.ꝛ ideo nō traheretur reſcriptum tunc ad ſucceſſorem.¶ In gl.ij.ibi renūciaſſe intelligiꝛ. ſentit glo.vnū intellectum [...]decre.ſcilꝫ ꝙ promiſſio de qua in litera fuerit facta poſt cō[...]ionem indulgentie ſeu priuilegij. nam ex quo illā tunc facit [...] renūtiaſſe indulgētie preambule.¶ Sed aduerte.qꝛ a[...] intellectus ꝙ etiā litera intelligitur qñ promiſſio preceſſ[...] priuilegium ſeu indulgentiā.cum litera indiſtincte loquaꝛ.ꝛ ſic indiſtincte videaꝛ intelligēda.xix. di.ſi romanorū.ꝛ tūc opꝫ dici ꝙ alia ſit rō quare non hꝫ locū in indulgentia vcꝫ:qꝛ volūtarie ſortiꝛ forū in loco vbi ſoluere promiſit.ideo ad talē caſum nō extēdit indulgētia,ſꝫ ad caſum quando inuitus trahi poterat a loco.ſꝫ tūc ſurgit dubiū qd ſi habeat domiciliū in anglia ꝛ etiā habet domiciliū in Frācia forte quia ibi hꝫ maiorē partē fortunarū.an tūc poterit ibi cōueniri videreꝛ ꝙ nō propter dictā indulgentiā ex quo ꝛ facto volūtario nō ſortiꝛ forū in Frācia.ſꝫ Inno.ꝛ ſequiꝛ Hoſt.ꝛ cōiter doc.tenent cōtrariū.qꝛ ex quo pōt tūc in Frācia cōueniri de iure cōi coram ordinario eadeꝫ rōne dꝫ ibi poſſe cōueniri cōtra delegatos arg. iſtius tex.ꝛ ſic priuilegiū nō traheꝛ ad caſuꝫ iſtū vt nō derogeꝛ iuri cōi ꝛ minus ledat quā poſſit ar.c.cauſam ꝗ.de reſcri.ꝛ.ſ.de cōſue.cum dilectus.ꝛ ſm hoc priuilegiū operabiꝛ ſolū quādo quis traheret per literas apoſtolicas extra angliā ad locū vbi de iure cōmuni.alˀs nō ſortitur forū.nā tūc nō poterit cōueniri virtute priuilegij niſi in literis fiat mētio de priuilegio per ea que habentur.ſ.de reſcrip.cū ordinē ꝛ iſtud dictum eſt valde notabile.ꝛ ex iſto ſurgit etiaꝫ tertia ratio ad tex.ſicut patet intuēti. ꝛ lꝫ docto.cōmuniter trāſeant cū hoc dicto.tamē nō bene probatur clare per iſtum tex.ꝛ prima facie videreꝛ oppoſitū.quia ex quo priuilegium eſt ſimpliciter conceſſum vt anglici nō poſſint trahi extra prouinciam:videretur intelligendū etiā ſimpliciter ꝛ indiſtincte.ꝛ ſic etiam vt nō poſſent trahi ad locum ad quē de iure cōmuni poterant trahi ante priuilegiū tñ pro reſtrictione predicta ſatis facit ratio preallegati.c.cū dilectus.¶ In glo. iij.ibi reſpondere.hoc procedit qñ conuenitur corā delegato.qꝛ tūc in effectu agiꝛ de iuriſditione nō declinanda.ideo pactū de reſpondēdo in loco tunc operaꝛ.ſecus ſi cōueniretur corā ordinario:qꝛ tūc ageretur de iuriſditione prorogāda.ideo tunc loc⁹ eſſet penitētie añ lit.conte.l.ſi cōuenerit.ff.de iuriſdi.om.iudi.ꝛ no.in.c.j.ſ.de iudi.vbi autem quis promi[...] ſoluere in loco tūc bene poteſt ibi conueniri coram ordinario ꝛ coram delegato:qꝛ cenſetur ibi contractum ratione deſtinate ſolutionis.l.contra
8 xiſſe.ff.de act.ꝛ oblig.† Et no.diligenter ꝙ tūc attenditur locus vbi verba cōtractus [...] inita quo ad ſortiendum forū.ſed locus deſtinate ſoluti[...] per.d.l.cōtraxiſſe.ſed quo ad ſolēnitatē adhib[...]tu inſpicitur locus vbi celebraꝛ ipſe cōtract[...] [...]runtur.l.ſi fundus.ff.de euic.de quo [...] l.iij.de bonis autoritate iudi
9 ci[...] [...]lium in fi.Et aduerte qꝛ ſm [...] ercurrat ad [...] ne telle.ꝛ fa[...] licet Ioā.an. [...] i.ponit caſum [...] n.ſ.de reſcrip. [...] intellige facte

8 ¶ Laici.idē ſummatur h ceteri docto.ꝛ ad intellectū huius.c.vide Old.in ꝯſ. incip.quit an eccleſia. ꝛ in conſil. lxxxvi.ꝛ h do.Feli.et do.Alexandre. ſien.

Ayuntamiento de Madrid

in lite. nam alie facte ante litē petentur vt intereſſe. j. de fideiuſ. peruenit. z. c. conſtitutus. z ſic aliter quam per iuramētū pro- babuntur. dicit tamē hic do. Flo. q illud debet intelligi de p- batione poſſibili. nam expēſe facte z dāna que iſte pateret in itinere in hoſpitiis z ſimilibus, nō de facili poſſent probari per teſtes. ideo iudex arbitrabitur que probatio ſufficiat allegat no tata. ſ. de elec. ꝙ preteritē z facit qd̄ habetur in. l. vna. C. de ſen
11 tētijs q pro eo q intereſt proſe. z qd̄. j. tangit gl. ¶ † In ea. gl. ibi per dolū ſeu violentiā. iſto. bene ꝙ non ſolū vbi intereſſe ve nit propter violentiā vel rapinam ſed etiam vbi venit propter dolum probari pōt per iuramentum. et hoc etiam voluit gl. in §. Non ſolū. inſti. de verb. obl. et in. l. minimis. ff. de in litē iuran do. Secus qn̄ propter culpā. nec ob. id qd̄ dixit glo. de proba. vt fiat per teſtes. q2 hic agit de actiōe arbitraria ratione loci vt in §. preterea quaſdam. inſti. de act. q2 licet per hoc ſequat ꝙ habe- ri debeat ratio intereſſe vt ibi patet. nō tū ſequitur ꝙ ſemp p-
12 batio fieri poſſit per iuramentū. ¶ † Extra gloſſas tene men- ti precipue ꝙ licet expreſſe non poſſit clericus etiam in iudicē eccleſiaſticū conſentire ſine ſui iudicis licentia. tū ſecus eſt quā- do tacite prorogat iuriſditionem ratione cōtractus vel delicti q2 tūc immediate ſurgit prorogatio a iure licet propter factū hominis ꝯhētis vel delinquentis. ideo tunc non requiritur li-
13 centia ſui iudicis. z ad hoc ſepe allegatur iſte text. ¶ † Ultimo adde q2 per iſtū tex. et per id qd̄ no. Jo. and. de offi. deleg. c. ſi. in vj. in verbo diſtrictu. dicit do. Ant ꝙ ſtatutū etiā factū a laico ſi eſt generale z inducit priuilegiū ſeu cōmodū includit etiam clericos. z ſic facit ꝙ ſi ſtatuto caueē ꝙ extātibus maſculis femi ne nō ſuccedāt ꝙ etiā habeat locū in clerico maſculo: niſi ſtatu- tum expreſſe aliud diſponat. vt eſt [...] ciuitate bononieñ de quo etiā per eum. ſ. eo. ꝙ clericis. vbi [...] t lapū z Jo. de ligneno idē tenere. z do. Pe. de anch. ſe[...] iſte tex. hoc nō probat q2 loquit de priuilegio cōceſ[...] z ſic a perſona eccleſiaſti ca. dictū tū Jo. an. in. d. c. ſi. inqu[...] loquitur de pactis initis inter dños tpales. bene facit. ſ2 illud dictū ibi nō probat. q2 nō loquit de talibus pactis: ſed de cōſeruatore dando a papa. z cō tra illud facit. c. eccleſia ſancte marie. de cōſti. ſed op2 reſpōdere ſi teneremus dictū Jo. an. z do. Anto. ꝙ ibi ſpecialiter diſpone batur ſuper rebus eccleſie vel pſonis eccleſiaſticis. ſed hic in ge nere. hec tū reſponſio non videtur multū tuta per notata in. c. ſi. p Jo. an. de immu. eccle. in. vj. Et forte de iure iſtud nō proce dit: tū pp̄ter autoritatem doctorum forte ſeruaretur in practi- ca. z facit etiam pro hoc dicto quod notauit Jo. an. in ti. de cō- ſti. §. j. ver. Et no. an. viij. ratiōe. Et adde etiam pro materia de- creta. quod habet in cle. vltima. de procu.

1 ☞ Citatio fieri debet ad inſtantiam partis.
2 Judici non ſuo poteſt priuatus laicus per conſenſum ſe ſubij- cere et illum facere ſibi iudicem.
3 Dictio forte non ſemper eſt nota dubitationis.
4 Epiſcopus dioceſanus clerici an poſſit habere ratam ſententiā ab alio iudice non ſuo latam.
5 Sententia nulla ſi per partes approbet[...] non valebit vt ſentē tia ſed vi pacti.

a ¶ Cleric⁹. adō ad ma teriaꝫ hui⁹ tex. Bart. Pau. ď ca. a z nouiſſime do. Alex. ď imol. in. l. j. §. act⁹ ope ris. ff. de no ui ope. nū.

# Significaſti nobis.

Clericus[a] ſi- ne dioceſani licentia nō pōt ſe ſubmittere iuriſditiōi nō ſui iudi- cis. h. d. ¶ Et eſt cōis diuiſio. ſecunda ibi inqſitioni.
1 ¶ † No. ꝙ citatio fieri d2 ad inſtantiā partis. nā aľs non videē valere. vt hic videē probari a contrario ſenſu. et q2 iudex nō de- bet impartiri ſuum officium niſi petitum. l. iij. §. hoc autē. ff. de dam. infec. z facit quod no. Bar. in. l. ſi finita. §. iulian⁹. ff. de dā.

b ¶ Si cita- tus. ad ma teriā huius tex. vid. do. Alexan. de imo. i. l. aſ- ſumptio. §. filius. ff. ad munici. z h do. Fely. et do. Andr. ſicu.

2 infec. z quod habeē. ſ. de elec. innotuit ad fi. ¶ † Item no. quod priuati poſſunt p cōſenſum ſe ſubijcere iuriſditioni iudicis nō ſui z illum facere ſibi iudiceꝫ. Et no. ꝙ hoc procedit in laicis ſe- cus in clericis qui non poſſunt conſentire in iudicē non ſuū niſi ſit perſona eccleſ[...] z niſi intercedat ꝯſenſus ſui epi. z p hoc videtur ꝙ nō ſuffi[...] cōſenſus inferioris ab epo etiaꝫ ſi poſſet de cauſa cognoſcere. [...] hoc tenet hic egidius. iteꝫ ſecus in laicis quo ad ſpiritualia z quo ad ſacramēta. vt. j. de parochijs null⁹. z. j. de pe. z remiſ. in. c. ōis. et quo[...] de ſponſa. impuberum
3 in. c. ij. ¶ † Itē no. de iſta dictione f[...] non eſt nota dubita- tionis. de quo. ſ. de procu. tue. z. ff[...] In glo. ſi. ibi q2 non tantum deliquit ſup[...] iudicē laicum offendit vniuerſalē iu[...] de- relinquendo. ſed hic nō offe[...] ſticam ex qu[...]
4 ¶ † In ea. g[...] nus ipſi⁹ cleri[...] non ſuo latam[...] do ille qui tulit[...] cōſter tenet cō[...]

5 cōpetētie. z ſic ex defectu poteſtatis nō pōt ratificari. vt nota- uit Inno. ſ. de offi. dele. prudentiam. z glo. in. l. ij. C. de iure fiſci lib. x. Sec⁹ qn̄ ſententia eſſet nulla propter defectum cōſ[...]tus ratificantis vt q2 lata eſſet iudicio agitato cū falſo procuratore. l. licet. ff. de iudi. et. ſ. de procur. in noſtra. dicit tamē hic do. Flo. quod forte epiſcop⁹ ſuus poterit ſibi precipere in penā qd̄ pareat ſententie. z hoc modo quātum ad effectū ratificabit, et ſic poſſit ſaluari glo. ¶ † In ea. glo. ibi videē habere in ſe taci- tum pactum: hoc cōmuniter non teneē. q2 ex quo ſententia eſt nulla propter defectū poteſtatis. nullo modo v3. Fateor tū qd̄ ſi partes poſt ſententiā latam illā approbent licet nō poſſint fa cere ꝙ valeat vt ſententia ſaltem vi pacti valebit. l. ij. cū ibi no- tatis. C. cōmunia vtriuſq3 iudicij. z hoc modo poſſet ſaluari gl. ¶ In ea. gl. ibi ſicut acceptilatio. hoc verū qn̄ acceptilatio pec cat in materia, vt q2 interponit ad tollendā obligationem [...] ductam a iure gentiū, puta ex emptione vēditione z ſimilibus, de quibus in. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. z iure. nam tunc acce[...]tila- tio nō tollit ipſo iure, ſ2 vi pacti. et ſic h3 tunc in ſe tacitū pa ctum. ſecus vbi peccaret in forma. vt q2 nō pcederet inter roga- tio. q2 tūc omnino eſt nulla, et qd ſit acceptilatio habetur inſti. quibus modis tollit obligatio in. §. eſt aūt. ¶ In ea. gl. in ſi. nec ob. c. ij. ſ. tit. j. q2 ibi loquit qn̄ iudex eccleſiaſtic⁹ delegat cauſam laico cōtra clericum. z aliud eſt delegare, aliud iuriſdictionē p- rogare. naꝫ delegatus fungitur vice delegantis. z de ipſo dele- gato appellatur ad ipſum delegantem. ſed ille in quē facta eſt prorogatio nititur ex iure proprio licet prorogātis. ideo nō po- teſt tūc cognoſcere contra clericum. Itē ab ipſo appellatur ad eius ſuperiorem laicum. qd̄ nō cōtingit in delegato. ideo longa eſt diuerſitas inter caſus predictos. Itē nō ob. ſ. c. [...]ſi[...]ulaſi. z. c. dilecti. q2 ibi loquit quando contrahendo vel delinquendo in territorio iudicis non ſui clericus tacite conſentit in iudicem non ſuū. q2 tūc immediate a iure ſubijcitur illi. ſ2 ꝯ. hic quādo expreſſe vellet in non ſuum iudicem conſentire, qd̄ non poteſt ſine licentia ſui iudicis. ibi vero ſecus.

1 ☞ Citatio debet fieri ad inſtantiam adu[...]
2 Citatio inducit preuentionem iuriſditionis.
3 Citatio fruſtratoria non perpetuat iuriſditionem.
4 Forum mutare non poteſt preuentus per citationē licet poſt- ea ſit factus alterius iuriſditionis.
5 Conueniri poteſt reus in loco domicilij quod habebat tēpore contractus licet mutauerit domicilium.
6 Laicus conuentus coram iudice ſeculari ſi efficitur clericus an iudex ſecularis poſ[...] contra eum procedere.

b

# Po[ſ]ro poſuiſti nobis.

Si citat⁹.[b] ad cauſam poſtea mutat forum: in cauſa illa coram primo iudice reſpondere cogeē. h. d. ¶ Et eſt cōis diuiſio. ſecunda ibi porro.
1 ¶ † No. primo ꝙ citatio debet fieri ad inſtantiam ad uerſarij. z ca[...] eſt etiaꝫ in actis hoc facere ſcribi. de quo etiā ſ. c. proximo
2 ¶ † Itē no. ꝙ demum per actum citationis vide tur induci p[...] uentio iuriſdictionis. vñ licet ſit dubiū an actus alius citra ci[...]tion[...] inducat preuētionem iuriſditionis. de quo in. c. lic[...] de offi. dele. tamen in preuētione videē
3 ꝙ requiratur citatio. ¶ † Itē no. ꝙ ita demum citatio inducit preuentionem ſi ſit legitima. z ſic facit ꝙ fruſtratoria citatio nō perpetuat iuriſdictionē. ad idē. ſi. de elec. bone. el. ij. ad fi. z. C. cō ſtatu defunctorū ſi pf. z ſic facit ad notata per gloſ. in. c. cū plu- res. de offi. dele. lib. vj. in glo. ſi. de quo etiā. j. de offi. dele. c. vene rabilis. non intelligas tamē legitime. id eſt tribus edictis ſeu citationib⁹ vel vna peremptoria. q2 ſufficit vnica citatio etiā non peremptoria qu[...] preueniendā iuriſditionē z etiam quo ad perpetuādam [...] opinionem per iſtum tex. qui vni- cam tantū videt[...] glo. in cle. j. de iudi. in verbo ci- tationis. et pro[...] quia ſatis datur ingreſſus ad exerci- tium iuriſditionis etiam per vnicam citationē, ergo debet ſuffi cere. facit quod not. Barto. in. l. ſi pluribus. ff. de leg. j. z pro hoc etiaꝫ faciat quia licet quo ad aliquos actus expreſſatos in iure requiratur trina citatio vel vna peremptoria, tamē alias ſufficit vnica etiam non peremptoria. vt no. per Inno. z Jo. an. in. c. cō ſuluit. ſ. de offi. dele. z. j. de accu. ad petitionem. z per gl. xxiij. q. iij. de illicita. z per Bart. in. l. conſentaneum. z aut. q ſemel. C.
4 quomodo z quādo iudex. ¶ † Itē no. ꝙ vbi quis eſt preuent⁹ per citationem non poteſt declinare forum licet poſtea ſit fact⁹ alterius iuriſditionis: intellige etiam ſi deſierit eſſe de prima iu- riſdi[...] ceſſet dubitatio ſi fuiſſet accumula- [...] Ultimo no. ꝙ quandoq3 quis pretē- [...] declinandi ipſum forum. interdū [...] proximo. ¶ Adde ante gloſſas que vi [...] habeat prodeſſe. et dicit

Ayuntamiento de Madrid

dicit quod iſtud eſt quia priuilegium eſt preuentum.et ſic etiam dicit hic do.Ant.nam nõ videtur perfecta reſponſio per id qđ habetur in.l.ſpadonem.§.ſcire.de excu.tuto.et.l.qui autem.ff. ſi quis [illegible] .ideo potes dicere quod vbi ex facto cõueti ſupue nit priuilegium:tunc non prodeſt.ita hic ſecus vbi abſqꝫ facto ſuo ſ[illegible]eruenit priuilegium.facit quod no.in.d.l.qui autẽ.et.l.

5 ſi quis poſtea.ff.de iudi.¶†Item adde ꝙ Bar.in.l.iuris ordi nem.C.de iuriſdi.om.iudi.per illum text.quẽ dicit non eſſe alibi.dixit ꝙ licet quis mutet domicilium quod habebat tẽpore contractus licet ibi non cõtraxerit ſed alibi et licet mutet ante aliquam preuentionem tamen nihilominus poterit in tali loco in quo habebat domicilium tempore cõtractus cõueniri:qđ eſt ſingulariter notandum.tamen do.Anto.hic tenet cõtrariũ per iſtum tex.et videtur intelligere illum tex.in.l.iuris ordinẽ. quando ibi contraxiſſet.et ſic etiam videtur ibi intelligere Cy. ſed certe ſm hoc litera ibi debuiſſet dicere quod poteſt cõueniri vbi habet domicilium vel vbi contraxit non autẽ debuit dicere prout dixit qđ cõuenitur vbi habet domicilium vel vbi habuit tempore contractus.Non ob.iſte tex.tenẽdo opi.Bart.ꝙ

6 deberet limitari per illum.¶†Ultimo quando laicus conuentus corã ſeculari efficitur clericus:an poſſit ſecularis iudex procedere ꝯ eum.dic vt plene no.in.c.j.§.de obli.ad ratiocinia.per Io.an.et per Bar.in.l.j.ff.de penis.

1 ☞ Forum ſortitur quis multis rationibus.
2 Communis patria dicitur eſſe apud ſedem apoſtolicam ſiue in curia romana.
3 Reſpondere an compellatur quis in loco communis patrie.
4 Iuriſditio iudicis vbi poteſt elid.per exceptionem ſi non allegatur exceptio tenebit proceſſus.
5 Ius reuocandi domum debet proponi ab initio ⁊ qualiter.
6 Forum an ſortiatur quis ratione delicti.
7 Iudex delicti vel contractus an poſſit exiſtentem extra territorium diſtringere aliquem.
8 Si renuntiatur priuilegio fori habet locum remiſſio.
9 Domicilium habitationis eſt proprium ⁊ naturale forum.
10 Conueniri an poſſit quis in loco originis proprie vel paterne.
11 Forũ ſortiri debet quis in loco vbi res eſt etiam ſi ſit mobilis.

Licet ratione delicti. Clerico in romana curia conuento non competit declinatoria fori: poſſet tamen ſibi ex cauſa competere ius reuocandi domũ.h.d.¶Et primo ponit quatuor modos ſortiendi forũ. ſecũdo adijcit quintũ cum modificatione.ſecunda ibi quia tñ.

1 ¶†No.quatuor modos ſortiendi forum.ſcꝫ ratione cõtractus delicti domicilij,et rei de qua agitur in actione.Et no.etiam quintum modum.ſcꝫ ratione cõmunis patrie.de quibus ⁊ etiã

2 de alijs per gl.in.l.heres abſens.§.j.ff.de iudi.¶†Et no.ꝙ cõmunis patria dicitur eſſe apud ſedem apoſtolicã ſiue in curia romana.nam illa eſt mater et magiſtra omniũ eccleſiarum.xij. diſt.in.c.j.⁊ de conſe.diſt.j.in.c.baſilicas.legiſte vero dicũt quod roma eſt cõmunis patria.l.roma.ff.ad munici.¶Sꝫ do.Ant. hic dicit ꝙ illud procedebat olim anteꝙ tranſlata eſſet iuriſditio ipſius in romanos pontifices.facit de e[illegible].fundamẽta.in.vj. vnde ſm eum hodie non procedit.ſed diceretur eſſe communis patria vbi eſſet curia imperialis.ſicut dicimus hic de curia romana.etiã ſi alibi ſit ꝙ in romana.Sed forte poteſt dici qđ cum illa lex non reperitur expreſſe correcta.etiam hodie remaneat ar.l.precipimus.C.de appel.licet forte etiam in curia imperiali poſſet dici eſſe etiã communis patria ad inſtar eius qđ hic dici

3 tur de curia romana ſeu de ſede apoſtolica.¶†Item no.ꝙ in loco cõmunis patrie quis compellitur reſpõdere niſi ex alia iuſta ⁊ neceſſaria cauſa ibi eſſet ꝑpter quam competeret ſibi ius reuocandi domum.⁊ idem dicas de probabili per.l.necnõ.primo reſpõſo.ff.ex quibus cauſis maio[illegible] ꝙ debet dicta cauſa allegari.ſupple ⁊ probari niſi eſſet notoria.Facit quod habetur in.c.ſi.vt lit.non conteſt.et quod no.glo.in cle.appellãti.de

4 appel.¶†Et ex hoc no.ꝙ vbi iuriſditio iudicis poteſt elidi ꝑ exceptionem ſi non allegatur exceptio tenebit proceſſus.facit

5 quod no.glo.in cle.ij.vt lite pendẽte.¶†Et no.ꝙ debet iſtud priuilegium reuocandi domum tanꝙ habens cauſam dilatoriam ab initio proponi.facit.j.de re iudic.inter monaſterium. ¶No.de iſto priuilegio reuocandi domum.de quo hic ⁊ etiam in.l.ij.§.legatis.cum ſequentibus.ff.de iudicijs.et poterit allegari hoc modo iſtud priuilegium ſm Hoſt.domine nõ veni ad hoc paratus.remittatis me ad domum ⁊ ego deliberabo.dicit tamen Hoſt qđ parum ſibi prode[illegible] [illegible] tenebitur parere ſaltem vt det cautionem de iudicio ſiſ[illegible] [illegible] diem aſſignatã per.l.ij.§.ſi dubitet.ff.de [illegible] non videtur ⁊ on[illegible] [illegible]on te ſpondendo in loc[illegible]

voluit etiam hoc Inn.¶Poſſunt tamen opiniones cõcordari.ꝙ opinio Innoc.habet locum quando poteſt cauſa tractari in patria.ſed opinio Hoſtien.quando non poſſunt ibi tractari

6 vt hic tangit do.Ant.¶†In gl.j.in.§.circa forum delicti multum inſiſtit hic do.Anto.declarando quãdo dicatur quis ſortiri forum ratiõe delicti.⁊ quia ſortitur effectus.⁊ inquãtũ tangit queſtionem de ſagittante.adde qđ Bart.in.l.libellorum.ff. de accu.dicit ponderanda eſſe verba ſtatuti.an puniãt ſagittan

7 tem.an vero percutientem.¶†Item attende.quia videtur facere differentiam an iudex delicti citet exiſtentem extra territorium.an vero requirat iudicem vbi degit delinquens vt illum citet vt compareat coram ipſo requirente.nam primo caſu videtur dicere qđ talis citatio non poteſt operari effectũ niſi quo ad finem diſtringendi bona non quo ad finem diſtringendi perſonam.nec quo ad finem condẽnandi de delicto.hoc videtur intelligendum ſi condẽnetur ad certam penam.ſi veniret in fortiam iudicantis vt ſit quotidie in bãnitis pro delicto quia ratione cõſuetudinis ſaltem videtur id fieri poſſe.arg.cum cõtingat.j.eo. ſecus in ſecundo caſu:quia tunc videtur habere effectum quod poſſit cõdẽnari.videtur tamen velle ꝙ nõ poſſit.etiam tunc diſtringere perſonam ſeu excõmunicare.et pro iſta opinione videtur facere cle.paſtoralis.de re iudi.inquãtum tex.ibi dicit ꝙ imperator debuit requirere papam vt citaret regem robertum tamen facit contra eum inquantum ibi innuit ꝙ tunc potuiſſet tenere proceſſus imperatoris etiam quo ad penam perſonalẽ.⁊ ſic videretur ꝙ poſſit tunc excõmunicare iudex delicti.et ſic nõ videtur procedere differentia inter excõmunicationem ⁊ aliam penam als cõdẽnationem diſtringentem perſonam.Inno.tamen hic nõ facit iſtam differentiã.ſed ſimpliciter dicit qđ iudex delicti vel cõtractus nullo modo põt excõicare exiſtẽtem extra territorium quãdo non fuit preuentus.facit qđ no.ipſe Inn. j.de dila.c.ij.excommunicare vel diſtringere perſonam.et ideo eius dictum non eſt ſine dubitatione.¶Item aduerte quia licet multum inſiſtat an perdatur priuilegiũ propter delictum de quo in auf.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi opꝫ ſufficit concludere ꝙ in hoc hodie eſt tenendum quod habetur in.c. j.de priui.in.vj.¶In glo.contractus in fine.Adde cauſam ſingularem que non eſt alibi coniuncta glo.in.l.j.ff.ſi quis in ius

8 voca.non ierit.vbi dicitur † ꝙ ſi renuntiatum eſt priuilegio fori habet locum remiſſio in contractibus.et cum illa gloſ.trãſit Bar.cõmuniter tamen ſeruatur ꝙ non habet locum remiſſio ꝑ id quod habetur in.c.romana.§.contrahentes.j.eo.li.vj.licet in delictis grauioribus ſit ſecus.j.de rapto.c.j.de quo ibi per glo. et Io.cal.⁊ ibi per glo.in cle.paſtoralis.ver.ꝙ ſi punitio.in glo. de more.⁊ de re iudi.et per Bar.in. [illegible] cui.§.cum ſacrilegium.ff. de accu.⁊ per Cy.in auf.qua in prouincia.Et circa iſtud forũ cõtractus qualiter contrahatur.⁊ quis ſit eius effectus ſatis inſiſtit hic domi.Ant.ponẽdo ea que habentur in tex.⁊ gloſ.⁊ per Bar.in.l.heres abſens.§.j.⁊.l.de eo.ff.de iudi.⁊ qđ habetur in

9 d.c.romana.j.eo.in.vj.¶†In glo domicilij in fine.Et adde ꝙ domicilium habitationis dicitur eſſe proprium ⁊ naturale forum.⁊ in dubio vbi ſit mẽtio de domicilio:debet intelligi de domicilio habitationis.vt voluit glo.in.c.ſtatutum.§.cũ vero.in glo.olim dicebamus.de reſcrip.in.vj.⁊ Inno.hic vnde proprie ille dicitur ſubditus alterius qui eſt ſubditus ratione domicilij non ille qui ſortitur forum ratione contractus vel delicti vt eſt gl.no.in cle.vna in verbo ſubditos.de fo.compe.⁊ ideo iſte iudex domicilij habet maiorem poteſtatem.ꝙ poteſt citare ſubditum etiam exiſtẽtem extra territorium ad finem excõmunicãdi ⁊ ſic diſtringendi perſonam.j.de appel.cum ſit romana.et de cle.non reſi.ex tue.⁊ eſt glo.no.ix.q.ij.epiſcopum.nam licet excõmunicatio trahat ſecum executionem.quia tamen illa eſt indiuiſibilis et non turbat iuriſditionẽ alt[e]rius.ideo etiam ſe extẽdit extra territorium.Secus in exec[illegible] [illegible]ne actuali.§.eo.poſtulaſti.ꝙ illa turbaret iuriſditionem alterius.Nec ob.etiam.c.ij. §.j.de conſtit.in.vj.quia ibi illud ſtatu[illegible]m erat generale.ideo non trahitur ad delinquentem extra [t]erritorium.ideo ſecus videretur ſi expreſſe voluiſſet compre[h]endere ſubditũ delinquẽtem extra territoriuꝫ.⁊ iſtud ſequitu[r] Bar.in.l.j.C.de ſum.tri. vel ſm do.Ant.ibi volebat inijcere [v]inculum excõmunicationis pro cauſa originanda extra [terri]torium.ſecus quando iam

10 eſſet originata.¶†[illegible] [illegible]n de domicilio ratiõe originis proprie vel pat[illegible] [illegible]r in.l.aſſumptio.§.j.ff.ad muni. vbi [illegible] [illegible]ntẽtia eſt quod cõueniat ſi ibi [illegible] [illegible]nem diſtringendi bona ibi ſi[illegible] [illegible]e qu[illegible] etiam per Cy.in.l. [illegible] penul.in ſi.cõ [illegible] [illegible]n loco vt ibi [illegible] on.cenſere [illegible] inſtit.

Ayuntamiento de Madrid

facit cle. ne romani. de elec. quod intellige vbi principiũ poſſeſ‑
ſionis ibi inceperit. quia tunc poterit etiaʒ ibi conueniri ne de‑
tur materia deferendi res alienas ad domum ſuam. l. non aĺs. j.
reſponſo. ⁊. §. j. ff. de iudi. ¶ In glo. vltima ibi ſed legati non tenẽ‑
tur reſpondere. de iſto plene habetur in. l. ij. §. legatis. cũ ſequẽ‑
tibus. ff. de iudi. que in effectu proſequitur hic Inn. ſed nõ inſi‑
ſto. qꝛ non eſt magne vtilitatis. Et adde circa forum contractus
quod dixi. s. eo. ꝙ clericis. et. c. ex parte. b.

a ¶ De libelli oblatione. ᵃ Rubrica.

¶ Hec rubrica habet tria capitula que hoc intendunt in ſum‑
ma prout habetur. j. c. primo.

1 Iudex poteſt de facto ſupplere,
2 Libellus an ſit de ſubſtantia iudicij. et nu. 13.
3 Libellus debet dari iudici et per iudicem parti.
4 Libellus debet eſſe clarus.
5 Libellus an debeat per actorem ſubſcribi.
6 Archiepiſcopus in ſynodo an ſit iudex.
7 Libellus quid in ciuili continere debeat et quid in criminali.
8 Libellus an poſſit reo offerri qui caſu venit ad iudiciũ lʒ cita‑
tus nõn fuerit: et an tenebitur reſpondere,
9 Actio annalis perpetuatur per libellum oblatum iudici.
10 Libelli oblatio an faciat rem litigioſam.
11 Libelli oblatio interrumpit preſcriptionem.
12 Sententia debet dari iudice ſedente pro tribunali.
14 Dilationes deliberatorie an ſint de ſubſtantia iudicij.
15 Libellus non eſt neceſſarius in cauſis in quibus requiriẗ ſum‑
maria cognitio tantum.

a ¶ Libelli oblatione. ſup hac ru bri. vide d. Andr. ſicu. q. hic mlta bona ſcri‑pſit egre‑gie pſecutꝰ eſt.

b ¶ Actor tenet. Ad huius. c. intel‑lectuʒ. vide Bal. ⁊ oẽs doc. in aut. offeraẗ. C. de lit. ꝯteſ. ⁊ in ſpe. de libel. cõcep. §. vj. verſi. vtrũ libel‑lus. d. Car. in cle. ſepe. de ver. ſig. q. xv. et vid. h. d. Abb. Fely. ⁊ do. Andr. ſicu.

Ignarus epiſ. opꝰ. Quo ad iſtõ
primum. c. h. d. Actor ᵇ teneẗ in ſcriptis libellũ
porrigere. Quo ad ſecundũ. h. d. Et ſi agit reali
debet in eo exprimere rem quã petit. Quo ad
tertiũ. h. d. Si vero agit perſonali debet expri
mere cauſam. Et hec prima decre. qꝛ ponit quandã facti narra‑
tionẽ non recipit cõmodam diuiſionem. Et premitte ꝙ in cõci
lio prouinciali poſſunt cauſe tractari vt in. c. graue. j. de prebẽ.
1 ¶ † No. j. ex iſta decretali prima caſuʒ in quo iudex poteſt de fa
cto ſupplere vcʒ circa reſpicientia libellum. ⁊ ſic rectitudinẽ ⁊ ſo‑
lẽnitatẽ iudiciorũ. de quo in. l. j. ff. de offi. aſſeſ. ¶ † Item no. qd
2 libellꝰ videẗ eſſe de ſubſtantia iudicij. de quo etiã p glo. in. c. de
cauſis. de offi. dele. ⁊ in. l. prolatã. C. de ſen. ⁊ interlo. om. iudi. et
in clemẽ. ſepe. de verbo. ſigni. vbi bona glo. in verbo neceſſario.
3 ¶ † Item no. ꝙ libellus debet dari iudici: vt hic ptʒ. ⁊ per iudi
cem parti in aut. offeratur. C. de lit. cõte. dicit tñ Inno. hic qd li
bellus porrigitur iudici nõ de neceſſitate ſed ad cautelã. qꝛ ad‑
uerſario põt offerri per ipſum actorem per id qd habetur in. d.
aut. offeratur. qd intellige iudice ſedente p tribunali. vnde non
ſufficeret mittere copiaʒ libelli in citatorio: qꝛ opʒ ꝙ offeraẗ in
iudicio vt voluit Jo. an. in addi. Spe. in ti. de libel. cõcep. §. nũc
dicamꝰ. ad fi. lʒ illa talis mĩſſio aliquid operetur. qꝛ reus p hoc
magis põt eſſe inſtructus. [illegible] breuiores deliberatorie poterũt da
ri vt in clemẽ. ij. cum ibi no. vt lite pendente. et in. c. ij. j. de dila.
4 ¶ † Item no. ꝙ libellꝰ debet eſſe clarus. ⁊ ſic non debet eſſe in
certus. vel obſcurus. aĺs non procederet. qd intellige ſi oppona
5 tur vt eſt tex. cum gl. no. in. l. fi. C. de annali excep. ¶ † Iteʒ no.
ꝙ libellus debet eſſe ſubſcriptus per actorẽ. ſed iſtud eſt de cau
tela tantum ſm Hoſti. qꝛ ſufficit ꝙ tabellio ſubſcribat diẽ por‑
rectionis ⁊ dilationem datam reo ad deliberandum. ⁊ ſic etiaʒ
6 ſeruatur. ¶ † Ultimo no. ar. ꝙ ſynodus ſit iudex non archiepi‑
ſcopus. ad idem. xj. q. iij. ſi quis preſbyter. ⁊. c. ſi quis epiſcopus.
⁊. j. de preben. graue. Sed ſm Hoſt. veritas eſt ꝙ archiepiſcopꝰ
⁊ ſuffraganei ſimul in [illegible]odo congregato ſunt iudices. ſʒ archi
epiſcopꝰ tanꝙ caput de conſenſu maioris partis eorum habet
pronuntiare [illegible] habetur in. c. ſicut olim. j. de accu. ⁊. s. de
temporibus ordi. [illegible] epiſcopus. §. j. ¶ In glo. j. iſta glo. fa‑
cit. vij. qꝛ primo dicit q[illegible] ſunt ſpecies libellorum. ſecũdo quid
eſt libellus. tertio cui de[illegible] offerri. quarto qualiter debet offer‑
ri. quinto quãdo. ſexto [illegible] eius effectus. ſeptimo an ſit de ſub
ſtantia. Secunda ibi eſt e[illegible]tia il[illegible] ⁊ ſic patet. quarta ibi et
in ſcriptis. quinta ibi ⁊ in[illegible] ibi ⁊ per talẽ. ſeptima
7 ibi ſed nunquid. Circa primum [illegible] ꝙ libellus in ci‑
uili debet precipue cõtinere [illegible]tiẗ.
et coram quo et quid ⁊ quo i[illegible]
quẽti. Quid autem debe[illegible]
in. l. libellorũ. ff.
8 tue. et per [illegible]
qd ſufficit
hoc v[illegible]

cõcep. §. ſequiẗ. ad fi: Sed do. Ant. hic dicit ꝙ licet teneatur re‑
cipere libellũ: non tamen tenetur reſpõdere ex quo indelibera
tus venit per no. per eum in. c. j. de iudi. Sed contrarium credo
quia imo tenebitur etiam reſpondere habitis p[illegible]ato‑
rijs ad reſpondendum ſm aut. offeraẗ. nec habebit ius reuocã‑
di domum niſi ex aliqua cauſa a iure illud beneficium c[illegible]da‑
tur. de quo in. c. fi. s. ti. j. et ſic etiam voluit Spe. in loco preralle‑
gato. ⁊ ſic etiam tenui in. d. c. j. licet tunc nõ viderim dictũ ſpec.
pro quo facit. l. in cauſe. §. cauſa cognita. ff. de mino. et quod no.
Jo. an. in. c. fi. de elec. in. vj. ⁊ Guil. ⁊ Bar. in. l. j. ff. de in ius vocã.
9 in quibꝰ dicunt preſentiam ſuccedere loco citationis. ¶ † Itẽ
adde circa ſextum inquantum dicit gl. ꝙ perpetuatur actio an‑
nalis per libellum oblatum iudici ⁊ de[illegible] quia illud ve‑
rum quando eſt principi oblatus. ſecus ſi inferiori iudici. vt pa
tet ex. l. ij. C. quando libellus [illegible]cipi datus ⁊ ex ru[illegible]o. ⁊ ſic etiã
10 voluit Spe. de libel. concep. §. [illegible]n de effectu. ¶ † Itẽ adde in‑
quantum dicit ꝙ facit rem litigioſam ſecuta conuentione per
executorem in citatione per nuntiũ qꝛ illud procedit quãdo agi
tur reali. ſecus ſi perſonali. quia tunc non fit litigioſa. niſi p lit.
11 conte. l. ij. C. de litigioſis. ¶ † Item adde inquantũ dicit ꝙ in‑
terrumpit preſcriptionem intellige ſecuta citatione: qꝛ illud ve
rum in preſcriptione. xxx. vel. xl. annorum. et ſic longiſſimi tem
poris: ſed pſcriptio longi tẽporis et ſic. x. vel. xx. annorũ nõ in‑
terrumpitur niſi per conteſta. l. ij. §. fi. ff. pro emptore. vſucapio
vero triẽnij non interrumpitur etiam per cõteſta. ipſo iure. ſed
ſolum quo ad effectum. l. ſi poſt acceptum. ff. de rei ven. facit qd
12 no. Bar. in. l. ſicut allegata. in glo. ⁊ in. d. l. ij. §. fi. ¶ † In ea. glo.
in fi. Eſt etiã de ſubſtantia q[illegible]etur ſententia a iudice ſedente p
tribunali ⁊ per ſe recitante. vt in. c. fi. de re iudi. lib. vj. de quo di
cendum vt ibi. ⁊ facit quod no. ij. q. j. in ſumma. ⁊ in. l. prolatam.
13 C. de ſentẽtijs. † Et aduerte qꝛ ſuper articulo an oblatio libelli
ſit de ſubſtantia. fuerunt opiniones quas hic tangit Jo. an. ⁊ in
cle. ſepe. in verbo neceſſario vbi finaliter concludit, ꝙ in cauſis
ordinarijs ſi petatur libellus per reum eſt de ſubſtantia. Adeo
ꝙ ſi procedatur eo nõ dato proceſſus erit nullus. ſecꝰ eſt in cau
ſis ſummarijs. de quibus in illa cle. quia ſufficit ibi verbo peti‑
tionẽ factam eſſe dũmmodo redacta ſit in ſcriptis apud acta.
Sʒ vbi reꝰ nõ petit ꝙ detur libellꝰ in ſcriptis. nõ eſt de ſubſtan
tia. ſed bene erit de ſubſtantia qd redigatur petitio in ſcriptis
apud acta per illam cle. ⁊ hoc modo cõcordat opiniones et cũ
illa gl. tranſit hic do. Ant. ⁊ equitatem habere videtur. vñ forte
ſeruaretur in practica: tamen de iure puto veriorem opinioneʒ
gl. hic poſite quam etiam ſequiẗ Inno. ⁊ Hoſt. ſcʒ ꝙ de ſubſtã‑
tia iudicij ſit ꝙ libellus ſit oblatus in ſcriptis actorũ ad offeren
dum. ⁊ ſic etiam ſi non [illegible]tatur. et tamen ibi vult ꝙ conteſta‑
tio aliter fcã ſit nulla [illegible] ob. cle. ſepe. qꝛ loquiẗ in cauſis ſum‑
14 marijs de quibꝰ ibi. ¶ † An autem deliberatorie ſint de ſubſtã‑
tia tenuit gl. ꝙ ſic ſi petantur. ij. q. j. in ſumma. ⁊. xvij. q. iiij. in. c.
vxor. ⁊ no. gl. in dicta cle. ſepe. in verbo cõteſtationem. poſſunt
tamẽ ex cauſa arctari. vt hic tangit Inno. ⁊ Hoſt. facit qd not.
in. c. j. ⁊. ij. j. de dilatio ¶ Extra glo. adde dicta Jo. an. ⁊ Hoſt.
primo inquantum in prima fallẽtia dicit ꝙ partes poſſunt cõ‑
uenire ꝙ iudex n[illegible] figura iudicij ſed de plano ⁊ ex officio ve‑
ritatẽ inquirat ⁊ audiat: ⁊ illa reperta dicat ⁊ ordinet qd velit.
Secus ſi cõueniant ꝙ libello omiſſo diffinitiua feratur. de quo
etiam per glo. in. c. fi. de re iudi. in. vj. nam primũ dictum nõ vi‑
detur pcedere ſi partes velint ꝙ procedat vt iudex. qꝛ nõ poſ‑
ſunt renũtiare iuri introducẽti ſolẽnitatẽ. l. nemo põt. ff. de le. j.
et no. Bar. in. l. ius publicum. ff. de pac. ſed ſi vellẽt ꝙ procede‑
ret tanꝙ arbitrator poſſunt hoc facere qꝛ etiam in ordinarium
tanꝙ in arbitratorẽ poteſt cõpromitti etiã de iure ciuili vt no.
in. l. ſed ſi ſeruum. §. ſi quis iudex. ff. de arbitris. ⁊ in dubio vt po
tius actus valeat ꝙ pereat videreẗ ꝙ preſumi debeat ꝙ velint
eum cognoſcere [illegible]ratorem ar. c. abbate. j. de verb. ſig.
Nec ob. l. quoties [illegible]cholarium. lib. xij. allegata per Ho‑
ſtiẽ. qꝛ ibi eſt ſpeciale in cauſis breuioribus. et loquitur ſm tẽ‑
pora antiqua ſm que nõ erat neceſſarius libellus vbi in illuſtri
bus perſonis. ideo facilius illi iuri ſpeciali poterat renũtiari. cũ
ius ſpeciale facilius tollatur ꝙ commune. l. eius militis. §. mili
tia miſſus. ff. de teſta. militis. et facit quod no. in clemen. conſti‑
tutionem. de elec. ¶ Item adde circa ſecundam fallentiã quaʒ
hic tangit Jo. an. inquantũ vult ꝙ in omnibus caſibus in qui‑
bus proceditur lite non conteſta. procedatur etiam ſine libello.
nam licet cum hoc dicto tranſeat Joan. an. et do. Anto. nõ vf
verum quia cum iſta ſint duo ſubſtantialia iudicij ſeparata ſci‑
licet libelli oblatio et li[illegible]ſta. non ſequitur ꝙ vno ſublato
toll[illegible]s. inſtit. de nuptijs. ⁊ pro hoc etiã
[illegible]e. ſepe in verbo neceſſario. vbi ecõ‑
[illegible]ſis [illegible]equiratur libel‑
[illegible]atur lit. conteſt. ⁊
[illegible]per conſequens

Ayuntamiento de Madrid

per cōſequens ꝙ poſſit procedi ſm tenorem illius cle.¶ Item adde circa.vj.fallentiam et circa ſeptimā inquātum tangit de cauſa beneficiali ꝛ de cauſa matrimoniali.nā hodie hoc eſt expeditum per cle.ij.de iudi.iūcta cle.ſepe.¶ Item adde inquātum concludit ꝙ in cauſis mere ſpiritualib⁹ nō requiritur libellus per.c.j.ī.de dolo ꝛ contu.et cum hoc tranſit Joan.an.domi. Anto.ſed non videtur bene dictum per cle.ij.de iudi.que ſolūmodo certas cauſas ſpirituales enumerat ꝛ ſic in alijs videtur ſecus.arg.c.nonne.ī.de preſum.ꝛ.C.de procu.in.l.maritus.Nec ob.d.c.j.quia illud nō dicit.ſed dicit ꝙ in cauſis eccleſiaſticis et inter perſonas eccleſiaſticas rigor iuris nō eſt ſeruandus:quod eſt intelligendum vt ibi ſentit glo.de rigore inducto quo ad penas vt ille tunc locum non habeant.et ſic non loquitur quo ad
15 alia concernentia ordinem ſubſtantialem iudicij.¶ † Ultimo adde inquantum concludit ꝙ in cauſis in quib⁹ requirit̄ ſummaria cognitio tantum:non eſt neceſſarius libellus.et cum hoc tranſit etiam do.Ant.nam non videtur hoc verum.qꝛ ſummarie procedere eſt procedere breuiter.ſeruatis tamē ſubſtantialibus.ꝛ ideo requireretur libelli oblatio ꝛ lit.cōteſta.ꝛ hoc expreſſe tenuit Bar.in extraua.ad reprimen.in verbo ſummarie. et facit qđ no.glo.in dicta cle.ſepe in dicto verbo cōteſtationē.

1 ☞ Libellus eſt offerendus in iudicio.
2 Libellus incertus an et quando procedat.
3 Petitio incerta an et quando admitti debeat.
4 Agens rei vendicatione qualiter dicere debeat.
5 Agens actione perſonali quam cauſam exprimere debeat ꝛ an ſufficiat exprimere cauſam remotam.
6 Libellus in iudicio vniuerſali quomodo formetur.
7 Libellus in quo petuntur pertinentie eccleſie vel caſtri eſt vniuerſalis et ꝓcedat talis libellus ſine alia adminiſtratione.
8 Judicium vniuerſale et generale qualiter differant.
9 Libellus incertus admittitur in iudicio ſingulari.
10 Emendare mutare ꝛ accumulare quomodo differant.
11 Mutare actionem quando quis poſſit.
12 Cumulatio actionum quando permittatur.
13 Dilationes deliberatorie an debeāt dari propter mutationem emendationem vel cumulationem.
14 Appellatio nō reſcindit conteſtationem factam in principali.

## Significantibus.

Summatū eſt [a] cū ꝑcedēti.et in primo ponitur appellātis narratio.in ſecūda appel
1 lationis cōmiſſio.ſecūda ibi quocirca.¶ † No.qđ libellus eſt in iudicio offerēdus de quo.ſ.§.primo.Et no.quod hoc videtur ſufficere ſi offertur parti.de quo etiā dictū fuit in d.c.qꝛ vtraqꝫ practica poteſt ſuſtineri.vcꝫ ꝙ offeratur iudici et
2 ꝑ iudicē reo:vel ꝙ offeratur reo preſente iudice.¶ † Itē no.ꝙ actor debet declarare ꝛ exprimere rem quam petit inſtante reo et ſic facit qđ ſi reus nil opponit:procedat libellus incertus.de quo eſt tex.cū glo.in.l.ſi.C.de annali excep.[ADDI Si aūt opponatur ꝛ nihilominus non facta declaratione procedat:an valebit proceſſus.videtur dicendum ꝙ ſic:niſi fuerit appellatū per iſtum tex.ꝛ precedentem et etiā ſequentem:qui vident̄ velle ꝙ debeat appellari.ꝛ ſic videtur velle ꝙ alr̄s proceſſus valeat faciat quod no.Barto.in.l.ij.ꝛ.l.a diuo pio.§.in venditione.ff. de re iudi.ꝛ poterit apellari etiam de iure ciuili.ex quo arctaretur ad procedēdum vbi non deberet citari.per no.p Bart.in.l. ij.ꝛ ſi.ff.de appel.reci.non videtur tamē ꝙ procedendo ad vlteriora dicatur tacite pronūtiare ſaltem valide:qꝛ talis pronūtiatio eſſet contra ius.et ſic non valeret.per id qđ habet̄ in.c.j.ī.de re iudi.licet alr̄s procedēdo ad vlteriora iudex videatur reijcere exceptionem oppoſitam ad proceſſum quando pronuntiatio non contineret in ſe iuris expreſſum errorem.vt habetur.ī.de appel.ex parte.M.ꝛ notauit Barto.in.l.a procedente.C.de dilationib⁹.TIO.] An autē iudex ex officio poſſet petere illđ declarari.videretur ꝙ nō:qꝛ ad priuatam vtilitatem partis nō debet ſuum officiuꝫ impartiri.l.iiij.§.hec autem.ff.de dā.infec. et no.ī.de iureiuran.ad noſtram.el.ij.tamen contrarium poteſt dici ſm do.Anto.quia intereſt etiaꝫ iudicis libellum declarari vt certam poſſit ferre ſentētiam.facit inſti.de accuſa.in.§.curare.et qđ habetur.ſ.de iudi.in.c.cauſa m.ꝛ in.c.j.de elect.in.vj.in verbo abſentia.¶ In glo.ij.hec glo.tractat principaliter de duobus primo qualiter libellus ſit formandus.ſecundo an poſtꝙ eſt formatus poſſit mutari.ſecunda ibi.Item no.prima facit tria quia primo tractat qualiter debeat formar[illegible] n iudicijs ſingularibus.ſecundo qualiter in vniuerſalibus [illegible] ualiter in generalib⁹.ſecūda ibi in vniuerſ[illegible] ſ.tertia [illegible] eralib⁹. prima iterum ſubdiuiditur in [illegible] formetur quando [illegible] itur ac[illegible] tur quando agit[illegible] nali.¶ In eadē[illegible]

mobilis ſiue immobilis.et hoc ſecūdo caſu ſiue ſit materia infecta puta maſſa:ſiue ſignata vt pecunia ſiue facta vt qꝛ ciphus:ſiue etiā ſit res animata vt ſeruus vel equus vel aliud animal.et de omnibus iſtis qualiter debeat exprimi.tangit hic Joā.an.ꝛ habetur in.l.ſi in rem.ff.de rei vendica.¶ In ea.glo.ibi tota an pars.hoc nō eſt neceſſe licet poſſit fieri ad cautelam.nam in dubio ſi petitur fundus intelligitur de toto vt no.glo.in.d.l.ſi in
3 rem.¶ † In ea.gl.ibi circa defalcationem legatorum.idem dicit Inn.quando actor eſt incertus ex facto aduerſarij.l.j.§.quia autem.ff.quorum legatorum.et idem ſentit vbicūqꝫ alr̄s actor ſit incertus.quia ꝓpter probabile dubium admittatur petitio incerta.vt notauit ipſe Inn.in.c.conſtitutus.de reſti.in integ. et glo.in.c.abbate.de re iudica.in.vj.vbi bona gloſ.Glo.tamen in.l.quod in heredem.§.eligere.ff.de tributo.concludit libellū incertum non admittendum:niſi quando incertitudo cōtingit ex facto aduerſarij.ſed do.Ant.hic ſequitur dictum Innocen. ¶ Tu potes concordare opiniones.quia aut incertitudo cauſatur ſolum propter factum alienum:in quo conſueuit eſſe ꝓbabilis ignorantia.l.ſi.ff.pro ſuo.et no.de reſcrip.c.ab excōmunicato.et tunc talis incertitudo non ſufficiet.et ſic intelligatur gl.in.§.eligere.Quandoqꝫ eſt talis incertitudo quod etiam facta diligenti inueſtigatione non poteſt bene pro tūc certificari. et tunc procedit opinio Inn.facit quod habetur in.l.que de tota.§.incerte partis.ff.de rei vendi.et in.l.j.§.fin.ff.ſi pars he.pe.
4 ¶ † In ea.glo.ibi eo ipſo quod proponit rei vendicationem.ꝛ ſic vult glo.quando agitur rei vendicatione ſufficiat dicere peto a te talem rem per rei vendicationem.et idem voluit gl.in.l. j.in princip.ff.de edendo vbi tractatur prima pars principalis huius glo.nam ſecunda tractatur in.l.edita.C.de edendo.ꝛ poteſt glo.tolerari.quia tacite intelligitur expreſſiſſe cauſaꝫ.nam ex quo proponit rei vendicationem:tacite dicit ſe dominū.cuꝫ rei vendicatio detur ſoli domino.l.in rem.ff.de rei vendi.vnde cōclude quod in reali debet exprimi cauſa proxima expreſſe vel tacite.ſed nō eſt expediens exprimere cauſam remotam.hoc eſt cauſam ex qua acquiritur dominiū.nam illa immediate eſt cauſa dominij ſed dominiū eſt cauſa proxima ꝛ immediata rei vendicationis.Et aduerte quia licet predictus libell⁹ poſſit ſuſtineri:tamen proprius libellus eſſet qđ quis narret ſe dominū.ꝛ dicat talem ipſam rem indebite poſſidere et iniuſte quare petit pronuntiari et declarari ſe dominum:vel dictam rem ſpectare [a] ad ipſum iure dominij.ꝛ ipſum reum condēnari ꝛ cogi ad reſtitutionem.nam proprie in reali ſententia debet ferri declaratorie.l.ex diuerſo.ff.de rei vēdi.et.l.ſicuti.§.ſed ſi quer[illegible]atur.ff.ſi ſeruitus vendi.tamen quando quis petit reum condēnari ad reſtitutionem rei.licet non petat declarari ſe dominum ex quo narrauit ſe dominum vel petit condēnari ad reſtitutionem per rei vendicationem:tacite intelligitur petere declarari ſe dominuꝫ ar.l.illud.ff.de acquiren.here.et ideo ſuſtinetur dictus libellus. facit quod no.in.d.l.ex diuerſo.per glo.ꝛ Bar.ꝛ in.l.j.in princi. ff.de eden.conſuetudo tamē habet qđ narrat quis rem ſpectare ad ſe iure dominij vel quaſi.et ſic petit pronuntiari ꝛ declarari et reum cōdēnari ꝛ cogi ad reſtituendum.nam de conſuetudine talis libellus licet alternatiuus admittitur vt voluit ſentire hic glo.ꝛ clarius in.§.alie.inſti.de act.ꝛ glo.in.c.abbate.de re iudi.in.vj.Imo aliqui dicunt qđ etiam de iure ratione incertitudinis.vt no.gl.in.d.c.abbate.ſed tu dic vt ſupra dixi.¶ Hoc verum quando veriſimiliter facta diligenti inueſtigatiōe actor non poſſit eſſe certus.alr̄s de iure non deberet admitti ꝑ notata per gl.in.l.ꝙ in heredem.§.eligere de tributo.vnde tunc ſolum de conſuetudine admitteretur.et quando dicatur ſpectare ratione dominij.dic quando agēs eſt dominus directe.vel etiā vtiliter.vt quia eſt emphyteuta vel feudatarius.ſed rōne quaſi dicitur ſpectare quando quis acquiſiuit rem titulo ꝛ bona fide a non domino:quo caſu contra poſſeſſorem pro tali quaſi dominio competit publiciana.l.j.et.ij.ff.de publi.ꝛ no.glo.in.d.c. abbate.et eſt vtilis talis libellus.quia in proceſſu poterit ꝓbari de directo dominio vel vtili.nam late accipiuntur verba pro libellante.l.ſi quis intētione.ff.de iudi.ꝛ.l.ſi mater.§.candē.de exceptio.rei iudi.licet alias appellatione dominij intelligat̄ de directo.l.j.§.j.ff.ſi ager vecti.Poterit ꝛ probare quaſi dominiū et quodcūqꝫ iſtorum probauerit ſufficiet[illegible] niſi reus probaret ſe dominum quia contra illum non ſufficeret probare quaſi dom[illegible]um ex quo datur [illegible]ubliciana.quia illa non datur regula[illegible] dominum [illegible] in[illegible]tis caſibus.vt in.l.penul.ff.de [illegible]o.Bar.in.l.et an eadem.§.actiones. [illegible] glo.ibi quia ipſe non poſſidebat.et [illegible]s ferri declaratoria pro dñio acto[illegible]rit valde vtilis.quia habebit pa[illegible] quo tempore poſſeſſio deueniat [illegible] ri in.c.examinata.de iudicijs.

a ¶ Sūmatū ē.ad materiā huius c.vide dñs iaſ.de may.i.§.omniū.nu.iij.c.vij.ꝛ i.d.§.nu.cxx.i ca.xij.ꝛ.§.pterea.nume.xxij.c.xij.Iſti.de actioni.vbi mlta p eū.

Ayuntamiento de Madrid

5 ¶ † Jn ea. gl. in cauſa petendi exprimēda eſt intellige de cauſa remota. q2 quando agitur perſonali non ſufficit exprimere cauſam proximam: nā ex illa non poſſet reus bene deliberare. vnde nō ſufficit dicere peto a te. q2 ad illa es mihi obligatus. ⁊ hoc ſi opponatur. nā reo non opponente procederet libellus. ⁊ poſſet in proceſſu fieri declaratio. l. ſi. cum glo. ſua. C. de annali excep. ſ3 debet exprimi cauſa remota ſcilicet ex qua obligatio oritur. puta mutui vel depoſiti: vel alterius contractus nam contractus eſt cauſa proxima obligationis: obligatio vero eſt mater ⁊ cauſa proxima actionis perſonalis. l. licet. §. ea obligatio. ⁊ ibi no ff. de procura. et ſic differt actio perſonalis a reali. q2 in reali ſufficit exprimere cauſam proximam actionis. ſed in pſonali non ſufficit. ſed expedit exprimere etiam cauſam remotā. Et no. quod certo reſpectu actori vtile eſt etia3 in reali cauſam remotam exprimere in libello. quia tunc non obſtabit exceptio rei iudicate ſi agatur ex alia cauſa. ſecus quando nulla cauſa remota eſſet expreſſa vt plene habetur in. c. abbate. preallegato. Sed alio reſpectu vtilius eſt ipſi actori nō exprimere cauſam remotam. quia tunc in proceſſu poterit proſequi omnem cauſa3 que ſibi videatur. Secus eſſet ſi expreſſiſſet vnam cauſam in libello. quia non poſſet aliam proſequi etiā in reali. vt in. d. c. abbate. ¶ Sed an ſufficiat in perſonali exprimere cauſam remotam. puta peto a te. x. que tibi mutuaui. Dic quod ſic quia tacite videor exprimere cauſam proximā ⁊ dicere per hoc te obligatum. nā licet illa ſint verba preteriti tēporis que mutuaui. et inducant obligationem de preſenti reſpectu eius quod ſonant. tamen reſpectu taciti quod includunt non important obligationē. ⁊ ſufficit libellū concludere preſumptiue. arg. l. omnes. §. lucius. de his que in fraudem credi. Sed ſi dicerem peto a te. x. quia fuiſti mihi obligatus ad illa ex cauſa mutui. videtur quod tunc non procedat: quia verba preteriti temporis expreſſa nō videntur importare obligationem de preſenti. vt eſt tex. cū glo. in. l. certum. ff. de confeſſis. et pro tanto non procederet libellus ſm Cy. in. l. edita. ⁊ idē Bar. in. l. certum. ſed contrarium voluit Spec. in ſimili in titu. de act. ⁊ peti. §. ſequitur. verſi. quid ſi dico. vbi dicit quod ſi dico qd peto a te talē rem: qua3 dico ad me pertinuiſſe iure dominij. qd procedit libellus. per. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. quia preſumitur etiā hodie pertinere niſi aliud appareat. et ſufficit libellum concludere preſumptiue. vt eſt dictum. et hoc ſequitur etiam do. Anto. nam verba debent intelligi in dubio pro libellante. l. ſi quis intentione. ff. de iudi. ⁊ pſertim in caſu iſto in quo apparet eius intentionem eſſe nō obligare aliquid de preſenti: cum petat reum condemnari. nec ob. d. l. certum. quia ibi verba non proferebantur in libello. ſed a confitente quo caſu verba non debent importare vltra eorū ſignificatum ⁊ preſertim cum debeat fieri interpretatio potius ſm ipm proferentē verba. argu. d. l. ſi quis intentione. et iſta pars videtur verior de iure.

6 ¶ † Jn ea. glo. ibi quia ſum heres. et ſic vult gl. qd in vniuerſali iudicio vt eſt petitio hereditatis. pcedit iſte libellus: peto a te hereditatem titij. quia ſum eius heres ⁊ idē voluit glo. in. l. ij. in prin. ff. de eden. Aduerte tamen quia reo inſtante cogeretur exprimere. an ſit heres ex teſtamento. vel ab inteſtato. l. j. et. ij. ff. de peti. here. ¶ Jtem aduerte quia licet iſte libellus poſſit ſuſtineri per id qd habetur in. l. j. ff. ſi pars hereditatis petatur. ⁊ no. Bar. in. l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei ven. tamen proprior ⁊ verior libellus eſſet in hac forma. quia debebit narrare actor ſe heredem titij ex teſtamento vel ab inteſtato ſm facti contingentiam: ⁊ narrare quomodo reus poſſidet res hereditarias: ⁊ petere ſe declarari heredem eſſe titij per officium iudicis illum condēnari ⁊ cogi ad reſtituendum res hereditarias quas detinet. nam etiam petitio hereditatis dicitur actio in rē l. ſed ſi lege. §. petitio. ff. de peti. here. ⁊ ideo in illa debet cōcludi declaratoria ſicut in reali.

7 ¶ † Jn ea. glo. ibi eccleſiam cum pertinentijs. No. bene ex glo. ꝙ vbi petuntur pertinētie eccleſie vel caſtri: dicit eſſe petitio vniuerſalis ⁊ ideo procedit ſine alia declaratione libellus de quo etiam per Jnnoc. in. c. cum ad ſedem hic allegato vbi etiam tractat quid cōtineatur appellatiōe ptinentiarū. ⁊ eodē modo procedit libellus ſi petitur prebenda cū plenitudine iuris canonicalis. j. de conceſ. preben. in. c. pppoſuit. ⁊ ſimiliter poteſt peti grex non facta ſpecificatione capitum: nā ſufficit ꝙ poſtea in executione fiat declaratio. l. j. §. ſi. cum duabus ſequentibus. ff. de rei vendi. ⁊ facit quod not. glo. in. d. c. cū ad ſedem. ⁊ de materia tetig. Jnno. in quatuor locis. videlicet in. c. conquerente. de offi. ordi. [illegible] in. d. c. cum ad [illegible] ⁊. j. de ſepulturis certificari in [illegible] de exceſ. tanta. facit qd. j. dicetur. ¶ Jn ea. gl. [illegible] miniſtratione. Aduerte l3 libellus poſ[illegible] libellus eſt qd narrē te adminiſtraſſe [illegible] dēnari ad reddēdum rationem adm[illegible] gnandum reliqua vt notauit Bar. [illegible]

hoc quādo agitur actione negotiorū geſtorum. ⁊ per hoc etiam 8 ſatis patet qd ſi ageret actione tutele vel pro ſocio. ¶ † Et no. ex predictis qd differētia eſt inter iudiciū ſingulare ex vna parte. ⁊ vniuerſale ⁊ generale ex alia. quia primo caſu debet in libello certa res exprimi. ſed in ſecundo caſu nō eſt neceſſe ſpecificationem fieri in libello. ¶ Jtē inter iudiciū vniuerſale ex vna parte. ⁊ generale ex alia eſt differētia. q2 in vniuerſali nō eſt neceſſe exprimere rem etiā in proceſſu vel ſententia. ſed ſufficit qd tempore executiōis exprimat. ſecus in gnali vbi expedit expreſſionem fieri in proceſſu ad hoc vt certa condēnatoria poſſit ferri. nam ſolū ſuper proſecutis poterit condemnatoria ferri. l. licet. cu3 ibi no. C. de iudi. ⁊ ſi abſolutoria etiā ferat: ſolū obſtabit in proſecutis. vt ibi paret niſi aliqua malitioſe eſſent omiſſa. vt eſt caſus ſingularis in. l. de rebus. ff. de arbi. nam tunc abſolutoria ſimplex etia3 in illis nocebit. ¶ Et no. qd ppie petitio eſt vniuerſalis quando eſt dare aliquod nomē vniuerſale plura ſub ſe cōprehendens. vt hereditas que eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti. l. hereditas. ff. de regu. iur. vel grex vel peculiū. l. j. §. ſi. et. l. vendicatio. ff. de rei vendi. ſed generale eſt: qn nō reperitur tale nomē vniuerſale: tamen alias plura aſſeruntur ſimul facta vt qn narratur quem adminiſtraſſe negotia alterius quo caſu cōprehendi poteſt adminiſtratio reſpectu plurium ſpecierū ſc3 panis: vini: frumenti ⁊ ſimiliū. ¶ Sed aduerte q2 hic eſt dubiū an ſi epiſcopus petit ius epiſcopale in aliqua eccleſia dicat petitio vniuerſalis an vero generalis. Jnno. in. d. c. conquerente. dicit illam generalem ⁊ non vniuerſalem: contrarium ipſe voluit in. d. c. certificari. et illud videtur verius: quia ius epiſcopale eſt quoddam ius vniuerſale plura ſub ſe comprehendens. vt in. d. c. conquerente. ⁊ eadem ratione idem videtur ſi petatur per rectorem eccleſie ius parochiale. nam ſub ſe multa comprehēdit. j. de parochijs per totum. ¶ Quid autem ſi quis petat a titio bona que obuenerunt ad ipſum titiu3 ex bonis ſeij. vel ſi petat omnia bona que poſſidet ipſe titius in tali villa: an admittetur iſta petitio ſine alia declaratione reo inſtante. dubium facit: q2 ſi non cenſetur vniuerſalis nec generalis: non procedet non facta alia expreſſione. et iſtud tennit Jnno. in. d. c. cum ad ſedē. ⁊ Bar. in. l. titia. §. j. ff. de lega. ij. Sed contrarium ſenſit Jnnocē. in. c. certificari. in principio magne glo. vbi videtur velle ꝙ cenſeatur petitio generalis. et ſic pcedat ⁊ ſufficiat in proceſſu ſpecificare res. ſed poſtea in ea. glo. videtur dicere illud verū ſi agat actione perſonali. ſecus ſi reali ſeu rei vendicatione que non datur pro iuribus. l. vendicatio. ff. de rei vendi. deinde in ea. glo. videtur velle qd nullo modo procedat niſi fiat ſpecificatio in libello. ¶ Vltimate videtur diſtinguere an dicta petitio veniat acceſſorie et tunc admittatur exemplū in ſimili, ſi rector petit pnuntiari ⁊ declarari ſibi competere ius parochiale et ius percipiendi quartam de relictis a ſuis parochianis alibi ſepultis. et etiam in conſequentiam petat rectorem eccleſie conuente ad dādū ⁊ aſſignādum quartam de relictis a ſuis parochianis ibi ſepultis. Si autē principaliter peteretur [illegible] relictorum a ſuis parochianis ibi ſepultis: tunc videtur [illegible] qd inſtāte reo nō pcedat petitio niſi fiat declaratio. ⁊ iſta videtur melior opi. per quam etiam ſaluatur qd ipſe idem dicit in. d. c. cum ad ſedē. licet do. Anto. hic videatur velle qd qn apponitur ſignum vniuerſale. vt quādo peto oīa bona que poſſides in tali villa ſaltē ex accidenti propter additionem ſigni vniuerſalis dicatur petitio generalis. et ſic intelligit Jnno. in. d. c. certificari. ſed verius puto eſſe quod dixi. ⁊ facit pro predictis. q2 etiā in iudicio ſingu- 9 lari in acceſſorijs admittit libell⁹ † incertus. vt ſi peto rē mihi reſtitui cū fructibus. vt voluit Jnn. in. d. c. tanta. de exceſ. prelato. ⁊ facit qd no. per ſ[illegible] in. l. fundi. ff. de excep. ⁊ per Bar. in. l. j. ff. de eden. ¶ Aduerte tū q2 in hoc reperio opiniones nā aliqui dicūt qd reſpectu fructuum perceptorum ante lit. cōte. neceſſaria eſt expſſio l3 reſpectu eorū qui poſt cōteſt. percipiuntur non ſit neceſſe. ⁊ hoc tenuit Bar. in. l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei vē. licet ipſe idem ſimpliciter teneat cum Jnno. in. d. l. j. de eden. et ſic in hoc videtur fuiſſe varius. Et iſtam ſecūdam partem videt etiā voluiſſe glo. in. l. ediles. §. item ſciendum. ff. de edil. edic. ⁊ videtur caſus pro hac parte. ſed Jnn. in. d. c. tanta. reſpondet ad illū tex. quod ibi non dicit expreſſionem ſiēdam in libello. ſed quod debuit fieri in edicto pretori [illegible] tamen reuera ille tex. multum facit pro iſta opi. Sed cōmuniter ſeruatur prima opi. ⁊ conſuetudo eſt optima interpres. j. de cōſue. cum dilectus. Sed forte de iure verior eſt alia. ¶ Jn ea. gl. ibi item no. qd libellus. Aduerte quia glo. iſta [illegible] bene decl[illegible] rauit. vnde potes dicere [illegible] tria ſunt que ſ[illegible] ſcilicet [illegible] dare mutare et accumulare. Emend[illegible] vel detrahere. Mutare eſt [illegible] na proponitur. Accumu[illegible] in vtraq3 pro[illegible] l. edita. C. de eden. Et

Ayuntamiento de Madrid

10 eden.† Et cõclude breuiter circa primuꝫ qd̃ declarare quis põt
libellum etiam poſt lit.cõte.q; qui declarat nihil de nouo indu
cit.l.heredes palã.§.ſed ſi notã.ff.de teſt.Detrahere etiã poteſt
poſt lit.conteſta.q; ſi poteſt ex toto renũtiare.vt.j.dicet.multo
fortius in parte.Addere vero nõ põt poſt lit.cõteſt.ſi fiat circa
ſubſtãtialia vel rem petitã.Secus ſi circa qualitatem q̃ non ha-
beat immutare ſubſtantiã actionis vel facti nec formã ſentẽtie:
ſed ſolũ diuerſificare executionem:q; tũc talis qualitas põt ad-
duci etiã poſt lit.cõte.l.in delictis.§.detracta.ff.de noxa.Inno.
tamẽ ſingulariter intelligit illum tex.quando a principio non
fuit aliqua qualitas expreſſata.ſecus ſm eum ſi fuiſſet expreſſa
ta:quia tũc poſt lit.cõteſt.non poſſit mutari.⁊ ſic limitat illum
text.legiſte tñ tranſeunt cum precedenti intellectu.Itẽ ſecus ſi
talis qualitas haberet immutare ſubſtantiam actiõis vel facti
vel formã ſentẽtie.vt hic etiã ſenſit Inno.Ante lit.cõteſt.bene
licet addere dũmodo claudi poſſit ſub actiõe propoſita.de quo
per Bar.in.d.l.edita.⁊ hoc in iudicio ſingulari:in vniuerſali vi-
detur ꝙ etiam poſt lit.cõteſta.poſſit addi per id quod habetur
in.§.ſi minus.inſti.de act.⁊.l.ſi quo tpe.de peti.here.Bar.tamẽ
in.d.l.edita.dicit ꝙ ſi petij dimidiã hereditatis nõ potero poſt
lit.cõteſt.petere totam.Item ſi petij totam ⁊ petij reũ cõdem-
nari ad reſtitutionem certe rei ⁊ non ſimpliciter ad res quas de
tinet:quod tunc poſt lit.cõteſt.non poterit alia addi.Sed con-
trarium in hoc vltimo tenet hic.d.Ant.⁊ videtur ꝙ melius:q;
per additionem noue rei non mutatur ſubſtantia eius quod
principaliter petitur:ſed ſolum additur aliquid circa id qd̃ ve-
nit acceſſorie officio iudicis ad ipſum ius petitum ⁊ ideo vide-
tur qd̃ talis additio fieri poſſit.quia poteſt includi ſub iure vni
uerſali quod non mutatur ⁊ de quo principaliter queritur cum
vt dixi principaliter petat actor ſe declarari heredẽ.Nec ob.qd̃
dixi.ſ.de reali.quando exprimitur cauſa:quia nõ poteſt poſtea
aliam proſequi:quia ibi cauſa expreſſa reſpicit ipſum ius dñij.
de quo principaliter queritur.ideo illud reſtringit, que ratio
11 hic ceſſat.⁊ hec de emẽdatione.¶ † Circa mutationem conclu-
de qd̃ ſi vult mutare deſiſtendo,in totuꝫ a primo poteſt p.l.poſt
ꝙ liti.C.de pactis.ſecus ſi vult differre:vel ſi vult tantum renũ-
tiare inſtantie:quia nõ poteſt per aut.qui ſemel allegata in gl.
ſaluo niſi abſolutoria ab inſtantia eſſet ferẽda:forte ꝓpter ine-
ptam actionem quia tunc poſſet renuntiare inſtantie tantũ.Si
autem vellet renuntiare actioni ſaluo remanente iure in cã ex
alia actione ⁊ ſic aliam mutare poteſt p.d.l.poſtꝙ niſi forte vel-
12 let mutare de nõ famoſa ad famoſaꝫ,vt no. i.d.l.edita.¶ † Cir
ca accumulationem conclude ꝙ poteſt alia accumulari:niſi ob.
aliqua regula impediens cumulationem:quarum duas poſuit
glo.in.l.de edita.⁊ tertiã addit Dy.in regula nullus pluribus.
de regu.iur.lib.vj.vbi plene tractat hanc materiam.⁊ Barto.in
d.l.edita.addit tres alias ⁊ ibi etiam plene proſequitur materiã
13 cumulationis.¶ † An autem debeant dari noue deliberatorie
propter mutationem emẽdationem vel accumulationem:ſatis
patet ex gl.¶ Et an etiam debeat intereſſe reficere.de quo no.
per Bar.in.d.l.edita.ſ.allegata.cui adde ꝙ lꝫ deliberaſſet pri-
mo contendere ⁊ ſimiliter ſecundo loco poſt alteratione libel-
li deliberat.licet Bar.videatur velle ꝙ non debeat aliquod in-
tereſſe ſolui reo:tamen contrarium videtur vt hic tangit domi.
Anto.ſi oportuit eum nouam expenſam facere in conſulendo
aduocatum propter nouam alteratione.¶ An autem in cau-
ſa appellationis poſſit fieri alteratio libelli ſatis patet ex predi
14 ctis † quia appellatio non reſcindit conteſtationẽ factã in prin
cipali.vt no.gl.in.l.ita demum.C.de procu.et de hoc etiam hic
per Jo.an.poſt Uincen.

1 ☞ Libellus ſi eſt incertus reus nõ dꝫ petere illum declarari.
2 Libellus ſi concludit ſecundum ius commune ſufficit.
3 Actor in petitione non tenetur facere mentionem de iure rei.
4 Exceptio peremptoria an impediat conteſtationem litis.

Olecti filij. Summatũ eſt.ſ.ſicut capitulũ primũ.Et diuiditur ſicut
proxima decre.Secũda ibi ideoqꝫ.¶ No.ꝙ libellus
eſt in iudicio porrigẽdus.de quo in.c.j.ſ eo.¶ Item
no.ꝙ vbi agitur perſonali debet exprimi cauſa ex qua debetur.
de quo plene.ſ.c.proximo.¶ Itẽ no.ꝙ in cauſa eccleſie cõuen
tualis debet agere prelatus et cõuẽtus.de quo in.c.edoceri.de
1 reſcrip.¶ † Ultimo no.cautelam qñ libellus eſt incertus vt nõ
petat illum reus declarari:quia ſic inſtruit actorẽ:ſed debet di-
2 cere ſe non teneri reſpondere ſm Spe.⁊ Abba.¶ † In hac de-
ci tene m nti quod notauit hic Inno.⁊ ex parte.de priui
le.ꝙ ſuffic libellus concludat ſecun cõmune.⁊ er
conſequens .detur ꝙ tinebit iati
ſpeciali.⁊ ſic pro to
tuauit predeceſſo
tatem eccleſie:ſi te

nebit actor niſi illud ꝓbet.per notata in.c.j.j.de depoſi.⁊ l aut.
3 hoc ius.C.de ſac.ſan.eccle.¶ † Item tene menti ꝙ non eſt ne-
ceſſe qd̃ actor facit mentionem de iure rei.imo interdum docet.
vt ſi petatur aliquod ius epiſcopale ab eccleſia.non obſtante ꝙ
ſit exempta.quia nõ procedit libellus:niſi exprimatur cauſa vt
q; dicatur non obſtante qd̃ ſit exẽpta:q; illud ius quod peto in
exemptione fuit exceptũ.vel eſt preſcriptum contra dictã exẽ-
ptionem.Facit etiaꝫ qd̃ habetur.j.de re iudicata cũ bertoldus.
4 ¶ † Item diligenter pondera quia videtur hic velle Joã.and.
poſt Inn.⁊ Hoſt.ꝙ licet exceptio peremptoria non impediat
conteſta.lit.niſi ſit de priuilegiatis.de quibꝰ in.c.j.de lit.conte.
in.vj.tamen iſtud fallit quando eſſet notoria.⁊ idẽ voluit Spe.
in ti.de excep.§.dicto verſi.vt autem.et ſequitur hic do.Anto.
¶ Poſſet tñ dici qd̃ in exceptione exemptionis hoc procedit
q; illa concludit ius agenti ipſo iure non cõpetere.ideo poſſet
opponi ad proceſſum per notata per Bart.in.l.cõquerebat.ff.
iudicatum ſol.Secus quando nõ cõcluderet ipſo iure ius acto-
ri non competere.et p hoc reſponderetur ad dictum Joan.an.
hic.Ad dictum Spe.poſſet reſponderi:quia non videtur firma
re illud dictum:quia contra illud arguit.de.c.j.de lit.cõteſta.in
vj.dictum tamen in ſe eſt equum.

¶ De mutuis petitionibus. Rubrica.

1 ☞ Reconuentio debet fieri incontinenti.
2 Cauſa conuentionis ⁊ recõuentionis debẽt viciſſim tractari.
3 Conuentio licet fiat ſuper vno ſolo reconuentio tamen fieri po
terit ſuper pluribus.
4 Iudex debet querere concordiam inter partes.
5 Reconuentio an debeat fieri ante litis conteſtationem.
6 Reconueniri an poſſit clericus coram iudice laico.
7 Clericus in cauſa feudali reſpondet coram iudice non ſuo.
8 Reconuentio an procedat quando vtraqꝫ cauſa eſt criminalis.
9 Cõcordiam querere debet iudex inter partes:ſed an aliquo ca-
ſu poſſit eas cogere ad concordiam.et nu.4.
10 Concordiã ſuadere inter partes debet iudex ab initio:ſecus qñ
liquet ſibi de cauſa.
11 Reus fouens iuſtam cauſam an poſſit per cauillationes ſe de-
fendere.
12 Debitor qui ſecreto ſoluit creditori negãti ſolutionẽ an poſſit
in foro conſcientie negare debitum.
13 Cauſa prima ſi eſt plenaria an poſſit fieri reconuentio in ſum-
maria.
14 Reconuentio que habeat priuilegia.
15 Conueniẽs ſcholarẽ coram rectore non poteſt ibi reconueniri
quando non eſt ſcholaris.

Ex literis. Reus recõuenire põt actorem etiã coram iudice dele-
gato qui finiet vtrãqꝫ cauſam.h.d.¶ Et ponit
mandatũ qd̃ primo iuſtificat.ſecũda ibi manda
mus.¶ No.primo qd̃ licet reſcripta ſint ſtricti
iuris:tñ iuriſditio delegata ad alios caſus ex-
tenditur per viã recõuentionis.ſecus tñ in arbitraria poteſta-
1 te.ſ.de arbi.cũ dilectꝰ cũ ibi no.¶ † Item no.qd̃ recõuẽtio dꝫ
fieri incõtinẽti.de quo.j.de reſcrip.diſpẽdia.§.reꝰ quoqꝫ.li.vj.⁊
tãgit etiã in cle.ſepe.de verb.ſig.¶ Itẽ no.qd̃ poſt reſpõſionẽ
factã in cauſa cõuentionis incõtinẽti dꝫ fieri reſpõſio in cauſa
2 recõuentionis.¶ † Itẽ no.qd̃ cauſa cõuentionis ⁊ recõuẽtiõis
debẽt viciſſim tractari.nã facta lit.cõte.ſup vtraqꝫ ex ordine tñ a
primo ſup cauſa cõuẽtionis.poſtea primo iurabit ſup cõuẽtio-
ne.ſcdo incõtinenti ſup cauſa recõuẽtionis.⁊ idẽ fiet in ꝓbatio
nibus ⁊ in alijs q̃ occurrẽt in iudicio quouſqꝫ vna die quaſi in
vna ſnĩa terminet.j.de ordi.cog.cũ dilectus.de quo p glo.⁊ Jo.
3 and.ſup glo.ſi.¶ † Itẽ no.qd̃ licet cõuentio fiat ſup vno ſolo:
tñ recõuentio poterit fieri ſuper pluribus de quo p gl.j.c.pxi.
4 ⁊ Bar.in.l.ſi de meis.§.percepiſſe.ff.de arbi.¶ † Item no.qd̃
iudex debet querere cõcordiã inter partes.⁊ ſi nõ põt ſeq:tunc
debet litẽ per ſentẽtiam terminare.Facit qd̃ habet.in.c.ſtudẽ-
dũ.⁊.c.placuit.xc.di.⁊ in.c.ſicut eni.xi.q.j.¶ In glo.j.ibi delibe
ratione ſup vtraqꝫ.Et ſic videtur qd̃ poſſet eodẽ tẽpore dare in-
ducias ad deliberandũ ſup vtraqꝫ cauſa.et ita videt innuere gl.
poſſet eti tor porrigit ſuum libellum dare reo tẽ-
ſtea die quo reus porrigit ſuam peti-
d deliberandum.et q; ſimul debẽt tra
t qd̃ reus nõ teneatur reſpondere peti-
euenerit tp̃s vt actor reſpondeat ſue peti-
hic Jo.an.¶ † In ea.gl.a ibi hodie iſta di
q; circa hoc triplex fuit opi.vna ꝙ nõ poſ
lit.cõte.ſaluo niſi fuerit ꝓteſtatus.Se
ante lit.conte.⁊ etiã poſt dũmodo fiat

a ¶ In ea.gl. recõuentio qñ ⁊ in qua parte iudicij ꝑt fieri. vide etiã ꝑ do. Fely.et d.And.ſic. qui ſup hac gl.j. multa dicit.i.v.colũ.ver.venio ad glo.j.⁊ per multas col.ſequen.

Ayuntamiento de Madrid

incōtinēti.ꝛ iſtā ſequit̄ Accurſius in aut.ꝛ ꝯſequēter.C.de ſen.
ꝛ interlo.om.iu.Tertia fuit ꝙ poſſit fieri qn̄cū qꝫ eodē durante
iudicio ante cōcluſionē in cauſa ꝛ iſtā vltimam ſequit̄ hic glo.et
Jnn.Hoſt.tenet primā. ADDJ Hanc videt̄ tenere Joā.an.
hic qꝛ in illa reſidet ꝛ expreſſius in cle.ſepe.§.verū.in vbo exoꝛ-
dio ꝛ expꝛeſſius in addi.Spe.in ti.de recōuē.ꝛ pꝛo illa multum
facit autē.ꝛ cōſequēter ꝛ in coꝛ.vnde ſumit̄.ꝛ qꝛ in fauoꝛē acto-
ris eſt ꝙ nō poſſit ex interuallo recōueniri coꝛā eodē:aut coꝛam
alio niſi lite finita.ꝛ ſic non videt̄ eſſe inductum ſimpliciter fauo
re rei qd̄ ſtatim fiat vt ſimul tractet̄ ꝛ terminet̄ vt poſſit obijce-
re cōpenſationem ſi expediat ſm.l.j.§.ſi.ff.que ſen.ſine appel.re
ſcin.ꝛ hec opi.Hoſt.poſſet pꝛobabiliter defenſari.ꝛ ad.c.diſpē
dia.§.reus.poſſet reſpōderi vt voluit Jo.an.ꝛ Jo.cal.TJO.]
Glo.in cle.ſepe.in.§.verū.in glo.in verbo exoꝛdio.cōcoꝛdat opi.
quia ſi loquitur de vera recōuentione per quam cauſe ſimul ha
bent tractari.Pꝛocedat opi.Hoſt.ſed ſi loquitur de reconuen-
tione impꝛopꝛie potius eſt cōuētio tunc habeat locum opinio
Jnno.ꝛ aduerte qꝛ ſi eſſet iudex vtriuſqꝫ clarū eſt ꝙ poſſet fieri
iſta conuentio.ſed ſi non eſſet iudex actoꝛis:tunc an poſſit fieri
non bene pōt colligi ex glo.pꝛeallegata.ſed tamen in additioni
bus Spec.ſuper ti.de reconuentione videt̄ velle ꝙ tūc non ha-
beat locū etiā cōuentio:qꝛ ex quo nō poteſt pꝛocedi per viā ꝓ-
pꝛie reconuentionis:nō efficietur ille iudex.et ideo non poterit
actoꝛ recōueniri.Et ſic vult Jo.and.ꝙ licet recōuentio inducat
duo pꝛiuilegia.ſcꝫ pꝛiuilegiū pꝛoꝛogatiuū iuriſditionis itē pꝛi-
uilegiū ſimultanei pꝛoceſſus ꝙ pꝛimū nō poſſit ſeparari a ſecun
do.et ſic vult ꝙ vel habeat locum vtrūqꝫ:vel neutrū.ꝛ ideo quā-
do ſit ex īteruallo.qꝛ nō pōt habere locū pꝛiuilegiū ſimultanei
pꝛoceſſus nō habebit etiā locū pꝛiuilegiū pꝛoꝛogatiuū iuriſdi-
tionis.ſed Bar.in aut.ꝛ conſequēter tenuit cōtrariū qꝛ pꝛiuile-
giū ſimultanei pꝛoceſſus fuit introductū fauoꝛe rei et ideo pōt
illi renūtiari ꝛ ſolo vti pꝛiuilegio pꝛoꝛogatiuo iuriſditionis.et
iſtud etiā ſequitur hic do.Ant.qꝛ p.l.cuꝫ papinianus.habebit
reus ſolū pꝛiuilegiū pꝛoꝛogatiuum iuriſditionis:ergo lꝫ poſtea
addat̄ aliud pꝛiuilegiū ſimultanei pꝛoceſſus per aut.ꝛ cōſequē-
ter nō impediret̄ vbi pꝛimo tantū pꝛout poterat ſm leges anti
quas cū in dubio euitanda ſit coꝛrectio.de elect.cum expediat
lib.vj.ꝛ iſta pars videt̄ de iure verioꝛ.et pꝛo hoc faciat:qꝛ ſatis
equū eſt ꝙ pars habeat iudicē cōtra ſe quē hꝫ ꝓ ſe lꝫ ſimultanee
nō pꝛocedāt in vtraqꝫ cauſa ꝛ per p̄dicta pōt inferri ad intelle-
a ctū.c.diſpēdia.§.reus.de reſcrip.in.vj.dū dicit ꝙ re⁹ ᵃ pōt eo-
dē durante iudicio actoꝛem ſibi dicere obnoxiū beneficio recon
uentionis vel cōuentionis ſi literas maluerit impetrare.nā ſm
Jo.an.dū dicit de recōuētione:loquitur de recōuentione pꝛo-
pꝛie ſumpta ꝛ illa poterit fieri ſm eū ſolū incōtinēti poſt lit.cō
teſta.vel ante.Sed qd̄ dicit de cōuentiōe:non loquitur de pꝛo-
pꝛia recōuentione.ꝛ illa bene pōt fieri durante eodē iudicio.ſed
iſte intellectus non videt̄ bonus tenendo opi.Joan.an.in addi.
Spe.ſuper ti.de recōuentione.qꝛ illa cōuentio haberet ibi fieri
coꝛam delegato qui non eſt datus iudex in cauſa recōuentionis
et ideo ſi non interuenit pꝛopꝛia recōuētio nō videt̄ actoꝛ poſſe
coꝛā illo reconueniri.ꝛ iſtud videtur fateri hic Jo.an.ſm vnā ſo
lutionē dicēs ꝙ demū poterit cōueniri ſcꝫ ſi voluerit literas im
petrare.ꝛ ſic verba illa ſi maluerit literas impetrare referuntur
ad verbum cōuentionis.ꝛ iſtud etiam tenuit Jo.cal.dicēs ſe ſic
de facto obtinuiſſe ſcilicet qd̄ coꝛā delegato poſt lit.conteſt.in-
telligo ex interuallo non habebit locū reconuentio:niſi nouum
reſcriptum impetretur.¶ Sed aliqui iſtum intellectum repꝛo
bant ꝑ tex.dum dicit maluerit.ideſt magis voluerit et ſic videt̄
dare electionē reo an velit literas impetrare an nō.¶ Sed cer
te ad hoc poſſet defendi:qꝛ ibi nō dat electionem ꝙ poſſit ſine
literis cōuenire actoꝛē.ſed vult dare electionē qd̄ vel eligat recō
uenire pꝛopꝛie ſumpto vocabulo.ꝛ tūc incōtinenti debebit id
facere an vero voluerit cōuenire etiam ex interuallo durāte eo-
dem iudicio literas impetrando.¶ Potes etiā dicere qd̄ vbi
reus impetrat literas ꝓpꝛie appellat̄ cōuētio.qꝛ tūc innit̄ lite-
ris expꝛeſſe impetratis:nō aūt recōuētioni.ꝛ ſic cōſueui dicere
circa illū.§.Et ſm pꝛedictos intellectus verbū eodē durāte iu-
dicio reſpiceret verbū cōuentionis:ſꝫ tenēdo opi.Jnn.ꝛ Bar.
vr̄ qd̄ reſpiciat vtrūqꝫ ex quo vtrūqꝫ pariter videt̄ reſpicere.ar.
.nā hoc ff.de vulg.ꝛ pup ꝛ tenēdo iſtum intellectū poſſes
dicere ꝙ ideo dixit cōuentionis qꝛ qn̄ im nō inniti
tur recōuentioni ... ati ni.vbi
terit reconuenire.et n ... incōt... ati
vera recōuētio ꝛ habebit effectū pꝛog
ſimultanei pꝛoceſſus.Sed vbi fiat ex inte
iudicio adhuc dicet̄ recōuētio ꝓpter effec
tionis:ſed tūc nō habebit effectū ſimultan
de ad id qd̄ dixit gl.ſupꝛa ꝙ.vbi iudex n
cauſa cōuentionis ꝛ recōuentionis ſm

a ¶ Re⁹.idē ſummāt h do.Abbas Fel.ꝛ And. barba.

tenebit pꝛoceſſus vel ſaltem erit appellādū ꝙ hec ſcd̄a pars eſt
vera.qꝛ peruerſio oꝛdinis cauſe ad cauſam nō reddit pꝛoceſſum
nullū.ſꝫ dat cām appellādi.vt habet̄ in.l.j.cū ibi no.C.de appel.
¶ Jn ea.glo.in ſi.Adde etiā qd̄ alia ſunt ſpecialia in intruſis et
excōicatis.qꝛ alios cōuenire nō poſſunt.ꝛ tn̄ poſſunt cōueniri.
6 s.de iudi.intelleximus.¶ † Jn glo.pe.ibi cū clericus conuenit
laicū.ꝛ ſic tenet glo.ꝙ clericus poſſit reconueniri coꝛam iudice
laico.ꝛ iſta eſt cōis opi.de qua dixi in.c.at ſi cleri.de iudi.Licet
alij teneāt contrariū.ꝛ ſequat̄ hic do.Ant.qꝛ nō reperitur bene
iure cautum. [ADDJ Sed certe pōt dici qd̄ ſatis eſt cautū
ꝑ.c.diſpēdia.§.reus.indiſtincte intelligēdo nec vr̄ oīno abſur-
dū ꝙ iudex ſecularis clericū cōdēnet in cauſa reconuentionis ꝙ
etiam condēnat in cauſa cōuentiōis in expen.ſi ſuccūbat cū eſt
regula vtriuſqꝫ iuris:actoꝛe non pꝛobante reus debeat abſolui
ꝛ actoꝛ in expen.condēnari.j.de cauſa poſ.cum eccleſia.cū ſimi.
ꝛ.C.de edē.l.qui accuſare.ꝛ.j.vt eccleſia.beneficia.c.j.et etiā qꝛ
cauſa feudali cōdemnatur per ſeculares.de foꝛo competenti.ex
tranſmiſſa.TJO.] Et regula videtur eſſe in contrarium.s.de
iudi.qualiter et reuera q̄libet opinio eſt ꝓbabilis.nā poſſet etiā
hec opinio pꝛobabiliter defenſari.tn̄ ſuſtinendo communem
opinionem potes dicere qd̄ non eſt abſonum quod clericus in
cauſa reconuentionis reſpondeat coꝛam nō ſuo iudice ſicut nō
7 eſt abſonum † quod reſpondeat in cauſa feudali.s.de fo.com
peten.in.c.verum.et ſatis eſt equum per rationem iſtius tex.qꝛ
ratio dictare videtur quod ex quo agit clericus coꝛam illo iudi
ce qd̄ etiam econtra debeat aduerſario reſpondere.nā cōtraria
opi.quodāmodo ſapit tyrāniam.cū econtra clericus poſſit re-
cōuenire laicum coꝛam iudice eccleſiaſtico.Et per pꝛedicta po-
teſt inferri que fuerit ratio inductiua materie recōuentiōis.nā
ratio fuit ſm aliquos.qꝛ qs nō debet dedignari habere iudicē
cōtra ſe quē elegit pꝛo ſe.ꝛ videt̄ colligi in.l.cū papinianus.C.
de ſen.ꝛ ſequit̄ Bart.ibi ꝛ in aut.ꝛ conſequēter ſed vt dicit do.
Ant.hic.hec ratio nō eſt generalis.qꝛ nō cōcludit quādo reus
haberet vnum iudicem tantum.nam actoꝛ tunc nō ſponte ele-
git.ſed ex neceſſitate perueniendi ad ſibi debitū.facit.s.de fo.
cōpe.cum ſit generale.Jdeo ipſe dixit ſecundo qd̄ ratio fuit.qꝛ
ſuadet ratio naturalis quod quis debeat velle cōtra ſe ſi poteſt
quem habere pꝛo ſe,ꝛ ideo ſi nō poſſet etiam ſi vellet:tūc nō ha
beret locum recōuentio.ꝛ ſm hoc bene faceret iſta ratio ꝙ cleri
cus nō poſſet recōueniri coꝛā laico.qꝛ nō poſſet pꝛoꝛogare.Sed
certe iſta ratio nō videt̄ etiā perfecta tenendo cōem opi.ꝙ cleri
cus poſſit recōueniri coꝛā laico qꝛ etiā vbi nō pōt fieri pꝛoꝛoga-
tio videt̄ ꝙ habeat locū recōuētio.ꝑ id qd̄ habet̄ in.l.ſi idē cum
eodem verſi.qd̄ ſi mutue.ff.de iuriſdi.om.iudi.vbi ſi quis conue
nit reū coꝛā iudice q ſolū pōt cognoſcere vſqꝫ ad certā ſummā
poterit reus reconuenire actoꝛē etiam de maioꝛi.et tamen non
poſſent partes pꝛoꝛogare iuriſditionem in maioꝛi:quia ex quo
habet limitatam iuriſditionem non poteſt pꝛoꝛogari ad alias
cauſas.vt no.Cy.in.l.teſtamenta.C.de teſta.ꝛ in.l.j.C.de iuriſ.
om.iud. [ADDJ Aduerte qn̄ ſit pꝛoꝛogatio de minoꝛi ſum-
ma ad maioꝛē non vr̄ pꝛocedere dictū Cy.ſꝫ potius Bar.per.l.
de qua re.§.j.de iudi.TJO.] Licet do.Ant.hic ſentiat cōtra
rium.ꝛ etiā Bar.in aut.ꝛ cōſequēter volentes ꝙ poſſit fieri ꝓ-
rogatio de maioꝛi.ſed nō videt̄ verum per notata per Cy.in lo
cis pꝛealle.ꝛ facit qd̄ notauit idē do.Anto.in.c.p.ꝛ.g.et qd̄ ha-
betur in.l.j.ff.de iudi.et in.l.in agris limitatis.ff.de acqui.rerū
do.Jdeo pōt dici ꝙ alia fuit ratio que colligitur ex iſto text.qꝛ
rationabile ꝛ iuſtū eſt quod ipſe actoꝛ debeat reſpondere reo
coꝛam iudice coꝛam quo petit iuſtitiam exhiberi cōtra reum.vt
ſic cōmodius.ideſt cum minoꝛi diſpendio partium in iſtis liti-
bus pꝛocedatur.et hec ratio habet locū etiam in clerico recon-
uento.ꝛ etiā in.d.l.ſi idem.tn̄ aduerte qꝛ cōiter tenet̄ ꝙ nō pote-
rit fieri recōuentio de criminali ſi iudex alias nō habeat cogni-
tionē criminaliū:nec ſimiliter de cauſa ſpirituali coꝛā iudice lai-
co.qꝛ ille ſunt diuerſe qualitates.ſecus quādo differūt cauſa cō
uentionis ꝛ recōuentionis ſolū in quātitate per.d.l.ſi idem.Ad
uerte tn̄ qꝛ Accurſius tenuit contrarium in aut.ꝛ cōſequēter.et
pꝛo eius opi.poſſet allegari qd̄ ſi pōt fieri reconuentio in cauſa
maioꝛis quantitatis quā habeat iudex iuriſditionem eadem ra
tione etiam poterit fieri de criminali.quia poterit eſſe adeo ma
gne quantitatis qd̄ equarabit̄ criminali.iuxta no.in aut.ſi dica
tur.C.de teſti.et ideo foꝛte poſſet pꝛobabiliter defenſari qd̄ etiā
in cauſa criminali poſſit fieri recōuētio:etiam ſi alias iudex nō
habeat iuriſdictionem in criminali.dūmodo reus non velit vti
pꝛiuilegio ꝙ ſileat ... ilis pꝛimo loco ꝓpoſita ſꝫ.l.ſ ... de o
iudi.Facit qd̄ h ... o.Ant.circa iſtud membꝛ ... onuen ...
ult ... crimin ... † Jn es ... neqꝫ in
... d ... n̄ vtraqꝫ eſt crimi
d plenius in.l.is
Si autē pꝛima ſit
ciuilis

Ayuntamiento de Madrid

ciuilis ⁊ ſecũda reconuẽtionis criminalis vel econtra tetigit hic Inno.⁊ latius pſequitur.d.Ant.¶†In gloſ.fi.in fi.An iudex poſſit aliquo caſu partes cogere ad cõcordiã.tãgit hic.d.Anto. ⁊ cõcludit qd regulariter.non fallit in papa vel principe qñ vellet cogere in materia in qua habet liberã adminiſtrationẽ.ſ.de elec.cum inter.⁊ facit qd no.de pac.cũ pridẽ in alia materia non poſſet niſi cauſa legitima ſubſiſtẽte.dicit autẽ qd cauſa legitima ſubeſt vt etiã inferior poſſit cogere ſi partes diu litigarunt.p id qd habetur in tex.notabili in.c.placuit.lxxx.diſt.qd eſt ſingula-
10 riter mẽti tenẽdum.¶†An autẽ iudex habeat ſuadere cõcordiã cõcludit qd ſic a principio,ſed poſtqͣ liquet ſibi de cauſa nõ hꝫ ſuadere,niſi forte videret ꝙ lis poſſet multũ protelari p appellationes,nã poſſet tũc ſuadere actori qui velit cõcordari potius qͣ diu ſic litigare,⁊ ſimiliter poterit ſuadere reo de quo etiã
11 in Spe.de ꝑpara.iud.¶†An aũt ſi reus fouet bonã cauſam in veritate poſſet p cauillationes ſe defendere.videt do.Anto.hic velle qd non.ſed gl.tenuit contrariũ in.c.cupiẽtes.in verſi.malignantiũ.de elec.in.vi.⁊ in.c.dñs noſter.xxiij.q.ij.⁊ ibi p Arch.⁊ aliquid p glo.⁊ Archi.iiij.q.iiij.in.c.nullus vꝫ ſatis dicẽdum qd dũmodo non p mendacia vel periuria quis ſe defendat ꝙ alias liceat cauteloſe ſe defendere,ſed nõ p mẽdacia vel periuria.per id qd habetur.xxij.q.ij.in.c.j.lꝫ ſi etiã per mendacia ſe defendat: ex quo hꝫ iuſtitiã in principali forte nõ peccaret mortaliter ſed venialiter.per id qd not.in.d.c.j.⁊.c.cauſa ⁊ qõne in.c.ne quis.ſ.
12 de minor.in.c.tua.¶†Et per pdictã poſſet inferri quid eſſet fiendum ſi aliqs mutuauit tibi.ſecrete.que poſtea ſibi ſecrete reddidiſti.ſi illa poſtea petet, et times qd ſi cõfiteris mutuũ poſtea ipſe negabit ſolutionẽ.nã quid fiendũ ſalua cõſciẽtia pꝫ ex predictis. potes tñ negare te teneri ex quo eſt ſolutũ, ſed dubiũ eſt
13 qñ fit poſitio de mutuo,quid tũc ſit fiendũ. ¶†Extra gl.aduerte.qr eſt queſtio an ſi prima cauſa eſt plenaria. poſſit fieri reconuẽtio de ſummaria, vel ecõtra, cõclude qd ſi prima eſt plenaria vꝫ qd poſſit fieri de ſummaria ſi cõtẽtatur reus plenarie diſcuti in ipſa ſummaria.ar.eius qd not.gl.in cle.ſepe.de ver.ſig.vbi ex conſenſu partiũ poteſt fieri qd in ſummaria pcedatur plenarie. Si aũt vellet ꝙ pcederetur ſummarie vꝫ qd nõ poſſet fieri,quia non pñt tũc ſimul bene tractari cũ vna exigat dilationes prolixiores qͣ alia vt hic etiã tetigit Inno.⁊ Jo.an.Si aũt prima ſit ſummaria ⁊ ſcd̃a plenaria.tunc ſi prima eſt ſummaria accidẽtaliter ex iure reſcripti impetrati,tũc pcederet reconuẽtio de plenaria,quia illa ex vi reconuẽtionis efficietur etiã ſummaria.ar. c.ſeq.⁊ hoc expreſſe tenuit gl. ſingularis que non eſt alibi in cle. ſepe.§.verũ.in gl.qd requirit.de ver.ſig.Si autẽ eſſet ſummaria ſui natura vel p reſcriptũ pprio motu cõceſſum.tunc ſm gl.illã non poſſet fieri.Adde hoc verũ ſi reus vult ſimul vtrãqꝫ tractari.ſecus ſi ſolũ vult habere priuilegiũ prorogatũ iuriſdictionis. per id qd dixi.ſ.ſuper gl.⁊ qd no.Bar.in auẽ.⁊ cõſequẽter. imo plus videtur ꝙ qñ p reſcriptũ eſt ſummaria,licet pprio motu ſit conceſſum ꝙ priuilegiũ inductũ per tale reſcriptũ vt ſummarie pcedatur trahetur etiã ad cauſam reconuẽtionis vt equalitas ſeruetur in iudicijs p tex.in.c.ſeq.⁊ hoc etiã tenuit Pau. de lia. vt hic refert.d.Anto.⁊ bene facit qd not. p legiſtas in.l.fi.C.de
14 fruc.⁊ lit.expẽ.¶Et ex pdictis pꝫ†ꝙ tria priuilegia põt habere recõuẽtio.ſ.priuilegiũ prorogatiuũ iuriſdictionis.Itẽ priuilegiũ ſimultanei pceſſus.Itẽ priuilegiũ adequatũ cauſarũ cõuen
15 tionis ⁊ recõuẽtionis vt pꝫ ex pdictis. ¶†Et tene mẽti qd cõuenẽs ſcholarẽ corã rectore,nõ põt.[ADDI Hec opi.nõ videtur vera p id qd dixi.ſ.circa primã rõnẽ in verſic.⁊ per pdicta ſup gl.pe.LJO.]ibi recõueniri qñ non eſt ſcholaris.vt tenuit Cy.in auẽ.habita.in.v.q.C.ne filius pro patre. ⁊ idẽ videtur qñ artifex cõuenitur ſub ſuo maſſario per aliũ qui non eſt de ſocietate.[ADDI Forte in hoc ſecus qr non neceſſitatur actor q non eſt de ſocietate agere corã maſſario, qr põt etiã agere corã poteſtate vel alijs iudicibꝰ ad ciuilia deputatis, ſed ꝯ ſcholarẽ ex priuilegio neceſſario agendũ eſt corã rectore.LJO.] et tene mẽti etiã qd ſi iudex delegatus datus ſit de cõſenſu ambarũ partium.tñ habebit locũ reconuẽtio.vt hic tenuit.d.Anto. lꝫ Bar. tenuerit cõtrarium in auẽ.⁊ cõſequẽter.ſed precedẽs dictũ videtur verius per rationẽ huius tex.reliqua dic vt hic per.d.Ant.⁊ Jo.an.ADDI.Et per hoc etiã videtur Bar.non bene dicere dum reſtringit.§.ſed ſi agant,quando legatus agit corã ordinario ⁊ ſecus dicit ſi coram delegato.LJO.]

1 ☞Priuilegium conceſſum actori extẽditur etiam ad reum.

Prudentiam. Actor q impetrauit reſcripꝉ ... cum clauſula appellatione remota in cã reconuẽ ... ellatione ... tenetu ... d.E cũda ibi:nos vero. ... Nota ꝙ in iud. ... actoris ⁊ rei.facit d
1 †priuileg

etiam ad reum.facit optime qd legitur ⁊ not.in.l.fi.C.de fruc.et lit.expen.vbi priuilegium conceſſum actori circa litis expenſas extendatur etiam ad reum.⁊ faciat etiã quod ibi not. per Bart. ¶In glo.j.in fi.⁊ ſic vult glo.ꝙ hec decre.hodie ſit correcta. ſed hoc nõ eſt verũ quia etiã hodie operatur clauſula app. remota. qr non tenetur iudex deferre app.etiã ſi ex cauſa pbabili appellatur niſi illa cauſa eſſet in iure expreſſa.de quo plene in.c.paſtoralis.ſ.de app.¶In gl.ij.ibi qñ aliquis impetrauit.idem dicit hic Tancredus etiã ſi pars non impetrauerit iſtã clauſulaꝫ, ſed pprio motu illã appoſuerit curia ſicut qñqꝫ facit. ⁊ idẽ etiã voluit Pau.vt dixi.ſ.c.proximo.⁊ eſt ſpeciale in iſtis que concernunt iudicia,vt priuilegiũ etiam vni parti cõceſſum pprioͤ motu trahatur ad aliam partẽ ratione qualitatis ſeruãde vt no.in l.fi.C.de fruc.⁊ lit.expen.niſi aliud expreſſe appareat de mente concedentis.

a ¶De litis conteſtatione. Rubrica.


1 ☞Excommunicationis ſententia non debet proferri in capitulum.
2 Libello eodem agi poteſt ſuper pluribus rebus.
3 Litis conteſtatio fit per petitionem in iure ppoſitam ⁊ per reſponſionem ſecutam.⁊ nu.6.
4 Reſponſio que fit petitioni confitendo inducit conteſtationẽ.
5 Lite non conteſtata vitiatur proceſſus.
7 Libellus continere debet narrationem ⁊ concluſionem.
8 Litis conteſt.qualiter diffiniatur.
9 Reſpondens poſitionibus proteſtando ꝙ non rñdet animo litẽ conteſtandi an propterea dicetur lis non conteſtata.
10 Litis conteſta... qualiter fieri debeat.
11 Litis conteſtatio an inducatur ſi reus reſpondeat confitendo.
12 Et quid ſi reus dicat tu mentiris vel nec nego nec confiteor vel ſi dicat credo me non debere.
13 Et ſi termino dato ad reſpõdẽdum libello reſpõdeat reus actore abſente an inducetur conteſtatio.
14 Et ſi partes ſint contumaces ⁊ nolint litem conteſtari an iudex poterit eam habere pro conteſtata.


Olim inter epiſcopuꝫ. b
b Non perb poſitiones ⁊ reſponſiones, ſed per petitionem in iure propoſitã ⁊ reſponſionẽ ſecutam fit lit.conteſt.qua omiſſa proceſſus eſt nullus.¶Et primo ponit proceſſuꝫ iudicũ ⁊ ipſorum relationẽ.ſcd̃o ipſum decernit irritum.⁊ dicit quare.ſecũ-
1 ñia ibi:pcuratoribus.¶†No.ꝙ capitulũ vꝫ noſſe excõicari hodie tñ nõ dꝫ ſnĩa excõicationis proferri in capitulũ. ſed in illos q fuerũt culpabiles de capitulo.j.de ſen.exc.romana.§.ſi.in.vj.
2 ¶†Itẽ not.ꝙ ſuper pluribus rebus vꝫ poſſe agi in eodẽ libello.de quo p Jo.an.poſt Hoſt.ſ.de elec.querelam.¶†Itẽ nota poſitiones fieri poſſe in cauſis nam illis ad faciliorem expeditionem iudiciorum vſus longeuus admiſit in cauſis. vt in cle. ſepe.verſi.⁊ quia.de ver.ſigni.de quo ibi per gloſſ.⁊ in.c.j.⁊.ij.de confeſ.in.vj.⁊ facit qd not.de teſti.preſentiũ eodẽ libro.vbi etiã
3 tãgiꝉ de articulis. ¶†Itẽ no.ꝙ p reſpõſionẽ ad poſitiões, nõ fit lit.conteſt.ſed per petitionẽ in iure propoſitã ⁊ reſponſionem
4 ſecutam.¶Et no.ꝙ† ſimpliciter dicit reſponſionẽ,⁊ ſic facit ꝙ etiam reſpõſio que fit petitioni confitendo inducat cõte.de quo
5 in.c.dudũ.el.ij.ſ.de elec.¶†Ultimo not. qd vitiatur proceſſus ⁊ redditur nullus ſi in eo deficit conteſt.⁊ ſic no.ꝙ parietes edificij iudiciorũ corruunt qñ fundamentũ eſt omiſſum ſm Hoſti. ¶Itẽ potes notare ꝙ vbi negatiua eſt coarctata ad certã ſcripturam probari poteſt per inſpectionem ſcripture. ¶Iteꝫ ꝙ licet alias preſumatur pro ſnĩa,tñ poſſet probari contrariũ per productionem actorũ ex quibus appareret aliquod ſubſtantiale iudicij deficere facit qd no.in.c.qñ contra.ſ.de proba.⁊ Bar.
6 in.l.hi qui.C.de appel.¶†In glo.j.ibi.potiſſima pars eſt.⁊ ſic vult gl.qd ratio ſit quare per po... itiones ⁊ reſponſiones ... n ſit lit.conte.quia ille non poſſunt va lere niſi interueniat p... cipiũ ⁊ fundamentum iudicij.⁊ iſta eſt vna ratio. alia m poſiti... glo.in verſi.j.⁊ põt eſſe ratio quare deber ... ingi ante ... verſic... eſt autẽ ⁊ per hoc poteſt inferri an aliqu ... ſu per poſitiones ⁊ reſponſiones fiat lit.cõte.nam viderꝉ ... p non p iſtũ text. ⁊ p rationẽ glo.Sed Hoſt.dicit hoc verum ... quando ſunt plures.Secus qñ eſt vna continens ... tu libell... ſic effectum narrationũ ⁊ petitorum.v ... mutuaui tibi.x.ad que mihi teneris, nam ſidet negando fiet conteſtatio.⁊ iſtud etiã hoc ſequitur hic.d.Ant.preſertim quãta pono qd mutuaui.x.ad que teneris ... rime quando non dato termino ad ... ed certe ſi ponderẽtur rationes gl.

a ¶De litis ɔteſtatiõe. Super hac rubrica vidꝫ d.and.ſicu. multa vtilia ſcribẽtẽ q̃ diligẽter videas.

b ¶Nõ per. addõ ad huius tex. materiã.c. dudum.el.ij.⁊ ibi doct. de electio.⁊.c. cuꝫ cãm.de iura. calũ.⁊ ca. put. de do. ⁊ cõtu. Et vide do. car.i cle.ſe pe.xxiij. q. de verb.ſig. Spe.e.ti.⁊ Ro. deciſi. 1 ij.i nouis.

Ayuntamiento de Madrid

non videt etiã tunc induci lit.cõte.qꝛ oportet oĩo ꝙ interueniat principiũ ⁊ fundamẽtũ.⁊ qꝛ ille qui ponit nihil petit.⁊ ideo for te de rigore iuris nõ procedit hoc dictũ.Nec ob.tex.dum dicit in plurali p poſitiões ⁊ rñſiones.quia habuit reſpectũ ad cõiter accidentia.qꝛ plures fiunt.ar.l.nã ad ea.ff.de legi.Uel forte re ſpexit pluralitatẽ cauſarũ.tñ propter autoritatẽ Hoſt.⁊ ſequa
7 ciũ forte ſeruaret in practica.¶ † Jn ea.gl.ibi libellũ pcedere intellige in quo fiat narratio ⁊ petitio ⁊ ſic cõcluſio.⁊ ſic nõ ſuf ficit libello eſſe ſolã narrationẽ ⁊ p ꝯñs non ſufficit dicere con queror de tali q̃ dz mihi.⁊.ex cauſa mutui.ſed opz qd petat ipz cõdẽnari:qꝛ index non impertit officiũ non petitũ ad priuataz vtilitatem.l.iiij.§.hoc aũt.ff.de dam.infec.⁊.s.de elec.innotuit ad fi.⁊ iſtud expreſſe tenuit Jnno.in.c.in noſtra.in prima glo.j. de ſepul.Sed cõtrariũ voluit gl.j.q.iiij.qꝛ pſulatus per illũ tex. et.ij.q.j.notũ.et de cã poſſeſſiõis cũ eccleſia.tñ poſſet dici glo. illã loqui in poſſeſſorio recuperãde.ſz Hoſt.illã nõ tz nã etiam in poſſeſſorio recuperande lis cõteſtat.j.tit.j.c.ij.⁊ Jnn.etiã hic dicit iſtud eſſe tutius qd in libello ponat petitio.fallit tñ qñ co rã papa factũ narrat.qꝛ ei⁹ pñſentia ſupplet defectũ ſolẽnitatis in.l.oim.C.de teſta.⁊ ſic poſſit rñderi ad dictũ.c.qꝛ pſulatus.et ad.c.notũ.lz Hoſti.⁊ arch.dicat ſupplendũ eſſe ꝙ ibi facta fuit petitio ⁊ ſic etiã dicunt ſupplendã decre.cũ eccleſia.Fallit etiaz ſub dubio forſan ſi de ſpũalibus et inter religioſos agatur.p.c. j.de dolo.⁊ ꝯtu.Sed certe illud.c.hoc non probat.vt dixi in.c.j. de libe.obla.Fallit etiã in ſummarijs in qb⁹ pcedit ſine figura iudicij ſm Bart.in extraua.ad reprimendã in verbo ſine figura iudicij.tex.tñ in cle.ſepe.vr velle ꝙ ſaltẽ apud acta q̃lis qualis petitio debeat apparere.⁊ ſic dictũ Bar.nõ eſt ſine dubitatiõe.
8 ¶ † Jn ea.gl.ibi eſt autẽ lit.cõte.hec diffinitio non eſt bona.qꝛ ſeqret ꝙ p poſitiones ⁊ rñſiones fieret lit.conte.ideo dicit ſm Hoſt.ꝙ lit.conte.eſt fundamẽtũ iudicij p petitionẽ in ſcriptis in iure propoſitã ⁊ congruã rñſionem ſecutã aĩo conteſtandi li tem.quo omiſſo ſi in figura iudicij procedit vexantur inanibus ſumptibus ⁊ laboribus litigãtes q̃ verba exponit Jo.an.poſt
9 eum in nouella.¶ † Jn ea.gl.ibi non erit propterea lit.cõte.et ſic vult gl.ꝙ ſi quis rñdet ꝓteſtando qd non reſpondet aĩo litez cõteſtandi.qd nõ erit cõteſt.nã ipſa ꝓteſtatio non eſt contraria facto.ſed venit ad declarãdũ intellectũ facti multipliciter intel ligibilis.ideo valet vt voluit Jnn.s.de cõſti.cũ.m.⁊ hoc clarũ ſi iudex nec aduerſarius contradicit.Secus ſi iudex vel aduer ſari⁹ cõtradixit.vñ ſecus vr ſi iudex ꝯdixit proteſtationi.quia ſi poſt ꝯdictionẽ iudicis rñdet ſimpliciter.videt acquieſcere vo luntati iudicis.facit.l.j.et.ij.C.de relatio.Secus ſi expreſſe re peteret proteſtationem.Si autẽ actor ſolũ cõtradicat qñ reus proteſtat qd ſi contingat eũ rñdere.non intendit rñdere aĩo cõ teſtandi litẽ.tunc lz aliqui dicãt ꝙ ſi rñdeat inducat ꝯte.ex quo aduerſarius ꝓteſtationi nõ cõſentit.tñ cõtrariũ tenuit Bar.in l.j.C.e.⁊.d.Ant.hic qꝛ cõtradictio aduerſarij non põt facere qn reus declarauerit animũ ſuũ ad qd tendit ipſe proteſtatio.Se cus qñ tenderet ad habendã patientiã aduerſarij:qꝛ illa non ha beretur ſi aduerſari⁹ contradicit.facit.l.aut q aliter.§.j.ff.qd vi aut clam.¶ Jn ea.gl.ibi interrogãte iudice.Nec practica in ſe bona.tñ etiã ſufficit ꝙ actor ꝓponat ſuã intentionẽ et interro get reũ in preſentia iudicis p.l.ſi ſine.ff.de interro.acti.⁊ no.per gl.j.de dolo et contu.prout in glo.q̃ incipit perinde.¶ Et not.
10 † qd recta cõteſt.fieri deberet hac forma.qꝛ actor deberet narra re factũ ⁊ petitionẽ ſuam coram iudice ⁊ reus rñdere ad vtrãqz ⁊ ſic negare narrata prout narrant,⁊ petita prout petunt tñ cõi ter tenetur ꝙ ſufficit ꝙ negent narrata.quia in conſequentiam vident negata petita.⁊ ſimiliter econtra ſi negent petita in con ſequentiam videntur narrata.argu.l.illud.ff.de acquir.heredi.
11 ¶ † An autem ſi reus rñdeat confitendo an inducatur conteſt. Glo.⁊ cõmunis opinio hz ꝙ ſic ex quo fit confeſſio pcedente li bello in.c.dudũ.et ibi glo.s.de elec.⁊ in.l.proinde.ff.ad.l.aquil. ¶ Sed forte poſſet dici hoc verũ quando ꝯſtaret de animo.vel qñ intereſſet rei ꝙ ſequatur ſententia diffinitiua.forte propter actionẽ de euictione.l.habere licere.ff.de euic.nã licitũ eſt etiaz bonã fidem agnoſcere.l.at qui natura.§.cũ me abſente.ff.de ne go.geſt.alias nõ video quare in dubio debeamus intelligere ꝙ velit conteſtari litem niſi ip ſe forte aliqualẽ cõtradictionem fa ceret in tempore.vt qꝛ confiteret narrata.ſed diceret diem obla
12 tionis nondũ veniſſe tñ cõmu nis opi.eſt quã.s.dixi.¶ † Quid autem ſi reus dicat tu mentiris an inducet conte.tenuit Gul. in.l.j.C.eo.ꝙ ſic quod intelligit do.Anto calore iracundie hoc dicatur.quia tũc nõ induceret,niſi per illa.ar.c. ex literis.de diuortijs.¶ Quid autẽ ſi dic go vel peto cõtendendũ.dic ꝙ non eſt c non negat nec confitetur.ideo non in detur qd ſi dicat dubito,ꝙ etiã non hic teneat contrariũ.ſed forte nõ b

te.§.nihil.ff.de interro.actio.¶ Sed quid ſi dicat credo me non debere.dicunt quidã ꝙ nõ inducet ꝯteſt.qꝛ debet rñdere aſſer tiue.⁊ non p verbũ credo.⁊ hoc videt velle Bar.in.l.j.C.e.Sed Guil.ibi quẽ ſequit.d.Ant.tenet oppoſitũ.qꝛ et ſi neget ſe tene ri intelligitur prout credit attento iuramento calũnie et forma eius de qua in.l.ij.C.de iura.calũ.⁊ in.c.j.j.de iur.calũ.in.vj.Fa cit qd no.vij.q.iij.c.artald⁹.et iſtud videtur verius.lz ſeruanda
13 eſſet cõſuetudo iudicij ſi de illa appareret.¶ † Sed quid ſi dato termino ad reſpondendũ libello reus reſpõdet in termino, ab ſente tamen tunc actore:an fiet conteſt.ſpecu.tenuit ꝙ nõ.eo. ti.§.quando.verſi.ſed nunquid abſente.¶ Jdẽ Bar.in.l.j.C.e. idem ſenſit hic Hoſtiẽ.qui videtur equiparare conteſt.ſtipula tioni.que non fit inter abſentes.l.j.ff.de verb.oblig.et per hoc etiã videt qd non inducatur conteſt.per reſponſionẽ ex inter uallo factã ad interrogationẽ actoris.ſicut nec valeret ſtipula tio.vt.d.l.j.et pro iſto etiam faciat.quia conteſt.dicitur a con qd eſt ſimul quaſi ſimul atteſtatio.facit.xxiiij.q.j.in.c.pudenda. ¶ Sed certe domi.de rota in ſua deciſione trecenteſima.alias ccclxiij.alias.ccclviij.alias.ccclvij.et aliquid habent hodie ſub rubrica de lit.conteſt.quaſi in vltima rubrica.tenent oppoſitũ, nam dicũt qd ex quo ad inſtãtiã actoris datus eſt terminus ad reſpondendum libello videtur durare actor in eadem volunta te.facit.l.cum tacitũ.et.l.eum qui.ff.de proba.et ſic ſatis dicitur concurrere voluntas actoris cum voluntate rei.et pro hoc vi detur etiã hic caſus dum dicit p petitionẽ in iure ꝓpoſitã.et ſic per libellũ.et reſpõſionem ſubſecutam.⁊ pro hoc etiã hic videt caſus.j.ti.j.c.j.ibi cũ crederet reſponſurus libello.et lz in.l.j.C. eo.dicatur per narrationẽ negotij ⁊ reſponſionem fieri cõteſt.po teſt intelligi per narrationẽ:ſ.factaz in libello ⁊ ſic intelligit do. Ant.l.illã.¶ Tu potes dicere qd ille tex.ſuppletur per iſtum qꝛ potent etiã fieri per petitionẽ in iure propoſitam.⁊ ſic per li bellum porrectũ ⁊ reſponſionem ſecutã.et pro hac ſolutione bñ facit qd idem Bar.no.in.d.l.j.vbi dicit illã.l.dum dicit de nar ratione negotij ſuppleri per alias videlicet p.l.ij.C.de iura.ca lum.⁊.l.rem non nouã.C.de iudi.que ſimpliciter dicunt de nar ratione ⁊ nõ dicũt de narratione negotij.Non ob.qd dictum eſt de ſtipulatione.qꝛ ſpeciale eſt in illa.nam alias regulariter obli gationes in quibus conſenſus vtriuſqz partis requiritur etiam inter abſentes fieri poſſunt nec interuallũ etiã vitiat illas.l.con ſenſu.ff.de actio.⁊ obli.¶ Non ob.etiã qd dicatur ſimul atteſta tio.qꝛ ſatis ſimul atteſtant ex quo ſunt eiuſdẽ voluntatis circa conteſt.⁊ ſic dicunt dñi de rota de facto defenſaſſe quẽdam ma gnum proceſſum ſup quadã quarta parochiali.⁊ ſi reus rñdeat aĩo lit.conte.hoc eſt clarũ.in dubio tñ ex quo reſpondet libello videtur velle reſpondere animo li.conte.ar.l.ſciendũ.ff.de ver. obli.⁊ ꝓpter autoritatẽ iſtorum de rota credo qd ſeruaretur in practica.ſed ſi non eſſet eorũ autoritas.quia cõis opi.eſt oppo ſitũ,difficile eſſet obtinere.vnde de mente doctorũ fuit ꝙ debe ret vltra porrectionẽ libelli interuenire noua narratio ⁊ ſucceſ ſiue reſponſio rei ad illam tamẽ ſi in actis appareat reũ reſpon diſſe preſente actore.⁊ ſm eos preſumebatur interrogationem preceſſiſſe.ar.d.l.ſciendũ faciat.l.j.C.de contrahen.ſtip.et hec ſufficiant.reliqua dic vt hic per do.Anto.[ADDJ] Uidi tñ ſeruari in practica ⁊ eſt vtile ad opiniones euitandas.ꝙ iudex mandat partibus preſentibus ſub certa pena qd non diſcedant de loco iudicij niſi prius litem conteſtentur.poſtea partes con teſtantur litem ⁊ notarius dicit qd tali die fuit lis conte.⁊ iſtud ſufficit licet non declaretur qualiter fuerit conteſta.quia preſu mitur ſolenniter conteſt.per.l.ſciendũ.ff.de verb.obl.⁊ ibi etiã
14 p Bar.circa fi.TJO.] ¶ † Quid aũt ſi partes ſint ptinaces.⁊ nolint litem conteſtari.an poterit iudex habere eam pro ꝯteſt. dic qd nõ.qꝛ hoc nõ pendet a poteſtate iudicis ſed partiũ.vnde remediũ eſt ꝙ iudex grauet illos mulctãdo vel pignorando vel procedat contrarium nolentẽ conteſtari tanqꝫ contra contuma cem.vt notauit glo.ſingularis in auten.qui ſemel.C.quomodo et quando iudex.

¶ Ut lite non conte.non procedatur ad teſtium receptionẽ vel diffinitiuam ſententiam. Rubrica.

1 Cauſa matrimonialis cõmitti poteſt interdũ non epis.
2 Libellus offerri debet coram delegato etiam in cauſa matri moniali.
3 Procurator interuenire poteſt in cauſa in qua accuſat alter cõ iugum ad ſeparationem tori.
Uxor an accuſare poſſit virum de adulterio.
m aduocati debet dari dilatio.
cohabitare cum viro ſi habet illũ ſuſpectũ

Cauſa

8 Cauſa matrimonialis que proprie dicatur.
Lite non conte. non debet procedi ad receptionem teſtium.
Contumacia procuratoris qn̄ noceat dn̄o ⁊ an ⁊ qn̄ ꝑpter ipſi⁹ contumaciā poſſit dominus excōmunicari. ⁊ nu. 12. ⁊ 13.
Dotem lucratur vir propter adulteriū vxoris et ſimiliter vxor donationem propter nuptias propter adulterium viri q̄ filiis eorum reſeruari debent.
13 Contumacia procuratoris an noceat quo ad poteſtatem excōicandi dominum vel ſuſpendendi vel mulctandi.
14 Contumacia procuratoris an noceat domino quo ad miſſionē in poſſeſſionem.
15 Contumacia procuratoris an noceat domino quo ad cōdemnationem expenſarum.
16 Contumacia procuratoris in non reſpondendo poſitionib⁹ an noceat domino.
17 Confeſſio procuratoris licet noceat domino poteſt tñ reuocari etiam ſi fuerit erratum in iure.
18 Contumacia tutoris an noceat pupillo.

a AD hec deus. Si agitur[a] de adulterio ad ſeparationem tori, ⁊ ante lit. cōteſta. reus eſt cōtumax excōicari poteſt ſed teſtes recipi non poſſunt. nec cauſa diffiniri. h. d. Et due ſunt partes principales. nam in prima delegatorum conſultatio. in ſecunda reſponſio. ſecunda ibi: conſultationi. prima facit tria. nā primo ponitur cauſe cōmiſſio. ſecundo rei exceptio petitio et appellatio. tertio actoris reſponſio et teſtium ſuoꝝ receptio. ſecūda ibi: tandē. tertia ibi: verum. Secunda principalis etiā facit tria. qr primo ſoluit obſtaculum. ſecundo conſultationi reſpondet. tertio iudices inſtruit. ſecunda ibi: qr lite. tertia ibi: potuit.

1 ¶ † Nota ꝙ cauſa matrimonialis interdū cōmittitur nō epis vt p3 ex textu iuncta ſupraſcriptione regulariter tamē de ſtilo curie cōſueuit cōmitti epis. ſ. de offi. dele. cauſam matrimonij. ⁊ c. ſequenti poteſt tamē dici qd̄ hic nō erat proprie cauſa matrimonialis. qr non agebatur de federe matrimonij. vt. ſ. dicit litera.
2 ¶ † Itē no. libellū offerēdū ēt corā delegato ⁊ ēt in cā matrimoniali. facit. iij. q. iij. offeratur. de ord. cog. cū dilectus. ⁊ de dila. in. c. ꝑterea. hodie vero de cauſa matrimoniali dic vt in cle. ij. de iudi. iūcta. cle. ſepe. de ver. ſig. Et adde etiā qd̄ habetur in. c.
3 alberic⁹. ſ. de teſti. ¶ Itē no. † ꝙ in cauſa in qua accuſatur alter coniugum de adulterio ad finē ſeparationis tori. pōt ꝓcurator interuenire. de quo. ſ. de ꝓcur. tue.
4 ¶ † Itē not. ꝙ etiā vxor pōt accuſare virū de adulterio. qd̄ eſt verū ad ſeparationem tori. ⁊ ad hoc vt recipiat dotē ⁊ etiā donationē ꝑpter nuptias vt tangit glo. quo ad alia eſt ſecus vt in. l. ſ. C. ad. l. iulia. de adul. et xxxij. q. j. publico. ⁊. ſ. de ꝓcur. tue. ⁊ in. c. gaudemus. ſ. de ꝯuer.
5 conu. ¶ Itē no. qd̄ † d3 dari dilatio ꝑpter abſentiā aduocati. facit. l. ait ptor. §. ſi. cū ſe. ff. ex qui. cau. ma. de q̄ etiā in gl. ¶ Itē no. qd̄ iudex nō debet pati ꝙ ſibi illudatur facit. l. ptor. ff. de iudi. ¶ Itē no. ꝙ vbi vir accuſatur de adulterio p mulierem poteſt econtra vir petere ſe reſtitui ad quaſi poſſeſſionē matrimonij ſi pretendit illa ſe ſpoliatā. facit. ſ. de reſtitu. ſpo. ex conqueſtione.
6 ¶ † Itē no. qd̄ ſi mulier h3 virū ſuſpectū nō d3 cogi illi cohabitare. niſi ſibi caueatur de īpunitate. de quo. ſ. de reſtit. ſpo. literas. [ADDI] qd̄ ꝓcedit etiā qn̄ culpa ipſius mulieris. puta qr cōmiſit adulteriū. facit bo. text. cū glo. in. c. de benedicto. xxxij. q. j.
7 TIO.] ¶ Itē not. † qd̄ ordo iudiciarius regulariter in oib⁹ cauſis eſt obſeruādus. facit. C. de iudi. in. l. iudices. Fallit in cauſis matrimonialib⁹ in qb⁹ non eſt oino obſeruandus. de quo in
8 prealle. cle. ij. de iudi. ¶ † Et nota ꝙ cā matrimonialis proprie dr̄ qn̄ agitur de federe matrimonij. Sec⁹ qn̄ agitur de crimine ad ſeparationem tori. ¶ Et not. ꝙ l3 in caſu ꝑcedenti poſſit procedi 3 cōtumacē li. nō cōteſt. facit. ſ. e. qn̄. §. porro. ⁊. §. ſi aūt. ſecus
9 in ſcḋo. ¶ † Itē no. qd̄ regulariter li. non cōte. nō pōt ꝓcedi ad receptionem teſtiū. nec ad diffinitiuā. ¶ Itē not. nō inſiſtendū ſup dubio. cui⁹ deciſio nihil operatur. ⁊ ſimiliter non d3 recipi ꝓbatio ſup eo qd̄ nihil releuaret. l. ad probationem. C. de ꝓba.
10 ¶ † Itē no. qd̄ ꝑpter ꝯtumaciā ꝓcuratoris pōt dn̄s excōicari ſi ſciens illā non purgat ⁊ ſic ſecus ſi neſciret. facit. l. iij. ff. qd̄ quiſqꝫ iur. ⁊. l. ij. C. de ero. mili. annone. li. xij. de quo aliqd̄ p glo. ſi. ⁊ hic per Inn. in gl. magna. ⁊ p Bar. in. l. j. §. ſi ꝓcurator. ff. ſi qs ius di. non obtē. ¶ Et ex hoc no. ſm Inn. qd̄ dn̄s nō d3 contumax vel malitioſus: l3 ꝓcurator ſit. ⁊ ſic facit qd̄ l3 qn̄ ꝓcurator eſt verus cōtumax nō poſſit ꝓcurator appellare. facit qd̄ habetur in cle. ſi ante de do. et cōtu. tamē dn̄s qui non eſt cōtumax poterit appellare infra tp̄s datū ad appellandū. de quo hic p[...] et per Bar. in. d. §. ſi ꝓcurator. ¶ Et per predic[...] lium qn̄ ꝓcurat[...] cōtumax q[...] cōtumaciam. ⁊ ignorantiā alle[...]

11 inſti. ⁊. j. de ſen. excō. in. c. ſacro. ¶ † In gl. j. in ſi. ibi ſpectat ad filios intellige ſane. qr debebit eis reſeruari ſed in vita ipſa mulier habere d3 dotē et donationē ꝑpter nuptias qn̄ vir cōmiſit adulteriū. ⁊ idē econtra vt p3 ex. §. ſi vo hic allegato. ¶ In gl. ſuſpectū. in ſi. Alios caſus addit etiā hic Ioā. and. ſ. octo quos poſuit Hoſti. ⁊ ipſe etiā addit vnū aliū ⁊ ſic erūt quatuordecim caſus in qbus nō ſit reſtitutio petenti ſe reſtitui ad poſſeſſionē matrimonij de qbus hic p Ioā. an. ¶ In gl. ſeruet ibi qr minor poteſt. intellige de minori. xxv. annis. ⁊ facit qd̄ habetur in. c. ſi. de iudi. in. vj. ¶ In ea. gl. ibi pñt teſtificari. intellige hoc verum qn̄ vir ⁊ vxor ſunt paris conditionis. ſecus ſi inequalis vt. ſ. de teſti. in. c. ſup eo. ¶ In ea. gl. ibi nō tranſit in rem iudicatā ſuple quominus poſſit retractari ſi appareat de errore ſeu eccleſiam fuiſſe deceptā ſed interim ſtabitur ſnīe donec ſiat fides de errore. ſ. de frigidis. fraternitatis. Et ſic no. ſm. d. Anto. ꝙ ſnīa que pōt retractari interim facit notoriū ꝙdiu nō probatur aliquid ꝑpter quod veniat retractanda. ¶ In ea. gl. in ſi. alia ſpecialia ponit hic Io. an. que addit ſm Hoſti. ⁊ dc̄m̄ aliqua addit ſm Vinc. ⁊ alia ſm bonaguidam aretinū. de quibus dic vt
12 hic p eſi. ¶ † In gl. ſi. in ſi. limita gl. inquantū dicit ꝙ iudex tenebitur ad intereſſe qn̄ citauerit ꝓcuratorē ⁊ nō dn̄m nam ſi citaſſet dn̄m ⁊ dn̄s miſiſſet procuratorē qui fuiſſet negligēs in veniendo ⁊ iudex hoc ignoraſſet. tūc nō teneretur ad intereſſe qr habuit cauſam iuſtā credendi eū cōtumacē. et ſic limitat do. Ant. Et de materia huius gl. an cōtumacia ꝓcuratoris noceat dn̄o tangit hic Inn. ꝓſequendo multos caſus. Et primo an noceat quo ad poteſtatē appellandi. ⁊ cōcludit qd̄ nō qn̄ eſt vera cōtumacia ꝓcuratoris. dicit tñ notabiliter qd̄ l3 dn̄s poſſit tūc appellare ſolū poterit[a] appellare infra. x. dies a tp̄e late ſnīe non a tp̄e ſcīetie ex quo cā eſt ꝑtractata p ꝓcuratorē p. l. j. §. ſi. ff. qn̄ appellandū ſit. ⁊. ſ. q. vj. biduum. §. ſi aduerſum. nec ob. l. ab eo. C. quo ⁊ qn̄ iud. qr ibi cauſa fuit tractata cū dn̄o. vnde tunc ſi cōtra dn̄m contumacē ꝓſumptū ⁊ nō vero fertur ſnīa nō trāſit ſententia in rem iudicatā niſi poſt. x. dies a die ſcīetie in quo ſciuit ſen-
13 tentiā cōtra ſe latā qd̄ tene mēti. ¶ † Itē tangit an noceat ꝓ-
b curatoris cōtumacia[b] quo ad ꝑtātē excōicandi dn̄m vel ſuſpēdēdi vel mulctādi et cōcludit qd̄ nō. qr iſta eſt pena extrinſeca. ⁊ ideo non facit ꝑiudiciū dn̄o l3 cōtumacia ꝓcuratoris alias habeat nocere dn̄o in re in qua eſt ꝓcurator ⁊ in ꝑtinētibus ad illā et ſic in acceſſorijs eius. Bar. in. l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius di. nō obtem. dicit qd̄ in mulcta non nocet: qr vera contumacia ꝓcuratoris nō nocet dn̄o in his q̄ ſunt grauis ꝑiudicij ſed ſolū in his que ſunt leuis preiudicij. ſed certe hec ratio non concludit in mulcta leui vt voluit hic. d. Ant. et etiam Saly. in. l. iij. C.
14 de procur. ¶ † Item tangit an noceat quo ad miſſionē in poſſeſſionē. ⁊ clarū eſt qd̄ ſic ſi ſiat cauſa cuſtodie ſed ſi agatur de miſſione in verā poſſeſſionē eſt magis dubiū tñ Inn. tenuit idē p. l. ſed et hec. §. ſi. cū ſeq. ff. de ꝓcur. ⁊. C. de ꝓcura. l. iij. ⁊. C. de dig. l. quoties. li. xij. ⁊ facit qd̄ habetur in. d. l. iij. ⁊ qr dn̄s eſt in culpa malum ꝓcuratorē ⁊ negligentem eligendo. l. cū mandato. ff. de mino. ſed Bart. in. d. l. j. §. ſi procurator. tenuit contrariū. qr in his que ſunt grauis preiudicij vera contumacia non nocet. et quia ſm eum videtur caſus in. l. hoc amplius. §. ſi. cum ibi nota. ff. de dam. infec. et. l. j. in ſi. ff. vſufruc. quemadmo. caueat. in quibus patet qd̄ vſufructuarius cēſetur procurator proprietarij. faciat quod legitur et nota. in. l. j. in fine. ff. de oper. no. nuntiatio. ⁊ tamen ex contumacia eius non deuenitur ad ſecundum decretum contra proprietarium. do. Anto. hic tenet dictū Bart. quando procurator fuit citatus ſecus ſi dn̄s quia tunc cōtumacia eſt domini ſi procurator conſtitutus ab eo nō comparet. l. ſi ꝓcuratorem. §. ſi tutores. ff. mandati. ideo poteſt dari vera poſſeſſio tamen ſecundū eū reuocabitur docto qd̄ dominus ꝓcuratorē cōſtituerit ⁊ quia per hoc apparebit eū non fuiſſe in vera contumacia. ſed certe melius dixiſſet qd̄ decla[...]abit actū fuiſſe nullum ex quo apparebit dn̄m non fuiſſe verū [...]ntumacem cū eius vera cōtumacia requiratur. l. fulcini⁹. §. j. [...] ex qui. cau. in po[...]. Saly. vero in. d. l. iij. primo dicit poſſe [...]ſtineri opi. Innocen. quia licet ſit grauis preiudicij reſpicit [...]men ordinē ꝓceſſus ſicut ⁊ ſententia diffinitiua ideo videtur [...] ſicut cōtumacia [...] o ratoris nocet dn̄o fieri poſſit diffiniti[...]ta vt poſſit deueniri ad veram poſſeſſionem ſeu ſecundum decretum. Finaliter ꝯcordat opiniones qr aut agitur de v[...] a poſſeſſione danda p execu tione ſententie diffinitiue. ⁊ [...]ic noceat ⁊ ſic loquitur opi. Inn. nā ex quo nocet quo ad diffi[...]uā in conſequentiam debet nocere quo ad eius executionē [...] ij. c. preterea. de offi. dele. Sed ſi agatur [...] ver[...] danda ex ſecundo decreto. tūc procedit [...] requiritur vera cōtumacia ei[...] ꝓcu[...] §. j. ff. ex qui. cau. in [...] ratoris. Nec ob. qd̄ [...] m ſnīe diffinitiu[...]

a ¶ Si eg[...] vide ſup h[...] c. do. Ant. ſicu. latiſſime ſcribentem.

b ¶ Procuratoris ꝯtumacia. De hac materia qn̄ procurator noceat dn̄o. vide ſ p. d. Fel. qn̄ per totū ca. qui ſ late ſcribit.

Ayuntamiento de Madrid

ritur vera contumacia ſed ſufficit ficta vel pſumpta.l.ij.C.qũo τ qñ iud.τ.l.j.C.ex qui.cau.ma.vnde tũc ſatis dñs vr̃ eſſe in cõtumacia propter contumaciã pcuratoris pp̃ter culpã m̃ale electionis.ſec⁹ quo ad ſcd̃m decretũ.¶Tu potes etiã addere ꝙ ſi eſt caſus.in quo poſſit deueniri ad ſcd̃m decretum etiã ex preſumpta cõtumacia.vt in cauſa dãni infecti et noxali tũc et quo ad verani poſſeſſionẽ habendã ex ſcd̃o decreto videreť ſufficere cõtumacia procuratoris ſicut ſufficit quo ad diffinitiuã ferẽdam cũ eadẽ ſit rõ.Nec ob.quod dictũ eſt de fructuario.qꝛ proprie loquendo τ ſtrictius eſt pcurator ꝓprietarij.lꝫ late ſic appelleť ratione cuſtodie quã habet vt dicit Sal.in.d.l.iij.¶Potes etiam dicere ꝙ cenſeť pcurator quo ad hoc vt poſſit deducere in iudiciũ ius dñi quatenus ſibi expedit pro conſeruatiõe iuris vſuſfructus.τ ſic proprie loquiť.d.l.j.in fi.ſed nõ quo ad oĩa
15 alia.τ iſta fuit ratio dicte.l.hoc amplius.¶†Jtem tangit Jnno.an noceat contumacia pcuratoris domino quo ad cõdemnationem expenſarũ.τ tenet ꝙ ſic.qꝛ iſte expenſe non ſunt ſimpliciter pena.imo et intereſſe.facit qđ no.de reſcrip.c.fina.Sed Bart.tenuit contrariũ in.d.§.ſi pcurator.quia ſicut non poteſt mulctari.ita non poteſt cõdemnari in expẽſis ſed bene poterit denegari audientia dño ſi non reficiat expenſas.¶Sed certe opi.Jnn.videť verior de iure.quam etiã ſequitur hic Hoſtiẽ.et Jo.an.τ do.Ant.qꝛ nõ eſt bona equiparatio de mulcta ad expenſas.qꝛ mulcta eſt mera pena.ſecus in expenſis.¶Jtẽ quia expẽſe ſunt de acceſſorijs ipſi⁹ litis facit.l.terminato.C.de fruc.τ lit.expen.vnde ſm Jnn.etiã nocebit eccleſie contumacia pcuratoris quo ad condemnationẽ expen.lꝫ poſſet reſtitui ſi forte procurator non eſſet ſoluendo.τ ſic nõ poſſet ab eo recuperare quod intelligit Hoſt.niſi expenſe eſſent modice.qꝛ tunc non daretur reſtitutio q̃ non datur p modico.l.ſcio.ff.de mino.¶Jdẽ videtur velle ſi reſtitutio peteretur cõtra aliam eccleſiam.ar.l.verum.§.ſi.ff.de mino.dõ.Antõ.hic dicit ꝙ ſi dñs fuit citatus ſed procurator ab eo miſſus non venit.tunc dñs condemnabiť non procurator ꝙ non fuit in iudicio.ſed ſi pcurator fuit citatus tunc dicit ꝙ vterqꝫ poterit condẽnari intelligo de iure canonico ſm not.in.c.querelam.de elec.nã de iure ciuili procurator videť damnandus p.l.j.C.de ſenten.et interlo.om.iudi.τ poterit fieri ſm eum executio contra dominũ.licet ſit lata contra ipſum pcuratorem p.l.plautius.ff.de procur.cum ibi no.τ etiã poterit fieri cõtra ipſum procuratorẽ.dicit tamẽ ꝙ ſatis equa
16 eſt diſtinctio quã hic poſuit Hoſt.τ Jo.and.poſt eum.¶†An autẽ cõtumacia pcuratoris in non reſpondendo poſitionibus noceat dño Bar.videtur velle ꝙ nõ in.d.§.ſi pcurator.τ ſic intelligitur.l.non ſolũ.ff.de procu.in prin.ſed certe caſus eſt in cõtrarium.in.c.ij.de cõfeſ.in.vi.[ADDJ Pro intellectu.c.ij.vi de Bal.in.l.ij.§.ꝙ ſi actor.C.de iura.calum.TJO.] qđ vr̃ mirum cũ ibi requirať vera contumacia τ agatur de his que ſunt magni preiudicij.ſed illud eſt ſm do.Ant.qꝛ habetur p confeſſõ vnde ſicut vera confeſſio pcuratoris nocet dño.ſic τ ficta.Sal.ly.vero in.d.l.iij.dicit ꝙ eſt ratio ibi.quia agitur de his q̃ reſpiciunt probationẽ τ ſic proceſſum ideo pindicet:ſecus vbi ageretur de pena extrinſeca.et p hoc dicit ꝙ cõtumacia pcuratoris in nolendo iurare de calumnia nõ nocet domino:qꝛ ibi agitur de pena extrĩſeca.ſ.ꝙ cadat a cauſa.τ pdat illã.l.ij.§.ꝙ ſi actor.C.de iura.calũ.τ in.c.ſi.j.de iura.calũ.τ hoc puto verum.lꝫ dñs Ant.equiparauerit hunc caſum precedenti.¶Et adde etiam
17 predictis ꝙ † confeſſio pcuratoris lꝫ noceat domino.tamẽ poteſt reuocari etiã ſi fuerit erratũ in iure.ſecus in confeſſione facta p dominũ.l.ij.ff.de confeſ.¶Jtem confeſſio pcuratoris facta in vna cauſa non nocet in alia.ſecus in confeſſiõe dñi vt no.compo.de elec.p inquiſitionem.τ ibi p Joan.an.¶Jtem in caſibus in quibus confeſſus non auditur appellans pcedit ſi dñs eſt confeſſus ſecus ſi procurator vt hic tangit dñs Ant.Et no.bene tres differentias pr dictas inter cõfeſſionem pcuratoris et domini.¶Jtem adde .p do.Ant.hic vult ꝙ confeſſio dicať fieri p modũ voluntarie iuriſdictiõis.et ſic nõ noceat dño niſi haberet ſpeciale mandatũ.ſi confiteť reſpondendo libello.Secus reſpondendo poſitioni.et idem videtur velle Cy.in.l.vnica.C.de c nfeſ.ſed non credo hanc differentiã verã quia etiam reſpondendo libello nõ ten etur quis dicere mendaciũ.ſed poteſt agnoſcere bonã fidem.facit. l.quoties.§.item ſi temporali.ff.de admi.tut.τ.xxij.q.ij.τ in.c.j.τ in .l.at qui natura.§.cum me abſente.de neg.geſt.Unde potius dice renius debere poni exemplum quando ſponte cũ aduerſario va.dit ad iudicium τ cõfitetur et ſic ſecus quando non vadit cũ eo ſed citatus comparet et petit libellũ dari τ poſtea ei reſpondet qui ꝙ fiat modum ntentioſe iuriſdictionis ex
18 cit r de excep.c.cum inte ma s noceat pupillo no. tum in faciendo c

¶Jn cã reſtitutiõis. adđ Bal.i auť.ſi oẽs.C.ſi vt ab here.abſti.τ d.Alex.de imo.in.l.ſi finita.§.in alia.ff.de dã.ĩfec.ſpe.in ti.de li.cõteſt.

tutorem noceat dño tangit etiam ibi τ Jnn.hic aliquid.nam ſi aperte cadit in delictum non nocet.vnde ſi producit falſa inſtrumenta non nocet domino.quia ad hoc nõ videtur habere man datum.l.ſi procurator.ff.de condi.indebi.τ ibi in.d.§.ſi procurator tractat an τ quãdo ex dolo vel ex delicto procurator poſſit excipi contra dominum vel etiam agi.Tangit etiã hic Jnn. vnam differentiam circa ſinẽ an procurator qui eſt impedit habeat poteſtatem ſubſtituendi a lege vt quia factus eſt domin⁹ litis p conteſt.an vero habeat poteſtatem ſubſtituendi ſibi datam a domino τ videtur velle qđ primo caſu imputeť domino ſi procurator alium non ſubſtituit.ſed in ſecundo non.ſed reuera hec differentia non bene pbatur iure τ etiam non põt negari quin vtroqꝫ caſu fuerit in culpa eligendo procuratore min⁹ ſollicitum et ſic vtrobiqꝫ videtur etiam ratio.Fateor tamen ꝙ ſi dominus fuiſſet citatus et mitteret procuratorem ꝙ impedimentum ſuperueniens in perſona procuratoris propter quod impediretur comparere excuſet dominũ p id quod habetur in l.cum a matribus.C.qui petant tutores.Tangit etiam Jnno. hic de intellectu auť.qui ſemel.C.quomodo et quando iudex. ſed non perfecte loquitur.vnde melius dic vt ibi no.per gloſ.et docto.et de materia dicte auť.habet.ſ.de do.τ cõtu.c.put.Et no.etiam ex eius dictis ꝙ licet ius diſpenſet in aliquibus caſibus ꝙ lit.non conte.procedatur non tamen intelligitur diſpenſare quominus requiratur ſolẽnitas peremptorij ſicut et quando proceditur lit.conte.

1 ☞ Appellans non debet comparere coram iudice a quo ne videatur appellationi renuntiare.
2 Appellans ab interlocutoria an ſit citandus.
3 Proceſſus factus lite non conteſtata non tenet.
4 Jn poſſeſſorio poteſt per ſententiam adiudicari poſſeſſio ipſi actori.
5 Suffraganeus eſt ſuſpectus in cauſa metropolitani.
6 Sententia diffinitiua lata lite non conteſt.eſt nulla.
7 Dictio imo eſt correctiua.
8 Notorium releuat ab onere probandi nõ tamẽ releuat ab onere proponendi.
9 A grauamine futuro non debet appellari.

Acedens.j. Diuerſimode legiť decre. vt tangitur in tertia gloſ.et ſuper ea tamen poteſt ſic ſummari.Jn cauſa reſtitutionis a etiã contra contumacem lite non conte.non poteſt ſentẽtia proferri.hoc dicit.Et ſunt due partes principales.quia primo ponit ordinem proceſſus.ſecundo ipſius retractationẽ.ſecunda ibi:cum igitur.¶Nota petitionem porrigendam eſſe in preſentia iudicis.de quo in.c.j.de libel.obla.¶Jtẽ no.interdum obiectum late dici etiam id ꝙ petitur p actorem. ¶Jtem no.arg.ꝙ quis ſepius ſit admonẽdus vel citandus.de quo in.c.conſuluit.de offi.delega.et per Jnn.ſ.de accuſa.ad pe
1 titionem.¶†Jtem nota ad cautelam ꝙ appellãs ne videatur appellationi renuntiare non compareat coram iudice a quo ſe cit.ſ.de offi.delega.gratum.an † autem appellans ab interlo
2 cutoria ſit citandus.dic vt in.c.ij.de dolo et contu.in.vi.¶Jtẽ nota ꝙ partes debent ire ad iudices et non econtra.l.iubem⁹. ad fi.C.de epiſco.τ cle.¶†Jtem not.ꝙ proceſſus fact⁹ lite nõ
3 conteſt.non tenet quod procedit etiam ſi fuerit actum poſſeſſorio iudicio.vt hic eſt caſus ſm vnum intellectum.de quo cõſueuit dubitari in.c.conſultationibus.de offi.deleg.τ hoc etiam tenuit Bar.in.l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acqui.poſ.ideꝫ etiã ſi petatur reſtitutio in integrum vt hic eſt caſus ſecundum alium intellectum.de quo in.c.ſi.ſ.de offi.iudi.¶Jtem nota ꝙ vbi proceditur per reſcriptum ſurreptitie impetratũ licite poteſt appellari.¶Jtẽ no.ꝙ poſt publicationem teſtium licituꝫ eſt obijcere in pſonas.de quo in.c.ex parte.τ.c.pſentiũ.ſ.de te
4 ſti.¶†Jtẽ nota ꝙ in poſſeſſorio iudicio poteſt p ſniam adiudicari poſſeſſio ipſi actori.τ no.etiaꝫ ꝙ iudex poteſt in ſentẽtia prohibere ne in poſterum turbetur ipſe actor in tali poſſeſſiõe.
5 ¶Jtẽ † no.ꝙ ſuffraganeus eſt ſuſpectus in cauſa metropoli
6 tani.facit.xvj.q.ij.in.c.j.τ ideo poteſt recuſari.¶†Jtem not. ꝙ ſententia diffinitiua lata lite non conte.eſt nulla.Jtẽ ꝙ illud quod eſt nullum non proprie debet caſſari ſꝫ debet irritum vel nullum nuntiari.quia quod non eſt tolli non põt.facit.ſ.de deſpon.impub.ad diſſoluendum.poteſt tamen tolli quatenus de facto proceſſit.l.j.§.j.cum ibi notatis.ff.de ferijs.¶Jtem not.
7 ꝙ † dictio imo eſt correctiua.facit.l.ſtichus imo pamphilus.ff. de manu.teſtamento.¶Jtẽ no.ꝙ vbi aliquid caſſatur,caſſantur illo ſequunť ſeu que ſunt ſecuta.ſ.de legi.nõ du nſtr.inter dilectos.¶Ultimo no.† ꝙ illi de ab obligatiõ diſſolutus.ſa certe iſta ter re pbãdi nõ tamen

Ayuntamiento de Madrid

tamen releuat ab onere proponẽdi.facit.l.ſi adulteriũ cũ ince. ſtu.§.idẽ po(ſſ)eſſioni.ꝛ qḋ ibi no.p Bar.ꝛ p gl.ff.de adul.ꝛ not.gl.ꝗ reputatur ſingularis in cle.appellãti.de appel.et hoc etiã tenet Jo.an.ſup iſta glo.¶ Jn gl.iij.in fi.ꝛ ſic vr̃ gl.ſenſiſſe duos intellectus.vnus eſt ꝙ hic actũ fuit poſſeſſorio recuperãde.ꝛ ideo petijt archieps ſe reſtitui ad quaſi poſſeſſionẽ iuris parochia. l a.Alius ꝙ petita fuit reſtitutio in integrum ex iure minoris cui eccleſia equiparatur.ſ.de reſti.in integ.c.j.primũ intellectũ ſequitur hic Hoſt.ꝛ facit ad id qḋ dixi in notabilibus.Tertius fuit intellectus ꝙ hic loquaꝛ in petitorio cuius natura etiã eſt vt poſſit peti reſtitutio rei.ſ.de iudi.examinatq.ꝛ.l.q reſtitui re.ff.de rei ven.Jnn.vero hic poſuit alios intellectus ex quib⁹ vtilitas non percipiꝛ.Hoſti.vero poſuit intellectũ notabilẽ dicens ꝙ hic non fuit actũ poſſeſſorio recuperande.quia nõ dicebat ſe ſpoliatũ nec agebat etiã petitorio nec etiã petebaꝛ reſtitutio in integrũ.ſed dicebat ꝙ tam ipſe ꝙ eius pdeceſſores fuerant negligentes in exigendo obedientiã iuris parochialis.et ꝙ alias conſueuerant eſſe in quaſi poſſeſſione dicti iuris.ꝛ ideo implorabat officiũ iudicis vt reduceretur in eum ſtatũ in quo eſſe conſueuerat ꝛ ſic vt ei reſtitueretur quaſi poſſeſſio dicti iuris.ꝛ hoc petebat per officiũ iudicis generale.de quo in.c.ex literis.de reſti.in integ.Nota ſingulariter iſtud dictum.quia valde eſt vtile pro recuperanda poſſeſſione rerũ vel iurium eccleſie que ex negligentia prelati vel rectoris eſt deperdita.et ſic ampliat notata ꝑ ſpe.ſ.de reſti.ſpoliato.ꝛ.iij.q.j.reintegranda.

10 ¶ †Jn gl.ex his.in fi.iſtud vltimum cõmuniter teneꝛ quia ex ſuperueniẽti grauamine non debet appellatio ſumere firmitatem.quia non debet appellari a futuro grauamine.et quia ſi grauamen etiã precedens non validat appellationẽ niſi exprimatur vt in.c.dilecto.ſ.de appella.multo minus ſequens grauamen.ꝛ ad primum cõtrariũ glo.potes dicere ꝙ ideo dixit in plurali ex his propter pluralitatem iudicum quorum quilibet poterat recuſari vel poteſt exponi plurale pro ſingulari.l.non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſignifi.

1 ☞ Ad excõicationem nõ proceditur ꝗdiu ſunt alia remedia.

2 Cauſa quando eſt criminalis etiam ſi agatur ciuiliter de crimine non habet locum immiſſio.

# De fraternitatis.

Si lite non conteſtata reus eſt cõtumax tunc ſi fieri poteſt mittitur actor in poſſeſſionem cauſa cuſtodie.alias reus excõmunicabitur. h.d.ꝛ in prima diciſa conſultatio.in ſecũda reſpõſio diſtinguẽs et ſecundũ mẽbrũ diſtinctiõis.ibi ꝙ ſi.¶ No.ꝙ qdã ſunt cauſe in quibus cõtra ꝯtumacẽ nõ põt fieri immiſſio ꝛ quedã in quibus põt fieri.¶ Et not.ꝙ vbi fieri põt immiſſio illa fieri dꝫ et nõ pcedi ad excõicationẽ vel cenſurã eccleſiaſticã.¶ Et ſic not.ꝙ p pri⁹ recurriꝛ ad res ꝙ ad pſonã.facit.xvj.q.vj.in.c.illud.et qḋ

1 no.Bar.in.l.iij.§.pe.ff.de ſuſpe.tu.¶ †Jtem no.ſm Hoſ.ꝙ ꝯ contumacẽ non pcediꝛ ad excõicationẽ ꝗdiu extant alia remedia nã ſm eũ excõicatio eſt odioſa ſicut actio de dolo.facit qḋ hr̃ in.l.j.ij.ꝛ.iij.ff.de dolo.ꝛ ſic facit ꝙ habẽs bona nõ poſſit excõicari.ſed certe hoc eſt falſum ſm Hoſt.qꝛ lꝫ hoc ſit honeſtũ ꝙ iudex attẽdat id qḋ eſt dictũ.tñ arbitrabiꝛ de iure qꝛ põt incipere a qua vult ꝛ ab illa quam credit plus timeri vt.ſ.e.c.qm̃.ad finẽ.[ADD] Aduerte qꝛ ibi loquiꝛ qñ ꝯueniꝛ actiõe pſonali ſi aũt reali tũc opinio Hoſt.ſit vera p hũc tex.q loquiꝛ in reali ꝛ p.d.c.qm̃.in.§.in aliis vo.TJO.] ¶ Jtẽ no.ꝙ etiã vbi nõ põt fieri immiſſio.nõ vr̃ poſſe pcedi ad diffinitiuã lit.nõ cõte.ꝛ ſic vr̃ tex.iſte deſtruere theoricã legiſtarũ,q dicunt ꝙ vbicunq nõ põt ſuccurri actori per remediũ miſſionis in poſſeſſionẽ.ꝙ poterit tunc pcedi ad diffinitiuã etiã lit.nõ cõteſt.iuxta no.per Bart.ꝛ doct.in auẽ.q ſemel.C.quõ ꝛ qñ iud.ꝛ in.l.ſi finita.§.iulianus.de dam.infec.et in auẽ.ſi oẽs.C.ſi vt ſe ab here.abſti.niſi dicas ꝙ tex.iſte dꝫ ſuppleri vt ẽt poſſit tunc pcedi ad diffinitiuam.facit qḋ hr̃ in.c.j.de eo q mit.in poſ.li.vj.ſed certe iſtud eſt cõtra mentẽ huius tex.ideo põt dici ſm.d.Ant.ꝙ ſi agiꝛ ꝯtra certã perſonã cum illa poſſit p cenſurã eccleſiaſticã coerceri.habeat locũ iſte tex.ꝛ non poſſit tũc ferri diffinitiua niſi in caſib⁹ expſſis in iure.ſi aũt nõ agaꝛ cõtra certam perſonã ſed iudicis officiũ imploreꝛ.exẽplũ in dicta auẽ.ſi oẽs.qñ minor petit ſe reſtitui aduerſus aditionẽ hereditatis.ꝛ tũc poſſit pcedere opi.le

2 giſtarũ.ex quo nõ eſt tunc pſona ꝗ poſſit coerceri.¶ †Jn gl.ſi. in fi.Not.bñ ex gl.ꝙ qñ cã eſt criminalis etiã ſi agaꝛ ciuiliter de crimine.nõ hꝫ locũ immiſſio.ꝛ cũ gl.tran[...] [...].an.ſed contrarium tenuit hic.d.Ant.qꝛ tunc eadẽ [...] [...] ciuilib⁹ ꝛ ꝯñs idẽ ius eſſe dꝫ de conſti.tra [...] [...] procedi poteſt more aliarum ciuili[...] agiꝛ criminaliter tunc gl.dicit ver[...] miſſio.tñ ſi crimen ſit gr[...] ff.de requi.r[...] in eo

legatiõis vel minor:tũc poterit pcedi ad diffinitiuã lit.nõ conteſt.l.abſentẽ.cũ ibi no.ff.de pe.Et adde ẽt extra gl.aliũ caſum in quo nõ hꝫ locũ immiſſio.vt qñ agiꝛ de beneficio eccleſiaſtico.ſ.de eo q mit.in poſ.c.j.in.vj.¶ Jdẽ vr̃ ſi aliqs agat interdicto retinende poſſeſſiõis cũ tũc nihil petat ſibi dari ſed ſolũ ceſſari a turbatione.qḋ intellige niſi etiã petat intereſſe ratione turbationis pterite.qꝛ tũc illo reſpectu poterit fieri immiſſio.de quo in ſpec.de cõtu.§.ſequiꝛ.verſi.ſed pone titius.ꝛ de primo decreto.§.reſtat verſi.ſed pone ago.¶ Et adde ꝙ p opi.quã.ſ.dixi in notabilib⁹ cõtra Bart.bñ facit qꝛ añ auẽ.q ſemel actore abſente nõ poterat pcedi ad diffinitiuã lit.nõ cõte.vt ptꝫ in.l.et. poſt edictũ.§.circũducto.ff.de iudi.ꝛ.l.pperandũ.§.j.ꝛ.ij.C.de iudi.cũ ibi no.ꝛ tñ tunc nõ poterat cõſuli reo cõtra actorẽ per miſſionẽ in poſſeſſionẽ.ꝛ ſic ſi nõ emanaſſet auẽ.qui ſemel ꝗ in hoc corrigit iura antiq nõ potuiſſet pcedi ad diffinitiuã ꝛ ideo extra caſum illũ nõ poterit procedi lꝫ nõ habeat locũ immiſſio.

1 ☞ Recuſari poteſt iudex pluribus cauſis.

2 Citari non debet quis ad locum non tutum.

3 Teſtium receptio facta in cã matrimoniali contra non contumacem vel poſt appellationem legitimam non tenet.

4 Locus non tutus quis dicatur.

5 Ad reſtitutionem conſequendã ſufficit ꝙ qs dicat ſe ſpoliatũ.

6 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.

7 Reuocatio iudicũ eſt in libera poteſtate iudicantis.

8 Reconuentio admittiꝛ in cã appellatiõis ab iterlocutoria vbi deuoluitur negotium principale ad iudicem appellationis.

9 Poſſeſſoriũ recuperande ſuſpendit petitorium ſuper eadẽ re in cauſa appellationis.

10 Recuſari an poſſit iudex cui ps aliqd occulte ſibilauit in aure.

# A Cleñs.ij.

a Receptio teſtiũ [a] facta ꝯ nõ cõtumacẽ in cauſa matrim[...] eſt nulla.h.d.¶ Et in pria ponit appellãtis querelã.Jn ſecunda cauſe cõmiſſionẽ.Secunda ibi:mandamus.¶ Nota non ſolũ poſſe recuſari inimicum.ſed etiam ipſius inimici conſanguineum.¶ Jtem nota illud vul-

1 gatum ꝙ inimicus videtur eſſe qui noſtra bona tollit.¶ †Jtẽ nota plures cauſas ex quib⁹ iudex poteſt recuſari.primo quando eſt cõſanguineus inimici.vt dixi.Secundo quãdo iudex datus eſt oriundus de terra impetrãtis.de quo tangetur cũ glo. Tertio quando eſt clericus commēſalis inimici.Quarto qñ nimis fauet alteri parti.Quinto quando eſt de diſtrictu impetrantis.nã ſuſpectus eſt iudex tũc ne peruertat iuſtitiam cum

2 poſſit opprimi ab impetrante.facit.xvj.q.ij.viſis.¶ †Jtem nota ꝙ quis non debet citari ad locũ non tutum.de quo in cle. paſtoralis.de re iudi.et.ſ.de appella.ex parte.¶ Et nota põderari tractũ ſecundũ iſta tempora.quia licet eſſet in loco ſuſpecto iudex ſi tamen citaret.et ſic traheret ad locũ non ſuſpectum deberet re⁹ cõparere.ſ.de excep.olim cũ ibi not.hodie vero põderatur etiã locus cõmiſſionis.ſ.de reſcrip.ſtatutum.§.in nullo.lib.vj.¶ Jtẽ not.ꝙ etiam cum literis de ſaluo conductu nõ tenetur quis ſe cõmittere capitalibus inimicis.nam experientia docet ꝙ fragile remediũ interdũ reperitur eſſe tale remediũ literarũ.[ADD] Uide in deciſionib⁹ rote ꝯcluſione.cclvij. ꝗ incipit,itẽ lꝫ guerre ꝛ inimicitie ꝯcapi.aꝛs in concluſione.ccc.

3 xvj.TJO.] ¶ Jtẽ no.ꝙ † receptio teſtiũ facta in cauſa mrimoniali ꝯ nõ cõtumacem vel poſt app.legitimam non tenet. ¶ Jtem no.ꝙ illi eſt cauſa cõmittenda p quẽ poteſt cõmodius

4 terminari ſi ad eum ſecure poteſt accedi.¶ Jtẽ no.ꝙ † loc⁹ dicitur nõ tutus nedũ qñ non habeꝛ ibi tutus acceſſus.ſed etiam

5 quando non habetur p locũ per quem trãſire oportet.¶ †Jtẽ no.arg.ꝙ ſufficiat ad reſtitutionẽ conſequendam ꝙ qs dicat ſe ſpoliatum facit quod no.glo.j.q.iiij.quia preſulatus et ſic facit ad no.in.c.j.ſ.de lit.conteſt.et in.c.j.ſ.de libel.obla.tñ Hoſt.videtur intelligere ꝙ hoc debet ſuppleri ꝙ iſte petijt ſe reſtitui vt etiam tangit archi.in.d.c.qꝛ preſulatus.de [...] quo etiam tetigi in dicto.c.j.de li.conteſt.¶ Jtem no.ſm [...] inconſulta dimiſſio vxoris.i.ſine iudicio eccleſie indu[...] [...]utionẽ.facit.ſ. de diuor.porro.ꝛ.ſ.de offi.deleg.cauſa[...] [...]nonij.¶ Jtem

6 nota ꝙ † ſpoliatus ante oĩa plena[...] [...] reſtitui.facit.iij.q.

7 j.reintegranda.de reſtitu.ſpolia[...] ex conqueſtione.¶ †Jtẽ not. ꝙ licet reuocatio iudicũ ſit in libe[...] facultate delegantis.ff.de iudi.l.iudiciũ ſoluitur.tamen [...] non debet fieri ſine cauſa.Cauſa autẽ eſſe poteſ[...] [...]ccuſatio vel appellatio vel legitima ſuſpicio. facit.ſ.de offi.[...] leg.c.cum.r.¶ Jtẽ not.ꝙ appellatio ex cauſa

8 legitima excuſ[...] quem a contumacia in comparẽdo.¶ †Jteꝫ no.ꝙ in cauſ[...] [...]llationis ab interlocutoria vbi deuoluitur negotiũ [...] [...]dicem appellationis admitti vr̃ [...] [...]ſibili ꝛ ſuſpẽſiua prĩr.de [...] [...] poſſeſſoriũ recuperãd [...] [...]pellatiõis.de quo

a ¶ Receptio teſtiũ.idẽ ſumm.it [...] ceteri doc. Et ad materiã hui⁹. c.adde [...] docto.in.c. qm̃ frequẽ ter.ſ.e.ti.ꝛ ſpe.ſ.ti.de teſte.§.nũc tractemus vbi de hac materia.

Ayuntamiento de Madrid

de cā poſ. ⁊ propriē. ¶ Jn glo. oriundus. ibi ſufficere non credo potes dicere ſm Hoſt. ꝙ interdū ſufficiat. puta in duobus cōciuib⁹ qui conſueuerūt ſe vt fratres diligere. ſi ſunt in remotis partibus. ⁊ idē dixit ſpe. in ti. ꝗ. §. ſupereſt. verſu. Jtē ſi ſit de terra. ⁊ idē etiā dicit in duob⁹ ciuibus intra ꝓpriā ciuitatē ſi alter eorū detur iudex in cā alterius cōtra forenſem. ¶ † Quid autē ſi pars aliqua aliquid occulte dixit alꝰs ſibi ſibilauit ſcōm ſpe. in aure iudicis. an ex hoc iudex reddatur ſuſpectus. tenuit ſpe. ꝙ ſic in ti. de poſitionibus. §. vij. in prima ſeu ſecunda col. verſi. quid ſi ponens. nā releuet qd̄ eſt ſibi dictū. et ideo cauere debet ſibi iudex ne in occulto aliquā partē audiat facit qd̄ habetur. j. de here. cū ex iniuncto. ⁊ tractauit hic. d. Ant. qualiter quis ſortiatur forum in loco domicilij originis ꝓprie paterne vel auite. de quo per Bar. in. l. aſſumptio. §. filius. ff. ad munici. ¶ Jn gl. fauens in ſi. Aduerte q꞉ ꝙ dicit hic gl. in ſi. non videtur ſoluere proximum contrarium poſitū in verſu ſed vř. ſed primum poſitum in principio gl. Unde ad contrariū proximū poſſes dicere ꝙ non eſt verum ꝙ modica cauſa repellat iudicem ꝫ non teſtē. Nec hoc dicunt iura allegata in gl. ſed bene dicūt ꝙ facilior cauſa repellit quem a iudicando ꝙ̄ a teſtificando. ⁊ ratio aſſignatur in. c. accedens. ¶ Extra gl. licet Joan. and. hic ſatis inſtet. tene. ꝙ iſte vice comes appellauit ⁊ petebat omnino alios iudices ſubrogari et etiam decerni irritum proceſſum primorū iudicū etiam ſe reſtitui ad vxo. et terrā quibus fuerat ſpoliatus. vnde papa q꞉ conſtabat ſibi iudices primos ſuſpectos cōmiſit cauſam ſecūdis de quibus in ſupraſcriptione. et quo ad proceſſum mandauit ſecundis iudicibus ꝙ inquirerēt an rite eſſet factus et mandat etiam illū reſtitui ad vxo. ⁊ terram.

1 ☞ Teſtes an ⁊ qn̄ poſſint recipi lite non conteſtata.

2 Actor agere non poteſt ante euentum diei vel conditionis.

a **Quoniam.** [a] Diuidit̄ . . . duas ptes principales. . . . do ponit regulā de teſtibus non recipiendis ſuper principali li. nō cōteſt. et ſex caſus exceptos a regula. Secundo ponit qn̄o procedi debeat quando reus eſt contumax lit. non conteſt. Secūda ibi: in alijs. Prima ſubdiuiditur. nam primo ponit regulam. ſecūdo caſus exceptos. Scḋa ibi: niſi forte. Jlla ſecunda ſubdiuiditur in tres. nā prīo ponit duos caſus exceptos. ſecundo alios duos. Tertio alios duos. Secunda ibi. §. porro. Tertia in. §. ſunt et alij. ¶ Et hoc intendit vſq꜄ ad. §. porro. lit. non conteſt. nō recipiuntur teſtes ſup principali. Fallit cū timetur mors. vel abſentia teſtium. quo caſu recipiunt̄ etiā cōtra nō contumacē ita tn̄ ꝙ infra annū reus cōueniat̄. vel ſibi denūtietur. alias atteſtationes non valent. h. d. ¶ Nota ꝙ iura debent adaptari ad illa q̄ frequenter accidunt. de quo in. c. literas. in gl. pe. j. de deſponſa. impub. ¶ Jtem no. ꝙ ad papā ſpectat decidere opiniones ⁊ dubia iuris declarare. facit qd̄ no. s̄. de foro cōpe. licet. et. j. qui ſi. ſint legi. per venerabilem. ¶ Jtem no. ꝙ prouideri debet ne veritas occultet̄ ⁊ ne ꝓbationis copia ſubtrahatur etiā per caſus fortuitos. ¶ Jtē not. ꝙ multiplici de cauſa poteſt timeri de morte teſtium vꝫ q꞉ ſint ſenes vel infirmi vel ex alia rōnabili cauſa vt quia forte habēt ire vltra mare vel ingredi bellū campeſtre. facit. l. j. ⁊. ij. ff. de dona. cā mor. ¶ Jtem no. ꝙ iura debent fraudibus obuiare. facit. j. de diuor. quanto. ¶ Jn gl. ibi: non repetere vſuras. idē ſi iurauit non repetere rē raptam. cū eadē ſit rō. facit. xxiij. q. iiij. qd̄ dicam. ¶ Jn ea. gl. ibi ſe abſtinet ⁊ eſt ratio q꞉ minor nō petit aliquid ab aduerſario ſꝫ ſolū implorat iudicis officium vt ſe poſſit abſtinere ab hereditate. ¶ Jn ea. gl. ibi: cū in integrum reſtitutio incidenter poſtulatur. ſecus ſi principaliter vt eſt caſus ſm vnam lecturam in. c. ij. s̄. eo. ¶ Jn ea gl. ibi: de iniquitate iudicis. et ſic qn̄ appellatur ab interlocutoria vel grauamine. tn̄ idem dicas ſi a diffinitiua q꞉ ſufficit conte. facta in principali cauſa. l. ſi. §. illud. C. de tempo. ap. ¶ Jn ea. gl. ibi: iudicio finium regundorū. ſed certe glo. voluit contrarium in. l. iij. hic allegata. ¶ Jn ea. glo. ibi: hereſis poſt mortem. Et tunc qualiter ferri debeat ſnīa cū mortuus nō videat̄ poſſe cōd . . . i. eſt gl. no. que reputatur ſingularis in. §. per cōtrariū. inſti . . . re. que ab inteſta. vñ non debebit iudex damnare eū. ſed pronūtiare illū fuiſſe hereticū ⁊ p hoc eius memoriam damnare. ¶ Jn ea. glo. ibi: ne diu. loquit̄ in apparitore ſeu nuntio delinquēte in officio. ¶ Jn ea. gl. ibi: pſona eſt incerta. vt qn̄ reperit̄ libellus diffamatorius alterius. nec ſcitur quis fecerit facit. l. j. C. de famoſis libellis. ¶ Jn ea. glo. ibi: cū olim. Solue vt ibi no. q꞉ ille text. potius concordat ſi bene pōderet̄. ¶ Jn ea. gl. in ſi. Hodie habet̄ li. vj. ⁊ adde etiā caſus qui habētur in cle. diſpendioſam. de iudi. ⁊ de offi. or. o . . . s. in. vj. et de homi. p humani. eo. li. ⁊ alios etiā pſequi . . . ſup hāc gr . . . h⁹ hic p eū. ¶ Jn gl. ij. in ſi. e . . . v . . . itibus ꝫ poſſet fieri con . . . e. prudentiam. §. vj.

a ¶ Cōm. ſup hoc. c. vide hic do. Fel. q āpliat et egregie cōmētat⁹ eſt hoc. c. et ſi tibi ſit pro additiōib⁹ huius. c.

cipiunt̄. hoc verū regulariter. ſed fallit ſm Uince. qn̄ intereſſet accuſatoris. vt q꞉ obligatus eēt ad penā talionis ſeu ſimilitudinis vt dicit qd̄ eſt poſtꝙ̄ ſe inſcripſit accuſationi. j. de accu. in. c. licet. ¶ † Jn gl. ſubtrahat̄. ibi: ad legem aquiliā in lege. Aduerte q꞉ ibi eſt caſus ſm vnum intellectū ꝙ qn̄ debitū eſt in diē vel cōditionale. ſi dubitet̄ de morte teſtiū ꝙ poterūt recipi teſtes ēt ex pte actoris lit. nō cōte. ⁊ fieri publicatio ad eternā rei memoriā. nā tūc vř eadem ratio q̄ in reo. q꞉ ſicut cōcedit̄ reo vt poſſit facere recipi teſtes ⁊ etiā publicari. q꞉ nō eſt in poteſtate ſua qn̄ cōueniat̄. l. pure. in ſi. ff. de doli excep. Jtē † nō eſt in poteſtate actoris agere ante euentū diei vel cōditionis. ⁊ ſic in quantū hic dr̄ qd̄ receptio teſtiū ſolū fit ſed nō publicatio. facit qd̄ no. p gl. in. §. ſunt ⁊ alij. intelliget qn̄ debitū eſt purū. ¶ Poſſes tn̄ dicere ꝙ illa. l. in. l. aquilia loquitur qn̄ deletum eſt chirographum. tn̄ Bar. ibi vř velle idē etiā ſi non ſit deletum. ſi dubitet̄ de morte teſtiū ante euentū diei vel ꝯditionis. pro quo facit. q꞉ tunc eadē eſt rō in actore que in reo vt pdixi. ¶ Jn glo. timet̄. ibi: niſi in cauſa publicationis. i. qn̄ recipiunt̄ teſtes ad eternam rei memoriā. ¶ Jn ea gl. ibi: in primo rñſo ⁊ ſcḋo. i. inter principiū huius decre. ⁊. §. porro. ¶ Jn ea glo. infra annū ibi vtilis eſt ab initio. quaſi velit ꝙ ſit cōtinuus in pceſſu. facit qd̄ not. in cle. vnica. de reſti. in integ. ¶ Jn gl. non valeant. in ſi. not. bñ ꝙ vbi actus reſpiciens. cōem vtilitatē exercet̄ p aliquē ſi omittat̄ ſolēnitas requiſita p exercentē vitiet̄ quo ad cōmodū exercentis. ſed nō quo ad cōmodū alterius ptis maxime qn̄ ſolēnitas requiſita per exercentē vitiet̄ quo ad cōmo . . . tis. ſed nō quo ad cōmodū alteri⁹ ptis maxime qn̄ ſolēnitas exigitur poſt actum et ſic facit ꝙ vbi appellatio nō fuit intimata ſm formaꝫ cle. cām. de elec. ꝫ non proficiat ad cōmodū appellantis. tamen prodeſt quo ad appellatū ſi vellet pſequi. facit qd̄ no. in. d. cle. cām in verbo deuolutā. ⁊ ſic facit ꝙ vnus ⁊ idem actus pōt valere certo reſpectu ⁊ reſpectu certe pſone. ⁊ certo reſpectu ⁊ reſpectu alterius pſone nō ⁊ ſic facit ad no. p Bar. in auť. ſed cum teſtator. C. ad. l. falci. vbi dixit ꝙ inuentariuꝫ pōt valere reſpectu certorū creditorū qui fuerunt vocati. ꝫ non valeat reſpectu nō citatorū. ibi tn̄ non decidit. facit qd̄ habet̄ in. l. de vnoquoꝗ. ff. de re iudi. ¶ Jn gl. in fraudē. ibi iuris ⁊ de iure. Hoſt. hic videt̄ tenere ꝯriū ꝙ imo ſit iuris tm̄. per id qd̄ dixit gl. in verbo infra annū. Sed potes tenere gl. q꞉ ꝫ annus non currat ſi probatur impedimentū. tn̄ ſi potuit denuntiare ⁊ non fecit. tūc eſt pſumptio fraudis ⁊ iuris ⁊ de iure. nec admittet̄ probatio in contrarium. et ſic intelligatur hec glo.

1 ☞ Lite nō cōteſt. pñt recipi teſtes cōtra contumacē qn̄ agit̄ de cauſa matrimoniali ſpirituali vel carnali.

2 Procedi non debet ad diffinitiuam niſi liqueat de cauſa.

1 **Porro.** Si agat̄ de matrimonio ſpūali vel carnali contra ꝯtumacē recipi pñt † teſtes etiā lit. nō conteſt. ⁊ cauſa diffiniri cōtra non cōtumacē non. ſed tūc in ſpūali coniugio contracto ſeruari debent antiqui canones. in cōtrahēdo vero expectabitur abſens p ſex menſes niſi iudex aliter arbitretur. Jn carnali vero abſens non cōtumax expectabit̄. h. d. vſq꜄ ad. §. ſunt ⁊ alij. ¶ Et primo dicit qd̄ iuris qn̄ eſt cōtumax ſecundo qn̄ non eſt contumax. Et primo de ſpūali. ſcḋo de carnali. ibi: ſi autē. ¶ Jn tex. ibi: quod. q꞉ ſupra dictum eſt non debere recipi teſtes lit. non conte. ſi nō timetur de morte vel abſentia diuturna. ſed in caſib⁹ ſequentibus aliud obſeruat̄. ¶ Not. j. rationem ſpecialitatis quare cōtra contumacem procedit̄ in matrimonio ſpūali vel carnali etiā lite non conteſt. nam rō eſt ne propter longā morā ⁊c. vt in litera pꝫ. ¶ Jtē no. ꝙ hoc caſu requirit̄ citatio peremptoria. Secus quo ad condēnationē expenſarū vt no. s̄. de pcur. querelam. ¶ Jtē ſecus quo ad preuētionem iuriſdictionis ⁊ perpetuationē de quo. s̄. de foro cōpe. c. pe. ⁊ de offi. deleg. ꝫ. ¶ Jtē no. certos modos quibus qs cōſtituit̄ in vera cōtumacia. facit qd̄ habet̄ in. l. ex conſenſu. §. ſi. ff. de app. ¶ Jtem † no. ꝙ non dꝫ procedi ad diffinitiuam niſi liqueat de cauſa. Facit. xi. q. iij. graue. ⁊ qd̄ no. in. l. ſi de meis. §. ſi. cum. l. ſequenti. ff. de arbi.

1 ☞ Matrimoniū ſpirituale contrahitur inter eligētes ⁊ electum etiam ante cōfirmationem. ⁊ nu. 3.

2 Citari non debet quis extra prouinciam.

3 Clericus ſe abſentans a beneficio anꝙ̄ priuetur dꝫ trine citationis edicto moneri nec ſufficit vnica etiā peremptoria.

4 Citatio ad domum an ſufficiat quo ad valorem ſententie.

1 **Si vero . . . er.** ¶ † No. ſm Hoſti. ꝙ et an cōfirmationē ꝯbit̄ matrimoniū ſpi . . . tuale . . . j. de quo in. c. cū inter canonicos. s̄. Itē no. ꝙ cū hic generaliter loquat̄ eccleſiam dicit̄ etiā ꝯbi matrimo . . . um. facit quod no. in. c. . . . tur de . . . ituali coniu . . . contracto

Ayuntamiento de Madrid

ſio contracto cōtra nō cōtumacē ſeruari debent iura antiqua
quid diſponant tangit in gl.Si vero de cōtrahendo expecta-
itur p lex mēſes ſm hec tpa.Hodie vero dic vt in.c.j.ꝛ.c.cupiē
es ꝛ.c.q̄ ſit.de elec.in.vj.ꝛ.e.tit.ſi electio.ꝛ.c.ſi.¶ Itē no.dila
tiones foꝛe arbitrarias.facit qd̄ habet in.c.j.ſ.de dila.ꝛ.ff.de re
iudi.in.l.ij.¶ Itē no.quod in matrimonio carnali cōtra nō cō-
tumacē non dꝫ pcedi.quod videtur verum qñ abſqꝫ culpa eſt
abſens vt hic innuit litera ꝛ ſic a cōtrario ſecus videtur ſi pro-
pter ſui culpā ſit abſens.de quo in.c.j.ſ.q ma.accu.poſ.¶ Iteꝫ
no.ꝙ quis interdū punitur ſine culpa.ſi ſubſit cauſa alias ſecꝰ
2 de quo in.c.ij.ſ.de [illegible] ꝛ de reg.iur.ſine culpa.lib.vj.¶ † Ulti
mo not.arg.ꝙ extra prouinciam nō debeat qs citari.de quo in
c.dilectus.ſ.de pcura.ꝛ per Inn.in.c.ſi.ſ.de eo qui mit.in poſ.
vbi plene tractat materiā citatiōis.ꝛ p Bart.in.l.iiij.§.pretoꝛ.
ff.de dam.infect.¶ In gl.alicuius.in.ij.gl.bene dicit in ſe qꝛ
locum habet in electo ꝛ nō cōfirmato.tñ ſm Inn.ꝛ Hoſtiē.etiā
in confirmato poteſt habere locum ſi agatur de federe matri-
monij ſpiritualis,ꝛ ſic de titulo.vt ſi dicatur eū qui longo tem-
poꝛe poſſedit beneficiū a pꝛincipio fuiſſe intruſum per potētiā
vel ſimoniace vel cōfirmationē fuiſſe nullā.nā contra cōtuma-
cem poterit pcedi etiā lit.non cōteſt.ſecꝰ eſſet ſi peteret depo-
ni propter crimē.quia tūc lꝫ eſſet cōtumax nō deberent recipi
teſtes lite non cōteſt.ſicut in ſimili dicimus in matrimonio car-
nali.ſ.e.c.j.qd̄ aūt dicitur in.§.ſi vero.et ſequenti loquit quādo
abſens non eſt cōtumax.¶ In gl.caſibꝰ.in ſi.ꝛ ſic ex ſupabun-
a danti loquitur text.vel poteſt dicere ꝙ dictio tūc a reſpiciat qd̄
dicitur in ſi.videlicet poſſe pueniri ad receptionē teſtiū ꝛ diffi-
nitiuam ſed iſta verba in huiuſmodi caſibus reſpiciāt ꝙ ſequi-
tur de contumacia.et ſit ſenſus ſi apparuerit ꝯtumax in huiuſ-
modi caſibus ꝛc.ꝛ ſic reſpiciant diuerſa.¶ In glo.impedit.ibi
ad domum ſuā vel eccleſiā.ꝛ tutum eſt ſm.d.Ant.ad vtrūqꝫ lo
cum fieri.per id qd̄ habet in cle.clauſam.de elec.tamē ſufficere
videtur ſi fiat ad domū ſolite habitatiōis ꝛ p id qd̄ habet in.c.
vltimo.de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſeruan.ꝛ interduꝫ etiam
ſi nō fiat ad domum vel eccleſiā habebitur p citato pſonaliter
vt in caſu cle.j.de iudi.qñ cauſa eſſet in curia.ꝛ citatio fieret ſm
formā ibi ſtatutam.¶ In gl.maxime.in ſi.pꝛima verioꝛ.qꝛ per
cōſenſum eligentiū ꝛ electi dr̄ ꝯtū matrimoniū ſpirituale etiā
ante confirmationem.vt in.c.cū inter canonicos.hic allegato.
ſed maxime dicitur cōtractū quando eſt cōfirmata.ꝛ ſm hoc.in
ver.ꝙ ſi forſan.loquit qñ electus nondū cōſenſit.ꝛ ex hoc pꝫ ꝙ
maius tpꝰ olim dabat electo ad cōſentiendū ꝙ hodie det.vt pꝫ
in.c.Quis.de ele.in.vj.¶ In gl.in ſacris canonibus ibi vſqꝫ ad
certū tpꝰ.ꝛ ſic exprimit tpꝰ in licentia.Interdū tñ tacite ſubin
telligit.vt ſi detur licentia vt vadat ad ꝯciliū vel pro expediēda
certa cā.nā tunc finis ꝯcilij vel cauſe intelligit eſſe terminus.vt
no.Inn.ſ.de cle.nō reſi.ex tue.¶ Quis aūt habeat ꝯcedere hāc
licētiā.an epꝰ,an vero etiā inferioꝛ p̄latus.no.gl.in.c.lꝫ canon.
ſ.de elec.in.vj.qꝛ ſi eſt p̄latus q habeat poteſtatē deſtinendi ille
pōt cōcedere.alꝰ ſecꝰ.Et nota ꝙ etiā ſi aliqs ſe abſentet ex p-
babili cā vel pro vtilitate eccl'ie non deberet ſe abſentare ſine li-
centia.p id qd̄ habet in.c.relatū.ꝛ.c.ex parte.de cle.nō reſi.ꝛ p
Jo.an.ibi.niſi ꝯſuetudo haberet oppoſitū quia illa poſſet vale
re hoc caſu.Secus quando ſe abſentaret ex volūtaria cā.¶ In
ea.gl.ibi.ſemp ipſum pꝛimo monere.ꝛ ſic vult gl.ꝙ etiā qñ in li-
centia apponit tpꝰ expſſe vel tacite ꝙ nihilominus non pote-
rit pꝛiuari niſi citet ſed Inn.hic dubitauit ꝛ poſuit opi.ſed Jo.
an.cōcoꝛdat qꝛ ſi p̄latus tpe licētie monuit eū ꝙ rediret ſub pe
na pꝛiuatiōis.nō erit neceſſaria alia citatio.facit qd̄ no.in.c.cō-
ſuluit.p gl.ſ.de offi.dele.Secus qñ nō fuit dicta monitio facta
3 ꝛ ſic intelligat hec gl.¶ † In ea.gl.ibi.trine citationis edictuꝫ.
¶ Nota bñ ꝙ requirit trina citatio vt poſſit pꝛiuari.ꝛ ſic non
ſufficiet vnica etiā perēptoꝛia.vt no.Jo.an i addi.ſpe.ſup titu-
lo.de cle.nō reſi.qd̄ eſt valde no.ꝛ facit qd̄ [illegible] t in cle.j.de vi.ꝛ
ho.cle.¶ Et adde etiā ꝙ lꝫ epꝰ faciat edictū ꝯnale ꝙ oēs cleri-
ci abſentes debeāt venire ad reſidētiā faciendā.ꝙ nō p hoc po-
terit pꝛiuari clericꝰ habēs bñficiū nō requirēs reſidētiā.vt hic
voluit.d.Flo.qd̄ eſt valde notandū.¶ In ea.glo.ibi.ſolūmodo
electi.Dic vt hodie habet in.c.j.et.c.q̄ ſit.ꝛ.c.cupiētes.de ele.
in.vi.p gl.in.c.ſi electio.eo.ti.ꝛ libꝛo.¶ In gl.p̄ſumat.in ſi.Tu
tius eſt ꝙ certificet anteq̄ ꝯhat ſm formā dicte aut.hodie.ꝛ de
materia.c.in p̄ſentia.ſ.de ſponſa.ꝛ ibi loquit qñ matrimoniuꝫ
eſt iam contractū.qñ ſpōſalia ſolūmodo eſſent cōtracta.ſeruari
4 dꝫ qd̄ hr̄ in.c.de illis.ſ.de ſpon.¶ In gl.non poſſit.in ſi.de iſta
materia an ſufficiat citatio ad domū quo ad valoꝛē ſnie vel quo
ad alia.recurrendū eſt ad ea q̄ no.p Inn.in.c.ſi.de [illegible] mit.in
poſ.ꝛ p Bar.in.l.iiij.§.p̄toꝛ.ff.de dam.infec.¶ [illegible] ibi
p̄terea.Iſta ſcd̄a eſt vera.q [illegible]
teſt procedi eti [illegible] a nō [illegible]
ſine culpa [illegible] c.a co [illegible]

ſolū periculū foꝛnicationis non eſt cauſa ſufficiēs vt pcedat in
abſentē.ſed contumacia vna cum dicto periculo.vt pꝫ in pꝛinci
pio.§.poꝛro.ſecus ergo vbi non interuenit contumacia.

1 ☞ Teſtes in quibus caſibus recipi poſſint cōtra contuma-
cem lite non conteſtata.

2 Inquirere poteſt inferioꝛ a papa de rebus eccleſie male aliena
tis vel occupatis.

**Sunt ꝛ alij.** In cauſa inquiſitiōis vel publicatio-
nis recipi pñt teſtes lite non conteſta.

1 ¶ No.duos caſus ſpeciales in qbus contra cōtumacē pñt reci
pi teſtes lit.non cōteſt.ſ.in cā inquiſitiōis.ꝛ in cā publicatiōis.
¶ Et ex pꝛimo nota differētiā inter inquiſitionē ꝛ alia iudicia
alias ponit Jo.an.ſ.de accu.qualiter.el.j.itelligit tñ Hoſt.hoc
verū qñ nemine impetrāte inquiritur de exceſſibus alicuiꝰ ab-
ſentis p contumaciā.ſecus ſi per modū querele per aliquem im-
petret inquiſitio.p id quod habet in.c.cum dilectus.de pur.ca.
¶ Ex ſecūdo no.ꝙ cū publicatio [illegible] qua hic habeat locū
in reo.vt tangit in gl.magis [illegible] actori vt pꝫ hic iuncto
pꝛincipio huius decre.nā ibi ex parte actoꝛis recipiunt teſtes
ſed non publicant:hic ſecus qñ ex parte rei.¶ Itē hic recipiū-
tur oēs.ibi ſolū illi de quoꝛū moꝛte vel abſentia timet,et eſt ra-
tio qꝛ in ptāte actoꝛis eſt agere non autē eſt in poteſtate rei qñ
2 conueniat.l.pure.in ſi.ff.de doli excep.¶ † Iteꝫ nota diligēter
dictum Inn.qui vult ꝙ inferioꝛ a papa poſſit inquirere de rebꝰ
eccleſie male alienatis vel male occupatis.ꝛ per hoc limitari po
teſt dictū eiꝰ in.c.ad noſtrā.el.ij.de iureiur.vbi dicit ꝙ inferioꝛ
a papa non inquirit ex officio.qꝛ illud verum niſi pro male alie
natis vel occupatis.

1 ☞ Contumax reus ſi conuenitur actione reali qualiter con-
tra eum procedi de[illegible]t.

2 Reus veniens infra annum poteſt recuperare poſſeſſionem.

**In alijs.** Si reus eſt cōtumax in reali lite non conte.
non recipiunt teſtes ſuper pꝛincipali.ſꝫ mit
titur actoꝛ in poſſeſſionē rei petite cauſa cuſtodie.quā recupe-
rat reus infra annū ſi offert cautionē de ſtando iuri.et expēſas
reſtituat.Poſt annū vero nō audit niſi ſuper pꝓprietate.et hoc
ſi reus noīe ſuo poſſidet ſed ſi cōuenit reali qui noīe alieno poſ-
ſidet.noīabit dñm in iudicio.ꝛ ſtatuet ſibi terminus infra queꝫ
faciat dñm comparere ꝛ ſi infra terminū non venerit iudex illū
citabit.quo adhuc nō veniente iudex mittet actoꝛē in verā poſ-
ſeſſionē.Si vero actio eſt pſonalis,mittet actoꝛ in poſſeſſioneꝫ
pꝛimo mobiliū.ſecundo immobiliū vel excōicabitur reus.h.d.
vſqꝫ ad ſi.¶ Et pꝛimo loquit qñ reus eſt cōtumax lit.non con-
teſt.cōtra quē agitur reali.Secundo qñ agit pſonali.Secunda
ibi:ſin aūt.Pꝛima ſubdiuidit.qꝛ pꝛimo ponit quid iuris cū con
uenit reus poſſidens noīe pꝓpꝛio.Secundo qñ conuenitur reus
1 poſſidēs noīe alieno.Scd̄a ibi:ꝙ ſi ſuper.¶ † No.j.qualiter ſit
procedendū cōtra reū ꝯtumacē ante lit cōte.ſi conuenit actiōe
reali.qꝛ mitti dꝫ actoꝛ in poſſeſſionē rei petite.Et nota cām q̄re
que pꝫ ex litera.ex qua nota ꝙ talis poſſeſſio etiā dr̄ tedialis.et
2 quare ſic dicat tangit in gl.¶ † Itē no.ꝙ reus veniēs infra an-
num pōt recuperare poſſeſſionē.dumtñ faciat ea que in tex.di
cuntur.poſt annū vero non audit de poſſeſſione ſed de pꝛopꝛie-
tate.¶ Itē no.ex verſu ꝙ ſi ſup.quid fiendū qñ cōuentus reali
poſſidet noīe alieno.Et nota caſum in quo lis habetur pro cō-
teſt.quo ad interrumpendā pꝛeſcriptionē lꝫ non ſit vere conte.
facit.l.ij.C.vbi in rem ac.ex qua iſte tex.fuit ſumptꝰ.et multas
queſtiones circa iſtū.§.poſuit.ſpec.in ti.de pꝛimo decreto.§.re-
ſtat.ver.item etiam no.cum ſequentibus.

1 ☞ Reus ſi conuenitur actione perſonali poteſt lite nō con-
teſt.contra eum fieri miſſio in poſſeſſionem pro mēſura debiti
declarati in libello.ꝛ nu.7.

2 Miſſio in poſſeſſionē qñ ſit ꝯ ꝯtumacē ī actiōe pſonali:reꝰ pt
recuperare poſſeſſionē ſiue veniat ifra ānū ſiue poſt.ꝛ.n.9.ꝛ.13.

3 Actio realis p̄ſupponit ius in re ꝛ nō pſonā obligatā:ſed pſo-
nalis pꝛeſupponit perſonam obligatam ꝛ non ius in re.

4 Miſſus in reali an ſtatim efficiatur poſſeſſoꝛ.

5 Creditoꝛ qui poſſidet pignus ſi cōueniat rei vendicatiōe an po
terit nominare dominum in iudicio.

6 Miſſio quando ſit contra minoꝛē ſi vult recuperare an teneat
reficere expenſas.

[illegible] an poſſit iuri offerendi.
[illegible] ſcd̄m anq̄ det in pſonali quātū tpꝰ expectari debeat.
[illegible] pſonali nō lucrat fructus niſi propter nimiā con-
[illegible] s adiudicaret.
[illegible] non lucratur fructus ſed poſt an-
[illegible] ſſoꝛ verus.
[illegible] pōt recuperare poſſeſſionē p̄ſtita-
[illegible] o facta fuit ante diffinitiuā.
[illegible] rcales quedam miſte.

lius
ſit

a ¶ Dictio tūc. Quid hec dictio tunc ſignificet vid ſpec [illegible] iſto. [illegible] o.§.vi dedum reſtat ver.qd ſi velis vide in.l.huiuſmodi.et ibi p Jo.d poꝛ.de ver.ob.ꝛ in.l.ſi ita ſtipulatus.in pꝛi.co.tit.

Ayuntamiento de Madrid

15 Miſſio quãdo fit in pſonali ex primo decreto an debeat adhi beri ſummaria cognitio ⁊ quid in reali.
16 Exceptio excõmunicationis an repellat reum volentem recu perare poſſeſſionem.
17 Defenſio nõ debet denegari excõmunicato.
18 Poſſidere ſe dicens noĩe alieno an debeat illud probare.
19 Et ſi quis dicat ſe poſſidere noĩe proprio ⁊ poſtea velit dicere ꝙ poſſidet nomine alieno an admittetur variatio.
20 Noĩare dñm ĩ iudicio an ⁊ qñ poſſit ꝓcurator ad negotia dat⁹.
21 Noĩe alieno poſſidẽs ſi nõ noĩat dñz in iudicio ⁊ actor obtinet mitti in poſſeſſionẽ an ꝑ hoc ꝑiudicet dño abſenti ĩ poſſeſſiõe.
22 Et ſi cõſtet aliquem nomine alieno poſſidere an habebit locũ rei vendicatio.
23 Miſſus in perſona q non hʒ poſſeſſionem ſed eſt in poſſeſſio ne cauſa cuſtodie an poſſit conueniri rei vendicatione.
24 Conuctus iudicio poſſeſſorio an poſſit dñm in iudicio noĩare.

1 **Si autem.** ¶ † No. qualiter ꝓcedi debeat li.non conte.ↄ reũ ſi conueniꝛ actiõe pſonali quia põt fieri miſſio in poſſeſſionẽ ꝑ menſura debiti declarati in libello, primo mobiliũ. ſcdo immobiliũ vel exerceri cenſura eccleſiaſtica cõtra eum. ⁊ no. ꝙ iudex dʒ incipere ab altera pre dictarũ penarũ quã viderit magis expedire. ¶ Itẽ no. ꝙ exigẽ te cõtumacia põt etiã ad alia ꝓcedere. ⁊ ſic no. illõ vulgatum ꝙ
2 creſcẽte ꝯtumacia creſcere dʒ ⁊ pena. ¶ † Ultimo nota ꝙ qñ fit miſſio ꝯtra contumacẽ in actione pſonali reus põt recuperare poſſeſſionẽ ſiue veniat.j.ãnũ. ſiue poſtea. de quo ẽt ĩ gl.fi. ¶ In
3 gl. actiõe in fi. dic † ꝙ actio realis eſt ꝗ ꝑſupponit ius in re ⁊ nõ preſupponit pſonã obligatã ex contractu, vel ꝗſi. nec ex malefi cio vel quaſi. ſed obligatio pſonalis nõ ꝑſupponit ius in re ſed preſupponit pſonaʒ obligatã ex contractu vel quaſi maleficio vel quaſi. ⁊ hoc ꝓprie ⁊ ſtricte loquẽdo. nã lato ſumpto vocabu lo etiã ille q cõueniꝛ reali põt dici obligatus. nã teneꝛ ad rem re ſtituendã. q̄ꝛ equum eſt ꝙ rem reſtituat. l.qui reſtituere. ff.de rei ven. ſed non eſt ꝓprie obligatus pſonaliter. q̄ꝛ nõ eſt obligatus
4 ex ꝯtractu vel quaſi. nec ex maleficio vel ꝗſi. ¶ † In gl. vt tedio affect⁹ ibi ⁊ erit poſſeſſor. ¶ No. q̄ꝛ hic gl. vꝛ firmare ꝙ omiſſus in reali ſtatim efficiaꝛ poſſeſſor. ſed gl.j. tʒ cõtrariũ. Ideo vt gl. ſalueꝛ a contradictione. Potes dicere ꝙ ſolũ erit detẽtator. tñ ad eũ ſpectabit nedũ cuſtodia fructuũ. ſʒ etiã cultura rei. ⁊ hoc reſpectu poſſit dici poſſeſſor. lʒ ĩpꝛoprie. ⁊ ĩ hoc differat a miſſo in actione perſonali. q̄ꝛ ad eum nõ ſpectat cultura vt gl.j. dicit ¶ In glo. cautione ibi pſtare dʒ. ⁊ ſic iſte tex. ſuppleri dʒ ꝑ.c. ad hec allegatũ in gl. Hoſt. tñ dicebaꝛ ſufficere iuratoriã cautionẽ ꝑ id qd̃ habeꝛ in.c.ex pte.de ver.ſig. ⁊.j.de ſo.odoardus. ¶ Sed potes dicere ꝙ opi.gl. ſit vera. ſaluo niſi ipſe reus nõ poſſit da re ſufficientẽ cautionẽ. q̄ꝛ tũc ſufficiet iuratoria. facit qd̃ habeꝛ in auꝛ. generaliter. C.de epiſ. ⁊ cle. ⁊.j.de do.inter vi. ⁊ vxo. ꝑ ve ſtras. ⁊ qd̃ no.in.c. Odoardus. ¶ In glo. verus in fi. Cõiter ca noniſte tenent opi. huius gl. ſed legiſte cõiter tenẽt primã opi. vt pʒ ex no.in.l.ſi qs emptionis.§.vltimo. allegato in gl. vñ in foro canonico ſeruareꝛ opi. huius gl. in foro ciuili opi. legiſtaꝝ. ꝑ id qd̃ no.glo.in.c.ij.de arbi.in.vj. ⁊ eſt magna differentia. q̄ꝛ ſi infra annũ eſſet verus poſſeſſor miſſus in reali. ſi expelleretꝛ de facto haberet interdictũ vñ vi. Secus ſi nõ eſt verus poſſeſſor l.ſi duo.§.cũ inquilinus.ff.vti poſ. ⁊.l.j.ſi.deijciꝛ.ff.de vi ⁊ vi ar. ¶ In gl. cõſtitueꝛ ibi conſtituit aliquẽ poſſeſſorẽ. hoc verũ qñ fuit imiſſus in poſſeſſionẽ ipſi⁹ rei infra annũ vel facto rei fuit impeditus vt in.c. cõtingit. ſecus ſi iuſſus fuiſſet immiti et ex negligentia nõ feciſſet ſe immitti. facit qd̃ habeꝛ in.l. nõ eſt mi rũ.ff.de pig.act. ¶ In gl. immobilib⁹ ibi. ſed idẽ iuris eſt. ⁊ hec opi. cõiter teneꝛ. q̄ꝛ eadẽ eſt ratio. facit qd̃ no.ĩ.c.ſi.s̃.de foro cõ pe. auꝛ. qua in prouincia. tñ modicũ facit ad iſtã materiã. q̄ꝛ non loquitur in conuento actione reali. ſed actiõe pſonali. ⁊ ibi no minatio nõ fit ad finẽ euitandi iudiciũ ſed vt inſtruaꝛ in defen ſionibus. hic ſecus. ¶ In ea.gl. ibi ius hʒ in re puta emphyteu ta vel feudatarius vel vſufructuarius. ſʒ colonus ⁊ inquilinus vel cõmodatarius ⁊ depoſitarius nullũ hʒ ius in re. ⁊ ſolũ deti nent noĩe alieno. ¶ In ea.gl. ibi. nõ ꝓdeſt dñm nominare, hoc verũ qñ ſolũ cõueniretꝛ reſpectu ſui iuris vt q̄ꝛ agens pretendit ſe emphyteutã ſicut ille q poſſidet. ſed ſi pretẽderet ſe habere to tale dominiũ et ſic etiã directũ. tunc reſpectu directi dñi poſſet dñm in iudicio noĩare. q̄ꝛ eadem eſt ratio. et hoc etiã ten
5 and. hic ⁊ Bar.in.l.ij.C.vbi in rem act. ¶ † Quid autẽ tore qui poſſidet pignus nunquid ſi cõueniaꝛ rei ve poterit dñm in iudicio nominare videreꝛ in re et poſſideat. vt no.in.l.cũ notiſſimi annorũ. ¶ Sed tene ꝯtrariũ. q̄ꝛ non domino. ex quo non habet ius vti ſciẽdum.§.creditor.ff.qui ſatiſ. net dñm ⁊ velit abſolui ab i

poſſeſſionẽ quã hʒ. q̄ꝛ alias dñs cõueniri nõ poſſet ex quo cre ditor poſſideret naturaliter ⁊ ciuiliter. ⁊ etiã rem ipſam detin ret. l.pomponius.§.ſi is qui precario.ff.de acquiren.poſ. et no. Bar.in.l.ij.C.vbi in rem. ¶ In ea glo. ibi ar.ↄ. Hoſt. ſoluit q hoc eſt arbitrariũ, ⁊ ſic intelligit iſta ꝯria.ar.c.ſi.de tranſa. Sed dic melius. q̄ꝛ in primo dici põt ꝙ cõtraria loquanꝛ quãdo ha bens ius re nõ cõuenit ſolum reſpectu iuris qd̃ hʒ, ſʒ indiſtin cte vt q̄ꝛ agẽs pretẽdit ſe directo dñm. ſec⁹ vbi pretẽderet ſolũ modo ſe vtiliter dñm. dicens ſe forte emphyteutam prout dicit poſſeſſor. ſed ſe habere ius potentius. vel dic ad.c.de rebus. ꝙ loquiꝛ ex vrbanitate nõ de neceſſitate ſm do. Anto. Tu potes dicere ꝙ vbi non cõueniebaꝛ reali. ſʒ volebat prelat⁹ excõicare detinẽtẽ rẽ eccleſie tanꝙ male occupatã. ideo ibi dʒ audiri ſi al legat ſe nõ occupaſſe. ſʒ dicit ſibi fuiſſe donatã ab imperatore. ne ſic ſtatim excõiceꝛ ſed quereꝛ quare imperator id feceritet ſi imperator etiã ſine cauſa fecerit erit etiã redarguendus vt ibi diciꝛ. Ad.l.in hoc.de ſeruo corrupto et ad duas leges ſequẽtes alleg.in gl. dic ꝙ non agebatur actione reali ſed actione pſona li. ideo ibi nõ cõueniꝛ poſſeſſor. ſed ille q eſt pſonaliter obligat⁹ ex delicto vel cõtractu. Ad.c. auditis. allegatũ in glo. dic ꝙ vbi abbas conueniebaꝛ pro obedientia. quam non poterat quis in ſeipſo poſſidere, ſed alius in eo facit.j.de inſti.cũ ad noſtrã. et id̃ poteſt ibi dñm noĩare. ⁊ eodẽ mõ põt rñderi ad.c.inter memo ratas. ſm.d. Ant. vel dic ꝙ ſi bene pondereꝛ illud.c. nõ facit cõ tra nec dicit ibi aliqd de noĩatione fienda. ſʒ dicit aſſumẽdos q determinent fines qñ eſt qd̃ de finibus aliquarũ parochiarum. ¶ In gl. ſtatim ibi quã rñdeat ſupple ⁊ ſic anteꝙ litẽ conteſteꝛ ⁊ merito q̄ꝛ ex hac noĩatione in effectu intendit declarare iudi ciũ et abſolui ab inſtantia iudicij. ideo ſicut alia declinatoria dʒ opponi ante lit.cõte.j.de re iudi.inter monaſteriũ. ⁊ no. Bar.in d.l.ij. ¶ In gl. ꝓducendo in fi. Adde ꝙ etiã debebit actor ꝓcu rare ꝙ ꝑ iudicem fiat intimatio mittendo nuntiũ alias non no ceret dño ſi conuentus forte nõ denuntiaret ſibi. l.itẽ veniũt.§. petitã.ff.de peti.here. ⁊ hoc voluit Innocẽ. hic. ⁊ Bar.in.d.l.ij. ¶ In gl. excipiat ibi ſuſcipiat. ⁊ ſic debebit libell⁹ de nouo dari contra dñm competentem ⁊ abſolui ab inſtantia reus prio lo co conuentus. ⁊ hoc expreſſe tenuit Bar.in.d.l.ij. ⁊ per hoc põt inferri ꝙ ſi colonus conuentus reali nominat clericum in iudi cio ꝙ ſi clericus compareat: debebit ſibi dari nouus libellus. et ideo poterit petere ꝙ corã iudice eccleſiaſtico cõueniaꝛ ⁊ nõ co ram ſeculari corã quo fuit conuentus colonus. ⁊ hoc etiã tʒ hic Jo.an. poſt Franciſcũ vercellenſem. Secus ſi vellet comparere ad defendendũ emptorẽ. q̄ꝛ tũc nõ poſſet trahere actorẽ ad iu dicẽ eccleſiaſticũ. lʒ teneatur de euictione ipſi emptori qui emit ab eo. ratio q̄ꝛ tũc emptor conueniꝛ rõne ſue poſſeſſiõis ⁊ iuris quod habet in re. ideo dʒ ſe defendere coram iudice ſeculari co ram quo eſt cõuent⁹. l.j.C.vbi in rem ac. ⁊.l. venditor.ff.de iud. ⁊ voluit ſpec.in ſi.in tit.de prio decre.§.reſtat.ver.quid ſi dñs et ſequẽti. dicit tñ Bart.in.d.l.j.no. ꝙ ſi in [illegible] queſtione emptori compareat venditor q eſt conuentus ab actore ⁊ petat cõpro miſſum inter actorẽ ⁊ euʒ in cauſa iſta ꝙ debebit audiri. q̄ꝛ non agitur de mutatione fori. ſed de quadam tranſactione incunda cũ compromiſſum habeat vim tranſactiõis vt no.in.c. qñta ual lis.de iureiur.ꝑ Inn. ⁊ ideo cũ iſte ſit tractus ad iudiciũ ꝓpter denuntiationẽ ſibi factã in cauſa euictionis ⁊ ſic quodammodo neceſſario veniat ad defenſam. poterit ex ſui pſona exceptionẽ pſonalẽ obijcere in.l. idemꝗ.§.generaliter.ff.mandati. ⁊.l.ꝓcu rator ad exhibẽ.§.j.ff.rem ratã ha. qd̃ eſt valde no. poteſt etiam exponi ꝓprie verbũ excipiat q̄ꝛ poterit repellere actorẽ ꝑ exce ptionẽ ſi qua forte competat cõtra eum. ¶ In gl. cõteſtata in fi. ⁊ ꝑ ꝑdicta dicas idem quo ad perpetuationẽ quia non cenſe tur conte. vt actio ꝑpetuetur in.xl. annis prout fieret ſi vere lis conteſtareꝛ. l.ſi.C.de pſcrip.xxx. annorũ ſed ſolũ interrumpit vt ſic neceſſario de nouo debeat inchoari. ⁊ ſufficiat tp̃s qd̃ primo ſufficiebat dummodo de nouo inchoetur. Unde aũt ſurgat iſta quaſi conteſt. dic ꝙ ſurgat ex eo quia reus nominando dñm in iudicio. videtur negare actorẽ dominũ cum duo nõ poſſint eſſe inſolidum domini eiuſdẽ rei.j.de fide inſtru.inter dilectos. ⁊.ff. cõmodati.ſi vt certo.§.ſi duobus ⁊ dominus ſiue veniat ſiue nõ veniat ex quo eſt ei denuntiatum. ex quo non dicit oppoſitum videtur confirmare aſſertionem coloni ⁊ conſequenter negare agentẽ dominũ. et ideo quodãmodo vꝛ lis conteſtari. De quo ꝑ Bar.in.d.l.ij. ¶ In glo. edictis ibi citationibus. ¶ Nota be ne ꝙ requireꝛ plures citationes. ⁊ ſic tres cum ille habeat vim perẽptorij. l.tres denuntiationes.C.quomodo ⁊ quãdo iud. et ſic facit ꝙ quo ad hoc vt ꝓueniatur ad primum decretũ nõ ſuf ficiat vn tio nõ perẽptoria. ⁊ hoc etiã tenuit gl.in.l.ſi fin cõmunis opinio. et proba ſias con ungunt. licet bu [illegible] cõſentaneum.C. quomodo

Ayuntamiento de Madrid

quõ.ꝛ qñ iudex.¶ In glo.ſummatim ibi ſemiplene.An aũt ſufficiat iuramentũ loco huius ſemiplene pbationis.glo.non bene declarat.tñ videtur ſentire ꝙ ſic.j.in ꝟſi.vnde iudex.ꝛ gloſ.videt hoc tenere.in.§.ſuſcepto.in auẽ.de exhiben.ꝛ intro.reis.colla.v. ¶ Potes dicere prout tangit Bar.in.l.ij.C.vbi in rem actio.ꝙ interdũ agitur de miſſione fienda cauſa rei ſeruãde.vt in actione perſonali:ꝛ tũc quia agitur de modico preiudicio.cum poſſeſſor conuentus nõ perdat poſſeſſionẽ ſufficiat iuramentũ.¶ Interdum agitur de miſſione per quã immiſſus acquirit poſſeſſionẽ. vt quãdo fit immiſſio in reali.ꝛ infra annũ nõ eſſet verus poſſeſſor ſm cõmunẽ opi.canoniſtaꝝ.ꝛ tunc eſſet idem qđ in perſonali:ſed quãdo cõuentus poſſidebat noĩe alieno:ꝛ pter contumaciam fit miſſio in reali ſm formã huius.§.ſi ſtatim fit poſſeſſor. ideo hoc caſu debebit conſtare de iure agentis per vnum teſtem vel per inſtrumenta que prima facie pbent ius eius.ꝛ ſic intelligatur iſta gloſſ.Interdum autẽ agitur de pleno preiudicio.puta qñ petitur interponi ſm decre.ꝛ tunc dꝫ plene debitum probari.l.hereditarium.ꝛ qđ ibi not.ff.de bo.auto.iudi.poſſi.dicetur. tamẽ tunc ſummarie cognoſci.ex quo cognoſcitur parte abſente.vt voluit glo.in fi.in.l.j.C.quorũ ap.ꝛ Bar.in.d.l.ij.ꝛ in.l.cum proponas.C.de bo.auto.iudi.poſ.ꝛ in extraua.ad reprimẽdam. in verbo ſummatim.Spe.tamen in titu.de primo decreto.§.ij.in prin.videtur velle ꝙ quo ad primum decretum ſimpliciter ſufficiat iuramentũ calũnie vel probatio per vnũ teſtẽ vel per inſtrumenta que prima facie probent ius agentis.rõnabilis tñ videt diſtinctio Bar.¶ In ea.glo.ibi reſtitueret.Aduerte qꝛ.§.ſi forte.j.allegatus ꝛ.c.cũ bertoldus loquit quando agit de graui preiudicio vt quãdo deuentũ eſſet ad ſcđm decretũ vel ad diffinitiuam ſed vbi agitur de modico preiudicio.vt quãdo ſolum fieret miſſio cã cuſtodie.videt ꝙ reſtituat.qꝛ pro modico pĩudicio non datur reſtitutio.l.ſcio.ff.de reſti.in integ.ꝛ no.Inno.j.de reſti.in integ.c.cõꝝ.ꝛ facit.C.de reſti.mili.in.l.ignorare.Preterea poſſet tunc de iure cõi recuperare ſolutis expenſis cõtumacie que modice ſunt ꝛ preſtita cautiõe.ergo non deberet reſtitui.l.in cã la.ij.
6 ff.de mino.(ADDI.An aũt† qñ fit miſſio ꝯ minorẽ ſi vult recuperare teneat reficere expenſas.dic vt no.in Spe.de primo decreto.§.reſtat.verſi.quid ſi non reperiant ꝛ ibi per Io.an.in addi.Spe.CIO.)¶ In ea.gl.ibi poſtea vt reus quia fact⁹ eſt de poſſeſſore petitor.ꝛ ſic noua inſtantia inchoabitur.ideo merito nouum iuramentum preſtabitur.l.ij.§.j.C.de iur.calũ.ꝛ.l.ij.cum ibi no.ff.iudi.ſol.¶ In gloſ.reſeruata ibi dubitare.ꝛ ſic videtur in mala fide.ꝛ per ꝯſequens nõ videt preſcribere.j.de preſcrip.c. fi.¶ In ea.gl.ibi ꝛ iuſte poſſidet.quaſi velit ꝙ habet etiam titulum ex quo autoritate iudicis habet etiã poſſeſſionẽ.ꝛ iſtud ſeqtur hic Ioã.an.ſed Cy.in.l.ij.C.vbi in rem ac.tenet ꝯtrium.qꝛ hic iudex nõ agit dare aliquẽ titulũ:ſecus quãdo adiudicat ex ſecundo decreto.l.pretoris.ff.de dã.infec.Bart.in.d.l.ij.ſaluat glo.qñ vellet ex antiquo titulo preſcribere:qꝛ poterit ex quo modo habet poſſeſſionem.per.l.ſi is qui pro emptore.cum gl.ſua.in.§.penul.ff.de vſucap.¶ In ea.glo.in fi.Aliud eſt ergo in iſto caſu ppter maiorem cõtumaciã cum dñs fuerit pluries requiſitus.videlicet per denũtiationem coloni.ꝛ per denũtiationem etiã factã per iudicem:ꝛ etiã per tres citationes poſtea factas.¶ Item qꝛ lis eſt quaſi conteſt.hoc caſu vt dixi ſuper gloſſ.ſuper verbo:conteſtata.vnde ſicut ſi vere eſſet conte.ꝛ fieret miſſio poſt.lit.conte. ſtatim efficeretur poſſeſſor.l.properandũ.§.ſin autẽ.C.de iudi.et ibi no.per gl.ꝛ in.l.conſentaneum.C.quomodo ꝛ quãdo iudex.ꝛ ita in caſu iſto.que rationes ceſſant in caſu.§.precedentis.ver.§.ſi autem.¶ In gloſſ.immobilium.in fi.ſed quid ſi peruertatur iſte ordo,an vitiabitur proceſſus:videt ꝙ ſic.per id qđ habetur.ij.q. vj.§.diffinitiua.ver.prolatã.que eſt lex.C.de ſentẽ.ꝛ interlo.om. iudi.Sed ꝯtrariũ tenet hic Io.an.ꝛ do.Anto.quia hic ponit alternatiua que potius dat electionẽ ꝙ ponat ordinem.vt i reg. in alternatiuis.de reg.iuris.in.vj.ſed certe dictũ eoꝝ procederet ſi litera ſimpliciter dixiſſet mobilium vel immobilium.ꝛ non addidiſſet ſi forte mobilia non adſint.nam per illa verba clare patet ꝙ eſt alternatiua ordinis.dictum tamen eoꝝ poteſt ſaluari quãdo pceſſus iudicis non habet in ſe errorem expreſſum:qꝛ licet faciat immiſſionem in immobilia.poteſt eſſe qđ nulla ſunt mobilia.et ideo valebit pceſſus niſi error in ipſa eſſet expreſſus
7 per.c.j.j.de re iudic.¶ † In glo.declarati in fi.ꝛ ſic pro rata quantitatis petite in libello fieri debebit immiſſio.dicit tamen glo.in auẽ.ei qui iurat.allegata in gloſſ.ꝙ poterit etiam in aliquo vltra fieri immiſſio propter expenſas que fiunt in lite.vel quia res in qua fit immiſſio requirat expenſam.vt quia ſit equu intellige ꝙ etiam debebit declarari per iuramentum per id in glo.ſuper verbo ſummatim.¶ In gloſ.penult.in fi no.in.c.at ſi clerici.de iudi.quia contrariũ pr ca a principio non ſufficeret.¶ In glo.fi.i hec prima opi.eſt nimis rigida.quia

gatiuũ per confeſſionem aduerſarij.ad hoc facit de confeſ.c.j.in vj.Nec obſt.c.is qui.de ſol.quia ibi primo ſoluerat tanꝙ debitum. ideo grauatur in onere illud probandi non eſſe debitum.facit.l. cum de indebito.ff.de proba.que ratio ceſſat in caſu propoſito. iſta tamẽ opi.Io.poterit ſaluari in certo caſu.de quo.j.dicetur.
8 ¶ In ea.glo.ibi preſcriptum eſt iuri offerendi.¶ † No.bene ex
a hac ſecũda opinione ꝙ preſcribi[a] poteſt iuri offerendi.ꝛ eſt communis opi.gloſſaꝝ iuris ciuilis ꝛ canonici.Vltramontani tamẽ in.l.cum notiſſimi.in.§.eodẽ iure.vt ibi refert Cy.tenuerũt contrarium.ꝛ illos ſequitur ibi Bart.ꝛ in.l.pignoꝝ.ff.de vſucapio. ¶ Sed tu potes tenere gl.quia licet ius offerendi videatur quedam facultas.tamen quia ex illa deducitur in exercitium immediate ſm ſuam naturam oritur ius agendi:quia oritur pignoratitia actio.l.ſi rem.§.omnis.ff.de pig.acti.ideo ei poteſt preſcribi.ſicut ꝛ iuri adeũdi.prout idem Bar.voluit in.l.via.ſi.de condi.ex lege.ꝛ pro iſta parte videt text.in.l.in bello.§.ſi quis ſeruũ. ff.de capti.nec ob.l.viam.ff.de via publica.quia ibi loquitur in facultate que licet deducatur ad actum nõ tamẽ immediate ſcđm ſuam naturam producit actionem:ideo et nõ preſcribitur.nam lꝫ quis vadat per viam publicam hoc naſcit actio.ꝛ nõ de materia etiã dixi in.l.ſi finita.§.poſtea aũt.ff.de dam.infec.ꝛ in.d.l.pignoꝝ.facit qđ no.glo.in.l.iij.ff.de acqui.here.Et no.ꝙ preſcribetur ſpatiõ.xxx.annoꝝ huic iuri offerendi.vt.j.tangit glo.in verſi.alias vſqꝫ.Et no.etiam iſtam opi.Lau.in effectu ſequitur glo. hic in ꝟ.dicas.vt pꝫ in gl.(ADDI.vel dic ꝙ opi.Lau.eſt diuerſa ab opi.gl.quia Lau.loquitur qñ offertur debitum.gl.vero etiã qñ nõ offertur.CIO).Potes concludere vt hic etiam vo-
9 luit Io.an.ꝙ† ſi in perſonali nõ eſt deuentũ ad ſcđm decretum. ꝛ ſic non eſt diſtracta res nec adiudicata.tunc auditur reus volens recuperare poſſeſſionem ſiue veniat.j.annũ ſiue poſtea.vt dicit gl.ſecus ſi eſt diſtracta.Si autem nõ eſt diſtracta ſꝫ adiudicata agenti pro debito tũc ſm gl.non debet audiri amplius re⁹.
10 ADDI.Quantũ expectari† debeat vt detur ſm decretum in perſonali dic ꝙ arbitrariũ eſt vt dixit gl.in.l.cum pponas.C.de bo.au.iudi.poſ.tamẽ equum eſt ꝙ arbitret de anno per dictum Inn.in.c.dilecto.de verb.ſign.CIO.)Sed Bar.dixit ꝙ audietur.j.biẽnium.per.l.ſi.C.de iure do.impe.vt ipſe no.in.l.ſi finita. §.iulianus.ad fi.ff.de dã.infec.¶ Sed forte illud dictũ non pcedit quia.d.l.ſi.de iure domi.impetran.loquitur quãdo quis impetrat dominiũ rei a principe.quo ſeruatur ſolẽnitas illius.l.ſed hic quando impetratur a iudice quo caſu nõ loquitur illa.l.facit quod habetur in.l.ſi pri⁹.hic allegata.ꝛ in.l.a diuo pio.§.ſi poſt aliquẽ.ff.de re iudi.licet do.Anto.hic tranſeat cum opi.Bart.in hoc articulo.ꝛ etiam in ſuperiori de iure offerendi.¶ Si autem aliter ſit interpoſitũ ſcđm decretũ cõſidera eius formã:vt hic voluit Innoc.nam ſi iudex dixit ꝙ nõ deberet deinceps audiri re⁹ niſi probaret indebitum nõ audietur niſi hoc probet.ꝛ hoc caſu procedet opi.Io.poteſt eñ iudex hoc facere.qꝛ ſi poteſt adiudicare vel diſtrahere quod eſt plus fortius facere hoc qđ eſt min⁹. debebit tamẽ plene inquirere de debito ex quo deuenit ad ſcđm decretũ.vt dixi ſup glo.in ver.ſummatim.¶ Item poſſet iudex ex ſcđo decreto in perſonali conſtituere eum poſſeſſorẽ:vt ſic deinceps nõ audiatur volens recuperare poſſeſſionẽ donec diſcuſſum fuerit an ſit debitum vel nõ:ꝛ ſic hoc caſu licitum erit creditori rem tenere donec de hoc fuerit diſcuſſum.ſed ante ſcđm decretum poterat reus recuperare oblata cautione de iudicio ſiſti ꝛ reſtitutis expen.niſi forte incontinenti.vt hic tangit do.Ant. voluiſſet creditor de iure ſuo docere.¶ Sed forte iſtud procederet quãdo actum eſſet hypothecaria.de qua.j.dicetur.alias videtur ꝙ non impediatur reus recuperare poſſeſſionem ante ſecũ-
11 dum decretum.¶ † Et no.ꝙ licet miſſus in perſonali non lucretur fructus tamen ſi iudici videretur poſſet pter nimiam contumaciam iudex adiudicare ſibi fructus.l.fulcinius.§.fina.ff.ex
12 quibus cau.in poſ.eatur.† Miſſus autẽ in reali ante annum nõ lucratur fructus:ſed poſt annum cum tunc efficiatur verus poſſeſſor.vt.ꝫ.in.§.in alijs.et hoc tenet Barto.in dicto.§.iulianus. ¶ Quid autem ſi actum fuerit in hypothecaria.glo.fuerũt contrarie.nã glo.in.l.ſi quis emptionis.ꝯ per ꝯ ni.C.de preſcript.xxx. annoꝝ.dicit idem ꝙ quãdo agitur perſonali.Sed glo.in.l.iij.§. fi.ff.de acqui.poſ.videtur velle idem qđ qñ agit reali.Potes dicere ꝙ cum per hypothecariam intendat agens vendicare poſſeſſionem.l.ſi cum venditor.ff.de euictio.quod ante annum non erit poſſeſſor.ſed poſtea ſic ſi cut in reali:per quem etiam agitur ad nocẽdi poſſeſſionem tene ndo opi.glo.in verbo:conſtituetur. en erit differentia in hoc quia ſi actum fuit cõtra debitorem annum:non audietur debitor volens recuperare poſſeſſio- ſi creditor velit tenere donec diſcuſſum ſit de debito.ſecus t ante annum.vt voluit Bart.in dicta.l.iij.§.fina.ꝛ Cy. C.de bo.auẽ.iudi.poſſidẽ.Sed ante annum. ontinenti creditor probaret de iure debi-

[a] ¶ Preſcribi an poſſit iuri offerendi. Sup hoc vide hic dc. Ant. ſic. in xxvi. colũ. ver. gl. fina. vbi late per cum.

Ayuntamiento de Madrid

ti ⁊ hypothece.arg.l.ſi is a quo.ff.vt in poſ.lega.Licet Specu.et
Bart.teneant hanc limitationem:tamē nō videtur vera per.l.ſi
quis emptionis.§.j.cum ibi no.per Cy.⁊ Ang.Si autem actum
fuiſſet cōtra tertium.tūc poſt annū non audietur ille ter[illegible]ius niſi
probaret ſe dn̄m.ſecus ſi veniret poſt annum.de.quo per Joā.in
addi.Specu.in titu.de cōtu.§.ſequitur.quaſi circa princ.¶ Nec
ob.ſi dicatur ꝙ extraneus probans dn̄ium non debet obtinere:
quia nō per hoc videtur excludi intentio creditoris in hypothe-
caria cum ei ſufficiat rem fuiſſe in bonis debitoris tempore quo
fuit obligata.l.⁊ que [illegible]adum.§.ꝙ dicitur.ff.de pigno.quia illud
pe[illegible]eret quādo ille debitor principalis fuiſſet excluſus.alias ſe-
cus.in aut.hoc ſi debitor.C.de pigno.Poſſet etiā dici ꝙ iſte ter-
tius poſſeſſor potuit preſcribere ſpatio lōgi temporis cōtra hy-
pothecariā.l.j.⁊.ij.C.ſi aduer.credito.et not.in.l.cum notiſſimi.
in prin.C.de preſcrip.xxx.anno.¶ Item aduerte qꝛ qđ dixi reū
13 poſſe recuperare †poſſeſſionē qn̄ fit miſſio in pſonali pſtita cautio-
ne ⁊ reſtitutis expēſis pcedit qn̄ facta fuerit miſſio ante diffiniti-
uā:ſec⁹ ſi facta eēt poſt diffinitiuā q̄ trāſiuiſſet jrē iudicatā p ei⁹
executiōe.qꝛ tunc nō recuperaret niſi ſolueret.⁊ eſt ratio diuerſi-
tatis.quia hoc caſu fit miſſio pter cōtumaciā in non ſoluendo:
ideo nō recuperat niſi ſoluat.ſed quādo fit ante diffinitiuam.tūc
fit miſſio pter cōtumaciā in non comparendo.ideo tūc recupe-
ratur cōparendo.⁊ pro iſta differentia bene facit tex.cum ibi no-
14 tatis per Bar.in.l.ſi pecunie.ff.vt in poſ.lega.¶ † Item attēde
qđ cum quedā ſint actiones perſonales:quedam reales:quedam
miſte vt petitio hereditatis ⁊ familie herciſcunde.de iſta miſta
quatenus ſapit naturā perſonalis iudicari debet vt de perſona-
li.quatenus vero ſapit naturam realis iudicari debet vt de reali.
⁊ etiā voluit Joā.and.in.§.in alijs.in nouella.¶ Itē attende ꝙ
actionum perſonalium quedā ſunt mere perſonales:quia ſolum
ſequūtur perſonam.quedam ſunt in rem ſcripte:quia ſequuntur
rem ſeu poſſeſſorē rei:ſicut eſt actio quod met cau.l.ſi cum exce-
ptione.§.hec actio.ff.qđ met.cau.⁊ de iſta videtur iudicādū idem
quod de reali.per id quod not.per [illegible]octo.in.c.ex parte.b.de foro
15 compe.¶ † Itē et attende ꝙ qn̄ fit miſſio i pſonali ex prio decre-
to adhiberi dꝫ ſummaria cognitio.vt pbat in aut.⁊ q iurat.C.de
bo.auto.iudi.poſ.Itē quando agitur reali contra eum qui poſ-
ſidet nomine alieno.vt hic patet in.§.qđ ſi ſuper.ſed vbi agit rea-
li contra eum qui poſſidet nomine proprio.tunc an debeat pre-
cedere ſummaria cognitio.fuerunt opin.nam quidam dixerunt
ꝙ non.per.§.in alijs.vbi hoc non videtur exigi.¶ Sed contra-
rium cōmuniter tenetur.quia ſi exigit ſummaria cognitio quā-
do fit miſſio in perſonali quo caſu etiam poſt annum non fit ve-
rus poſſeſſor:vt hic patet:fortius debet requiri in miſſione rea-
li cum fiat poſt annū verus poſſeſſor.vt patet in.§.in alijs.argu.
aut.multo magis.C.de ſacroſanc.eccle.⁊ eius quod not.gl.in.c.cū
in cunctis in princip.de elec.nam de maiori preiudicio agitur in
reali.vt patet ex predictis.⁊ ſic cautius eſt agendum.vt in.c.vbi
16 periculum.de elec.in.vi.¶ † Extra glo.adde dictis Jo.and.pri-
mo.in.§.in alijs.inquantum tangit reus volens recuperare poſ-
ſeſſionem repellatur per exceptionē excōicatiōis.nam Spe.vi-
detur velle ꝙ nō.in tit.de cōtu.§.ſi.verſi.ſed pone reus.Sed Ho-
ſti.ↄtra.de verbo.ſig.in.c.dilecto.Barto.in.l.de pupillo.§.ſi.ff.de
no.ope.nun.cōcludit ꝙ quādo quis venit principaliter tanꝙ re⁹
ad ſe defendēdum:⁊ in conſequētiam ad recuperandam ſuā poſ-
17 ſeſſionem qđ tunc nō ob.excōicatio.qꝛ †defenſio nō debet dene-
gari excōicato.j.de excep.cum inter.⁊ ideo i caſu.§.in alijs.quia
prius vocatus eſt ad iudicium tanꝙ reus.⁊ ſic comparens venit
ad ſe defendendū:ideo tūc nō repelletur per excōicationē.ſecus
qn̄ principaliter veniret ad recuperādam poſſeſſionem.vt quia
alias nō fuiſſet citatus.ſed forte vellet dicere tenutam nullā da-
tam in preiudicio ſui tenentis et poſſidentis.vel vellet dicere ſe
debere reſtitui tanꝙ ſpoliatum.nā tunc ob.exceptio excōicatio-
nis.quia videt actor ex quo nō citatus alium prouocat ad iudi-
cium.per.l.in tribus.ff.de iudi.facit qđ no.Joā.and.in.c.j.de re-
ſcrip.in.vj.⁊ in glo[illegible] ex inſinuatione.ſ.de procura.⁊ de mate-
ria etiā dixi plenius in.d.§.ſi.ſed iſte videt intellect⁹ ⁊ mēs Bar.
18 in loco preallegato.l[illegible]aliter obſcure fuerit locut⁹.¶ † Itē
adde in.§.ꝙ ſi ſuper inquan[illegible]i dicit poſt Jaco.de are.ꝙ ſi cōuen-
tus dixit ſe poſſidere nomi[illegible] alieno.debet illud probare.nam
Bar.tenuit oppoſitū in.l.ij.C.[illegible]bi i rem actio.vbi dicit ꝙ ſtatur
eius aſſertioni.niſi probet cōtra[illegible].⁊ iſtud etiā videtur fuiſſe de
mēte Inno.dū dixit ꝙ ſi iſti qui p[illegible]ſident nomine alieno nolūt
reſpondere.ſed ſimpliciter dicūt qđ [illegible]olūt defendere ab[illegible]ntē ſe-
cūdum tenorē iſtius.§.qđ abſoluēdi [illegible] ab inſtantia iudici[illegible]
agens velit probare quod poſſideat vt ſic ex mendacio tra[illegible]
tur in eū poſſeſſio.l.ſi.ff.de rei ven.⁊ iſta opi.videt magis d[illegible]
19 te iſti⁹ tex.⁊ dicte.l.ij.quā etiā videt ſequi hic do.Anto
adde ꝙ ſi quis dicat ſe poſſidere nomine pro[illegible]
dicere quod poſſidet nomine alieno qđ a[illegible]

te lit.conteſta.l.is qui ſe obtulit.ff.de rei vendica.⁊ idem videt ſi
econtra.primo dixit ſe poſſidere nomine alieno.⁊ poſtea dicit ſe
poſſidere ſuo quia ante litē.conteſta.hoc dicere poterit.ſed non
poſtea.⁊ hoc tenet Jaco.de are.Facit.l.electio.§.ſi[illegible].ff.de noxa.
⁊.l.de etate.§.ſi.ff.de interro.ac.¶ Spec.tamen in titulo de [illegible]
mo decreto.§.reſtat ver.quid ſi nominans videtur velle oppoſi-
tum.nā dicit ꝙ per hoc videt cōuinci de mēdacio.⁊ poterit actor
petere ad ſe transferri poſſeſſionem per.l.fina.ff.de rei vendica.
¶ Sed forte verius eſt dictū Jaco.de arena.quia hic nō conuin-
citur de mēdacio per probationes extrinſecas.ſed per ſuā cōfeſ-
ſionem.ideo nō videt habere locū.d.l.ſi.ar.l.eū qui.ff.de iureiurā.
20 ¶ † Itē adde inquātum dicit ꝙ pcurator datus ad negotia po-
teſt dominū in iudicio nominare.nam do.Anto.dicit hoc verū
quādo detinet res ipſius domi.alias cōueniri nō poſſet.¶ Sed
forte hoc dictū nō eſt verum qꝛ procurator datus ad negotia in-
telligitur etiā datus ad lites.l.qui negotia.cum ibi no.ff.manda
ti.⁊ in.c.qui generaliter de procurator.in.vj.⁊ ideo licet nō deti-
neat videtur qđ non poſſit ſe eximere quominus reſpondeat:ſi-
cut nec procurator datus ad cauſas.de quo ipſe ⁊ Inno.fatētur.
Fateor tamen ꝙ licet n[illegible]n poſſit nomi[illegible]are dominum in iudicio
ad ſi.vt eximatur a reſpondēdo:tamē poterit nominare ad finē
vt poſſit inſtrui a domino de defenſionibus.per id quod no.i.c.
21 in pertractādis.j.q.i.¶ † Itē adde inquātum dicit poſt Inn.qđ
quando poſſidens nomine alieno nō nominat dominum in iu-
dicio.ſed procedit in cauſa.⁊ actor obtinet mitti i poſſeſſionem
ꝙ per hoc nō preiudicatur domino abſenti in poſſeſſione.qꝛ iu-
dex hoc non egit.nam in cōtrariū videt tex.in.c.cum ſuper.de re
iudi.⁊ ibi Inno.videtur contrarium tenere.Bar.in.l.ij.C.vbi in
rem actio.ſimpliciter tenet dictū Inno.hic ⁊ non facit mentionē
de dicto.c.cum ſuper.Sed dn̄s Anto.nititur concordare:qꝛ aut
agens conſequitur poſſeſſionē in cōtumaciā cōuenti:⁊ tunc non
nocebit domino.ar.l.preſes.C.de pig.⁊.l.qui repudiāte.ff.de in-
offi.teſt.ſi autem obtineat in contradictorio iudicio.tūc ſi domi-
no abſente ⁊ ignorante.⁊ tunc idem qꝛ non fit ei preiudicium.Si
aūt domino ſciente ⁊ non contradicente.tunc fit preiudicium in
poſſeſſione licet nō in proprietate.vt.d.c.cum ſuper.⁊ hec diſtin-
ctio prima facie rationabilis videtur tamen tex.ille ſi ponderet
videt velle ꝙ fiat preiudiciū etiā ignorāti in poſſeſſione ſi agens
obtineat illum aſſignari.vnde hoc pendet ex intellectu illius.c.
22 ⁊ erit ibi [illegible]xaminādum.¶ † Item adde inquātum Inno.hic di-
cit ꝙ ſi conſtat quem poſſidere nomine alieno ꝙ nō habebit lo-
cum rei vendicatio.⁊ ſic intelligit.l.officium.ad ſi.ff.de rei vend.
nam iſtud non videtur verum per illum tex.non deſtruendo ni-
ſi aperte dicitur oppoſitum.ſ.ꝙ tales ex quo habent facultatem
rei reſtituende poſſunt conueniri rei vendicatione.Fateor tamē
ꝙ poterunt ſe exi[illegible]ere nominādo dominū in iudicio ſm formā
23 huius.§.⁊.d.l.ij[illegible]i in rem actio.¶ † Eſt tamen dubium.an
miſſus in perſo[illegible] qui non dicitur habere poſſeſſionem:ſed eſt
in poſſeſſione [illegible]a cuſtodie.facit quod not.gloſ.ij.in.§.in alijs.
An talis poterit conueniri rei vendi.⁊ tenuit Inn.ꝙ non in.§.
ſi autem.ſeu in.§.ſi.huius.c.qꝛ talis non videtur habere faculta-
tem rei reſtituende.ſed ſolū cuſtodiēde.nec ob.l.is cui.§.miſſus.
ff.vt in poſ.lega.qꝛ inquātum ibi dicitur talē mittendum in poſ-
ſeſſionem exponi debet.i.cuſtodiam ⁊ ſm hoc.d.l.officium.in ſi.
debet intelligi ꝙ in effectu concludat ꝙ habētes facultatem rei
reſtituēde cōueniantur rei vēdicatione ⁊ per conſequēs velit qđ
miſſus [illegible]auſa cuſtodie non poſſit cōueniri licet de illo fecerit mē
tionē.qꝛ in illo nō cōuenit ꝙ dicatur habere facultatem rei reſti-
tuēde nec ob.predicta.l.celſus.§.i.ff.ad exhi.qꝛ ibi dicitur qđ ha-
bens cuſtodiam bene poteſt oſtendere.⁊ ſic exhibere rem rema-
nente ſibi cuſtodia.ſed non dicit ꝙ poſſit conueniri rei vendica-
24 tione.¶ † Ultimo adde ꝙ circa materiā huiꝰ.§.ꝙ ſi ſuper.An
conuentus iudicio poſſeſſorio poſſit dominum in iudicio nomi-
nare.Nam glo.dixit ꝙ non.xij.q.ij.quicūꝙ.⁊ ſequitur Joā.and.
hic ſuper glo.in ver.immobilibus.Sed contrarium tenuit gloſ.
iuris ciuilis in.l.ij.§.j.ff.de tabu.exhi.⁊ illam ſequitur Barto.in
l.ij.C.vbi in rem actio.nam videt eadē ratio ſecundum eum que
eſt quando cōuenitur quis petitorio.ergo idem ius.ar.de conſti.
tranſlato.cum ſi.¶ Sed do.Anto.hic videtur concordare opi-
niones.qꝛ ſi cōuenitur quis poſſeſſorio ex proprio delicto.puta
poſſeſſorio recuperande vt in decretali cum ad ſedē de reſti.ſpo.
qꝛ non datur niſi contra ſpoliantem vel ratum habētem.vel con
ditione ex decre.ſepe.de reſti.ſpo.que datur contra ſuccedentem
ſcienter in vitium.⁊ tunc non poſſit dominum nominare.intelli
ge ad f[illegible] exi[illegible]endi ex quo ex proprio delicto cōuenitur.Sed
[illegible]rit nominare ad finem inſtruendi.et vt conſulat do-
[illegible]per defenſionibus ſi eius mādato fecit vt in [illegible]ontē.qua
[illegible]rimine agi oportet.⁊ ſic intelligatur gloſſ.c.
[illegible]talis videtur fuiſſe eius mens per iura al-
[illegible]non conue[illegible]iatur ex proprio delicto
[illegible]forte quia

Ayuntamiento de Madrid

forte quia conuenitur poſſeſſorio adipiſcende vel ex canone re integrande ſm notata.in.c.ſepe.⁊.c.cum ad ſedem.⁊ tũc poterit dominum nominare.⁊ ſic intelligatur glo.l.ij.§.j.⁊ dictum Bar. i dictã.l.ij.nam tũc eſt eadem ratio que eſt in conuento iudicio petitorio.⁊ ideo idem ius debet eſſe.

¶De iuramento calumnie. Rubrica.

1 Cauſe grauiores ſeu maiores debent per romanum pontifi cem terminari.
2 Lex ciuilis poteſt prohibere clericis ⁊ laicis ne iurent.
3 Iuramentum calumnie preſtandum eſt in exordio litis.
4 Iuramentum calumnie ſi omittatur an vitiabitur proceſſus.
5 Lex prohibens clericũ iurare habet locum in omnibus clericis.
6 Lex canonica appellatur diuina:⁊ lex ciuilis humana.
7 Iurare cogi non debent clerici:nec etiam religioſi.
8 Iurandum eſt de calumnia in cauſa ciuili ⁊ criminali.
9 Iuramentum calumnie poteſt clericus vel religioſus per alium preſtare.
10 Iurare non debet epiſcopus inconſulto romano pontifice: alij vero clerici inconſulto ſuo prelato.⁊ nu.16.⁊.17.
11 Venia dari non debet delinquẽti quo ad penam temporalem.
12 Iuramentum calumnie quid continere debeat.
13 Iuramentum calumnie an ſit preſtandum in cauſa criminali.
14 Iurare per ſe debet clericus in cauſa propria.
15 Et ſi per ſe litigat cauſam an poterit cõſtituere procuratorem ad iurandum de calumnia.
17 Clericus antequã iuret an de iure teneatur habere licentiam prelati ⁊ quando.

a INherentes. Clericus[a] in cauſa eccleſie ſue iuramẽtum calũnie põt alteri cõmittere ſi vult:per ſeipſum aũt preſtare non cogitur.h.d.Et primo premittit ꝙ dubia determinare ſpectat ad papã.Scdo. ponit dubiũ pcedens ex ↄtrarietate duarũ legũ. Tertio illud diffinit.Quarto diffinitionem moderat.Quinto ⁊ vltimo cõminat.Scda ibi legibus.Tertia ibi:vt ergo.Quarta ibi:verum.Quinta ibi:oĩbus.¶In tex.ibi verba ſunt, hec ſupple que ſequũtur in verſic.diui Marci.Nam verſi.eiũs itaq̃.qui ſequit eſt de verbis pape.⁊ ille verſi.deberet eſſe ⁊ legi ante ver-
1 ſi.verum.poſt verbum delegare.¶†Not.ꝙ cauſe grauiores ſeu maiores debeant p romanum pontificẽ terminari.facit.j.de ap-pel.vt debitus.¶Et no.qñ debeas illas inter grauiores numerari:
2 in quibus iura ⁊ docto.diſcordare videntur.¶†Item no.ꝙ lex etiã ciuilis videtur poſſe prohibere clericis ⁊ forti⁹ laicis ne iurent.facit.l.ſi quis inquilinos.§.fina.ff.de lega.j.⁊ quod habetur in.l.adigere.§.fina.ff.de iure patro.vbi glo.eleganter dicit ꝙ.l.in materia iuramẽti videtur habere vim apoſtolici.⁊ ſic videtur lex ciuilis poſſe diſponere de iuramento.de quo per do.Pet.de Ancha.in regu.regu.ea que fiunt a iudice.de reg.iur.in.vj.Hoſti.tñ in.c.quemadmodum.j.de iureiur.videt dicere hoc verũ quãdo lex eſt approbata per canonẽ.de quo ibi tangetur.⁊ eo.ti.cum cõtingat.vbi de materia iuramẽti plene per do.An.⁊ per Bart. in.l.ſi quis pro eo.in prin.ff.de fideiuſ.¶Item no.ꝙ clerici non debẽt iurare.⁊ qđ eſt verũ ſine cauſa ſicut nec etiã laici.j.de iureiuran.⁊ ſi chriſtus.⁊ etiã iurare nõ debẽt ſine licentia ſui prelati.
3 vt hic ptʒ circa ſi.¶†Itẽ no:ꝙ iuramentũ calũnie eſt preſtandũ in exordio litis.quod intellige.i.immediate poſt lit.cõteſta.l.ſi.i prin.C.de iura.calũ.⁊.j.eo.cũ cauſam.⁊ facit qđ habetur in fin.in c.ꝙ patribus.lxxv.diſt.⁊ qꝛ qđ incontinenti ſit ineſſe videtur.ſ. de elec.officij.¶Quid aũt ſi non fuerit incõtinenti iuramẽtum preſtitũ.ſed poſtea ex interuallo.an vitietur proceſſus.dic ꝙ nõ.
4 vt in.c.j.j.e.in.vj.vbi ptʒ ꝙ†etiã non vitiat ſi omittatur ex toto. de quo etiam per legiſtas in.l.ij.§.ſed qꝛ veremur.C.de iuramen. calũ.¶Itẽ no.ꝙ etiam ſm ſtatuta imperatorũ canones habent
5 vim legis.¶†Itẽ no.ꝙ lex phibẽs clericũ iurare.de qua habetur in.l.cum clerici.C.de epiſ.⁊ cle.habet locũ in oĩbus clericis.et ſi qʒ ſʒ dirigatur clericis cõſtantinopolitanis tñ ex mẽte hʒ locum
6 in oĩbus.¶†Itẽ no.ꝙ lex canonica appellatur diuina.nam habuit ortum ex autoritatibus noui ⁊ vete.teſta.j.de accu.qualiter ⁊ qñ.el.ij.lex xo ciuilis appellatur humana.facit qđ habet.j.diſt. in prin.decre.quicquid tñ dicatur vt dicit Io.non poteſt negari quinetiã lex canonica poſſit dici humana ⁊ poſitiua quo ad que-
7 dam.¶†Item no.ꝙ nedũ clerici ſed etiã [illegible] ioſi nõ debent
gi iurare.Et no.differẽtiam inter clericũ ⁊
merus laicus poſſet eſſe religioſus non ha
lem.facit qđ habetur in.c.tuam.de eta.⁊ q
8 ¶Item no.ꝙ nedũ†in cauſa ciuili
9 calũnia.de quo in glo.⁊
gioſus poteſt iuramer

eccleſie.⁊ ſic a cõtrario videt qđ ſi per ſe velit iurare ꝙ etiã poſſit
10 ſed nõ cõpellatur.¶Itẽ not.ꝙ†epiſcopus nõ debet iurare inconſulto romano pontifice.Alij vero clerici inconſulto ſuo prelato.de quo in glo.¶Et no.ꝙ dicit prelato ſuo ⁊ non dixit epiſcopo ⁊ ſic ſufficit licentia prelati inferioris epiſcopo.ſcdm Pet.
11 ¶†Vltimo no.delinquenti veniã denegandã.qđ intellige quo ad temporalẽ penã.ſecus quo ad eternam ſi penituerit.l.di.in.c. ferrũ.⁊ de here.e.ti.li.vj.⁊ intellige ꝙ hoc caſu erit pena arbitra-
12 ria.ar.ſ.de offi.dele.de cauſis.¶†In glo.iuramẽtũ ibi qđ verũ eſſe credit.⁊ per hoc.c.tenetur reſpõdere poſitionibus aduerſarij. ⁊ licet reſpondeat per verbũ credit vel nõ credit.tñ preiudicat ſicut aſſertiue reſpõderet.vt no.in.c.ex lris.j.de iureiur.¶In fi. glo.ibi dilationẽ nõ petat:cõſuluit tñ Spec.e.ti.§.ſi.ne iuramẽtum ſuper hoc.c.exigatur.ne detur materia deierandi,ſed de iure debet etiã preſtari.⁊ poterit iudex explicite facere qđ predicta c.iurentur ſi ſibi videat.ſi tñ ſimpliciter iurat de calũnia.virtuali-
13 ter vident oĩa pdicta iurata.facit qđ hr in.l.ſi.C.e.¶†In gl.criminali ibi de fide inſtrumentorum pro iſta parte facit generalitas dicte.l.j.C.co.iuncta.l.cauſas.C.de tráſac.vbi cauſa dicit criminalis ⁊ lis ciuilis.¶In ea.gl.ibi q mortẽ ſibi cõſciuerũt.l.j.Adducitur etiã tertio.quia licitũ eſt tranſigere.l.trãſigere.C.de trãſac. ⁊ ſic videt ꝙ nõ debeat preſtari iuramẽtũ calũ.¶Item adducitur quarto.quia calũnians in criminali punitur ad ſimilitudinẽ ſupplicij.l.ſi.C.de accu.⁊ illud videtur ſufficere.¶In ea gloſ.ibi inſtituendis ſupple.quia criminalia inſtituuntur per accuſationes:ſed ciuilia per actiones.vt ptʒ in.d.tit.de pub.iudi.in princ. inſti.¶In ea.glo.ibi exercendis.ſupple.quia magis liquide probationes requirunt in criminali q̃ i ciuili.l.ſciant.C.de probat. ſed nõ eſt in oĩbus alijs diuerſitas propter rationem que ſequit in glo.¶In ea.gloſ.ibi dñs Azo.hec eſt cõis opi.Nec obſt.vltima ratio.quia pena calũnie reſpicit finẽ.ſed iuramẽtum calũnie a reſpicit principiũ.⁊ lʒ olim poſſet eſſe dubitatio.quia de iure ciuili nõ erat expreſſum.tamẽ hodie per hãc decre.deciſe ſunt opiniones:⁊ quia in foro canonico non imponitur pena ſanguinis minor preſumptio eſt calũnie in foro canonico q̃ in foro ſeculari.vnde Bar.dicit in.l.j.C.eo.ꝙ in foro ſeculari in criminali non preſtatur cõmuniter de cõſuetudine.quando tamẽ iudex inquirit iurat inquiſitus dicere veritatem.i.c.qualiter.el.ij.§.debet.j.
14 de accu.¶†In ea.glo.in ſi.Cõclude ꝙ ſi eſt cauſa propria clerici poteſt ⁊ debet iurare per ſe.vt in aut.principales.allegata in gloſſ.⁊.j.ceterũ.poſſet etiã per alium ſi haberet ſpeciale mandatum.per.c.ſi.j.eo.in.vj.Si autem eſſet cauſa eccleſie.tũc ſi agit illam per ſe debet iurare.j.eo.c.ſi.ſi per alium.tunc ſi habet ſpeciale mãdatũ ad iurandũ.[ADDI Et hoc videbat olim ſpeciale in clericis:quia erat dubiũ ⁊ nõ declaratum:an per procuratorem habentẽ ſpeciale mandatũ poſſet iurari.Et ita intelligatur iſte tex.Sed hodie videt idẽ in alijs per.c.ſi.j.eo.lib.TIO.]poterit iurare per illũ.vt.d.c.vlti.ſed ſi non haberet ſpeciale mãdatum eſſet magis dubiũ ſi eſt procurator ſpecialis conſtitutus ad cauſam:tñ Innoc.ſentit ex quo cauſa eſt eccleſie.poſſit per illum iurare.Si autẽ eſſet pcurator generalis ad cauſas eccleſie.tunc poterit per illũ iurare.j.e.in pertractãdis.¶Et aduerte qꝛ inq̃tum dixi habentẽ ſpeciale mandatũ ad iurandũ poſſe iurare.intellige ꝙ poterit iurare de calũnia in animã dñi conſtituentis.vt in.d.c.ſi.j.e.in.vj.nihilominus etiã iurabit i animã.[ADDI Hoc de cõſuetudine nõ ſeruatur ſicut nec ꝙ aduocati iurẽt licet de iure etiã ipſi deberent iurare per id qđ habet in.l.rem nõ nouam.§.patroni.C.de iudi.TIO.]propriã.vt no.j.e.c.ij.lib.vj.⁊ no.Ioã.and.j.eo.in pertractãdis.ſuper glo.ſi.vbi aũt eſt pcurator generalis ad cauſam eccleſie:tunc ille iurat in animam ipſius iurãtis.j.eo.in pertractãdis.nec eſt neceſſe ꝙ tũc principalis iuret:vt ibi.⁊ vt dixi qñ eſt pcurator habẽs ſpeciale mandatum ad cauſam eccleſie:lʒ nõ habeat mãdatum ad iurandũ de calumnia videt velle Innocẽ.ꝙ talis poſſit iurare in animã ip ſius.cũ hoc videt hic trãſire do.Anto.ſed in ↄtrium videt tex.in.c.imperatorum.j.e.⁊ pro hoc etiã quia talis pcurator ex quo habet ſpeciale mandatũ ad cauſam illã.⁊ nõ eſt pcurator generalis.nõ videtur habere priuilegium ꝙ poſſit iurare de calũnia.per id qđ not.
15 Io.an.in.c.in pertractãdis, et gloſſ.ſi.¶†An autẽ ſi clericus litigat per ſe cauſam eccleſie poterit pcuratorẽ cõſtituere ad iurandũ de calũnia in illa cauſa.Spe.tenuit ꝙ non ſi ſolũ detur ſibi mandatum ad iurandũ de calũnia.ſecus ſi detur etiã mandatum ad proſequendum in cauſa illa.qꝛ tunc bene poterit.vt not. Spec.eo.titu.§.reſtat.ver.qd ſi prelatus.⁊ ſequit hic do.Ant. Sed forte hoc nõ eſt verũ.quia nõ video quare nõ poſſit facere torem ſpecialẽ tm̃ ad iurandũ de calũnia.facit.j.eo.c.ſi.
ius eſt ꝙ per talem iuret q̃ per ſeipſum . quia
ſſe circũſtantibus ſeu aduerſario clerici qñ
iter q̃ quando iurat per alium laicum.Et
cõcipere iuramentũ quãdo habet ſpe-

a ¶Clericus. Ad materiã huius.c. adde Bar.⁊ oĩs doc.in l.j.§.ſʒ quia veremur.C. de iu.cal.⁊ l.cũ clericis. C.de epiſ.⁊ cle.⁊ Spe.e. tit.§.reſtat. v.nũq̃ clericus.



Ayuntamiento de Madrid

ciale mādatum ad iurandū.not.in.c.tibi dño.lxiij.diſt.vbi bona
gloſ.¶ Jtē aduerte quia eſt dubiū an ſufficiat pcuratori datum
ſpeciale mādatū ad iurādum de calūnia:an vero ſit neceſſe φ de-
tur mādatum ad iurandum de calūnia in tali cauſa:& tenet Jo.
an.in.d.c.ſi.ī.eo.in.vj.per illū tex.φ de iure deberet habere man-
datū ad iurandū in tali cauſa.nam lȝ habeat generale mandatū
ad iurandum de calūnia in cauſis poſſet eſſe cauſa que ſi ſpeciali-
ter exprimeretur dñs nō iuraret in illa.& ideo tale mandatū non
videtur ſufficiens de iure.tamē de cōſuetudine contrariū ſerua-
tur.qr etiā tales admittūtur ad iurādum de calūnia.& pro hoc fa
cit qd̄ habetur in cle.non poteſt.de procu.& idē tenuit Barto.qd̄
16 Joā.and.in.l.qui bona.§.ſi alieno.ff.de dam.infec.¶ Jn glo.ſi.
ibi:nec neceſſe eſt requirere papā.aliqui tñ intelligūt iſtum text.
in epo exempto:vt debeat tunc iurare cum licētia romani ponti
ficis.ſed nō exēptus poterit iurare cum licētia ſui archiepi.& in-
telligūt φ exemptus debebit requirere licentiam pape ſi nō di-
ſtat nimis a curia.alias ſecus.ſed ſimpliciter tenetur dictū glo.φ ho-
die nō eſt neceſſe epiſcopū etiam [illegible] requirere alterius licē-
tiam.qr illam videtur habere a iure [illegible]e.¶ Jn ea.glo.ibi
nō ppterea vitiaꝛ.Nec mirū qr etiā ſi ex toto omitteretur ſacra-
mētum nō vitiaretur iudiciū.ī.eo.c.j.in.vj.Nō ſolū fortius non vi-
17 tiatur ſi ſit preſtitū lȝ ſine licentia prelati. ¶ † Jn an? de iure te
neaꝛ clericus anteφ iuret habere licētiam plati.Inn.hic dicit φ
in cōtractibus nō requiriꝛ licētia.Nec ſi ſit in iuramēto purgatio-
nis vel cōpurgationis.qr in iſtis intelligiꝛ habere licētiam iurā-
di.ī.de pur.cano.p totum.& de iureiur.querelā.&.c.ex reſcripto.
ſȝ in iuramēto calumnie & in iuramēto veritatis preſtāde in cau-
ſa.vel pro teſtimonio ferendo.bene requiratur licentia prelati.
p id quod habetur.xxij.q.ij.c.vlti.&.xiiij.q.ij.φφ.videtur tñ vel-
le qd̄ vbi clericus eſt corā iudice eccleſiaſtico ordinario vel dele-
gato.φ cum ille intelligaꝛ eius ſuperior quo ad cauſam illā ſi iu-
rat coram eo.videtur cū eius licētia iurare.& ideo ſufficiet.ſecus
videtur dicere idē & ſi ageret corā iudice ſeculari cōtra laicum.ſȝ
Hoſti.videꝛ dicere idē.& ſi corā iudice ſeculari.qr talis etiam ſm
diſpoſitionē canonū tunc eſt iudex clerici.ī.de foro cōpe.cum ſit
generale.Et ideo ex quo canon permittit clericum agere coram
ſeculari:videtur pmittere in conſequētiam ea ſine quibus cā nō
pōt expediri.ar.c.pterea.ad ſi.de offi.deleg.& ideo poterit iura-
re de calūnia ſm eum qr alr̄ incurreret penā.de qua.ī.c.penult.ī.
eo.& ſic reſidet Jo.an.& forte ſeruaret in practica pter autorita-
tē Hoſti.& Jo.an.tñ vt dicit do.Anto.nō videt hec opi.vera.qr
non dicitur hic φ debeat iurare de licētia iudicis corā quo cauſa
agitur.ſed de licētia ſui prelati.& ideo non videꝛ ſufficere de iure
qd̄ iuret de licētia iudicis corā quo agit vel conueniꝛ.fateor tñ vt
dicit etiā glo.qd̄ ex hoc nō vitiaretur iudiciū.licet ſit iuratū ſine lice
tia ſui prelati.& per predicta pȝ quid iuris ſit ſi clericus habeat
licētiam φ ſit pcurator alterius.an poterit iurare de calumnia.
& videatur ad hoc habere licentiā.nam certe ſic.per ea que haben
tur in.d.c.preterea.de offi.dele.iuncto.c.ij.ī.eo.in.vj.

1 Juramētum de calumnia an pſtari debeat in ſpiritualibus.
2 Queſtio poſſeſſorij ſuper re ſpirituali an cenſeatur ſpiritualis.
3 Laicus ſpiritualia poſſidere non poteſt.
4 Teſtis an poſſit aliquo caſu interrogari de credulitate:& ſi pri-
mo dixit de veritate & poſtea ſuper eo deponit de credulitate an
dictum eius vitietur.

a ¶ Jn ſpūalibꝰ.ad itellectū huius c.adde do.ī c.ij.e.ti.i.vj. & hic nouiſſimos ſcribentes.

b ¶ Jurari pt p intellectu huiꝰ.c.vide aut.pncipales.C.e.ti.& Bar.in.l.ij.§.hoc etiā.i ij.q.C.e.tit.& do.car.in cle.j.§.ſi.de iureiurā.et Spec.in ti.de acti.

a **Literas.** Jn ſpiritualibus cauſis de calum-
nia nō iuratur.hoc dicit.¶ Et prio
ponit iuſtā cōſuetudinē curie.ſcdo infert ex predictis
pceſſum cauſe.ſcdā ibi:vnde.¶ No.φ in cauſis ſpiri-
tualibus eſt procedēdum ſm equitatē canonicā.& nō ſm rigorem
1 legum.¶ Jtē not.qd̄ † in illis nō iuraꝛ de calūnia.qd̄ eſt verū ſm
iſta tpa.hodie [illegible]ī.eo.c.j.lib.vj.nam hodie iuratur etiā de ca-
lumnia in eis.vt [illegible]¶ Jn gloſ.j.ibi:& in iſtis nō iuraꝛ de ca-
lumnia.Et iſta opi.[illegible]er teneꝛ p.c.quanto.de iudi.lȝ Vin.tene-
ret oppoſitū dicēs qd̄ in cā iuris patronatus iurandum erat de
calumnia.¶ Jn ea.gl.ibi [illegible]eſtius eſſet.& hoc hodie eſt appro-
batum.qr in ſpūalibus ad [illegible] calūniam iuraꝛ de veritate.&
etiā de calūnia.ī.eo.c.j.lib.vj.lȝ [illegible] eſſet olim.qr magis preſu-
mebatur pro ſpūalibus negotiis [illegible]is ceſſaret calūnia quā in
oībus aliis ſicut magis preſumiꝛ p[illegible] ſpūalibus viris.facit.ī.de
procu.in noſtra.alie autē rationes etiā erant pſuaſiue.& modicū
ſtringebant.de qbus no.per gloſ.in.d.c.j.¶ Jn ea gloſ.ibi ſi aga
tur poſſeſſorio pro re ſpūali iuratur de calumnia.Et ſic vꝫ velle
2 gl.φ † queſtio poſſeſſorij ſup re ſpūali non cēſeatur ſpūalis.fac
qd̄ no.Vin in.c.ſi.ī.de iudi.ſed Spec.eo.tit.§.ſi.tenet contrarium
cens qd̄ in tali poſſeſſorio non iurabitur de calūnia.lȝ d[illegible]
te.vt eſt tex.in.c.pſentium.ī.de teſti.in.vj.vbi d[illegible]
ob.iura que allegaꝛ in gloſ.quia non loquū[illegible]
lumnie vniuerſali quod preſtaꝛ ſup tota ca[illegible]
de iuramēto ſpeciali de malitia quod [illegible]
batur malitioſe aliquam exceptionē proponi.ī.eo.quo in.c.j.§.ſi.
ī.eo.in.vj.do.tñ Anto.hic dicit φ ſi eſt qſtio poſſeſſoria ſup ſpi-
ritualibus habēs annexā cauſam pprietatis,vt qr eſt ſuper poſ-
ſeſſione matrimonij vel bñficij vt in titulū quo caſu dȝ poſſeſſo-
rium colorari.per text.ī.de reſti.ſpo.ex transmiſſa.& fa[illegible] qd̄ no
in cle.vā.de cauſa poſ.& pprietatis.tunc pcedat dictū [illegible]e.qr cē
ſeatur talis cā ſpūalis.ſecus ſi nō habeat cauſam annexā ppri-
tati.quia tūc ſtricte non eſt qſtio ſpūalis.licet quo ad qui[illegible] poſſit
3 dici ſpūalis vȝ vt tractet corā iudice eccleſiaſtico.& qr [illegible]aicus
ſpūalia poſſidere non pōt.ī.de pſcri.cauſam que.ſȝ contr[illegible] iſtud
vltimum videꝛ text.in.d.c.pſentiū.de teſti.in.vj.vbi erat [illegible]eſtio
poſſeſſorij [illegible] ſpūalis q non exigebat co[illegible] n ibi
non agere de bñficio.vt in titulū.ſȝ vt [illegible] pprietatē.vt [illegible] ibi pȝ
& facit qd̄ habeꝛ in.c.cura.ī.de iure patro[illegible] & tñ ibi non iuratur
de calūnia.ſȝ de veritate ſicut in cauſa ſpirituali.& ideo non vi-
detur tutū dictū do.Anto.¶ Extra glo.adde inquātum Jo.
and.hic dicit qd̄ hodie de cōſuetudine iurat pars dicere veritatē
quā ſcit vel credit.nam [illegible]iā iſtam opi.poſuit Jnno.ī.de teſti.pre
4 ſentium.in Vbo.ſyndico.[illegible]vj.& an teſtis poſſit aliquo caſu in-
terrogari de credulitate.& quid ſi pmo dixit de veritate.& poſtea
ſup eodē deponit de credulitate.an vitietur eius dictum.tangit
hic do.Anto.de quo in Spe.in titu.de teſte.§.iam autē.de inter
ro.ad ſi.& eod.titu.§.j.ver.item φ de credulitate.& tangetur in.c.
quoties.ī.de teſti.

1 Juramentum calūnie pſtatur qnq per maiores & qnq p
economum & tunc preſtatur in animam ipſius iurantis.
2 Procurator habens ſpeciale mādatum ad iurandum in animā
domini qualiter iurabit.
3 Jurare poſſunt de calumnia in animam propriam omnes habē-
tes legitimam adminiſtrationem a iure vel a iudice.
4 Procurator nō iurat de calūnia in animā ppriā ſed in aīam dñi.
5 Procuratorē ſufficiētem & inſtructū mittere dȝ dñs qñ fuit cita
tus & ex citatorio potuit plene inſtrui:& ſi procurator petat dila
tionem vt conſulat dominum non audietur.

b **N pertractandis.** Jurari pōt de calūnia & p
principales & p economos cām notā habentes.h.d.
¶ No.φ iuramentū calūnie nō eſt indifferēter pſtan-
dū,ſȝ demū inſpecta qualitate cauſe.nā nō pſtabat ī cā ſpūali.vt
1 ī.c.proxi.¶ † Jtē no.φ iuramentū calūnie qnq pſtatur p prin-
cipales pſonas.qnq etiam p aliuꝫ.qr per economū.& no.φ tūc
pſtatur in animam ipſius iurantis.hodie Vo dic vt habeꝛ in.c.
pe.& ſi.ī.eod.in.vj.nā vt ibi pȝ regulariter principales pſone de-
bēt iurare.& nihilominus iurat etiam pcurator,vt in.d.c.pe.Si
tñ pcurator haberet ſpeciale mādatum a dño ad iurandū de ca-
lumnia.poſſet tūc iurare in animā dñi:nec eſſet neceſſe φ dñs iu
raret.vt in.d.c.ſi.ī.eo.in.vj.nihilominus & tunc iurabit in animā
propriā.vt in.d.c.pe.& ſic pȝ φ regulariter qñ procurator nō ha-
bet ſpeciale mandatū ad iurandū dñs debet iurare.fallit qñ tra-
ctaretur cā eccleſie p economum vel procuratorē generalē datū
ad cauſas eccleſie p iſtum tex.facit qd̄ dictū fuit [illegible]c.j.Et not.φ
economus iurat in animam ſuā nō autē in animā conſtituentis
cum ad hoc nō habeat mandatū.¶ Jn glo.j.in ſi.& hec videꝛ ve
ra expoſitio.lȝ Jnn.faciat differētiam inter cauſas criminales:
vel vehementes ſeu graues ex vna parte & alias cauſas ex alia.
quaſi forte voluerit qd̄ in primis non ſit iurandum:ſȝ in ſecūdis
vel ecōtra.ſȝ certe hec expoſitio eſt cōtra.c.j.ī.e.ideo tene cū glo.
2 ¶ † Jn gloſ.ſi.ibi iurat in ppriam animam.qualiter aūt pcura-
tor habēs ſpeciale mādatū ad iurandū in animā dñi iuret.no.in
c.tibi dño.lxiij.di.nā poterit dicere φ iurat ī aīam dñi ſui.vel qd̄
dñs iurat p eum.Cy.tñ in.l.ij.C.de iura.calū.videꝛ velle qd̄ non
poſſit concipere Vba niſi tanq nuntius.& ſic φ debeat dicere qd̄
dñs iurat per eum.facit φ no.in.l.multū.C.ſi quis alteri vel ſibi.
vbi bona glo.ponēs differētiam inter nuntium & pcuratorē.ſed
vt dicit do.Anto.non eſt vis [illegible]iā ſi dicat φ iurat pcuratorio no
mine dñi in animā eius.qr in [illegible]is inſeparabilibus a pſona pro-
curator in effectu [illegible]rit vicem nuntij.facit.c.ſi.de procurato.ī.vj.
& quod no.Bart.in.l.qui ita.§.j.ff.ad trebel.¶ Jn ea.gl.ibi cum
habeat legitimā adminiſtrationē.¶ † Not.bene φ oēs habētes
3 legitimam adminiſtrationē a iure vel a iudice poſſunt iurare de
calūnia in animas eoꝝ.Et adde φ vbi eſt ſyndicus generalis col
legij.proced[illegible] quod dixit gl.in princi.ſecus in ſpeciali conſtituto
[illegible] certam [illegible]auſam:quia [illegible] illo idē quod in procuratore.vt no.in
[illegible]eo.t[illegible]§.reſ[illegible] [illegible]ed quid dices.¶ † Jn ea.gl.ibi in pro-
[illegible] hoc verū niſi habeat ſpeciale mandatum
[illegible]ñi:quia tunc poterit in animā dñi iura-
[illegible]ī eo.in.vj.& facit qd̄ dixi in.c.j.ī.eo.& ni-
[illegible]animam iurabit.vt in.c.ij.§.ij.reſpō.ī.
[illegible] fuit citatus.& ex cita-
[illegible] pcuratorē ſufficientē
inſtructum.

Ayuntamiento de Madrid

inſtructum.⁊ ideo ſi procura.miſſus petat dilationem ⁊ conſulat
dñm in reſpondẽdo poſitionibus.nõ debebit audiri niſi eẽt tale
quid ſup quo dominus veriſimiliter nõ potuiſſet inſtruere.ſecus
qñ principio citaret̃ ꝓcurator gñalis conſtitutus ad cauſas.ꝫ.de
ꝓcura.o[...]ectus.nã talis bene poſſet petere dilationẽ ad conſulẽ-
dum dñm.vt ibi ⁊ in aut.qua in prouincia.C.vbi de cri.ag[...]opor.
⁊ tene etiam mẽti ꝙ qñ eſt cõſtitutus ꝓcurator qui notorie eſt ſi-
ne aliqua conſciẽtia.⁊ ꝯſueuit omnia negare ꝙ nõ cẽſet̃ idoneus
⁊ qd iudex ex officio poterit repellere.vt hic voluit [...].¶ Itẽ
adde inquãtum Innocẽ.hic dicit ꝙ ſi dñs ſit iuſtior ꝙ ꝓcurator.
qd dñs tunc dꝫ iurare.nã iſta differẽtia non videt̃ bona.q꞉ ſiue ſit
iuſtior ſiue nõ.iuramẽtum de calũnia debet ꝓſtari per principa-
lem ꝑſonam.vt in aut.principales.C.de iura.calũ.[...]hoc clarum
qñ ꝓcurator nõ hꝫ mãdatum ſpeciale ad iurandum de calumnia.
ſi autẽ haberet mandatum ſpeciale ad iurandum de calumnia.⁊
in tali cauſa,tũc poſſet preſtari ꝑ procuratorẽ in aiam dñi.nec de-
beret cogi dñs tũc iurare etiã ſi diceret̃ eſſe iuſtior.ex quo ſic ſin-
gulariter datũ eſt mãdatum ad iurãdum in illa cã.vt in.c.ſi.ꝫ.eo.
in.vj.⁊ ibi hoc tenet Io.an.tñ poſtea in rñdẽdo poſitionibus be-
ne poſſet peti qd dñs rñdeat ſi dicatur iuſtior.⁊ ſic itelligitur.l.ſi.
C.de ꝓcura.hoc tñ videret̃ etiam intelligẽdũ niſi ꝓcurator habe
ret ſpecificũ ⁊ ſingulare mãdatũ ad ſic rñdẽdum in tali ⁊ tali po-
ſitione ſi cõtingat illam fieri per ea que no.Io.and.in.d.c.ſi.⁊ per
Bar.i.l.qui bona.§.ſi alieno.ff.de dã.infec.[ADDI. Et ibi vi-
de ꝑ Ioã.de Imo.vbi tenet ꝯtrium.⁊ etiã Bart.in.l.ſi.C.de ꝓcu-
ra.vbi etiam tenet ꝫ.vide etiam ꝑ dictũ Ioã.de Imo.in.l.pe.§.
adeximẽ.circa ſi.vbi tꝫ idẽ qd hic.T.IO.] Si aũt habuiſſet mã-
datum ad iurandũ de calũnia.nec fuiſſet expreſſa cauſa in qua dꝫ
iurari.quo caſu de cõſuetudine admittit̃ licet de iure videret̃ ſe-
cus.vt.ꝫ.eo.c.j.dixi.tũc poſſet ꝓcedere diſtinctio Inno.q꞉ ſi dñs
diceretur iuſtior cogetur ꝑ ſe iurare.alias ſecus.vt not.Io.an.in
dicto.c.ſi.ꝫ.eo.in.vj.

☞ Delictum prelati in omittendo nocet eccleſie.
2 Economus an in cauſis monaſterij debeat conſtitui autoritate
epiſcopi.
3 Iuramentum calumnie an poſſit omitti.
4 Procurator ſpecialis cõſtitutus in cauſa eccleſie an poſſit iura-
re licet alias non habeat ſpeciale mandatum ad iurandum.
5 Iurare poſſunt collegia per economum vel ſyndicum.
6 Economus ⁊ ſyndicus qui dicantur.
7 Procurator an propter infamiam repelli poſſit.

# Imperatorum.

In cauſis collegij non ſinguli de colle-
gio:ſed ipſe economus iurat de calumnia.hoc dicit.
Et primo narrat factum reprehẽſibile.ſecundo illud
prohibet.tertio ꝓuidet quid in poſterũ ſit faciẽdum.ſecunda ibi:
ad qd.tertia ibi,ſed ne.¶ No.qd religioſi nõ cogunt̃ per ſe iura-
1 re.⁊ ſic videt̃ ꝙ poſſint ſi velint.facit.ꝫ.eo.c.j.¶ Itẽ no.† ꝙ deli-
ctum prelati ⁊ conuẽtus in omittẽdo vt̃ nocere eccleſie.de quo in
2 regula delictũ.de reg.iur.in.vj.⁊.ꝫ.de do.⁊ cõtu.c.j.¶ † Item no.
ſm vnũ intellectũ ꝙ economus etiam in cauſis monaſterij debet
cõſtitui autoritate epi.hodie tñ hoc nõ ſeruatur.q꞉ ſufficit qd cõ-
ſtituatur a cõuentu de cõſenſu ſui ꝑlati.vt hic tangit Io.an.ſu-
per gl.¶ Itẽ not.ꝙ talis dꝫ cõſtitui qui ſit idoneus.de quo etiã
3 in glo.ſi.¶ † Item no.ex textu ibi,cũ res poſtulauerit.ꝙ iuramẽ-
tum calumnie videtur poſſe omitti qd hodie eſt expreſſum i.c.j.
ꝫ.rñ.ꝫ.eo.in.vj.¶ Itẽ no.ꝙ ſufficiẽs eſt ꝓcuratoriũ illi⁹ qui da-
tus eſt ad agendũ ⁊ expediendum.nam excipere ponitur pro de-
4 fendere.facit.ꝫ.de procura.accedẽs.⁊.c.conſtitutus.¶ † Itẽ no.
qd hic videt̃ caſus cõtra dictum Innoc.in.c.j.ꝫ.eo.inquãtũ vult
qd vbi i cã eccleſie cõſtituit̃ procurator ſpecialis ꝙ ille poſſit iu-
rare.lꝫ alias nõ habeat ſpeciale mãdatũ ad iurãdum.nã hic iſti
abbas ⁊ fratres litigabant.⁊ videt̃ qd ꝑ procuratorẽ ſpecialiter
cõſtitutũ.quia ſi fuiſſet ꝓcurator ſpecialis ad cauſas.videt̃ qd il-
le debuiſſet admitti ꝑ ea que hic dicuntur de economo.⁊ que di-
cta fuerũt in.d.c.j.⁊ iſtud etiã hic videt̃ velle do.An.lꝫ ibi trãſeat
5 cũ dicto Inno.¶ † In gloſ.j.in ſi.de clericis.Quid tenẽdum.dic
vt.ꝫ.eo.c.j.ſed in collegio eccleſiaſtico ſiue religioſoꝝ ſiue ſecula-
rium clericorũ.tene ꝙ ſufficit qd iurẽt ꝑ economum ꝑ iſtum tex.
in collegio autẽ laicorũ dic ꝙ ſufficit ꝙ iurent per ſyndicũ per id
qd tenuit Accur.in.l.ij.§.qd obſeruari.C.eo.tit.fateor tamen qd
etiã poſſent iurare regẽtes ipſum collegium per iura allegata in
gl.⁊ maxime per id quod habetur in.l.municipibus.ff.de condi.
6 ⁊ demon.¶ † In glo.penul.ibi ſyndicus ſiue ꝓcurator.bene di-
cit glo.in ſe.q꞉ ꝯſtitutus a collegio religioſoꝝ poteſt dici econo-
mus ꝓpter id qd dixit glo.in ꝑin.Item etiã ſyndicus q꞉ ſingu-
loꝝ de collegio nõ tñ vt ſinguloꝝ cauſas dicit.⁊ etiã procurator
vel actor q꞉ ꝑ eis ꝓcurat vel agit tamẽ ſtricte ſumpto vocabulo
aliud eſt vicedñs,q꞉ ille [...] imit [...] ſt
economus cui res alie [...]

cuius qui conſtituit̃ a collegio laicoꝝ.Aliud procurator qui conſti-
tuitur a dño.Aliud actor qui cõſtituitur a non dño vt quãdo cõ-
ſtituitur a tutore cum decreto iudicis.l.neqꝫ tutores.C.de procu-
ra.de quo per gloſſ.in.c.volumus.⁊.c.diaconum.lxxxix.diſt.⁊.l.j.
§.quibus.ff.qd cuiuſqꝫ vniuerſitatis.⁊.xvj.q.vij.qm conſtitutis.
etiã actor ab vniuerſitate ſed ſolũ ad cauſas preſentes nõ ad fu-
turas ſyndicus etiã ad futuras.l.item eorũ.§.j.ff.qd cuiuſqꝫ vni.
Et adde etiã qd in nominibus nõ eſt ſtãda vis.vt in.c.petitio.ꝫ.
de procura.qd procedit lato ſumpto vocabulo per id qd ſuperi⁹
dixi.¶ In ea.gloſſa ibi autoritate epiſcopi ordinatur.hoc po-
teſt procedere in rebus eccleſie epalis.ſꝫ in alijs inferioribus ec-
cleſiaſticus collegiatus videt̃ ſufficere qd cõſtituatur a collegio.
ꝑ id qd habetur in.d.l.j.§.quibus.⁊ in.c.vno.ꝫ.de ſyndi.⁊ quic-
quid iure caueatur ſm Petrũ tamẽ de cõſuetudine ſeruatur qd
hoc caſu non adhibet̃ autoritas epi.Si aũt eſſet eccleſia inferior
non collegiata,tunc poſſet procedere glo.quia deberet conſtitui
ꝑ rectorẽ de autoritate epi.facit quod not.Inn.in.c.requiſiſti.ad
7 ſi.ꝫ.de teſta.⁊ hoc ſequitur [...] do.Anto.¶ † In gloſſ.ſi.ibi dicit
tñ lex.quaſi voluerit glo.qd ſm leges non repellitur procurator
propter infamiã.ſecus ſm canones.⁊ iſtud tenet hic Hoſt.⁊ etiã
Vincen.in.c.tua.el.ij.ꝫ.de deci.dicit tñ hoc verũ in ꝓcuratore ec-
cleſiaſticaꝝ cauſarũ vt repellatur ꝓpter infamiã de iure canoni-
co.ſecus in procuratore mero negotioꝝ tm̃.per id qd habet̃ in.c.
accedens.ad ſi.l.diſtin.⁊ iſtud cõiter tenetur licet glo.taliter loqua
tur in.c.j.ij.qd.vij.⁊ in.§.fin.inſti.de excep.¶ In ea.gloſ.in ſi.vel
potes dicere qd in negligentiã ipſoꝝ religioſoꝝ poterit eps ſo-
lus conſtituere economum.per id qd.notauit glo.precedens etiã
inuitis ipſis de collegio.ar.l.j.C.qui pe.tuto.

1 ☞ Iurare recuſans ⁊ propter hoc appellans non auditur.

# Ceterum quia nouis.

In cau-
ſis proprijs iurant clerici de calũnia nõ obſtante cõſuetudi-
ne cõtraria.h.d.¶ Et ꝑmiſſa cã ponit mãdatum.⁊ cõ-
trariã cõſuetudinẽ dãnat.⁊ ſic tres ſunt in effectu partes.ſecũda
ibi mãdamus.tertia ibi cõſuetudine.¶ Not.primo illud vulga-
tum qd nouis morbis cõuenit noua antidota preparari.hoc eſt
nouas medicinas ſeu noua medicamenta.¶ Item no.caſum in
quo nõ valeat cõſuetudo.de quo in.c.ſi.ꝫ.de cõſue.¶ Itẽ no.qd
inter cetera capitula iuramenti calũnie videtur eſſe illud.⁊ ſi que-
1 retur verum nõ inficietur.de quo in.c.ſuper glo.¶ Item no.† qd
recuſans iurare ⁊ propter hoc appellãs non debet audiri.¶ In
glo.pe.ibi ⁊ ille iurabit de calumnia.q꞉ cẽſet̃ habere legitimã ad
miniſtrationẽ.facit qd not.in.l.ij.§.qd obſeruari.C.de iura.calũ.
⁊ hec practica tutior eſt lꝫ aliqui dicant quos ſequitur Bart.in.l.
ij.§.qd obſeruari al's in.§.ſin autẽ.C.e.ꝙ poſſit ipſe ꝓcurator iu-
rare ex quo non habet̃ copia dñi.ar.l.dãni.§.ſi.de dã.infect.ff.vbi
ſi nõ poteſt haberi copia eius qui dꝫ cedere actionẽ tranſit vtilis
ſine ceſſione.facit qd habetur in.l.j.C.de act.⁊ obli.ſed ibi nõ ha-
betur bene aliud remediũ.hic aũt adhiberi poteſt remedium gl.
ideo tutius eſt tenere glo.¶ Quid autẽ de defenſore vel ceſſiona-
rio vel cõiuncta perſona.an iſti poſſint iurare de calũnia ꝓſequi-
tur hic.do.Ant.de quo per legiſtas in.l.ij.§.quod obſeruari.C.e.

1 ☞ Procurator debet facere fidem de mandato per inſtrumen-
tum habens clauſulam de rato.
2 Comparere per procuratorem ſufficit licet mandetur partibus
vt ſe preſentent coram papa niſi dicatur perſonaliter.
3 Ordo procedendi in cauſa quis ſit.
4 Prelatus ante lit.conte.ꝯſtituit procuratorem:ſecus in tutore.
5 Interrogatio ⁊ poſitio qualiter differant.
6 Interrogationes an fieri debeant ante libelli oblationem.

# Cum cauſam que iter.

a Procu-
rator^a eccleſie ⁊ vniuerſitatis.de calũnia iurare poteſt.¶ Et
ponit quandã narrationẽ proceſſus vnius cauſe vſqꝫ
ad iuramentũ calũnie.⁊ aliter nõ poteſt cõmode diuidi.⁊ de ma-
teria huius decre.habetur in.c.licet.ꝫ.de ꝓba.⁊ de teſti.cum cau-
ſam.¶ Not.ꝙ vbi iudices ſunt negligentes in procedendo iuſta
cauſa eſt qd delegãs reuocet ad ſe iuriſditionem lꝫ etiã ſine cauſa
poſſit ad ſe reuocare.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.¶ Item no.
1 ꝙ † procurator debet facere fidẽ de mãdato per inſtrumentũ ha-
bens clauſulã de rato.de quo in.l.ſi ꝓcuratorem abſentem.ff.de
2 procura.⁊ in.c.cõtingit.de trãſactio.¶ † Itẽ no.ꝙ licet mande-
tur partibus vt ſe preſentẽt corã papa.ſufficere videtur ſi cõpa-
reant per ꝓcuratores.ſecus ſi eſſet dictum vt perſonaliter cõpa-
3 rerent.vt in.c.j.de iudi.in.vj.⁊ in.c.expoſuit.ꝫ.de dila.¶ † Item
no.ordinem ꝓcedendi in cauſa q꞉ primo debet petitio offerri.ſe-
cund[...] [...]nderi.⁊ ſic lis cõteſtari.⁊ demũ iurari de calũnia ſi
ta[...] [...] ⁊ hoc iuramẽtum nõ vitiaretur ꝓceſſus.ꝫ.eo.c.
[...] a petitionẽ videtur ꝙ precedere debeat etiã
[...]t reſpõſio animo litem conteſtãdi.de quo

a ¶ Procura-
tor.adde ad
materiã hu-
ius tex.do.
alex.d imo
la.i.l.q bõa.
§.q aliena.
ff.de dã.in-
fec.⁊ ro.de-
ci.xxxix.ici.
qdã.⁊ vide
Spe.i ti.de
iura.calũ.§.
iij.que per-
tranſit per
oẽs caſus.



Ayuntamiento de Madrid

plene dictum fuit in.c.j.§.de lit.conteſt.¶Ultimo nota h. tex. preſſium ꝙ procurator iurat de calũnia.ſed dici poteſt qđ iſti ... bant locũ ſyndicoꝝ.alias principales debebant iurare.§.eo.c.j. c.ceterum.¶In gloſſ.j.ibi:⁊ etiam vbi de calumnia iuratur da tur ⁊c.Et hec pars eſt vera quam etiam tenuit Accur.in.l.ij.§.ꝙ obſeruari.C.de iura.calum.⁊ pro hoc facit q: idẽ videt̃ eſſe preiu dicium in reſponſione que fit p verbũ credit vel nõ credit virtute iuramenti calumnie.qđ eſt qñ fit aſſerendo vel negãdo ſub virtu te iuramẽti ⁊ veritatis.q: eodẽ modo preiudicat rñſio vtroq; ca ſu.vt no.gloſſ.notabilis in.c.ex literis.j.de iureiuran.¶Potes tamen cõcludere pro clariori intelligẽtia qđ aut queritur an qs debeat habere tempus ad deliberandũ an preſtet iuramentum de calũnia.Aut queritur an debeat habere tempus ad deliberan dum anteq̃ reſpõdeat poſitioni que fit ſub virtute iuramẽti ca lumnie.primo caſu dic qđ non.quia cum iuramẽtum calũnie pre ſtandum ſit poſt lit.conteſta.⁊ ſic poſt reſpõſionem factã libello. vt hic patet i tex.Satis potuit eſſe inſtructus per reſpõſionem quã fecit libello.⁊ ideo non debet aliud tempus habere.Secun do caſu dic qđ nõ debet habere ſi fiat ſuper his qui explicite con tinentur in illo cũ ſuper illis potuerit deliberare anteq̃ reſpon deret libello.Si autem non continebantur explicite in libello. tunc ſi poſitio eſt de facto alieno debet dari tempus ad deliberã dum.quia ſuper illis poteſt probabiliter dubitari.l.fi.ff.pro ſuo. ⁊ facit qđ no.§.de reſcrip.ab excommunicato.Si autem ſit de fa cto proprio tunc regulariter nõ debet habere tempus ad delibe randum.Fallit ſi eſſet factum de longinquo de quo nõ poteſt ſic veriſimiliter recordari.argu.l.pere... in princip.ff.de acquiren. poſſeſ.Fallit ſecũdo ſi eſſet etiam de proximo.ſed valde intrica tum.in quo veriſimiliter poteſt eſſe probabilis ignorãtia.l.ſum ma cum ratione.ff.de pecu.⁊.l.penul.ff.de confeſ.cum ibi nota tis per Bar.⁊ in.l.ij.e.tit.facit etiã qđ no.per glo.in.l.ſi res obli gata.ff.de lega.j.⁊ per Joan.an.§.de teſti.ex tenore.ſuper tertia glo.¶In ea.glo.in fine.⁊ pro hoc faciat quia illud ſacramẽtum eſt oneris ſeu grauaminis:quia ad ipſius preiudiciũ preſtat ex communicatus,nõ aũt oneris.ideo intelligitur eſſe permiſſum ne pena prebeat immunitatem contra legem relegatorũ.ff.de in terdic.⁊ re.⁊ facit qđ nota.in.c.cum in eccleſijs.§.de maio.⁊ obe.
4 ¶†In glo.ij.in fine.Nota bene ex tex.cum glo.qđ prelatus etiã ante lit.conteſta.cõſtituit pcuratorem.⁊ hoc etiã tenet hic Inn. ſecus tamen eſt in tutore.l.neq;.C.de procuratoribus.q: nõ con ſtituit procuratorẽ.niſi poſt lit.conteſt.vt ibi.⁊ eſt ratio diuerſita tis quã voluit Innocẽ.in.c.licet heli.q: prelatus hʒ vberiorẽ ad miniſtrationẽ q̃ tutor.quia fructus poteſt cõuertere in ſuã vtili tatem.qđ nõ facit tutor.⁊ hinc etiã deſcendit qđ pater qui habet legitimã adminiſtrationẽ in bonis aduentitijs filiorũ cũ habeat vſumfructũ põt pcuratorẽ cõſtituere ẽt ante lit.cõte.l.j.C.de bo nis mater.¶In gloſ.ſi.ibi deſijt dolo poſſidere.⁊ licʒ iſta inter rogatio vr̃ cõtinere turpitudinem hñtis reſpõdere.tñ quia ten dit ad puidendũ ne teneat rem cũ alteri⁹ p̃iudicio.tenet̃ reſpon dere.alias eſſet ſecus.iuxta id qđ habet̃ de penĩ.di.j.nõ tibi dico.⁊ per Inno.in.c.dudũ.el.ij.§.de elec.⁊ per Bart.in.l.ſi.ff.de his q bus vt indig.⁊ facit qđ no.in.l.alias per Bart.ff de in litem iurã do.¶In ea.glo.ibi,auferenda eſt.ſupple etiam ſi velit probare incõtinenti eã eſſe ſuã:q: i odiũ mendacij nõ admittitur hec ex ceptio.vt no.glo.in auẽ.item poſſeſſor.C.qui pot.in pig.ha.⁊ ſic omo efficiet̃ de poſſeſſore petitor.itẽ hec vera vbi reus pñiam egerit ... actor aſſumpſerit in ſe onus pbandi.nã tunc audi retur.ar.l.ſi qs libellos.C.de appel.⁊.l.eũ qui.ff.de iureiur.⁊ ſeq tur hic do.Ant.qđ no.p his que dixi in.c.cũ frequẽter poſt gloſſ. in ſi.circa.§.in alijs.¶In ea.gloſſ.ibi omitti non dʒ.⁊ ſic dʒ fieri ante lit.conte.tñ nõ eſſet facta.poterit fieri etiã poſt lit.cõte.vt in l.qui petitorio.ff.de rei vendi.¶In ea.gloſſ.ibi mouerit iudicẽ. ⁊ poterit fieri hec interrogatio ad inſtantiam partis qñcũq; eq tas mouerit iudicẽ ante cõcluſionẽ in cauſa poſt concluſionẽ vo in cauſa nõ tenet̃ facere iudex ad inſtantiã partis.ſed poterit ex ſuo officio.vt in.c.cũ Joãnes.ad ſi.de ſi.inſtru.⁊ poterit fieri ne dum ad declarãdum deducta in iudiciũ,ſed etiã ad fundandam intentionem actoris.vt eſt tex.cum glo.in.l.vbicunq; allegata in
5 glo.⁊ ſic dicit do.Anto.ſe cõſuluiſſe de facto.¶†In ea.gloſ.ibi rñdere nõ cogit̃.qñ vellet ꝙ ad poſitionẽ aduerſarij teneret̃ rñ dere.⁊ hoc tenebat Hoſ.⁊ eſt rõ diuerſitatis ſm eũ.q: interroga tio ſine iuramẽto fit añ li.cõte.ſʒ poſitio fit poſt li.cõte.⁊ ſub virtu te iuramẽti de calũnia.Sed certe vt dicit do.Anto.vtrobiq; idẽ dicẽdum.quia nõ debet cogi reſponde... niſi interueniat mãda tum iudicis.nam ⁊ poteſt eſſe poſitio t... cui nõ debet reſpon dere.Item debet certũ reſpõdere alias fiet impetratio cõtra eũ. per ea,que habẽtur in.l.de etate.⁊.l.qui tacuit.§ ... inter ro.acti.⁊ hodie eſt prouiſum ꝙ ſi quis iuſſus a ... d det poſitioni ſine aliqua rationabili cauſa ... in.c.ij.j.e. in.vj.Secus ſi aliquis citaret...

a ¶Eps ꝙ ſũ mãt hic oẽs ſcribẽtes.et faciunt ad hoc.c.q̃ ſcri bit do.alex. de imo.in.l. q bona.§.q alieno.ff.de dã.infec.⁊ i l.nõ ſolũ.in pñ.de pcu. ro.deci.xx ix.inci.qdã.

ad reſpondẽdum poſitionibus,q: licet ſit cõtumax,non tamẽ ha bebitur pro confeſſo.vt notat glo.in.d.c.ij.qđ nobiliter limitat do.Anto.niſi miſſa eſſet copia poſitionum ⁊ cõminatus eſſet iu dex in citatorio qđ niſi veniat ad reſpondendum habebit eũ pro cõfeſſo.nam tunc ſi ſit cõtumax.poterit eũ pro confeſſo habere:⁊ hoc modo cõtumaciã punire.facit.l.cõtumacia.ff.de re iudica.et qđ habetur in.l.j.ff.ſi quis ius dicẽti nõ obtẽ.⁊ per hoc etiam di cit ꝙ ſi miſſa eſſet copia libelli reo.⁊ citatus cũ cõminatiõe ꝙ ve niat ad reſpõdendũ.alias habebit eũ pro cõfeſſo.qđ ſi reus ſit cõ tumax extunc poterit habere eũ pro cõfeſſo.qđ eſt valde notan dum.glo.tñ ... in auẽ.qui ſemel.C.quõ ⁊ qñ iudex.ſenſit contra rium inquantum dixit ꝙ ſolũ poterit procedi tanq̃ contra contu macẽ.ſed illa gloſſ.poſſet intelligi ⁊ limitari per iſtud dictum qđ eſt valde notandum.q: alij nõ tangũt.¶Ultimo do.Ant.hic tra ctat materiã interrogationũ per modũ ſumme.de qua in.l.j.et.l. toties.de interroga.act.Tu ſolum conclude qđ interrogationes ſunt pprie que fiunt ad preparationẽ iudicij.⁊ conſequenter ſui natura ante lit.conteſta.licet caſualiter poſſint fieri poſt.vt.§.te tigi.Sed poſitiones fiunt poſt lit.conteſt.⁊ ad deciſionem nego
6 tij.¶†An aũt interrogationes fieri debeant ante libellum fue runt opiniones tamẽ Jo.an.vt hic refert do.Ant.in addi.Spe cu.tenuit ꝙ fient poſt libellum datũ iudici.⁊ anteq̃ detur parti. ſed vt ipſe dicit.rectior practica eſt qđ fiat ante aliquã oblationẽ ad inſtãtiam actoris aſſerentis qualiter ⁊ quãdo velit reum con uenire.vt ſic pateat an ſua interſit.nã diuerſimode haberet for mari libellus ſm diuerſimodã reſponſionem rei.nam ſi reſpon deret ſe heredem inſolidum,inſolidum dabitur libellus contra eum.ſi pro parte daretur ſolum pro parte.

1 ¶Epiſcopus litigare poteſt per ſyndicum vel actorem.
2 Et ipſius epiſcopi eſt optio:an per ſe litiget an per procuratorẽ ſeu ſyndicum.
3 Jurare debet epiſcopus vbi agit per ſe prepoſitis ſacroſanctis euangelijs,ſed non tactis.⁊ nu.5.
4 Juramentum calumnie non ſemper preſtatur.
6 Jurare de calumnia recuſans an habeatur pro confeſſo.
7 Juramentum de veritate an poſſit per procuratorem preſtari.

# Cum i cauſa pecuniaria.

a Epiſcopus[a] per alium agens cauſam propriam.per illum iurat de calũnia.Si vero per ſe agit per ſe iurat prepoſitis ſed nõ tactis euãgelijs.hoc dicit.Primo ponit quis debeat iurare de calũnia.ſecũdo ponit penam nõ iurantis de ca
1 lumnia.⁊ ſic ſunt due partes que patẽt.ſecũdo ibi:pena.¶†No ta qđ epiſcopus poteſt litigare per ſyndicum,vel actorem tamen dixit Innocẽ.improprie ſic appellatur.nam potius eſt procura tor.§.proximo.q: ſyndicus pprie ab vniuerſitate cõſtituitur,vt no.in.l.j.§.quibus.ff.qđ cuiuſq; vniuerſi.⁊ in.c.volumus.⁊.c.dia
2 conum.lxxix.diſt.¶†Et nota ꝙ electio eſt epiſcopi an p ſe liti get.an per procuratorẽ.[ADDI. Hoc verũ qñ eſt pcurator ge neralis ad cauſas eccleſie.ſecus ſi ſit ſpecialis ad vnã cauſam per no.§.e.c.j.⁊.c.impatorẽ.vel ſpecialis qñ cõſtitutus ab epo.T.I.D.] ſeu ſyndicũ.⁊ hoc de iure canonico.ſed de iure ciuili neceſſe hʒ p
3 aliũ agere.l.pe.C.de procura.¶†Itẽ no.qđ vbi agit per ſe dʒ iu rare ppoſitis ſacroſanctis euãgelijs ſed nõ tactis.⁊ ideo requiri tur preſentia euãgelioꝝ quia illa inducit terrorẽ ⁊ impendit ſuf fragiũ veritati.l.rem nõ nouã.C.de iudi.ſm Hoſ.⁊ no.ꝙ hoc hʒ locũ in iuramẽto calũnie.⁊ qñ iurat vt teſtis ipſe eps.nam alias videt̃ qđ etiã epus debeat tangere euangeliũ.vt in.c.vt circa.de elec.in.vj.in glo.in verbo corporali.in addi.que ibi in ſi.habetur. licet gl.antiqua aliter ibi ſentiat.⁊ facit quod no.in cle.j.de here. presbyter tñ iurat tactis euãgelijs etiã in iuramẽto calũnie ⁊ te ſtis.xiiij.q.ij.c.ij.¶Itẽ not.penã nõ iurãtis de calũnia.⁊ de ma teria hui⁹ pene habetur in.l.ij.§.qđ ſi actor.C.eod.⁊ in Spec.eo.
4 titu.§.ſi.¶†Item no.qđ hoc iuramentum calumnie nõ ſemper preſtatur,quia non preſtatur in oibus cauſis ſm iſta tempora.§. eo.c.ij.in glo.j.ibi quandoq; tamen principalis.Forte voluit glo. qđ principalis perſona iuret quãdo eſt iuſtior vt videtur colligi ex.l.vlti.allegata per glo.qđ intellige vt dixi in.c.in pertractan dis.§.eo.quia iſtud non eſt ſimpliciter verum.vt ibi dixi.⁊ no.qđ glo.dixit regulare eſſe per aliũ iurare.qđ procedit quãdo tracta tur cauſa eccleſie per ſyndicum vel economum.§.c.proxi.⁊.§.eo. imperatorum.alias poti⁹ eſt regula contra.§.eo.c.ceterum.⁊ qđ
5 no.in.c.j.in glo.mag.§.e.¶†In glo.ij.ibi quandoq; tamen tan git vt quando reuertitur ab he... ſi.⁊ no.quia glo.videtur ſentire qđ regulariter epiſcopus in iur...do non habeat tangere ſacra. niſi in caſibus in quibus requir...r oppoſitũ.⁊ idem voluit glo. in.c.vt circa.in verbo corporali.de elect.in.vj.in gloſſ.ordina.ſed in additione que tamen cõmuniter nõ habetur.tenuit oppoſitũ ...eat ... ra.niſi vbi reperitur ex preſſa ... tacta.de hereti.¶In ea.glo.

Ayuntamiento de Madrid

ea.gl.in fi.ſed certe hoc nõ tollit cõtrarium cũ hic videať cõpelli iurare.ideo dic melius qȯ ibi qñ per aliũ agit.hic qñ per ſe facit
6 qȯ no.in.d.c.j.in glo.magna.¶†In glo.fi.ibi dicas qȯ per ſente tiam.⁊ hoc cõiter tenetur.dicit tñ Bar.ĩ.l.ij.§.ꝙ ſi actor.C.eo.qȯ ſufficit ꝙ pnũtiatum ſit quẽ ꝯtumacẽ in nõ iurãdo.nã ꝑinceps pena tranſibit in heredẽ.ſecus vbi nulla ſnia eſſet lata.per.l.eius qui delatorẽ.ff.de iure fiſci.videť tñ qȯ vt dixit Hoſti.ipſo iure habeť reus pro cõfeſſo.⁊ per hoc poſſit poſtea condẽnari ſicut ſi eſſet cõfeſſus tñ ſm Bar.non tranſiret pena in heredẽ licet ipſo iure habeť pro cõfeſſo.niſi ſit condẽnatus vel ſaltẽ pnuntiatum eũ fore cõtumacẽ in non iurãdo.¶Quid aũt ſi actor nõ vult iurare.⁊ perit inſtãtia anteꝙ̃ reus faciat ſe abſolui.nunqd poterit habere locũ hec pena.Inno.hic dixit qȯ nõ.qꝛ debuit ſm eũ durante inſtãtia inſtari:vt hec pena imponať.alˢ nõ videť qȯ poſſit poſtea hoc peti.ne ex materia prime litis alia oriatur.contra l.terminato.C.de fru.⁊ lit.expen.Refert tñ ꝙ alij cõtra.⁊ iſtã ſecundã videtur tenere Bart.in.l.in criminali.C.de iuriſ.om.iudi. nam oriť ꝯdictio ex.l.ad penam iſtam per id qȯ habeť in.l.j.ff.de ꝯdi.ex.l.ergo cũ competat actio poterit in alia inſtantia agi pro hac pena.⁊ hec videť verior opinio.quã videť etiam ſequi hic do. Ant.Quãdo aũt imponereť pena priuationis in actu extraiudiciali.tunc clarũ qȯ poſſet agi pro illa pena imponẽda.vt patet
7 in.c.qꝛ propter.š.de electio.¶Iuxta†predicta pȯt eſſe dubium quid de iuramẽto veritatis.an poſſit per pcuratorẽ preſtari potes dicere qȯ ſi eſt iuramentũ veritatis vniuerſale ꝙ preſtať loco iuramenti de calũnia vt in cauſis ſpũalibus.tunc idem.vt.š.e.in pertractãdis.Si aũt ſit iuramentum veritatis lit.deciſiuũ.tunc nõ poteſt preſtari ad preiudiciũ dñi.niſi ſit pcurator in rem ſuã. vel niſi habeat ſpeciale mãdatũ.vel niſi habeat generale cum libera.l.iuſiurandũ.§.j.ff.de iureiur.⁊.l.procurator cui libera.ff.de procura.de iuramẽto aũt affectionis dicebat Innoc.ꝙ regulariter per aliũ nõ preſtať.fallit in caſibus de quibus in.l.videamus. ff.de in lit.iurãdo.¶Et tene mẽti ꝙ etiã ille qui iurat de veritate poteſt reſpõdere aſſertiue de his que indubitanter credit.licet illa nõ viderit.vt hic tãgit Inno.licet teſtis debeat deponere de his que pcipit ſenſu corporeo.l.teſtiũ.C.de teſti.niſi ratio ſubiecte materie aliud inducat ſm nota.in.c.j.ad fi.de preſcrip.libr.vj.

## ¶De dilationibus. Rubrica.

1 ☞ Ordo iuris ſeruandus eſt.
2 Peremptorium non debet abbreuiari.
3 Et quantum tempus continere debeat.

Olecti. Si detur nimis breuis perẽptorius vbi non eſt neceſſitas licite appellatur.h.d.Et ſunt due partes.nam primo ponitur appellãtis pſecutio.ſcȯo ipſius cõmiſ-
1 ſio.ſcȯa ibi:qꝛ vo.¶†No.ꝙ ordo iuris ſeruandus eſt de quo per glo.ij.qȯ.j.in ſumma.⁊.C.de
2 ſentẽtijs.l.platã.¶†Itẽ not.ꝙ peremptoriũ non dꝫ abbreuiari niſi ex cauſa.¶Itẽ no.duo q̃ ſimul iuncta prebẽt cauſam appellandi.ſ.qñ ſtatuiť terminus perẽptorius prima vice.⁊ nimis breuis.⁊ ſic videť ꝙ ſi terminus nõ fuiſſet pemptorius.nõ potuiſſet appellari.qȯ intellige niſi fuiſſet adeo breuis ꝙ infra terminum nõ potuiſſet cõparere,qꝛ tunc poſſet appellari.qꝛ intereſt citatio ne reputeť cõtumax ppter ꝯdẽnationẽ expẽſaꝝ.iuxta notata in c.q̃relã.š.de pcu.facit qȯ dicetur cũ gl.ij.¶In gloſ.j.in fi.hec gl. pȯt pcedere qñ nõ eſſet certũ tp̃s ſtatutũ a iure.ſecus vbi eſt certum tp̃s ſtatutũ prout videť eſſe in pposito,per ea q̃ dicit gl.ſeq.
3 ¶†In gloſ.ij.ibi quãtum tria edicta.i.tres citationes.⁊ de iure codicis ⁊ digeſtorũ q̃libet citatio ad cõparendũ debebat habere terminũ.x.dierũ qui per iudicẽ dꝫ aſſignari ſed de iure autẽticorum debebat aſſignare terminũ.xxx.dierũ pro qualibet citatione.hodie tñ ſtatuta prouidẽt de minori dilatione.⁊ iuſta cã eſt ẽt minorãdi ſi ꝯſuetudo fori illud habeat.vt no.Bar.in auť.qui ſemel.C.quõ ⁊ quãdo iudex.⁊ ibi pbať.de termino.x.dierũ probať in.l.ad pemptorium.cũ ſequẽtibus.ff.de iudi.eſt aũt iuſta cauſa minorandi qñ agereť de re tp̃e peritura.vel qñ eſſet cã alimentorum.vt plene no.per Bar.in.l.ij.ff.de re iudi.¶Et no.qȯ de iure videť iſta gl.iuncta cum textu ꝙ qñ iudex ſtatuit minorẽ dilationẽ ꝙ̃ debeat ⁊ ꝙ̃ ſtatuať a iure ſi nõ facit hoc cã ſubſiſtente qȯ ſit iuſta cã appellandi.tñ do.Anto.hic vť velle ꝙ curia nõ daret literas.niſi qñ adeo eſſet breuis qȯ nõ poſſet infra illũ cõparere. vel qñ eſſet datus ad comparendũ ⁊ deliberate rñdendũ.⁊ inſpecta qualitate cauſe nõ potuiſſet plene deliberare infra dictũ tempus.⁊ ſi eo ſtilo appareat ſeruandus eſſet in.c.ꝙ̃ graui.de crimi. falſi.ſed de iure procedere videtur quod dixi.š.

1 ☞ Tenor reſcripti debet ... atione in ... rui quatus facit citari reum.
2 Citatio debet eſſe legiti...
3 Inducie citatorie non requirunt cauſe cognitionem.
4 Reſcriptum an ⁊ quando habeatur loco libelli.
5 Reſcriptum apoſtolicum an debeat mitti bullatum citato.
6 Dilationes an dari debeant iudice ſedente pro tribunali.
7 Libellus an poſſit offerri die feriata.
8 Reſcriptum vbi etiam eſt falſum pretendens ſe delegatũ an poterit cognoſcere an ſua ſit iuriſditio.
9 Citatus ad locũ nõ tutũ nõ artať etiã ſi nõ mittat excuſatorem.
10 Miſſio qñ ſit contra eum qui erat tutus exceptione an ſit nulla.

a Reterea. Deliberatorie[a] denegãtuť reo qñ per lr̃as citatorias plene potuit inſtrui.Et eſt cõis diuiſio cõſultatio rñſio.ſcȯa ibi,qꝛ
1 igiť.¶†No.practicã quã habet facere delegatus qñ facit citari reũ qꝛ habet facere inſeri tenorẽ reſcripti in citatione ⁊ hoc vt reᵘ poſſit deliberare ſit ẽt hoc vt appareť de iuriſditione.ſed tñ hoc nõ ſufficit ſm Hoſt.niſi de autẽtico fiat fides.š.de offi.deleg.cũ in iure.qȯ intellige ſane.ſ.compatẽte ⁊ petente ſibi oſtẽdi originale.alˢ īterim vt teneať ꝯparere.bñ ſufficit talis tenor ĩ citatiõe miſſus ⁊ ẽt ſi nõ ſit miſſus ſi aſſerat ſe delegatũ.vt expſſe voluit Spe.ĩ ti.de cita.§.j.v.itẽ ꝙ reſcriptũ nõ eſt inſertũ.
2 lꝫ gl.aliter ſentiat in.c.j.iij.q.ij.⁊.j.de accu.veniẽs.¶†Itẽ no.qȯ citatio dꝫ eſſe legitima.alˢ nihil operareť.š.de foro cõpetẽ.ppo
3 ſuiſti.⁊ de offi.dele.cũ plures.li.vj.per glo.¶†Itẽ not.qȯ inducie citatorie nõ videnť regrere cauſe cognitionẽ.qꝛ dari pñt parte abſente.facit.ff.de offi.pcon.⁊ leg.in.l.nec quicꝗ̃.§.vbi decretum.⁊ eadẽ rõne idẽ vť in deliberatorijs.facit qȯ habeť.š.de procura.dilectus.ſecus tñ in probatorijs ſeu inſtructorijs,qꝛ ille nõ dantur ſine cauſe cognitione.iij.q.iij.§.ſpatium.verſicu.a iudice.
4 ¶†Itẽ no.ꝙ reſcriptũ videť haberi loco libelli.tñ Hoſtien.hic dicit iſtud verum quo ad excludẽdas deliberatorias ſi ex reſcripto potuit plene inſtrui.ſed nõ quo ad alia.⁊ ideo debebit libellus offerri.⁊ ſic intelligit ⁊ ſupplet iſtũ textũ.tamẽ do.Anto.hic dicit ꝙ in bñficialibus ⁊ ſummarijs ſufficere videť porrigere reſcriptũ in vim petitionis ſeu libelli.prout voluit Inno.in.c.eundum.el.ij.š.de elec.⁊ Specu.in titu.de preben.§.j.ad fi.⁊ de libe. concep.§.nunc dicendum.ver.vj.In alijs pcedat dictũ Hoſtien.
5 ¶†Vltimo no.ꝙ lꝫ iudex delegatᵘ nõ mittat reſcriptũ apoſtolicũ bullatũ citato tñ ex quo mittit tenorẽ etiã non bullatũ comparere dꝫ citatus.facit.š.de offi.dele.cũ in iure.nam ſi reſpondere tenetur qȯ eſt plus:vt hic videť innui.ergo etiã comparere dꝫ. ⁊ ſic reſidet Io.an.ſed intellige ſane ꝙ reſpondere teneť ſi nõ petit ſibi fieri fidẽ de originali.nam alias eſſet ſecᵘ vt ſuperius dixi poſt Hoſti.⁊ patet in.d.c.cum in iure.¶In glo.ij.ibi non dabuntur inducie.ſupple ad hoc vt reſpõdere poſſit libello.ſed bene dabunť vt poſſit habere aduocatũ propter alia que in iudicio occurrũt expediẽda.⁊ facit qȯ no.per glo.in.c.j.š.vt lit.nõ conte. ¶In ea.glo.ibi tres reo.tertia tñ erit cõis etiã actori.nec poterit illi renuntiare in pĩudiciũ accuſatoris.l.ſi poſt mortẽ.§.de familia.ff.de cõtratabu.⁊ no.in.l.petende.C.de tpibus reſti.in in-
6 tegrum.¶†In ea.gloſſ.ibi iudice ſedente pro tribunali concludeqȯ ſi dilatio nõ requirit cauſe cognitionẽ.vel ſufficit ſemiplena.poterit dari a iudice deambulante in loco iudicij.vt in.l.voluit.ff.de interro.actio.Secus ſi requirat plenã cauſe cognitionem.quia tũc dari debet iudice ſedẽte pro tribunali.ſaltẽ ſi pars ꝯdicat petenti dilationẽ.vt no.Bar.in.l.a procedente.C.de dila. ¶In ea.gl.ibi iudicis officium conquieſcit.hoc verũ niſi finita eſſet cauſa dilationis.vel niſi daretur ad aliud diuerſum nõ preiudiciale prime dilationi.vel niſi velit illã inchoari poſt finitam primam p notata per Bart.in.l.fiue pars.C.de dila.⁊ facit.l.a filia.§.j.ff.ad trebel.¶In ea.glo.ibi pȯt facere gratiã.hoc verum in dilatione expectatoria.Secus in pbatoria ſi eſt data de cõſenſu vtriuſꝗ partis,qꝛ tunc ius eſſet queſitũ alteri parti.⁊ idem in eius preiudiciũ nõ vť poſſe facere gratiã.ſecus tñ dicit do.Ant. ſi nõ fuiſſet data de cõſenſu vtriuſꝗ partis.nam ex cauſa poſſet aliã dare.l.ſi.ff.de dila.Sed forte idẽ poſſet dici ĩ caſu precedẽti. ſi iuſta cã illud ſuadeat,qꝛ ea que de nouo emergunt:nouo indi-
7 gent auxilio.š.de offi.dele.inſinuãte.¶†An aũt libellus poſſit offerri die feriata.tꝫ Hoſtiẽ.ꝙ ſic iudici.per.l.miles.§.ſexaginta.
8 ff.de adul.ſed nõ parti qȯ no.pro limitatione illius.§.¶†Extra glo.tene menti dictũ Innoc.inquãtum vult ꝙ etiã vbi reſcriptũ eſt falſum ꝙ poſſit ptendẽs ſe delegatũ cognoſcere an ſua ſit iuriſditio.nã ꝯtrium tenuit in.c.ſup literis.⁊ illud eſt verum ſi oĩno eſt falſum.Secus ſi eſſet verũ.ſed impetratũ per falſi ſuggeſtionem,vt in.c.ſup lr̃is.de reſcrip.qȯ procedit etiã ſi eſſet oĩno nullum,vt qꝛ impetratum ab excõicato vel a pcuratore reuocato.vt voluit Lapus abbas in.c.j.de reſcrip.in.vj.Nã tunc bene pȯt cognoſ ... iuriſditio.⁊ ſi pnuntiet ſe cõpetẽtem:tenebit ſe ... em iudicatã ſi nõ appelleť.⁊ ſic poſtea pote ... i,ſed vbi nõ facta dicta pnũtiatione pro ... t nullus.ex quo carent iuriſd...

a ¶Deliberatorie. Idez ſumma hic do.Abb.et ſi q̃ras q̃ inducie requirãt cãe cognitionẽ et q̃ non vide diſt.hic per d.hen.bohyc.in prin.



Ayuntamiento de Madrid

tione cū reſcriptū ſit ipſo iure nullum:⁊ ſic in principali cauſa nō
habet iuriſditionē licet habeat ſup incidēti cōpetentie vel incō-
petentie.⁊ licet p̄cedat in cā nō ſurget tacita pnūtiatio ſup cō-
petentia.q⁊ non pōt ſurgere ex pceſſu nullo.Secus qū proceſſus
eſt aliqs vt in.c.ex parte.ſ.de ap.⁊ per hoc ptꝫ qđ valde vtilis eſt
expreſſa pnūtiatio ſup competētia.facit qđ no.idē Inno.in.c.
ſ.de offi.deleg.in.vj.❡Itē tene mēti inquantum dici qđ vbi re-
gula eſt p citato.nō teneatur ꝯparere:ſufficit ad excuſandū eum
a cōtumacia.licet forte aliqua cā vera ſubſit ꝓpter quā teneretur
cōparere ſi exprimeref.⁊ idē voluit Barto.in.l.ij.ff.ſi quis in ius
vo.nō ie.⁊ ideo vt artet citatio debet tale qđ continere ꝙ ſm for
mam citationis de iure artetur ad cōparendū.❡Itē tene mēti
inquātum dicit qđ idē operaf notoriū eſſe defectū citationis.qđ
operaret ſi eſſet expreſſus in citatione.facit qđ ipſe notauit in.c.
9 ſ.de offi.vica.⁊ in extrauag.in p̄ſenti.de reſcrip.❡†Et not.ꝙ ſi
quis citaf ad locū notorie nō tutū.nō artat citatio etiā ſi qs non
mittat excuſationē.facit cle.paſtoralis.de re iudi.nec ob.ꝙ noto
riū nō releuat a ꝓponendo.vt no.in cle.appellanti.de ap.q⁊ il-
lud fallit qū cōcernit ipſam citationē.que eſt principium iudicij.
vt in dicta cle.paſtoralis.qđ tene mēti pro limitatione dicte gloſ.
10 ❡†Itē q⁊ Innoc.hic aliqualiter variat qū ſit miſſio cōtra eum
qui erat tutus exceptiōe.an miſſio ſit nulla.tene ſecure ꝙ eſt nul-
la.quia decretum ipſo iure eſt nullū ꝓpter defectum iuſtitie agē-
tis.vt probatur in.l.j.§.hec verba.ff.ne vis fiat ei.⁊ no.Bart.in.l.
iuſte.ff.de acquiren.poſ.ſecus in ſentētia diffinitiua.l.cū putarē.
ff.fami.erciſcun.⁊ no.plene in.l.ſi is ad quem.ff.de acquiren.here.
vbi etiā plene dixi.❡Vltimo tene menti inquātum hic dicit ꝙ
qū iudex hꝫ iuriſditionē.licet alique exceptiones poſſent oppo-
ni.ſi tñ nō opponuntur ⁊ pceditur cōtra cōtumacē precludif via
dictis exceptionibus p illos actus p quos precluderetur ſi ſtarēt
cū pārte.ne als cōtumax ſit melioris ꝯditiōis ꝙ p̄ſis.de quo ēt eſt
bona gl.extracta de dictis Inn.in.c.j.de elec.ī.vj.ī vbo.abſenti.

1 ☞Dictio ⁊ vltra ſapit incertitudinem.⁊ nu.4.⁊.5.
2 Libellus non videf mutari ꝓpter declarationē verbi ambigui.
3 Emphyteuta fiſci ſtatiꝫ cadit a iure ſuo ū facta ſolutiō ē pēſiōis.

## Itteras ac petitio.

Propter declaratione libelli per quam natura negotij non mutatur no-
ne dilatorie non dabuntur.h.d.vel ſic ſm domi.Flo.
Propter declarationem verbi generalis ⁊ ambigui poſiti in li-
bello nō dantur noue inducie deliberatorie etiā ſi in declaratio-
ne exprimatur maior quātitas quā eſſet petita in ſpecie.h.d.Et
eſt cauſa ſingularis ſm eum.❡Et in prima iudicis cōſultatio ⁊
appellati petitio.in ſcda rñſio ⁊ appellationis repulſio.ſcda ibi:
nos igitur.❡No.ꝙ rector eccleſie dꝫ formare libellū nomine ec
cleſie qū agit pro rebus vel iuribus eccleſie.de quo etiam hic per
1 Io.an.❡†Itē no.ꝙ dictio ⁊ vltra ſapit incertitudinem.⁊ ideo
ſi eſt adiecta in libello peti poteſt vt declaretur.ſi aūt apponatur
in dicto teſtis.an aliquid operef.notauit Ioan.an.in.c.licet cau
ſam.ſ.de proba.⁊ hic per Ioā.cal.⁊ per legiſtas in.l.ab hoſtibus.
§.ſꝫ qđ ſimpliciter.ff.ex qui.cau.ma.⁊ ibi per Bar.⁊ in.l.cum fur
ti.ff.de in litem iuran.⁊ per Guil.in.l.⁊ ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.
2 ❡†Item no.qđ qui exprimit vel declarat verbū ambiguū non
videtur immutare.facit.l.heredes palam.§.ſed ſi notā.ff.de teſt.
❡Vltimo no.qđ dictum eſt in ſummario.⁊ facit qđ no.per glo.
in.c.ij.de libel.obla.❡In glo.ibi cum ad longum tempus.puta
decēnium vel vltra.facit qđ not.in cle.j.de rebus eccle.non alie.⁊
idē dicas ſi erat locatio ad minus tempus.⁊ appoſitum pactum
de non expellēdo.nā tale pactū intelligif niſi ceſſauerit per bien-
nium.vt pbatur in.d.§.inter locatorē.ſm alium intellectum.Si
autē non fuiſſet aliquod pactum appoſitum ⁊ locatio eſſet facta
ad nō longum tēpus,tunc poſſet expelli cum primū ceſſat ſolue-
3 re pēſionem.p id quod habetur in.l.edem.C.locati.❡†In eadē
gl.ibi.§.non ſolutis.⁊ ibi videtur probari ꝙ ſtatim non facta ſo-
lutione penſionis tempore debito cadat emphyteuta fiſci a iure
ſuo.tñ glo.ibi dicit illud poſſe intelligi qū per biēnium ceſſauit.
ſicut in emphyteuta eccleſie cū equiparētur reſpublica ⁊ eccleſia.
l.ſi.C.de ſacroſan.eccle.❡In ea.gloſſ.ibi ſine autoritate princi-
pis.ſed certe illud nō vitietur verū.p id quod no.in.§.agri.ſ.alle
gato.⁊ ideo cauſa ſubſiſtēte etiam ſine autoritate principis reuo
4 cari poſſunt.❡†In ea.glo.ibi ſed hic ſatis potuit deliberare.⁊
ſic videtur gl.aliqualiter vacillare.⁊ etiam Innocē.hic ambigue
loquif quando petita fuit penſio ⁊ adiecta fuit dictio ⁊ vltra.ſed
potes dicere qđ ſi arguatur ſolutionē nō factā per illū cōtra quē
agitur:q⁊ certus dꝫ eſſe de facto ſuo.ſatis potuit deliberare.ideo
nō habebit nouam dilationē.ſecus qū ſub ill[illegible]retur
tempus in quo declaretur predeceſſorem n[illegible] ſi
petitur pēſio,quia augetur quantitas pe[illegible]
dubitar[illegible] in facto alieno p[illegible]
ſuo.⁊ probatur in.c.ab excōi[illegible]

a ❡Si poſt. Idē ſūmat hic.d.Abb. ī hoc.c.ſi q̄ras quo tpe ⁊ vſq̃ ad ꝙ tp̄s aliquis obligat⁹ ad ſtādū vel ad faciendum aliud ſtare ī iudicio hoc facere teneatur.vid hic perdo.hen. bohyc. pulchrā diſtin.

noua dilatio.Sec⁹ ſi peteretur res quaſi cecidit[illegible] in cōmiſſum.
q⁊ non dabitur noua dilatio.q⁊ tempus expreſſum erat ſufficiēs
ad talem penā inducendā.vt patet ex glo.ſuperius.⁊ ſic illa adi-
5 ctio ⁊ vltra fuit ex ſuperabundanti.❡†Vltimo proſequitur hic
do.Anto.opinionē Calde.de iſta dictione ⁊ vltra:appoſita in di
cto teſtis.an aliquid operetur.⁊ cōiter tenetur qđ nō,vt patet ex
notatis p Bar.in.l.cum furti.ff.de in lit.iuran.⁊ in.l.celſus.ff.de
vſuca.licet Io.an.aliter ſentiat in.c.licet cauſam.ſ.de proba.tan
git etiā de dictione citra appoſita in dicto teſtis.de quo etiā ī di-
cto.c.licet.p Ioan.and.⁊ per Bart.in.d.l.celſus.⁊ per Guil.in.l.ſi
poſt tres.ff.ſi quis cau.vbi tractat etiā de dictione prope.⁊ de di-
ctione.fere.de quibus hic etiam per do.Anto.

1 ☞Peremptorium poteſt in prima citatione apponi.
2 Procurator conſtitutus ſaluis exceptionibus domino compe-
tentibus an debeat per aduerſarium admitti.
3 Vocatus ad curiam pro publica vtilitate habetur pro abſente ⁊
habet priuilegium reuocandi domū vt ſic nō teneatur reſponde
re pro alia cauſa.
4 Mandatum ſecundum quando emanat ſuper cauſa magis ar-
dua an videatur reuocare primum.
5 Citari poteſt quis vt compareat vſq̃ ad feſtum natiuitatis.
6 Peremptorium poteſt in prima citatione fieri dummodo ha-
beat tot dilationes quot haberent tres citationes.
7 Citatus vt perſonaliter compareat vel per procuratorem debet
ſaltem mittere procuratorem.

## Xpoſuit nobis.

a Si poſt citationē ad cauſam reus p publica vtilitate vocef circūducitur pemptoriū.⁊ ha-
bebit nouas inducias.h.d.❡Et due ſunt partes pn
cipales.nā primo narrat factū.ſcdo interloquif.ſcda ibi,nos igi-
tur.prima cōtinet in ſe plura.nā in ea ponif rei bina citatio.⁊ p-
pter ſcdam cōparitio.actoris petitio.rei pcuratoriū.⁊ ipſius pro
curatoris exceptio duplici iure fundata.⁊ actoris replicatio ad
1 vtrūq̃ rñdens.❡†Not.qđ vn⁹ archieps pōt habere ius prima-
tie in aliū archiepm ⁊ in eius prouincia.de quo in.c.duo ſimul.de
offi.ordi.⁊ vt ibi patet,licet iſta noīa ſint diuerſa primas ⁊ patri
archa.tñ quo ad effectū idē officium habent.❡Itē no.ꝙ lꝫ alia
ſint iura archiepi ꝙ primatis.tñ archieps pōt defendere ſuā p-
uinciā ꝯ aliū primatiā ꝓtendentē.lꝫ quatuor principales pr̄iar-
che in aliqbus ſint vltra alios priuilegiati.vt.ſ.de pui.in.c.anti-
qua.intereſt eñ eius ne ſua puincia pluribus ſit ſubiecta.❡Itē
no.ꝙ pemptoriū pōt etiā in prima citatione apponi p̄ſertim qū
quis de longinquo citatur.de quo in glo.ſ.e.c.j.❡Itē no.ꝙ ec-
cleſia romana pōt petere ſubſidiū a prelatis:nec mirū q⁊ etiā pōt
petere a principibus ſecularibus.xxiij.q.iij.maximianus.⁊.c.ab
imperatoribus.⁊ ſi nō prebeant poſſunt excōicari.e.cā.q.v.admi
niſtratores.⁊ lꝫ platus pſonaliter pugnare nō debeat.poterit tñ
eius p̄ſentia eſſe vtilis p defenſione eccl̄ie in hortādo alios.xxiii.
2 q.viij.in.c.igif.⁊.c.hortatu.⁊.c.omni timore.❡†Itē no.cautam
formā ꝯſtituēdi pcuratorē q⁊ pōt ꝯſtitui vt ſaluis exceptionib⁹,
dño competētibus in rñdendo ⁊ in defendēdo ⁊ in alijs occurrē-
tibus oīa faciat que dñs in ꝓpria pſona eſſet facturus.⁊ per hāc
tñ formā nō poterit facere aliquid de reqrentibus ſpāle mādatū
ſm Io.an.allegat.de pcu.qui ad agendū.li.vj.Sed certe ibi non
fuit talis forma.⁊ Bar.tenuit oppoſitū in.l.pcurator cui libera.
ff.de pcura.l.creditor.§.lucius.ff.mādati.vbi vf pbari.ꝙ quando
adijcif in mandato ꝙ oīa poſſet facere que poſſet dñs ſi eſſet pre
ſens.dicaf habere generale cū libera.⁊ ideo pōt trāſigere.lꝫ alias
requiraf ſpeciale mādatum.vt in.d.l.pcurator cui libera.An tñ
teneaf aduerſarius admittere pcuratorem cōſtitutū ſaluis exce-
ptionibus dño competentibus tangif in glo.⁊ eſt etiā gl.ſingu.
que in ſimili vf dicere qđ nō in.c.relatio.xxi.q.i.⁊ ad iſtū tex.poſ
ſet dici qđ hic habebat mandatū ſufficiens ad excipiendum.ſed
nō ad cauſam principalē cū dicto aduerſario.⁊ iſtud videf ſequi
hic Io.an.⁊ ſimiliter vf ſequi glo.in dicto.c.relatio.que dicit ꝙ ſi
quis cōſtituat pcuratorem ⁊ pmittit ſe habere ratū qđ canoni-
ce ⁊ legitime factū erit per eum qđ non eſt ſufficiens mādatum.
quia datur materia cauillandi.nam dictū ſemp poterit reuocare
3 in dubiū an legitime ſit factum.❡†Item no.ꝙ vocatus ad cu-
riam pro publica vtilitate habetur pro abſente.⁊ habet priuile-
gium reuocandi domū,vt ſic nō teneatur reſpondere p alia cau-
ſa.de quo in.c.ſi.de foro cōpe.Et no.bene ꝙ hoc procedit etiam ſi
illa alia cauſa ſui natura ſit in curia ſi non potuit bene in illa va-
care etiam ſi fuiſſet citatus vt p ſe vel per pcuratorem reſpōdeat
vel cōpareat.❡Itē no.ꝙ in cauſa ardua cōcernente ſtatum pro
uincie archiepiſcopus debet habere cōſiliū cū ſuffraganeis ⁊ cū
[illegible] quid [illegible]dum.❡[illegible] no.illud vulgatum qui bi-
[illegible] C.de aſſeſſo.in.l.ſi.⁊.xvj.
[illegible] mādatū emanat ſup
[illegible]re primum.facit.ſ.de
ſponſa.

Ayuntamiento de Madrid

ſponſa.ſi inter.c.de appel.cum parati.¶ Item not.q licet ar-
chiepiſcopus deliberauerit cū aliquib⁹ ſuffraganeis: non tamen
neceſſario q cum alijs potuerit deliberare:niſi aliud probetur.fa
6 cit.ſ.de proba.in preſentia.¶ †Ultimo not.q poteſt quis citari
vt compareat vſq ad feſtum natiuitatis dñice.z ſic videt valere
citatio ad diem feriatam.ſed certe hoc nō fiebat vt tunc procede-
retur ſed vt ex tunc poſſet inchoari proceſſus.ſ.tēpore iuridico:
vel illa dictio vſq intelligit excluſiue.facit quod no.in c.j.de ord.
6 ab epo.¶ †In gl.j.in fi.concludē q peremptorium poſt in prima
citatione fieri.dūmodo habeat tot dilationes quot haberet tres
citationes que habent vim peremptorij.l.tres denūtiationes.C.
quādo z qñ iudex.niſi ex cauſa minus tps detur.vt not.ſ.eo.c.j.ſed
vbi quis citaret peremptorie ad comparendum in cauſa vſq ad
ſniam incluſiue:q2 iſta eſt magni piudicij q2 ſit ad multos actus
ſimul non debet fieri niſi fiat ppter longā diſtantiam viarum.vt
no.per Jo.an.in.c.eum qui.de dolo z cōtu.in.vj.z in addi.Spec.
in titu.de cita.§.viſo.verſi.item licet in die peremptorij.z Bart.
in extraua.ad repri.in verbo edictum.z ſic debet limitari qd no-
tauit Inn.in.c.conſuluit.de offi.deleg.vbi ſimpliciter videt vel-
le q quis poſſit citari vt compareat ad totam cauſam.¶ In gl.
7 §.ibi:† perſonaliter vocetur:ſed vbi citatur vt perſonaliter com
pareat vel per procuratorem.tunc debet ſaltem mittere procura
torem etiam ſi cauſa ſit ardua propter formam mandati:vt hic
patet.al's non teneretur quis in cauſa ardua mittere procurato-
rem.ſ.de procu.querelam.z ſi dicas quare ergo hic non imputa-
tur iſti burdegalenſi quare non miſit procuratorem.dic q2 non po
tuit mittere ſufficienter inſtructum:quia adeo fuit occupatus p
negotio ſubſidij q non potuit deliberare maxime cum ſuffraga-
neis quid agendum:z ideo fuit excuſatus.nam procurator debet
eſſe plenarie inſtructus.al's poſſet petere inducias ad conſulen-
dum dnm.ſ.titu.j.in pertractandis.¶ In ea.glo.in fin.hodie eſt
c.j.de iudi.lib.vj.¶ In gloſſ.exceptionibus.in fi.Uin.vero dicit
q proteſtatio multū operabitur:q2 ſi confitebitur aliquid omiſſa
exceptione declinatoria:quia procedit tunc contra formam man
dati non valebit.Secus vbi non procedit contra formam man-
dati:q2 tunc confeſſio procuratoris preiudicat dño.l.nō ſolum.ff.
de procura.¶ An autem conſtitutus ſub forma:de qua in lite-
ra dicatur habere ſufficiens mandatū ad cauſam principalem.te
nuit Hoſ.q non per.c.ſignificauit.ſ.de appel.z idem tenet ſi con
ſtituatur ſub illa forma per quam quis permittit ratum habere
quod legitime factum fuerit:q2 iſte forme videntur eſſe cōtra na
turam mādati procuratorij z poteſtatis procuratoris:q2 alias fa
ctum procuratoris in omittendo declinatoriā conſueuit domino
nocere.z ſimiliter dolus procuratoris ſaltem poſt litem conteſta.
conſueuit domino nocere.l.ſi procurator.ff.de doli except.z ideo
tales forme non admittentur ſaltem contradicente aduerſario:
q2 dant materiā cauillandi:vt dixi in notabilibus.ſed Hoſt.hic
tenet contrarium dicens qd.c.ſignificauit.nō probet dictū Hoſ.z
q iſtud mandatum burdegalenſe fuit ſufficiens.de quo in Spe.
de procu.§.rationē autē forme.ad fin.prime col.vbi tenet dictum
Hoſſ.z qd no.gl.in.c.relatio.xxj.q.j.z videt ſequi etiā hic Jo.an.
qui dicit quod.c.ſignificauit.facit pro Hoſ.q2 ſicut ibi procurato-
rium non cum generali ſigillo ſed cū ſigillo ad certum vſum non
eſt ſufficiens.ita nec mandatū non generale ſed habens certam z
limitatam formam.vnde ppter autoritatem glo.z Jo.an credo
q ſeruaretur opi.Hoſtie.

¶ De ferijs. Rubrica.

¶ Quia.ſ.vidimus de dilationibus que dantur a iudice vel ab
homine videndum erit de dilationibus que dant a iure ideo zc.
¶ De ferijs cauſarum z alijs feſtiuandis habetur.xv.qd.iiij.de
conſe.diſt.ij.¶ De ferijs nuptiarum habet.xxxiij.q.iiij.

1 ¶ Dies incipit z finitur de veſpera ad veſperam.
2 Die dñico non eſt licitum mercari litigare vel iurare.
3 Die dominico an ſit licitum legere.

Omnes dies. Diebus dominicis mercari litigari vel
1 iurari non debet.h.d.z non diuiditur.¶ †Nota
q dies incipit z finitur de veſpera ad veſperam.
et ſic dies dominicus incipit a veſperis diei ſab-
bati z finit in veſperis diei dominice ſubſequen-
tis:quod eſt verum quo ad celebrationem officiorum dominorum
2 quo ad illud de quo hic dr.de quo in gl.¶ †Itē not.q in die do-
minico nō eſt licitū mercari litigare vel iurare:niſi iuret pro pace
vel alia neceſſitate.¶ In glo.j.in fi.vel poteſt dici ſm Petrum
q illud.c.conſuluit.loquatur in alijs die[illegible]
a dieb⁹ feſtiuis.ſecus i[illegible]
pinqua diei dñice.S[illegible]
3 ¶ †Extra gl.tangit [illegible]

non licitum eſt ſine ſolennitate legere.facit quod no.gl.in.l.pe.ff.
d.z ſic videtur q cum ſolennitate nō ſit licitū legere:ſz de facto
nō ſeruet.z [illegible] olim hic do.Ant.q non eſt licitū attendere nec
legere ſine ſolennitate:niſi forte cauſa expediendi forenſem de lon
ginquo venientē:vel niſi fieret ſtudiū in ſacra pagina vel alia re
ſpirituali.nam iſtis diebus vacandum eſt contēplationi diuino-
rum z orationi ſm eum.z ſic non licet operari pro ſuſtentatione
ſm eum.nec licet ſtudere in ſcientia poſitiua.Sed forte poteſt di
ci hoc verum niſi forte ſtudenti in his rebus non bene ſufficiat
aliud tempus pro lectionibus ſtudendis.nam tunc eadem videt
ratio que eſt in expediendo forenſem:z q2 videtur quaſi ex quadā
neceſſitate id fieri.z ſic eſt licitum vt [illegible].j.eo.c.fin.Puto tamen
q meli⁹ eſſet vacare ſtudio q [illegible] ob cauſam vanitatis:
nec in hoc puto eſſe magnum peccatum:licet melius eſſet vacare
diuinis.facit qd habet in.c.nunq.de conſe.di.v.vbi dicit Hierony.
mus ama ſcientiā ſcripturarū z carnis vitia non amabis.

1 ¶ Gloria patri z filio z ſpi.ſan.z ppter reuerentiam trinita-
tis:z Damaſus papa ad preces beati Hieronymi decreuit hoc
dici in fine pſalmorum.
2 Notarius ſi ſcribit teſtamentum vel contractum vſq ad mediam
noctem,attribuit diei precedenti.
3 Carnes comedere poſt cenā i die martis carniſpriuij nō eſt licitū.

a Quoniam. Feſtorū[a] principium fieri dz ſm
eorū magnitudinē:z ſm conſue-
tudinem regionū.hoc primo.Et in precipuis feſtis et
inter paſcha z penthecoſten non ſit ſolennis genuflexio.ſi tamen tunc epi z clerici ordinent ſm ordinationis modū
genua flectentur:hoc ſcdo.Itē romana eccleſia ſpāle feſtū de tri-
nitate non facit.ſeruari tñ debet cuiuſlibet eccleſie conſuetudo.
h.d.tertio.Et ſic ſunt tres partes principales ſicut tria ſunt di-
1 cta principalia.ſcda ibi:dieb⁹.tertia ibi:preterea.¶ Not.† quare
ſingulis dieb⁹ dicatur verſus gloria patri z filio z ſpi.ſan.q2 pro-
pter reuerentiā trinitatis:z dicitur q ad preces beati Hierony-
mi Damaſus papa decreuit hoc dici ad finem pſalmorū.de quo
remittit Jo.an.ad Spe.hiſtoriale.¶ Itē no.arg.ſm Franciſcū
verce.q ille qui ſingulis diebus ppter magnatem vel principem
honorat non debet ſibi reputare iniurioſum ſi inter alios certo
die vel tpe ſpecialiter non honoretur.¶ Item no.q ſi poteſt die
dñico licite fieri ordinatio eadē ratione pōt fieri benedictio nubē
tium.z ita de facto ſeruatur.Item no.que dicta ſunt in ſumma-
rio.¶ In gl.§.ibi:fictione iuris.pone exemplū per.c.litteras.de
tēpo.ordi.vbi ex fictione iuris mane diei dñice trahit ad diē ſab-
bati quantū ad poteſtatē ordinādi.¶ In ea.glo.ibi:media nocte
2 terminat.z ideo† ſi notarius ſcribit teſtm̄ vel cōtractū attribuit
ipſum diei pcedenti ſi id faciat ante mediā noctē.al's die ſequen-
3 ti.¶ In ea.glo.ibi:poſt cenā.z ſic facit q† poſt cenā in die mar-
tis carniſpriuij non ſit licitum comedere carnes lz aliqui vſq ad
mediā noctē Jriuni ſeruent.de quo etiā.iiij.di.deniq.¶ In ead.
glo.in fi.Aliqui etiā incipiunt diem ab ortu ſolis alij incipiūt diē
ab occaſu ſolis:z aliqui a meridie.de quo etiā in.d.l.more roma-
no.¶ In gl.pe.in fi.Solue q illud quo ad ſolennitatē officij:ſed
hic quo ad numerū dierū.¶ In gl.fi.Solue q ſi eccleſia romana
aliquid obſeruat z precipit obſeruari:tūc talis conſuetudo eſt ſe-
quenda vt in cōtrarijs.ſecus ſi ſolū obſeruet vt hic de quo per gl.
xj.diſt.nolite.z in.c.j.de ſum.tri.li.vj.z in.c.j.ſ.de tempo.ordi.

Licet tam veteris. Propter neceſ-
ſitatem diebus
feſtiuis piſcari licet.h.d.¶ Uel aliter.Dieb⁹ feſtiuis
licitum eſt intēdere rei tpe periture.h.d.¶ Et primo
ponit diuinū preceptū.ſecundo propter neceſſitatē dat indulgē-
tiā contra illud cum certa determinatione.ſecunda ibi:indulge-
mus.¶ †No.q taz ex veteri teſtamēto q ex nouo ſeptima dies
deputata eſt p quiete.probat Geneſis.ij.z Matthei.xij.¶ Item
not.q in dieb⁹ feſtiuis ceſſandū eſt ab omni opere ſeruili.Secus
in operib⁹ pietatis:nā in illis iſtis dieb⁹ fortius eſt inſiſtendum.
de ſtatu mona.cū ad monaſterium.§.in refectorio.¶ Item not.
q regulariter nō videtur licitū piſcari diebus feſtiuis licet male
obſeruetur.¶ Item no.q ex cauſa papa poteſt diſpenſare cōtra
vetus z nouum teſtamentum.facit qd no.in.c.que in eccleſiarū.
de conſti.z facit.l.ſi.C.ſi contra ius vel vti.publi.¶ In gl.ſolenni
tatibus.in fi.adde etiā feſtum corporis chriſti qd ſit poſt octauas
penthecoſtes.v.feria:z feſtum aſſumptionis beate Marie.in cle
men.ſi dominium.de reli.z vene.ſan.z in.c.ſi.de ſen.excom.in.vj.
¶ In glo.alecia.ibi:propter neceſſitatem.nam in partibus illis
non habent panē.facit.ſ.de peni.z re.in.c.licet.vel forte poteſt di
ci [illegible] alias pereat cōmoditas dicti piſcis qui certo tpe
[illegible] omnes iudices.C.eo.
[illegible] ſiue ſponſalia de futuro pñt ol tpe contrahi.
[illegible] aſquibus temporibus prohibeatur.
[illegible] icies non peccat ſi ſup illa ſint opiniones.

a ¶ Feſtorū. Sup hoc.c. queri poteſt qñ dies icipiat z qñ d finit.de quo vid hic per Henri.bo. hych.diſtin cte.

Ayuntamiento de Madrid

• **Capellanus.** Tres ſeptimane. quibus canon phibet fieri nuptias ante feſtum Joannis baptiſte non continuantur ipſi feſto:ſed intelligunt de ſeptimana aſcenſionis.⁊ duabus ſequētibus.h.d.⁊ eſt communis diuiſio.ſecūda ibi:q̄ agitur
[ADDJ Jgit a ſeptuageſima ſupple detracto tpe a dñica in albis vſq; ad primam diem rogationum excluſiue ſm Hoſtien.
Et vſq; ad octauum ſupple cōputando dies pentecoſtes in ipſis octo dieb⁹ al's eſſent.vij.vt.j.patet ex litera circa finem. T.J.D.]
1 ¶†No.ꝙ certa ſunt tpa feriata in quibus non debent nuptie celebrari.i.cum ſolēnitate ⁊ celebritate contrahi:ſeu celebris traditio vel conſummatio fieri:⁊ ſic nō phibetur ꝙ ſolo cōſenſu omni tēpore non poſſint contrahi matrimonia vel ſponſalia de futuro:vt hic expreſſe dr.¶Jtē no.qualiter debeant computari tres ſeptimane ante feſtum Joannis baptiſte in quibus canon phibet nuptias fieri:q̄ due fuerūt opi.quarū ſecūda hic approbatur.
prima autem habuit originē ab opinione vulgarium dicentium circa feſtū ſancti Joannis ſunt tres ſeptimane tpis feriati ſicut dicitur de quadrageſima ſancti Martini:in qua tamen non habetur reſpectus,nec cōſideratio ad feſtum ſancti Martini ſed ad aduētum chriſti.⁊ potius deberet dici quadrageſima aduentus.
¶Jtem no.ꝙ illa opi.eſt approbanda que mouetur meliori et ſubtiliori ratione.⁊ ſic no.ꝙ ſubtilitas cōmēdatur pro inueſtiga-
2 tione veritatis.de quo in.c.dilecti.§.de iudi.¶†Jtē no.ꝙ ſolēnitas nuptiarum phibetur a ſeptuageſima vſq; ad octauas paſche reſurrectionis ſupple ⁊ ab inde permittit vſq; ad primā diē rogationū:que ſunt ante feſtum aſcenſionis.⁊ ex tunc incipit phibitio que durat vſq; in ſeptimum diem feſti pentecoſtes.et ſic in dñica que ſequitur.i.poſt dominicam predictam que eſt.viij.
quo ad numerum.i.poſt ipſam poterunt celebrari.¶Et ſic not. ꝙ prohibitio nuptiarum incipit in prima dominica de aduentu vſq; ad octauā epyphanie incluſiue.⁊ hoc ſeruat ↄſuetudo multorum locorum.tamen ſm Hoſt.de octaua epyphanie non videt bene iure probari ſed ſeruatur in iſtis partibus:poſtea poſſunt contrahi vſq; ad primam dñicam ſeptuageſime excluſiue.⁊ ab illa incipit alia phibitio que durat vſq; ad octauā paſche reſurrectionis incluſiue que appellatur dñica in albis:poſtea poſſunt contrahi vt dixi vſq; ad primā diem rogationum excluſiue.⁊ tunc incipit alia prohibitio:vt ſuperius dixi que durat vſq; ad octauam pentecoſtes incluſiue.⁊ dicit Hoſti.ꝙ in quibuſdam partib⁹ aliq nō inchoant facere nuptias niſi in dñica in qua cantatur euangelium.nuptie facte ſunt in chana galilee ⁊c.qd dicitur in dñica ſequenti poſt octauas epyphanie.⁊ iſti abſtinent vltra q̄ precipiat canon.Alij vero incipiunt in dñica in albis ⁊ ſiūt in dñica octaue pentecoſtes.⁊ iſti videntur ſm Hoſti.canones violare.ſed aduerte q̄ pro illis qui dicūt poſſe celebrari in dñica in albis.facit quia ſeptuageſima finit in ſabbato ante dñicam in albis ſi bene computaueris.⁊ p illis qui dicūt ꝙ in dñica poſt penthecoſtē.facit iſte tex.in ſi.ſi non violet.tn̄ Hoſti.exponit in dñica.i.poſt dñicam.q̄ al's non eſſent cōplete tres ſeptimane incipiendo a prima die rogationū.Sed poſſes dicere ꝙ p vna die minus nō ſit magna ↄſideratio.per id qd habet de ↄſe.di.ſi.reuera.⁊.§.in proemio huius cōpilationis.tn̄ tutius eſt ſeruare opi.Hoſti.¶Sed quō cognoſcet dñica aduētus hoc habent ſacerdotes:q̄ eſt in effectu dñica que occurrit inter.xxvij.diē nouembris ⁊ tertiā diē decēbris.⁊ ſic inter.v.calen.decembris ⁊ tertio non.eiuſdē menſis.⁊ in effectu eſt dñica que primior eſt feſto ſancti Andree ſiue antecedat ſiue ſequat:⁊ ſiue in ipſa die dñica ſit feſtū ſancti Andree illa erit dominica aduētus.prima aūt dñica ſeptuageſime ſemp eſt ante pe. dñica carniſpriuij.¶Jn glo.iij.in ſi.Hoſt.reprobat gl.quia ſtari dz huic decretali.ſed tu intellige ſm Jo.an.gl.pcedere ante hanc
5 decre.Et no.bene ex gl.† ꝙ non peccat faciens ↄtra legē p̄cepti. ſi ſup illa ſint opi.⁊ ſequat alterā earū.facit qd no.in.c.j.de poſtu.prela.in.vj.Secus qn̄ non ſunt opi.¶Jn gl.fi.ibi hic cōmendat hoc ideo.q̄ tēndit ad veritatis indaginē:vt dixi in notabilibus.

6 ¶Tres ſeptimane, q̄ritur ſup h̄ an ſubtilitas approbet vl' reprobet, de quo diſtigue vt hic p.d.Hē, bohych.

1 Feriatis diebus debet ceſſare omnis ſtrepitus iudicialis p̄cipue diebus feriatis in honorem dei ⁊ ſanctorum.
2 Paulus non fuit apoſtolus licet inter apoſtolos cōnumeretur.
3 Canonizare aliquem in ſanctum ſpectat ad ſolum papam.
4 Proceſſus factus die feriata in honorem dei non valet etiam ſi fiat partibus conſentientibus.
5 Executio ſententie poteſt fieri die feriata in honorem dei.
6 Decretum an in alienatione rei minoris vel eccleſie poſſit interponi feriato tempore.
7 Ferie repentine a ſolo principe inducuntur ⁊ illis renuntiare nō poſſunt partes.
8 Ferijs introductis in honorem dei partes renūtia[...]ant.
9 Feriatis diebus etiam in honorem dei poteſt a[...]re ⁊ terminare ſecus in arbitro.
10 Feriatis diebus appellari poteſt.
11 Citatio ad diem feriatam an valeat.
12 Citatio die feriata facta ad diem non feriatam an valeat.
13 Ferie litigantium an ſint attendende an vero ferie loci iudicij.

**Conqueſtus.** Ferijs introductis ob honorem dei ⁊ ſanctorum niſi ob neceſſitatē vel pietatem iudiciū exerceri non poteſt etiā de conſenſu partiū poſſunt tamen partes renuntiare ferijs fauore hoīm introductis.h.d.⁊ ſunt due partes principales.nam primo ponitur de ferijs inductis in honorem dei.ſecundo de ferijs inductis ob neceſſitatem hominum.ſcda ibi:lz.
¶No.ꝙ potius expedit lites abbreuiari q̄ prorogari.facit.j.de
1 dolo ⁊ contumaciam.¶Jtem not.† ꝙ ſtrepitus iudicialis debet conquieſcere dieb⁹ feriatis precipue in honorem dei ⁊ ſanctorum.
¶Jtem no.certas feſtiuitates hic expreſſas in quib⁹ ſunt ferie ob reuerentiā dei ⁊ ſanctoꝝ quibus etiam Jo.an.addit aliquas.
¶Jtem no.ꝙ feſtiuitates quas eps cum clero ⁊ populo precipit obſeruari debēt feſtiuari.⁊ ſic videt ꝙ eps ſine populo hoc facere nō poſſet.ſed contrariū ſentit gl.in.c.j.de conſe.di.j.Et hoc ſequitur do.Ant.hic p illum tex.vbi non dicit cū populo ſed in po-
2 pulo.¶Jtē no.ꝙ † paulus hic appellat apoſtolus nō tamē fuit de duodecim.vt no.per gl.in.c.j.de reli.⁊ vene.ſan.in.vj.¶Jtem
3 not.ar.† ꝙ epi poſſint aliquē in ſanctū canonizare in ſua dioceſi. qd tenebat Vinc.ſed ↄtrarium cōiter tenetur:q̄ hoc ſolum ſpectat ad ſolum papam.vt no.in.c.j.de reli.⁊ vene.ſan.nec ob.iſte tex.q̄ debet itelligi de ſanctis ab eccleſia canonizatis:quos eccleſia nō
4 precipit feſtiuari.¶†Jtem no.ꝙ proceſſus factus in die feriata in honorem dei:non valet etiā ſi fiat partibus cōſentientib⁹:niſi in caſibus hic poſitis.ſecus ſi fiat diebus feriatis ob neceſſitates hominū:q̄ tunc valet ſi fiat de partiū voluntate vt hic dicit.⁊ idē ſi altera parte inuita in caſib⁹ in quibus procedit ſine figura iudicij.vt in cle.ſepe.de ver.ſig.vel ſi arbiter pnuntiet cogente ſuperiore.l.ſi feriatis.ff.de arbi.¶Et no.ꝙ ſufficit voluntatē partiū precedere per pactū etiam ante litē motā.vt no.in Spe.eo.tit.§.
5 vlti.verſi.j.¶†Et adde etiam ꝙ executio ſnie poteſt fieri die feriata ob neceſſitates hominū:lz non poſſit fieri die feriata in honorē dei.vt no.in.c.ſi.§.de iudi.⁊ per Bar.in.l.oēs.C.eod.⁊ adde
6 etiam qd no.per eū in.l.actus.C.eo.ti.⁊.l.diuus.ff.de fer.¶†Et an decretū poſſit interponi in alienatione rei minoris vel eccleſie tpe feriato in honorē dei.no.in Spe.eo.tit.§.ij.in ſi.vbi not.ꝙ non q̄ requirit cauſe cognitionem.¶Jn gl.ij.ibi.ff.eo.preſides.
7 Adde† ꝙ etiā eſt quarta ſpecies feriarū.ſ.q̄ quedā ſunt repentine que inducunt a principe propter victoriam vel rem pſpere geſtam:vel q̄ natus ſit filius:vel q̄ duxit vxorē.⁊ iſte tales nō pſſt induci ab alio q̄ a principe.l.a nullo.C.eo.intellige niſi inducerētur a non recognoſcente ſuperiorem per nota.per Bart.in.l.ho-
8 ſtes.ff.de cap.¶†Jn ea.gl.ibi:renuntiare partes nō poſſunt.intellige etiam compromittēdo:niſi cōpromitterent tanq̄ in arbi-
9 tratorē:q̄ tunc cenſetur quedam tranſactio.† ideo poteſt arbitrator procedere ⁊ terminare etiam die feriata in honorem dei.licet ſecus in arbitro.vt no.in Spe.de arbitro.§.ſi.ad ſi.⁊ ſimiliter dicas ꝙ renuntiari nō poteſt ferijs inductis ob reuerentiam principis:vel ferijs repetinis:q̄ ille nō ſunt introducte in fauorem partium.de quo in cle.ſepe.in ver.ob neceſſitates.de verb.ſig.¶Jn
10 ead.glo.ibi:poteſt quis appellare.intellige etiam† ſi ſit feriatus in honorem dei.vt probatur in.l.j.hic alleg.¶Jn glo.pe.in ſi.de cauſis decimarū ⁊ vſurarum ⁊ matrimonialium ⁊ electionū dic vt in cle.ij.de iudi.iuncta cle.ſepe.de ver.ſig.licet Jnno.hic dubita-
11 uerit.⁊ gl.xv.q.iiij.in ſumma.⁊.c.ij.¶†Extra gl.tangit hic Jnn. an valeat citatio ad diem feriatam.⁊ videtur opponere tres opi. ⁊ reſidet in vltima.ſcilicet ꝙ valeat ſiue fuerit expreſſus dies feriatus in citatione ſiue non:⁊ tenebitur comparere in die ſequēti nō feriata ſm eum:q̄ duo cenſentur mandata.ſ.vt cōpareat ⁊ ad diem compareat.ar.c.cum dilecti.de dolo ⁊ contu.⁊ ſic ſi non pōt implere ſcdm.impleat primū q̄ primum poteſt.⁊ hanc opi.videt ſequi gloſ.in.c.placita.xv.qd.iiij.Sed Hoſtien.hic tenuit contrarium per.l.ij.in ſi.ff.ſi quis in ius voc.non ie.⁊ idē tenuit ipſemet Jnno.qui in hoc videtur ſibi fuiſſe contrarius in.c.ij.de dilatio. Jdem Spe.in ti.de cita.§.j.ver.item excipitur ꝙ ad diem feriatam.⁊ in hac opi.videtur etiam reſidere hic Jo.an.⁊ ad iura contraria que hic alleg.Jnno.reſpondet Hoſtien.ꝙ ibi facta fuit citatio vſq; ad diem feriatam.quo caſu dictio vſq; ſtat excluſiue ne alias reſultet iuri contrarius intellectus.facit quod not.in.c.j.de ordi.ab epo qui re.epiſc.Secus quando ſit ad diem feriatam.ſed cum opi.Jnnocen.tranſit hic domi.Anto.¶Tu potes concordare ꝙ aut citatio ſit vſq; ad diem feriatam:q̄ aſſignatur terminus vt vſq; ad illam diem compareat:⁊ tunc tenet citatio vt voluit Hoſti.⁊ ſic intelligitur qd habetur in.c.tamen ex literis.de [...]a.expoſuit.⁊ [...] de dolo ⁊ contu.cū dilecti. [...] tunc ſm Hoſtien.non veniens.j.de accuſ.ſed Hoſti.videtur

Ayuntamiento de Madrid

Hoſti.videtur intelligere ꝙ ibi debet ſubaudiri dictio vꝫ:ſed
iſtud videt̃ violare literam.⁊ ideo potes dicere ſcđo ꝙ ibi ſit ſpe-
ciale in papa qui eſt ſupra ius de cõceſ.preben.propoſuit.
ſubtilius poteſt dici ꝙ teneat citatio quia exponitur ad.l.iuxta
l.quidam ſuperus.ff.de ſerui.vrba.predio.⁊ ſic non videbitur aſſi-
gnata dies feriata ſed vt compareat in die iuridica.que ſit iuxta
illam:⁊ iſte poteſt eſſe caſus dicti.c.Quādoqꝫ quis citatur ꝑ die
feriata:⁊ tunc aut exprimitur dies feriata in citatione:puta quia
citatur vt cõpareat in die dñico:⁊ tunc non valet per.l.j.in ſi.ff.ſi
quis in ius voca.nō ie.nā hec opi.videt̃ eſſe cõis ⁊ ideo ab ea non
videtur recedendum per nota.per Jo.andr.in.c.j.de conſti.licet
Jnn.hic aliter dicat:⁊ ꝑ hoc bene facit quod habetur in.§.loc.in
ſi.de ver.obli.⁊ quia ex quo tunc mandatum eſt nullum tanꝗ ha
bens in ſe errorē iuris expreſſum.facit quod no.in c.j.de re iudi.
ideo nõn videtur recipere diuiſionem.ar.c.ad diſſoluendū.de re-
ſtitu.in integ.ſecus quando mandatū eſt aliquod licet ex poſt fa-
cto ſuperueniat impedimentū.⁊ ſic loquit̃.c.cū dilecti.⁊.l.ceſſus.
ff.de arbi.¶Si autē non exprimatur error:vt qꝛ aſſignantur ſibi
decē dies ⁊ illa cadit in feriatam:⁊ tunc videtur ꝙ teneat citatio
ex quo non habet errorem expreſſum.per id qđ no.in ſimi.in di-
cto.c.j.de re iudi.⁊ expreſſe tenuit Bar.in.l.ſ.C.de tempo.app.⁊
Jnn.etiam hic ſm vnam opi.⁊ ideo tenebit̃ comparere in die ſe-
quenti non feriata.vt etiam voluit hic Jnn.poterat etiam com-
parere in ... die non vt ꝓcedat ſed vt ſe preſentet proceſſurꝰ in
die ſequ... non feriata.⁊ iſtud eſt tutius propter id quod nota.
glo.de el... cupientes.§.qđ ſi per.xx.li.vj.in verbo comparere.ibi
tamen g... videtur velle ꝙ omino iſtud ſcđm debeat fieri.ſed Jnno.
hic videtur velle ꝙ ſufficiat comparere in die ſequēti nō feriata.
⁊ iſtud credo verius ex quo non põt procedi in die aſſignata:ante
factum tamen tutius eſt ſeruare gl.illam ad opi.vitādas.facit qđ
not.in ſimi.in cle.j.de priui.per glo.de cautela tamen eſſet ꝙ iſto
caſu iudex in aſſignatione dicat aſſigno tibi decimam diem.et ſi
illa incidat in feriatam aſſigno tibi diem ſequentē non feriatam.
12 vt etiam hic tangit Jo.and.¶†Sed quid econuerſo ſi aliquis
citatur die feriata ad diem nō feriatā.Jnn.hic videt̃ velle ꝙ non
valeat.⁊ iſta fuit communis opi.ſm Jo.an.per.l.ſi.C.de ferijs.et
tenuit eam Dy.ſed poſtea mutauit in.l.j.§.item nuntiatio.ff.de
ope.noui nūtia.qꝛ paria ſunt fieri aliquid tempore permiſſo:vel
fieri tpe prohibito ſi conferatur in permiſſum.vt in.l.in tempus.
ff.de here.inſti.⁊ iſtam partem ſeruat conſuetudo ſꝫ Jo.an.⁊ illā
etiā tenet ſed Bar.in.d.l.j.§.item nuntiatio.ꝯtra opi.qꝛ ſi fit die
feriata in honorē dei:tūc nō valeat:qꝛ.l.reſiſtit in initio.ideo non
tenet licet conferatur in tempus permiſſum per.l.ſi minor.ff.de
ſer.expor.⁊ ꝙ reſiſtat in initio patet ex dicta.l.ſi.dum dicit taceat
apparitio ⁊ ſileat horrida vox preconis.Sed ſi fieret in ferijs in-
ductis ob neceſſitates hominum:tunc tenet qꝛ in illis.l.reſpicit
effectū.qꝛ dicit ꝙ non coguntur venire.l.j.ff.de fer.Franciſcus ac
cur.tenuit indiſtincte ꝙ valet.⁊ ad.l.ſi.C.eo.reſpondet dum dicit
taceat apparitio qꝛ debet intelligi.ſ.pro ea die.⁊ ſic habet̃ ibi glo.
que fuit additio.vt etiā dicebat recolēde memorie do.meus do.
Franci.de rampo.¶Potes dicere ꝙ ex quo ſunt opiniones in
locis in quibus de conſuetudine ſeruant̃ opi.ꝙ teneat.ꝙ tunc te
nebit indiſtincte ar.l.minime.ff.de leg.⁊.ſ.de conſue.c.ū dilectus.
Jn alijs locis verior videtur de iure opi.Bar.per dictam.l.ſi.nō
cauillando eam.nam eius mens videtur eſſe reſiſtere initio.vt ſic
aliquid iudiciale non fiat propter qđ diſturbetur quis a contem-
platione illis diebus.⁊ ideo dicit ſileat horrida vox preconis.naꝫ
conſueuit quis turbari aliqualiter in animo ex citatione:⁊ cogi-
tare quid agendum in illa occaſione.ideo voluit lex ꝙ talis cita-
tio in dictis diebus non fieret.lꝫ Jo.an.hic dicat ꝙ qꝛ iuſſus iu-
dicis ſit ſine cauſe cognitione:⁊ ſimiliter citatio nuntij:⁊ ſic expe-
diuntur per modū volūtarie iuriſditionis:ꝙ poſſunt fieri in illa
die:ſed proceſſus non:ſed certe iſtud videtur contra mentē illius
legis:⁊ contra eius verba non violando de materia per Bart.in
d.l.j.§.item nuntiatio.⁊ ibi etiā dixi.¶Ultimo tangit hic Jnn.
13 †que ferie debeant attendi:an ferie litigantiū:an vero ferie loci
iudicij:⁊ contradicit ꝙ ferie loci iudicij.licet bene faceret iudex ſi
etiā attēderet ferias litigantium ſi tamen non facit:qꝛ hoc eſt in
eius poteſtate nō erit iuſta cauſa appellādi.per id qđ not.de offi.
deleg.conſuluit.⁊ facit de reſcrip.ſtatutum.§.aſſeſſorem.cum ibi
nota.lib.vj.⁊ etiam tangit quid ſi vinum non recolligatur in loco
an tunc erunt ibi ferie propter vindemias.de quo dic vt hic per
eum.Jtem adde predictis ꝙ vbi expreſſe renuntiatur ferijs:tūc
nocet renūtiatio in tota cauſa ex quo ſimpliciter ⁊ indiſtincte eſt
facta ar.j.de priuile.quia circa.⁊.xix.diſtin.in ... Romanorum.Secus
quando fit tacite litigando ſcienter in iudicio:qꝛ ... actus iu
diciarij ſint ſeparati ſolū in...identer tacita renuntia... in actibus
in quibus ſcienter litigatur.⁊ ideo in alijs non
tiatio ⁊ poterit obijci ne p
quod.no.glo.in de.ſep

¶De ordine cognitionum. Rubrica.

1 Mulier poteſt vendicare virum ratione iuris maritalis.
2 Exceptionem peremptoriam proponere non debet reus ante fundatam intentionis actoris.
3 Exceptio peremptoria perimit intentionem actoris.
4 Procedi qualiter debeat ſuper principali ⁊ qualr̄ ſup incidenti.
5 Judex pedaneus de quibus cauſis habeat cognoſcere.
6 Queſtio incidens que dicatur ⁊ que emergens.
7 Exceptio peremptoria an ⁊ qñ poſſit opponi.

Intelleximus. Judex a ante ſen-
tentiam de perem-
ptoria exceptione cognoſcit.ſufficit tamen ꝙ in
principali pnūtiet.h.d.¶Et eſt communis diui
ſio conſultatio ⁊ reſponſio.ſcđa ibi inquiſitioni.
1 ¶†No.ex textu primo ꝙ mulier poteſt vendicare
virū ratione iuris maritalis quod habet in eum.facit qđ habetur.
j.de reſtitu.ſpo.ex parte.⁊ no.in Spe.in ti.qui filij ſint legi.¶Et
no.practicam libelli qꝛ ſufficit ꝙ mulier dicat peto talem in virū
meum iudicari.⁊ intelligitur.i.in maritum facit.iiij.diſt.deniqꝫ.
2 ¶†Jtē no.cautelam ex parte rei vt non proponat exceptioneꝫ
peremptoriam ante fundatam intentioneꝫ actoris:ne aīs oppo-
nēdo fruſtra ſe grauaret ſi forte actor nō ꝓbaret ſuam intētionē.
de quo in.l.ſi quidem.C.de exceptio.⁊.j.de teſti.in.c.de teſtibus. a
3 ¶†Jtem no.ꝙ exceptio peremptoria elidit ⁊ perimit intentio-
nem actoris.qđ intellige ea probata.j.de preſcript.ad aures.⁊.l.ij.
4 ff.de excep.⁊ per Bar.in.l.ſi plures.ff.de fideiuſ.¶†Jtem nota
ordinem ꝓcedendi ſuper principali petito ⁊ ſuper incidenti:quia
ante deciſionē principalis negotij debet de incidēti cognoſci:nō
tamen eſt neceſſe ſuper illo expreſſe ꝓnuntiari:ſed ſufficit ꝙ ſup
principali pronuntiet̃.de quo in glo.⁊ in.l.j.C.de ordi.iudi.¶Jn
5 gl.j.ibi:† qꝛ eſt pedaneus.i.iudex q de vilioribus cauſis habet co-
gnoſcere ⁊ non de maioribus:nec de cauſa liberali.l.placet.C.de
6 peda.iudicibꝰ.¶†Jn ea.gl.ibi Jo.⁊ Azo.hec tertia communi-
b ter tenetur.⁊ ſi ponderetur gl.in effectu vult ꝙ incidens queſtio b
dicit que cõpetit etiā ante lit.ꝯteſt.⁊ oritur ex circumſtantijs nego
tij:⁊ ſic habet cauſam vetuſtiorē ipſa lite:ſed emergens eſt que cõ
petit vel emergit in ipſa lite:⁊ ſic ex circumſtantijs litis non:nego
tij:nec habet cauſam vetuſtiorem lite.⁊ bene dicit glo.habito re-
ſpectu ad cõmuniter accidentia:ſed quādoqꝫ iſtud fallit.nam ſi ſit
pactum de non petendo lite pendente dicitur eſſe incidens:quia
reſpicit merita cauſe nō proceſſum:⁊ tamen non cõpetit ante iu-
dicium.⁊ ſimiliter ſi quis fuit excõmunicatus ante iudicium qđ
poſtea inchoatur.⁊ obijcitur exceptio excommunicationis predi
cte contra eū vt nō audiatur agēdo cõtra conuentū.iſta eſt emer-
gens quia reſpicit proceſſum:⁊ tamen habuit ortum ante litem
ideo dicere potes:vt voluit Bar.in.l.j.C.de ordi.iud.⁊ etiam ſen
tit hic Jo.an.ꝙ illa proprie eſt emergens que reſpicit proceſſum
⁊ opponitur ad illum impediēdum.Sed incidens que nō oppo-
nitur ad proceſſum:ſed ad merita cauſe pro victoria obtinenda:⁊
ſic exceptio ſit miſta vt ſunt exceptiones priuilegiate.de quibus
in.c.j.de lit.conteſt.in.vj.que poſſunt opponi ad proceſſum ⁊ ad
merita cauſe tunc attendi debet modꝰ ꝓponendi:qꝛ ſi opponunt̃
ad ꝓceſſum dicuntur emergētes.Si ad merita cauſe dicuntur in
cidentes.¶Et aduerte quia dici poſſunt oriri in ipſa lite emer-
gentes etiam ſi cauſam vetuſtiorem habeant ante litem:qꝛ ante
proceſſum inchoatum nō fuit orta exceptio cōtra ipſum ꝓceſſuꝫ
qui nondum erat:ſed oritur demum eo inchoato:⁊ hoc reſpectu
poteſt dici ſemper emergēs oriri in ipſa lite.facit quod ... Bar.in
d.l.j.C.de ordine iudi.¶Et no.ꝙ ſi iudex vult poteſt pronuntia
re expreſſe nedum ſuꝑ emergenti ſed etiam incidenti ... ex hoc
vitiatur ꝓceſſus.vt hic voluit gl.circa finem.Sed an ſit neceſſe ꝓ-
nuntiari expreſſe ſuper incidenti cõmuniter tenetur ꝙ non.nam
ſufficit ꝙ ꝓnuntietur tacite ꝓnuntiando ſuper principali.vt hic
patet.Sed dubiū eſt de emergenti:an ſit neceſſe expreſſe pronun
tiari.nam videt̃ qđ ſic:quia alias nō eſſet differentia inter emer-
gentem ⁊ incidentem.ex quo ſuper incidenti ⁊ ſuper emergenti
ſufficiat tacita:⁊ iſtud prima facie multi dicerent.Sed cõmuniter
tenetur contrarium ꝙ etiam in emergenti ſufficit tacita pronun
tiatio.per id quod habetur in.c.ex parte.ẟ.j.de appel.vbi per
proceſſum ad vlteriora tacite pronuntiatur ſuper emergenti.et
nota.Barto.in.l.a procedente.C.de dilatio.⁊ facit.l.ait pretor.§.
permittitur.ff.de mino Et ſi dicas que ergo eſt differentia inter
emergentem ⁊ incidentem.dic quia in incidenti ſufficit ꝙ ſurgat
tacita ꝓnuntiatio per prolationē ſententie ſuper principali:ſed
in emergenti hoc non ſufficit.imo redderetur ſentētia nulla per
c.exhibita.ſ.de iud...ideo oportet ꝙ per aliū actum ante ipſam
...ita ꝓnuntiatio ſuper emergenti.⁊ iſte eſt ve-
...s materie put voluit Cy.in dicta.l.j.⁊ Joan.
...ne merito ſignāter ꝙ licet exceptio perem-

a ¶Judex. Jdem ſum mat hic do. Abb. Et ſi ḡras an ſup incidēti vel emergēti qđ ne ſit pnun tiādum vel nō diſtigue vt hic p do. hē.bohych.

b ¶Incidēs queſtio.q̄ ſit dria iter qđ nem incidē tē.vide Ab ba.hic in ſi. Et meliꝰ p Bal.in.l.j. C.de or.iu.

Ayuntamiento de Madrid

ptoria non poſſit opponi ad proceſſuꝫ niſi ſit de priuilegiatis.pꝫ
quibus in.c.j.de lit.conteſta.in.vj.tamen hoc fallit quando eſſet
exceptio notoria,vt voluit Spe.in ti.de excep.§.dicto.ver.ſed an
reus.ꝛ ſequitur hic do.Ant.ꝛ in.c.fi.ſ.de libel.obla.Quod dictū
in ſe habet equitatē ad lites abbreuiandas.tamē non bene clare
iure probatur:vt dixi in dicto.c.fi.

1 ¶ Juramento damnum paſſi ſtatur ſuper quātitate rerum qñ agitur contra violentum.
2 Libellus in quo ſit ↄcluſio ſeu petitio gñalis an admitti debeat.
3 Exceptio dilatoria an ꝛ quando poſſit proponi.
4 Exceptio ſpoliationis quando debeat probari.
5 Spoliatum ſe pretendens debet allegare poſſeſſionem ppriā nec ſufficit allegare poſſeſſionem progenitorum.
6 Poſſeſſio defuncti non deſcendit in heredem nec ei acquiritur niſi apprehendatur.
7 Poſſeſſorium recuperande ſolum competit contra ſpoliatorem.
8 Exceptio notoria defectus proprietatis an obſtet agenti poſſeſſorio recuperande.
9 Poſſeſſionem rei vacantis occupare non licet.
10 Spoliatio pōt pponi in modū actionis ꝛ in moduꝫ exceptionis.
11 Cauſa conuentionis ꝛ reconuētionis qualiter debeant tractari.
12 Spoliatio quando proponitur in modum exceptiōis debet priꝰ de illa diſcuti.
13 Teſtis non venit puniendus pena ordinaria ſi repellatur a teſtimonio propter crimen cōtra eū per modū exceptionis probatū.
14 Pena ordinaria venit imponenda ſoluꝫ quando de crimine per accuſationem proceditur.
15 Spoliatus non cogitur reſpondere ſuo ſpoliatori.
16 Laicus poteſt ad inſtantiā pſone religioſe corā papa conueniri.
17 Exceptio repellit actionē:ꝛ etiam repellit ab officio teſtificandi.
18 Proteſtatio:exceptio:ꝛ actio qualiter differant.
19 Delictum ſolius prelati non nocet eccleſie.
20 Ordo in cauſa reconuentionis an vitiet proceſſum.
21 Preſcribi non poteſt res vi poſſeſſa anteꝙ reuertatur in poteſtatem domini.
22 Preſcriptio cum mala fide procedit ſpatio longiſſimi temporis.
23 Preſcriptio per obiectum exceptionis non interrumpitur:etiā ſi preſcriptio cauſetur ab ipſa actione contra quam preſcribitur.
24 Exceptio ſpoliationis an poſſit obijci contra petentem obſeruātiam iuramenti.
25 Et an poterit obijci contra agentē interdicto vti poſſidetis.
26 Et an etiam poſſit opponi contra implorantem iudicis officiuꝫ.
27 Probationes facte ſuper exceptione dilatoria non probant in principali iudicio poſtea intentato.
28 Snīa lata in exceptione non preiudicat ſi poſtea agatur ſuper eo ſuper quo competebat exceptio ꝛ quid econtra.
29 Exceptio ſi nō hꝫ effectū repellendi dꝫ habere effectū punitiuū.
30 Abſolutionem ab excommunicatione petens an intelligatur fateri ſe excommunicatum.
31 Exceptio ſpoliationis non competit niſi infra annum ſi aliquid non peruenit ad ſpoliatum.
32 Heres an teneatur ex delicto defuncti ſi ex illo delicto nil peruenit ad heredem.

a ¶ Si reus. Sup hoc.c. ſi queras q priꝰ appellat pōr agat vide di.hic: p do.Hen. bohych.in prin.

**Cum dilectus.** Si reus[a] cōtra actorem ſpoliationem opponit.
aut excipiendo:ꝛ tunc prius auditur.ꝛ ea probata reſpondere non cogitur:ſed per hoc non reſtituetur.aut
agendo ꝛ tunc ſimul vtraq; queſtio terminabitur ꝛ ea approbata
reſtituetur.h.d.¶ Et ſunt due partes pncipales:quia in prima
facti ꝛ pceſſus narratio.in ſecunda interlocutio.ſecunda ibi:nos
autē.prima ſubdiuidit in tres.nā pmo ponit actoris petitioneꝫ.
ſcdo reoꝝ exceptionē.tertio actoris replicationē.ſecunda ibi:ei ci
tra.tertia ibi:verū ex parte.ſecūda principalis facit duo:quia pri
mo interloquit diſtinguendo duo mēbra.ꝛ primū membrū proſe
quitur ibi cū in modū.ſecundū ibi:ſed qñ.Scdo in §.verū decla
rat ſuā interlocutoriā probans intentū per duo ſimilia.ꝛ primuꝫ
ſimile ibi quemadmodū.ſecūdū ibi:teſtes etiā.¶ No.j.ar.ꝙ ſuffi
ciat in libello exprimere in genere nomē rei cōtra quē agitur:ſed
forte dici poteſt ꝙ hic notoriū erat quid contineret ſub generali
expreſſione.ideo nō fuit neceſſaria alia expreſſio.Jnn.tñ intelli
git ꝙ fuit facta ſpecificatio:licet litera non dicat.¶ Not.ij.ꝙ qñ
agitur contra violentū ſufficere videt ꝙ quis dicat dānū datū in
predis animaliū ꝛ in aliis ꝛ que poſſit eſſe ratio tangit hic Jnn.
1 nā † ſm eū videtur hoc pcedere:q2 quādo agitur contra violentū
ſtatur iuramento dānū paſſi ſup quantitate rerū.iuxta.l.ſi qñ.C.
2 vnde vi.ꝛ.ſ.qd ine.cā in.c.fi.¶ † Jtē no.ꝙ ſufficere vt ꝙ quis in
libello petat ſeu cōcludat ſibi iuſtitiā miniſtrari ꝛ ſic videt ꝙ ad
mitti debeat libellus in quo ſit petitio ſeu co[illegible]
quo hic per Jnn.ꝛ Jo.cal.ꝛ per gl.in.l.fi.C.d[illegible]
hoc videtur verū qñ non petit per reū aliter

ꝙ per obiectum exceptionis nō fit lit.conteſt.de quo in.c.ij.de li.
conteſt.in.vj.ꝛ hoc prout habetur in litera citra in ver.ei,ſed put
[illegible] circa potes notare ꝙ † exceptio dilatoria poteſt pponi
circa cōteſtationē lit.ꝛ ſic ante ipſam cōteſtationē vel ſtatiꝫ poſt.
facit qd habetur in ſi.de iura.calū.in.l.ij.C.de cura.calū.iuncto.c.
j.ſ.de iura.calū.¶ Jtē no.ꝙ ↄtra prelatum agentē nomine mo
naſterij.videt poſſe obijci exceptio ſpoliationis facte per ipſius
prelati odium.de quo in gl.ꝛ.j.de do.ꝛ cōtu.c.j.ꝛ hic etiā p Jnn.
4 ꝛ facit qd etiā habet in.c.frequēs.de reſti.ſpol.in.vj.¶ † Jtē not.
ꝙ exceptio ſpoliationis videt debere incontinēti pbari:ſꝫ hodie
eſt declaratū ꝙ ſufficit illam probari infra.xv.dies computādos
poſt diē in quo pponitur vt in prealleg.c.frequens.¶ Jtem no.
diligenter ex iſto tex.in ver.ei citra.iuncto ver.ſed quoniaꝫ.infra
poſito ꝙ in diſcernēda via ppoſiti in iudiciū attendi debet princi
palis forma proponēdi:ꝛ non qd incidenter in illa pponit.ꝛ ideo
iudicatur hic nobiles deduxiſſe ſpoliationē per viā exceptionis:
q2 ſic principaliter dixerunt ꝙ nolebant excipere:licet incidenter
petierunt prius ſe reſtitui.facit qd habetur in ſi.in cle.j.de prebē.
vbi illa que incidenter pponuntur non ampliant gratiam.nā iſte
5 eſt optimus tex.in hac materia.¶ † Jtē no.ꝙ ad concludenduꝫ
quē fore ſpoliatum nō ſufficit allegare poſſeſſionē progenitorum
niſi etiam allegetur propria poſſeſſio.pro hoc facit.l.cū heredes.
6 ff.de acqui.poſ.vbi † poſſeſſio defuncti non deſcendit in heredeꝫ
7 nec acquiritur heredi niſi apprehendatur.¶ † Jtem not.ex ver.
verum ꝙ poſſeſſorium recuperāde videt cōpetere ſolū ↄtra ſpo
liatorem.de quo hic in gl.ꝛ per Jnn.ꝛ.j.de reſti.ſpo.cum ad ſedē.
8 ꝛ.l.cum a te.ff.de vi ꝛ vi ar.¶ † Jtem no.ꝙ exceptio notoria de
fectus proprietatis non videtur obſtare agenti poſſeſſorio recu
perande qd videtur contra nota.in.c.conſtitutus.ſ.de fil.preſby.
ꝛ in cle.cauſa.de cauſa poſ.ꝛ proprie.Sed poſſes dicere ꝙ hic nō
erat notorius defectus:q2 lꝫ nobiles non negarent ſpectare ad
ius ꝛ proprietatē monaſterij:tamen forte etiā nō fatebant ꝛ inter
iſta eſt dare mediū vt in regula qui tacet de reg.iur.in.vj.vel licet
faterentur ſpectare ad directū dominiū monaſterij:tamen dice
bāt ꝙ nō ſpectabat quo ad vtile q2 ptendebāt ſe feudatarios vel
emphyteutas.¶ Jtē no.ꝙ dñs ad quē poſt longū tēpus reuerti
tur poſſeſſio rei ſue ab alio poſſeſſe poteſt ſe tueri exceptione.fa
cit.l.ſi quis emptionis.C.de preſcri.xxx.anno.ꝛ.ff.depoſi.in.l.bo
na fides.qd eſt verū quādo ſine vitio redit.ſecus qñ cum vitio.vt
dicta.l.ſi quis.§.ſed hoc ſuper.ꝛ per hoc limita.l.fi.C.vnde vi.vbi
9 dicitur ꝙ non eſt licitū † poſſeſſionē vacantē occupare:q2 verum
10 eſt qñ eſt res aliena.Secus ſi ipſius occupantis.¶ † Jtem not.ꝙ
ſpoliatio poteſt proponi in modū actionis:ꝛ etiam in modū exce
ptionis.facit.j.eo.c.fi.ꝛ dic hodie vt habetur in.c.frequens.de re
11 ſti.ſpo.in.vj.preallega.¶ † Jtem no.qualiter tractari debent mu
tue petitiones:ꝛ ſic cauſa conuentionis ꝛ reconuentionis.nam
debent tractari ſimul viciſſim:ꝛ ſic ex ordine.Et no.regulam illā
vulgatam qui prior appellat.i.ad iudicium prouocat prior agat.
de qua in.l.qui prior.ff.de iudi.ꝛ etiam in Spec.de incidentibus
queſtionibus.¶ Jtem no.ꝙ dicte cauſe debent eadē ſnīa termi
nari.intellige ex ordine tamē vt prius feratur ſuper prima per id
12 quod proxime dixi.¶ † Jtē no.ꝙ vbi ſpoliatio pponit in modū
exceptionis:q2 opponit ad proceſſum:ꝛ ſic in vi emergentis dꝫ
ante omnia prius de illa diſcuti.ꝛ ſi probetur repellitur agēs do
nec excipiens fuerit reſtitutus:ꝛ ſic reſolui poſſet effectus exce
ptionis ſi actor reſtituat rē ipſam cōuēto.Secus ſi non reſtituat.
Poteſt etiā proponi in modū actionis:ꝛ tunc debet fieri reſtitu
tio ſi pbetur.Secus qñ proponitur per modū exceptionis q2 nō
cōſequitur excipiens vt fiat ſibi reſtitutio,ſed ſolum vt repellat
agens donec reus fuerit reſtitutus.ꝛ ſic nota ꝙ finis exceptionis
eſt repellere,non autem vt per hoc excipienti actor cogi poſſit di
recte aliquid dare vel facere ſꝫ indirecte bene cogitur ſi vult au
diri.¶ Jtē no.modū pnuntiandi pbata exceptiōe ſpoliationis:
q2 pnuntiari debet ꝙ reus nō cogit reſpōdere actori donec fuerit
reſtitutus:ꝛ eſt ſimile qñ pbatur exceptio excōicationis in.c.pia.
de excep.in.vj.q2 pnuntiat actorē non debet audiri donec fuerit
13 abſolutus.¶ † Jtē no.ꝙ crimen pbatū contra teſteꝫ per modū
exceptionis repellit a teſtimonio:nō autē pōt ppter illud pena
ordinaria imponi.A cōtrario no.ꝙ pena extraordinaria poſſet
14 imponi facit.l.nullum.C.de teſti.ꝛ.C.de proba.in.l.pe.¶ † Jteꝫ
no.ꝙ pena ordinaria ſolum venit imponēda quando de crimine
15 per accuſationē pceditur.de quo in.c.ſup his.j.de accu.¶ † Jteꝫ
no.ꝙ ſpoliatus non cogitur reſpondere ſuo ſpoliatori:ꝛ ſic videt
ꝙ tertio bene tenetur reſpondere:quod eſt verum in cauſa ciuili.
Secus in cauſa criminali ſi ſit ſpoliatus omnibus bonis vel ma
16 iori parte.d[illegible] reſti.ſpo.frequens.in.vj.¶ † Jtem no.ꝙ laicus ad
inſtantiam perſone religioſe videtur poſſe conueniri corā papa,
[illegible]ſpo.ſi clericꝰ.ꝛ.c.cū ſit.ꝛ aliquid etiā hic p Jnn.
[illegible]onis repulſio:ſed etiam
.nam repellit ab officio
teſtificandi

Ayuntamiento de Madrid

teſtificandi vt hic patet.de quo hic per Inn.⁊ Hoſti.¶ [illegible]
18 not.ꝙ aliud eſt proteſtatio aliud exceptio aliud actio.† n[illegible] qui
proteſtatur dicit ſe ius habere:ſed non precludit aduerſario ius
agēdi nec cōſequitur condēnationē qui autē excipit dicit ſe ius
habere:[illegible]cludit viā aduerſario:ſed nō cōſequitur cōdēnationē.
Qui vero agit dicit ſe ius habere conſequitur condemnationē:
ſed nō precludit viam agendi aduerſario ſaluo eo qđ habetur de
ſpoliatione vt in.c.fi.j.eo.ideo ſi probat cōſequitur cōdēnationē
niſi aliud obſtet.¶ In glo.j.ibi:ponit ab ordine rerū.Supple qr
punitur in publicatione tertie partis bonorū nec admitti debet
ad aliquē honorē.l.j.ff.ad le.iul.de vi priua.¶ In glo.ij.in fi.⁊ de
materia in.c.exceptionem obijciens.de reg.iur.in.vj.¶ In glo.
dolum.in fi.No.bene ex gl.ꝙ licet delictum ſolius prelati non no
19 ceat eccleſie.j.de reg.iur.delictum.lib.vj.† tamen ſecus ſi interce⸗
dat delictum prelati ⁊ conuentus ſimul.de quo in.c.ij.de dolo ⁊
contu.⁊ in.l.iubemus nullam.C.de ſacroſan.eccle.Et not.ꝙ glo.
videt velle ꝙ prelatus de mandato conuentus vel eius nomine
fecit ſpoliationem:⁊ conuentus poſtea ratum habuit.nam ſi nō
eſſet facta nomine conuentus nō poſſet per conuentum ratifica⸗
ri ad finem vt daretur interdictum contra eum.vt in.c.cū quis.
de ſent.excōi.in.vj.⁊ ideo tunc videtur ꝙ contra prelatum agen⸗
tem nomine eccleſie non poſſet obijci de ſpoliatione predicta.et
iſtud forte voluit gloſ.et apertius hic Inno.qui dixit non poſſit
excipi contra monaſterium niſi nomine monaſterij facta ſit vio⸗
lentia ⁊ aliquid peruenerit ad monaſterium:quia exceptio non
competit niſi vbi competit interdictum.Sed Hoſti.videtur vel⸗
le idem ſi facta non eſſet nomine conuentus ſi res violētia perue⸗
nit ad eū ne ex dolo prelati lucret eccleſia.l.ne ex dolo.ff.de dolo.
Tu dicas ꝙ diuerſitas harū opinionū pēdet ex hoc an exceptio
ſpoliationis detur tantum contra eum.contra quem competit
interdictum.quod videtur velle hec gloſ.et Inno.hic An vero
detur etiam contra eum contra quem competit condictio ex de⸗
cre.ſepe.de reſtitu.ſpo.quod videtur tenere Hoſti.⁊ glo.j.in ver⸗
bo ſpoliatorem.⁊ etiam Inno.ibi:primam partem videtur tene
re Jo.an.poſt Archi.j.de reſti.ſpo.frequens.in.vj.Secundam vi
detur tenere in tit.de poſſeſſo.⁊ peti.§.j.ver.item quid ſi agenti.
in magna addi.Jo.cal.in.c.fi.j.eo.tenet ſecundam quia etiam is
contra quem competit cōdictio ex decre.ſepe.poteſt late dici ſpo
liator.⁊ ſic etiam tranſit do.Ant.⁊ idem videtur ſentire ſi compe
teret condictio ex canone reintegranda.qđ forte poteſt procede⸗
re quando in re fuit cōmiſſa violentia.per id quod nota.p Bart.
in.l.ciuile.C.de fur.ſecus ſi violentia nō fuiſſet cōmiſſa:ſed aliter
perdita poſſeſſio pro cuius recuperatione competeret condictio
ex canone reintegranda:quia tunc non poſſet obijci iſta exceptio
ex quo violentia non fuiſſet commiſſa.¶ In [illegible] ſpoliatorem.ibi
vel ſcienter rem recipiat.Aduerte quia licet iſte teneatur ad reſti
tutionē rei,non tamen tenetur interdicto vnde vi ſed condictiōe
ex decre.ſepe.vt patet.j.de reſti.ſpo.ſepe.⁊ no.bene gl. [illegible]elatam ad
tex.qr vult ꝙ contra illum contra quem competit condictio ex
decre.detur etiam exceptio ſpoliationis.de quo dixi ſuper gl.
¶ In eadem gl.ibi:latius patet qr ſm leges contra [illegible]
ſcienter in vitium non erat proditum iudicium poſſeſſorium:ſed
20 ſm canones hodie eſt ſecus vt in dicto.c.ſepe.¶ † In gl.eadem
ſententia terminande ibi vel ſaltē appellandū.hec vera qr peruer
ſio ordinis cauſe ad cauſam nō vitiat pceſſum ipſo iure.l.j.C.de
appel.Sed peruerſio ordinis eiuſdem cauſe in ſeipſa.l.prolatam.
C.de ſen.canonizata.ij.q.vi.¶ Quid autem ſi lata ſententia ſup
vno ſtatim appellet condemnatus,⁊ ppter hoc recuſet iudicem
vt ſuſpectū:an impedietur iudex ferre ſententiā ſup alio.Hoſti.
tenuit ꝙ ſic per.c.ppoſuit.j.de appel.Sed tene contrarium ſm
Jo.an.qr ex quo eſt cōcluſum in cauſa non habet hoc nocere ar.c.
auditis.de procu.⁊ qr nō ſufficit appellare vt iudex dicatur ſuſpe
ctus niſi probetur cauſa ſuſpicionis.j.de appella.ad hec que non
pōt pbari ex quo eſt cōcluſum in cauſa.Sz an ſit licita cauſa ap⸗
pellandi ſi iudex fert ſniam ſup vna.⁊ non ſuper alia.tex.videt ꝙ
ſic in.l.j.§.vlti.allega.in gloſ.⁊ hic ſentit glo.Sed do.Anto.dicit
contrarium.qr ſi liquebat de illa ⁊ non de alia.v[illegible]det eſſe iuſta cau
ſa nō ferendi ſuper alia.ſi autē lique[illegible] non videt in⸗
tereſſe propter quod habeat appell[illegible] o poteſt dari
intereſſe vt ſi moleſtetur in executiō[illegible] [illegible]ariū.poſſit
etiā ipſe eum moleſtare ſi ſuper ſua eſſe[illegible] [illegible]ext.voluit ꝙ
poſſit appellari.¶ An autem poſſ[illegible] o pronūciatiōis
quādo conſtat de vna ⁊ non de al[illegible] mbe ſunt coram
iudice ordinario:ſed ſi eſſent co[illegible] coram iudi[illegible]
non eſſet competens in cauſa reconu[illegible] lla [illegible]
tractaretur tunc pendet ab illo dub[illegible]
reconuentio facit iudicē cōpetentem[illegible]
ſeparabile a priuilegio ſimul[illegible] anci pr[illegible]
in.c.fi.de mu.peti.nam ſi eſt i[illegible]parabile [illegible]
¶ An autem ſententia lat[illegible] ſuper vna[illegible]

[illegible]cecutio donec feratur ſup alia.dixit Ant.ꝙ non niſi per aduerſa
[illegible]ium ſtaret quouſque alia expediatur.qđ intelligit do.Anto.qr.
in vtraque cauſa petebat ſpecies vel in vna ſpecies ⁊ in altera quā⸗
titas.ſecus ſi in vtraque quātitas ſi de vtraque liqueret per.l.fi.C.de
compen.⁊ ſic intelligit.l.j.§.vltimo allegatam in gl.¶ In gl.ex⸗
ceptionis.ibi:ſed in criminali ſemper preiudicat.Cum gloſ.tran⸗
ſit Jo.and.ſed do.Ant.tenet contra.quia finis exceptionis eſt re
pellere ſed non actionis.⁊ ideo ſi proponitur per modū actionis
non preiudicabit in criminali per iſtum tex.⁊ ad iura alleg.in gl.
reſpondet ꝙ debent intelligi quādo obijcitur exceptio.⁊ hoc ſe⸗
quitur Spe.in ti.de petito.⁊ poſſeſſo.§.j.verſi.illud autem.⁊ ver.
ſed cū ſpoliat⁹.tū potes ſaluare ꝙ aliud eſt querere ān ſit neceſſe
contra criminaliter agentem obijcere exceptionē ſpoliationis:⁊
dico ꝙ non.⁊ ſic intelligatur gl.aliud eſt querere nunquid aliqua
exceptio debeat obijci:⁊ dico ꝙ ſic.nam ſi proponitur ſpoliatio p
modum actionis contra agentem criminaliter poterit agens de
ſpoliatione excipere ꝙ pendente lite ſuper ſpoliatione nō debet
criminaliter accuſari.facit quod habetur in.c.fi.j.eo.ſed hec exce⸗
ptio pendente lite non poſſet opponi contra actorē agentē ciuili
ter ex quo puenit ipm reū.⁊ in hoc erit differentia an actor agat
criminali an ciuili.⁊ vtilius eſt poſſe ppōnere exceptionē ꝙ pen⸗
dente lite ſuper ſpoliatione non debet audiri agens ꝙ opponere
exceptionē ſpoliationis.nam precedens probatur ex ipſis actis
⁊ ſic non eget probatione extrinſeca.ſecus in exceptione ſpolia⸗
tionis.¶ In ea.gl.ibi:cum ambe ſint poſſeſſorie.quaſi velint iſti
ꝙ ſi prima non eſſet poſſeſſoria ſed ſecūda ſic.idem eſſet ac ſi pri⸗
ma eſſet criminalis.ſed hec opi.non eſt vera vt ſequitur in gloſſ.
a ¶ In ea.gl.ibi:interrumpat preſcriptionem[a] hec queſtio non vi
21 detur procedere:† qr res vi poſſeſſa non poteſt preſcribi antequā
reuertatur in poteſtatē dñi.inſti.de vſuca.§.ꝙ autem.⁊ quia ſpo
liator eſt in mala fide.j.de preſcri.c.fi.ideo dic ꝙ de iure canonico
non videtur pcedere queſtio.licet Jo.an.⁊ Hoſti.⁊ do.Anto.hic
22 ſatis inſtent.ſz de iure ciuili poſſet procedere ſm ꝙ † preſcriptio
cū mala fide pcedit ſpatio longiſſimi tpis:⁊ pcedit etiam in ipſo
ſpoliatore.vt in.l.ſi quis emptionis.C.de preſcri.xxx.annorum.
licet illa.l.videatur correcta per.c.poſſeſſor male fidei.de reg.iur.
in.vj.⁊ per dictum.c.fi.¶ In ea.glo.ibi:licet ſit arg.contra.Solue
ꝙ quo ad onus probandi excipiens dicitur actor vt in contra
23 rijs hic allega.ſed non quo ad alia.¶ † Et no.bene ex gl.ꝙ per
obiectū exceptionis non interrumpatur preſcriptio etiam ſi ex⸗
ceptio cauſetur ab ipſa actione contra quā preſcribitur.ſed in cō
trarium videtur tex.in.l.omnes.§.temporales.ff.de regu.iur.per
quem tex.Fran.accurſi⁹ tenuit contra iſtā gl.ſed Bar.concordat iſtas
opi.quia aut exceptio ⁊ actio tendunt ad eundem finem vt exce⸗
ptio compenſationis.facit quod no.Inno.in.c.fi.j.eo.⁊ tunc pro
cedat opi.Franſci.accur.per illum tex.Aut exceptio ⁊ actio non
tendunt ad eundem finem ſicut eſt videre in terminis glo.⁊ tunc
per obiectum exceptionis non interrumpitur preſcriptio.⁊ ſic in
telligitur hec glo.¶ In ea.glo.ſatis videretur ꝙ opponi poſſet.
hanc opi.ſequitur Goffre.⁊ Jo.and.per rationem gl.⁊ quia di⸗
uerſa eſt ratio inter exceptionem compenſationis ⁊ exceptionem
ſpoliationis:quia ille qui vult compenſare contra depoſitum fa⸗
tetur depoſitum:ſed negat reſtitutionem vigore compenſatio⸗
nis:ideo perfide agit,⁊ per conſequens non auditur.ſecus eſt in
eo qui obijcit exceptionem ſpoliationis:quia ille non fatetur de
poſitum:ſed dicit agentem non debere audiri:niſi ipſe reus ante
omnia fuerit reſtitutus.⁊ ſic non conſtat de aliqua perfidia.ideo
admittitur dicta exceptio etiā contra agentem depoſiti.Ant.ta⸗
men tenebat oppo[illegible] ⁊ ſic primā opi.gl.ſed non bene per predi⸗
24 cta.¶ † An autem contra petentē obſeruantiā iuram[illegible] poſſit
obijci exceptio ſpoliationis.Ant.tenuit qđ nō per.c.[illegible] ſi chriſtus.
j.de iureiur.quod poteſt dici.niſi ſpoliatio facta eſſet poſt iura⸗
mentum ar.c.quemadmodū [illegible] .l.pe.ff.qui ſatiſda.cog.
25 ¶ † Et an poterit obijci co[illegible] [illegible] interdicto vti poſſidetis.
Ant.tenuit qđ non.qr non de[illegible] quis turbari in ſua poſſeſſiōe.
facit.l.equiſſimū.ff.de vſufruc.Sed contrarium tenuit Inno.in
c.fi.j.eo.Jo.an.in addi.Spe.in tit.de peti.⁊ poſſeſ.§.j.ver.ſed nū⸗
quid intentanti.concordat opiniones vt prima opinio locum ha
beat ſi periculū eſſet in mora ar.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de
ope.noui nun.alīs procedat ſecunda.⁊ hoc intellige quando ſup
diuerſis reb⁹ opponitur ſpoliatio.⁊ agitur vti poſſidetis.ſecus
ſi ſuper eadem re:quia agens vti poſſidetis demum obtinet ſi nō
poſſidet vi aut clam vel precario ab aduerſario.l.j.ff.vti poſſid.⁊
j.de probatio.licet cauſam.⁊ no.de materia.j.de preſcrip.in.c.ve⸗
† An autem contra implorantem officium iudicis poſ
exceptio ſpoliationis.tenuit Innocen.ꝙ non ſi obij⸗
ntarie venit vt contingit quando quis ſe opponit pe⸗
[illegible]lectionis:qr non ſic ſubuenitur voluntarie
[illegible]ſſario venienti ad iudiciū.per id quod ha⸗
[illegible]e ex [illegible]ſi.dele.ab arbitris.lib.vj.ſz

a ¶ Preſcriptionē.Abbas hic vī allegare rationē.ſ.ꝙ q excipiēs non petit.ō hoc vide tu p.d. Alleg.cōſi.xxiij.iij.volumine.

Ayuntamiento de Madrid

do.Ant.dicat hoc verũ niſi opponēs ſe cõfirmationi veniat ra tione pꝛopꝛij intereſſe vel intereſſe eccleſie per id q̃d habet in.c.dilecti.j.de excep.¶ In ea.gl.ibi:niſi aduerſarius conſentiret.⁊ ſic no.ꝙ poſſunt partes facere ꝙ pbatiões facte in iudicio ſumma-
27 rio habeant effectum in plenario.¶ † Item not.ex gl.ꝙ proba- tiones facte ſuper exceptione dilatoꝛia non pꝛobant in pꝛincipa li iudicio poſtea intentato.Et eſt ratio ſm Inn.in ca.ſi.j.eo.quia talis pꝛobatio cum fiat ante lit.conteſt.ſummarie fit.ideo nõ pꝛo bat in plenario iudicio quod dicit verum ſi eſt pꝛobatio p teſtes. ſecus dicit ſi fit pꝛobatio per confeſſionem quia illa non ledit ex qualitate ſummarietatis iudicij.⁊ ideo pbabit etiam in plena- rio inter eaſdem perſonas q̃d eſt notandum.⁊ idem voluit.c.per inquiſitionem.s.de elect.¶ In ea.gl.ibi:poſtea poteſt agi ciuili- ter.hoc verum ſm Inno.q̃n ciuilis pſequitur rem familiarem.i. damnum pecuniarium.Sec9 ſi pſequeret vindictã qꝛ non poſſet agi ciuiliter ex quo actum eſſet criminaliter.ff.de iniur.in.l.quod ſenatus.⁊ no.in.l.hic allegata.Item intellige glo.veram quando non obtinuit in criminali ex eo qꝛ non pbauit.ſecus ſi non obti- nuit ex eo qꝛ delictũ non fuit cõmiſſum:qꝛ tunc ſententia lata in criminali obſtabat in ciuili ⁊ econtra.vt no.in.l.j.hic allega.⁊ per
28 Bar.in.l.ij.§.j.ff.vi bo.rap.⁊ not.ex gl.ꝙ † ſententiã lata in exce- ptione non pꝛeiudicat ſi poſtea agatur ſuper eo:ſuper quo cõpe- tebat exceptio.⁊ ſatis poteſt pcedere in terminis gl.qꝛ cum exce- ptio eſſet dilatoꝛia pbationes ſummarie fuerũt expedite:vt ſu- perius tetigi.ideo nimirum ſi nõ obſt.in plenario iudicio:ſꝫ vbi de exceptione fuiſſet cognitũ poſt lit.conte.in plenario iudicio: tunc videretur q̃d ob.ſnĩa ſi poſtea agatur.de quo dicendum vt in.l.qui rome §.duo fratres.de ver.obl.⁊ in.l.fundi.⁊ in.l.fundũ. ff.de except.⁊ foꝛte poſſet diſtingui an tunc ferat ſnĩa ſuper exce- ptione eo qꝛ nõ pbatum vt tunc nõ pꝛeiudicet an vero qꝛ declara tum ſit ius competere excipiendi.vt tunc obſt.per id quod not.p Bar.in.d.l.fundi ⁊ fundum.licet aliter videatur loqui in dicto.§. duo fratres.¶ Quid autem ecõtra ſi quis ſuccumbat in actiõe: an obſtabit ſnĩa ſi velit excipere.Inn.q̃d ſic in.c.ſi.j.eo.⁊ hic quia plus continet in ſe minus:ſed nõ econtra de reg.iur.cui licet.lib. vj.⁊ plus eſt agere q̃ excipere.ideo ſi non põt ammodo agere:qꝛ ſuccumbit in actione non poterit etiã excipere ſi exceptio cauſa- batur ab illa actione.⁊ pꝛo hoc etiã qꝛ ſententia lata in plenario iudicio debet obſtare etiã in ſummario:ſed non econtra.facit q̃d no.per Inn.in.c.ſi.j.eo.⁊ per pꝛedicta etiam patet ꝙ ſi quis egit cõtra aliquem ad fundum.⁊ oppoſita fuit exceptio ſpoliationis. ⁊ ſuccubuit excipiẽs:ſi poſtea actoꝛ agat ſuper domo:⁊ ſic ad aliã rem poterit reus excipere de ſpoliatione licet ſuccubuerit in alio iudicio:quia modo ad alium finem opponitur ſeu ſuper diuerſa re licet de eadem ſpoliatione opponeret de qua per pꝛius.ideo non obſtat exceptio etiam inter eaſdem perſonas.l.cuꝫ queritur. ⁊.l.cum de hoc.ff.de except.rei iudi.¶ Sed quid ſi in caſu decre. iſti nobiles oppoſuerũt exceptionem ſpoliationis cõtra abbateꝫ ⁊ obtinuerunt in illa.⁊ demum poſtea directe agunt de ipſa ſpo- liatione ⁊ ſuccumbũt:an ſi abbas reinchoet pꝛimam queſtionem obſtabit ſibi exceptio.videtur quod ſic ex quo ſemel fuit repulſus contrarium notabiliter tenuit Inno.quia cauſa illius ſententie late ſuper exceptione redacta eſt ad non cauſam pꝛopter ſnĩam latam poſtea ſuper actione.ideo non obſtabit ar.l.iij.ff.de condi. ſine cauſa.⁊.l.in commodato.§.ſi.ff.cõmo.⁊ ideo iudex illã inter- locutoꝛiam latam ſuper exceptiõe reuocare debebit.per id q̃d ha betur in.l.ꝙ iuſſit.ff.de re iudic.⁊.j.de appel.cum ceſſante.¶ In gl.penul.ibi.l.lucius.hic coniunge gl.in ver.ad contraria.qui in- fra ponitur vbi reſpondetur ad contraria iſta.¶ In eadem gloſ. ibi:⁊ quocũqꝫ tali modo quaſi ſecus ſi per viam exceptionis.⁊ ita loquit hic.¶ In eadem gl.ibi:non pꝛoſit vxoꝛi:⁊ contingit illud quia opponebatur exceptio lenocinij poſt lit.conteſt.ideo non re pellit maritum:quia deb[...] hunc effectum opponi ante lit.conteſta per.l.ſi maritus.§.[...] ptiones.ff.de adulte.⁊ facit
29 q̃d no.j.de re iudi.inter monaſterium.⁊ ſic vult glo.ꝙ † vbi exce- ptio non habet effectum repellendi tunc habeat effectum puniti uum.ne alias inaniter permittatur oppoſitio ei9 a lege quod eſt notandũ.facit q̃d no.per Cy.in.l.vbi.C.de falſis.poſſet etiam di cere ꝙ ibi crimen lenocinij contingit cauſam pꝛincipalem.ideo nimirum ſi punitur etiã ſi de eo cõſtet per viã excep.c.j.j.de exce. nã ſi mulier excipit cõtra virũ ꝙ per lenociniũ viri cõmiſit adulte riũ.videtur dicere ſe ſubductã a viro.⁊ ideo conueniens eſt ꝙ vir puniatur.ex q̃o mulier excipit de lenocinio:ſed extraneus non poſſet excipere poſt lit.conteſt.vt ibi patet:qꝛ nõ eſt eadem ratio. ⁊ dixit hic do.Ant.ꝙ ſi conſtet per teſtes de crimine exc[...] contingit cauſam de qua agitur:tunc punietur pena ext[...] ria.Si vero per cõfeſſionem tunc pena oꝛdinaria:ſed c[...] bicꝫ videtur ꝙ puniatur pena oꝛdinaria per[...] detur caſus.¶ In ead.glo.ibi:ſi ex tali fac[...] rat.Hoſti.dicit idem ſi non[...] umn[...]

a ¶ Petẽti, idẽ ſummat hic.d.Abb. Et ſi q̃ras quot modꝫ dꝛ actio p̄iu dicialis. et vtrũ de cau ſa eccleſiaſti ca iudex lai cus cogno- ſcere poſſit. diſtingue ſ ſm do.Pe- ri. bohych. in pꝛin.

[...] ipſum eſſe excõmunicatum pꝛopter periculũ communionis.fa [...]xtre.pia.lib.vj.¶ In ea.gl.ibi:ſi grauata ſit eius opi.⁊ hoc tene[...]r rationem glo.que ſequitur.licet alij dicant ꝙ non repel- latu[...] niſi indicta fuerit purgatio ⁊ ſuccubuerit.¶ In ea.gl.ibi: poteſt indici purgatio.contrarium videtur ſentire [...].j.de purg.[...]no.inter.ſuper gl.quia ſm eum hoc poſſet pcedere q̃n di- recte obijcitur exceptio contra aliquem puta contra accuſatoꝛeꝫ. ſecus quando obijcitur indirecte puta contra teſtem.nam tunc pꝛincipaliter obijcitur contra pducẽtem teſtem.ideo tunc nõ de- bet indici purgatio ipſi teſti:ſed foꝛte tutius eſt tenere gl.qꝛ pur- gatio indicitur ad tollendum ſcandalum de mente alioꝛum vt pa tet ex his que habentur.j.de purg.ca.per totuꝫ.⁊ ſic eadem eſt ra tio etiam quando exceptio pꝛobatur de crimine obiecto contra
30 teſtem.An autem petens abſolutionem de excommunicatiõe intelligatur fateri ſe excommunicatũ:Inn.hic voluit ꝙ non.ſed contrarium tenuit Hoſt.⁊ videtur verius per id quod habetur in.c.venerabilem.ver.ſunt autem.s.de elec.cum gl.niſi appareat ꝙ petat illam ad cautelam:⁊ an pꝛobatio excommunicationis facte in vi exceptionis:vel etiã in caſu pꝛedicto quãdo petit abſo lutionẽ noceat quo ad hoc vt vitet tanq̃ excõicatus vel ſubtraha tur fructus beneficij.Inn.hic voluit ꝙ non.ſed Hoſtien.hic con- tra ſaltem quo ad communionẽ pꝛopter periculuꝫ cõmunionis. Jo.de ligna.dicit veram opi.Inn.ſed dictum Hoſti.pꝛocederet ſi iudex ex officio vult pꝛocedere.ſed do.Anto.hic videtur fateri opinionem Hoſti.quo ad communionem euitandam:ſed quo ad hoc vt pꝛiuetur beneficio ſi dicatur per annũ ſtetiſſe excommuni- catus ſm nota.in ca.rurſus.⁊ quicunqꝫ.xi.q.j.tunc pꝛocedet opi. Inn.⁊ videtur ſatis rationabilis opi.¶ In gl.ſi.in fin.vel dic ꝙ ibi loquitur de exceptione periurij que habet magis inficere per id quod habetur in.c.teſtimonium.j.de teſti.ideo ſemel repulſus pꝛopter periurium ammodo indifferenter repellitur a teſtimo-
31 nio:vt in pꝛeallegato.c.teſtimonium.¶ † Extra gl.adde vnum qꝛ Inn.hic voluit ꝙ exceptio ſpoliationis non cõpetat niſi infra annũ ſi aliquid non peruenit ad ſpoliatum.nam contrarium vi- detur per.l.licet.C.de excep.vbi que annua ſunt ad agẽdum ſunt perpetua ad excipiendum.⁊ dicit etiam ꝙ ſucceſſoꝛ in dignitate tenetur de eo q̃d non peruenit:qꝛ dignitas nunq̃ moꝛitur.Sed in contrarium facit qꝛ ſi heres vniuerſalis qui habet cauſam a de functo non tenetur niſi de eo q̃d peruenit.multominus ſucceſſoꝛ in dignitate qui habet cauſam a confirmatoꝛe vel pꝛocuratoꝛe.et ſic non a ſucceſſoꝛe.⁊ ideo videtur ꝙ dictũ non pcedat:ſed poſſet ſaluari quando pꝛelatus cũ cõuentu violentiã commiſit:qꝛ tenet licet nihil perueniat,licet illi qui fuerũt tẽpoꝛe violẽtie moꝛiant qꝛ licet aliꝫ ſubꝛogent idẽ cõuentus cẽſetur.l.pꝛoponebatur.ff.de iudi.⁊ ſic intelligatur dictum Inn.⁊ quod notat Bar.in.l.j.ff.de
32 pꝛiuatis delictis.⁊ adde etiam ꝙ lꝫ de iure ciuili † heres non te- neatur ex delicto defuncti.ſi ex illo delicto nil peruenit ad here- dem.tamen ſecus eſt de iure canonico.qꝛ tenet vſqꝫ ad vires he- [red]itatis per id q̃d habetur in.c.ſi.j.de ſepul.

Cauſa natalium eſt eccleſiaſtica.
[Nego]tium vnum non debet diuerſis pceſſibus intricari.
3 Cauſa natalium pendente non põt pcedi ſup cauſa hereditatis.
4 Queſtio hereditatis licet dependeat a dubio legitimitatis,nõ ta men ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum.
5 Iudex eccleſiaſticus corã quo pendet incidens queſtio põt inhi- bere iudici pꝛincipalis cauſe ne pꝛocedat vel inchoet pꝛoceſſum ſuper illa.
6 Queſtio incidens an ⁊ quando pꝛimo debeat terminari.

a **Tuam non credimus.** Petẽti9 he- reditatẽ obſtat exceptio natiuitatis que dꝫ pꝛimitus terminari.h.d.ſm intellectũ gl.¶ Uel aliter ſm aliuꝫ intellectum.Pendente cauſa natalium coꝛam eccleſiaſtico iudi- ce queſtio hereditatis per ſecularẽ iudicẽ inchoari nõ debet.h.d. ¶ Et pꝛimo narrat pꝛeteritũ.ſecũdo pꝛouidet circa futurũ.ſcõa ibi:qꝛ verũ.Et vt patet ex ſummarijs duplex eſt intellectus lite re.vnus ꝙ queſti[o] natalium incidẽter fuerit pꝛopoſita pendente cauſa ſup hered[...] [...]ſt intellectus ꝙ pꝛincipaliter cauſa natalium fuit [...] in eccleſiaſtico:⁊ ſm iſtam lect.litera ſtat pꝛopꝛie in [...] .ſed ſm pꝛimã dꝫ exponi.i.inceptam
1 pꝛoſequi.¶ † [...] [n]atalium cenſetur eſſe cauſa eccleſiaſti ca.⁊ ideo cenſetu[r] [...] [a]d iudicem eccleſiaſticum.hoc eſt an
2 quis natus ſit e[x] [matr]imonio.¶ † No.ſecundo ꝙ non [...] idem nego[tium] [...] [diuerſis] pꝛoceſſibus intricari:nec ſimiliter [...] licij per c[on]fuſionẽ perturbari ꝙ pꝛocedit etiam [...] ſuadeat:qꝛ dꝫ reduci ad iuris oꝛdi- [...]ẽ not.† ꝙ pẽdente cauſa natalium [...]ditatis:⁊ ratio quare pꝫ ex litera ex [...]alis pꝛimitus eſt tractanda ⁊ decidẽda. ꝙ eſt rex h[a]bet iuriſditionẽ oꝛdinariã ⁊ poteſtatem

Ayuntamiento de Madrid

et poteſtatē cognoſcendi de caſibus occurrentibus in ... vñs eo ipſo ꝙ eſt vñs de cauſis occurrētibus in ſuo ... de fo.cōpe.c.ex tenore.z.c.ex transmiſſa.¶ Item no.ꝙ licet que-
4 ſtio hereditatis depēdeat a dubio legitimitatis.non† ſpectat ad iudicē eccleſiaſticū inter laicos:ſed ad ſecularē ſiue qō legitimitatis principaliter tractet corā eccleſiaſtico ſiue incidēter fuerit ppoſita pendente qōne hereditatis.¶ Itē no.ꝙ vbi queſtio incidēs principalis venit tractāda corā diuerſis iudicib⁹ pendentia incidēter ſuſpēdere videt iuriſdictionē ſup principali.z ſic vr eſſe caſus in quo aliter ꝙ p appellationē interdū ſuſpenditur iuriſdictio.Item eſt caſus ſpālis in quo prius terminat incidēs ꝙ principalis lȝ regulariter ɔtra.ẜ.e.c.j.ſȝ illud qñ corā eodem iudice ambe tractant.¶ Item ex predictis no.caſum in quo peremptoria exceptio etiā poſt lit.ɔteſt.hȝ effectū dilatorie.z hec cōtingit ppter diuerſitatē iudicū.¶ Itē no.ꝙ rōne incidētie corā ſeculari iudice nō ampliatur ptās iudicis ad cām ſpiritualem vel illi annexā.z ſic ꝙ dr incidentiā ampliare iuriſdictionē fallit in caſu
5 iſto.¶ †Ultimo no.ꝙ iudex eccleſiaſticus corā quo pendet incidens queſtio pōt mittere inhibitoriam iudici principalis cauſe ne pcedat vel inchoet pceſſum ſuper illa.z non vr neceſſaria alia cauſe cognitio ſȝ ſufficeret ſola litis pēdētia.z hoc tenet Lapus de caſtil.in ſuis allega.vel hic tāgit do.Ant.¶ In gl.ſ.ibi:ſi queſtio piudicialis incidit.Not.bene quia proſequit gl.intellectuȝ ꝙ hic cauſa natalium incidenter fuit ppoſita pendēte cauſa principali ſup ſucceſſiōe.¶ In ea.gl.ibi:eſt cognoſcendū z pnuntiandū.
6 hoc verū in caſu iſtius.c.† qñ corā diuerſo iudice expēdit incidentem tractari.ſecus ſi poſſet corā eodē iudice tractari.vt ſi corā iudice eccleſiaſtico habente tpalem iuriſditionē in loco inchoetur cauſa ſucceſſionis:z illa pendēte incidat queſtio natalium.nā tunc illa eſt mere peremptoria z ſufficit ſup illa tacite pronuntiari pnuntiando ſuper principali.ẜ.eo.c.j.Itē hoc verū qñ incidēs attingit qōnem matrimonij.Secus ſi cauſa natalium ſolum verſetur in hoc an quis ſit filius defuncti vel non.nam de illa cognoſcit iudex ſecularis ſicut z de qualibet alia peremptoria.ex quo non attingitur queſtio matrimonij.vt hic etiam voluit Jo.and.¶ In ea.glo.ibi:pponat qōnē ſeruitatis.ſi hec queſtio opponit ad merita cauſe ampliat ratione incidente iuriſditionē iudicis. z ſufficiet tacite pnūtiari.l.quoties.C.de iudic.z.l.j.C.de ordi.iu.¶ In ea.gl.ibi:criminalis piudicet ciuili.exemplū pone in.l.j.C.ſi qs aliquē teſta.phi.vt ſi quis agat petitione hereditatis dicēs ſe ſcriptum in teſtamento z ex aduerſo obijciatur crimen ꝙ coegit defunctū ad ipſum inſtituendū.¶ In ea.glo.ibi:criminalis preiudicat criminali ſup.qꝛ ſecūda eſt maior prima:vel ex eo quia ex ſecūda ſurgit exceptio peremptoria ad primā.exemplū ptȝ in l.j.C.qui accuſa.non poſſunt ſi accuſaui te ꝙ vulneraſti ſeruum meū de menſe ianuarij z ex aduerſo accuſas me ꝙ ipſum occidi
7 de menſe decēbris pterito.¶ †In gl.ſ.ibi ... cōtrarijs ciuilibus quaſi velit ꝙ cōtraria loquant qñ incidēs eſt ciuilis.i.ſecularis ſicut z principalis.ſecus ſi incidens ſit ſpiritualis:qꝛ tūc rōne incidētie nō ampliat iuriſditio iudicis vt hic ptȝ.z conclu dit hic do. Anto.ꝙ qñ ſolū eſt queſtio ſup facto circa ipſum incidentē puta an matrimoniū ſit cōtractū:vel an ſic ſit contractum:vel ſi ſit dubium an cōtractus q dicit vſurarius ſit initus vel ſit ſic initus:et partes ſint in cōcordia:ꝙ tunc eſſet cōtractus vſurarius ꝙ poterit cognoſcere iudex ſecularis.Secus ſi eſt queſtio ſuper iure puta an verba p que dicit contractū matrimoniū habeant inducere matrimonium vel an contractus ſic geſtus ſit vſurarius:quia iſta queſtio eſt ſpiritualis z dȝ cognoſcere eccleſiaſticus.facit qō no.p Jo.an.in.c.ſi.de fo.cōpe.in.vj.z p Bart.in.l.titia.ff.ſolu.matri.et per Bar.in.l.omni.C.de ſacroſan.eccle.ſed aduerte quia Jo.an. vr tenere cōtra Bar.z do.Ant.nam vult ꝙ qualitercunqꝫ ſit qō de matrimonio.z ſic ſi ſit queſtio an ſit contractuȝ:ꝙ iſta queſtio ſit tractanda corā eccleſiaſtico per iſtū tex.z ideȝ videt velle Bal. in dicta.l.omni.ideo hec opi.ſeruaretur in practica.

1 ☞Spoliatio poteſt pponi p viā actionis z p viā exceptionis.
2 Dictio ſuper quid importet.
3 Poſſeſſorium recuperande ex eius pendentia rejicit alium iudicium poſt ſe propoſitum.
4 Reus opponens exceptionem excōicationis cōtra actorem non poteſt repelli per replicationem excommunicationis.

a

# Super ſpoliatione.

Agēs[a] inter dicto nō conuenitur niſi de alia ſpoliatione de qua etiā excipi poteſt.h.d.z primo ponit ... rationem.ſecundo aliud.ſcdā ibi quāqꝫ.vel ... dicere.ꝙ primo loquitur qñ proponit ſpoliatio per modū age... ſecūdo qñ per modum ... excipiendi.ſcdā in dicto ver.ꝙꝫ.¶ ... tit ſpoliatus ſe reſtitui eſt priuile... coge
1 conuēto recōuenienti anteꝙ ſit reſtitu... Itē pōt pponi p viā actiōis z p viā exceptiō...

2 no.† quod dictio ſup.que exponitur hoc caſu pro denotat rei ſubſtantiam.facit ver. ſcri.ſuper literis.alibi notat gradum.ẜ.de ma.et obe.ſolite.Aliqꝫ autē exponitur p propter in auſ.de nup.ꝟ.ſi an
3 tem tutelā.colla.iiij.¶ †Item not.ꝙ poſſeſſorium recuperande habet priuilegiū ex ſola eius pendētia vt rejiciat aliud iudicium poſt ſe propoſitū niſi ſit paris potentie ſeu priuilegij.z ſic not.ꝙ priuilegiatus contra priuilegiatū non vtitur priuilegio.¶ Iteȝ no.ꝙ validius operat exceptio ꝙ actio.facit.l.pure.in ſ.ff.de doli excep.¶ In gl.j.ibi:tunc ſunt ſimul tractande.z ſic patet ꝙ licet poſſeſſorium primo loco propoſitum habeat priuilegium vt eius pendentia impediat petitoriū poſtea inchoatum.tamē ſec⁹ eſt quādo primo loco eſt propoſitū petitoriū:qꝛ ratione preuētionis non habet tunc priuilegiū ſi poſtea propo natur per viā agendi.¶ In ea.gl.ibi:z in modū exceptionis vt hic dicit z ſic patet ꝙ licet pendentia poſſeſſorij non impediat poſſeſſoriū per reum poſtea ppoſitū cum illud ſit pariter priuilegiatum:tamen per viam exceptionis z ſpoliationis bene poterit impediri recōuentio fienda per reum de poſſeſſorio,ſed non per ſolam exceptioneȝ pendentie litis ſuper poſſeſſorio actoris.Eſt enim longa differētia inter exceptionem litis pendentie z exceptionē ſpoliationis: qꝛ prima probatur per acta.ſecunda debebit probari per teſtes.z an probationes fiende tunc in via excipiēdi proderunt in via agendi tangit hic Inn.z dictum fuit cum gl.ẜ.eo.ca.ij.in gl.ex ptiōis.tangit etiā an ſnia lata ſuper exceptione preiudicet in via agendi.z concludit ꝙ non.niſi exceptio tendat ad eundeȝ effectū ad quē actio vt contingit in exceptione cōpenſationis.l.qō ſi in diem.ꝟ.ſi rationē.ff.de compen.econtra autem ſnia lata in actiōe bene preiudicat in exceptione de quo dictum fuit in dicto.c.ij.et de materia per Bar.in.l.qui rome.ꝟ.duo fratres.ff.de verb.obl.z in.l.fundi.z.l.fundum.ff.de excep.¶ In ea.gloſ.ibi:ſit ergo cautus.Hoſti.dicit ꝙ cautela eſt vtrūqꝫ facere.ſ.agere poſſeſſorio recuperande z etiam excipere de alia ſpoliatione.naȝ per hoc reus repellet actorem.z ſi reconuenit eum de eadem ſpoliatione recuperabit rem qua fuit ſpoliatus.z ſic rem ſuam recuperabit z retinebit etiam rem agentis.Sed certe hoc poteſt procedere quādo actor ageret petitorio contra reum.Sed vbi ageret poſſeſſorio poſſet procedere cautela Hoſtien.ſi ipſe actor non excipit contra reum reconuenientē de ſua ſpoliatione.alʼs ſecus per id quod.j. tangit gl.z quod etiam dixit glo.in precedenti verſi.ſi vero quis. ¶ In ea.gl.ibi:ſuper eadem re ſit cōuentio z recōuētio.Aduerte quia in re corporali non poteſt hoc procedere ratione cōtrarietatis.nā ſi,actor agit petitorio ad fundum.z reus velit reconuenire eum poſſeſſorio recuperande ſuper eodem fundo:nō pōt ratione contrarietatis:qꝛ actor vendicando fundum dicit reum poſſidere.ẜ.de iudi.examinata.ſed reus agendo petitorio recuperande dicit ſe ſpoliatum:z ſic ſe non poſſidere.ideo non admittitur concurſus vt no.Bar.in.l.naturaliter.ꝟ.nihil commune.ff.de acqui. poſ.Sed in iure incorporali in quo competit petitoriū etiā poſſidenti.vt not.per gl.in.c.examinata.de iudi.poteſt procedere dictuȝ gl.¶ In ea.gl.ibi:quia reſtituetur in eo caſu.z ſic vr velle gl. ꝙ ſine obiectu exceptionis per poſſeſſoriū ſecundo loco intentatum ſuſpendatur petitoriū etiā primo inchoatū qñ ſup eadem re ambo intētantur.quod pcedet ſi intelligat ꝙ nō ſit neceſſe obijcere exceptionē ſpoliatiōis.An aūt tūc erit neceſſe obijcere exceptionē litis pendētie ſup poſſeſſorio.gl.ſentit qō nō.alij tñ tenēt contrarium.de quo dicetur in.d.c.ex conqueſtione.¶ In ea.gl. ibi:recōpenſatio nō pōt opponi.hoc intelligite niſi deſcendat ex cauſa pariter priuilegiata.z ſiat quātitas ad quātitatē arg.huius tex.iuncta.l.ſi.C.de compenſa.Secus ſi cauſa nō eſſet pariter priuilegiata vel ſi fieret de ſpecie ad quātitatē.z ſic intelligatur glo. ¶ In ea.gl.ibi:per replicationē elidit exceptionē.hoc non eſt verū.vt tāgit hic Jo.an.per id qō habet in.c.dilecti.j.de except.vbi
4 reus† opponēs exceptionē excōicationis cōtra actorē nō poteſt repelli p replicationem excōicationis:qꝛ replicatio nō concernit ipſam exceptionē ſed vitiū pſone.ideo illā nō tollit ſecus ſi excerneret ipſam exceptionē vt ſi actor contra quē excipit de excōicatiōe diceret ſe ab illa abſolutū vel illā fuiſſe nullam:qꝛ latam poſt appellationem legitimā.facit qō no.per Jo.an.in.c.a nobis.j.de excep.vbi ponit de materia exceptionis z replicationis.

a ¶ Agens. idē ſummat hic.d.Abb. et ſi queras quādo exceptio ſpoliatiōis poſſit opponi.et qñ ppoſita piudicet alteri qōni.diſtingue hic ſm do.Pe. bohych.in princi.

¶ De plus petitionibus. Rubrica.

¶ Quia plerūqꝫ in iudicijs plus petitur ꝙ debeatur ideo zc.ſm Hoſ.vel qꝛ inter incidentes queſtiones proponit interdum reus ꝙ actor plus petit ideo zc.Jo.and.
1 ☞ Plus petens qualiter puniatur.
... peti poteſt quatuor modis.
... nittens hominem in genere cogi nō poteſt ad iſtum vel ad ... d eius ſit optio.
... alſa an poſſit tota negari.

Ayuntamiento de Madrid

a| ¶ Ponit quatuoꝛ.de hac rubrica tractaꝛ.C.e.tit.⁊ inſt.de actio.§.ſi vero quis agens.vbi vide ꝑ ſcribentes.

C Onſilium. Ponit quatuoꝛ a modos plus petēdi ⁊ ſuas penas.ſecundo illos modos exponit.ſecūda ibi te quoqꝫ.⁊hoc ſit loco ſumme ⁊ diuiſiōis.¶ No. ꝙ illud non debet dici prouidum conſilium qꝺ non eſt ſm iura.¶ 1 †Item nota ꝙ importunitas plus petentis punitur ſi in illa perſiſtit.Et no.penam quia condēnatur in expēſis.⁊ ſi petitur plus tēpoꝛe duplicanꝛ inducie.⁊ ſi plus loco condēnatur in intereſſe vltra expēſas.¶ 2 Ultimo not.† ꝙ quatuoꝛ modis poteſt plus peti qui in litera exprimuntur.¶ In glo.ibi ſed prius dictum verum eſt.nec obſt.contraria.qꝛ loquuntur in alijs caſibꝰ in quibus maioꝛ pena imponitur.ideo ibi mitius agitur.⁊ de materia in.c.ſi diligenti.per Jo.and.ꝫ.de cōpē.⁊ per Bart.in.l.amplius nō peti.ff.rem ra.ha.vel ſic placuit autoꝛi in caſibꝰ illis.¶ In ea.glo.in ſi.item eſt tertius caſus ſi actoꝛ fateatur ſe extoꝛtaſſe cautionē in pluri.nā tunc qꝛ relenat reum ab onere ꝓbandi euitat penā.l.eū qui.ff.de iureiur. Et not.ꝙ illa lex vna habet locū duobus concurrentibus.ſ.quādo quis per dolum extoꝛſit cautionem in pluri ⁊ quādo plus petit ſm formam cautionis perſiſtendo vſqꝫ ad lit.conteſta.⁊ ſic a cōtrario ſecus ſi nō peteret plus licet extoꝛſiſſet cautionē de pluri.Item ſecus ſi peteret plus per dolum ſi non extoꝛſiſſet cautionem de pluri:qꝛ nō habebit locum pena illius legis:ſed ſolum punietur in triplo expenſarum.inſtitu.de actio.in.§.tripli.licet gl. dicat contrariū ⁊ no.bene in dicta.l.j.vt ibi nota.per Cy.⁊ Bart. ¶ In glo.tempoꝛe ibi penā tripli patietur hoc nō habet locum ſm canones ſm quos non ſoluunꝛ ſpoꝛtule.ꝫ.de vi.⁊ ho.cle.cum ab omni.⁊ qꝛ de conſuetudine etiā hodie nō ſoluuntur nō habebit locum iſta pena tripli ſpoꝛtularū.nā ⁊ ſm leges etiā pena tripli videꝛ coꝛrecta.⁊ ſolum habere locum pena dupli.vt not.in.§.
5 tripli.hic allega.¶ †In gl.ſi.ibi hominem in genere.hoc caſu ſi peto optimū certū eſt ꝙ plus peto.ſed ſi mediocrē dicit Jo.and. idem quia minimus eſt in obligatione.l.minimis.ff.de legat.iij. Secus ſi pꝛomiſiſſes hominem artificem:qꝛ poſſet peti mediocris.l.ſciendū.§.illud.de edil.edi.⁊ ſic tranſit do.Anto.Sed tu adde ꝙ etiam quando pꝛomittitur homo in genere debetur mediocris per.l.legato generaliter.cum ibi nota.ff.de leg.j.nec ob.l. minimis.quia loquitur in genere conſiſtente in quantitate nō in ſpeciebus.facit qꝺ no.in.l.fideiuſſoꝛem.ff.mand.Item poteſt dici ꝙ etiam ſi petatur mediocris in ſecūdo caſu ꝙ plus petitur ſi in ſpecie peteretur:quia plures poſſent eſſe mediocres ⁊ electio
4 eſt mi.†An ante ratione partis falſe licitum ſit reo totā poſitionē negare.tangit hic do.Ant.⁊ cōis eſt opi.gl.ꝙ ſic vt patet in.c. ij.de cōfeſ.in.vj.ſed contrariū tenuit Bar.in.l.i.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de ver.obli.⁊ illam opi.ſequitur hic do.Anto.

¶ De cauſa poſſeſſionis ⁊ pꝛopꝛietatis. Rubrica.

¶ Tractato de oꝛdine cognitionū qꝛ dubitari poſſet quis oꝛdo ſeruari debet cum queſtio poſſeſſionis ⁊ pꝛopꝛietatis ab eodem vel a diuerſis in iudicio pꝛoponitur.ideo ⁊c.Hoſ.hoc repetit in cle.cui cōgruit.de pꝛoba.licet ⁊ de dona.inter dilectos.

1 ☞ Cauſa poſſeſſionis momentanea aptitudine appellatur.
2 Cauſa poſſeſſionis ⁊ pꝛopꝛietatis debent coꝛam eodem iudice tractari.
3 Abſente altera parte ⁊ non audita ſeu eius iuribus nihil debet diffiniri.
4 Quaſi poſſeſſio iuris incoꝛpoꝛalis an poſſit eſſe penes eū penes quem non eſt pꝛopꝛietas ipſius iuris.

b ¶ Suſceptis.ſi queras an cauſa poſſeſſionis ⁊ ꝓpꝛietatꝫ debeāt coꝛā eiſdē iudicibꝰ tractari.Diſtingue ſm do.Henri.bohych.in ca.ſi.ꝫ.de iud.

S Uſceptis. b Due ſunt ꝑtes ſicut duo ſunt dicta pꝛincipalia.ſecūda ibi:nec nos.¶ Not.pꝛimo ꝙ †1 cauſa poſſeſſionis appellatur momentanea quod intellige aptitudine ex eo quia apta eſt durare momento ſeu ꝑ modicum tempus ſi obtinens in poſſeſſoꝛio poſtea ſuccumbat in petitoꝛio.j.eod.in.c.cum dilectus.quandoqꝫ tamen ſumitur momentū pꝛo vigoꝛe vel efficacia.xj.diſt.in.c.conſuetudinis.⁊.C.que ſit lon.cōſue.in.l.ij.¶ 2 Itē no.† ꝙ cauſa poſſeſſionis ⁊ pꝛopꝛietatis debēt coꝛā eodem iudice tractari.facit.l. nulli.C.de iudic.¶ 3 Ultimo not.† ꝙ abſente ⁊ non audita altera parte ſeu eius iuribus nihil debet diffiniri.facit.l.ſi.C.ſi per vim vel alio modo.¶ In gl.j.ibi ſm legem non appellatur.Secus tamen ſm canones.ꝫ.de reſti.ſpol.cum ad ſedē.¶ In gloſſ.ij.ibi in vno eodemqꝫ iudicio reſpicit literam antiquam quia iſta litera nō habetur in tex.ſed illa ſub vno eodemqꝫ iudice.¶ In ea.gl.in ſi.Supple qꝛ illud operaꝛ diuerſitas foꝛi.¶ Extra glo.tangit hic
4 Jo.and.an † quaſi poſſeſſio iuris incoꝛpoꝛalis poſſit eſſe eū penes quē non eſt ꝓpꝛietas ipſiꝰ iuris.⁊ ponit opi.⁊ ſi tenet ꝙ ſic.qꝛ licet nō habeat ipſe ꝓpꝛietatē illius iuris ꝙ aptus eſt habere do.Ant.hic inſtat ⁊ nitit

[...]ſe.[...]Bar.in.l.naturaliter.in pꝛin.ff.de acquir.poſ.⁊ in.l.ſicuti.§.ſed ſi queratur.ff.ſi ſer.ven.dicit ꝙ iſta quaſi poſſeſſio in incoꝛpoꝛalibus habetur per exercitium actus geſti ⁊ patiente illo ad quem ſpectat.l.quoties.ff.de ſerui.⁊ facit qꝺ no.Inno.in ca.ij.de reſti.in integ.⁊.ꝫ.de offi.oꝛdi.cōquerente.ideo pꝛopꝛie iſta quaſi poſſeſſio dicit haberi reſpectu eius qui pꝛeſtat patientiā ⁊ nō reſpectu alterius.debebit tamē tueri in quaſi poſſeſſiōe ipſius iuris aduerſus omnes.⁊ ſic dicit ſenſiſſe glo.in.d.§.ſed ſi queratur.

1 ☞ Poſſeſſoꝛio ⁊ petitoꝛio poteſt ſimul agi.
2 Atteſtationes poteſt iudex pꝛius publicare ſuper poſſeſſione ꝙ̄ ſuper pꝛopꝛietate.
3 Cauſa poſſeſſionis ſi eſt tm̄ cōmiſſa non cognoſcet de ꝓpꝛietate ſine noua cōmiſſione:nec econtra:ſꝫ nō debebit alteri committi.
4 Poſſeſſoꝛiū ⁊ petitoꝛiū an poſſint ſimul ab eodem pꝛoponi:⁊ an vtrunqꝫ ſimul debeat vna ſententia terminari.
5 Poſſeſſoꝛium ſi ab vna partiū petatur:ab altera petitoꝛium,an talis concurſus admittatur.

A D vltimum interrogati. Si poſſeſſoꝛio ⁊ petitoꝛio ſimul eſt actū pōt iudex pꝛiꝰ poſſeſſoꝛiū terminare.¶ Et eſt cōmunis diuiſio ⁊ cōtinuatio ⁊ reſpōſio.ſcđa ibi:nos antē.¶ In tex.ibi:audiant atteſtationes.dupliciter pōt exponi pꝛimo.i.pꝛius publicent.Item ſcđo poteſt exponi.i.pꝛius examinent ſi foꝛte publicauerāt atte-
1 ſtationes ſup vtraqꝫ rā ⁊ vtraqꝫ expoſitio in ſe eſt vera.¶ †No. ꝙ ſuper petitoꝛio ⁊ poſſeſſoꝛio poteſt ſimul agi.de quo.j.eo.paſtoꝛalis.¶ Item not.ꝙ iudex debet parcere ſumptibus litis vt ſic minus ꝙ̄ fieri poſſit grauentur partes in illis.facit de officio oꝛdi.vt litigantes.in.vj.¶ Item no.ꝙ cōmiſſio conſeruans ius partium ⁊ illis ꝓficiens debet admitti.Secus ſi ius peruertat:qꝛ illa repꝛobatur.ꝫ.de iudi.exhibita.¶ Item not.ꝙ licitum eſt in
2 materia miſta etiā in foꝛo canonico leges allegare.¶ †Ultimo not.ꝙ iudex poteſt pꝛius publicare atteſtationes ſup poſſeſſiōe ꝙ̄ ſuper ꝓpꝛietate.⁊ ſimiliter pꝛius illas examinare.¶ In gl.j.in
3 ſi.† Si vo cauſa poſſeſſionis tm̄ eſſet cōmiſſa nō cognoſceret de pꝛopꝛietate ſine noua cōmiſſione:nec ſimiliter ecōtra.facit.l.fin. C.ſi a non compe.iudi.Fateoꝛ tamen ꝙ non debebit cōmitti alteri ſed illi qui cognouit de poſſeſſione vel de ꝓpꝛietate.l.nulli. C.de iudi.¶ In glo.ſi.in ſi.Duo pꝛincipaliter tractat gloſſ.pꝛi-
4 mum† an poſſeſſoꝛiū ⁊ petitoꝛiū poſſit ſimul ab eodē pꝛoponi.⁊ de iſto dicendū vt in.c.paſtoꝛalis.j.eo.qꝛ ſi eſt poſſeſſoꝛiū recuperande vel adipiſcēde ſic cū nulla ſit cōtrarietas.Secus ſi retinende.Secundum eſt ſi ſimul actū eſt ſuper vtroqꝫ:an ſimul vtrūqꝫ debeat vna ſnīa terminari.⁊ concludе ꝙ ſic ſi de vtroqꝫ liquet ex oꝛdine tamē feretur pꝛimo ſup poſſeſſoꝛio:⁊ incontinenti tamen ſup petitoꝛio.j.eo.cū dilectus.ſecus ſi non liquet de ꝓpꝛietate:qꝛ foꝛte teſtes nō ſunt recepti ſup illo:vel ſi ſunt recepti nō ſunt publicati:vel ſi ſunt publicati non ſunt examinate atteſtationes:ſꝫ ſolum ſuper poſſeſſoꝛio.nā tūc poteſt pꝛius poſſeſſoꝛium expediri ſuſpenſo petitoꝛio:vt hic patet.Et adde etiā quod habeꝛ in.c. paſtoꝛalis.j.eod.vbi habeꝛ an poſt concluſionē factā in petitoꝛio
5 poſſit ſuſpendi petitoꝛiū ꝑ ipſum poſſeſſoꝛiū.¶ †Ultimo adde dictis Jo.an.⁊ Inn.quia videnꝛ velle ꝙ ſi aliquis agit contra titium poſſeſſoꝛio ecōtra poſſit titius agere petitoꝛio ſup eadem re ſaltem qn̄ actū eſt poſſeſſoꝛio adipiſcēde ſi incōtinēti vult docere de iure ſuo.⁊ etiā recuperāde ſi eſſet notoꝛiuꝫ de pꝛopꝛietate rei.nam hoc non videꝛ pꝛocedere ratione cōtrarietatis:qꝛ agens poſſeſſoꝛio recuperāde vel adipiſcēde dicit ſe non poſſidere.ideo nullo caſu poteſt cōueniri petitoꝛio qꝛ aduerſarius agendo petitoꝛio dicit euꝫ poſſidere.ꝫ.de iudi.examinata.ideo omnino pꝛiꝰ debet expediri poſſeſſoꝛium.⁊ ſic facilius admittitur concurſus petitoꝛij ⁊ poſſeſſoꝛij ab eadem parte ꝙ̄ ſi vnum pꝛoponatur ab vno ⁊ aliud ab alio.facit quod not.Bart.in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſſeſ.

1 ☞ Eligere volentes debent ſe in vnum locum pꝛo electione facienda congregare.
2 Eligere volentes poſtꝙ̄ ſunt cōgregati debent ante oīa gratiam ſancti ſpiritus inuocare.
3 Eligentes poſſunt petere electionem confirmari.
4 Petitiones due contrarie poſſunt ſuper eodē coꝛā eodem iudice a diuerſis partibus pꝛoponi.⁊ nu.15.
5 Electio de iure canonico ſpectat ad canonicos poteſt tamen de conſuetudine ſpectare ad clericos vna cum canonicis.⁊ nu.16.
6 Accumulato petitoꝛio ⁊ poſſeſſoꝛio ab vna parte non ſilet tunc petitoꝛium ab altera parte intentatum.
7 Q[...]oſſeſſio iuri[s] eligendi ad hoc vt ꝓbetur requiritur ꝙ ſal ter datur.[...] poſſ[...] iuris eligēdi foꝛmari debeat articulus. [...]agen[...] et cōcludere quaſi poſſeſſionē iuris eli[...] de cuius contemptu agitur.

Dictiones

Ayuntamiento de Madrid

10 Dictiones ſolum ⁊ tantum implicant negatiuam.
11 Electio facta aliquibus contemptis nõ eſt nulla ſed veni… … ſanda.
12 Negatiua expreſſa eſt improbabilis.
13 Contemptus qualiter quis dicatur.
14 Libellus latiſſime interpretari debet.
17 Jus intereſſendi in electione poteſt preſcribi per exiſtẽtem in quaſi poſſeſſione.
18 Actore nõ pbãte reus obtinere dꝫ etiam ſi nihil probauerit.
19 Sententia lata ſuper deducto per modũ cauſe an habeat nocere ſi poſtea principaliter in iudicium deducatur.
20 Electiõi qui intereſt ⁊ dans vocem preſumitur ex iure debito id feciſſe. ⁊ nu. 26.
21 Jn poſſeſſiõe tuẽdus non eſt is q in illa eſt vi clam vel pcario.
22 Confeſſoria competit aſſerenti ſibi ſeruitutẽm debeti.
23 Conſuetudo an inducatur ex tribus vicibus.
24 Seruitutes que ⁊ quando preſcribi poſſint.
25 Patientia loco traditionis habetur in ſeruitutibus.
26 Electio qñ fit ab habẽte proprietatẽ iuris eligendi alio exiſtente in poſſeſſione mala fide valet.

# Cum eccleſia ſutrina.

Si ſpoliat⁹ petitorio ⁊ poſſeſſorio ſimul agat ſi ſpoliationẽ ⁊ poſſeſſionem probat ſed non dominium obtinet in poſſeſſorio, ſed ſuccumbit in petitorio. hoc dicit. ⁊ ſunt due partes principales. nam in prima facti ⁊ proceſſus narratio. in ſecunda diffinitio. ſecũda ibi: nos igiẽ. Prima ſubdiuiditur in qnqꝫ. nam primo ponit petitionẽm actorũ. ſecũdo reconuentionem reorum. tertio modum proceſſus. quarto allegationẽ actoris. quinto allegationem reorum. ſecũda ibi: verum. tertia ibi: partibus. quarta ibi: pars canonicorum. quĩta ibi: parte clericorũ. Secunda principalis ſubdiuiditur in duas. nam pria diffinit poſſeſſorium. ſecunda petitoriũ. ſecunda ibi: verum quoniam,
1 ¶ Nota primo ꝙ† vbi eccleſia vacat prelato: habẽtes eligere debent ſe congregare ad vnum locum pro electione facienda. ⁊ que ſit ratio traditur in. gl. j. ⁊ eſt etiã ratio, qꝛ actus qui fiunt a collegio vel ab vniuerſitate debet fieri a collegialiter congregatis. ſ. de elec. in geneſi. ⁊ no. per gl. ſ. de conſtitu. cum omnes in quo autem loco debeat fieri electio prelati. not. per gl. ⁊ doc.
2 ſ. de elec. cum terra. ¶† Nota ſecundo quod habentes eligere poſtꝙ ſic ſunt congregati debent ante omnia inuocare gratiã ſpiritus ſancti. intellige per decantationem hymni veni creator ſpiritus. vel miſſe de ſancto ſpiritu. facit qð habetur. ſ. de elec.
3 quia propter. ¶ Jtẽ nota ꝙ† eligentes poſſunt petere electionem confirmari licet electus non petat. facit quod habetur. ſ. de elec. poſtꝙ. ⁊ de elec. cupientes. §. deniqꝫ. lib. vi ¶ Jtem nota quod etiam eccleſia ſecularis poteſt dici habere conuentum lꝫ quãdoqꝫ iſtud dicaẽ poti⁹ cõpetere religioſis. de qua. ſ. de ſ…
4 ſcrip. in decre. capitulum. ⁊. j. de prebend. niſi eſſent. ¶† Jtem nota quod ſuper eodem dari poſſunt due petitiones contrarie a diuerſis partibus coram eodem iudice. nam hic canonici petebant electionem cõfirmari. ⁊ ex aduerſo clerici petebant eandem infirmari. licet Jnnoc. in. c. cum contigat. de offi. deleg. videatur dicere quod non eſt tutum tales petitiones admittere. quia propter diuerſitatem petitionum poſſen … qui contrarie ſentẽtie. Sed certe hoc nõ eſt veriſimile ex quo ſint directe cõtrarie. ⁊ ſic ex deciſione vnius ſequitur deciſio alterius. l. pom-
5 ponius. §. ſed ⁊ is. ff. de procurato. ¶† Jtem nota quod licet de iure canonico electio ſpectat ad ſolos canonicos. ſ. de elect. c. j. tamen de conſuetudine poteſt etiam ſpectare ad clericos cõuentualium eccleſiarum vna cum canoni… vt hic patet. ideo tunc ſi fiat ſine eis non debet cõfirmari. ¶ Alterius nota ꝙ ſi peto electionẽ confirmari vel infirmari taci… e etiam videtur deductum petitorium ⁊ poſſeſſorium per mo… um cauſe ſup iure eligendi: adeo ꝙ ſi partes ſuper illo iure po… ea principaliter
6 aſſumant diſputationem: poterit ſuper illo pnunciari. ¶ Jtẽ nota ꝙ accumulato petitorio ⁊ poſſeſſorio ab vna parte nõ ſolet tunc petitoriũ ab altera parte intent… tũ propter penden-
7 tiam poſſeſſorij. ¶† Jn ver. parte … lericorum. Nota ꝙ ad concludendam quaſi poſſeſſionem iur… eli… ndi videtur requiri ꝙ ſaltem ter quis elegerit. ſed certe … ud … t ex ſuperabundanti narratum. qꝛ etiã ſufficit vnicus … tangitur hic in gl.
8 in verbo epiſcoporum. ¶† Jten … ticam formãdi articulum in quaſi poſſeſſione i… … ſia articulari debent exercitia ſolum propo… ha … t ſi articulo me interfuiſſe elec… ſufficit: quia competere poteſt etiam fuerit gratia conſilij. facit ꝙ habet ⁊ in. c. vt noſtrum. cum ibi notatis.
9 ¶† Jtem nota ꝙ agens de cõt…

poſſeſſionem iuris eligendi ſecundum tempus electionis de cuius cõtemptu agitur. ¶ Jtem nota ꝙ eſt dare affirmatiuam pregnantẽ que habet in ſe incluſam negatiuam. Similiter eſt dare negatiuam pregnantem que habet in ſe incluſam affirma-
10 tiuam. ſ. de renuncia. ſuper hoc cum ibi notatis. ¶ Jtem nota ꝙ iſte dictiones ſolum ⁊ tantum: videntur implicare negatiuam quod nota pro teſtibus qui dicunt ſe tantum ſcire ſup articulo id quod deponunt. qꝛ per hoc excluditur ſcientia aliorũ.
11 ¶† Jtem nota ꝙ electio facta aliquibus contemptis non eſt nulla. ſed veniet caſſanda. itellige ipſis contemptis hoc petentibus. ſ. de electio. ꝙ ſicut ⁊. j. de prebẽd. cum in eccleſijs. lib. vj. ¶ Jn verſ. nos igitur. Nota tria que detrahũt de fide teſtis. primo quãdo teſtes ſunt varij. ſecundo quando vacillant. tertio quando conãtur probare negatiuã nõ probabilem … Et de primis duobus quid ſit variare ⁊ qd vacillare vide Jnno. in. c. preterea. de teſti. cogen. de tertio vide in. c. bone. j. ſ. de
12 elec. ⁊. vj. q. vlti. actor. ¶† Jtem nota ꝙ ſicut negatiua expreſſa eſt improbabilis. ſic ⁊ negatiua incluſa tacite in affirmatiua rõne termini excluſorij. quod intellige niſi ſit coartata iuxta ea que no. in. c. bone. el. j. ſ. de elec. ¶ Jtem nota ꝙ ad concludendam poteſtatem agendi de cõtemptu ſufficit probare quaſi poſſeſſionem iuris eligẽdi nil de proprietate doceatur ⁊ eſt ratio quia actus eligendi ſequitur poſſeſſorem. cum cenſeatur eſſe fructus ipſius iuris eligendi vt no. per Jnno. j. tit. j. in literis. ⁊. ſ. de elec. querelam. ⁊ facit quod notat. gl. in. c. cuꝫ
13 olim de maiori. ⁊ obedien. ¶ Jtem nota ꝙ ad hoc vt dicatur quis contemptus non ſufficit electionem eſſe factam ipſo contradicente. ſed ꝙ ſit facta eo contradicente excluſo. Et nota ꝙ per excluſionem ab actu eligendi priuatur quis quaſi poſſeſſione iuris eligendi. de quo in. d. c. querelam. ¶ Jn ver. verũ. No.
14 ꝙ† libellus eſt latiſſimi iuris ⁊ latiſſime dꝫ interpretari quia in eo veniunt omnia de quibus non eſt actum ne veniant quod eſt verũ dũmodo poſſunt includi quoquomodo ſub verbis libelli etiã ſm improprĩam ⁊ latã ſignificationẽ. l. ſolemus. ff. de iudi. ⁊ ibi. notã. ⁊. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iu-
15 reiur. ¶† Jtẽ nota ꝙ vbi ſunt due mutue petitiones contrarie ſuper eodẽ ille obtinet vices actoris etiam ſi poſſideat. contra quem facit ius cõmune. ⁊ ſic no. ꝙ poſitio contra ius cõmu-
16 ne non releuat ab onere probandi ſuper proprietate. ¶† Jtem nota ꝙ de iure cõmuni electio epiſcoporũ ſpectat ad clericos cathedralium eccleſiarũ. intellige. i. ad canonicos per id qð no. in. c. j. ſ. de elec. niſi de cõſuetudine aliud fuerit inductum. ſup-
17 ple vel ex priuilegio. ſ. de iudi. nouit. ¶† Jtem nota ꝙ ius intereſſendi in electione põt preſcribi p exiſtentem in quaſi poſſeſſio… interueniẽte legitimo ſeu canonico temporis ſpatio.
18 … n gl. antepenul. ¶† Jtẽ no. regulã illã vulgatã. ꝙ actore non probante reus etiã ſi nihil pbauerit debet obtinere. ⁊ … epe allegatur. facit. l. fi. C. de rei vendi. ⁊. C. de eden. in. l. q accuſare. ⁊. j. vt eccleſiaſtica beneſi. vt noſtrum. ¶ Ultimo nota ꝙ reus abſolui poteſt a petitione actoris nil probantis. ⁊ ẽt
19 actori ſilentium perpetuum imponi. ¶† Tangit hic Jnnoc. an ſententia lata ſuper deducto per modum cauſe habeat nocere ſi poſtea principaliter in iudicium deducatur, ⁊ concludit ꝙ non per. l. ſi quis cum totum. §. ſi ancillam. de excep. rei iudi. vbi ſi peto partum dicens illum meũ qꝛ natus ex ancilla mea ſi ſuccumbo non ob. exceptio rei iudicate ſi poſtea peto ancillã ⁊ idem ſi peto fructus pceptos qꝛ ſunt percepti ex fundo meo. ⁊ poſtea peto fundum, ⁊ ſic idem dꝫ dici in ppoſito. preſertim cũ eligere ſit fructus iuris eligẽdi. Sed Hoſti. videẽ hoc reprobare per. l. ſi cũ argentum. ff. de excep. rei iudi. in. §. ſi fundũ vbi patet ꝙ ſi petij fundum tanꝙ meum ⁊ ſuccubuero. ſi deinde peto vſumfructũ fundi eadẽ cauſa. ſ. qꝛ fundus eſt meus obſt. exceptio. lꝫ alia res ſit proprietas ⁊ alia vſuſfructus. ¶ Sed certe vt hic dicit do. Ant. poteſt reſpõderi dicte legi ꝙ ibi primo petijt totum poſtea partem. ideo obſt. exceptio. l. ſi quis cũ totum de excep. rei iudi. nam qui petit fundum intelligiẽ petere proprietatem ⁊ vſumfructum. l. ſi alij. ff. de vſufru. lega. nã vſuſfructus eſt pars dominij. li. iiij. ff. de vſufru. ⁊. l. qui vſumfructũ ff. de verb. obl. Secus in caſu Jnn. ¶ Joan. de ligna. tenet contra Jnn. per notata p Bar. in. l. qui rome. §. duo fratres. de v. ob. ⁊ pro ipſo facit tex. iſte non diuinando. ⁊ ad iura allegata p Jnn. reſpondet ꝙ in eis non fuit plenarie cognitum ſed ſummarie. ideo nõ ob. poſtea in alio iudicio. j. de teſti. veniẽs. el. ij. nec ob. ꝙ iſta ſint diuerſa. quia licet ſint diuerſa. tamẽ ſunt cõ… ad inuicem ſubordinata per modum cauſe ⁊ cauſati. iõ … lata in vno nocebit in alio ſi fuit plene cognitũ in pri… ¶ Sed do. Ant. hic tenet opinionem Jnn. per. l. … e ex… ep. ⁊ per dictũ. §. ſi ancillam. in quibus vide… e diſcuſſum per modũ cauſe. non nocet poſt… educatur. ⁊ ad notata per Barto. in. §. duo

b

c

Ayuntamiento de Madrid

fratres.reſpondet ꝙ alio caſu loquuntur.ꝛ ad iſtum pꝫ reſpō
det ꝙ debet intelligi altero de duob⁹ modis vt voluit Inno.
primo ꝙ ſuppleri dꝫ ꝙ principaliter etiam clerici petierūt ſe
reſtitui.ꝛ etiam ꝙ pciperetur canonicis ne decetero eligerēt ſi
ne eis.ꝛ ſic principaliter fuit deductum ius eligēdi in iudiciū
ſed certe iſte intellectus diuinat.item videtur eſſe contra men
tem text.in verſiculo verum quoniam.vbi papa p coniecturas
arguit deductum fuiſſe petitorium quod nō debuiſſet facere ſi
p cōſtanti expreſſe deductum fuiſſet petitorium.quia in incer
tis non certis locus eſt coniecturis.vnde reſpōdet ſecūdo ꝙ
pꝫ hic intelligi quando licet non fuerit principaliter deductum
ſed p moduꝫ cauſe partes principaliter aſſumpſerunt diſputa
tionem ſuper hoc deducto per modum cauſe ſuper illo lis etiā
fuit conteſtata.ideo tunc nocet ſentētia in ppetuū etiam ſi poſt
ea deducatur principaliter.ſecus ſi non fuiſſet de hoc diſputa
tum.vel ſi fuiſſet nō fuit lis conteſtata.ꝛ ſic limitat iſtum text.
Sed certe diuinare eſt ꝙ hic fuerit conteſta.lis ſup deducto in
modum cauſe.ꝛ ideo verior videretur opinio Joan.de ligna
no.ꝛ p ipſo facit.§.ſi ancillam ſecundum literam affirmatiuā.
Sed potes concordare opiniones.qꝛ aut actor ſuccumbit ſu
per deducto p modum cauſe ſolum ex eo quia non probauit.ꝛ
tūc pcedet opinio Inno.ꝛ domini Anto. Aut ſuccumbit etiā
ex eo quia reus pbauit de iure ſuo.ꝛ tūc pcedet opinio Joan.
de lignano.vt voluit Barto.in fi.in.d.l.ſed ſi ante. ꝛ ita etiam
intelligatur hic.quia hic cōſtitit etiam de iure rei hoc eſt ipſo
rum canonicorum qui ſuſtinebāt ptes rei ſicut innuit litera re
ſpectu iuris colligendi quod ptendebant clerici.ꝛ p iſta parte
bene facit quod notauit Bart.in dicto.§.ſi ancillā.ꝛ quod no
ta.in.ea.l.§.penulti.ꝛ fi.p glo.ꝛ Bart. Et pdicta pcedunt quā
do profertur ſententia p reo ſup deducto in modum cauſe.ſed
ſi ferretur contra eum tunc,videtur velle Bart.in.l.fundum.ff.
de excep.ꝛ in.l.qui rome.§.duo fratres.de verbo.obliga.ꝙ nō
noceret ſnīa reo ſi poſtea principaliter deducatur in iudiciū id
quod fuit deductū p modum cauſe faciat.l.vendicantē.ꝛ quod
ibi no.ff.de euic.ꝛ ſit ratio diuerſitatis qꝛ fauorabilior eſt cau
ſa rei ꝙ actoris,vnde etiam dicit ꝙ ſnīa lata contra excipiētē
etiam in plenario iudicio nō nocet poſtea in via agēdi ad aliū
effectum niſi ſit lata in fauorē ſtatus.ſecus dicit quādo fertur
ſententia p reo excipiente.quia illa prodeſt poſtea in via agen
di ſi illa ſit acceſſoria ad iudicium agitatum p viam exceptiōis
vt in.§.duo fratres.vl'ſi fuerit declaratoria ſup iure rei vt not.
p Barto.in.d.l.ſed ſi ante. ¶ In gl.ij.in fi.vel poteſt dici ꝙ hic
clerici noluerunt excipere vel dic ſm Innocē.ꝙ contra pꝛeſen
tem cōfirmationē quia illa petitur p officium iudicis ꝛ nō ſpe
cialiter contra certam pſonam non poteſt excipi de [illegible]
facit quod no.p eū in.c.ij.de ordi.cogni. ¶ In gloſ.
non pdeſſet de hoc an qui ſemel poſſedit pſumatur [illegible]
fidere not.in.c.cū ad ſedē.j.titu.j.ꝛ etiā p legiſtas in.l.[illegible]
20 ſidetis hic allegata. ¶ † In glo.habuiſſe.ᵃ ibi in dubi[illegible]
dum eſt ꝛc.contrariū voluit glo.antepe.que videtur ve[illegible] ꝙ eo
ipſo qd quis intereſt electiōi.ꝛ dat vocē pſumatur ex iure debi
to id feciſſe.niſi appareat ꝙ ex gratia fuerit admiſſus.ꝛ illa eſt
verior.vt.j.patebit.ꝛ conclude ſm Innocē.ſi queritur an pſu
matur quē feciſſe actū ex iure debito.an vero ex gratia.qꝛ hoc
eſt arbitrariū inſpecta qualitate actuum.nā quidā ſunt actus
qui non cōſueuerunt concedi regulariter ex iure facultatis.vel
amicitie ſolum ius habēti.ꝛ in iſtis pſumitur ꝙ ex iure ſibi de
bito quis fuerit vſus.exemplū patet ſi quis iterfuit in electio
ne ꝛ vocem dedit.qꝛ non conſueuit regulariter cōcedi niſi ius
habenti.vel ſi quis ducat aquam p fundum vicini ad fundum
ſuū.vel ſi quis incidat ſepes in fundo vicini que impediūt viā
p quam itur ad fundum alterius vicini ſic incedentis.nam iſti
actus tanꝙ ponderoſi non cōſueuerunt concedi niſi ius habē
ti.ideo pſumit ꝙ ex iure debito quis illos faciat.niſi aliud ap
pareat.ꝛ ſufficit etiam vnicus ad querendam quaſi poſſeſſionē
dummodo quis vtatur ſciente ꝛ patiente eo de cuius pīudicio
agitur.l.penulti.ff.de ſeruitu.iuncta.l.j.§.ꝙ autem.ff.de aqua
quoti.nec obſtat qd qs in dubio pſumitur iactare res ſuas vt
j.tangit gloſ.quia illud eſt verum niſi alia pſumptio ſit in con
trarium ex qualitate actus qui exercetur.naꝫ pſumptio pſum
ptionem tollit vt not.j.qui fi.ſint legi.tranſmiſſa.ꝛ.l.fin.ff.qd
metus cauſa. Quidam autem ſunt actus qui conſueuerunt cō
cedi ex iure facultatis vel amicitie puta ire per fundū vicini ad
fundum ſuum.ꝛ conſueuerūt ſemel ꝛ bis concedi.ſed nō ſemp
ꝛ tunc requiritur ꝙ.xxx.vicibus quis fuerit vſus.l.j.ff.ꝛ
re ac.ꝙ priua.ꝛ dicit Bart.ibi ꝙ nō exigitur in caſu
te ꝛ patiente domino fuerit vſus ſi agatur ſolum [illegible]
lius interdicti. Secus ſi vellet pſcribere vel ager
detis.ſed forte non eſſet abſonum ſupplere
l.penulti.cum ſi.de ſeruitu.quia in iſtis inc

a ¶ In gl. habuiſſe. vide hic.d.abb.i iiij.col.vbi. quo hic fuit articulatus qui dicit ex hac gl. colligi aliq̃ neceſſaria ad acquirēdā quaſi poſſeſſionē. adde cal.cōſi.xij. ꝛ.xiij.ꝛ.xv. de iurepatr.

[illegible] haberi quaſi poſſeſſio ſine patientia aduerſarij vt nota
[illegible] Inno.de offi.ordi.conquerente.que patientia non po
teſt [illegible] ari quando ipſe aduerſarius ignorat. Quidā autem ſunt
actus qui conſueuerunt etiā ſepiſſime concedi ex iure amicitie
ꝛ tunc etiā ſi centum vicibus vel vltra fiant nō pſumitur ꝙ ex
iure debito niſi aliud appareat.exēplū ſi aliquis epiſcopus ſit
hoſpitat⁹ plurib⁹ vicib⁹ in domo alicuius nobilis:qꝛ non dice
tur eſſe in quaſi poſſeſſione illius iuris niſi appareat ꝙ ex debi
to illud ptendebat.ſecus ſi eps ſit hoſpitatus in domo alicu
ius plati ſue dioce.ꝛ ibi receperit procurationem.ꝛ fecerit viſi
tationem licet ille pretēdat ſe exemptum.quia niſi appareat ꝙ
de gratia fuerit admiſſus.pſumet ex iure debito id feciſſe quia
talia ex iure debito conſueuerunt percipi ab exiſtēte in ſua dio
ce. Et ex pdictis patet ꝙ vt quis dicatur eſſe in quaſi poſſeſ
ſione alicuius iuris requiritur ꝙ exerceat actum ſpectantē ad
exercitium illius iuris.item ꝙ exerceat illum vt ex iure debito.
Item ꝙ ſciente ꝛ paciente illo de cuius preiudicio agit. An au
tem preſumatur in dubio ꝙ ex iure ſuo vtatur.patet ex ſupradi
ctis. ¶ Item an requiratur ꝙ credat ſibi illud ius competere
tangit.j.in verbo epiſcoporum.ꝛ in gl.antepenul.ꝛ de materia
hic per Inn.ꝛ per eundē in.c.bone. titu.ij.de poſtu.ꝛ per bar.
in.l.j.§.hoc interdicto.ff.de itine.actuqꝫ priua. ¶ In glo.nega
tiuam.ibi fieri non poteſt ſupple ꝙ negatiua non coartata pro
betur.nam licet clerici qui modo viuunt non interfuerint for
te interfuerunt eorū predeceſſores.vel forte habuerunt ibi pri
uilegium a ſede apoſtolica vt dicebat Inno.ꝛ ſic teſtes [illegible]
li poterant incurrere periuriū dicendo ꝙ non habebant clerici
21 ius intereſſendi in electione. ¶ † In glo.epōrum ibi [illegible]
ꝛc.ꝛ ſic vult gl.ꝙ ille qui eſt in poſſeſſione vi clam vel pcario.nō
ſit in illa tuendus.ꝛ hoc clarum quando eſt pcario.qꝛ dūs po
teſt reuocare.ideo contra eum nō eſt tuēdus.ſed forte ɔtra aliū
bene deberet tueri.ſi aūt poſſidet vi vel clam tunc ſi velit agere
interdicto vti poſſidetis contra eū a quo habet vi vel clam non
poteſt.ꝛ ſic intelligat gl.ſed cōtra aliū ſic.l.j.§.j.ff.vti poſſi. Sꝫ
ſi vellet agere interdicto recuperande poſſeſſionis.tūc pōt etiā
agere contra illū a quo habet vi vel clam.qꝛ non eſt licitum ex
interuallo p violentiā ipſum ſpoliare.l.ſi quis ad ſe fundū.C.
ad.l.iul.de vi ꝛ ideo etiam pdo reſtituitur.j.ti. j.in literis facit
qd no.Inn.in.c.bone.el.ij.de poſtu. ¶ In ea.gl.in fin.ſed certe
gl.pcedat qn vellet reparare viam in fundo vicini.qꝛ tunc dꝫ
probare ſeruitutē competere ſecus ſi ſolū vult ire vt pbat in.l.
j.eo.ti.ideo potes aliter dicere vt dixi ſup gl.in verbo habuiſſe.
qꝛ ibi loquitur in actu qui conſueuit ſepe concedi ex iure facul
tatis vel amicitie.hic in actu q non conſueuit cōcedi niſi ius ha
benti. ¶ In [illegible] gl.poſſeſſionem.in fi. Solue ꝙ lꝫ ibi dicatur,reſti
tui quē deb[illegible] ad res corporales.non tñ negatur.quin etiā ad
incorporales.ꝛ ſic intelligat hic ꝙ pbat.ij.q.ij.in.c.ij. ¶ In gl.
[illegible]ducētes.in fi.vel pōt dici ſm Jo.an.ꝙ etiā fuit cū effectu,qꝛ
[illegible] lectio.ſed forte gl.habuit reſpectū ad futura.quia
quo ad [illegible] valet ſnīa ſuper proprietate.ꝛ ſi dicas quid ope
ratur ſnīa ſup poſſeſſionem ex quo pualet ſnīa ſuper proprieta
te [illegible] ꝙ operat vt ſatiſfiat iuri volenti ꝙ iudex debeat ſentētia
re de re de qua cognouit ꝛ ppter expenſas litis.ꝛ etiā interdū
ppter fruct⁹ vt no.j.c. [illegible] xi.ꝛ nō habet obſtare notorietas defe
ctus ppriet[illegible] quo p viam exceptionis nō fuit obiectū de
defectu [illegible] ſed p viam mutue petitiōis fuit vtrunqꝫ p
poſit[illegible] vel etiam ſimul ab eadē pte vt pꝫ in.c.cū dilectus.j.eo.
22 ¶ † I[illegible] gl.ps ibi ꝛ hec dicit negatoria. No.bene glo.q̃ declarat
cui co[illegible] etit cōfeſſoria ꝛ cui competit negatoria.qꝛ cōfeſſoria
competi[illegible] aſſerenti [illegible] ſeruitutē deberi.ſꝫ negatoria neganti il
lam debe[illegible] i.ꝛ hec glo [illegible] melius loquitur quā glo.i.c.examinata.
de iudi.v[illegible] ibi ēt dix.ꝛ de materia in.l.ſi prius.de ope.no. nun.
p Bar.ꝛ p Innocē i.c.abbate.de verb.ſigni. ¶ In gl.iudiciū
ibi de gnālibus iudicijs ſupple vel vniuerſalibus ppter quod
j.dicit de petitio[illegible] e hereditatis ꝛ de iudicio familie herciſcun
de q̃ ſunt iudicia vniuerſalia.lꝫ alia poſita in gl.ſunt generalia
iudicia vt no.s.de libel.obla.c.ij. ¶ In ea.gl.ibi i bonefidei iu
dicijs regulariter [illegible] actiones ſunt bonefidei. Fallit ſi nō ſunt
numerate in.§.actione[illegible] e actio.ꝛ no.glo.i.c.venerabilis.
j.de excep.vñ cōdict[illegible] actio que oritur ex ſtipulatione.ꝛ
actio ex teſtamēto [illegible] oritur ex cōtractu emphyteutico
ſunt ſtricti iuris. ¶ [illegible] cōſuetudine ibi de voluntate,ſup
ple tacita.quia no[illegible] it.facit.l.alienationis.de verbo.
23 ſignifica. ¶ In g[illegible] tio ibi niſi in criminibus non
in [illegible] ꝙ [illegible] onſuetudinem put i facto
facere quia tres vices vel ēt
p id quod habetur in.l.iij.de epiſco
onſuetudo in criminibus nō indu
grauat delictum.s.de cōſuetu.c.fi.
uo ad quaſi poſſeſſione vt gloſ.
dicit niſi

Ayuntamiento de Madrid

24 dicit niſi legitime ꝑſcripta vt in.c.ſi.de cõſue. ¶ † In ea gl. in verbo
a potis eſt ibi ſed ſcꝰ ſecundū canones.dic melius ꝙ quedam
ſunt ſeruitutes que habent vſum interpollatū.nec poteſt quis
vti niſi certo tempore attenta fo ꝛma conſtitutionis ſeruitutis
exemplū ſi cõſtituta ſit ſeruitꝰ ꝙ poſſit duci a qua ſolū ſemel in
menſe ꝑ fundū vicini.z tunc ad preſcribendam libertatē con
tra ſeruitutem requirit tps duplicatū.z ſic non ſufficit longum
tps.x.annoꝝ inter preſentes.z ſic loquit.l.ſi.ſic allegata in gl.
Sed quãdo non agitur de libertate querenda contra ſeruitutes.
ſed de querẽda ſeruitute z tūc ſi ſeruitus habet cauſam conti
nuam.z tunc ſufficit ad ipſam preſcribendā.longū tps.Si autē
hꝫ cām diſcontinuā.tūc requirit tps cuius initij memoria non
exiſtit.l.ſeruitutes.ff.de ſeruitutibus.Et dicitur habere cau
ſam continuam qñ eius vſus eſt continuus vel lꝫ non ſit actus
tamen eſt continuus ſine facto hominis.l.foramen.ff.de ſerui.
vrb.pred.vñ ſeruitus altius non tollendi illa dicit habere cau
ſam continuā qꝛ cõtinuus eſt eius vſus.ſimiliter ſeruitꝰ immit
tendi aquā pluentē ꝑ ſtillicidium in areā vicini.qꝛ ſtillicidium
ſemper eſt aptum recipere quãdo pluit.licet nõ ſemper pluat.
Secus eſt in ſeruitute itineris.qꝛ illa reqrit factū hominis in
vtendo z nõ ſemper homo põt itinerare.qꝛ oportet ꝙ interdū
quieſcat.z iſta procedūt in ſeruitute que debet a re:ſed in ſer
uitute que debet perſonis lꝫ cã ſit diſcontinua ſufficit longū tē
pus vt patet in vſufructu.l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſucap.z
ſtipulatur.z eſt rõ qꝛ perſona poteſt animo cõtinuare poſſeſ
ſionem nõ ſic res.z ideo qꝛ hic agitur de ſeruitute querenda per
ſonis non curat licet habeat cām diſcontinuā requirit tamē in
preſcriptione eccleſiaſtica tempus.xl.annorum.j.de preſcript.
25 c.de quarta. ¶ † In ea.gl.ibi loco traditionis non ſequitur ꝙ
habeatur loco tituli vnde ſicut in rebus corporalibꝰ vltra tra
ditionē requirit bona fides z titulus.l.celſus.ff.de vſuca.ſic in
incorporalibus vltra patientiā videt requiri bona fides z ti
tulus ideo dat ſecũda ſolutio ꝙ ſit ſpeciale circa incorporalia
vt ſequit in glo.ſed certe iſta ſolutio videt contra.c.ſi diligenti
vbi videt loqui ēt in incorporalibꝰ vt ibi no.z in.c.j.de preſcri.
in.vj.Item videt cõtra dictū.c.j.vbi dicit ꝙ qñ contra preſcri
bentem facit ius cõmune.vel eſt ꝑſumptio contra eū,requirere
tur bona fides z titulus.lꝫ hic ius cõe erat cõtra clericos vt pꝫ
ex litera z.§.de elec.c.j.ergo non videt procedere ſine titulo pre
ſcrip.Unde extra gl.põt dici ꝙ hic vacat ar.a contrario ſenſu
ꝑpter iura cõtraria ſeu ꝑpter.d.c.ſi diligenti.z.d.c.j. ¶ Sed
iſta ſolutio vr̄ cõtra mentē litere.Unde tertia ſolutio dat ꝙ
ſcribere ne canonici eligant ſine clericis nõ ſit contra ius cõe.ſ
potius ſm ius vel ꝑter.l.xiij.diſtin.obeuntibus.ideo nõ requi
ritur titulus ſecus ſi vellent preſcribere clerici vt ipſi ſoli elig
ſine canonicis z hanc opi.ſequit Io.an.ſed non vr̄ tuta.qꝛ
uera ius cõe vr̄ eſſe cõtra clericos etiã ſi velint eligere cū ca
cis.vt.d.c.j.de elec.z etiã hic vr̄ probari z ſaltē ... o
cõtra ius.ideo lꝫ.multū inſtet.d.Ant.potes ... ram de
duabus ſolutionibus vna eſt ꝙ in his que ... is preiudi
cij non ꝓcedit.c.j.de pſcri.in.vj.nec.c.ſi diligent .l.ſi qs diu
turno.allegatā in.gl.vbi pꝫ ꝙ ad qrendā ſeruitu ... fficit bona
fides.z tñ ibi ius cõe eſt cõtra pſcribētē ... ptio cõtra
eū.qꝛ ius cõe preſumit quãlibet rē libe ... r ſerua.l.
altius.C.de ſerui.z facit qd̄ no.in.l.ſicut ... ff.ſi
ſeruitus ven.z per Bar.in.l.ſi prius.de o... qd̄
no.ꝑ gl.z Bar.in.l.ſi maioꝛ.C.cõi diui.z dr̄ eſſe mi... pudi
cij ſeruitus itineris vel vie:qꝛ per illā nihil corporale acquirit.
ſecus ergo vbi aliqd corporale acqreret.vt ſi preſcribat ius de
cimandi in alia parochia.iõ illõ cenſet eſſe grauis preiudicij,
qꝛ per hoc qrent etiã fructus z ſic res corporales ſpectãtes ad
decimam.ſed in caſu noſtro agitur de modico preiudicio.qꝛ nõ
cenſet magnū preiudiciū ſi clerici habeant eligere cū canonicis
qꝛ ratū eſt magis iudiciū qd̄ plurimoꝝ iudicio comprobatur.
de offi.deleg.prudentiā.ideo hic ſufficit bona fides.vt.d.l.ſi qs
diuturno.z ſic opoꝛtet ꝙ iſti clerici interſint in electione z dent
vocē vt ex iure ſuo vt dixi cū gl in ver.habuiſſe.z etiam ꝙ cre
dant ius ſibi competere.nã alias non eſſent in bona fide.ex quo
preſumptio eſt cõtra eos.niſi aliqua ca ſa id ſuadeat vt qꝛ for
te ſic erat fama ꝙ tale ius ſpectabat ad eos.facit qd̄ no. Bart.
in.l.j.§.hoc interdicto.ff.de itinere actuq priua.z lꝫ do. Ant.
impugnet iſtam ſolutionē ex eo qꝛ ſi agei ... t de preſcriptione le
uis decime ſecundū illā debe ... ſice ... na fides ꝙ videtur
contra.c.dudū.de deci.tñ meo ... io potest ... ari ... pſa
eſt caſus in dicta.l.ſi quis diuturno.iuncto eo ...
Bar.in.l.ſi maioꝛ.C.cõmuni diui.Nec ob.q ...
de leui decima.qꝛ id non debet attẽdi.ſed ...
cõmunem accidẽtiam preſcriptio decim...
arg.l.nam z ea.ff.de legi. ¶ Secũdo m...
rium ꝙ procedat quando ex patien...

ita intelligat.z.ſ.de preſc.in.vj.Secus qñ iuſtificat z ita loqua
tur hic.z dicit pro ſunt ... hic iuſtificari.qꝛ pendet a poteſtate ca a
nonicoꝝ ꝑticipare ... id ius eligendi quando occurrit electio.
vt in.c.obeuntibus ... allegato z de elec.cū vinthonienſis.lꝫ ſine
ſolennitate canonica non poſſent cõcedere ... cis ꝙ haberēt
ſemper ius interſſendi in omni electione ... ra.§.de elec.con
ſtitutio.Sed qñ occurrit electio bene poſſunt participare vt
dixi ideo ex patientia dicit iuſtificari poſſeſſio. Secus qñ non
eſt in poteſtate ... tale ius transferre.ſicut patet in iure de
cimandi.qꝛ non poteſt rector fructus eccleſie alteri donare ſed
in vtilitate eccleſie conuertere ſcdm deputationē factam a
iure.c.ij.q.ij.c.conceſſo.z.c.quatuor.z ſic intelligat ſolutio Pan.
de ſta:quã etiã in effectu videt hic ſalua re do. Ant. z per hoc
patet ꝙ dicta.c.ſi.de preſcri.in.vj.lꝫ generaliter loquatur tamē
dꝫ limitari altero duoꝝ modoꝝ ꝑdictorum.qꝛ nõ habet lo
cum in his q̄ ſunt leuis preiudicij.vel vbi poſſeſſio iuſtificatur
ex patientia aduerſarij. ¶ Et ꝑ hec etiam poteſt inferri ad ſo
lutionē contrarij.c.ad decimas.de reſti.ſpo.j ... l.vbi dicit ꝙ ſi
ius cõmune facit cõtra illū qui ꝑtēdit ſe ſpoliatū z fundat in
tentionē rei nõ audit petēs reſtitutionē.hic aūt directo videt
dici cõtrarium:qꝛ lꝫ cõtra clericos faceret ius cõe z fundaret in
tentione canonicoꝝ.tñ clerici fuerunt reſtituti.de quo cõtra
rio hic non facit mentionē Io.an.z.d.Ant.ſed hoc tãgit in no
uella ſup gl.in.d.c.ad decimas.nã potes dicere ſimiliter quod
non procedit in his q̄ ſunt modici ꝑiudicij.Et melius ꝙ nõ ꝓ
cedit qñ ex patientia aduerſarij iuſtificatur poſſeſſio. ¶ In ea.
26 gl.ibi dꝫ proteſtari.Nota bene qꝛ vult glo.ꝙ † in dubio clerici
preſumantur intereſſe in electione ex iure ſibi debito cõtrariū
voluit gl. ... habuiſſe.dic vt ibi dixi. ¶ In glo. pen. ibi
nec extra bona.iſtã pro illa cõpetit nobis ius vt no.gl.in verbo
pars.ideo hoc reſpectu cenſet eſſe in bonis noſtris z ꝓptanto
põt pſcribi vt no.in.l.j.hic allegata. ¶ Extra gl. tangit Inno.
qualiter hic fuerit deductū petitoꝛiū z poſſeſſoꝛiū. cõcludit ꝙ
ſi quis petit electionem confirmari vel etiam petit infirmari vr̄
petere ex omni iure quo põt.z ſic ſiue ratione poſſeſſionis ſiue
rõne ꝓprietatis.z ideo ſi in proceſſu cauſe ꝓſequit vtrũq; põt
z ita põt intelligi hic.ſecus ſi non ꝓſequeret ius:ſed forte defe
ctū forme electiõis.nã tūc nõ vr̄ deducere petēs caſſari electio
nem ius ſuū reſpectu ꝓꝓtatis iuris eligẽdi.idē dicas ſi qs ... etat
electionē caſſari.qꝛ cõſueuerit intereſſe.z facta eſt eo contem
pto z excluſo.nã vr̄ deducere petitoꝛium z poſſeſſoꝛium.idē ſi
dicas ꝙ ad ipſum ſpectat de conſuetudine eligere.lꝫ Inn. di
cat ꝙ ſolū petitoꝛium vr̄ tūc deductū cū cõſuetudo ſit ius.j.di.
conſuetudo.ſed certe etiã in illa verſat factū.l.j.C.q̄ ſit lõ.con
ſue.ideo etiã poſſeſſoꝛiū intelligitur deductū ſm Hoſt.idē ſi di
catur qꝛ ad me ꝑtinet de iure eligere.vel qꝛ apud me eſt ius eli
gendi.lꝫ Inn.dicat his caſibus ſolū petitoꝛiū deductū . ſed nõ
bene qꝛ põt ſpectare ad me de iure eligere rõne proprietatis iu
ris eligendi.z etiã rõne quaſi poſſeſſionis.vt in.c.conſultatio
nibus.de iure patro.z per Io.an.in.c.qꝛ.propter.ſuper gl.ſi.de
elec. ¶ Et tene menti.qꝛ cõcludit hic Ioan.an.ꝙ lꝫ in libello
narrent ſpectantia ad poſſeſſoꝛium z petitoꝛiū tñ debemus at
tendere cõcluſionē.qꝛ ſi illa eēt ſpecifica videret illud tantū in
tentatum.vnde ſi quis narret ſe ſpoliatū aliqua re quem dicit
ſuam ſi poſtea concludit ꝙ petit ſe integrari ad poſſeſſionem
ſuam videret tantū poſſeſſoꝛiū intentatū tñ ſi fuiſſet additum.
z ſuper predictis peto iuſtitiam miniſtrari ſm Cal.in.c.ij.§.ti
tu.ij.tūc etiã poſſet dici petitoꝛiū intentatū.ſecus ſi dicta clau
ſula non fuiſſet adiecta.Si aūt cõcluderet rem ſibi reſtitui illa
cõcluſio eſſet generalis z poſſet adaptari ad poſſeſſoꝛiū z peti
toꝛiū.facit.l.qui reſtituere.ff.de rei vend.z quod no.Pau.z.d.
Ant.poſt eum.§.co.c.paſtoꝛalis. ¶ Ultimo adde qꝛ d.Ant.
hic videt velle ꝙ qñ electio eſt facta ab habente proprietatem
iuris eligendi alio exiſtēte in poſſeſſione mala fide ꝙ valet ele
ctio.nam non videt veruꝫ qꝛ eligere eſt fructus iuris eligendi
non poteſt percipi ꝑ illū qui nõ eſt in poſſeſſione.z iõ non vale
bit dicta electio.z ſi fieret ꝑ male fidei poſſeſſoꝛē illa etiam caſ
ſaretur.qꝛ male fidei poſſeſſoꝛ non facit fructus ſuos . facit qd̄
no.j.ti.j.in literis.

1 ☞ Confirmatus ante inſtallationē an poſſit adminiſtrare.
2 Ex confirmatione an cõſequatur quis poſſeſſoꝛium.
3 Gerens ſe pro prelato vel pro electo nõ per hoc ſeqt ꝙ habeat verum ius electionis vel prelature.
4 Poſſeſſoꝛio recuperande agere põt etiã in beneficialibus qui ... nē autoꝛitate ſuperioꝛis lꝫ caret proprietate.
... a ſi per papā ſcienter confirmet illa validabit ſed
... e non tribuit ius.
... mittitur ſimpliciter ſine dictione taxatiua ap
... uem dicatur eſſe,

a ¶ In gl.ſ. tpis l... hac.gl.ac... h.d.z.h... l.vij.co... opp.inu... pliciter... 42.Et co... legiſſe. in... l.ij.C.d... ui.z aq...



Ayuntamiento de Madrid

Um ſuper electione. Ide uſ ... cedes ꝗtū ad effectū. ¶ Et tertio deciſe narrat factū. ſcdo diffinit. ſcda ibi: cum. ꝛ pꝛio diffinit poſſeſſoriū. ſcdo petitoriū ... ibi: verū. ¶ No. qd ad patriarcham hieroſolymitanū ſpectat cōfirmare electū in epm eccleſie bethlemitane cū ſit ſibi ſubiecta, nā ēt dat palliū ſufraganeis illo ornamento decoratis. j. de priui. antiqua. ꝛ illos etiā cōfirmat ... ꝑ. An aūt † cōfirmatus ante inſtallationē poſſit adminiſtrare tractat hic Inn. ꝛ Hoſti. de quo p Jo. an. in c. tranſmiſſam. de elec. ꝛ ibi concludit ꝙ ſic. niſi cōſuetudo aliud habeat p illu

2 tex. ¶ † Itē no. ar. ꝙ ex cōfirmatione quis cōſequatur poſſeſſoriū ſed contrarium tꝫ Inn. p. l. cū heredes. ff. de acqui. poſ. ſo intelligit tex. qñ fuit cōfirmatus ꝛ etiā poſſeſſionē adeptus ꝛ

3 poſtea ſpoliatus. ¶ † Itē nota ꝙ lꝫ quis gerat ſe pro electo vl pro prelato. nō tñ ſequit ꝙ per hoc habeat verū ius electionis vel prelature. ¶ Itē no. ꝙ vbi poſſeſſoriū ꝛ petitoriū ſimul deducitur in iudi. ... de vtroqꝫ fieri ... cognitū, ſup vtroqꝫ dꝫ pnuntiari ex ordine tñ prius ſup poſſeſſorio de que etiam. ſ. e.

4 primo. ꝛ. j. e. c. ... ¶ † Itē ꝙ vbi qs hꝫ poſſeſſionē autoritate ſuperioris etiā in beneficialibus pōt agere poſſeſſorio re

5 cuperāde lꝫ careat ꝓprietate. de quo. j. ti. j. in literis. ¶ † Ultimo no. regulā illā vulgatā. de qua re iudex cognouit ꝛc. de qua in regula de qua re. ff. de iudi. ꝛ in. c. j. de oꝛ. cog. ¶ In gl. j. in fi. Jo. de lig. hic dicit ꝙ ſi confirmetur electio q̄ eſt nulla per papam ex certa ſcientia illa validabit p. c. j. ꝛ. ij. j. de confir. vti. vel inuti. Sed vbi fiat ab inferiore tunc ꝓcedit qd dicit glo. ꝙ non tribuit ius hꝫ tñ aliquos effectus. pꝛio trāſfert onus probandi in illū q dicit electionē minus canonicā. facit qd ... ſ. de elect. ꝙ ſicut ꝛ. c. in geneſi. Item qꝛ obligare ſe dꝫ ad extraordinarias penam q̄ ſe obijcit poſt confirmationē. j. de accuſa. ſup his. Itē ſi adeptus eſt poſſeſſionem poteſt agere poſſeſſorio ſi ſpolietꝛ ſic tranſit. d. Ant. Sed cōtra gl. ꝓdicta facit qꝛ videt ꝙ cōfirmatio etiā inferioris tribuat ius qꝛ trāſit in rē iudicatā. ſ. de elec. cū dilecti. ad fi. ꝛ ſic videt tribuere ius. Potes dicere ꝙ ſi facta eſt cōfirmatio cauſa cognita ꝛ ſic pmiſſa citatione fm formā. c. vltimi. de elec. in. vj. tūc ſi nō hꝫ in ſe errorem iuris expreſſum tribuit ius ſaltē quātū ad preiudiciū ptis lꝫ non quo ad preiudiciū ſuperioris quominus poſſit inquirere de canonico titulo p no. p Inn. de reſcrip. ad aures. ꝛ. c. cōſtitutus. Nec obſtate tex. qꝛ dꝫ intelligi ꝙ fuit appellatū vel ꝙ fuit facta ſine cauſe cognitione ſeu nō pmiſſa citatiōe ꝙ fieri poterat fm illa iura fm no. p Inn. in. d. c. cū dilecti. de elec. ideo hic nō tribuit ius ꝛ de materia ēt p gl. ꝛ Jo. de lig. in. cle. j. de elec. ꝛ ibi ēt tetigi ꝛ tangit etiā in. d. c. ꝙ ſicut. ſ. de elec. ¶ In glo. ij. ibi ſatiſfit iuri ſupple volenti ꝙ de qua re iudex cognouit de illa pnūtiet, ꝓdeſt etiā quo ad cōdēnationē expēſarū. qꝛ aduerſarius ſuccumbens in poſſeſſorio poterit in expenſis cōdēnari. ſ. c. ꝓximo ſup gl. pe. ꝛ p Cy. in. l. incerti. C. de interdic. pōt ēt ꝓdeſſe quātum ad fructus vt ſequit in gl. qd vꝫ ꝓcedere qñ ſpoliatus erat poſſeſſor bone fidei qꝛ credebat ſe iuſte cōfirmatū. alꝛs ſi fuiſſet male fidei nō ſpectaret ad eū fructus. j. ti. j. in. c. grauis. ¶ In ea. gl. ibi veritati nō preiudicat. i. ſi iudex pnunciat alimētādū eē illū q filium eſſe negat nō per hoc pbat eē filius. ¶ In gl. ibi contrarū verū eſt ꝛ hoc eſt clarū in terminis tex. qꝛ poſſeſſio iſta eſt momentanea. ꝛ ſic non dꝫ operari effectū p id qd hꝫ in ſi. in. l. heres abſens. §. j. ff. de iudi. ibi ſtatim receſſurus de loco ſi ibi contrahat nō ſortit forū ad idē qd hꝫ in. l ſi. circa ſi. C. de bo. q. libe. Si aūt nō eēt momentanea tūc attendi deberet an eēt in poſſeſſione bona fide. ꝛ tūc deberet ꝑcipere fruct⁹. j. de iurepat. cōſultationibus ſecus in mala fide. j. ti. j. grauis cū ibi no. Aduerte tñ ꝙ poſt lit. cōte. in petitorio qs cenſet male fidei. l. certū. C. d rei vendi. ¶ In glo. pe. ibi vel verius. ꝛ hec cōiter tenet iuncto

6 eo qd tangit gl. in ver. ſed illud. ¶ † In gl. ſi. ibi ſola cognitio. Quid aūt ſi ſimplr cōmittit cognitio abſqꝫ dictione. taxatiua. an poterit diffinire. ſpe. voluit ꝙ non in ti. j. §. ſequit. ver. ꝛ no. ꝛ ibi ēt p Jo. an. in addi. ſed bar. tenuit cōtrariū in. l. a diuo pio in prin. ff. de re iud. de quo etiā p gl. in. l. q procuratorē dat. ff. de pcur. ¶ † Extra gl. tangit hic Inn. penes quē dicat eſſe dñiū rerū eccleſie. ꝛ cōcludit ꝙ penes chriſtū ſeu eius vicariū ꝛ ſic penes ipſam eccleſiā. ꝛ dicunt eē clericorū ſeu platorū ꝗtū ad adminiſtrationē pauperū quātū ad ſuſtentationē. xvj. q. j. qm quid. ꝛ p morte prelati nō dꝛ vacare poſſeſſio nec dñium rei eccleſie. ꝛ p hoc dicit ꝙ ſi occuparet res eccleſie vacāte eccleſia poterit platus poſtea electus agere poſſeſſorio recuperande eccleſie nō ſuo ex quo nunqꝫ habuit poſſeſſionē. ꝛ id ſi habuit poſſeſſionē. qꝛ dꝫ agere noie eccleſie tr nuit in. c. in literis. j. tit. j. vbi dicit ꝙ prelatus re poſſeſſionem naturalē ſuo noie ad inſtar fr liter. ff. de acquiren. poſ. ꝛ faci

¶ Quid ſi qras vtrū ꝛ qñ aliqs poſſit recurrere vel redire de petitorio ad poſſeſſoriū vel ecōtra. diſtingue fm d. hen. boych. in pn.

... illud ſibi placet. Si aūt nō vellet agere ad recuperādas ... eccleſie ſꝫ ad recuperādā poſſeſſionē bñficij qua fuit ſpoliatus. tūc clarū eſt ꝙ ſuo noie agere pōt. An aūt ... hereditate iacente hereditate occupetur poſſit heredi cōpetere aliqd poſſeſſorium. Inn. hic vꝫ innuere ꝙ non. ſed de hoc dicendum vt habetur in. l. ſi. C. vnde vi.

1 Dubius eſt euentus litis.
2 Petitio vbi eſt gñalis apta includere petitoriū ꝛ poſſeſſorium pōt actor requiri vt declaret an velit petitorium intentare an vero poſſeſſorium.
3 Petitio ... dicat pregnans ſiue generalis.
4 Poſſeſſorium ꝛ petitoriū ſimul intentari poſſunt. ꝛ nu. 8.
5 Renunciatū in cauſa qñ dicatur ꝛ qñ concluſum.
6 Petitoriū ſuſpēdere licitū eſt añ renunciationē ꝛ cōcluſionem factā in cā agere poſſeſſorio adipiſcēde vel recuperande.
7 Poſt renūtiationē ꝛ cōcluſionē in cā nō eſt licitū regulariter de petitorio tranſire ad poſſeſſorium.
9 Sñia lata in poſſeſſorio nō nocet in petitorio. ꝛ nu. 19.
10 Cauſa ſi eſt ſimpliciter cōmiſſa iudex pōt de vtraqꝫ cognoſcere ſed ſi cauſa proprietatis eſt cōmiſſa cum dictione taxatiua non cognoſcet de poſſeſſione. ꝛ nu. 17.
11 Actiones plures quando competunt nomine eiuſdem rei vna eſt eligenda.
12 Filius in poteſtate pōt a patre vendicari.
13 Cōcluſio facta in cā principali an noceat in cā appellationis.
14 Poſſeſſoriū intentans petitorio peidēte ſi ſuccūbit in poſſeſſorio reus abſoluet in poſſeſſorio ꝛ actor ei condēnabit in expēſis poterit tñ poſtea proſequi petitoriū ꝛ ſi probabit ſe dñm obtinebit in petitorio ꝛ habebit poſſeſſionem.
15 Proprietas attrahit ad ſe poſſeſſionem.
16 Uiolentus non perdit ipſo iure ius quod habet in re ſed pderedebet per ſententiam.
18 Sñia abſolutoria lata in petitorio an noceat in poſſeſſorio qñ ſolo petitorio fuit actum.
20 Probans de proprietate dꝫ obtinere rem ſibi reſtitui ꝛ poſſeſſionem ſibi tradi.

a Aſtoralis officij. Qui agit de ꝓprietate agere pōt añ cōcluſionē cauſe poſſeſſorio adipiſcende vel recuperāde poſt cōcluſionē vero ꝛ añ ſñiam hoc non poteſt niſi ſubſit iuſta cā. h. d. Et ſunt due ptes principales in qua ponit cōſultatio. in ſcda rñſio. ſcda ibi: cōſultatioi. ſecūda ſubdiuidit ... diſtinguēdo an ſit vel nō ſit in cauſa cōcluſum. ꝛ fm mēbrū proſequit ibi ſi vero. pꝛia ps ſecūde facit tria qꝛ primo rñdet ad primū diſtinctionis membrū ſcdo riſum pꝛat p. l. ibi cum legali. tertio proteſtat ibi alijs. In verſ. ſi vero eſt ſcda ſcde. primo rñdet ſecundo mēbro cām inſerēdo. ſecundo ponit caſum exceptū. tertio dat generalē doctrinam. ſe

1 cunda ibi ... tertia ibi: exigit. ¶ † No. ꝙ litis exordiū appellari pōt auſpi... ſiā ſicut olim in aſpectu auiū ꝑcipue cōſiſtebāt auguria ... q. iiij. c. j. ſic augurio ꝛ rei dubie ſe cōmittit q inchoat ... cū dubius ſit eius euentus. ff. de peculio. in. l. ꝙ

2 debet ... rigidis. in. c. fraternitatis. ¶ † Itē no. ꝙ vbi petitio eſt gñā ... ans apta includere poſſeſſoriū ꝛ petitoriū pōt requi... ꝛ vt declaret an velit petitoriū an vero poſſeſſo

3 rium intentare. ꝛ dicet † eſſe pregnans ſi qs aſſerit ſe ſpoliatum re ſua. ꝛ petit ſibi inſtitiā miniſtrari. facit qd no. ſ. de oꝛ. co. in. c. ij. idē vꝫ ſi peteret rem ſibi reſtitui. qꝛ talis concluſio apta eſt ēt ad petitoriū. l. q reſtituere. ff. de rei ven. ſec⁹ peteret ſe reintegrari ad poſſeſſionē. qꝛ tunc videretur intentare poſſeſſorium lꝫ in narratione narrauerit etiā ſpectantia ad petitorium nam attēdi dꝫ concluſio ꝛ non narratio vt not. Jo. an. ſ. eod. cum eccle

4 ſia. Et vide. d. Abb. in. c. ex pte. ſ. de reſcrip. ¶ Et no. † ꝙ lꝫ ſi elegerit actor petitoriū non tñ cogebat. qꝛ ſup vtroqꝫ ꝓcedere poterat ſi voluiſſet vt hic patet qñ agitur de petitorio ꝛ poſſeſ

5 ſorio recuperande vel adipiſcende. ¶ † Itē nota differentiā eſſe inter renuntiationē ꝛ concluſionem nam renuntiatum dꝛ qñ renuntiatū eſt ꝓbationibus facti ſed cōcluſum dꝛ eſſe in cā qñ renuntiatū eſt probationibus facti ꝛ iuris ita ꝙ nec de iure nec de facto amplius aliqd dꝫ allegari. ꝛ ſic in plus ſe hꝫ cōcluſio ꝙ renunciatio. de quo hic p Inn. ꝛ in ſpe. de renun. ꝛ cōcluſiōe. in prin. ꝛ in ver. ꝛ no. ꝛ ꝑ hoc dꝫ exponi litera dū dicit, ſeu

6 cluſum. i. concluſum Hoſt... ter dixerit. ¶ Itē no. ꝙ † ante renuntiatione ꝛ cōcluſionē factā in cā licitū eſt ſuſpendere petitorium ... agere poſſeſſorio adipiſcēde vel recuperāde. ¶ Et ex ... ꝙ nō eſt ſpāle in poſſeſſorio recuperāde cū ... adipiſcende, vt ptꝫ ex litera. nec cōdēnabit ... petitoriū in expēſis, qꝛ hoc facit iure permit... de expēſis. §. iuſta. ver. qd ſi ſuſpēſo. ꝛ ex ... ſi. q ſemel. C. quō ꝛ qñ iu. vt ēt hic tangit

Ayuntamiento de Madrid

tangit Inn. ¶ Itē no. φ quedā ſunt poſſeſſoria q̄ ſu[...] cedūt qōnē ꝓprietatis ⁊ ſic rei vēdicationē de qbus [...]
7 ut gl. ¶ Itē no. φ poſt renūciationē ⁊ cōcluſionē in ca [...] eſt licitū regulariter de petitorio trāſire ad poſſeſſoriū ne lites liti bus inculcent ⁊ ne via aperiat fraudibus. fallit qñ iuxta cauſa ſubeſt. ¶ Et no. qñ dicet ſubeſſe iuſtā cā. qꝛ duobus c[on]currēti bus. ſ. qñ de facili pōt ꝓbari iniqtas inuaſoris ⁊ ſpoliatio, calu ſeu malitia ipſi⁹ ſpoliati ſubtracta eſt facultas ꝓbādi ipſi ſpo liato. ⁊ ex h̄ no. φ poſt cōcluſionē in cā nō vꝛ poſſe. [...] Io. tñ an. ſummādo ſentit cōtrariū ⁊ forte id veriꝰ quia exce ptio reſpicere pōt vtrūqꝫ poſſeſſoriū lꝫ exēplificet ſolū de poſ ſeſſorio recuperāde exēpla aūt nō reſtringūt. d. l. q̄ui infecti ſti pulatio ꝑtinet. ff. de dam. infec. ⁊ hoc etiā veꝝ. hic ergo q loqt ſimpl'r. ¶ I O. trāſire de petitorio ad poſſeſſoriū adipiſcēde. qꝛ tūc nō hꝫ locū qđ dꝛ hic in litera in ver. niſi vbi v[...]ce ſpāle in odiū inuaſoris. ¶ Itē no. illud vulgatū φ de ſimilibus ad ſimi lia eſt ꝓcedēdū. facit de cōſti. trāſla. ⁊ adde φ hodie in bñficia lib⁹ deuolutis ad curiā tā appellās q̄ appellat⁹ pñt nedū peti toriū ſꝫ ēt poſſeſſoriū itētare. ⁊ pt alter añ cōcluſionē, i cā ſuſpē dere petitoriū a ſe ⁊ ab aduerſario inchoatū in ſolo poſſeſſorio ꝓcedēdo ꝓut habet in cle. cā. h̄ eo, ti. ibi tñ dꝛ illud procedere in ſpoliantis odiū. qđ vꝛ eē cōtra iſtū tex. inquantū permittit ēt de poſſeſſorio adipiſcēde. Sed potes dicere φ h̄ loqtur in cā
8 principali ibi i cā appellationis ꝓut etiā ibi tāgitur. ¶ Vl timo no. φ hic vꝛ approbari opi. Marti. ⁊ ſequaciū dicentiū φ agi [...] petitorio ⁊ poſſeſſorio nā iſtud vꝛ veꝝ ſi agat petito rio ⁊ poſſeſſorio recuperande. An aūt ꝓcedat in poſſeſſorio re tinende tangit in gl. magna. de quo etiā p Bar. in. l. naturaliter §. nihil cōe. ff. de acq. poſ. ¶ In gl. ij. ibi. ſimpl'r cā cōmiſſa eſt ſecus videt ſi cā proprietatis tantūmodo eēt commiſſa. ⁊ ſic ſi adiecta eēt dictio taxatiua vt voluit gl. ī. in ꝟ. iudicis. circa fi. ¶ In ea. gl. ibi. l. ſi de ꝓprietate. Solue φ nō ob. qꝛ ibi index datus ſup proprietate non pōt cognoſcere de poſſeſſione qꝛ cū taxatiua fuit cōmiſſa cā proprietatis vel ſm̄ Hoſt. ibi non ve
9 tat cognoſci de poſſeſſione. ſed dicit φ † ſnīa lata in poſſeſſo
10 rio nō nocet i petitorio cōclude qđ qñ ſimpliciter † cā eſt cōmiſ ſa pōt de vtraqꝫ cognoſcere. Si vero eſt cōmiſſa cā ꝓprietatis tunc ſi cū taxatiua non cognoſcet de poſſeſſione. ſed ſi ſine taxa tiua. tūc ſm gl. cognoſcet. ſed illud vꝛ ꝯ. l. ꝑdictā ſi de ꝓprietate ſm vnū intellectū. vñ gl. ibi dicit φ ſi pōt expediri cā proprie tatis ſine cā poſſeſſionis. vt eſt hic qñ vellet agere poſſeſſorio rē cuperāde vel adipiſcende tūc nō poterit cognoſcere. ſecus ſi nō poſſet cā proprietatis expediri ſine cā poſſeſſionis. vt qꝛ vterqꝫ cōtēderet ſe poſſeſſorē ⁊ dñm. nā nō pōt bñ tractari cā ꝓprieta tis niſi ſciat qs ſit poſſeſſor. qꝛ aliter neſciret cui incūbat onus ꝓbandi proprietatē. ¶ In ea. gl. ibi qꝛ cōtinētia. iſte verſi. dꝫ
11 iungi añ ver. lꝫ. ¶ † In gl. experiri ibi eſt eligenda hoc veꝝ qñ cōpetunt ad idē, ſed qñ ad diuerſa. tunc ſi ſunt incōpaſſibilia te net eligere. facit de elec. vt qs duas lib. vi. ſed ſi ſunt incōpaſſi bilia. tūc pōt eligere ſi vult. ⁊ ita loquat hic. ſed ſi vellet poſſet vtraqꝫ illarū proſequi. vt etiā hic pꝫ. ¶ In gl. iiij. ibi bonorum poſſeſſori ⁊ ſic ſucceſſori de iure ꝑtorio nā ſꝫ ius ciuile antiquū non ſuccedebāt emancipati ab inteſtato, nec ēt cognati ſeu de ſcendētes p lineā femininā ſed poſtea p ꝑtores q fuerunt ma giſtratus dati a populo romano ⁊ fuit data poteſtas ſtatuendi φ equū videret, dū tñ non directe tollerēt ius ciuile. fuit voca tus emancipatus p bonoꝝ poſſeſſionē vnde liberi. ⁊ ſimiliter cognati deſcēdētes p bonoꝝ poſſeſſionē vñ cognati ⁊ per hoc cōſequebant vtilia iura hereditaria. ſed heres de iure ciuili cō ſequebat adeundo directa iura hereditaria. ¶ In ea. gl. ibi eſt nomē iuris ſupple. qꝛ eſt vnū nomen cōpoſitū ſicut ⁊ bonorum poſſeſſio. non autē ſunt due ꝑtes. ⁊ no. φ olim iſta bonorū poſ ſeſſio prout eſt iuris olim debebat peti ⁊ decerni a ꝑtore ſeu a iudice. ſed hodie ſufficit φ agnoſcat corā iudice. l. ſi. C. q admit ti ad bonoꝝ poſ. pñt. ⁊ lꝫ decernat vel agnoſcat non p h̄ hꝫ poſ ſeſſionē qs facti rerū hereditariarū. iō oportet φ illā adipiſcat ꝓpria autoritate ſi eſt vacans vel ſi non eſt vacans p interdictū quoꝝ bonoꝝ qđ dat directū bonoꝝ poſſeſſori. ⁊ ſic ſucceſſori de iure pretorio. ſed vtile ſucceſſori de iure ciuili. vt no. in rubrica C. quorū bonorū. ¶ In ea. gl. ibi p illud interdictū. Interdi ctū quorū legatorū cōpetit heredi vel bonorum poſſeſſori pro adipiſcenda poſſeſſione rerum legatarū quas legatarij propria autoritate occuparunt in quibi [...] dicit imminere falci diā. ideo vt poſſit illam detrahe re [...] r interdictū quorum legatorū pro adipiſcenda poſſeſſion[...] [...]rum. Salujanum vero interdictū competit ne rerū quas colonus vel inquilinus in talia ſunt tacite obligata ꝓ penſiōe. l. certi: ſi penſio non ſoluitur pōt agi pro adipiſc rum rerū vt retineantur donec fiat ſol[...]

interdicta, denominant a noīe inuētoꝝ. vt eſt iſtud interdictū ſaluianum. qꝛ inuētū a ſaluio ꝑtore. Quedā a parte verborū edicti ꝑtoris vt interdictū quoꝝ bonoꝝ. ⁊ quorū leg. ⁊ vnde vi. ⁊ qđ vi aut clam. ⁊ vti poſſidetis. ⁊ vtrobi [...] in rubricis di ctorū interdictorū. ⁊ in. l. j. dictarum ru[...] [...]ā denominant a materia de qua loquūt vt interdictū [...] in loco ſacro, ⁊ ne quid in loco publico. ff. ne qd in loco pub. l. j. ¶ In ea gloſ. ibi interdictū vñ vi. iſtud cōpetit ꝓ rebus immobilibus. ⁊ princi paliter non cōpetit [...] mobilibus lꝫ acceſſoꝛie pro ipſis def. l. j. [...] fundus. ff. de vi ⁊ vi ar. Sed pro rebus mobilibus ablatis principaliter cōpetit actio vi bonoꝝ rap. l. j. ff. vi bo. rap. ¶ In ea. gl. ibi φ vi aut clam. iſtud interdictū cōpetit qñ aliqd in ſo lo meo eſt edificatum p vim vel clandeſtine vt deſtruat ⁊ repo natur res in priſtinū ſtatū. de quo in. l. j. ff. qđ vi aut clam. ⁊. ſ. ti. ſ. itē cū qs. ¶ In ea. gl. ibi vti poſſidetis. iſtud dat pro defendē da poſſeſſione rerū immobiliū. ſed interdictū vtrobi datur pro defendenda poſſeſſione rerum mobiliū. l. j. ff. vtrobi. ⁊. l. j. C. vti poſſidetis. cum ibi no. ¶ In ea. gl. ibi ⁊ econtrario de poſſeſſo rio ⁊c. Si intelligas gl. φ renūtiando poſſeſſorio poſſit redire ad iudiciū proprietatis. gl. eſt plana. quia [...] tunc repugna ret dum poſſit qs renuntiare liti ⁊ cauſe [...]itus inſtitute. l. poſtq̄. C. de pact. Sed ſi intelligas φ pendente poſſeſſorio ⁊ ſuſpēſo poſſit rediri ad iudicium proprietatis prout videtur ſen tire gl. referendo ad ſuperiora. videt φ nō bñ dicat per cle. vni cam. hoc. tit. vbi dꝛ. φ ſpeciale eſt in odiū violēti φ poſſit ſuſpē di petitoriū redeundo ad poſſeſſorium. ⁊ ſic ſecus videtur ſi eō tra a poſſeſſorio redeat ad petitoriū. ſed pōt dici vt tangit glo. in. d. cle. φ ibi ſit ſpeciale qñ vult ſuſpendere in cauſa appella tionis. ſecus ſi in cā principali. qꝛ illud non operat ſimpliciter odium ſpoliantis cum etiam permittat ſuſpendi petitorium per poſſeſſorium adipiſceude. vt hic pꝫ. ⁊ ſic videt poſſe ſalua ri iſta gl. ſed forte de iure dicendum eſt oppoſitū. qꝛ non habe mus hoc expreſſum. ⁊ ſumus in materia exorbitante cum regu lariter non poſſit qs differre ꝓſecutionē iudicij inchoati. vt in auſ. q ſemel. C. quō ⁊ qñ iud. ⁊ ideo non dꝫ fieri extenſio de reg. iur. q̄ a iure li. vi. ⁊ ꝑſertim qꝛ non videt eadē rō. nam forte ideo ius permittit per poſſeſſoriū etiā adipiſcende ſuſpendi petito rium. qꝛ ex cōſilio iuris prius deberet tractari poſſeſſorium lꝫ qñqꝫ aliter fiat. l. is q deſtinauit. ff. de rei ven. q̄ ratio ceſſat qñ quis vult ſuſpendere poſſeſſorium p petitorium. ¶ In ea. gl. ibi eēt contrarius hoc veruꝫ quando eodē reſpectu intentatur rei vendicatio vti poſſidetis. ſecus ſi diuerſis reſpectibus, vt ſi forte rei vendicatio intentaretur pro naturali recuperāda ⁊ vti poſ. pro ciuili turbata. vel econtra. nam etiā cōtra ciuiliter poſ ſidentē dari pōt rei vendicatio. no. ff. de rei ven. ſup rub. idem ſi quis poſſideret naturaliter ⁊ ciuiliter ⁊ pro tali poſſeſſiōe age ret vti poſſidetis. ſed quia non detineret ageret ad rei vendica tionem contra detinentē. puta cōtra cōmodatariū vel depoſita rium. l. officiū. in. ſi. ff. de rei ven. vnde iſtis caſibus admittitur concurſus rei vendicationis ⁊ vti poſſidetis. ſecus quando qs poſſideret naturaliter ⁊ ciuiliter ⁊ etiā detineret. qꝛ tunc non poſſet agere rei vendicatiōe. ꝯ. de iudi. examinata. ¶ In ea. gl. ibi ignorabat ſe poſſidere forte. qꝛ poſſidebat p filiū in poteſta te vel ſeruū. inſti. per quas pſo. nobis acq. §. j. vel per procurato rem generalem. l. j. §. procuratorē. ff. de acqui. poſ. ¶ In ea. gl. ibi renunciauit prime actioni nam per hoc nō ꝑdit dominium lꝫ exceptione poſſit repelli propter renuntiationē. l. ſiue apud acta cum ibi no. C. de tranſac. ideo nō impedit agere vti poſſi detis. de quo per bar. plene in. d. §. nihil cōmunc. ¶ In ea glo. ibi ex caſtello ducendo. Caſtellum appellatur locus vbi eſt re ceptaculū aquarū q̄ poſtea deriuatur p riuulos ad alia loca.
12 ¶ † In ea. gl. ibi ad rei vēdicationē. nā poteſt filius in poteſta te vendicari a patre adiecta clauſula de iure quiritū. i. romano rū. l. j. §. p hanc. ff. de rei ven. ⁊ ideo interdictū de liberis exhibē dis poteſt dici preparatoriū talis rei vendicationis eſt etiam ꝑparatoriū interdicti de liberis deducendis. qꝛ ſi conſtet poſt exhibitionem eē filiū ⁊ in poteſtate agētis pōt petere dari ſibi poteſtatē ipſum deducendi ſecum. l. j. ⁊. iij. ff. de liberis exhibē. ⁊ dicuntur habere iſta interdicta etiā ꝑmiſtam cām. l. ij. §. que dam. ff. de interdi. ¶ In ea. gl. ibi de tabulis teſtamēti. ⁊ ſic de inſtrumento ipſius teſtamēti. nā ſi neget qs ſe illas habere dat interdictū contra eum vt illas exhibeat ſi ꝑbet cum habere ⁊ poterunt poſtea tanq̄ res hereditaria vendicari p heredē. l. j. ff. de tabulis exhiben. ¶ In ea. glo. ibi vel poteſt intelligi hec [...]oſitio [...] vera. ſed nō vꝛ litere cōformari cū dicit q̄ vendi [...] ⁊c. vnde gl. nititur rñdere tenendo iſtā lectu. in [...] vel potes rñdere que vendicatioſē. l. quorum [...]ion[...] [...] n gl. concluſum ibi. ⁊ ſi mandatū [...] nſentiente ipſo procuratore [...] ntē ꝓcurator contradiceret

Ayuntamiento de Madrid

etiã ante cõclusionẽ in cã non poſſet reuocari ſi lis eẽt conteſtata. niſi iuſta cã ſubeſſet. l. poſt litẽ. ff. de pcu. ⁊ c. ij. de pcu. in vi. mandatũ tñ iuriſdictiõis ſeu delegat. indiſtincte reuocari põt ẽt poſt cõclusionẽ in cã. l. iudiciũ ſolui. ff. de iudi. An au-
13 tem † cõcluſio facta in cã principali noceat in cã appellationis dic q non p id q̃ no. j. de teſti. fraternitatis. ⁊ p. Jnn. eo. ti. cũ veniſſent. tñ cõcluſione appellationis nõ poſſet intẽtari aliud q̃ illud ſup quo eſt appellatũ niſi ſuperior aliud cõmiſiſſet vel niſi eẽt cã beneficialis: de qua dicendũ. vt in cle. vna. eo. ti. Et adde ẽt q lʒ cõcluſio poſſit fieri in cã non tñ vitiat ſnĩa ſi facta nõ fuerit. qꝛ nõ eſt de ordine ſubſtãtiali. facit q not. in cle. ſepe. ad fi. de ver. ſig. ❡ Jn gl. agi põt. iunge gl. ſequẽtẽ cũ iſta q̃ ꝑſequit eandẽ materia. ❡ Jn gl. pẽdẽte ibi eſt extranea. nã litera dicit pẽdẽte iudicio. ⁊ hic loquit q̃n nõ eſt finitũ. ſed ſi eẽt renũtiatũ tũc ſinitũ eẽt p renuntiationẽ. l. poſtq̃ liti. C. de pac. ⁊ ſic non penderet. ❡ Jn ea. gl. ibi ẽm canonicã equitatẽ. ⁊ etiã ẽm leges. vt pʒ ex tex. ⁊ in. l. cũ fundũ. §. fi. ff. de vi ⁊ vi ar. Et no. ex hac gl. triplicẽ intellectũ ad literã p[ri]m[u]s eſt q loquat de accumulatione poſſeſſorij extinctiua ipſi[us] petitorij. ſecundus eſt q loquat de accumulatiõe ſuſpenſiua petitorij. ⁊ iſte intellectus ẽt ſatis pbat. j. de teſti. ſignificauerũt. ẽm iſtũ ſuperſedebit in petitorio donec finiat poſſeſſoriũ. tertius eſt intellectus q loquatur de accumulatiõe inculcatiua. vt ſic ſup vtroq; pcedat ſicut pcederet q̃ a principio actũ eẽt petitorio ⁊ poſſeſſorio. ⁊ iſtũ intellectũ ſequit hic do. Ant. ſed pcedens intellectus cõiter tenet. ſ. q loquat de accumulatiõe ſuſpenſiua: ⁊ eſt etiã magis no-
14 ta. ❡ † Jn ea. gl.ᵃ in fi. Cõclude q ſi ille q intentauit poſſeſſo-
a rium pẽdente petitorio ſuccubuit in poſſeſſorio ⁊ tũc abſoluet reus in poſſeſſorio ⁊ actor ei cõdẽnabit in expenſis. tñ poterit poſtea pſequi petitoriũ ⁊ pbabit ſe dñʒ, obtinebit in petitorio
15 ⁊ obtinebit poſſeſſionẽ. † qꝛ ꝓprietas attrahit ad ſe poſſeſſionẽ. j. c. proxi. nec ſnĩa lata in poſſeſſorio faciet ſibi preiudicium in petitorio. cũ ſit ſup diuerſo. l. ⁊ an eadẽ. §. fi. ff. de excep. rei iudi. Si aũt nõ probet ſe dñm. tũc ſuccũbet ⁊ abſoluet reus ⁊ condẽnabit ipſe actor in expenſis. j. de do. ⁊ cõtu. finẽ litibus cũ ibi no. Si aũt obtinet in poſſeſſorio. tunc condẽnabit reus ad reſtitutionẽ poſſeſſionis ⁊ in expenſis ⁊ ad fructus pceptos ⁊ q percipi potuerũt a tpe detentatiõis. j. ti. j. grauis. Et ſi poſtea agit petitorio ſi probat ſe dñum ferret declaratoria pro eo. ⁊ condẽnabitur aduerſarius in expenſis. nõ tñ ad reſtitutionẽ rei cum illius poſſeſſionẽ ſit conſecutus p victoriã in poſſeſſorio. ⁊ proderit iſta declaratoria. qꝛ faciet ſemp fidẽ de dñio contra cõuentum. l. ſi a te. §. j. cũ ibi no. ff. de exce. rei iud. Si aũt non probet in petitorio. tunc ſi reus probat ſe dñm ferretur declaratoria ſup dñio ipſius cõuenti pſertim ſi hoc eſt petitum. l. circa. ff. de proba. ⁊ no. j. ti. j. ex conqueſtione. ⁊ virtute talis ſnĩe poterit recuperare poſſeſſionẽ quam pdidit in poſſeſſorio petendo executionẽ ſnĩe late in petitorio. ⁊ etiam ſibi cõdemnabit actor in expenſis ⁊ ab actoris petitiõe abſoluet. Si aũt neuter pbat ſe dñm: tunc qd fiendũ eſt dubitatio. conclude q ſi reus inchoaſſet nouam inſtantiã poſt executionem factã in poſſeſſorio pro aduerſario ſpoliato. tunc clarũ q deberet ipſe ſpoliatus abſolui a petitione ſpoliatoris ⁊ ipſe aduerſarius cõdẽnari in expenſis. ſi aũt non fuit inchoata noua inſtãtia ſed antiqua proſecuta. ⁊ tunc aut ipſe ſpoliat[us] voluntarie fuit pſecutus illã ⁊ tũc imputet ſibi ideo videtur q ſi nõ probat: ſpoliator abſoluatur ab eius petitiõe ⁊ condẽnet ſpoliatus in expenſis. Hoſt. tñ vr velle q hoc caſu euitet ſpoliatus condẽnationẽ expenſarum ex quo obtinuit in poſſeſſorio. arg. eorũ que habentur in. c. eccleſia. el. ij. ad fi. j. vt lite pen. ſed certe hoc ibi non probatur nec reperitur etiã iure cautum. ideo remanemus ſub regula q victus victori condẽnari dʒ in expen. ⁊ imputet ſibi ſpoliatus quare intentauit petitoriũ ſpreto cõſilio legis que conſuluit agi potius poſſeſſorio. l. is q deſtinauit. ff. de rei ven. Aut proſequtur primã inſtãtiã inuitus ſtimulatus ab ipſo reo p aut. q ſemel. ⁊ tunc ẽm do. Ant. Aut ipſe reus vult proſequi inſtantiaʒ cum hoc qd ſuſtineat vices rei ſicut prius ante ſnĩam latam in poſſeſſorio. ⁊ tũc nõ põt. qꝛ poſſeſſio violenta quã habuit non dʒ releuare ab onere probãdi. ❡ Si aũt vult proſequi aſſumendo in ſe onus probandi. ⁊ tunc põt. ⁊ ſi non probat abſoluetur ipſe ſpoliatus ab intentione eius non aũt a petitione. qꝛ nullã ipſe porrexit. ſed Hoſti. hic videt velle q non poſſit tunc ferri ſnĩa cum ipſe reus non porrexerit petitionẽ. Jnn. vero dubitat ⁊ poſuit tres opi. vna fuit q abſoluat reus ⁊ ſic ipſe ſpoliator. Alia q nulla ſnĩa ferat. tertia fuit q fera[tur] [...] ſpo-
liato q factus eſt de poſſeſſore petitor. ſ. vt lit[e] [...]
in alijs. Sed mihi plʒ prima opi. Jnn. qꝛ iput[et] [...]
quare intentauit petitoriũ nõ a[...] [...]g[...]
tus ab intentione rei vt dixit
gl. q poſſeſſio violẽta non ⁊

a ❡ Jn ea. gl. i fi. ſup hac glo. ſi q̃ras vtr ĩ petitorio ⁊ poſſeſſorio ſi ſimul intẽtatis ſit p[ro]nũtiatũ ⁊ q̃r. diſtigue ẽm H. ſʒ. d. Hen. boych. i. ij. col. ver. ſup eo. c.

b ❡ Jn ea. gl. ſi q̃rit vbi liq̃t p actore ſup vtroq; tã poſſeſſorio q̃ petitorio. ⁊ appellet ſup petitorio tantũ nũqd pẽdẽte appellatiõe ſup petitorio d[e]feret executio ſup poſſeſſorio. diſtingue ẽm hen. boych. hic i. iij. col. verſi. ſuper eo. c.

[...]t ſibi q intentauit petitoriũ. vt p dixi. nã per hoc videt ſe a[...]iſſe ad pbandũ in petitorio nec obſtat. §. in alijs. qꝛ ibi [re]us fuit cõtumax. ⁊ ideo nõ põt petere q fiat executio in eadẽ inſtãtia p aut. qui ſemel. ſed dʒ nouam inchoare ſi veniat poſtq̃ fuit [con]tumax. ideo põt vti bñficio. aut. q ſemel. ❡ Jn gl. poſſet ibi [no]n ab interdicendo ſupple qꝛ nõ ſemp ptor p interdictũ inte[rd]icit. pʒ in interdicto quoꝝ bonorũ ⁊ quoꝝ legatorum ⁊ in fi. lʒ q[u]andoq; pbibeat ⁊ interdicat. vt interdicto ne quid in loco fac[to] fiat. ❡ Jn ea. gl. ibi ſolennis conceptio que debebat impetr[ar]i a ptore. ⁊ ẽm illam formaliter debebat qs agere ⁊ q cadebat ſyllaba cadebat a toto. Sed hodie ſecus. l. j. C. de formulis ⁊ impetra. actio. ſubla. ❡ Jn gl. intentare. ibi non eſt
16 verũ qꝛ nõ pdit ipſo iure violentus ius qd hʒ in re. ſed bñ dʒ perdere p ſnĩam ferendam ſupple condictione. l. ſi qs in tãtam vt ibi no. ❡ Jn ea. gl. in fin. ⁊ ſi aliqs obtinuit in interdicto. ⁊ velit poſtea agere condictione. l. ſi quis in tantã. tũn agat ad alium ſinẽ nõ pderunt pbatiões facte in interdicto imo oportebit iterato probari violentiã. j. de teſtibus veniẽs. el. ij. ❡ Jn gl. indicijs. ibi. ⁊. j. c. pri. Hic iunge verſi. ſi enim aliqs q eſt. j. q
17 dʒ coniungi ante ver. iudex. ❡ † Jn ea. gl.ᵇ ibi de ꝓprietate tã-
b tum. ⁊ ſic cũ dictione excluſiua. ſecus ſi ſine excluſiua. vt no. glo.
18 ij. huius. c. de quo dic vt ibi dictũ fuit. Et no. ex. gl. † q ſententia abſolutoria lata in petitorio nõ nocet in poſſeſſorio. q̃n ſolo petitorio fuit actũ. ſed Dy. in regula q ad agendũ dt q ſnĩa lata in petitorio non obſtat agenti i poſſeſſorio recuperãde. ſecus ſi poſſeſſorio adipiſcende vel retinende. ⁊ ſic tranſit Jo. an. ⁊ gl. iuris ciuilis ſibi contradicit. nam in. l. ij. §. quedã. ff. de interdic. tʒ qd nocet. ſed in. l. in certi. C. de interdic. tenet contrarium. Bart. hoc tangit in. l. naturaliter. §. nihil cõe. Cõclude q ſi eſt poſſeſſorium habens miſtã cãm de quo tetigit gl. magna. nocet ſnĩa in tali poſſeſſorio ex quo hʒ admiſtã cãm proprietatis. facit qd no. Jnn. ſ. de ordi. cog. c. fi. Si aũt non hʒ admiſtaʒ cãm. ⁊ tunc aut queritur. an obſtet agenti poſſeſſorio recuperãde, an agenti poſſeſſorio adipiſcende. Primo caſu tenet Bart. indiſtincte. ⁊ ſentit Dy. q non nocet. ſed potes dicere hoc verum q̃n fertur abſolutoria qꝛ non probatur quia poſſibile eſt q ſit dñs lʒ non probauerit. Si auteʒ lata ſit abſolutoria qꝛ reus probauit de dominio ſuo Bar. tenet idem qꝛ agẽti poſſeſſorio recuperãde non põt obijci exceptio dominij ⁊ cum ſit diuerſa inſtantia poſſeſſorij, ⁊ expediret in illa pbari. qd fieri non poterit ꝓpter priuilegiũ poſſeſſorij recuperande. Sed forte contrarium eſt dicendum ſaltẽ de iure canonico. qꝛ talis ſententia reddit notoriũ defectum iuris in agente p ipſo reo ideo dʒ obſtare p id qd not. in. c. cõſtitutus. de ſi. preſby. ⁊ de reſti. ſpolia. ad deci[mu]m [...]is. lib. vj. ⁊ lʒ ſit diuerſa inſtantia non videtur curandũ ex quo [n]o[to]rium eſt ⁊ ſtatim põt pbari per id qd not. Jnn. j. de diuor. [...]ſcaſti ⁊ iſta opi. videtur magis equa ꝓpter circuitus euitandos. lʒ forte de rigore iuris ciuilis opinio Bar. poſſet ſaluari. Si autem quis velit agere poſſeſſorio retinende non nocet. qꝛ etiam dño non eſt licitum turbare poſſeſſorem. l. ſi de eo. §. fi. ff. de acqu. poſ. [ADDI] Sed certe põt dici q illud itelligatur q̃n notorium non conſtat de defectu proprietatis, alias ſec[us] qꝛ ſi talis notorietas repellit agentem poſſeſſorio recuperãde q eſt magis priuilegiatum q̃ retinende, fortius repellere dʒ agenteʒ poſſeſſorio retinende. vt hic tangit. d. Ant. ⁊. j. c. pri. ⁊ hoc niſi ageretur p turbatione que fieret poſt ſententiam latam in petitorio: quia tunc nõ obſtabit ſicut nec obſtat quãdo agit pro violentia cõmiſſa poſt ſententiam latam in petitorio. vt no. Jnn. j. c. pri. de hoc tamen dubitauit in. c. cum olim. in verbo p portariũ regis. de priu. Tamen in. c. ſe. d. Ant. tenet id qd dicit in. c. ſe. Sed certe cum dicat ibi in via attentati obſtare exceptionẽ notorij defectus ꝓprietatis non video quare nõ obſtet agenti pro ſpoliatiõe poſt ſententiam: vide do. Ant. in. c. cum dilectus. extra de cauſa poſſ. ⁊ ꝓpri. [CJO]. Si aũt quis velit agere poſſeſſorio adipiſcende. tũc ſi lata eſt abſolutoria in petitorio ex eo quia probatur. nõ obſtat in poſſeſſorio. ſecus ſi ſit lata quia reus
19 pbauerit ſe dominum. de quo per Bar. in. d. §. nihil. An † autẽ ecõtra ſententia lata in poſſeſſorio ob. in petitorio. Dic q non quia poſſeſſio nõ attrahit ad ſe ꝓprietatem. l. ⁊ an eadem. §. fin. ff. de excep. rei iudica. ⁊ ſic voluit glo. in verbo pendente. Fallit ẽm Barto. ſi eſſet poſſeſſorium habens admiſtam cauſam. Sed forte poſſet dici ho[c] [...]do ſuccumberet ex eo qꝛ reus pbaret de iure ſuo [...] [q]uo primo incidenter et poſtea [...] [pr]opietas per id quod dixi. ſ. eodẽ. [...]ct q idem eſt dicendũ quando actum [poſſ]eſſorio: quia debet diſtingui tũc an ſuc[...]uo, quia nõ pbat ⁊ tunc nõ nocet in poſ[...] [...]ns pbat ſe dominum: ⁊ tunc bene nocet [...] erit. [ADDI] ❡ Iteʒ adde in gl. precedenti

Ayuntamiento de Madrid

precedēti cū dicit ſi nuda proprietas deducta eſt qd pōt [illegible] gi nuda:ideſt abſqꝫ vſufructu.⁊ tunc clarū ꝙ ſuccumbe[illegible] la poſſet petere vſumfructum ⁊ cōſequēter poſſeſſione[illegible] ne vſuſfru.qꝛ de alio in ſecundo iudicio ageretur. ¶ Item pōt intelligi nuda quia ſolum de proprietate eſt actum rei vendicatio.⁊ non de vtroqꝫ ſcilicet de proprietate ⁊ poſſeſſione.⁊ ſic videtur intellexiſſe gl.cū dixit aduerſatiue.ſecus ſi vtrūqꝫ deductum eſt ⁊c. ¶ Item adde cum dicit ꝙ iudex tamen melius dixiſſet iudex enim. ¶ Itē adde cum dicit ꝙ iudex qui cōdēnat de ꝓprietate ꝑ conſequens condemnabit de poſſeſſione: qꝛ intellige illud verum ex eo quia ſi cōſtat de proprietate cōdemnabit reum vt rem reſtituat.⁊ in conſequētiā vt poſſeſſionem tradat.l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.nō aūt intelligas ꝙ lꝫ cōſtet de proprietate ꝑ conſequens condēnat de poſſeſſione pnunciando ſuper poſſeſſorio adipiſcende vel recuperande ſi de illo forte non fuit actum.⁊ etiā ſi fuit actum nō ſequitur ꝙ debeat in illa cōdēnare ſi non ſunt ꝓbata oportuna ad victoriam obtinendam in poſſeſſorio.nam poſſibile eſt ꝙ quis obtineat in ꝓprietate.⁊ tn̄ ſuccumbat in poſſeſſorio.qꝛ non probauit oportuna ad ipſum poſſeſſoriū. ¶ Item adde in ea.gl.dum dicit niſi reus excipiat de poſſeſſione.ſ.pactū intellige de nō petendo. dum ſubdit vel vſucapionem intellige in re mobili.⁊ ſupple vel

20 pſcriptionē in re immobili.⁊ ſic eſt ſenſus glo.† ꝙ probans de proprietate dꝫ obtinere rem ſibi reſtitui ⁊ ſic poſſeſſionē tradi ſibi.niſi obſtaret ſibi exceptio pacti de non petēdo vel vſucapionis aut pſcriptionis. ¶ Itē adde dū dicit ꝙ ſi agens ꝓbauit de poſſeſſiōe ⁊ non de proprietate ſi de vtroqꝫ eſt actū ſuccūbit de vtroqꝫ intellige hoc verum qn̄ aduerſarius probauit de proprietate.ſecus ſi neuter de illa probaſſet quia tunc obtineret in poſſeſſorio licet ſuccumberet in petititorio ꝑ id qd dixi ſuper gl.in verbo pendente.⁊ ſuper gl.penul.⁊ etiā ſuper iſta circa fi. Et ſm pdicta debet intelligi qd ſequit in verſi.verū.in ea.glo. ⁊ dum dicit gl.licet pdiderit cōmodū poſſeſſionis intellige ꝓpter ſpoliationē. ¶ Io.] Ultimo Io.an.tāgit qualis debeat eſſe exitus ſententie late in poſſeſſorio ⁊ petitorio ⁊ pſequitur duos caſus principales.qꝛ aut liquet de vtroqꝫ aut de altero: tantum.⁊ ſi de vtroqꝫ.aut de vtroqꝫ ꝓ actore.aut de vtroqꝫ pro reo.aut de petitorio ꝓ actore ⁊ de poſſeſſorio pro reo aut econtra.ſi aūt liquet de altero tm̄.aut de petitorio aut d poſſeſſorio ⁊ vtroqꝫ caſu.aut ꝓ actore.aut pro reo.⁊ qd iuris in dictis caſibus pſequit plene.⁊ ſatis patere pōt ex his q̄ dixi in gl.in verbo.pendente.⁊ in effectu pſequit verba Cyn.in.l.in certi.C.de interdi.lꝫ de eo nō faciat mentionē. ¶ In gl.pe.ibi qui amiſit ius.i.ꝙ dꝫ amittere.nam ipſo iure nō pdit vt dixi cū alia gl.facit qd no.in.l.papinianus.§.ſi filius.ff.de inoff.teſt.⁊ intellige ꝙ dixit gl. de fructibus.procedere qn̄ ſuccūbit in petitorio.qꝛ non probat ſecus ſi ex eo ꝙ reus ꝓbaret.nam tunc ꝑ victoriā in poſſeſſorio nō habebit fructus.qꝛ illi ſi extant ſiue ſint naturales ſiue induſtriales etiā ſi ſint ꝑcepti ꝑ bonefidei poſſeſſorē debent reſtitui dn̄o.l.certū.ff.de rei ven.⁊ no.ſ.tit.j.in.c.grauis. ideo tūc ſn̄ia ſuper poſſeſſorio ſolū prodeſſet effectualiter quo ad recuperandas expēſas litis ⁊ damna ſi qua paſſa fuiſſet ꝑs ex violētia. ¶ In ea.gl.ibi pōt ei obijci.Sed aduerte qꝛ nō perdit ius ipſo iure ſed dꝫ perdere per ſn̄iam.vt no.in.l.ſi qs in tantū.C.vnde vi.ideo non debebit excipi ꝙ admiſerit.ſed ꝙ dꝫ admittere.⁊ petit ſic ſententiari ꝑ id qd no.Bar.in.ſi.in.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur.

1 ☞ Poſſeſſorio ⁊ petitorio ſimul agi pōt etiā ab eadē parte ⁊ tunc vtrumqꝫ dꝫ vnica ſn̄ia terminari:dꝫ tn̄ primo ſuper poſſeſſorio pronuntiari ⁊ incontinenti ſuper petitorio.

2 Intentans ſimpliciter rei vendicationem ⁊ vti poſſidetis an dicta iudicia intelligantur intentari eodē reſpectu an diuerſo.

a **Cum dilectus.** In procedēdi facultate cōcurrere poſſūt petitoriū ⁊ poſſeſſoriū.in terminandi tn̄ modo poſſeſſorium petitorio pferet.ſed in exequendi fine,petitorium poſſeſſorio prefertur. ¶ Et primo ponitur deciſa conſultatio.ſecundo rn̄ſio.ſecunda ibi:ad quartū.que tria facit nā primo pſupponit modum pcedendi. ſecundo ponit ordinem

1 terminandi.tertio effectū exequēdi,vt pꝫ ex litera. ¶ † No.j.ꝙ ſimul agi pōt poſſeſſorio ⁊ petitorio etiam ab eadem parte de quo.ſ.c.pxi.⁊ plene ꝑ Bar.in.l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff. de acqui.poſſeſ.vbi etiā pſequitur.vij.cōbinationes in hac materia.⁊ ipſius dicta pſequitur hic.d.Ant.ſed nō eſt neceſſe inſiſtere.qꝛ ibi plene habet materia.⁊ eſſet potius declarare leges. ideo ſufficit inſiſtere in his que hic ponit Io.an. ¶ Item nota ꝙ qn̄ poſſeſſorio ⁊ petitorio eſt actum.vtrumqꝫ deb[illegible] ſententia terminari.debet tamen ex ordine ſn̄ia ſup po[illegible] premitti ⁊ ſuper illo prius pronunciari [illegible] cōtin[illegible] rio. ¶ Item nota ꝙ quo ad executio[illegible]

[illegible] preualet ſn̄ia late in poſſeſſorio. ¶ [illegible] nota ꝙ quo ad effectum finalem magis dignū attrahit ad ſe minus dignum lꝫ in tergū quo ad illud minus dignū precedat facit qd habetur.j.de cōſe.eccle.ꝙ in dubijs.⁊.c.j.eo.ti.lib.vj. ¶ In gl.j.ibi qui dicūt ſe poſſidere ſed contra ſe licet tunc maxime [illegible] tamen datur ēt contra illū qui turbat poſſeſſorem [illegible] tendat ſe poſſidere [illegible] in.C.lꝫ cauſam.j.de p[illegible] ibi.iō iſte primus intellectus in ſe eſt verus.quia tunc nulla [illegible] repugnantia.aduerte tn̄ [illegible] contra agentem vti poſſidetis poſſit agi rei vendicatione [illegible] poſſet excipere de dn̄io cōtra agentē vti poſſidetis.qꝛ [illegible] dn̄o non eſt licitum turbare poſſeſſorem quem conſtat eſſe [illegible] poſſeſſiōe.l.ſi de eō.§.fi.maxime [illegible] ꝑ Bar.ff.de acqui.poſ.qd intellige niſi ſup poſſeſſione [illegible] ꝓbationes eſſent pares vt no.Bar.in.§.nihil cōmune.[illegible] col. ¶ In ea.gl. ibi ſed illud eſt. Licet hec rn̄ſio ſufficiat ad.§.q aūt.tn̄ nō ſufficit ad.c. paſtoralis.ſ.e.vbi aperte reprobat pcedens opi.iō tene ſequētem opi:videlicet ꝙ agi poſſit ſimul petitorio ⁊ poſſeſſorio recuperande vel adipiſcende.qꝛ hic nulla eſt cōtrarietas vel repugnantia ſed poſſeſſorio ⁊ petitorio retinende ſimul agi nō pōt ꝓpter cōtrarietatē.nā agens tunc videtur ſibi cōtrarius cum agendo rei vēdicatione dicat aduerſarium poſſidere.nam poſſidēti nō datur rei vendicatio.C.de iudi.examinata.Sed agēs interdicto vti poſſidetis dicit ſe poſſidere ⁊ turbari in ſua poſſeſſiōe.⁊ ſic eſſet ſibi cōtrarius.ideo non audiendus.j.de appel. ſolicitudinem.limita tn̄ iſtud dupliciter.primo quia iſtud non habet locū in iuribus incorporalibus in qbus etiam poſſidenti datur actio cōcernens petitoriū.vt no.ſ.eo.cum eccleſia.iō in illis poſſit agi cōfeſſoria ⁊ ſic iudicio ꝓprietatis ⁊ ēt vti poſſidetis vtili.qꝛ directū nō hꝫ locū in incorporalibus.facit.l.penul.ff.de ſer.tunc em̄ nō eſſet cōtrarietas.iō admittet concurſus. Item limita ſcd̄o pcedere ꝙ dictū eſt in rebus corporalibus qn̄ eodē reſpectu intentet poſſeſſorium ⁊ petitoriū vti poſſidetis ab eodē.ſecus ſi diuerſo reſpectu.puta ſi aliqs agit rei vendicatione rōne naturalis poſſeſſionis quā habet aduerſarius ⁊ etiā vti poſſidetis rōne ciuilis quā hꝫ agens.nam tūc admittitur concurſus.qꝛ non adeſt contrarietas.facit qd habet in.l. clam poſſidere.§.fi.⁊ in.l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acq. poſſeſ.⁊ hoc mō etiam poſſet intelligi.⁊ ſic habes etiam tertiū intellectū. ¶ In ea.gl.ibi nullo mō eſt admittendus ſupple qꝛ nō pōt refricari queſtio dn̄ij agenti poſſeſſorio recuperande.intellige niſi actor cōtentet per id quod habetur in.c.j.j.tit.j.⁊ ſ mō poſſet ēt hic intelligi.Poſſet etiā exemplificari per ea que habentur in.c.cū eccleſia.ſ.e.⁊ per hec ptꝫ falſam eſſe opi.Pe. dicentis ꝙ nullo caſu impeditur concurſus petitorij ⁊ poſſeſſorij qꝛ imo certe oportet ꝙ impediatur qn̄ adeſt contrarietas ꝑ id qd ſuperius eſt dictū.Itē vr̄ ꝙ īpediatur ēt qn̄ agitur petitorio ⁊ poſſeſſorio adipiſcende.qꝛ abſolutoria lata in petitorio parere pōt exceptionē rei iudicate in poſſeſſorio.⁊ ſic dꝫ impediri accumulatio ꝑ.l.fundi.⁊.l.fundū.ff.de excep.Sed ſolue ſꝫ Bar.q no.in hoc loquit in.§.nihil cōe.ꝙ ſi abſolutoria lata in vno iudicio ſm ordinē regularē iudiciorū pōt parere exceptionem rei iudicate in iudicio accumulato.cū impedit accumulationē.ſecus ſi nō pareret exceptionē ſm ordinem regularem.lꝫ poſſet parere ſm ordinē extraordinariū.⁊ ita hic.nā de ordine regulari eſt ꝙ actor habeat ꝓbare ⁊ nō reus.⁊ ſic fert abſolutoria ſup petitorio.qꝛ nō ꝓbat.ideo tūc nō ob.in poſſeſſorio. vt dictū fuit.ſ.c.pxi.ſed ſi reus aſſumit in ſe onus ꝓbandi illō eſt ex mō extraordinario q non dꝫ pſumi.ideo non dꝫ attendi. ar.l.inter ſtipulantē.§.ſacram.ff.de ver.ob. ¶ In glo.fi. ibi ar. contra ſolue vt no.in.d.c.ſuborta.in.iij.gl.quia dꝫ intelligi ſm hic no.nā ſi ſuper vtroqꝫ eſt actum ſup vtroqꝫ dꝫ ſn̄iari.Si aūt

2 actū eſt ſup altero tantum ſup illo tm̄ dꝫ pronuntiari. ¶ † An autē qn̄ qs intētat rei vēdicationē ⁊ vti poſſidetis ſimpliciter intelligatur dicta iudicia intentari eodē reſpectu an diuerſo. dic hoc ex cōiecturis ⁊ ex narratis in libello perpēdendū vt no. Bar.in.d.§.nihil commune. a

a ¶ In pcedēdi,ſi queras vtrū petitoriū ⁊ poſſeſſoriū poſſint ſimul intētari in eodem libello diſtingue ſ pꝫ.d. Hen. boych.ipn.

1 ☞ Recuſari nō pn̄t iudices impetrati de cōſenſu pcuratorū.

2 Beneficium cōferre ſpectat ad illū qui eſt in quaſi poſſeſſione quieta conferendi.

3 Sententia lata in poſſeſſione nō preiudicat in ꝓprietate ⁊ ſimiliter ſn̄ia lata ſup deducto incidenter per modū cauſe non nocet ſi poſtea principaliter in iudicium deducatur.

4 Res inter alios acta non debet alijs nocere.

5 Seruitus vbi habet vſum interpellatum ex forma conuentionis non perditur longo tempore.

[illegible]oſſeſſo[illegible] [illegible]neſidei facit fructus ſuos ⁊ ad eum ſpectat eos [illegible]

[illegible]ucit quem in quaſi bonorū poſſeſſionem.

[illegible]par[illegible] [illegible]ecipi poſſunt lite non conteſt.

[illegible]poſt confirmationem.



Ayuntamiento de Madrid

a ¶ Sufficit a ei. Aliter h vr̃ ſũmare abb. lʒ i effe ctu ad eũdẽ finẽ tendat cũ. d. Jo. d̃ i imo.

**Cum olim queſtio.** Sufficit ei ... cui dignitas eſt collata ſi pbat q̃ cõferẽs collatiõis tpe ius cõfe rendi poſſederit. h. d. vel ſic ... cũbẽs in poſſeſſorio põt agere de pprietate. h. d. Et p̃io decit narrat pceſſuʒ. ſcdo diffinitiõis ſeu ſolutiõis cãm ⁊ ſoluit: tertio pteſtaf ⁊ cãʒ ſubdit. ſcda ibi: qm̃. tertia ibi: reſeruata. ¶ † No. q̃ iudices ipetrati de cõſenſu pcuratoꝝ non pñt recuſari. intelligẽ rõne iuſpitiõis. qꝛ approbata vr̃ eoꝝ pſona, poſſet tñ. d. alr̃ obiicere cõtra reſcriptũ ſi diceret p ſurreptionẽ obtẽtũ. vt no. in ſpe. de reſcri.
2 pſentari. §. rõne quoq; defect⁹. ad fi. ¶ † It. no. q̃ ad illũ ſpectat cõferre bñficiũ q eſt i quaſi poſſeſſiõe qeta cõferẽdi de quo s. de elec. q̃rela. ⁊ j. de iurepatr. cõſultatiõib⁹. ⁊ Jnn. j. ti. j. in li
3 teris. ¶ † Jtẽ no. q̃ ſnĩa lata ſup poſſeſſiõe non pindicat in pprietate. ⁊ ſimiliter ſnĩa lata ſup deducto incidẽter p modũ cãe nõ vr̃ nocere ſi poſtea pncipaliter in iudiciũ deducatur. hic tñ loqt̃ qñ poſtea inter alias pſonas deducit̃. ſʒ an poſſet inter eaſ
4 dem, recurre ad no. s. e. cũ eccleſia. ¶ † Ultimo no. illã regulaʒ vulgatã q̃ res inter alios acta nõ dʒ aliis nocere. de quo. C. res inter alios acta. in rubro ⁊ nigro. ¶ Jn glo. j. ibi ſed hoc ideo cõtingit quaſi velit ſm Jo. an. q̃ obiectio procedit i petitorio: ſʒ nõ in poſſeſſorio. ſʒ certe ẽt in petitorio nõ ſufficeret quadruplex actus niſi deuentũ eſſet ad pſcriptionẽ legitimã. s. eo. cuʒ eccleſia. Aduerte tñ qꝛ lex vltima allegata in cõtrariũ alio reſpectu nõ hʒ obſtare qꝛ ibi loqt̃ qñ tractat̃ de ſeruitute pdenda. hic de acquirẽda. nec ẽt ibi dr̃ q̃ quadruplex actus reqrat̃ ſʒ q̃
5 † vbi ſeruitus hʒ vſum interpollatũ ex forma cõuentiõis q̃ nõ perdet̃ etiã longo tpe. ſed requirit̃ tps duplicatũ. vt ibi pʒ q̃tũ aũt tps reqrat̃ ad acqrendã iſtã ſeruitutẽ. de qua hic h̃r. ⁊. s. e. cũ eccleſia. reqrit̃ tps. xl. annoꝝ. j. d̃ pſcri. de ... ¶ Jn ea. gl. ibi: eligendi vel preſentandi. melius dixiſſet cõferẽdi quo ad caſum decre. lʒ ẽt idẽ ſit in iure eligendi vel preſentãdi cũ ſit eadẽ rõ. ⁊ pbat̃ in iuribus alle. in gl. ¶ Jn ea. gl. ibi dʒ vti iure ſuo. ſupple etiã illa pendẽte ⁊ etiã nõ obſtãte appellatione. qꝛ propter pdicta nõ dʒ impediri poſſeſſor vti ſua poſſeſſiõe vt in iu
6 ribus alle. in gl. ¶ † Jn ea. gl. ibi ab eo q eſt dñs hoc cõtingit qꝛ colligere fructus ſpectat ad bone fidei poſſeſſorem. ⁊ facit illos ſuos. vt no. j. ti. j. grauis. ſed conferre cenſet̃ eſſe fructus iuris cõferendi. ⁊ ſimiliter eligere iuris eligẽti. facit qd̃ no. s. de maio. ⁊ obe. cũ olim. ⁊. j. ti. j. in literis. p Jnn. iõ ſpectat ad exiſtentẽ bona fide in quaſi poſſeſſiõe iuris cõferendi. iõ nimirum ſi ex collatiõe archidiaconatus facta ab epo exiſtẽte in q̃ſi poſ
7 ſeſſiõe cõferẽdi cõſeqt̃ qs dñium ipſi⁹ archidiaconat⁹. ¶ † Et no. q̃ lʒ p binũ actũ dicat̃ qs eſſe in quaſi poſſeſſione, tñ idẽ ẽt vno facto ſciente ⁊ patiẽte illo cuius preiudicio agitur cum ſit actus grauis preiudicij. ⁊ nõ cõſueuerit cõcedi niſi ius habenti vt no. ⁊ dictũ fuit. s. cũ eccleſia. ¶ Jn ea. gl. ibi in poſſeſſorio obtinere. i. q̃ conferẽs vel eligens. ſ. in poſſeſſione ipſius iuris lʒ forte non habeat illius proprietatẽ. ¶ Jn ea. gl. ij. ibi in caſu iſto pcurator nõ eſt ſoluẽdo. ſupple qꝛ agit̃ de cã ſpũali q̃ non recipit eſtimationẽ pecuniariã. de quo vide p gl. ⁊ doc. s. de of
8 fi. dele. c. i. ¶ † Jn ea. gl. ibi ſi non cõſenſiſſent innuit gloſ. q̃ de cõſenſu partiũ poſſent recipi teſtes lit. nõ conteſt. ſed forte hoc nõ eſt verũ qꝛ de cõſenſu ptiũ nõ põt omitti cõteſtatio. vt no. in. c. de cauſis. de offi. deleg. ⁊ per gl. in. l. platã. C. de ſententiis. ¶ Jn ea. gl. ibi q̃ verius videt̃. Sʒ cõtra hoc facit q̃ imo non eſſent rei ſʒ actores. qꝛ eis imponit̃ ſilentiũ. vt pʒ in litera. ⁊ facit qd̃ no. j. in gl. in verbo. imponẽtes. potes ſaluare gl. q̃ archidiacon⁹ petebat ſe admitti in archidiaconatũ ⁊ hoc reſpectu erant canonici rei. ſed ex aduerſo canonici petebant illũ remoueri ab archidiaconatu ⁊ pnunciari ipſum ius nõ habere. ⁊ hoc reſpectu erãt actores. ¶ Jn gl. pe. ibi nocet venditori hereditatis. ⁊ eſt rõ qꝛ emptor hʒ vtilia iura ⁊ ad ipſum ſpectat commodũ hereditatis. l. emptori. C. de here. ven. ¶ Jn ea. gloſ. ibi ſed nõ eſt verũ. quaſi velit gl. q̃ hic non agit̃ de pacto facto cuʒ ſucceſſore. ſed de ſnĩa lata cũ eo quo caſu locũ hʒ qd̃ ſeqtur ⁊ de intellectu illius. l. §. vlti. alle. in gl. dicendũ eſt vt ibi not. p glo. Bar. ⁊ tangit hic. d. Ant. ſequens tñ ſolutio in verſi. eſt illa. eſt magis clara. ¶ Jn ea. gl. in fi. dic q̃ ſatis põt facere ad vtrãq; partẽ rubrice. nã facit ad primã partẽ inquãtũ hic tractatur de quaſi poſſeſſione iuris cõferẽdi ad ſecũdã facit inquãtũ reſerua
9 tur q̃ſtio pprietatis iuris cõferẽdi canonicis. ¶ † Extra gl. b
b diligenter no. dictũ Jnno. inquãtum tractat an poſſit excipi poſt cõfirmationẽ. nã cõcludit q̃ ſic ſi allegatur cõfirmationẽ nullã qꝛ tũc paria ſunt illã nõ eſſe factã vel minus legitime. de trãſlatiõe. c. ij. Jtẽ dicit ſi nõ dicat̃ nulla ſi excipiẽ... habu... facultatẽ ſe opponendi. alr̃ nõ audiet̃ p viã e... viã accuſatiõis vel denuntiationis. j. de appe... ⁊ dr̃ nõ habuiſſe facultatẽ oponẽ... ect... eodẽ inſtanti vt cõtingit qñ ſi

b ¶ Extra gl. adde h do. abb. in. iiij. col. xv. opp. ⁊ vr̃. nu. 15.

c ¶ Si cõſentit. idẽ ſummat hic do. abb. lʒ duplex ſũmariũ ponat tñ primum cõcordat cũ iſto. i xbis ⁊ ſenſu.

... cõfirmationis. vt no. p gl. in. c. j. de elec. in. vj. Jdẽ dicit ſi confirmatio fuit facta clandeſtine. ⁊ hoc no. ... illos q faciũt q̃ñq; poni ... dicta clandeſtine tẽporibus in qbus veriſimiliter nõ videntur. vt qñ ſunt alij ad prandiũ. ⁊ poſtea faciunt eleuari. Jdẽ dicit ſi fuerit nimis accelarata ppter nimis breues terminos. ⁊ videt̃ iſta etiã hodie poſſe pcedere non obſtante. c. ſi. de elec. in vj. q̃ illud. c. nõ hʒ locũ in collatiõib⁹. vt ibi no. ⁊ qꝛ licet ponant̃ edicta poſſet fieri fraus modis pdictis. Nec obſt. pdictis qd̃ habet̃ ... c. accedens. j. de accu. vbi contra illuʒ cui facta eſt collatio nõ põt opponi exceptio. niſi contra diffamatum quia illud verum quando opponit̃ exceptio criminoſa. ſecus ſi alia vt voluit hic dominus Anto.

**In cauſa que inter.** Petenti rẽ iure dñij nõ ſufficit probare poſſeſſionẽ. h. d. vel aliter. Si petẽs ... ex vna cã ſuccumbit. ex alia petere poterit. h. d. Et in p̃ia deciſa diffinitio. Jn ſecũda pteſtatio. ſcda ibi: ad h. ¶ No. duo ſigna quaſi poſſeſſionis ſubiectionis: ſcʒ qñ platus vadit ad ſynodũ ſuperioris. ⁊ qñ ſoluit p plures annos annuũ cenſum. ⁊ not. q̃ hoc ſecundũ procedit qñ ſolutio cenſus ſit ad iudiciũ ſubiectionis alr̃ ſecus. ¶ Et ſic no. q̃ vbi pſtatio cẽſus põt fieri ex pluribus cauſis ſi pretendatur illam factam ex certa ⁊ determinata cauſa. ita demũ obtinebit agẽs ſi probet pſtationẽ factaʒ ſm cãm determinatã. ⁊ idẽ dici põt de iteratione ad ſynodũ: qꝛ potuit ire rõne ſubiectionis monaſterij ⁊ rõne capellarũ ſubiectarũ monaſterio. j. de priuilegiis. ex ore. ¶ Ultimo no. qd̃ dictũ eſt in vtroq; ſummario. ¶ Jn gl. in poſſeſſorio obtinuit hoc põt pcedere ſi patriarcha probaſſet ſolutionem penſionis factã fuiſſe ob cauſam determinatã vcʒ ad iudicium ſubiectionis ſed ſi nõ pbaſſet determinationẽ cãe: tũc debuiſſet etiã ſuccũbere in poſſeſſorio: ⁊ ita etiã poſſet intelligi hic. ¶ Jn ea. gl. ibi in petitorio ſuccubuit. forte qꝛ de iure cõi non fundabat intentionẽ ſuã ſi dicebat ſibi monaſterium imediate ſubiectũ. ſed eps caſtellanus: vel forte ſi dicebat ſubiectũ monaſterium rõne patriarchalis iuriſdictionis: qꝛ erat in ſua puincia. Facit qd̃ legitur ⁊ no. de offi. or. c. paſtoralis. ſuccũbit: quia monaſteriũ oſtendit priuilegiũ exemptionis cõtra qd̃ non erat adhuc preſcriptum. ¶ Jn gl. ſi. ibi. §. eandẽ. ⁊ de materia. j. de excep. aduerſario. ⁊ de re iudi. abbate. lib. vj.

¶ De reſtitutione ſpoliatorum. **Rubrica.**

1 Spoliatus ante omnia reſtitui debet.
2 Exceptio proprietatis non dʒ admitti contra agentem poſſeſſorio recuperande.
3 Jn poſſeſſorio recuperãde qualiter concludendum ſit.
4 Dominus an teneatur de violentia per homines ſuos facta.
5 Exceptio dominij non admittitur cõtra agentem poſſeſſorio recuperande etiã ſi incontineti offerat ſe probare.
6 Et an exceptio dominij habet obſtare agenti interdicto retinende poſſeſſionis.
7 Dominus non debet turbare poſſeſſorem.

c **Licet multũ.** Si cõſentit illeq reſtitutionẽ petit poteſt ſibi queſtio de proprietate referri. h. dic ¶ Et in prima ſpoliati cõqueſtio. i ſcda ibi: q̃. ſi cauſe cõmiſſio bimẽbris. ⁊ ſcõm mẽbrum ibi
1 alioquin. ¶ No. j. illaʒ regulã vulgatã † qd̃ ſpo
2 liatus ante oĩa dʒ reſtitui. ¶ † Jtẽ no. q̃ cõtra agentẽ poſſeſſorio recuperãde nõ dʒ admitti exceptio pprietatis illo iuito: ſʒ
3 eo cõſentiẽte ſic. ¶ † Jtẽ no. formã cõcludẽdi i poſſeſſorio recuperãde. nã dʒ peti q̃ poſſeſſio abblata reſtituat̃. vr̃ tñ qd̃ toleretur etiã ſi petat̃ rẽ reddi p tex. hic in fine vel rẽ reſtitui. p id qd̃ habet̃. j. eo. accepta. lʒ iſta vltima cõcluſio adaptetur etiã ad petitoriũ ſeu ad rei vendicationẽ. l. qui reſtituere. ff. de rei ven. ⁊
4 dixi. s. ti. j. paſtoralis. ¶ † Jtẽ no. ſm Hoſt. ⁊ Abb. ar. q̃ dominus teneatur de violentia p homines ſuos illata. ſʒ Hoſt. dt hoc verũ qñ res puenit ad eũ vel qñ mãdauit vel ratũ habuit. ff. de vi ⁊ vi arma. §. ait ptor. ⁊. §. deieciſſe. ⁊. l. iij. §. cũ pcurator. ⁊. j. e. cum ad ſedẽ. §. ſi. ⁊ hec vidẽtur procedere qñ hoĩes nõ eẽnt deputati ad cuſtodiã territorij. alr̃ videret̃ dominus teneri per id qd̃ no. Bar. in. l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. vbi no. loquitur ⁊ etiã tangit hic Jo. de lig. ⁊ do. Ant. facit qd̃ no. Jnn. j. de appella. dilectis. ⁊ de ſent ... cto. tenet̃ etiaʒ dñs ⁊ villa ſi ſciuit ⁊ prohibere p... it ⁊ non p̃hibuit. vt not. in. d. l. ne quid. hic ne ... etiã dicit q̃ ſi collecta eſt imponenda ville ... p ſolidũ ⁊ librã. de quo p Bar. in. l. iij. §. ſi actor. ff. ... ¶ Jn gl. j. ibi renunciauit iudicio poſſeſſorio me... legi... dicij poſſeſſorij. ¶ † Jn ea. gloſſ. ibi non ... nde vi. ⁊ ſic vult glo. q̃ contra agẽtẽ poſſeſſorio

Ayuntamiento de Madrid

poſſeſſorio recuperande nõ admittat̃ exceptio dñij ẽt ſi [illegible]
ꝯti offerat ſe probare:ſed hoc pōt intelligi verum niſi [illegible]
ſe notoꝛium ipm dñium per id qð dixi.ſ.titu.j.paſtoꝛalis.ꝛ qð
no. Jnn.ĩ.de diuoꝛ.ſignificaſti.ſ3 ĩ interdicto adipiſcēde admit
titur ſi incōtinēti velit ꝓbare.lꝫ non dicat̃ notoꝛiũ. ꝛ eſt rō ſm
gl.q2 illud poſſeſſoꝛiũ adipiſcende facilius expedit̃ ꝙ poſſeſſo-
rium recuperãde.ideo facilius impedit̃.ex quo no.ꝙ plenioꝛ co
6 gnitio regrit̃ in poſſeſſoꝛio recuperande ꝙ adipiſcēde.†An aũt
agēti interdicto retinēde poſſeſſionis habeat obſtare exceptio
dominij ſaltē ſi incōtinēti qs velit ꝓbare.Dy.tenuit ꝙ ſic in.c.
q ad agēdu3.de reg.iur.in.vj.idē videt̃ velle Jo.an.ſ.ti.j. paſto
ralis.ſup gl.añpe. Jdē videt̃ velle do.Ant.in.c.ſeq.ꝑ.c.audita.
ĩ.e.ſed Bar.tenuit cōtrariũ per tex.cũ gl.vbi videt̃ caſus in.l.ſi
7 deo.§.ſi.ff.de acqui.poſſ.vbi videt̃ probari†ꝙ etiam dño nō eſt
licitũ turbare poſſeſſoꝛē.ꝛ illud videt̃ verius:ſi tñ vterqꝫ conten
deret poſſidere ꝛ aliter ꝓbaret dñium. ꝛ vterqꝫ pariter ꝓbaret
de poſſeſſione.deberet obtinere ꝓbans de dño.per id qð habe
tur in.c.lꝫ cãm.ĩ.de ꝓba.ꝛ hoc caſu pōt ſaluari opi.Dy. ꝛ ſe-
quacium.Facit qð dicet̃ in.c.audita.ĩ.eod.¶ Jtē etiã aduerte
ꝙ vbi reus ꝯ agētē poſſeſſoꝛio recuperãde facit articulũ ꝑ quē
dicit ꝙ poſſedit per longũ ſpatiũ ante tp̄s ꝓtēſe ſpoliationis
ꝛ etiam poſtea cōtinue.ꝛ ſic ẽt nũc poſſidet talis articulus ꝛ ta-
lis exceptio debēt admitti q2 cōcludit cōtra ipſum poſſeſſoꝛiũ
nã in effectu negat agentē poſſediſſe tp̄e ſpoliationis.ꝛ ꝑ cōſe-
quēs nō fuiſſe ſpoliatũ.facit qð not. Jnn.ſ.de renũ. ſuper hoc.
¶ Jn gl.ſi.ibi tñ ſumptus neceſſarios ꝛ ſic ſupꝛa locuta eſt gl.
de expenſis voluntarijs ꝛ vtilibus tantum.ꝛ non de neceſſarijs
ꝛ de materia per legiſtas in.l.in fundo.ff.de rei vendi.

1 ¶ Exceptio renuntiatiōis quando obijcitur contra petentē
reſtitutionem non debet indiſtincte reijci.
2 Spoliatio probari poteſt bis in eodem iudicio ꝛ quando.
3 Spoliatus an in dubio videatur renuntiare iuri ſuo.
4 Spoliationis cauſa tractanda eſt per modum inquiſitionis.
5 Exceptio cōcernens ꝓprietatem nō admittitur cōtra agentem
poſſeſſoꝛio recuperande:ſecus ſi concernat poſſeſſoꝛium.
6 Exceptio nō admittit̃ vbi cōtra excipiētē eſt grauis ꝓſumptio.
7 Renũtiatio facta añ ſpoliationē ꝯcernit petitoꝛiũ ꝛ poſſeſſo-
riũ ſed ſi fiat poſt ſpoliationē concernit ſolũ petitoꝛiu3.
8 Preſcriptio nulla de iure canonico habet obſtare agenti poſ-
ſeſſoꝛio.

a **SOlicite cures.** Petēti ᵃ reſtōnem
nō ob.exceptio abiu
ratiōis facte poſt ſpoliationē.h.d.¶ Et primo po-
nit̃ cauſe cōmiſſio ꝙ ꝑus ꝓuidet replicationi:q2 pro
bata repellit exceptionē ſubmittēs rationē.ſcðo ponit pꝛinci-
1 palem diffinitionē.ſcða ibi ſ3 teſtes.¶ † Jn tex.ibi renũciauit.
i.renũtiaſſe d2.No.ꝙ vbi ꝯ petentē reſtitutionē obijcit̃ exceptio
renũtiationis ſeu abiurationis nō d3 indiſtincte reijci. ſed ꝑus
d3 ingri an fuerit facta poſt ſpoliationē an añ.ꝛ ſi cōſtet illã fa-
ctã poſt ſpoliationē vt q2 reꝯ dicebat agentē ſpōte renuntiaſſe
calē.februarij.ꝛ actoꝛ dicat ſe ſpoliatũ calē.ianuarij nō d3 talis
exceptio admitti.ſ3 d3 tũc admitti agēs ad ꝓbandũ ſpoliatio-
2 nē.¶ † Et ex hoc no.ꝙ eadē ſpoliatio bis in eodē iudicio pro
babitur ad diuerſum tñ finē ꝛ diuerſo modo.nã pꝛimo probabi
tur ſummarie ad finē repellēdi exceptionē abiurationis ſeu re-
nũtiationis.ſcðo plenarie ad finē obtinēdi reſtitutionē.facit ꝙ
no.Goffr.in ſi.in.c.cũ ſit gñale.ſ.de fo.cōpet.ꝛ in.c.ſi clericus.ꝛ
ꝙ no.per legiſtas in.l.pꝛeſcriptione.C.ſi cōtra ius vel vti.pub.
3 ꝛ ꝑ Jnn.de foꝛo cōpe.Romana.§.cōtrahentes.in.vj.¶ † Jte3
not.ꝙ nō eſt veriſimile ſpoliatum ſponte renũtiare iuri ſuo qð
dicit Hoſt.maxime procedere in ſpoliato.nam eadē ꝓſumptio
eſt ſecundum eum in non ſpoliato.ꝛ ſic tranſit Jo.An. facit li
cet non allegat.l.cum de indebito.ff.de pꝛoba.q2 nemo de facili
ꝓſumitur ſuũ iactare vt ibi.ſed certe hoc videtur cōtra iſtũ tex.
vñ Jnn.hic videtur aliter dicere. vc3 ꝙ quando renuntiauit añ
ſpoliationē:tũc non ſit veriſimile ꝙ ſponte renũtiet:tamē leuis
eſt ꝓſumptio.ideo non reijcitur exceptio:ſed vbi renũtiat poſt
ſpoliationē:tunc grauis eſt pꝛeſumptio ꝙ ſponte nō renuntia
uerit.ideo tũc reijcitur exceptio.ꝛ ſic intelligit iſtũ tex.¶ Jtem
not. ꝙ etiam in iudicio ſpoliationis licet ſit pꝛiuilegiatum tñ
4 debent teſtes eſſe idonei.alias nō ꝓbãt.¶ † Jtē no.ar.ꝙ cau-
ſa ſpoliatiōis ꝑ modũ inquiſitionis ſit tractanda:qð eſt verum
ſm Hoſt.quãdo perſone eſſent miſerabiles.ſ.e.c.j.vel quando
epiſcopus cognoſceret inter [illegible]s ſuos.xj.q.j.ſi quis cu3 cle
rico.ſed foꝛte illud.c.debet int[illegible] in pauperibus clericis.per
id quod no.in.c.j.ſ.de libel.obla.alias ſecus.nec ob.iſt[illegible]
hic non inquirit̃ ſuper pꝛincipali ſed ſuper iſto inc[illegible]
ceptio ſit admittenda vel non.ꝛ q2 in lit[illegible] de iuſt[illegible]
inquirere non impoꝛtat inquiſitionem.ſ.c.
5 ibi notatis.¶ † Jtem no.ꝙ exceptio cōc[illegible]

admittitur contra agentem poſſeſſoꝛio recuperande.ſecus ſi cō
cernat poſſeſſoꝛium. Si autem ſit dubium ꝙ cōcernat. tunc iu-
dex non debet ſtatim reijcere:ſed inueſtigare an concernat peti
6 toꝛium:an vero poſſeſſoꝛium.¶ † Jtem potes notare ꝙ vbi cō
tra excipientē eſt grauis pꝛeſumptio non admittitur exceptio.
Secus ſi leuis.ꝛ ſi eſſet exceptio dubia iudex nō reijciet: ſed in-
ueſtigabit.pꝛout hic dicitur ſm eius [illegible]uram.¶ Jn gloſ.j.ibi
in alio caſu loquitur.Nam loquitur quando agit̃ petitoꝛio: vel
quando actione qð metus cauſa:que nō eſt ꝓuilegiata: q2 ibi in
teruenit volũtas licet coacta:ſecus quando agit̃ poſſeſſoꝛio re-
cuperãde.¶ Jn ea.gl.ibi ꝛ etiam ar.cōtra colligit̃. nã inquan-
tũ innuit exceptione3 admitti.facit cōtra inquãtũ innuit repel
7 li.facit ꝑ dicto gl.¶ † Et no.ꝙ effectus gl.ſtat in hoc ꝙ quan
do renũtiatio ſit añ ſpoliationē ꝛ ſic tp̄e quo renũtiãs poſſidet
illa cōcludit ad petitoꝛiũ ꝛ poſſeſſoꝛium:q2 videtur renuntiaſſe
pꝛopꝛietati ꝛ poſſeſſioni.ꝛ ſic poſtea non potuit ſpoliari:ſed qñ
renuntiat poſt ſpoliationem:tunc renuntiatio videtur ſolũ cō-
cernere petitoꝛiũ:q2 videt̃ renũtiãdo beneficio renũtiare iuri ꝙ
h3 in illo ꝛ ſic ꝓpꝛietati ipſius iuris:nō aũt videt̃ renũtiare poſ
ſeſſioni quã tũc nō habet.ſ3 ꝑdiderat ꝑ ſpoliationē. iō talis ex-
ceptio velut cōcernens petitoꝛium:nō admittit̃. ¶ Sed circa
ꝑmũ facit dubiũ qd ſi renũtiãs añ ſpoliatione3 incũbat poſtea
poſſeſſio:tũc dicit do.Ant.ĩ.c.pxi.ꝙ ſi appareret:nō admitte-
ret̃ dicta exceptio.ꝛ ſic limitat iſtã gl.ſ3 iſtud videt̃ diuinare.vñ
foꝛte etiã tũc procedit gl.q2 talis poſſeſſio remanet incoloꝛata.
ideo nō pariet poſſeſſoꝛiũ recuperãde.ĩ.e.ex trãmiſſa.nã agens
poſſeſſoꝛio in beneficialibus d3 coloꝛare ſuã poſſeſſionē.vt not.
in cle.cãm.de cã poſſ.ꝛ pꝛopꝛie.ꝛ.ĩ.eo.in literis. ¶ Circa ſcðm
etiã facit dubiũ.q2 ſi poſt ſpoliationē renuntiat lꝫ nō videat̃ re
nũtiare poſſeſſioni quã nō habet:tñ ſaltem deberet videri renũ
tiare iuri qð h3 pro querenda poſſeſſione: ſed dic vt voluit hic
do.An.ꝙ per renũtiationē que ſit de bñficio cũ illa ꝯcernat bñ
ficium ꝛ ſic rē tollit̃ ius reale in dubio non actio perſonalis.fa-
cit ꝙ no. Jnno.de renũ.veniens.ꝛ ideo cũ interdictũ cōpetens
ꝓ recuperãda poſſeſſione ſit actio perſonalis.l.j.§.pe.ꝛ.l.ij.ff.ð
interdic.renũtiando beneficio non intelligitur tali iuri perſo-
nali renũtiare.per hoc infert ꝙ ſi expꝛeſſe renunciaret etiam ta
li iuri agendi poſſeſſoꝛio in pñtia aduerſarij faceret pactum de
non agendo poſſeſſoꝛio ꝙ talis exceptio admitteretur.q2 etia3
tũc ꝯcluderet ad poſſeſſoꝛium .ꝛ hoc tenuit Jnn.in.d.c. ſup ꝟ.
¶ Sed tunc obſt.iſte tex.q2 ex quo poſt talē ſpoliationē ſit ta-
lis renũtiatio vel pactũ non deberet admitti excipiens. q2 non
eſt veriſimile ꝙ ſpōte fecerit. Jnn.videt̃ velle in.d.c. ſuper hoc.
ꝛ ſentit glo.ſequens.ꝙ rō tex.nō ſit perfecta.ſ3 rō ſit illa quã vo
luit gl.q2 quando renuntiat poſt ſpoliationē:non concludit ad
poſſeſſoꝛium:ſed iſtud eſt literam violare.iō pōt dici vt hic vo-
luit domi.Ant.ꝙ non audiat̃ talis excipiens ſaluo niſi aliquid
alleget ꝛ ꝓbet per qð diminuatur de ꝓſumptione iuris.nam ta
lis pꝛeſumptio nō eſt iuris ꝛ de iure.ſ3 iuris tm̃.ideo pōt ener-
uari,ꝑ no.in.l.ſiue poſſidetis.C.de ꝓba.ꝛ.ĩ.de ſponſa.is qui.iō
ſi excipiens dicat ꝙ ſponte renũtiauit q2 corã iudice corã ꝗ nō
eſt veriſimile ꝙ paſſus fuerit violentiam.l.ſi.ff.quod metus cã a ¶ Petenti reſtōnē. idē ꝛ ꝑ eadē ꝓba ſummat hic.d.Abb.
ꝛ.ĩ.c.pxi.ſm vnũ intellectu3 tunc admitteret̃. idem ſi dicat qð
renuntiauit ſponte:q2 habebat inimicitias ibi pꝛopter quas ſe
cure ſtare non poterat:vel quia habebat leſam conſcientiã ĩ ipo
beneficio.ꝛ ſic alĩs dixerat corã aliquibus.idem ſentit do.An.ſi
excipiens ꝓducat inſtrumentum in quo dicat̃ ꝙ ſponte ꝛ ex cer
ta ſcientia renũtiauit:ſed foꝛte iſtð non ſufficit:q2 tale iſtrumē-
tũ poeſſet eſſe extoꝛtum per violentiam:vbi autē non eneruet̃
ꝓſumptio.de qua in tex.repellet̃ excipiens.¶ Jn glo.ij.ibi ſed
potius ex natura:quaſi velit glo.ꝙ exceptio ibi cōcernebat pe-
titoꝛium ꝛ non poſſeſſoꝛium quando renuntiatio facta eſt poſt
ſpoliationē,vt dictum fuit in gl.pꝛecedenti.¶ Jn ea.gl.ibi co-
ram ſuo iudice.Hec in ſe eſt vera,nam tunc nō eſt veriſimile ꝙ
metũ vel violētiã fuerit paſſus.ꝛ q2 etiã tũc exceptio videt̃ no-
toꝛia.ꝛ ſic debet admitti etiam in poſſeſſoꝛio recuperande.ſ.de
fil.pꝛeſby.cōſtitutus.cñ ibi no.ꝛ in clemē.cã.de cã poſ.ꝛ ꝓpꝛie,
¶ Jn ea.gl.in ſi.Uel dic ꝙ hic cōtra exceptionē fuit replicatũ
8 ibi nō.¶ † Jn gl.ſi.ĩ ſi.no.diligēter caudã huiꝰ gl.ꝗ vr̃ velle ꝙ
nulla ꝓſcriptio habeat obſtare agenti poſſeſſoꝛio de iure cano-
nico.ꝛ ſequitur hic Goff.ꝛ do.Ant.lꝫ ſecus de iure ciuili.C.de
pꝛeſcrip.xxx.an.l.ſi quis emptio.ꝛ.l.j.ff.de vi ꝛ vi ar.

**ACcepta conqueſtiōe.** Petē
ti reſti
tutionem eccleſie obſtat abiuratio ſpōtanea. hoc.d.
[illegible]t in pꝛima cōſultatio.in ſecunda reſpōſio. ſcða ibi
mandamus.¶ No.ꝙ corã legato pōt ſuã eccleſiã abiurare.hoc
llam ſeu il[illegible] iuramēto renũtiare.¶ Jtē no.ꝙ ſpōte re-
[illegible]ãti eccl[illegible]lētiũ.¶ Ultimo no.ꝙ dictũ
[illegible]alis fuit.ꝛ ĩtellige ꝙ tũc fuit

Ayuntamiento de Madrid

facta ante ſpoliationē. ideo non tenet: ſed quatenus nō fuit rea lis: non eſt mirū ſi non nocet eccleſie: vel poſſet dici ꝙ ibi actum fuit petitorio ⁊ nō poſſeſſorio. ¶ In e. gl. ibi quidā dicūt ꝗ cōi ter nō tenet qꝛ ꝫ iſte decre. cōtineret gratiā ⁊ non ius cōmune.

1 ☞ Renunciare intelligitur prime eccleſie is qui perſonatum alterius eccleſie recipit.
2 Renunciare intelligitur iuri quod habebat in eccleſia is qui iu rat non moleſtare alium in illa.
3 Interdictū vti poſſidetis cōpetit ꝓ iniuſta moleſtatiōe iudiciali.
4 Nuntius mitti debet ad ſedē apoſtolicā antē ꝓceſſum inchoa tum al's non hꝫ vim appellationis nec irritat ꝓceſſum.
5 Litere ſecunde reuocāt pmas ſi in eis fiat mētio de pmis.
6 Reſcriptū dꝫ interptari ſm mentem Pape ⁊ ꝫ iuris intellectū.
7 Tempus receptionis literarum inſpici debet.
8 **Uadita querela.** In iterdicto de re tinēda poſſeſſione ſuccūbit reus ipſi⁹ abiuratione ꝓbata. h. d. Uel ali ter: ꝑ ſecūdas literas facientes expſſam mētiōē de pmis nō reuocāt ſniā iam lata virtute pmarum. h. d. Et ponit tres commiſſiones. ⁊ pmo pmam ⁊ ipſius ꝓceſſum. ſecundo ibi lꝫ. ponit tertiā. tertio ibi. qꝛ tū tertiā. vbi rōne pmiſſa ponit mā datū bimēbre. ¶ † No. ꝙ recipiens pſonatum alterius eccleſie intelligiſ pme eccleſie renunciare. de quo dicendum vt in. c. de multa. ꝭ. de pben. ¶ † Itē no. ꝙ iurās non moleſtare alium ſup certa eccleſia: intelligiſ iuri qd̄ habebat in illa renunciare. idem ſi ſpōte ipām eccleſiā abiurauit. ¶ Item not. pr..cticam libelli qn̄ quis moleſtaſ in ſua poſſeſſione: qꝛ pt petere qd̄ in illa non moleſteſ. ⁊ no. etiā formam ſententie qꝛ iudex pt pnūtiare qd̄ de cetero nō moleſteſ. de quo plenius in. c. lꝫ cauſam. ꝭ. de pb. ⁊ in. l. ſi duo. ff. vti poſſi. ¶ † Item no. ſm vnum intellectū qd̄ ꝓ iniuſta moleſtatione iudiciali videſ cōpetere interdictū vti poſ ſidetis. de q̄ hic tangit do. An. ⁊ facit qd̄ no. Jo. an. poſt Cōpo. in. c. mādatū. poſt gl. verſi. querit etiā ſupra. de reſcrip. ⁊ Spe. in tit. de act. ⁊ peti. §. ſup. ver. ſed quero. ⁊ Bar. in. l. ſi ꝑus. in quin ta oppoſitione. ff. de no. op. nun. ¶ † Item no. ꝙ miſſio nun tij ad ſedem apoſto. qn̄ fit poſt ꝓceſſum iam inchoatū: non vi detur habere vim appellationis: nec irritat ꝓceſſum poſt illam factū. de quo in. c. vt debitus. ꝭ. de ap. ¶ † Itē no. ꝙ ſecunde li tere ita demum reuocāt pmas ſi in eis fiat mentio de pmis. de quo. ꝭ. de reſcrip. ceterum. ¶ † Item not. ꝙ reſcriptū debet in terpretari ſm mentē Pape. ⁊ ſm iuris intellectū. facit. ꝭ. de re ſcri. eā te. ⁊. c. cū̄ quē. ¶ Item no. diligenter ꝙ ſi Papa man dat reuocari ſi aliquid eſt immutatū intelligiſ ſi pſumptuoſe vel violenter ſit immutatum. ⁊ non ſi legitime. ⁊ ſic etiā facit ꝙ ſi Papa mandat alicui conferri aliquod beneficiū non obſtante alia collatione alteri facta intelligi debet de collatione minus legitime facta. d quo ꝑ Cōpo. i. d. c. cauſam que. ¶ † Itē no. in ſpici debere tempus receptionis literarum. de quo in. c. ſup eo. el. ij. ꝭ. de ap. ⁊. ꝭ. de pb. dilectus. ¶ Ultimo no. ꝙ ꝑ ſecundas li teras etiam facientes expreſſam mentionem de pmis etiam ſi in ſecundis literis dicatur quod debeat reuocari quicquid im mutatū erit in cauſa a certo tempore citra non reuocatur ſentē tia iam lata ꝑ primas ſi ſit lata ante receptionem ſecundarum: alias ſecus. ¶ In gl. ij. in fine. No. bene ex gl. vnum intellectū in decre. videlicet quod iſte Tancredus egit vti poſſidetis. ſed huic intellectui videtur obſtare quia videſ ꝙ debuerit obtine re ēt ſi non appareat de defectu iuris ipſius Henrici cōuēti in terdicto vti poſſidetis: qꝛ etiam domino non eſt licitum mole ſtare poſſeſſorē. l. ſi de eo. §. ſi. cum gl. ſua. ⁊ ibi no. ꝑ Bar. ff. de ac qui. poſ. do. An. huius timore videtur intelligere ꝙ hic nō erat moleſtatio extraiudicialis ſed iudicialis: qꝛ indebite mouebat litem contra ipſum Tancredum. ⁊ ideo oportet qd̄ appareat de defectu iuris ipſius conuenti hoc interdicto. naꝫ ſi iuſte age ret in iudicio ipſe Henricus tunc non diceretur turbare. ⁊ ſm iſtum intellectū dat ipſe practicam ꝙ ſi aliquis agit contra ti tium poſſeſſorē: ꝙ eꝫ ipſe titius agat interdicto vti poſſidetis. dicēs ſe indebite moleſtari. nam tunc obtinebit ſi appareat de defectu iuris ipſius moleſtātis. Sꝫ aduerte qꝛ fortiter facit cō tra iſtum intellectū: qꝛ pro moleſtatione verbali non videtur cō petere interdictum vti poſſidetis qn̄ ꝑ illam non turbatur poſ ſeſſio poſſidētis. vt voluit Innocē. in. c. ij. de reſtitu. in interg. ⁊ Bart. in. l. j. ff. vti poſſidetis. ideo forte poſſet dici qd̄ hic litere fuerunt quaſi conſeruatorie. iuxta id qd̄ habeſ in. c. j. de offi. de legati. in. vj. vt voluit hic Innoc. vel forte impetrauit ſup con feſſoria iſte Tancredus que daſ etiam poſſidenti ⁊ moleſtato. vt no. in. c. cū eccleſia. ꝭ. tit. j. ⁊ ꝑ Bar. i. l. ſi ꝑus. in v. oppoſitio ne de op. no. nūtia. ideo tūc bn̄ ſufficit moleſtia iudicialis vt vo luit Barto. in. d. l. ſi ꝑus. tū tunc obſtaret qꝛ Tancredus buiſſet de iure ſuo docere ex c ꝑ ipſo i bn̄ficij: ſꝫ forte cōſtabat Pap



a ¶ In inter dicto. idem ſummat hic do. Abb. in vtroqꝫ ſum mario nihil addēdo ne qꝫ diminuē do.

b ¶ Moleſta re. Adde ꝙ moleſtaſ dꝛ q malo ani mo mole ſtat Bal. i l. j. viij. col. C. d hiſqꝫ pe ne no. iteꝫ q liteꝫ mouet vt ꝑ Alex. cōſil. lij. ij. ꝑ te. itē qui ex tra iudicium petit Alex. poſt. in. l. in alle. ij. de v. obliga. vide ibi vtrūqꝫ.

c ¶ Petēti. idē ſummat hic do. abb. ꝑ eādē vba ⁊ eundē ſen ſum. ⁊ ad in tellectū hu ius. c. ⁊ ma terie reſtitu tionis ſpo liatoꝝ vide Spe. eo. ti. parte. iiij.

in quo Henricus ius non habet. ideo ſolum voluit queri de de fectu iuris Henrici.

1 ☞ In poſſeſſorio recuperande ſufficit narrare ſe ſpoliatū lꝫ non petat quis ſe reſtitui.
2 Libellus non procedit ſine petitione.
3 Predo ſpoliatus eſt reſtituendus.
4 Exceptio concernens defectum tituli in beneficialibus non ad mittitur contra agentem poſſeſſorio recuperāde.
5 Exceptio ꝓprietatis an poſſit opponi contra agentem poſſeſ ſorio recuperande.
6 Et ſi agatur poſſeſſorio recuperande ab beneficium an dicens ſe ſpoliatum debeat obtinere ꝓbando ſe ſpoliatum.
7 Exceptio dn̄ij an admittaſ qn̄ excipiēs offert ſe ſtatim ꝓbatur.
8 Predo agere poteſt ſi non fundat ſe ex delicto.
9 Electio facta a malefidei poſſeſſore an debeat confirmari.
c **In literis.** Petenti reſtitutionē bn̄ficij q̄ ſtio inſtitutionis nō canonice re ferri non pt. h. d. Et primo poniſ queſtio. ſecundo re ſponſio. ⁊ tertio reſponſionis ratio. ſecunda ibi rn̄de
1 mus. tertia ibi qꝛ. ¶ † No. ar. ꝙ ſufficiat in poſſeſſorio recupe rāde narrare ſe ſpoliatum lꝫ non petat quis ſe reſtitui. facit. ꝭ. tit. j. cum eccleſia. ⁊ hoc etiā tenuit in. j. qō. iiij. qꝛ preſulatus: ſed
2 tutius eſt ꝙ etiā petat quis ſe reſtitui. † qꝛ regulariter libellus non ꝓcedit ſine petitione: cum iudex non debeat impartiri of ficium nō petitum. de quo in. c. j. ꝭ. de libel. obla. ¶ Item no. ꝙ vbi vna queſtio eſt alteri pꝛiudicialis. ꝑus dꝫ ex ordine expediri
3 ipſa pꝛiudicialis. de quo. ꝭ. de ordi. cog. c. tuam. ⁊. c. ſi. ¶ † Item no. ꝙ etiam pdo ſm rigorē iuris eſt reſtituendus: qd̄ intelligit Inno. verum eſſe quando non confitetur ſe eſſe predonem vel qn̄ non cōſtat ꝓprietatē ad aliū ſpectare. ⁊ ſic qn̄ nō eſt notoriū cōuentū habere ius in re petita. de quo in. c. ad decimas. de re
4 ſti. ſpo. in. vj. ⁊. ꝭ. de ſi. preſby. conſtitutus. ¶ † Itē no. ꝙ in bn̄ ficialibus contra agentem poſſeſſorio recuperande non admit titur exceptio cōcernens defectum tituli. ⁊ ſic ſufficit ꝙ pria fa cie ruditer appareat de titulo. lꝫ titulus ſit inualidus. nam tūc ſatis dicitur apparere de colorata poſſeſſione. Secus vbi oīno eſſet incolorata vt no. in cle. cauſa. de cauſa poſſ. ⁊ proprie. ⁊ per Jo. an. in addi. Spe. ſuper rubrica. de reſt. ſpolia. [ A D D J Et ꝑ Archi. in. c. eum qui. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan de in. vj. Item no. in beneficialibus poſſibile eſt dare poſſeſſio nem ſine canonica inſtitutione. Item no. de dictione ꝑus poſi ta in tex. que pōt notare ordinē reſpectu eiuſdē inſtantie. Item reſpectu diuerſe ⁊ iſtum ſcdm intellectū ſequiſ hic Paul. vt tā
5 git do. Ant. C J O. ] ¶ † In gl. ij. in fi. ⁊ ſic ex tex. cū glo. videſ colligi ꝙ contra agentē poſſeſſorio recuperāde nō pōt obijci ex exceptio ꝓprietatis. qd̄ itellige verū qn̄ nō obijciſ exceptio no toria defectus proprietatis. Si autē excipiatur exceptio noto ria tūc ſi notoriū nō tm̄ infert defectuꝫ tituli in agēte ſed ēt fun dat ius opponētis pt obijci talis exceptio: ꝑ id ꝙ hꝛ in. c. ad de cimas. de reſti. ſpo. in. vj. ſecus ſm gl. ibi ſi notorium nō fundet ius opponentis lꝫ inferat defectus iuris agentis. quia tunc nō admittetur talis exceptio ꝑ illum tex. a ſenſu contrario. ſed cō trarium videtur probari in. c. conſtitut⁹. cū ibi no. de fil. preſby. ⁊ hoc videtur tenere Jo. an. in addi. Spe. ſup rubrica huius ti tuli. Sed potes cōcordare vt hic etiam voluit do. Ant. ꝙ ſi ꝗri mus in beneficialib⁹ tunc habeat dicta exceptio obſtare: qꝛ be neficium non poteſt ſine canonica inſtitutione obtineri. ⁊ ſic tūc ius reſiſtit propter notorietatem defectus tituli. ꝭ. de regu. iiur. c. j. in. vj. ſecus in alijs. ⁊ ita loquitur gloſſ. in. d. c. ad decimas. nā ibi agiſ de iure decimaruꝫ. ⁊ ſic de eo qd̄ rōne proprietatis diciſ ſpectare ad aliquem non vt in titulum beneficij. ideo ibi poſſeſ
6 ſio non ſic eſt iuſtificata a iure. ¶ † Quid aūt ſi agatur poſſeſſo rio recuperande ab beneficium an dicens ſe illo ſpoliatū debet obtinere probando ſe ſpoliatum in hoc fuerunt opiniones. naꝫ aliqui dixerūt ꝙ ſic ꝑ iſtū tex. ⁊ facit ēt qd̄ habeſ in. c. ex inſinua tione. ꝭ. de procu. ⁊ iſtud tenuit etiā Lapus de caſtellione alle. xxiiij. ⁊. xxxj. ⁊. liij. dicēs ꝙ ad inſtantiā cōuēti non cogitur iuſti ficare titulū agēs poſſeſſorio recuperande. Sꝫ ad inſtantiaꝫ iu dicis ex officio hoc inquirendo bn̄ teneſ. facit qd̄ habeſ i. d. c. ex inſinuatione. ⁊ in. c. ordinarij. de offi. or. in. vj. ⁊ in. d. c. j. de regu. iur. in. vj. ⁊ ſic dicit ſe audiuiſſe viua voce a Jo. cal. in. c. ex pte. ꝭ. eo. ⁊ dicit ꝙ hoc firmabat ꝑ vera ꝯcluſione vt hic refert d. An. ¶ Alij dixerunt ꝙ non obtinebit niſi coloret poſſeſſionē ſuā: qꝛ vſ eſſe preſumptio contra n per id qd̄ habeſ in. d. c. j. de re gu. iur. in. vj. ⁊ qꝛ etiam in ma monio carnali dꝫ etiam colora ri ꝑ ſſeſſoriū vt. ꝭ. eo. ex trāſmiſſa. ⁊ ſic idē videſ in ſpūali. ⁊ iſta quā ſequtur Archi. in. c. j. de eo qui mit. i poſſ. li. vj. ⁊ ēt dn̄i de rota i ſuis deciſionib⁹. [ A D D J Cōclu ⁊. cj. ⁊. ccccxiij. ⁊ Spe. i tit. de teſte. §. nūc videſ ſufficit colorare ꝑ cōfeſſionē partis in odiū ſpoliantis

Ayuntamiento de Madrid

ſpo liatis cōcluſione.c.ccc.j.z.ccccxiij.z.cclxiij.z.cclj.z vide pia atentati in cōcluſione.xiij.vbi dicūt φ non eſt neceſſe colorari poſſeſſionem.ideo 3 audiri intentās illā viā niſi notoꝛie cōſtet de nō iure agētis prout no.Inn.de app.bone. ℭ I O]. ℭ Sz dubiū eſt ſecūdū iſti opi.quādo dicet colorare.dic φ dicet colorare ipſo qn̄ docet de titulo pria facie canonica.vt qꝛ docet de collatione ſibi facta lz forte in rei veritate illa fuerit nulla.nam de hoc non poterit diſputari an fuerit nulla vel non facit qd̄ hꝛ in.d.c.ex tranſmiſſa.z.z iſtud eſt clarū ſm̄ oēs idem voluit Inno.hic i vna parte:ſi appareat φ de autoꝛitate ſuperioꝛis adeptus ſit poſſeſſionem beneficij.vel de autoꝛitate alteri' ad quē ſpectet tradere poſſeſſionem. in alia parte, videtur velle quod ſufficiat geſſiſſe aliquē actum pꝛopoꝛtionabilē tantum ipſi beneficiato ſciente z patientie eo de cuius pꝛeiudicio agit z iſtud etiam tetigit in.c.ex parte.j.eo.z ibi etiā ſentit φ queciūφ actū fecerit tanφ talis.z ſic tanφ ſit būficiat' ſciēte z patiēte eo de cuius pꝛiudicio agit φ iſtud ſufficiat:z iſtud dicit ſibi plus placere φ id qd̄ no.i hoc.c.Ioā.an.i.d.additione dicit φ in beneficiato extra cōgregationē requiri videt φ de autoꝛitate ſuperioris adeptū ſit būficium.ſed in beneficiato in cōgregatione vt eſt canonicus tunc pꝛocedet opinio Inn.in.c.ex parte.d.Ant.hic in effectu videtur velle qd̄ debeat coloꝛare poſſeſſionem ex eo qꝛ autoꝛitate ſuperioꝛis illam ſit adeptus:nec ſufficit ſecūdūm eū φ ſciente z patiente ſuperioꝛe habuerit poſſeſſionem ꝓ id φ habet in regula.j.de reg.iur.in.vj.ſiue loquamur de beneficio in congregatione:ſiue de alio:fatetur tamen φ bene habet poſſeſſio ipſius beneficij:quando quis illam eſt adeptus ſciente z patiente ſuperioꝛe:ſed talis poſſeſſio nō eſt ſufficiens ad poſſeſſoriū recuperandū:niſi ſit valde antiqua per no.per Inn.de reſti. in integ.c.ij.z.j.de pꝛeſumptio.illud.z de eo qui fur.oꝛ.recepit. c.ij.vel niſi fuerit appꝛobata per aliquod ſignum vt qꝛ receptus ad oſculum.j.de pꝛeben.dilecto. Sed aduerte qꝛ vt ipſe ēt tangit.Ant querimus de poſſeſſione rerū beneficij.z dicit illas habere nomine ipſius beneficij.s.tit.j.cū ſuper. z ibi etiam tetigi. An poſſit dici qd̄ habeat naturalem ſuo noīe.Aut queritur de poſſeſſione ipſius beneficij.z iſtud eſt ius quoddam incoꝛpꝛale. z ideo non poteſt pꝛopꝛie poſſideri. vnde non poteſt dici quis pꝛopꝛie poſſidere epatum vel archidiaconatum lz q̄ſi. iſta autē eſt quaſi poſſeſſio in. coꝛpoꝛalibus habet ex patiētia aduerſarij ſeu eius ad quem ſpectat.l.quoties.ff.de ſeruitu.z ideo videt φ non poſſit dici quis habere poſſeſſionem beneficij niſi poſſederit ipſum beneficium ſciente z patiente ſuperioꝛe ad quem ſpectat collatio ipſius beneficij.z ideo videt φ agēs poſſeſſoꝛio recuperāde pꝛetendens ſe ſpoliatum poſſeſſione beneficij debeat oīno pꝛobare φ ipſe erat in poſſeſſione ſciente z patiente ſuperioꝛe.facit quod no.Inn.in.d.c.ex parte.Sed an iſtud ſufficiat ſunt opiniones.vt.s.tetigi.Sed mihi videtur vt tetigi in cle.cā de cauſa poſſ.φ iſtud ſufficiat:quicquid ſenſerit Ioā.an. z do. Ant.per iſtum tex.non cauillando eū. Nec ob.regula.j. de reg. iur.in.vj.qꝛ nō dicit φ non poſſit poſſeſſio eius haberi ſine canonica inſtitutione. Itē nō ob.φ habetur de ſimonio carnali in.c.ex tranſmiſſa.qꝛ poteſt dici illud ſpeciale ꝓpter piculum euidens aīarum vt ibi etiam voluit Inn.z etiam qꝛ nō ſemper eſt bōa argumētatio de ſimonio carnali ad ſpūale vt no. Io. an.i.c.tue.j.de ſpōſa.z hāc opi.intellexi tenuiſſe do. Io.de fantucijs tamen in pꝛectica ꝓpter autoꝛitatē Io.an.z dñoꝝ de rota.foꝛte difficile eſſet hoc obtinere.ſed de iure ſatis videt pꝛocedere de quo latius etiā dixi in.d.cle.vna de cauſa poſſ.z ꝓpꝛie. ℭ In gl.penu.ibi in petitoꝛio iudicio:quaſi ſecus i poſſeſſoꝛio quod eſt verū in poſſeſſoꝛio recuperande:etiam ſi incontinenti vellet docere vt dixi.s.e.c.j.idem in poſſeſſoꝛio adipiſcēde ſi nō vult ſtatim docere excipiens de dominio.quia tale iudiciū poſſeſſoꝛium adipiſcende eſt ſummariū z non admitit exceptionē z requirentem altioꝛem indaginem.l.iij.§.ibidem.ff.ad exhiben. Secus autem ſi incontinenti vellet docere.l.fi. cum ibi not.C. quoꝝ bonoꝝ. ℭ ℭ Quid autem de poſſeſſoꝛio retinende. dic vt dixi.in.d.c.j.s.eo. Et addit etiā do.Ant.hic vnum caſū3 in quo
7 in eo admittit exceptio dñij ſi excipiens offerret ſe ſtatim pꝛobaturū.vt ſi ciuiliter poſſidens agat pro ciuili turbata cōtra naturaliter poſſidentem:qui illam clandeſtine occupauit.nā interdictum vti poſſidetis:tūc habet effectum etiam recuperandi q̄ ad ipſam naturalem qꝛ nō pōt olene deſſ.ti a turbatione ciuilis poſſeſſionis niſi reſtituatur n... ilis.l.clam poſſidere.§.fin.cū ibi no.ff.de acqui.poſ.vnde t... conuentus vult retinere naturalē.z excipiat de dominio ſi v... incontinenti ꝓbare:audietur.ſecus ſi conuentus nullo mod... ſideret vt dixi ir... nā tūc nō admitteret ēt volēs ſtatim ... re. Itē ... φ in petitoꝛio habet locum regula:dol... agēs debēret reſtituere ei contra quē 3 a... cer.§.lucius.cum ibi no.ff.ſolu.matri. ℭ

parcere debet iſti nocturno latrone z depopulatoꝛ agroꝝum. ℭ In gl.fi.ibi niſi dominus rem petat.ſimile z velit ſtatim de iure ſuo oſtendere.nā z priuilegium poſſeſſoꝛij recuperāde habet locum contra ſpoliatoꝛem non contra tertium qui non ſpoliauit.nec obit.qd̄ habetur in auten. ... ſuper.l.fi.C.depoſiti.qꝛ ibi dicit φ non poteſt extra iudiciū tertius interdicere reſtitutionem depoſiti.ſed non negat q... iudicio agendo z ſic intelligat iſta gl. z intellige φ tertius ... debet audiri quā ex iure ipſius tertij non iuuaretur ipſe ſpoliatoꝛ. alias ſecus ꝑ nota.in.c.veniens.j.de ſponſa.ideo ſi quis agit poſſeſſoꝛio recuperāde contra mulierē in cauſa matrimoniali.ū tertius vult cōparere z dicere illam eſſe ſuam vxoꝛem non debet audiri niſi facta ꝑus reſtitutione.quia ex iure ipſius tertij iuuaret mulier vt no.j.c.veniens. ℭ
8 † Itez aduerte φ vbi pꝛedo vult agere aliqua actione:non fundando ſe ex delicto tunc poteſt.ſecus ſi illa fundaretur ex delicto.z ideo ſi depoſuit rem ablatam.quia agit ex contractu agere poteſt. Itez ſi ſpolietur ab alio qꝛ fundat ſe ex poſſeſſione.z non habet aliter neceſſe allegare.vnde habuerit ideo agere poteſt.ſecus ſi vellet agere furti.quia illa non daꝛ niſi ei cuius intereſt.l.maniſeſtiſſimi.C.de fur. z demum quando ex honeſta cā intereſt vt ibi.ſz ibi non intereſt pꝛedonis ex cauſa honeſta ſed inhoneſta.qꝛ ſcz tenet ei quem ſpoliauit ideo illa actione agere non poteſt. Et hec eſt vera ratio diuerſitatis iter actionem furti.z interdictum vnde vi.licet Io.an.hic ſatis inſtet.de quo etiam ꝑ Bar.in.l.j.§.qui vi a me.ff.de vi z vi ar.z in
9 l.itaφ fullo.ff.de fur. ℭ † Extra gl. Inn.hic tractauit materiā extrauagantem. An electio facta a malefidei poſſeſſoꝛe debeat confirmari.z quid de facta a bone fidei poſſeſſoꝛe. z quid ſi illi ad quos de iure communi ſpectat electio eligant cōtempto illo qui erat in poſſeſſione eligendi.de qua etiam materia aliquid tetigit.s.ti.j.cum eccleſia.z de elect.querelam.z.c.cumana.j.de iurepatro.cōſultationibus. Item tractat. Quid ſi aliquis intruſit ſe in aliquo beneficio:an ſubditi requiſiti debeant ſibi obedire.z an debitoꝛes beneficij teneantur ei reſpondere.z qd iuris ſi non fuit intruſus ſed electus a violento poſſeſſoꝛe z confirmatus z an poſſit agere contra denegantem ſoluere. Item tractat qualiter acquiritur poſſeſſio in iuribus incoꝛpoꝛalibus.z pꝛecipue iuris decimarum vel iuris canonicalis vel ꝑbēdē vel iuris epiſcopalis vel archidiaconalis vel alteri' dignitatis:vel ēt iuris eligēdi.z quid iuris ſi talis cadit in poſſeſſione an poſſit re cuperare.item tractat qualiter perdat poſſeſſio in ipſis incoꝛpoꝛalibus.de quo etiam in pꝛealleg.c.querelam.z plene in repetitione do. Anto.s.tit.j.c.fi.z in pꝛedictis ſatis inſiſtit Innoc. z aliqualiter inuoluit.vnde Io.an.in addi. Spe.ſuper rub.huius ti.nitit aliqual'r coiūgere verſiculos per alphabetum,zc. a

ℭ Non ob. idem ſummat hic do. abb. per eadem verba.

1 ☞ Accuſatoꝛ ratione inimicitie repellitur:etiā pꝛopter inimicitias oꝛtas in cauſa ciuili.
2 Inimicus noſter eſt qui noſtra bona tollit.
3 Poſſeſſio ciuilis ſolo animo retinetur etiam in abſentia.
4 Exceptio nullitatis licet expꝛeſſe tollatur per ſtatutū z vel per legem tamen non intelligitur in dubio de nullitate que pꝛouenit de incompetentia iudicis.
5 Crimen ſi inhabilitat pſonam pōt tunc obijci vt excōicatio.

a **Item cum quis dicit.** Non^a ob. exceptio criminis agenti interdicto vñ vi.vel φ vi aut
1 clā.h.d. Et diuidit ſicut ꝑrima. ℭ † Not.φ repellit accuſatoꝛ rōne inimicitie ēt pꝛopter inimicitias oꝛtas in cā ciuili.de quo dicendū vt hꝛ.j.in.c.cū opoꝛteat.de acc. Et aduerte qꝛ i crimine exceptio repellit inimicus volēs accuſare niſi ſuā vel ſuoꝝ iniuriā velit pꝛoſequi.vt.j.de ſimo.lz heli.z.c.per tuas.
2 ℭ † Itē no.illud vulgatū φ inimicus noſter eſt q̄ noſtra bona tollit. ℭ Ultimo no.φ dictū eſt in ſummario. ℭ Itē no. φ pri-
3 uilegiū poſſeſſoꝛij durat etiā vſφ ad executionē. ℭ † In gl. ibi j.ibi poſſeſſionē nō amiſit:itellige ciuilē q̄ ſolo aīo retinet etiā in abſentia rei.l.lz.C.de acq.poſſ.naturalem autē pdidit eo ipſo qd̄ eſt extra conſpectū3 rei nec de facili ingredi poteſt. z ideo ſi aliud tunc intrat clam acquirit illā naturalē vacantem:pꝛo qua naturali non cōpetit interdictū vnde vi.qꝛ nō pōt dici illa ſpoliatus:ex quo erat vacans,nec etiam pōt agi vti poſſidetis ꝑ illa pꝛincipaliter ex quo non poſſideret naturaliter: lz bñ poſſet agi vti poſſidetis ꝑ ciuili turbata.z poſſet peti φ reſtituat naturalis ſeu φ illa dimittat.qꝛ ꝑ retētionē ipſius naturalis turbat ipſe o poſſidet ciuiliter i ſua ciuili.z ſic hoc caſu interdictū ... is in quadam conſequentiam habet effectum reſti... ionis reſpectu ipſius naturalis.vt not.in.l.clam ... de acqui.poſſ. ℭ In ca.gl.ibi niſi in quib' ca... ur ipſa ciuili. vnde, tunc ꝑ eā agi ... a ciuili.z in conſequentiam pet ... non poſſit deſiſti a turbatiōe

Ayuntamiento de Madrid

ciuili. vt ſuperius dixi. ¶ In ea. gl. ibi non fuerit admiſſus. ꝛ ſic tunc videt̄ violenter ejici de poſſeſſione. ideo tunc competit directū interdictū vñ vi. ſed in caſu ſequēti q̄n nō accedit ſꝫ ſuſpicatur ſe poſſe repelli tunc non ejicitur violēter non habet lo cū directū interdictū vñ vi. ſꝫ vtile. q2 facto ipſius ingredientis videt̄ iſte priuari ſua poſſeſſiōe. de quo vj. q. l. clā poſſidere. §. fi. ꝛ. l. iij. §. ſi qs aūt. ff. vñ vi ꝛ vi ar. ꝛ ſic iſtis duob⁹ caſibus pt agere interdicto vnde vi ꝛ recuperāda ciuili. ¶ In ea. gl. ibi vt qō iā edificatū eſt tollatur ſupple. ꝛ tunc agetur interdicto qō vi aut clam. non aūt interdicto vñ vi. l. j. ff. qō vi aut clā. ¶ In ea. gl. ibi nulla exceptio admittit̄: itellige niſi ſit vna ō quatuor. ibi no. vt ſi opponat̄ exceptio pacti vel cōuentionis: vl ſi opponat̄ ꝙ pus feceris vi vel clā id qō dicis me vi vel clā demoliuiſſe. vel tertio ſi objicit̄ qō feci illud cauſa arcēdi incēdiū. vel quarto ſi annus eſſet elapſus. q2 poſtea non audit̄ niſi ex cā. l. ſi ali⁹: §. beatiſſime. ꝛ. §. ſequēti. ꝛ. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. ꝙ vi aut clā. ¶ Et ex hoc no. ꝙ lꝫ in. l. vel ſtatuto dicat̄ ꝙ nulla exceptio admittat̄ ꝙ non per hoc intelligit̄ excluſa exceptio q̄ p eādē vel aliā legē pmittit̄: vl̄ p idē ſtatutū vel aliud inſertum in volumine ſtatutoꝝ. facit qō no. gl. ꝛ Cyn. in. l. ita pudor. C. ad. l. iul. de adul. ¶ Et hec faciunt ad queſtionē ꝙ ſi ſtatutū dicit ꝙ ꝯ inſtrumentū publicū nulla exceptio admittat̄ vel contra inſtrumētum guarētigie. nā poterit nihilomin⁹ opponi exceptio pmiſſa i aliqua pte ſtatutoꝝ. Idē ſi opponat̄ exceptio q̄ detrahit ſubſtātie ipſius actus. vt q2 dicat̄ ꝙ inſtrumētū nō eſt publicū. vel ꝙ non eſt inſtrumentū guarētigie. nā tunc de hoc prius debet cōſtare. cum ſtatutū preſupponere videat̄ ꝙ ſit inſtrumentum publicū: vel guarētigie: ad hoc vt habeat priuilegium. facit. l. diuus. ꝛ qō ibi no. p Barto. ff. de teſt. mili. Poſſet ēt opponi exceptio cōcernens inhabilitatē agentis. vt exceptio excōicationis vel dāni. q2 illa non opponit̄ contra inſtrumentū: ſꝫ ꝯ agētē. Si aūt opponat̄ exceptio ꝙ ꝯctus eſt ſimulatus: nō admitteret̄. q2 ſtāt ſimul ꝙ inſtrm̄ ſit publicū ꝛ ꝙ ꝯctus fuerit ſimulatus. iō non impugnat tūc ſubſtātiā inſtrumēti: nec admittet̄ ēt exceptio pacti de non petendo ſi non eſt pmiſſa a ſtatuto poterat tñ implorari offm̄ iudicis p defenſione virtute ipſi⁹ pacti per. l. plane. ff. de peti. here. q2 lꝫ ſtatutū tollat exceptionē: nō intelligit̄ tollere iudicis offm̄ cū ſit ſtricti iuris: niſi hoc exprimat p. d. l. plane. Secus tñ ſi dicat ꝙ nulla exceptio vel defenſio admittat̄. q2 tūc nō poterit etiā iudicis offm̄ implorari. vñ tunc remediū erit ſoluere. ſed poſtea poterit repeti ꝛ ſi pbet̄ exceptio pemptoria cōpetebat. nō cōpetet ꝯdictio indebiti ad repetendū. ex quo de iuribus exceptionis in pmo iudicio non potuit cognoſci. ꝛ ideo nō obſtabit exceptio rei iudicate. ꝛ ſic debet limitari quod habet̄ in. l. j. C. de cond. inde. ꝛ. l. ſi fideiuſ. §. in oībus. ff. mandati. vbi dicit̄ ꝙ ſolutum pretextu ſentētie nō poteſt repeti. q2 illud verum quando potuit reus oſtendere de iure ſuo. al's ſecus. facit. j. de iureiurā. in. c. debitores. vbi ſoluēs pꝑter iuramentum vſuras poteſt poſtea illas repetere. ¶ † Et addē vltimo ꝙ lꝫ exceptio nullitatis etiā expreſſe tollat̄ per ſtatutū vel p legē. tñ non intelligetur in dubio de nullitate que pꝟenit de incōpetentia iudicis ſeu ex defectu poteſtatis iudicis niſi expreſſe aliud dicatur. vt eſt gl. ſing. in cle. vnica. ad fi. de ſeque. poſſ. ꝛ fruct. ꝛ no. Bar. in. l. j. C. ſi a non cōpetenti iudi. ꝛ de materia p Bar. in. l. j. §. j. ff. qō vi aut clā. ꝛ tene menti ꝑdicta p practicā quotidianā. ¶ † In gl. ij. ibi ſeparata eſt cauſa criminis conclude ꝙ ſi crimē inhabilitat pſonam poteſt tunc objici vt excōicatio. s. de pcu. ex inſinuatione. cum ibi no. idē ſi ſit crimē qō ipo iure quem puet vt crimē hereſis. vt no. Cōpo. de ele. ꝙ ſicut. ſecus ſi p ſententiā puaret. q2 tunc non pōt objici niſi in cauſa beneficiali ſi eſſet notoriū: vel ſtatim de illo poſſet conſtare. p id quod habetur in. c. ad petitionem. ꝛ. c. ſi conſtiterit. j. de accu. In alijs autem non admitteretur contra agentem poſſeſſorio recuperande. de quo hic p do. Anto.

a ¶ Spoliatus ēt. ſi q̄ras vtrꝫ ſpoliatus a iudice reb⁹ vl̄ bñficio debeat añ oīa reſtitui. diſtingue hic ſm̄ Henri. borch. i pn.

b ¶ Spoliare. ſpoliare dr̄ ēt poſſidens alieno noīe ſi negaret. Bal. in l. nō ab re. C. vnde vi. ꝛ Alex. in. l. ſi pus. ff. dō no. op. nun.

c ¶ Petens reſtōnē. idē ſummat hic do. Abb.

d ¶ Per cautionē. an aūt nō obſtāte cautione poterit vir vxorē leuiter caſtigare vid. hic p do. Abb. in j. nota.

☞ Spoliatus etiam a iudice iuris ordine pretermiſſo ante omnia reſtituitur.

1 Spoliatum ſe narrare an ſufficiat licet non petat ſe reſtitui.

2 Spoliandus non eſt quis ſuo beneficio ſine manifeſta ꝛ rationabili cauſa.

3 Titulū ſui beneficij oſtendere an teneat̄ vocatus a ſuo epo.

4 Preſumitur p his que fiunt a iudice in iudicio ſed ꝯ his que facit extra iudicium ſecus. ꝛ nu. 8.

5 Spoliare verbū ſonat in vitium q̄nq; capitur in bonam partē.

6 Spoliato debet reſtitui res cum fructibus

7 Spoliatus non ſuo iudice debet reſtitui.

8

## Conquerente nobi.

a a iudice iuris ordine ptermiſſo a ... ¶ Et pmo ponit̄ quer

2 iudicis datio. ſecunda ibi q2 vero

pmo ꝙ ſufficere videt̄ narrare ſe ſpoliatum lꝫ non petat ſe reſtitui. de quo p gloſ. ꝛ Archi. j. q. iij. q2 pſulatus tutius tamen eſt petere ſe reſtitui p id qō dictum fuit in. c. j. de lib. obl. ¶ † Itē 3 not. ꝙ quis nō eſt ſpoliandus ſuo beneficio ſine manifeſta ꝛ rōnabili cā. ꝛ ſic ordine iuris nō ſeruato. † An autē vocatus a ſuo 4 epo teneat̄ oſtēdere titulū ſui beneficij. no. p gl. in. c. j. de regu. iuris. in. vj. ꝛ tāgit etiam in. c. ordinarij. de offi. ordi. co. li. ¶ † No- 5 tā ſecundo ꝙ lꝫ pſumat̄ p hiſq; fiunt a iudice in iudicio: non tñ pſumitur p his que facit extra iudicium: intellige que non ſpectant ad ſuum officium ꝛ hec eſt ratio quare Papa hic mādauit reſtitui ſpoliatū: in alijs autem que ſpectarēt ad eius offm̄ etiā extra iudiciū pſumeretur pro eis p id quod no. Innocen. j. de eo qui fur. or. rece. c. ij. ꝛ ſm̄ pdicta debet intelligi quod not. gl. in. c. pſentium. vij. q. j. vbi dicit ꝙ ſpoliatus a iudice nō pt petere reſtitutionē. q2 pſumit̄ pro iudice. Nam debet intelligi q̄n iudicialiter ſpoliauit. ꝛ ꝙ ſic intellexerit pꝫ etiā ex no. per gl. 6 iij. q. j. in prin. ſumme. ¶ † Item no. ꝙ verbum ſpoliare⁹ ſonat b in vitium. Quādoq; aūt in bona pte. vt pꝫ. s. de renū. qō in dubijs. ꝛ de pactis. cū cle. ꝛ de eta. ꝛ quali. c. cū bone. ¶ Itē no. qō eps appellatur pater ſubditorū. ¶ Itē not. illud vulgatum qō quem teneor defendere nō debet impugnare. j. de natis ex libe- 7 ro ventre. c. j. vbi de hoc. ¶ † Itē no. ꝙ ſpoliato dꝫ reſtitui res cū fructibus perceptis. de quo. j. e. grauis. ¶ Ultimo no. intelligendo literam qō ad petitionem iſtius clerici datus fuit delegatus put intelligit Tancredus. ꝙ in curia impetrari pōt delegatus etiam p reū originalē ꝙ eſt no. ſm̄ Hoſt. nam iſte clericus erat reus in cauſa mouenda coram delegatis. ꝛ ſm̄ hoc etiā forte poſſet intelligi. c. audita. s. eo. hoc videtur procedi niſi im- 8 petraret reus ſupplātando actorem p. c. oblate. de ap. ¶ † In gl. pen. ibi pſumit̄ p ſnīa. ſed certe hic non interuenit ſententia ſed extraiudicialiter fuit ſpoliatus. vnde conclude quod ſi ſpoliatur quis p non ſuū iudicem debet reſtitui. q2 talis habetur loco puati. s. de offi. vica. ſua. ꝛ. l. fin. C. ſi a non compe. iudi. Si autem ſit iudex ſuus tunc ſi ſpoliat eum extraiudicialiter. ꝛ ſic ſine ordine iuris: debet reſtitui. vt pꝫ ꝛ no. iij. q. j. in ſumma. Si autem ſpoliat iudicialiter ordine iuris ſeruato: tunc non debet reſtitui. ſed forte iniuſte fuerit ſpoliatus: quia pſumitur pro iudice ꝛ debet appellare a ſententia: que iam tranſiuit in rē iudicatam. s. de elec. cum dilecti. ꝛ ſic intelligatur gl. in. c. pſentiū. vij. q. j. Si autem quis dicat ſe ſpoliatū ſine ordine iuris. de hoc pus debebit cognoſci. vt voluit Archi. in. d. c. pſentium. ꝛ. iij. q. vj. hoc quippe. ꝛ. lxxiiij. diſtinc. quorundam.

1 ☞ Reſtitutionem coniugis petens ꝛ agens poſſeſſorio recuperande debet pbare diſpoſitionem ꝛ copulam ꝛ etiam cauere de impunitate.

2 Exceptio concernens pprietatem ꝛ an ꝛ quando prius examinetur quam fiat reſtitutio.

3 Agens poſſeſſorio in cauſa matrimoniali debet oſtendere ꝙ in facie eccleſie fuerit contractum.

4 Liber homo poſſideri non poteſt niſi ex cauſa a iure permiſſa.

## c Ex tranſmiſſa nobis.

Petēs reſtitutionem coniugis habet pbare cōiugiū. h. d. Uel ſic reſtituit̄ coniunx viro pbanti deſponſationē ꝛ copulam ꝛ de ipſius impunitate cauenti: niſi magna ſit viri ſeuicia. h. d. ¶ Et pmo mandat reſtitutionē fieri cū cautione. ſecundo 1 puidet qd agēdū cū fragilis eſt cautio. ſecūda ibi ſi āt. ¶ † Not. ꝙ ad hoc vt vir petēs reſtitutionē cōiugis. ꝛ agens poſſeſſorio recuperāde obtineat dꝫ pbare deſponſationē ꝛ copulā ꝛ ēt de impunitate cauere. ¶ Et not. etiam quid ſiendū ſi nō poſſit d ſufficiēter caueri mulieri p cautionē. d ¶ Et ex pdictis ēt not. ꝙ agēs poſſeſſorio recuperāde i matrimonio carnali vltra poſſeſſionē dꝫ docere de titulo ſaltē pma facie iuſto. ꝛ ſic facit ꝙ eo dē mō i mrīmonio ſpūali. ꝛ ſic i bñficialib⁹ nō ſufficiat docere ō poſſeſſiōe: niſi ēt aliqualr̄ ō titulo doceat̄. facit. j. de reg. iur. i. c. j. in. vj. de quo p Inn. s. e. in literis. ꝛ ibi ēt dixi vbi etiā per do. Ant. ꝛ p Inn. aliqd. j. e. ex pte. ꝛ p Jo. an. ſup rub. de reſti. ſpo. 2 i addi. Spe. ꝛ p Archi. de eo q mitti. in poſ. eū q. li. vi. ¶ † Itē no. caſum in quo prius examinat exceptio cōcernens pprietatē quā fiat reſtitutio ſpoliati. vt hic pꝫ. q̄n ſufficienter mulieri caueri nō pt ppt̄ odiū capitale. ꝛ ō alijs caſib⁹ ēt no. in. c. j. s. vt lit. ꝯte. [ADD] Uide i Spe. ō pe. ꝛ poſ. i. §. fi. vbi enumerat. xxvj. caſus in q̄b⁹ denegat̄ reſtitutio marito. ꝛ p Hoſti. hic in ſumma vbi enūerat. xvj. caſus. Caſus aūt q̄b⁹ denegat̄ reſtitutio alteri vide p glo. iij. q. j. in ſumma. [IO.] ¶ In gl. j. ibi p hoc donec. ſupple ꝛ it er pſonas habiles etate. ꝛ ſic ſufficiat mrīmonio pſumptiue legitio: nec admittet̄ exceptio ... niſi ppt̄ aliqō ipedimētū. niſi i caſu ſi ret̄. ſꝫ vbi ageret petitorio q̄libet exceptio ... deberet audiri. ō q. j. de or. cog. c. j. Et qō ſufficiat

Ayuntamiento de Madrid

ſſiciat quo ad poſſeſſoꝛium coloꝛate docere de matrimonio, fa
3 cit φ habetur in.c.j.de ſponſa.in.vi. Et no.etia bene gl. [illegible] vult † φ agēs poſſeſſoꝛio in cā mr̄imoniali dʒ etiā oſtendere φ in fa
cie eccleſie fuerit cōtractū.⁊ ſic innuit φ ſi clandeſtine fuiſſet cō
tractū: nō cōpeteret poſſeſſoꝛiū: qd̄ eſt notādū. facit quod habe
tur in.c.ſi.de clande.deſpon.⁊ in.c.j.⁊.ij. de matrimonio contra
cto cōtra interdic.eccleſie. ℂ In gloſſ.ij. ibi ⁊ carnale copulam
ſupple ⁊ etiā φ in facie eccleſie: vt etiam tetigi in glo.precedenti.
ℂ In ea.gl.ibi dʒ pbare duas res. hoc eſt verum quando agit
interdicto habente miſtā cauſam vt eſt interdictū de itinere a
ctuq; priuato. ex ſecūdo capite vt qn̄ quis vult agere ad refectio
nē vie. ſʒ alias ſi ageret cōfeſſoꝛia videretur ſufficere pbare ſer
uitutē ꝯſtitutā.l.j.⁊.ij.ff.ſi ſeruitus vē. ℂ In ea.gl.i ſi. Et ex gl.
habes duas rōnes quare dʒ pbari in hoc poſſeſſoꝛio de iure p
prietatis. vna eſt ꝑpter mutuā ſeruitutē q̄ eſt inter virū ⁊ vxo
rē ⁊ ideo ſicut in alijs ſeruitutibus dʒ de ipſo iure docere. ita h̄
4 ſcd̄a eſt q2 nō pōt haberi iſta poſſeſſio ſine iure: q2 liber homo
poſſideri nō pōt niſi ex cauſa ⁊ a iure permiſſa: prout eſt cā ma
trimonialis. tertia fuit ratio Inno. φ ſit ſpeciale propter peri
culum coꝛruptionis ſi interueniret poſtea copula.

1 ☞ Religioſus poteſt eſſe procuratoꝛ pro cauſa ſue eccleſie.
2 ℂ Quaſi poſſeſſio queritur per receptionem penſionis.
3 Poſſeſſio acquiritur per ſolutionem penſionis.
4 Traditio poſſeſſionis an probetur per iſta verba que apponū
tur in iſtrumento dedit vendidit ⁊ tradidit.
5 Venditor ſi in inſtrumento conſtituat ſe nomine emptoꝛis poſ
ſidere an tunc transfferatur poſſeſſio.
6 Dominium an transferatur ex ſolo titulo.

a **Cum veniſſet ad nos.** Si ille qui per
aliū poſſidet eo moꝛtuo poſſeſſionē ingreſſus expel
litur: reſtōnē per interdictū petere poterit. h.d. Et in
prima deciſa cōſultatio. in ſecūda reſpōſio. ſecūda ibi reſponde
1 mus. ℂ † No. φ ēt religioſus pōt eſſe pcuratoꝛ pro cā ſue eccle
ſie. de quo in.c.i.de ſyndico.⁊ de poſtu.c.ij.⁊ in cle.religioſus.de
procu. ℂ Item not. φ ēt viuēte rectoꝛe pōt ep̄s cōcedere eccle
ſiā religioſis in proprios vſus dūmodo ꝯceſſio ſoꝛtiri debeat ef
fectū poſt moꝛtē rectoꝛis. ⁊ intellige φ concedere pōt interue
niēte cōſenſu ſui capituli. de his que ſi.a prela.in.c.tua. ℂ Et
no. φ pōt oꝛdinare vt rectoꝛ interim dū viuit in recognitionem
ſoluat annuatim ipſis religioſis facit φ habet.ſ.de dona. paſto
2 ralis.⁊.ſ.de ꝑuile.paſtoꝛalis.⁊.c.cū ⁊ plantare. ℂ † Itē no. φ p
receptionē talis penſionis querit quaſi poſſeſſio. facit qd̄ habe
tur in.l.pōponius.ff.quibus modis vſuffruc.amit.⁊ in.l.q̄uis.
§.i.cū ibi no.per Bar.ff.de acqui.poſſ. ℂ Ultimo no. illud vul
gatum φ is poſſidet cuius noīe poſſidet. de quo in.l.qd̄ i eo.ff.
de acqui.poſſ. Uide p dn̄os de rota in cōcluſione.clij. q̄ incipit
itē lʒ amicus meus. ℂ In ea.glo.ibi non habet locū i hoc caſu
vel dic melius φ contrarium loquit qn̄ eccleſia nō vacans cōce
deret alteri in titulū: q2 tūc id fieri nō pōt. q2 duo non pn̄t habe
re titulū eiuſdem eccleſie. ſicut nec duo poſſunt eſſe mariti eiuſ
dē mulieris.ſ.de ſponſa.duoꝝ.c.j. ſed hic loquit qn̄ conceſſio ſit
in ꝓprietatē ⁊ ſine p̄iudicio rectoꝛis. q2 poſt moꝛtē dʒ hr̄e ef
fectum quo ad perceptionē fructuū. ℂ In ea.gl.ibi ēt a patro
no. ⁊ ſic ſi eccleſia eſt patronata, dʒ fieri cōceſſio de cōſenſu p̄roni
p ep̄m cū cōſenſu capituli: vel per patronū cū cōſenſu predicto
rū. Si aūt nō ſit p̄ronata. ſufficit φ fiat per ep̄m cū cōſenſu ca
pituli ⁊ poterit fieri etiā vacante eccleſia. ⁊ multo foꝛtius. de q̄
in cle.ſi vna.de re.eccle.non alie. ℂ In gl.pe. ibi intelligunt ca
3 nonici accepiſſe poſſeſſionē, † nam per ſolutionē penſionis acq
ritur poſſeſſio ipſi cui ſoluit ſi ipſe ſoluens poſſidebat: vel ſi ſol
uit ⁊ de voluntate poſſidentis. vt hic ptʒ. ⁊ facit.ff.quibus mo
dis vſuſfr.amit.in.l.pōponius. ſecꝰ ſi ſoluens nō poſſideret. nec
ſolueret de volūtate poſſidentis. q2 tūc non trāſfert poſſeſſio.l.
4 q̄uis.§.i.cū ibi no.ff.de acqr.poſſ. ℂ † An aūt per illa verba q̄
apponūtur in inſtrumento. dedit vendidit ⁊ tradidit: pbet tra
ditā fuiſſe poſſeſſionē. Dic φ ſic ſi inſtrumentū fiat in cōſpectu
rei.l.clambus.ff.de cōtrahē.empt. ſecus ſi in abſentia rei q2 tūc
nō transfertur poſſeſſio ſʒ videbit data licentia illa apꝛehenden
5 di.l.p̄dia.cū ibi no.maxime per Bar.ff.de acqr.poſſ. ℂ † Quid
autē ſi in inſtr̄o cōſtituat venditoꝛ noīe emptoꝛis ſe poſſidere.
ei tunc transfertur poſſeſſio cōclude φ ſic ſi venditoꝛ tunc poſ
ſidebat. per.l.quedam mulier.ff.de rei vend.⁊.ff.de acquir.poſſ.
in.l.qd̄ in eo.⁊ ibi per Bar. licet quidam dicant φ hoc caſu de
beret vēditoꝛ a ſe abijcere poſſeſſionem. ⁊ poſtea illam appꝛehē
dere noīe emptoꝛis. ſed hoc cōiter tenet φ hoc non
riū q2 actus preambulus coꝛpoꝛalis ipſius vendit[illegible]
uenit in querēda po[illegible]eſſione iunctus cum ꝯſti
vt acquirat poſſeſſio emptoꝛi ſi ipſe vendito
ti poſſidebat. alias ſecus per id qd̄ habetur i

6 ſolo † autem titulo non transfertur regulariter dominium neq;
poſſeſſio.l.traditionibus.C.de pac. [illegible] in aliquibus caſibus
ex ſolo titulo transferat dominiū, [illegible] transferat poſſeſſio. q2
illa facti eſt. gl.no.in.l.cum duob[illegible] idem reſpondit. ff. p ſo
cio. ⁊ per hoc videt φ lʒ in eccl̄ia [illegible] at in aliquibus caſibꝰ do
minium ex ſolo titulo.l.ſi.C.de ſac. [illegible] tū nō tranſeat poſ
ſeſſio. ſed Inn. hic ſentit contrarium [illegible] detur φ non bene per
predicta, nec ob. c. [illegible] de conſue. q2 [illegible] non interuenit ſolus ti
tulus. ſʒ vltra titulū interuenit actus ſcriptationis determina
tus a cōſuetudine pro traditione poſſeſſionis. ⁊ ſic videt φ de
mū ſi interueniat actus determinatus a iure vel a cōſuetudine
pro tranſlatione poſſeſſionis transferat poſſeſſio. alias ſecus. ⁊
per hoc non placet id quod dicit do. Ant. inquantum dicit qd̄
actus determinatus etiam ab homine pro tranſlatione poſſeſ
ſionis eſt ſufficiens ad transferendum poſſeſſionem in eccleſiā.
⁊ ſic intelligit Inno. quia iſtud iure non probat. ⁊ nō eſt noſtrū
extendere iura ſpecialia ⁊ exoꝛbitantia.l.ius ſingulare.ff.de le
gibus.ſ.de reg.iur. que a iure.lib.vj.

1 ☞ Iuriſdictio delegati non impeditur per miſſionem nuntij
ad ſedem apoſtolicam.
2 Iudex cui committitur petitoꝛium an ⁊ quādo cognoſcere poſ
ſit de poſſeſſoꝛio recuperande.
3 Reconueniri an poſſit poſſeſſoꝛio recuperande is contra quē
agitur petitoꝛio.
4 Cauſa matrimonialis poteſt per procuratoꝛem tractari.
5 Clauſula appellatiōe remota licet in literis apponatur, poteſt
tamen ex cauſa legitima appellari.
6 Cauſa matrimonialis debet tractari ſecundum canones.
7 Queſtio ſpoliationis propoſita in modum actionis prius ter
minari debet ſi proponatur ante lit.conteſta.
8 Exceptio dilatoꝛia an poſſit opponi poſt litis conteſta.
9 Reſcriptū an ſit commune ⁊ an actoꝛ poſſit illi renunciare in
uito reo.
10 Petitio actoꝛis an ſit communis vt ſi reus probet de iure ſuo
poſſit ferri declaratoꝛia ſuper iure eius non procedente alia pe
titione ex parte rei.
11 Petitoꝛium ſi precedat ⁊ poſtea proponitur poſſeſſoꝛium re
cuperande ſuper eadem re tunc ſuſpenditur petitoꝛium primo
loco inchoatum.

b **Ex conqueſtione.** Si altero ᵇ coniugū matrimo
nium accuſante alter petit reſtitui an oīa reſtituet. h.
d. ℂ Et primo ponit appellantis querelā. ſcd̄o dat
1 iudicem. ibi. ſecūda ideoq; mandamus. ℂ † No.j. φ per miſſio
nē nūtij ad ſedem apoſtolicam nō videtur impediri iuriſdictio
delegati: q2 intelligit Hoſt. qn̄ mittitur poſt preſentationem li
2 terarum. de quo in.c.vt debitus.ſ.de app. ℂ † Itē no. φ iudex
cui cōmittitur petitoꝛium pōt etiam cognoſcere de poſſeſſoꝛio
recuperande. qd̄ eſt verum in caſu iſto. An aūt alias generali
3 ter hoc procedat dixi in.c.paſtoꝛalis.ſ̄.ti.j. ℂ † Item no. φ ille
ꝯ quem agit petitoꝛio pōt recuperari poſſeſſoꝛio recuperande
φ precedit: in cauſa matrimoniali ⁊ ſuper iure incoꝛpoꝛali. ſʒ in
rebus coꝛpoꝛalibꝰ videt ſecus. q2 ſi ago contra te rei vendicatio
ne dico me poſſidere ⁊ dico te poſſidere, ⁊ ſi agas cōtra me poſ
ſeſſoꝛio recuperande. dicis te non poſſidere. ⁊ ſic eſſet contrarie
tas. facit qd̄ no. Bar.in.l.naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acq.poſ.
ℂ Item no. φ lʒ precedat petitoꝛium: tū ſuſpendit p poſſeſſo
rium recuperande qn̄ ſup eadem re ambo intentātur. ſecus qn̄
ſuper diuerſis. de quo in tex.⁊ gloſſ.ſ̄.de oꝛdin. cogni.in.c.fina.
4 ℂ † Item not. quod cauſa matrimonialis poteſt etiam per p
curatoꝛem tractari. de quo in gloſſ.⁊ infra eodem. ex parte.
5 ℂ † Item no. quod licet in literis ſit appoſita clauſula appella
tione remota: tamen poteſt appellari ex cauſa legitima. de quo
in glo.⁊.ſ.de appella.paſtoꝛalis. ℂ Item no. quod prima litera
in qua remota eſt appellatio: non reuocatur p ſecundam non fa
cientem mentionem de hac clauſula. facit.ſ.de re iudi.inter ce
6 teras. ℂ † Ultimo no. quod cauſa matrimonialis debet termi
nari ſecundum canones. ⁊ non ſecundum leges. facit quod no.
gloſſ.inſtitu.de gradi.§. finali. ⁊ in.l.j.C.de ſecundis nuptijs.
ℂ In gl.prima ibi notoꝛia eſſet. ſed quomodo poteſt agi tunc
poſſeſſoꝛio recuperande cum ob. exceptio notoꝛij defectus pro
prietatis. facit.ſ.de diuoꝛ. ſignificaſti. Potes dicere quod nō di
cit glo. nec dicit.c.poꝛro. quod ſi conſanguinitas ſit notoꝛia. qd̄
poſſ [illegible] poſſeſſoꝛio recuperande. ſed dicit quod non debet vir
r [illegible] vxorē ſine iudicio eccleſie etiam ſi conſanguinitas
ſi [illegible] autem impediunt fienda que non impediunt
[illegible] furioſo.ff.de his qui ſunt ſui iuris. nec debet
[illegible] Ex quo reſul[illegible]at iuri contrarius intellectus.
[illegible] tur vult oppoſitum. facit qd̄
[illegible] alie tamen ſolutiones ad

a ℂ Cū veniſſent. ſuper hoc.c. ſolet queri an ⁊ qn̄ religioſus poſſit petere reſtitui ſup q̄ diſtinguet hic per do. hen. boych. in princi.c.

b ℂ Si altero. Cū hoc ſūmario cōcoꝛdat primū ſummariū abbatis tn̄ ipſe pōit aliud ſummariū magis generale. quod vide hic.

Ayuntamiento de Madrid

tollēdum cōtrarietatē. c. porro. z. c. ſignificaſti. ibi tangūt. z ali quas tangit hic. do. Ant. In gl. ij. ibi etiā ſi eſſet minor. de hoc in. c. ex parte. j. eo. z. j. de iudic. c. ſi. an. vi. ¶ † In glo. iij. ibi prius

7 dʒ terminari ſupple ſi fuiſſet ꝓpoſita añ li. ꝯte. ex quo petitoriū z poſſeſſoriū proponunt ſuper eadē re. ſecus quādo ante li. ꝯte ſta. hoc nō fit. Nā tunc ſibi imputari. et hoc omiſit vt ſequit in gl. vel dic ꝙ gl. voluit dicere ꝙ miles ſibi dʒ iputare qꝛ omi ſit obijcere mulieri ꝙ poſt lit. cōteſta. nō debebat audiri. ¶ In

8 e. gl. ibi cōpulſa per iudicē. zc. ¶ † No. ſingulariter ex hac gl. ſin gulari, limitationē ad oīa iura dicētia qđ exceptio dilatoria nō pōt opponi poſt lit. cōteſt. niſi de nouo ſuperuenit vt no. in. c. inter monaſteriū. de re iud. z. j. de excep. c. exceptionē. nā B eſt ve rū qñ nullatenus fuit ꝓpoſita añ lit. conteſta. ſecus ſi fuit ꝓpo ſita et añ litē cōteſt. z reus nihilominus fuit cōpulſus per iudi cem li. conte. qꝛ tunc poterit etiam poſt lit. cōteſt. opponi. vt B et caſus ſingularis cōiuncta hac gl. lʒ Inn. z Jo. an. videant re. ꝓbare. qꝛ debuit pars appellare que videbat ſe cōpelli ꝑ iudi cē ad conteſtationē. Dʒ potes defenſare. qꝛ lʒ poterit appella re: tñ ſi non appellauit remanet ſibi remediū proponēdi dila toriam poſt li. cōteſt. ex quo illā ante propoſuit. z ꝯpulſus z nō

a ¶ Petitio actoris pe titio actorʒ an poſſit cē cōis de hac qōne vide B ꝑ Abb. col. v. verſ. iij. q. nu. xij.

volūtarie litē fuit cōteſtatus vt hic ꝓbat ſm meum intellectū. Inno. hic dicebat ꝙ ſpeciale eſt fauore matrimonij vt poſſit poſt litem cōteſt. opponi vt ipſe etiam no. in. c. ij. de cauſa poſſ. Sed ſolutio gl. videt magis litere cōformare. ¶ In gl. debuit in fi ne adde alios caſus qui notantur in. c. j. ē. vt lit. non conteſtat.

9 ¶ † Extra gl. tāgit hic Inno. an reſcriptum intelligaſ eſſe cōe, z an poſſit actor illi renunciare inuito reo. concludit ꝙ ſi ſit im petratū in cauſa publica puta in cauſa inquiſitiōis: nō pōt im petrans renūciare. quominus iudex poſſit ex illo procedere. de offi. deleg. c. vltimo. Si vero ſit conceſſum ad priuata vtili tē: tūc ſi motu ꝓprio eſſet cōceſſum cenſetur eſſe cōe ex quo ius vtriuſqꝫ tāgit. iō nō pōt actor illi renūciare. Si vo ſit ꝯceſſū ad inſtantiā actoris: tūc poterit renunciare añqꝫ pñſentet. idem ſi ſit preſentatꝰ ſed nōdū ſit citatus reus ſecus ſi reus ſit citatus: qꝛ cogitur actor perſiſtere in actione ꝓpoſita reo inuitō. C. quō z qñ iudex. aut. qui ſemel. facit qđ no. in. l. petende. C. de temp.

b ¶ Violētꝰ. idē per oīa ſummat hic do. Ab. vi de eum hic.

10 reſti. in integ. z. l. ſi poſt ... ortē. §. ſi. ff. de cōtratab. ¶ † Scđo tā

c ¶ Ad fru ctus. Dʒ po ne ꝙ agens iterdicto re caperāde z obtinēs in poſſeſſorio recuperāde recuperatis fructibus z expēſis ſuc cūbat i peti torio in qui bus fructi bus z expē ſis cōdēna bit dic ꝙ cō dēnabit in fructibus z expēſis a tē pore petito rij primo in choati. vt habet ꝑ ro t. i decif. cc lxxxix. inci pien. ſi quis in nouis.

a git an petitio actorisᵃ poſſit dici cōis vt ſi reꝰ ꝓbet de iure ſuo poſſit ferri declaratoria ſuper iure eius non precedente alia pe tione ex parte rei. z tenet ꝙ ſic per. l. circa. cum ibi no. ff. de ꝓba. ſed Hoſt. hic tenet ꝯtrarium. qꝛ ſententia dʒ eſſe cōformis petitio ni. z dʒ ferri lite conteſtata. z nō ſup eo ſup quo non eſt cōteſta ta. z intelligit. l. circa. qꝛ ibi ſit ſpeciale in cauſa ingenuitatis vl qđ ibi reus petijt ſup ſuo iure pronūtiari: vel qđ ibi obtulit ſe probare de iure ſuo habita cōuentione cum actore ꝙ ſi ꝓbaret ferret ſniā ꝑ eo. alſ ſcđm eum non poterit ferri declaratoria ſu per iure rei. Sed cōiter tenet opi. Inn. z eā ſequit Jo. de lig. z do. Ant. z miraſ Jo. de lig. quō Hoſt. in hoc redarguat Inno. cū opi. Inn. ſapiat equitatē. z opi. Hoſt. rigorē. z cōiter Hoſti. cōſueuerit amplecti equitatē. non ob. ratio Hoſti. qꝛ verū eſt ꝙ ſentētia non debet ferri ſuper non petitis qñ nec expreſſe: nec tacite per illā pronūciat ſuper petitis. ſecus qñ ſaltē tacite pro nūtiatur ſuper petitis: ſicut eſt hic. qꝛ ſi pronuntiaſ rem ad reū ſpectare in conſequētiam tacite pronuntiaſ ꝙ non ſpectat ad actorem cum duo non poſſint eſſe domini eiuſdē rei. l. pompo nius. §. lʒ z his. ff. de procu. z ideo in conſequentiam ſatis pnū tiaſ ſup petitione actoris. Itē ſatis fuit lis conteſtata ſup do minio rei qꝛ actor aſſerendo rē ad ſe ſpectare tacite z i cōſequē tiā dicit ad reū nō ſpectare. z ſic reꝰ rñdēdo ad ſuā petitionē z negādo narrata per eū ſatis cōteſtaſ litē eſſe ſuper ſuo dñio, z

11 iſtā opinionē ſequit etiā gl. iuris ciuilis in. d. l. circa. ¶ † Ulti mo tāgit hic Jo. andr. opi. Jo. de qua habeſ. j. q. ij. c. j. z per gl. de ord. cogn. c. ſi. vcʒ ꝙ lʒ precedat petitoriū, ſi poſtea ꝓponitur poſſeſſorium recuperāde ſup eadē re ꝙ tunc ſuſpēdit petitoriū primo loco inchoatū etiā ſi exceptio nō obijciaſ per iſtū text. z ſic ſentit hic gl. magna. ſecus ſi ſuper diuerſis rebus cōpeteret. ſed Hoſt. hic tenuit cōtrariū ꝙ non ſuſpendit petitoriū: niſi ex cipiaſ. iō intelligit ꝙ iſta mulier excepit de ſpoliatiōe z poſtea ſtatim propoſuit ipſum poſſeſſoriū. Jo. and. finaliter hic tenet cū opinione gl. z ſic etiā tranſit do. Ant. hic. ſed in. c. ſi. ē. de ordi. cogni. ſentit qđ ſequit. Sed forte poſſet dici ꝙ deberet attendi forma proponēdi ipſum poſſeſſorium. nā ſi proponitur taliter ꝙ tacite habet incluſaʒ exceptionē vt qꝛ petat mulier añ oīa re ſtitui. tūc pcedat opi ... glo. qꝛ paria ſunt aliquid f... ſſe vel tacite. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. Si vero nec taci... f ſe includat exceptionem. ſed ſimpliciter pro... f ſſeſſorem: tunc non videtur habere vim repel... ſequens ſuſpendendi ipſuʒ p... ſſoriū. z ſic nio Hoſt. tamē vt dixi com... te illa ſeruaretur in practic...

1 ¶ Violentus ad quid teneatur.
2 Violentus poſſeſſor tenetur ad fructus perceptos z ad illos q percipi potuerunt. z nu. 10.
3 Bonefidei poſſeſſor eſt qui putat ſe dominum.
4 Bonefidei poſſeſſor fructus conſumptos ante litis conteſta. lucrifacit.
5 Et poſt litē conteſt. reddere debet vniuerſos: quia per litis con teſta. fit malefidei.
6 Malefidei poſſeſſor ſi habeat titulū an excuſetur a fructibus percipiendis.
7 Et quid ſi a principio ſit bonefidei z ex poſtfacto efficiatur ma lefidei.
8 Et quid econtra ſi a principio ſit malefidei poſtea efficiatur bo nefidei.
9 Et vtrum per denunciationem factam alieni an ex hoc efficia tur malefidei.
11 Fructus induſtriales qui dicantur.
12 Bonefidei poſſeſſor an faciat fructus induſtriales ſuos.
13 Petens rem ſibi reſtitui an ſit neceſſe quod petat etiā ſibi red di fructus.

b Rauis. Violentusᵇ rē cū fructibꝰ et q per cipi potuiſſent reſtituere cōpelliſ z dānā reſarcire z de iniurijs ſatiſfacere. h. d. Et primo deciſe ponit q̄relā. ſcđo dat iudices. ſcđā ibi māda

1 mus. ¶ † No. ꝙ violentus teneſ ad tria. ſ. ad reſtituēdum inte graliter ablata. z ad reſarciendū plenarie dāna. Itē ad ſatiſfa ciendū conuenienter de iniurijs. Et ex hoc no. qꝫ etiā clericꝰ pt agere actiōe iniuriaꝝ z ipetrare ſup illa. facit. j. d iniurijs. olim dicit tñ Hoſt. ꝙ i curia vix pñt hodie ſup iniurijs lr̃e impetrari.

2 ¶ † Itē no. qđ violentus poſſeſſor non ſolum tenetur ad fru

c ctusᶜ perceptos. ſed etiam ad illos qui pcipi potuerūt ꝑ vete rem poſſeſſorem. z ſic tenetur de perceptis z percipiendis. z di cūtur pcipiendi per reſpectum ad veterē poſſeſſorem. facit. l. ſi nauis. §. ſi. ff. de rei vendi. alibi videſ probari qđ dicatur pcipiē di ꝑ reſpectū ipſiꝰ violēti idest quos ipſe pcipere potuiſſet. l. domū. C. de rei ven. vbi de hoc Cy. z Bar. z tangit hic do. Ant.

3 z tāgeſ eum gl. ¶ † In gl. ſi. ibi bone fidei poſſeſſor. ſed qs dice tur bonefidei poſſeſſor. dic ꝙ ille q putat ſe dñm z ſic dñi cogita tione poſſidet. l. apud antiquos. C. de fur. Sed qd ſi errat in iu re. gl. no. in. l. ſi fur. ff. de vſuc. dicit ꝙ quantū ad fructus ceſeſ bo nefidei lʒ nō quo ad vſucapiēdū rem. l. nunqꝫ. eo. tit. ꝯclude ꝙ ſi ius reſiſtat: tunc nō iuuat error iuris. l. quēadmodū. C. de agric. z cēſi. lib. xi. vt qñ expreſſe ius iterdicit alienationē: quādoqꝫ ve ro ius nō reſiſtit. ſed aſſiſtit. z tunc cenſetur eſſe bonefidei quo ad fructus. l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. here. z ſic procedat gl. palle. z intellige qñ cōſtat de errore. qꝛ in dubio pñſumereſ ſcie

4 tia. l. leges. C. de leg. ¶ † In ead. gloſſ. ibi z nō cōſumptos qñ venit ꝙ conſumptos ante li. conteſt. lucrifaciat pro cultura z la bore. z de hoc eſt tex. in. §. quis non domino inſt. de rerū diui. z intellige de fructibus induſtrialibus. z non de naturalibꝰ vt. j. tangit gl. z iſta eſt cōmunis opi. lʒ Bar. in repetitiōe. l. fructꝰ. ff. de rei vend. dicat ꝙ bone fidei poſſeſſor teneſ de fructibus idu ſtrialibus conſumptis. quatenus locupletior eſt factus ex egta te. l. ſi me z titium. ff. ſi cer. pe. que habet locum quando quis eſt factus locupletior nedum ex re mea ſed etiam ex mihi debita vt ibi patet. ſed dic quod illud procedit: niſi alias equitas ſua deatin oppoſitū. prout eſt hic in bonefidei poſſeſſore in quo ſua det equitas ꝙ propter culturam z laborem ipſos induſtriales lucretur ſaltem quando ſunt conſumpti. vt probaſ non caullā do tex. in. d. §. ſi quis a nō domino. inſti. de re. diui. ſed quando extāt fructus induſtriales licet illos faciat ſuos: tamen tenetur officio iudicis illos reſtituere. vt hic voluit gl. z in. l. ex diuerſo. ff. de rei ven. ¶ † In ea. gl. ibi poſt litem cōte. z vniuerſos. z eſt

5 rō qꝛ per lit. conteſt. fit malefidei ſaltem iuris pñſumptione. z ſi alſ habeat iuſtam cauſam litigandi. vt ptʒ in. l. certum. allega ta gl. z in. l. terminato. C. de fruc. z lit. expen. ideo teneſ tūc etiā ad conſumptos. z hoc tenent dñi de rota ſua concluſione. xxiij. q incipit. Item fuit dubitatū. vide etiam in cōcluſione. clxxxiij. que incipit. Item probabilis cauſa. ¶ In ea. gl. ibi qui ꝓbā tur ad eum perueniſſe. ſupple z etiaʒ quos pcipere potuit anti quus poſſeſſor. ex quo eſt malefidei. l. ſi nauis. ff. de rei vend. In contrarium tamen facit. l. domū. C. de rei vend. vbi videſ qđ te neatur ad illos quos ipe poſ... non percipere potuiſſet. Bar. i B variauit vt ptʒ ex no. per eū in. d. l. domū. z in repetitione. l. fru ctus. ff. de rei ven. tñ con... dit in. d. l. fructus. ꝙ ſit in electione ...elit habere reſpectum ad illos quos percipere po... gēs. an vero ad illos quos percipere potuiſſet ipe ...icantur ad cōcordiam ... ta in... z ſi. ud et te ...de rñponibꝰ. lʒ do. ... t. hic videatur ſequi ... d. l. domū. ſed certe violat tex. ¶ † Ant. arte malefidei

Ayuntamiento de Madrid

male fidei poſſeſſor ex [illegible] ret a percipiẽdis ſi habeat titulũ [illegible] regulariter nec [illegible] in quatuor caſibus nota.per gl.i.l.ſi fundũ. alle.in gl.ꝛ in.l.l3 ꝛ factus.ff.qd metus cauſa.ꝛ eſt cõis opi.in.l3
7 aliqui cõtra [illegible] etiã per gl.xij.q.ij.nõ l3.❡†Quid aũt ſi illqs a principio ſit bonefidei.ꝛ ex poſt facto efficiatur malefide dic ꝙ inſpicit initiũ.iuxta id ꝙ habet.i.l.q ſit.ff.de vſuris.ſi ãno ni ſi interueniat mutatio perſonarum vt qꝛ defunctus ſit bonefi dei ꝛ heres ſit malefidei.nam l3 cenſeatur heres eadẽ perſo na cũ defuncto i aut.de iureiurã.a moriente pſtito.in.§.tũ ex q̃ vere eſt alia pſona ipſe heres ſi eſt i mala fide in [illegible] vt de ma
8 lefidei.l.ſ[illegible].ff.de acq.re.do.❡†Quid autẽ e contra ſi a prĩ cipio quis ſit male fidei ꝛ poſtea efficiatur bonefidei: Bartol. nõ decidit in.d.l.fructus.d.Ant.hic dicit ꝙ [illegible]ata tpis i quo fuit malefidei iudicabit tanꝙ de male fidei [illegible]ore.arg.l.que
9 de tota.ff.de rei vend.❡†An autem per [illegible]tiationem fa ctã alicui ex hoc efficiat malefidei.videret [illegible] per.l.ſi fundus. allegatã in gl.Sed dic hoc verũ ſi ille cui denũciat nõ habeat ti tulũ.ꝛ denũtians ex iuſta cauſa denũtiet per ea q̃ ibi habent. Si vero denũtiaret poſtꝙ iam acquiſiuiſſet titulũ bona fide nõ per hoc efficeret male fidei.l.aliena.ff.de vſu.pro empto.cũ ibi no. p gl.de quo etiã p Bar.in.l.non ſolũ.§.fi.ff.de ope.no.nuncia.
10 ❡†In ea.gl.ibi qpcipi potuerũt p veteres poſſeſſores.ſup ple vel ipſum nouũ p id ꝙ hr in.l.domũ.C.de rei vẽ.ꝛ p id qd di xi ſuperius.Et aduerte qꝛ in interdicto vnde vi tenet qs fructi bus ex tpe violẽtie.ꝛ ſic deiectionis.ſ3 in alijs interdictis a tpe lit.cõte.l.i.§.ex die.ff.de vi ꝛ vi ar.ꝛ ſic videret ꝙ vbi alia inter dicta cõpetãt ſi agat ꝯ male fidei poſſeſſorẽ vtili⁹ eſſet agere rei vẽdicatione.qꝛ veniẽt fructus etiã percepti ãn lit.cõte.vt.s.vo luit gl.ſed alio reſpectu vtilius eſt agere interdicto qꝛ difficilis eſt probatio dñij.facit qd habetur.i.eo.ſepe.Itẽ aduerte qd in iudicijs bone fidei ꝛ ẽt ſtricti iuris qñ peto qd eſt vel fuit meũ veniunt fructus ꝛ partus ꝛ oĩs cauſa a tpe more.ff.de vſu.l.vi deamus.ꝛ.l.mora.§.in bone fidei.ꝛ.l.i.§.hãc act.ff.depoſiti.ꝛ B verũ ſi expreſſe petant in libello.alias non poſſet iudex cõdem nare ſi ſunt pcepti ãn lit.conteſt.ſecus ſi poſt.l.ediles.§.itẽ ſciẽ dũ.ff.de edil.edic.Si aũt ſit actio ſtricti iuris ꝛ peto nõ eſt nec fuit meũ tũc veniũt fructus ãn lite ꝯteſt.l.videamus.§.ſi actio. ff.de vſuris.ꝛ.l.cũ fundus.ff.ſi cer.pe.ꝛ.l.in hac.ff.de tritica.cũ
11 ibi no.ꝛ.l.iij.§.in hac.ff.cõmoda.❡†In ea.gl.ibi frumẽto ꝛ vi no.❡Flo.bñ ex gl.ꝙ frumẽtũ ꝛ vinũ dicunt fructus indu[illegible] les.ſ3 in ꝯtrariũ facit qꝛ naturaliter a natura pducũtur [illegible] tur.dic ꝙ vere ſunt naturales rõne predicta.ſ3 pro tãto dicunt induſtriales.qꝛ ãnꝙ ſint in vſu finali adque cõmuniter ſunt de putati requirit magna induſtria hoĩs ꝛ magnus labor.ſecus qñ modica vel nulla requirit induſtria.vt pt3 in pomis ꝛ ſimilib⁹. ꝛ per hec pt3 qd de oliua ꝛ cenſet fructus etiã induſtrialis.l.ſi eius.ff.de rei ven.idẽ dic gl.de lana ꝛ lacte [illegible] qs a nõ do mino.inſti.de rerũ diui.§.[illegible] aliqui de quib⁹ dubitetur relinquet arbitrio iudicis qui habebit conſiderare an plurimũ verſet in eis induſtria hoĩs vel non vt no.per Cy.in.l.certũ.C.
12 de rei ven.❡†In ea.gl.ibi nõ facit ſuos ꝛ ſic vult gl.p l3 bone fidei poſſeſſor faciat fructus induſtriales ſuos ꝙꝙ extantes of ficio iudicis reddere cõpellat no.per gl.in.l.ex diuerſo.ff.de ven.tñ naturales non facit ſuos.ꝛ iſta eſt cõis opi.glo.vñ pe[illegible] runt peti rei vendicatione ſi extant.ꝛ de conſumptis tenebit q̃ tenus erit factus locupletior cõdictiõe ſine cauſa.ſ3 Jac.de are. ꝛ Bar.dicunt hoc verũ ſi eſt poſſeſſor bone fidei ſine ti.ſi aũt cũ tit.tũc faciet illos ſuos.l.bonefidei.ff.de acqui.rer.do.ꝛ in hoc nõ eſt differentia inter naturales ꝛ induſtriales.ſed remanebit differentia quo ad conſumptos:qꝛ induſtriales lucrifacit:ſ3 na
13 turales nõ.❡†In ea.gl.ibi oĩs vtilitas.ꝛ ſic ẽt fructus ꝛ B eſt clarũ ex diſpoſitione iuris.qꝛ qñ vult rẽ reſtitui: intelligit ꝙ ve lit ẽt cũ fructib⁹.ſ3 dubiũ eſt an ſit neceſſe ſi qs petat rẽ reſtitui: ꝙ petat ẽt ſibi reddi fructus.Jnn.hic dixit ꝙ [illegible] ſunt pcepti ãn li.cõteſt.ſecus ſi poſt per.l.ediles.§.itẽ ſci[illegible].ff.de edil.ed[illegible]. Fallit in interdicto vnde vi.ꝛ in actione qd metus cauſa.ꝛ i pe titione hereditatis.qꝛ tũc ẽt veniunt fructus percepti ante lit.cõ teſta.ꝛ cũ hoc tranſit Jo.and.ꝛ do.Anto.ſed forte iſtud non eſt de iure verũ:niſi in petitione hereditatis.qꝛ illa eſt iudiciũ vni uerſale.ꝛ auget ex fructibus.l Itẽ veniunt.§.fructus.ff.de pe ti.here.ꝛ ſic ſecus videt in alijs iudicijs ſingularib⁹.nec ob.iura allegata p Jnn.vz.l.ſ3 ꝛ partus.ff.qd metus cau.ꝛ.l.i.§.rectiſ ſime.ff.de vi ꝛ vi ar.qꝛ dicunt ꝙ ille q tenet actione ꝙ metus cã vel interdicto vnde vi.tenet ne[illegible] rem ſed ẽt ad fructus.ſed non dicunt ꝙ ſi ſolũ petat rem [illegible] in libello ꝙ veniant fru ctus ideo debẽt intelligi ſm dicta [illegible]es.§.itẽ ſciẽdũ.❡An aũt ſit neceſſe exprimi ꝙtitatẽ fruct[illegible] Bart.variauit.nam te nuit ꝙ non in.l.i.ff.de eden.contrariũ tenuit in.d.l.fructus.dic vt ibi dixi in.c.ij.de lib[illegible] ob.❡Et adde vltime [illegible] dã dicũt ꝓprie fructus in[illegible] [illegible]s:qꝛ etiã ſub alio [illegible] appellã

[illegible]tur [illegible] qꝛ non producuntur a natura ſed ab hoĩs p induſtria vt ſunt penſiones domorũ.l.[illegible].ff.de rei vend.de materia per Bar.in.d.l.fructus.ꝛ per [illegible].d.l.certũ. per Spe.in ti.de fruct.ꝛ intereſſe [illegible]


1 Reſtitutio [illegible] ei qui [illegible] poſſedit.
2 Traditio rei poteſt fieri ſub condi[illegible]e.ꝛ nu.6.
3 Dominium non [illegible] per [illegible]
4 Dominium direc[illegible] poteſt quis [illegible] in traditione rei.
5 Vim vi repellere [illegible] dummodo [illegible] incontinenti ꝛ cum mo deramine inculpate [illegible]
6 Conditio non [illegible] in traditiõe rei ſpiritualis.
7 [illegible] religionem [illegible]rem tranſire licet.
8 Negligere poſſeſſionem quando [illegible] quis.
10 Poſſeſſionis [illegible] ſpecies:naturalis ꝛ ciuilis.ꝛ nu.10.
11 Defendere poſſeſſionem licitum eſt poſſeſſori.
12 Colonus meus ſi receditanimo deſerendi perdo naturalẽ poſ ſeſſionem ſed retineo ciuilem.
13 Moderamen inculpate tutele in quibus conſiſtat.
14 Percuti ſe expectare an quis debeat anteꝙ percutiat.
15 Furem nocturnum fugientem cum re non licet occidere.
16 Furto ſubtrahere rem ſuam penes alium exiſtentem ꝛ ſibi abla tam an liceat.
17 Fur ſi cum rebus prelati vel clerici aufugiat an licitum ſit eis cla mare quod capiatur predo.
18 Clericus qui interfuit bello iuſto an incurrat irregularitatem.
19 Bona capta in bello an efficiantur capientium.


1 Olim cauſam que. Ei q†nõ poſ ſedit reſtõ de
2 negatur.h.d.Et in prima ponit cõmiſſionis ꝛ facti narratio.i ſcda cauſe diffinitio.ſcda ibi intelligẽtes. ❡Uo.i.ꝙ pro rebus ꝛ iuribus eccleſie ep̃alis ſimul agere debet ep̃s ꝛ capitulũ noĩe ipſius eccleſie.Jnn.dicit.ꝙ ideo hic ſimul agebant quia locus de quo agitur cõiter pertinebat ad ipſos: alias in diuerſis capitulũ per ſe ꝛ ep̃s per ſe agere poſſet. Quis ſm eum ſit ſecurius ꝙ in oĩbus ſimul agãt.s.de iudi.cauſam q̃. de quo in.c.i.s.d.pc.ꝛ.s.de reſcr.edoceri.❡Itẽ no.differentiã inter hoſpitale ꝛ oratoriũ.in quo aũt differat oratorium ab ec
2 cleſia.no.Jo.an.i.de cenſi.c.ſi.❡†Itẽ not.traditione rei poſſe fieri ſub cõditione.de quo in.l.ſub cõditione.ff.de ſol.ꝛ.l.q ab ſenti.ff.de acqui.poſ.❡Item no.ex tex.ibi tres ſolidos,ꝛc.iũ
3 cto eo ꝙ ſequit ibi ep̃o loci dominiũ,ꝛc.† ꝙ p penſionem non probatur dñium.ad idẽ de re iu.cũ Bertoldus.ꝛ de iure patro.
4 preterea.ꝛ qd no.i.de app.bone.❡†Itẽ no. ꝙ in traditiõe rei põt qs directũ dñium ſibi reſeruare.facit.ff.de pac.l.in traditio nibus.❡Itẽ not. ꝙ accipiens poſſeſſionem dño.ꝛ poſſeſſore ignorãte:nec priuat dñm poſſeſſione.de quo in.l. clam poſſide
5 re.§.fi.ff.de acq.poſſ.❡†Item no.ꝙ licitum eſt vim vi repelle re dũmõ incõtinẽti fiat.de quo in.l.i.C.vñ vi.❡Itẽ no.ꝙ ep̃s ꝛ capitulũ cõſtituunt pcuratorẽ in cã eccleſie.de quo.s.de pro cu.quia in cauſis.❡Item no.ꝙ prelati debent libellos forma re noĩe eccleſie.de quo hic Hoſti.ꝛ.s.de dila.in.c.litere.❡Itẽ no.ꝙ l3 ſit licitũ vim vi repellere incõtinenti:tñ illud d3 intelli gi cũ moderamine inculp[illegible] [illegible]tele.ꝛ ideo ſi excedit modus fa tiſ fieri d3 offenſo.de quo [illegible] ſignificaſti.de homi.ꝛ in prealle gata.l.C.vñ vi.vbi ẽt p [illegible] Bar.❡Ulti.not. ꝙ magiſter ſeu ſuperior põt agere p [illegible] ſubiectis.de quo hic p Jnn. qui ſuper hoc poſuit bon[illegible] poſuit etiã.s.de ind.cum deputati.
6 ❡†In gl.[illegible] ex gl.iſta collige tres ſolutiones ad cõtrariũ qd fo[illegible] de.c.quã pio.i.q.ij.vbi in ſpirituali bus [illegible] põt [illegible]a eſt ꝙ nõ põt adijci cõditio.ſ3 certa forma d[illegible] ipſi rei ſpirituali.vt in.c.ſigni ficatum.de p[illegible] [illegible]cũda ſolutio eſt ꝙ ſi cõditio nõ adijcit in ſpir[illegible] in traditione rei tpalis vt illa redu catur ad ſpir[illegible] ne eſt licitum vt ſi tradit poſſeſſio vt ſi[illegible] nat[illegible] [illegible] aurum vel argentum vt inde fiat calix.facit. [illegible] ordi.c.ij.ꝛ.c.eo libentius.iſtud enim eſt merito[illegible] [illegible] hic Jnn.nec aliqd querit ipſi tradenti.cũ res ſpiritu[illegible] nullius bonis ſit.inſti.de rerum diui.§.ſacre. Tertia ſo[illegible] eſt ꝙ ſi exprimit conditio que de iure ineſt illõ [illegible] põt [illegible] ſecus.de quo in.c.ſignificaſti.s.de elec.❡In gl. [illegible]ditio [illegible] appoſita ibi valeret contra humiliatos.quaſi nõ poſ
7 ſent tu[illegible] repetere.nam licitum eſt tranſire† ad arctiorẽ reli gionẽ.i.[illegible] regula.l3.[illegible] poſſet dici illud verum licentia prius pe[illegible] l3 no[illegible] [illegible] ibi pt3.preterea l3 poſſet ad ar ctiorẽ religi[illegible] [illegible] poſſint antiquũ ſtatũ vel an tiquã regulã [illegible] ipſi [illegible] ſine autoritate Ep̃i vt hic.ꝛ s.de cõſue.in.c.[illegible] [illegible].de his que ſi.aprela.in.c.no
8 uit.ꝛ.c.ſequenti.❡In gl.[illegible] [illegible] dicium ibi niſi ſcienter negli gã.ꝛ dicitur neglige[illegible] [illegible] occupatur per aliũ ſi p lon gum tempus illã [illegible] [illegible] gl.in.l.furtũ.§.i.ff.de vſuca.

❡Ei q.In primo ſum mario ꝯcor dat.d.abb. cuz iſto.ipe tñ põt aliõ magis gña le qd B vid. ſup.hoc.c.ſi queras vtr ſpoliat ſua poſſeſſione ꝛ ipaz incõ tinẽti recu perãs.vim vi repellen do.ex iſta vi incontinẽti illata cõue niri poſſit ꝛ vtrũ poſſit agere cõtra ipſum ſpo liantẽ.ꝛ pri mã violẽtiã inferẽtẽ diſ ſtinguevt B per do.Dẽ. boych.

Ayuntamiento de Madrid

Inn. tamen dicit hoc arbitrariū inspectis circūstātiis ꝛ quali tate personarū. s. de elec. querelam. Si autē alius intrasset tūc si negligo recuperare quāprimum possum postq̄ sciui dico: esse in negligentia ꝛ perdo possessionē. l. q̄uis. ff. de acqui. poss. ꝛ. l. de eo. §. j. eo. tit. ꝛ ibi per Bar. ¶ In ea. gl. ibi retineo possessio nē intelligo ciuilē. ſ3 naturalē pdidi ex q̄ desijt esse extra cōspe ctū rei. vt not. in. l. j. in prin. ff. de acqui. poss. ꝛ hoc ſm cōez opi
9 nionē q̄ h3 q̄ due sunt species possessiōis. s. ciuilis ꝛ naturalis. ſ3 Azo dicit q̄ est vnica. s3 naturalis q̄ retinef naturaliter tm̄: qn̄ qs ē in cōspectu. ꝛ ciuiliter qn̄ est extra conspectum de quo in. d. l. j. in princ. ꝛ. C. de acqui. poss. ſ3. ¶ In ea. gl. ibi nō ad mitti, ꝛ tunc ſm Inn. perdo possessionē sed potero incōtinenti recuperare per i. tum tex. cū concordantijs. ꝛ istud etiam sequit̄ ēt Jo. an. h. ꝛ do. Ant. Sed potest tenere q̄ si incontinenti re cuperat: nō perdit possessio. q2 nō v3 tūc fuisse meticulosus sed virilis ꝛ habuisse aiūm conseruandi suam possessionem vt vo luit gl. fina. in. l. si quis a se fundum. C. ad. l. iuliam vnde vi. ꝛ est magnus effectus. q2 secūdum hoc non erat interrupta posses sio ꝛ per cōsequēs prescriptio. secus esset ſm opi. Inno. l. natu
10 raliter. ff. de acqui. poss. ¶ † In ea. gl. ibi quod meo. §. vltimo. ꝛ hoc clarū q2 possum expellere illum qui intrauit si ille erat cō scius iuris mei. ſ3 si erat ignarus videref secus p tex. hic a 9trio sensu in ver. intelligentes ibi nō insciu,ꝛc. sed Inn. tenet idē ꝛ ad literam supplet: maxime q2 eo ipso q̄ me nō admittit mo nitus de iure meo videtur mihi violentiā inferre. ꝛ iō licitū est vim vi repellere. Host. dicit hoc verū si ius meū sit notoriū. qa. tūc esset supina ignorātia aduersarij. alias non erit licitū illū re pellere p violentiam. ar. l. extat. ff. q̄ metus causa. ꝛ hāc opi. est multū equa: tn̄ de iure verior videt̄ opi. Inn. ꝛ illā sequit̄ Bar.
11 in. l. j. §. iterdictū. ff. vti possidet3. q2 licitū † est possessori suā pos sessionē defendere. ꝛ ideo cū possidens ciuiliter turbetur in illa si habens naturalē nolit illā dimittere. ideo poterit vim vi re pellere. Nec ob. l. extat. qō metus causa. q2 ibi loquit̄ qn̄ violen tiā inferens nullo modo possidebat. vnde sufficiet q̄ in iudicio postea 9stet de veritate. ¶ In ea. gl. ibi alij vel tradat. Contra rium tenuit gl. xij. q. ij. quisquis. sed ista videtur verior per. §. qō si seruus hic allegatus. Fateor, tn̄ q̄ poterit recuperari 9dictio ne ex. l. si. C. de acqui. poss. ꝛ hoc modo possit saluari glo. in. d. c. quisquis. ¶ Quid autem si colonus moriat̄ dic q̄ solum tunc perditur naturalis. sed ciuilem retineo nisi negligam possessio
12 nem recuperare. l. si de eo. §. j. ff. de acqui. poss. ¶ † Quid autē si colonus recedat animo deserendi possessionem, dic q̄ pdo natu ralem, ꝛ ciuilem retineo. l. si colonus. ff. de acqui. pos. de quo in d. l. si. ¶ In gl. pe. ibi possedit precario iste non potest agere cō tra concedentem si expellat̄ ab eo. q2 licitum est reuocare preca rium. l. j. ff. de preca. sed si expelleref a tertio posset agere cōtra illū: si ipse possidens precario habebat naturalem ꝛ ciuilem vel naturalē tm̄ qō esse pōt. vt. l. ꝛ habet eum qui. ff. de preca. secus si haberet merā detentionem. q2 tunc non ageret: sicut nec colo nus. l. j. §. deijcitur. ff. de vi ꝛ vi ar. nam interdictum recuperāde possessionis nō dat̄ nisi possidenti vt ibi patet. ¶ In ea. gl. ibi aliud in possessionem fuit prout dicitur esse colonus q nō pos sidet ſ3 sit in possessiōe ꝛ similiter illi qui mittit̄ ex primo decre
13 to. l. iij. §. si. ff. de acqui. pos. ¶ † In gl. si. ibi cum moderamine. ꝛ quomodo in trib⁹ cōsistit hoc mo mē. s. in qualitate defen sionis ꝛ in qualitate tpis. ꝛ q̄ no nimo vlciscendi ſ3 se de fendendi. tangit̄ per gl. s. de homici ficasti. el. ij. ꝛ per Cy. ꝛ Bar. in. l. j. hic allegata ꝛ hic per do ca primus 9clu de qō si vis infertur sine armis: non e tere cū armis: nisi sit inequalitas in viribus ps rdū plus va lere pcussio vnius fortis ꝛ rob iā pcussio vni⁹ debilis cū gladio. Circa tps conc ramen esse qn̄ sit incōtinenti, ꝛ d2 incōtinenti antec ad extraneos actus ſm Inn. hic. Sed dic clarius fert persone qō d2 fieri incōtinēti q̄diu qs timet nō imet. vt q2 aduersarius qui percussit arripit f no. gl. in. d. ca. significasti. In rebus aūt d2 fieri incont , quāprimū pōt qs cōgregare amicos ꝛ attinētes pro iniu opulsanda. vn̄ poterit etiā interdū differre per vnā diē vel du vel tres ſ3 qualitatem facti vt dicit gl. no. in. l. iij. §. eum igitur de vi ꝛ vi ar. ꝛ si castrum esset per violentiam occupatum etiā tēpius tps daref. ꝛ si ciuitas adhuc maius vt voluit Bar. in. d. §. eum igit̄ ꝛ Hug. j. dist. ius naturale. vbi etiā videt̄ velle interdū dari lon gū tps. ¶ Circa tertiū dic q̄ si agit̄ de iniuria psone videt̄ fieri ad vindictā si non timebatur per cussio. ali. ecus in rebus aūt videt̄ fieri causa defensiōis qn̄ fit incōtinēti. alīs secus: q2 vbi fit
14 ex interuallo videt̄ fieri gratia vl' scisēdi. ¶ † Et ex pdictis pt3 an sit expediēs q̄ qs expectet se pcuti an q̄ pcutiat ꝛ certe non ſ3 sufficit terror ꝛ timor ne perc si qs visis armatis. ff. de vi ꝛ vi ar. ¶ Sed hic insu si aliquis poterat

¶ Si cōtra petētē idē per oia sum mat h abb. ꝛ si queras vtrum viro repetētī vxo rē suā sit fa cienda resti tutio nō ob stāte aliqua exceptione distingue h pulchre vt p hē. boych.

mado re fugiendo. sed vbi stabat non p terat euadere: nisi pcu teret in debuit potius fugere Bar. tenuit q̄ licitū est perc ie re in. l. j. C. vnde vi. sequit̄ hic do. Anto. q̄ repulsanda iniuria circa res licitū est percutere. l. furem. ff. de sic. ergo fortius pro expellenda iniuria persone. arg. l. in seruorū. in fine. ff. de penis. S3 cōtra istud facit: q2 potius debet quis tunicam ꝛ palliū di mittere quā alium percutere: vt in. c. suscepimus. j. de homi. pre terea p iniuria rerū nō est licitū pcutere: si alias possit qs rē re
15 cuperare. vt no. in. d. l. fure. † Vn̄ non est licitū furem nocturnū occidere fugientem cum re si quis cognoscat eū. q2 poterit recu perare vt ibi no. ꝛ sic videt̄ q̄ si non est infamia fugere: debeat potius qs fugere quā percutere. ꝛ istud tenuit Cy. i. d. l. j. Si au tem sit infamia fugere illi qui timet percuti: tūc videref q̄ lici tū esset percutere nec teneat̄ fugere vt voluit Cy. qō forte pos set pcedere d' iure ciuili. sed de iure canonico ꝛ in foro cōsciētie videref secus per illud qō habet̄ in. d. c. suscepimus. de quo etiam dixi in cle. vnica. de homi. ¶ In ea. gl. ibi nisi modū excederet improprie loquit̄ gl. q2 non dicitur excedere modu3 si aliter nō poterat se defendere. facit cle. si furiosus. de homi. ¶ In ea. gl. ibi nisi ignoranter. hoc intellige nisi ignorantia esset crassa ꝛ su pina. p id quod habetur in. c. apostolice. j. de cle. excō. ministrā te. ¶ Extra gl. tangit hic Inn. de materia belli. ꝛ posuit etia3 bonā gl. in. c. sicut. j. de iureiurā. ꝛ in. c. significasti. el. ij. j. de ho mi. ꝛ d' penis q̄ in dubijs. ꝛ per Host. de homi. pro humani. li. vj. ꝛ in summa. de treu. ꝛ pac. §. q̄sit iustū bellū. ꝛ per gl. xxiij. q. ij. ꝛ. q. iij. in summa. Et per legistas. maxime Bar. in. l. hostes. ꝛ l. si qd bello. ff. de captiuis. ꝛ per Bar. in. l. ij. C. de serui. ꝛ aqua.
16 ¶ † Et no. precipue inquātū Inno. hic dicit q̄ licitū est furto subtrahere rem suam penes aliū existentem ꝛ sibi ablatā dūmō ex tali furto nullū scandalū sequat̄ qō forte pōt pcedere in fo ro cōsciētie. sed in foro cōtentioso nō est licitū ppria autorita
17 te accipere vt. l. extat. ff. q̄ met. cau. ¶ † Itē no. inquantū dicit q̄ licitū est prelato ꝛ clerico clamare q̄ capiatur predo. ſ3 non d3 dicere q̄ vulneref vel occidat̄. ꝛ sic si contingat vulnerari nō imputabit̄ sibi si hoc nō dixit. ſ3 do. Ant. hic tenet 9riū ꝛ videt̄ hoc voluisse Host. in. c. significasti. el. ij. de homi. ſ3 forte pōt di ci vt ibi voluit Inn. q̄ si solū ad finē recuperationis rerū clama uit vt caperef qō tunc non imputet̄ sibi saltē si non videbat ve risimiliter debere sequi homicidium vel mutilationem ar. c. p
18 latis. de homi. li. vj. ¶ † Item no. precipue inquantū dicit q̄ li cet clericus interfuerit in bello iusto, i quo homicidia sunt per petrata q̄ non erat irregularis dūmodo ipse non percussit: qa ex quo bellū est iustum nō imputat̄ sibi ēt si fuerit in bello etiā si piecerit lapides vel euaginauerit ensem ēt si neminē pcusserit imo videtur q̄ si non potuisset euadere nisi percussisset non erit irregularis licet de hoc olim fuerint opiniones vt habet̄ in cle.
19 si furiosus. de homi. ¶ † Vltimo adde glos. que habetur. xxiij. q. v. in. c. dicatur. que tangit an bona que capiuntur in bello effi ciantur capientis, de quo etiam per Barto. in. d. l. si quid bello. ff. de cap. ꝛ aliquid etiam tangit Inno. in. d. c. sicut.

1 Archidiaconus de iure cōmuni est vicarius episcopi.
2 Libellus non vitiatur licet precedat conclusio narrationem.
3 Restitutionem petenti obstat exceptio gradus prohibiti.
4 Forus conscientie quando contradicit contentioso potius de bet sequi forus conscientie.
5 Debitum vxori reddens ad mandatum ecclesie nō peccat.
6 Ecclesia non dispensat in gradu lege diuina prohibito.
7 Opinionibus non derogatur quando reducūtur ad concordiā.
8 Excommunicationem tolerare potius debet quis quam com mittere peccatum mortale.
9 Iuramentum de malitia prestari debet super exceptionibus.
10 Restitutio in causa matrimoniali fit interdum quo ad seruitia maritalia ꝛ non quo ad torum seu carnalem copulam.
11 Vir licet repellat vxorem non per hoc perditur possessio matri monialis.
12 Exceptio rei iudicate non obstat quādo in causa matrimonia li agitur possessorio recuperande.
13 Iuramentum de malitia pōt exigi quādocunq3 iudici videbit̄.

## Literas tuas recipimus.

a Si cōtra petētē[a] restitutionē cōiugis opponat̄ con sanguinitas in gradu phibito, ꝛ offerant̄ pbatiōes parate: ꝛ recepto ab opponēte iuramento de malitia: negabit̄ restitutio quo ad torum. ꝛ sic quo ad reliqua. Si vero pbatio nes nō sint parate. tūc fiet plena restō nisi magna sit viri seuitia h. d. ¶ Et due sunt part pncipales. nā primo ponit thema. ꝛ 9sultationē. scdo rndet: secūda ibi sane. Hec secūda subdiuidi tur. nā primo ponit ꝛ psequit̄ triplicē opinionē vsq3 ibi nos āt. ibi secūdo soluens contra alterā opinionē allegat vsq3 ibi propterea. rtio distinguēdo soluit ecūdū mēbrū psequit̄ ibi q̄ si

Ayuntamiento de Madrid

1 ibi φ ſi a qua ſolutiõe vnum caſum excepit ibi ſi vero. ¶ Item no. archidiaconũ habere iuriſditionẽ etiam in cauſa matrimonia- li abſente archiepiſcopo vel epiſcopo. facit qđ habet in. c. j. ad ſi. de offi. oꝛ. lib. vj. in archidiaconus de iure cõi eſt vicari⁹ epi. ſ. de offi. archi. c. j. de quo in glo. ¶ Itẽ no. formã libelli quãdo mulier vult petere ſe ſeparari a viro ratione conſanguinitatis.
2 ¶ † Et no. φ non vitiatur libellus: ſꝫ precedat concluſio narra tionem. ¶ Item no. φ ſi mulier petit ſe ſeparari a viro ratione cõſanguinitatis põt recõueniri poſſeſſoꝛio recuperande. et ſic ex oꝛdine litere. facit iſte text. ꝓ opi. Jo. poſita in. c. j. ĩj. q. ĩj. ſ. φ ex ſola ꝓpoſitiõe poſſeſſoꝛij recuperãde in cauſa matrimonia- li: qꝛ fit ſup eadẽ re, ſuſpendat petitoꝛiũ prĩmo inchoatũ, de quo in. c. ex cõqueſtiõe. ſ. eo. Hoſtiẽ. tñ intellexit φ hic mulier exce-
3 pit ꝛ etiã petiit ſe reſtitui: ſꝫ diuinare eſt. ¶ † Itẽ no. an contra petentẽ reſtitutionẽ in cauſa matrimoniali ob. exceptio ſi obij- ciat gradus ꝓhibitus in quo nõ conſueuit diſpenſari ꝛ ꝓbatio nes ſint in promptu. nam circa hoc fuerunt opi. ſꝫ teneri debet φ dixi ſummando. ¶ Item no. qualis modus debeat teneri in diſputatione vel repetitione: qꝛ in paſſu dubio poſſunt recitari opi. ꝛ demũ allegari pro prima opi. ꝛ poſtea illam impugnare ꝛ ſic ſucceſſiue de alijs. et demum dꝫ poni vltimate vera opinio.
4 ¶ † Item no. φ vbi fit reſtitutio in cauſa matrimoniali ad mã- datum eccleſie non dꝫ contra cõſcientiã debitũ ſolui vel reddi. ꝛ ſic no. φ vbi foꝛus cõſcientie contradicit foro cõtentioſo, po- tius debet ſequi quis forũ cõſciẽtie. ¶ Item no. illud vulgatum φ faciẽs cõtra conſciẽtiã edificat ad gehẽnã. i. parat ſibi domũ vel locũ vel ſtallum in inferno vbi eſt ignis cõtinu⁹: ꝛ ſic peccat
5 moꝛtaliter. ¶ † Itẽ no. φ non vꝛ peccare q ad mãdatũ eccleſie reddit debitũ quando ſolus grad⁹ eſt ꝓhibitus tantũ conſtitu- tione canonica quaſi tunc intelligat eccleſia diſpẽſare. Secus ſi diuina. Sed certe iſtud ꝓcedit ſm opi. quoꝛundã. ſꝫ nõ eſt verũ qꝛ vtrobiq; vꝛ peccare. per id qđ dicit in ṽ. poꝛro. vbi eſt dictio implicatiua preſertim, et ſic nõ intelliget per hoc diſpẽſare: qꝛ tale mandatũ nõ fit animo diſpenſandi ſꝫ iuriſditione exercẽ-
6 di. facit qđ no. in. c. ij. ĩ. de ſchiſma. ¶ † Itẽ no. φ in gradu ꝓhi- bito lege diuina eccleſia nõ diſpẽſat. Secus in ꝓhibita conſti- tutione canonica ꝛ qui ſint grad⁹ ꝓhibiti a. l. diuina. tangit hic glo. in verbo lege. ¶ Itẽ not. φ opi. debet reduci ad cõcoꝛdiam
7 ſi fieri põt. ad idem. l. ſi finita. ꝗ. poſtea. ff. de dã. infec. ¶ † Et no. φ non dꝫ derogari opinio. vel illis preiudicari qñ reducũtur ad cõcoꝛdiam. ¶ In ver. poꝛro. Not. illa duo vulgata φ omne qđ nõ eſt ex fide eſt peccatũ. Et φ quicqđ fit ꝯ cõſciẽtiã edificat ꝛc. ¶ Itẽ not. φ cõtra deũ nulli eſt obediẽdũ etiã pape. de quo in
8 c. ad aures. ſ. de tempo. oꝛd. ꝛ. xj. q. iij. iulianus. ¶ † Itẽ no. φ potius dꝫ qs tolerare excõmunicationẽ quã cõmittere peccatũ tale. facit. ĩ. de ſen. excõ. inquiſitioni. ¶ Itẽ not. φ interdũ quis põt eſſe ꝑplexus inter duo. de quo in. c. nerui. xiij. di. qꝛ hoc ve- rum quo ad opi. ſed nõ quo ad veritatẽ ſm Gof. ¶ Item no. φ nemini dꝫ iniici laqueus: qꝛ nõ dꝫ quis decipi iuris autoꝛitate. facit. l. ij. C. de his q veniã eta. impe. ¶ Item no. φ ſuper exce-
9 ptionib⁹ † preſtari debet iuramẽtũ de malitia etiã in cã ſpũali. de quo. ff. de elec. dudũ. el. ij. ꝛ. ĩ. de iura. cal. c. j. ꝛ. ij. in. vj. ¶ Vlti
10 mo no. φ † in cauſa matrimoniali interdũ fit reſtitutio quo ad alia ſeruitia maritalia, puta lauãdo caput ꝛ pedes, ſternendi le ctum ꝛ cuſtodiendi domũ ꝛ alia que ſunt in domo, ꝛ preparãdi cibaria ꝛ coquendi: ꝛ non quo ad toꝛum ſeu carnalẽ copulam qñ fit reſtitutio plenaria quandoq; nulla fit reſtitutio. et ſic oẽs opi. poſſunt ſaluari, nã ſic nimia fit iuri ſeuicia ita φ timeaꝛ ne ledaꝛ pſona vel ne fiat extoꝛſio copule carnalis nulla fiet reſtitu tio. Si aũt nõ eſt tãta quin poſſit per ſufficientẽ cautionẽ pui- deri: tunc ſi obijciꝛ gradus ꝓhibitus preſertiꝫ. l. diuina. ꝛ ſuper illo ꝓbationes ſint in prõptu ſeu incõtinẽti poſſint haberi: fiet quo ad alia non quo ad toꝛum, ſi vero nõ ſunt in promptu: fiet quo ad oĩa, tñ ſi tunc mulier hꝫ leſam cõſciẽtiã: potius dꝫ tole- rare excõicationem quã toꝛi prebere cõſoꝛtiũ: qñ aũt dicantur haberi poſſe incõtinẽti ꝓbationes ſatis hic declaraꝛ qꝛ qñ non exiguntur longioꝛes dilationes. de quo in. l. ſi is a quo. in princi. et ibi ꝑ Bar. ff. vt in poſ. lega. ꝛ per Jo. an. ĩ. de teſti. veniens. el. ij. ¶ In gloſſ. j. ibi: ex conſuetudine. que bene põt operari in caſu iſto. cũ agamus de his q̃ ſunt dignitatis ep̃alis ꝛ nõ oꝛdinis. vt pꝫ in. c. accedẽtibus. de exceſ. ꝑla ꝛ ſic glo. procedit, quicquid dixerit Hoſtiẽ. ¶ In gloſ. temeritate. ibi: eoipſo φ repetit ꝛc.
11 ¶ Not. diligẽter gl. que vult † φ licet vir expellat mulierẽ nõ ꝑ hoc perditur poſſeſſio matrimonialis vel ſi perditur recuperaꝛ eoipſo φ repetit ꝛ eſt ſpãle in hac poſſeſſione ſm Hoſti. ꝛ ratio ſpecialitatis colligitur ex. c. ſi̾ de ſpõ. duoꝛũ ꝛ de coniu. leproſo- rum. c. ij. de frigi. c. ſi. qꝛ non dꝫ rejudi tantũ ſacramentum nec põt ſeparatio fieri niſi ex cauſa foꝛnicationis et qꝛ in paradiſo a deo fuit inſtitutũ. ꝛ idẽ voluit glo. in. c. intelleximus. de adul. ꝛ in. c. ſignificaſti. ở diuoꝛ. nec ob. c. aga toſa. qꝛ illud cõtinet ex

eo qꝛ mutatus erat ſtatus qꝛ tranſierat ad religionẽ. ideo ſi de cõſenſu alteri⁹ cõiugis trãſiuit non daꝛ reſtitutio, ſecus quãdo ſtatus non eſſet mutatus. ¶ In ea. gl. in fin. Not. bene gl. q̃ vult.
12 φ † vbi agitur poſſeſſoꝛio recuperande in matrimoniali. nõ ob. exceptio rei iudicate. ꝛ ſic ſnĩa nõ facit notoꝛiũ qñ nõ tranſit in rem iudicatam. ꝛ ſic intelligit Hoſto. Sꝫ hoc credo verum qñ aliquid probareꝛ incontinenti contra ipſam ſnĩam, alꝛs in dubio ſtari deberet ſententie, ꝑ id qđ habet in. c. j. ſ. vt lit. nõ cõte. ꝛ ad c. φ deoꝛ ꝑ glo. allegꝫ in gl. dic φ quando qñ vterq; voluit cõtinen- tiã; quo caſu debet illa ſeruare. et poſſunt ab inuicẽ ſe ſepa- rare. ꝛ ſic loquitur gl. ¶ In gl. diſpenſatio. ibi: generalẽ ſtatũ. Adde circa hoc qđ no. in. c. quãto. ſ. de diuoꝛ. ¶ In ea. gl. ibi: cõtra ſubſtantiã monachat⁹. ſup. niſi ex magna cauſa. vt nota. Inno. ſ. de ſtatu mona. cum ad monaſteriũ. ¶ In gloſ. lege. ibi. xxxij. melius dixiſſet. xxxj. reſpicit tamen antiquã quotationẽ. qꝛ ſm nouãm ſille liber Leuiti. non hꝫ niſi. xxvj. capitula. et habetur xviij. c. id qđ dixit gl. ¶ In ea. gloſ. ibi: vxoꝛem patris. ſi habes patris q eſt coꝛrupta. qꝛ illa eſt nouerca. de qua. ſ. dixi. ideo de buit dicere vxoꝛẽ patrui. ¶ In ea gl. ibi: ꝛ quelibet excludiꝛ. vt ꝓbatur, l. xxxviij. di. in. c. foꝛnicari. ¶ In glo. generalis. in fi. vel dic φ ideo nõ dicitur generare preiudiciũ: qꝛ reducit opi. ad cõ- coꝛdiam per diſtinctionẽ. ¶ In gl. poꝛro. in fi. intellige gl. φ lo- quatur de Gregoꝛio. viij. qui tenebat opiñ. φ reſtitutio nõ fieret dum legebat cõpilatiões antiquas. vel poteſt dici ſm Jo. and. φ glo. errauit. ꝛ debuit dicere Inno. cui⁹ fuit hec decre. vt pꝫ ex. c. precedenti. iuncta ſuperſcriptione huius. c. Sꝫ gl. foꝛte pu tauit φ hec decre. fuiſſet edita a Gregoꝛio. nã hic vꝛ poni alle- gatio autoꝛis hui⁹ decre. ¶ In gl. diuina. ibi: ſecũdus gradus in deſcendentib⁹: nec mirum: qꝛ nedũ in ſecũdo gradu: ſed etiã in infinitũ in deſcendentib⁹ et aſcendentib⁹ eſt ꝓhibitio. vnde dixit gl. inſti. de nup. φ ſi adã hodie viueret vxoꝛem habere nõ poſſet: cũ omnes ab adã deſcenderimus. ¶ In ea. glo. ibi: vnde in ſecundo collaterali. intellige † qñ ſunt in linea equali vt qñ ſunt filij duoꝛũ fratrũ qui ſunt in ſecũdo gradu ꝛ in linea equa- li. vt pꝫ in arboꝛe cõſanguinitatis. ſec⁹ ſi eſſent in linea inequa- li, vt ſi patruus q eſt in ſecũda linea cõſanguinitatis vellet aſſu mere neptem ex fratre. et ſic filiam fratris que eſt in ſcđa linea conſanguinitatis: ꝛ in ſecũdo gradu. nam tunc non diſpenſaret eccleſia: qꝛ etiam in tali gradu hodie nõ contrahunt iudei ẽt eſt prohibitio ſm legem diuinã, vt hic tangit Jo. an. ¶ In gloſſ. incontinenti. in fi. ſup. qꝛ loquuntur in poſſeſſoꝛio adipiſcende. qđ non eſt ita priuilegiatũ ſicut poſſeſſoꝛiũ recuperande. ¶ In gl. recepto. ibi: de calumnia non iuratur. hoc verũ ſm iſta iura. hodie etiam iuratur in ſpiritualibus de calumnia. ĩ. de iuramẽ. calum. ca. j. in. vj. ¶ In ea gloſſ. ibi: iuratur tamen de calumnia. ſed certe litera hic non dicit φ iuretur de calumnia ſꝫ de mali- tia. ꝛ iſtud tale iuramẽtum poteſt exigi quãdocũq; iudici vide- bitur: ſcꝫ an velit ante litem conteſta. an poſt. vt eſt expreſſuꝫ in c. ij. de iura, calum. in. vj. ꝛ ſic videtur qđ ſi ante lit. cõteſta. ꝓpo- natur exceptio nõ ıureꝛ de calũ. ſꝫ de malitia. ſꝫ glo. aliter dicat in glo. penul. ibi: dicas φ non. hoc veruꝫ niſi petijſſet ſe abſolui vel apparerent ſigna contritiõis. ĩ. de ſen. excõ. a nobis. vel niſi appareat eccleſiam foꝛe deceptam, ꝑ id qđ ibi habetur. ¶ In eadẽ glo. ibi: pro ipſa no ꝛ debet oꝛare intellige ſpecialiter. nam oꝛationes generales be ꝛ proderunt.

a ¶ Petẽs reſtõnem. idem ſum- mat H do. Abb. ꝛ ſub hoc. c. ſolet queri vtrũ minoꝛ ſine authoꝛita- te tutõris vel curato ris vel fi- liuſfamili- as ſine au- toꝛitate pa tris poſſit eſſe in iu- dicio. vide Arch. xv. q. iij. c. cer- tis. gl. aſũp. ꝛ pleni⁹. ſ. de iudi. c. ſi annuꝫ. vbi ꝑ ſcriben- tes.

1 Impuberes non poſſunt contrahere matrimonium.
2 Minoꝛ. xxv. annis põt in cã mrĩmoniali cõſtituere ꝓcuratoꝛẽ.
3 Spoliari non poteſt qui non eſt in poſſeſſione.
4 Exceptionis appellatione cõtinetur actio habẽs in ſe incluſaꝫ exceptionem.
5 Impuberes maioꝛes ſeptẽnio pñt ꝯhere ſponſalia de futuro.
6 Sepulturã eligere ꝛ facere teſtamentũ poteſt minoꝛ. xxv. annis et maioꝛ. xiiij.
7 Fili⁹ a pře nimis ſeuere tractat⁹ põt imploꝛare officiũ iudicis.
8 Minoꝛ ſi renuntiauit beneficio eccleſiaſtico ꝛ illud ſit alij col- latum reſtitui non poteſt ſecus ſi alteri collatum non fuerit.
9 Sententia lata cõtra matrimonium vbi apparet eccleſiã fuiſſe deceptam poteſt declarari nulla.
10 Decimandi ius non poteſt a laicõ poſſideri.
11 Sponſalia ſi precedant ꝛ nõ interueniat copula ſed traductio ꝛ mutua cohabitatio an poterit agi poſſeſſoꝛio recuperande.
12 Sponſalia contracta per maioꝛem ſeptẽnio cum minoꝛe ſeptẽ- nio an teneant.
13 Sponſalia per patruũ vel extraneum facta preſente muliere et non contradicente an preſumatur conſentire.

a E parte. m. Petens reſtitutionẽ a cõiu- gis habet ꝓbãre cõiugium legitimũ ꝛ ex cõſenſu. h. d. ¶ Et in prima querela mu- lieris ꝑ tim deciſa. in ſecunda dat iudicem, ſecũda
1 ibi. quia igitur. ¶ φ inter impuberes non põt contrahi



Ayuntamiento de Madrid

matrimonium ⁊ precipue quando alter eſt infans. An aūt tūc inducantur ſponſalia de futuro quādo cōtrahit matrimoniū inter impuberes habiles ad ſponſalia olim erat dubiū: vt pʒ ex gl. j. hic. ⁊. j. de deſpō. impu. in. c. a nobis. ⁊. c. litteras. ſʒ hodie eſt deciſum ꝙ ſic. in. c. j. de deſpō. impu. li. vj. ℂ Jdō ꝙ factū patrui non habet preiudicare nepti circa matrimoniū. ⁊ ſic videtur ꝙ aliud ſit in patruo aliud in patre. ſʒ de hoc dic vt hodie not. in c. j. ad finē. de deſponſa. impub. lib. vj. ⁊ tangitur etiam in. c. j. j. de matrimo. contracto cōtra interdictū eccleſie. ℂ Jtem no. ꝙ vbi inter duos impuberes contractū eſt matrimoniū pōt perueniens ad etatem nubilem aliū nubere ſaltē petita licētia ab epō. de quo per gl. et Hoſt. de deſpon. impu. de illis. Et no. ꝙ petenda videtur licentia ab epō viri. nam mulier ſequitur forū
2 viri. de quo in. c. j. j. de ſponſa. ⁊ in. l. ſi. ff. ad muni. ℂ † Jtē not. ꝙ etiam minor. xxv. annis pōt in cauſa matrimoniali procuratorē conſtituere nec mirum: q: in qualibet ſpirituali pōt ſtare in iudicio per ſe. j. de iudi. c. ſi. in. vj. ⁊ ſic eadē ratiōe procuratorem cōſtituere. facit qd̄ habet in. l. ij. ff. qui petant tu. ℂ Jteʒ no. ꝙ interdum via agēdi hʒ in ſe incluſiuam exceptioneʒ propter verba illa adiecta vt quando quis petit prius reſtitui vel ante omnia reſtitui. facit qd̄ dictū fuit. ſ. eod. ex conqueſtione.
3 ℂ † Jtem no. ꝙ ille qui non eſt in poſſeſſione nō poteſt ſpoliari: ideo non debet reſtitui. facit. ſ. eo. olim. ℂ Jtē not. ꝙ p ſolā traductionē ad domum factā nō precedentibus ſpōſalibus vel cōſenſu legitimo nec ſubſecuto nō queritur poſſeſſio matrimonij. aduerte tamē q: litera videtur ſenſiſſe ꝙ vt agi poſſit poſſeſſorio in cauſa matrimoniali ſufficiat probare ius matrimonij vel poſſeſſionis dū dicit ſeu: ſed certe exponi debet ⁊ per conſequens nec poſſeſſionis per. c. ex tranſmiſſa. ſ. eo. ℂ Jtem no. ꝙ interdū aliquid bis probatur in eodē iudicio ad diuerſa. facit qd̄ habet. ſ. ec. ſolicite. ℂ Ultimo not. qd̄ dictū eſt in ſummario ⁊ facit qd̄ hʒ. ſ. e. ex trāſmiſſa. ℂ Jtē no. ꝙ † appellatiōe exceptionis continet actio habēs in ſe incluſam exceptionem.
5 ℂ † Jn glo. j. ibi ar. cōtra. Sol. vt no. in. c. acceſſit. ⁊ in. c. literas. j. de deſpō. impu. ⁊ eſt expreſſum hodie. in. c. j. de deſpō. impu. li. vj. q: ſtādū eſt huic ↄ̄rio ſi matrimoniū cōtrahat inter impuberes maiores ſeptēnio ⁊ ſic habiles ad ſpōſalia de futuro lʒ non ad matrimoniū. nā tunc tale matrimoniū inter eos contractuʒ licet non valeat vt matrimoniū valebit tamē vt ſpōſalia de futuro: vt eſt expreſſuʒ in. d. c. j. ℂ Jn gl. ij. ibi: ⁊ fructus. hoc eſſet clarum ſi mulier non cohabitaſſet cū viro: ſʒ quādo cohabitauit fuit alimentata tunc eſt dubiū an poſſint peti p tēpore. p quo fuit ⁊ alimentata quatenus excedūt alimenta. de quo dicēdum vt nota. per legiſtas et maxime Bart. in. l. ſi āū nuptias. ff. ſolu. matri. ℂ Jn glo. iij.[a] ibi in voto. ſupple religionis vel ſacri ordi. ſ. de tēp. or. in. c. vel nō eſt. Et adde qd̄ habet in cle. gñalem de eta. et quali. pōt etiā minor. xxv. annis et maior. xiiij. eli-
6 gere † ſepulturam et facere teſtm̄. l. qua etate. ff. de teſta. ⁊. j. de ſepul. in. c. de vxore. ℂ Jn gl. ibi. xv. q. iij. de crimine. alr̄ incipit ex certis. ℂ Jn ea. gl. ibi agit negotia alteri⁹. ſup. extra iudiciū, nā in iudicio minor. xxv. annis non pōt eſſe pcurator. l. minor. ff. de pcura. ⁊ in. c. qui generaliter. de pcura. li. vi. ℂ † Jn ea gl.
7 ibi. ij. q. vij. queritur. Sed forte poteſt intelligi ille tex. ꝙ ſi filius nimis ſeuere tractetur a patre qd̄ pōt ſup hoc implorare officiū iudicis. ⁊ iſtud etiam eſſet de iure ciui. nam ⁊ hoc etiam poteſt facere ſeruus conqueri de dn̄o ſi nimis rigide ab ipſo tractaret. inſtit. de his q ſunt ſui iuris. in. §. j. ⁊ ſicut nō probabit indiſtincte ille tex. ꝙ fili⁹ poſſit agere contra pr̄ [illegible] de iure canonico. p hoc q: non debemus in dubio inducere correctionē iuris ciuilis. ar. de elec. cū expediat. lib. vj. ⁊ pro hoc etiā q: ſm ius canonicum non reperitur immutatum ꝙ filius familias non querat pfectitia patri: ⁊ ꝙ non querat aduentitia quo ad vſumfructū. ⁊ in illis non pōt eſſe lis inter patreʒ ⁊ filiū in ptāte. l. lis nulla. ff. de iudi. cū pater habeat legitimā adminiſtrationem in predictis non filius. ſi autem eſſet emācipat⁹ bene poteſt ſibi acquirere aduentitia ⁊ etiā profectitia. et p illis experiri ſed vbi agit cōtra patrē debet agerere prius petita venia. vt not. in. d. c. ſignif. ⁊ in. l. ij. C. de in ius vocā. ⁊ hoc ſi maior eſſet. xxv. annis. Si eſſet minor non poſſet agere ſine autoritate curatoris. l. clarū. C. de auto. preſtan. Sed forte gl. voluit ꝙ hoc caſu ſm canones lʒ ſit minor. xxv. annis poſſit agere ſine curatore p illud. c. queritur. Sed forte de iure verius ꝙ hoc caſu non intelligatur. ſed prout ſ. dixi ne inducatur correctio ⁊ hoc credo de iure. lʒ doct. cōiter
8 tranſeunt cum glo. ℂ † Jn ea gl. ibi: iam ſit alij collatum. quaſi
b a contrario velit ꝙ ſi nō ſit alij collatū tunc reſtituat [illegible] [b] ⁊ hoc tenet Hoſti. ſi etiā id expediat eccleſie. ar. ſ. de elec. [illegible] nobis olim. ad fi. et in. c. cauſis. Accur in. l. ait pretor. ff. [illegible] no. tenuit ſimpliciter ꝙ non reſtituitur, ſed Uinc. [illegible] c. cum ex literis. ⁊. c. conſtitutis. de reſtitu. in integ. tem[illegible] indiſtincte ꝙ reſtituitur etiam ſi ſit alij collatum. ſʒ hic [illegible] mediam opi. quam

a ℂ Jn glo. iij. Super hac gl. ad dñ. d. Abb. in. ij. col. v. gl. tertia.

b ℂ Tūc reſtituatur. ſi ḡras vtrūʒ minor q renūtiat bñficio ſuo eccleſiaſtico poſſit p bñficiū reſtōnis in integrū aduerſus ipſam renūtiationem reſtitui: et bñficiū recuperare diſtingue: vt hic per do. Hē. bohyc. hic ver. ſup glo. ſic ptʒ.

ℂ Extra glo. de hac q̄one vide etiā hic do. Abb. in vi. col. v. ſed nūc generaliter. numero. xxij.

tenet iſta gl. Joan. de ligna. videtur tenere opi. Accur. quia ex quo priuatus eſt iſte beneficio non poteſt illud recuperare ſine noua collatione. ⁊ ſic ex illa dicetur poti⁹ habere quā ex vi reſtitutionis. ſed certe vt hic dicit do. Anto. etiam vbi primum ius eſt ſublatum pōt per reſtitutionem reponi in vtile ius primeuū. per id quod habetur in. l. j. ⁊. ij. C. ſi aduer. tranſac. communiter tenetur opi. gloſſ. pro qua etiam facit. c. quis. de reſcrip. in. vj. et quod notat. gl. vij. q. j. eos qui. Sʒ forte de iure poteſt teneri ꝙ reſtituatur etiam ſi alteri ſit collatum beneficiū ſi eccleſie magis expediat habere iſtum: q: reſtitutio ratiōe leſiōis etiā dari poteſt poſt ius alteri queſitū, vt probatur in. l. fin. C. de repudi. hered. ⁊ bene facit quod habet in. c. ſi beneficia. de preben. lib. vj. nec obſtat. §. ſecundo. allegat⁹ in glo. q: ibi ſpeciale propter magnam induſtriam que interuenit in caſu illo in vendendo ipſas res: vt ibi tangit gl. nec obſtat etiam allega. c. quāuis. quia ibi loquitur quādo ex gratia fit reſtitutio hic quando de iure ratione
9 leſionis. ℂ † Jn eadem glo. ibi ipſo iure. ſupple probata tamē deceptione. ⁊ ſic no. ex gl. qd̄ ſententia lata contra matrimoniū vbi appareat eccleſiā fuiſſe deceptam redditur nulla et pōt declarari nulla: ⁊ interim ante ꝙ hoc appareat cenſeatur aliqua facit qd̄ no. in gl. in. c. cuʒ venerabilis. j. de excep. ⁊ ſic non eſt neceſſe petere reſtitutionē in integrū: q: ſi appareat eccleſiā fuiſſe deceptam haberet iudicem pnuntiaſſe ſuper eo qd̄ non potuit. facit de tranſ. c. ij. ⁊. c. quanto. ideo redditur ſnīa nulla. facit qd̄ habet in. c. ſua. ſ. de offi. vica. Arch. tamē. xxxv. q. ix. in ſumma dicit ꝙ peti debet reſtitutio ſaltē qñ agitur de preiudicio ſecūdi matrimonij. ſed verior videtur gl. per rationem ſuperius dictam. ⁊ propter hoc dicimus qd̄ ſententia lata in cauſa matrimoniali non trāſit in rē iudicatā quo ad matrimoniū: ſʒ bene poteſt tranſire quo ad inſtātiam. vt in. c. ex literis. de reſtitu. in integ. ⁊ nota. Archi. ij. q. vj. in ſumma. ideo ſi quis vellet reponi intra inſtantiam vt ſic nō haberet neceſſe nouaʒ petitionē dare tunc deberet peti reſtitutio que non datur niſi ratione minoris etatis vel ex alia cauſa. vt patet in. d. c. ex literis. An aūt a ſententia que nō tranſit in rem iudicatā poſſit appellari poſt decē dies dic qd̄ non: imo quo ad effectū deuoluendi ad ſuperiorem appellari infra decē dies. vt eſt glo. nota. in. c. ad reprimendam. ſ. de offi. ordi. ℂ Jn gl. deſtituta. ibi nec laicus reſtitutionē decimarū. hoc verū niſi eſſent decime ab antiquo infeudate ante conciliū. vt patet in. c. cum apoſtolica. in fi. j. de his q̄ fi. a prela. Poſſet etiā ſʒ Jo. cal. petere ſe reſtitui ad poſſeſſionē fructuū
10 perceptorum etiā poſt conciliū percepiſſet: q: † licet non poſſit laicus hodie poſſidere ius decimarū poteſt tamē fructus poſſidere. vt habetur in. c. quis. cum ibi nota. j. de deci. ℂ Jn ea. gl. ibi q: poſſeſſio iuris preceſſit. ſupple pter matrimonialem cōſenſum inter habiles etate: licet forte matrimoniū fuerit nullū propter impedimētū. facit qd̄ habetur. ſ. eo. ex trāmiſſa. ℂ Jn ea. glo. ibi de preben. in. c. referente. Sed certe ibi ſm illa tēpora habebat qs titulum in vtraqꝫ eccleſia ⁊ ſimiliter poſſeſſionē. lʒ prima veniret priuandus propter adeptionē ſecunde. vnde mirū ſi ſpoliatus poteſt petere interim reſtitutionē. ℂ Jn eadē gl. ibi ſeruus petit reſtitutionē. ⁊ eſt ibi ſpeciale ex eo q: nō petit ad vtilitatem ſuā: ſʒ dn̄i abſentis q bene eſt capax poſſeſſionis. ℂ Jn ea. gloſ. ibi de iure poſſidere non pōt. Jntellige ciuiliter ſm Jo. an. ⁊ ſic intelligit. l. ſi eū. ff. de dona. inter virū. Sed bene poteſt poſſidere naturaliter. l. j. §. ſi vir. ff. de ac. poſ. ⁊ ideo ſi illa naturaliter ſpolietur pōt agere poſſeſſorio recuperāde: q: etiaʒ naturaliter tantū poſſidēti datur poſſeſſoriū recuperāde. l. j. §. deficitur. allega. in gloſſ. Sʒ certe vt dicit hic. do. Anto. videtur qd̄ mulier etiaʒ ciuiliter poſſit poſſidere p dictū. §. ſi vir. lʒ non irreuocabiliter: q: donatio non tʒ ⁊ pōt reuocari per virum. et ſic intelligatur. d. l. ſi eum. et ſm hoc intellige qd̄ de iure poſſidere non poteſt. ſ. quo ad habendum dominium: q: dominium non transfert in vxorem ſed remanet penes virum. l. ij. ff. de dona. inter virū. ℂ Jn eadem gl. ibi preſumitur matrimonium. hoc verum ſi interuenerit copula: q: tunc etiā ſi preceſſerint ſponſalia de futuro tranſeunt in matrimoniū. j. de deſpon. impu. c. is qui. ⁊ dicitur conſtare de copula quādo vterqꝫ hoc fatetur, idem ſi alter tm̄ ex quo ſimul cohabitauit: quia preſumet pro illo niſi probet oppoſitum p id quod habetur in. c. continebatur. j. de deſpō. impube. Si aūt nō interuenit copula: tunc ſi ſpōſalia fuerint cōtracta p verba de futuro nō tranſeūt in matrimonium: lʒ cohabitarent poſt adultaʒ etatē. Si aūt fuiſſent ſponſalia contracta per verba de preſenti inter impuberes: tūc ſi poſt pubertatem ſimul cohabitauerūt intelli[illegible] ratificata etiam ſi copula non interueniat. per id quod habetur. in. c. j. de
c deſpon. impub. lib. vj. ℂ Extra gl.[c] tangit Jnno. hic ⁊ multum
11 inſiſtit. † an ſi precedant ſponſalia ⁊ non interueniat copula: ſʒ traductio ⁊ mutua cohabitatio. An potent agi poſſeſſorio recuperāde. ⁊ recitat opi. finaliter inclinat qd̄ nō etiā ſi ſponſalia

ſponſalia

Ayuntamiento de Madrid

ſponſalia de preſenti qꝛ pōt ante carnis copulam ingredi reli‑
gionem.j.de conuer.coniuga.ex publico.Sz Jo.de lignano.tenet
contrarium.et melius ꝙ poterit peti reſtitutio quoad reliqua
preter ꝙ̄ ad copulā per.c.literas.ſ.eo.nec obſt.ꝙ poſſit ingredi
religionē ille contra quē agitur:qꝛ anteꝙ̄ ingrediat̄ non eſt extra
diſpoſitionē iuris:ideo poteſt agi contra eum vbi autē copula
interuenit tunc pōt peti plena reſtitutio tamen nō ſufficit do
cere de poſſeſſione niſi doceat̄ etiā ſponſalia preceſſiſſe ꝑ verba
de preſenti vel de futuro: et ratio eſt:qꝛ lꝫ alias tractauerint ſe
tanꝙ̄ vir ⁊ vxor:nō per hoc ſequit̄ qꝺ ibi ſit poſſeſſio matrimo‑
nialis non apparente de contractu ſponſaliorū: qꝛ poſſibile eſt
ꝙ erat re vera concubina:⁊ vocabat eum vxorē ad palliandum
fornicationē.⁊ ſic etiā preſumunt canones.xx.q.v.in.c.j.⁊ facit
qꝺ no.in.c.illud.j.de preſump.lꝫ ſꝫ leges ſit ſecus ff.de ri.nup.
in.l.in libere.ideo nō poteſt peti reſtitutio tūc: ſicūt nec poſſet
peti reſtitutio concubine.l.j.⁊.ij.ff.de condi.ob tur.cau.⁊ hec in
matrimonio carnali:ſꝫ in ſpirituali puta in beneficijs.an idem
ſit vt ſit neceſſe ꝓbare poſſeſſionē:⁊ etiā titulū.Jnn.hic inſiſtit.
⁊ finaliter cōcludit ꝙ nō eſt idē:quia in beneficijs ſufficit ꝙ ꝓ‑
betur poſſeſſio per actuꝫ qui ſolum conueniat ipſi beneficiato:
licet aliter non habet titulū beneficij.et ideo ſufficiat probare
canonico ꝙ elegit tanꝙ̄ canonicus vna cū alijs:⁊ quod fuerit
cōmunibus tractatibus.¶ Poſtea finaliter dicit quod idē ſi ꝓ‑
betur quaſi poſſeſſio per aliū actum ꝓmiſcuum.⁊ ſic cōuenien‑
tem alteri quā bñficiato: dūmodo illum actum fecerit intēdēs
querere quaſi poſſeſſionē beneficij ſcientibꝰ ⁊ patientibꝰ his de
quorum preiudicio agitur.⁊ iſtud dicit ſibi plus placere ꝙ̄ id ꝙ
not.ſ.eod.in literis.vbi tenuit ꝙ ita demum beneficiatus pōt
agere poſſeſſorio recuperande ſi adeptus fuit poſſeſſionem de
authoritate ſuperioris.Jo.an.in addi.Spe.ſuper rubrica huiꝰ
tituli tꝫ opi.Jnno.hic poſitam in beneficiato in congregatione
vt eſt canonicus.ſꝫ in alio beneficiato tenet opi.Jnn.in.c.in li‑
teris.Sed mihi placet indifferenter opi.quam hic ponit per id
qꝺ dixi in.d.c.in literis.⁊ in cle.cauſa.de cauſa poſ.et ꝓprieta.
¶ Ultimo tangit qd iuris ſi aliquis faciat aliquos actus ſcien‑
te et patiente muliere tanꝙ̄ maritus ⁊ intendens ꝗrere poſſeſ‑
ſioneꝫ maritalem an iſtud ſufficiat.⁊ finaliter videtur inclinare
qꝺ ſic quod tꝫ Hoſti.dūmodo de hoc conſtet.qꝛ contractꝰ ma‑
trimonij ſit per ſolum cōſenſum.j.de ſponſa.tue.⁊ hoc ſeqmitur
Hoſti.dicit tamē ꝙ talis poſſeſſio nō inducet poſſeſſoriū recu‑
perande cum nō preceſſerint ſponſalia in facie eccleſie.j.de clā.
deſpon.c.fin.Sed forte poſſet dici illud verum niſi prius fuiſſet
eis impoſita potentia per eccleſiā de clādeſtino contractu.nam
tunc videtur purgatum illud vitium ar.c.ferrum.l.di.¶ Jtem
12 aduerte qꝛ voluit hic do.Anto.† ꝙ ſi maior ſeptēnio cōtrahat
ſponſalia cū minore ſeptēnio:ꝙ teneāt ſponſalia quo ad illum
maiorem qꝺ non credo verū:qꝛ iſte eſt cōtractus qui perficitur
ex conſenſu ipſarū partiū.ideo ſi altera pars deficit in conſenſu
ꝓpter inhabilitatē etatis : videtur ꝙ nulla ſit obligatio.et pro
hoc facit tex.iſte nō cauillando.qꝛ non dicit ꝙ mulier fuerit mi
nor.vij.annis:ſed ſolum ipſe puer.facit qꝺ habetur in.l.ſi.ff.de
accep.⁊.j.de ſpōſa.dilectus.dixit etiam hic.d.Anto.ꝙ ſi maio
res ſeptennio cōtrahant ſponſalia de futuro ſi alter eorū citius
peruenit ad pubertatem : ꝙ debebit expectare reliquū.ſed cō‑
trarium hic voluit Jnno.⁊ glo.⁊ etiā Hoſtiē.in.c.de illis.el.j.ſ.
de ſponſa.⁊ illud videt̄ verius:qꝛ non eſt diſcedendum a glo.in
dubio.potes cōcordare opi.ꝙ debebit expectare aliū tamē po
terit cōtradicere ſi nō ratificauit poſt pubertatē expreſſe vel ta
13 cite:vt videtur colligi ex gloſ.iij.⁊ in.d.c.de illis.Tāgit etiā † ſi
patruus vel extraneus contrahit ſponſalia preſente muliere et
non contradicēte an preſumatur conſentire ⁊ concludit ꝙ nō.
niſi aliud interueniat ꝑ qꝺ appareat de tacito conſenſu.ſecꝰ qñ
pater contrahit preſente filia ⁊ nō cōtradicente:qꝛ tunc ꝓreſu‑
mitur conſentire.⁊ intelligat̄ ſic opi.Jnno.hic.Sꝫ vbi vltrà ta‑
citurnitatem alia ſigna inducentia tacitum conſenſum interue
niunt non erit differentia inter patrē ⁊ extraneū.⁊ ſic intelligat̄
opi.Hoſti.et qꝺ nota.gl.in.c.j.ad ſi.de deſpon.impu.li.vj.et ibi
etiam per Archi.⁊ Jo.and.in nouella.

1 ☞ Procuratorem cōſtituere pōt epiſcopus in cauſa eccleſie.
2 Petitoriū ⁊ poſſeſſoriū pōt ſimul etiā ab vtraqꝫ ꝑte intentari.
3 Cauſa ſi alicui cōmittat̄ vt ipſam audiat non poteſt eā ꝑ ſnīam terminare niſi illud adijciatur.
4 Libellus incertus ſuper acceſſorijs admittitur.
5 Libellus in poſſeſſorio recuperande procedit ſi quis petit rem ſibi reſtitui.
6 Libellus ſi egeat aliquali ſuppletione an admittatur.
7 Litis cōteſtatio inducit̄ ꝑ reſpōſionē ad narrata tm̄ lꝫ nō fiat ad petita ⁊ negatio etiā facta ꝑ verbū nō credo inducit lit.ꝯteſ.
8 Acta prioris iudicij recenſenda ſunt in cauſa appellationis.
9 Probationum multe ſunt ſpecies.
10 Interdictum vnde vi habet ſolū locū contra ſpoliātē vel cōtra ſpoliari mandantem.
11 Uiolentia an poſſit probari per inſtrumenta.
12 Dictio poſſeſſio quandoqꝫ denotat proprietatem.
13 Dictio pertinentie eſt nomen collectiuum.
14 Pertinentiarum eccleſie nomine quid cōtineatur:⁊ an ⁊ quando actor habeat declarare de pertinentijs.
15 Semel poſſidens preſumitur poſſidere donec expellatur.
16 Poſſeſſor preſumat̄ dominus:⁊ qui detinet ꝓſumat̄ poſſidere.
17 Dominus preſumatur poſſeſſor.
18 Exceptiones cōtra poſſeſſoriū recuperande q ipſum poſſeſſoriū habent enervare poſſunt opponi:ſecus ſi cōcernant petitorium.
19 Dominus non habet immediate ex facto familie ſed mediate.
20 Preſumptio an debeat pro ſententia.
21 Pertinentiarum noīe an cōtinent̄ omnes poſſeſſiones eccleſie.
22 Libellus quo quis petit oīa bona que hꝫ titius an procedat.

a **Cum ad ſedem.** Interdictum [a] vnde
vi non cōpetit con‑
tra illum qui nō ſpoliauit nec ſpoliari mandauit nec
ſpoliationem ratam habuit.h.d.Et ſunt due ꝑtes
principales,in prima ꝓceſſus: narratio:in ſcda diffinitio.ſcda
ibi:nos prioris.prima ſubdiuiditur:qꝛ primo ponit cauſe cō‑
miſſionē,ſecundo proceſſum habitum coram delegato ⁊ ipſius
diffinitionē.tertio proceſſum habitū corā papa ⁊ appellatiōis
1 remediū.ſecūda ibi:corā,tertia ibi:nuper.¶ † Not.j.ex tex.iſto
ꝙ epꝭ poteſt cōſtituere ꝓcuratorē in cā eccleſie ⁊ ſimiliter reli‑
2 gioſi.de quo in.c.pe.⁊.ſi.ſ.de iura.calū.¶ † No.ij.ꝙ petitoriū
et poſſeſſoriū pōt ſimul etiā ab vtraqꝫ ꝑte intētari.de quo.j.de
cauſa poſ.paſtoralis.⁊.c.cum eccleſia.in glo.ij.⁊.c.ſuper in glo.iij.
3 ¶ † Item not.ꝙ licet alicui cōmittat̄ vt cām audiat niſi adij‑
ciatur qꝺ iuſticiam faciat vel ꝙ cauſam ipſaꝫ ſine debito deci‑
dat.non videtur poſſe per ſnīam cauſam ipſam terminare.de quo in
cle.auditor.de reſcrip.⁊ in.l.a diuo pio.in prin.⁊ ibi ꝑ Bart.de
re iudi.ff.¶ Jtē no.ꝙ per mandatū vt ſm̄ debitū iuris ⁊ iuſti‑
tie cā terminet̄ nō datur noua forma mandato quin teneat ſnīa
lata cōtra ius nō expreſſo errore.⁊ ſic facit ꝓ dicto Jnn.c.pru‑
4 dentiam.de offi.dele.¶ † Jtē no.ꝙ ꝓcedit libellꝰ ſi peto eccle‑
ſiam vel hoſpitale cū pertinētijs.⁊ ſic no.qꝺ admittitur libellus
incertꝰ ſuper acceſſorijs.de quo hic ꝑ Jnn.et.j.de excep.prela.
in.c.tāta.et.j.de ſepul.certificari.⁊ ꝑ Jo.an.ſ.de libel.obla.c.ij.
5 ¶ † Jtē no.ꝙ ꝓcedit libellus in poſſeſſorio recuperāde ſi quis
petit rem ſibi reſtitui.melius tñ eſſet petere poſſeſſionē tibi re‑
ſtitui.de quo in Spe.e.ti.§.j.v.⁊ nota.¶ Et ex predictis no.ꝙ
iſta cōcluſio peto rē reſtitui poteſt adaptari nedū ad petitoriū
ſeu rei vendicationē.l.qui reſtituere.ff.de rei.vendi.Sꝫ etiā ad
6 poſſeſſoriū.¶ † Jtē not.ꝙ ꝓcedere videt̄ libellus etiā ſi egeat
aliquali ſuppletione.dūmodo id colligi poſſit ex mente libellā‑
tis:ſicut pꝫ hic.naꝫ in libello iſtorū hoſpitalariorū nil exprimit̄
de ſpoliatione epiſcopi ſꝫ videt̄ tacite ſubintelligi.eipſo ꝙ pe‑
tebant epiſcopū reſtituere ea q olim poſſederant que epiſcopꝰ
poſſidebat.nā tacite videt̄ ſubaudiri ⁊ qbus eos ſpoliauerat.
¶ Jtem not.ꝙ petens ſibi reſtitui aſſerens illam ad ſe de iure
ſpectare ⁊ illam diutius poſſediſſe videtur petitoriū et poſſeſſo
rium intentare,de quo etiā ꝑ Jnno.ſ.de cau.poſſ.cum eccleſia.
7 ¶ † Jtem no.ꝙ ꝑ reſponſionē ad narrata tm̄:lꝫ nō ſiat ad pe‑
tita ſit litis cōteſtatio.de quo in.c.j.ſ.de lit.cōteſta.¶ Et no.ꝙ
etiā negatio facta per verbū nō credo inducit cōteſtationē.fa‑
cit qꝺ not.j.de iureiur.ex literis.¶ Jtē no.ꝙ anteꝙ̄ iudex ꝓfe
rat ſnīam debet cauſaꝫ diligenter examinare.facit.xxx.q.v.iu‑
8 dicantem.¶ † Jtem no.ꝙ in cauſa appellationis ſunt recēſen‑
da oīa acta iudicij prioris ſcꝫ cauſe principalis.naꝫ per illa de‑
bet diffiniri cauſa appellatiōis niſi aliud nouū ꝓponat̄.¶ Jtē
9 not.multas † fore ſpecies probationū.ſ.per teſtes confeſſionē
10 inſtrumenta.⁊ facti euidētiā ſeu notorietatē.¶ Jtē not.ꝙ † in‑
terdictum vnde vi hꝫ locū ſolum cōtra ſpoliantem vel ſpoliari
mandanteꝫ vel ratam habentem ſpoliationē intellige ſuo no‑
mine factā.j.de ſen.excō.cū quis.lib.vj.facit.l.cum a te.ff.de vi
⁊ vi ar.¶ Jtem not.qꝺ ꝑ ſnīa lata in cauſa principali licet pri‑
ma facie preſumatur : tamē tali preſumptiōi nō ſtatur in cauſa
appellationis ſi ex actis non iuſtificat̄,de quo in.c.in preſentia.
11 ſ.de renun.⁊.j.de proba.qm̄ cōtra.¶ Ultimo no.arg.ꝙ † vio‑
lentia poſſit ꝓbari ꝑ inſtrumēta.de quo ⁊ generaliter an crimē
poſſit probari ꝑ inſtrumentū.not.per Jo.an.j.de reg.iur.ſemel
malus.li.vj.⁊ in.c.fin.de iureiur.lib.vj.⁊ ꝑ Cy.in.l.ſcientia.C.de
ꝓbat.[ ADDJ ¶ Jtē no.ſm̄ vnū intellectū ꝙ eiecto qui nō
poſſidebat nō cōpetit poſſeſſoriū.facit.ſ.eo.olim.¶ Jtem no.
ſm̄ aliuim intellectum ꝙ vbi intentio in ſuo genere eſt apta ſed
actio eſt inepta:valet ſnīa lata ſuper inepta actiōe lꝫ ſit iniuſta
ſm̄ do.Anto.ſed certe hic nedū intentio:ſed actio fuit apta:ſꝫ
non fuerunt ꝓbata re ad actionē.iō tenuit ſnīa lata pro

a ¶ Interdictum.idē ſummat.D. Abba.nihil addito nec remoto.



Ayuntamiento de Madrid

fratribus licet fuerit iniuſta. ❡ Item no. ꝙ a ſnīa lata in poſſeſſorio poteſt appellari. ❡ Item no. ꝙ pro ſnīa preſumit qñ nō apparent acta ſed vbi apparent non preſumit pro ea niſi quatenus iuſtificatur ſm do. Ant. ſ; certe ſi appellatū fuerit ⁊ acta non appareant non preſumet pro ea ſi fuit lata contra reum. et imputet ſibi actor q illa non produxit. facit qd dixi in c. in preſen
12 tia. de renun. ❡ † Item no. ꝙ verbum poſſeſſio interdū notat proprietatē vnde dicimus habēdo talem poſſeſſionē. i. tale podere ⁊ ſic facit ꝙ ſi teſtator legauerit poſſeſſionē ſuas nō videat ſolum cōmodum poſſidendi ſed etiā ꝓprietatē legaſſe. facit qd habetur in l. filij. §. fi. ff. C. de fi. inſtru. l. fi. ⁊ C. de ſhep. emp. l. cum res. ⁊ de do. inter virū. l. ſi quid. v. et. ff. de vb. ſign. l. interdum. ſic econtra dñium ꝓ poſſeſſione. C. de rei ven. l. quoties. [I O.] ❡ No. etiā ſ; Abbatē in cauſa appellatiōis iritari proceſſum ꝓpter ineptā petitionē. ❡ † In glo. ibi in iudi-
13 cijs vniuerſalibus. No. bene glo. que vult ꝙ qñ petitur eccleſia cū ꝑtinentijs dr eſſe petitio vniuerſalis reſpectu pertinētiarū. ⁊ hoc etiā voluit hic Inn. et ꝓ hoc q: iſtud nomē ꝑtinentie eſt nomen collectiuum cōtinēs ſub ſe multa que ſunt deputata ꝑ pertinentijs a iure ſtatuto vel ex cōſuetudine. vt hic tāgit Inn. eſt dos decime primitie oblationes ⁊ iura parochialia ⁊ ſilia. et ideo admittitur petitio vniuerſalis non facta ſpecificatione. ⁊ ꝓ hoc videtur ꝙ etiā ſi principaliter petatꝰ pertinentie: vel etiā ſi petatur eccleſia ⁊ pertinētie quo caſu etiā principaliter videnꝰ peti pertinentie. q: dictio ⁊ cōiungit principaliter: ſed dictio cū acceſſorie. l. ſi cui cū ibi nota. ff. de fun. inſtru. vr ꝙ procedat dicta petitio nō facta ſpecificatiōe ſicut in alijs vniuerſalibꝰ iudicijs. iuxta nota. in c. ij. de libel. obla. ſ; Inno. hic aliter ſentiat. ⁊ etiā Jo. de ligna. et do. Anto. ſed verꝰ vr qd dixi. poſſet etiam dari alia ſolutio ad ſ;rium gl. ꝙ petitio incerta nō admittitur principalr petitis: ſed ſup rebꝰ acceſſorie petitis: ſic vnde procedit iſta petitio peto reſtitui rē cū fructibꝰ. vt notat Inno. ſ. de
14 exceſ. prela. tanta. ❡ Item aduerte q: dixit hic Inno. ꝙ † noīe pertinentiarū eccleſie cōtinenꝰ ea que a iure ſtatuto vel cōſuetudine ſunt deputata non que ſpeciali iure ſunt queſita qd vltimum pōt dupliciter intelligi. primo vt intelligat de his que ex priuilegio eſſent queſita vt illa nō cōprehēdanꝰ. ⁊ ſic etiā intellexit hic do. Anto. ſcdo vt intelligat ꝙ non veniant. ſ. que ſpāli iure ſunt queſita. ſ. ex poſt facto: ſed ſolū illa que ab ipſo principio tpe fundationis ſunt deputata: ſed in vtroq; tene ſ;riū vt voluit Hoſti. q: verbū pertinentie eſt verbū latu;: vt in l. verbū pertinere. ff. de v. ſig. et ꝓ hoc q: ſi venit illud qd ex ſpeciali iure cōſuetudinis acquiritur eadem ratione etiā debet venire qd ex priuilegio acquiritur. ⁊ hic ſumpta occaſione tangit hic domi. Ant. An ſub petitione iuris debiti cōprehendat ius debitum de iure ſpeciali. et ponit certos caſus in quibus cōprehēditur. Extra illos dicit ꝙ nō cōprehenditur: ſed certe contrariū videꝰ verius: q: ſi petiꝰ ius parochiale vel aliud ius. iſtud eſt ius vniuerſale aptum cōprehendere etiam ius ſpeciale deputatum ꝑ iure parochiali. ⁊ ideo late debet intelligi per. l. ſi q̄s intētione. ff. de iudi. Fateor tamē ꝙ ſi nō ꝓbetur aliquid de iure ſpāli ſolum ſit executio in his q̄ de iure cōi deputanꝰ. facit qd habetur in c. cōquerente. ſ. de offi. ord. ⁊ hoc modo poſſet ſaluari dictū Inno. ⁊ do. Anto. ❡ In ea. gl. ibi in pceſſu intellige. i. in executione. nā ante ſnīam non h; neceſſe ſi nō vult declarare. et ſufficit ꝙ declaret tpe executionis: nec erit neceſſe ſuper hoc libellū offerri: q: in executione non offertur libellus. de quo in c. ij. ſ. de libel. obla. ꝑ Inn. Et no. bñ iſtā glo. ad quā ſepe fit remiſſio. cui magis ſit fauendū in iudicijs an actori vel reo. ❡ In gl. iij. ibi no. niſi ꝓbet ⁊c. quaſi velit qd q ſemel poſſedit nō preſumat poſſediſſe a tpe violentie illate niſi hoc probeꝰ. ⁊ iō nō ꝓbabiꝰ
15 ſpoliatio. ❡ † S; ſ;rium cōmuniter teneꝰ: q: qui ſemel poſſedit preſumiꝰ poſſidere donec expellat vel animo deſinat poſſidere. l. iij. §. in admittēda. ff. de acq. poſ. ⁊ facit qd habeꝰ. ſ. eo. olim. el. ij. ⁊ ideo ſi apparet defunctū aliquo tempore poſſediſſe. preſumeꝰ poſſediſſe etiam tpe mortis niſi aliud probeꝰ. vt hic tenuit do. Anto. poſt dominos de Rota in ſuis deciſio. ⁊ de materia ꝑ legiſtas in l. fine. C. de pba. et per Bart. in l. celſus. ff. de
16 vſuca. ❡ † An aūt ille qui eſt poſſeſſor preſumat dñs. ꝓſequiꝰ hic do. Anto. ponēdo verba Bar. q̄ ponit in l. quidā in ſuo. ff. de condi. inſti. vbi diſtinguit an dñium deducatur principaliter in iudiciū an vero incidenter. na; facilius preſumiꝰ qñ deducit incidenter. ❡ An autem ille qui detinet preſumatur poſſidere. Inno. dixit ꝙ ſic in c. cū olim. ſ. de priui. ⁊ facit qd no. glo. vij. q. ſ. pontifices. ⁊ in l. ſtipulatio iſta. §. hi quoq;. ff. de ver. obl. quod eſt verū niſi ex circūſtantijs aliud appareret. vt q: detinēs eſſet perſona q̄ nō poſſet poſſidere vt q: eſſet ſeruus vel monachꝰ, vel etiam detineret tanq̄ cōmodatariꝰ. fac it. l. rei commodate.
17 ff. cōmo. et. d. §. hi quoq;. ❡ Tangit etiā do. Anto. an † dñs preſumaꝰ poſſeſſor. ⁊ cōcludit ꝙ nō circunſtantijs aliud

❡ Poſſediſſe. ſi queras an qs preſumat in preſenti poſſideꝰ ex eo ꝙ ſemel poſſedit. vide hic diſt. Henri. bohych. l. princip. c.

appareat: vt ſnīa probādo acquiſitionē dominij probetur etiā de poſſeſſione de quibus hic plenius ipſe proſequit. ❡ In glo. ibi: poſſeſſorio tm. Sed certe ſm Hoſti. etiam agebat petitorio: ꝙ p; ex litera. ideo non procedit ſm eum. ❡ In ea. gl.
18 in fi. et vult glo. ꝙ † ſ; poſſeſſoriū recuperāde bene poſſunt opponi exceptiones q̄ habēt eneruare ipſum poſſeſſoriū. ſecus ſi cōcernant petitorium. per id qd habeꝰ in c. in literis. ⁊ c. ite; cū quis. ſ. eo. poſſent etiā opponi ꝯ poſſeſſoriū exceptio inhabilitatis perſonā. vt no. in c. ex inſinuatione. ſ. de pcura. vñ etiam cōtra agente poſſeſſorio recuperāde pōt obijci exceptio excōmunicationis. vt ibi no. ⁊ facit. xxiij. diſt. in c. j. poteſt etiā obijci exceptio ſi ſit de illis que notanꝰ. iij. q. j. in ſumma. de quibꝰ hic proſequiꝰ do. Anto. ❡ In gl. teſtium. in fi. et patet exemplum de preſum. c. ij. ❡ In gloſ. pe. ibi: qui rem ſcienter a delectore recipit. Sed certe tunc nō cōpetit interdictū vnde vi, ſed condictioe ex decre. ſepe. vt ibi not. ❡ In ea. glo. ibi: ſed condictiōe ex illo canone. et ſic vult glo. qd ex c. reintegranda oriatur nouum remedium ad recuperandū poſſeſſionē. ⁊ iſtud etiā tenuit Inn. in c. querelam. de electio. l; hic aliter dixerit. ſ. ꝙ nō introducit nouum remedium: ſed dicit agendum antiquis remedijs in ſuis caſibus. S; precedēs opi. cōmuniter tenetur: q: poſſibile eſt qd aliquis perdiderit poſſeſſionē ⁊ nō cōpeteret actio de dolo nec quia cauſa nec interdictum vnde vi nec forte etiā remedium ſepe. ſ. e. vt q: ignoranter ſuccederet in vitiū. ideo equū fuit ſubueniri ꝑ illud. c. ❡ Dicit tamē hic Jo. cal. ꝙ illud. c. locū habet ſolū in rebꝰ eccleſiaſticis et in rebꝰ ꝓprijs clericorū. Secꝰ in rebus laicorū. Sed. d. Ant. dicit idem in rebꝰ laicorū vt etiā tūc habeat locū illud. c. q: etiā vr eadē ratio. ſ. vt puideaꝰ periculo animarū cōtra detinente; res alienas. ❡ Sed forte verior eſt opi. Jo. cal. q: verba illius canonis non loquuntur de laicis ergo ꝑ eis non cōpetet illud remediū. arg. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. ma. ⁊ l. non conſtitutū. ff. de teſta. mili. ⁊ ꝑ hoc etiā q: non eſt oīno eadē rō q: fauorabilior eſt pſona clerici quā laici: vnde in multis priuilegianꝰ clerici vltra laicos. vt not. Jo. an. in c. j. de cle. cōiu. in vj. ⁊ facit. ſ. de fo. cōpe. ſi diligēti. ⁊ c. cū ſit generale. imo plus vr poſſe dubitari an ſolū locu; habeat in epiſcopis: q: de eis ſolū loquiꝰ. ⁊ maior eſt iniuria que fit talibꝰ quam alijs clericis ſimplicibꝰ. ⁊ ideo forte de iure poſſet dici ꝙ nō cōprehenderet alios clericos: ſ; cōiter tenetur ſ;riū. ⁊ ideo illud ſeruaretur per. l. minime. ff. de legi. ❡ Itē aduerte q: ꝑ laicis videꝰ cōpetere cōdictio ex. l. ſi coloni. C. de agric. ⁊ cēſi. lib. xj. q̄ vr eſſe ſimilis illi cōdictiōi ex canone reintegranda ſm Jo. cal. hic. ❡ In ea. glo. ibi vacuam poſſeſſionē inuenit. ⁊ ſic vult gloſ.
19 ꝙ † dñs immediate nō habet ex facto familie licet mediate ſic: q: expulit aliū l; ipſa familia nō intrauerit poſſeſſionē. ⁊ iō nō teneꝰ dñs hoc caſu interdicto vnde vi directo nec vtili. ⁊ ſic etiā voluit hic Inno. Secus ſi immediate ex facto familie cōmittētis violentiam perueniret res ad dominum. nam tūc dñs teneꝰ vtili interdicto. l. j. §. ſi filius. cum ibi nota. ⁊ §. familie. ff. de vi et vi ar. et iſte eſt ſingularis intellectus limitans dicta iura quem ſequitur ibi Bar. ⁊ ſequitur etiam hic do. Anto. S; meo iudicio non eſt ſine dubitatione. q: illa iura volunt ſimplr ꝙ ſi ex facto familie peruenit ad dñ;: dñs teneat vtili. ⁊ ſic vr indiſtincte loqui, ⁊ q: etiā ſi iſte intellectus eſſet verus de facili daret materia fraudibꝰ. et poſſet ordinari ꝙ poſſeſſio nō occuparetur per familiā cōtra pecre. quāto. ſ. de diuor. ❡ Alius fuit intellectus ꝙ hic videbatur eſſe probatū de violētia. vt hic dicitur in; verſ. nuper. ſed in veritate nō erat ⁊ ideo ſuccubuit pcurator hoſpitalariorū. ❡ Tertius eſt intellectꝰ ꝙ hic cōtētatū fuit directū interdictū cū tamē cōpeteret ſolū vtile qñ ex facto familie cōmittētis violētiā res peruenit ad dñm ſi dñs nō mādauit nec ratū habuit. vt no. in. d. §. ſi filius. ⁊ ideo hic ſuccubuerūt hoſpitalarij. ⁊ per hoc limitat qd not. Barto. in l. §§. §. iulianus. ff. de aqua plu. arcen. vbi cōcludit ꝙ ſi actū eſt directa actiōe et reperiatur vtilē cōpetere tpe ſentētie ꝙ pōt ferri ſnīa: q: illud verū qñ a principio cōpetebat directa tpe iudicij inchoati. ſecus ſi a principio nō cōpetebat directa: q: tūc imputet ſibi q illā elegit vt hic eſt caſus ſm iſtū intellectū. dixit etiā hic Hoſtie. ꝙ in dubio intēdādo interdictū vr intētari directu; ar. l. prime. §. j. ff. ſi ager vecti. peta. S; cōtra eum videꝰ tex. in l. ſi mꝰ. §. eandem. ff. de excep. rei iudi. ſ; ipſe rñdet vt ibi tāgit glo. ſed certe ipſa reſpōſio violat illū tex. vt ibi tangit Bar. ideo iſtud dictū non vr verū per nota. per Bar. in. d. §. eandem. ❡ In ea. gl. ibi: familie ſue. ſup. que ſit libera na; de ſerua. ſ. ſubijcitur. ❡ In ea. glo. ibi qd ſm canones ⁊c. S; certe etiā ſm canones quo ad hoc vt agi poſſit cōtra ratū habētē vel vt ex actu celebrato ipſe agere poſſit eſt neceſſe ꝙ nomine ratū habentis actus ſit geſtus vt in regula ratum. de reg. iur. in vj. ⁊ de ſen. excōi. cum quis. eo. lib. l; quo ad validandum actum vel ad alias preiudicandum ipſi ratificanti bene poteſt ratum haberi nō ſuo nomine geſtum: vt in iuribus

Ayuntamiento de Madrid

iuribus allega.in glo.ꝛ.l.mater.C.de rei vend.❡ In ea.gl.ibi
aliud ſm canones.hec cōiter tenetur per iſtum tex.ꝛ le.vnica
de ſequeſtra.x. vſ.ſꝫ Archi.in.§.ſunt quorū.in v̄.de poſſeſſione.
dicat ꝙ etiā ſm canones non appelletur a ſnīa lata in poſſeſſo
rio.ꝛ rn̄det ad iſtum tex.ꝙ hic pronuntiatum fuit etiā ſuper pe
titorio:ſed certe vt dīt hic Cal.ſi pōderet litera ſnīa h lata ſo
lum reſpicit interdictū et eſt rō diuerſitatis inter canones ꝛ le
ges:qꝛ ſm canones a quolibet grauamine appellatur.ſecus ſꝫ
leges.l.ante ſnīe.C.quorū appel.nō reci.ꝛ ſic ſeqn̄s ſolutio gl.
in ver.dic non eſt bona.❡ In ea.gl.ibi in legatario ſup.cōuen
to interdicto quorū legatorū.de quo in.c.paſtoralis.in glo.ma
gna.de cau.poſ.❡ In ea.gl.ibi de creditore forte cōueto vt re
ſtituat poſſeſſionem creditori pretēdenti debitum ſolutum:vel
pone in iuſſo immitti ex primo decreto.❡ In ea.gl.ibi ſcripto
herede.ſup.agente interdicto quorū.de quo in prealleg.c.paſto
ralis.❡ In ea.gloſ.ibi preiudicium ꝓprietati.hoc eſt falſum ſi
agitur interdicto vnde vi:ſed ſi ageretur cōdictione.ex.l.ſi quis
in tantam.per quā res debet reſtitui:ꝛ etiam violētus perderet
ius quod habet in re:tunc bene fieret preiudicium ꝓprietati.
20 ❡† In glo.fin.in ſi.iſta iura faciunt ꝙ ꝓ ſnīa debeat preſumi.
ſed tex.hic vr̄ facere in cōtrariū:qꝛ nō ſtat tali preſumptioni.ſꝫ
potes dicere ſm Vincē.ꝙ ſtandū ſit ſentētie niſi ex actis appa
reat ꝯtrium.et ita intelligatur iſte text.ꝛ hoc intellige qn̄ obijcit
de nullitate vt qꝛ forte dicitur litem nō fuiſſe cōteſtatā ꝛ exhi
bita ſunt oīa acta iudicij in quib⁹ nō appareat de conteſtatiōe.
nam ꝓbatur talis negatiua ex inſpectiōe actorū.facit qd̄ habet
in.l.ij.C.de erro.aduo.ꝛ.ſ.de lit.cōteſt.c.j.Si aūt allegaret iniu
ſtitia cōtra ſnīam:qꝛ diceretur illā eſſe iniuſtā ꝛ iniquam:tunc ſi
trāſiuiſſet tp̄s datum ad appellandū ꝛ ſic trāſiuiſſet ſnīa in rē iu
dicatā non poſſet talis iniquitas vel iniuſtitia allegari etiam ſi
quis vellet ꝓducere acta.facit quod not.Inn.ſ.de proba.qm̄ ꝯtra
falſaꝫ.ſec⁹ ſi eſſet appellatū vel eſſet petita reſtitutio in integrū
cōtra ſnīam.nā tūc per acta poſſet doceri de iniuſticia:ꝛ ſic pōt
intelligi hic.ꝛ de hac materia an ꝓ ſnīa preſumatur not.in.c.in
preſentia.ſ.de renun.ꝛ in.c.qm̄ cōtra falſam.de ꝓba.et ibi etiaꝫ
21 per Io.cal.❡ Extra gl.aduerte.qꝛ dixit hic Inn.† ꝙ ſub noīe
pertinentiaruꝫ non cōtinent poſſeſſiones oēs eccleſie ſꝫ ſolum
poſſeſſiones aſſignate pro dote.ſed.d.Anto.dicit hoc verū qn̄
petit eccleſia cuꝫ ꝑtinētijs ꝛ poſſeſſionib⁹.facit.l.cū ex filio.§.j.
cum ibi nota.ff.de vul.et pup.nā ꝓpter expreſſionē ipſarū poſ
ſeſſionum detrahitur ſignificatio verbi pertinētiarū.Sec⁹ qn̄
ſimpliciter ſit mētio de ꝑtinētijs:qꝛ tūc etiā alie poſſeſſiōes cō
tinent.ar.l.verbū ꝑtinere.ff.de ver.ſig.❡ Vltimo adde qꝛ Inn.
22 hic dixit † ꝙ ſi quis petit oīa bona q̄ hꝫ titius ꝙ tunc nō ꝓce
dit libellus niſi res ſpecificent libello oblato.Sꝫ ipſe idē in.c.
certificari.ſ.de ſepul.dicit hoc verum ſi agat actiōe reali ſiu rei
vēdicatiōe q̄ nō datur niſi ad corporalia.l.vēdicatio.ff.de rei vē
dica.Secus ſi agatur actione pſonali.lꝫ ſit actio ſingularis do.
Anto.hic dicit ꝙ talis petitio cēſetur gn̄alis ꝓpter ſignū vni
uerſale.ꝛ ideo nō erit neceſſe res ſpecificari in libello:debebūt
tamen ſpecificari in ꝓceſſu iudicij ante ſnīam ſicut in alijs iudi
cijs generalib⁹.iuxta nota.in.d.c.ſ.lꝫ in vniuerſalibus ſufficiat
declarare poſt ſnīam tp̄e executionis:vt ibi etiā no.Sꝫ certe ve
rius vr̄ id qd̄ ponit hic Inn.nam hec petitio nō eſt vniuerſalis:
qꝛ in ea nō apparet aliqd̄ nomē colectiuū ſignificans vniuerſi
tatem facti vel iuris prout eſt nomen populus grex peculiuꝫ et
hereditas:ꝛ ideo non poteſt dici petitio vniuerſalis.nam ſignū
vniuerſale ſi nō apponit nomē collectiuum nō facit petitionē
vniuerſalē:nec vr̄ etiā ꝙ ſit gn̄alis:qꝛ ꝓ qualibet re vr̄ cōpetere
rei vēdicatio:ꝛ ſic nō eſt vnica actio comprehēdēs ſub ſe plura:
ꝑut cōtingit in actiōe generali vt qn̄ agit actione pro ſocio vel
negotiorū geſtorū:forte tn̄ poſſet dici qd̄ ſi ageretur vna actiōe
perſonali puta actione ex ſtipulatiōe vt qꝛ diceret ꝙ connētus
ſibi oīa illa bona ꝑ ſtipulationē ꝓmiſit tunc qꝛ illa eſſet vnica
actio cōprehēdēs ſub ſe plura.iuxta id qd̄ habet in.l.ſcire debe
mus.ff.de ver.obl.ex quo res in promiſſione nō fuerunt ſpeci
ficate.nā alias cēſerentur tot eſſe ſtipulationes quot res:vt ibi
patet.tunc poſſet procedere dictum domi.Anto.et hoc etiam
poſſet ſaluari dictum Inno.in.d.c.certificari.
1 ☞ Inopie exceptio impedit executionem.
2 Spoliatus an teneatur ſe defendere et quando.
a **Olim vobis dediſſe.** Violēt⁹[a] qui nō eſt
ſoluendo ad reſtitutionē fructuū non dꝫ vrgeri.h.d.
❡ Et primo ponit querelā.ſecūdo prouidet.ſecūda
ibi verum.❡ No.primo ꝙ reſtitui dꝫ res cum fructibus perce
ptis.de quo in.c.grauis.ſ.e.tit.❡ Itē no.illud vulgatū ꝙ ina
nis eſt actio ꝛc.vt patet in litera.❡ Itē no.ꝙ ꝓpter impotētiā
differatur executio ſic etiā ꝓpter impotētiā ſi quis nō pōt caue
re interdū expectatur.l.ij.§.vltimo.ff.de colla.bo.❡ Et not.ꝙ
differtur reſtitutio fructuū:qꝛ forte erāt cōſumpti:ſꝫ immobi
lia ſtatiꝫ reſtituuntur:qꝛ illa poſſunt ſtatim reſtitui.facit qd̄ ha
bet in.l.j.§.j.cū aūt.ꝛ.§.exactio.C.de rei vxo.ac.❡ Itē no.ꝙ ꝓ
debito perſonali prelati videt poſſe fieri ſatiſfactio de fructib⁹
beneficij.de quo in.c.peruenit.de fideiuſſo.ꝛ in.c.ſtatutū.§.cū
1 vero.de reſcrip.in.vj.❡ † Inno.vnꝫ exceptionem impedietē
executionē etiā qn̄do creatur debitū a delicto.ſ.inopie.ſ.de fo.
cōpe.odoardus.ꝛ no.ꝙ videt poſſe obijci poſt ſnīaꝫ qꝛ reſpicit
executionem.❡ In gl.ij.in v̄.ſubtracto hec lectura in ſe eſt
vera ſed non vt de mente litere:nā ſolum vult differri reſtitu
tionē fructuū:ſed ſcḋm iſtā lecturā etiā differret reſtitutio ipſius
partis occupate.ideo melior eſt lectura ꝙ non fuerit ſpoliatus
in eadem parte quā occupauit:ſed bene fuit ſpoliatus ſuo epi
ſcopatu a rege Legionēſi,vt ibi tangit gl.in v̄.itē eccleſia.vbi gl.
vlti.voluit ſentire ſecundam lecturā.❡ In ea.glo.ibi habet in
terdictum vnde vi quaſi velit ꝙ ex quo primo loco ſpoliatus nō
poteſt agere cōtra ſcḋm ſpoliatorem cōueniens fuit ꝙ primus
ſpoliator licet ſit predo ꝛ a quo ſpoliat agat ꝯ ſm ſpoliatorem,
ne alias quodāmodo remaneret impunit⁹:ſꝫ actio furti non dat
predoni vel furi cōtra ſcḋm ſubtrahētē:qꝛ illi cōpetit etiā dn̄o
cui primo loco fuit ſubtracta.l.ſi.C.de fur.de quo.ſ.e.in literis.
❡ In ea.glo.ibi nō debet puniri quaſi velit ꝙ de rebus epiſco
patus ipſius Oueteñs nō debet ſatiſfieri Ramorañenſi:ſꝫ de
redditibus epatus ipſius Ouetenſis.ꝛ ideo non ſufficit Oue
tenſem reſtitutum ad ſuum epiſcopatū niſi taliter ſit reſtitutus
ꝙ poſſit ſatiſfacere.nā ſi fuiſſet reſtitutus fructibus iam perce
ptis a rege Legionenſi nō poſſet ſatiſfacere interim anteꝙ no
2 nos fructus perciperet.† An aūt ille qui eſt ſpoliat⁹ teneatur
ſe defendere ꝛ ſic ſolum differatur executio.Io.an.hic dubitat a
ꝑoſt Vincen.finaliter remittit ad.c.frequens.ſ.eo.in.vj.Cōclu
dit ꝙ in criminali non tenet ſe defendere.ſi eſt ſpoliatus omnib⁹
bonis vel maiori parte.Si aūt cōuenitur ciuiliter tunc ſi a ſuo
ſpoliatore non tenet ſe defendere.ſ.de ordi.cog.c.ſi.Si a tertio
ſic vt in dicto.c.frequēs.ꝛ hoc intellige qꝛ nō ſufficeret excipere
de ſpoliatione:ſed ſi exciperet de inopia qꝛ diceret ſe oībus bo
nis ſpoliatum.ꝛ ob hoc non pōt ſe defendere tunc ſi fateretur
debitum condēnaretur ſed differretur executio.Si aūt negaret
et id alias non eſſet notoriū ꝛ allegaret ſe impotentem ad liti
gandum.tunc videntur ꝙ differatur etiam interim defenſio.ar.
huius tex.ꝛ hoc ſequitur hic.do.Anto.

[a] ❡ Violentus.d.Abbas ſūmat hoc ca.dupl'r ꝛ ſcḋm ſummariū ꝯcordat cū iſto.vid ipſuꝫ i hoc.c.

1 ☞ Excommunicatus ſi poſt appellationem obediat excom b
municationi non renuntiat propter hoc appellationi.ꝛ nu.3.
2 Quaſi poſſeſſio ſubiectionis non acquiritur per actum q ꝑ ōt
fieri ab alio reſpectu q̄ ſubiectionis.
4 Excommunicationis pena eſt magna.
5 Excommunicare an poſſit ſimplex clericus.
6 Excommunicare an poſſit priuatus poſſeſſione iuris excom
municandi ſi habeat proprietatem ipſius iuris.
b **Olim inter te.** Per excōmunicationē[b] diebus aliquib⁹ obſerua
tam non acquiritur iuris parochialis poſſeſſio.h.d.
Et in prima preciſe ponit factū ꝛ proceſſum.in ſecū
da diffinit.ſecūda ibi:nos attēdentes.❡ Not.primo ꝓ libellis
vel ſententijs formādis quādo prelatus agit qꝛ debet agere no
mine eccleſie:ꝛ ſimiliter nomine eccleſie ſentētia dictari.de quo
in.c.litere.ſ.de dila.❡ Item no.ꝙ paria ſunt aliqd facere no
mine alterius vel pro alio.de quo per Bart.in.l.j.§.j.ff.de ope.
noui nun.ꝛ in.l.fideicōmiſſa.§.interdū.ff.de leg.iij.❡ Itē not.
1 ſm Inno.ꝛ Hoſti.vt† licet excōicatus poſt appellationē obe
diat excōmunicationi nō per hoc renūtiat appellationi.ꝛ hoc
maxime ꝓcedit ſi proteſtetur.ratio eſt:qꝛ poteſt eſſe ꝙ ipſe ſer
uat excōmunicationem propter reuerētiam nō autem ex eo qꝛ
renūtiare velit appellationi.facit qd̄ habetur.v.di.ad eius vero
concubitū.❡ Item no.ꝙ ſufficere videtur ꝓbare ꝙ quis aliqn̄
poſſedit ſi allegat ſe poſſediſſe tp̄e violētie illate.de quo.ſ.eo.
cū ad ſedē.ſuper.iij.glo.❡ Item no.ꝙ vt quis obtineat in poſ
ſeſſorio recuperande:oportet ꝙ ꝓbet ſe ſpoliatum ꝛ ſic ſe poſſe
diſſe ꝛ fuiſſe eiectum.de quo.ſ.eo.in.c.olim cauſam.❡ Vltimo
2 no.† ꝙ per actū qui poteſt fieri alio reſpectu q̄ ſubiectionis nō
acquiritur quaſi poſſeſſio ſubiectionis.❡ Item no.ꝙ licet epi
ſcopus fundet intentum ſuū ſuper iure epiſcopali de iure cōi in
eccleſia ſue dioce.nō tamen eſt in quaſi poſſeſſione qꝛ illa pluri
mum facti habet.ſ.de in coceſ.preben.cum noſtris.❡ Item not.
ꝙ agens poſſ[illegible]o pōt petere adiudicari ſibi poſſeſſionem.
❡ In glo.ij.ibi [illegible] hoc faciāt animo obediendi quid autem in
3 dubio.Inno.hic [illegible]itauit.finaliter cōcludit † ꝙ ſi eſt actus po
ſitiuus vt qꝛ forte [illegible] diderit ſe in manibus epi preſumit ꝙ aīo
obediendi niſi de co[illegible]trario appareat.Secus ſi ſit actus negati
uus ſeu conſiſtens in [illegible] ciendo vt erat hic:nō accedere ad di
uina.qꝛ iſte nō eſt [illegible]rie ſicut actus poſitiuus:ideo non

[b] ❡ Per excommunicationem.idē ſūmat h.d.Abb.ꝛ ſi queras ſup hoc.c.vtrū epſ q hꝫ ius excommunicādi ſubditos ſuos et ſcit alium epiſcopum illo ſuo iure vti hoc ipſo ꝑdat poſſeſſionē ꝛ alter eam acqrat.diſtingue hic ſm do.Heri.bohych.in prin.c.



Ayuntamiento de Madrid

preſumitur fieri animo obediendi niſi aliud appareat. ¶ Sed hic eſt dubiū quid ſi aliquis actus fiat ꝑ populum animo obediendi an acquiretur poſſeſſio ipſi epo. ¶ Inn.notabiliter dicit ꝙ nō ſi abbas cōtradicit ſpiritualiter vel tpaliter puniendo ipſos de populo: ſecus ſi ſciret patitur ⁊ nō cōtradicit. ¶ Et ſi dicatur ꝙ etiā debet perdere in caſu precedēti ex quo populus licet eo inuito preſtet obedientiam.per.l.iij.§.ꝙ ſi ſeru⁹.de ac.poſ.vbi ſi ſeru⁹ vel colonus tradiderit rem alteri priuatur dn̄s poſſeſſione etiam ignorans vel inuitus. ¶ Sed Inno.notabiliter rn̄det ꝙ illud habet locū in rebus particularibus in quib⁹ acquiritur poſſeſſio per apprehenſionē: ſed hic in iuribus incorporalibus in quibus poſſeſſio habet ex patiētia.l.penul.ff.de ſeruit. que patientia nō datur in eo qui cōtradicit.⁊ ideo tunc nō perditur iſta quaſi poſſeſſio.et pro hoc qꝛ iſta incorporalia tenacius inherent nobis q̄ corporalia.l.iij.ff.pro ſo.⁊.l.quis ergo caſus.de pe.vbi aūt populus nō ſeruaret ſniam epiſcopi tūc eps diceretur excōicando talē populū ſuū labia ſua poſſidere: vt eleganter dicit hic Inno.⁊ no.bene ꝙ populus nō eſt ille q poſſidet ſ; ipſe Abbas. ¶ In ea.glo.ibi equiparari metui.cōtrariū no.glo.in.c.cū dilectus.ē.qd metus cau.ſed dic ſm Io.and.ibi: ꝙ illa glo.ꝓcedit qn̄ excōicatio eſt iniuſta cū illa feratur tunc propter culpā excōicati: vnde ſibi debet imputare quia ſua culpa incidit in talē metū.facit.l.ſi mulier.ff.qd met⁹ cau.ſed iſta glo. procedat qn̄ excōicatio eſſet iniuſta: qꝛ non modica pena eſt eſſe inter hoīes ⁊ hominū carere ſuffragijs.l.hi qui ſcientiam.C.de

4 apoſta.† ⁊ qꝛ magna cēſet eſſe pena excōicationis.xxiij.q.iij. corripiantur.ſ; forte hoc vltimum verū quando ſententia eſſet aliqua licet iniuſta: ſ; vbi eſſet euidēter nulla: tūc forte nō procederet qꝛ talis nō ligat ex quo nulla eſt.ē.de offi.deleg.cum contingat.⁊ hoc etiā vr̄ fuiſſe de mente do.Anto. ¶ Extra gl.tetigit hic Inno.† an ſimplex clericus poſſit acquirere poteſtatem

5 excōicandi.⁊ licet referat opi.de quo etiā in.c.cū contingat.de foro cōpe.tamē finaliter cōcludit ꝙ ſic.qꝛ etiā eps poſſet tali cōmittere poteſtatem excōmunicādi.facit qd no.ē.de iudi.decernimus. Et hoc intellige quādo habet aliquos: vt hic tangit do. Anto.⁊ de materia etiā ꝑ Io.an.ī.de his q̄ ſi.a ma.par.ca.in.c.

6 queſiuit. ¶ † Vltimo tangit an priuatus poſſeſſiōe iuris excōicandi ſi habeat ꝓprietatē ipſius iuris an poſſit excōicare.⁊ licet referat opi.finaliter cōcludit ꝙ non: qꝛ excōicare eſt fructus ipſius iuris excōicandi.vt no.ꝑ Inno.in ſi.ē.e.in literis.⁊ ꝑ gl.de ma.et obe.cū olim.q fructus nō pōt percipi ꝑ nō poſſeſſorē.de quo etiā in prealleg.c.in literis.per Inno.

1 ☞ Dominium quomodo probari poſſit.

2 Spoliator ſolus tenetur iudicio poſſeſſorio non aūt poſſeſſor in quē res eſt tranſlata etiam ſi ſcienter receperit ⁊ hoc de iuris rigore ſed de equitate canonica ſecus.⁊ nu.4.⁊ an ſit neceſſe ꝓbari ſcientiam.nu.6.

a ¶ Spoliat⁹ idē ſum̄mat.d.Abbas.

3 Alienum inuadere vel iniuſte detinere quantum ad periculum anime nil refert.

4 Condictio ex canone reintegranda an ſit remedium generale concurrens cum alijs actionibus.

5 Furari ſine vi auferre peius eſt q̄ non dare: excepta cauſa neceſſitatis.

b ¶ Si mādatur, idē ſumat hic d.Abb.⁊ ſi queras an priuate perſone liceat habere vel facere caſtra: vel fortalitia diſtingue hic ꝑ Hē. bohych.in prin.

## Sepe contingit.

Spoliat⁹ ᵃ reſtitutionem petere poteſt ab illo qui ſcienter rem accepit a ſpoliatore.h.d. ¶ Et primo ponit factum corrigēdū.ſecundo illud

1 corrigit.ſecūda ibi vnde. ¶ † Not.ꝙ difficile eſt ꝓbare dn̄iū ⁊ ideo vtile eſt recurrere prius ad iudiciū poſſeſſoriū ſi fieri poteſt.l.is qui deſtinauit.ff.de rei vendi.de modis aūt ꝓbandi dominiū.poſuit Bar.in.l.que rē nobis.ff.de acq.poſ. ¶ No.ſecūdo ꝙ vbi quis non habet iudiciū poſſeſſoriū interdum ꝑdit in effectu dominiū propter difficultatem illud probandi. ¶ Itē

2 no.† ꝙ de rigore iuris ſolus ſpoliator tenetur iudicio poſſeſſorio non autem poſſeſſor in quem res eſt tranſlata etiā ſi ſciēter receperit rem talē. Secus de equitate canonica qꝛ tenet cōdictione ex hac decre.ex quo ſcienter receperit quia cēſet in vitiū

3 ſuccedere. ¶ † Item no.ꝙ quātū ad periculū anime non refert iniuſte detinere vel inuadere alienum. ¶ Vltimo nota † ꝙ recipiens rem ſcienter a ſpoliatore pōt conueniri poſſeſſorio recuperande.intellige cōdictione ex hac decre.ſm Inno.non autem interdicto vnde vi.vnde ſm Hoſti.etiā ſm canones ſuccūberet hodie qui cōtra talē ꝓponeret interdictū.ſ; al.aliter ſentiat in c.cū ad ſedē.ē.c.ſed non bn̄ ſm eū. ¶ In gl. [illegible] iudicis officio ſubuenit.hoc intelligit.d.Anto.qn̄ ali[illegible] attentat lite vel appellatione pēdēte.Hoſti.tn̄ in.c.ij.vt lit[illegible] poteſt.vult ꝙ officiū iudicis cōpetat pro recuperāda poſſe[illegible] e rei eccleſiaſtice qn̄ eſſet deperdita ex negligentia rector[illegible] prelati per illum text.ſm vnū intellectum qd eſt val[illegible] iū.⁊ ſequit etiā hic do.Anto.finaliter poſt Lapuz in [illegible] j.⁊ ſic licet canon

reintegrādā.videtur prouidere quando ſine culpa quis cecidit a poſſeſſione, vt tāgit Io.cal.tamen in ſubſidiū cōpetet officiū iudicis in rebus eccleſiaſticis etiā ſi ex culpa rectoris ſit perdita poſſeſſio.ſ; vbi aliud remedium cōpeteret nō videtur competere officiū iudicis cu; illud ſit ſubſidiarum.l.in cauſe el.ij.ff.de mino. ¶ In ea.glo.ibi cōdictione ex canone ſiue dolo ⁊c. Nota

bene qꝛ videtur velle gl.† ꝙ cōdictio ex canone reintegrāda ſit remediū generale cōcurrens etiam cū alijs actionib⁹. ¶ Alius intellectus dicti.c.ꝙ nō producat nouū remediū ſ; dicat vtendum eſſe antiquis. ¶ Tertius fuit intellect⁹ ꝙ inducat ſpeciale remediū quādo alia nō cōpetunt vt quando quis ignoranter ſucceſſit in vitium ⁊ iſtud voluit Inn.de elec.querelam.vt dixi in.c.cum ad ſedem.⁊ iſte vltimus intellectus cōmuniter tenet reiecto ſecūdo. ¶ Sed an cōdictio ex canone reintegrāda differat a condictione ex.l.ſi coloni.C.de agri.⁊ cenſi.lib.xi.Inn.hic videtur illa remedia equiparare.S;.d.Anto.dicit illa eſſe diuerſa qꝛ cōdictio ex.l.ſi coloni.datur ſolū bonefidei poſſeſſori, condictio ex canone reintegranda datur etiam male fidei. Ite; qꝛ cōdictio ex.l.ſi coloni non dat contra bone fidei poſſeſſorem niſi res fuerit affecta vitio violentie vel furtiuitatis.vt.j.dicet. Sed cōdictio ex canone indiſtincte dabitur. Sed Inno.vt dixi videtur dicta remedia parificare.⁊ ſimiliter Barto.in.l.ſi.§.ſed cum in ſecundā.C.de furt.⁊ ideo forte hec differentia.d.Anto. nō procedit ⁊ preſertim qꝛ videtur cōtra caſum in.l.ſiue aute;.§.j.ff.de publi.vbi in pari cauſa potior eſt cauſa poſſeſſoris: nec attenditur antiquioritas poſſeſſionis. ¶ Aduerte tamen quia Inno.hic videtur velle ꝙ ꝯdictio.ex.l.ſi coloni.⁊ ex canone reintegranda, detur antiquiori bonefidei poſſeſſori: ſ; eius dictū videtur contra dictā.l.ſiue autem.§.j.ideo Bart.in dicto.§.ſed cū in ſecundā.ſaluat dictum Inn.quando res erat affecta vitio furtiuitatis vel violentie.nam tunc prefertur antiquior poſſeſſor bone fidei.⁊ ſic etiam intelligatur glo.in.l.inciuile.C.de fur. Secus quando non eſſet affecta tali vitio ⁊ de multis alijs iudicijs poſſeſſorijs videlicet de cōdictiōe ex.l.inuaſor.⁊ ex.l.meminerint.⁊ ex.l.ſi quis in tantam.⁊.l.cōquerebatur.C.vn̄ vi.et de cōdictione ex.l.ſi quis cōductiōis.C.loca.plene ꝓſequitur hic do.Anto. ¶ In glo.ſciēter.ibi cōuenitur cōdictione ex illo canone ſ; quare fuit introductum iſtud remedium cū ſufficere videatur cōdictio ex illo canone reintegrāda.nam ſi dabatur contra ignorantem multo fortius contra ſcientē.ar.de elec.cum in cunctis.in princ.dic ꝙ non fuit neceſſarium: ſed vtile qꝛ iudices erunt promptiores ad condēnationem propter ſpecialē prouiſione; huius decre.facit.l.item apud labeonem.§.hoc dictū.ff. de iniur.⁊.xxiij.diſt.in.c.q̄q̄.⁊ qꝛ aliquale dubium erat ex quo nō cōpetebat interdictū vnde vi: vt litera hic innuit. ¶ In gl.

5 ſi.in ſi.ibi dicitur † ꝙ peius eſt auferre q̄ nō dare.⁊ illud eſt regulariter verum.fallit quādo quis egeret ad mortē: qꝛ tūc plus peccat ille qui poteſt dare et nō dat tali q fame alias eſt periturus q̄ furari.⁊ ſic loquūtur alia iura.allega.in gloſſ. ¶ Vltimo

6 adde † an ſit neceſſe ꝓbari ſciētiā. Hoſ.dixit ꝙ ſic per regulam preſumitur.j.de reg.iur.in.vj. Sed Hoſti.cōtra per.l.ſi.C.vnde vi. Sed tene opi.Hoſt.quantū ad iſtam decre.in qua nō ſufficit ſimplicite ſcire alienam ſed ſcire etiam debet vitium. Sed quo ad.l.conquerebatur.ꝓcedit opi.Hoſtiē.quia ibi ſufficit ſimpliciter ſcire rem alienam.

1 ☞ Reſtitutio fieri debet plenarie ⁊ libere et in eo caſu in quo erat ante violentiam.

2 Excōmunicatus ꝑ manifeſta offenſa anteq̄ abſoluatur debet ſatiſfacere ſ; ſi eſt dubia ſufficit cauere idonee de parendo iuri.

3 Forma mandati obſeruari debet.

4 Confeſſio facta coram iudice competenti valet q̄uis ꝓceſſus ſit nullus.

5 Dimittere ⁊ reſtituere differunt.

6 Proceſſus fact⁹ nō ſeruata forma tradita a ſuperiore eſt null⁹.

7 Forma data a iure licet nō ſeruetur tenet excōicatio ⁊ abſolutio ſecus ſi forma detur ab homine.

8 Edificia antiqua incaſtellare in preiudiciū alterius, an liceat.

## b Piſanis ac lucanis.

Si mādat ᵇ reſtitutionē fieri ſub certo modo neceſſe eſt non ſolū in facto ſed etiam in modo pareri.alias nō valet quod agit.h.d. ¶ Et primo ponit querelā epiſcopi lucani.ſecūdo expreſſa cā diffinit negotiū.ſecunda ibi porro. ¶ No.primo effectū guerre

1 ⁊ diſcordie: quia ꝑ illam homines grauiter affligunt. ¶ † Not. ꝙ reſtitutio fieri debet plenarie ⁊ libere ⁊ in eo ſtatu i quo erat ante violentiā. ¶ Et not.ꝙ nedu; poſſeſſio debet reſtitui ſi quis ſit illa ſpoliatus.ſ; etiam debet reſtitui plena libertas poſſeſſionis. ¶ Et no.etiā diligenter ꝙ licet quis nō ſit ſpoliat⁹ poſſeſſione: ſi tamē eſt ſpoliatus plena libertate poſſidēdi, reſtitui debebit ad ipſam libertatē.facit.l.vim facit.ff.de vi ⁊ vi arma.

Item no.

Ayuntamiento de Madrid

¶†Item nota ꝙ vbi quis eſt excōicatus p manifeſta offenſa
anteꝗ abſoluatur debet ſatiſfacere:ſꝫ vbi eſt dubia ſufficit ido/
nee cauere de parēdo iuri.de quo in.c.j.ſ.de iudi.ꝛ.j.de v.ſign.
2 ex parte.¶†Ite no.diligenter ponderandum eſſe formā mā/
dati.ꝛ ꝙ vbi duo mandant no ſufficit alterū adimpleri.¶Itē
no.ꝙ abſolutio ab excōicatione interdum appellať [illegible]ratio
ſed forte differt ab abſolutiōe.vt no.in.c.j.qđ metus cau.in.vj.
4 ¶Itē no.eſt tex.ibi p eoꝝ cōfeſſionē cōſtabat ꝛc.†[illegible]
ꝙ data cōpetentia iudicis licet nō valeat proceſſus valet tamē
confeſſio facta coram iudice.nā ex illa mouetur hic papa ad ſen/
tentiandū vt hic patet ſm Abba.facit qđ not.Inno.ſ.de elec.
5 per inquiſitionē.ꝛ de ord.cogni.in.c.ij.¶Item no.ꝙ † aliud eſt
dimittere rē aliud reſtituere:vt hic expreſſe colligitur.¶Item
no.cōſiderari debere id qđ iniurioſe fieri poſſet:ꝛ ideo nō ſuffi
cit plenā libertatē actualiter haberi niſi etiam in potentia ha/
beatur.facit qđ metus cau.in.l.nec timorem.ꝛ.ſ.e.literas.¶Itē
6 no.ꝙ†proceſſus fact⁹ nō ſeruata forma tradita a ſuperiore eſt
nullus:ꝛ ideo in caſu decre.audiri debuit eps lucan⁹ etiā preter
appellationē cū diceret proceſſum nullum ſm Inno.¶Item
no.ꝙ in eo in quo quis nō eſt ſpoliat⁹ nō debet reſtitui.¶Itē
no.ꝙ p illa verba poſſeſſionē quā habebat in caſtris pōt intel/
ligi de poſſeſſione quā in illis habebat ratione caſtroꝝ.Itē de
poſſeſſione iuriū quā habebat in ipſis caſtris:ꝛ in quolibet p̄re
7 dictoꝝ poſſunt verificari.¶Ultimo not.diligenter †.ꝙ lꝫ vbi
non ſeruať forma data a iure teneat excōicatio.xj.q.iij.c.j.ꝛ ſiſr
abſolutio.e.cauſa.ꝛ.q.in.c.quo.ꝛ.c.vt euidēter.et per Inno.ſ.
de reſcrip.ab excōmunicato.tamē ſecus eſt vbi certa forma dať
ab hoīe:qꝛ tūc ſi cōtra fiat non vꝫ qđ agiť.vt hic patet ſm Gof.
Et no.bñ ꝙ hoc p̄cedere videť etiā ſi in forma data ab homine
cōtineať forma data a iure.¶In glo.ij.in fi.Alij dicūt ꝙ ſuffi
ciat iuratoria niſi forte ſuſpecti eſſent de periurio habētes iura
re.per nota.in.c.ex parte.hic alleg.Sꝫ Ioā.and.dicit glo.p̄ce/
dere p̄pter formā mādati in qua fuit expreſſuꝫ de ſufficiētti cau
tione:ſecus ſi nō fuiſſet expreſſum verbū ſufficiēti.do.tū Ant.
hic dicit ꝙ ſufficiens dꝛ ſm ſubiectam materiā.facit.l.ſi vno.ff.
loca.ꝛ ſic videtur innuere ꝙ ſufficiet iuratoria cautio:ſꝫ tutius
puto tenere glo.p qua videť caſus in.l.ſi mandato.§.vlti.alleg.
in glo.¶In gl.caſtroꝝ.in fi.Tu potes intelligere proprie qꝛ
iſta caſtra ſpectabāt ad eccleſiā lucanā:lꝫ eps non haberet poſ/
ſeſſionē tp̄e quo piſani occuparūt:ideo potuerūt piſani excōi/
cari tāꝗ iniuſte tenētes res eccleſie.xij.q.ij.qcūqꝫ militū.¶In
gloſ.peccatū:ibi:vnde capellanus.i.iſte ſubdiaconus qui forte
etiā erat capellanus pape.¶In ea.gl.ibi:caſtra iſta reſtituere.
glo.in hoc male dixit:qꝛ ex quo non apparet epꝫ poſſediſſe tp̄e
mote diſcordie non debuit ſibi fieri reſtitutio nec hoc dꝛ litera.
facit.ſ.eo.olim cauſam.ꝛ.c.olim inter.ſed debuit dicere ꝙ debe
bat facere ꝙ piſani dimitterēt caſtra p̄p rationē poſitā in li/
tera.Sꝫ tūc obſtat qꝛ ſi eps nō poſſidebat tp̄e mote diſcordie ꝛ
occupationis facte p piſanos alius poſſidebat.ꝛ ſic ille ali⁹ po
terat epꝫ repellere ꝛ nō admittere:ꝛ ſic nō habebat plenā liber
tatē magis ꝗ habeat detinentibus piſanis.ꝛ ideo videť ꝙ non
deuuerint cogi piſani ad relaxādum caſtra.Propter hoc dicūt
quidā ꝙ papa hic partialiter p̄ceſſit:qꝛ voluit fauere lucanis q
fauebāt parti eccleſie cōtra piſanos qui fauebāt imperio ꝛ parti
gibeline.¶Sꝫ hec ſolutio non eſt veriſimilis.ideo dicit ꝙ for/
te prius tenebāt lucani qui erāt dioceſani ipſi⁹ epi.ꝛ ſic maiorē
libertatem habebat eis tenentibus ꝗ tenentibus piſanis:quia
ipſos lucanos tāꝗ ſuos dioceſanos facilius poterat coercere,
et non erat ſic veriſimile ꝙ priuarent epm poſſeſſione affictuū
ꝛ penſionum ſicut piſani.ꝛ cū minori etiam expēſa percipiebat
redditus:quia forte ſolus familiaris epiſcopi p̄cipiebat reddi/
tus tenentibus lucanis:ſꝫ tenentibus piſanis propter inimici/
tias oportebat bene ſociatim ire et cum maiori expenſa.et ideo
non eandem libertatem habebat tenētib⁹ piſanis:qꝛ non erat
equalis conditio eoꝝ qui prius tenebāt cū ipſis piſanis.vnde
ſecus videretur ſi fuiſſet equalis:qꝛ tunc vtrobiqꝫ eadē libertas
fuiſſet.prout videtur hic fuiſſe de mente Inno.qui etiā hic tan/
8 git.An liceat antiqua † edifici incaſtellare ad preiudicium
alteri⁹.ꝛ cōcludit ꝙ nō ſicut nec de nouo facere ſm notata in.l.
opus.de ope.publi.ꝛ.l.j.ꝛ.ij.C.de fun.limi.lib.xj.In contrariū
videtur facere.l.fin.C.de iude.¶In gl.penul.ibi:ſed nō plena.
Sed certe illud eſt ſpeciale propter periculum.vt patet in.c.li/
teras.hic alleg.¶Ultimo attende diligēter qꝛ hic vř caſus qđ
pro iure perſonali annue preſtationis ſit dare quaſi poſſeſſo/
rium.pro quo etiā.ſ.de elect.querelam.nā hic iſte pēſiones pe/
tebantur forte actiōe ex locato ꝛ ſic actione perſonali.Sꝫ dic ꝙ
iſta preſtatio fiebat ratione rerū:qꝛ ratiōe domoꝝ ꝛ p̄dioꝝ.
Sed vbi eſſet preſtatio mere p̄ſonalis vt qꝛ qs p̄mitteret decē
ſingulis annis tūc aliud videreť.de quo p Cyn.in.l.ſi certis an/
nis.C.de pac.ꝛ p Bar.in.l.ſi.ff.quoꝝ bonoꝝ.ꝛ tangiť etiā in.c.
perueniť.vt ibi etiam per do.Anto.j.de cenſi.

¶De dolo ꝛ contumacia. Rubrica.

¶Uiſum eſt.ſ.de ſpoliatis ꝛ deiectis aduerſarioꝝ potentia.
Sequiť videre de fatigatis in iudicio dolo ꝛ cōtumacia aduer/
ſarioꝝ.De materia etiā.ij.q.iij.per totum.iij.q.v.ꝛ.q.ij.ꝛ.iij.
xj.q.iij.et reperiť in ſexto ꝛ clementinis.
1 ¶Pro miſſo habetur quis quando per eū contra quem fieri
debet miſſio ſtetit quominus mittatur.
2 Miſſus in poſſeſſionem ante annum non poſſidet:ſed demuꝫ
lapſo anno.
3 Contumax in cauſa priuata nō punitur extra ordinē dūmodo
ſatiſfactum ſit priuate vtilitati.
4 Pena.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.non habet locū in rebus
eccleſie ꝛ minorum.
5 Minor non poteſt alienare rem ſuā ſine ſolennitate iuris con/
trahendo ſecus delinquendo.
6 Minori non ſuccurritur quādo deliquit faciendo tamē ei ſuc/
curritur quando deliquit in omittendo.
7 Delictum prelati an noceat eccleſie et quando.
8 Multa et pena qualiter differant.

# AD hec cum cōtingat.

a. Reus qui a mittendū in poſſeſſionē ad māda/
tum iudicis non admiſit non mulctať de cano/
nica equitate.ſi infra annū caueat ſtare iuri.h.
d.¶Et eſt tex⁹ diuiſio cōſultatio et reſponſio.
1 ſecūda ibi ad qđ.¶†No.primo ꝙ vbi ſtat per eū cōtra quē fit
miſſio quominus quis mittatur in poſſeſſionē iudicis autorita
te habeť p miſſo et talis miſſio velut ſubrogata loco vere miſ/
ſionis hꝫ omnes ipſius effect⁹.de quo.j.c.cōtingit.et.ff.de bo/
2 nis auto.iudi.poſ.in.l.quāuis.¶†Not.ſcđo pro opinione que
habet ꝙ miſſus in poſſeſſionē ante annum nō poſſidet ſꝫ demū
lapſo anno.de quo in.c.qm̄ frequēter.§.in alijs.ꝛ.§.qđ ſi ſuper.
ſ.vt lit.nō cōteſt.¶Item not.practicā recuperandi rē quādo
facta eſt miſſio qꝛ debet ille cōtra quem eſt facta offerre cautionē
3 de ſtando iuri ꝛ etiā expenſas.¶Item no.ꝙ † contumax in cā
priuata non punitur extra ordinē dūmodo ſatiſfactū ſit priua/
te vtilitati qđ videtur eſſe verū niſi iudicialiter videreť.vt hic
voluit Inn.tamē.d.Flo videtur tenere oppoſitū p̄pter verbū
debet in litera poſitū:ideo tutius eſt abſtinere.¶In glo.pe.ibi
ſm canones non eſt ſeruandus.de hoc an generaliter potius ſit
ſeruanda equitas ꝗ rigor nota.in.c.fi.ſ.de tranſac.ꝛ in.l.j.C.de
legi.¶In ea.glo.ibi nō ſeruatur in cauſis eccleſiarū ꝛ minoꝝ.
4 Nota bene ex gl.ꝙ † pena legis ſi quis in tantam non hꝫ locū
in rebus minoꝝ eccleſiarū.de quo in dicta.l.ſi quis in tantā.in
iij.q.ꝛ in.vij.vbi glo.dꝛ ꝙ ſi eſt minor doli capax ſi facit ꝯ illam
legem punitur pena illius legis:qꝛ in delictis non ſuccurritur
minori.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.ꝛ.l.auxiliū.§.in delictis.
ff.de mino.ꝛ in eccleſia dicit qđ hꝫ locū pena illi⁹ legis ſi p̄la/
tus conſenſu capituli delinquat per.l.iubemus nullam.C.de ſa
croſan.eccle.ꝛ illam glo.cōmuniter ſequuntur legiſte.dicit tamē
Bar.ibi poſt B[illegible] ꝙ ſi minor nō eſſet in dolo vt qꝛ inuaderet
rem ſuam ab a[illegible] poſſeſſam credens illud ſibi licere ꝙ tunc ſibi
ſubueniretur [illegible]opter errorem iuris.facit.l.fina.ff.de iur.ꝛ facti
igno.ſecus ſi [illegible]oloſe inuaderet qđ in dubio preſumiť ſi inuadit
5 rem alienam [illegible]ec obſt.ꝙ † minor non poteſt alienare rem ſuam
ſine ſolennitate iuris.l.j.ꝛ.ij.ff.de reb⁹ eoꝝ.ꝛ.l.ſi p̄dium.C.eo.
titu.qꝛ illud verū cōtrahendo ſecus delinquendo qꝛ illa cenſeť
quedam alienat[illegible] legal[illegible]s:ideo tunc alia ſolennitas non requi/
ritur.facit qđ h[illegible]etur in.l.alienationis.ff.de verb.ſigni.Item
6 aduerte ꝙ † lꝫ minori non ſuccurratur quando deliquit in fa/
ciendo tamen ſuccurritur quādo deliquit in omittendo:ſaltem
ſi [illegible]inor.xviij.annis vt ſi nolit redimere patrē captiuum.in
a[illegible]aptiui.C.de epiſco.audien.ꝛ nota.per Bart.in dicta.l.ſi
qui[illegible] tantam.Item attende quia in rebus eccleſie cum gl.l.ſi
q[illegible]n tantam.cōcordat etiā glo.c.ij.ſ.de ordi.cogni.ꝛ.j.de re.
gu[illegible].delictum.li.vj.Et iſtud etiā cōmuniter ſequuntur cano/
niſte.vt patet ex not.in dicta regula delictum.ꝛ etiam in.c.eccle
ſia.el.j.ſuper glo.vltima.j.vt lit.penden.glo.tamen in.c.priuile
[illegible]um.xj.q.iij.ꝛ in.c.placuit.xvj.q.vj.cōcordat cum gl.hic poſi/
ta ꝛ illas ſequitur Archi.in dicto.c.placuit.vide qđ not.Spec.
in titu.de dona.§.j.ver.quid ſi aliqs baro.Sed vt dixi alia opin.
communiter ten[illegible]et.ꝛ pro illa videť caſus.Primo in.c.ij.ſ.de
ordi.cogni.iunct[illegible]e:o qđ ibi nota.per glo.Secūdo videtur etiā
ad idem caſus in.[illegible].imperatorem.ſ.de iura.calum.vbi ſi illi reli/
gioſi recuſant preſt[illegible]e iuramentū de calūnia cadūt a cauſa.fa/
cit eo.tit.c.ſi.Tert[illegible]ꝛo hoc eſt caſus expreſſus in.l.iubemus
7 nullam nauem.[illegible] ſan.eccl.†vbi ex delicto prelati ꝛ ca/
f iij

¶Reus q idē per oīa ſummat h d.Abb.in p hoc.c.ſi q̄ras.an p̄ſonaliter vel q̄liter ali/ qs ſit citā/ dus diſtin/ gue vt hic p.d.Hen/ ric.bex ch. poſt princ.

Ayuntamiento de Madrid

pituli publicatur nauis eccleſie.nec ob.ratio quã tangit glo.in c.placui ...c.priuilegiũ:q2 non ſequitur non pōt res eccleſie per contractũ alienari ſine ſolẽnitate.c.ſine exceptione.xij.q.ij. ergo nec etiã per delictũ:q2 patet inſtantia per id qḋ dixi ſuperius de minore:vbi aũt prelatus delinqueret in rebus proprijs tũc clarũ ꝙ h3 locũ pena.l.ſi quis in tantã.per id qḋ habet in.c. eum qui.de preben.in.vj. Itẽ aduerte q2 licet delictum prelati in faciendo nõ noceat eccleſie qñ fit ſine cõſenſu capituli tamen ſecus eſt qñ eſt in omittendo vt patet in preſcriptione vt no.in dicta regula delictum.et hoc qñ cum negligẽtia etiam curſus temporis interuenit:ſed ſi ex negligẽtia immediate deberet puniri eccleſia vt qñ non preſtatur iuramentum calũnie tunc ſm do.Anto.diſtingui deberet ſicut in delicto faciendo et ſic videatur eadem ratio ex quo immediate ſurgere h3 pena. Itẽ predicta vera in rebus eccleſie que nõ ſpectant tñ ad menſam prelati.Si aũt ſpectarẽt tñ ad menſam prelati:tũc delictũ ſolius prelati noceret eccleſie eo veniente ſ3 nõ ſucceſſori.vt in.c. ſi.de capi.cõra.in vſi.feu. Itẽ predicta vera in rebus acqſitis:ſ3 in querendis factũ ſolius prelati poſſet nocere eccleſie.arg.l. ſeruus.C.de pac.ꝛ de materia per glo.ꝛ Dy.in dicta regula delictũ.ꝛ p Cy.ꝛ Bar.in.d.l.iubemus nullam.ꝛ etiã p do.Anto. qui etiam tangit quid in rectore qui non habet capitulum etiã videtur dicere ꝙ idem in illo quod dicitur in prelato cũ capitulo ſi cũ capitulo faciat:per id qḋ notat gl.notabilis in.c.potuit. ſ.de loca.videtur tamen hoc limitare adminiſtrando ſed non delinquendo. ¶ In glo.ſi.ibi:ſed ſi iuſtitia periclitaretur.põne exẽpliũ ſi forte res in quam debebat fieri miſſio perijt penes reũ q̃ nõ perijſſet apud actorem. ¶ In eadem gloſſ.ibi:puniret ad intereſſe.ꝛ qualiter debeat eſtimari intereſſe.dic vt ꝑ gloſ. in.l.j.§.hec verba.allegata in glo.q2 habebitur reſpectus ad valorem rei.ſi minus valebat ꝙ debitũ:ſed ſi plus valet et ꝙ debitum:tunc habet reſpectus ſolũ ad valorẽ debiti. ¶ In ea.glo. ibi:eccleſiaſticus nõ imponit.ſup.in caſu iſto ſ3 alias bene pōt quandoq3 imponere.ſ.de penis in.c.licet. ¶ In glo.ibi.penam ſine multã.non innuit ꝙ idẽ ſit pena qḋ mulcta ꝛ eſt verũ lato ſumpto vocabulo:ſ3 ſtricto ſumpto vocabulo differt mulcta a pena:q2 mulcta imponitur rõne cõtumacie et ad iudicis arbitriũ ꝛ ſic extra ordinẽ ſ3 pena imponitur ratione delicti ꝛ cõmuniter eſt ordinaria.de quo in.l.ſi qua pena.ff.de v̄.ſig.ꝛ in Spe. de ſen.prola.§.ij.ver.ꝛ eſt quartus ꝛ ſequenti.

1 ¶ Eccleſia quando petitur iure ꝓprietatis poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem.

2 Eccleſia poteſt vendicari vtili rei vendicatione.

3 Uniuerſitas poteſt citari.

4 Miſſio in poſſeſſionẽ rei petite ꝓpter contumaciã fieri debet.

5 Cauſa religioſorum nõ debet oĩno ſm rigorẽ iuris tractari.

6 Litere ſecunde nõ valent niſi faciat expreſſam mentionem de primis.

7 Dolus vel malitia ſua nemini prodeſſe debet.

¶ Re⁹ cõdẽnat. do. abb.recitat h̄ tria ſummaria ſcḋ3 Joan.and. qḃ⁹ tñ ipſe acqeſcit ſ3 ponit ſuum ꝓpriũ ſummariũ qḋ quaſi cum iſto cõcor. vide eundẽ Abb. hic.

# E X literis veſtris.

Reus cõdẽnat ad expẽſas quas propter eius contumaciã vel doloſam exceptionem actorẽ feciſſe ↄſtat.h.d.ꝛ eſt cõn diuiſio.ſcḋa ibi verũ. ¶ † No.ꝙ vbi eccleſia petit iure ꝓprieta pōt fieri miſſio in poſſeſſionẽ.Secus ſi peteretur vt in titulũ ...c.j.de eo qui mit.in poſ.li.vj. ¶ † Itẽ no.ꝙ eccleſia pōt v... cari intellige vtili rei vendi.nõ directa cũ proprie in nullius ...is ſit.inſti.de rerũ diui.§.ſacre.facit qḋ habet in.l.in rem.§.l... f.de rei ven. et in.l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccle.ꝛ p Inn.ſ.de... eli.domi.cũ

3 venerabilis.ꝛ.ſ.ḋ iudi.exhibita. ¶ † Itẽ no.ꝙ vniuerſitas poteſt citari.de quo p gl.in decre.ſi capitulo.de c...ceſ.prebẽ.in.vj.

4 ¶ Itẽ no.ꝙ † regl̄r ꝓpter cõtumaciã rei fieri d3 miſſio in poſſeſſionẽ rei petite.fallit qñ q̃ſtio eſt inter religioſos:q2 tũc pōt res ſequeſtrari.gl.tamen hic videtur dicere ꝙ ſequeſtratio hic de facto fuit facta nõ de iure.ꝛ Jo.etiã And.h... ic dicit ... diſputat,an tenuerit ſequeſtratio ſed gl.in.c.j.ſ.de ſe... videtur qḋ tenuerit in caſu iſto. et idem volt ... t Joan... poſt Jo.mo.in regula locupletari.de reg.iur.i n.vj.ꝛ iſtu...

5 ſequitur hic do.Flo. ¶ Itẽ no.† ꝙ cauſa religioſorũ nõ... oĩno ſm rigorem iuris tractari ſed poteſt tali... rigor mitig... ¶ Item no.effectũ miſſionis ſeu eius finẽ vel ... ictus q eius lo... co fit:q2 finis eſt vt tedio affect⁹ reus veniat ...nſurus. ¶ In

6 no.ꝙ † litere ſecũde nõ valẽt niſi faciant ſpe...alem ꝛ ſpecifi... mentionẽ de primis quã facere dicunt quãd... om...atis faciũt mentionẽ de primis.ſpecifice etiã res nomi... r quibus ſit impetratio d3 etiã fieri nominatio perſo... ...atiũ ꝛ litigantium ꝛ dioce.quia iſta ſunt ſubſtantialia re... ...ctorũ.de reſcrip. ſuper literis.ꝛ.c.ſignificante.ꝛ.c.rodulph... ...imiliter facienda eſt mentio de principali clauſula.ſ.ti... ...queſtione.et etiã de proceſſu.ſ.de re iudi.inter mon... ...habi.cle.ſuper

eo. ¶ Item no.ꝙ litere ſecunde faciunt ſufficientem mentionem de primis reuocant primas.qḋ intellige a tempore preſentationis.ſ.tit.j.audita.

7 ¶ † Ultimo no.illam regl.ã vulgatã ꝙ nemini debet prodeſſe dolus vel malitia ſua. ¶ In glo.religioſi in fin.nec ob.ſ.de ſuno.per tuas.q2 ibi agitur cõtra religioſos ratione delicti,ideo leuius remouentur ꝙ ſeculares hic ratione contumacie.facit qḋ no.ſ.de iudi.cum non ab homine. ¶ In gloſ.ſequeſtrari ibi:ſed de gratia.poteſt dicere ꝙ etiã de iure fuit in caſu iſto vt dixi in notabilibus.de quo p Jo.And. in regula locupletari.ad ſi. Et no.ꝙ poteſt intelligi ꝙ iſta ſequeſtratio fuit facta intuitu religionis.ſ.canonicorum conuẽtorum qui erant canonici regulares.poteſt etiam intelligi intuitu monachorum agentium nam cum ſint religioſi expedit eis ꝙ minus ſint alijs tedioſi ꝙ fieri poſſit:ſed min⁹ ſunt tedioſi ſi fiat ſequeſtrum ꝙ ſi mittantur in poſſeſſionẽ:q2 reus magis moleſte fert aduerſarium eſſe in poſſeſſione ꝙ tertium.facit.l.cum oportet. §.j.C.de bonis q̃ libe.pōt dici tertio ꝙ eſt fauor monachorũ in ſequeſtratione q2 illa non reuocabitur niſi lite finita:ſ3 ſi fieret miſſio in poſſeſſionem reuocaretur reo comparente infra annũ vt.ſ.li.non conteſt.quoniam.§.in alijs.

1 ¶ Cõtumax dicit quis in nõ veniendo ꝛ in non cõparendo.

2 Abſentans ſe lite cepta videtur abeſſe malitioſe cõtra eum vt contra contumacẽ procedi pōt procuratore citato ſi eũ dimiſit alias ſufficiet citatio ad domũ etiã quo ad actũ ſententie diffinitiue.ꝛ nu.8.

3 Abſens quis dicatur ad hoc vt poſſit citari ad domũ ꝛ an ſufficiat ꝙ ſit abſens a ciuitate.

4 Lite nõ cõteſtata an poſſit ꝓcedi cõtra actorẽ.ꝛ nu.9.

5 Citatio nõ debet fieri ad domum ꝙdiu reperiri poteſt citãdus vel eius procurator.

6 A citatione procuratoris quando inchoari poſſit.

7 Citandus in quo loco debeat perquiri.

# C Auſam que inter.f.ꝛ.r.

Si actor eſt cõtumax reo inſtãte diffinitiua ferri pōt.h.d. ¶ Et primo deciſe ponit petitionẽ rei ꝯ quem impetrati fuerũt delegati.ſcḋo ibi ceterũ petitionẽ exaudiuit.Et pone caſum vt colligit ex.c.cã que.ſ.qui ſi.ſint legi.vbi pt3:qḋ iſte

1 R. d quo i litera,fuit actor. ¶ † No.duplicẽ ſpẽ cõtumacie vna

2 eſt in nõ veniendo alia in nõ parẽdo preceptis iudicis. ¶ † Itẽ no.ꝙ abſentãs ſe lite cepta malitioſe vr̄ abeſſe.et ideo cõtra eſt vt contra cõtumacẽ pōt procedi citato ꝓcuratore ſi dimiſit:alis ſufficit citatio ad domũ:etiã quo ad actũ ſniẽ diffinitiue:et ſic etiã in his q̃ ſunt grauis preiudicij.ꝛ hoc iõ q2 malitioſa preſumit abſentia.vt dixi ex quo lite cepta ſe abſentauit.facit qḋ no. gl.in.l.fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex qbus cau.in poſ.ea.ꝛ p Dy.in regula pro poſſeſſore.de reg.iur.in.vj. ¶ Item not.ꝙ ſi principalis haberi nõ pōt citari d3 ꝓcurator.ſi illum dimiſit ꝛ tñ Bar.in.l.iiij.§.pretor.ḋ dã.infec.ꝙ iſtud eſt verũ qñ notoriũ eſt ꝓcuratorẽ,eſſe dimiſſum.ꝛ ſic ſi nõ eſt notoriũ nõ erit neceſſe facere diſcuſſionẽ,an dimiſit ꝓcuratorẽ ſm eũ.ſ3 tuti⁹ vr̄ ꝙ fiat inquiſitio ꝛ ſic diſcuſſio an ꝓcuratorẽ dimiſerit p tex.in.l.meminerint.C.vñ vi.l3 do.Ant.hic trãſeat cũ dicto Bar.

3 ¶ † Item no.ꝙ ille dr̄ abſens q eſt extra ꝓuinciã ad hoc vt poſſit citari ad domũ:ſed certe vr̄ ꝙ ſufficiat ꝙ ſit abſens etiã a ciuitate per.§. ſi vero etiã quidã iurẽt.in auẽ.de exhibẽ.colla.v.et iſtud etiã ſequitur Bar.in.d.§.pretor. ¶ Et not.ꝙ diſcuſſio debebit fieri p ciuitatẽ in locis in quib⁹ veriſimiliter debuit cõuerſari per nũtiũ iuratũ ad hoc miſſum.ꝛ ſi referat ſe nõ reperire eũ in ciuitate poterit iudex facere citare ad domum:pōt tamen iudex in eadẽ cõmiſſiõe cõmittere ꝙ citet eũ pſonaliter ſi reperiat:alis citet ad

4 domũ.de quo per Bar.in preallcg.§.pretor. ¶ † Itẽ no.ꝙ etiã de iure canonico ꝯ actorem ꝓcedi poteſt ad diffinitiuam lit.nõ cõteſt.idẽ de iure ciuili.vt in auẽ.q ſemel.C.qũo ꝛ qñ iudex.de

5 quo in gl. ¶ † Itẽ no.ꝙ citatio nõ d3 fieri ad domũ ꝙdiu reperiri pōt citandus vel eius ꝓcurator:ꝛ ſic in ſubſidiũ deueniri d3 ad citationẽ ad domũ.nec ob.l.ſcire oportet.§.oportet.ff.de excuſa.tu.vbi dicit ꝙ ſufficit citare in facie vel ad modũ q2 illa alternatiua eſt alternatiua ordinis nõ electionis.per hũc textũ:de

6 quo in preallcg.§.pretor.ꝛ per Inn.in.c.ſi.ſ.ti.j. Et an †aliquo caſu poſſit inchoari a citatione ꝓcuratoris tangit p Bar.in.d. §.pretor.q2 inchoari pōt in his q̃ ſunt leuis preiudicij puta quo

7 ad miſſionẽ ex primo decreto p.l.ſ.quis.ff.de dã.infect. ¶ † In glo.fin.ibi:ſi inuenitur.in quo aũt loco debeat ꝑquiri fuit opin. nã quidã volũt ꝙ ſi non inuenitur in ꝓuincia:tunc citandus ſit ꝓcurator.alij vero dicũt ꝙ ſufficit ſi non inuenitur in ciuitate. per tex.in.§.ſi vero etiã quidã iurent.in auẽ.de exhiben.colla.v. et iſtam opin.ſequitur Bart.vt dixi in notabilibus.ꝛ etiam eſt equior:q2 nimis durũ eſſet dicere ꝙ quis deberet per totã ꝓuinciam perquiri.ꝛ ſecundũ hoc litera que hic notat abſentiam ab anglia

Ayuntamiento de Madrid

anglia.et ſic a pūncia debet ſuppleri vel etiā de ciui[tate]. ❡ In ea gl.ibi:ſiquidē dimiſit.† ꝛ ſi eſt notoriū procuratore dimiſſum clarū eſt ꝙ d[e]b[et] citari:ſꝫ vbi nō eſt notoriū Bar.vt [dixi] in notabilibus vid[e]tur velle ꝙ ſufficiat citari ad domū:ſꝫ [to]tius eſt etiā perquirere procuratorē in ciuitate.per id quod [dixi] in notabilibus. ❡ In ea.glo.ibi:amici etiā ſunt requirēd[i]. An indiſtincte hoc ſit de neceſſitate tangeṫ in.c.fi.ꝫ.tit.j. ❡ In ea.glo. ibi:ſꝫ nō eſt verū. Alij vero ꝛ tertio dixerūt ꝙ hic ſpeciale in cā matrimoniali per.c.qm̄.§.porro.vt lit.nō cōteſtā.ſed iſta nō eſt tuta.qꝛ ibi veniebant cōiuges ꝛ erat periculū fornicationis hic ſecus tñ ſolutio hec eſt notanda:qꝛ amplificet preallegatum.§.
9 porro. ❡ † In ea.gl.in fi. Alia ratio a[ſſig]natur p legiſtas.maxime Bart.qꝛ vbi actor eſt abſens cū reus nō petat aliquid ab eo.ſed ſolū ſe abſolui non pōt ſibi ſuccurri per remediū miſſionis in poſſeſſionē.ideo poterit procedi [li]t.non conteſta.ad diffinitiuam.ſed hec ratio non eſt tuta per id quod habetur ꝛ dictū fuit in.c.tue.ꝫ.vt lit.non conteſt. Et tene m[en]ti ſingulariter iſtā glo.que tractat de materia citationis.quā illa Bar.allegat p ſingulari in dicta.l.iiij.§.pretor.

1 ❡ Aduocato carens an poſſit ſe excuſare quominus reſpondeat libello.
2 Litis cōte.induciṫ p rñſionē factā ad petita ad iſtātiā actoris.
3 Litis cōteſt.an inducatur per negationem indirectam.
4 Appellans fruſtratorie ꝛ recedens non eſt iterató citandus.
5 Lite cōte.cōtra reū contu.pcedi pōt ad diffinitiuā ſi liquet de cauſa:ſi non liquet fiat miſſio in veram poſſeſſionem.
6 Cōtumacia q̄ fit poſt li.cōte.eſt maioris effectus ꝙ ea q̄ fit añ.
7 Libellus eſt de ſubſtantia iudicij in ordinarijs iudicijs.
8 Contra contumacem qualiter procedi poſſit.

**Prout.** Si reus poſt lit.cōteſt.eſt cōtumax ſi alias liquet de cauſa fertur ſñia diffinitiua. Si vero nō liquet actor i verā poſſeſſionē mittitur.h.d. Et eſt cōis diuiſio:ſcd'a ibi:ideoqꝫ. ❡ Nota
a primo ꝙ † ppter defectū aduocati qs ſe excuſare non poteſt:
1 quominꝰ reſpōdeat libello.qd intellige qñ aduocatū petit malitioſe.alias videreṫ ſecꝰ p nota.in.c.j.ꝫ.vt lite.non cōte.do.tñ Flo.hic vꝫ dicere ꝙ ſi ſemel quis comparuerit in iudicio ꝛ non petierit aduocatū ꝙ nō debet poſtea ſibi dari per iſtū tex.quaſi elegerit per ſe litigare. Sed primū credo verius per nota.in.d.
2 c.j.ꝛ qꝛ hic expreſſe dicit ꝙ malitioſe recuſabat. ❡ † Itē no.ꝙ per reſponſionē factā ad petita ad inſtantiā actoris induciṫ lit.
b cōte.ꝛ ſic nō eſt neceſſe ꝙ fiat iudice interrogāte [b] de quo in gl.
3 ❡ † Itē no.ꝙ per ppoſitionē exceptiōis peremptorie.ꝛ ſic p negationē indirectā vidēṫ induci lit.cōte.nā hic in effectu ppone batur exceptio preſcriptionis.ſꝫ de hoc dicēdū vt hodie habeṫ in.c.ꝗ.de lit.conteſt.in.vj.do.tñ Flo.hic dt ꝙ aliud eſt pponere exceptionē ꝛ tunc nō induciṫ cōteſt.aliud indirecte rñdere petitioni ꝛ tunc induciṫ cōte.ꝛ ſic allegat iſtū tex.ꝛ per hoc etiā limitat dictū.c.ij.de lit.conte. Sꝫ forte hoc dictū non eſt tutum: quia licet nō exprimat exceptionē quādo dicit ſe.xl.annis poſſediſſe.tñ tacite videt illam proponere.facit qd not.Barto.in.l. j.ff.de excep.vbi vult ꝙ ſufficit reo pponere factū ex quo reſul
4 tat exceptio. ❡ † Itē not.ꝙ fruſtratorie appellās ꝛ recedēs nō eſt de neceſſitate iterato citādus.ad idꝫ eſt textus expreſſus in c.eum qui.ꝫ.eo.lib.vj.ſed bene pōt ad cōuincendam malitiam iterato citari.ꝛ pondera ꝙ litera dicit eum ſemel citandū.et ſic facit fm do.Fl.ꝙ ſi iudex bis vellet citare,grauaret partē:et ſic
5 daret materiā appellandi. ❡ † Item not.qd lit.conteſt.contra reum procedi poteſt ad diffinitiuā ſi liquet de cauſa.ꝛ ſi non liquet procedi poteſt ad miſſionem in verā poſſeſſionē.ꝛ ſic ſtatim etiā non expectato anno erit verꝰ poſſeſſor ipſe immiſſus. nec poterit reus poſſeſſionē recuperare etiā ſi veniat infra annum.ſed ſolum audietur de proprietate.et ſic efficieṫ de poſſeſſore petitor.ꝛ ammodo grauabitur onere pbandi pprietatem. Secus quando lit.conteſta.fit immiſſio.quia tunc.ꝫ.annū poſſet reus recuperare.vt in.c.qm̄.§.in alijs.et lit.non conteſta. Et
6 ex hoc no.qd † maior eſt contumacia q̄ cōmittitur poſt lit.cōteſta.ꝛ maioris effectus.ꝙ ſi cōmittatur ante lit.conteſt. ❡ In glo.ij.ibi ſola promiſſio ſufficit.pro hoc facit.l.ſancimus.C.de ver.ſig.vbi appellatione cautionis in dubio intelligitur de nuda.glo.tñ in.d.§.ſi dubitetur.ꝫ.allega.videtur velle ꝙ licet non poſſit cogi ad cauendū cū fideiuſſore vel pignore,poterit tamē cogi ad cauēdū ſub pena:qꝛ hoc facilius fieri poteſt qd eſt notādū.ꝛ dicit etiā Hoſti.ꝙ ad cautionē iuratoriā fuit iſte coactꝰ quia iam ſemel erat contumax alʼs nō debuiſſet cogi.et per hoc redarguit iudices qui in limine iudiciorū ſine cauſa extorquēt iuramētū de parēdo iuri.ſed tu potes recurrere ad notata.in.l. ſciendū.ff.qui ſatiſ.cog.ꝛ in auf.offeraṫ.C.de lit.cōte.vbi diſtinguitur an quis poſſideat immobilia vel non. ❡ In gl.inſtante. ibi.c.vno.hic iunge verſi.vel poteſt.qui eſt.ꝫ.ꝛ nō.ex glo.duplicem practicā.vna ꝙ fiat interrogatio per iudicē inſtāte actore. alia ꝙ per ipſum actorē preſente iudice.ꝛ vtraqꝫ eſt bona. ❡ In ea.gloſ.ibi ꝙ [in] libello poſſet ꝛc.precedens cōmuniter tenetur
7 quia † libellus eſt de ſubſtantia iudicij in iudicijs ordinarijs ſi petatur.vt not.in cle.ſepe.de verb.ſigni.in verbo neceſſario. ❡ In glo.pe.in fi. Alij [vero] dicunt hic ſpeciale vt poſſit pcedi lit.nō conteſta.in odium [con]tumacie [p]eriuri.ſed cōmuniter tenetur gloſ.
❡ In glo.fi.[i]b[i] glo.in pri[n]c[ipio] declarat qualiter habeat locū quelibet pars a[lter]ius.demū [diſt]inguit plene in materia qualiter
c procedi poſſit [cont]ra [con]tumacē.ꝛ volui diſtinguere duos caſus
8 principales:[aut] reus eſt abſens contumaciter:aut actor.primo caſu ſubdiſtinguit:qꝛ aut reus conuenitur reali aut perſonali.ꝛ ſic realiter tum ſubdiſtinguit:qꝛ aut lis eſt vere conte.aut quaſi conte.aut nec vere:nec quaſi cōteſta.que ola proſequitur gloſſ. ❡ Item no.ꝙ vbi procedi poteſt cōtra abſentē ad diffinitiuā.poterit iudex etiā ex officio pro veritate eruēda examinare teſtes ad vtilitatē abſentis.vt notabiliter dixit Bar.in auf.qui ſemel.C. quomō ꝛ qñ iu.per illum tex.ꝛ facit qd habetur in.l.amplioreꝫ. C.de appel. Et nō.etiā ꝙ dicitur liquere pro reo de cauſa quādo dato termino ad pbandū,vtriqꝫ parti nihil eſt pbatum.qꝛ actore non pbante reus eſt abſoluendus.l.qui accuſare.C.de eden. Secus quādo nō eſſet talis terminus datus.vt no.in.l.properādum.§.j.C.de iudi.maxime per Bar.vnde tunc nō debet abſolui diffinitiue:ſed poſſet abſolui ab inſtantia iudicij citandus tñ
a eſſet actor ad audiēdum talem abſolutoriā ſicut etiaꝫ citandus eſt a diffinitiua. Secus ſi ſolū vellet circūduci edictū citationis. vt notauit Inno.in.c.conſuluit.ꝫ.de offi.deleg.

1 ❡ Decretū ꝛ decretalis epiſtola qualiter differant.
2 Exceptio peremptoria fundari poteſt fundata intētione actoris.
3 Sententia incerta interdū valet ꝛ qñ etiam fertur ſub cōditione.
4 Luere qui non poteſt in ere etiam in ciuilibus poteſt aliter caſtigari.ꝛ nume.20.
5 Nolo ꝛ non volo qualiter differant.
6 ❡ Dilatoria quādo opponiṫ ante lit.cōteſ.ſi euidenter conſtet de calumnia debet condēnari in expenſis.
7 Iuramentum calumnie an excuſet ab expenſis.ꝛ nu.11.ꝛ.18.
8 Expenſe contumacie qualiter peti debeant.
9 Et an quis poſſit ratione cōtumacie cōdēnari in expenſis ſi eſt cauſa in qua pcedi poteſt cōtra abſentem.
10 Et qñ cōtumax condēnatur in expenſis an debeat citari.
12 Cauſam iuſtā habens interdum ſuccumbit.
13 Victor nō recuperat expēſas quas ſoluit ob ſui culpam.
14 Ab expenſis qualiter quis excuſetur.
15 Cauſam iuſtam litigādi quis habere dicatur.
16 Victus victori condēnari debet etiā in criminali.
17 Sentētia ſi hꝫ plura capitula ſuccūbens in vno in illo condēnaṫ ſi tamen obtineret in alio:aduerſarius in expēſis illius articuli condemnaretur.
18 Iudex an poſſit condemnare in expenſis reſeruata taxatione.

**Finem litibus cupiētes.**

d Qui fundata [d] intentione actoris peremptoriā opponit ꝛ a.cceptis inducijs deficit in probādo punitur in expenſis:qꝛ doloſus preſumitur.h.d. Et dñ dicit peremptoriaꝫ melius ſtaret [ex]ceptionē opponit vt ſic cōprehendat quaſi perēptoriā.de qua in.c.j.in.iiij.gloſ.ꝫ.de excep.ꝛ etiā dilatoriam que quādoqꝫ poſt lit.conte.opponitur.ꝫ.de offi.deleg.c.inſinuante. fm Io.an ❡ Et diuiditur in duas partes principales:quia primo pr[e]mittit cauſam cōſtitutionis generalē.ſecūdo ibi:preſen
1 ti pon[it c]onſtitutionē.ꝛ duas ſpeciales cauſas interſerit.prima cā ibi:q[…] [v]eter.ſcd'a ibi:vt hoc ſaltē. ❡ † Que differentia ſit inter dec[retum] [ꝛ decretalem] epiſtolam habes.ij.diſti.in ſumma. ❡ No. [q]ꝛ iura debent tendere ad lites abbreuiādas:ne alʼs partes n[…] [q]ū grauenṫ in laboribus ꝛ expenſis. ❡ Item no.ꝙ vaca
2 tio […] [qu]ā periculoſa eſt ipſi beneficio. ❡ † Itē no.ꝙ exceptio pere[mptoria] [qu]e pōt opponi fundata intētione actoris:ꝛ ſic etiā poſt didi[…]a teſtificata.ꝛ eſt rō qꝛ ſup nono articulo pendēte a veteribus [… o]ppoſitio.et ideo admittiṫ.vt in.c.fraternitatis.ꝫ.de teſti. cū ibi no.a. ❡ Itē no.ꝙ exceptio peremptoria q̄nqꝫ opponiṫ ad fidē differēdi ꝛ dilatādi pceſſum:ꝛ nō ad finē perimendi. ❡ Itē no [ꝙ] ſi fundata intētione actoris obijciṫ exceptio peremptoria ſi ob[…] nō offert ſe incōtinēti paratū pbare.ſtatim cōdēnari dꝫ in […] [pen]dis ſub cōditione ſi ipſuꝫ opponētē ſuccūbere
3 cōtinga[t …] no.tria.pmo ꝙ interdū valet ſñia icerta vt qñ ferṫ [… f]acit qd no.Inno.ꝫ.de exceſ.pla.tāta. ❡ Secūdo no.ꝙ tractꝰ fu[t]uri tpis ſpectare vꝫ ad iudicē.qñ pſens ſtatus veriſimiliter i[…] obligationem in futurū.de quo in.c.in noſtra.de ſepultur[is …]mi.prelatis.lib.vi.ꝛ per Bar.in.l.j. de ſen.que ſine ce[rta …] ꝛ facit qd ipſe notat in.l.inter ſtipulantē.§.ſacrā.d[e …] Tertio no.ꝙ tenet ſentētia licet

a ❡ No.pmo iſtud no.eſt ꝫ practicaꝫ Ang.quia ſemper petūt dilationes quā cē vocari pretextu.ꝛ faciunt expēſas parti ꝛ […] nō neceſſarias i detrimētū animarum ſuarum.

b ❡ Iudice interrogante. adde Lāfrā. pleniſſi cū per rubri.d cau.poſ.ꝛ p pxieta.

c ❡ Cōtra cōtumacē.adde eādē diuiſionē de vbo ad vbū paucis declaratiōibꝰ ꝛ ſuppletiōibus addit. ponit Spe. tit.de cōtu. §.ſequiṫ.circa princi.

d ❡ Qui fundata.idē de vbo ad vbū do.Abbas

Ayuntamiento de Madrid

feratur ſub cõditione.de quo.ij.q.vi.biduũ.❡ Potes etiã no-
tare duo neceſſaria vt habeat locum pena hu9 decre.primũ ꝙ
fundata intẽtiõe actoris opponat exceptio ſm̃ [illegible] opponẽs nõ
offerat ſe ſtatiꝫ ꝓbaturũ.⁊ ex hoc no.ꝙ offerẽs ſe ꝑaratũ ſtatiꝫ
ꝓbare purgat preſumptionẽ malitie ſurgẽtẽ ex oppoſitiõe fa-
cta fundata intẽtiõe actoris.❡ Jtẽ no.hic expreſſum ꝙ etiã in
4 ciuilibus† ꝗ nõ põt lucre in ere,aliter dꝫ caſtigere ſm̃ arbitriuꝫ
iudicis.⁊ per hoc ampliant iura alleg.hic in glo.ſi.que loquunt
5 in criminalibus.❡† Ultimo no.de verbo nolo qꝛ denotat ex-
preſſam repudiationẽ ⁊ reſiſtẽtiã.facit.l.filij mi.§.j.ff.ad tertul.
de quo per legiſtas ibidẽ.⁊ in.l.qui ſe patris.C.vnde liberi.Se-
cus videtur ſi quis dicat nõ volo:qꝛ iſtud poteſt verificari de eo
qui deliberat:qꝛ ille nõ vult.ſ.de preſenti.quãtuꝫ tñ ad terminos
huius decre.nõ refert an dicat nolo:ſtatiꝫ ꝓbare an vero dicat
nõ volo:qꝛ etiã ſi nihil dicat eſt locus pene huius.c.ſi ſuccũbat
in ꝓbando:ex quo nõ obtulit ꝓbationes incõtinẽti,ſꝫ in alijs
caſibus ꝓcedat predicta differẽtia.vnde verũ eſt dicere dormiẽ-
tem no velle legere qꝛ volũtas ſua ad hoc nõ applicat:ſed non
eſt verũ ꝙ nolit.facit qd̃ no.Jo.an.in.c.prudẽtiã.§.ſexta.de of-
fi.deleg.❡ Jn gloſ.exceptione.in fi.Sed tunc ob.qꝛ publicatis
atteſtationib9 nõ eſt licitũ ꝓducere teſtes.j.de teſta.fraternita
tis.Potes dicere ꝙ hic actor fundauit intẽtionẽ ſuã ꝑ inſtru-
menta vel per cõfeſſionẽ partis nõ ꝑ teſtes:vel ſi fundauit per
teſtes.reus vult ꝓbare exceptionẽ aliter ꝙ per teſtes.vel tertio
etiã per teſtes tunc poterit ꝓbare qꝛ lꝫ publicatis atteſtationi-
bus nõ ſit licitũ ꝓducere teſtes.verũ eſt ſuper.e.c.vel directe cõ-
trario,vt not.in.d.c.fraternitatis.⁊ in cle.teſtibus.de teſti.Sed
ſuper alio.c.bene licet ꝓducere teſtes,vt no.in dictis iurib9.et
C.de temp.ap.in.l.ꝑ hãc.⁊ ita intelligat hic.❡ Jn glo.magna
hec glo.plura facit.nã primo tractat an decre.habeat locũ in ex-
ceptionib9 dilatorijs oppoſitis añ lit.cõte.ſcd̃o tractat de ex-
a penſis rõne cõtumacie.Tertio tractat de expẽſis [a] que veniũt
rõne victorie interſerẽdo etiã de victoria in exceptiõe perẽpto
ria.quarto tractat de expenſis in cauſa criminali.quinto de ex-
penſis in cauſa appellationis.ſexto q̃ expenſe veniãt reſtituẽ-
de.ſeptimo quo iure petant expenſe.ſcd̃a ibi:ſed expenſe.tertia
ibi:item ⁊ illud.quarta ibi:ſed in criminali.quinta ibi:ſed in cã
appellatiõis.ſexta ibi ⁊ no.ꝙ tm̃ neceſſaria.ſeptima ibi ⁊ no.ꝙ
6 expẽſe.❡†Jn ea.glo.ibi vbi hꝫ veriſimilẽ cauſam excipiẽdi.⁊
ſic concludit glo.ꝙ vbi apponitur dilatoria añ lit.conteſ.ſi eui-
denter cõſtet de calũnia.habeat locũ decre.vt cõdẽnet in expẽ-
ſis.alias ſec9.maxime vbi ſit iuratũ vel vbi habeat veriſimilem
cauſam opponẽdi.⁊ ſic idẽ ſi nõ ſit iuratũ:nec appareat de veri-
ſimili.❡ Sed Hoſti.tenuit cõtrarium qꝛ erit condẽnandus in
dubio ex quo ſuccubuit niſi appareat ꝙ habuerit ꝓbabilẽ cãm
opponendi per.c.j.de excep.in.vj.⁊ in.c.frequẽs.de reſti.ſpolia.
eo.lib.do.Flo.hic cõcordat opiniones qꝛ nõ debebit ſtatim cõ-
demnari tꝑe obiectionis qñ opponit dilatoria ante lit.cõte.ſꝫ
demũ qñ ſuccũbet.Secus qñ opponit perẽptoria poſt funda
tam intẽtionẽ actoris.vt hic eſt caſus ſingu.ſm̃ eũ.nã tunc ſta-
tim tꝑe obiectionis cõdẽnari poteſt ſub [illegible]nditione ſi cõtingat
eũ ſuccũbere.vt hic aperte videt ꝓbari nõ violãdo textum.cũ
dicit:extunc in iudicio faciẽdis ⁊c.et eſt ratio diuerſitatis quia
fortior eſt preſumptio calũnie cõtra obijciẽtẽ iam fundata in-
tentione.et dicit idẽ dicẽdũ ſi fundata intentiõe [illegible]ei actor repli-
cet.quia etiã tunc habebit locũ hec decre.qꝛ eſt eadẽ ratio.et qꝛ
litera ſimpliciter dicit altera ps.⁊ ſic verbũ exceptio late ſume-
retur.vt etiã cõprehendat replicationẽ.⁊ hec opinio ſatis vide
7 tur rõnabilis.❡†An aũt iuramentum calũnie excuſet ab ex-
8 penſis.j.tangetur.❡†Jn ea.glo.ibi.C [illegible] udi.ſancimus.No.
bene quia gloſ.videtur ſentire duplicẽ practicã petẽdi [illegible] pẽſas
cõtumacie.vna eſt vt directe petant petẽdo.ſ.condẽnari con-
tumacem ad expẽſas.alia indirecte vt obijciatur ꝙ contumax
non audiatur niſi prius refundat expẽſas.et in hac ſecũda om-
nes concordant.ſꝫ prima fuit opinio.tunc Cy.etiam ill [illegible] net
in dicta.l.ſancimus.in.j.q.⁊ Jo.an.hic per.c.j.⁊ de dolo ⁊ cõtu.
in.vj.⁊.j.c.pxi.⁊.ſ.de ꝓcurato.auditis.⁊ hoc quãdo nõ [illegible] ſt de
uentum ad miſſionẽ in poſſeſſionẽ.Si aũt ſit deuentũ tunc in-
directe petentur ſi cõtumax infra annũ vult recuperare poſſeſ-
ſionem.poſt annũ vero nullo modo petentur:ſed efficietur ve-
rus poſſeſſor immiſſus.⁊ lucrabitur fructus.ſ.vt lit.nõ conteſ.
qñ.§.in alijs.⁊ hoc videtur ſequi Jo.an.et Pau.ſꝫ do.Flo.te-
net indiſtincte etiã in dictis caſibus peti poſſe e[illegible]ẽſas.nec cõtu-
macia maior habeat ꝓdeſſe.facit qd̃ habet [illegible] vrel
in.vj.❡ Sed forte verior eſt opi.Jo.an.qꝛ non debet cõtumax
duplici pena puniri.ſ.de iudi.at ſi clerici.⁊ [illegible] iõ cũ ſatis ſit puni-
tus per miſſionẽ in poſſeſſionẽ.videtur [illegible] aliter nõ debet puni
ri.⁊ preſertim poſt annũ.nam appar[illegible] [illegible]ſſe inaniter factas
expenſas contra contumacẽ cũ fa[illegible] [illegible] cõtumax de poſ-
9 ſeſſore petitor.vt dicto.§.in alijs [illegible] aũt [illegible] oſit quis con-

a ❡ De ex-
pẽſis.d̃ ma
teria expẽ-
ſarum ſiue
fiant in iu-
dicio, ſiue
extra ſiue
añ lit.cõte.
ſiue poſt ſi-
ue ĩ pncipa
li ſiue in cã
appellatio
nis ſiue in
cauſis ele-
ctionis ,vi
de pſpe.ple
ne.rubri.de
expẽſis.§.j.
ij.⁊.iij.ꝑ to
tũ.⁊ vide di
ſtin.quã po
nit.i.§.ſi.xͦ
ex pmiſſis.

demnari in expẽſis ratione contumacie ſi eſt cauſa in qua poteſt
procedi cõtra abſentẽ.Cõpoſ.tenuit ꝙ ſic.in.c.j.de elec.in.vj.ſꝫ
Guil.in ſpecu.de expenſis.§.iuxta.ver.quid ſi talis.tenuit cõtra
rium.vt hic refert Jo.and.ſed ipſe Jo.and.concordat opiniones.
quia aut nõ ꝓceditur in cauſa licet poſſit procedi ⁊ condẽnabit
in expenſis.facit.j.de ap.Nicolao.⁊ qd̃ no.ſ.de renun.veniẽs.et
qd̃ habetur.j.ea.proxi.vbi loquitur de cauſa electionis in qua ꝓ
cedi poteſt lit.non cõteſt.ſ.vt lit.nõ cõte.qm̃.§.porro.❡ Si au
tem ꝓcedatur.tunc ſm̃ Jo.an.nõ condẽnabitur ſtatim.⁊ ſic in-
telligatur opinio Guil.ſed in fine cauſe in diffinitiua.⁊ hec opi-
nio ſatis videtur rationabilis.tñ do.Flo.tenet indiſtincte opi-
nionẽ cõpoſito.per.c.[illegible]ẽs.ſed certe nõ apparet ibi proceſſum
fuiſſe ad diffinitiuã.[ADDJ] Tamẽ de iure verior videt opi
nio compoſ.per.l.ſancimus.C.de iudi.que indiſtincte loquitur.
10 [TJO] ❡†An aũt qñ [illegible]o cõdẽnat cõtumax in expẽſis debeat
citari.Jnno.notabiliter tenuit ꝙ non in.c.calũnia.de penis.nec
ob.ꝙ not.in.c.cũ qui.de dolo ⁊ contu.in.vj.vbi videt ꝙ debeat
bona citatio fieri.quia illud verũ quando quis vellet ꝓcedi ſuꝑ
principali.Secus qñ ſuꝑ ipſo acceſſorio expenſarũ quas incur-
rit rõne cõtumacie:quia tunc nõ eſt neceſſaria citatio.vt etiã te-
tigi in.c.j.de iudi.ſecus eſſet ſi iudex vellet aliter mulctare cõtu-
macẽ:quia tũc bene requireretur citatio.vt dixi in.d.c.j.⁊ notat
Bar.in.l.ij.ff.ſi quis in ius vo.nõ iert.❡ An autẽ debeat cõtu
max condẽnari in expenſis prime citationis.glo.tenuit ꝙ ſic.ſ.
de ꝓcura.querelã.de quo ibi per Jo.and.⁊ per Cy.in.d.l.ſanci-
mus.❡ Jn ea.gl.ibi a primo caſu.ſ.qñ agitur de expen.contu-
macie.❡ Jn ea.glo.ibi:ſicut in priori.ſ.quando quis ſuccubuit
in dilatoria ante lit.cõte.appoſita.Et no.ꝙ quãdo dilatoria ſop
poneretur poſt lit.conte.fundata iam intẽtione actoris.qd̃ quã-
doqꝫ fieri poteſt ſm̃ no.de offi.deleg.inſinuante.haberet locum
iſta decre.quia eadẽ eſſet ratio.⁊ qꝛ etiam verba huius.c.genera
liter dicunt de exceptione.⁊ ſic cõprehendẽt nedũ peremptoriã:
ſed etiã dilatoriam.❡ Et not.etiã ſm̃ Jo.an.ꝙ ſi obijcitur exce
ptio poſt fundatã intentionem actoris ⁊ excipiens offerat ſe ſta
tim ꝓbaturuꝫ:nõ habebit locũ decre.quia licet ſuccũbat nõ de
bebit ſtatim condẽnari ſed veniet condẽnandus in fine cauſe a
contrario ſenſu decre.ſed do.Flo.hic ſentit oppoſitum.ar.c.fre
quẽs.de reſtitu.ſpol.in.vj.⁊.c.pia.de excep.e.li.⁊.j.c.proxi.Nec
ob.iſte tex.quia fatetur ꝙ tꝑe obiectionis.tũc nõ condẽnabitur
qd̃ ſecus eſſet quãdo nõ offert ſe ſtatim ꝓbaturũ vt ſuperius di
xi.ſed bene cõdẽnabitur poſtꝙ apparebit eũ ſuccumbere.ar.iu
rium pallegatorũ.⁊ hec opinio ſatis videtur rõnabilis.❡ Jn ea
dem glo.ibi benignius exponũt alij ⁊c.⁊ ſic videtur gl.ſequi pri-
mam opinionem in expenſis ratione victorie.vt condẽnetur vi
ctus ſi nõ apparet ꝙ habuerit probabilem cauſam litigandi.vel
non ſit iuratum de calumnia.ſecus ſi habuerit probabilẽ cauſaꝫ
11 litigandi.vel ſi ſit iuratum de calumnia.❡†Et ſic no.ꝙ iura mẽ
tum calumnie excuſat ab expenſis que veniunt preſtande ratio
ne victorie.⁊ hec eſt cõmunis opinio gloſ.tam iuris canonici ꝙ̃
ciuilis.vt patet hic.⁊.ij.q.j.in primis.⁊.C.de epiſco.⁊ clericis.au
ten.generaliter.⁊ in auten.de iudi.§.oportet.vj.collatio.niſi cõ-
ſtet de euidenti calũnia vt dictum eſt ſed contrariam opinioneꝫ
et ſic ſecũdam ſuperius poſitam tenent vltramontani vt refert
Cy.in dicta autẽ.generaliter:⁊ ſequũtur etiam cõmuniter citra-
montani.⁊ Bar.maxime in.l.j.§.j.ff.ad turpil.⁊ Joã.an.hic.⁊.j.
de penis.calumniã.mouẽtur:quia licet preſumptio ſit pro iuran
te,tamẽ illa tollitur per ſententiã contrariã poſtea ſubſecutã.ar
gu.l.nã ⁊ poſtea.§.ſi dãnetur.ff.de iureiur.⁊ qd̃ not.in.c.cũ inter
R.ſeniorẽ.de elec.⁊.j.qui fi.ſint legi.trãſmiſſe.Jtẽ qꝛ quis venit
condẽnandus in expenſis.non ſolũ ratione calũnie preſumpte.
ſꝫ etiã ratione temerarie litigationis.l.eũ quẽ temere.ff.de iudi.
et in.d.l.j.§.j.⁊ ideo licet iuramẽtum calũnie excuſaret a preſum
pta calũnia.nõ tamẽ excuſat a temeritate.nec ob.l.illud.ff.de pe
ti.here.quia ibi nõ loquitur de metu expenſar.ſed dꝛ ꝙ non de
bet reus teneri de caſu fortuito ſi defendat ius ſuũ.ne alias ſub
pretextu talis metus cogat ius ſuuꝫ relinquere indefenſum.qd̃
nõ eſt dicẽdum.Jtem nõ ob.l.qui ſolidũ.§.etiã.allega.in gloſſ.qꝛ
ibi apparet ꝙ habui ꝓbabilem cauſam litigãdi aliter ꝙ̃ per iu-
ramentum calũnie.ideo tunc excuſatur.Jtem nõ ob.ꝙ etiã ha-
12 bens† iuſtã cauſam interdum ſuccũbit.facit qd̃ no.in.l.heres fu
rioſi.ff.de peti.here.qꝛ regulariter cõtrariũ eſt veruꝫ.⁊ iura ada-
ptant ad ea q̃ frequenter ⁊ nõ raro accidũt.ff.de legi.in.l.nam et
13 ea.j.de deſpon.impu.literas.cum ibi not.❡†Et no.ꝙ in expẽ
ſis ratione victorie nõ cõſequetur vincens expẽſas quas prius
ſoluiſſet aduerſario ꝓpter ſuam culpam.⁊ ſic nõ recuperabit ex
penſas ſolutas ſm̃ formã huius decre.vel ratione contumacie.
14 arg.de regu.iur.damnũ.li.vi.❡†Et aduerte quia in duobus
caſibus excuſatur ab expenſis.ſ.quãdo ipſe victus habuiſſet iu-
ſtam cauſam litigandi aliter ꝙ̃ per iuramẽtuꝫ.vel quãdo ferret
ſententia pro contumace abſente.vt.l.ꝓperandũ.§.ſi autem al-
tertra

Ayuntamiento de Madrid

teꝛtra.C.de iudi. Que aũt poſſit eſſe ꝓbabilis cauſa litigandi
ponit hic Hoſti.qñ foꝛte quis ſucceſſit alteri ⁊ in ſcrinio reperit
inſtrumẽtũ debiti nõ cãcellatũ cũ tñ reuera ſolutio eſſet facta.
facit de regu.iuris.l.qui in alterius.et.j.de reg.iu.cũ quis.li.vj.
tñ videt̃ hoc limitandũ ſi ipſe deſiſtat poſtq̃ h₃ notitiã ſolu⸗
tionis facte.nã vſq₃ ad illud tẽpus h₃ pꝛobabilẽ cauſam litigã⸗
di.ſed poſtq̃ videt liquidã ſolutionem non h₃ iuſtam cauſam.
ideo expẽſis poſtea factis poterit cõdẽnari.l.ſi quis inficiatus.
ff.depoſi.vnde cautela eſt ꝙ cedat liti poſt liquidatam ſolutio⸗
15 nem.¶†Dicitur etiã habere iuſtã cauſa₃ ſi foꝛte ſemiplene ꝓ
bauit.per id qð habet̃ in.c.ij.de calũniatoꝛibus.⁊ in.l.athaletꝰ
ff.de falſis.cũ ibi nota.per Bar.⁊ ſic videtur velle etiã Jo.An.
qð videtur poſſe ſuſtineri ſi erat cauſa in qua poterat deferri iu
ramentũ:alias videt̃ imputandũ.monendo litem.ex quo vide⸗
bat ſe nõ poſſe plene pꝛobare.¶ Eſt etiam iuſta cã ſm Hoſti.
ſi pſona ſit valde religioſa et magne cõſcientie.nã pꝛo illa pre⸗
ſumitur ꝙ non calũniet̃.ar.j.de no.oper.nun.c.ij.et hoc ſequit̃
Jo.an.l₃ do.Flo.videatur tenere in hoc oppoſitum.ego q₂ ſi nõ
apparet de alia cauſa ex quo ſuccũbit pꝛeſumptio eſt.... ſ₃
certe ſatis vẽ equa dicta opinio.q₂ ſi alias ſit vite religioſe ⁊ ma
gne cõſciẽtie nõ d₃ pꝛeſumi ꝙ in hoc fuerit calũniatꝰ.arg.dicti
c.ij.⁊ ꝓ opinione ꝙ iuramẽtũ calũnie excuſet ab expẽſis ratio⸗
ne victoꝛie.facit q₂ in cã criminali iurat̃ etiã de calũnia.ꝫ.de iu⸗
ra.calũ.in.c.j.⁊ ſimiliter in cã appellationis.de iura.calũ.c.ij.in.
17 vj.⁊ tñ nõ excuſat in illis.vt.j.tangit glo.¶†In ea.glo.ibi:ſ₃
in criminali ⁊c.⁊ ſic vult glo.ꝙ etiã in criminali ſuccũbens con⸗
dẽnetur in expẽſis.⁊ hec eſt vera opinio.pꝛo qua videt̃ caſus in
l.iij.C.q accu.non poſ.⁊ in.l.ſi.ſ₃ vnã lectu.C.de fru.⁊ lit.expẽ.
licet butr.tenuerit oppoſitũ duplici rõne.pꝛimo q₂ iudex cauſe
criminalis non d₃ ſe intromittere de ciuili.l.ſolemus.§.latrũ⸗
culatoꝛ.ff.de iudi.¶S₃ certe illud verũ pꝛincipaliter.ſed inci⸗
denter bene põt.vnde iudex aditꝰ pꝛincipaliter ſup crimine
furti incidenter faciet rẽ reſtitui.l.interdũ.§.qui furẽ.ff.de fur⸗
tis.Scða ratio fuit q₂ in criminali h₃ locũ pena calũnie.j.ð iu⸗
ra calũ.c.j.⁊.ij.⁊.l.j.§.j.ff.ad turpil.⁊ ſic nõ d₃ alia pena puniri.
ſed certe pena calũnie nõ applicatur parti:ſed tendit ad vindi⸗
ctam publicã.ſed condẽnatio expenſarũ bene applicatur parti:
ideo ſe cõpatiunt̃.l.j C.quãdo ciuilis actio pꝛeiudicet crimina
li.pꝛeterea pena expenſarũ,licet ſit pena reſpectu ſoluẽtis nõ
eſt mera pena reſpectu recipiẽtis:imo eſt intereſſe.vt no.in.c.ſi.
ꝫ.de reſcrip.⁊ de elec.c.j.in.vj.¶ In ea.gl.ibi:ſ₃ in cã appella⸗
tionis.cõcoꝛd.gl.ij.q.j.in pꝛimis.Sed tene qð not.gloſ.in regu.
ignoꝛãtia.de regu.iur.in.vj.que fuit tracta ex dictis Inno.hic.
et ſequitur Bart.in.l.ſi.ff.de re iudi.q₂ ſi ſuccũbit qs in cã app.
ex eiſdẽ actis ꝓcedit iſta gloſſ.q₂ non videt̃ tũc habuiſſe iuſtam
cauſam appellãdi.imo fuiſſe in erroꝛe iuris.ſecꝰ qñ ex nouiter
actitatis ſuccubuit:q₂ tunc excuſatur ab expẽſis factis vſq₃ ad
tempus in quo facte ſunt noue ꝓbationes.per.l.ſi quis inficia⸗
tus.ff.depoſiti.et iſta videtur vera opi.licet alij diſtinguãt inter
appellãtẽ ⁊ appellatũ ꝙ magis faueatur appellato cũ habue⸗
rit ſententiã ꝓ ſe in pꝛincipali:⁊ ſic volunt ꝙ excuſetur ab expẽ
ſis licet ſuccũbat in cã appellationis.¶ Sed certe nõ eſt ratio
quare ſi debet excuſari ſuccumbat ex eiſdem actis : quia ex quo
fuit appellatũ debuit videre an ex actis iuſte obtinuerit.ideo
ſi hoc non fecit ſibi imputetur.⁊ ſimiliter ſi fuit in erroꝛe iuris.
17 ¶†Et not.ꝙ ſi ſentẽtia h₃ plura capitula ſuccũbẽs in vno in
illo condẽnatur.ſi tñ obtineret in alio aduerſarius in expenſis
illius articuli condẽnaet̃.⁊ ſic fieri poſſet cõpenſatio.et ſic etia₃
pꝛacticat̃.ſed vbi vnus eſt articulus,vt q₂ condẽnatus eſt qs in
centũ appellat ⁊ obtineat in quinq₃:cõdẽnabit̃ ſibi aduerſariꝰ
in expenſis.q₂ capitulũ erat vnicũ.⁊ ſic cenſebat̃ indiuiduũ.l.in
hoc iudiciũ.ff.fa.erciſ.⁊ hoc tenet hic Inn.⁊ ſic nulla fiet com⸗
18 penſatio hoc caſu qð eſt notandũ.¶ Et adde inquantum dixi
iuramẽtũ calũnie nõ excuſare ab expẽſis.ꝙ Bar.iſtã opin.ſeq⸗
tur in.l.j.§.j.ad turpil.ſ₃ ipſe idẽ tenuit cõtrariũ in quodã con⸗
ſilio qð incipit:andruitius bemboli ⁊c.ſed cõiter ſeruatur opi.
quã tenuit in.d.l.j.¶ In ea gl.ibi:⁊ vtilis.hec eſt cõis lra.ſ₃ alij
habent literã negatiuã ⁊ nõ vtiles.⁊ hoc tenet glo.ij.q.j.in pꝛi⸗
mis.ſ₃ cõcoꝛ.quia ſi ſunt vtiles moderate:poſſunt peti.vt in.c.
cũ veniſſent.alleg.in gl.vt ſi foꝛte habuiſſet duos aduocatos.ſe
cus ſi immoderate.vt q₂ habuiſſet.x.aduocatos.⁊ ſic vult etia₃
Jo.an.¶ In ea.gl.ibi:⁊ aduocatis.hoc verũ ſi ſoluat eis:⁊ idẽ
ſi non ſoluit ſi pꝛeſtiterunt patrociniũ animo remunerandi vel
obligãdi ad antidoꝛa.Secus ſi oĩno liberaliter pꝛeſtiterunt.l.ſi
vero nõ remunerãdi.ff.mãdati.¶ In ea.glo.ibi:ante lit.conte.
petunt̃ iure actionis.hoc nõ eſt verũ:q₂ tũc etiam lata ſentẽtia
poſſent peti qð eſt contra.l.terminato.allegatã in gl.ideo tene
ꝙ etiã facte ante lit.conteſt.veniũt officio iudicis in.l.ſancimꝰ.
C.de iudi.¶ Nec obſ.§.itẽ ſciendũ.⁊.l.ſi ſerui.que allegantur in
glo.quia nõ loquunt̃ in expẽſis lit.ſed in fructibus et intereſſe.

Quãdoq₃ veniũt expẽſe iure actionis.vt qñ in inſtrumẽto ſunt
pꝛomiſſe.⁊ tũc etiã poſt ſententiã peti poſſent.l.iij.§.ſi.⁊ ibi glo.
de leg.iij.Item Bar.ſi ſtatutũ dicit ꝙ victus victoꝛi condẽnet̃
in expenſis.q₂ petet cõdictione ex ſtatuto.¶ Sed do.Flo.hic
tenet oppoſitũ:niſi aliud appareat de mẽte ſtatuẽtis.quia in du
bio potius videt̃ ſequi ius cõe.arg.de reſcrip.c.j.⁊ de conſti.c.j.
cũ ibi nota.in.vj.⁊ hec opi.ſatis videtur rõnabilis tñ opi.Bart.
vera videt̃ per notata per ...l.j.§.j.ff.ad leg.fal.¶ In ea.glo.
ibi pꝛius taxabit.⁊ ſi apparuerit ſe erraſſe.poterit ſe coꝛrigere.vt
voluit Inno.in.c.ſi.ꝫ.qð met.cau.cũ iſta videatur interlocuto
ria,que fertur ſup expen.vt ibi voluit Inno.qð eſt notandum.
¶ In glo.pe.in ſi.No.bene quia ... intellectũ quẽ tenuit do.
Flo.in hac decre.⁊ etiã poſuit Innoc.ſc₃ ꝙ tpe obiectionis poſ
ſit fieri cõdẽnatio expenſaꝝ ſub cõditione ſi contingat obijcien⸗
19 tẽ ſuccũbere.¶†Tractat etiã hic Inno.An poſſit iudex con
dẽnare in expẽſis:reſeruata taxatione.⁊ tenet ꝙ ſic,tñ delega
tus nõ poterit taxare niſi ſit talis qui poſſit ſuã ſentẽtiã exequi.
vt no.Bart.in.l.terminato.¶ Quid autẽ ſi iudex ꝓnũtiet peti
poſſe expẽſas.Inno.tenet ex quo aliter nõ condẽnat non valere
ſniam.ſed Bar.tenet oppoſitũ per.d.l.terminato.⁊ per id quod
habet̃ in.l.ſi finita.§.eleganter.ff.de dã.infec.⁊ ꝓpter talẽ ſenten
tiam omnimodo poterũt peti iure actionis.de quo per Bar.in.d.
l.terminato.Tutioꝛ tñ eſt pꝛactica ꝙ cõdẽnet in expenſis iudex
20 facta reſeruatione.¶†In glo.ſi.in ſi.Et ſingulariter tene men
ti textũ iſtũ ꝙ etiã in cã ciuili qui nõ põt ſoluere in pecunia ſeu
in ere,ſoluit in coꝛpoꝛe.⁊ hoc ꝓpter pꝛeſumptã calumniã.nã in
cã criminali hoc eſt clarũ.vt in iuribus alleg.in glo.ſed de cau
ſa ciuili non ita bene habemus clarum niſi per iſtum textum.

1 Appellare licet a quolibet grauamine.
2 Appellatus poteſt appellationem pꝛoſequi licet appellans nõ
pꝛoſequatur.
3 Peremptoꝛius terminus aſſignari poteſt in pꝛima citatione.
4 Citatio vt quis compareat vſq₃ ad diem feriatã valet.
5 Citatione facta ſuper tota cauſa cũ cõminatione de ꝓcedendo
ad vlterioꝛa q̃tum de iure poterit an ſit neceſſaria alia citatio.
6 Citatio poteſt cõmitti nũtio viua voce etiã ſine ſcriptis.⁊ nu.13.
7 Citatus a papa vt perſonaliter cõpareat excuſat̃ ſi nõ poteſt cõ
parere etiã ſi nõ mittat ꝓcuratoꝛem.⁊ nu.16.
8 Mandatum ex qualificatione non redditur indiuiduũ per vni⸗
tatem verboꝛum.
9 Citatio vt quis cõpareat certa die cõparere debet q̃ pꝛimũ põt.
10 Procedi poteſt poſt longũ tempus cõtra contumacẽ in die aſſi
gnata ad inſtantiã alterius partis comparentis.
11 Inſidie non excuſant quem a comparendo quãdo poteſt per ꝓ
curatoꝛem comparere.
12 Cõtumax condẽnat̃ in expẽſis etiã a tempoꝛe citationis.
14 Nuntius eſſe an poſſit quis ad vtilitatem pꝛopꝛiam.
15 Inſtitutus ſub cõditione ſi infra triduũ fecerit monumentum
ſi illud non poſſit fieri poterit fieri poſt triduum.
16 Reus impeditus an teneatur mittere pꝛocuratoꝛem.
17 Procuratoꝛẽ mittere an ⁊ qñ teneatur actoꝛ ſiue reus.
18 Expenſarum condemnatio debet fieri in criminali.

## Cum dilecti filij

Contumax condennabitur in expenſis factis t, e citationis.h.d.⁊ due ſunt partes pꝛinci
pales.qm̃ pꝛimo ponit tenoꝛẽ ꝓceſſus.ſcðo interlo
quitur.ſcða ibi:quapꝛopter.pꝛima ſubdiuiditur in quinq₃.nam
pꝛimo ponit comparitionẽ nuntioꝝ electi ⁊ aduerſarioꝝ ſuoꝛũ
et deciſam cauſe cõmiſſionẽ.ſcðo ponit ipſius pꝛimã contuma⸗
ciam.tertio ipſius electi citationẽ.quarto ipſius abſentiã ⁊ excu
ſationẽ.quinto ponit excuſatiõis impugnationẽ.ſcða ibi q̃uis.
tertia ibi:nolẽtes.quarta ibi:expectãtibus.quinta ibi:ſed cõtra.
¶ No pꝛimo ꝙ per lras de rato videt̃ quis poſſe exercere exigẽ
tia ſpeciale mãdatũ.nã ad opponendũ crimina cõ electũ requirit̃
ſpeciale mandatũ.vt in cle.nõ poteſt.de ꝓcura.de quo per gloſ.
in.c.cũ dilectus.de reli.do.⁊ in.c.cõtingit.ꝫ.de tranſac.vbi glo.
videtur tenere oppoſitũ.⁊ illas ſequit̃ hic do.Ant.et ad iſtũ tex.
reſpondet ꝙ hic habebat opponẽs mandatũ ſpeciale cũ cautio
ne de rato:quia ꝓmiſerat dñs ratũ habiturũ qð fieret per ꝓcu⸗
ratoꝛem:ſicut cõmuniter apponi cõſueuit in inſtrumentis.facit
quod habetur in.l.ſi ꝓcuratoꝛẽ abſentem.ff.de ꝓcura.cõiuncta
glo.vbi glo.dicit ꝙ illa clauſula de rato que apponitur in inſtru
mẽtis quia tacite inheret:nihil operatur.⁊ videt̃ potius ad cau⸗
1 telam apponi.¶†Item no.ꝙ de iure canonico a quolibet gra
uamine licet appellare.facit.ij.q.vj.ad romanã.de ap.coꝛdi.lib.
vj.¶ Itẽ no.q contra electũ agi poteſt in modum exceptionis
etiã ſi nil petat ſm Inno.⁊ Abba.de quo hic per Jo.an.Item
no.ꝙ in dubio pꝛeſumitur cõtra appellãtem qui non pꝛoſequit̃
appellationẽ.¶ ... appellatus poteſt ꝓſequi appella
tionem licet app... ...quatur.de quo in.c.ſepe.j.de ap.et

Ayuntamiento de Madrid

de elec.c.j.in.vj.ꝛ aliqd etiã in.c.ex ratione.j.de appel.ꝛ in auꝭ.ſi
3 apellatiõe.C.de temp.ap.¶†Jtẽ no.ꝙ in ꝓma citatiõe põt
terminꝰ perẽptoriꝰ aſſignari.ꝛ hoc preſertim faciẽdũ qñ.daꝭ
longa diſtãtia citati ita qꝛ faciliter nõ põt iterari citatio.facit.s.
de reſti.in inte.tũ ex lĩs.¶Et no.ꝙ in perẽptorio iudex dꝫ cõ
minari ſe ꝓceſſurũ ad vlteriora.facit.s.de iudi.in.l.perẽptorio.
4 ¶†Jtẽ no.ꝙ valet citatio vt qs cõpareat vſq ad diẽ feriatã.
rõ eſt qꝛ dictio vſqꝫ ſtat excluſiue.ꝛ ſic nõ demõſtraꝭ dies in qua
debeat cõpareri.ſed vſqꝫ ad quã diẽ licitũ ſit cõparerẽ.ne aliás re
ſultet prauus itellectꝰ.facit qd not.in.c.j.s.de ſcrutinio.Secꝰ ſi
citareꝭ vt cõpareat in die feriata.l.ij.in fi.ff.ſi qs in ius vo.non
ie.de quo plene dictũ fuit in.c.fi.ff.de ferijs.¶Jtẽ no.ꝙ ſufficit
aliqd certificari ꝓprio noĩe vel ſigno ex poſſeti.facit qd no.in.l.
5 certũ.ff.ſi cer.pe.ꝛ.s.de reſcri.cãm ꝗ.¶†An aũt facta citatiõe
ſup tota cã cũ cõminatiõe de ꝓcedẽdo ad vlteriora ꝗtũ de iure
poterit ſit neceſſaria alia citatio ad actus particulares:videreꭍ
qd nõ per iſtũ tex.ꝛ ꝓ id qd no.Jnno.de offi.dele.cõſuluit.Ho
ſti.tñ ibi dicit ꝙ vt ꝓcedi poſſit ad ſnĩam opꝫ ꝙ cõmineꭍ ſe pro
ceſſurũ ad vlteriora.ꝛ etiã ꝓnũtiaturũ.qꝛ ſpecialis citatio req
ritur ad ſniam.Jdẽ vꭍ ſm.d.Anto.ſi cõmineꭍ ſe ꝓceſſurum in
cauſe cognitione ꝛ deciſiõe.alſ ſecus.ꝛ ideo forte papa hic non
proceſſit ad diffinitiuã.Jnno.tñ in.d.c.cõſuluit.ꝛ de ꝓcura.au
ditis.vꭍ velle ꝙ ſufficiat qd quis ſit citatus ad totã cãm.ꝛ iter
ſeruaꭍ ꝙ cõminaꭍ ſe ꝓceſſurũ ad vlteriora etiã vſqꝫ ad ſniam in
6 cluſiue.¶†Jtẽ no.ꝙ citatio viua voce põt cõmitti nũtio et ſi
ne ſcriptis.ꝛ ſic nõ vꭍ ſcriptura de ſubſtãtia citatiõis.ꝛ hoc fa
ciat qꝛ cõmiſſio nõ vꭍ eſſe de actis.vt no.Jnno.in.c.qm contra.
de ꝓba.ꝛ ſic tranſit.d.Ant.ſed forte hoc verũ in papa cuiꝰ ſim
plici verbo credꭍ.facit qd no.de fide inſtru.ꝙ ſuper his.Secus
vꭍ in alijs quorũ vbo nõ credꭍ.j.de ꝓba.qm ꝫ falſum.¶Jtem
no.ꝙ ſuppoſita equalitate qualitati pſonarũ ad probãdũ queꝫ
potuiſſe ire ad locũ ſufficit ꝓbare alterũ eiuſdẽ qualitatis iuiſſe.
Secus ſi dareꭍ diſparitas pſonarũ.¶†Jtẽ not.ꝙ citatꝰ a pa
pa vt pſonaliter cõpareat excuſaꭍ ſi nõ põt cõparere etiã ſi nõ
mittat ꝓcuratorẽ.Secus ſi citatur vt cõpareat ꝑ ſe vel per ꝓ
curatorẽ.ꝛ idẽ videꭍ ſi citetur ſimpliciter vt ſe cõſpectui apoſto
lico preſentet.ſi nõ adijciꭍ vbũ pſonaliter,vt in.c.pe.de iura.
calũ.¶Jtẽ no.ꝙ in mãdato de cõparẽdo certo die effectualiter
duo intelliguꭍ mãdari,vnũ de cõparẽdo.alterũ de comparen
do ad diem.ꝛ ſic no.ꝙ mãdatũ qualificatũ cõprehẽdit in ſe ſim
plex mãdatũ.ꝛ etiã mandatũ cũ qualificatione.ꝛ ideo ſi nõ põt
impleri in qualitate implẽdũ eſt in facto.Similr ecõtra ſi in fa
cto nõ põt impleri implendũ eſt in qualitate facti.s.ti.j.piſanis
8 ¶†Et ex hoc no.ꝙ mandatũ ex qualificatione qd reddiꭍ indi
uiduũ per vnitatẽ vborũ.et ſic facit cõtra theoricã Barto.in.l.
diuus.ff.de re iudi.vbi facit differẽtiã an opponaꭍ teſtẽ corru
pte dixiſſe falſum.an vero obijciaꭍ teſtẽ fuiſſe corruptũ.ꝛ falſuꝫ
dixiſſe.vt primo caſu obijciẽs cogatur vtrũqꝫ ꝓbare ſed in ſcdo
ſufficiat alterũ.Sꝫ certe illud loquiꭍ in pte que cenſeꭍ ſe aſtrin
gere qñ qualificate loquiꭍ in eadẽ oratione.facit.j.de ꝓbaꭍ.licet
cãm.ſed hic in iudice cuius verba latius interpretanꭍ.¶†Jtẽ
no.ex predictis cõtra opinionẽ petri de qua per Cy.in.l.ſi.C.de
ferijs.vbi dicit qd in mãdato vt quis cõpareat certa die nõ ineſt
mãdatũ vt quis cõpareat.qꝛ remaneret citatio ſine die.et ſic nõ
valeret per.l.ita ſtipulatꝰ.ff.de verbo.obl.ſed eius opi.eſt cõtra
iſtũ tex.nã intelligitur vt cõpareat ꝗ primũ põt poſt ipſaꝫ diẽ
ſi in illa cõparere nõ põt.de quo per Jo.an.j.de appel.cum pa
rati.dictũ tñ Petri põt ſaluari qñ mandatũ qualificatum eſſet
inutile vt qꝛ mandaretur vt quis compareat die feriata,vt dixi
in.c.fi.de ferijs.Nec ob.ꝓdictis.d.l.ita ſtipulatꝰ.quia illa.l.lo
quitur in ſtipulatiõe nõ in citatiõe.preterea ibi etiam fuit erra
tum in ſubſtãtia ipſius ſtipulatiõis.vt ibi no.Bar.facit qd ipſe
no.e.tit.in.l.liber hõ.ꝗ.decẽ.¶Jtẽ no.ꝙ licita eſt argumẽtatio
10 de ſimilibus ad ſimilia.de quo.s.de cõſti.tranſlato.¶†Jtẽ no.
qd etiã poſt longũ tempus cõtra cõtumacẽ in die aſſignata.vi
detur poſſe procedi ad inſtantiã alterius partis comparentis.
[ADDJ] Qd eſt intelligendũ ſm.d.Ant.qñ is fuit citatꝰ ad
totã cam alſ ſecus.de quo hic latius per eũ.Nã ſi ad vnũ articu
lum ſit ad certã diem citatus vult ꝙ ſi in die illa nõ cõparuit:et
actus in eius cõtumaciã ſit expeditus.non poterit ad aliũ ꝓ
cedi ſine noua citatiõe.facit qd no.j.e.c.ij.in.vj.idẽ ſi fuit expe
ditus in die ſequẽti.vt voluit Jo.an.in addi.Spec.de ſentẽtia.
ꝗ.iuxta ver.eſt etiã nulla.qñ intelligit.d.Ant.ſi iudex ꝓrogauit
terminũ ad diem ſequẽtẽ.alias nõ valeret qd fieret ſm eũ.per
c.conſuluit.de offi.delega.et no.per Bart.in.l.aut qui aliter.in
princi.et.ꝗ.ſ.ff.qd vi aut clã.Si vero non fuit expeditus in die
termini nec in die ſequenti.tunc ſm eũ nõ poterit poſtea expe
diri.per nota.per Bar.in dicta.l.aut qui aliter.Jnnocẽ.vero et
Hoſti.ꝛ Jo.an.tenẽt contrariũ.ꝛ ꝑ . . . t iſte tex.quia cen
ſetur continue eſſe in contumacia . . . tata.et ꝑ hoc fa

a ¶Jn glo. ſub hac. ꝑ 7 ſolu. huiꝰ gl. ꝫriorũ ſi qras vtrũ obligatus ad dãdum vel faciendũ aliqd in certo tpe.vꭍ intra certũ tps ſi illud non poſſit 8 facere in illo.vel intra illud tpſ an poſtea facere teneatur diſtigue ſm do.borch. 9 ꝫ in prin.

. . . dilatio quã facit in expediendo actum ipſe qui fecit ci
tatus tendit ad cõmodũ ipſius citati.ideo nõ videtur poſſe obij
cere culpã ex qua ſentit lucrum.ar.l.cũ in fundo.ꝗ.ſi fundus.ff.
de iuri fiſci.¶Sed aduerte quia pro opi.Bar.ꝛ do.Ant.fortiter
facit.l.arbiter.ff.de arbitris.ꝛ qd no.per glo.in.c.ſi.j.eo.in glo.fi
11 na.ideo illa videtur verior.[ADDJ]¶†Jtẽ no.ꝙ inſidie nõ ex
cuſant quẽ a comparendo vbi poteſt per ꝓcuratorem cõparere.
quia inſidie forte non ſunt cões procuratori.alſ eſſet ſecus.facit
qd no.s.de elec.bene.el.j.¶Jtem not.ꝙ calores eſtiui nõ excu
12 ſant quẽ a comparendo etiã ad curiam.¶†Ultimo not.ꝙ con
tumax condẽnatur in expẽſis etiam a tpe citationis qñ proce
dat indiſtincte tã glo.hic Jo.and.[ADDJ] Qui cõcludit ꝙ ex
penſe citationis veniunt,ſaluo tñ eo qd no.de procur.c.querelaꝫ.
expenſe victorie nõ veniunt que ſunt facte poſt citationẽ ante
cõtumaciã.ſed veniunt in cõdẽnationẽ expẽſarũ que fient ratio
ne victorie ſed facte poſt contumaciã ſeu ex tempore contuma
cie bene veniunt deductis tñ de eis expenſis quas domi eſſet fa
cturus.per.l.ſed ſi hereditas.ff.ad exhiben.ꝛ hec vera niſi tpe ci
tationis fuiſſet cõtumax.vt hic fuit:qꝛ tunc veniunt etiã expen
ſe victus ex tpe citationis ſꝫ Hoſti.ꝛ Jo.an.[ADDJ.]¶Jn gl.
j.ibi ꝙ in cã criminali.ſed certe hec nõ eſt cauſa criminalis.quia
nõ intẽdebatur punitio:ſed repulſio in effectu ab electiõe:ideo
cenſetur cauſa ciuilis.facit.j.de accu.ſuper his.¶Jn ead.gl.ibi
nõ ꝓprie dicꭍ cõmunis ſupple prout loquiꭍ.l.ij.C.de conſorti.
cõmunis ibi appellaꭍ cã cõis qñ creditor decedit pluribus heredi
bus relictis cui creditori forte debebãtur centum:que centũ nõ
poſſunt peti per quẽlibet heredem:ſed per omnes ſimul.poſt li
tis tñ conteſt.poterit vnus proſequi litẽ ſuper toto preſtita cau
tione de rato.¶Jn glo.proſecutus.in fi.ſi autem appelletur ex
tra iudiciũ.dic vt habetur in.c.j.de app.in.vj.ꝛ in.c.j.de elec.eo.
13 lib.ꝛ.c.cupientes.¶†Jn glo.nũtium in fi.ꝛ dicit hic Abb.pro
bari poſſe citationẽ fieri poſſe per nũtium citati.hoc tamen nõ
clare hic exprimitur:ſed bene probatur ꝙ etiã viua voce poteſt
cõmiſſio de citãdo dari nuntio videtur tamẽ ꝙ in inferiore a pa
pa hoc debeat redigi in ſcriptis apud acta.in.c.qm contra.j.de
14 proba.An antẽ†poſſit quis eſſe nuntius ad vtilitatem ꝓpriã.
no.Bar.in.l.iuſte.ff.de acq poſ.ꝛ in.l.eum qui.ꝗ.ſi epiſtola.ff.de
a furtis.ꝛ aliquid dixi in.c.j.s.de iudi.¶Jn gloſſ.ſub hac[a] ibi de
ſponſalibus ſicut.ſolue vt ibi no.qꝛ ibi agitur de obligatione cõ
trahẽda ad certã diem.ideo ille per quẽ nõ ſtat poſt diem nõ re
manet obligatus.hic de obligatione iam contracta circa quam
ſit mãdatum ad diem.ideo etiam poſt diem remanet obligatio.
¶Jn ea.glo.ibi hec ſcriptura:ibi dicꭍ ꝙ ſi alternatiue due con
ditiones apponanꭍ,cenſetur vna cõditio habens duo capita.et
ſic potius facit pro:quia hic etiam vnum eſt mãdatum cõtinẽs
in effectu duo.ꝛ ideo ibi cenſetur vna conditio quo ad effectum:
quia ſufficit propter alternatiuã alterã partẽ impleri.¶Jn ea.
glo.ibi ea tñ adiectio dic ꝙ illud ibi contingit ꝙ ſit reſtitutio:qꝛ
qualitas adiecta apponebatur ad reſtringendum.que ratio hic
ceſſat:quia non fuit de mente iudicis ꝙ poſt diem non remanet
obligatio.¶Jn ea gloſ.ibi.ꝗ.omnis.ibi dicitur ꝙ differẽtia eſt
inter ſtipulationem puram,ꝛ ſtipulationẽ in diem:ſed illud ve
rum antequã aduen iat dies non poſtea.ꝛ ita hic.¶Jn ea.glo.ibi
15 ſiquis ita.ibi dicitur ꝙ†inſtitutus ſub cõditione ſi in triduo fe
cerit monumentum qd forſitam non poterat facere infra dictuꝫ
tempus ꝙ reijciũtur anguſtie temporis ꝛ poterit etiam poſt tri
duum fieri monumẽtum.ꝛ ſic in effectu non contradicit:qꝛ etiã
poſt diem fieri debet qd diſpoſitũ eſt.ꝛ ſi potuiſſet fieri infra diẽ
16 etiã tunc fieri debuiſſet:vt hic ꝓbatur.¶†Jn glo.reſponſalem
ibi dixit Uincen.ꝛ ſic in effectu voluit Uincẽtius ꝙ reus qui eſt
impeditus non teneatur mittere procuratorem niſi in citatione
aliter dicatur.ꝛ hoc ſi cauſa eſt ardua:ꝛ ſic in leui ſentit cõtrariũ
vt teneatur tunc mittere ꝓcuratorẽ.in actione vero vult ꝙ ſem
per teneatur mittere.¶Sed certe hec opinio non videꭍ bona:
quia etiã ſi cauſa ſit leuis non debet teneri ad mittẽdum procu
ratorẽ:quia alſ nõ eſſet differentia inter impeditũ ex iuſta cau
ſa ꝛ abſentẽ ex volũtaria cauſa.qd nõ videꭍ rationabile.Jtẽ nõ
videꭍ fienda differẽtia an ſimpliciter quis citetur.An vero cite
tur vt cõpareat per ſe vel per ꝓcuratorẽ compareat.ꝑ.l.j.ff.de
procura.ꝛ.s.de iura.calũ.in.c.fi.¶Jn ea.gloſ.ibi ſed nõ ꝓba
bat.ꝛ hec eſt bona ſolutio ad iſtum tex.quia nõ probauit de im
pedimento.ideo reputatus fuit contumax ꝛ condẽnatus fuit in
expenſis.glo.in verb.ſecus eſt.voluit ſentire aliam ſolutionem:
ſcꝫ ꝙ vbi quis citatur vt compareat coram papa:ſi eſt impedi
tus teneatur mittere ꝓcuratorem.ſecus ſi citetur coram alio iudi
ce.¶Sed certe iſta ſolutio nõ eſt bona:qꝛ eadẽ eſt ratio vtroqꝫ
caſu.ꝛ qꝛ etiã in papa debet eſſe differẽtia inter abſentẽ ex iuſta
cauſa ꝛ abſentẽ ex volũtaria.vnde glo.in ver.tñ circa.voluit ſen
tire ꝙ etiã in papa licet non compareret per procuratorẽ nõ de
beret ꝓcedi in principali negotio:ſed certe etiã nõ debet reputa
ri cõtumax

Ayuntamiento de Madrid

tari contumax ſi apparet de impedimẽto. ¶ In ea.gl.in fine.
ſic in effectu voluit glo. ꝙ aut loquimur in actore. aut in
ſi in actore aut ſuperuenit impedimentũ poſt citationẽ
oblationẽ, aut ante. ⁊ ſi ante aut querit̃. an directẽ ⁊ preciſe co-
gat̃ mittere pcuratorẽ: an aut indirecte currat ſibi preſcriptio.
in reo vero cõcludit ꝙ aut impedimẽtũ eſt paruo tempore du-
raturũ: aut longo: aut eſt perpetuum. et oĩa membra pſequit̃
glo. vt pꝫ in ea. de materia tangitur in. d.c. querelã. de procura.
vbi etiã per Jo.calde. ⁊ per glo.v.q.iij. ſi egrotans. ⁊ per Bart.
17 in.l.j.ff.de diuerſis preſcrip. ¶ † Potes cõcludere ꝙ aut q̃rit̃
in actore an teneat̃ mittere pcuratorẽ ne currat ſiat preſcriptio.
et dicẽdũ ꝙ ſic. licet ipſe ſit impeditus perſonaliter comparere.
vt in dicta.l.j. Aut queritur in reo impedito an teneatur mitte
re procuratorẽ. ⁊ tunc aut eſt impedimentũ ratione dignitatis
aut alia ratione. ſi rõne dignitatis: tunc ſi eſt perpetuũ tenetur
mittere procuratorẽ.l.pe.C.de pcurato. Secus ſi ſit tpale.l.nec
magiſtratibus.ff.de iniurijs. et.l.ps literarũ.ff.de iudi. Si vero
aliter ſit impeditus: tunc ſi impedimẽtũ eſſet perpetuũ teneret̃
mittere procura. per id qđ dixit hic glo. et per id qđ habet̃ in.d.
l.pe. Si vero nõ eſt ppetuũ: tunc ſi eſt paruo tpe duraturũ non
tenetur mittere pcura. maxime ſi cauſa ſit ardua. vt voluit glo.
Fallit in cauſa electionis. vt in.c.cupiẽtes. de ele.in.vj. ⁊ ita etiã
poteſt intelligi iſte text. ſm vnũ intellectũ. Si vero eſt lõgo tpe
duraturũ. ⁊ tũc ſi cauſa fuit inchoata ante impedimentũ. tene-
tur mittere pcuratorẽ.p.l.eundem.ff.de legatio. Si vero cauſa
nõ erat inchoata: ⁊ tunc nõ imputat̃ ſi nõ dimiſit pcuratorem.
per.d.l.eãdẽ. forte tñ pcedi poterit ↄtra eũ. ſꝫ poſſit poſtea ap-
parente de impedimẽto reſtitui. faciat.l.j.C. ex quibus cau.ma.
vel forte poteſt dici ꝙ cũ in actibus grauis preiudicij req̃rat̃
vera cõtumacia nõ poterit ad tales pcedi contra abſentem: ſꝫ
quo ad alios actus in quib⁹ nõ requireret̃ vera cõtumacia po-
terit procedi. facit qđ no. Bar. in.l.iiij.§.pretor.ff.de dam.infec.
¶ In glo. expectatus. in ſi. Solue vt no. in regu. mora. de regu.
iur.in.vj. Uel dic ꝙ in cõtrario agitur de actu odioſo accuſatio
nis. ideo ibi nõ admittit̃ purgatio. hic vero ad penam euitan-
dam ſiebat purgatio. qđ eſt fauorabilius.j.de regu.iur. in pe-
nis.lib.vj. ¶ In glo. calores. in ſi. Solue ꝙ ibi ex gratia q̃ tranſi-
uerit ad alium locum. auditur vt redeat ad primũ. ſi ſecũdo nõ
poſſit bene commode morari. ⁊ ſic nõ obſtat. quia de rigore iu-
18 ris oppoſitum erat dicendum vt voluit gloſ. ¶ † In gloſ. fina.
ibi in cauſa criminali. nota bene ꝙ etiam in cauſa criminali fieri
debet cõdemnatio expenſarum. ⁊ hec eſt vera opinio. licet ali-
qui dicerent contrarium ſufficere debere penam talionis: ſed
certe illa reſpicit vindictã publicã: ſed pena expenſarũ intereſſe
partis: ideo vna aliã nõ tollit vt dixi in.c. finẽ litibus. ⁊ facit qđ
no. in.c.j. ad ſi. de elec.lib.vj. ¶ In ea.glo. ibi inquiſitionis. hoc
clarum quãdo certa eſt perſona pſequens inquiſitionẽ: ſꝫ ſi iu-
dex ex mero officio pſequitur tunc ſi nõ precedẽte infamia. idẽ
dicendũ ſed ſi precedente infamia ingrat: tũc q᷑ neceſſitatur ex
officio inquirere in dicto caſu.j.de accu. in.c. qualiter. tunc non
tenet̃ ſaluo niſi cõſtaret de euidẽti calũnia. de quo hic per Joã.
and. ⁊ per Cy. in.l. ſancimus.C.de iudi.

1 ☞ Electus preſumitur dignus ⁊ cõſequenter cõfirmandus.
2 Actor obtinere debet ſi non eſt qui excipiat.
3 Monachus eligi non poteſt nec eſt neceſſario poſtulandus.
4 Citatio debet eſſe trina vel vna peremptoria.
5 Laicus teſtificari poteſt in cauſa electionis.
6 Teſtificatio ⁊ aſſertio qualiter differant.
7 Negatiua poteſt probari per illos q̄ exercere debuerunt actũ de quo queritur.
7 Abſens nõ d᷑ qui eſt in pũincia ad finem vt pſonaliter citetur.
9 Papa ex gratia reintegrat quem ad facultatem ſe defendendi contra ſententiam.
10 Contra abſentẽ et impeditũ pretextu appellationis nõ põt p-cedi donec durat appellatio.
11 Per cõfirmationem ſolam non conſequitur quis adminiſtrationem vbi poſt confirmationem mouetur ſibi queſtio.
12 Citatio aduerſariorũ an fieri debeat ad actum cõfirmationis.
13 Temp⁹ an poſſit ſtatui appellãti ad finiendã appellationẽ.
14 Contra confirmationem quando poſſit obijci.

a **Cum olim. d. clericus.** Non põt
cõmode ſummari. quia ponit gratiã ⁊ nõ ius cõmu-
ne. ¶ Et due ſunt partes principales. q᷑ primo nar
rat factum ſub quo continetur conſecratio. d. ⁊ comparitio. f. ⁊
g. Item cauſe cõmiſſio ⁊ proceſſus delegatorũ confirmantiũ. f.
Secũdo ibi volentes cõmittit cauſam ſub diuiſiõe bimẽbri. et
ſcđm membrũ ibi: ſin autem. ¶ Not. primo ꝙ ſuper electione ⁊
ipſius tenore credi videtur literis prelatorum prouincie in qua
quis eſt electus quando non apparet ↄdictor. de quo.j.de pro-

ba.l. poſt ceſſionem. ¶ † Item no. ꝙ vbi quis nõ habet cõtradi
ctorem, de facili expeditur. Et no. etiã electũ preſumeñ. dignum.
et conſequẽter confirmandum nullo apparente contradictore.
2 ¶ Item no. in gloſ. ꝙ † obtinet qui agit ſi non eſt qui excipiat
vel excipere poſſit. de quo dicẽdum. vt no. in.l. vbi pactum.C.de
tranſac. ⁊ in.l. cum pponatur.ff. famil. herciſc.j. de exceptionibus.
3 cũ eccleſiaſtice. ¶ † Item no. ꝙ monach⁹ eligi poteſt. nec eſt ne
ceſſario poſtulãdus. facit.s. de renũ. in.c. vlti. ⁊ qđ habetur in.c.
nullus. de elec. in.vj. ... ¶ Item nota practicã agen
di ⁊ ſentẽtiãdi pro electo confirmato ⁊ cõſecrato. quia debet pe
tere vt ſinatur a moleſtatione ⁊ pacificã poſſeſſione gaudere. fa
4 cit.s. de reſtit. ſpolia. ... Item nota ꝙ nõ ſufficit vnica ci
tatio. ſed debet eſſe trina vel vna peremptoria per.c. pcedẽs. ⁊ hoc
in princi. lit. ⁊ in fine. ſed in medio cauſe ſufficit vnica. licet non
5 peremptoria. de quo in.c. cõſuluit.s. de offic. deleg. ¶ † It not. ꝙ
laicus poteſt teſtificari in cauſa electionis. licet nõ interſit in ele
ctione.s. de elec. ſacroſan. ⁊.c. maſſana. nam poſſunt laici habere
notitiã electionis per publicationẽ electionis factã per canoni-
cos. ⁊ ppter hoc dicit do. Flo. ꝙ teſtimonium populi plene nõ
6 pbat ſed faciebat preſumptionem. ¶ † Item no. differentiã eſſe
inter teſtificationẽ ⁊ aſſertionẽ. quia aſſertio d᷑ eſſe q̃n nõ produ
citur formaliter vt teſtis nec iurat. Secus in teſtificatione. di-
cta tñ aſſertio admittitur facto notorio.j. de coha. cle. ⁊.c. tua. cũ
ibi nota. ¶ Et no. ꝙ aſſertio continuat pbationem quãdo ſit a
notabili perſona. facit quod habetur.xcvj. diſtin.c. notabilib⁹.
7 ¶ † Itẽ no. negatiuã pbari poſſe per illos qui exercere debue
runt actum de quo queritur. facit.j. de pbat. tertio loco. Et hoc
etiã nobis creditur teſtibus atteſtantibus de facto pprio inter
alios quãdo illud nõ eſt per alios pbabile. de quo.s. de elec. cum
dilecti. ⁊ in dicto.c. tertio loco. ⁊.j. de teſtib⁹.c. cũ a nobis. ¶ Itẽ
nõ. ꝙ poſt ſententiã vel poſt id qđ habet locum ſententie. poteſt
opponi de pbationis falſitate ⁊ ſentẽtia retractari. de quo.j. de
proba. licet. ⁊ de exceptio. cum venerabilis. ¶ Itẽ no. ꝙ cõtra
electum poſt cõfirmationem admittitur accuſatio vel exceptio
ad finẽ impediendi poſſeſſionem facti quando contẽditur nulli
tas cõfirmationis ex falſitate inſtrumentorũ. ¶ Item no. ꝙ in
cauſa electionis pcedi poteſt cõtra abſentem lit. nõ conteſta. de
quo in.c. q̃m.§. ſi vero. vt lit. nõ cõte. ¶ Item no. ꝙ papa etiam
non iuſtificata appellatione poteſt de gratia audire appellantẽ
ad primã litem. ¶ Item no. ꝙ papa ex gratia etiã citra appel
lationem vel ſupplicationem iuſtam poteſt quem reſtituere con
tra ſententiam latam in cauſa electionis. et ſic facit ꝙ de iure cõ
muni ſententia in cauſa electionis tranſeat in rem iudicatã. fa-
8 cit.s. de elec. cum dilecti. licet Inno. hic dubitet. ¶ † Item nota
ꝙ exiſtens in prouincia non dicitur abſens ad finem vt perſona
9 liter citetur. de quo in.c. fina.j. titu.j. ¶ † Item no. ꝙ licet papa
ex gratia reintegret quem ad facultatẽ ſe defendendi contra ſen
tentiam non tamen per hoc tollit vel ſuſpendit primam ſenten-
tiam. ⁊ ſic differentia eſt inter appellationem ⁊ illam reintegra-
tionem factam ex gratia: quia appellatio bene ſuſpendit pronũ
tiatum.j. de iureiur. venientes. ¶ Ultimo nota ꝙ quãdoq̧ ipſo
facto dicitur quis appellare. de quo.j. de appellat̃. vt debitus. ⁊
10 c. meminimus. ⁊.c. ſuggeſtum. ¶ † Item nota ꝙ cõtra abſentẽ
et impeditum pretextu appellationis non videtur debere pro-
cedi donec durat ⁊ inſtat appellatio vbi appellatio eſt etiã ad
papam propter aliam cauſam delatã. ſꝫ certe hec videtur fuiſſe
de gratia vt patet in litera. Et not. ꝙ hic factum habetur p ap-
pellatione ex quo non fuit preuentus ⁊ iter arripuit in propria
perſona. quod intellige iudice certificato vt fuit hic: ⁊ ideo hic
11 expectatur annus appellationis. ¶ † Item no. per ſolam confir
mationem quis non conſequitur adminiſtrationem vbi poſt cõ
firmationem mouetur ſibi queſtio niſi ſpecialiter a ſuperiore cõ
mittatur. ⁊ ſic facit ꝙ appellatio a confirmatione impedit admi
niſtrationem niſi aliud prouideatur per ſuperiorem. ¶ In gloſ.
j. ibi ei ſoli ſiebat preiudicium. Sed certe etiam ſit preiudicium
alteri qui dicitur electus. ideo dic ꝙ papa hic creditur propter
multitudinem ſigillorũ que veriſimiliter credidit non eſſe falſa.
ſecus ſi fuiſſent pauca. quia tunc non de facili crediđiſſet. per id
qđ allegatur in cõtrariũ. dicunt tamen doc. hoc nõ eſſe trahẽdũ
ad conſequẽtiam. quia electus non ſolum debet ire cum literis
prelatorum. ſed etiam cum decreto electionis. vt in.c. innotuit.
s. de elec. per hoc tamen.c. patet decretũ electionis nõ eſſe om
nino de ſubſtantia. al's papa non audiuiſſet iſtum. de quo in di-
cto.c. innotuit. ⁊.lxj. diſ. epiſcopus. ¶ In gloſ. miſericorditer. in
ſi. No. ex glo. vnum intellectum principalem. ꝙ hec decre. nõ po
nit ius: ſed gratiam. ⁊ hoc etiam ſequitur glo. in verbo. citatus.
ſed glo. in verbo alioqn. ⁊ in verbo confirmare. ponit aliũ intel-
lectum. ſ. ꝙ decre. ponat ius. ⁊ qđ iſte. d. de iure fuerat auditus ex
eo q᷑ nõ tenuit ↄfirmatio facta de. f. tãq̃ facta nimis feſtinãter nõ
diſcuſſo prius de iuribus electionis. d. qđ fieri debuerit ſm formã

a ¶ Cũ olĩ. ſi q̃ras vtrũ obijciẽs ali qđ ↄ electũ teneat̃ illđ pbare. diſti gue vt hic p d. hen. bo ych. in pri.

Ayuntamiento de Madrid

mādati.ꝛ ſi ita in facto fuiſſet hec lectura eſſet vera.ꝑ id qđ habetur in.c.cū dilecta.de reſcriptis.ꝛ.ſ.titu.j.in.c.vlti. Sed huic lecture obſ.litera duꝫ dicit miſericorditer.ꝛ ſic vult ꝙ de gratia audiatur ideo hec lectura nō videtur bona niſi ſumas verbum miſericorditer, iuxta illud vniuerſe vie dñi.ꝛ ſic eius vicarij miſericordia ꝛ veritas.facit qđ no.in.c.ſi.de reſcrip.ſedes.tamen q2 ſtricte ſumēdo violaretur iuris videtur dicendū qđ iſti delegati ſeruarūt formam mandati.ꝛ cū ordine iuris proceſſerunt ad ſententiā cōfirmationis electionis facte de.F.et q2 non fuit appellatū tráſiuit in rē iudicatā.ſ.de ele.c.cū dilecti.ad ſi. ideo de rigore.d.nō debuit audiri ſed de gratia poſſet audiri. Jnn.tamen hic in vna parte videtur velle etiā ꝙ de iure audiri debuerit.q2 ſentētia ſuper cauſa electionis:et ſic ſuper matrimonio ſpirituali nō debet tráſire in rē iudicatā ſicut nec ſup matrimonio carnali.j.de re iudi.in.c.lator.ſed iſtud eſt contra iſtum tex.dum dicit miſericorditer.et cōtra dictum.c.cum dilecti ad fin.nec per oīa eſt bona equiparatio matrimonij carnalis ad ſpirituale.vt no.Jo.And.in.c.tue.j.de ſpō.ꝛ ipſe idē Jnn. in alia parte etiam vult qđ ſnia ſuper cauſa electionis tranſeat in rē iudicatā.ideo non poteſt veniri cōtra illam.et hec eſt cōis opi.niſi forte fuerit appellatū vel niſi ex iuſta cauſa petat reſtitutio in integrū.ſ.de reſtitu.in integ.ex literis.et.j.de re iudi. cū bertoldus.vel niſi doceat de preuaricatione.vel niſi qs doceat de proprio intereſſe et ſe ignoraſſe proceſſum facti ſup cā electionis ꝛ cōfirmatiōis, vt no.glo.in.p allega.c.cum dilecti. et de electio.cupientes.lib.vj.poteſt etiam per viam denuntiationis veniri contra ipſam ſententiaꝫ.ſi pretendat ipſam iniuſtam.iuxta nota.per Jnno.in.c.ad aures.ſ.de reſcrip. Item aduerte quia licet iſte.d.pēdente proceſſu cōfirmationis ſup electione.F.acceſſerit ad curiā pro iniurijs aſſertis ſibi illatis per ipſum.F.et alias.tamē fuit ſibi imputādū quare pcuratorē nō dimiſit in cauſa dicte cōfirmatiōis.facit.ſ.c.proxi.ideo nō fuit de rigore iuris iuſta cauſa vt audiretur contra ſententiā cōfirmationis latam pro.F.a qua nō appellauit.ſed bene fuit perſuaſiua:q2 aliqualiter coloratā abſentiā habuit.ex quo ſe abſentauerat peregrinando ad curiā.facit de clericis peregrinantib9. c.j.Et adde qđ in confirmatione hodie debet fieri citatio.licet olim eſſet opinio.vt in.c.fin.de elect.in.vj.Jn cauſis tamen deuolutis ad curiam ſeruari debet.c.j.ꝛ.c.cupiētes.eod.tit.et lib.

12 ¶ † An aūt ad actum cōſecrationis debeat fieri citatio aduerſariorum.videntur velle doc.ꝙ non.quia certum eſt tēpus ſtatutum a iure infra qđ qs debet petere conſecrationem vt in.c. cū in cunctis.de elec.ꝛ illud interpellat ꝑ homine, vt in.c.vltimo.de locato.Et adde qđ not.gloſ.in.c.ſi electio.de elect.in.vj. hoc tamen dictū videtur procedere.niſi ante tempus predictuꝫ quis vellet conſecrari.quia aū non interpellat.facit quod notat Barto.in.l.qui ante kalendas.de verb.oblig.Et no.etiam ſm Jnno.hic qđ licet appareat de cōſecratione.nō per hoc dicitur conſtare de conſecratione ideo ſi de illa opponatur ꝙ non preceſſit debet conſecratus probare illam preceſſiſſe. ¶ Jn gl.penul.ibi ab eo ad quem appellatur.Nota.diligenter ex glo.limi-

13 tationem ad.c.ex inſinuatione.de appel.vbi dicitur ꝙ † nō poteſt ſtatui tempus appellanti ad finiendā appellationem.nam illud verum per iudicem a quo.ſed per iudicem ad quem.ſecus

14 qđ diligenter no. ¶ † Extra gl.tangit hic Jnn.quando poſſit obijci cōtra confirmationē.de quo dixi.in.c.cum olim.ſ.de cā poſſeſ.vbi etiam tangitur. ¶ Cui autē incumbat onus quando excipitur contra electionem vel confirmationem.eo caſu quo poteſt.Cōclude ꝙ ſi obijcitur crimen incumbit excipienti quia preſumptio eſt ꝙ quilibet ſit bonus.ſ.de ſcrutinio.c.j.Si aūt aliud obijciatur.tunc ſi poſt cōfirmationē incumbit excipienti. quia preſumptio eſt pro confirmato.vt not.compo.de elec.in geneſi.Si aūt obijcitur ante cōfirmationem.tunc ſi apparet de ſcriptura ſeu decreto electiōis incūbit onus excipienti.quia in dubio preſumit ꝑpter ſcripturā oīa ſolēniter acta.l.j.C.de cōtrahen.ſtipu.Secus ſi non interuenit ſcriptura ꝑ nota.in dicto c.in geneſi.et.j.de eo qui furti ordi.recepit.c.ij.

a ¶ Si agitur domi. Abb. lati9 ſummat h̄.c.in hoc.

b ¶ Jn glo. probatuꝫ. hec gl.ponit moduꝫ pcedēdi ꝯ contumacē incriminalibus.ꝛ adde Spec.tit.đ accu.§.ſeq̄r videre vbi đ hoc plene.ꝛ vid hic diſ. do.hen. boych. paulo poſt prin.

1 ¶ Canonici poſſunt per viam denuntiationis cōtra epiſcopum crimina opponere.
2 Propter cōtumaciā pcedi pōt ad ſuſpēſionē officij ꝛ beneficij.
3 Suſpenſus ab officio ꝛ beneficio excōmunicari pōt ꝛ ſi celebrat eſt irregularis.
4 Jrregularis duplici irregularitate non eſt priuatus ipſo iure beneficio ſed venit priuandus.
5 Jn cauſa denūtiationis pōt lite nō conte.pcedi ad diffinitiuā ſuper pena priuationis dignitatis.ꝛ nu.9.
6 Depoſitus ab officio epāli nō vr̄ depoſit9 ab offi.ſacerdotali.
7 Suſpēſus ꝛ excōicatus eſt priuatus poteſtate adminiſtrandi bona pertinentia ad dignitatem.
8 Contumax de iure communi non habetur pro confeſſo.

10 Agi directe de crimine quando dicatur.
11 Excommunicatus an poſſit contrahere.
12 Et an actus ſpirituales geſti per excōicatum valeant.
13 Ordinatus ab epo excōicato an ꝛ qn̄ teneat ordinatio.

a **Veritatis.** Si agitur de crimine in modum denuntiationis cōtra reum contumacē recipi poſſunt teſtes ꝛ ſentētia diffinitiua ferri.hoc dicit. ¶ Et primo ponit denūtiationem criminum epi Curienſis.ꝛ tres delegatiões ſuper ea ſucceſſiue factas et delegator proceſſus.ſecundo ipſum deponit ꝛ per ipſum alienata reuocat.ſecūda ibi:nos igit. ¶ Nota ꝙ † canonici poſſunt

1 per viā denūtiationis opponere crimina contra epm. ¶ † Item

2 nota ꝙ ꝑpter cōtumaciā poteſt procedi ad ſuſpenſionem officij et beneficij ꝛ cōtra eum.hodie tamen non debet ab hac pena inchoari.vt in.c.ij.de offi.de le.in.vj. ¶ Item not.ꝙ quedam ſunt crimina ex quibus epiſcopus poteſt deponi vt eſt crimen dilapidationis:homicidij:inceſtus:ꝛ irregularitatis. ¶ Item nota ꝙ vbi pceditur per viaꝫ denūtiationis in cauſa criminali etiam ad finem depoſitionis poteſt quis comparere per procuratorē.

3 ¶ † Item nota ꝙ ſuſpēſus ab officio ꝛ beneficio poteſt excōmunicari.nam in plus ſe habet excōmunicatio quia illa priuat etiā cōmunione hominuꝫ.facit quod no.iij.q.iiij.in.c.engeltrudam. ¶ Item not.ꝙ in caſu criminali contra epiſcopum ſoli prelati ꝛ viri religioſi videntur admitti ad teſtificandum.de quo in.c. cum.p.j.de accu. ¶ Item nota ꝙ ſuſpenſus ab officio vel excōmunicatus non debet celebrare,et ſi celebrat efficitur irregularis.de quo in.c.clerici.ꝛ per totuꝫ.j.de cleri.excom.miniſtrante.

4 ¶ † Item not.ꝙ irregularis etiā duplici irregularitate vt quia eſt homicida ꝛ celebrauit poſt excōmunicationem nō eſt priuatus ipſo iure bñficio:ſed venit priuandus.de quo per Jnn.j.de cōceſ.preben.in.c.cum noſtris.ꝛ.ſ.de renun.niſi in.§.ꝑpter con

5 ſcientiam. ¶ † Item no.ꝙ in cauſa denūtiationis poteſt procedi etiā lit.non cōteſta.ad diffinitiuam etiā ſuper pena priuationis dignitatis. ¶ Item nota ſꝫ vnum intellectum ꝙ ex delicto ſuperueniente lite pendente an eadem inſtātia pendēte ſuper alio delicto pōt occaſionari ſententia ꝛ prima cauſa aggrauari.facit

6 j.de iureiuran.c.fina.in.vj. ¶ † Item nota ꝙ depoſitus ab officio epiſcopāli non videtur depoſitus ab officio ſacerdotali:niſi expreſſe aliud dicatur.ꝛ ſic nota ꝙ ad priuationem maioris dignitatis nō videtur ſequi priuatio minoris.ſecus videtur econtra.j.de exceſ.prela.in.c.ex literis.ꝛ.l.qui indignus.ff.de ſenato

7 ribus. ¶ † Ultimo nota ꝙ ſuſpenſus ꝛ excommunicatus eſt priuatus poteſtate adminiſtrādi bona pertinentia ad dignitatem ſeu ad beneficium.ideo ab eo alienata non valent.facit quod ha

b betur in.c.ſi.j.de accu. ¶ Jn gloſ.probatum b ibi.C.de penis.ne diu.ibi eſt ſpeciale quādo proceditur cōtra apparitorem ſeu nūtium delinquentem in officio.ꝛ hoc propter publicam vtilitatē ne fraus eius remaneat impunita cui multa committuntur.Et per hanc.l.dicit Jo.iij.q.ij.ante mediū magne glo.idem in dilapidatore.ꝛ ſic poteſt ſolui obiectio que ſequitur.eſt etiaꝫ ſpeciale in crimine leſe maieſtatis.vt habetur in extrauag.ad reprimē dam.quam gloſſauit Barto.alias de iure communi non poteſt procedi ad diffinitiuam contra abſentem in grauioribus criminibus in quibus imponitur pena maior relegatione.ratio eſt q2 in illis imponitur a iure pena capitalis que non cadit in abſentem ex forma tamen ſtatutorum quādoqꝫ diſponitur cōtrariuꝫ. et talia ſtatuta ſeruanda ſunt,argu.l.ne diu.hic allegata. ¶ Jn ead.gloſ.ibi pro contumacia vero annotantur.ꝛ hec annotatio in maioribus criminibus ſuccedit loco miſſionis in poſſeſſionē que conſueuit fieri contra contumacem in ciuilibus. ¶ † Jn ea. glo.ibi bene pceditur contra abſentem.ꝛ hoc clarum ſi lis eſt cōteſtata ꝛ liqueat de cauſa.Si autē lis nō ſit conteſta.tunc eſt dubium.an in iſtis minoribus criminibus ex quibus imponitur pena relegationis vel minor poſſit pcedi cōtra abſentē ad diffinitiuā glo.fuerūt cōtrarie.nam gl.in.l.abſentē.tenuit ꝙ ſic.ſꝫ in l.quoties.C.de digni.lib.xij.tenuit cōtrarium.ꝛ illā tenuit Jac de are.q2 in criminalibus pcedit ad inſtar ciuiliū.l.abſentem.ff. de penis.ꝛ hoc etiā tenuit Cy.in.l.abſentē.C.de accu.ſed Bar. tenet primā.q2 in iſtis minoribus criminibus contra contumacē nō habet locū remediū immiſſiōis:nec annotatio bonorū.vt ptꝫ in.l.j.ꝛ.ij.ff.de regren.re.ideo dꝫ poſſe pcedi ad diffinitiuam per nota.in auſ.qui ſemel.C.quomō ꝛ quando index.Sed certe tutius eſt tenere ſcđaꝫ opi.quia ratio Bar.nō videtur tuta per id quod habetur in.c.tue.ꝛ qđ ibi dictum fuit.ſ.vt lit.nō conteſta. ¶ Jn ea.glo.ibi.C.de adulte.ꝙuis.Sed certe ibi liquidatū erat negotium cōtra reum qui erat preſens.ideo nimirum ſi ſententia contra eum preſentem ferri poteſt non obſtante abſentia accuſatoris.ex quo ſententia non venit ferēda contra accuſato

8 rem:ſꝫ contra accuſatum. ¶ † Et nota ex predictis ꝙ cōtumax non habetur pro confeſſo de iure cōmuni.facit.l.Dinus.ff.de cuſto.reo.

Ayuntamiento de Madrid

ro.reo.⁊ hoc de iure ciuili. Quid autem de iure canonico.ſ.patebit.ſcd̄m ſtatuta tñ locorū ſepe contumax in cauſa criminali habetur pro confeſſo.
9 ❡ †In ea.gloſ.ibi de ſpeciali mandato. ſed certe videtur ꝙ iſtud fuerit de iure communi per literam dñ dicit videntes ordinem iudiciarium ⁊c.vnde cōmuniter tenetur quod loquitur in glo.in verſi.vel melius.quia hic loquitur quā do per viam denūtiationis vel inquiſitionis ꝓceditur.ideo potuit procedi lite nō conteſta.❡ Sed cōtra id qđ dixi de via denuntiationis facit quod nota.Jo.and.poſt Hoſtié.in.c.nouit.ad fi.de iudi.vbi videtur velle ꝙ in via denuntiationis fieri debeat lit.cōteſta.Sed dic illud ꝓcedere in denūtiatione iudiciali priuata que tendit ad vtilitatē partis.hic in denūtiatione canonica que tendit ad publicā vindictā quod nota.❡ Tertia ſolutio colligitur ex fine gloſ.quod hic ſententia non fuerit lata ꝓpter crimina obiecta.ſed quia celebrauerat durante excōicatione.❡ Quarta ſolutio colligitur ex his q̄ dixi in princi.gloſſ.ꝙ hic ſit ſpeciale qñ agitur de crimine dilapidationis ꝓpter periculum more.facit quod not.iij.q.ij.qui ea.et.iij.q.ix.in ſumma.❡ Quinta ſolutio etiam pōt eſſe qđ hic ſteterit in excōmunicatione per annū.⁊ ſic habebat ꝓ confeſſo.per.c.ruſus.xj.q.iij.et facit de hereti.cum contumacia.lib.vj.et iſte eſt vnus caſus in quo contumax habetur pro confeſſo de iure canonico.alius caſus eſt in.c.decernimus.iij.q.ix.ſꝫ vnū intellectū,ſcilicet quādo quis eſt diffamatus de crimine ⁊ citatur vt veniat ad ſe purgandum:⁊ eſt contumax.nā habet perinde ac ſi deficeret in purgatione.et ſic habetur pro cōfeſſo.vt ibi habetur.⁊.ſ.de ſimo.in.c.de hoc.⁊.c.inſinuatū.❡ Et adde qđ vbi veniret imponēda pena corporis afflictiua:puta depoſitionis ad finē perpetui carceris.non videt qđ talis pena cadat in abſentē.per.l.abſentē.ff.de penis.ſecus quādo ſimpliciter debet deponi a dignitate,vel etiam ab ordine.⁊ ſic intelligatur iſte tex.vt hic voluit do.Anto.❡ In ea gloſſ.ibi non debeat qs deponi ſcꝫ ab officio.ſed a
10 beneficio ⁊ ſic remoueri ab adminiſtratione.❡ †In glo.defendendo ibi nō agere directe.dicitur agi directe de crimine quādo ageretur per viā accuſationis,vt patet ex his que habent in c.ſuper his.de accuſatio.❡ In eadem gl.ibi potuit procurator interuenire Goffre.cōtra cuꝫ agatur de pena depoſitionis ab officio.Idē Hoſti.qui hoc not.in.c.inquiſitionis.de accuſa.⁊ ſic reſidet Jo.an.⁊ do.ant.[ABB] Sꝫ certe ſicut hic in via denuntiationis licet agatur ad penam depoſitionis diſpenſat procedi poſſit lite nō cōteſta.contra regulā.c.j.vt lite nō conteſta.ita diſpenſatio in obligatiōe vt poſſit per procuratorē ſe defendere per hunc tex.⁊ hoc tenet Pe.⁊ Abb.⁊ hic vbi nec p ſe nec per rñſalē.⁊ cetera eſt caſus.niſi diceres ꝙ hic factū narrat: non autē ponitur ius.qđ non videtur de mente litere.TJO.]
11 ❡†Extra gl.tangit hic Inno.an excōicatus poſſit cōtrahere.❡ Conclude qđ ſup rebus ſpectantibus ad adminiſtrationem dignitatis vel prelature.non poteſt ſi eſt publice excōicatus.vt hic patet.❡ Si aūt cōtrahat ſuper patrimonialibus.fuit opinio inter Inno.⁊ Hoſti.Inno.tenuit qđ tꝫ cōtractus.ſed Hoſtien.contra.tenet opinio.Inn.per.c.pia.de exceptio.in.vj.vbi patet qđ licet prohibitū ſit excōmunicato agere ⁊ peccet agendo.tamen tenet actus in iudicio celebratus ſi nō fuit repulſus.⁊ ſic eadē ratione debet tenere contractus:quia in iudicio quaſi contrahitur.l.j.§.idē ſcribit.ff.de pecu.et hāc opin.ſequitur hic do.Anto.qui plene proſequit rñdendo rationibus Hoſti.non
12 hic.ſed in.c.ſi vere.ſ.de ſen.excō.❡ †An aūt valeāt actus ſpirituales geſti per excōmunicatū.tangit etiā hic Inno.⁊ cōcludit qđ ſi fiant ex iure priuato nō tenēt.ſecus ſi ex iure publico ratione dignitatis dūmodo ſit qs occulte excōicatus ⁊ toleratus.ſecus ſi ſit publice excōmunicat⁹ ⁊ ſic non toleratur.per.c.ad probandū.ſ.de re iudi.⁊.ſ.de accuſat.olim.viij.q.j.nonne.et ff.de officio preto.barbarius.et per hoc patet ſi canonic⁹ eligit durante excōmunicatione.quia dicit ex iure priuato eligere.vt no.Inno.de conſue.cum dilectus.nō valet electio.ſecus ſi prelatus toleratus conferat beneficium qꝛ tenet collatio ſaltem ſi fiat ignoranti.per.c.ad ꝓbandum.de re iudi.⁊ ibi per Jo.cald.
13 et ſecus videretur ſi ſcienti per ibi nota.ꝑ eum.❡ †Quid autē de actu ſpirituali in quo imprimitur character.dic ꝙ tenet collatio.ſed caret executione.vt ſi quis ordinetur ab epiſcopo excōmunicato.per nota.in.c.j.ſ.de ſchiſma.⁊.ix.q.j.in ſumma diſpenſari tñ pōt ſi ignorauit ordinatus et iuſta fuit ignorantia p nota.in.d.c.j.ſecus ſi ſciuiſſet vel fuiſſet in ſupina ignorantia et hec ſufficiant.reliqua dic vt hic per Jo.An.⁊ do.Anto.

8 ❡ Contra contumacem lite non cōteſt.in ciuili procedi pōt admiſſionem in poſſeſſionem cauſa cuſtodie.
2 Miſſio facta qñ ſuccedat loco vere miſſionis.
3 Contumax non debet eſſe melioris cōditionis q̄ obediens.
4 Decretum primum poteſt contra non latitantem interponi.
5 Decretū ſcd̄m ſi detur nō precedente primo non tenet.
6 Poſſeſſionem beneficij habere poteſt quis ſine titulo.
7 Preſcribere pōt quis iuri agendi contra ſe lꝫ rem nō ꝓſcribat.
8 Agi rei vendicatione an poſſit cōtra immiſſum ex pmo decreto.

a Contingit interdum. Actor p ſecūdū decretum iudicis non admiſſus vel expulſus a reo per lapſum anni verus efficitur poſſeſſor.hoc dicit.❡ Et primo ponit caſum quādoq₃ contingētem.ſecundo illi prouidet ſecūda ibi:ne igitur.
1 ❡ †[illegible] contra contumacē lite nō conteſta.in ciuili ꝓcedi poteſt ad miſſionem in poſſeſſionē cauſa cuſtodie.⁊ ſic facit ꝙ ex primo decreto infra annum non transferatur vera poſſeſſio.de quo in.c.qm̄.§.in alijs.ꝫ.vt lite non conteſta.⁊ etiam tangitur hic in glo.j.
2 ❡ †Item no.ꝙ iuſſus immitti habetur pro immiſſo ſi impediatur per reum quominus immittatur.Et no.ꝙ iſta facta miſſio que ſuccedit loco vere miſſionis recipit eius naturā vt ſicut vere miſſus efficit poſſeſſor poſt annum ita iſte ficte miſſus.Idem ſi impediatur caſu vel alio impedimento nō tamē facto aduerſarij.Si aūt quis eſſet iuſſus immitti ſed nondum eſſet immiſſus nec impediretur per aduerſarium.nō haberet pro immiſſo vt eſt tex.in.l.nō eſt mirum.ff.de
3 pigno.act.⁊ facit.ſ.de re iudi.cū aliquibus.❡ †Itē no.illud vulgatum ꝙ nō dꝫ eſſe melioris conditionis cōtumax quā obediēs.❡ In gloſſ.ibi:vel forte ipſo iure Bar.in.l.ſi finita.§.iulianus.de dam.infec.⁊ ſequitur do.Anto.hic dicit ꝙ ſi obligatio cauſatur ab actu inito cū pſona.tunc quia nō poteſt deueniri ad ſecūdum decretū niſi contra latitantē.l.fulcinius.§.j.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.tunc ſi deuentum eſt ad ſecūdū decretū contra abſentē ex iuxta cauſā.decretū eſt ipſo iure nullū.⁊ ſic intelligatur.l.imperatores.allega.in glo.Si autē obligatio ſurgat a vitio rei.vt in cauſa dāni infecti ⁊ in cauſa noxali.tūc quia nō requiritur vera cōtumacia vt ꝓcedi poſſit ad ſcd̄m decretū.ſi ſit interpoſitus cōtra abſentē ex iuſta cauſa tenebit de mero iure:ſed dari poterit reſtitutio.⁊ ſic intelligatur.l.ſi finita.§.ſi forte.allega.in gloſſ.
4 Et hec ꝓcedere vidētur in ſecūdo decreto.nam †primū decretū indiſtincte etiā contra nō latitantē poteſt interponi.l.ignorare.C.de reſti.mili.⁊ qꝛ faciliter illud poteſt reuocari.ſ.cauēdo de iudicio ſiſti ⁊ ſoluēdo expēſas cōtumacie nō videt neceſſaria reſtitutio.que nō datur pro modico dāno.l.ſcio.ff.de reſti.in integ.⁊ no.Inno.ꝫ.de reſti.in integ.c.coram.❡ In gloſ.ſi.ibi de hered.excōicamus.⁊ bene facit.ſ.de here.cū cōtumacia.li.vj.❡ In ea.glo.ibi ſed illud loquimur in perſonali.ſupple qđ habetur in.§.iulia.ſꝫ ad.c.j.ſ.ti.j.poteſt dici ꝙ ibi ad cautelā fuit interpoſitū.❡ In ea.glo.ibi:niſi quis ad cautelā.⁊ ſi dicatur ꝙ cautela videtur mala.qꝛ petendo interponi ſcd̄m decretū,videtur petere ad iudicari dñium.facit.l.pretoris.ff.de dam infec.⁊ ſic videtur ſibi cōtrarius cū prius agendo reali dixerit ſe dñm.ſed dic ꝙ nō debet per ſcd̄m decretū hoc caſu petere adiudicari dñium ſed petere adiudicari poſſeſſionem.⁊ ſic nō erit ſibi cōtrarius.tñ vt dixit glo.hoc nō eſt neceſſariū.Bar.tñ in.l.ſi finita.§.iulia.ff.de dam.infec.dicit ꝙ poſſet ſm decretum interponi etiam in reali alia forma.videlꝫ decernēdo ꝙ nō audiatur deinceps etiā ſuper proprietate ille cōtra quē facta eſt immiſſio per id qđ habet in.l.pe.ff.de dam.infe.tñ tale decretū [illegible] deberet iterponi niſi plene cognito de cauſa.vt qꝛ forte [illegible] plene ꝓbaret de iure ſuo.et nō debebit ſtatim deueniri ad tale ſcd̄m.ſed aliquod tēpus congruum arbitrio iudicis debebit interuenire.tñ hoc caſu ex quo per annū durauit in cōtumacia poterit arbitrari de minori tpe anni.ſed qñ ſit immiſſio in pſonali:et poſtea vult quis deueniri ad ſcdꝫ decretū deberet iudex arbitrari de anno.per no.per Inno.ſ.de ver.ſig.dilecto.nec deberet tūc deueniri ad ſcd̄m niſi precedente noua contumacia.⁊ plene conſtito de debito lꝫ quo ad primū decretū ſufficiat ſummaria cognitio per id qđ notat in.l.cum ꝓponas.C.de bo.auto.iudi.poſ.vbi per Bart.⁊ Cy.⁊.ꝫ.vt lit.nō cōteſt.in.c.qm̄ frequēter.§.in alijs.⁊.§.ſi.❡ In.ea.glo.ibi cōſtituit aliquē poſſeſſorē glo.dicit verū ſi hoc hꝫ formā decreti ſcdi in ipſa actione perſonali.qꝛ ſolū decernatur immiſſum verum poſſeſſorē:ſed ſi adiudicaret rē per ipſum ſcd̄m decretū tūc idē eſſet:qđ in cauſa noxali ⁊ dāni infecti qꝛ ſi ille Jquē factaerat immiſſio,erat dñs:efficietur immiſſus dñs nedum poſſeſſor per ſcd̄m decretū.Si autē nō erat dñs.cum habeat titulū ſecūdi decreti.poterat vſucapere ſeu preſcribere.l.pretoris.cum ibi not.
5 de dāno infec.❡ †Quid autē ſi datum ſit ſecūdum decretū nō precedente primo.dic ꝙ nō tenet ipſo iure quia non poteſt dici ſecūdum primo non precedente.l.qui duos.ff.de rebus dubijs.
6 et no.Cy.in dicto.§.iulianus.❡ †In ea.glo.ibi forte vt poſſit ⁊c.❡ Nota bene ꝙ quis poteſt poſſeſſionem beneficij habere ſine titulo.et ſic facit ꝙ poſſit reſtitui ſi ſpolietur.de quo in ca.li
7 teris.de reſtitu.ſpolia.Et not.etiam ex gloſ.ꝙ †interdum quis poteſt preſcribere [illegible]di contra ſe licet non preſcribat rem.

a ❡ Cōtingit vide ſup p hoc.c.d. Abb.hic.⁊ do. Hen. boych.qꝛ h tractat d p mo ⁊ ſcdo decre.quaꝫ materiam egregie expedit Spe. in titul. de pmo ⁊ ſecū do decr.vbi ad ſatietatē hāc materiā ingurgitare poteris et multi alij dñi legūtractauerūt de materia p mi ⁊ ſecūdi decreti.

Ayuntamiento de Madrid

et forte voluit ꝙ hoc ideo contingat quia talis preſcriptio p[...] cedit ex negligentia nõ petẽtis.ꝛ ſic nõ requiritur tanta bona fides.facit qð not.in.c.cura.ff.de iure patro.ꝛ.j.de immunitate eccle.quia plerique.ꝛ per Bart.in.l.ſequitur.§.item viam.ff.de vſucap.ꝛ ibi plene dixi an hoc caſu currat preſcriptio ꝓpter ne gligentiam licet quis ſit in mala fide.❡ In glo.ibi eum qui. hodie habetur.lib.vi.ꝛ idem dicunt doc.etiam ſi aliquis petat dignitatem temporalem ne detur vitioſus ingreſſus ad illam. de quo in Spec.de ſcðo decre.§.nunc videndũ.ver.qd ſi quis ele ctus.❡ In ea.gloſ.ibi.l.fulcinius.ff.vti.intellige ꝙ lucrabitur fructus propter nimiam cõtumaciam iudice hoc decernẽte nõ aliter.vt ibi nota.Bar.ꝛ Specu.de primo decre.§.reſtat.verſic. hoc aũt.dicunt tamen docto.ꝙ idẽ eſſet in alia actiõe hoc quod dicit glo.de peti.heredi.❡ † In ea.gl.ibi de pretorio pignore. l.vlti.poterit etiã agi ex edicto ne vis fiat ei.l.j.et per totum.ff. ne vis fiat ei qui miſſus eſt.ſed non poterit agi interdicto vnde vi.q2 non eſt poſſeſſor:nec etiam cõdictione ex lege ſi quis in tã tam.quia illa etiam datur poſſeſſori.vt ibi patet.licet Hoſtiẽ. aliter videatur innuere.ſed non bene.vt hic tãgit domi.Anto. de quo etiam per Jo.An.in addi.Specu.in tit.de reſti.ſpol.§.
8 j.verſi.quantũ.❡ An aũt † cõtra immiſſum ex primo decreto poſſit agi rei vẽdicatione vĩ ꝙ ſic.q2 habet facultatem rei reſti tuende.l.officiũ.ff.de rei vẽ.Si tñ vinceret ab eo infra annum: nõ preſtabit illã niſi preſtita cautiõe ꝓ vincente de conſeruãdo eũ indẽnem.l.is a quo.ff.de rei vẽ.vel etiã poterit nõiare in iu dicio illũ cõtra quem eſt immiſſus ꝛ ſic euitabit iudiciũ.vt in.c. qm.§.ſi ſup.vt lit.nõ conte.ꝛ ſic d3 intelligi qð ibi no.Inno.in. quantũ dicit ꝙ talis non põt cõueniri reali ſupple ſi velit dñm in iudicio nominare ſeu illum contra quem facta eſt immiſſio.

a ❡ Si re⁹. J dc paoi ſummat h do.Abb.ꝛ ſi q̃ras vtrũ ſemel citatus nõ veniẽs reputat contumax vide hic diſ.d. hen.boych in prin.c.

1 ❡ Peremptorium in citatione poteſt apponi licet ſit vnica.
2 Citari poteſt quis vna citatione ad totam cauſam.
3 Domus prelati cenſetur eius eccleſia.
4 Delegatus ad nudum articulum facti,an poſſit ſubdelegare.
5 Contumax verus quis dicatur ꝛ quis fictus.

a **Venerabilis.** Si reus ᵃ nõ inuenit ſufficit publice citationem ad eccleſiam ſuã ꝓponi.h.d.et due ſunt ptes principales nam ponit duplicẽ formã citandi vnã quã facit iudex p literas.aliã quam cõmittit alteri faciẽdam.ſcða ibi nos vero.
1 ❡ † No.primo ex textu ꝙ in citatiõe poteſt apponi perẽptorium licet ſit vnica:ꝛ hoc potiſſime qñ ſit citatio de longinquo.
2 facit.s.de reſti.in inte.tum ex literis.❡ † Itẽ not.ꝙ poteſt qs citari in vna citatione ad totã cãm et valet citatio etiã ſine cõminatione expreſſa . dum tñ aliquibus ſpecifice enumeratis ſubdatur in citatione.ꝛ ad oĩa alia vſq3 ad deciſionẽ negotij,fa
3 cit qð no.s.de offi.deleg.cõſuluit.ꝛ qð ibi dictũ fuit.❡ † Item no.ꝙ primo citãdus eſt quis perſonaliter ſi põt inueniri,etiam in ſubſidiũ ad domũ.et no.ꝙ domus prelati cẽſet eccleſia eius. ❡ Item no.ꝙ vbi cõmittit alicui poteſtas citandi aliu3 poteſt illũ citare per ſe vel per nuntiũ.facit.l.ſed et interpellatur.ff.de arbi.❡ Item nota ꝙ etiã vbi papa delegat nudũ arbitriũ.non delegat niſi exiſtẽti i dignitate vel canonia eccleſie cathedralis.
4 ❡ † Vltimo.not.ꝙ delegat⁹ ad nudũ articulũ facti videt poſſe ſubdelegare.qð videtur cõtra [...] timum ad fi.de offi.dele.ſed certe hoc habuit hic expreſſe i[...]ato vt ex litera.alias ſec⁹ fuiſſet ſm Pet.et Abb.ſed Hoſt.ꝛ Gof.dicit idẽ in caſu iſto. etiã quãdo ſimpliciter mandat alicui vt citet alium cum citatio poſſit fieri per edictũ ſeu per literas vel per nuntiũ dicta.l.ſed interpellatur,videtur in effectu compreh̃edi in mandato.alias aũt qñ aliud factũ purum cõmittitur quid tenendu3.dic vt no. in.d.c.fi.vbi etiã per Jo.an.ſup glo.❡ In glo.j.in fi.No.diligẽter hanc glo.que aperte decidit ꝙ de iure canonico non eſt dare inſtantiã iudicij.l3 ſecus ſit ſm leges.et intellige glo.in inſtãtia iudicij cauſe principalis.ſ3 in inſtantia iudicij cauſe appellationis bene eſt dare inſtantiã ſm canones ſicut et ſ3 leges quia datur annus ad ꝓſequẽdam appellationẽ.ꝛ ex cauſa biẽnium. vt patet in.c.ex ratione.j.de appel.ꝛ in auẽ.ei q eſt.de tẽpo.appella.❡ In glo.fi.in fi.ꝛ hoc cõiter tenetur ꝙ nõ ſit cõtumax cẽſendus in caſu predicto ipſe re⁹ quo ad hoc vt cõdẽnetur actori in expen.ꝛ ſic reſpectu actoris nõ dicit cõtumax dicũt tamen dñi de Rota in ſua deciſio.xxxi.ꝙ quãtũ ad iudicẽ cẽſeri põt contumax.ꝛ ſic poterit ex officio iudicis excõicari.videt tamen ꝙ de facili debeat relaxari ex quo etiã ſi reus veniſſet ꝓpter impedimentũ iudicis non potuiſſet ꝓcedi per ea que habentur in
5 l.ij.in fi.ff.ſi qs in ius vo.nõ ie.❡ † Extra glo.tangit hic domi. Anto.quis dicat verus contumax:ꝛ qs fictus ꝛ quis dicat eſſe verus et manifeſtus.ꝛ qd iuris ſi citatus dicit nuntio ſe nolle venire an amplius ſit citãdus et meõ iudicio nõ pfect: loquit. de quo plene dixi in cle.ſi ante.de do lo ꝛ cõtu [...] eſt glo.magiſtra melior de corpore.iur.ꝛ ibi etiã dix[...] redat relationi nũ[...]entis citatũ dixiſſe ſe nolle venire.ꝛ materia etiã per glo.ꝛ Bar.in.l.ſi.ff.de reſti.in inte.ꝛ aliquid in.l.ex conſenſu.§.ſi.ff.de appel.ꝛ per Jo.an.in addi.Specu.in titu.de contu.

b ❡ Actor miſſus.Sic ſummat et hic.d.Ab. et in hoc.c. ſolet tractari an volũtas reputetur pro facto.de qua materia.vide.C.ð epiſco.ꝛ cle.l.ſi qs nõ dicã rapere.vbi per do.legiſtas.l3 hoc. Jo.ð imol. ponat de h breuẽ reſolutionem.ꝛ adde hic late p d.Hẽ. boych q ponit pulchrã diſtin.

c ❡ Si nõ.idẽ hic ſummat do.Abbas

❡ De eo qui mittit in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruãde. Rubrica.

1 ❡ Voluntas ſola non habetur pro facto.ꝛ nu.4.
2 Miſſus in reali poſt annum efficitur verus poſſeſſor.
3 Sententia inualida poteſt per ſedem apoſtolicam confirmari.
4 Miſſio in poſſeſſione ex primo decreto qualiter fiat in rebus in corporalibus.

b **Conſtitutis in.** Actor miſſus ᵇ in poſſeſſionẽ poſt annũ efficitur verus poſſeſſor l3 reus infra annu3 cautionẽ preſtare voluerit.h.d.❡ Et pͥo narrat factũ ſcðo iterloquit.ſecũda ibi:ideoq3. ❡ No.ꝙ vbi agitur de eccleſia rõne ꝓprietatis ſit miſſio in poſſeſſionẽ.ꝛ ſic eſt caſus pro;gloſ.c.cõtingit.s.ti.j.
1 ❡ † Itẽ no.ꝙ ſola volũtas nõ habetur pro facto nõ ſecuto effectu qñ ſ[...] per implere debentẽ.ꝛ per hoc no.illud vulgatum ꝙ
2 vbi op[...]ſt facto.verba nõ ſufficiunt nec ſola volũtas.❡ † Itẽ nota ꝙ miſſus in reali poſt annum efficitur verus poſſeſſor.ꝛ ſic
3 reus efficitur de poſſeſſore petitor.❡ † Itẽ no.ꝙ ſentẽtia inualida poteſt per ſedẽ apoſtolicã confirmari.facit qð no.in.c.cũ acceſſiſſent.s.de cõſti.ꝛ.j.de confir.vti.vel inuti.c.j.ꝛ.ij.❡ In glo. ij.in fine.hec eſt via brocardica.de qua dic vt per Cy.in.l.ſi quis nõ dicã.C.de epiſ.ꝛ cleri.vbi etiã glo.tangit.ꝛ per archi.xvij.q.j. §.ſi ergo.vbi ponit longã diſtinctionẽ.ꝛ dic etiã per Joã.calde. ❡ Poteſt cõcludere ꝙ aut queritur quo ad forum dei:aut quo ad forum ſeculi.Primo caſu tunc voluntas habetur pro facto ſi ſtat nõ per habẽtem volũtatem.ſiue tendat ad bonum.vt in.c. non ſatis allegato in glo.ſiue ad malũ.vt in.c.qui viderit allegato in glo.dũ tamẽ ſit volũtas deliberata quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra.vt no.in.d.l.ſi quis nõ dicam.ꝛ habetur per glo.in.§.cogitationis.de peni.diſtin.j.❡ Secundo caſu aut loquitur in delictis aut in alijs.Si in delictis ꝛ tunc aut voluntas remãſit in finibus cogitationis ꝛ nõ deuenit ad actum exteriorem et non punitur.l.cogitationis.ff.de penis.Aut deuenit ad actum exteriorem.ꝛ tunc aut ad actum remotum.ꝛ tunc nõ punitur niſi forte in crimine leſe maieſtatis.l.fina.ꝛ penul.C.ad le.iul.maie.Si ad actum ꝓpinquũ ꝛ non remanſit per volentem cõmittere delictum.ꝛ tũc in atrocioribus habetur ꝓ cõſummato.l.is qui cũ telo.C.de ſicca.ſecus in leuioribus.l.j.cum ibi no. ff.de extraordi.crimi.Si autẽ loquimur in alijs que non ſunt delicta tunc ſi opus eſt facto nõ ſufficit voluntas.vt hic.cũ concordan.ſi ſtat per eum qui habet voluntatem.alias ſecus vt tetigit glo.ꝛ qð dixi in delictis atrocioribus ſi peruenit ad actum primum haberi pro facto intellige niſi ſtet per ipſum delinquẽtem quominus perficiat per.l.qui falſam.ff.de falſis.❡ In gloſſ.parati.ibi ꝛ iudici poteſt pſtari.nã ex facto iudicis tanquã publice perſone querit vtilis actio parti licet abſenti ſm nota.in.l.ij.ff. rem pupilli ſal.fo.maxime per Bar.ꝛ per Inno.j.de cõuer.con
4 iu.in.c.dudum.❡ † Extra glo.tangit hic Inno.ꝛ do.Ant.poſt eum qualiter fiat immiſſio in poſſeſſionẽ ex primo decre.in iuribus incorporalibus.ſed tu dic plenius vt no.Bar.in.l.ſi prius. in.x.oppoſitione.ff.de ope.no.nun.vbi plenius ꝛ clarius loquitur quam hic loquatur Inno.ꝛ do.Anto.ꝛ adde qð dicetur.j.c. proximo.quod melius cadit ꝛ debet recitari.

1 ❡ Miſſus in reali an ſit verus poſſeſſor.
2 Cautio pro preſtita habetur quãdo non ſtat per debentem cautionem preſtare.
3 Delegati ſi ſint plures vnus ſolus non habet exercitium iuriſdictionis.
4 Tutor an poſſit ante confectionem inuentarij adminiſtrare.
5 Abſente reuertente etiam poſt annum datur reſtitutio in integrum ipſi reo contra quem facta fuit miſſio.
6 Decreti primi ꝛ ſecundi forma.

c **Cum ſicut accepimus.** Si nõ ſtetit ᶜ per reum quominus caueret infra annum actor poſt lapſum anni non efficitur verus poſſeſſor.h.d.❡ Et in prima facti narratio.in ſecunda cauſe commiſſio.ſecunda ibi
1 diſcretioni.❡ † No.pro opinione que habet ꝙ miſſus in poſſeſſionẽ in reali nõ ſit verus poſſeſſor:ſed potius habeat cuſtodiã, cũ ſeruãde rei cauſa ſit miſſus in cõtrariũ tñ facit litera.j.dũ dicit poſſeſſionẽ infra annũ ſibi reſignari ꝛc.ſed expone.id eſt detentionẽ.❡ Item not.ꝙ vbi agitur de eccleſia ratione ꝓprietatis.ꝓcedi poteſt ad miſſione3 in poſſeſſionẽ.ſecus quãdo ageret
2 de titu.eccleſie in.c.eum qui.j.eo.in.vj.❡ † Item no.ꝙ vbi non ſtat per debẽtẽ offerre cautionẽ.cautio habet pro pſtita quo ad impediendum

Ayuntamiento de Madrid

impediendum tranſcurſum anni. ⁊ ſic facit ſm do. Flori. ꝙ ſi ſta tutum diſponit ꝙ vicini teneantur capere malefactorem ratio ne maleficij facti in vicinia ⁊ iniꝑ pena ſi non capiatur ꝙ ſi cum occurrerunt vt caperent, ſed non potuerũt forte quia male factor erat ſociatus multis armatis: vel ex alio ſimili impedimẽ to ꝙ tunc non incidũt in penam: q2 ſufficit qd̃ fecerũt qd̃ potue runt. facit. l. j. §. occiſorum. ⁊ qd̃ ibi notatur per Bart. ff. ad ſille. Et ſimiliter facit ꝙ ſi quis impetrauerit inhibitionẽ fieri iudici ſeculari per iudicem eccleſiaſticum: ⁊ caueatur ſtatuto qd̃ tũc te neatur infra. xv. dies facere cauſam expediri in foro eccleſie ſub certa pena ꝙ ſi ille qui impetrauit inhibitionẽ fecit quicquid po tuit vt cauſa expediretur. j. terminum, que tñ nõ fuit expedita: quia pars aduerſa impetrauit dilationes longiores actore reſi ſtente ⁊ proteſtãte de ſtatuto: ⁊ qd̃ per eum non ſtabat qd̃ talis non incidat in penam per predicta etiam preſuppoſita validita te ſtatuti, tamẽ poteſt etiã dici qd̃ tale ſtatutum non valet tanꝙ indirecte contra libertatẽ eccleſie. facit qd̃ not. in. c. ſi. de immu. eccle. in. vi. ⁊ quia etiam per ſtatutũ laicorum non poteſt arctari inſtantia fori eccleſiaſtici. facit qd̃ no. j. de app. ex inſinuatione.

3 ¶ † Ultimo potes notare qd̃ vbi plures ſunt delegati vnus ſo lus non habet exercitium iuriſdictionis. ȝ. de offi. delẽ. pruden tiam.

4 ¶ † In gl. ij. ibi tutor qui. §. j. ibi dicitur qd̃ tutor qui non fecit inuẽtarium non poteſt adminiſtrare antequam illud fece rit: niſi ſint aliqua tẽpore peritura: ſed dic quod illud eſt fauore pupilli ſicut etiam eius fauore eſt ſtatutũ qd̃ ſi plures dãtur tu tores ſimpliciter quilibet habet adminiſtrationẽ inſolidum. l. ſi plures. C. de admi. tuto. ⁊ l. ſi. C. de auto. preſtã. ſecus eſt in plu rib9 delegatis datis ſimpliciter, vt. ȝ. dixi. in gl. ⁊. ȝ. de offi. dele. prudentiam. ⁊ ratio eſt quia iuriſdictio delegata eſt ſtricti iuris ȝ. de offi. deleg. p. ⁊. g. ⁊ de reſcrip. c. j. in. vj.

5 ¶ † In gl. ſi. in fine. ⁊ hoc caſu duplex eſt remediũ: vnum eſt qd̃ reuertẽte abſente etiã poſt annũ datur reſtitutio in integrũ. ipſi reo cõtra quem facta fuit miſſio ex quo ꝓpter factum abſentis fuit impeditus per id qd̃ habetur in. l. j. ff. ex qui. cau. ma. Aliud eſt remediũ qd̃. j. annũ preſtetur cautio corã iudice vel coram honeſtis perſonis per de cre. paſtoralis. de offi. ordi. ⁊ ſic nõ obſtabit lapſus anni. Et ad uerte q2 illud remediũ non tollit precedẽs ſi forte interim nulla cautio preſtetur: q2 per hoc remediũ non plene ꝓuidetur ex quo nõ eſt qui defendat abſentẽ. vt no. Bar. in ſimili in. l. is qui. ff. ex qui. cau. ma. qd̃ eſt not. Et pro hoc etiam q2 vbi duo remedia ex equitate inducta ſunt vnũ aliud nõ excludit. l. de pecorib9. cum

a ibi no. ad. l. aquil. ¶ Extra gl. aduerte. q2 Inno. tetigit in. c. pre

6 cedẽti. de forma primi ⁊ ſcdi decreti. Cõclude † ꝙ aut loquimur in iurib9 incorporalib9 aut in rebus corporalibus. Primo caſu aut agitur pro ſeruitute conſtituenda: aut pro iam conſtituta ſi pro cõſtituẽda. ⁊ tũc ſi. [ADDI. Ita diſtinctio ſit etiã hodie ſicut qñ alias agitur perſonali ad certam ſpeciẽ. nam auẽ. ei qui iurat. videtur loqui qñ agitur actione perſonali ad quãtitatẽ et ſic in alijs caſibus remanẽt iura antiqua. Jo. and. TJO.] lati tat reus ex primo decreto. fiet miſſio in oĩa bona. l. fulcinius. §. celſus. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Si aũt nõ latitat fiet miſſio ſolũ in ipſa ſeruitute, ⁊ forma primi decreti erit q2 iubebit iudex qd̃ non impediat vti ſeruitute ipſe reus actorẽ. l. ſi prius. ff. de noui ope. nun. ⁊ forma ſcdi decreti erit q2 adiudicabit ſeruitutem ipſi actori ſicut etiã qñ agitur actione perſonali ad ſpeciẽ. vt. j. tãge tur. ¶ Si autẽ agitur pro ſeruitute cõſtituta: tũc ſi etiã petitur intereſſe rõne turbationis ꝓpter intereſſe qd̃ eſt quid pecunia rium ſiet immiſſio ex primo decreto in oĩa bona olim. hodie pro mẽſura debiti ſeu ipſi9 intereſſe. in auẽ. ei qui iurat. C. de bonis auẽ. iud. poſ. Et idẽ eſt dicẽdum hoc caſu reſpectu intereſſe. qd̃ j. dicetur qñ agitur actione perſonali ad quantitatẽ. ¶ Si vero ſolũ agitur pro ſeruitute conſtituta actione confeſſoria. ⁊ tunc ſi agens eſt in poſſeſſione ſeruitutis: forma primi decreti eſt vt iu dex precipiat reo vt caueat de non impediẽdo vti ſeruitute. For ma autẽ ſecũdi decreti eſt vt ſtatuat iudex tp̃s infra qd̃ reus do ceat de iure ſuo, vt ſi non doceat. actore docẽte amplius non au diatur, per ea que habẽtur in. l. a quo fundus. ff. de dam. infect. ¶ Si autẽ non erat in poſſeſſione ſeruitutis: tũc eadẽ eſt forma primi ⁊ ſecũdi decreti: quam dixi in caſu precedẽti. nam illa cau tio h3 vim miſſionis in iſtis incorporalibus quando actor non poſſidet vt no. Bar. in. l. ſi prius. tñ hoc caſu poſt annũ efficitur verus poſſeſſor ſeruitutis: ex quo agitur reali quia cõfeſſoria et ſi non curaret de alio decreto ſcdo. ſed contentaretur qd̃ lapſu anni efficeretur verus poſſeſſor: hoc etiã ſieri poſſet. ¶ Et not. qd̃ hoc caſu veniẽs. j. annũ recuperaret poſſeſſionẽ, ideo nõ de bet iudex facere executionem precepti facti reo de cauendo niſi poſt annũ vel ſi facit. j. annum. d3 facere ſub cõditione niſi reus j. annum cõparuerit ⁊ preſtiterit cautionẽ debitam et expenſas videtur tamen Inno. ſentire qd̃ tacite inſit dicta conditio ſi ſim pliciter cautio preſtatur, ⁊ hec vera niſi poſt litem conteſt. facta eſſet immiſſio quia non auditur tunc etiam. j. annũ per id quod no. ȝ. de dolo ⁊ contu. in. c. cauſam. ⁊. c. prox. ¶ Secundo caſu principali quando agitur de rebus corporalibus: tunc aut agi tur actione perſonali aut agitur actione reali. Si agitur actio ne perſonali ad certam ſpeciem in illam ſolã debet fieri miſſio niſi latitaret reus quia tunc fieret in omnia bona. l. fulcinius. §. celſus. ⁊ ſeq. ff. ex qui. cau. in poſ. eatur. Si vero agitur perſona li ad quantitatem fieri debet immiſſio hodie pro menſura debi ti, C. de bonis auẽ. iud. poſ. auẽ. ei qui. Et forma primi decreti eſt quia poteſt iudex dicere decerno talem eſſe poſſeſſorẽ taliũ rerũ cauſa cuſtodie, ⁊ volo qd̃ talis miniſter ſiue nuntius noſter mittat illum in poſſeſſionẽ ⁊ ſic ei mãdamus iubentes etiam qd̃ poſtquam miſerit nobis de hoc faciat relationẽ. arg. l. non paſ ſim. §. ne tamẽ. ff. de rebus eorum. ⁊ hec practica videtur placere Inno. Alia eſt practica qd̃ pronuntiet actorẽ mittẽdum in poſ ſeſſionẽ cauſa cuſtodie. ⁊ licet non videatur placere Inno. tamẽ poteſt ſuſtineri per id qd̃ habetur. j. ca. proxi. quia ſenſus eſt qd̃ iudex decernit illum immittẽdum eſſe per nuntium. Tertia pra ctica eſt ſi dicat qd̃ mittit in poſſeſſionẽ cauſa cuſtodie taliũ re rum: ſed hoc non videtur placere Innoc. quia tunc non mittit, ſed poteſt ſaluari q2 intelligitur in effectu decernere ipſum mit tendum. per ea que notãtur in. l. predia. ff. de acqui. poſ. vbi licet in inſtrumẽto dicatur qd̃ vẽditor dedit ⁊ tradidit rem: non vi tiatur inſtrumẽtum, licet res non ſit in preſentia. ⁊ ſic tunc non poſſit tradi: quia videtur per hoc data licẽtia emptori apprehẽ dendi poſſeſſionẽ. Forma autẽ ſecundi decreti eſt quia iudex po terit adiudicare veram poſſeſſionẽ vt voluit glo. in. c. qm̃. §. ſi. vt lite non cõteſt. Itẽ poterit adiudicare rem: ⁊ hec etiã forma erit bona. Item tertio poterit dare licẽtiam vẽdendi. ⁊ ſic varijs mo dis poterit interponi ſcd̃m decretum. facit qd̃ no. in. l. ſi finita. §. iulianus. ff. de dã. infec. Si aũt agatur reali tũc planum eſt qd̃ ex primo decreto ſit miſſio in poſſeſſionẽ rei petite. ⁊. ij. glo. lapſus anni habetur loco ſecũdi decreti. ⁊ efficitur verus poſſeſſor ſine alio decreto licet ad cautelam poſſet illud petere: ſed nõ eſt ne ceſſarium facit qd̃ no. ȝ. c. j. poteſt etiam ſcd̃m decretũ interpo ni alitervt3 vt poſt annum petat ipſe actor qui factus eſt poſſeſ ſor ſtatui tẽpus ipſi reo ad docẽdum de iure ſuo ita qd̃ ſi non do ceat poſtea non audiatur per ea que habentur in. d. l. a quo fun dus. ff. de dam. infec. ⁊ per Bar. in. d. l. ſi prius.

1 Laicus poteſt cõueniri coram iudice eccleſiaſtico in terris ſubiectis eccleſie.

2 Cauſa ſi mandatur decidi ſecundum ius et bonam conſuetudi nem loci intelligitur quod pronuntietur ſecundum ius inquan tum conſuetudo conſonet cum iure.

3 Cõſuetudo ciuitatis ſi eſt rationabilis aſtringere videtur laicos et clericos.

4 Cauſa ſi mãdatur terminari ſecũdum conſuetudinẽ loci in cauſa procedi debet ſecundum conſuetudinem ipſius loci.

5 Prorogare poteſt iudex terminũ iuris vſq3 ad annum ⁊ diem.

6 Appellatus comparens coram iudice vel ſucceſſore non renun tiat appellationi ſi comparitio non acceptatur per aduerſa rium.

7 Miſſionem paſſus an ⁊ quando recuperet poſſeſſionem non ſa tiſfacto de expenſis.

8 Non contumax paſſus miſſionẽ tenetur cauere ſi vult audiri.

9 Expenſe ad hoc vt poſſint repeti debent eſſe neceſſarie.

10 A delegato legati appellari poteſt ad papam omiſſo legato.

11 Delegatus inferioris a principe an poſſit mittere in poſſeſſio nem. ⁊ nu. 9.

12 Clericus ſi agit contra laicum coram iudice eccleſiaſtico ex quo reus eſt laicus ſeruabuntur ſtatuta laicorum.

a ¶ Ex gloſ. Tractat h de prio ⁊ ſe cũdo decre to. Tu ad de Spec. in tit. de pmo et ſcdo de creto. vt. ȝ. poſui i apo ſtilla. i. c. cõ tingit.

b ¶ Si reus. hic etiã ⁊ p eadẽ verba ſummat. d. Abb.

b Cum veniſſent. Si reus b cõtra quem facta eſt miſſio docet ſe cõtumacẽ nõ fuiſſe nõ cõdẽnabitur ad expẽſas. h. d. Et due ſunt partes principales. nã in prima ponit factũ coram papa narratũ querele vel appellationis remedio. in ſcda dat iudices. ſcda ibi nos igitur.

1 ¶ † No. j. qd̃ laicus cõueni ri poteſt corã iudice eccleſiaſtico in terris ſubiectis eccleſie. nam iſte. p. erat laicus ⁊ conuẽtus fuit corã legato. facit. j. de appel. ſi duob9. non tñ poſſet cõueniri in terris imperij vacante imperio corã legato vt no. in Spe. tit. ij. §. nũc oſtẽdendũ. ver. xix. ¶ Itẽ no. qd̃ interdum lex cõmunis ⁊ conſuetudo ſunt conformes in terdum autẽ cõſuetudo eſt preter legem. ⁊ tunc in ea preſcriben da ſufficit tẽpus decem annorũ. vt no. gl. in. c. ſi. de conſue. in. vj.

2 ¶ † Item not. ꝙ vbi mandatur cauſam decidi ſecundum ius ⁊ bonam conſuetudinem loci. ſenſus eſſe videtur qd̃ pronũtietur ſecundum ius in quãtum conſuetudo conſonet cum iure. Si au tem diſcrepet a iure cõmuni tunc videtur pronũtiandum ſecun dum conſuetudinem in quod eſt notandum. Pro hoc faciat: quia conſuetudo iuri contraria: ſi eſt rationabilis illi derogat. ȝ. de



Ayuntamiento de Madrid

3 conſuetu.c.fi.¶†Jtem no.ꝙ vbi cõſuetudo ciuitatis eſt ratio
nabilis aſtringere videtur nedũ laicos ſed etiã clericos:et ſic te
nuit Barto.per iſtum tex.in.l.j.C.de ſum.tri.et fi.catho.de quo
dixi in.c.eccleſia ſancte Marie.de cõſti.et in.c.quod clericis.de
fo.cõpe.Jo.tamen de lig.hic dicit quod hic loquitur in cõſue
tudine que miſtim obſeruabatur per laicos.⁊ clericos.ſecꝰ ſi p
laicos tamen fuiſſet obſeruatã.facit quod not.Jnn.de conſue.
4 cum dilectus.ad fi.¶†Jtem no.diligenter ꝙ ſi mandatur cau
ſam terminari ſecundum cõſuetudinem loci:intelligitur etiam
mandari ꝙ procedatur ſecundũ dictã conſuetudinẽ.⁊ ſic man
datum determinando includit etiam in ſe tacite mandatum de
5 procedẽdo.¶†Jtẽ no.ꝙ iudex poteſt prorogare terminũ iu
ris vt patet ibi vſq; ad annum ⁊ diem.de quo.j.de appella.cum
ſit romana.⁊ per Bar.in.l.ij.ff.de re iudi.Poſſes tamen dicere
quod hoc fuit ex conſuetudine loci.facit quod habetur.s.de re
ſtitu.in integ.cõſtitutꝰ.preterea hic.j.annũ fuit oblata cautio
6 ⁊ ſic nõ fuit neceſſe diſputare an valeret adiectio diei.¶†Jtẽ
not.ꝙ appellans comparens coram iudice a quo:vel ſucceſſore
non renuntiat appellationi ſi comparitio nõ acceptatur per ad
uerſarium vt hic eſt caſus notabilis coniuncta glo.facit qđ ha
7 betur.j.de reg.iur.ex eo.lib.vj.¶†Jtẽ no.caſum in quo paſ
ſus miſſionẽ recuperaret poſſeſſionem non ſatiſfacto de expẽ
ſis quando ſcz allegat ſe non fuiſſe cõtumacẽ quod eſt notandum.
8 ¶†Jtem not.ꝙ etiam non cõtumax paſſus miſſionem tenet
cauere ſi vult audiri: ſed certe fuit:quia voluit expectare aduẽ
tum appellationis.¶Jtem no.ꝙ innouata appellatione pẽ
dente reuocantur etiam ſi appellationi renuntiet vt hic colligit
ſecundum vnum intellectum.facit quod no.in.c.licet.de ſen.ex
9 cõ.in.vj.¶†Jtem no.ꝙ ad hoc vt expẽſe poſſint repetit de
bent eſſe neceſſarie.de quo dictũ fuit in.c.finẽ.ſuper gloſſ.mag.
s.tit.j.¶Jtem no.caſum contra laicum ad petitionem clerici
tractatã etiã coram iudice eccleſiaſtico debere tractari etiã quo
ad deciſoria ſecundum conſuetudinem loci.et non ſecundũ ius
canonicum.de quo dicendum vt in.c.quod clericis.de fo.cõpe.
¶Jtem no.ꝙ delegatus inferioris ordinarij a principe mittit
actualiter in poſſeſſionẽ:et ſic videtur poſſe illa que ſunt miſti
imperij ex ſimplici delegatione.de quo in.c.ſi quis contra cleri
cum.de fo.comp.⁊ de offi.ordi.in.c.ꝙ ſedem.¶Ultimo potes
a notare ꝙ allegans conſuetudinẽ * cõtra ius fore laudabilẽ gra
uatur onere id probandi:quaſi preſumatur contra illã ex quo
eſt contra ius.de quo in.c.fi.s.de cõſue.⁊ in.c.j.de conſtit.in.vj.
10 vbi bona gl.¶†Jtem no.ꝙ a delegato legati põt appellari ad
papam omiſſo legato.Et hoc ideo qr legatus eſt ordinarius.j.
de offi.deleg.c.ij.in.vj.in ſubdelegato legati ſerua.c.ſuper que
ſtionũ.§.ſi vero.de offi.dele.¶Jn gl.iij.ibi aduerſarius voluit
recipere ⁊ ſic non poteſt ex tali obligatione vel comparitiõe ſe
fundare.j.de reg.iur.ex eo.li.vj.⁊ de cenſi.cum olim.⁊ iſta eſt bo
na ſolutio.licet plures alie hic dentur p doctores:vel potes di
cere ꝙ licet renuntietur appellationi adeũdo alium iudicẽ quã
appellationis:non tñ per hoc validant attentata poſt appella
tionem legitimam vt etiam eſt caſus in.c.licet.de ſenten.excõ.
in.vj.et ſecundũ hoc quod ibi dicitur.de ſenten.excõ.nõ eſt ſpe
ciale.qr imo idẽ in alio attentato:intellige ꝙ non reſpiciat ipm
negotium principale.per id quod no.Joan.an.ibi.⁊ facit quod
no.in Spec.de prio decreto.§.iam de effectu ver.ſed quid ſi iu
dex.et dixit hic do.Ant.ꝙ videtur etiam ꝙ iudex ad quem du
ret iudex ſuper attentatis licet deſerta ſit appellatio ſi pars vo
luerit quo ad effectũ attentatorũ docere de legitimitate appel
lationis per iſtum tex.⁊ per id qđ habetur.s.de reſcrip.ex par
te.s.licet nõ habeat ſe intromittere de negotio prĩcipali ex quo
appellatio eſt deſerta.¶Jn ea.gl.ibi condẽnabitur in expenſis
neceſſarijs:ſed cõtra hoc facit:qr ſi appellatio nõ eſt legitima vi
detur ꝙ interlocutoria lata ſuper expenſis trãſiuerit in rem iu
dicatam.per.c.cum dilecti.ad finem.s.de elec.⁊ per id quod ha
betur in.c.nõ ſolum.de appel.in.vj.¶Sed potes dicere quod
hic iſta interlocutoria lata ſup expẽſis per iudices fuit nulla:qr
lata cõtra formã iuris.per id quod dixit gloſ.ij.facit qđ habetur
in.c.j.j.de re iudi.Uel dic secũdo ꝙ cõtrariũ procederet qñ ap
pellatio eſſet manifeſte fruſtratoria.Secus qñ erat dubium an
eſſet legitima:qr tũc nõ tenebatur interim cõparere.⁊ ſic nõ de
buit cenſeri contumax.⁊ per cõſequẽs non debuit condẽnari in
expẽſis.[ADD] Supple p iudices a quo ſz p iudicẽ ad quẽ
ſic ex quo ſuccũbit appellans.¶Sed certe iudex ad quẽ videt
habere poteſtatẽ ſup expẽ.appellatiõis vt in.c.cũ appellatio
nibꝰ.de appellatio.in.vj.nõ aũt circa expenſas cõtumacie:nec
videtur irritandus proceſſus iudicis a quo qñ fuit appellatum
ab interlocutoria ſi appellans ſuccũbit.j.de dolo ⁊ cõtumacia.
lib.vj.vnde imputandũ videt quare nõ appellauit ab interlocu
toria ſup expen.cũ potuiſſet ſi appellatio nõ erat friuola mani
feſte.vt in cle.ſi aũ de dolo ⁊ cõtumacia. ... ſenior videtur dictũ pre

a ¶Allegãs conſuetudinẽ.Addõ cu ius aũt loci cõſuetudo dz ſeruari vidõ hic p do. Henri. boych.c.oẽ id pbandi adde qd regrat ad pbadũ cõſuetudinẽ alexã.de imo. i cõſ. lxxxv. per totũ.ij. volu.

cedens.Uel dic ꝙ interlocutoria expenſarũ cõtinebat manife
ſtam iniquitatẽ ppter magnam quantitatẽ expreſſam ... nõ
debuit reuocari per.c.cũ b... ꝰ.de re iudi.T.J.O.] Jdeo nõ
tranſiuit in rem iudicatã ... in dubio debuit cõparere ... ſic
ꝙ hoc ſibi nõ imputatur ... videretur alias renuntiare ſue ap
pellationi.⁊ per hoc non ob.quod habet in.c.ſuper literis.s.de
reſcrip.Uel dic ꝙ etiam ſi manifeſte conſtet appellationem fru
ſtratoriam:tamẽ iudex appellationis eſt iudex ſuper expẽ.per
id quod habetur in.c.reprehenſibilis.⁊.c.nicholao.de appella.
[ADD]. Jſta iura loquunt in nõ pſequẽte ⁊ ideo de appel
lante fruſtratorie.ſed de tali loquit.c.cũ appellationibꝰ.de ap
pellatio.lib.vj.ibi tamẽ videt loqui.de expen.factis occaſione
appellationis nõ de factis ratione cõtumacie p partẽ.T.J.O.]
Et ideo licet quo ad partẽ interlocutoria in expen.tranſiuiſſet
in rem iudicatã ſuper expen.non tamẽ tranſiuit quo ad iudicẽ.
per id quod habetur in.c.cum ceſſante.j.de appel.⁊ per hoc pꝫ
ſolutio ad contrarium predictum. [ADD] Sed ꝯ hoc facit
quod habetur in.c.fi.de appel.in.vj.ideo precedens ſolutio vi
detur melior licet do.Ant.hic nitatur reſpondere ad.d.c.fi.ta
men etiam pcedens non videtur bona p id qđ.s.dixi.T.J.O.]
¶Adde etiã qđ ad contrarium precedens vbi tangitur de re
nuntiatione appella.reſpondẽt aliqui ꝙ hic non cõparuit corã
iudice a quo fuit appellatum ſed corã ſucceſſore delegante.ideo
non videtur renũtiare appellationi.ſed hec ſolutio videtur con
tra.c.ſolicitudinẽ.j.de appellatio.vbi comparẽs coram inferio
re iudice ipſius iudicis appellationis:intelligitur illi renũtia
re:vnde poteſt etiam dici ꝙ iſte legatus habebat priuilegiũ co
gnoſcendi.de appellationibus interpoſitis ad papã.⁊ ideo po
tuit adiri ſine renuntiatione appella.ſuper appellatione inter
poſita a predeceſſore.ſecus ſi a ſe.per no.per glo.s.de elec.in.c.
querelam.nam in dubio videtur aditus tãꝙ iudex appellatio.
argu.l.iij.ff.de teſta.mili.vbi in dubio non videtur quis eligere
viam per quam ſuus actus impugnetur.¶Jn ea.gloſ.ibi ſim
pliciter reſtituiſſet:hoc verum ſi tenemus ſententiam fuiſſe ali
quam licet iniuſtam.Secus ſi dicamus ipſam fuiſſe nullã qr nõ
tranſiuiſſet in rem iudicatã.nec eius virtute cogerẽtur expẽſas
reſtituere etiam ſi non appellaſſet per id quod habetur in.c.j.s.
de re iudi.¶Jn glo.penul.ibi dum tamẽ credebat expedire.⁊
ſic in iſto immiſſo eſt ſpeciale ꝙ ſufficit vt bona fide faciat.licet
ſecus in non immiſſo.vt.j.tangit glo.⁊ hoc tenet Jnnocen.licet
Hoſt.dicat ꝙ de iure canonico non tenet ſolum ad neceſſarias
factas in re ipſe contra quẽ facta eſt miſſio.⁊ aliud dicit de iure
ciuili:ſed certe in dubio nõ debet induci diſcordantia inter ius
11 ciuile ⁊ canonicum vt in.c.j.de ope.no.nũtia.¶†Extra glo.di
xit hic do.Flo.ꝙ delegatus inferioris a prĩcipe:põt mittere in
poſſeſſionem de iure ciuili ex primo decreto licet nõ ex ſecũdo:
ſed contrarium tenent legiſte per.l.iubere cauere.de iuriſ.om.
iudi.⁊.l.ea que.§.magiſtratibus.ff.ad municipales.⁊ etiam no.
Bar.in.l.iiij.§.duas.ff.de dã.infec.fallit tamẽ in cauſa dãni in
fecti in qua eſt ſpeciale propter eius celeritatem ⁊ periculũ mo
re qđ poſſit mittere ex primo vt ibi patet.ſz de iure canonico be
ne poteſt mittere in poſſeſſionem per iſtum text.⁊ p notata.de
12 officio ordina.ꝙ ſedem.¶†Ultimo dixit etiã hic do.Flo.ꝙ ſi
clericus agit contra laicum corã iudice eccleſiaſtico ex quo reus
eſt laicus ſeruabuntur ſtatuta laicorum per iſtum tex.ſed certe
hoc eſt contra tex.cum gl.in.c.qđ clericis.de fo.cõpe.vbi debet
attendi ius canonicum quando cauſa tractatur in foro eccleſia
ſtico etiam contra laicum.nec ob.iſte tex.ꝙ debet intelligi quã
do conſuetudo erat miſta laicorum ⁊ clericorum.⁊ facit qđ not.
Jnn.de conſue.cum dilectus ad fi.vel hoc fuit propter formam
mandati ipſius legati qui poteſt etiam cõſtitutionem facere.s.
de officio legati.in.c.fi.

1 ☞ Contra abſentẽ citatum nõ procedit ad miſſionẽ in poſ
ſeſſionẽ niſi iterũ citet ⁊ requirit citatio ad perſonam.
2 Citatio ad domũ qualiter fieri debeat.
3 Citatio ad domum ad hoc vt valeat an abſens citari debeat ad
loca remota.
4 Abſens ex cauſa voluntaria citatus tenet mittere pcuratorẽ.
5 Citatio ad domũ an ⁊ quãdo poſſit fieri ⁊ an ſufficiat.
6 Abſens quando dicatur aliquis.
7 Citari debet procurator anteꝗ perueniat ad citationẽ ad do
mum ſi principalis non reperitur.
8 Nuntius non debet mutare domũ citandi eo inuito.
9 Extrahi non debet quis de domo pro cauſa ciuili.
10 Citationis ſchedula põt affigi in ipſa domo ſi nullꝰ reperiat.
11 Citandi an ſint amici anteꝗ deueniatur ad miſſionem in poſ
ſeſſionem.
12 Contra abſentem non malitioſe an procedi poſſit ad miſſionẽ
in poſſeſſionem ex qua transferatur vera poſſeſſio.
13 Teſtes qñ recipi debent an ſufficiat citatio ad domum.

Citan

Ayuntamiento de Madrid

4 Cit... ad domum poteſt is qui e... nitate et ſe occultat nec pa... ur ſe citari.

15 Vacabundus quis dicatur.

16 Citatio an poſſit fieri per edictum vel preconem.

Si aduerſarius. Si reus citatus ab ſentat nec dimittit p curatorē vel aliū qui defendat mittitur act... in poſ ſeſſionē cauſa cuſtodie.h.d. Primo ponitur thema: ex quo reſultat tacita queſtio. Scdo reſponſio. ſecunda ibi iure.

1 ¶†No.j.ꝙ cōtra abſentē citatū pcedi non pōt ad miſſionē niſi etiā iterato citetur.de quo p Bart.in.l.ſi ſi... ꝗ.§.iulianus.ff.de dā.infec.vbi dicit trinā citationē requiri vel ... peremptoriam de quo dicendū vt ibi.z.xxiij.q.iij.de illicita. ... offi.delega. cōſuluit. ¶No.qd ad hoc vt poſſit procedi in ab... etiam ad actū miſſionis exigitur citatio ad perſonā:ſi pōt reperiri. ſi nō pōt ſufficit citatio ad domū. ¶No.non pcedi ad miſſionē con tra abſentē ſi dimiſit pcuratorē niſi antea procurator cite... de quo in.c.cauſam.de dolo z cōtu.

2 ¶†No. qualis debeat eſſe ... nūtiatio ſeu citatio que fit ad domum: qꝛ debet fieri publice ... occulte z ſic facit do.Anto.cōtra illos qui ponūt edicta occ... tēpore quo homines ſunt in prandio z poſtea admonent. facit

3 qd dixi.ſ.de do.z contu.cū olim. ¶†No.ꝙ vt valeat citatio ad domū requiri videtur citādū fore abſentē ad loca remota. Sed in hoc poſſet ſuppleri maxime qꝛ ſufficere videt ꝙ ſit abſens a ci uitate vt in.§.ſi vero etiā quidā iurēt in auf.de exhi. et introdu.

4 reis.col.v. ¶†No.ꝙ abſens ex cauſa volūtaria citatus tenetur dimittere pcuratorē:alias imputatur ſibi ſi ſe abſentat.de quo de pcu.querelā.z de do.z cōtu.cū dilecti. ¶No.qd lȝ quis ſe nō defendat.ſed tñ alter pro eo aſſumat defenſionē:nō patietur im miſſionē.facit qd no.Jo.an.in addi.Spec.ſup hac rubrica. z qd no.in.l.ſolutionē.ff.de ſol. ¶In gl.j.in ſi.z hec ſolutio cōiter te netur ſed do.Flo.dicit qd iſta litera pōt ſtare ꝓprie ſi fieret miſ ſio in reali,qꝛ poſt annū efficeretur verus poſſeſſor, et ideo tunc pcedat litera iſta. Sed vbi ageret perſonali: tūc pcedat ſolutio gl. Sed iſta ſolutio videtur eſſe ꝯ tex.qui ſimplr z indiſtincte lo quitur z pōt intelligi qñ erat qd per actionē perſonalē nedū qñ agebatur reali,ideo tutius eſt tenere gl.que cōiter tenet. ¶In gl.ſi.ibi alias requiſitus amicus z hoc clarū qñ ageret cōtra pu pillū.l.hec aūt.in ſi.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.vel cōtra abſentē cau ſa reipublice.vt in.l.item ait pretor.cum ſequēti allegata in gl. ſed ſi alias eſſet abſens ex cauſa voluntaria non videtur neceſſe requiri amicos:quia non videtur bene hoc iure cautum.vt not. Cy.in.l.cum proponas.C.de bo.auf.iud.poſ.z forte hec opinio verior de iure:tamē glo.indiſtincte tenēt inquirēdos amicos vt patet hic.z in cle.j.de iudi.z facit qd notatur in.l.ſi finita.§.iulia nus.ff.de dam.infec.ideo tutius eſſet ſeruare gl. in practica. Et

5 adde qd habetur in gl.in.l.cauſam.de do.z cōtu. ¶†Extra gl. tangit hic Jnno.an z quādo poſſit citatio ad domum.z an

a ſufficiat* potes cōcludere qd ſi citādus eſt preſens ita qd repe riri poteſt z perſonaliter citari:tunc non debet inchoari a cita tione ad domuȝ:ſed potius debet perſonaliter citari etiā in his que ſunt leuis preiudicij.vt voluit hic Jnno.z glo.in.c.cauſam. ſ.de do.z cōtu.licet do.Flo.aliter videatur ſentire. ¶Si auteȝ ſit abſens z ſic nō poſſit perſonaliter citari:tūc citari pōt ad do mū per iſtū textū.z p id qd habetur in.l.ſcire opȝ.§.opȝ.ff.de ex cu.tuto.z hec videtur opi.cōis quā ſequit hic Jnno. z etiā Py. in.l.iiij.§.pretor.z ibi etiā Bar.ff.de dā.infec.licet ipſe idē Py. aliqñ tenuerit qd in electione ſit actoris:an faciat citari reū per ſonaliter:an vero ad domū per.d.l.ſcire opȝ.§.opȝ.vbi dꝛ qd de nunciari dȝ in facie vel ad domū:ſed certe cōiter tenetur qd illa ſit alternatiua ordinis,z non electionis.per id qd habetur in.l.j. §.j.ff.de libe.agno.z per ea que ſuperius dixi.z ſic erit ſenſus ꝙ denuntiari debet in facie z ſic perſonaliter ſi hoc fieri poteſt:vel ad domū ſi denūtiari non pōt in facie.facit qd habetur in.l.cuȝ

6 pater.§.pen.ff.de leg.ij.z in.c.mādato.de prebē.in.vj. ¶†Sed hic eſt dubium qñ dicatur eſſe abſens.Jnno.hic dicit qd abſens dꝛ qñ non eſt in ciuitate vel caſtro vbi agitatur iudiciū.z p ipſo videtur eſſe caſus in.§.ſi vero etiā quidā iurent.in auf.de exhib. col.v. Sed in cōtrariū facit vcȝ qd debet eſſe abſens a prouincia qd habetur in.c.cauſam.z.c.cū dilecti.ſ.de do.z contu. z.c.ſi.vn de dicit do.Flo.dici poſſe qd aliud ſit de iure ciuili vt tunc ſuffi ciat quē eſſe abſentē a ciuitate:aliud de iure canonico vt tūc re quiratur abſentia a puincia vbi ſm eum pōt dici ꝙ ſi agitur de his que ſunt modici preiudicij vt de effectu miſſionis in poſſeſ ſionē:tūc ſufficiat abſentia a ciuitate,vt.d.§.ſi vero etiam.ſecus vbi agitur de his que ſunt grauis preiudicij puta vt pcedatur ad diffinitiuā vt tūc requiratur abſentia a prouincia. z hec opi. videret ſatis rationabilis: tñ quia difficile eſſet perquirere a li quem per totam prouinciam ideo equior videtur opi. Jnno. vt ſufficiat perquirere ipſum per ciuitatem in locis publicis et in

quibus cōſueuit morari ſeu cōuerſari,z ſi nūtius referat ſe non reperire:tūc poſſit iudex cōmittere citatiōnē ad domum poſſet etiā a principio dare in mādatis nūtio qd perſonaliter citet talē ſi eū reperiat.z ſi eū nō repererit:citet ad domū,z ſufficiet nun tium referre ſe citaſſe ad domū,qꝛ nō potuit eū perſonaliter re perire.nec ob.d.c.cauſam.qꝛ pōt dici qd ibi notatur facti accidē tia.qꝛ abſentia erat ſe de puincia,ſed nō negat,idē eſſet ſi abſen taſſet ſe a ciuitate,... a cōtrario ſenſu:qꝛ re ſultaret iuri ... ſi vero etiam, per id qd no.in.c.ſi.de eta.z quali.in.vj. ... de condi.inſer.z in.c.pu blicato.de elec.nec obſ etiā.d.c.cū dilecti.qꝛ poteſt dici qd illud fuit ꝓpter formā mādati papalis z qꝛ ſic placuit pape qd debe ret perquiri in tota puincia,z ideȝ videretur ſi hoc haberet for mā mādati iudicis tenēdo ꝙ citatio verbalis poſſit fieri extra territoriū ciuitatis.de quo in.c.romana.§.cōtrahētes. de fo.cō pe.per Jo.an.z per Cy.in.l.oēs.C.de epi.z cle.z per Bar.in.l.j. ff.de requi.reis.z in extrauag.ad reprimē.in verbo edictū.Et ſic patet qd ille tex.non probat ꝙ de iure ſemper requiratur abſen tia a puincia,z qd dixi requiri abſentiā a ciuitate:intelligere verū requiritur ... fallit in cauſa dāni infecti.in qua ſufficit quē eſſe ab ſentē a iudicio ſeu loco iudicij.l.iiij.§.abeſſe.ff.de dā.infect. Itē inquantū dixi non deberi inchoari a citatione ad domū pcedit de iure cōmuni qd dixi.ſ.ſed ſtatuta interdum aliter prouident quibus eſt ſtandum per.l.omnes populi. de iuſti.z iure. z ſi ſta tutum dicat ꝙ citetur quis perſonaliter vel ad domum:ne tale ſtatutum ſit inutile:intelligetur qd ſit alternatiua electionis vt ſic aliquid addat iuri cōmuni.argu.decre.ſi papa.de priui.in.vj.

7 z no.Bart.in.d.l.iiij.§.pretor. ¶†An autem antequam perue niatur ad citationē ad domū debeat citari procurator ſi princi palis non reperitur.dic qd ſic ſi conſtat procuratorem eſſe in lo co:alias non erit hoc neceſſe ſm Bart.in.d.§.pretor. qui etiam vult qd non ſit neceſſe perquirere an aliquis procurator ſit di miſſus qd eſt notādum:ſed tutius videtur qd etiam hoc requi ratur.per.l.meminerint.C.vnde vi.vbi dicit querēdos procura

8 tores ſi domini nō inueniātur z dixi in.d.c.cauſam. ¶†Et no. qd nuntius non debet intrare domū inuito citando.l.pleriqȝ.ff. de in ius voc.imo teneretur iniuriarum vt ibi patet : nec poteſt

9 etiam† pro cauſa ciuili quis extrahi de domo.l.nemo de domo. ff.de reg.iur. licet ſecus in criminali in auf.vt nulli iudicum.§.ſi quis vero cōprehen.colla.ix.z intellige de domo ꝓpria vel con ducta.l.cornelia.§.domum.ff.de iniur.z intellige de domo habi tationis.vnde ſecus videtur apotheca, vt ibi. Itē de vinea poſ ſet etiam extrahi.vt no.Jo.an.in.c.romana.§.contrahentes. in verbo trahere.de fo.cōpe.in.vj.poteſt enim citatio nedum fieri verbo imo etiam re vt perſonaliter ducatur ad iudicē ſi hoc iudi ci videatur.l.conſentaneum.C.quō z qñ iudex. non tñ pro ciui

10 li debebit extrahi de domo† vt dixi.poterit etiā ſchedula cita tionis affigi in ipſa domo ſi nullus reperiatur. facit.l.iiij.§.pre

11 tor.ff.de dam.infec. ¶†An autē citandi ſint amici anteꝙ deue niatur ad miſſionem dictum fuit cum glo.ſi. Sed iuxta predicta eſt dubium an citatio ad domum facta ſcdm formaȝ premiſſam ſufficiet quo ad quoſlibet actus. Cōclude qd ſi eſt abſens mali tioſa abſentia de qua conſtat vere vel preſumptiue:tunc poteſt procedi etiam ad actus grauis preiudicij,z ſic etiā ad ſentētiam a diffinitiuā ſi ſit caſus in quo ad illā poſſit deueniri qd quia ſit ca ſus in quo lite nō cōteſ.poſſit fieri diffinitiua:vel lis fuerit iam cōteſtata. Et no.ꝙ malitia pſumit qñ alias fuit in iudicio: poſt ea ſe abſentat:vel ibi ſemel pſonaliter fuit citatus. p id qd not. in.l.fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex qui. cau. in poſ.ea. idē ſm Jnno.qñ qs eſt obligatus ad reſidētiā in loco.vt qñ clericus hȝ beneficiū requirēs reſidentiā.nam pſumitur malitioſe abeſſe ex quo tenetur reſidere:ſic intelligitur.c.ex tue.de cle.nō reſi. ſecꝰ ſi beneficiū nō requireret reſidentiā.vt in.c.pe.eo.ti. z tāgit hic.d. Flo.idē dicit ſi maritꝰ abeſt ab vxore:qꝛ tenetur illi cohabitare. facit qd habetur in.c.ex parte.ſ.de ſpōſa.ideo tūc pōt pcedi ad diffinitiuā z ſic intelligitur.c.j.qui accu.poſ.z qui ſi.ſint leg.in.c. perlatū.z ſic cōiter trāſeunt hic doc. ¶Sed certe lȝ poſſit tole rari qd dictū eſt de beneficio requirēte reſidētiā.per id qd habe tur in.c.qm̄.§.ſi vero aliter.ſ.vt lit.nō cōte.tñ nō videtur pcede re in matrimonio.per.d.c.qm̄.§.ſi aūt.de carnali.vbi expreſſe dꝛ ꝙ ſi eſt abſens ex propria volūtate niſi appareat ꝙ malitioſe ſit abſens:non poteſt pcedi ad diffinitiuā. Nec ob.c.perlatuȝ.quia ibi diſputatur an filij ſint legi.vt tangit ibi gl. ¶Itē non ob.d. c.j.qui ma.accu.poſ.quia ibi erat abſens ꝓpter delictum vt ibi tangitur. ¶Si aūt quis ſ... ſens fuiſſe malitia vera vel preſum pta:tūc pcedi poteſt ſa... tatione ad domū ſcdm formā predi ctam z ſeruatis q... in gl.ſi.et in.l.ſi finita.§.iulianus. de dā.infec.ad miſſ... miſſionē.z ſic ad illa que ſunt leuis preiudicij etiam ſi e... ſta cauſa. puta reipublice.l. ignorare.C.de reſti.i... rit procedi ad ea que ſunt

¶An ſuffi ciat. An au tē z qñ ſuf ficiat cita tio gñalis maxime qñ agit de ex cuſſiōe de bitoris pn cipalis vel de expla tiōe inſtr: vel pnilegij vid.d.Ale xā.de imo. in ꝯſil.cvj.l prin.z vlti. col.v.volu.



Ayuntamiento de Madrid

grauis p̄iudicij:⁊ ſic non poterit procedi ad diffinitiuã, nec ad
ſcdm decretũ. Fallit tñ in cauſa dãni infecti ⁊ noxali in qua po
teſt p̄cedi cõtra abſentẽ licet nõ cõſtet de malitia vera vel p̄ſum
pta etiã ad ſcdm decretũ. l. ſi finita. §. poſtea autẽ. ff. de dã. infec.
Fallit etiã in cauſa libertatis. l. cũ vero. §. ſubuẽtum. ⁊ l. neq₃ in
12 fantes. ff. de libe. cauſa. ¶ † An autẽ poſſit p̄cedi cõtra abſentẽ
nõ malitioſe ad miſſionẽ in poſſeſſionẽ ex qua transferatur ve
ra poſſeſſio. Jnnoc. videtur hic velle q̄d ſic: quaſi hoc cenſeatur
grauis p̄iudicij. dicit tñ q̄d veniẽs p̄batã iuſta cauſa abſentie
reſtituetur. l. ſi finita. §. ſi forte preallegata. et nõ tenebit miſſus
ad expẽ. q: non cẽſetur cõtumax: ex quo iuſta cauſa fuit abſens:
tenebitur tñ cauere de iudicio ſiſti: ſed Bar. in. l. iiij. §. pretor. di
cit q̄d vbi agitur de adiudicãda vera poſſeſſione ex ſcdo decre
to. q̄d fieri põt ſcdm ea que dixi in. c. ij. s. eo. videtur q̄d requira
tur malitioſa abſentia ſi obligatio trahat originẽ ab obligatio
ne perſonali per. l. fulcinius. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Secus ſi tra
hat originẽ a vitio rei. vt in cauſa dãni infecti ⁊ noxali: quia tũc
procedere poteſt dictũ Jnno. Aduerte tñ quia inquãtũ Jnno.
dixit q̄d tũc reſtituetur ſed debebit cauere do. Flo. hic tenet cõ
trarium: quia ſufficere d₃ q̄d ſe offerat liti ſicut ſufficiebat a prin
cipio: ⁊ q: reſtitutio eſt in priſtinũ ſtatum repoſitio. l. q̄ ſi minor.
§. reſtitutio. ff. de mino. ⁊ quia graue eſt interdũ reperire fideiuſ
ſorem. ⁊ quia excõmunicatus iniuſte abſoluitur nõ preſtita cau
tione. facit de ſen. excõ. ſacro. Et hec opinio forte verior de iure,
tamẽ Jo. and. ⁊ etiã do. Anto. hic tranſit cum Jnno. vt iſta cau
tio debeat preſtari qñ eſt abſens abſq₃ culpa iudicis: ſecus quã
do culpa iudicis abeſſet vt quia grauaſſet partẽ, et propter hoc
appellaſſet ⁊ receſſiſſet per id q̄d no. s. c. proxi. ¶ Itez aduerte
q̄d licet quãdo interpoſitum eſt ſecundum decretum poſſit reſti
tui tamẽ quando ſolum primũ eſt interpoſitum: non videatur q̄
debet reſtitui: quia de facili poteſt recuperare ſine reſtitutione:
et agitur de modico preiudicio licite ille refunderet expẽſas cu₃
ille ſint modice in primo decreto. arg. l. ſcio. ff. de reſti. in integr.
nec reperitur iure cautum q̄d hoc caſu reſtituatur. licet Jnnoc.
aliter videatur ſentire in. c. dilec. de verb. ſig. Secũdo poteſt di
ci q̄d non tenebitur cauere cum fideiuſſore ſi fuit abſens ex iu
ſta cauſa ⁊ ſic intelligatur opinio. d. Flo. Sed forte tenebitur ca
uere nuda cautione ⁊ penali de iudicio ſiſti, quia id faciliter face
13 re poteſt arg. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. de iudi. ¶ † Per predicta pa
tere poteſt an in actu receptiõis teſtium ſufficiat citatio ad do
mum cõmuniter concluditur q̄d ſi debent recipi propter pericu
lum mortis vel diutine abſentie ſufficiet citatio ad domũ ſecun
dum formam premiſſam. idem ſi examinentur ad eternã rei me
moriam quo ad ea que eſſent leuis preiudicij, puta alicuius dila
torie. ſecus in his que eſſent grauis preiudicij quia tũc exigitur
vera contumacia vel preſumpta. de quo per Bar. in. d. §. pretor.
14 et per Jo. and. in regula preſumitur. de reg. iur. in. vi. ¶ † Quid
autem ſi aliquis ſit in domo, ſed non patitur ſe citari. Uel aliter
ſe occultat ne citetur ⁊ eſt in ciuitate dic q̄d poterit citari ad do
mum. s. vt lite non cõteſtata qm̃. §. porro. dicit tamẽ Jo. mona.
q̄d ſi conſtaret q̄d malitioſe ſe occultaret ne citetur: nõ eſſet ne
ceſſe ipſum citari vt notatur in. d. c. romana. in. §. contrahentes.
in verbo occultẽt. ⁊ hoc videtur ſatis rationabile: tñ tutius eſſet
15 citare ad domum per ea que habẽtur in. d. §. porro. ¶ † Ultimo
tangit hic Jnnõ. de vagabũdo. ⁊ licet gl. in. l. celſus. alias incipit
ſi quis inſtructus. ff. ad muni. dicat q̄d vagabundus eſt qui non
habet domicilium etiam originis, vt quia ciuitas ſua paſſa eſt
aratrum: tamẽ cõmuniter tenetur: ⁊ ſic voluit hic Jnno. q̄d va
gabũdus eſt qui non habet certam habitationẽ licet habeat do
micilium originis. ⁊ idem gl. in. l. iiij. in. d. §. pretor. ⁊ in. l. heres.
§. ſi. de iudicijs. ⁊ iſte poteſt citari vbi reperitur quia in eo habet
locum vbi te inuenero ibi te iudicabo. l. ij. C. vbi de cri. agi op₃.
cum ibi notatis. ⁊ ſi nõ reperitur in loco iudicij poterit citari ad
domum vbi cõſueuit ſe reducere ⁊ poterunt etiam citari amici.
per id q̄d tangitur in gl. ſi. tamẽ ad ea que ſunt grauis preiudi
cij: non poterit procedi niſi cõſtet de malitioſa abſentia vel pre
16 ſumpta. ¶ † An autem poſſit fieri citatio per edictum vel pre
conem dic vt dixi in cle. j. de iudicijs. ⁊ no. Bart. in dicta extra
uagan. ad reprimendum in verbo edictum. [ADDI] De cita
tione autem per nuntium vel per literas certum eſt illam fieri
poſſe. j. de appel. cum parati. ⁊. s. de offi. deleg. prudentiam. ⁊ di
cebat hic do. Anto. q̄d olim poterat fieri etiã per edicta vel per
preconem. C. q̃modo ⁊ quando iudex. l. cõſentaneum. et aut.
qui ſemel. ſed hodie debet fieri per nũtium vel per literas. vt in
d. c. prudentiam. de quo in Specu. d[...]a. §. ſequitur. in princi.
T. JO.] Et hec ſufficiãt de iſta ma[...]itationis ad domum.
de qua hic per Jnno. ⁊ per Bar. in [...] ⁊ facit quod ha
betur in clementina cauſam. de elec

¶ Ut lite pendente nihil Rubrica.

¶ Ca[ſ]um eſt in precede[...]iter lite pẽdente fit immutatio
circa ſtatum rerum co[...] per contumaciam ſunt ab[...]s
quia mittitur actor in po[ſſeſſ]ionem illarũ, ideo ne aliquis [...]
ret q̄ circa ſtatũ cauſe lite pendente ſimiliter poſſet aliquid in
nouari ideo hic poſita fuit iſta rubrica. ſm Gotir. de materia in
decre. xi. q. j. c. vltimo. ⁊. xvi. q. iiij. c. volumus. ⁊ repetitur in. vj. ⁊
cle. quando autem dicatur lis pendere quo ad hunc titulum. dic
quando facta eſt citatio ſecundum formam. cle. ij. hoc eo. titu.
1 ☞ Crucem ante ſe deferri facere nõ debet archiepiſcopus ex
tra prouinciam ſuam.
2 Attentata lite pẽdente vſq₃ ad quẽ terminũ reuocari poſſunt.

A Memoria. Lite pẽdente reus cõ
modo poſſeſſionis nõ
debet priuari. h. d. Primo decile ponit quere
lam. ſcdo illi p̄uidet. ſcda ibi ſtatuimus. ¶ No.
j. q̄ vbi p̄hibetur vſus quaſi poſſeſſionis lite pẽ
dẽte. talis p̄hibitio de iure nõ valet velut ſub
1 rep[t]itia ⁊ iuri nõ cõſona. ¶ † Itẽ no. q̄ de iure archiep̄s extra
ſu[am] prouinciã nõ h₃ ius faciẽdi ante ſe deferri crucẽ: niſi aliud ex
p[ri]uilegio ſit cõceſſum. facit q̄d habetur. s. de auto. ⁊ vſu palli[j].
2 ex tuarũ. ¶ † Itẽ no. vſq₃ ad quẽ terminũ poſſint reuocari lite
pendente attẽtata: quia vſq₃ ad ſniam. ſed dñi de Rota ſua cõ
cluſione. liiij. alias. lv. que incipit. Itẽ q̄d attẽtata: dicũt q̄d vſq₃
ad concluſionẽ in cauſa ar. c. paſtoralis. de cauſa poſſ. ⁊ p̄prie. ⁊
p̄prie iſte eſt terminus vſq₃ ad quẽ: ſed terminus ex quo incipit
litis pẽdẽtia eſt citatio facta ſcdm formã cle. vl. e. ti. [ADDI]
Et hec quo ad effectũ huius ti. vc₃ reſpectu reuocationis atten
tatorũ, ſed reſpectu iuriſdictionis perpetuãde videtur ſufficere
citatio partis facta de mãdato delegati. de offi. delega. licet. ſed
quo ad impediendũ priuilegiũ impetrari videtur ſufficere cau
ſam tũc cõmiſſam per no. in cle. cauſam. ij. eo. ti. per gl. T. JO.]
¶ Itẽ not. q̄d illud d: de iure alicui cõpetere q̄d cõpetit ibi de
iure ſpeciali. de quo in gl. ſi. ¶ In gl. ij. in ſi. ⁊ de materia p Jo.
cal. in. c. qualiter. el. j. j. de accu. in ſuis diſtinctionib⁹. ⁊ facit etiã
q̄d habetur in. c. ſi quis preſbyterorũ. de rebus eccle. nõ alie. ⁊. j.
de cle. cõiu. in. c. diuerſis fallacijs. ¶ In gl. ſi. ibi. de priuilegio. j.
de priui. ſpeciali. idẽ dicas ſm Hoſt. ſi pretendatur conſuetudo
tãti t̄pis cuius initij memoria nõ exiſtit q: illa h₃ vim priuilegij
apoſtolici vt in. c. ſuper quibuſdã. §. j. j. de ver. ſig. Pro intellectu
huius. c. vide omnino. c. vltimũ. ⁊ ibi no. per gl. eo. ti. in cle.
1 ☞ Lite pẽdente non impeditur quis vti iuriſdictione ſua etiã
ſi dubitetur an peccet.
2 In cauſa matrimoniali iudex poteſt interdicere commercium
poſt concluſionem in cauſa.

L Audabilem. Lite pẽdẽte ſuper coniu
gio: non interdicitur cõ
iugib⁹ carnale cõmerciũ. h. d. Et eſt cõis diuiſio con
1 ſultatio ⁊ reſpõſio. ſcda ibi ad q̄d. ¶ † No. q̄ lite pen
dẽte non impeditur quis vti ſua poſſeſſione: etiã ſi dubitetur an
peccet illa vtẽdo ex quo pctm̃ nõ eſt manifeſtũ. ¶ Itẽ no. q̄ qñ
agitur ad ſeparationẽ matrimonij d: matrimoniũ accuſari. facit
q̄d habetur. j. qui ma. accu. poſ. in rubrica. ¶ In gl. j. ibi ſoluevt
ibi: ſupple quia in preiudicium antique poſſeſſionis nil d₃ inno
uari. ⁊ ita loquitur hic, ſed in preiudicium noue poſſeſſionis be
ne poteſt aliquid innouari. ⁊ ita loquitur ibi. ⁊ eo modo põt re
ſpondere ad. c. veniẽs. de regu. q̄d gloſ. ſtatim allegat pro cõtra
rio. ¶ In ea. gl. ibi. quia ibi agitur poſſeſſorio ſuper le recuperã
de. ⁊ ſic pretẽdebat ſe ſpoliatũ poſſeſſione. hic autẽ pretẽdebat
ſe in poſſeſſione, ⁊ agebatur petitorio, ⁊ ſic caſus eſt diuerſus et
2 non aduerſus. ¶ † In. c. laudabilẽ. no. hanc additionẽ. Et adde
quia voluit hic do. Anto. q̄d poſt cõcluſionẽ in cauſa matrimo
niali poſſit iudex interdicere cõmercium: ſicut poſt ſententiam
ſed iſtud videtur eſſe dubium: quia non videtur factũ eſſe noto
rium ex ſola concluſione, ſed bene ſit per ſentẽtiam. j. de cohab.
cleri. c. ſi. ⁊ q: iudex nõ debet detegere animũ ſuũ circa prelatio
nem ſentẽtie: anteq̄ illã proferat. l. vbi. C. de fal. facit q̄d not. in
Spe. de excep. §. viſo. ver. quid ſi reus, ⁊ ideo nõ videtur eius di
ctum procedere: niſi ſalues q̄d poſt cõcluſionem in cauſa proba
tio preambula reddit factũ notoriũ, ex quo cõtra illã amplius
non poteſt opponi in dicta inſtantia, per id q̄d habetur in. d. c. ſi.
de coha. cle. nec ob. d. l. vbi. q: licet nõ debeat detegere motũ ani
mi ſui non tñ ſequitur q̄ ſi per aliquã interlocutoriam detegat:
q̄d per hoc illa ſit nulla. facit q̄d not. in. c. j. j. ti. j. per do. Anto. et
q̄d no. in dicto ver. quid ſi reus. per Jo. and. in addi.
1 ☞ Alienans rem litigioſam ita quod rehaberi non poſſit de
bet in locum illius ſubſtituere equiualẽtem quam alienare non
poterit.
2 Eccleſia ſi agat contra laicum debet agere in foro ſeculari.
3 Subrogatum loco alterius recipit qualitates eius in cuius lo
cum ſubrogatur.



Ayuntamiento de Madrid

4 Pretium an ⁊ quando ſuccedat loco rei.
5 Res qualiter efficiatur litigioſa.

## Eccleſ ſanc. ⁊ Marie. j.

Pars huius decre. habetur. j. c. pri. ⁊. §. de conſti. ec
cleſia ſctē Marie. Et dicit Hoſt. ꝙ ordo facti ⁊ [illegible]
decretaliū ſic debet ordinari. vt primo legatur decre. iſta [illegible]
ver. ꝓhibemus. ſcdo ſequēs decre. vſq; ad finē. tertio. c. eccleſia.
de cōſtit. quarto verſiculus prohibemus poſitus in hac decre. ⁊
ideo ꝓpter intricationē non recipit aliā diuiſionē, ⁊ licet poſſet
dici qd̄ primo deciſe ponit factū. ſcdo quandā ꝓhibitionē. ſcdo
1 ibi prohibemus. ⁊. h. d. cū ſequēti. ¶ † Qui vero litigioſam alie
nat ita qd̄ rehabere non pōt vel equiualentē ſubſtituere in locū
illius quā alienare non poterit. h. d. ¶ Et no. qd̄ gloſ. j. ponit ca
1 ſum in hac decre. ſed etiā in ſequēti. ⁊ in. d. c. eccleſia ſancte ma
2 rie. ¶ † No. ꝙ vbi eccleſia agit cōtra laicū: dꝫ agere in foro ſecu
lari etiā ſi agatur pro re quā aſſerat ad eccleſiā ſpectare. de quo
in. c. ſi clericus. ⁊. c. cum ſit generale. de fo. cōpe. ¶ Itē no. pro
bello generali ſi quis dicat aliū tenere rem aliquā ad ſe ſpectan
tem contra iuſtitiā. ⁊ petit ſibi iuſtitiā exhiberi. de quo in. c. ij.
3 ord. cogni. ¶ † Itē no. ꝙ ſubrogatū loco alterius recipit quali
tates eius in cuius locū ſubrogatur. de quo per gl. in. l. certi con
dictio. in prin. ff. ſi cer. pet. ⁊ per Bar. in. l. j. §. hec actio. ff. ſi quis
teſtamento liber eſſe iuſſus. ⁊ aliquid etiā in. l. ſi eum. §. qui iniu
riarū. ff. ſi quis cauti. ¶ Item not. duplicem viam agēdi contra
emētem vel aliter recipientē rem ab alio lite pendēte. qꝛ agi po
teſt rei vēdicatione. Itē agi poteſt per viam litigioſi cōtractus.
facit qd̄ habetur in. l. ſi. C. de litig. ¶ Ultimo no. iudicē poſſe ex
officio ſupplere qñ ſi omitteret contingeret iudicium coram eo
agitatum eſſe fruſtratorium: intereſt enim ſua ne iudiciū ſit elu
ſorium. facit. ff. de iudi. in. l. ſi pretor. ⁊ qd̄ habetur in. c. cauſam.
§. de iudi. ⁊ in. c. j. §. de procura. ⁊ de elect. in. c. j. in verbo abſen
tia. lib. vj. ¶ In gl. j. ibi ſentētia ſenatoris fuit reuocata, ſupple
per quēdam cōſiliarium capitolij. vt. j. tangit gl. ¶ In ea. gl. ibi
et reſtituit eccleſiam ſancte Marie. i. pronunciauit eam reſtitui
debere, ⁊ quantum in eo fuit reſtituit: ſed realiter non fuit facta
reſtitutio propter potētiam illius cui locauerat monaſterium
ſancti ſylueſtri vt colligi poteſt ex ſequētibus. ¶ In ea. glo. ibi
demum mona. petijt reſtitutionē. ſupple ex eo quia ſentētia la
ta fuerat pro eccleſia ſancte Marie per Innoc. ꝓpter poſſeſſio
nem quā habuerat ꝓpter ſentētiam ſenatoris, ⁊ ideo licet mona
ſteriū ſciret poſſeſſionē non eſſe penes eccleſiā ſed illam detineri
per illū cui locauit: nihilominus petijt reſtitui contra ſentētiam
Inno. ⁊ cōtra ſentētiam ſenatoris ne ſentētia lata per Inno. p
eccleſia ſibi preiudicaret, ⁊ ideo cōtra illam fuit monaſteriū reſti
tutum, ⁊ fuit declarata talis ſententia nulla vt patet in. c. eccle
4 ſia ſancte Marie. de cōſti. ¶ † In gl. ij. in ſi. Solue ꝙ aut loqui
mur in iudicijs vniuerſalibus, ⁊ tunc pretium ſuccedit loco rei. l.
ſi rem ⁊ pretium. ff. de peti. here. Aut loquimur in iudicijs ſingu
laribus. ⁊ tunc regulariter pretium nō ſuccedit loco rei: nec vna
res loco alterius vt in. §. vltimo. allegato in gl. Fallit qñ ex ꝓui
ſione ſuperioris aliud ſtatuitur vt hic patet. ⁊ idē ſi ex partiū cō
uentione. ar. l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſi. Itē fallit in caſibus qui
notantur in. l. ſi vt proponis. ⁊ in. l. ſi ex eo. C. de rei vendi. ⁊. j. de
pecu. cleri. in. c. inquirēdum. vbi etiam de materia, ⁊ in dictis iu
ribus etiā patet qd̄ res empta per alium ex pecunia mea nomi
ne ſuo: non eſt mea regulariter. fallit in caſibus notatis in dictis
iuribus. ¶ In gl. pe. ibi ⁊ tertiam partem pretij, alias duas ter
tias dabit ſiſco vt voluit Io. an. ⁊ do. Ant. licet gl. dubitet in. l.
ſi. C. de litig. Si aūt ecōtra emptor fuiſſet ſciēs, ſed vēditor igno
rans qd̄ eſſe pōt ſi ſucceſſiſſet defuncto qui mouiſſet litē. facit. j.
de reg. iur. cū quis. lib. vj. tūc tertiā partē pretij dabit venditor:
alias duas tertias dabit ſiſco. Si autē vterq; eſſet ignorās tunc
nulla pena aliquis illor puniretur, ſed ſolū deberet fieri reſtitu
tio rei per id qd̄ habetur in. c. ij. §. de cōſti. Et adde qd̄ interdum
alienans rem litigioſam punitur in duplum, vt ſi illā dedicauit
in ſacrū. l. ſi. ff. de litigio. ¶ In ea. gl. ibi de cuius dn̄io mouetur
queſtio, idē dicas ſi de quaſi dn̄io. pro quo cōpetit publiciana.
de re iud. abbate. li. vj. nā ſit res litigioſa ⁊ etiā ipſa actio in auf.
litigioſa. C. de litig. ſecus ſi ageretur hypothecaria vel de iurib⁹
incorporalib⁹ vt ibi pꝫ: vel ſi ageretur actione perſonali. nā tūc
non cōtrahitur vitium litigioſi: niſi per cōteſtationē litis. l. ij. C.
de liti. ⁊ tunc ſcdm̄ oēs ipſa actio efficitur litigioſa: ſed de re ipſa
eſt dubiū. nam Inno. voluit qd̄ res nō efficitur litigioſa. in. c. cū
in. de cōſti. ⁊ Io. an. in. c. ſi. j. eo: ſed Bar. tenuit oppoſitū in. l. ſi.
C. de liti. [ADDI. imo in. l. j. ff. de liti. TIO.] Et videtur ve
rius per. l. ij. preallegatā qñ ipſa res petitur actione pſonali. ſec⁹
ſi ageretur pro opere facto in re: qꝛ tūc non efficitur ipſa res liti
gioſa. l. §. ꝙ. §. iulia. ff. de aqua plu. arcē. ⁊ ſcdm̄ predicta dꝫ intel
ligi ⁊ limitari qd̄ not. Bar. in. l. ij. C. de liti. vt pꝫ ex no. per eū in
l. j. ff. de litigio. licet ſuperius allegauerim per errorē. l. ſi. C. de li
5 tig. ¶ † Et aduerte etiā qd̄ licet ſupra dixerim qd̄ [illegible] queſtio
de dn̄io rei corporalis vel quaſi dn̄io qd̄ res ⁊ actio ſit litigioſa
per citationē: qd̄ tenuit Bar. in. d. l. j. ff. de litig. ⁊ in. l. ij. C. de li
tig. tn̄ Cy. in auf. litigioſa. C. de liti. tenet qd̄ res ſit litigioſa per
citationē in dicto caſu: ſed ipſa rei vēdicatio vel publiciana ſolū
per cōteſtationē ſit litigioſa per. l. ij. C. de liti. ⁊ forte de iure iſta
opi. poſſet tolerari: ſed in d. auf. litigioſa nihil dr̄ de actione, ſed
de ipſa re, niſi ſaluando Bar. dicas [illegible] in conſequentiam intelligi
tur eſſe dictū etiam de actione [illegible] dr̄ de ipſa re ⁊ actio pro il
la cōpetens. de reg. iur. poſſeſſorū. lib. vj. ¶ Itē adde inquantū
dixi qd̄ vbi emptor eſt ignorās ⁊ vēditor ſciēs vitium litigioſi:
qd̄ venditor reſtituit pretium emptori ⁊ vltra hoc tertiā partem
eius, ⁊ alias duas tertias dari ſiſco. hoc ſequitur Cy. in. d. l. ſi. et
Io. an. hic. ⁊ pro eis facit qꝛ ſicut qñ vterq; eſt ſciēs vēditor totū
pretium ſoluit de ꝓprio ſiſco. ita videtur qñ ſolus fuit ſciēns ꝙ
puniatur vt ſoluat totū pretiū licet tūc tertiam det emptori. ſed
Bar. in. d. l. ſi. tenet cōtrariū vꝫ qd̄ ille due tertie nō [illegible] ſi
ſco: ex eo qꝛ ibi non dr̄, ⁊ qꝛ in penis dꝫ fieri reſtrictio, ⁊ non am
pliatio. de reg. iur. in penis. lib. vj. de quo etiā in gl. dubitante in
d. l. ſi. [illegible] decidit. Et iſta opi. videret equior p. d. regulā in
penis lꝫ alia videat rationabilior. ¶ In ea. gl. ibi ad ipſam rem
cōtra mona. quaſi nō ad penā. ⁊ hoc ꝓpter no. in gl. ſequēt. ſed
dic vt ibi dicet. ¶ In ea. gl. ſi. in ſi. ſed contrariū tenet hic Hoſt.
qꝛ leges loquētes de materia litigioſi videtur approbate per ca
nones. ⁊ ideo dicit qd̄ pena litigioſi habebit locū etiā in eccleſia
dūmodo platus cū capitulo ſit cōſcius delinquat per not. per
gl. §. de ordi. cogni. in. c. ij. ⁊ de reg. iur. delictū. lib. vj. de quo dixi
in. c. j. de dolo ⁊ cōtu. ſecus qñ ſolus prelatus delinquit. ⁊ ſic lo
quūtur iura allegata in gl. ⁊ hoc tenēdo dic ad cōtrariū gloſ. qd̄
vtilis fuit ꝓuiſio pape: qꝛ poſſet ɔtingere qd̄ mona. deſiſſet eſſe
ſoluendo alias potuiſſet vel qꝛ intererat eccleſie habere res im
mobiles potius ꝙ intereſſe, ideo etiam hoc reſpectu fuit vtilis
ꝓuiſio pape ex quo res petite non poterāt ꝓpter potētiam ad
uocari ab eo cui erāt locate. ⁊ dixit hic do. Flo. qd̄ ſi obtineat ec
cleſia in petitione ſua poterit vēdicare iſtas poſſeſſiones ſubſti
tutas: qꝛ tranſibit dominiū ipſo iure ſcdm̄ eum in eccleſia: qd̄ eſt
valde notandum: hoc tamen hic expreſſe non bene colligitur li
cet innuatur qd̄ ſi obtineat debeant ſibi dari.

¶ Eccleſia ſancte. vide hic caſus literalē p do. Abba. qui eum optime format. Et ſi qras an actio ſurrogata loco alterius ſortiat naturā ei⁹ cui ſurrogat. vide hic diſtincte per do. Hē. boych. in ꝑn. capi.

1 Inſtrm̄ debet reddi debitori qñ debitum eſt extinctum.
2 Rem liberā ab omni obligatione tradere debet is qui eſt obli
gatus ad eam tradendam.
3 Acceptare aliud pro alio nemo inuitus cogitur.
4 Inſtrumētum quando per creditorem redditur debitori an de
bitum videatur remiſſum.

## Eccleſia ſancte Marie. ij.

Summatū eſt cū precedēti. Et no. ꝙ vbi ſuperior re
uocat negotiū ad ſe id qd̄ attentat per inferiorē poſt
reuocationē eſt ipſo iure nullū. facit. j. de appel. vt noſtrū. ¶ Itē
no. qd̄ etiā cauſa inhabilis ad trāſlationē dominij vt cauſa loca
tionis pōt appellari titulus licet alias conſueuerit titulus aſſu
mi p cauſa habili ad tranſlationē dominij. ¶ Itē no. ꝙ vbi res
litigioſa nō pōt cōmode aduocari alia equiualēs eſt loco illius
ſubroganda. ¶ Itē no. ꝙ ad iudicis officium ſpectat fieri face
re talem ſubrogatio[illegible]ē, ⁊ etiā vt ſi res ſubrogate ſint obligate li
1 berētur. ¶ † Itē no. ꝙ vbi debitū eſt extinctum reſtitui dꝫ in
ſtrumētum debitori. de quo in. l. diſſolute. C. de cōdi. ſine cauſa.
2 ⁊ in. c. j. de tranſac. ⁊ vt lit. [illegible] cōteſt. in. c. ij. ¶ † Ultimo no. qd̄
obligatus ad rem trad[illegible] n dꝫ eam tradere liberā ab obliga
tione. facit. l. eti[illegible] ff. d[illegible] glo. ij. ibi ⁊ ſic etiā mona. inci
dit: ſed certe hc [illegible] vocatione facta per mo
na. inciderit mo[illegible] a lis non pēdebat con
tra mona ſed [illegible] e glo. haberet reſpe
ctum in [illegible] ſe reſtitui ɔtra mona.
ſed be[illegible] litigioſi recipiēdo ſciē
ter poſſet [illegible] gl. ibi in re equiualen
ti: quaſi iſti [illegible] itigioſi ſeu eius penā:
3 ſed ɔ hoc fac [illegible] ud p alio acceptare
l. ij. §. j. ff. ſi ce[illegible] ſufficeret. nec ob.
iſte tex. qꝛ iſtud [illegible] git gl. ¶ In gl. ſi.
ibi de renūtiati[illegible] ꝓ gl. ⁊ in. c. [illegible] vniēs. hic alle
4 gato. ¶ † In e[illegible] gl. in. c. h[illegible] lex vj.
diſt. ⁊ de mate[illegible] j. ff. de pac. ⁊ per Cy. in. l. ſi de
poſſeſſione. C. [illegible] gl. qñ cōſtat iſtrm̄ redditum
per creditorē d[illegible] n cōſtaret redditū, ſed alias ex
ſet penes ipſ[illegible] hoc debitor ſit tutus. ſtāt in
locis predical[illegible] de inſtru. edi. §. poſt ꝙ. ver. inſtru
mētum. ⁊ hic [illegible] i adde inquantū dicit qd̄ ſi reſpēdi
ta ⁊ tradita red[illegible] orē inſtrumētū vēditori apſine



Ayuntamiento de Madrid

venditionis nō perdet emptor ius ſuū ex quo iam res erat tradita emptori. nā hoc nō videt, verū qꝛ videt qd̄ intelligatur donare ipſam rē ipſi vēditori dando ſibi inſtrumentū. per id quod habetur in. l. j. C. de dona. niſi appareret qd̄ ex alia cauſa traderet niſi dicas qd̄ in. d. l. j. expreſſe conſtabat qd̄ donabat ⁊ tradebat ex cauſa donationis.

1 Decimas noualium ſoluere debēt monachi ex poſſeſſionibus que coluntur in aliena parochia.

2 Decime de iure communi ſpectare debent ad eccleſiā parochialem et non ad cathedralem.

3 Priuilegium impetratum lite pendente non trahitur ad pendentia vel preterita.

4 Jus ſuperueniens reo lite pendente nō videtur proficere ad cōſequendam abſolutoriam.

5 Litigioſi vitium contrahitur per litis conteſta.

# Dilectus fili⁹ magiſter a.

Nō nocet priuilegiū impetratum lite pēdēte ſi de lite nō eſt facta mētio. h. d. Et primo ponit ptis querelam. ſcdo illi puidet. ſcda ibi ideoqꝫ. ¶ † No. monachos teneri

1 ad decimas noualiū ex poſſeſſionib⁹ que coluntur in aliena parochia: qd̄ eſt verū ſi nō colunt ſuis ſumptibus aut laborib⁹ vt

2 j. de decimis ex parte. ¶ † Jtē no. qd̄ de iure cōi decime vident ſpectare ad eccleſiā parochialē ⁊ nō ad cathedralē. de quo in. c. cum cōtingat. j. de decimis vbi plene p Jo. cal. ⁊ intellige ſalua quarta decimarꝫ. qꝛ illa bn̄ ſpectat ad eccleſiā cathedralē. de off. ord. c. querēte. ¶ Jtē hec va ſi certū eſt de finib⁹ parochie: al's recurrēdū eēt ad. c. qm̄. j. de deci. ¶ Jtē no. ſuperiorē prelatum

3 poſſe impetrare priuilegiū p ſuis mēbris. ¶ † Jtē no. ꝙ priuilegiū impetratū lite pēdēte. lꝫ ſit gn̄ale. nō trahitur ad lites pēdētes. [ADDJ] Et ſic nō trahit ad preterita vel pendētia ſꝫ

4 futura. ¶ † Jtē no. qd̄ ius ſupueniēs reo lite pēdēte nō videt proficere ad abſolutoriā conſequendā. [JO.] ¶ Jn glo. fi. ibi ſup re litigioſa. Sꝫ certe hec rō nō vr̄ bona. qꝛ vitiū litigioſi nō videtur cōtrahi qn̄ eſt queſtio ſuper incorporali iure vt not. in auf. litigioſa. C. de litig. ⁊ dixi. ſ. eo. eccleſia. el. j. ⁊ ideo cū hic eēt queſtio ſuper iure decimarū. et ſic ſuper iure incorporali. cū oīa iura ſint incorporalia. inſti. de rebus corporalibus et in corporalibus. §. j. videtur ꝙ dictum gl. nō procedat. ſed potes ſaluare

5 glo. qd̄ licet tunc non cōtrahatur † vitium litigioſi per citationem contrahitur tamen per conteſta. lit. quia per illam ſit actio litigioſa. l. ij. C. de liti. Et adde qd̄ dixi in. d. c. eccleſia. el. j. ſup gl. penul. et etiaꝫ hic ponit do. Ant. q in effectu ponit verba Bar. in. l. j. ff. de liti. ⁊ ibi etiā tangit Bal. de effectibus vitij litigioſi quod hic etiam ponit do. Anto. Tractat etiā an ius ſupueniēs actori vel reo lite pēdente habeat ſibi prodeſſe. de quo p Bar. in. l. non poteſt. ff. de iudi. ⁊ in. l. j. ff. de excep. cu ius dicta in effectu ſequitur hic do. Anto.

¶ De ſequeſtratione poſſeſſionum ⁊ fructu[um]. Rubrica.

¶ Viſum eſt ſupra titulo proximo qn̄o regula[ri]ter lite pendente nil debet innouari verum qꝛ ex cauſa inter[dum] aliqd eſt innouandū. videlicet per actū ſequeſtrationis [po]ſſeſſionis vel fructuum. ideo poſt titu. precedentē ponit [iſtu]m. de materia. ij. q. vj. quoti. ij. ⁊. xj. q. j. qꝛ res. ⁊ ibi per Arch[i]. [l]xxvij. diſt. eps ⁊ repetit in cle. ⁊ de materia per Joā. and. in [re]gula locupletari. de reg. iur. lib. vj. poſt Jo. mo.

a ¶ Propt cōtumaciā. idē ⁊ eiſdeꝫ verbis ſummat hic. d. Abb. ſup hoc. c. ſolet qri an ⁊ qn̄ delegat⁹ poſſit cognoſcere de cā poſſeſſiōis ⁊ ppꝛietatis vide p domi. Hēr. boych. pulchrā di. hic in prin.

1 Sententia poteſt partim pro[...] ⁊ partim p reo ferri.

2 Judex datus ſuper pluribus articu[lis ...]per vno pronun[ci]et dicitur functus officio.

3 Cauſa ſi ſimpliciter c[...] videt cōmiſſa, tam cauſa proprietatis [...]

4 Verba reſcripti ſi ſint a[...] [...]tis.

5 Clauſula iſta facias pr[...]

6 Retractare poteſt p[...] [...]tā.

7 Sequeſtrari non dꝫ p[...] [...]ete.

8 Succeſſor tēporalis ſ[...]

9 Sententia incerta ſu[...]

10 Cauſa poſſeſſionis [...] [...]ntum vel ſolū is cui cōmiſ[...]

11 Jn ſequeſtru[...] qn̄ tra[...]

13 Expenſarum [...] poſſit iudex ſibi reſeruare.

a Ad hoc [...] ciā [...] rei res ab e[...] nō debet. h. d. ¶ in prima ponit [...] que plura [...]

3. Propt cōtuma[...] ſequeſtrari [...]cipales. [...] p abbatē [...] cauſe diffini[...]

[...]tionē poſſeſſorij inchoationem petitori, [...]ptionē cōtra illam [...]iſſionē in poſſeſſionem deiectionem et interpretation[...] [...] ſequeſtrationem [d]eclarationem [...] celeſtinum ſa[...] [...]da ibi in eū ponitur pape pronu[...] que duo faci[...] [...] reuocat ſequeſtrationem. ⁊ rem [...] [...]ſtinū ſtatū reduci.

1 [...]do iubet expenſas reſtitui ⁊ caueri ibi ne. ante. ¶ † No. l. ex tex. qd̄ ſententia pōt ferri partim p actorē ⁊ partim p reo. qd̄ eſt clarū ſup diuerſis articulis. ⁊ idē videt etiā ſup eodē. facit qd̄ habetur in. c. raynuti⁹. et. c. raynaldus. j. de teſta. ⁊ in. l. j. C. ſi aduerſus rē iudi. ſecus ſi ſup parte vnius articuli tantū pnunciaret ⁊ ſup alia nihil diceret: qꝛ tūc videret ſentētia nulla. p id qd̄ habet in. l. in hoc iudicio. ff. fami. erc. de quo in. d. l. j. ⁊ aliqd. j. de re iudi. cum inter. de reg. iur. ea que. lib. vj. ⁊ p Jnno. ſ. de elec.

2 cum inter. R. ſeniorē. ¶ † Jtem no. q[...] dat ſup plurib⁹ articulis pronūtiando ſup vno. dicit functus officio ſuo ſolum quo ad illum ⁊ nō quo ad alios. ¶ † Jtē not. ꝙ vbi ſimpliciter

3 cōmittitur cauſa ſuper aliquibus rebus videt cōmiſſa tā cauſa proprietatis quā cauſa poſſeſſionis. de quo hic per glo. ⁊ aliqd ſ. de cauſa poſ. paſtoralis. vbi etiā dictū fuit ⁊ p dn̄os de Rota in ſua deciſione. ccclxxxviij. et p Cy. in. l. ſi de proprietate. C. ſi a

4 nō cōpe. iudi. vbi aliquid etiā per gl. ¶ † Jtē no. ꝙ vbi verba reſcripti ſunt ambigua: ſtandū eſt declarationi cōcedētis. facit. ſ. de iudi. cū veniſſent. et. j. de ſent. excō. inter alia. ¶ Jtem no. qd̄ verba abſolute ⁊ indiſtincte plata īdiſtincte debēt intelligi. de quo in. c. vt circa. de elect. in. vj. ⁊ no. qd̄ idē eſt dicere abſolute

5 qd̄ eſt indiſtincte. ¶ † Jtē no. de ſignificatione iſtorū verborꝫ. facias p tuo arbitrio: qꝛ vident ſignificare arbitriū etiā rōne iuris nō regulatū. ſꝫ poſſet dici hoc verū qn̄ ratio ſubiecte materie hoc ſuadet vt eſt in caſu iſto alias videretur ſec⁹. per id quod habet in. l. pen. ff. de arbi. ⁊ p Bart. in extraua. ad reprimēdam

6 in verbo videbitur. ¶ † Jtē no. ſm vnum intellectum qd̄ papa poteſt retractare ſententiam que tranſiuit in rem iudicatā etiā ſine appellatione. facit quod habetur. ſ. de dolo ⁊ contu. in. c. cū olim. ¶ Jtem no. conditionem ſequeſtri. qꝛ eſt vt poſſeſſio reſti

7 tuatur illi qui obtinebit in proprietate. ¶ † Jtem no. ꝙ lite pēdente etiam propter contumaciā nō debet poſſeſſio ſequeſtra

8 ri. ¶ † Vltimo no. qd̄ ſicut ſucceſſor tēporalis ſuccedit pdeceſſori in iudicio. facit. l. oratione. §. illud. ff. de ferijs. ſic et ſpiritualis

9 vt ptꝫ hic circa principiū. ⁊. ſ. ti. j. in. c. ſi. ¶ † Potes etiā notare qd̄ ſn̄ia incerta ſup expen. valet. de quo in. c. auditis. ſ. de pcura. et. j. de exceſ. prela. in. c. tanta. per Jnno. ¶ Jn gl. ij. ibi dictum eſt ⁊c. Nam veritas eſt qd̄ ſic ſi oblata non eſt cautio infra annū vt ibi patet. alias ſecus vt colligitur hic in fine. ¶ Jn ea. gl. in fi. dic qd̄ nō pōt agere interdicto vnde vi ſi deiect⁹ fuit infra annum. qꝛ tūc nō poſſidebat et interdictū vnde [...]dat poſſeſſori. l. j. §. debitur. ff. de vi ⁊ vi ar. Sed bene poterit agere cō

10 [...]ne ex. l. ſi. C. de preto. pig. ¶ † Jn glo. iij. ibi cauſa poſſeſſionis tantū: ſed quid ſi nō eſſet appoſita dictio taxatiua: dicūt quidā qd̄ ſecus ſaltem quādo cōmittitur cauſa proprietatis: qꝛ ſi nō apponit taxatiua: intelligit cōmiſſa etiam cauſa poſſeſſionis vt voluit glo. in. c. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. ſed cōtrarius ſenſit glo. in. l. ſi de proprietate. et ibi videtur tex. C. ſi a non cōpe. iudi. et iſtud cōiter tenetur vt patet ex ibi no. et p dominos de Rota in ſua concluſione. ccclxxxviij. alias. ccclxxxvj. et ideo commiſſa cauſa poſſeſſionis nō poterit cognoſcere de cauſa pprietatis niſi eſſet expediens incidēter cognoſcere vt cōtingit qn̄ duo cōtendūt ſe poſſidere ⁊ pariter probāt ſe poſſidere ⁊ ſic pariter probāt de poſſeſſione. nā ille obtinebit qui melius plabit de pprietate. facit. j. de probatio. in. c. licet cauſam. ſec⁹ vbi non eſſet expediens incidēter cognoſci de proprietate. et ſimiliter ſi cōmiſſa eſt cauſa proprietatis: nō poterit cognoſci de cauſa poſſeſſionis: ſaluo niſi incidēter eſſet expediēs de illa cognoſci vt qꝛ vterqꝫ contēderet ſe poſſeſſorē ⁊ dominum. nā nō poſſet videri cui incūberet onus probandi in proprietate niſi prius cognoſceret de poſſeſſione vt tāgitur in. d. l. ſi de pprietate. ſec⁹ vbi non eſſet expediens cognoſci de poſſeſſione. de quo etiam

11 hic proſequit do. Anto. ¶ † Jn gl. ſequeſtrari ibi neuter litigātiū poſſidet. No. bene ex glo. qd̄ in dubio trāſit poſſeſſio in ſequeſtrum. ſed cōtrariū notauit gl. in. c. examinata. ſ. de iudi. cōiter tenet qd̄ ſi ex cōuentione partium ſit ſequeſtratio: habeat locū iſta gl. ſi autē ex precepto iudicis habeat locum illa de quo plenius ibi dictū fuit. ¶ † Jn gl. expēſas in fi. Et adde qd̄ ſn̄ia ſup

12 expenſis q̄ꝙ incerta valet vt dictū fuit in notabilibus. et ideo pōt iudex condēnare in expen. reſeruata taxatione. l. terminato. ſecundū vnum intellectum. C. de fruc. ⁊ lit. expen. ⁊ ſi etiā nō reſeruaret taxationem expenſarū: non eſt curandū. qꝛ tacite intelligunt reſeruate ⁊ poterit taxare idē iudex ſi eſt ordinarius. et idē ſi delegatus talis qui poſſit ſuā ſententiā exequi. al's non poſſet ipſe taxare ſed delegās. de quo p Bar. in. d. l. terminato. ⁊ p eundē in. l. ab executore. ff. de app. ⁊ etiā tāgit hic do. Anto.

An autem

Ayuntamiento de Madrid

b In autem poſſit iudex in ſnīa reſeruare petitionē vel condēnationē.[Abb.] Et ſcōm nō videtur poſſe fieri per.l.pau. de re iud.vbi ſolum eadē die fieri poteſt condēnatio expēſarum poſt ſententiam diffinitiuā, ſed poſt interlocutoriam vſqꝫ ad diffinitiuā fieri poſſet condēnatio expēſarum etiam nō facta reſeruatione per no.in.c.ſepe.§.de appel.[Io.] expēſarū tangit Inno.in.c.finē litibus.⁊ ibi etiā tetigi.⁊ Io.and.hic.⁊ Bar. in.d.l.terminato,⁊ ſimiliter do.Anto.hic qui proſequitur.v.practica:in iſtis expēſis,ſed illa eſt tutior ⁊ cōmunior qꝺ condēnet in expēſis reſeruata taxatione.⁊ adde quia vult do.Anto.qꝺ ſi ſentētia ferretur contra iuramētum preſtitum coram eo ſit nulla,nam hoc non ... tur verū qꝛ ſentētia lata cōtra ꝓbationes: videtur potius lata cōtra ius partis quā contra ius legis.l.ij.C. qñ ꝓuo.nō eſt neceſ.⁊ facit qꝺ not.Inno.in.c.qm̄ cōtra falſam, §.de ꝓba.⁊ eſt caſus in.l.nā ⁊ poſtea.§.ſi dānetur.ff.de iureiurā. ſcōm vnū intellectū ſi non cauilletur intelligēdo qꝺ iuramētum fuerit ibi oſtenſum iudici,⁊ ſic iudicialiter de illo ſibi conſtabat per acta ⁊ tamen ibi valet ſententia lata contra iuramentum.

1 Miſſio in poſſeſſionem fieri poteſt quando agitur de eccleſia tanꝗ de proprietate:ſecus ſi petatur eccleſia tanꝗ in titulū vel beneficium.

2 Miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodie debet fructus cuſtodire et conſeruare ⁊ non diſſipare, ſed infra annum ſi forte recuperetur poſſeſſio reſtituere.

3 Clauſula iſta facias pro libito tue voluntatis quid importet.

4 Dos an ſequeſtrari debeat qñ maritus vergit ad inopiam.

5 Sequeſtratio licet ſit prohibita nō tñ eſt prohibita deſcriptio.

6 Sequeſtratio reuocari debet in omnibus caſibus in quib⁹ permittitur.

7 Emptor ſi non confidit de venditore et econtra qualiter agendum ſit.

Dilectus fili⁹.r.rector. Si miſſus[a] in poſſeſſionē cauſa rei ſeruāde diſſipet fructus diſſipati reuocātur ⁊ alij ſequeſtrantur.h.d.[¶] Et in primo ponitur querela rei paſſi miſſionē.Secūdo dat iudices.ſecunda ibi quo circa.[¶]†No.ꝙ vbi agitur de eccleſia tanꝗ de ꝓprietate pōt fieri immiſſio in poſſeſſionē.ſecus ſi petatur eccleſia tāꝗ in titulū vel beneficiū.vt.§.c.j.de eo qui mit.in poſ.li.vj.de quo per gl.in.c.cōtingit.§.de do.⁊ cōtu.⁊ in.c.j.⁊.ij.§.de eo qui mit.

1 in poſ.

2 [¶]†Item no.qꝺ miſſus in poſſeſſionē cauſa cuſtodie dꝫ cuſtodire fructus ⁊ cōſeruare non autē diſſipare, ⁊ ideo dꝫ illos reſtituere ſi forte infra annū recuperetur poſſeſſio:qꝺ intellige ⁊ limita ſcōm ea que no.§.de do.⁊ cōtu.in.c.cōtingit.in ſi.gl.magne.⁊ ſuper ea.

3 [¶]†Ultimo no.quid importet iſta verba facias pro libito[b] tue volūtatis:quia videtur intelligi de volūtate libera ⁊ rōne vel iure non regulata.de quo plene per Bar.in.l.alio. ff.de ali.⁊ cib.leg.[¶] In gl.ij.ibi cū appellatur ab execuione.et ratio eſt ꝓpter magnā preſumptionē que ſurgit ex ſentētia que trāſiuit in rem iudicatā ideo vt facilius fiat executio: qꝛ magna preſumptio cōtra appellantē ſit ſequeſtratio vt dicit gl.lꝫ appellatū ſit ab executione,ſecus ſi ſnīa nō tranſiuiſſet in rē iudicatā, quia tūc nō fieret ſequeſtratio: niſi timeretur de dilatione vt in c.ſequēti.[¶] In ea.gl.ibi proclamat in libertatē.ibi eſt ſpeciale ꝓpter preſumptionē que eſt ꝯ illū qui erat in quaſi poſſeſſione ſeruitutis vt tūc ſequeſtrētur res de quib⁹ eſt dubiū an ſint que ſite ex reb⁹ dñi.[¶] In ea.gl.ibi cōductas deſerere.hoc nō dicit l.illa hic allegata.ſed loquitur qñ colonus denegat ſoluere penſionē quā lōgo tpe ſoluerat vñ ꝓpter pſumptionē tūc ſit ſequeſtratio ſaltē ſi timet̄ de dilapidatione fructuū.⁊ ita loqtur.l.liti

4 bus.de agri.⁊ cēſi.li.vj.[¶]†In ea.gl.ibi ſeparatur dos videtur velle gl.qꝺ vbi marit⁹ vergit ad inopiā dos ſeqſtretur, ſed certe hoc nō videtur verū.imo videtur ꝙ dos debeat reſtitui mulieri. l.vbi.C.de iure dot.⁊.§.de dote poſt diuortiū reſti.in.c.per noſtras.Sed glo.poſſet ſaluari qñ mulier eſſet in ſtatu in quo ſibi nō poſſet reſtitui, vt qꝛ eſſet furioſa.l.ſi cū dotē.§.ſinantē.in feuiſſimo.ff.ſol.mat.[¶] In ea.gl.ibi nō pōt caueri.hoc caſu ⁊ ſequēti ſit ſequeſtratio pſone mulieris qꝛ ponitur in loco tuto penes honeſtas pſonas vt in iurib⁹ hic allegatis.⁊ facit.§.de ꝓcu. accedēs.[¶] In ea.gl.ibi de familia iudicis:hoc caſu permittitur ꝙ etiā corā officiali de cui⁹ familia eſt ꝓcedatur vſqꝫ ad cōteſtationē vt ſic actio ppetuetur,ſed poſtea vlteri⁹ agi non dꝫ quia non dꝫ officialis decidere cām ſue familie vt ibi ptꝫ de quo etiā per Cy.in.l.vna.C.ne qs in ſua cā.⁊ facit qꝺ no.Inno.§.de verb.ſig. ex parte.⁊ hoc caſu ſequeſtrabitur ipſa res vt dicit gl.Glo.tñ in d.l.ſenatus.videtur hoc intelligere qñ ſuſpicio eſſet de dilapidatione.[¶] In ea.ibi ꝓpter cōtumaciā.Io.an.reprobat iſtā fallētiā per.c.pcedēs.Sed tu potes ſaluare per caſum.c.ij.allegati in gl.qñ religioſus agit ꝯ religioſum:per id qꝺ ibi dictū fuit ⁊ p id qꝺ no.per Archi.in.c.qꝛ res.xj.q.j.Alias extra caſum predictū procedat dictū Io.an.⁊ adde etiā caſum cle.j.extra de ſequeſtr. poſ.⁊ fruc.Itē etiā ſit ſequeſtratio interdū de volūtate partiū.l. intereſſe.ff.de acq.poſ.Itē interdū ꝓpter ſcādalū euitandū:ne partes veniāt ad rixas ⁊ arma vt qñ iudex videt duos pretēdentes ſe heredes alicuius in ſolidū,⁊ quilibet ipſorum vult apprehēdere res hereditarias armata manu.facit.l.equiſſimū.ff.de vſufru.Itē fallit ꝓpter cōtumaciam nō cauētis.l.j.§.ſi pater.ff.de colla.bonorum.Fallit etiā ſcōm Hoſ.in.l.ſi oleum.ff.de dolo.ſed cer

5 te ibi ſequeſtrū fuit factū de partiū volūtate vt ibi ptꝫ.[¶]†Et adde pdictis ꝙ lꝫ regulr̄ ꝓhibita ſit ſequeſtratio:tñ nō eſt ꝓhibita deſcriptio,⁊ ideo poterit actor implorare officiū iudicis vt deſcribātur fructus tpe recollecte etiā ſi nō ſit caſus in quo poſſit fieri ſequeſtratio.⁊ hoc vt appareat quātitas fructuū percepta.l.j.§.pe.ff.de vē.in poſ.mit.⁊ not.Bar.in.l.imperatores.§.

6 ſi.ff.de app.qꝺ eſt valde no.[¶]†Et adde etiā qꝺ in oīb⁹ caſibus in quibus permittitur ſequeſtratio in oīb⁹ illis dꝫ ſequeſtratio reuocari ſi eſt facta,⁊ etiā a principio impediri niſi pſtetur idoneus fideiuſſor de ipſa re preſentanda.per.l.ſenatus.ff.de offic. preſi.⁊ no.Cy.in.l.vna.C.de ꝓhibita ſeque.⁊ ſic practicat̄ quotidie.fallit tñ in caſu dicte cle.j.qꝛ tūc non reuocabitur ſequeſtratio etiā preſtitā ſufficiēti cautione ex mente illius tex.vt voluit Io.an.in Spec.eo.ti.§.j.ſuper verſi.⁊ nō.nec ſufficiat iuratoria cautio hoc caſu licet nō poſſit dare fideiuſſores.vt hic tāgit do.

7 Anto.[¶]†Et ex predictis poteſt tangi cautela qñ emptor emit equum ⁊ non confidit de venditore,nec venditor de emptore:vt pretium deponatur penes idoneam perſonā dandum vēditori ſtatim cum rem tradiderit.facit qꝺ habetur in.l.ſi ſolutus.ff. de ſolu.⁊ qꝺ ibi no.per Bar.⁊ de materia ſequeſtra.per Archi. in.d.c.quia res.xj.q.j.⁊ per Io.and.in regula locupletari et per legiſtas in.l.vna.C.de prohibita ſequeſtra.

Ab eo qui. Fructus poſſeſſionis ſequeſtrantur ab appellāte ſi ipſos diſſipet. h.d.Et nō diuiditur.[¶] No.j.qꝺ etiā appellatio iudicialis lato ſumpto vocabulo dr̄ ꝓuocatio.ſed extraiudicialis ꝓprie dr̄ ꝓuocatio ad cauſam.§.de app.cuꝫ ſit romana.

a No.caſum in quo permittitur ſequeſtratio.de quo in.c.pcedēti. [¶] In gl.ibi ab executione.hec nō eſt ex toto bona cōcordātia: qꝛ ibi ſit ſequeſtratio etiam ſi non timeatur de dilapidatiōe:qꝛ appellabatur ab executione ſnīe que trāſierat in rē iudicatam, ſed hic appellatū erat a ſnīa,ideo nō ſit ſequeſtratio:niſi timeatur de dilapidatione.[¶] In ea.glo.ibi reſtituere cū ipſa re.Hec ratio nō eſt bona ſcōm Hoſ.⁊ Io.an.⁊ ſeqtur etiā do.Ant.qꝛ con

b cluderet idē pēdēte lite principali, ideo dicūt qꝺ rō eſt propter pſumptionē que ſurgit a ſnīa ⁊ ꝯ reū ex eo qꝺ diſſipat.Sed certe videt̄ idē dicēdū pēdēte lite principali ⁊ ſic rō gl.videtur vera per ea que habētur in.l.fideiuſſor.§.ſi.ff.qui ſatiſd.cog.⁊ qꝛ eadē ratio videtur in cauſa principali ex quo fruct⁹ diſſipātur,⁊ qꝛ ex quo appellatur a ſnīa ſuſpēditur ꝓnūtiatū,⁊ ſic ceſſat preſumptio ſnīe ex quo non hꝫ autoritatē rei iudicate,ideo ſicut pēdente appellatione ptō fieri.ita etiā videtur qꝺ poſſit fieri in cauſa principali.⁊ hoc videtur fuiſſe de mēte gl.in.c.precedēti.vbi ſimpliciter ſit ſequeſtratio qñ quis dilapidat fructus quos debet

c ſeruare.facit etiā qꝺ no.per Archid.in.c.quia res.xj.q.j.Et per hec patet qꝺ ratio gl.ſane intellecta poteſt ſaluari.

a [¶] Si miſſus.hoc ēt mō ⁊ eiſdē vbis ſummat domi. Abb.

b [¶] Pro libito.ð hac clauſula:et mult̄ꝫ poſitis ī reſtitutis vide per do.Fel.i.c. j.§.de ꝯſti.

c [¶] In gl.ij. Si queras vtrū ꝯfeſſi ſua crimia poſſint ſup aliorum criminibus teſtimoniū phibere.vide hic per do. Hē.boych. in princi.c. vbi pōit diſtincte.

[¶] De confeſſis. Rubrica.

[¶] Uiſum ⁊ tractatum eſt ſupra de multis que in iudicijs occurrunt:verū qꝛ qñqꝫ in iudicijs ſiūt poſitiones et interrogationes qñqꝫ a parte qñqꝫ a iudice.§.de elect.dudū.§.de lit.conteſt.in.c. vno.⁊.§.de ſi.inſtru.cū Ioānes.ſuper quib⁹ pars reſpondēs interdū confitetur ⁊ tūc qualiter ſit procedendū declaratur in hoc ti.interdū negat ⁊ tūc ponēs habet probare ideo primo,de confeſ.⁊ poſtea,de ꝓba.poſuit.De materia.xv.q.iij.⁊.q.vj.⁊.q.viij. per totum.⁊.ij.q.j.c.j.⁊.ij.v.⁊.vj.⁊ repetitur in.vj.

1 Confeſſio vnius ex delinquētibus non nocet alijs quos dicit deliquiſſe.

2 Confeſſio vnius ex delinquentibus an ⁊ quādo faciat indicium ad torturam contra ſocium.

3 Delinquens an ⁊ quando poſſit interrogari de ſocijs.

Cum monaſteriū. Ei qui crimē propriū confitetur non creditur contra eos quos dicit fuiſſe criminis ſuggeſtores.h.d.[¶] Primo inſtruit iudices in ab ſoluēdo non infamatos:⁊ cauſam reddit.ſcdo inſtruit in purgatione infamie contra infamatos.ibi ſcda ſi tamen.

1 [¶]†No.qꝺ in criminibus cōfeſſio vnius confitētis ſe deliquiſſe regulariter n... nocet alijs:quos etiam dicat deliquiſſe.

[¶] Not.qꝺ infam... de crimine ... i non debet purgatio.de

c quo in gl.[¶] In gl.ij.[c] in ſi.Adu... ...uia poteſt eſſe dubiū an.

Ayuntamiento de Madrid

vltimum dictum gl. referatur ad regulam: an vero ad exceptio-
2 nes. Conclude vt voluit Cy. in. l. fi. C. de accu. † qd' in caſib' exce-
ptis cõfeſſio faciat iudiciũ ⁊ preſumptionẽ ad torturã. facit qd'
no. in. l. ij. C. ad. l. iul. maie. ſed in alijs caſib' licet aliqualis pſum
ptio ſurgat: non tñ erit ſufficiẽs ad torturam: niſi forte cõcurre-
ret infamia per id qd' no. per Bart. in. l. de minore. §. tormẽta. ff.
de queſtionibus. Et adde qd' no. Bart. in. l. repeti. ff. de queſtio.
3 vbi dicit † qd' quãdo crimẽ principaliter tendit ad offenſam pu
blicam vt cõtingit in falſante monetã, ⁊ in latrone ⁊ fure, poteſt
quis interrogari de ſocijs, q2 iſti nõ agunt certã perſonã offende
re tantũmodo, ſed quãcũq3 poſſunt. Sed qñ quis agit certã per-
ſonã tantũ offendere vt in homicida ⁊ ſimulib' non d3 interroga
ri: quia veriſimile eſt qd' illi quos ſpecialiter tãgit offenſa pcura
bunt crimẽ puniri. de quo per eũ in. d. l. repeti. hec tñ ratio forte
non eſt multũ generalis: q2 etiã paſſus furtũ vel robariã veriſi-
militer pcurabit punitionem, ⁊ ideo videtur qd' ratio ſit odium
ipſoꝝ latronũ. vt. l. prouinciarũ. alle. in glo. [ADDJ. Jtẽ ma
leficus in alienũ odium ſua maleficia facit ⁊ tñ interrogatur de
ſocijs. l. fi. C. de malefic. Jtẽ crimẽ leſe maieſtatis cõtra principẽ
cõmittitur ⁊ tñ de ſocijs interrogatur vt hic ⁊ in. l. in fi. C. ad. l.
iul. maie. Jtẽ in crimine homicidij ſeruus interrogatur de cõſo-
cijs. l. i. §. fi. ff. de queſtio. T. JO.] In glo. infamia ibi ſui ordi-
nis qui. Si ipſe inculpat' de delicto ſit ſacerdos: alij tres debẽt
eſſe ſacerdotes, ⁊ ſi diaconus ſufficit qd' ſint diaconi ⁊ ſic ſucceſ-
ſiue ⁊ debebit iurare ſe nõ cõmiſiſſe delictũ ⁊ alij manib' tactis
ſcripturis iurabũt qd' credũt eũ verũ iuraſſe: tũc dicetur ſe pur-
gaſſe. ſecus ſi nollẽt iurare q2 dicetur tũc deficere in purgatione:
eſt tñ dubiũ an ſi infamia ſurrexit a cõfeſſione eius qui cõfeſſus
eſt de ſe ⁊ de alio an debeat indici purgatio tñ ſatis videtur de
mẽte tex. qd' ſic ſi infamia trãſiuit apud bonos ⁊ graues. facit qd'
habetur in. c. veniens. j. de accuſa. ⁊ eſt gl. in. c. qualiter. eo. titu.
et. c. cum dilectus. de purga. cano.

1 Confeſſus in iure habetur pro conuicto.
2 Votum in electione prelati debet eſſe gratuitum.
3 Simonie mediator committit ſimoniam.
4 Poſitioni criminoſe reſponderi debet.

a **Cum ſuper.** Qui in iure[a] confeſſus eſt ſe
ſimoniacũ ab officio ⁊ benefi
cio deponitur. h. d. Primo premittit depoſitiõis
1 cauſam. Scdo deponit. ſcda ibi nos qñ. † No. qd'
cõfeſſus in iure etiam de delicto habetur pro cõuicto. ſecus vi-
detur a cõtrario ſenſu ſi extra iudiciũ. de quo in. c. at ſi clerici. de
2 iudi. † No. qd' votũ in electione prelati d3 eſſe gratuitum ideo
recipiẽs pro illa pecuniã vel obligationẽ committit ſimoniam.
3 † No. q' mediator ſimonie cõmittit ſimoniã ſicut ⁊ principa
lis pſona, ⁊ ſic pati d3 penas ſimoniacoꝝ. No. q' vbi delictu3
eſt cõnexũ ei de quo agitur licet de illo principaliter non agat,
ſi tñ de eo cõſtat per cõfeſſionẽ punitur pena ordinaria de quo
4 aliquid hic per Jnno. ⁊. j. de excep. c. j. † No. arg. qd' qs tenea-
tur reſpõdere poſitioni criminoſe. de quo hic p Jnno. ⁊ in. c. du-
dum. el. ij. de elec. ⁊ p gl. ⁊ ibi p do. Ant. in. c. cũ cauſam. de teſti.
⁊ per Bar. in. l. marcellus. ff. rerũ amo. In glo. j. ibi vel hic ex
officio poteſt intelligi ex plenitudine poteſtatis per id qd' habe
tur in. c. pporuit. de cõceſ. prebẽ. ⁊ ſcdm hoc ſecus eſſet in alio iu
dice inferiore. Sed do. Anto. hic intelligit qd' ex officio pceſſit
inchoãdo nouũ pceſſum. Sed certe iſte intellectus videtur inci
dere in precedẽtẽ: q2 ſi inchoabit nouum pceſſum ex officio erit
per inquiſitionẽ. Poſſes tñ dicere qd' precedens intellectus lo-
quatur qñ ab ipſo initio fuit denuntiatus vel inquiſitus. Sed
iſte ſecũdus loquitur qñ ab initio fuit pductus in teſtẽ, ⁊ deinũ
poſt eius depoſitionẽ inchoatus fuit nouus pceſſus. Jn ea.
gl. ibi vel ideo punitur. Hec cõmuniter tenetur ſm quã idẽ erit
etiã in iudice inferiore a papa qd' eſt clarũ in ordinario, ⁊ idẽ vi-
detur velle Jnno. in delegato, ſed cõtrariũ videtur velle in. c. di
lectus. j. de penis. ⁊ illud videtur verius per id qd' habet in aut.
de teſti. §. ſi vero ignoti. colla. vij. Poteſ diſtinguere inter dele-
gatũ pape ⁊ inferioris. Et no. ſm Jnno. q' vbi crimẽ de quo in-
cidẽter cõſtat in iudicio ɔtingit negotiũ de quo agitur principa
liter: põt puniri pena ordinaria ſi de illo cõſtat per cõfeſſionem.
ſecus ſi per teſtes: q2 tũc ſolũ pena extraordinaria poterit puni-
ri, ⁊ idẽ ſi per cõfeſſionẽ cõſtaret de crimine, qd' non contingeret
negotium principale. refert tamẽ aliquos tenere q' etiam ſi per
teſtes cõſtet de crimine qd' cõtingit negotium principale qd' po
terit puniri pena ordinaria. Sed ſibi non placet, et ſic intelligit
iſtum tex. ⁊. j. de excep. c. j. ⁊ ſic etiã tranſit do. Ant. ſed certe pro
opinione iſtorum multũ facit. c. j. de excep. vb[illegible] duo caſus pa
rificantur quẽ conuinci per teſtes: vel conf[illegible]ſionẽ, ⁊ pro iſtis etiã
facit. l. ij. §. ſi publico. de adult. inquãt[illegible] [illegible]nuitur qd' ſi exci-
piatur de lenocinio cõtra [illegible] [illegible]lo etiã per teſtes
punietur pena ordinaria [illegible] iſtud dictum Jnnoc. non eſt ſine

a Qui i iu-
re. ita h ſũ-
mat. d. abb. ⁊
nihil addi-
to nihilq3
remoto.

b Ex pte.
multi mlta
ſcripſere ſu
p hoc. c. ſed
nõ puto a-
liquẽ docto
rẽ ita diffu
ſam ⁊ vtilẽ
diſt. ſcripſiſ
ſe p hoc. c. ſi
cut fecit. d.
Hẽ. boych.
q hic in ſua
diſtinctiõe
ponit tria
principalia
mẽbra ɔfeſ
ſiõis vc3 cõ
feſſionis fa
cte in iudi-
cio: ⁊ cõfeſ-
ſionis facte
extra iudi-
ciũ: ⁊ cõfeſ-
ſionis facte
in vltiã vo-
lũtate, que
mẽbra mul
tiplr ſubdi
uidit, iõ vi-
de eum hic
ad ſatieta-
tẽ, ⁊ hec ti-
bi ſufficiãt
p additio-
nibus hu-
ius. c.

dubitatione. Extra gloſ. adde quis [illegible] no. videtur h[illegible]
differẽtiam qñ queritur an quis tene[illegible] reſpondere p[illegible]
criminoſe. An excipiatur directe cõtra aliquẽ vt puta cõ[illegible]
dinandum: an vero indirecte vt puta cõtra teſtes. facit qd' no. t. 3.
de fo. cõpe. verum. nam hoc ſecũdo caſu videtur velle qd' non te-
neatur etiã ſi crimẽ ſit detectum: vel ſit diffamatus: ſed nõ vide-
tur hoc verũ quia ceſſat tunc ratio qd' quis non d3 ſe prodere. de
qua de peni. diſt. j. non tibi dico. ⁊. ij. q. j. ſi peccauerit. na3 ſe non
prodit ex quo ab alio iam crimen eſt detectum. ⁊ ſic videtur ea-
dem ratio vtrobiq3.

1 Maritus poteſt eſſe in iudicio nomine vxoris.
2 Confeſſio economi preiudicat monaſterio [illegible] ſi ſit erronea niſi
reuocetur.
3 Confeſſio facta per errorem facti poteſt reuocari etiam ſi fiat in
iudicio.
4 Error vſq3 ad quem terminum poſſit reuocari.
5 Confeſſio ſi fiat per infantem non valet etiam ſi fiat autoritate
tutoris.
6 Confeſſio pupilli nõ valet ſine autoritate tutoris nec adulti con
feſſio ſine curatoris autoritate.
7 Cõfiteri an poſſit adultus in criminali ſine autoritate tutoris.
8 Confeſſio tutoris vel curatoris an debeat preiudicare minori.
9 Confeſſio procuratoris an ⁊ quando noceat domino.
10 Perſeuerans in confeſſione ſponte preiudicat ſibi in cã ciuili.
11 Confeſſio ſponte facta an ſtatim preiudicet in criminali.
12 Confeſſio ſub colore iracundie et indeliberate facta non nocet
niſi perſeueretur.
13 Confeſſio facta ex certa ſcientia an preiudicet.
14 Confeſſio facta per errorem an preiudicet.
15 Cõfeſſionẽ procuratoris adminiſtratoris tutoris vel curatoris
reuocare volens ſi probet rem aliter ſe habere ſufficit nec eſt ne-
ceſſe de errore aliter probare ⁊ quid de confeſſione propria.
16 Erraſſe qualiter quis deprehendatur.
17 Confeſſio ſi partim ſit pro cõfitente ⁊ partim cõtra an ſibi pre-
iudicet.
18 Confeſſio dicitur in iudicio facta quando ſit iudice ſedente pro
tribunali.
19 Confeſſio facta coram non ſuo iudice an preiudicet.
20 Confeſſio facta in iudicio abſq3 expreſſione cauſe an valeat.
21 Confeſſio facta extra iudicium non valet.
22 Ratum habere poteſt quis ſuo nomine geſtum etiam in abſen
tia alterius.
23 Confeſſio facta in libello preiudicat confitenti licet detur iudi-
ci abſente aduerſario ⁊ poſtea per iudicem aduerſario.
24 Confeſſio facta per epiſtolam an preiudicet.
25 Confitens ſe occidiſſe aliquẽ qui adhuc viuit an ſibi preiudicet.
26 Confeſſio contra ius non valet.
27 Litigioſa res quando eſſe dicatur.
28 Confeſſio vltra petitionem an teneat.
29 Confeſſio facta in reali parte abſente an valeat.
30 Contra confeſſionem factam an poſſit aliquid probari.

b **Ex parte[b] abbatis.** Cõfeſſio p erro
rẽ facta non no
cet ſi ante finitũ negotiũ reuocetur. h. d. Primo po-
nitur facti narratio. Scdo pape puiſio ratione pre-
1 miſſa. ſecũda ibi cũ igitur. † No. qd' maritus poteſt in iudicio
eſſe noĩe vxoris: intellige etiã agẽdo. nam tanq3 cõiuncta perſo-
na admittitur cauẽdo de rato. l. maritus. C. de procur. facit. l. fi.
2 C. de pac. conuẽ. † No. q' de mero iure cõfeſſio economi pre-
iudicat monaſterio etiã ſi ſit erronea: niſi reuocetur qd' videtur
verum qñ eſt cõſtitutus a prelato ⁊ conuẽtu. per id qd' habetur
3 j. eo. preſentium. de teſti. lib. vj. in tex. ⁊ gl. † No. qd' confeſſio
facta per errorem facti poteſt reuocari etiã ſi ſit in iudicio facta,
⁊ ſic a cõtrario ſecus ſi per errorem iuris de quo in. l. nõ fatetur.
⁊ ibi plene per Bar. ff. de confeſ. ⁊. l. vna. C. de confeſ. vbi etiam
per Cy. ⁊ ibi etiam bona glo. ⁊ Archi. ij. q. j. nos in quemquam.
No. qd' demũ videtur preiudicare cõfeſſio quãdo eſt facta in
iure, ⁊ ſic a cõtrario ſecus ſi extra iudiciũ. de quo dicetur cũ glo.
4 † No. vſq3 ad quem terminum poſſit error reuocari: quia do-
nec negotium ſit finitum: intellige per ſentẽtiam, tranſactionẽ,
vel iuramẽtum in. c. j. de lit. cõteſt. in. vj. de quo etia3 in. l. error. ⁊
ibi per gl. ⁊ Bar. C. de iuris ⁊ facti igno. ⁊ ibi etiam per doc. ⁊ de
materia capituli habetur etiam. ij. q. j. nos in quemq3 per gloſ. ⁊
Archi. ⁊ per legiſtas in. l. vna. C. de cõfeſ. ⁊ per Bart. in. l. ij. ff. de
confeſ. Et adde etiam quod no. Jo. mona. in. c. ij. de reſtit. in in-
teg. lib. vj. vbi dicit ſatis eſſe finitũ negotiũ quo ad hoc vt error
in illa inſtãtia non poſſit reuocari: ſi eſt cõcluſum in cauſa qd' eſt
no. ⁊ idem ſequitur ibi etiã Jo. and. ⁊ ratio etiam eſt in euiden-
ti: quia poſt concluſionẽ in cauſa non poſſunt fieri pbationes. j.
de fide inſtru. cum dilectus. ⁊ ſic non poterit de errore doceri, et
per conſequens

Ayuntamiento de Madrid

nſequens nec … ri niſi forte per cõfeſſionẽ partis ad-
…nã iudex ex … poſſet extorquere.ſ.de fid.inſtru.cum
3 …s.de materia etiã in ſpe.e.ti.§.ſequit.⁊.§.ſeq. ¶ In gl.ſ.
ib… lit.co… Sed certe imo etiã ante lit.conte.per.l.ſi reus
paratus.ff.de procur.vñ concludo ꝙ propria ⁊ vera differentia
eſt inter iſtas rubricas de quibus in gl.qꝛ rubrica de cõfeſ.reſpi-
cit cõfeſſiones que ſiũt ad deciſiones iudicij.ſed rubrica de inter-
ro.act.reſpicit confeſſiones que ſiũt ad iudicij preparationẽ.vt
eſt illa que fit qñ quis interrogaf an poſſideat rẽ petitã conuen
tus rei vendicatio… vel an ſit heres eius quem agens dicit fuiſſe
ſuũ debitorẽ.nã … eus …atur predicta… per hoc decidi-
tur negotiũ.ſed d… nat… preparandi illud.qꝛ poterit tunc
porrigi libellus co… conuentu3.Sed vbi cõfeſſio reſpicit de-
ciſionẽ negotij.tunc deciditur ipſum negotiũ vt ſi actor petat a
reo.x.naz ſi reus fatetur nõ precedẽte libello deciſum eſt nego-
tiũ ⁊ iudiciũ.nec feretur ſnĩa aliqua diffinitiua ſed fiet precep-
tum de ſoluendo infra.x.dies ſcdm cõſuetudinẽ.niſi fortaſſe ma-
gnitudo quantitatis aliud ſuaderet.vt voluit glo.in.l.ſi debitori.
de iudi.⁊ facit qd no.per gl.in.c.ex parte.el.j.ſ.de verb. ſig. Sed
vbi fieret poſt lit.conte.vel in ipſa cõteſtatiõe puta.qꝛ fieret ob-
lato libello in termino dato ad reſpondendũ libello.tunc bene
deberet ferri diffinitiua.vt eſt gl.no.in.c.dudũ.el.ij.ſ.de elec. et
5 l.proinde.ff.ad.l.aquil.¶ † In ea.ibi minor reſtituitur. Cõclu-
de plene ꝙ ſi confeſſio fit per infantẽ.nõ valet etiã ſi cũ autorita
te tutoris fiat qꝛ ille non põt ad iudiciũ vocari.l.ij.⁊.iij.ff. de in
ius vocã.⁊.l.j.§.ſufficit a cõtrario ſenſu coniuncta gl.ff.de admi.
tu.⁊ hoc ſeqf Nico.de mata.⁊ Cy.poſt eũ in.l.clarũ.C.de autor.
preſtan.⁊ Jo.an.in addi.ſpe.ſup hoc ti.ſup.§.ſequit.⁊.d.Anto.
hic licet prima facie videatur aliqualiter mirandũ ſi ipſe infans
ſciat loqui.ideo tene menti.Si aũt fiat a pupillo maiore infan-
te tunc ſi ſit ſine autoritate tutoris ipſo iure non valet niſi fieret
in iudicio in quo haberet legitimam perſonam vt in iudicio mo
mentanee poſſeſſionis.l.ij.C.qui legitimam perſonã.nã tũc va-
leret ſed poſſet reſtitui.per id qd not.in.l.vna.C.ſi de momenta
nea poſſeſ.fuerit appellatum.Si aũt fiat per pupillũ cũ autori-
tate tutoris tũc valet ſed reſtitui põt per id qd habeẽ in.§.in pu
pillo allegato in glo.¶ Interdũ vero fit confeſſio ab adulto.et
tunc ſi ſit in iudicio in quo habet legitimã perſonã.idẽ dicendu3
qd.ſ.dixi in pupillo.Si aũt non habet legitimã perſonam tunc
ſi non habet curatorẽ confeſſio tenet ſed põt reſtitui per ea que
habentur in.d.§.in pupillo.⁊ hoc credo procedere ſiue per modũ
voluntarie iuriſdictionis ſiue cõtentioſe cõfiteatur ipſe adultus
per illũ tex.qui loquif indiſtincte.ar.decre.qꝛ circa.de priui.et.l.
de pretio.ff.de publiciana.licet do.Ant.hic aliter ſentire videa
tur.Sed nõ videtur ꝙ bene.qꝛ licet per viã cõtẽtioſe iuriſdictio
nis cõfiteatur tñ in ſua poteſtate eſt quid cõfiteatur.⁊ ideo va-
let cõfeſſio licet nõ valeat ſnĩa cõtra eũ indefenſum lata vt not.
gl.⁊ Sy.in.d.§.in pupillo.qꝛ in ſnĩa nõ adeſt cõſenſus aliquis
ſecus in confeſſione.niſi forte cõfeſſio fieret rñdendo libello per
quam inducitur cõteſtatio.quia in actu conteſtationis lit.tanq
ſolenni non habet minor legitimã perſonã.ideo tunc non vale-
ret vt voluit Nico.de mata.in.d.l.clarum.¶ Si aũt habeat cu-
ratorem tunc ſi confitetur eũ eius autoritate valet.Sed põt re-
ſtitui.Si aũt ſine eo confitetur tunc ſcdm Petrũ non valet ipſo
iure ſm Nico.de mato.valeret ex quo non fieret circa ſubſtãtia-
lia iudicij.puta circa conteſtationẽ vt dixi.Bart.quẽ ſequif hic
do.Ant.dicit ꝙ ſi cõfeſſio habet fieri per verbũ credit vel nõ cre
dit.vt eſt cõfeſſio que habet fieri ſub virtute iuramẽti calumnie
iuxta no.in.l.ij.§.qd obſeruari.C.de iura.calum.tunc non valet
ſi ſit ſine curatore.qꝛ non habet plenarium iudicium diſcernendi
quid credere debeat.ſed ſi eſt confeſſio que habet fieri de verita
te.⁊ ſub virtute iuramenti veritatis.tunc ſufficit ꝙ curator fuit
preſens diſputationi an rñderi debeat ⁊ ſic cõfeſſio poſtea facta
ſine eo valebit per id qd legitur ⁊ no.in.l.ſi poſtulauerit.§.que-
ſtioni.ff.de adul.Et pro predictis etiã facit qd legitur ⁊ no.in.l.
ſi quando.C.de teſti.vbi patet ꝙ ſufficit partem eſſe preſentem
quando teſtis iurat licet non debeat eſſe preſens quando recipi
tur eius dictũ.ſed trahitur tempus dicti ad iuramentũ.⁊ ſic eo
dem modo videtur dicendũ in caſu propoſito.⁊ hanc opi. ſequi
tur etiam hic do.Anto.ſed forte nõ eſt vera per tex.in.d.l.clarũ.
de auto.preſtan.vbi litera indiſtincte videf velle ꝙ in reſponſio
ne minoris debeat adeſſe curator.ex eo quia alias poſſet incau-
te reſpondere aliquid omittendo vel aliquid addẽdo quod adde
re non deberet.nã poſſet eſſe ꝙ minor percuſſiſſet aliquẽ.ſed ta
men percuſſiſſet animo ſe defendendi.⁊ forte ſi reſponderet ſine
curatore rñdebit ſimpliciter ſe percuſſiſſe.ſed ſi cum curatore re
ſpondebit ſe percuſſiſſe ad ſui defenſionẽ.⁊ ſic cautius reſponde
bit.⁊ ideo videtur ꝙ vbi confeſſio fit per adultum habentẽ cu-
ratorem equiparatur pupillo.l.ſi curatorem habens.C.de reſti.
6 in integ.⁊ ideo ſicut † confeſſio pupilli non valet ſine autoritate
tutoris ſic nec vꝫ valere ſi fiat per adultũ ſine autoritate curato-
ris qñ ipſum habet ſecus ſi adultus non habeat curatorẽ. quia
tunc de mero rigore valeret.ſed poſſet reſtitui.d.l.certũ.§.in pu
pillo.ff.de cõfeſ.Et ſic intelligit Petrus illũ tex.⁊ etiã Bar. ibi.
7 Et per hoc patet.Nunquid in criminali † adultus poſſit confite
ri ſine autoritate curatoris.nã videf ꝙ nõ per predicta ſi ipſum
habeat.licet Nico.de mata.tenuerit contrarium vt refert Cy.in
d.l.clarũ.⁊ videtur ſequi Jo.an.in additio.ſpe.§.ſequitur.in tit.
de confeſ.Fateor tñ ꝙ nõ erit neceſſe curatorẽ intereſſe in con-
feſſione que fit in tortura licet debuerit eſſe preſens in diſputa-
tione an debeat torqueri.nã ad talẽ confeſſionẽ que fit in tormẽ
tis non adaptatur autoritas adminiſtratoris vt ex ſe pꝫ.expreſ-
ſe etiam tangit Bal.in.l.vnica.C.de confeſ.Sed quia illa confeſ
ſio non preiudicat niſi perſeueret in illa ⁊ ratificetur apud acta
vꝫ ꝙ tunc in tali ratificatione deberet intereſſe autoritas cura-
toris ſi curatorem haberet per dicta3.l.clarũ in ratione ſui ⁊ per
rationẽ ibi poſitã.⁊ forte de iure iſta opinio verior.licet de facto
8 quandoq; ſeruetur opi.Nicolai predicti.¶ † An aũt cõfeſſio tu
toris vel curatoris habeat preiudicare minori.tãgitur per Cyn.
in.l.vna.C.de confeſ.⁊ per Bar.in.d.l.certum.⁊ tetigi etiam in
c.j.ad ſi.ſ.vt lit.non conteſt.vbi etiã per dominũ Anto.⁊ cõclu
dunt predicti ꝙ ſi confeſſio emanat per modũ volũtarie iuriſdi
ctionis vt quia ſponte tutor vadit cũ aduerſario minoris ad iu-
dicem ⁊ coram eo confitetur … tunc non valet cõfeſſio.qꝛ
videtur eſſe quedã donatio … eos ex quo ſic ſponte dicta3
confeſſionem facit.ſecus ſi confitetur per modũ contentioſe iu
riſdictionis.puta reſpondendo libello vel poſitionibus.qꝛ tunc
preiudicat.niſi probetur error ſeu rẽm aliter ſe habere. ¶ Sed
aduerte quia contra iſtã opi.videtur caſus in.l.lucius.§.tutele.
ff.de adminiſtra.tuto.coniuncta gl.vbi patet ꝙ confeſſio extra-
iudicialis tutoris noceat pupillo tamen ibi non emanat per viã
contentioſe iuriſdictionis cũ fiat extra iudiciũ.nec videtur bona
reſponſio Bar.quam ibi ponit dum intelligit illũ.§.quando tu
tor ſcripſit ſe recepiſſe.x.a debitore pupilli.non autem debet in-
telligi ſecundum eum quando ſcribit ſe confiteri recepiſſe.x.nã
ex quo ſcriptura eſt priuata.non eſt differentia an ille dicat rece
pi vel confiteor me recepiſſe vt no.ipſe idem Bar.in.l.ſi ex cau-
tione.C.de non nume.pecu.Nec ob.l.certum.§.ſed an ipſos vbi
videtur dici confeſſionem tutoris vel curatoris non preiudica-
re minori.quia illud videtur intelligẽdũ quando iudiciũ erat ce-
ptum cum minore cum autoritate adminiſtratoris.ſecus ſi cum
ipſo adminiſtratore per id quod not.per gloſ.in.l.ij.§.quod ob-
ſeruari.C.de iura.calum.⁊ etiam per Bart.in.d.§.ſed an ipſos.
vel debet intelligi qd non preiudicat ſcilicet ſi probetur rem ali
ter ſe habere vt ibi etiam tangit gl.alias videtur preiudicare per
ea que habentur in dicto.§.tutele.⁊ hec opi.forte de iure verior
vt etia3 plene dixi in.l.ſi debitorẽ.ff.de nouatio.licet communiter
doct.teneant diſtinctionẽ predictam an confeſſio fiat per modũ
voluntarie iuriſdictionis an vero per modum contentioſe vnde
9 illa forte ſeruatur in practica.¶ An autẽ † confeſſio procura-
toris noceat domino etiam fuerunt opiniones.Conclude ſi ha
bet mandatum ſpeciale ad ſic confitendũ nocet ſicut proprie cõ
feſſio domini.ſi autẽ habet generale:tunc cõiter dꝛ ꝙ nocet ſi ſit
per viam contentioſe iuriſdictionis niſi probetur rẽ aliter ſe ha-
bere.ſecus ſi per modũ volũtarie iuriſdictionis.poteſt tamẽ di-
ci ꝙ ſi fiat domino abſente ſi peruenitur ad eius notitiam.pote-
rit illam reuocare etiã abſq; alia probatione ⁊ ide3 ſi fuerit pre-
ſens.ſi ſtatim ipſam reuocat.facit.ſ.de offi.dele.cũ olim.⁊ iſtud
tenent dñi de Rota in ſua cõcluſione.lv.⁊ ccliij.licet dicãt illud
magis ex ſtilo curie procedere quã de iure.nã de iure videretur
ꝙ preiudicet niſi probetur rẽ aliter ſe habere.per id qd habetur
in.d.l.certũ cum ibi no.per gl.⁊ Bart.⁊ etiam per Cyn.in.l.vna.
C.de confeſ.⁊ de iſta confeſſione procura.quando fit per modũ
voluntarie iuriſdictionis an preiudicet dño dixi in.d.l.ſi debito
rẽ.ff.de noua.vbi tenui ꝙ de iure defenſari poteſt ꝙ ſic licet cõi
ter teneatur contrarium pro hoc bene facit dictus.§.tutele.⁊ qꝛ
ſi procurator confitetur ſe recepiſſe non eſt donatio aliqua:quia
tenebitur dño reddere rationẽ de confeſſatis.ideo preiudicabit
10 talis confeſſio dño reſpectu eius quod dicitur ſolutiſſe.¶ † In
a ea.glo.ibi non coactus hoc intellige niſi perſeueret[a] in confeſſio
ne ſponte.qꝛ tunc preiudica… et in cauſa ciuili.C.quod met.cau-
ſa.l.ij.cum ibi no.Et idem in criminali ſi eſt facta metu tormen-
torum ⁊ perſeueretur in ill… dũmodo preceſſerint legitima in-
dicia ante torturam.l.j.§.d… us.de queſtionibus cũ ibi no.ſecus
ſi nõ preceſſiſſent indicia.q… na tũc ſi facta fuit metu tormentorũ
non nocet … am ſi perſeu… in illa vt eſt caſus valde ſingu-
laris ⁊ notabilis in.l… queſtioni.ſecundũ vnam lectu
ram ⁊ ſequitur et… …linus ⁊ melius in opere ſuo
maleficiorũ.licet … in.l.vna.C.de confeſ.ſed nõ
1 bene quia contra … An autem cõfeſſio ſpõte-

a ¶ Perſeueret.qñ autẽ dicaf pſeuerare vid hic p.d.Abb.I iij.col.x.ſʒ hic quero.

Ayuntamiento de Madrid

facta ſtatim preiudicet in criminali.gl.tenuit qđ nõ niſi perſeue
retur in illa in.l.j.ff.de cuſto.reorũ.⁊.l.ij.C.in eo.tit.qđ eſt valde
no.ſi eſt verũ.tñ contrariũ tenuit Azo in ſumma de cõfeſ.⁊ etiã
Cy.in.d.l.ij.⁊ Bar.in.d.l.j.facit qđ habetur iij.l.ſeruos.C.ad.l.
12 iul.de vi.¶ Jtẽ adde qđ †cõfeſſio que fit ſub colore iracundie ⁊
indeliberate non nocet niſi perſeueretur in illa vt eſt text.cũ gl.
in cap.ex literis.j.de diuort. ¶ Jn ea.ibi item ex certa ſcientia.
13 ¶ † No.ex gl.tria primo q̃ cõfeſſio ex certa ſciẽtia facta preiudi
cat.ſcđo qđ facta per errorẽ non preiudicat ſi pbetur error. ter-
tio qđ vt reuocetur non ſufficit probari rem aliter ſe habere.ſed
probari dꝫ etiam error.Circa primũ cõclude glõſ.pcedere ſi fiat
confeſſio circa deciſoria.Si vero fiat circa preparatoria, tũc illa
non nocet ante lit.cõteſt.nec etiã poſt ſi aduerſarius fuit ſciens
rem aliter ſe habere.l.is qui ſe obtulit cum ſequẽti.ff.de rei ven.
Si aũt aduerſarius ignoraret.tũc ante lit.cõteſt.nõ nocet, quin
poſſit reuocari etiã alio non docto niſi captio aduerſarij inter-
ueniat vt quia fuiſſet petiturus ab alio niſi ſe obtuliſſet iſte vt
habetur in.d.l.is qui ſe obtulit. nam tũc non poteſt cõfeſſio re-
uocari,nec ſimiliter poteſt reuocari poſt lit.cõteſt.ex quo aduer
14 ſarius ignorauit.¶ † Circa ſcđm cõclude qđ aũt emanat cõfeſ-
ſio circa preparatoria,aut circa deciſoria iudicij.ſi circa prepara-
toria in caſibꝰ in quibꝰ dixi non nocere ſi fit ex certa ſciẽtia mul-
to minus nocebit ſi per errorẽ etiam iuris in alijs autẽ cõclude
qđ ſi emanet per errorem facti probabilẽ non nocet.Si autẽ per
errorẽ iuris.tunc ante lit.conteſt.non nocet.l.de etate.§.penul.
⁊ antepenul.ff.de interro.actio.⁊.d.l.is qui ſe.cum ibi not. Sed
poſt lit.conteſt.nocet.⁊ idẽ ſi per errorem facti non probabilem.
ita qđ cadat in latam culpã.nam tũc idẽ qđ in errore iuris.ſecus
ſi caderet in leuem vel leuiſſimã,quia tũc non nocebit probando
errorem.per ea que habẽtur in.d.§.qui iuſto.⁊ per Bart.in.l.ij.
ff.de cõfeſſis.Si autẽ emanat circa deciſoria tunc cõclude qđ ſi
cõfeſſio emanauit in cauſa que creſcit per inficiationẽ.tunc non
auditur volens illam reuocare etiam volẽdo docere de errore ⁊
rem aliter ſe habere per.l.ſi is qui.ſm vnum intellectũ.ff.de con
feſ.⁊ no.gl.in.l.error.C.de iuris ⁊ facti igno.⁊ per Bar.in.l.ij.ff.
e.Jn alijs autẽ cauſis cõclude qđ ſi erratur in iure.nocet qꝛ cen-
ſetur eſſe in lata culpa.l.liberorum.§.notãtur. cum ibi not.ff.de
his qui notã.infa.niſi eſſet perſona cui licet ius ignorare.l.regu-
la.ff.de iur.⁊ fac.igno.Jtẽ ſi ſit facta per errorẽ facti non proba
bilem qui cadit in latam culpã per ea que habẽtur in.d.l.ij.C.de
cõfeſ.ſecus ſi caderet in leuem vel leuiſſimã, qꝛ tunc non nocet ſi
reuocet ante ſñiam.Poſt ſententiam autẽ que tranſiuit in rem
iudi.non poſſet reuocari niſi qñ error in nullã culpã caderet etiã
leuiſſimã,qꝛ tunc poſſet reuocari per reſtit.in integr.ex clauſula
generali de qua in.l.j.ff.ex qui.cau.maio.⁊ pbatur in.l.cũ fideicõ
miſſus.ff.de cõfeſſ. [ADDJ Secus ſi fuiſſet ſñia nulla vel ab
illa appellatũ vel non trãſiret in rem iudicatã per no.j.de re iu-
di.lator ⁊ de deſpon.impu.atteſtationes.Jtẽ hoc verũ qñ ſentẽ
tia eſt lata ſm confeſſionẽ.ſecus ſi cõtra per not.de iureiur. mu-
lieri.⁊ quid qñ eſt nuda a productione inſtr̃i vel alias ſi fuerit vẽ
ſtita productione inſtrumẽti.dic vt no.per Jnno.j.de exceptio.
cum venerabilis vbi ponit an reprobato inſtrumẽto reprobe-
tur cõfeſſio.TJO.]Ante ſñiam aũt reuocaretur de iure cõi et
no.ibi per Bar.⁊ ſic non eſt neceſſaria reſtitutio,niſi fuiſſet con-
15 cluſum in cã vt no.Jo.mo.de reſtit. in integ.c.j.in.vj. ¶ † Circa
tertiũ cõclude q̃ ſi quis vult reuocare cõfeſ. ſui adminiſtratoris
vt pcuratoris vel tutoris vel curatoris ſufficit pbare rem aliter
ſe habere nec eſt neceſſe aliter de errore docere vt voluit gl.in.l.
certũ.§.ſed an ipſos.ff.de confeſ. ¶ Si autẽ quis velit ppriam
cõfeſſionẽ reuocare.tunc aut eſt facta extra iudiciũ.Aut in iudi
cio.Si extra iudiciũ ſufficit probare rem aliter ſe habere.ſi reuo
cans tractat de damno ⁊ aduerſarius de lucro.l.ſed ⁊ ſi me.ff.de
cõdi.inde.qđ no.p gl.in.l.cũ de indebito.ff.de proba.§. ſi.⁊.d.§.
qui iuſto.ſecus ſi aduerſarius etiã tractaret de damno. quia tũc
nõ ſufficit probare rẽ aliter ſe habere.niſi etiã probetur error vt
l.quãtũ.ff.ad velle.Si vero emanet circa iudicia tũc ſi circa pre-
paratoria iudiciorũ idẽ qđ qñ emanat extra iudicium vt voluit
gl.in.d.§.qui iuſto.Sed ſi circa deciſoria tunc probari dꝫ de er-
rore.⁊ ſic intelligatur iſta gl.⁊ dicetur probari error qñ apparet
erratũ in facto alieno.l.ſi.ff.pro ſuo.nã in facto alieno probabi-
lis eſt error vt ibi pꝫ.Potes etiã dicere q̃ in extraiudicialibus
⁊ etiam in preparatorijs iudiciorum probando rem aliter ſe ha
bere ſatis dꝛ pbari error.qꝛ in illis excuſat error etiã iuris ſed ſe
cus in deciſorijs ⁊ ideo opꝫ q̃ probe tale quid q̃ appareat cõ-
fitentẽ probabiliter erraſſe.Et aduerte qꝛ licet cõiter dicatur q̃
error iuris nõ eſt probabilis.Fal eſt error iuris extrauagã-
tis.l.cũ prolatis.ff.de re iudi.⁊ i vel ſi eſt error iuris
multipliciter intelligibilis vt .ij.ff.eo.⁊ facit qđ
16 no.Jnno.in.c.cũ ſpeciali.j.d aliter etiã poſſit
deprehendi quẽ erraſſe in i .ij.quia qñ infor-

matus a perito perpendit ſe erraſſe ⁊ itur illud cor-
bus.facit.l.ſi adulterium cũ inceſtu.§ de adul. ¶
ibi pro ſe non prodeſt.intellige hoc verum niſi per quandam
quentiam.l.ſi filius.in ſi.ff.de interro.actio.ve ſi quera de
conſcientia vt in.§.alie.inſti.de ac.per gl.fallit etiã in caſibus in
quibus ſtatur iuramento alicuius.de quibus in.l.preſenti.C.de
17 his qui ad eccle.confu.¶ † Quid autẽ ſi confeſſio ſit partim pro
ſe,⁊ partim cõtra ſe.dic ſi diuerſa ſunt capitula.nocet cõfitẽti.⁊
in nullo prodeſt.ſecus ſi ſit vnum capitulum vel plura cõnexa qꝛ
oportet q̃ aduerſarius in totũ acceptet vel in totum reprobet.l.
etiã.§.j.ff.de mino.de quo per Cy.i l.ij.C ona.ante nup.et
l.ſi quidẽ.C.de dona.ante nup.⁊ per Bar. .aurelius.§.idẽ.ff.
de liber.le.⁊ per dominũ Ant.in.c.ex parte decani.de reſcri.⁊.c.
18 bone el.ij.de poſtu.⁊c.¶ † Jn ea.ibi in iudicio.Et ſatis dicitur
eſſe in iudicio quãdo fit iudice ſendẽte pro tribunali.⁊ etiã ſi ſit
in camera.vel deambulet per palatiũ ſi cõfeſſio emanat per mo
dum voluntarie iuriſdictionis vel ſi emanet circa preparatoria
iudicij in quibus agitur de modico preiudicio.l. voluit.§. quod
ait.ff.de interro.act.⁊ idem ſi circa deciſoria in cauſis parui pre-
iudicij.l.nec quicq̃.§.de plano.ff.de offi.procon.⁊ le.ſecus ſi fiat
circa deciſoria in cauſis magni preiudicij per viam contentioſe
iuriſdictionis.nã tunc debet fieri iudice ſedente pro tribunali.l.
penultima.ff.de iuſtitia ⁊ iure.⁊ not.per Cy.⁊ Bar.in.l.vna.C.
19 eodem.¶ † Jn eadẽ ibi coram ſuo iudice.ſecus ſi fiat coram nõ
ſuo cuius iuriſdictio non poteſt prorogari.exemplum in.c. at ſi
clerici.de iudic.nam tunc non valuit vt iudicialis.⁊ ſic intellige
glõ.videtur tamen valere vt extraiudicialis per no.per Jnnoc.
de electio.per inquiſitionem de quo dicendũ vt ibi dictum fuit
⁊ ſecundũ hoc ſi producatur confeſſio coram competenti que fa
cta fuit coram incompetẽti.ſi probetur preiudicabit vt extraiu-
dicialis.ſed Bal.in.d.l.vna.C.eo.dicit hoc verum niſi confitens
dicat ſe illam reuocare.quia tunc non nocebit.⁊ ſic dat cautelam
vt reuocet ſi producatur contra eum.⁊ ſic limitat dictũ Jnn. in
c.per inquiſitionẽ.ſed certe hec limitatio nõ videtur bona quia
ſi valet vt extraiudicialis.nõ debet poſſe reuocari ex ſimplici vo
luntate.ſed demum probando rem aliter ſe habere per id quod
ſuperius dixi.Si autẽ iuriſdictio ſit prorogabilis,tunc ſi confeſ
ſio fiat poſt litẽ conteſtatam ſi prorogata eſt iuriſdictio per con
teſta.vt qꝛ inter ſcientes eſt facta valebit.Jdẽ ſi fiat ſcienter con
feſſio.ex quo iuriſdictio eſt prorogabilis qꝛ etiã per acta circa cõ
teſtationẽ põt iuriſdictio prorogari iuxta not.in.c.inter mona.
de re iudica.[ADDJ De cõfeſſione aũt facta corã iudice cõ
petenti in iudicio nullo, vide in.c.ſi. de reſtitu.ſpolia. ⁊ de facta
in cõtractu nullo.in.l.ſi ita ſtipulatus.§.chryſogonus.ff.de ver-
20 bo.obli.TJO.]Et no.gl.que innueret q̃ † cõfeſſio facta in iu-
dicio abſq; expreſſione cauſe.illa valet.licet ſecus ſit qñ ſit extra
iudiciũ.⁊ hoc propter autoritatẽ iudiciorũ.facit qđ habetur in
l.prima.in ſi.ff.de interro.actio.licet Jo.an.in additio.ſpec.e.ti.
ſuper.§.ſequitur dicat q̃ poterit tũc cogi exprimere cauſam ſed
cõiter tenetur q̃ etiam preiudicet.nulla facta expreſſione vt hic
tangit do.Ant.de confeſſione autem extraiudiciali plenius tã-
gitur in.c.ſi cautio.j.de ſi.inſtrumen.vbi diſtinguitur an fiat ad
liberandum an obligandum.Et ſi ad obligandũ an fiat cũ cau-
ſa aut ſine cauſa.de quo ibi dicetur ⁊ per Cy.in.l.generaliter. al-
21 legata in gl.Et tene menti q̃ † confeſſio extra iudicium facta nõ
valet neq; probat niſi haberet cauſam annexam.vt eſt confeſſio
facta in reali.nam ſi confiteor rem tuam eſſe habet cauſam an-
nexam:quia eſt dominus.facit quod no.in.c.ij.š.de libel. obla-
tio.ideo tunc valet vt no.etiam Bart.in.l.cũ falſa.C.de iuris et
facti igno.⁊.l.cum teſtamentũ.eo.tit.[ADDJ Si aũt fiat ex-
tra iudicium in criminali quid operetur.dic vt in.l.capite quin-
to.ff.de adul.⁊ per do.Ant.in.c.veſtra.de cõfeſſione facta coram
arbitro.Cy.in.l.j.C.eodẽ.in quinta.q.dicit q̃ valet vt extraiudi
cialis.Barto.contra ſi ſententia ſit emologata.per.l.penulti.C.
de arbi.TJO.]¶ Jn eadẽ gl.ibi alias non nocet.hoc verũ re-
gulariter.fallit primo ſi confeſſio fiat in his que pendẽt a volun
tate confitentis.quia tunc nocet etiã abſente aduerſario.l. pom
22 ponius.ff.de nego.geſt.coniuncta gl.vbi patet q̃ † põt quis ra-
tum habere ſuo nomine geſtũ etiã in abſentia alterius. quia ab
eius ſolius voluntate pendet dicta ratihabitio.Jtẽ fallit ſecun
dõ ſi fiat confeſſio ad liberandum.nam tunc ſcđm quoſdam no-
cet ſaltem quantum ad doli exceptionem ⁊ etiã in abſentia ad-
uerſarij.hoc tenuit gloſ.que reputatur ſingularis in.l.non ſolũ.
§.ſi liberationis verba.ff.de liber.leg.⁊ illam ſequitur hic domi-
nus Flo.Glo.tenuit contrariũ.⁊ illam ſequitur Bart. in.l.idem
in duobus.ff.de pac.vt no.ipſe Bar.plene in.d.§.ſi liberatiõis.
¶ Jtem fallit ſm do.Anto.Si emanet per modum iuriſdictio
nis voluntarie allegat.l.non eſt.ff.de manu. vin. ſed certe iſtud
non videtur verũ.primo per dictũ.§.ſi quis abſente.alleg. in gl.
qui loquitur indiſtincte.ſcđo etiam qꝛ confeſſio extraiudicialis
non nocet

Ayuntamiento de Madrid

... nocet facte ... parte ſcdm veram opi. vt no. Barto. in ... liberation ... trus aliter dixerit vt refert Cy. in.l. ... liter.C.de ... pecu.ergo eadē ratione non nocebit ... emanās p ... iū volūtarie iuriſdictiōis parte abſen ... ilit que ... qñ fiert alio recipiēte pro abſente.nā tūc bene nocebit ſi ab ... ns ratū habea ... er id qđ no. Bar.in.d.§.ſi libere
23 tiōis.¶†Itē fallit qñ fit in libello.nā licet libellus porrigat iudici abſente aduerſario.ꝛ poſtea per iudicē det aduerſario: nocebit cōfeſſio facta in libello.l.cū precum.C.de liberali cauſa.nā vī libellans mediante ſcriptura libelli loqui aduerſario.ꝛ ideo preiudicat ſicut ꝛ cōfeſſio facta in epiſtola alteri trāſmiſſa.l.publia.§.fi.ff.dep ... ō inte ... e niſi ipſa confeſſio reuocetur.qđ fieri pōt ante ... etiā nō probato errore.l. quoniā famileſ.ff.fami.her.ſc ... lit.cōte.demū ſi de errore pbat facit qđ no. Bart.in.l.nuda.ad fi.ff.de dona.ꝛ conclude φ ſi confeſſio fit in iudicio pſente pcuratore vel aduocato aduerſarij φ nocet.l.ſi fine.ff.de interro.actio.Si autē fiat ſolo iudice pſente.tūc aut poterat procedi contra abſentē ꝛ valebit cōfeſſio qꝛ eius abſentia alias iudicis repletur.l.properandū.§.ſinaūt.C.de iudi. Secus ſi nō poterat procedi.vt.d.§.ſi quis abſente.qđ intellige niſi iudex reciperet cōfeſſionē pro abſente.nā tūc videt φ valeat cū ſit publica perſona ꝛ querere poſſit parti in gerendis corā eo.l.eum pro quo.ff.de in ius vo.ꝛ.l.j.§.ius publicū.ff.de iuſti.ꝛ iu.
24 ꝛ qđ no.p Petrū in.l.j.ad finē.ff.de interro.act.Et qđ†dixi cōfeſſionē factā per epiſtolam nocere.intelligit hic notabiliter do. Ant.ſi epiſtola deueniat ad partē cui deſtinatur viuēte mittēte.ſecus ſi eo mortuo.allegat dictū ſingulare Inno.in.c.cum dilectus.j.de ſucceſ.ab inte.nam mortuus nō poteſt tunc fingi loqui
25 qđ tene menti.¶†In eadē ibi qui viuit.ꝛ ſic innuit gl. φ ſecus ſi ſit occiſus licet ab alio quā a confitēte qꝛ tunc nocebit cōfeſſio confitenti.ꝛ hoc clarū quo ad penā ciuilem vt ſi erat ſeruus alterius occiſus.nam tenebitur cōfitens emendare eſtimationē domino licet ipſe cōfitēs non occiderit.vt probatur in.l.inde nerati us.§.fi.allegata in gl.ſed dubiū eſt quid de pena perſonali ꝛ ſic criminali.an talis veniat puniendus.ꝛ refert Jo.andr.in addi. ſpec.eo.ti.ſuper.§.ſequitur.φ cōcordarunt oēs iuriſte de bergamo φ ſic.ſed contrariū tenuit Jac.de are.ꝛ bene.qꝛ tanta pena nō debet imponi innocēti etiā volēti perire.l.ſi non defendat.ff. de penis.ꝛ.l.j.§.fi.ff.de queſtionibus.nec ob.l.inde neratius.in §.vltimo.per quā fundabatur tenentes contrariū.qꝛ loquitur in pena ciuili ꝛ pecuniaria non autē in pena perſonali.¶In eadē ibi cū alio eſſe nō poteſt.puta qñ quis cōfitetur conuetus actio ne noxali illū qui re vera eſt liber homo eſſe ſuum ſeruū.nā pro damno dato per illum nō competit actio cū alio ſeu cōtra aliū ſed contra ipſum dantē ideo tunc nō preiudicat confeſſio.ſecus qñ eſſet ſeruus alienus alterius quam confitētis.nā tūc preiudicabit confeſſio.quia tunc noīe ipſius ſerui cum alio bñ pōt eſſe
26 actio noxalis.¶In eadē ibi non ſit contra ius.¶†No.ex glo. φ cōfeſſio contra ius nō valet intellige.qñ eſt expreſſus error.ſ. de re iudi.c.j.ꝛ.l.ij.C.qñ prouo.nō eſt neceſſe.ꝛ ex predictis etiā deſcendit φ poſitioni confitenti in iuris diſpoſitione non tenetur quis rñdere.quia ſi rñdeat ſecundum φ ius dicat nihil operatur.Si rñdeat cōtrariū illa etiā non nocet vt hic dicit gl. facit qđ notat glo.in.l.ornamentorū.ff.de auro ꝛ arg.lega.de quo in
27 c.j.ꝛ.ij.per glo.de confeſ.in.vj.¶†In eadē glo.ibi de re litigioſa.Aduerte qꝛ ſi ponderetur lex confeſſionibus.allegata in glo. appellatur res litigioſa.qñ ſit de eo cuius nomine cū alio actio eſſe poteſt ꝛ ſic ſuperflue videtur iſta pars gl.per id qđ dicit gl. ſupra in ver.vel ſi quis cōfiteatur.ꝛ ideo forte gl.in.l.vna de cōfeſſis iſtud non poſuit.Aduerte tñ quia dominus Ant.hic intelligit cōfeſſionē factā de re litigioſa quādo ſit ſuper re de qua pendeat lis.ꝛ dicit φ demum preiudicat cōfeſſio facta corā iudice quando ſit ſuper eo propter qđ iudex ſedet in iudicio.alias nō preiudicat allega.qđ habetur in.c.cū dilectus.ad finē.de ordi.cogni.vbi patet φ crimen de quo cōſtat per cōfeſſionē ſi incidēter per viā exceptionis illud fuit deductū.non punitur ſaltē ordinarie.facit quod habetur in.c.j.ſ.de excep.ꝛ hic pro hoc etiā allegat quod not.per Joā.and.in.c.veſtra.de coha.cleri.ꝛ muli. vbi ſcdm eū not.quod nō preiudicat delictum cōmiſſum corā oculis iudicis eo pro tribunali ſedente.quia non ſedebat ad finem talis delicti.ſed certe ſi bene ponderetur Joan.and.ibi dicit oppoſitum videlicet quod cenſetur delictū tunc eſſe notoriū quando ſit in conſpectu iudicis ſedentis pro tribunali. et iſtud videtur rationabilius.ꝛ ideo poterit procedi tanφ ſuper notorio.Fateor tamen quod requiretur citatio ꝛ ſentētia per id qđ not.in.c.ad noſtram.el.ij.ſcilicet de iureiurando.Fateor etia ... φ vbi confeſſio fit ſuper crimine incidenter deducto quando nō contingit negotium de quo agitur φ non preiudicat confeſſio talis quo ad penam ordinariam vt probatur in iuribus preallegatis.ꝛ not.etiam expreſſe Barto.in.l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.
28 reorum.¶†An aūt ſi quis confiteatur etiam vltra petitionem nunquid teneat confeſſio.tene qđ ſic licet aliqui tenuerūt cōtrarium vt hic tangit dominus Anto.ſed non bene quia nil repugnat φ ſi peto a te dece ſi tu confiteris φ nedum illa.ꝛ.imo etiā xx.debes qđ nō debeat ſtari tali confeſſioni per.l.vnicam. C.e.ꝛ l.de etate.ſ.de interro.act.¶In eadē ibi debet ferre ſententiā hoc verum in criminali.l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reorum.In ciuili vero diſtinguitur.an cōfeſſio ſit ex arrupto nō precedēte libello.an vero fiat libello precedēte vt dixi in alia lectione.¶In eadē ibi nō nocet ratio eſt quia nō pōt quis ſibi de facili preiudicare in libertate.ꝛ eadē ratione nō nocebit confeſſio facta contra matrimoniū.nec in beneficialibus.de quo hic per dominum Anto.ꝛ per Joan.and.in.c.ſi.de iureiurando.in.vj.ꝛ in.c.fin. de confeſſis.eo.libro.¶In gloſſ.fin.ibi excuſat.ꝛ eſt ratio quia error facti regulariter eſt probabilis.quod intellige quādo eſt in facto alieno.nam ſi in facto proprio regulariter nō cēſetur probabilis.ꝛ ideo equiparatur tunc errori iuris.ſ.de reſcrip.ab excommunicato cum ibi nota.fallit quando eſt error in facto proprio valde implicite.l.penul.ff.de confeſſis.ꝛ.l.ſumma cum ratione.ff.de pecu.vel quando eſt de longinquo.ff.de acqui. poſ.l. peregre.vel qñ pcedit a perſuaſione aduerſarij. l.j.§.fi. alias eſt lex ſecunda.ff.qñ acti.de peculio ꝛc.nam etiā error iuris quandoq eſt probabilis vt qñ eſt ſuper iure extrauaganti. vel ſuper iure ſup cuius intellectu ſunt opi.tetigi.ſ.cum alia gl.ꝛ tangit hic do.Ant.ꝛ facit qđ no.Jo.an.in.c.vno.de poſtu.plato.in.vj. ꝛ per Bar.in.l.ij.ff.eo.¶In eadē ibi pōt reuocari.de iſta cōfeſſione.ſ.aduocati.dictum fuit cū alia gl.ꝛ tangitur etiā in.c. cum
29 cauſam.j.de appel.¶†Extra glo.adde dictis do.Anto. primo inquantū dicit φ ſi fiat cōfeſſio in reali parte abſente φ illa valet qꝛ iuri reali poteſt renūtiari in abſentia alterius iuxta no.in c.veniens.de renun.per Inno.quia aliud eſt renūtiare iuri reali aliud eſt confiteri rem eſſe titij abſentis.ideo quo ad titiū non preiudicat iſta cōfeſſio ipſo abſente.p.l.certū.§.ſi qs.ff.de cōfeſ. ꝛ hoc ſatis fuit de mente Bar.in.l.cū teſtamētū.C.de iuris ꝛ facti igno.¶Itē adde inquātū dicit φ ſi cōfiteor in iudicio rē eſſe tuam qđ ex hoc trāſfertur in te dñium.nā hoc nō eſt verum niſi ſequatur traditio per id qđ no.in.§.ſi.inſti.de offi.iudi.ꝛ ſic intelligo dictū Bar.in.l.cū falſa.C.de iuris ꝛ facti igno.¶Itē adde inquātū dicit φ ſi cōfiteor te preſente rem eſſe tuā ꝛ me tuo noīe poſſidere.φ per hoc nō trāſfertur in te dñiū cū hic ſit fictus titulus ꝛ ficta traditio.ꝛ ſic nō operabitur trāſlationē dñij p ea que habentur in.l.ſi rē aliquam.ff.de acqui.poſ.ſecus dicit ipſe ſi cōfiteor rē ... nam eſſe ꝛ ipſam a te cōduco.qꝛ tūc trāſfertur dominium per.l.quiſquis.C.de dona.ꝛ fuit dictū Petri in.l.cū falſa. ſed hoc nō credo verū quia etiā hoc caſu eſt fictus titulus ꝛ ficta tradit ... o.nam video velle tibi tradere conducēdo a te.ꝛ video velle tibi donare confitendo rē tuā.ideo non videtur nocere per
30 no.in ... d.l.ſi rem aliquam.An†autem contra fictam cōfeſſionē pot ... t aliquid probari tangit hic do.Anto.ꝛ fuit dictum notabile ... Joan.and.in tit.de poſi.§.nouo.de quo dic vt ibi.ꝛ hic per do. ... to.ꝛ adde etiam quod habetur per Bart.in.l.eius qui.ff. de iu ... ſci.reliqua dicatis vt hic per eum ꝛc.

¶De ... obationibus. Rubrica.

¶Viſum ... ractati ... ſt in tit. precedenti de confeſſionibus per qua ... r ab onere probandi. verum quia in iudicijs ... ſunt ad negandum quam ad confi tendum ... funditur onus probādi in affir mante ... ideo ... ti.precedētem ponit iſtū. ad ne ... etur in decre.ij.q.j.iij.q.ix.vj.q. vlti ma.ꝛ ... repetitur in clemen.
1 ¶ ... onis releuatio.
2 Impe ... copo quo ad ſpiritualia.
3 Ex obli ... ali et ſic ex nudo pacto agi poteſt de iure ... ci
4 ... foro ... cleſi ... tico facta debet ſecūdum ius ca ...
5 A ... ſucce ... ut actiue ꝛ paſſiue id quod factum fuit cū predeceſſ ... tate.
6 Inſtrum ... p ... ium ede ... e non tenetur reus actori ad fun dandam ... ntē ... tionem.
7 Facere veritatem ... non eſt ... um vbi quis non arctatur ad e ... m exprimendam
9 ... am rationum ... ator ... eptorum ſi non habet officium de publico nec p ... ctus cuius vigore id facere teneatur an tenea ... tur ... um actori.ꝛ nu.10.
11 Edere inſtrumentu ... tenea ... reō ante litis conte.is qui de eo in libello facit m ... onem.
12 Editio inſtrumento ... n quo iure p ... atur.

Ayuntamiento de Madrid

a ¶ Reꝰ.idē ſummāt hic ceteri doct. Et adde.d. bar.ſoci.in regula.ce‑lx.v.habēs hāc regulā cū oībus limitatiōibꝰ ſuis.vid ibi oīno.⁊ oēs ſcribētes ⁊ de edē.l.edita.⁊.l.fina. ⁊ nouiſſime do.Jaſ.de may.

# E Repiſtole.

a Reusᵃ actori ſua ꝓpria inſtrumēta edere nō tenetur.h.d.in prima petitio.in ſcda ipſius repulſio.ſecūda ibi:ſed ad hec. ¶ Et no.bene ſuper rubrica dictū Jo.an.hic ꝙ cōfeſſio nō eſt proprie probatio.ſed ꝓbationis relevatio qđ no.ꝓpter
1 ſtatuta loquētia de ꝓbatione que debet intelligi ſcdm̄ propriū ſignificatuȝ.l.quicquid aſtringende.ff.de verb.obli.⁊ plene.in.l.
2 omnes populi.de iuſti.⁊ iur. ¶ † No.ex tex.ꝙ in cauſa inter imperatorem ⁊ ſubiectū ei iudex eſt papa.facit qđ habetur in.c.nouit.e.de iudi.⁊ hoc quo ad tēporalia.nā quo ad ſpiritualia etiā ſubeſt epiſcopo imperator vt in dicto.c.nouit.⁊.xi.q.iij.ſi autem vobis epiſcopis. ¶ No.ꝙ ex contractu principis cum ſubiecto princeps obligatur ſaltem naturaliter.Ciuiliter enim obligari non videtur cū illa deſcēdat ex legibus quibus ipſe eſt ſolutus. C.de legibus.l.digna vox.⁊ not.ꝙ talis obligatio habet effectū
3 exactiōis. ¶ † Et ſic no.ꝙ de iure canonico ex ſola naturali obligatione.⁊ ſic ex nudo pacto agi poteſt.de quo in.c.j.ſ.de pact.
4 ⁊.xij.q.ij.quicūq̧ ſuffragio.⁊.xxij.q.v.iuramēti. ¶ Not.ꝙ † vbi cauſa inter laicos tractatur in foro eccleſiaſtico dȝ decidi ſecundum ius canonicū.de quo in.c.qđ clericis.de foro cōpe.vbi ple‑
5 ne.⁊.j.de appel.ſi duobus. ¶ † No.ꝙ factū cum predeceſſore in dignitate tranſit ad ſucceſſorem actiue ⁊ paſſiue.facit.l.annua.
6 §.j.ff.de annuis lega.⁊ qđ no.in.c.j.ff.de ſolu. ¶ † No.ꝙ nō compellitur reus edere inſtrumētū propriū actori ad fundādā eius intētionē. ¶ Et ex hoc no.ꝙ nō artatur quis in foro cōtētioſo ad faciendū ea que ſunt contra ſe etiam in finem veritatis.Per
7 hoc etiā no.ꝙ † tacere veritatem nō eſt peccatū vbi quis non artatur ad exprimendā.⁊ ſic videtur qđ in contentioſis nō ſemper neceſſitetur quis ex toto ſequi anime iudiciū facit qđ no.in.c.cu
8 pientes.per gl.de ele.in.vj. ¶ † Jn glo.ij.ibi.ſ.reo. quaſi ſentiat gl.ꝙ reus nō tenetur edere ſua inſtrumēta actori ad ipſius actoris intentionē fundandā:ſed ecōtra bene teneatur ipſe actor edere reo ad ſuam exceptionē probandaȝ.⁊ eſt hec cōis opi.de qua p gl.⁊ doct.in.l.fi.C.de edēdo. ¶ Unde potes cōcludere ꝙ reus nō tenetur edere ſua inſtrumenta actori.intellige ad ſuam intentionem fundandam vt predixi.vt ſi actor petat a reo.x.ex cā mutui vel depoſiti.⁊ dicat reum habere de hoc inſtrumentū ⁊ illud petat ab eo edi.certe nō tenetur vt.l.qui accuſare.C.de edē. Et hoc fallit in fiſco cui reus tenet edere ſua inſtrumenta ad ipſius fiſci intentionē fundādā.l.ne quicq̄.ff.de eden. [ADDJ Fallit vbi quis illo vtitur vt tangit gl.Jtem fallit in cauſa criminali fauore matrimonij ⁊ propter peccatū euitandū vt tangitur in Spec.de inſtr.edi.§.vidēdū.verſic.ex premiſſis.TJO.] ¶ Sed ad coadiuuandā intētionē actoris bn̄ tenetur reus edere ſua inſtrumenta actori.vt ſi actor petat rem ex cauſa vēditionis a reo ⁊ producat inſtrumentū.ſed ſit dubiū de confinibus ⁊ dicat reū habere ſuper ipſis confinibus inſtrumēta.certe tenebitur edere quia iam fundata eſt intentio actoris per inſtrumentū venditionis productū.⁊ ſic ſolū petitur editio ad coadiuuādā eius intentionē.facit.l.predijs.§.pe.ff.de leg.iij.Jdē ſi actor petat ad replicationē iuuandam.vt ſi actor petit legatū a reo.⁊ probet legatū ibi factū ⁊ reus excipiat legatū nō deberi.qꝛ nō ſufficiant vires heredita.ſi actor replicet ꝙ imo ſufficiunt.vt pōt apparere ex inſtrumētis hereditarijs.qui ſunt penes r[e]ū ⁊ pet[it] illa edi. Certe dȝ audiri actor ex quo principalis [in]tentio ſu[a] [e]ſt fundata.⁊ ſolū petit ad probandam replicatio[nem] [...] [i]ſa replicatione cēſetur quodāmodo reus ⁊ ideo [...] [p]er actorem ad probandā exceptionem ſic [...] [ſ]i actori ad probandā replicationē.l.maritus [...] Et hec procedunt qn̄ reus petit edi inſtrum[en]t[a] [...] [q]uæ [...]utem eſſent propria ipſius actoris teneretu[r] [...] [...]t etiā vēdicari per actorē.l.j.⁊.l.iij.§.ſi.ff.ad e[xhibendum] [...] [...]ſa ratione proprietatis.vt qꝛ ſunt ipſius actoris [...] [...]agit qn̄ ambo ſunt coheredes reſpectu inſtrumētor[um] [...] [...]riorū.l.ſi que.ff.fami.hercīſ.Si autē ſint cōia ſolū r[...] [...]lita vt quia in ipſis cōtinetur vtilitas acto[r]is ⁊ re[i] [...] mento emptionis ⁊ venditionis [...] [q]ā cōe [...] [v]enditori quo ad vtilitatem.⁊ in rationibus cōtinent[ibus] [...] [e]t accepta hincinde.⁊ tunc ſi tale inſtrumentū cōe ſeu c[...] [c]ōmunem vtilitatē ſit propriū ipſius rei quo ad propri[e]tate[m] [...] qꝛ venditor conuentus ab emptore habet inſtrumētū v[en]ditionis penes ſe qđ redemit a tabellione.⁊ tun[c] [...] q[ua]ſi iſto n[on] tenetur edere [...] licet contineat cōem vtilitatē.q[...] [...]ge ſm̄ Jnno.niſi magna cauſa aliud ſuadeat.vt qꝛ forte a[...] [p]erdidit ſuū inſtrumētū [...] ⁊ originale tabellionis eſt perem[ptum] [...] [...]ore caſu incendij.nā tūc ne veritas pereat iudex ex officio [p]oteri[t] [c]ogere reum ad edendum inſtrumentum venditioni[s] per eu[m] [re]demptum.argu.l.ij. C.de eden.⁊.xxx.q.v.iudicant [...]em.⁊ facit q[...] [...]io.per dominos de rota in ſua concluſione.ccxi[...]ij.vbi videntu[r] plus velle ꝙ ſuffi‑

tiat actorē iurare ſe non poſſe habere inſtr[umen]tū.ar.l.theſaurus.ff.ad exhiben.Sed tutius eſt ten[ere] [...] Jnn.qꝛ alias facili poſſet eludi diſpoſitio huius dec[retalis] [...] illū iuriū decre.cōmiſſa.§.porro.de elec.in.vj.Si [...] [ſ]int cōia quo a[d] [vti]litatē.⁊ cōfecta ſint per illū a q[uo] [re]petātur vigore [...] [contra]ctus pretorij vel quaſi cōtractus vt in ra[tioni]bus cōfectis a procuratore vel tutore.vel curatore tūc bene tenetur reus edere ex quo vigore cōtractus vel quaſi initi cū ipſo actore ipſa inſtrumenta cōfecit.Jdē ſi rōne publici officij quis talia inſtrumēta cōfecerit.vt contingit in tabellione.nā tenetur tabellio inſtrumēta per ſe cōfecta cuilibet edere qui pretēdat vtilitatē ex inſtrumento.faciat l.ſi.cū plene no.maxime per Bar.ff.de tabu.exhibē.⁊ ſimiliter ſi argentarius qui de publico eligebat cōfic[iebat] [ratio]nes mandato alicuius expreſſo vel tacito tenebatur edere [...] [illa]s rōnes etiam contra ſeipſum ex quo cōem vtilitatem continebant ⁊ rōne publici officij erant confecta.Jdē ſi ſit penes cuſtodem de publico deputatū ad cuſtodienda inſtrumenta.oīa ſibi data.nā tunc talis tenetur edere cuilibet pretēdenti vtilitatē ex inſtrumēto etiā ſi faciant contra ipſum cuſtodientē.j.de preſcrip.ad audiētiā.et C.de fi.inſtru.aut.ad hec.ſecus ſi deputatus eſſet ſolū ad cuſtodienda inſtrumenta priuata alicuius principis.vt hic eſt caſus cōiūcta gl.prima.Et per predicta etiā patet qđ acta que cōtinēt cōem vtilitatē actoris ⁊ rei.debēt edi p tabellionē vtriq̧ parti. Sed ſi vna pars redemit vnū exēplū.licet in forma autētica non tenebit illud edere alteri parti.niſi ex magna cauſa vt.ſ.in ſimili dixi licet alij dicāt indiſtincte qđ acta tāq̄ cōia ſemp ſint edenda petenti.Sed precedens dictum vr̄ verius.qꝛ licet contineant cōem vtilitatem tn̄ ſunt propria ipſius redimentis.ideo nō te‑
9 netur edere. ¶ † Et per predicta etiā patet an cōficiens librū rationum datorū ⁊ acceptorū ſi non habeat officiū de publico nec precedat cōtractus cuiꝰ vigore id facere teneatur an teneatur dictū librū edere actori.nā videtur qđ nō.quia tales rationes licet contineant cōem vtilitatē ſunt priuate ⁊ proprie ipſius ſcribentis, ideo vr̄ qđ nō teneatur reus edere per regulā illius tex. Nec
10 obſtat † qđ habet in cle.j.de vſuris.vbi vſurarius tenet edere librum rationum.qꝛ illud eſt ſpecialiter inductū per illam cle.j.in ipſorū odium ⁊ propter periculū animarū.⁊ ita ibi tenet glo.ſecundum quā niſi emanaſſet illa clemen.de iure fuiſſet dicendum contrariū.ſed dominus.Flo.hic dicit ꝙ quilibet publice exercens artem vel miniſteriū.ſi conficiat librū rationū tenebitur illud edere.arg.l.j.⁊.l.ꝑtor.ff.de eden.⁊ iſta eſt ratio ſm̄ eū quare vſurarius compellitur.⁊ ſic nō erat ſpeciale in vſurario.Sed certe poteſt eſſe qđ etiā publice nō feneratur.⁊ ſtabit tn̄ diſpoſitio illius clem̄.ideo ſua opinio non vr̄ bona.Preterea ſolū reperitur iure cautum de libris rationū qui cōficiūtur per argentarios qui de publico eligebant ⁊ ſic loquunt iura allegata p do.Flo. ideo in alijs vr̄ remanere regula huius decre.⁊ ſic tutius eſt tenere gl.in dicta cle.j.licet aliq legiſte aliter dicāt in.l.j.C.de edē. ¶ Et predicta intellige niſi ſtatutū vel conſuetudo aliter diſpo
11 nat p.l.de quibus.ff.de legi. ¶ † An autē qn̄ aliquis facit mentionē in libello de aliquo inſtrumento teneat illud edere reo añ lit.conteſt.vt poſſit deliberare.An vero ſufficiat ꝙ poſt lit.conteſt.producatur.tāgit hic Jnn.⁊ dicit ꝙ debet edi ante lit.cōte. ſi illud in promptu habeat actor alias ſufficiat edere poſt lit.cōteſt.Dic melius ꝙ aut fit mentio de inſtrumento in libello limitatiue puta qꝛ actor dicit qđ reus ꝓmiſit ſibi.x.ex tali cā.prout continetur in tali inſtrumēto confecto manu talis notarij.⁊ tūc procedit dictū Jnno.qꝛ dictio prout eſt limitatiua.l.edita.ad finē.⁊ ibi p Bar.C.de edē.vn̄ poſſent eſſe alique limitationes in inſtrumento quas ſi forte reus ſciret aliter deliberaret.ideo dȝ ſibi edi inſtrumentū.⁊ hoc intellige niſi ipſe reus veriſimiliter illud haberet penes ſe vt ſi legatarius agat cōtra heredeȝ ⁊ dicat ſibi relicta fore decē prout patet in teſtō.nā qꝛ heres veriſimiliter debet habere teſtm̄ penes ſe nō tenebitur legatarius edere. poſtq̄.§.ſi dies.vt.leg.no.ca.⁊ ibi per Bar.ſi aūt nō fit mētio limitatiue ſed declaratiue vt qꝛ dicat actor ꝙ reus dȝ ſibi decē ex tali cauſa.⁊ qđ de hoc appareȝ inſtrumentū manu talis notarij tunc ſufficit poſt lit.conteſta.producatur ex quo ſolum fit mentio declaratiue non limitatiue.de quo per Barto.in dicta.l.edi‑
12 ta.ad fin. ¶ † Quo aūt iure petatur editio.dic vt per gl.in dicta cle.j.⁊ in.l.quedā.⁊ ibi p Bar.ff.de eden.in princi.qꝛ eo caſu quo pōt peti.petitur actione ex eo cōtractu vel quaſi ſi precedat contractus vel quaſi cuius vigore ad id teneat alias officio iudicis per titulū de edēdo ⁊ hoc ſi eſt ſcriptura inter viuos.Si vero ſit ſcriptura vltime volūtatis petitur per interdictum de tabulis exhibendis ſi reus faciat controuerſiā ⁊ neget ſe habere. Si vero fateatur petitur per edictū quēadmodū teſtamēta aperiātur. ⁊ per hec habes ſubſtantialiter expedita illa que tangit hic do. Ant.qui etiam tangit an ſufficiat producere particulam ſtatuti de quo per Bar.ſuper rubrica.ff.de ope.no.nun.

Co[n]ſuetudo

Ayuntamiento de Madrid

1 Ter conſuetudo [illegible] aliquid additur plene probationi
2 Con[illegible]tudo in[illegible]ucen[illegible] s cogatur ad iurandum licet plene
probauerit non valet.
3 Conſuetudo addens ſubſidiariam probationē plene probatio
ni velut irrationabilis non valet.
4 Conſuetudo que vult ꝙ ad probationem neceſſario requiratur
tres teſtes an valeat.
5 Probatio per teſtes an valeat vbi ſtatuto cauetur ꝙ per teſtes
a certa quantitate ſupra probari non poſſit.
6 Ex pacto nudo in terris imperij non naſcitur actio.
7 Statutum ꝙ probatio non poſſit fieri niſi per tres teſtes an ſit
tolerandum.
8 Conſuetudo ꝙ teſtamētū fiat cum duobus teſtibus an valeat.
9 Pactum ꝙ non poſſit probari ſolutio niſi per inſtrumentum
an valeat.

a

# Sicut conſuetudo.

Nō valet[a] cōſuetudo q̄ vl
tra plenā probationē exigit iuramentū. h.d. Primo
narrat conſuetudinē. Secundo illā improbat. Scda
1 ibi: nos cū. ¶ † No.j.ꝙ non valet cōſuetudo per quā aliqd addi
tur plene probationi.idē vr̄ ſi illi detrahat.j.eo.ad noſtram. An
aūt poſſit conſuetudo reſtringere ad vnā ſpēm probationis. tā
gitur in ſpec.de inſtr.edi.§.cōpendioſe.verſi.ſed nunquid de cō
ſue.ꝛ ibi p Jo.an.in addi.ſpe.ꝛ adde etiā qd̄ notat Spe. in titu.
de probatio.§.fi.verſi.ſed pone.vbi tāgit an pactum poſſit fieri
ꝙ nō poſſit probari ſolutio niſi p inſtrumētū.de quo etiā p gl.§.
qꝛ vero.in aut.vt debi.ꝛ cre.matres.ꝛ.j.aliquid tāgit.ꝛ etiā tan
2 gitur in.c.ſi diligenti.de fo.compe. ¶ † No.ꝙ conſuetudo indu
cēs ꝙ quis cogat ad iurādū licet plene pbauerit nō valet ratio
eſt qꝛ vr̄ inducere quē ad iurādū ſine cā.qd̄ fieri nō debet.j.de iu
3 reiur.ꝛ ſi chriſtus. ¶ No.ꝙ † conſuetudo addens ſubſidiariam
probationē plene pbationi velut irrationabilis nō valet.facit
j.de pur.ca.cū dilect⁹. ¶ In gl.ſcda.in fi.vel dic ꝙ ideo irratio
nabilis erat cōſuetudo.qꝛ inducebat quē ad iurandū ſine cauſa
qd̄ eſt cōtra ius diuinū vt in.c.ꝛ ſi chriſtus.de iureiur.illa aūt rō
qꝛ cōſuetudo eſt cōtra ordinē iudicioꝝ nō eſt ſimplr̄ bona pro
pter ea q̄ habent in cle.ſepe.de ver.ſig. Et qd iuris qn̄ conſuetu
4 do inducit p errorē habet plene in.c.fi.de cōſue. ¶ † Extra glo.
aduerte qꝛ p iſtū tex.vr̄ ꝙ nō valeat cōſuetudo q̄ vult ꝙ ad pro
bationē neceſſario requirant tres teſtes.qꝛ ſicut nō valet cōſue
tudo q̄ ad plenā pbationē adijcit iuramētū partis ſic nec vr̄ va
lere cōſuetudo que vltra plenā probationē adijcit iuramentū te
ſtis. Sed attendendū ꝙ contrariū tenuit Jo.an.in.§.cōpendio
ſe.in ver.ſed nūquid.de cōſue.quē ſuperius alle.ſ.ꝙ valet cōſue
tudo ꝙ pbatio nō poſſit fieri niſi per tres teſtes qꝛ ſi cōſuetudo
facit probationē inualidā.j.de fi.inſtru.c.cū dilectus.ita ꝛ vali
da inualidā alle.xij.di.nos ꝯſuetudinē.ꝛ qd̄ legit ꝛ no.de cle.cō
iu.cū olim.ſed.d.Ant.dicit hoc verū ſi nemo locupletet cū alie
na iactura ſi probatio alia nō valeat. Exēplū poni pōt ſi in con
tractu donationis exigūtur tres teſte[s] qꝛ ſi duo tantū interue
niāt.licet pbatio nō valeret.nō locupletabit qs cū aliena iactu
ra. Exemplū ſi in cōtractu depoſiti vel mutui nō interueniſſent
niſi duo teſtes.ꝛ cōſuetudo requireret in quolibet cōtractu tres
nā tūc ſi habeo plenā ꝛ clarā probationē duoꝝ teſtiū probātiū
de meo debito debebit ſufficere faltē de equitate canonica per
capl̄m cū eſſes.ꝛ.c.relatū.j.de teſta.ꝛ de teſt.in omni.ſed forte di
ctū Jaco.de are.ꝛ Jo.an.eſt verius de iure.qꝛ conſuetudo ꝛ lex
pōt adijcere numero teſtiū vt pꝫ ex his q̄ habent in.l.fi.C.ſi cer.
5 peta.ꝛ.C.de teſtamē.l.hac cōſultiſſima. ¶ † Et p hoc etiā vr̄ qd̄
valeat ſta[tutū] qd̄ a certa quātitate ſupra nō poſſit probari per
teſtes.nā etiā in multis caſibus iura volūt probationē fieri per
ſcripturā ꝛ nō p teſtes vt patet in.c.j.cū ibi no.p gl.de cen.in.vj.
dñs tñ Ant.hic tenet contrariū.qn̄ eſſent teſtes valde idonei.et
qn̄ quis locupletaret cū aliena iactura.ſed verius vr̄ qd̄ dixi.ꝛ
ſic etiā de facto ſeruatur forte tñ per viā denūtiatiōis euāgelice
poſſet in foro eccleſiaſtico fieri denūtiatio.ꝛ in illo ſufficeret p
batio duoꝝ teſtiū idonioꝝ per id qd̄ habet in.c.nouit.de iud.
6 vbi etiā in ſimili patet qd̄ licet in terris imperij ex † pacto nudo
naſcatur actio tñ per viam denuntiationis euangelice poterit
deduci obligatio talis pacti ad forū eccleſiaſticum vt ibi voluit
Inno.ꝛ etiam Bar.in extrauaganti ad reprimendam. in verbo
denūtiationem.ꝛ ſic eadē ratione ex quo in propoſito deficit re
mediū in foro ciuili.nō deficit in foro canonico per viā denūtia
tionis ne alias quis in periculū anime ſue locupletetur cū alie
na iactura.ꝛ tene menti diligenter iſtud dictū propter ſtatutum
huius ciuitatis ꝛ ſimiliū locorum.qd̄ diſponit nō probari poſſe
per teſtes a certa ſumma ſupra. Et qd̄ dixi ſupra valere ſtatutū
vel conſuetudinē.qd̄ nō poſſit fieri probatio p teſtes vr̄ intelli
gendū qn̄ in certis caſibus hoc diſponit.ſecus ſi indiſtincte di

ſponeret qd̄ nō poſſit fieri probatio per teſtes qꝛ nō videtur tūc
valere ſtatutū vel cōſuetudo.qꝛ licet ius diuinum poſſit diſtin
gui per ius poſitiuum [illegible] nō tñ pōt ex toto tolli.vt legitur
ꝛ nota.in.c.que in eccleſiarū.de conſtitu.ꝛ per gl.ꝛ doc.in.l.fi.C.
7 ſi cōtra ius vel vti.pub. ¶ An autē poſſit tolerari ſtatutū † qd̄
nō poſſit fieri probatio niſi per tres teſtes.dic ꝙ ſi reſtringat ſe
ad certā quantitatē vt ſic ſupra illā non poſſit fieri probatio niſi
per tres teſtes vr̄ qd̄ valeat per id qd̄ ſuperius dixi ꝛ qd habet
in.l.fi.cum ibi notatis.C.ſi cer.peta. Si autem indifferenter di
ſponit requiri tres teſtes.tunc eſt magis dubiū.tñ forte poſſet
defenſari qd̄ valeat.qꝛ nō videtur cōtra ius diuinum cū illud nō
ſimpliciter dicat ſtari dicto duoꝝ ſed dicit ꝙ in ore duorum vel
triū [illegible] verbū.j.de teſti.in omni negotio.ꝛ.j.de iudi.no
uit. Sed ſi diſponeret indifferenter requiri quatuor bene eſſet
tūc cōtra ius diuinū.nec obſtat predictis inquātū dixi valere ſta
tutum ꝛ conſuetudinē qd̄ a certa quantitate ſupra requirantur
quatuor vel quinqꝫ vel in certo caſu puta in codicillis ꝛ in teſtō
etiam requirantur.vt ſecundū ius ciuile.l.fi.ad finem.C.de co
dicillis.et.l.hac conſultiſſima.C.de teſta.nā licet iſtud videat cō
tra tex.in.c.cum eſſes.ꝛ.c.relatum.de teſtamen.in ratione ſui.et
propter illū tex.dominus Anto.ibi teneat leges predictas non
tenere.tñ cōmuniter tenetur contrariū vt patet ex not.in dicto.
ca.que in eccleſiarum ꝛ in dicta.l.fina.C.ſi contra ius vel vti.pu
bli.ꝛ.j.de teſti.c.licet.ꝛ.iij.q.iiij.in ſumma ꝛ.c.j.nec obſtant capi
tula preallegata.quia ratio ibi poſita nō debet ſic generaliter ſu
mi prout ſonat ſed reſtringi ad legata ad pias cauſas.vel ad ter
ras eccleſie.ꝛ ſic videtur eſſe de mēte illoꝝ tex.alias ſequeretur
quod non procederet diſpoſitio illius decreta.cuꝫ eſſes que ex
8 preſſe dicit ꝛ tenuit † quod teſtamentū factum coram tribus te
ſtibus non valeat.niſi etiam ſit factum coram preſbytero paro
chiali.ꝛ tamē attēta ratione ibi poſita dum dicit qd̄ in ore duo
rum vel trium ſtat omne verbū deberent ſufficere tres teſtes. et
ſic alias de facto conſului apud ciuitatem ferrarienſem.et idem
voluit ſpecu.in titu.de inſtrumen.edi.§.compendioſe.ꝛ facit qd̄
not.glo.in dicto.c.licet vniuerſis. ¶ Item adde inquantum do
minus Anto.hic poſt Joan.andr.in additio.Spec.ſequentem
Jac.de arena.dicit ꝙ non valet conſuetudo qd̄ teſtamentū poſ
ſit fieri cum duobus teſtibus.niſi conſuetudo inducatur de ex
preſſo cōſenſu principis.vel niſi euidens neceſſitas vel vtilitas
faueat conſuetudini.vt quia damnoſum eſt in loco ſeruari legeꝫ
requirentem plures.quia forte non poſſunt haberi propter oc
cupationem quam habent ad mercantias.ꝛ ſic limitat.l.fi.C.de
teſtamen. ¶ Sed forte contrariū verius eſt de iure in hoc vlti
mo.quia lex indifferenter reprobat conſuetudinem diſponentē
ꝙ poſſit fieri teſtamentū cum minori numero quinqꝫ teſtiū ideo
non videtur ꝙ valeat conſuetudo ex quo eſt expreſſe reprobata
per id quod not.per gloſſ.in.c.j.de conſtitu.in.vj.et quod nota.
etiam in.c.fina.de conſuetudine.ꝛ quod nota.etiam per Cyn. in
l.ij.C.que ſit longa conſuetu.circa finem.niſi interueniat expreſ
ſus conſenſus principis.fateor tamē quod eſſet iuſta cauſa prin
cipem adeundi vt talem cōſuetudinem approbaret per id quod
habetur in ſimili in.c.ſuggeſtum.j.de deci. ¶ Vltimo tangit hic
9 dominus Antonius.an † valeat pactum quod non poſſit pro
bari ſolutio niſi per inſtrumentū.et licet fuerunt ſuper hoc tres
opinio. Quia aliqui dicunt quod non.alij oppoſitum. Tertij di
cunt attendi debere qualitatem teſtium vt ſi ſint teſtes legaliſſi
mi poſſit fieri probatio.non obſtante pacto. Iſtam tertiam ſe
quitur dominus Antonius quam dicit eſſe equam ſaltem in
ſpecta equitate canonica ne quis locupletetur cum aliena ia
ctura.ꝛ ipſam etiam videtur ſequi Specu.in titulo de probatio
ni.§.finali.verſicu.ſed pone.ſed aduerte quia gloſſ.ſingularis te
nuit oppoſitum in.§.quia vero.in autentico vt ſine prohibitio
ne debitrices et credi.matres colla.vij.vbi gloſſ.dicit quod tale
pactum non valet.quia videtur contra publicam vtilitatem. in
qua conſiſtit probationum facultas in autētico de teſti.in prin
cipio.que non debet anguſtari.l.quoniam.ad finem.C.de here
ti.et forte iſta opinio.[ADD] Cuius contrarium tenetur in
l.cuſtodias.§.j.ff.de publi.iudi.ꝛ in capitu.ſi diligenti.ſ.de foro
competenti.[TJO.] verior videtur de iure. ſicut videtur in ſi
mili quod pactum factum contra fauorem dotis.licet reſpiciat
fauorem mulieris fauor dotis tamen quia ſecundario reſpicit
etiam vtilitatem publicam.l.j.ff.ſoluto matrimo.nō valet.l.de
die.ff.de pactis dotalibus. S[i] tamē iuraſſet ſeruare pactum.vi
detur quod teneat iuramentu[m].ex quo non eſt contra publiceꝫ
vtilitatem principaliter licet [ſ]it ſecundario.ſicut in ſimili ſerua
tur iuramentum preſtitum per mulierem ſuper dote.j.de iure
iuran.cum contingat.et [ſic] etiam tenuit ſpecu.in dicto verſicul.
ſed pone cū ſequenti.di[cens] tamē quod tunc iudex ex officio poſ
ſet teſtes facere teſtificari pro veritate eruenda. argu. ca.ad no
ſtram.el.ij.j.de iureiu.qd̄ eſt [contra].tamē re vera illud.c.loquitur in

a ¶ Non vſ idē ſummāt hic do.Fel. ꝛ an. ſicu. lꝫ d. Abb.po nat hic du plex ſūmarium.ꝛ vide hic.d.andr. ſicu. ampliſſime ſcribētem. et do. Fel. pcedētē p cōcluſiones pulchras.

Ayuntamiento de Madrid

alio caſu : ſcilicet in iuramento preſtito ſuper vſuris in quibus
magis vertitur periculum aiarum.ideo tene mẽti dictum ſpe
cu.qui videtur extendere illud.c.ad caſum ſupra poſitum et ad
materiam facit quod habetur.ĩ.eo.ad noſtram ſecundum eum
tene menti.

1 ☞ Beneficia priora vacant per promotionem ad epiſcopatũ.
2 Canonicus poteſt agere in iudicio pro ſua prebenda ⁊ poſſeſſio
nibus ipſius prebende.
3 Canonicus dicitur poſſeſſor prebende ſi illam poſſideat.
4 Proprietas quando deducitur principaliter in iudicio non re
leuat poſſeſſorem ab onere probandi.
5 Probationes quando ſunt equales que alteri preponderet.
6 Clerici habentes prebendas cenſentur vſufructuarij.

a ¶ In cõi. idẽ per oĩa ſumĩnãt h d.Abb.do. And.ſicu.⁊ Feli.

b ¶ Epis de legari.adde hic.d.and.ſi culũ paulo poſt pri.v. ſed de vno.

a **Ex literis.** ¶ In cõi[a] iudicio pbare debet
actor ⁊ reus ⁊ ſi pariter probant
reus abſoluitur niſi actor fauorabilẽ cauſam foueat.
h.d. ¶ In prima ponitur conſultatio. In ſecũda re
ſpõſio. In tertia reſpondet cuidã tacite obiectioni. ſecũda ibi:
1 ad qd.tertia ibi:nã poſſeſſori. ¶ † No.i.ſcdm vnum intellectum
ſcdm quẽ ſcribebatur epiſcopo ciſtercienſi quod epiſcopus po
teſt habere prebendam.intellige quando ex cõſuetudine priui
legio vel ſtatuto eſt annexa dignitati epiſcopali.de conceſ. pre
ben.cũ noſtris.⁊.c.poſtulaſtis.⁊ de appella.c. penultimo.in.vi.
Regulariter contra.quia per promotionẽ ad epiſcopatum va
2 cant priora beneficia.ſ.de elect.cum in cũctis. ¶ † Nota ſecũdo
ſcdm aliũ intellectũ quod canonicus poteſt agere in iudicio pro
ſua prebẽda ⁊ poſſeſſionibus ipſius prebẽde.nam tale ius agen
di competit ſibi eoipſo quod conceſſa eſt ſibi adminiſtratio pre
ben.facit quod habetur.ſ.de elect. tranſmiſſam. ⁊.l.ait pretor.
ff.de iure deliberandi.⁊ dicit Inn.qd ſi vult agere contra cano
nicum eiuſdẽ eccleſie debet agere nomine prebẽde nã prebenda
habere poteſt poſſeſſiones ⁊ iura ſibi aſſignata ſicut ⁊ ecclia pa
rochialis.ĩ.de preben.expoſuiſti.⁊ de eccleſiis edi.ad audientiã
⁊.ĩ.de his que fiunt a prela.paſtoralis.ſi autẽ vult agere contra
extraneũ.dicit quod agere poteſt nomine eccleſie.tamẽ tunc de
beret habere cõſenſum prelati ⁊ capituli ipſius eccleſie.ſ.de pro
curato.c.i.videtur tñ innuere ꝙ etiam contra extraneum poſſit
agere nomine prebende ex quo habet adminiſtrationem ipſius
prebẽde.licet nõ habeat dñium rerũ ſed adminiſtrationẽ. quia
poteſtas agendi ſequitur poteſtatem adminiſtrandi ſecundum
no.de reſcriptis.c.edoceri.facit.l.ait pretor.§.i.ff.de iure delibe
ran.⁊ comparari poteſt fructuario.vt tangit hic gl.i.⁊ etiã in.c.
preſenti.de officio.ordi.in.vi.vbi bona glo.dicit etiam ꝙ vbi ec
cleſia eſt annexa prebende vt contingit interdũ de prebẽ. ſuper
eodem li.vi.⁊.ĩ.de preben.extirpande.§.qui vero.quod quia tũc
prebenda eſt quid principale.etiam de iuribus et rebus eccleſie
agi debet nomine prebẽde.argumen.l.iuſtiſſime.ff.de edi.edic.⁊
3 facit quod habetur in dicto.c.ſuper eo. ¶ † Nota ꝙ canonicus
dicitur poſſeſſor prebẽde ſi illam poſſideat.⁊ etiam late dicitur
prebenda ſua.licet proprie ⁊ ſtricte reſpectu dominij nõ ſit ſua.
ĩ.de dona.ceterũ.⁊ facit quod notat glo.accur.l.ij.§.i.ff.de origi
ne iuris.vbi dicit ꝙ etiã coloni interdũ dicunt poſſeſſiones eſſe
4 ſuas lato ſumpto vocabulo ſeu latiſſimo. ¶ † Nota qd vbi pro
prietas principaliter deducitur in iudicio non releuat poſſeſſo
rem ab onere probandi.de quo per dominũ Anto.in.c. cum ad
ſedem.de reſtitutio.ſpolia.⁊ aliquid per Innocen.ĩ.de preſum
ptio.illud.⁊ per.Barto.in.l.quidã.ff.de conditio.inſtitu. vbi no
tabiliter loquit. ¶ Nota ꝙ in duplicibus iudicijs quelibet pars
ſuſtinet vices actoris ⁊ rei.⁊ ideo ſimul ab vtraqꝫ parte ſunt te
ſtes admittẽdi.alias prius eſſent accipiendi teſtes actoris prout
habetur in.l.circa.ff.de probatio.et in clemen.ſepe.de verbo.ſi
5 gni. ¶ † Nota ꝙ que probatio alteri preponderet ſpectat ad iu
dicis declarationẽ.facit.l.iii.§.i.ff.de cenſibus.⁊.ĩ.de teſti.in no
ſtra.⁊.l.ob carmen.§.fina.ff.de teſti. ¶ Nota ꝙ ceteris paribus
fertur regulariter ſentẽtia pro reo.niſi actor foueat cauſam val
de fauorabilẽ.de quo in gl. ¶ Nota qd poſſeſſor aggrauat one
re probãdi exceptionẽ per eũ propoſitã.vbi aũt actor nihil pro
baret obtinet reus.etiã ſi nihil probet.l.fi.C.de reivendi.⁊.ſ.de
6 cauſa poſſeſſio.cũ eccleſia. ¶ † In glo.i.in fi.Not.bene ꝙ clerici
habentes prebẽdas cenſentur vſufructuarij.ſed de hoc dic ple
ne vt not.per gloſ.in.c.preſenti.de offi.ordi.in.vi.que eſt melior
de corpore iuris. ¶ In gloſ.ſecunda.in fi.quelibet ſolutio eſt in
ſe bona.⁊ pro ſecũda facit.i.q.vij.c.tali.vel dic tertio qd ſi loqui
mur in actibus ſeu officijs incõpatibilibus.⁊ tũc nõ põt quis
ſuſtinere vices duorũ.ideo nõ poſſet eſſe aduocatus ⁊ iudex ra
tione cõtrarietatis.qr aduocatus debet inſtare p parte ſua. ſed
iudex debet eſſe medius ⁊ nõ pẽdere magis pro vna parte quaꝫ
pro alia de re iudi.cũ eterni.li.vi.⁊.C.de aſſeſſo.l.nemo.Si autẽ
ſint cõpaſſibilia.tũc in his que ſunt iuriſdictionis volũtarie po
teſt quis ſuſtinere vices duorũ vt.l.ſi conſul.de adop.⁊ idem vbi
alia neceſſitas vel vtilitas hoc ſua ... iuribus allega.in
glo.ſecus in iuriſdictione contenti... le a quo.§. ...
uum.ff.ad trebel.De materia iſta ... ſumptio. man ata.⁊
xxxix.diſt.c.ſingula.

1 ☞ Cauſa matrimonialis delegari conſueuit epiſcopis.
2 Iuramento viri creditur ſuper copula carnali niſi probetur con
trarium per matronas.
3 Peritis in arte creditur.cum iuramento de credulitate : nec te
nentur iurare de veritate.
4 Sententia vbi fertur per dicta teſtium deponentium de credu
litate poterit retractari ſi per teſtes peritiores probetur contra
rium.

**Propoſuiſti.** In virginitate proban
da atteſtatio matronarũ
aſſertioni viri preferẽ hoc dicit.⁊ eſt cõis diuiſio.ſcds
1 ibi:vt igitur. ¶ † Nota ꝙ interdũ inferiori epo dele
gatur cauſa matrimonialis.regulariter tñ conſueuit epiſcopis
delegari.[b] de quo per Io.an.ſ.de offi.dele.cãm matri. ¶ † Not.
ꝙ licet ſuper copula credatur iuramẽto viri.ĩ.de deſpon. impu.
c.cõtinebatur.tñ hoc intelligitur niſi cõtrariũ probetur per te
ſtimoniũ matronarũ. ¶ Nota vnaꝫ ſpeciẽ probandi ſcilicet per
3 aſpectũ. ¶ † Nota qd creditur peritis in arte.de quo in.l.iuriſiu
randi.C.de teſti.⁊ tex.ſingularis.in.l.ſemel.C.de re mili.lib.xij.⁊
l.i.§.i.de vẽtre inſpi.vbi per Bar.⁊ per eũdem etiã in prima cõ
ſtitutione digeſtorũ.⁊ aliquid etiã in ſpec.de probatio.§. viden
dũ.ver.inſtrumẽtorũ. ¶ No.ar.ꝙ credatur matronis.⁊ ſic peri
tis in arte ſine iuramẽto.cũ litera hic dicat teſtimonijs que veri
ficantur etiã ſine iuramento.ĩ.de cohabi.cle.⁊ mulie.tua.Sed in
cõtrariũ videt text.in.l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecũ. nup.
⁊.l.nemini.C.de aduo.diuer.iudi.Glo.iuris ciuilis variãt.nã in
l.cõparationes.C.de ſi.inſtru.dicit ꝙ tenentur iurare cõtrariũ di
cit in.l.i.§.i.ff.de vẽtre inſpi.⁊ in.l.iuriſiurãdi.C.de teſti.Sed cõ
corda illas vt hic tangit.d.Ant.⁊ voluit Bar.in prima cõſtitu
tione digeſtorũ quiã nõ tenentur iurare de veritate. ſed ſufficit
ꝙ iurent de credulitate.Et idẽ Io.an.ĩ.de frigi.c.fraternitatis.
ſuper glo.ij. ¶ In glo.i.in fi.Et ſic diſputabatur de actu copu
le ad fineꝫ ſeparationis matrimonij.tñ hoc caſu qñ allegabatur
frigiditas vel maleficiũ viri nõ debet matrimoniuꝫ ſeparari niſi
ſeruata forma.c.laudabilẽ allegati in glo.poteſt etiã intelligi ꝙ
hic mulier volebat ingredi religionẽ dicẽs matrimoniũ nõ eſſe
cõſummatũ per carnalẽ copulã.de quo in.c.ex publico.ĩ.de con
uer.cõiu.vel dicebat ſponſalia de futuro nõ trãſiſſe in matrimo
niũ per copulam quia nõ interuenerat. ¶ In gl.ij.ibi probatio
iſta fallit.vnde dic ꝙ ſtatur huic probationi,niſi appareat con
trariũ.⁊ dicit Io.an.in additio.ſpec.in titu.de homi.§.i.ver.ſed
pone.ꝙ cũ hec probatio ſit de credulitate poterit probari cõtra
riũ etiã poſt latã ſñiam per teſtes peritiores cõtrariũ deponen
tes.⁊ per hoc retractabit ſñia, facit.ĩ.de purg.vulg.c.ij.nã videt
4 tũc fuiſſe lata p falſos teſtes.⁊ tene menti hoc dictũ ꝙ vbi † ſñia
fertur p dicta teſtiũ deponẽtiũ de credulitate.poterit retractari
ſi probetur poſtea cõtrariũ per teſtes magis peritos ⁊ p hoc pa
tet qd licet credat peritis in arte ſua.tñ plus credit magis peri
tis.facit qd no.in ſpec.de pba.§.fi.ver.hoc quoqꝫ.⁊ aduerte etiã
qr vbi plures reperiuntur periti.non debet vnus ſolus adhibe
ri.ſecus quando vnus tãtum reperitur in loco in aut.de nõ alie.
§.quod autem.colla.ij.⁊ not.Barto.in.l.i.§.i.de ventre inſpi. et
vbi eliguntur tales periti eligendi ſunt de voluntate partium
ſi concordant.alias per iudicem eligentur.facit quod habetur in
l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecun nup.

1 ☞ Inſtrumento ſigillato creditur ad preiudicium ſigillantis.
2 Sigillum appoſitum inſtrumento preſumitur appoſitũ de vo
luntate eius cuius eſt ſigillum.
3 Alternatiua poſitio vel exceptio an ⁊ quando admittatur.
4 Singulis de capitulo an ⁊ quando credatur.
5 Negatiua coartata ad factũ certarũ perſonarũ cẽſet probabilis.
6 Inſtrumentum poteſt reprobari per teſtes ⁊ quando.⁊ nu.8.
7 Teſtes domeſtici an admittantur in ſubſidium.
9 Teſtes duo idonei ⁊ omni exceptione maiores reprobãt inſtru
mentum.
10 Inſtrumento an potius credatur ꝙ teſti ſi factum eſt de longo
tempore.

**Tertio loco.** Probatio teſtium prefer
tur inſtrumento.Et primo
ponitur queſtio.ſecundo reſponſio. ſecunda ibi : ſed
1 quoniam. ¶ Nota primo ꝙ † inſtrumẽto ſigillato cre
ditur ad preiudiciũ ſigillãtis donec cõtrarium probetur. ¶ No
2 ta † ꝙ in dubio ſigillũ appoſitũ inſtrumẽto preſumit oppoſituꝫ
de voluntate eius cuius eſt ſigillũ.de quo p Inno.in.c.i.⁊.ij.ĩ.de
3 ſi.inſtru. ¶ Nota ex litera ibi adulterinã vel furtiuã ꝙ † poſitio
vel exceptio alternatiua admittit qñ in vtraqꝫ pte alternatiue
concluditur

Ayuntamiento de Madrid

concluditur inte[illegible] ntis vel excipientis.fact.ſ.de reſ[illegible]
ex parte.ſ.⁊.j.q[illegible] legi.per tuas.¶ Nota ꝙ in geſtis p
[illegible] in inſtr[illegible] creditur ſingularibus de capitulo
etia[illegible] ad om[illegible] apitulo.de alijs geſtis dic vt not.j.
5 de teſtibus.in.c.inſuper.⁊.c.cum [illegible]untius.¶ † Nota ꝙ negati
ua coartata ad factum certarum perſonarum cenſetur pꝛobabi
6 lis.de quo plene in.c.bone.el.j.ſ.de elec.per glo.⁊ doct.¶ † No
ta inſtrumentum poſſe repꝛobari per teſtes deponentes cõtra
ipſum inſtrumentum.de quo in glo.et p Inno.j.de fide inſtru
men.cum Joannes.et per Bart.in.l.j.in fi.ff.quemadmodum
teſtamenta aperiantur.¶ Nota qđ etiaꝫ ſuper directo contra
rijs articulis videntur admitti teſtes etiam publicatis atteſta
tionibus quando vltima pꝛobatio venit ad confirmationẽ pꝛo
bationis inſtrumenti repꝛobati vt hic videtur colligi in fine a
contrario ſenſu.de quo dicendum vt habetur in.c.cum clamoꝛ.
et.c.ex tenoꝛe.j.eo.⁊ clemen.teſtibus.de teſtibus.¶ In [illegible].ibi
admittuntur indirecte vel dic ſm Inno.ꝙ hic non eſt vera pꝛo
batio:ſed pꝛeſumptio cui ſtatur donec cõtrarium pꝛobetur.fa
cit.l.ſiue poſſidetis.C.de pꝛoba.et quod not.in.c.is q.j.de ſpõ.
vel tertio hic admittitur pꝛobatio de negatiua.qꝛ cõſiſtit in cõ
ſcientia deponentiũ q ſuper illa debent eſſe plene infoꝛmari.fa
cit quod no.glo.in.§.alie.inſtitu.de act.in glo.magna.vel quar
to dic ꝙ negatiua hic poteſt cadere in ſenſum teſtis.ideo poteſt
pꝛobari.nam poteſt teſtis audire verbum nolo.ſicut verbũ vo
lo.et ideo cum hic potuerint audire dicẽtes nolle fieri aliena
tionem.ideo admittuntur ad hoc pꝛobandũ.de quo per Joan.
and.in.d.c.bone.el.j.et per Cy.in.l.actoꝛ.C.de pꝛoba.¶ In ea.
ibi et cõſul.hoc pꝛocedit ſm antiqua tempoꝛa ſm que maxime
ante aduentũ chꝛiſti ponebantur in inſtrumentis vltra nomẽ
imperij nomina conſulũ tunc regnantium ex quib⁹ conſueue
rat eligi imperatoꝛ ipſo deficiente.ſed hodie iſta nomina conſu
lum non ponuntur.de quo.j.de fi.inſtr.inter dilectos.per glo.⁊
in aut.vt pꝛeponatur nomen imperatoꝛis.in tex.⁊ glo.colla.v.⁊.l.
generali.C.de tabularijs.li.x.⁊ ibi bona glo.Et not.bene ꝙ vbi
inſtrumentum non vult qs redarguere de falſo debet edi totũ
excepto dic.intellige ſi interſit petentis totum ſibi edi.alias ſo
lum ſibi edetur quaten⁹ intereſt eius.licet iudici ſuper toto fiat
editio:vt poſſit videre quatenus interſit.j.de fide inſtrumento.
accepimus.⁊.C.de pꝛeci.ipera.offeren.l.fi.⁊ ibi per Cy.⁊ Bar.
7 ⁊ per do.Ant.ſ.eo.c.j.circa fi.¶ † In glo.fi.ibi non conſueue
runt admitti.et ideo in ſubſidiũ admittuntur etiã teſtes dome
ſtici.ad idẽ.l.conſenſu.§.ſuper plagis.C.de repu.et.ſ.de elec.cũ
dilecti.ſecus vbi ſm naturam regularem actus conſueuerunt
etiam extranei admitti.quia tunc lꝫ caſualiter non fuerint ad
8 miſſi.non admittentur teſtes domeſtici.l.etiã.C.de teſti.¶ † In
gl.fi.in fi.⁊ ſic cõcludit gl.ꝙ in caſibus in quibus iura pꝛohibẽt
pꝛobari contra inſtrumentũ non poteſt fieri pꝛobatio per te
ſtes contra ipſa inſtrumenta.In alijs autem caſibus concludit
ꝙ bene poteſt repꝛobari inſtrumentũ per teſtes.tñ iudex debet
conſiderare qualitatem negotij.quia ſi eſt negotiũ quod melius
pꝛobatur per inſtrumentũ vt factuꝫ de longinquo.tunc magis
credetur inſtrumento ꝙ̃ teſtibus.Si vero poſſit eque põt pꝛo
bari per teſtes ⁊ inſtrumenta.tunc poterũt teſtes repꝛobare in
ſtrumentũ.tamen debebunt eſſe quatuoꝛ.nec ſufficiunt duo vel
tres per rationem glo.do.Ant.hic dicit ꝙ dꝫ cõſiderari an au
toꝛitas tabellionis pꝛeponderat autoꝛitati teſtiũ.an ecõtra.Et
ſi ſint equalis autoꝛitatis iudicabit pꝛo inſtrumento.ſed Inn.
9 in.c.cũ Joannes.de fi.inſtr.dicit ꝙ † duo teſtes idonei ⁊ oĩ ex
a ceptione maioꝛes repꝛobant inſtrumentũ.[a] quia cũ inſtrumẽ
tum capiat vim a ſola autoꝛitate tabellionis.iuſtum eſt ꝙ pꝛe
feratur dictuꝫ duoꝛũ teſtium idoneoꝛũ autoꝛitati vnius cuiuſ
cũqꝫ ſit autoꝛitatis.⁊ iſtud videtur rationabilius.nec obſtat ra
tio glo.qꝛ bis ideꝫ aſſumitur in argumento.nam dum dicitur qđ
inſtrumentũ habet vim duoꝛũ teſtiũ.iſtud eſt pꝛopter autoꝛita
tem tabellionis ſcribentis inſtrumẽtũ cũ autoꝛitate ſeu cũ ſub
ſcriptione duoꝛum teſtiũ.⁊ ideo ſi poſtea dicitur.et tabellio ha
bet vim vnius teſtis in effectu repetitur idẽ.ideo argumẽtatio
non pꝛcedit.⁊ pꝛo tanto cũ ab vno ſolo alio non pꝛobato ſumat
vim inſtrumentũ,videtur ꝙ pꝛeferri debeat dictũ duoꝛũ teſtium
per id quod habetur in.c.in omni.j.de teſti.⁊ de materia in.c.cum
Joannes.pꝛealleg.⁊ p Bar.in.l.j.in fi.⁊ ibi etiam plene dixi.ff.
quemadmo.teſta.aperiantur.¶ Et nota bene ex glo.que vide
tur velle ꝙ ſi teſtes deponant cõtra acta iudicij.plus credatur
ſcripture actoꝛis.ſed contrariũ ſenſit glo.in.l.ſi pꝛetoꝛ.ff.de iu
di.⁊.l.in exceptionibus.ff.de pꝛoba.⁊ iſtud videtur verius ſi te
10 ſtes ſint idonei per.c.in omni.j.de teſti.¶ † Item etiam not.ex
gl.ꝙ vbi factũ eſt de longinquo magis creditur inſtrumento ꝙ̃
teſti.nam hoc non videtur pꝛocedere ſi eſſent teſtes notabiles
qui bene dicerent ſe recoꝛdari.et non eſſet adeo longum ꝙ non
poſſent bene recoꝛdari p regulã dicti.c.in omni.Et ſi dicerent
ſe non bene recoꝛdari.clarũ eſt ꝙ ſtabitur inſtrumento.in.c.cũ
Joannes.cum ibi no.j.de fide inſtru.Et not.qđ dixit glo.de iu
dicijs [illegible] quibus hic tangit do.Anto.⁊ per Jo.an.in ſpe.eo.ti.
§.videndum [illegible]

1 ☞ Pꝛomitto [illegible] accipere in vxoꝛem:per iſta verba cõtrahũ
tur ſponſalia de futuro.
2 Teſtes ſponte [illegible]ferentes an repꝛobent teſtimonium.
3 Publicatis a[illegible]ibus non debent admitti teſtes.
4 Sentẽtia lata ſup [illegible]dimẽto matrimonij cõtrahendi trãſibit
in rem iudicatam ſi [illegible] appelletur.

b **Uerauit quidam.** In cauſa matri
monialiᵇ vbi agi
tur de matrimonio cõtrahendo publicatis atteſta
tionib⁹ teſtes pꝛoduci non poſſunt.hoc dicit.Uel ali
ter.Contra dicta pluriũ teſtiũ vnus teſtis admitti non dꝫ.h.d.
¶ Et eſt cõmunis diuiſio.conſultatio ⁊ reſponſio.ſecunda ibi:
quia vero.¶ No.j.ꝙ ſm iſta tempoꝛa extẽdebat ſe pꝛohibitio
matrimonij vltra quartũ gradũ.hodie ſecus.j.de cõſan.et affi.
1 non dꝫ.¶ † No.ꝙ per hec verba pꝛomitto te accipere in vxo
rem contrahuntur ſponſalia de futuro.de quo in.c.ex literis.j.
2 de ſpon.¶ † No.ꝙ ſi teſtes ſponte ſe offerant ad teſtificãdũ.nõ
repꝛobatur teſtimoniũ.qđ intellige in materia vbi agitur de pec
cato vitando.alſ viderentur ſuſpecti.de quo dic vt p Bar.in.l.
poſt legatũ.§.is vero.ff.de his qui.vt indi.¶ No.ſm vnũ intel
lectum ꝙ non admittitur pꝛobatio vnius quando p plures eſt
3 pꝛobatũ.¶ † No.ſm aliuꝫ intellectũ quod dictũ eſt in ſumma
rio.gl.dicit ꝙ publicatis atteſtationibus non debẽt admitti te
ſtes.⁊ arguit.¶ In gl.j.ibi ꝙ illa non tenebat.hec ſolutio pote
rat pꝛcedere anteꝙ̃ decre.illa eſſet redacta ad volumen cõpila
tionis appꝛobate.nam multe fuerunt cõpilationes ante hanc
quarũ alique non erant appꝛobate.vt plene no.p Joan.and.in
pꝛoemio huius libꝛi.Sed cũ hodie ſit redacta in hoc volumine
appꝛobato nõ poteſt dici ꝙ nõ habeat vim decretalis.ideo te
ne ſolutionẽ gl.j.poſitam in ver.poteſt dici.ſ.ꝙ hic loquitur in
matrimonio contrahendo.ibi in iam contracto.et ratio eſt vt
etiã ſenſit gl.qꝛ nõ tantũ periculũ vertitur in contrahendo ſicut in
contracto.⁊ qꝛ licet iuraſſent adinuicẽ contrahere matrimoniũ
tamẽ poſſent ſibi inuicem remittere tale iuramentũ.vt not.per
4 Jo.an.in.c.ij.j.de ſponſa.⁊ ideo † ſñia lata ſuper impedimẽto
matrimonij contrahendi tranſibit in rẽ iudicatã.ſi nõ appelle
tur.quia ſumus in materia in qua partes poſſunt ſibi pꝛeiudi
care per id quod pꝛedixi.et non appellando videntur tacite ac
quieſcere ⁊ conſentire ſententie.l.ab eo.C.quõ ⁊ qñ iudex.et.j.
de re iudi.qđ ad conſultationẽ.ideo tunc ſicut obſtat ſñia.ita ⁊
publicatio.nã videtur imputandũ parti que ante publicationem
neglexit pꝛducere teſtes ſuos.ſed ſecus vbi agitur de matrimo
nio iam contracto.qꝛ partes tũc non pñt in tali caſu aliquid di
ſponere.nam ſi vere eſt matrimoniũ inter eos contractũ ⁊ non
ſubeſt impedimentũ.non poſſet ſeparari ex partiũ conſenſu.qꝛ
non põt diſſolui niſi per moꝛtẽ.ex quo fuit carnali copula con a
ſummatũ.j.de tranſla.c.ij.⁊ de conuer.coniuga.ex publico cum
ibi no.⁊ de eo qui cog.conſan.vxo.ſue.c.ſuper eo.Ideo tũc ſen
tentia contra matrimoniũ non tranſit in rem iudi.etiam ſi non
appelletur:qꝛ vitium ſñie non eſt p partes remiſſibile.⁊ ideo ſi
cut nõ obſtat ſñia ⁊ publicatio.vt in.c.latoꝛ.⁊.c.cõſanguinei.al
legatis in gl.ita nec etiã obſtabit ſola publicatio.⁊ ſimiliter ſi re
uera ſubeſt impedimentũ non poſſunt iſti ſimul habere copulã
ſine peccato,nec poſſunt partes in hoc pꝛouidere ſeu ſibi remit
tere.et ideo licet ſententia feratur pꝛo matrimonio.tamen non
videtur tranſire in rem iudi.cum vitium ſentẽtie nõ ſit p partes
remiſſibile.ideo etiam tunc videtur ꝙ non obſtabit publicatio
quominus ſuper impedimento poſſint pꝛoduci teſtes de quo b
etiam dicetur in.d.c.ſeries.¶ In ea.ibi añ publicationẽ igno
rabat.not.bene ꝙ vbi pars que vult pꝛoducere teſtes poſt pu
blicationem.non potuit eſſe pꝛeuiſa de eo qđ teſtes dixerunt ꝙ
tunc ſibi non obſtat publicatio.de quo in.c.ex tenoꝛe.j.de teſti.
et per Jo.an.in tit.de teſte.ſuper.§.iam de interrogatoꝛijs.ver.
item queri debet.

1 ☞ Habilitas vel inhabilitas perſone quando conſideratur dꝫ
attendi tempus quo actus ad perſonam applicatur.
2 Excõmunicatio ipſo iure reddit pꝛocurationem ſeu mandatũ
pꝛocuratoꝛis nullam.et nu.6.
3 Litere oꝛdinarij ſi non habent ſigillum nec ſubſcriptionem non
pꝛobant.
4 Literis oꝛdinarij an credatur in extraiudicialibus.
5 Literis delegatoꝛum an ⁊ quando credatur.
6 Tempus quo quis cõſtituitur pꝛocuratoꝛ attendi debet ⁊ etiã
tempus aſſumptionis mandati.⁊ nu.8.
7 Pꝛocuratoꝛ excõicatus ſi cõſtituatur cũ poteſtate ſubſtituen
di valebit ſubſtitutio.

a ¶ Repꝛo
bãt inſtrm.
addõ.d.Fel.
i.c.cũ Joã
nes.de fi.in
ſtrumẽ.vbi
plene trac
tat p qt te
ſtes repꝛo
bari poſſit
inſtrm.

b ¶ In cau
ſa matrimo
niali.idem
ſummãt H
do.Abb.
and.ſicu.et
Fel.paucis
tñ additis.

Ayuntamiento de Madrid

a ¶ Procu/ratoꝛ.dom. abb.multi/pliciter ſum mat hoc.c. tñ finaliter ponit iſtud ſummariũ. ſicut.d.Fel. et Joan.de imo.hic.

1 Poſt ceſſionem. Procuratoꝛ excõica/tus tẽpoꝛe aſſũ[...]ptionis mãdati ab agendo in iudicio repell[...]. Primo ponit cauſam repulſionis [...] re pulſione.ſecunda ibi:ptum. ¶ Nota primo [...] oꝛdinarij creditur de actu ſententie excõmunicationis [...] aſſerit ſe in aliquẽ pꝛomulgaſſe. ¶ Nota etiã ar.generali[...] literis oꝛdi/narij credatur donec pꝛobetur contrariũ [...] ¶ † Nota ꝙ in cõſiderãda habilitate vel inhabilitate [...] attẽdi vide/tur tempus quo actus ad perſonam app[lica]tur.ꝛ ideo in cõſti/tutione pꝛocuratoꝛis attẽditur an tẽpoꝛe aſſumptionis manda/ti ſit excõmunicatus.facit qđ habetur in.c.[...] de preben.li.vj. ¶ Et nota quia a contrario ſenſu videretur [...] non inſpicitur tempus quo mandatũ datur.ꝛ ſic videretur ꝙ ſi tẽpoꝛe cõſtitu/tionis pꝛocuratoꝛis ipſe pꝛocuratoꝛ erat excõicatus ſed tempo/re in quo aſſumit officium nõ eſt excõmunicatus ꝙ tunc valere debeat qđ ab eo agetur.ꝛ hoc videtur ſentire hic dominus An/to.in notabilibus.ſed contrarium ſenſit hic glo.ꝛ ipſe idem do/minus Ant.etiam poſtea circa finem lecture huius.c. tenet op/poſitum.ꝛ iſtud videtur verius cum etiam in[...] potiſſime ſit ponderandum.de elec.quod ſicut.§.ꝛ ideo non debet in hoc ſumi contrarius ſenſus tanꝙ iuri contrarius.ſi autẽ tempoꝛe aſſum/ptionis officij eſſet excõmunicatus.ꝛ poſtea tempoꝛe quo agit reperitur abſolutus non videtur admittendus ex quo manda/tum fuit nullũ per regulam nõ firmatur.de regu.iur.in.vj. ſecus ſi tẽpoꝛe aſſumptionis officij non fuit excõmunicatus.nec tem/poꝛe conſtitutionis ſed poſtea.nam tunc non nocebit ſi tempo/re quo agit reperitur abſolutus.ex quo mandatum fuit aliquod a pꝛincipio.
2 ¶ † Et ex pꝛedictis not.ꝙ excõmunicatio ipſo iu/re reddit pꝛocurationẽ nullam ſeu mãdatũ pꝛocuratoꝛis ſi tem/poꝛe cõſtitutionis vel aſſumptionis reperitur excõmunicatus. ¶ Nota ꝙ iudex poteſt ex officio repellere inhabilem ad agen/dum ad idem qđ habetur in.c.exceptionem.ĩ.de excep.ꝛ.l. quos pꝛohibet[b].ff.de poſtulando. ¶ In gl.j.in fin.ſuper hoc articulo an credatur literis epiſcopi[c] vel oꝛdinarij varie fuerunt opinio/nes.vt hic refert Joan.an.ꝛ Joan.calde.ꝛ etiã ſucceſſiue domi/nus Anto.imo ipſe Innocẽ.met variauit ꝛ poſuit plures opi/niones.vt patet ex no.per eum in.c.j.ĩ.de fide inſtrumen.ꝛ in.c. ij.ꝛ in hoc.c.Et de materia etiam per gl.in.c.cure.xj.q.j.ꝛ per ar/chidia.de elec.vt circa.li.vj.ꝛ per Guil.in ſpecul.de pꝛobatio. §.ſi.verſi.ꝛ.
3 ¶ † Concludo ꝙ ſi litere oꝛdinarij non habent ſigil/lum nec ſubſcriptionem nõ pꝛobant cum ſint litere tunc priua/te facit.l.inſtrumenta.C.de pꝛobatio.ꝛ.ĩ.de fide inſtrumẽto.c.j. ꝛ.ij.Si autẽ litere ſint ſigillate ſigillo epiſcopi.tunc aut ſunt ſcri/pte manu publici tabellionis.ꝛ tũc pꝛobant.l.in donationibus. C.de dona.quod intelligo quando ſunt ſcripte in forma auten/tica cũ ſigno tabellionis ꝛ ſubſcriptione eius ſubſcribẽtis etiã teſtes.nam tunc crederetur etiam ſine ſigillo.l.cum precibus.C. de pꝛobatio.ſecus ſi ſolũ eſſent ſcripte manu tabellionis.quia tunc idẽ eſſet ac ſi manu priuata eſſent ſcripte.l.ſcripturas.cum ibi notatis.C.qui potioꝛes in pig.habeãtur. Interdũ vero ſunt litere ſigillate ſigillo epiſcopi ꝛ habent ſubſcriptionem teſtium. ꝛ tunc ſi ſunt ſubſcripte manu teſtium videtur ꝙ pꝛobant per id quod habetur in.c.cum a nobis.ĩ.de teſti.ꝛ.ĩ.de fide inſtrumen/to.ca.ij.ꝛ per id etiam quod hic tetigit Joan.and.ꝛ hoc videtur clarum ſi teſtes recognoſcerent ſuas ſubſcriptiones per.l.ſed et ſi quis ex ſignatoꝛibus.ff.quemadmodum teſtamenta aperian/tur.Si autem non recognouerint ſuas ſubſcriptiones.tũc ma/gis eſt dubium an interim credatur tamen Joan.and.hic.ꝛ do/minus Ant.videntur velle ꝙ ſic per iura pꝛeallega.quaſi ſit pꝛe/ſumptio.tũc pꝛo ipſis literis ex quo habent ſubſcriptionem te/ſtium per quos poſſet apparere de veritate.ideo tunc credatur ſicut creditur inſtrumento tabellionis:in quo ſubſcripti ſunt te/ſtes donec aliud pꝛobetur.Si autem teſtes non ſunt ſubſcripti manu pꝛopꝛia.ſed alias ibi ſunt per aliũ ſubſcripti.tunc an fa/ciant fidem eſt magis dubium per id quod tetigit hic Joan.an. circa repꝛobationem opinionis Hoſtiẽ.quia ſcribens literã po/tuit de facili etiam ſubſcribere teſtes.tamen Joan.cal.ꝛ domi/nus Anto.poſt eum adhuc tenent idem.ſ.ꝙ credatur niſi aliud pꝛobetur per iura pꝛealleg.Et poſſit eſſe ratio quãm ſupꝛa teti/gi.quia pꝛeſumendũ eſt ꝙ ſi veritas aliter ſe haberet poterit per teſtes deſcriptos ꝛ nominatos illud apparere.ideo in dubio cre/datur.ex quo litere habent ſigillum autenticũ ꝛ ſubſcriptionem pꝛedictam.facit.ſ.de pꝛocura.c.j.ꝛ quod habetur in.d.c.cum a nobis. Interdum vero litere ſunt ſcripte ſub nomine epiſcopi vel oꝛdinarij ꝛ ſubſcripte manu teſtium non tamen ibi eſt ſigil/lum.ꝛ tunc ſunt litere priuate quibus creditur contra ſcriben/tem ſi appareat eum ſcripſiſſe. ¶ An autem credatur cõtra ter/tium recurrendum eſt ad.l.ſcripturas.C.qui potioꝛes in pig. ha/beãtur. Interdum vero ſunt litere ſigillate ſigillo epiſcopi ſine ſubſcriptione aliqua teſtium.ꝛ tunc v[...] [...]cere fidem [...] tra [...]ſum per id quod habetur in.l.ij. [...] alie.non [...] ꝛ.l.ſi pꝛocuratoꝛem.ff.de pꝛocura. ¶ [...] contra [...] faciant fidem dic ꝙ ſi cõſuetudo hab[...] tunc cre[d]atur per id quod habetur in.c.cum dilectus.ĩ.de fide inſtrumen. Si vero non apparet conſuetudo.tunc ſi litere ſunt cõmiſſione iu/riſdictionis.vt qꝛ per eas delegatur cauſa faciũt fidẽ.ſ.de offic. delega.cũ in iure peritus.ꝛ per dominos de rota in ſua conclu/ſione.clvij.ꝛ facit qđ habetur in.l.ſi qua per calumniã.C.de epiſ. ꝛ cle.ꝛ per Guil.ꝛ Bart.in.l.ſi pꝛocuratoꝛem.ff.de pꝛocura. Idẽ ſi per literas cõmittatur officiũ pꝛocurationis.per id quod ha/betur in.c.ſi.ſ.de pꝛocurato.ꝛ in clemen.j.eod.titu.ꝛ in dicta.l. ſi pꝛocuratoꝛem.ꝛ pꝛo pꝛedictis etiam bene facit quod habetur in c.ſignificauit a contrario ſenſu.ĩ.de appella.ꝛ quod not. Archi. in.c.ſi a ſubdelegato.ĩ.de offi.deleg.lib.vj.ꝛ domini de rota ſua concluſione.xxij.ꝛ.clxij. ¶ Interdum vero ſunt litere citatoꝛie ſeu monitoꝛie vel requiſitoꝛie.ꝛ tunc talibus literis ſigillatis ſi/gillo oꝛdinarij creditur per id qđ habetur.lxv.di.non debet vbi creditur literis archiepiſcopi vocantis ſeu requirentis ſuffraga/neos pꝛo conſecratione alterius ſuffraganei ad idem etiam qđ habetur de offic.delega.pꝛudentiam.in pꝛinci.ꝛ.c.cum pꝛo cau/ſa.ꝛ.xviij.diſtin.ſi epiſcopus.vnde creditur etiam literis capi/tuli ſigillatis ſigillo capituli ſi vocet canonicos ad electionem. xix.q.iij.ſtatuimus.ꝛ.ſ.de elec.cum inter.R. ¶ Interdum vero litere ſunt pꝛomulgatoꝛie.vt quia dicit in his ſcriptis talem ſen/tentiam pꝛoferimus.et tunc dic ꝙ in his que ſunt magni pꝛeiu/dicij vt in ſententia depoſitionis non facient fidẽ niſi haberent etiam ſubſcriptionem teſtium.ĩ.eo.in.c.quoniam cõtra falſam. cum ibi no.vbi etiã no.ꝙ in actibus iudicialibus magni pꝛeiu/dicij debẽt adhiberi teſtes. In alijs autẽ que ſunt modici pꝛeiu/dicij.vt ſententia excõmunicationis cũ illa ſit potius medi/cinalis ꝙ moꝛtalis ſi non contemnatur de ſenten.excom.cũ me/dicinalis.li.vj.ꝛ.ij.q.j.multi.tunc creditur literis ſigillatis ſigil/lo ipſius oꝛdinarij etiam ſine ſubſcriptione teſtium per iſtũ tex. et per id quod habetur.xj.q.iij.cure.ꝛ hoc clarum quod ad hoc vt euitetur tanꝙ excõmunicatus in extraiudicialibus et ſacra/mentalibus.ꝛ idem videtur etiam in iudicialibus per iſtũ tex. licet Innoc.videatur ſentire in hoc contrarium.ꝛ videatur vel/le ꝙ ſi epiſcopus mandat per ſe excõmunicatum vitari.non pa/rebitur eius literis confectis ſuper excõmunicatione quo ad iu/dicialia.niſi ſint confecte manu publica vel habeant teſtiũ ſub/ſcriptionem.ſed Hoſtien.tenet contrarium ſcilicet ꝙ etiã quo ad iudicialia parebitur per hoc.c.ꝛ.ſ.de treuga ꝛ pace.c.j.ꝛ hoc clarũ ſi in iudicio excõmunicationis ſentẽtia opponatur in vim dilatoꝛie.Secus dicunt quidam ſi in vim peremptoꝛie.quia tũc eſt maioꝛis pꝛeiudicij.vt ex ſe patet.ꝛ colligitur ex not.in.c. pia. de excep.in.vj.Sed dominus Anto.hic dicit idem etiã ſi in vim peremptoꝛie per iſtum tex.licet hic videatur loqui quãdo in vim dilatoꝛie.vnde etiam pꝛo hoc allegat quia attendi debet quod pꝛincipaliter agitur ꝛ non qđ in conſequentiam poteſt euenire l.j.in fin.ff.de aut.tuto.ꝛ ideo cum pꝛincipaliter ſint modici pꝛe/iudicij ꝛ litere pꝛomulgatoꝛie excõmunicationis.non debet at/tendi licet in conſequentiam poſſit ex eis magnum pꝛeiudiciũ ſurgere. ¶ Interdum vero litere ſunt teſtimoniales.tunc con/ſidera ꝙ aut atteſtãtur factũ de pꝛeſenti ſm tempus date. Aut factum de pꝛeterito ante datam literarum aut ſunt dubie. Pꝛi/mo caſu ꝛ tunc concludo ꝙ in his que non ſpectant ad officium literas ſcribentis ſeu facientis ſcribi nõ creditur.ideo ſi epiſco/pus atteſtaretur inter duos certum cõtractum interueniſſe non daretur fides talibus literis ſigillatis.niſi hoc habeat conſuetu/do.vel niſi haberent teſtium ſubſcriptionem.ĩ.de fide inſtrumẽ. cum dilectus.ĩ.titulo.pꝛoxi.cum a nobis.et hoc verum niſi in his que eſſent leuis pꝛeiudicij:vt ſi foꝛte atteſtaretur de moꝛib[us] vel oꝛdinibus alicuius.facit quod not.per Inno.in.c.j.ĩ.de fide inſtrumento.Si vero atteſtetur de his que ſpectant ad officiũ ſcribentis.tunc contra ipſũ ſcribentem creditur niſi aliud pꝛo/betur.ſ.eo.tertio loco.ꝛ.j.q.vij.ca.ſaluberrimum. ¶ Si autem queritur in pꝛeiudicium alterius.ꝛ tunc aut queritur in iudicia/libus.vel in iudicio geſtis.aut in extraiudicialibus. Pꝛimo ca/ſu concluditur ꝙ ſi ipſe oꝛdinarius facit ſe partem non dabitur fides literis ipſius.vt voluit hic Hoſt.ꝛ bene facit quod no.glo. de reſcript.in.c.ſtatutum.in verbo copia.libꝛo.vj. Si vero non facit ſe partem ſed alias atteſtatur.tunc ſi id facit ad pape requi/ſitionem creditur talibus literis pꝛeſertim ſi papa in commiſſio/ne dixerit ſe fidem relationi habiturum.ĩ.de appella.intimaſti. et de purga.cano.cum dilectus.ver.is igitur.Si autem non eſt ad hoc requiſitus per papam.tunc ſi eſſent plura ſigilla et plu/res ſubſcriptiones pꝛelatoꝛum crederetur tunc literis.ſ.de do/lo.cum olim.ꝛ.c.veritatis.Si autem eſt vnum ſigillum tantum tunc in ipſis iudicialibus non videtur credẽdũ.ꝛ iſtud tenet hic dominus

b ¶ .l.quos pꝛhibet. vi/de ibidem do.alex.in addi q po/nit qõnem an quis poſ/ſit cõſenti/re ꝙ teſtis inimic[us] ſu[us] examinetur pꝛo eo.ꝛ di/ſtinguit | vt ibi per eũ.

c ¶ Literis epi.de qua qſtione vi/de hic per do.Fel.i.ij. co.poſt me. ver.pꝛima cõcluſio vbi ponit late hanc mate/riam.

Ayuntamiento de Madrid

domi.Ant[illegible] [illegible]uó litera eſt pure teſtimonialis.vt quis forte ad
[illegible]etitioné part[illegible] [illegible]eſtatur de excõmunicatione: vel mandat [illegible]
[illegible]ri excomm[illegible] [illegible]m a ſe.nam in iudicio non facit fidẽ ⁊ mul-
[illegible]minus in [illegible] [illegible]eſſent [illegible] preiudicij:ſed iſtud dictũ mihi
[illegible] [illegible] [illegible]entia exc[illegible]mmunicationis per iſtum textũ:qui
[illegible] [illegible]quo ad iudicialia vult credi literis ordinarij ſu-
per [illegible] [illegible]ione:nec apparet an fuerunt promulgatorie
an teſtimoniales.ideo vtroq; caſu poteſt intelligi.ex quo ſic indi-
ſtincte loquitur argu.c.ſi romanorum.xvij.diſtinct.⁊.j.de priui-
leg.quia circa.ad idem etiam quod habetur in preallega.c.cure.
4 ¶†In extraiudicialibus autem bene videtur credendum in his
que ſunt leuis preiudicij vt ſi atteſtetur [illegible]ordinaſſe aliquem vel
excõmunicaſſe;vel atteſtetur de moribus a[illegible] ⁊ idem in aliis
leuibus ſm Joan.Cald.Et que dicantur le[illegible] remittit arbitrio
iudicantis:non autem arbitrabitur ille cuius ſunt litere:quia ip-
ſe eſſet ſuſpectus ſm eum.in extraiudicialib[9] vero que ſunt gra-
uis preiudicij tunc ſi atteſtetur aliquid coram ſe geſtum [illegible] in his
que ſunt ſui officij.ſentit Innocen.ꝙ credatur in.c.ij.j.de fi.in-
ſtrumen.et facit etiam quod ipſe nota.in.c.j.eod.titul.ad [illegible]
per hoc dicunt domi.de Rota in ſua conclu.xxij.ꝙ ſi epiſcopus
atteſtetur permutationem coram ſe factam:talibus literis ſigilla
tis ſigillo epiſcopi credetur.idem ſi atteſtetur ſe alicui contuliſſe
beneficium.dicunt tamen ꝙ hoc vltimo caſu non credetur in pre
iudicium apoſtolici impetrantis.propter fraudes que poſſent
committi.argumen.de renun.c.ij.cum ibi nota.libro.vj.et facit
etiam quod not.prefati domini de Rota ſua concluſione.clvij.
alias.clxij.¶Interdum vero ſunt litere teſtimoniales narran-
tes factum de preterito ante datam literarum.et tunc dicit Jo-
an.calderi.ꝙ licet probent in preiudicium ſcribentis.tamen ad
preiudicium alterius non probabuntur per id quod nota.in.c.
quoniam.j.eodem.vbi etiam not.ꝙ notario atteſtanti aliquid
de preterito ante tempus confecti inſtrumenti non creditur.et
hec dicit vera quando vnicum eſſet ſigillum ſed vbi eſſent plura
dicit de conſuetudine curie credi.et maxime quando eſſent litere
cardinalium.allegat de electio.innotuit.de dolo.cum olim.et.c.
veritatis.et ſic etiam tranſit dominus Antonius.et ſecundum
hoc videtur quod ſi atteſtetur ſe excommunicaſſe aliquem ante
datam literarum.quod non creditur talibus literis.Sed forte
contrarium eſt verius per iſtum textum qui loquitur ſimplici-
ter et indiſtincte ex quo atteſtatur de facto proprio.ideo vide-
tur credendum.facit quod habetur in clementi.literis.de proba.
et precipue cum videatur de modico agi preiudicio.quando agi-
5 tur de ipſa excommunicatione per id quod.s.dixi.¶†Inter-
dum vero ſunt litere teſtimoniales dubie.quia non bene apparet
an atteſtentur factum ſecundum tempus date literarum.an fa
ctum ante.vt quia dicit nouerint vniuerſi ꝙ talem excommuni-
camus et non dicit qua die.et ſic poteſt intelligi de die date lite-
rarum.et etiam de tempore anteriori.et tunc in dubio debent
intelligi vt atteſtentur factum ſecundum tempus date litera-
rum.quia iſta videtur eſſe benignior interpretatio vt res ma-
gis valeat.facit quod no.Bar.in.l.poſt dotem.ff.ſol.matrimo.
et quod not.Joan.andr.in.c.abbate.ſuper glo.ex hoc de verbo-
rum ſignificatione.et ibi ſatis videtur inclinare in id quod dixi
in precedenti caſu.licet alias videtur ſentire in.c.ad apoſtolice.
de re iudi.lib.vj.et.Joan.calde.videtur hic inclinare in id quod
dixi.Et ex predictis patet quid iur.ſi litere ſint commiſſorie.ſiue
ſint citatorie ſeu requiſitorie vel monitorie ſiue promulgatorie
ſiue teſtimoniales.et ſiue ſint commiſſorie officij procurationis
ſiue ſint commiſſorie iuriſditionis.et ſiue ſint teſtimoniales fa-
cti ſecundum tempus date literarum.ſiue facti ante datam.ſiue
6 ſint dubie.¶†Quid autem ſi non ſunt teſtimoniales aſſertiue.
ſed enuntiatiue an credatur literis pape recurrendum eſt ad cle-
menti.literis eod.titul.quia ſi enuntiatur factum a papa vel ab
alio coram papa creditur alias ſecus.videtur tamen hic domi.
Anto.poſt lapum dicere ꝙ ſi enuntietur factum ab alio coram
papa non probent niſi etiam factũ a papa narretur.vt quia nar
retur renuntiationem factam a papa ⁊ papam illam recepiſſe.de
quo dicendum vt conſueuit tangi in.d.clemen.j.In literis au-
tem enuntiatiuis aliorum prelatorum quando incidenter ali-
quid enuntiant et non principaliter atteſtantur.videtur ꝙ creda
tur contra ſcribentem vel producentem.l.optimam.C.de con-
trahen.ſtipu.Sed contra alios non.niſi forte in factis valde anti
quis in quibus ſufficeret preſumptiua probatio vt quando eſſet
queſtio de confinibus antiquis iuxta ea que habentur in.c.ſi pa-
pa.cum ibi no.de priuileg.in.vj.et in.c.cum cauſam.j.eo.et in.d.l.
optimam.et.C.de iure deliberan.cum aliquis.et facit ad mate-
riam quod not.Barto.in.l.ex hac ſcriptura.ff.de dona.et quod
not.per modernos in.d.clemen.j.⁊ hec in literis ordinariorum.
7 ¶†Quid in literis delegatorum vel arbitrorum.dic vt hic tan-
git Joan.and.et dominus Anto.poſt eum.[ADDI] Conclu-
de ſecundum Joan.calderi.ꝙ literis ſigillatis ſigillo delegato-
rum non creditur ſi non habent ſubſcriptio.teſtium et hoc cla-
rum in his que ad eorum officium non pertinent.idem ſi refe-
runt de his que ad eorum officium pertinent ſi ſunt de actis.q̃r
non ſtabitur niſi quatenus appareat ſcdm formam.c.quoniam.
j.eo.in aliis preiudicialibus non ſtatur ſine ſubſcriptione niſi in
nudo miniſterio vel contra ſcribentem vel niſi ſit clauſula quic-
quid autem inde feceris id per tuas literas nobis ſtudeas inti-
mare.literis autem arbitrorum non creditur per.l.ne arbitris.C.
de arbi.[ADDI] De literis autem priuatorum ſigillatis ſigillo pri-
uato tangit etiam hic Joan.andr.quia ad preiudicium ſcriben-
tis vel producentis probant ſed non tertij.de quo in.l.ſi procu-
ratorem.ff.de procura.et.c.ij.j.de fi.inſtrumen.et.c.j.et eodem ti-
tulo ſi cautio.et per Barto.etiam in.l.admonendi.ff.de iureiu-
8 ran.¶†In glo.fin.ſuper tempus procurationis facte.Nota bene
quia vult attendi tempus quo quis conſtituitur procurator ne
dum tempus aſſumptionis mandati.et ſic videtur ꝙ ſi aliquis
ſit excommunicatus tempore quo conſtituitur procura.licet ſit
abſolutus tempore aſſumptionis mandati.non poterit agere
ex vi talis mandati.et hoc tenet Joan.calde.ſi erat notorius ex
cõmunicatus vel ſi occultus.hoc ſciuit conſtituens.alias ſi igno-
raſſet propter communẽ tolerantiam tenuiſſet cõſtitutio.arg.j.
de re iudi.ad probandũ.⁊.ff.de offi.preto.barbarius.Sed domi-
nus Antonius tenet contrarium ⁊ bene.q̃r licet in his que fiunt
ſub ratione publici officij.communis tolerantia aliquid opere
tur.tamen ſecus in his que fiunt ſub ratione iuris priuati.quia
in illis nihil operatur vt voluit Innocent.in.c.cum dilectus.de
conſue.Et conclude ꝙ ſi procurator eſt excommunicatus tem-
pore conſtitutionis ⁊ tempore aſſumptionis mandati.manda-
tum eſt nullum.per iſtum textũ.idem ſi tẽpore conſtitutionis tã-
tum per iſtam gl.⁊ ſequitur Pe.⁊ Abbas.⁊ quia tunc vitium eſt
in ipſa radice.j.q.j.c.vulnerato.que ratio ceſſat in principali ex-
communicato actum gerente.Idem ſi non ſit excommunicatus
tempore conſtitutionis ſed tempore aſſumptionis mãdati quia
acceptatio eſt nulla.nec valet quod illius virtute agit per iſtũ tex
tum.nec in precedenti caſu debet ſumi argu.a contrario ſenſu.q̃r
non eſt rationabilis.nec iuri congruus per ea que dixi.et licet
Innocent.hic ſentiat mandatum non eſſe ipſo iure nullum.ſed
procuratorem repellendum vi exceptionis.tamen verius videtur
ꝙ ſit nullum.vt ſenſit Joan.and.⁊ domi.Ant.ex quo vitium eſt
in radice.facit quod habetur in.c.fin.s.de procur.Si autem tem
pore conſtitutionis ⁊ tempore aſſumptionis mandati non eſt ex
communicatus.tunc quia mandatum habuit bonum initium ſi
poſtea ſuperuenit excommunicatio ſolum ſuſpenditur interim
durante excommunicatione.⁊ ideo ſi abſoluat poterit ex vi man
dati agere.ſed quando mandatũ eſſet nullum.nõ poſſet agere ex
vi mandati.de quo in ſpe.in tit.de procu.§.j.ver.quid ſi.etiam ſi
poſtea abſoluat.Si tñ ageret dño ſciente eũ abſolutũ ⁊ non cõdi-
cẽte teneret proceſſus.nõ ex vi primi mandati ſed ex vi noui taciti
mandati per no.per Inn.de reſcri.ex parte decani.Secus ſi dñs
ignoraret abſolutionẽ.q̃r videretur remanere in primo mãdato
⁊ non dare nouũ.⁊ ſic nõ valeret.facit de coniu.ſeruo.propoſuit.
¶In ea.in ſi.Et de hoc in.c.j.de reſcri.in.vj.¶Vltimo adde in
quãtũ do.an.hic dicit ꝙ ſi cõſtituit procurator excõicatus ⁊ dat
ſibi poteſtas ſubſtituendi.ꝙ tenebit ſubſtitutio facta per excom-
municatum lȝ conſtitutio fuerit nulla.quia ſubſtituere ſcdm euȝ
eſt actus extraiudicialis ⁊ excommunicatus eſt capax cõtractus
extraiudicialis ſcdm no.per Inno.in.c.veritatis.de do.⁊ contu.
Nã potes tenere contrarium.q̃r licet ſit actus extraiudicialis.ta-
men ſit in finem iudicia[illegible] ideo ſicut vitiatur conſtitutio pro-
curatoris facta per dñm ext[illegible] a iudicium vt hic pȝ.ita vitiari de-
bet eadem rõne dicta ſubſtitutio.ſed dictum ſuum poſſet ſalua-
ri quando ſubſtitueretur ad extraiudicialia.
1 ☞Subſtitutio compendioſa per que verba fiat.
2 Libellus vniuerſalis admittitur vt peto reſtitui bona que talis
detinet.
3 Agi poteſt ſuper eo quod quis poſſidet quando petitio ordinat
ad finem vt ſilentium imponatur aduerſario.
4 Bona alicui[9] transferũtur in monaſteriũ quando offert ſe et ſua.
5 Per ingreſſum monaſterij excluditur ſubſtitutus.
6 Ingreſſus monaſterij ſi eſt nullitas vitiatur collatio ſeu oblatio
bonorum expreſſe facta.⁊ nu.23.
7 Ingreſſus monaſterij nõ vitiatur propter feruorẽ infirmitatis.
8 Ingreſſus monaſterij impeditur propter minorem etatem.
9 Probatio dubia non releuat probantem.
10 Probatio actu preſumitur habilitas perſone ad ipſum actum
faciendum.
11 Teſtamentum facere poteſt femina poſt duodecimum annum.
12 Donatio omnium bonorum facta per minorem ſi fiat cum iu-
ramento valet:ſecus ſi ſine iuramento fieret.



Ayuntamiento de Madrid

13 Emphyteuſim pro ſe ⁊ filijs recipiens an ſuccedent naturales ſi legitimos non habeat.
14 Emphyteuſim vel feudū pro ſe ⁊ heredibus ſuis recipiēs intelligitur pro filijs ſeu deſcendentibus ⁊ non pro extraneis.
15 Actū iprobare volens ꝓpter inhabilitatē etatis dꝫ illā probare.
16 Ambiguum verbum prolatum ab actore in iudicio interpretatur pro eo contra eum.
17 Publicatis atteſtationibus iudex ex officio poteſt teſtes repetere vt declaret dictum ſuum ambiguum.
18 Subſtitutio an euaneſcat ſi quis tradit ſe ⁊ ſua eccleſie ſeculari.
19 Teſtator ſi dixerit ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis legitimis ⁊ naturalibus vel ſine liberis ex ſe vel ipſius corpore deſcendentibus an ſi ingrediatur monaſterium euaneſcat ſubſtitutio.
20 Feudum an tranſeat in eccleſiam ſeu monaſteriū quando quis tranſit monaſterium.
21 Ingrediens religionem mendicantium ſi non fecit teſtamentū bona ad quos deueniant.
22 Et quid ſi ingreditur aliam religionem ꝙ mendicantiū ⁊ nu. 24.

a A preſentia. g. Dubia probatio . . . releuat probantem. hoc
dicit. ¶ Et ſunt tres partes principales. In pria ponit facti ⁊ ꝓceſſus narratio in ſecūda auditoris diffinitio. in tertia diffinitionis confirmatio. ſecūda ibi dilectus. tertia ibi nos igitur. Prima ſubdiuiditur. in prima ponit actoris petitio. in ſecunda reorū reſponſio ⁊ recōuentio. in tertia actoris replicatio. in quarta reorū replicatio. ſecunda ibi verū. tertia ibi ad hec. quarta ibi verū ſyndicus. ¶ No. primo ex textu ꝙ interdum ex teſtō fiunt duo grauamina. ſ. inſtitutionis et ſubſtitutionis. facit
1 quod habet in. l. j. ff. de vul. ⁊ pupil. ¶ † Nota ſubſtitutionē compendioſam fieri per hec verba ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis. bona deuoluant ad tales. de quo in. l. precibus. C. de impu. ⁊ alijs ſubſtitutionibus. ⁊. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pupil. in quibus plene habetur de materia cōpendioſe ſubſtitutiōis. ⁊. j. de teſta. Raynutius. vbi etiam per gl. ⁊ doc. ⁊ eo. tit. ſi pater. li. vj. An autē verbum deuoluātur cenſendū ſit directū. an vero obliquū. tangit hic do. Ant. ⁊ dicit ipſum directū. lꝫ non ſit mere ciuile directum. de quo ꝑ Jo. an. in dicto. c. ſi pater. in nouella ſup gl. ⁊ per Bar. in dicta. l. centurio. circa ſi. mere aūt directū videtur qñ ſit per iſta verba. talis ſit heres. l. verbis ciuilibus. ff. de vul. ⁊ pup. ¶ No. practicam libelli in petitione hereditatis. quia poteſt quis narrare hereditatem ad ſe ſpectare. et petere res hereditarias ſibi reſtitui.
2 ¶ † Et nota ꝙ ꝓcedit libellꝰ vniuerſalis vt ſi peto reſtitui bona ꝙ detinet talis illa aliter nō nominando. naꝫ talis petitio ꝓcedit in iſtis iudicijs vniuerſalibus. vt no. in. l. j. in prin. ff. de edendo. ⁊
3 c. ij. s. de libel. obla. ¶ † Nota ꝙ agi poteſt ſup eo qd̄ quis poſſidet qñ petitio ordinat ad finem vt ſilentium aduerſario imponatur nō aūt vt conſequatur id quod habet. qꝛ id fieri non poſſet ꝑ
4 id qd̄ habet. s. de iudi. examinata. ⁊ inſti. de acti. §. eque. ¶ † Nota vnum modū tranſferendi bona in monaſteriū. ſ. per viā oblationis qñ quis offert ſe ⁊ ſua. ⁊ ſic videt ꝙ ſicut per ꝓfeſſionem trāſferuntur in monaſteriū. C. de ſac. ſan. eccle. autenti. ingreſſi. ita et per talem oblationem. ¶ Nota ꝙ ꝗ̄ꝗ̄ reus ſuper libello petat actori ſilentiū imponi. non per hoc efficit actor vt per hoc perdat commodum regule qua dicitur actore non ꝓbante reū abſoluendum. de qua in. c. vt noſtrū. j. vt eccle. be. ⁊ in. l. qui accuſare. s. de edē. ¶ Nota ꝙ ſup eadē hereditate pñt a diuerſis partibus porrigi libelli directo cōtrarij. qd̄ videtur contra nota. per Inno. de offi. delc. cum contingat. ſed forte illud cōtingit iſto caſu qꝛ reſpectu diuerſarū rerum lꝫ eiuſdem her[edita]tis proponebātur dicti libelli. ⁊ ſic intelligo dominum A[nt.] [qu]i et ipſe non bene declaret.
5 ¶ † Nota ꝙ ſicut per ingreſſu[m mo]naſterij excluditur ſubſtitutus. C. ad trebel. autēti. niſi roga[tu]s. ſic ⁊ qñ offert ſe ⁊ ſua. nec
6 mirum. qꝛ illud eſt in effectu ingredi monaſteriuꝫ. ¶ † Nota vlterius in verſic. ad hec ꝙ vbi ingreſſus eſt nullus. nedum vitiatur ingreſſus. ſed etiā collatio ſeu oblatio bonorū etiā expreſſe facta
7 de quo ꝑ gl. ⁊ doc. in autē. ingreſſi prealle gata. ¶ † Not. ꝙ feruor infirmitatis non vitiat ingreſſum mo[n]aſterij. intellige ſi talis feruor non inducat mentis alienatione[m] alias ſecus. xvij. q. ij. con-
8 ſaldus. ⁊. j. de ſponſa. dilectus. ¶ † N[o]. ꝙ non omnis minor etas impedit ingreſſum monaſterij. ſed [tant]ummodo qñ eſt minor. xiiij. annis. de quo. j. de regula. c. j. in. vj. ⁊ ſic videt ꝙ maior. xiiij. annis habeatur pro maiori ſi vult ingredi religio[n]em. ⁊ ideo nō daretur ſibi reſtitutio ſi vellet reſtitui aduerſus in[gr]eſſum vel profeſſionē. qꝛ in iſtis ſpiritualibꝰ habetur loco ma[io]ris. vt no. gl. in. l. ait pretor. ff. de minoribus. ⁊. c. ex parte. de re[ſti]. ſpolia. ⁊. c. ſi. de iudi. in vj. nec daret etiam ſibi reſtitutio aduerſus collationem bonorū factam monaſterio. eadē rōne qñ quis eſt monaſteriū ingreſſus nam ſi remanſit in ſeculo ⁊ alias cōtraheret cum monaſterio ⁊ lederetur. poſſet reſtitui niſi forte contractus eſſet iuramēto firmatus per id quod habetur in autē. ſacramenta. C. ſi aduerſus. ven.

a ¶ Dubia pbatio. ita ſūmāt oēs hic limitat tñ iſta regula vt no. per gemi. in. c. j. de pac. l. vj. ⁊ ꝑ do. Alexā. de imol. in. l. j. §. ſi. ff. de iti. actuq; priua. ⁊ ꝑ cano. l. c. ex parte abbatiſſe. de priuile.

¶ Nota practicam rūpendi probationem nulli[tatis] . . . actu iter[a]bili. quia volēs illā improbare habet ꝓbare . . . multiplicatur ⁊ hoc ꝓbato qꝛ nullitas concluditur . . . [multiplic]atio tūc n[on] concludit. nam tunc eſt dubia q . . . reſp . . . ſa nulli- ideo vitiatur dicta probatio cum . . . ario no . . .
9 partem aduerſam. ⁊ allegatur quotidie ꝙ † p . . . on releuat probantem. ⁊ quia probatio de[be]t ne[c] . . . re. ad idē. l. nō ob hoc. C. vnde cogna. ¶ N[o]. ꝙ multiplicatio actuū non preſumitur. ⁊ ſic pluralitas non preſumitur niſi probetur. facit quod nota. per legi. ⁊ maxime per butriga. in. l. Item pomponius ſcribit ſi frumentum. §. ſi. ff. de rei vendi. ¶ Item nota ꝙ in his que curſu temporis mutantur id qd̄ olim fuit. nō preſumitur hodie eſſe. de quo in. l. ſpadonē. §. qui abſolutus. ff. de excuſ. tut. ⁊ C. de reſtitutio. in integ. l. ſi te. ⁊ de probatio. l. cum te minorem. ¶ Nota diligenter ꝙ fundans intentionem ſuā ſuper validitate actus non reſtringitur ad probandum habilitatem perſone ſed ſufficit ſimpliciter ꝙ ꝓbet actum. niſi ex aduerſo probetur inhabilitas
10 perſone. ¶ † Et ſic nota ꝙ ꝓbato actu preſumitur habilitas perſone ad ipſum actū faciēdum. quod eſt valde not. ¶ Et ideo ſi producatur teſtamentū ab aliquo factum qui erat minor. xxv. annis. non habet neceſſe ꝓducens ꝓbare ꝙ ille q fecit teſtamentum. tunc temporis erat maior. xiiij. annis. licet autē nō poſ-
11 ſit facere. l. qua etate. ff. de teſta. ⁊ hoc ſi eſt maſculus vt ibi. † femina aūt poſt. xij. facere pōt teſtamentū vt ibi etiā tangit vt ibi etiā patet. ⁊ ad predicta bene facit quod no. Bar. in. l. de etate. ff. de minoribus. facit etiā qd̄ no. Inn. in. c. innotuit. de eo qui fur. or. rece. ¶ Nota ꝙ articulus ⁊ ꝓbatio dubia non declaratur ex natura ſubiecte materie niſi aliter exprimatur. nam in materia ingreſſus religionis. minor annis dr̄ minor. xiiij. de regularibus. c. j. lib. vj. ⁊ tamen non ſic intelligitur articulus ſimpliciter formatus ſꝫ
12 remanet dubius ſi aliter non declarat. ¶ † Nota ꝙ donatio etiā bonorum oīm facta per minorē ſi fiat cū iuramento valet de quo in autē. ſacramēta puberū. C. ſi aduerſus venditionem. ⁊ ſic a contrario videt ꝙ ſine iuramēto nō valeret. qd̄ videt verum quando non ingreditur per monaſteriū per id qd̄ habet in. l. j. de predijs minorū. C. ⁊. ff. Sed quādo ingredit monaſteriū qꝛ in cōſequentiā ingreſſus etiā trāſeūt omnia bona in monaſterium. C. de ſac. ſan. eccl. autē. ingreſſi: tunc bene teneret. ¶ No. ꝙ monaſterium habetur loco heredis. ⁊ eſt ſingularis tex. ⁊ non habetur alibi. imo plus videtur etiam hic ꝓbari ſi bene aduertat qd̄ habetur loco liberorum vt ſic verbū heres ponatur pro liberis. nā alias non videretur verificata conditio teſtamēti. que fuit ſi decederet ſine liberis. ⁊ illud videtur verū. licet Bar. in aut. ingreſſi. ⁊ l aut. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. ecc. ⁊ in aut. niſi rogati. C. ad trebel. dicat nō probari aliquo iure ꝙ monaſteriorum habeatur loco filiorum vel liberorū. ¶ No. ꝙ ille cui cōmittitur audientia cauſe non pōt cauſam diffinire ſine licentia cōmittētis. de quo in cle. auditor. de reſcrip. ⁊. l. a diuo pio. per Bart. ff. de re iudi. in principio ipſius legis. ¶ In glo. prima ibi etiam ſi naturales habeat. hoc verū ſi tales naturales fuerint concepti in figura matrimonij. l. lucius. §. ſi. ff. de leg. ij. vel ſi cōditio ſit relata ad perſonam que nō poſſit habere niſi naturales. puta ad furioſum non pendēte matrimonio. l. heredibus. §. fin. ff. ad trebel. Item intellige de ſimplici naturali ex cōcubina in domo retēta. nā talis excludet ſubſtitutū. niſi forte taſſe cōditio teſtatoris fuerit talis ꝙ veriſiſr non intellexerit de naturali. vt qꝛ fuerat in dignitate ⁊ veriſimiliter abhorrebat naturales. nā tunc nō excluderet ſubſtitutū. ſed bene excludet ſi cōditio teſtatoris ſit talis ꝙ veriſimiliter non abhorrebat naturales. vt. §. ſi quis rogatus alleg. in gl. Itē intellige gl. de tali naturali de quo dixi. nā ſecus ſi eſſet ſpurius. vt in aut. ex cōplexu. C. de inceſtis nup. ⁊ adde etiam quod notat Dynus ⁊ Bart. in. l. ſi. ff. de cōcubinis. ꝑ que videt ꝙ in alio naturali quā in eo de quo dixi non procedat gl. ⁊ de materia in. §. ſi quis rogatus. per gl. ⁊ Bar.
13 ¶ † Quid autē ſi aliquis recipit emphyteuſiꝫ pro ſe ⁊ filijs ſuis, An ſi decedat cum naturali poſſit ille retinere emphyteuſim tangit ſpe. in titulo de locato. §. nunc aliqua ver. lxvij. vbi dicit ꝙ ſic ſi mulier fuit que recepit in emphyteuſim. per id qd̄ habetur in. l. ſi qua. C. ad orficianum. niſi eſſet perſona illuſtris vt ibi patet. Si autem eſſet maſculus. tunc poterit retinere ſecundum diſtinctionem ſuperius dictam in vltima voluntate. Bar. tamen in dicto §. ſi quis. dicit hoc verum in emphyteuſi conceſſa ab alio ꝙ ab eccleſia. Si autem concedatur ab eccleſia. indiſtincte nō poterit naturalis retinere. quia non videtur de tali eccleſia cogitaſſe. cum reprobet oēm coituꝫ preter matrimonialē. qd̄ tene menti. ¶ In eadem ibi ſine liberis deceſſiſſe. ſupple quia non ſuperſunt liberi tempore mortis grauati. quod tempus conſiderauit teſtator. ſecus ſi cōſideraſſet aliud tempus vt ſi reliquit alicui cum liberos habuit. nam tunc ſufficit ꝙ ille talis habeat liberos: licet poſtea moriantur. l. cum vxori. C. quando dies lega. cedat. ¶ In eadem ibi ſoli filij intelliguntur. ideſt ſoli deſcendentes. vt ſic late accipiatur ho-

Ayuntamiento de Madrid

piatur hoc verbū filij pro liberis.facit.l.liberorum.cum ibi nota. ff.de verboru ſi ... z ſic non intelligentur extranei here des.quia ali ... q̄ſi nunq̄ haberet effectum cum vix continga ... e ſine aliquo herede cum ſaltē vltimo loco ſuccedat ... .ij.C.vn vir z vxor.z ideo in dubio nō in
14 telligitur extra ... ſſe de ext raneo herede.¶ †Et facit gl.iſta z.l.ex facto.§.ſi.hu ... ie.q̄ ſi aliquis recipit in feudū vel emphy teuſim p ſe z heredibus ſuis.q̄ intelligatur pro filijs ſeu deſcen dentibus z non pro extraneis.z in feudo hoc eſt expreſſuʒ q̄ no mine heredis intelligitur de filio maſculo.vt in.c.ſ.de alie.feudi. Sed in emphyteuſi eſt dubium.Concluſi e q̄ ſi conceditur a pri uato quia ille pōt concedere etiā pro extraneo herede z ſimiliter recipientes pro illo recipere.z in dubio videtur quis heredi ſuo etiam extraneo velle puidere.l.ſi pactum.ff.de proba.ideo tūc cō prehendetur etiā extraneus heres.facit quod no.Bart.in.d.§.ſi. z in.l.gallus.§.etiam ſi parente.ff.de liberis et poſthu.Et licet di catur pro heredibus ſuis.non intelligitur ſtricte de ſuis prout ſu mitur inſtitu.de rerum quali.z differentia.§.j.nam tunc ſolū com prehenderet liberos qui eſſent in poteſtate ipſius recipientis.ſed ſumitur late pro heredibus ipſius recipientis quicunq̄ ſint illi. vt ſic exponatur ſuis.i.ipſius recipientis.facit quod habetur in dicta.l.ex facto.in prin.ad trebel.et dicta.l.ſi pactum.ff.de proba. Si autem concedatur ab eccleſia emphyteuſis.tunc eſt magis du bium.nam videtur q̄ debeat intelligi verbum heres pro filio et nepote.per.§.emphyteuſim.in auſ.de non alienan.colla.ij.z non pro alio etiam deſcendente.Alij vero dicunt q̄ intelligatur ver bum heres pro quolibet deſcendente.per.§.licentiam.in auſ.de alie.z emphy.collatio.viij.qui videtur corrigere dictū.§.emphy teuſim.z ſecundum hoc corriget illum quo ad numerum ſucceſ ſorū.quia vbi ſolū poterat cōcedi olim p filio z nepote.hodie po terit cōcedi pro omnibus liberis.ſed nō poterit concedi pro ex traneis.z ſic corriget quo ad numerum ſucceſſorū.nō quo ad qua litatem.z iſtud tenuit Jacobus de beluiſo.z ſequitur Jo.an.hic z in addi.ſpe.in tit.de loca.§.nunc aliqua.verſi.xxiij.z facit quod notat gl.in.l.etiam ſolu.matri.z Bar.in.l.quod dicitur.ff.de ver bo.obliga.in quibus videntur gloſſ.et Bartol.etiam hoc ſequi. ¶Sed aduerte quia gl.in.§.alienationis.in auſ.de non alienan. collatio.ij.Simpliciter tenet q̄ ille.§.emphyteuſis.eſt correctus per dictum.§.licentiam.Idem tenet gloſ.in auſ.ſi quas ruinas. C.de ſacroſan.eccle.z idem ibi Cynus z Bar.Idem ſpecu.in tit. de loca.§.nunc aliqua.verſi.xx.al.vij.z hoc in rebus aliarum eccle ſiarum q̄ eccleſie conſtantinopolitane.Nam in rebus illius eccle ſie non poteſt concedi niſi pro filio z nepote.in auſ.de aliena.et emphy.§.j.z nota ſpecu.in dicto verſic.vij.z ſic videtur q̄ etiam pro extraneis heredibus poſſit concedi res in emphyteuſim alte rius eccleſie.¶Dominus Antoni⁹ dicit hoc verum ſi interue niat ſolennitas canonica z neceſſitas vel vtilitas eccleſie.nam tunc ſicut poſſet ex toto res alienari.xij.q.ij.ſine exceptione.z de rebus eccle.non alienan.c.j.lib.vj.multofortius concedi in em phyteuſim quod eſt minus.quia remanet directum dominium penes eccleſiam quod non ſit in totali alienatione.Si autem ne ceſſitas vel magna vtilitas eccleſie hoc non ſuadeat.tunc non po terit concedi in emphyteuſim perpetuā cum ſit alienare,qđ fieri non debet.de rebus eccle.non alie.c.nulli.z hoc ſi res non ſit con ſueta dari in emphyteuſim.Si autem ſit cōſueta dari poterit p omnibus deſcendentibus per id quod habetur in dicto.§.licen tiam.non pro extraneis niſi cōſuetudo id haberet.ſi autē ſimpli citer ſiat conceſſio alicui,tunc ſecundū eum intelligitur facta pro ſe filio z nepote per dictum.§.emphyteuſim.¶Sʒ certe ex quo poteſt fieri hodie pro omnibus deſcendentibus videtur q̄ in du bio intelligatur pro omnibus illis.ar.l.ſi pactum.ff.de probatio. licet olim eſſet ſecus vt in dicto.§.emphyteuſim.¶Sed aduer te quia de mente illius.§.licentiam.videtur q̄ ſi concedatur in emphyteuſim res alterius eccleſie q̄ conſtantinopolitane.quod ſi conceditur per prelatum cū conſenſu capituli vel maioris par tis qđ poſſit concedi ſine alia ſolennitate.z pro minori reddit u q̄ conſueuerit percipi.dummodo non excedat ſexta pars ipſius redditus.nam vſq̄ ad illam incluſiue poteſt prelatus remittere ſeu diminuere:z ſic ſi habebatur annuatim quantitas.xij.poterit concedere in emphyteuſim perpetuā pro.xj.vel.x.Sed nō pro mi nori interueniente tantūmodo conſenſu prelati z conuentus ſeu maioris partis.z ipſis etiam iurantibus talem contractum non tendere in leſionem eccleſie:z ſic videtur reputare q̄ vtilius ſit ſir miter habere.x.in perpetuū q̄.xij.annuatim non habendo certi tudinē de annis ſequentibus.z videtur textus ille indiſtincte ſub tali forma concedere ppetuā emphyteuſiʒ:z ſic etiā in extraneos heredes.z iſtud videtur eſſe de mente gl.in dicto.§.alienationis. z in.d.auſ.ſi quas.z Spe.in dicto verſi.vij.¶ Aduerte tamen qz videtur poſſe attentari q̄ ille.§.emphyteuſim.z ille.§.licentiam. de iure non teneat.quia emanarūt ab imperatore:qui nō habuit

poteſtatē diſponendi ſuper rebus eccle.de conſti.c.eccleſia ſancte Marie.z.xcvi.diſt.bene quidem.z ſic debemus ſtare in hoc cano nibus:ſed in canonibus non reperitur iſta differētia inter filios ſeu liberos z extraneos:ergo videt q̄ de iure talis differētia non procedat.vnde videretur dicendum ſm canones q̄ ſi res non eſt conſueta dari in emphyteuſim nō poſſit dari ſine ſolēnitate que requiritur in rebus eccleſiaſticis.j.de rebus eccle.non alie.nulli. cum illa autem dari poſſit etiam pro herede extraneo.ſicut et ex toto poſſet alienari.Si autem ſit res conſueta dari in emphyteu ſim:tunc ſi conſueta eſt dari ſolūʒ pro filijs z nepotibus ſine alia ſolennitate poterit eodē modo dari alteri ſi reuertit ad eccleſiaʒ: ſed non poſſet dari vltra nepotem ſine ſolēnitate canonica.facit quod no.Bar.in auſ.qui rem.C.de ſacroſan.eccl.z eodem modo ſi eſt conſueta dari pro omnibus liberis:poterit dari ſimiliter ſi ne alia ſolennitate.per id quod no.in.c.vt ſuper.j.de rebus eccle. non alie.per Innocen.clementi.frequenter.in glo.nota.Innocen. de exceſ.prela.z quod habetur in.c.ij.j.de feudis.non autem tūc poterit dari pro extraneis ſine ſolennitate canonica ex quo con ſuetudo illud non habet per not.per Barto.in dicta auten.qui rem.niſi ſi res fuiſſet conſueta dari etiam pro extraneis.z de ma teria etiam dixi in.l.quod dicitur.ff.de verbo.obliga.In practi ca tamen non de facili diſcederetur a ſententia Joan.andr.pro pter eius autoritatem.¶In eadem gloſ.ibi:vtraq̄ quarta.Ad uerte quia glo.habuit reſpectum ad ius antiquum ſm quod le gitima liberorum erat quarta.l.cum quaeritur.C.de ino.te.teſta. Sed hodie eſt tertia.in auſ.nouiſſima.eo.titul.z ſic hodie detra hit tertiam z quartam trebellianicam.que in effectu aſcendunt ad dimidiam hereditatis ſi bene conſideretur.vt in.c.raynutius. alleg.in glo.¶In eadem ibi:ſubſtitutio euaneſcit:hoc intellige verum quando rogatus eſt de deſcendentibus:z eſt rogatus de re ſtituendo poſt mortem.nam tacite intelligitur ſi deceſſerit ſine li beris:z preſumit lex q̄ mortis cogitatione turbatus omiſerit il lud:quia non eſt veriſimile q̄ alienam poſteritatem ſue voluerit preferre:ſecus ſi rogatus eſſet extraneus per textum a contra rio ſenſu in dicta.l.cum acutiſſimi.Item ſecus ſi in vita eſſet ro gatus reſtituere.vt ibi nota.¶In gloſ.ij.ibi duo requirebantur Hoc verum ſi incipiatur a ſecundo:vt quia quis offerat ſua:ſed ſi incipiatur a primo.vt quia quis offert ſe religioni illud ſolum ſufficit:quia tacite etiam intelligitur ſua obtuliſſe.in auten.in
15 greſſi.C.de ſacroſanct.eccle.¶In glo.† iij.ibi preſumitur ma ior:hoc ideo quia monaſterium non principaliter fundat inten tionem ſuam ex etate:ſed ex actu geſto.ideo volens actum impu gnare dicens illum qui geſſit actum non fuiſſe in etate habili: fundat intentionem ſuam ex minori etate:ideo ipſe debet illam probare.vnde tene pro regula q̄ ille qui fundat intentionē ſuam ex minori etate:illam debet probare ſiue ſit actor ſiue reus.de reo patet hic:idem de actore vt ſi quis dicat ſe minorem et leſum vt in iuribus allegatis hic.Idem ſi fundet intentionem ſuam ex maiori etate.nam tunc ex illa ſe fundans debet probare:vt ſi qs vellet dicere tutelam finitam:z debere ſibi reddi rationem admi niſtrationis:debet probare ſe maiorem quatuordecim annis.et idem ſi quis dicat ſe maiorem.xxv.z petat illum qui fuit ſuus cu rator remoueri ab adminiſtratione:z quod reddat ſibi rationem de quo per Barto.in.l.de etate.ff.de minoribus.z per gloſ.in.c. preſbyter.lxxviij.diſtin.z per Cy.in.l.cum te minorem.C.de pro bationibus.interdum tamen iudex ex aſpectu transfert proba tionem in alterum.l.minor.xxv.annis.ex aſpectu.ff.de minori bus.z de materia in Spec.de actore.§.j.verſi.ſi ergo.¶In gloſſ.
16 dubium ibi non fuit verbum actoris ſed teſtium.Not.bene † q̄ licet verbum ambiguum prolatum ab actore in iudicio interpre tetur pro eo contra reum.l.ſi quis intentione.ff.de iudi.z.l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de verbo.obliga.tamen ſecus eſt in dicto te ſtis:quia illud ſemper interpretatur contra producentē.de quo per Barto.in dicto.§.j.z.j.de teſtib.c.cum tu.z adde etiam quod
17 not.glo.in.c.cum ad ſedem.de reſtitu.ſpolia.¶†In ead.in fine. Nota bene q̄ poſt publicatas atteſtationes iudex poteſt ex offi cio repetere teſtem vt declaret dictum ſuum ambiguum:ſed non tenetur id facere ad partis petitionem.de quo in.c.cum clamor. alleg.in glo.z.§.quia vero.in auſ.de teſti.colla.vij.vbi bona gloſſ. ¶In glo.ſi.ibi nō euaneſcit ſubſtitutio per ingreſſum.z eſt ra tio qz cū tunc concurrat cauſa pia cū alia cauſa pia non eſt vni fa uendū cōtra aliā.facit.l.verū.§.ſi.ff.de minoribus.ideo tunc non recedimus a ſignificato verbor.l.non aliter.de leg.iij.z.j.de deci. ad audiētiam.z pro hoc quia vt vulgariter dicunt nō debet vnuʒ altare diſcooperari vt aliud cooperiatur:z ſic etiā allegat qđ ha
18 betur in auſ.niſi rogati.alleg.in gloſ.¶†In ea.ibi non credo q̄ euaneſcat:hoc intelligo ſi iſte non eſt factus clericus vel ſi eſt fact⁹ nō permanſit in eccleſia.aliās ex quo bona contuliſſet eccleſie:z ſic in piam cauſam deputaſſet:euaneſceret ſubſtitutio.z no.q̄ quādo quis offert ſe z ſua eccleſie ſeculari non obligatur ad ... caſtitā



Ayuntamiento de Madrid

tis.⁊ ideo poſtea poteſt accipere vxorem.vt no.gl.ſing.in.c.vt lex continentie.xxvij.q.j.Item hoc caſu ſolum intelliguntur oblata bona que habebat offerens tempore oblationis:et ideo illa que poſtea acquireret:acquireret ſibi per.l.ſi ita.ff.de au.⁊ arg. lega.Nec ob.l.ſi.C.que res pig.obli.poſ.quia ibi non agitur de preiudicio dominij ſeu proprietatis:ſed ſolū de preiudicio obligationis bonorū qd̄ cenſetur eſſe modici preiudicij:cum illa ſit neceſſaria ad obligationē perſonaꝝ.de quo per Archi.in.d.c.vt lex.Si autem offerret ſe eccleſie ſeculari:⁊ nil diceret de bonis:tunc etiā bona preſentia non venirent ex quo nihil dicitur.vnde de illis etiā poterit teſtari.vbi autē quis offerret ſe ⁊ ſua alicui monaſterio:ſeu alicui religioni: tunc videtur vouere caſtitatē ⁊ paupertatem et obedientiā.ideo non poſſet poſtea matrimoniū contrahere.et ſi quid etiam poſtea quereret:quereret monaſterio.vt no.glo.in.d.c.vt lex.⁊ idē videtur ſi ſimpliciter ſe obtulit monaſterio:qꝛ tacite etiā intelligitur bona dediſſe. per aut.ingreſſi.C.de ſacroſanc. eccle.⁊ per gloſ.in.d.c.vt lex.ideo tunc euaneſcat ſubſtitutio facta

19 de priuato.¶ Extra g[…] [...]itatur quid.ſi teſtator dixit ſi deceſſerit ſine liberis le[gitim]is ⁊ naturalibus vel ſine liberis ex ſe vel ipſius corpore deſcendentibus ipſe inſtitutus:an […] ditur monaſterium euaneſcat ſubſtitutio.nam tūc textus iſte nō loquit̄ hoc caſu.ſed quando ſimpliciter dictū fuit ſi deceſſerit ſine liberis.Dy.in.l.ſi ita quis.§.is cui.ff.de leg.ij.tenet ꝙ etiam tunc euaneſcit ſubſtitutio:qꝛ videtur exprimi ꝙ tacite inerat.nam videbatur intelligendum de naturalibus nō de ciuilibus ſiue fictis per dictū.§.is cui.¶ Sed Jaco.de bel.in.§.ſed hoc p̄ſenti.alle.in glo.vt refert Jo.an.in.c.raynaldus.ſ.de teſta.tenuit contrarium quia tunc verba ſunt clara:⁊ ideo non eſt opus interpretatione.l. ille aut ille.§.j.ff.de lega.iij.ſecus quādo dicit ſimpliciter ſine liberis:quis poſſunt intelligi de naturalibus ⁊ etiā de ciuilibus.ideo tūc ſtetur interpretationi legis ſed Richar.de mal.quē ſequitur Bar.in.d.§.is cui.ſequit̄ opi.Dy.per rationem tex.in.§.ſed hoc preſenti.nam tex.vult ꝙ cōditio illa ſine liberis habeatur p non ſcripta quādo quis ingreditur monaſteriū ne quis abſtrahatur a propoſito religionis ſi videret bona deuenire ad ſubſtitutum. ⁊ ſm eū cenſetur tūc quodāmodo turpis:que ratio multofortius locū habet quando expreſſe fuit dictū ſine liberis legitimis vel naturalibus vel ſine liberis ex ſe vel ſuo corpore natis.⁊ iſtā partem ſequitur hic do.Ant.⁊ forte ſeruaretur in practica:quia ſtante diuerſitate opinionum cōſueuit aſſumi illa que fauet religioni.per.l.ſunt perſone.ff.de religio.⁊ ſump.fu.licet multū equa videatur opi.Jaco.de bel.quā videtur ſequi Jo.an.in dicto.c.raynaldus.que videtur poſſe pbabiliter defenſari ex eo quia diſpoſitio illius.§.ſed hoc preſenti.exorbitat a iure communi.vt pꝫ in d.l.ſi ita quis.§.is cui.⁊ etiam ſentit hic gl.ideo nō videtur extendenda etiā per identitatē rationis.per id quod habetur in regula.que a iure.de reg.iur.li.vj.⁊ de regu.non ſolum.eo lib.⁊.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.vbi plene dixi de materia extenſionis.

20 ¶ † Extra gl.adde dictis doc.hic.⁊ primo inquantum tangunt an feudum tranſeat in eccleſiā ſeu monaſteriū quādo quis trāſit in monaſterium.nam dicunt debere attendi qualitatem ſeruitij an ſit tale qd̄ poſſit per alium ⁊ preſertim per monaſteriū honeſte expediri vt tunc tranſeat.al's ſecus idem Cyn.in aut.ingreſſi. nam hoc nō videtur verum:ſed potius videtur ꝙ indiſtincte nō tranſeat ad monaſterium vel eccleſiā.per id quod habetur in.c.j. de aliena.feu.in vſi.feu.vbi videtur de hoc caſus.nam cum eccleſia non moriatur.xij.q.ij.liberti.⁊ ſit etiā in multis priuilegiata: multum deterioraretur conditio dn̄i concedentis feudum.et per hoc quia ſi vaſallus fiat clericus.hoc ipſo feudum amittit in titu. ſi de feudo fuerit controuer.c.ſi clericus.¶ Item adde inquantum tangunt an emphyteuſis tranſeat in eccleſiam ſeu monaſteriū per ingreſſum habētis ipſam emphyteuſim.nā ſi eſt emphyteuſis conceſſa ab alia eccleſia:non tranſit effectualiter:quia poteſt reuocari per id qd̄ habetur in aut.de alie.⁊ emphy.§.j.collatio.ix.ſed ſi eſt emphyteuſis cōceſſa a priuato eſt magis dubium. nam videtur ꝙ ſi conceſſa eſt pro ſe ⁊ heredibus:tranſeat ſicut et tunc tranſiret ad extraneum.Idem videtur ſi conceſſa fuit pro ſe ⁊ filijs tenendo ꝙ monaſterium habeatur loco filij.tamen iſtud cōmuniter non tenetur per modernos:quia non bene reperitur iure cautum. nam. §. ſed hoc preſenti.hoc non dicit:ſed dicit ꝙ conditio habetur pro non ſcripta quando in donatione vel relicto apponitur conditio liberorum.nec iſte tex.ſm eos etiam hoc dicit:ſed dicit ꝙ habetur loco heredis.Sed certe ex mente ſatis probat quod habetur loco liberorum.vt ſic verbum heres pro liberis intelligatur:vt poteſt colligi ex forma teſtamenti iuncta ratione tex.inquātum dicit ꝙ habetur loco heredis.nam al's ratio illa non bene inferret ad propoſitum.tamē poſſet dici ꝙ licet habeatur loco liberorū vel filiorū quo ad hoc vt euaneſcat ſubſtitutio.tamen non habetur quo ad alia cū iſtud ſit exorbitās.vt etiā tetigit glo.fina.⁊ non eſt trahendum ad conſequentiam.de regu.

iuris.et que.li.vj.⁊ ſic forte nō tranſiret emp[hy]teuſis dicto caſu in monaſterium quando conceſſa eſt [...] ⁊ hec procedūt quando non erat appoſitum pact[…] [...] aliquā eccleſiam.ſi autem fuiſſet appoſitum conce[…] [...] ſis pro ſe et heredibus:tunc ſi recipiens inſt[it]uat mo[…] ſeu eccleſiam non tranſibit.l.peto.§.fratre.de le.ij.Si e[…] [i]ngrediatur monaſterium:tunc videtur ꝙ tranſeat qꝛ hec v[…] [vide]tur quedam alienatio legalis que non videtur hoc caſu prohibita per.l.cum pater.§.cum inter.ff.de leg.ij.⁊ iſtud videtur velle gl.in.l.ſi ita quis. §.ea lege.ff.de verb.obli.⁊ ibi etiam per Dy.⁊ Bar.⁊ facit etiam quod not.Bart.in.d.§.fratre.ſed forte vt tangit hic do.Anto.illud non eſt verum:quia iſta alienatio ſurgit a facto hominis voluntario.ſecus eſt quando ſine facto hominis ſurgit alienatio ex diſpoſitione leg.vt quando quis moritur ab inteſtato.nam ſi relicta erat ſibi domus ⁊ prohibitus alienare extra familiā.ſi ab inteſtato ſuccedat qui non eſt de familia:habebit ipſam domū.vt eſt caſus ſingula.qui non eſt alibi in dicta.l.cum pater.§.cum in-

21 ter.¶ Item adde inquantum tangit de ingreſſo religionē mendicantium ſi non fecit teſtamentum quid fiet de bonis.nam licet multe fuerunt opiniones.vt hic plene refert do.Anto.tamen illa videtur vera ꝙ ſi ingreſſus eſt religionem fratrum minorum bona venient ad venientes ab inteſtato cum illā religio ſit incapax bonorum:⁊ maxime ſucceſſionum.vt in cle.exiui.§.cupiētes. de ver.ſigniſi.⁊ in.c.exijt.§.ad hec.de verb.ſigniſi.in.vj.vnde quia moritur mundo.l.deo nobis.C.de epiſco.⁊ cleri.⁊ mors illa ciuilis habeat eundem effectum quem naturalis quo ad id de quo q̄ritur.venient ſtatim venientes ab inteſtato:⁊ ſi feciſſet teſtamentum ante ingreſſum veniet inſtitutus:⁊ habebit teſtamentū effectum ac ſi eſſet mortuus:nec poſſet tale teſtamentū poſt ingreſſum reuocari:quia nō habet poteſtatem de temporalibus ſe impediendi.vt dicta clemen.exiui.de quo etiam per Bar.in ſuo libello minoricarū.Si autem ingreditur aliam religionem mendicantium:quia alij non ſunt incapaces ex regula ſed conſtitutionibus.non eſt in eis tanta incapacitas quanta eſt in minoribus ⁊ ideo mobilia poterunt capere pro neceſſitatibus ſuis.immobilia autem non poterunt capere vt retineant quia repugnaret mēdicitias ad quē tenentur.vt in.c.j.de reli.do.in.vj.ſed poterunt capere vt vendant ⁊ pretium earum in eorum neceſſitatibus diſtribuant.vt voluit glo.in.d.c.j.de reli.do.in.vj.⁊ Specul.de ſta.mona.ver.iij.⁊ ſeq.⁊ hoc quando non fecit teſtamentum.ſi autem feciſſet teſtamentum tūc videtur ꝙ illud deberet ſeruari p id quod habetur in.§.illud.in aut.de mona.colla.j.⁊ ex quo monaſteriū non eſt capax immobiliū:nec eſt conueniens ꝙ tunc vendantur ex quo teſtamentum eſt validū,ſatis videtur ꝙ ſtatim ſumat teſtamentum effectū;quia videtur mors ciuilis tunc habere eundē

22 effectum quē naturalis quo ad id de quo queritur.¶ † Quid autem ſiquis ingreditur religionem aliam ꝙ̄ mendicantiū que eſt capax in cōmuni.clarum ꝙ ſi non fecit teſtamētum:tranſeunt bona in monaſterium ⁊ ſeruari debet qd̄ habetur in aut.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccl.canonizata.xix.q.vlti.ſi autem fecit teſtamentum.conclude lꝫ varie fuerint opiniones:qd̄ ſi aliquid reliq̄t monaſterio iure inſtitutionis in teſtamēto ꝙ nō rumpitur teſtamentum:⁊ hoc ſi cogitauit ſe ingreſſurū tp̄e teſtamenti.Si autē nihil reliquit monaſterio tunc ſm aliquos rumpitur teſtamētū: ſicut cōſueuit rumpi natiuitate poſthumi preteriti nati poſt teſtamentū.l.poſthumo.C.de contratabu.ſed tene contrariū qꝛ nō reperitur ꝙ quo ad hoc monaſteriū habeat loco filij.⁊ quia tex. etiā videt̄ cōtrarius in.§.illud.in aut.de mona.colla.j.vbi permittit teſtari quomodo vult ante ingreſſum:⁊ qꝛ licet capite videat̄ minui:quia tranſit in poteſtatē monaſterij.tn̄ qꝛ talis diminutio contingit per actum virtuoſum:non vitiat teſtamentum per id quod habetur in ſi.in.l.cornelia.ff.de teſta.⁊ plus voluit Bart.in d.aut.ſi qua mulier ꝙ valeret teſtamentum etiam ſi nihil reliquiſſet filio quem tunc habebat per illum.§.illud.inquātum permittit teſtari quomodo vult iuncta.l.j.ff.de teſta.mili.ſed non credo hoc tutum:quia non eſt veriſimile ꝙ imperator voluerit priuilegiare monaſteriū ad preiudiciū filiorū.p id quod no.gl.poſt Auguſti.in.l.ſiquis ad declinandam.C.de epiſco.⁊ cleri.⁊ illa verba que permittunt teſtari quomodo vult debent intelligi dummodo alias legitime per id quod habetur in tex.⁊ gl.in.l.j.C.de ſacroſan.ec.vnde conclude ꝙ ſi cogitās de ingreſſu fecit teſtamentum de ſe validū.ſi poſtea ſimpliciter ingreditur nō reuocat̄ teſtamentū.idē ſm do.Ant.ſi incontinēti poſt teſtamentū offerat ſe ⁊ ſua monaſterio:quia non p̄ſumit̄ ꝙ ſe correxerit ſic incontinenti.ſecus ſi ex interuallo qꝛ videretur reuocare teſtamētum ex quo expreſſe aliter diſponit de bonis.l.nā ad ea.ff.de condi.⁊ demon.vbi autē fecerat teſtamētum nō cogitans de ingreſſu.tunc ſm Bart.in.d. aut.ſi qua mulier.ſi ingredit̄ poſtea monaſterium reuocatur teſtamentum:qꝛ videt̄ aliter diſponere de bonis.ſed do.Anto.hic videtur dicere hoc verū ſi offerat ſe ⁊ ſua.ſecus ſi ſimpliciter ingreditur

Ayuntamiento de Madrid

diatur:quia t [illegible] ere in primo teſtamēto:ſed forte ve-
rior eſt opi.B [illegible] ingredit ex interuallo ⁊ fecerat teſta-
mentum nō co [illegible] igreſſu:quia ex quo ingredit monaſte-
rium:tacite diſp [illegible] aliter de bonis ꝙ fuerit teſtatus:ergo vide-
tur ꝙ reuocetur teſtamentum ſicut ⁊ ſi expreſſe aliter diſponeret.
arg.l.cū quid.ff [illegible] er.pet.eo autē caſu quo dixi tenere teſtamētū
intellige qd nō habebit effectū niſi poſt mortē naturalem:ex quo
monaſteriū eſt capax bonoꝝ in communi:ſic in vita ingreſſi te-
nebit bona.l.ſtatius.§.cornelio.ff.de iu.fiſci.⁊ ſic demū poſt mor-
tem naturalē veniet inſtitutus:⁊ hoc ſi non fuerit reuocatū teſta
mentū.nam potuiſſet etiā poſt ingreſſum reuocari per.l.res que.
C.de dona.inter vi.⁊ vxo.etiam corā duobus teſtibus per.c.cū eſ
23 ſes.⁊.c.relatu.ſ.de teſta.❡†Tangunt etiā hic doct.an quādo vi
tiatur ingreſſus:vitietur oblatio bonoꝝ ⁊ licet ſatis inſtent.con-
clude ꝙ ſi eadē eſt ratio vitiandi vtrūqꝫ:tunc vtrūqꝫ vitiatur.vt ſi
propter defectū etatis vitiet ingreſſus.ſi vero non eſt eadem ratio
vt vitietur ingreſſus:quia erat coniugatus tūc ſi tacite veniebat
oblatio bonoꝝ vitiatur etiam ipſa oblatio per.l.iij.§.qui habet.
de ſerui.ruſti.predio.Si autē expreſſe etiā obtulerit bona:tunc ſi
expreſſit acceſſorie quia dixit:offero me cū eis.tunc idem:nam vi
tiato principali vitiatur acceſſorium.de fide inſtru.in.c.inter dile
ctos.vbi ſi.ceterum.⁊ dictio cum coniungit acceſſorie.dictio ⁊ pnci
paliter.l.j.⁊.ij.ff.de pecu.leg.ſecus ſi dixiſſet offero me ⁊ mea:quia
tunc eque principaliter fit oblatio bonoꝝ:quia tunc non vitiatur
ex quo non eſt eadem ratio ipſaꝫ vitiādi.per id quod habetur in
24 dicta.l.j.⁊.ij.❡†Adde etiā quid de bonis mortui infra annum
probationis.nam eſt dubiū ſi nullū fecit teſtamentū ad quē ſpe-
ctent bona.Bar.non decidit in.d.aut.ſi qua mulier.do.Ant.hic
poſt Cy.in.d.aut.dicit ꝙ ſpectabūt ad monaſteriū quaſi videatur
ſic eſſe eius mens.ex quo ibi moritur:ſed forte poteſt attētari cō-
trarium quia hoc non reperitur iure cautuꝫ.ergo ⁊c.vt in.c.ij.de
tranſla.prela.⁊ quia nōdum eſt pfeſſus poteſt habere heredem.⁊
poteſt etiā tunc teſtari infra annum probationis.vt no.Jo.and.
in.c.beneficiū.de regula.in.vj.⁊ ſic videtur ex quo aliter nō diſpo
ſuit.veniant venientes ab inteſtato.ex quo non ſunt expreſſe nec
tacite in monaſterium collata per.l.conficiuntur.⁊.l.ſiquis cū nul
lum.de iure codicil.❡Ultimo adde inquantum do.Ant.hic di-
cit ꝙ vbi plures contendunt ſe poſſidere.ꝙ non eſt locus ſeque-
ſtrationi poſſeſſionis.nam in contrarium videtur dicendum ſi
iudex videat partes paratas venire ad arma.per id quod habe-
tur in.l.equiſſimum.ff.de vſufruc.

1 ☞In libello ſuper poſſeſſorio retinende poſſeſſionis nō eſt ne
ceſſe allegare proprietatem.
2 Publicatio atteſtationū nō impedit pductionē teſtiū ſuper re-
probatione perſonarum teſtium niſi aliud habeat obſtare.
3 Lapſus termini ad probandum vel reprobandum excludit queꝫ
a facultate probandi.
4 Exceptio falſi poteſt poſt ſententiam opponi.
5 Exceptio peremptoria non debet reijci ex leui preſumptione.
6 Terminum ſtatuere poteſt iudex ad producendos teſtes repro-
batorios.
7 Terminum ad producendos teſtes reprobatorios poteſt iudex
ex officio ſtatuere.
8 Publicatis atteſtationibus admittuntur teſtes ſuper articulis
directo contrarijs qñ arguitur falſitas cum corruptione.
9 Fidei teſtium multa detrahunt.
10 Infamia facti non repellit ex toto a teſtimonio in cauſa ciuili:ſꝫ
detrahit probationi.
11 Probationes ſi ſint pares in interdicto vti poſſidetis quis obti
nere debeat.
12 Teſtes aptiora negotia ⁊ proximiora atteſtantes preferuntur.
13 Poſſeſſionē continuā pbare volens qualiter articulare debeat.
14 Poſſeſſio recens preſumitur iniuſta et clandeſtina vbi apparet
de antiquiori.
15 Poſſideri non poteſt eadem res eodem modo ⁊ reſpectu eiuſdē
ſpeciei poſſeſſionis inſolidum a pluribus.
16 Subiectum moleſtans videtur moleſtare ſuperiorem.
17 Sentētia ferri pōt cōtra dñm iudicio contra pcuratorē agitato.
18 Sententia an retractari debeat pretextu falſitatis.
19 Teſtes corruptos fuiſſe probare ⁊ iudicem ſecutum fuiſſe dicta
eorum an ſufficiat ad hoc vt retractetur ſententia.
20 Excipi poteſt ppetuo cōtra agentē ex ſnia lata per falſos teſtes.
21 Narrans plura an ⁊ quando ſufficiat probare.
22 Aſtringere ſe tacite intelligitur quis multis modis.
23 Iudex cui notorie conſtat de iniuſtitia partis tamē pro ea feret
ſententiam ſi pars aſtrinxit ſe ad probandum plura.
24 Poſſeſſio iniuſta que dicatur ⁊ que iuſta.
25 Probationes quando ſunt pares ille obtinet qui magis iuſtifi-
cat poſſeſſionem ſuam:⁊ ſic qui probat de titulo.
26 Precario habere quis dicatur.
27 Super poſſeſſione qualiter pronuntiari debeat.
28 Queſtio facti an debeat ſorte dirimi.
29 Negatiuam aſtruentibus an credi debeat.
30 Preſcriptio.xx.an.an intelligatur probata ſi teſtis dicat ꝙ titi⁹
poſſedit per.xx.annos ⁊ circa.
31 Terminus ſi ſtatuatur ad probandum vel producendum inſtru-
mentum an poſt lapſum termini poterunt inſtrumenta produci.
32 Et quid ſi datus eſt terminus ad producendos teſtes an poſt la-
pſum termini produci poſſint.
33 Et ſi datus eſt non ad producendum teſtes ſed ad probandū an
poterunt produci poſt terminum.
34 Terminus ſi eſt datus ad probandum ⁊ probatum habendū an
ſufficiat teſtes iuraſſe infra terminum.
35 Terminus ſi ſit datus alicui ad ꝯteſtandū litē ⁊ ad procedenduꝫ
in cauſa ſi litē cōteſtetur ⁊ in aliquo actu pcedat ⁊ poſtea recedat
non poterit contra eum procedi ſine noua citatione.

a **Licet cauſam.** In interdicto[a] vti poſſi
detis obtinet qui iuſtio
rem titulū probat.h.d.❡Et ſunt quinqꝫ partes prin-
cipales.in prima parte ponitur proceſſus deciſa nar-
ratio.in ſecūda ibi:porro.fauentinorum exceptio cōtra teſtes ec-
cleſie:ipſius eccleſie reſponſio.pape interlocutio:⁊ interlocutio-
nis ratio.in tertia ibi:poſt hec ponatur corruptionis ⁊ falſitatis
nona exceptio.ipſius admiſſio probationis et reprobationis ad
miſſio.in quarta ibi:ꝙꝙ teſtes fauentinorum impugnat primo
approbatorios.ſecundo reprobatorios.in quinta ibi:ex pmiſſis.
allegando concludit pro eccleſia.⁊ pro ipſa ſentētia pnuntiat ſm
Jo.an.vel addi poteſt ſexta in qua fert ſentētiam pro eccleſia ibi:
nos recognoſcentes.❡In tex.ibi pponebat.⁊.ſ.deciditur ꝙ ha
betur in.c.cū cauſam.ſ.de iura.cal.⁊.c.cum cauſam.ſ.de teſti.que
oīno videas pro poſitione caſus.Et igitur ex pmiſſis itaqꝫ ſup-
ple conſideratis ſupradictis atteſtationibus per vtrāqꝫ partē p-
ductis.❡No.primo tria iura ſeparata que poſſunt haberi in ca
ſtro vel villa.ſ.honor:quia cum honore quis recipitur:⁊ ſimiliter
eius nuntij.Item iuriſditio que conſiſtit in cognitione cauſaruꝫ
ciuiliū ⁊ criminaliū.Item diſtrictus vt quia habet poteſtatē di-
ſtringendi ſubditos ad ſoluēdas penas vel ad fideiuſſiones pre-
ſtandas.licet etiam iſtud ſub iuriſditione poſſit comprehendi.
❡Item no.ꝙ in petitione per quam quis petit ius ſibi debitū
includitur debitū etiā de iure ſpeciali:vt hic ex princi.iuncto ver-
ſi.ex premiſſis.ibi:⁊ ex priuilegijs imperatorū ⁊c.de quo.in.c.cuꝫ
ad ſedem.ſ.de reſti.ſpolia.vbi etiā aliquid tetigi.ſꝫ do.Anto.hic
dicat ideo iſtud euenire:quia ſaltem in genere ſuo alterna facta
fuerit declaratio:quia dictum fuit peto honorem diſtrictū et iu-
riſditionem mihi debitā.vel dic vt in dicto.c.cum ad ſedem.di-
1 ctum fuit.⁊.ſ.de offi.ordi.conquerente.❡†Item not.ꝙ licet in
libello ſuper poſſeſſorio retinende poſſeſſionis non ſit neceſſe al-
legare proprietatem.tamen eſt vtile:quia ſi pariter probetur de
poſſeſſione per actorem ⁊ reum:obtinebit probans de proprieta
2 te:et ſic iuſtificans ſuam poſſeſſionem.❡†Item not.ꝙ ſola pu
blicatio atteſtationum non videtur impedire productionem te-
ſtium ſuper reprobatione perſonarum teſtium:niſi aliud habeat
obſtare.de quo dicendum vt habetur in.c.preſentium.et.c.dile-
3 ctus.ſ.de teſtibus.❡†Item not.ꝙ lapſus termini dati ad pro-
bandum vel reprobandum:vel ad vtrūqꝫ excludit quem a faculta
te probandi illud ad quod terminus fuit ſtatutus.et ſic facit ꝙ
ſi datus ſit terminus ad producendum inſtrumentum non poſ-
ſit poſt terminum produci.de quo per glo.in clemen.ſepe.in ver.
eo ſaluo.⁊ in verbo nō obſtante.de ver.ſignifi.⁊ per Cy.in.l.ſi ea.
C.qui accuſa.non poſ.⁊ per Bartol.in.l.mancipiorum.ff.de opt.
leg.⁊ facit ꝙ notant domi.de Rota ſua conclu.lxx.Et adde etiā
quod no.Bar.in.l.damni.§.ſabini.de damno infec.vbi tangit,an
ſi datus terminus ad probandum ſufficiat teſtes infra terminuꝫ
iurare.licet poſt terminum examinentur.de quo etiam per Joā.
andr.poſt Archid.de excep.pia in verb.octo dierum.lib.vj.⁊ per
domi.de Rota in preallegata conclu.lxx.et aliquid etiam in ſua
concluſione.xxx.⁊ tangit etiam hic domi.Anto.❡Item not.ꝙ
vbi actus ſunt compaſſibiles.eodem tempore ſtatui poteſt ter-
minus ad duplicem actum.vnde hic eadem dilatio fuit ſtatuta
ad producendos teſtes ſuper principali:et ad reprobandas per-
ſonas teſtium.❡Item not.ſuper emergenti pronuntiari.⁊ eſt in
terlocutoria talis pronuntiatio.de quo in.c.j.de ordi.cogn.⁊ not.
etiam argu.ꝙ ſuper exceptione ſit fienda lit.conteſta.ſed de hoc
dic vt per gloſſ.⁊ docto.vt in.c.prudentiam.§.vj.de offic.delega.
4 ❡In verſicu.poſt hec.no.primo† ꝙ etiam poſt ſententiam po-
teſt opponi exceptio falſi.❡Item nota ꝙ ex retardata oppoſi-
tione exceptionis preſumitur contra opponentem ꝙ faciat ani-
mo dilatandi.⁊ videtur tarde opponi quando iam liquidato ne-
gotio opponitur.facit quod habetur.ſ.de dolo.finem.❡Item
5 nota ꝙ† ex leui preſumptione contra excipientē non debet reijci

a ❡In interdictio.idē ſummāt hic oēs ſcribentes.licet do.Felyn.amplioribꝰ verbis ſumet idē tū ſunt in ſenſu.

Ayuntamiento de Madrid

exceptio peremptoria. facit quod no.Innocen.in.c.poſt electio-
6 nem.de conceſ.preben.⁊ in glo.ij.q.j.in.c.j.ſemper.¶ † Item no-
ta ꝙ iudex ex officio poteſt ſtatuere terminum ad producendos
teſtes reprobatorios.⁊ ꝙ licet non dentur articuli vel interroga
toria.tamen iudex ex officio debet diligenter examinare teſtes.⁊
interrogare de cauſis.⁊ de circunſtantijs. de quo in.c.cum cau-
7 ſam.j.de teſti.¶ † Item nota ꝙ terminus ad ꝓbandum ⁊ repro
bandum non debet eſſe idem ſed ſeparatus quando datur ad re-
probandum dicta teſtium.ſecus quando datur ad reprobandum
perſonas.vt in princ.c.⁊ eſt ratio diuerſitatis quia reprobatio in
perſonas eſt compaſſibilis cum probatione ſuper principali ne-
gotio cum perſone teſtium ſint note:ſed non eſt ſic ⁊ in reproba-
tione quo ad dicta:quia illa non habet quis nota anteꝙ deponã
8 tur; facit quod habetur in.c.a.imputari.de fide inſtru.¶ † Item
no.ꝙ ſuper directo contrarijs articulis admittuntur teſtes poſt
publicatas atteſtationes quando arguitur falſitas cũ corruptio-
ne.nam tunc productioni teſtium non obſtat ſententia:⁊ per cõ-
ſequens nec publicatio.facit quod dictum fuit.ſ.eo.c.intranit.
et quod not.glo.in clemen.teſtibus.de teſti.¶ Item nota ꝙ ex
preſumptione que fit contra partem:non debet recedi a tramite
iuris.poteſt tamen propter preſumptionem peti iuramentũ de
malitia.ſ.de reſtitu.ſpolia.literas.⁊ de iura.calum.c.ij.lib.vj.
9 ¶ † In verb.ꝗꝗ.nota multa detrahenda de fide teſtium.primo
quando teſtis ſibi ipſi eſt contrarius.Item quando teſtis eſt ma-
le fame vel leuis opinionis.Item quãdo nõ concludit perfecte
id ad quod adducitur.Item quando eſt ſingularis.Item quãdo
arguitur de falſitate vel de corruptionẽ.Item quando dictũ eius
10 nõ eſt veriſimile.¶ † Et nota bene infamiã facti nõ ex toto re-
pellere a teſtimonio in ciuili cauſa:ſed detrahere probationi.et
ſm qualitatẽ infamie arbitrabitur iudex quantitatem ꝓbatio-
nis:⁊ aliquãdo etiã nullam dabit fidem:⁊ ſic videntur intelligen-
de glo.iuris ciuilis.quarum vna eſt in.l.j.C.de ſumma trini.et ibi
per Bart.alia in.l.iij.ff.de ſena.de quo etiam in.c.teſtimonium.j.
de teſti.¶ Item no.ꝙ vbi plura narrãtur in eodem articulo ⁊ in
eadẽ oratione taliter ꝙ vnũ qualificate venit ad aliud:non ſuffi-
cit alterũ ꝓbari licet alſ quodlibet de per ſe ſufficeret ad intẽtio
nem partis:⁊ hoc ideo quia videtur tunc ſe aſtringere ad ꝓban-
dum vtrũqʒ.de quo per Bar.in.l.diuus.ff.de re iudi.⁊ facit quod
no.Archid.in.c.preſentium.de teſti.lib.vj.⁊ ſic hoc caſu vtilis eſt
practica quã ſeruant cauti procuratores ⁊ aduocati:quia in fine
articulorũ dicunt non aſtringens ſe ad non neceſſaria probanda.
¶ Ex predictis etiam potes notare ꝙ licet mandatum iudicis
et arbitri qualificate prolatum diſtribuatur in ſingularitates.ſ.
de dolo.cum dilecti.⁊.l.celſus.ff.de arbi.⁊ facit quod habetur in
l.falſa.§.fina.de condi.et demonſtra.tamen non ſic videtur in po-
ſitione vel articulo partis quod eſt notandum ſm domi.Anto.
¶ Item no.ꝙ illud dicitur euidenter conſtare qꝺ conſtat ex vi-
ſione inſtrumenti.intellige clari ⁊ non ſuſpecti.facit.ſ.de reſcri-
11 ptis.cum cõtingat.¶ † In ver.ex premiſſis.Nota ꝙ ceteris pa-
ribus ſeu quando pariter probatur de poſſeſſione in interdicto
vti poſſidetis.obtinet ille qui ſuperat partem aduerſam in alte-
ro ex tribus.primo quando probat de poſſeſſione per teſtes nu-
mero plures.ſecundo quando probat de antiquiori poſſeſſione.
tertio quando iuſtificat titulum ſue poſſeſſionis et aduerſarius
non.et ex hoc vltimo patet ꝙ vtile eſt allegare ⁊ probare titulũ
in interdicto vti poſſidetis.de quo etiam per Cy.⁊ Barto.in.l.j.
C.vti poſſide.⁊ in.l.ſi duo.ff.vti poſſi.per Barto.¶ Item nota
12 ꝙ ceteris paribus † preferuntur teſtes qui aptiora negotia ⁊ ve-
ro proximiora atteſtantur.⁊ per hoc d.xit Inno.de preſcrip.au-
ditis.⁊ glo.in.c.cum eccleſia vulterana.de electio.ꝙ teſtes quorũ
dictis conſonat ius cõmune preferuntur teſtibus qui deponunt
13 contra ius:quia deponere videntur aptiora.¶ † Item not.pra-
cticã concludendi articulum ad probandum continuam poſſeſſio
nem:quia debet dici in articulo ꝙ poſſedit quis a.xl.annis et ci-
tra:⁊ ſic per copulam ⁊ que notat conti[illegible]ationem.ſecus ſi dicit
a.xl.annis citra:quia hic articulus ve[illegible] etiam ſi p vnam
diem infra dictũ tempus poſſediſſet.l.j.§.quod autẽ.ff.de aqua
quoti.⁊ eſtiua.de quo hic per Joan.[illegible]d.⁊ per Bar.in.l.celſus.ff.
de vſucap.vbi etiam d.cit ꝙ cautus de[illegible]t eſſe articulans ꝙ tali-
ter formet articulum ꝙ concludat preſcriptionem completã an
te litem motam.alſ ſi ſimpliciter ſumatur includet etiam tẽpus
lit.per quod apparet preſcriptionem interruptam.C.de rei ven-
di.in.l.more.⁊.l.ij.§.fina.ff.de vſuſcap.pro emp.⁊ facit quod ha-
14 betur in.c.illud.per gloſ.j.de preſcript.¶ † Item not.ꝙ recens
poſſeſſio vbi apparet de antiquiori.eodem reſpectu preſumitur
iniuſta ⁊ clandeſtina niſi oſtendatur titulus vel cauſa illam iuſti
ficans.facit quod habetur in.l.fina.C.de acquiren.poſſeſ.⁊ in.l.ſi.
15 C.vnde vi.¶ † Item nota ꝙ eadem res eodem modo ⁊ reſpectu
eiuſdem ſpeciei poſſeſſionis non poteſt a pluribus inſolidũ poſ-
ſideri.de quo in.l.iij.§.ex contrario.ff.de acquirẽ.poſſeſ.¶ Item

a ¶ In glo.j. do.Fely.expedit gl.huius.c.p cõcluſiões ⁊ limitatiões egregie more ſuo quem videre poteris.

nota ꝙ homines mei ſine meo conſe[illegible]t ſe facere alte
rius cenſuales.facit quod no[illegible]nõrum[illegible]mpe.verum.et
ſ.de maiori.⁊ obedi.dilecti.[illegible]o.nota duplicẽ
practicam pronuntiandi ſuper interdicto [illegible] poſſidetis.prima
eſt vbi equaliter quis probat de poſſeſſione:q[illegible] debet pronun-
tiari vti poſſidetis.ita poſſideatis qꝺ debet in[illegible]igi quãdo qui-
libet probaret de diuerſa ſpecie poſſeſſionis:ſed ſi de eadem quid
iuris.tangit in glo.in ver.vti poſſidetis.ſecun[illegible] practica eſt quan
do vnus melius probat ꝙ alter:quia tunc pro[illegible]tiatur pro me-
lius probante ⁊ imponitur ſilentium alteri;et p[illegible]hibetur ne per
16 ſe vel alium moleſtet obtinentem.¶ † Itẽ nota q[illegible]x moleſtatio
ne ſubiecti videtur ſuperior moleſtari.facit qꝺ no.[illegible]n.in.c.dile-
17 cti.de ap.¶ Vltimo no.ꝙ † iudicio agitato per procuratorem ſen
tentia ferri poteſt in perſonam dñi.de quo.ſ.de electio.querelã.
a per glo.⁊ Barto.⁊ in.c.ſuſcitata.de reſtitu.in integ.¶ In glo.j.
18 in ſi.hic addere potes que.j.dicuntur poſt gloſ.¶ † In gl.oppo-
ni.ibi nõ trãſit in rem iudicatã vſqʒ ad.xxv.an.⁊ melius dixiſſet
vſqʒ ad.xx.an.propter.l.querelam.que ſtatim allegatur.⁊ qꝺ ha-
betur in.c.cum venerabilis.de excep.tamen ſm veritatem nedũ
poſt.xx.imo etiam poſt.xxx.vel.xl.non tranſit in rem iudicatam,
nihilominus non poſſit excipi ratione falſitatis cõtra talem ſentẽ
tiam per.l.qui agni.ff.de excep.⁊.j.tangetur circa fin.gloſ.¶ In
eadẽ gl.ibi probabilius.⁊ hec opinio communiter tenetur quod
intellige quando quis vult probare indirecte falſitatẽ ſm ea que
habentur in.c.ex tenore.j.de teſt.⁊ in.l.optimam.C.de contrahẽ.
⁊ cõmit.ſtipu.Si autẽ directe velit probare falſitatem:tunc quia
poſt publicatas atteſtationes ſuper eiſdem articulis:vel directe
contrarijs etiam in cauſa appellationis non licet producere te-
ſtes.vt in clemen.teſtibus.de teſti.ideo tunc non ſufficeret allega
re ⁊ probare falſitatem niſi etiã allegetur corruptio teſtium.⁊ ita
poteſt intelligi hic:⁊ ſic etiam poſſit ſaluari alia opinio.⁊ hoc etiã
voluit glo.in dicta clemen.teſtibus.Et aduerte ꝙ vbi exceptio
opponitur ante ſententiam:clarum eſt ꝙ procedant predicta:ſʒ
vbi poſt ſententiã:expedit etiã probare ꝙ iudex etiã fuerit ſecu-
tus dicta talium teſtiũ.alſ nõ retractaretur ſentẽtia neqʒ conclu-
deret exceptio de neceſſitate per id qꝺ habetur in.c.cũ.i.⁊ a.j.de
19 re iudi.⁊.l.falſam.C.ſi ex falſis inſtru.¶ † In ea.glo.ibi vt patet
per iura predicta.⁊ ſic videtur remanere glo.in concluſione ꝙ ſuf
ficiat ꝓbare ſolã corruptelam teſtium dũmodo probetur iudicẽ
fuiſſe ſecutum dicta talium.⁊ hoc quando ſententia iam eſſet la-
ta ⁊ ſic videtur ꝙ vbi nõdũ eſſet lata ſufficeret probare corrupte
lam teſtium ad reprobandum eorũ dicta.Inn.hic videtur velle
ꝙ ante ſententiã poſſit obijci de corruptela tñ:licet non allegeť
falſitas;ſed poſt ſententiam non:quia tunc requiratur etiam fal
ſitas.pro quo facit tex.iſte.ſed Barto.in.l.diuus.ff.de re iudic.di-
citqʒ ꝙ etiam poſt ſententiã admittitur allegans corruptelam tñ
ſcʒ pecunie:quia teſtis corruptus pecunia ferens teſtimonium
incidit in.l.corneliam.de falſis.per.l.j.ff.ad le.corneliã de falſis.
ſecus ſi fuerit corruptus prece.⁊ ſic poſſit procedere dictum In-
no.ſed forte verior eſt opinio Inno.quia non reperitur iure cau-
tum ꝙ poſt ſententiam ſola allegatio corruptele admittatur:ſed
demũ quando allegatur corruptela cum falſitate.vt hic patet.et
ideo videtur imputandũ parti que nõ appellauit arg.eius quod
habetur in.l.ab eo.C.quomõ ⁊ quando iu.j.de re iudi.in.c.qꝺ ad
conſultationem.Vbi autẽ opponitur corruptela ante ſentẽtiã.
videtur ꝙ admittať talis allegatio ſiue fuerit corruptela pecunie
ſiue corruptela precum:quia teſtis qui taliter corruptus teſtificať
eſt periurus:vt patet ex forma iuramenti teſtis.de qua per glo.in
c.fraternitatis.j.de teſti.nec ob.predictis.d.l.j.ad le.corne.de fal.
quia licet dicat ꝙ teſtis ferens teſtimonium corruptus pecunia
poſſit puniri.l.cornelia.de fal.non tamen per hoc ſequitur neceſ-
ſario ꝙ depoſuerit falſum:⁊ ideo nõ videť ꝓbare neceſſario opi-
nionẽ Bar.¶ In ea.glo.ibi:dum dicit bene tenet hoc verum re-
gulariter.fallit primo ſi feratur contra minorẽ.xxv.annis ex fal-
ſis probationibus:quia tunc eſt ipſo iure nulla.l.j.⁊.ij.C.ſi ex fal-
ſis allegationibus.fallit ſecũdo quãdo lata eſt cõtra abſentem ex
falſis allegationibus per dolũ partis preſentis iactis:quia tunc
ipſo iure eſt nulla.l.ſi pretor.§.marcellus.ſm vnum intellectum.
ff.de iudi.⁊ de hoc etiam per Bart.in.l.diuus.allega.in gloſ.in.l.
ſi is ad quem.vbi etiam per glo.ff.de acquiren.here.Item intelli
ge glo.veram in ſententia diffinitiua.ſecus in ſententia decreti:
quia decretum interpoſitum ex falſa cauſa ipſo iure eſt nullum.l.
cum vero.§.ſubuentum.ff.de fideicõmiſſa.liberta.⁊.l.j.§.hec ver-
ba.ff.ne vis fiat ei.¶ In ea.gl.ibi:ſed retractanda eſt ſupple per
reſtitutionem in integ.vt.j.ſequitur in gl.⁊ probatur in.l.diuꝰ.al
lega.in glo.¶ In ea.gloſ.ibi vſqʒ ad quadriennium ſupple com-
putandum a tempore ſententie:⁊ infra iſtud tempus nedum de-
bet peti reſtitutio in integrum:ſed etiam debet cauſa finiri infra
tempus predictum.l.ſi.C.de temp.reſti.in integ.⁊ in.c.j.de reſtit.
in integ.in.vj.⁊ cle.j.eo.titu.¶ In ea.glo.ibi per actionem in fa-
ctum ſupple

Ayuntamiento de Madrid

ctum ſupple.de qua habetur in.l.qui nomine.ff.de fal.⁊ datur ad intereſſe contra illum qui produxit falſos teſtes vel falſa inſtrumenta.⁊ ſimiliter contra ipſos falſos teſtes.⁊ per hoc videtur q per hanc viā non retractetur [illegible] ia:quia ad hoc nō agitur per id qđ habetur.ſ.de or.cog.c [illegible] ctus.⁊ iſta actio cum ſit perſonalis durat.xxx.annis.vt dicit glo.ſicut ⁊ cetere actiones perſonales.l.ſicut.C.de preſcri.xxx.annorum.¶ Jn ea.gl.ibi criminaliter agatur ſcʒ ex.l.cornelia.de fal.facit quod habetur in.l.j.⁊ per totum.ff.ad le.cornel.de falſis.⁊ iſta via eſt accuſatio criminalis ad penā criminalem imponēdam.de qua habetur in.d.l.j.⁊ ideo videtur q per iſtam etiam non retractetur ſententia:quia ad hoc non agitur:ſed vt pena criminalis imponatur.⁊ hoc tenuit Jnno.licet alij contrarium tenuerint.⁊ nō bene per id qđ habetur in preallegato.c.cum dilectus.de ordi.cog.¶ Jn ea.glo.ibi:vſq ad xx.annos.hoc verū de iure ciuili:ſed ſm canones videtur q perpetuo poſſit accuſari per id quod habetur.xxiij.q.[illegible] in.c.ecce.⁊ hoc tenuerunt quidam:ſed forte idem dicendum de iure canonico [illegible] co.cum expreſſe hoc non reperiatur hic correctum.nam [illegible] c.ſic ce poteſt intelligi cum limitatione.l.querela.C.de fal.facit quod
20 habetur in.c.cum venerabilis.ſ.de excep.¶ † Jn ea.gloſ.in fine eſt etiam alia via ſm doc.ſcʒ via excipiendi contra agentē ex ſententia lata per falſos teſtes p.l.qui agnitis.ff.de excep.⁊ hec durat perpetuo ſicut ⁊ alie exceptiones.l.pure.in ſi.ff.de doli excep.⁊ competit iſta exceptio etiā non petita reſtitutiōe.nec obſt quod habetur in.l.necnon.§.exemplo.ff.ex quibus cau.ma.⁊ in.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiuran.vbi videtur q non poſſit exceptio eo caſu quo reſtitutio in integrum peti poteſt niſi illa pri⁹ ſit petita:quia illud procedit quando quis per viam exceptionis vellet conſequi eūdem effectum quem conſequeretur per viā reſtitutionis.ſecus vbi non ↄſequeret eundē effectū:ſed diuerſum vt contingit in caſu ꝓpoſito:qꝛ per viā exceptionis ſolū repellit agens ex ſnīa lata per falſos teſtes:⁊ ideo ſi ad idē debituʒ ageretur primitiua actione.⁊ probaret agēs per alios teſtes qui deponerent veritatē obtineret:ex quo non fundaret ſe ex ſnīa lata per falſos teſtes:ſed vbi petita eſſet reſtitutio in integrum aduerſus ſnīam.tunc qꝛ reponitur reus in ſtatu in quo erat ante ſnīam.poteſt petere ſe abſolui diffinitiue velut actore non ꝓbante intētionem ſuā.l.qui accuſare.C.de eden.⁊ ſi taliter abſoluatur non poterit poſtea inquietari:ſecus ſi abſolueret ſolū ab illa inſtantia al's ſnīa.argu.l.ſi mater.§.j.ff.de excep.rei iudi.¶ Jn gloſ.ad reprobationem.ibi ⁊ tres reprobationes.bene dicit glo.ſi habes probationes:qꝛ due tm̄ reprobationes poſſunt fieri in.c.licet.alle.in gl.⁊ ideo nō debet dicere tres reprobationes:ſed dʒ dicere tres ꝓba
21 tiones.¶ † Jn gl.aſtringit ibi:⁊ ex eo q dixit.hic collige ſolutionem ad cōtraria:qꝛ ſi ſe nō aſtrinxit quis expreſſe vel tacite.⁊ plura narrauit.ſufficiet alterū ꝓbare ſi quodlibet eorum ſufficiebat ad victoriam.ſecus vbi ſe aſtringit expreſſe vel tacite ad probandum vtrūq:qꝛ tunc opʒ vtrūq ꝓbari ad victoriā proſequendam:vt hic eſt caſus.⁊ in.l.diuus.ff.de re iudi.Et ibi omnino vide per
22 Jo.de imo.⁊ dicitur tacite ſe aſtringere † quādo in eadē oratione plura qualificate proponit vt fuit hic:qꝛ oppoſuit q teſtes corrupti falſum dixerunt.facit.l.fulcinius.§.j.ff.ex quibus cau.in poſ.eatur.Jdem dicebat Hoſti.ſi dixit copulatiue vel per dictionem item.puta ſi dico q teſtes fuerūt corrupti ⁊ falſum dixerūt:vel ſi dico q teſtes fuerunt corrupti:item falſum dixerunt.ſecus ſi alternatiue dico q teſtes fuerunt corrupti vel dixerunt falſuʒ:quia tunc non videtur ſe aſtringere.ſ.de reſcrip.inter ceteras.ſed Bar.in.l.diuus.de re iudi.dicit q nunq̄ intelligitur qs ſe aſtringere ad probandū vtrūq:niſi quando plura qualificate ponūtur in eadē oratione:vt hic fuit.⁊ ideo ſecus eſſet quādo per copulatiuam vel per dictionem item plura narraſſet.per ea que habentur in.d.l.fulcinius.§.j.⁊ iſtud videtur ſequi hic do.Anto.de cautela tñ eſt ad opiniones vitandas q ponatur in fine articulorum clauſula nō aſtringens:ſed ad ꝓbandum nō neceſſaria.nam tunc etiā ſi qualificate in eadē oratione ꝓpoſuerat non tenebitur vtrū
23 q probare.¶ † Jn eadem gl.ibi quia per hoc voluit.Jo.bene q etiam ſi notorie ↄſtet iudici de iniuſtitia partis.tñ ꝓ illa feret ſententiā.⁊ eſt ſpeciale in caſu iſto quando pars ſe aſtringit ad ꝓbandum plura:qꝛ tūc videtur feciſſe conuentionē q niſi ꝓbet vtrūq feratur ſententia pro aduerſario:⁊ iudex conuentionē partiū debet ſequi.l.ſi conuenerit.ff.de re iudi.vbi autē pars ſe non aſtrinxiſſet.An iudex poſſit ſupplere ex facto ſibi notō ex actis.recurre ad notata in.l.ſi vnus.§.pactus.per Bar.ff.de pac.quia ſi conſtet notorie ipſo iure nō competere ius parti.ſuppleet etiā ſi nihil dicatur.l.vbi pactum.cum gl.ſua.C.de tranſac.Sed vbi competit ius ipſo iure:ſed obſtat exceptio de qua iudici conſtat ex actis tunc ſi pars nō opponit:nō poteſt iudex ſupplere.vt eſt tex.cum gl.in.d.§.pactus.ſaluo niſi aduerſarius locupletaretur cum alterna iactura:quia tunc iudex ſupplebit ex officio.per.l.plane.ff.de peti.here.⁊ ſic debet intelligi quod no.Jnn.in.c.cū olim.ſ.de cenſi.⁊ hec etiam vera vbi nō tangit intereſſe publicū.al's autem poſſet iudex ex officio ſupplere per id quod ſequitur in glo.⁊ per id
24 qđ habet in.c.bone.ſ.de poſtu.prela.¶ † Jn gl.eodem modo ibi ⁊ alter iniuſtam.appellat gl.poſſeſſionem iniuſtā poſſeſſionē naturalē clādeſtine occupatā abſente eo qui ciuiliter poſſidet.facit l.clā poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.poſ.poſſeſſionē autē iuſtā appellat poſſeſſionē ciuilē quā habebat abſens que retinetur animo ⁊ abſentia rei.vt.C.de acquir.poſ.l.licet.Sʒ naturalis nō retinetur niſi in cōſpectu rei etiā per habentē ciuilē:ſed vbi non eſt in cōſpectu rei perditur ipſa naturalis qꝛ ſatis fatigatur animus circa retentionē ciuilis iuxta nota.in.l.j.in prin.ff.de acqui.poſ.per gl.et Bar.facit quod habetur in.l.qđ labeo.ff.de compen.Sed vbi quis haberet ſolam naturalem:tūc illa bene poteſt retineri etiam extra cōſpectū rei:quia tunc nō fatigatur anim⁹ niſi circa retentionē ipſius naturalis.vt plene no.in.d.l.j.in prin.ff.de acquir.poſ.¶ Jn ea.gl.ibi maritus eſt dn̄s rerum dotalium.Et aduerte q ipſe eſt ille qui habet verum dominium.l.doce.C.de rei vēdi.mulier autē nō habet verū dn̄ium cū duo eiuſdem rei inſolidum non poſſint habere verū dn̄iūʒ.vt in.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.commo.ſed dicitur quodāmodo dn̄a ꝑpter promiſcuū vſum quem habet mulier in ipſis rebus dotalibus cū ipſo marito.l.in rebus.allega.in glo.⁊ eodem modo videtur quodammodo poſſi
25 dere ipſas res dotales:ſed vere poſſidet ipſe maritus.¶ † Jn gl.titulum ibi potiora iura.nam vbi pares ſunt ꝓbationes obtinet ille qui magis iuſtificat ſuā poſſeſſionē.⁊ ſic qui probat de titulo:vt hic ꝓbatur.de quo etiam plene in.l.ſi duo.ff.vti poſſidetis.⁊ in l.vna.C.vti poſ.¶ Jn ea.gl.ibi ſufficit q nec vi poſſidere dicitur quis vi ab aduerſario ſi eum expulit de poſſeſſione violēter ideo ſi agit contra expulſum turbantē cū interdicto vti poſſidetis nō obtinebit:quia vi poſſidet ab aduerſario.ſecus ſi ageret contra tertium turbantem eum.¶ Jn ea.gl.ibi:nec clam.pone exemplū ſi me abſente qui ciuiliter poſſideo.alius clandeſtine ingreditur poſſeſſionem meā ⁊ occupat naturalē vacantem:nam tunc ſi turbo eum in illa naturali ⁊ ipſe agat contra me interdicto vti poſſidetis ſuccumbet:qꝛ clam a me poſſidet.ſecus ſi contra tertiū tur
26 bantem ageret.l.j.ff.vti poſ.¶ † Jn eadem glo.ibi:nec precario.ille dicitur precario habere ad cuius preces concedo rem tenendam donec reuocauero conceſſionē.l.j.ff.de precario.⁊ in dubio in illum tranſit naturalis vt legitur.⁊ nota in.l.⁊ habet.§.eum qui.ff.de precario.vnde ſi turbetur a me non obtinebit quia precario a me poſſidet.⁊ poſſum reuocare conceſſionem.facit quod nota.per glo.in.c.j.ſ.de preca.ſecus ſi ageret contra tertium turbantem.¶ Jn gloſ.vti poſſidetis.ibi ⁊ in eum qui non poſſidet intellige etiam ſi non aſſerat ſe poſſidere dummodo alias inquietet ⁊ moleſtet.⁊ ſic forte intellexit gl.licet glo.teneat contrarium in.c.cum dilectus.de cauſa poſſeſ.ſed non bene vt ibi dictuʒ fuit.
27 ¶ † Jn eadem gloſ.ibi poſſeſſionem proprietatis ciuilem.⁊ hoc caſu pronuntiat iudex qđ ita poſſideat vt poſſidet.vt ſequitur in gloſ.debet etiam addere q non moleſtetur in tali poſſeſſione deinceps.⁊ quod deſiſtatur a moleſtatione ⁊ etiā poterit cōdēnari aduerſarius ad intereſſe ratione turbationis preterite.ſi hoc fuerit petitum.de quo per Bar.in.l.ſi duo.ff.vti poſſi.⁊ ſimiliter deberet pronūtiare reſpectu poſſeſſionis naturalis quam habet fructuarius.¶ Jn eadem gl.ibi ſuperſedeat itaq ſupple ⁊ prohibeat partibus ne accedāt ad poſſeſſionem:ſed probent de dn̄o ſi volunt.⁊ hoc ne deueniant ad rixas ⁊ arma.per.l.equiſſimum.ff.de vſufruc.⁊ de quo per gloſ.in.l.j.ff.vti poſſi.in verbo prohibebit.¶ Jn eadem gl.ibi contra eum debet ſententiari ſupple abſoluendo ipſum conuentum a petitione actoris velut non proban
28 tis ſuā intentionem.vt [illegible] ex literis.allega.in glo.¶ † Jn eadē gl.ibi forte dirimatur.Sʒ certe non videtur q queſtio facti dirimi debeat ſorte.vt notat glo.ſingu.in.l.vna.C.vti poſ.in verbo prohibebit.⁊ ꝓpter hoc Bar.in.l.ſi duo.ff.vti poſ.dicit q iudex pnūtiare debet ſi appareat quis melius probauerit.pro melius probante [illegible] teſtes ⁊ meliores:ſi autē melius non probauerit de poſſeſ [illegible] vnus q alius tunc ſi alter eorum probauit de antiquiori [illegible] llo feretur ſententia:quia al's preſumitur clandeſtina.vt hic [illegible] tera.Si autem nullus probat de antiquiori:tunc ſi alter eorum probat de titulo ille obtinebit tanq̄ probans de iuſtiori poſſeſ [illegible] ne.vt etiam hic colligitur.vbi vero non probatur de titulo n [illegible] antiquiori poſſeſſione ⁊ alias pares ſunt probationes.tunc d [illegible] Bar.q iudex pronūtiare debet ad vtrunq ſpectare poſſeſſi [illegible] n pro dimidia pro indiuiſo.vt ſic faciant ſibi partes per c [illegible] m.ar.l.ſi pluribus.ff.de lega.j.Sed iſtud non credo verū.nec [illegible] quebat do.Franc.de ramponib⁹.nā.l.ſi pluribus loquit ī q̄ factū eſt certū:ſed dubietas erat in iure:qꝛ duobus erat inſolidū eadē res legata.ſed hic factū eſt incertum:ideo non videt q iudex poſſit etiā pro dimidia adiudicare poſſeſſionē.⁊ maxime qꝛ hoc nō eſt petitū:⁊ quilibet pretendit ſe inſolidū poſſidere.faciat quod habetur.ſ.de ſimo.licet heli.et



Ayuntamiento de Madrid

ideo tutior eſt practica gl. vt iudex ſuperſedeat. ¶ Poteſt etiam
ſaluari gl. inquantum dixit forte dirimi intelligendo ꝙ forte debeat
dirimi quis cenſeatur actor. vt probatur in. l. ſed cum ambo. alle-
ga. in gl. non autē dz forte dirimi quis debeat cenſeri poſſeſſor. ꝑ
nota. per gloſ. in. d. l. j. in verbo prohibebit. C. vti poſ. et ideo licet
abſolueretur ille qui cenſebitur ſuſtinere partes rei. non tamen
poterit ipſe tanquam poſſeſſor poſtea agere cōtra aduerſarium tur-
bantem eum. niſi aliter ꝓbet de poſſeſſione. ¶ Aduerte tamē ꝙ
in iſto caſu qn̄ pariter de poſſeſſione probatur, conſulit Spe. in
titu. de peti. ⁊ poſſeſ. §. ſi, ver. nota tamen diligenter ꝙ tunc alter
ipſorum ſi poteſt manu armata ingrediatur poſſeſſionē ⁊ poſt-
ea hoc intimet alteri: ⁊ ꝓteſtetur illi ꝙ nō veniat cū intendit cōti-
nuare ſuam poſſeſſionem: ⁊ ſi aduerſarius nō veniat videtur ſuſ-
ſpicari ſe poſſe repelli. ⁊ ſic perdet poſſeſſionē ſi quam habebat: ⁊
ideo ammodo obtinere debebit talis ingrediens: nec perdit ius
qđ habet ſic occupando: ex quo non eſt clarum aduerſarium poſ-
ſidere. ſecus quādo eſſet clarū. vt. in. l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. ⁊
de preben. eū qui. lib. vj. ⁊ iſta cautela eſt bona: niſi forte tanta ſit
potentia ingredientis ꝙ veriſimiliter aduerſarius non [illegible] ar-
ma contra illum. alſ eſſet periculoſa ⁊ daret materiam rixe. ¶ In
gl. ſi. ibi vt ibi dictum eſt ſupple: quia debet intelligi ꝙ commune
fauentie hic fuit condemnatū: ſcꝫ mediante perſona ſyndici ſeu
procuratoris: ſed qr iſta expoſitio videt̄ violare literam: ideo da-
tur alia ſolutio que ſequitur in gl. videlicet ꝙ de equitate canonica
non eſt curandū de ſolēnitate. l. j. C. de ſen. ex interlo. om. iudic. que
vult ꝙ vbi ꝓcurator fuit in iudicio debeat verba ſentētie referri
ad procurato. ⁊ nō ad dn̄m. nam ſm̄ canones ad quēlibet eoꝝ po-
terit referri ꝓut iudici videbitur. tamen de cautela eſt vt omniuꝫ
ſeruetur opinio ꝙ ad vtrūqꝫ referatur vt ſic iudex condēnet pro-
curatorē. ꝓcuratorio nomine dn̄i ⁊ etiā ipſum dn̄m. de quo in. l. j.
preallega. ⁊ de materia etiam in. c. ſuſcitata. de reſtit. in integ. ⁊ in
c. querelā. de elec. ⁊ per Bar. in. d. l. j. vbi dicit eſſe ſpeciale in eccle
29 ſia: ⁊ per conſequens in perſonis priuilegiatis. ¶ † Extra gl. tan
git hic Inn. ⁊ ponit magnam gl. an teſtibus aſtruentibus nega-
tiuam debeat credi. ⁊ finaliter videtur concludere ꝙ ſi per verba
expreſſa aſtruit̄ negatiua ꝙ tunc ſunt ſuſpecti. ⁊ ſic loquitur. c. cuꝫ
eccleſia ſutrina. de cauſa poſ. nam dicebant ibi teſtes canonicos
elegiſſe ⁊ non alios vel canonicos tantū elegiſſe quod idē impor
tat. nam ex vi verboꝝ expreſſe apparet de negatiua. ſecus qn̄ ſo-
lum tacite apparet vel per quādam conſequentiā vt contingit in
caſu iſto, nam teſtes Archi. hic deponebant omnē iuriſditionem
honorem ⁊ diſtrictum ad eccleſiam Rauen̄. pertinere ⁊ ſpectare,
⁊ ſic ex vi verboꝝ ſuper affirmatiua deponebāt: ſed tacite de nega
tiua: quia ſi omnis iuriſditio ſpectabat ad eccleſiā tacite ⁊ in con-
ſequentiam videtur dicere ꝙ ad fauētinos non ſpectabat aliqua
ſeruitia recipere: quia qui omne dicit nihil excipit de maiori. et
obedien. c. ſolite. ⁊ in. l. a procuratore. cum ibi nota. C. mandati. et
ideo hic facilius admittuntur cum alias dicatur ꝙ expreſſa no-
cent que nō expreſſa non nocent. l. nonnunquam. ff. de condi. ⁊ demō.
et. l. ſi quis ſempronium. ff. de heredib. inſtituen. ⁊ de regu. iur. in. l.
expreſſa nocent. ⁊ etiā alibi dicitur ꝙ aliquid permittitur in con
ſequentiam. qđ alias non permitteretur in. l. j. in ſi. ff. de auto. tu-
to. Item intellige ꝙ teſtes deponentes ex vi verborū de negati-
ua ſunt ſuſpecti quādo negatiua nō eſſet coartata loco ⁊ tempo-
re. alſ non videtur ꝙ ex hoc debeant eſſe ſuſpecti: quia negati-
ua loco ⁊ tempore coartata bene eſt probabilis per id quod ha-
betur in. l. iij. C. de errore aduoca. ⁊ not. per gloſ. et Joan. andr. de
electio. bone, el. j. ⁊ per Cynum in. l. actor. C. de proba. Item dili-
genter nota ex dictis Inn. ꝙ interdictum vti poſſide. interdum
non ſolum datur vt quis deſiſtat a tu[rba]tione: ſed etiam vt ad-
uerſarius dimittat ⁊ relaxet poſſeſſio[ne]n quam habet: ſic cōtin-
git hic ſm̄ vnum intellectum. nam licet [illegible] [illegible]mi poſſiderēt cer-
ta ſeruitia que forte non includebantur ſub [illegible]petitione archiepi-
ſcopi. tamen quia adepti erant poſſeſſionem [i]lloꝝum ſeruitioꝝuꝫ
precedente poſſeſſione vniuerſali eccleſie. [illegible] [illegible]quiſori viden-
tur clandeſtine acquiſiuiſſe: ⁊ quia retinen[illegible] [illegible] poſſeſſionem
videntur eccleſiam turbare in ſua vniuer[ſali iur]iſditione et poſ-
ſeſſione: quia non cenſetur eam hab[ere] [illegible]m vt prius. facit
quod habetur de reſtitutione ſpoliat[illegible] [illegible]s. ideo poteſt eccle
ſia dicere ſe turbari in ſua vniuerſal[i p]oſſeſſione per poſſeſſionē
talium ſeruitioꝝum: ⁊ quia non po[illegible] [illegible]une fauentie bene de-
ſiſtere a turbatione niſi dimittat i[illegible] [p]oſſeſſionem. ideo poteſt
petere eccleſia ꝙ illam dimittat ip[illegible] [co]mmune. ⁊ ad hoc debet
cogi. facit quod habetur in ſimi. in [illegible] gloſ. in. l. clam poſſide-
re. §. qui ad nundinas. ff. de acqui[illegible] [illegible]ſ. ⁊ hoc caſu etiam eſt
notandum ꝙ datur vti poſſidet[illegible] [illegible] quantum ad effectum. et per
quandam conſequentiam etiam reſpectu poſſeſſionis quam nō
poſſidet ipſe agens interdicto: ſed pro poſſeſſione quam gs non
poſſidet: non poſſet principaliter agi interdicto vti poſſidetis.
quia datur poſſeſſori inſtitu. de interdict. §. retinende. ⁊ ex predi-
ctis habes ſubſtantiam ⁊ effectum vnius magne gl. quam hic po
30 nit Inno. ¶ † Item adde quia dicit hic Joan. an. ꝙ ſi teſtis di-
cat ꝙ talis poſſedit per. xx. ann[os] ⁊ circa ꝙ ad hoc vt intelliga-
tur probata preſcriptio. xx. a[nnorum] [illegible] que currit contra laicum in-
ter abſentes cum titulo ⁊ bo[na fide] [illegible] finali. C. de preſcript. longi
tempo. intelligetur illud verbum et circa de tempore quod eſt a
principio litis vſqꝫ ad tempus depoſiti teſtimonii: vt ſic intelliga
tur depoſuiſſe de preſcriptione completa ante litem motam. naꝫ
alſ ſi eſſet completa poſt litem motā non ꝓdeſſet iuxta ea q̄ ha-
bentur in. c. illud. j. de preſcri. ⁊ idem ſi dixerit ꝙ poſſedit. xx. an-
nis ⁊ plus. ſed Bart. in. l. celſus. ff. de vſuca. ⁊ ſequitur hic domi.
Anto. tenet contra. quia in teſte cuius dictum debet neceſſario
concludere. ſ. eo. in preſentia. talis adiectio tanquam indetermina-
ta. et que poſſet verificari etiam in vna hora: nihil operatur. de
quo etiam in. l. item furti. ff. de in lit. iuran. ⁊ ideo cautela eſt ꝙ ta
liter formetur articulus ꝙ cōcludat preſcriptionem completam
ante litem motam. puta quia dicatur ꝙ talis poſſedit per tem-
pus. xx. annorum ⁊ vltra finitoꝝuꝫ tali tempore. ⁊ ponatur tēpus
[illegible]it ante litem motaꝫ. de quo per Bar. in dicta. l. celſus. ⁊ ibi
tangit qualiter ꝓbetur continuatio poſſeſſionis. de quo etiaꝫ in
c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpolia. ⁊ ibi dictum fuit et tangitur per
31 gloſ. xvj. q. iiij. volumus. ¶ † Item aduerte quia dubitatur ſi ſit
ſtatutus terminus ad producendum inſtrumenta vel ad proban
dum an poſt terminum poterunt inſtrumenta produci. ⁊ Spe. in
titu. de dila. §. videndum. verſi. quid ſi data. refert opiniones ta-
men videtur inclinare ꝙ non poſſunt produci quia talis termi-
nus videt̄ eſſe quedam interlocutoria que videtur tranſire in reꝫ
iudicatam ad preiudicium partiū de re iudi. ꝙ ad conſultationē.
⁊ ideo niſi ſubeſſet iuſta cauſa dandi reſtitutionē non videt̄ pars
audienda per id quod habetur in. c. coram. ſ. de reſti. in integ. gl.
in cle. ſepe. in ver. eo ſaluo. in ver. non obſtante. concordat opinio
nes quia ſi nil deperijt aduerſario vt quia habet teſtes vel alias
probationes per quas eque bene poſſet reprobare inſtrumētum
ſi nunc poſt terminū ꝓducatur: ſicut ſi fuiſſet ꝓductum infra ter-
minuꝫ: ⁊ tunc poterunt inſtrumenta ꝓduci. ſecus ſi res non eſſet
integra quo ad aduerſarium: quia forte mortui eſſent teſtes per
quos potuiſſet reprobare inſtrumentum. ⁊ hec fuit etiaꝫ opi. Ja-
co. de arena. ⁊ Cy. in. l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. ⁊ iſtud etiam ſe-
quitur hic domi. Anto. remittit tamen ad nota. j. de excep. paſto
ralis. ſed Bart. in. l. mancipioꝝum. ff. de op. le. dicit ꝙ etiam ſi nil
deperijt aduerſario. ſi tamen poſt lapſum termini ad vlteriora in
lite eſt ꝓceſſum. non poterit fieri productio per dictā. l. mancipio
rum. cum ſequen. ſecus ſi nō eſt ad vlteriora ꝓceſſum. An autem
idē ſit in teſtibus patebit ex. j. dicendis. Sed aduerte quia Arch.
xxx. q. v. iudicantem. videtur ſimpliciter tenere ꝙ poſt terminum
non admittatur productio. pro quo facit ratio ſuperius allega. et
etiā quia poſt terminū datum ad ꝓbandum non videntur poſſe
produci teſtes vt hic videtur probari. ergo eadem ratione nec in-
ſtrumenta cū parem vim obtineant teſtes ⁊ inſtrumēta. l. in exer-
cēdis. C. de fide inſtr. ⁊ forte iſta opinio eſt verior de iure. lꝫ equior
ſit opinio gl. in. d. cle. ſepe. nec obſtat. d. l. mācipioꝝum. quia ibi ſta
tuitur terminus legatario habenti poteſtatem eligendi ne alſ
heres ſemper impediat̄ diſponere de familia et rebus ſuis. ideo
ſi poſt lapſum termini nihil diſpoſuit nō impediatur legatarius
eligere. ſecus ſi iam diſpoſuiſſet ſed in caſu iſto imponatur termi
nus vt lis celerius expediatur. ⁊ ideo cum iſta ratio etiam poſt ter
minum durat videtur ꝙ poſtea non poſſit fieri ꝓductio. ⁊ impu-
tet ſibi pars que fuit negligēs: niſi forte de nouo ad notitiaꝫ eius
perueniſſet. per id quod habetur in. c. paſtoralis. j. de excep. tamē
forte ꝓpter autoritatem gl. ſeruaretur opi. gl. in practica. ſaltem
32 cum limitatione. Bar. ¶ † Quid autem ſi terminus ſit datus ad
producendos teſtes. videtur ꝙ tunc poſt lapſum termini nō poſ-
ſint ꝓduci per iſtum textum. ⁊ hoc ſimpliciter ſequitur hic domi.
Anto, Sed Cy. in dicta. l. ſi ea. videtur dicere idē in ꝓductione te
ſtium qđ in ꝓductione inſtrumentorū vt ſic diſtinguatur: an ni-
hil deperijt aduerſario. ⁊ tunc etiā poſt terminū poſſunt produ-
ci. An vero aliquid deperierit ⁊ tunc non poſſint. ⁊ pro iſta parte
facit quia eadem ratio videt̄ in teſtibus que in inſtrumentis arg.
l. in exercendis. C. de fide inſtru. ⁊ per conſequens idem ius ar-
gu. ſ. de conſtitu. tranſlato. ⁊ ſi velles tenere hanc partem poſſes
reſpondere ad hunc tex. ꝙ hic volebat teſtes reprobatorios poſt
terminum producere. ⁊ quia talis reprobatio eſt res odioſa. facit
quod habetur. ſ. de teſti. licet dilectus. ideo non admittitur. ſecus
ſi voluiſſet producere ſuper principali: quia tunc videtur ꝙ po-
tuiſſet ſaltem cum predicta diſtinctione domi. de Rota in ſua cō
cluſio. xxx. videntur velle ꝙ ſi datus erat terminus in cauſa cri-
minali: tunc non potuerunt produci teſtes poſt terminum ꝑ no-
tata in. c. ꝙ ſicut. de elec. per. Compoſ. ſed in cauſa non criminali
videtur velle ꝙ ſi eſt cauſa bn̄ficialis vel ſummaria, de equitate
canonica admittatur probatio ad terminum ꝑ ea q̄ habentur in
dicta cle.

Ayuntamiento de Madrid

dicta cle.ſepe. In alia autē cauſa videntur velle ꝙ licet poſt terminum ad probandum admittatur ꝓductio inſtrumētorum:qꝛ per illa poteſt liquere veritas abſqꝫ magna ꝓtelatione cauſe:tamen ſecus ſi ... ꝓductione teſtium ... in ꝓbatiōe per teſtes fienda:qꝛ illa requi... longum t... ⁊ ſic in effectu videtꝰ tenere ꝙ in cauſa ciuili ord... poſt terminum datum ad probādum vel ad ꝓducendos ... non poſſit poſtea fieri ꝓductio: ſꝫ ſecus in inſtrumentis. ... vt dixit Cyn. poſt Jaco. de are. in d.l. ſi eꝯ. pariſicat teſtes ⁊ inſtrumenta. ⁊ pro iſto etiam facit quia videtur eadem ratio ſaltem ſi pars habeat teſtes in promptu qui de facili ⁊ cito poſſint deponere. ⁊ ideo de iure idem videretur dicendū in teſtibus qđ in inſtrumentis. ⁊ ſic vel vtrūqꝫ deberet admitti cum diſtinctione de qua .s. vel vtrūqꝫ repelli per ea que ſuperius
33 dixi. ¶ †Quid autem ſi terminus datus eſt non ad producendos teſtes ſed ad ꝓbandum an poterunt ꝓduci poſt terminum. dic idem ac ſi eſſet datus terminus ad teſtes ꝓducēdos. Bart. in l. damni. §. ſabini. de dāno infe. tamen tenet ꝙ poſtea nō poterūt ꝓduci: qđ an ꝓcedet patet ex ſuperius dictis. Et aduerte qđ vbi datur terminus ad probandum intelligitur datus ad probandum per teſtes ⁊ inſtrumenta. vt voluit Spe. in dicto ver. quid ſi data Sed an ſufficiat teſtes iuraſſe infra terminum ſi poſt terminum deponant. Arch. tenuit ꝙ nō in. c. pia. de excep. in. vi. ⁊ ibi p Jo. and. in verbo octo dierum. ⁊ in Specu. de teſte. §. qualiter. ver. is quoqꝫ. in additio. Specu. lꝫ Jaco. bu. tenuerit cōtrariū. vt refert in dicta additione. ⁊ etiam refert Bar. in. d. §. ſabini. vbi etiā cōtra Butri. determinat Barto. quia licet examinare teſtē ſpectat ad iudicem: tamē ad partem etiā ſpectat ſollicitare vt fiat examinatio. l. ſi quando. C. de teſti. ⁊ idem videtur dicēdum ſi datus ſit terminus ad producendos ⁊ examinandos teſtes: quia nō ſufficiet eos iuraſſe infra terminum: niſi pars fecerit diligentiam vt etiam examinarentur. [ADDJ Et hoc verum de iure lꝫ do. de Rota in concluſione. lxx. aliter videntur dicere: vt hic refert do. Anto. TJD.] Si tñ p iudicē ſteterit quominus infra terminū examinarent nō nocebit parti. de quo etiā p do. de Rota in ſua cōcluſiōe. lxx. Secus quādo datus eſt terminus ſolum ad teſtes producendos vel recipiendos qꝛ ſufficit ꝙ iurauerint infra terminum: licet infra illum nō fuerint examinati ⁊ ſic ſeruat curia. vt not. in Specul. de teſte. §. qualiter. verſic. iudex quoqꝫ. ⁊ ver. is
34 quoqꝫ. ¶ †Quid autem ſi datus eſſet terminus ad ꝓbandum ⁊ ꝓbatum habendum: tunc ſm omnes ſufficit teſtes iuraſſe infra terminum: niſi etiā fuerint examinati. facit qđ no. Butr. in aut. ſi dicatur. Jmo. in. l. ſi quādo. C. de teſti. ¶ Quid aūt ſi ſit datus terminus ad ꝓbandum apertiſſimis documentis. dic vt not. in Spec. de dilatio. §. i. verſi. ſed quid ſi infra tempus. vbi concludit qđ ſufficit teſtes infra terminū fore receptos ⁊ examinatos licet non ſint publicati qꝛ publicatio nō probat ſed declarat ꝓbatum ⁊ quid declarat nihil inducit. l. heredes palam. §. ſed ſi notum. ff. de teſta. ¶ An autem teneatur ꝓbare facta nō data ad ꝓbandū dilatione. Bart. qđ ſic in. c. in cauſe. ff. de adulte. per illam. l. ⁊ idē tenuit in. l. ſi. ff. de ferijs. ⁊ tunc quādo non datur dilatio ad probandum poteſt fieri ꝓbatio vſqꝫ ad cōcluſionē in cauſa. j. de fide inſtru. cum dilectus. Jtem an dilatio poſſit dari ad probandum etiam nō petenti ex officio iudicis Bar. ꝙ ſic in. l. j. C. de dilatio.
35 ¶ †Ultimo adde qꝛ dicit etiā hic do. Anto. ꝙ ſi alicui ſit datus terminus ad conteſtandum litem ⁊ ad ꝓcedendum in cauſa ꝙ ſi cōteſtetur litem ⁊ in aliquo actu procedat: ⁊ poſtea recedat. non poterit contra eum procedi ſine noua citatione: qꝛ intelligitur datus terminus ad procedendum. ſ. in actu qui proximo occurret poſt conteſtationem arg. l. eum qui calendis. ff. de verb. obli. ⁊ plus dixit Federi. de ſenis in ſuo conſilio. clxxj. ꝙ ſi quis fuit citatus ad lit. conteſtandam ⁊ ad omnes ⁊ ad ſingulos actus vſqꝫ ad ſententiam incluſiue ꝙ ſi talis comparuit ⁊ litem fuit cōteſtatus ⁊ proceſſit in aliquo actu: ꝙ non poterit poſtea procedi contra eum ſine noua citatione. ex quo comparuit in iudicio: ⁊ non ex toto fuit cōtumax: ne alias cogatur ſtare in iudicio continue. allegat quod habetur in. c. eum qui. de dolo ⁊ contu. a ſenſu contrario quod nota bene.

1 ☞ Confeſſio etiam extraiudicialis preiudicat in iudicio ſi de illa conſtet.
2 Filium ſe ab aliquo nominari ⁊ tractari tanq̄ filium probat ſufficienter.
3 Contra confeſſionem venire nemo poteſt.

## Per tuas nobis.

Si aliquis nominet aliquem in filium et ita communiter reputetur non creditur poſtea alteri eorum iuranti contrarium. h. d. ⁊ eſt cōmunis diuiſio
1 cōſultatio ⁊ reſponſio. ſecūda ibi: quia vero. ¶ No. primo ꝙ †cōfeſſio etiam extraiudicialis preiudicat in iudicio. ſi de illa cōſtet nec admittitur probatio in cōtrariū per ſolum iuramentū confi
2 tentis. ¶ Jtē no. †modum probandi quem eſſe filium: qꝛ ſufficit probare ꝙ fuerit nominatus ⁊ tractatus tanq̄ filius a tali viro ⁊ a tali muliere tanq̄ filius eorum. de quo in. c. michael. de filijs
3 presby. ¶ Jtem no. †ꝙ non poteſt quis contra ꝓpriā confeſſionem venire. de quo in. c. ſi. de confeſ. ¶ Jtē no. ꝙ teſtimonio matris prefertur tractatus contrarius. ¶ Jn glo. j. in ſi. adde quod not. Bar. in. l. qđ ſenatus. §. i. ff. de libe. agno. vbi dicit ꝙ quando nominatio filiationis ſit ꝓpter ſe: ⁊ non incidēter propter aliud: vel etiam qñ ſit in actu cōueniente tantum filijs vt ſi quis exheredatur tanq̄ filius: ꝙ tunc videtur poni in quaſi poſſeſſione filiationis. ſecus in alijs caſibus quando ſola nominatio interuenit. ¶ Jn glo. ij. in ſi. quaſi velit glo. ꝙ vbi aſſertio iurata ſolum occurreret cum alia aſſertione nō iurata ꝙ tunc preferret aſſertio iurata. qđ ſecus eſt qñ cum prima aſſertione concurrit etiam tractatus. nam tūc aſſertio cū tractatu preferetur aſſertioni contrarie etiam iurate. ¶ Jn gloſſ. ſin. ibi: preſumptiue probata. nec mirū qꝛ talis preſumptio habet vim plene ꝓbationis: vt hic ptꝫ. ¶ Jn ea glo. in ſi. adde ꝙ ibi not. glo. ⁊ in. d. c. hoc quippē.


1 ☞ Negatiua directe non poteſt probari.
2 Acta in iudicijs ordinarijs ⁊ extraordinarijs requiruntur et ſic etiam in ſummarijs.
3 Tabellio ſiue notarius appellatur publica perſona.
4 Notarius vbi deeſt ſubrogantur due ꝓſone honeſte loco ipſius.
5 Actorum appellatione que comprehendantur.
6 Delegatio an ſit de actis iudicij.
7 Exceptio an ſit de actis iudicij ⁊ an poſſit porrigi die feriata.
8 Poſitiones an ſint de actis iudicij.
9 Actorum copia debet dari partibus.
10 Jnſtrumentorum productio eſt de actis.
31 Prothocollo ſtatur quādo eſt varietas inter inſtrumentum extenſe ſcriptum ⁊ prothocollum.
12 Dictio ⁊ cetera quid importet.
13 Judici non creditur niſi quatenus per acta ⁊ legitima documenta conſtet.
14 Acta an poſſint probari per teſtes.
15 Acta regulariter ſunt ſcribenda: ⁊ quid ſi partes conſentiant qđ ſine actis procedatur.
16 Scriptura actorum an requirat ſubſcriptionem teſtium.
17 Nuntio an ſit credendum ſuper citatione.
18 Jn expenſis punitur quis ratione prime citationis.
19 Proceſſus factus per iudicem recuſatum an teneat.
20 Exceptiones an ſint redigende in ſcriptis ⁊ apud acta.
21 Poſitio impertinens non debet admitti.
22 Poſitionem aduerſarij negans poteſt negationem reuocare.
23 Sententia interlocutoria valet etiam ſi in ſcriptis non feratur.
24 Pro ſententia an ⁊ quando preſumatur.
25 Reus an preſumatur cōtumax eo ipſo ꝙ in ſententia dicitur qđ fuit lata reo abſente.
26 Sententia an preſumatur lata in preſentia partium ſi in ea non fiat mentio de preſentia partium.
27 Pro ſententia an preſumatur ſi in ea recenſita ſint omnia acta.
28 Sententia vbi nō tranſiuit in rem iudicatam poteſt de eius iniuſtitia per teſtes doceri.
29 Notarius ſi in inſtrumento dicat talis mulier certificata de beneficio velleiani illi renuntiauit: an preſumatur fuiſſe certificata.
30 Teſtis an preſumatur iuratus ſi tabellio dicat in inſtrumēto talis iuratus depoſuit.
31 Creditur enuntiatis in his que ſunt de longinquo ⁊ parui preiudicij.
32 Nuntius an poſſit citare ſine ſpeciali mandato.
33 Examinationem teſtium poteſt iudex committere notario.
34 Acta an poſſint de conſenſu partium deſtrui.
35 Jnſtrumentum ſcriptum manu alterius notarij: ſi notarius rogatus ſe ſubſcribat ... valeat.
36 Jnſtrumento in ac... regiſtrato parte nō ꝯtradicente creditur.
37 Exceptio tu non ... an poſſit obijci poſt litis conteſta.
38 Uacillatio teſtis ... ibi preſente ipſo teſte.
39 Actorum ſcriptura poteſt per teſtes reprobari.
40 Tutor an preſumatur qui ... eo ipſo ꝙ iudex dixit in ſentētia cōdemno titium tutorem ... pupilli.
41 Preſumitur pro ſenten... ... ea non appellatur.


## a Quoniam cōtra [a] falſam.

Judex debet habere notariū: vel duos bonos viros qui acta iud... ſcribat. alꝯ ſi quid difficultatis emerſerit p ſuperiorē punietur ... credit ei ſup ꝓceſſu: niſi inquantū per acta vel alias p legitima documēta cōſtabit. h. d. ¶ Et ſunt tres partes principales. nā in prima ponit cōſtitutiōis cauſa. in ſcđa cōſtitutio. in tertia pena nō obſeruātis. ſecūda ibi ſtatuimus. tertia ibi iudex. ¶ No. primo ꝙ negatiua directe nō pōt ꝓbari. ⁊ ſic

a ¶ Quā contra. hoc eſt ca. notabile optime ordinās iudiciorūꝫ acta. ſup quo p oībus additionibꝰ vid. Lāphrā. optime ac latiſſime ſcribē tem i materia huius. c. ceteros ēt p te videre poteris.

Ayuntamiento de Madrid

nota a cõtrario qd̃ indirecte bene poteſt probari. de quo in gloſ.
hic. ⁊ ſ. de elec. bone. el. j. ⁊ ibi etiam per Joan. and. vbi tangit an
2 aliquo caſu poſſit directe probari. ¶ † Item no. ꝙ nedum in or-
dinarijs iudicijs ſed etiam in extraordinarijs. ⁊ ſic etiam in ſum-
marijs requiruntur acta: ⁊ qd̃ per aliũ ꝙ̃ per iudicem ſcribantur.
fallit tamen hoc in cauſis modice quãtitatis vt contingit in vica
rijs qui in comitatu reddunt ius in certa modica quantitate. vt
not. Bar. in. l. iubemus nulli. C. de ſacroſan. eccle. ¶ Item no. qd̃
3 † tabellio ſeu notarius appellat publica pſona: quia publicum
gerit officium. ⁊ ideo etiam interdum ſeruus publicus appellat.
ff. rem pupil. ſaluam fore. l. ij. nõ quia vere ſit ſeruus qꝛ talis non
poteſt eſſe notarius. l. generali. C. de tabu. lib. x. ſed qꝛ tenetur pu
blice omnibus eum requirentibus ſeruire ⁊ de diuerſis nomini-
4 bus notariorũ. tangitur hic per Jo. an. ¶ Item no. ꝙ † due pſo-
ne honeſte ſubrogantur loco notarij vbi deficit copia notarij. ⁊
ſic facit qd̃ autoritas notarij equiualeat pbationi duorum teſtiũ
qd̃ eſt verum donec contrarium pbetur. vt patet ex his que no.
ſ. eo. tertio loco. ⁊ p Inn. j. de fide inſtru. cum Joan. ⁊ facit quod
5 not. in. l. fi. C. de fideicõmiſ. ¶ † Item no. que comprehendantur
appellatione actorum. nam hic in litera deſcribunt. ⁊ per hoc vi-
detur ꝙ cum in litera nõ fiat mentio de ſententia: ꝙ ſnia non di
catur de actis, ſed in contrarium eſt text. cum glo. in. l. in fraudẽ.
§. necꝫ. ff. de iure fiſci. ⁊ ibi hoc tenet Bar. ⁊ idem Cy. in. l. ij. C. vt
lit. pendẽ. idem Jo. and. in addi. Spe. ſuper rubrica. de ſnia. alle-
gat etiam qd̃ habetur in. c. cum eterni. de re iudi. in. vj. nec ob. qd̃
hic nõ exprimitur de ſnia: qꝛ qd̃ ſententia deberet ſcribi erat per
alia iura prouiſum. vt patet in. l. j. ⁊. ij. C. de ſen. ex peric. reci. ⁊ in
c. penul. ⁊ fi. de re iudi. in. vj. preterea hic nõ exprimuntur omnia
que ſunt de actis. nam hic non fit mentio de iura. calumnie. ⁊ de
iuramentis teſtium que tamẽ cõſtat eſſe de actis cum apud acta
preſtari debeant. ⁊ ideo nõ valet ar. ſi nõ exprimitur hic ergo non
eſt de actio. nam ⁊ poſſunt predicta cõtineri ſub clauſula genera-
6 li hic poſita dum dicit ⁊c. que occurrunt. ¶ † An autem delega-
tio cenſeatur eſſe de actis. no. Archi. de offic. delega. ſi a ſubdele
gato. lib. vj. ⁊ tangit etiã hic Inno. ⁊ videñ concludere ꝙ non qꝛ
extra iudiciũ fieri poteſt ſicut ⁊ cõſtitutio pcuratoris. ¶ Itẽ no.
7 ꝙ † exceptio dicit de actis videtur tamen ꝙ poſſit porrigi etiam
die feriata. vt nota. Specu. in titu. de dila. §. j. ver. ⁊ nota. ad fin. j.
col. [illegible] quia ⁊ libellus vꝫ poſſe porrigi die feriata. l. miles.
8 §. [illegible] adulte. ⁊ no. in. c. fi. ſ. de iudi. ⁊ in. c. ij. de dila. ¶ † Item
no. ꝙ cum in litera non exprimantur articuli ⁊ poſitiones ꝙ nõ
videatur eſſe de actis. ſed cõtrarium videtur verum per id quod
habetur in clemen. ſepe. §. verum. de verbo. ſignifi. ⁊ poſſunt com
prehendi ſub clauſula generali, que hic ponitur. ¶ Item not. qd̃
cum interrogatio hic ponatur vt quid diuerſum a confeſſione
ꝙ interrogans non videtur confiteri. ſed cõtrariũ notat. Archi.
in. c. qd̃ ait. xxij. qd̃. ij. Poſſes dicere qd̃ interrogans precedente
interrogatione aduerſarij videaꝫ cõfiteri: ſicut ſi dico promittis
mihi decẽ ⁊ tu dicis cur non. facit ꝙ habetur in. l. j. §. ſi quis. ff. de
verbo. obliga. Et idem ſi ratio ſubiecte materie hoc ſuadeat. vt
d. c. qd̃ ait. ⁊. xxxij. q. vij. quid in omnibus. Et adde qd̃ nota. Jo.
and. in. c. fi. de iureiuran. in. vj. vbi dicit qd̃ licet ponens videatur
9 fateri id qd̃ ponit. non tamen articulans qd̃ no. ¶ † Item no. ꝙ
partibus dari debet copia actorum ſed originalia debent rema-
nere penes notariũ. ⁊ ideo male faciũt notarij ꝙ originalia par-
tibus concedunt. nam ſepe vidi propter hoc queſtiones exoriri.
10 ¶ † Item no. ꝙ productio inſtrumenti eſt de actis ipſum autẽ
inſtrumentum non eſt de actis. vt nota. Inno. ſ. de offic. delega.
cum in iure. An autẽ iudex inſtrumẽtũ pcurationis exhibitum
in iudicio teneatur facere reddi ipſi exhibenti ſi hoc petat. nota.
Specu. de inſtru. editio. §. nunc dicamus. ad fi. vbi concludit qd̃
non. ſi eſt ſpeciale inſtrumentum ad cauſam illam: quia tunc ori-
ginale debet eſſe penes notariũ actoris: ſecus ſi eſſet inſtrumen-
tum gñale ad cauſas: qꝛ tunc deberet ſibi exhiberi vt illo poſſit
11 vti pro alijs cauſis. ¶ † Item no. ꝙ vbi d[illegible]bitat de fide exempli
recurrendum eſt ad originale. facit qd̃ [illegible] ſr. ix. diſt. in. c. vt ve-
terum. ⁊. lxxvj. di. ieiunium. quinimo vbi eſt cõtentio ⁊ varietas
inter inſtrumẽtũ extenſe ſcriptum ⁊ pthocollum ſeu primã ſcri-
pturam abbreuiate ſcriptã ſtatur potius ipſi pthocollo. vt not.
gloſſ. ſingularis in. §. fina. in auꝫ. de tabel. collatione. v. ⁊ Bartol.
in. l. ſempronius proculo. ff. de leg. ij. ⁊ facit qd̃ nota. in Spec. de
inſtru. edi. §. inſtrumentum. verſ. ſed nunquid. ⁊ ver. quid ergo.
¶ Itẽ no. qd̃ vbi inſtrumẽtũ exemplatur ab eodem notario qui
ſcripſit originale: tunc facit fidem, qꝛ tunc tale exemplũ cenſetur
autẽticum: ſecus ſi ab alio. vt in auꝫ. ſi [illegible]is in aliquo. C. de edẽ.
21 ⁊ ibi per Bar. ¶ † Itẽ no. de iſta dictiõne ⁊ cetera. nam ſi ſcribit
extenſe eſt nomen, vt hic ſcribitur. ſed vbi ſcribitur in breuitate
cõprehendit omnia que cõſueuerũt includi ſm naturam ſubie-
cte materie. l. gallus. §. j. ⁊ ibi per Bart. ff. de libe. ⁊ poſthu. qd̃ no.
propter practicam tabellionũ qui in prothocollis ſcribunt con-
ſtituentes ⁊c. promittentes ⁊c. nam includũtur omnia que alias
per notarium in ſimilibus inſtrumentis conſueuerunt exprimi.
13 ¶ † Item no. ꝙ non creditur iudici de proceſſu niſi quatenus p
acta ⁊ legitima documẽta conſtet. Et no. ꝙ loqꝛ in ſingulari ⁊
ſic de vno iudice ſecus ſi eſſent [illegible]es qꝛ tunc eis creditur. per id
quod habetur. j. de accu. cum dilecti. ⁊ de [illegible] prela. c. inter. verſ.
preterea. ⁊ ſic ſeruat curia romana. lꝫ aliq[illegible]ra ſm Innoc. de
quo. j. de teſtib⁹. c. cum a nobis. ⁊ de pur. ca. c. cum dilectus. ⁊ no.
Inno. ꝙ ex quo creditur duobus iudicibus vel duobus ſcripto-
ribus credendum erit vni iudici ⁊ vni ſcriptori. qd̃ eſt verum ſm
Hoſti. qꝛ in ore duorum ⁊c. ⁊. j. titu. j. in omni. ⁊. ff. de teſti. vbi nu-
merus. contra hoc tamẽ facit qd̃ ſcribit Jo. and. j. circa fi. in ver.
ipſius. vnde dic vt dicitur. j. ti. j. cum a nobis. ⁊ in Specu. de ſnia.
14 §. iuxta. ver. ſed pone qd̃ publicatis. ¶ † No. ꝙ acta videñ poſſe
probari per teſtes cum hic ſimpliciter dicat poſſe probari per le-
gitima documẽta. quorũ appellatione etiam teſtes videñ cõpre
hendi. de teſti. cogen. peruenit. et. l. j. ff. de fide inſtru. et iſtud vi-
detur ſequi hic Inno. lꝫ Goffr. intelligat hic per legitima docu-
menta ipſam ſcripturam actoris: ⁊ ꝙ acta etiam poſſint probari
per teſtes. videꝫ tenere glo. in. l. ſi pretor. §. marcellus. ff. de iudi.
⁊ in. l. quoties. §. ſi. ff. de proba. Bar. tamen in. l. ne in arbitris. C.
de arbi. videꝫ velle ꝙ per ſcripturam debeant probari. ſed beni-
gnior videꝫ opi. Inno. vt ſic ſi aliquid fuerit omiſſum per tabel-
lionem poſſit illud per teſtes probari. ⁊ facit quod not. gl. ſ. alle.
Statuta tamen quãdocꝫ ſuper hoc puident ⁊ tunc illis eſt ſtan-
15 dum. facit gloſ. in. l. quoniam. C. de here. ¶ † In gloſſ. ij. in fi. ⁊ ſic
patet qd̃ regulariter acta ſunt ſcribenda. fallit in aliquibus caſi-
bus qui habẽtur in auꝫ. niſi breuiores. C. de ſen. cum ibi not. per
glo. ⁊ Bart. ¶ Quid autẽ ſi partes conſentiant ꝙ ſine actis pro-
cedatur nũquid tunc ſine illis poterit procedi. Hoſtieñ. videtur
voluiſſe qd̃ ſic, vt etiam no. glo. in. c. cum ab vno. de re iudi. in. vj.
Sꝫ illud videtur verum qñ haberet procedere tanꝙ̃ arbitrator.
p id qd̃ no. per Inno. ⁊ docto. in. c. quintauallis. de iureiuran. ſe-
cus qñ haberet procedere vt iudex: qꝛ nõ poteſt ſubſtantialia iu-
dicij omittere etiam de conſenſu partium in. c. de cauſis. cum ibi
nota. ſ. de offic. delega. de quo etiam dixi in. c. j. de libel. oblatio.
16 ¶ † In gl. iij. in fi. ⁊ ſic concludit glo. ꝙ ſcriptura actorum de ne-
ceſſitate nõ requirit ſubſcriptionẽ teſtiũ. ⁊ ſic pbat etiam ſi nulli
teſtes ſint ſubſcripti. p quo bene facit iſte tex. ⁊. l. i. donationib⁹.
C. de dona. lꝫ Hoſti. hic nitatur ad illam. l. reſpõdere. ſed reſpon
ſio eius videtur literã illam violare. ideo de iure videtur verior
opi. glo. de cõſuetudine tamẽ ſeruatur in ſententijs diffinitiuis
adhibentur teſtes ⁊ quãdocꝫ etiam ſeruatur in interlocutorijs.
⁊ cautius eſt ſaltem in iſtis propter grauitatem preiudicij adhi-
17 bere, ſtatuta etiam quãdocꝫ ſuper hoc prouident. ¶ † In gloſſ.
citationes. in fi. ⁊ ſic videtur cõcludere glo. ꝙ de iure ſuper cita-
tione non ſit credendum nuntio: licet ſit nuntius publicus ⁊ iu-
ratus, licet de conſuetudine credatur. Alij vero dixerũt ꝙ credi
debet nuntio ſi pars nõ reclamet. Hoſtiẽ. vero dixit hoc arbitra-
rium inſpecta qualitate perſone citate ⁊ ipſius nũtij, vnde dixit
potius credendum epo neganti ſe citatum ꝙ̃ vili nuntio referẽ-
ti ſe citaſſe. de quo per Jo. an. in. c. cum parati. j. de app. ſꝫ Bart.
in extraua. ad reprimen. in verbo nuntiũ. per illum tex. tenet qd̃
etiam de iure credẽdum ſit relationi nuntij publici et iurati: niſi
probetur cõtrarium ⁊ ſic cõmuniter ſeruatur. ¶ In glo. dilatio-
nes. ibi: nec prima dilatio. Supple que datur ad comparẽdum ⁊
ſic eſt expectatoria. ſecus ſi daretur ad probandum: qꝛ illa in du-
bio intelligitur peremptoria: licet ſit vnica. l. fina. ff. de fer. ⁊ facit
18 qd̃ nota. in. c. dilecti. hic allegato. ¶ † In eadem gl. ibi condem-
natur in expẽſis. No. bene ꝙ etiam ratiõe prime citationis quis
punitur in expẽſis. de quo etiam in. c. dilecti. hic alleg. ¶ In gl.
recuſationes. ibi redigẽda eſt in ſcriptis ſed certe hoc nõ neceſſa
rio hic probatur: qꝛ licet dicat illam in ſcriptis redigendam non
ſequitur neceſſario ꝙ ſit in ſcriptis porrigẽda. facit quod notat
glo. j. in ver. interlocutiones. ſed pro dicto glo. bene facit. l. aper-
tiſſimi. ⁊. l. cum ſpeciali. C. de iudi. ¶ In ea. gloſſ. ibi: ſi appellatũ
19 fuerit. ⁊ ſic innuere videtur glo. a ſenſu cõtrario ꝙ † proceſſus qui
ſit per iudicẽ recuſatũ teneat ſi non fuerit appellatum. qd̃ tenuit
Inn. in decre. cum ſpeciali. j. de appel. Hoſtiẽ. tamẽ ibi tenuit cõ-
trarium. pro quo facit qd̃ not. gl. ij. q. vj. quoties. ⁊ idem ſequitur
Bar. in. l. qꝛ poterat. ff. ad trebel. ſed pro dicto Inno. fortiter fa-
cit. c. iudex. de offi. delega. in. vj. vbi apparet qd̃ licet recuſatio ſit
propoſita, nõ tamẽ deſinit omnino eſſe iudex: niſi poſtꝙ̃ pronũ-
tiatum fuerit recuſationẽ eſſe iuſtam. ⁊ ad. l. vnam. C. ſi quacũcꝫ
predi. poteſta. quã alleg. Bar. dic ꝙ ibi eſt ſpeciale in caſu illo vt
dixit Inno. in. c. inſinuante. de offi. delega. de hoc plenius dicetur
j. in dicto. c. cum ſpeciali. ⁊ in. l. quidam conſulebat. ff. de re iudi.
¶ In gloſſ. exceptiones. ibi: danda eſt in ſcriptis, hoc non colli-
20 gitur ex tex. iſto licet bene probetur ꝙ † redigenda ſit in ſcriptis
apud acta. ⁊ ideo Hoſtiẽ. dicit: qd̃ non eſt neceſſe illam porrigere
in ſcriptis

Ayuntamiento de Madrid

in ſcriptis:q2 hoc nõ reperitur iure cautum.fallit in exceptione nõ numerate pecunie:⁊ non numerate dotis:q2 de illa proponi debet in ſcriptis:q2 illa proponi poteſt etiam nemine agente qḋ nõ cõtingit in alijs.in auẗ.hac autem querelam.C.de non nume. pecu.⁊ facit qḋ no.Bar.in.l.j.ff.de excep.¶ In ea.glo.in fi.⁊ ad materiam bene facit qḋ no.glo.in.c.iter monaſteriũ.ꝭ.de re iudi. ¶ In gl.petitiones.in fi.⁊ de hoc etiã p gl.in cle.ſepe.in ver.exigat.de ver.ſigni.⁊ quomodo vtile eſt libellum in ſcriptis offerri nedum propter vtilitatem iudicis vel rei.vt dixit glo.ſed etiam ipſius actoris:q2 melius ſciet ſuper quo habeat facere poſitiões vel articulos:q2 ille debẽt trahi de ſubſtantia libelli.notauit gl. in dicta clemẽ.ſepe.in verbo verum.⁊ dicitur libellus quaſi paruus liber ſeu parua ſcriptura.ideo debet in ſcriptis offerri.C.de litis cõteſta.in auẗ.offeratur.An tamẽ aliquo caſu ſufficiat petitionẽ vbo propoſitam redigi in ſcriptis apud acta nota.gloſſ.
21 in dicta cle.ſepe.¶ †In glo.interrogatiões.ibi:ad inſtructionẽ cauſe.h.d.gl.quia poſitio impertinẽs nõ debet admitti.vt plene. nota.p gloſ.in.c.j.⁊.ij.de confeſ.in.vi.¶ Quid autem proſit facere poſitiões ſi reus negauit narrata:prout narranẗ in petitione. cum veriſimiliter ſit qḋ negabit poſitiones.nota.gloſſ.in clemẽ. ſepe.in v.⁊ quia.de verbo.ſignifi.nam licet reus negauerit narrata.q2 illa ſimul ponunẗ in libello tamẽ quia poſitiones poſtea fiunt de facto particulari poterit eſſe qḋ illas fatebitur reus.vt ſi peto a te decẽ ex cauſa mutui facti titio cuius dico te heredem:licz negaueris narrata:tamẽ ſi poſtea ponam qḋ titius tali tempore deceſſit tu fateberis,ſimiliter ſi ponam qḋ inſtituit te heredẽ tu fateberis etiam:ſimiliter ſi ponã ꝙ adiuiſti eius hereditatẽ hoc etiam fateberis,⁊ ſic licet neges mutuum factũ titio nõ habebo neceſſe niſi aliud pbare vbi alias oporteret etiã me pbare te eſſe heredem titij ⁊ eius hereditatẽ adiuiſſe.¶ In ea.gloſ.ibi vel ponitur ꝑpŕie.hec etiam eſt in ſe bona.dicit tamẽ hic Jo.and.qḋ lz pars poſſit ponere non tamẽ poteſt interrogare:q2 poſſet calumniari interrogando.q2 nõ habet id probare:ſed bene habet pbare id qḋ ponit ſi negetur,ſz certe videẗ partẽ etiã poſſe interrogare niſi iudex repellat.p id quod habetur in.l.fine.alleg.in gloſ. ⁊ ideo ſi aduerſarius nolit reſpondere iudex habebit arbitrari an ſit reſpõdẽdum.⁊ idem in poſitione q2 poſſet eſſe poſitio impertinẽs cui nõ teneretur aduerſarius rñdere.vt not.in.c.j.⁊.ij. de cõfeſ.in.vi.⁊ ſic nõ videretur differẽtia Joã.and.procedere.lz do.Anto.cũ illa trãſeat.¶ In gloſ.confeſſiones.ibi probauerit ſe erraſſe.hoc clarum ſi probetur rẽ aliter ſe habere Bar.tamen notabiliter in.l.poſt legatum.ff.de his quibus vt indig.dicit qḋ
22 ſi quis negauit†poſitionẽ aduerſarij poſſet reuocare negationẽ dicẽs ſe erraſſe:⁊ idẽ credit ſicut in poſitione cõtineẗ.facit qḋ habetur in.l.j.in fi.ff.qñ ac.de pecu.ſit annalis.¶ In gloſſ.interlocutiones.ibi nõ tamẽ dicitur ⁊c.¶ No.bene glo.ad id qḋ dixi.ꝭ.
23 in gloſ.in v.recuſationes.⁊ in glo.in verbo ſequenti.⁊ nota†qḋ ſnia interlocutoria valet etiam ſi non feratur in ſcriptis.lz ſecus ſit in diffinitiua.de quo in.c.vltimo.ꝭ.de re iudi.in.vi.⁊ in.l.ij.ff. de appel.¶ In gloſ.loca.ibi:ſecus in ꝑpŕiis.ſup.quia non debẽt edi,cum die ⁊ conſule:niſi quis vellet redarguere de falſo.vt.ꝭ.dicit glo.nec etiam indiſtincte ſunt edẽda:ſz demum quando quis eſt ipſis vſurus vel ſm̃ diſtinctionẽ not.ꝭ.eo.c.j.⁊ qualiter etiam priuilegia edantur habeẗ hodie in.c.cum pſone.de priuiẗ.in.vi. ¶ In glo.penul.in fine.Et per pdicta videtur ꝙ ſi iudex omiſit aliqua facere ſcribi que oportuit poſtea partẽ pbare:⁊ ſuper hoc facere expenſas tenebitur iudex dictas expẽſas reſarcire parti. ⁊ de materia habetur ẽt in.c.j.de re iudi.in.vi.⁊ i.l.ſi.cum ibi no.
24 per glo.⁊ Bart.ff.de va.⁊ extraor.cogni.¶ †In glo.ſi.ibi:ſz vbi reuocaẗ in dubiũ de proceſſu ⁊ ſic in effectu concludit gloſ.qḋ vbi non reuocaẗ in dubium de proceſſu:tũc non preſumiẗ pro ſnia: ſz vbi reuocatur in dubium de proceſſu:tunc nõ preſumaẗ p ſnia niſi quatenus appareat ex proceſſu.⁊ videẗ glo.ꝭ.velle hoc procedere etiam in ſentẽtijs cẽſure:quia lz credatur literis epi quãdo denũtiat aliquẽ excõicatum ſi tamen pars compareat coram ſuperiore ⁊ dicat ſe nõ iuſte excõicatum nõ pſumetur pro ſentẽtia excõicationis ſi reuoceẗ in dubium de actis niſi illa probentur. Alia fuit opi.quam.ꝭ.tangit gloſ.in fi.que fuit additio.videlicet ꝙ ſi ſnia lata eſt in ſcriptis pſentibus partibus vel pcuratorib⁹ ipſarũ ſi nõ eſt appellatum preſumatur pro ſnia.⁊ ſic ſecus ſi ſit appellatum vel ſi parte abſente ſit lata.⁊ hanc opi.videẗ tenuiſſe Innoc.hic ⁊ in.c.cum in iure peritus.de offic.delega.ſz gloſſ.hic videẗ iſtã reprobare ex eo q2 partes nõ poſſunt facere qḋ ſnia ſit aliqua que eſt nulla vt q2 ſit lata lite non cõteſta.vel facta conteſtatione in die feriata:ſz certe vt dixit hic Joan.and.opi.Inno. poteſt ſaluari ab obiectione gloſ.nam inquãtum dixit Inno.qḋ ſi lata eſt ſnia vtraq3 parte pſente ⁊ nõ eſt appellatum non debet admitti pars que vult iſtam impugnare ratione pceſſus debet intelligi ſi aliud non probat q2 in dubio preſumiẗ pro ſnia.⁊ hoc videtur voluiſſe Inno.hic dum dixit ꝙ non debet admitti quia preſumuntur omnia ſolenniter ſeu legitime acta.⁊ ſic vẗ loqui qñ aliud non pbatur ſed vbi probareẗ contra ſniam.tunc procederet qḋ dixit glo.poteſt autẽ pbatio fieri contra ſniam.vt dixit Jo.an.producẽdo oĩa acta cauſe:nam ſi in eis nõ appareat conteſta.eſſe factã vel eſſe factam die feriata apparebit ſniam fuiſſe nullam.per id qḋ habetur in.c.j.de litis cõteſt.⁊ in.c.j.⁊ p totum ꝭ.vt lite non conteſt.per talem enim inſpectionẽ actoris pbatur defectus ipſorũ actorum.facit qḋ habetur in.c.cum ad ſedem.de reſti.ſpolia.⁊ qḋ not.Bartol.in.l.hi qui.C.de appel.vnde niſi ex aduerſo probetur p teſtes cõteſtationẽ fuiſſe factam die iuridica, qḋ fieri põt licet fuerit omiſſum id ſcribi in actis.per id quod.ꝭ. tangit gloſſ.obtinebit impugnãs ſniam.¶ Et pro declaratione materie aduerte ꝙ quãdo tractatur ſolum in dubiũ de iniuſtitia ſnie ⁊ non negatur eam [illegible] precedente ordine iudiciario:⁊ ſic proceſſu debito.interdũ aũt negatur ſniam fuiſſe latam pcedente debito proceſſu ⁊ queritur vtrobiq3 an preſumatur p ſententia. ¶ Primo caſu aut eſt appellatum a ſnia vel ſum⁹ infra tps appellandi:⁊ tunc non preſumitur pro iuſtitia ſnie:niſi quatenus appareat ex actis.p quo facit in tex.⁊ gloſſ.in.l.herẽnius.ꝭ.caia. ff.de euic.⁊ ideo ille qui appellat non habẽt docere de iniuſtitia ſnie ſi in cauſa principali nõ habebat de iuſtitia pbare vt ſi reus fuit cõdẽnatus qui appellauit.nam preſumiẗ iuſte cõdemnatus niſi actor oſtendat cõtrarium ex actis ſi aũt appellãs habuiſſet neceſſe pbare in cauſa principali:tunc debebit probare de iniuſtitia ſnie:vt ſi reus fuit abſolutus ⁊ actor appellauit.nam tũc ſi vult obtinere debet pbare qḋ ex actis appareat ſniam fuiſſe iniuſtã:vt q2 dicat ex actis apparere pbatum fuiſſe contra reũ vel oportebit ꝙ de nouo probet per.l.per hanc.C.de tẽpo.appel.facit qḋ nota.Spe.in titu.de ſen.ꝭ.ſi.ver.in ſumma.¶ Interdum vero nõ eſt appellatũ vel ſi eſt appellatum appellatio eſt deſerta ⁊ trãſiuit ſnia in rem iudicatã:⁊ tunc pſumitur pro iuſtitia ſnie: ⁊ eſt preſumptio iuris ⁊ de iure.⁊ ſic nõ videẗ admittenda probatio in cõtrarium.ꝭ.de re iudi.cũ inter vos.hoc tamen verũ eſt regulariter,nã fallit ſi pbatio fieret per cõfeſſionẽ partis aduerſe. nam etiã cõtra preſumptionẽ iuris ⁊ de iure admittiẗ pbatio in cõtrarium p partis cõfeſſionem.vt voluit Inno.in.c.q2 plerũq3. de immu.eccle.⁊ glo.in auẗ.ſed iam neceſſe ⁊ in corpore [illegible] ſumitur.C.de dona.ante nup.idẽ videẗ ſi appareat de notoria iniuſtitia ſnie p decre.ſolicitudinem.ver.ſi vero.ꝭ.de appel.⁊ de re iudica.in.c.inter ceteras.⁊ facit qḋ no.Inno.in.c.fraternitatis.de frigi.⁊ malefi.vbi autẽ quis vellet docere de iniuſtitia ſnie producẽdo acta.dicit Inno.qḋ nõ debet audiri:q2 etiã ſi in ſnia diceret ꝙ q2 per.a.⁊.b.teſtes pbatũ eſt titiũ debere decẽ ſeio ideo cõdẽno ipſum titiũ in ipſis.⁊.ꝙ lz per acta appareat contrarium nihilominus ſtandum erit ſnie ſi non fuit appellatũ.alleg.tamen in cõtrariũ.c.cũ bertoldus.de re iudi.⁊ nõ ſoluit.vnde forte voluit ſtari cõtrario.⁊ ipſemet ſentit cõtrariũ in.d.c.cũ bertoldus. ⁊ etiam Hoſtiẽ.hic:⁊ iſta pars videẗ verior q2 ex quo ſnia habet relationẽ expreſſe ad acta.⁊ per illam apparet iudicẽ male pnũtiaſſe cũ talis pbatio poſſit dici notoria.ex quo per ipſa acta ad que ſe expreſſe refert patet cõtrariũ eius qḋ dicit iudex.facit qḋ not.glo.in.l.vbi pactũ.C.de tranſac.⁊ qḋ no.etiã Innoc.in.c.per tuas.ꝭ.de teſti.vbi dicit notoriũ eſſe id qḋ ex actis patet.ideo nõ debet tunc ſnia tenere.⁊ hoc etiam ſatis fuit de mẽte Cy.⁊ Bar. in.l.j.C.de errore calcu.¶ Si aũt iudex expreſſe nõ referat ſe ad acta:tunc licet ex illis nõ appareat pbatum eſſe cõtra reum qui fuit condẽnatus.nõ ex hoc neceſſario apparet notorie de iniuſtitia ſnie:q2 poſſibile eſt ꝙ iudex fuit motus ex cõfeſſione partis: lz illa non reperiaẗ ſcripta in actis.Si aũt reus fuit cõdẽnatus ⁊ in actis appareret inſtrumẽtũ abſolutionis,tũc ſm̃ do.Anto. ſatis appareret notorie de iniuſtitia ſnie ex quo apparet i actis de ipſo inſtrumẽto abſolutionis:ſz forte poſſet in hoc teneri cõtrariũ,q2 neceſſario non videẗ notorie apparere de iniuſtitia.q2 poſſibile eſt ꝙ iudex habuerit ſuſpectũ iſtrumẽtũ abſolutiõis,⁊ ꝑpter hoc nõ dedit ei plenã fidẽ.⁊ ideo imputet ſibi pars que nõ appellauit.nã ex hoc videẗ preſumẽdũ p iuſtitia ſnie.cui videtur acquieuiſſe nõ appellando.l.ab eo.C.quõ ⁊ qñ iudex.⁊ in.c.quod ad conſultationem.ꝭ.de re iudi.Ubi autem econtra reus fuiſſet abſolutus ⁊ appareret ex actis pbatum per teſtes eum eſſe debitorem,tunc non videtur qḋ conſtet notorie de iniuſtitia:q2 poſſibile eſt ꝙ iudex non adhibuit fidem teſtib⁹ quia vacillando forte dixerunt.licet hoc aliter non appareat ex actis.⁊ ideo ex quo non eſt appellatum ſtandum eſt ſentẽtie ⁊ preſumitur pro eius iuſtitia nec p oſtenſionem talium actorum diciẗ conſtare de iniuſtitia.Si autem quis non vellet docere de iniuſtitia per acta:ſed per teſtes producendos:tunc nõ eſt audiendus,q2 obſtat ſibi exceptio rei iudicate.Quod intellige niſi eſſet ſnia que non tranſiret in rem iudicatam.vt.ꝭ.dicetur.¶ Sed dubium eſt quid ſi nõ ſit oppoſita exceptio ⁊ proceſſum ſit ad vlteriora:⁊ per teſtes pbetur in effectu iniuſtitia ſnie:vt quia reus forte fuit abſolutus.

Ayuntamiento de Madrid

⁊ modo probatur ipſum reum fuiſſe debitorem ⁊ ſic condemnā-
dum, an tenebit talis proceſſus ⁊ an ſequi poterit cōdemnatio ⁊
ſic an valebit ſnīa cōtraria prime ⁊ videretur qȯ nō per.l.j.C.quā
do prouo.nō eſt neceſ.vbi ſentētia contra ſnīam nō valet. Jn cō-
trarium ex quo diuerſis inſtātijs feruntur videtur vltima vale-
re.per id qȯ habetur in.l.duobus.ff.dē excep.rei iudi.⁊ de mate-
ria in.c.inter mona.ꝭ.de re iudica.⁊ in.d.l.j.quādo prouo.non eſt
neceſſe. Conclude qȯ ſi corā iudice appellationis vbi appellatio
erat deſerta ſit proceſſum nō tenebit pceſſus tanq̄ factus coram
iudice incompetēti etiā de cōſenſu partium, vt eſt caſus in cle.ſi
appellationē.de appel.⁊ hoc verum niſi reuocatum fuiſſet in du
bium: an appellatio eſſet deſerta vel ne ⁊ pronuntiaſſet eam nō
deſertam: ⁊ a tali pronūtiatione non fuiſſet appellatum: q2 tunc
poſtea tenuiſſet pceſſus factus coram eo ex quo in effectu pnū-
tiaſſet ſe iudicem competētem.facit qȯ no.in.c.j.de offi.dele.per
Jnno.in.vi.⁊ qȯ no.etiā in.c.ſuper literis.de reſcrip.⁊ de appel.
ſi duobus.per Jnno.⁊ in.c.preterea.de dila.per eundem. Si au-
tem aditus ſit iudex ordinarius vel alius habēs iuriſditionem
ſuper cauſa, tūc ſi ex actis conſtet notorie de iniuſtitia prime ſen-
tentie.ex quo de voluntate partiū eſt proceſſum valebit ſentētia
cōtraria prime.⁊ ideo licet reus fuerit primo abſolut⁹ nunc po-
terit cōdemnari ſi probatū fuerit ipſum eſſe debitorem. Nec ob.
ꝙ ſentētia contra ſententiam nō valet.vt not.in illo.c.inter mo-
naſterium.q2 illud videtur verū niſi appareat de notoria iniuſti-
tia ipſius ſentētie.argu.c.ſolicitudinem.§.ſi vero.de appel.ſecus
quādo notorie nō conſtaret de iniuſtitia q2 tunc nō valeret ſecū-
da cōtraria prime. ¶ Jtem non obſt.qȯ ſnīa inducit notorium.
vt in.c.ſi.de coha.cleri.⁊ muli.⁊ ſic non deberet poſtea poſſe ferri
cōtraria ſnīa: q2 verum eſt qȯ ſentētia inducit notorium.ſ.pſum-
ptionis qȯ debet ſuccumbere notorio vere pbationis tanq̄ po-
tentior.facit quod no.per glo.in.c.trāſmiſſe.ꝭ.qui filij ſint legiti.
nec obſtat etiam qȯ partes nō videnṫ poſſe renuntiare ſentētie
que tranſiuit in rem iudicatam.vt notat glo.in.l.ſi diuerſa.C.de
tranſac.quia verum eſt tranſigendo cum tranſactio debeat fieri
ſuper re dubia.l.j.ff.de tranſac.⁊.l.poſt rē.eo.ti.ſed bene poſſent
alias per pactum renuntiare. ¶ Jtem illud videtur verum niſi
conſtet notorie de iniuſtitia per.d.c.ſolicitudinem.⁊ videṫ etiam
ſecūda ſentētia tenere etiam ſi per eundē ſit lata ex quo in diuer-
ſa inſtātia ⁊ notorie cōſtat de iniuſtitia prime.alias eſſet ſecus. Et
attēde etiam inquātum gl.dixit ꝙ partes nō poſſunt facere ſen-
tentiam nullam eſſe aliquā, q2 verum eſt quo ad hoc vt valeat vt
ſnīa ⁊ qȯ debeat tanq̄ ſentētia obſeruari, ſed ſi vellent facere qȯ
illud qȯ cōtinetur in ſnīa que eſt nulla obſeruetur ex vi cōuentio
nis illud facere poſſunt.per id qȯ habeṫ in.l.j.C.cōia vtriuſq3 iu-
di.per gloſſ.⁊ docto. Et hec ſufficiant de primo caſu principali.
¶ Secūdo caſu qn̄ dubitatur an preſumaṫ pro ſnīa reſpectu p-
ceſſus ⁊ ordinis iudiciarij, l3 aliter nō appareat ſup hoc fuerunt
varie opiniones.nam Jo.quem ſequitur hic glo.dixit qȯ nō qn̄
ipſe reuocaṫ in dubiū. Jnno.dixit ꝙ ſi lata eſt vtraq3 parte pſen-
te ⁊ nō appellāte.preſumiṫ pro ſnīa etiam reſpectu pceſſus, ⁊ ſic
videṫ velle ſecus ſi ſit lata in abſentem. Sed alij hoc ſcȯo caſu qn̄
fertur in abſentē dicūt preſumi p ſnīa etiam reſpectu pceſſus ſi
eſt lata de lōginquo.ſecus ſi de recenti.vt nota. Hoſtiē.in.c.cum
inter vos.de re iudi. Alij dixerūt qȯ aut eſt lata in abſentē cōtu-
macē: aut in nō cōtumacem, vt ſi in contumacē preſumaṫ p ſnīa,
alias ſecus.vt videṫ velle Spec.i tit.de ſen.§.fina.ver.in ſumma.
Alij dixerūt aut eſt lata in verū cōtumacem, ⁊ preſumiṫ p ea aut
in fictū ⁊ tunc nō pſumitur pro ea.⁊ iſtud videnṫ ſequi domini de
Rota in ſua cōcluſione.cccxvi.⁊ ſic intelligūt Jnno.in.c.cum in
iure. Alij vero ſimpliciter dixerūt: aut ſnīa trāſiuit in rem iudi-
catam: ⁊ tūc preſumiṫ pro ſnīa etiam reſpectu proceſſus aut non
trāſiuit.⁊ tunc ſecus videṫ velle Spec.in titu.de ſnīa.§.vt autem
verſi.⁊ no, ſm quoſdam.⁊ de probaṫ.§.j.ver.ſequitur.⁊ Compo.
in.c.bone.el.j.de elec.⁊ ibi etiā Jnn. Alij etiā dixerūt aut in ſnīa
ſit mentio de actis ⁊ tūc pro illa preſumitur. Aut nō ſit mentio ⁊
tūc ſecus.de quo in.d.ver.⁊ not.Spec.de inſtru.edi.§.reſtat.ver.
in ſumma. ¶ Cōclude qȯ aut appellatū eſt a ſnīa ⁊ ſic nō trāſiuit
ſentētia in rem iudicatam ⁊ tunc nō videtur preſumi pro ſnīa re-
ſpectu pceſſus: nec etiam reſpectu iuſtitie niſi aliter appareat ex
proceſſu. Aut non eſt appellatū vel ſi eſt appellatū appellatio eſt
deſerta: ⁊ ſic ſnīa tranſiuit in rem iudicatam: ⁊ tunc aut fuit lata
vtraq3 parte preſente: aut altera abſente ⁊c. Sed ſi vtraq3 parte
preſente preſumiṫ pro ſnīa etiam reſpectu pceſſus ex quo nō eſt
appellatū vel trāſiuit in rem iudicatam.vt voluit Spec.in tit.de
ſnīa.§.fina.ver, in ſumma.⁊ etiam Jnno.vt hic tangit glo.⁊ ma-
xime hoc pcedit ſi in ſentētia recenſeanṫ acta, vt q2 dixerit iudex
viſa libelli oblatione ⁊ litis cōteſta.⁊c.nominādo alia acta cauſe.
vt voluit Bartol.in auṫ.ſi quis in aliquo.C.de eden. Jdē tamen
⁊ ſi non fuerint recenſita acta ex quo lata fuit ſententia pro par-
tibus preſentibus ⁊ nō reclamātibus: quia preſumēdum eſt oīa

fuiſſe ſolēniter acta.vt hic tetigit gloſſ.poſt Jnno.ideo ſtabitur
ſentētie donec pbetur cōtrarium, ⁊ qualiter poſſit pbari decla-
raui ſuperius.⁊ pcedit hoc vt preſumaṫ etiam pro ſnīa etiam re-
ſpectu pceſſus licet diceret nulla: q2 nihilominus ex quo non eſt
appellatū preſumiṫ pro ſnīa etiam reſpectu pceſſus donec pbeṫ
cōtrarium.vt notabiliter voluit Spec.in tit.de probatio.§.j.v.
ſequitur.⁊ ſic plus opereṫ pēdentia appellatiōis, q2 illa pēdente
nō preſumiṫ pro actis niſi quatenus appareat de pendētia nul-
litatis: q2 pēdente nullitate nihilominus preſumiṫ pro actis do-
nec cōtrarium pbetur qȯ tene menti. Et ſimiliter ſi petatur reſti
tutio in integrū ex quo de rigore iuris ſnīa trāſiuit in rem iudi-
catam pēdēte lite ſuper reſtitutione preſumitur pro ſnīa etiā re-
ſpectu pceſſus donec pbetur cōtrariū.nam eſt eadē ratio ⁊ mul-
to fortior: q̄ ſi pendeat cauſa nullitatis.⁊ ideo idē dicendū vtro-
biq3 ⁊ hoc etiam ſequitur hic do. Anto. ¶ Jnterdum vero ſnīa
lata eſt parte altera abſente: ⁊ tunc aut pars illa altera fuit ab-
ſens p verā cōtumaciā: ⁊ tūc preſumiṫ pro ſnīa cum eius abſen-
tia tūc dei preſentia repleatur.l.properandum.§.ſin autem.C.de
iudi.⁊ expreſſe tenēt dn̄i de rota in ſua cōcluſione.cccxvi. ¶ Jn-
terdum autē eſt lata abſente altera parte ⁊ ficte contumace: ⁊ tūc
tenēt dn̄i de Rota vbi.ꝭ.qȯ nō preſumaṫ pro ſnīa reſpectu pro-
ceſſus.⁊ ſic intelligūt qȯ no. Jnn.in.c.cū in iure peritus.de offic.
dele.⁊ videṫ do. Ant.hic ſequi.ſed certe licet pars fuerit abſens
per fictam cōtumaciam, vt q2 citata fuerit ad domū ⁊ nō inuen-
ta.facit qȯ no.plene per gloſ.⁊ docto.in.l.ſi.ff.de reſtit.in integ.⁊
in cle.ſi ante.de dolo ⁊ cōtu.tamen ſi apparet illam habuiſſe no-
titiam ſnīe ⁊ non appellaſſe infra decē dies a tēpore ſcientie ſnīa
cōtra eā trāſiuit in rem iudicatam.l.ab eo.C.quō ⁊ qn̄ iud.⁊ ideo
videṫ preſumēdum pro ſnīa ex quo in rem iudicatam tranſiuit.
Et licet fuerit lata parte abſente, vt voluit Jnno.⁊ Cōpoſt.in.c.
bone.el.j.de electio. ¶ Jnterdum vero lata eſt ſnīa parte altera
abſente ⁊ non cōtumace: ⁊ tunc ſi hoc cōſtet: q2 ſnīa eſt nulla.l.ea
que.C.quō ⁊ quādo iudex.⁊ qȯ no.etiam in cle.ſepe.de verb.ſig.
tūc nō videtur preſumēdum pro ſnīa.⁊ ſic intelligatur quod not.
25 Specu.in titu.de ſnīa.§.fina.ver.in ſumma. ¶ † Sed hic occur-
rit dubium quid in dubio ſi in ſnīa dicaṫ ꝙ lata fuit cōtra ipſum
reum eo abſente. An in dubio preſumi debeat ipſum fuiſſe con-
tumacē ſaltem ficte: an vero nō preſumeṫ aliquo caſu cōtumax:
niſi probeṫ videtur hoc caſu dicēdum ꝙ ſi apparet reū habuiſſe
notitiam ſnīe ⁊ infra decē dies a tpe notitie nō appellaſſet ꝙ pri
ma facie videaṫ ſnīa trāſire in rem iudicatam.per id qȯ habetur
in.d.l.ab eo.C.quō ⁊ quādo iudex.⁊ ideo videṫ preſumēdum pro
illa.per id qȯ no. Jnnoc.⁊ Cōpo.in.d.c.bone.el.j.⁊ per cōſequēs
videtur preſumēdum qȯ ſaltē ficte fuerit cōtumax: niſi cōtrariū
probetur per oſtenſionem actorum in cauſa in quibus nō appa-
reat de citatione ad ſnīam.per id qȯ dixi ſuper glo.poſt Joā.an.
⁊ per nota.per Bar.in.l.hi qui.C.de appel.⁊ per hoc multo for-
tius pcedit ſi notarius in ſnīa dixit ꝙ lata fuit cōtra reum ipſo
abſente, ſed tamē legitime citato.per id quod not.Spe.in tit.de
ſnīa.§.vt autem.verſi.⁊ nota ſcȯm quoſdam.vbi etiā plus dicit
ꝙ etiam ſi a ſentētia ſit appellatum ſi tamē dictum fuit abſente
ipſo reo ſed legitime citato qȯ preſumeṫ legitime citatus niſi p-
betur cōtrariū.ſed Joā.and.ibi in additiōe poſt Guido.de ſuſa.
tenet oppoſitū: q2 citatio debet precedere actum ſnīe.⁊ ideo non
credetur notario rogato de actu ſententie licet atteſtetur de cita
tione.ex quo illa ſm tempus ſentētie non debuit interuenire ſ3
ante.p id quod no. Jnno.hic ⁊ Spec.in tit.de inſtru.edi.§.reſtat.
ver.in ſumma.facit qȯ no.glo.in.l.j.C.de fide inſtru.⁊ iure haſte
fiſca.lib.x.⁊ per hoc videtur qȯ nō preſumaṫ citatus niſi hoc ap-
pareat.⁊ hoc videṫ tenere Cōpoſt.in.c.bone.ꝭ.de electio.⁊ ſic non
videtur pcedere qȯ.ꝭ.dixi. Secus quādo atteſtatur de eo qȯ tē-
pore ſnīe potuit interuenire vt ſi dicat eam latam vtraq3 parte
preſente; nam tunc bene preſumitur ipſas fuiſſe pſentes.l.j.C.de
cōtrahen.⁊ cōmit.ſtipu, ⁊ qȯ not. Jnno.in.c.cum in iure peritus.
26 ¶ † Quid autem ſi appareat ꝙ iudex condēnauit titium ſeio in
decē nec aliter ſit mentio de preſentia partium. An preſumatur
partes fuiſſe preſentes. Jnn.voluit ꝙ ſic in dicto.c.cum in iure.
⁊ etiam Spe.in dicto verſi. Et nota ſcȯm quoſdam.⁊ vbi dixi.ꝭ.
preſumi pro ſententia reſpectu proceſſus.intellige hoc maxime
procedere quando eſſet lata de longinquo.per id quod notauit
Hoſtienſ.de re iudicata.cum inter. Jdem tamen ⁊ ſi de recenti ſit
27 lata.per id qȯ.ꝭ.dixi. ¶ † Ex predictis poteſt inferri quid iuris
ſi in ſententia ſint recenſita acta vt quia dicatur viſa libelli obla-
tione lit.cōteſta.iuramento de calūnia ⁊ ſucceſſiue nominentur
omnia acta vſq3 ad ſententiam excluſiue. An tunc preſumēdum
ſit pro ſententia reſpectu proceſſus. Specu.in dicto verſi.⁊ nota
ſcȯm quoſdam.videtur velle ꝙ ſic etiam ſi fuerit appellatū niſi
probetur oppoſitum.ſed Bar.in auṫ.ſi quis in aliquo.ad fin.C.
de edē.videtur velle hoc pcedere quādo partes fuerunt preſen-
tes ⁊ non contradixerunt.⁊ ſic videtur velle qȯ ſi ſit appellatum
non credatur

Ayuntamiento de Madrid

non credatur ex quo pars tunc contradicit ſententie. ¶ Potes
dicere, quod ſi eſt appellatum nõ credatur niſi quatenus appareat et
potiſſime quia ... acta precedere habent ſententiã. et ſic ſm tem-
pus ſnie non habebat interuenire. ideo non videt per tale inſtru-
mentum ſententie probari ipſa acta. plus voluit hic do. Anto.
quod etiam ſi nõ ſit appellatum nõ probet talis enunciatio ipſa acta:
quia enunciatiua in inſtrumẽto ita demum preſumunt ad preiu-
dicium partium quando potuerunt interuenire tẽpore confecti
inſtrumẽti: vel ſi non potuerunt interuenire et ſunt talia quibus
partes potuerũt renũtiare: alias nõ pbant talia enũtiata: per ea
que habentur in .l. ſi forte. de caſtrenſi pecu. et .d.l.j. de fide inſtru.
lib. x. et per Bar. in .l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. vbi ponit dictã
cõcluſionem. Et ideo cum partes nõ poſſint renuntiare cõteſta-
tioni lit. vt no. per gloſ. ... de offi. de lega. de cauſis. et in .d.l. prolatum.
C. de ſenten. ideo talia non preſumentur ex vi enuntiationis, ſed
bene preſumentur ex autoritate ſententie que videtur tranſiſſe
in rem iudicatam ſi nõ eſt appellatum. ex qua autoritate etiam
preſumeretur pro proceſſu et pro actis etiam ſi nõ eſſet enuncia-
ta in ſnia. et plus voluit etiã hic Inno. quod etiam ſi notarius atte-
ſtetur enuntiationẽ, quod nõ per hoc pbabuntur enuntiata. ſʒ Ho-
ſtien. hic voluit cõtrarium. Sed cõcorda opi. vt hic voluit domi.
Anto. quia ſi ſimpliciter atteſtatur: nec dicit ſe fuiſſe rogatum, pce
dit opi. Inno. vt ſi dicat viſa libelli oblatione, que tali die facta
fuit et viſa lit. conteſt. que tali die facta fuit. nam tunc nõ per hoc
probatur, quia videtur eſſe quedã ſimplex recitatio. ſecus ſi dicatur
viſa libelli oblatiõe que tali die facta fuit. et de qua dicta die ego
notarius infraſcriptus fui rogatus. et ſimiliter dicatur viſa lit.
conteſta. que facta fuit tali die. de qua dicta die ego fui rogatus.
nã tunc bene probantur ipſa enũciata. et pcedunt predicta etiam
in ſententijs cenſure. et in alijs que non tranſeunt in rem iudica-
tam: quia ſi eſt appellatum non preſumit pro eis etiam reſpectu p-
ceſſus. ſecus ſi nõ eſt appellatum. vt voluit gloſſ. fin. hic et in .c. ad
reprimendam. de offic. ordi. ¶ Et adde etiam his que dixi circa
28 primum caſum, quod vbi ſententia non tranſit in rem iudicatam:
tunc etiã per teſtes poteſt doceri de iniuſtitia ſnie. vt in .c. ſeries.
j. de teſti. et in .c. tenor. et .c. lator. j. de re iudi. ¶ Itẽ adde quod vbi ap-
pareat ſniam latã eſſe partibus preſentibus licet ex actis nõ appa-
reat terminum datũ ad pbandum nec aliter de cauſa cognitum
tamen preſumit pro ſnia ſi nõ fuit appellatũ quia preſumitur cau-
ſe cognitio ex hoc ipſo quod parte preſente vel cõtumaciter abſente
ſententia eſt lata in .l. in cauſe. §. cauſa cognita. ff. de mino. qd in-
tellige niſi ex breuitate tẽporis aliud ſit preſumendũ: vt ſi appa-
reat de mane litem cõteſta. et de ſero ſniam latam. vt not. Bar. in
d.l. platam. C. de ſen. facit qd habet. ẽ. de reſti. in integ. tum ex li-
teris. qd intelligit do. Anto. pcedere ſi parte abſente ſit lata, ſe-
cus ſi parte pſente et non reclamante: quia tũc videtur parti impu-
tandum. facit qd no. Bart. in .d. auth. ſi quis in aliquo documẽto.
29 ad fin. ¶ Per predicta poteſt inferri quid iuris ſi notarius in
inſtrumẽto dicit quod talis mulier certificata de beneficio velleiani
illi renũtiauit nũquid pſumat fuiſſe certificata. nã licet do. Ant.
videat hic velle qd nõ: tamen cõtrarium videt dicendum qd cre-
dendum eſt tali enunciato. ex quo potuit interuenire tpe inſtru
30 menti p ea que ſuperius dixi. ¶ Per predicta etiã poteſt infer-
ri quod ſi tabellio dicat qd talis teſtis iuratus depoſuit: qd tũc pſu-
metur teſtẽ iuraſſe: quia potuit id interuenire tpe actus. et hoc vi-
detur verum ſʒ do. Anto. hic ſentiat cõtrarium. et expreſſe tenet
Bar. in .l. theopompus. vbi etiã gl. tangit. ff. de dote pleg. nec eſt
verum qd non poſſit renuntiari iuramẽto teſtis. ſʒ do. Anto. hic
videat dicere cõtrarium. per ea que habentur in .c. tuis. j. de teſti.
31 ¶ Et adde etiã predictis quod in his que ſunt de lõginquo et parui
preiudicij creditur enũtiatiũ. per id qd habetur in .l. cum aliquis.
C. de iure deliber. et in decre. ſi papa. de priui. in .vi. et iſta ſufficiãt
quo ad declarationem materie huius gloſ. ſi. ¶ Extra gl. aduer-
32 te quia Innoc. hic dicit qd ſi nuntius publicus cõſtituitur ad oẽs
citationes fiendas qd poteſt citari ſine alio ſpeciali mãdato. Sʒ
Bart. tenuit contrarium in .l. neminẽ. C. de cuſto. et exhibi. re. de
quo dixi in decre. j. de iudi. vnde tutius eſt qd ſpecialis cõmiſſio
fiat niſi conſuetudo aliud haberet. dixit tamen Guido de ſuza. in
l. ad peremptorium. ff. de iudi. vt hic tangit do. Anto. qd ſi appa-
ret citationẽ et relationẽ factã preſumitur cõmiſſio facta per iu-
dicem nuntio: ſed contrarium videtur verum. per .l. quecũqʒ. §. ſi.
de publi. [ADDI.] ¶ An aũt preceptũ de citando debeat ſcri-
bi. hic videtur caſus quod ſic exponẽdo citationes. i. precepta de ci-
tando. hoc tamẽ non ſeruatur ſm Jo. an. credo qd de iure debet
ſcribi cum ſine mãdato iudicis nõ poſſit citare. vt patet in pallē.
33 l. neminem. TIO. ¶ Itẽ aduerte quia licet iudex poſſit cõmitte
re notario examinationẽ teſtiũ tamẽ ipſe notarius cui ſit cõmiſ-
ſio non debet eſſe rogatus de cõmiſſione: ne in facto proprio vi-
deatur teſtis contra .l. omnibus. C. de teſti. ſed debet alius nota-
rius eſſe rogatus de illa. qd tenẽ menti quia quandoqʒ in practica

in hoc erratur. Bar. tamẽ tenet ↄtra in .l. ex ſententia. ff. de teſta.
tute. Sed Bal. in .l. iudices. j. de fide inſtru. reprobat dictũ Bar.
et tenet hoc dictum. vnde hoc dictum videtur de iure verius ſm
Joan. de imo. et idem tenet Jo. and. in additio. Spec. in titu. de
34 citatio. §. ſequitur. ver. vtrũ autem. ¶ Item aduerte quia eſt du-
bium: an acta poſſint deſtrui de partiũ volũtate. et videtur velle
Jo. and. hic quod ſic ſi intercedat etiã voluntas iudicis. alias ſecus. et
dicit etiã hoc verũ niſi lis ſit terminata per ſniam que tranſie-
rit in rem iudicatam. per id qd habetur in .l. acta. ff. de re iudica.
quaſi partes nõ poſſint renuntiare tranſitui in rem iudicatam.
et videtur ſequi hic do. Anto. Sed credo qd ſi ex ſnia non eſt ius
queſitum alicui: niſi partibus qd poſſint de voluntate ipſarũ par-
tium et iudicis deſtrui: quia licet per trãſactionem non poſſit rece-
di a re iudicata: quia illa debet fieri ſuper re dubia. l. j. et .l. poſt rem
ff. de tranſac. tamen per pactũ poteſt ius etiam liquidum remit-
ti. l. pe. C. de pac. et qd no. in .c. ſi diligenti. de foro cõpe. et per ↄſis
... per pactum renuntiare ſententie. ita videtur poſſe
illi renunciari faciendo illã ſnia deſtrui. facit qd no. in .l. no-
ſtram. C. de teſta. ideo autem requiritur conſenſus iudicis, quia in-
tereſt eius apparere acta vt ſic appareat eum iuſtitiã miniſtraſſe.
Item ſi ex ſententia ius tertio eſſet queſitũ nõ poſſent tunc acta
deſtrui de conſenſu partium et iudicis. et ſic intelligatur .d.l. acta.
35 ¶ Item attende quod videtur Innoc. hic velle quod notarius poſſit
inſtrumẽtum facere ſcribi et alij ſe ſubſcribere. ſed cõtrarium hic
voluit Hoſtiẽ. pro quo bene facit qd habetur in auth. de tabellio.
et ideo videtur qd non probet inſtrumentũ ſcriptum manu alte-
rius notarij, licet notarius rogatus ſe ſubſcribat: niſi ſtatutum
36 vel cõſuetudo loci aliter ſe habeat. ¶ Item attende diligenter
qd vbi producitur inſtrumẽtum et regiſtratur in actis parte ad-
uerſa non cõtradicente quod deinceps ſtatur tenori inſtrumenti re-
giſtrati apud acta licet non producatur originale. et plus voluit
hic Inno. notabiliter. quod ſi nõ ſit totus tenor regiſtratus: ſi tamẽ
partes ſubſtantiales ſint regiſtrate qd credetur etiam ſi nõ pro-
ducatur originale ſi pars nõ cõtradixit. et ideo ſi dicatur in actis
qd titius produxit inſtrumentum vẽditionis facte per eum ſeio
de tali domo pro tanto pretio confectum manu talis notarij cre-
detur qd venditio fuit facta. et pro dicto pretio de dicta re, ſi nõ
producatur originale ex quo non fuit cõtradictum tali regiſtra-
tioni. et intellige quod nõ eſt neceſſe produci originale niſi pars vel-
let redarguere de falſo. p id quod habetur in .l. vltima. C. de fide
inſtru. ¶ Item aduerte qd ſi conſtituatur procurator apud acta
non per hoc probatur quis procurator: niſi rogatus fuerit no-
tarius preſentibus teſtibus: quia ipſum pcuratoriũ nõ eſt proprie de
actis. ſʒ productio eius ſic vt voluit Inno. in .c. cum in iure peri-
tus. de offi. deleg. et eodem modo ſi delegatus apud acta delega-
ret nõ probarent acta delegationẽ: niſi notarius fuerit rogatus
de illa corã teſtibus, ſi tamẽ inſtrumentũ delegationis corã dele-
gato producatur et regiſtretur i actis totus tenor vel ſaltem eius
ſubſtantia parte non cõtradicente ſatis pbabitur delegatio etiã
ſi poſtea nõ producatur iterato originale. ¶ Item aduerte quia
37 tangit hic Inno. de iſta exceptione tu nõ es pcurator an poſſit
obijci poſt litem conteſt. et cõcludit quod ſic. et hoc clarũ ſi velit obij-
ciens illam probare vt quia velit probare mandatum reuocatum:
ſi autem nihil velit probare: tunc adhuc auditur cum reddat iu-
dicium retro nullum in .c. in noſtra. de procura. et in .l. licet. C. de
procura. et facit qd noſ. glo. et Innocẽ. in .c. j. in verbo abſentia. de
elec. in .vi. vbi bona gloſſ. et hoc dicit verum niſi appareat inſtru-
mentum fuiſſe pductum et tunc nõ fuerit cõtradictum: nam tũc
nõ poſſet opponi, quia preſumeretur procurator niſi pbaretur
oppoſitum. de materia per Bart. in .d.l. licet. et .l. põponius. §. ra-
38 pti. ff. de pcura. et per gl. in .d.c. j. ¶ Item no. quod examinans te-
ſtem debet facere ſcribi ſi teſtis vacillando dixit vt ſic poſſit vi-
deri quãta ſit fides adhibẽda: et debet de vacillatione facere ſcri-
bi preſente ipſo teſte ſi vult facere ſcribi ad finẽ vt teſtis puniat.
Sʒ ſi ſolum vult facere ſcribi reſpectu valoris teſtimonij poteſt
facere ſcribi etiã in abſentia teſtis dũmodo nõ ex interuallo per
.c. preterea. j. de teſti. cog. et debet notarius in hoc obedire iudici
qui melius poteſt hoc videre cũ ipſe notarius habeat vacare cir-
ca ſcripturã: nõ tamẽ debet atteſtari teſtem vacillaſſe niſi hoc vi-
deat, ſed poteſt dicere qd vacillauit vt ſibi aſſeruit iudex qd tene
39 mẽti. ¶ Itẽ aduerte quia licet preſumatur p ſcriptura actorũ: ta-
men probari poteſt contrariũ per teſtes. vt hic etiã ſenſit gl. et ex-
preſſe voluit Hoſt. et ideo ſi notarius ſcripſit quod reus fuit ↄfeſſus
vbi negauit vel econtra poterit probari contrariũ per teſtes qui
interfuerit reſpõſioni. et ſic nõ eſt neceſſe pbari contrariũ p con-
trariã ſcripturam: licet alij aliter dixerũt. facit qd not. ẽ. eo. tertio
loco. ¶ Itẽ aduerte quod ſi in ſentẽtia diffinitiua dicatur quod lata eſt
in ſcriptis ſtatur in hoc ſcripture, quia hoc potuit interuenire tpe
late ſnie. facit quod ſuperius dixi. ſed ſi hoc nõ exprimitur: an in
dubio preſumitur lata in ſcriptis. Spe. in tit. de ſen. §. vt autem.

Ayuntamiento de Madrid

ver. item non valet. dicit q̄ ſi lata eſt in prima pſona: tunc preſumitur lata in ſcriptis q2 tunc verba ſcripture referuntur etiā ad iudicem, ſ3 ſi lata ſit in tertia perſona ſeu per verba tertie perſone, quia dicant talis iudex ſic pronuntiauit: tūc non pſumitur lata inſcriptis ſi aliter non appareat. faciat. l. quecūq3. §. fin. ff. de publi. Fallit ſm Bar. ſi dictum fuerit lecta ꝛ ſentētialiter pmulgata fuit dicta ſententia per talem iudicē ꝛc. nam tunc pſumitur lata in ſcriptis: q2 ſentētialiter promulgare eſt in ſcriptis illam ferre. l. i. ꝛ ij. C. de ſen. ex peri. recitan. ꝛ no. Bart. in. l. ſciendum. ff. de verbo. obliga.

40 ¶ † Quid autem ſi in ſententia dicat iudex condemno titium tutorem ſeu pupilli an preſumatur tutor ſi aliud non appareat. Spe. tenuit qd̄ non in titu. de pbat. §. fi. ver. ſed pone. qd̄ tene menti q2 quādoq3 de facto ↄtingit ꝛ ptidie in ſpone facti hoc fuit in dubium reuocatū iu ſimili. facit qd̄ not. Bart. in l. j. §. item pōponius. ff. qd̄ cum fal. tu. auto. ꝛ qd̄ notat per eundē

41 in. l. licet. C. de procurat. ¶ † Ultimo adde his que dixi ſ. q̄ vbi non appellatur a ſententia pſumitur pro ipſa ſententia recte. vbi appellatur cum appellatio ſuſpendat pnūciatum. ſ. de iureiuran. venientes. ꝛ. l. i. §. j. ff. ad turpil. nam pro preditis eſt tex. valde bonus cum glo. in. l. herennius. §. cala. ff. de euic. vbi aperte colligitur dicta concluſio videlicet q̄ pro ſententia pſumitur ſi non fuerit appellatum.

1 ☞ Statutum loci an poſſit ligare perſonas eccleſiaſticas.
2 Conſuetudo contraria omni iuri non valet.
3 Negatiua poteſt per iuramentum probari.

**D noſtram.** Si probari poteſt reum deliquiſſe eius purgatio qd̄ non deliquerit non eſt admittenda. h. d. Et primo ponit prauam conſuetudinem. Secundo illam ſeruari prohibet. Secunda ibi, volentes.

1 ¶ † Nota argumentum pro ꝛ contra qd̄ ſtatutum loci liget eccleſiaſticas perſonas etiam coram iudice eccleſiaſtico dūmodo ſit iuſtum, vt hic videtur probari a contrario ſenſu, ſed poſſes reſpondere qd̄ hic ↄſuetudo erat cōmunis clericorum ꝛ laicorum. facit quod nota. Innoc. de conſuetu. cum dilectus. ad fi. ꝛ de materia in. c. eccleſia ſancte marie. de conſtitu. ꝛ in. c. quod clericis. de foro cōpe. ꝛ per Bartol. in. l. i.

2 C. de ſumma trini. ¶ Item no. qd̄ † conſuetudo contraria omni iuri tanq̄ irrationalis non valet, vbi autem repugnaret ſoli iuri poſitiuo bene poteſt valere ſi alias ſit rationabilis et preſcripta. ſ. de conſuetu. c. fi. ¶ Item no. qd̄ non valet conſuetudo que preferet plene probationi probationem ſubſidiariam ꝛ iuramen talem. facit qd̄ no. in Specu. ꝛ de inquiſi. §. nunc tractemus. verſic. ſed quid ſi reus. vbi dicit q̄ accuſationem vel inquiſitionem non facit ſilere oblatio purgationis. ¶ Item not. argumentum pro

3 et contra qd̄ † negatiua poſſit probari per iuramentum. de quo dicendum vt in. c. j. de confeſ. lib. vi. ¶ In glo. j. ibi, ꝛ ſui ſimiles. iſti ſibi inuicem ſeruiebant ꝛ vnus alium cōpurgabat qd̄ eſſe non debet. ex quo non erant bone fame ꝛ opi. et quia in hoc caſu non erat locus purgationi ex quo crimen probari poterit per teſtes: ſed eo caſu quo poteſt eſſe locus purgationi vt quādo quis eſſet infamatus ꝛ nō apparerent accuſatores nec teſtes: tunc bene poteſt quis ſe purgare. vt tangit glo. ſequens. tamen cōpurgatores debent eſſe bone opi. ꝛ ſi poſtea caſualiter contingat q̄ expediēs ſit aliquem ex compurgatoribus ſe purgare, poterit purgatus illum cōpurgare ſi hoc ſibi videatur ſalua conſcientia. nam ꝛ ad hoc naturaliter ad antidora eſt obligatus. l. ſed ſi lege. §. cōſuluit. ff. de peti. here. ꝛ hec naturalis obligatio ſurgit ex illa equitate vt bene facienti bene faciamus. vnde nō eſt tante efficacie: quāte eſt naturalis deſcendens ex pacto. vt hic tangit Joā. and. de qua etiam Bar. in. l. ſi teſtamento. ff. de fideiuſ. ¶ In glo. ſi. ibi, omni iuri. nam eſt cōtraria iuri canonico, vt patet ex ſupradictis. Itē iuri diuino qd̄ vult ſtari dicto duorum aut trium teſtium idoneorum. ſ. ti. j. in omni. ꝛ ſimiliter iuri ciuili eadem ratione. l. vbi numerus. ff. de teſti.

8 ¶ Fines dioceſum. eodē modo ſumm āt hoc. c. d. Abbas ꝛ And. ſicu. ꝛ po. Fely.

1 ☞ Limites dioceſum probantur per libros antiquos.
2 Limites ſiue confines an poſſint probari per teſtes.
3 Fama videtur plene probare in factis antiquis.
4 Scripture columne vel lapidis an credatur.
5 Fama per ſe ſolam non probat ſed cum alijs adminiculis.

8 **Cam cauſam que.** Fines dioceſum pbant̄ p libros antiquos teſtes adminicula ꝛ famam. h. d. ꝛ eſt cōmunis diuiſio. ſecūda ibi: mandamus. ¶ Nota ibi in text. vel alio modo. puta per recognitionē vel confeſſionem. ſ. de cenſi. cum olim. ꝛ de confeſ. c. fin. vel per iuramenti delationē. xvi. q. iij. qd̄ dilectio. vel per violentā preſumptionem. arg. xxxi. q. i. c. dixit. ſm Goffre. ꝛ Abba. Inno. vero hic dicit. q̄ vbi factū conſtare non poteſt. poteſt fieri diuiſio ſm antiquam famam et adminicula alleg. xvi. q. iii. inter memoratos.

1 ¶ † Not. q̄ in probandis confinibus ſtatur libris antiquis. facit quod no. in. l. cum aliquis. C. de iure delibera. ꝛ in. c. ſi papa. de priuileg. li. vi. ꝛ in Spec. de proba. §. videndum. ver. nono. ꝛ dicit Hoſt. q̄ limites cōſueuerunt diſtingui p flumina quandoq3 per riuos aquarum quandoq3 per caſtella vel per villas ꝛ quandoq3 per montes ꝛ quandoq3 per cacumina. tñ. ꝛ qd̄ hic loquitur de cōfinibus ſeu limitibus dioceſum. in q̄ vero queritur de limitibus agrorum vel prebendarum. ſ. de. [illegible] ſcrip. q̄ indicante. et. ſ. eo. ex

2 literis. ¶ † Item no. qd̄ etiā per teſtes poſſunt confines probari qd̄ intelligit do. Anto. pcedere etiā ſi ferant teſtimoniū de auditu in facto valde antiquo. facit qd̄ not. in. c. veniens. de verbo.

3 ſigni. per Inno. lib. vij. ¶ † Et no. etiā q̄ fama vr̄ plene probare in factis antiquis. de quo in. d. c. veniens. el. j. ꝛ de verbo. ſigni. in c. quid per noūale. ꝛ Bart. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de q̄ſtio. ¶ Item no. q̄ in queſtione confinium admittitur probatio etiā per adminicula. Et no. etiam illud vulgatum q̄ que nō proſunt ſingula multa iuuant. de quo in glo. ſi. ¶ In gloſ. j. ibi: facit fidē. hoc verum ſi liber fuiſſet in archiuo publico ſeu ſub publica et fideli cuſtodia ſi aūt fuiſſet extra, tunc in his que non eſſent magni preiudicij videtur ei ſtandum: ſed in alijs videret ſecus. nam vt dicit Hoſt. potuiſſet iam ſunt cētum anni ſacerdos ſcripſiſſe in libro eccl. q̄ aliqua domus vel poſſeſſio ſpectaret ad eccleſiam. cum forte tūc non eſſet verum. vnde non eſt iuſtū tūc talem

4 librum pbationem facere. ¶ † In ea. glo. ibi: vel lapides. intellige q̄ ſi aliqua veriſimilia continent̄ in ipſa ſcriptura columne vel lapidis antiqui, vel ſi contineatur de cōfinibus vel hiſtoria alicuius ſancti vel priuilegiū eccleſie: ſecus ſi veriſimilia non continerent̄. vt dixit Bar. in. l. monumētorū. C. de relig. ꝛ ſump. fune. vbi etiam tex. videt̄ facere cōtra hanc gloſſ. Sed patet ſolutio ex predictis. ¶ In eadē gl. ibi: in albo pretorij. i. in pariete dealbato in loco iudicij in quo ſcribebantur citationes: ſed hodie loco ipſorum fit citatio per ſchedulas affixas in foribus palatij ꝛ vocabatur citatio per edicta in auſ. qui ſemel. C. quō ꝛ q̄ñ index. talis tamē citatio hodie regulariter nō habet locū. vt in cle. j. de iudi. de quo etiā ibi plene dixi. ¶ In glo. ij. ibi per ſe tamē ꝛc. cōcludē

5 q̄ regulariter † fama per ſe ſolam non probat ſed cū alijs adminiculis. de quo. ſ. tit. j. veniens. el. j. ꝛ per Barto. in. l. de minore. §. tormēta. ff. de queſtio. ſ3 in iſtis factis antiquis vbi eſt queſtio de cōfinibus. videtur qd̄ plene pbet p ea que habent̄ in. c. veniens. ꝛ in. c. quid per noūale. de ver. ſig. per Innoc. ideo ſi teſtes dicant q̄ fama ꝛ cōis opi. eſt q̄ talis limes ſemp ꝛ ſic fuit obſeruatus a tpe cuius initij memoria nō exiſtit tūc pbant vt voluit Archi. xvi. q. iij. c. inter memoratos. ꝛ facit ēt qd̄ ipſe no. eadē cauſa. ij. q. j. in. c. plures. ¶ In gloſ. ſi. ibi indicia etiā pbant dic attendendā qualitatem indiciorū. vt nota. do. Ant. ſ. eo. c. tertio loco. ꝛ Jo. an. in addi. Spe. in tit. de proba. §. ſi. ver. xiij. circa ſi.

1 ☞ Uirginitas pbat̄ per aſpectū ꝛ p inſpectionem obſtetricū.
2 Peritis in arte creditur.
3 Ingredi religionē poteſt alter cōiugum altero inuito poſt matrimonium contractum de preſenti ante carnis copulam.

**Cauſam matrimonij.** Poſſūt reprobari matrone per quas virginitas puelle pbatur. h. d. et eſt cōis diuiſio. ſecūda ibi: mandamus. ¶ No. q̄ pendente queſtione matrimoniali in qua vertitur dubium de copula nō debet vxor reſtitui viro: ne alias cōfundi poſſit pbatio aſſerentis copulam non interueniſſe. ¶ Item not. qd̄ vbi agitur ad diſſolutionē matrimonij contra religionis ingreſſum. non obſtante probatione facta in matrimonio ꝛ publicatione teſtiū: nō impedit̄ productio teſtiū ſuper eiſdem articulis vel directo con-

1 trarijs. ¶ Itē not. † virginitatē probari per aſpectū ꝛ per inſpectionē obſtetricum que atteſtantur de his que vident. ꝛ ſic no. q̄ aliquādo quis teſtificatur de eo qd̄ apprehendit ſm tps teſtimonij ꝛ poſt predictum iuramētū. ¶ Itē no. q̄ vbi pbatio non pōt plene haberi ne deceptio interueniat poſſunt teſtes pluries mul-

2 tiplicari ſi iudici videatur. ¶ Et not. q̄ licet credatur † peritis in arte: tñ magis credēdum videt̄ illis qui magis ſunt periti. facit qd̄ no. in. l. j. §. j. ff. de ventre inſpi. per Bar. ¶ Itē no. q̄ ſnia contra religionis ingreſſum etiā p matrimonio non videtur trāſire in rem iudicatā. ¶ Ultimo no. q̄ virginitas cenſetur eſſe priuilegium. de quo etiam in glo. ¶ In gloſſ. pe. in ſi. dic vt dictū fuit in. d. c. iurauit. ꝛ adde qd̄ habetur in. c. ex publico. ſ. de cōuer. con

3 iug. † vbi etiā poſt matrimoniū cōtractum per verba de preſenti ante carnis copulā poteſt alter cōiugum altero inuito tranſire ad religionem ſecus poſt carnis copulam. ¶ In gloſſ. ſi. ibi: que ſola. ſup. facilius q̄ alie virtutes. nā etiā alie ſufficiunt ad preſentandas animas hoīm deo. vt not. gloſ. in. c. nuptie. allega. in glo. ¶ In ea. gloſ. ibi: laureolam. Dicit̄ laureola ſertum ſeu girlande que fit de lauro qua olim vincentes alios in aliquo actu virtutis in ſignum laudis coronabant̄. ꝛ ideo per ſimilitudinem in ſignum laudis virgines laureolam habebant. facit qd̄ not. in. c. ſi paulus

Ayuntamiento de Madrid

Paulus allega in gloſſ. erit enim quedam corona laudis ⁊ quidam ſplendor [illegible] mediante ab alijs diſcernentur.

1 Acta origi[illegible] an debeant eſſe apud iudicem.
2 Confiteri non inte[illegible]itur qui [illegible] on nego.
3 Acta probari poſſ[illegible] per ſc[illegible] ⁊ per partium confeſſionē ⁊ an per teſtes poſ[illegible]
4 Concordiam inter partes [illegible] querere.
5 Inſtantia an lapſu tric[illegible] beat.
6 Atteſtationes in vno iudici[illegible] pte an probent in alio.

Cum bone. Acta coram primis iudicib⁹ facta faciunt fidem corā ſecūdis. h. d. ⁊ poſt deciſam ponit formam cōmiſſiōis bimembris. ⁊ ſecundū membrū ibi alioquin. ¶ † Not. ſ. ꝙ acta originalia videntur debere eſſe apud iudicem, ſed ꝯtrarium eſt verum q: imo apud ſcribentē debent eſſe dicta acta. vt notat Joā. an. in. c. quoniā cōtra falſam. ſ. eo. ⁊ facit ꝙ habetur in aut. de tabellio. colla. v. ⁊ qđ habetur in tex. dicti. c. quoniā. Nec obſtat iſte tex. q: debet intelligi ꝙ ponit facti cōtingentiam: q: ſic de facto contingit ꝙ erant apud priores iudices non autem iuris diſpoſitionē.
2 ¶ † Itē no. qđ illud qđ nō reuocatur in dubium per partes, licet de alijs reuocetur in dubium. intelligitur illud tale confeſſatum. ⁊ ſic facit ꝙ ſi pars dicat non nego iſtud qđ intelligatur per hoc confiteri. facit qđ not. per Bal. in. l. ſi duo patroni.
3 vbi bonus tex. ff. de iureiur. ¶ Item no. † acta poſſe probari nedum per ſcripturam, ſed etiam per partium cōfeſſionem. Et an etiam poſſint probari per teſtes dictum fuit i dicto. c. quoniam.
4 ¶ Itē not. ꝙ † iudex debet querere cōcordiā inter partes. de quo
5 in. c. j. ſ. de mu. peti. ¶ Item no. iuncta deciſa † ꝙ de iure canoni co nō vꝫ inſtantia perire per lapſum trienij. nam vt patet ex antiqua cauſa fuit cōmiſſa primo loco per celeſtinū cui poſtea ſucceſſit Inno. tertius: ⁊ demū mortuo Inno. ſucceſſit Honori⁹ q vixit etiā vltra tres annos: ⁊ demū ſubrogatus fuit Gregorius nonus autor decre. ⁊ tamen cauſa adhuc nō erat finita. ⁊ ex eiſdē actis venit terminanda qđ non eſſet ſi inſtātia fuit perempta: q: tunc pereunt etiam acta ordinatoria litis, ⁊ veniunt iteranda in noua inſtantia. prout etiā libelli oblatio ⁊ ꝯteſtatio litis ⁊ preſtatio iuramenti de calūnia. l. cū lite mortua. ff. iudi. ſol. ⁊ qđ ibi plene not. per Bar. ⁊ de materia in. c. pe. ſ. de iudi. ⁊ de do. ⁊ cōtu. in c. fina. ⁊ per Inno. de offi. dele. in. c. conſuluit. ſeu in. c. venerabili.
6 ¶ In gl. pe. ibi ſi voluerunt. † hoc clarū qñ ambe partes concordant: ſed ſi altera pars repugnaret: an tūc ſtabit dictis atteſtationibus clauſis. tāgeꝶ in. c. cū cām alleg. in gloſſ. de quo etiā per legiſtas in. l. geſta. C. de re iudi. ⁊ p Bar. in. l. ij. ff. iudi. ſol. ⁊ ibi etiam tāgit an atteſtationes in vno iudicio recepte indiſtincte pbēt in alio. de quo etiam per Inno. in. c. cauſam que. el. j. j. ti. j.

## ¶ De teſtibus ⁊ atteſtationibus. Rubrica.

1 Probationum multe ſunt ſpecies.
2 Probatio per teſtes que fit per vocem viuam eſt efficacior.

¶ Quia viſum ⁊ tractatū eſt. ſ. de pbationib⁹ in genere: verum
1 q: † multe ſunt ſpecies probationum. vꝫ per teſtes inſtrumenta preſumptiōes iuramēta. ideo de illis cōſequēter erat videndū et pro tanto de eis tractat per ordinē in rubricis ſequētib⁹. Sed q:
2 probatio † per teſtes que fit per viuā vocē videtur efficacior ⁊ potentior. vt in aut. de fide inſtru. ⁊ cau. §. ſi vero aliquid. colla. vj. idō de eis premittit de materia. iiij. qđ. iij. ⁊. ij. q. iiij. ⁊. iij. qđ. v. ⁊. ix. et xiiij. q. ij. ⁊ xxxv. q. vj. per totum. Et reperitur in. vj. ⁊ cle.

1 Teſtis non debet recipere pecuniam vt verum teſtificetur.
2 Teſtis an poſſit prece induci ad teſtificandum.
3 Palea quid ſit.

Placuit. Tria dicit que patēt de ſe. Secundū ibi, ⁊ vt. Tertiū ibi: ac nullus. ¶ No. ꝙ officium teſtificandi debet eſſe
1 gratuitum. ideo † nō debet teſtis recipere pecuniā etiā vt verū teſtificetur alias incidit in corneliam de falſis. l. j. ff. ad le. corne. de fal. ⁊ no. Bar. in. l. diuus. de re iudi. ſi tñ neceſſe habēt ire de loco ad locum, debēt ſibi p ꝓducētē miniſtrari expēſe ne officiū ſit dānoſum de ſcrip. ſtatutū. §. pferendo. li. vj. cōſultor tñ pōt iuſtū conſiliū congruo pretio vendere ſeu p illo pretiū iuſtū recipere. xiiij. q. v. non ſane. ¶ Itē no. ꝙ infidelis nō poteſt eſſe teſtis. ¶ Itē ꝙ teſtimoniū debet deponi a ieiunio qđ eſt verū de honeſtate. vt tangiꝶ in
2 gl. ſi. ⁊ que ſunt facienda a ieiunis. vide p glo. de cōſecra. di. j. in. c. ſacramēta. An aūt † teſtis poſſit prece induci ad teſtificandū. dic ꝙ ſic dūmodo ceſſet corruptela ſm Hoſti. facit qđ habetur. ſ. eo.
3 quoties. ¶ In gl. j. ibi pro palea. † Paleas appellamus omnia capitula que ſunt in libro decretorū ⁊ nō fuerūt inſerta per Gratianū, ſed alias ſuperaddita. ſup. per quendā diſcipulū Gratiani qui vocatus eſt Pocopalea. vt no. Joā. an. in addi. Spe. in fi. de

diſpu. ⁊ alleg. circa. ⁊ cōiter nō reperiuntur gloſſate. ¶ In glo. ij. ibi: prohibitoriū eſt. ſ. certarū pſonarū ſꝫ permiſſoriū regulariter. facit quod habetur. j. de ſpō. cum apud. ⁊. l. mutus. §. j. ff. de pcur.

1 Monitio iudicis habet vim appellationis.
2 Examinationi teſtium debent partes intereſſe.
3 Neceſſitas excuſat a contumacia.
4 [illegible] non admittitur in teſtem.
5 Impubes non admittitur in teſtimonium.
6 Teſtificari qui poſſint.
7 Procurator ſi lite cōteſtetur ⁊ poſteā ad receptionē teſtiū vocet dominus ⁊ non procurator an valebit receptio.
8 Procuratores duo ſi ſunt inſolidum conſtituti cum clauſula qđ occupantis conditio non ſit melior an ſi vnus eſt litem conteſtatus ⁊ alter producit teſtes an tenebit receptio.
9 Teſtis non citati dictum an valeat.
10 Citatus an debeat pars ad videndum porrigi articulos.
11 Citatio domini non ſufficit in actu receptionis teſtium quādo aduerſarius alias non fuit in iudicio.

a In nomine domini. Nulla eſt[a] teſtiū receptio facta cōtra nō citatū. h. d. Et primo ponit dictū. Secūdo illud pbat per legem. Tertio concludit. ſcđa ibi: nec poſtea. tertia ibi, ecce. ¶ No. pro noīe dñi inuocando. facit qđ habeꝶ in. l. in noīe dñi. C. de offi. prefe. pto. aphrice. ⁊ qđ habetur in Spec. de edic. §. ij. in prin. ¶ Itē not. ꝙ etiā ad deciſionē cauſarum eccleſiaſticarū allegari poſſunt leges. de quo in. c. j. ſ. de
1 ope. noui nun. ¶ Itē no. ꝙ † admonitio iudicis videtur habere vim citationis. vide gl. notabilē. de offi. dele. ꝯſuluit. ⁊ qđ habeꝶ
2 in. l. ij. C. quō ⁊ qñ iudex. ¶ Item no. argu. † ꝙ partes debēt eſſe preſentes in examinatiōe teſtiū. ſꝫ cōtrariū ſeruatur vt dicta glo. vnde ſatis eſt ꝙ ſint preſentes quādo teſtes preſtāt iuramentū. ⁊ ſic ſufficiat citare partē vt veniat ad vidēdum iurare teſtes. ⁊ ſic
3 etiā debet intelligi iſte tex. ¶ Item no. ꝙ † caſus neceſſitatis cōtingens excuſat a vera contumacia, ⁊ ſic in effectu vitiat actum fiendum in verū contumacem. facit de ſen. excō. venerabilibus. §. ſecus. lib. vi. ⁊ ſic videtur ꝙ quo ad actum receptionis teſtium. requiratur vera contumacia nec ſufficiat citatio ad domum. de quo in. c. ſi. ſ. de dolo ⁊ contu. per Inn. ⁊ do. Anto. ⁊ per Jo. an. in regula preſumitur. de reg. iur. in. vj. in mercu. ⁊ per Bart. in. l. iiij. §. pretor. ff. de dā. infec. ¶ Ultimo not. illud vulgatū ꝙ factū contra legem nō valet. de quo in. l. nō dubium. C. de legi. ⁊. x. diſt. in. c. vides. ⁊ in cle. j. de iure patro. ¶ In gloſſ. ij. ibi conditio. ſ. an
4 ſit liber vel ſeruus q: † ſeruus non admittitur in teſtem. l. qñi liberi. C. de teſti. ¶ Item ibi ſexus. hoc dicit gl. q: ſi eſt femina nō ſemper admittitur ad teſtimonium. j. de ver. ſigni. forus. ad finē.
5 ¶ Item ibi etas. hoc dicit. † q: impubes nō admittitur ad teſtimonium ſed demum maior. xiiij. annis in ciuili. ⁊. xx. in crimina li. l. iij. §. lege iulia. ⁊. l. teſtimonium. ff. de teſti. iiij. qđ. iij. c. j. ¶ Itē
6 ibi diſcretio. h. d. † q: demēs vel furioſus nō teſtificaꝶ. j. de ſpon. dilectus. iij. ⁊. vij. §. tria. ¶ Itē ibi fama. hoc dicit. quia infamis non admittitur. vt. j. eo. teſtimonium. de quo dic vt ibi. ¶ Item ibi fortuna. q: ſi eſt pauper ⁊ habet modicas fortunas ita qđ veriſimile ſit ipſum deierare non admittetur. l. teſtium. ff. de teſti. canonizata. iiij. qđ. ij. ¶ Item ibi fides. h. d. quia infidelis non admittitur. j. c. proxi. ⁊. ſ. c. proxi. ¶ In gloſ. audire. in fin. ⁊ com muniter tenetur gl. licet Joan. ſ. q. j. in primis dixerit ꝙ ſi pars vult renuntiare vlteriori productioni aliorum teſtium: qđ tunc poterit intereſſe examinationi, ſed hoc communiter nō tenetur quia liberius loquetur parte abſente ꝙ ipſa preſente ⁊ interrogatoria poterit facere ⁊ dare iudi. ¶ In glo. ineuitabili ibi non valet intellige ipſo iure ſi iudex ſciuit impedimentum. per id qđ habetur in. l. queſitum. in tex. ⁊ gloſ. ff. de re iudi. cum ibi not. per Bar. ſed ſi iudex ignorauit impedimētum ex quo pars fuit pſonaliter citata ⁊ ſic apparenter vere contumax licet nō exiſtenter propter iuſtū impedimentum de mero rigore valebit receptio: ſed veniet reſcindenda ſaltem per reſtitutionem in integ. docto de impedimento. per id qđ habeꝶ in. d. l. queſitum. ⁊. j. c. cum ber
7 toldus. j. de re iudi. ¶ Extra glo. reuocatur in dubiū. an † ſi pcurator fuerit litē cōteſtatus: ⁊ poſtea ad receptionem teſtiū vocet dñs ⁊ nō pcurator an valebit receptio. ⁊ finaliter tenetur ꝙ non: q: citari debuit procurator qu[illegible] at dñs inſtātie, nec tenꝫ dñs cōparere etiā citatus cū licitū ſit ſibi per pcuratorē litigare. l. j. §. vſus. ff. de procura. ⁊ etiam vi[illegible] eꝶ velle dicere ꝙ non vult litigare per ſe ex quo pcuratorē ꝯſtituit. ⁊ ideo nō valebit dicta receptio teſtium. Idē ſi dñs fuerit citatus ad ſniam audiendam ⁊ non venerit q: nō tenebit ſententia cum debuerit procurator citari qui litem proſequebatur. l. j. C. de ſenten. ⁊ interlo. om. iudi. ⁊ hoc tenuit Lamber. de rāpo. diſputādo, vt refert hic Jo. an. ⁊ Bart. in l. furioſo. ff. de iudi. ⁊. d. l. j. ⁊ hoc qñ dñs nō venit, ſed ſi veniſſet et preſens fuiſſet procuratore hoc ſciente ⁊ non contradicente: tūc

a ¶ Nulla eſt. eodē modo ſummathic ca. do. Abb. et Fely. nihil addito vel ſublato.

Ayuntamiento de Madrid

bene teneret ſnia: qꝛ lꝫ ꝓcurator habeat directū ius inſtantie: ta men dñs hꝫ vtile etiā ſine ceſſione. l. in cauſe. §. fi. ff. de procu. ꝛ ſic illo pót vti ꝓcuratore nō cōtradicēte. qđ intelligit Bar. procedere qñ ad actū ſnie dñs fuit preſens ad finē illius actus qđ in dubio preſumitur ſi fuit citatus vel monitus: alias ſec⁹. ideo nō va leret ſnia ſi fertur contra eū. ar. l. filiusfamil'. §. inuitus. ff. de ꝓcur. ꝛ qđ no. s. de elec. cū in veteri. nā preſumitur tacens diſſ[illegible] quo agitur de eius ꝑiudicio. ꝛ p ea que habent in iuri[illegible] ꝛ que habent. j. de reg. iur. is qui tacet. li. vj. ſecus ſi in e[illegible] ſit lata: qꝛ tūc preſumitur conſentire. ꝛ ad hoc fuiſſe p[illegible] qui patit. ff. man. ꝛ ex hoc not. ꝙ preſens in actu iudici[illegible] nō ſemp habetur pro conſentiente. qđ videt cōtra [illegible] in. l. j. ꝛ ij. C. de rela. Sed potes dicere ꝙ illud habet locū [illegible] poterat cogi eſſe in iudicio. ſec⁹ qñ nō poterat cogi. ꝛ ſic [illegible] 
8 predicta. ꝛ q no. Bar. in. d. l. furioſo. qđ tene menti. ¶ † Secūdo du bitatur qđ ſi ſunt duo ꝓcuratores inſolidū, conſtituti [illegible] qđ occupantis cōditio nō ſit melior. an ſi vnus [illegible] ꝛ alter poſtea producit teſtes an tenebit receptio. cōcludit lꝫ Joā. and. ꝛ d. Anto. hic ſatis inſtet qđ ſi primus cōteſtās fuit impedi tus ꝓſequi litem potuit tūc alius ꝓſequi de ꝓcura. ſi duo. libꝛ. vj. ideo valet receptio ſi añt non fuit impeditus. ſic ſi dicimus actū geſtū p iſtum ſcdm eſſe nullū tanq nō habēte ad hoc mādatū ex quo alius preoccupauit. p id qđ habet [illegible] c. ſi duo. dicit. d. Ant. qđ indiſtincte nō valebit ꝓdu[illegible] forte licet nō valeret pnto ꝙ dñs poſſet ratificare ex quo [illegible] noie eſſet geſtū: ſicut etiam ra tificat geſta p falſum ꝓcuratorem ſuo noie. l. licet. C. de ꝓcu. ꝛ. l. li cet. ff. de iudi. Si autem dicam⁹ actū geſtū per iſtū ſcdm valere ꝛ poſſe celebrari niſi obijciatur: tunc videtur qđ poſſit ratificari ſi reus nihil obiecit. ꝛ hoc clarū ſi re⁹ etiā ꝯſentiat. Si autē ꝯdicat tūc videt velle. d. Anto. qđ nō poſſit ratificari ipſo inuito ſaltem qñ receptio facta fuit ipſo abſente licet forte citato. Sꝫ nō video quare non poſſit ratificari per dñm ex quo eius noie eſt geſtum. nam etiam ſi nullum penitus habuiſſet mādatū poſſet ratificare actum per eū geſtum noie dñi. vt. d. l. licet. ꝛ ſic fortius videtur ꝙ poſſit ratificari hoc caſu quo habuit mandatū ꝛ ſi dicat reus di ſtringet p plures aduerſarios contra. l. ne in plures. ff. de exerci. Poſſet dici qđ nō diſtringetur qꝛ nō poterit iſte ſecūdus ꝓſequi inuito reo, ſed bene poterit proſequi primus etiā vtendo teſtib⁹ productis per ſecundum ſi dñs productionē ratam habeat. nam alias talis receptio non preiudicaret dño ex quo effectualiter ad iſtam nō habebat mandatū primo nō impedito. ¶ † Tertio du
9 bitatur an valeat dictū teſtis non citati nec admoniti qui cōdu ctus per partem ad iudiciū in preſentia partiū ꝛ iudicis iurat. ꝛ cōcludit qđ ſic: vt voluit ſentire. Spe. in ti. de teſte. §. qualiter. ver. iudex ergo. ꝛ tenēt dñi de Rota ſua cōcluſione. cccl xv. lꝫ Guil. de mōte laudu. ſentiat cōtrariū in clemē. romani. de iureiu. ꝛ etiam Jaco. de bel. in auſ. de teſti. colla. vij. ſed p predictis. facit qđ not. gloſſ. in. l. poſt legatum. §. is vero. ff. de his quibus vt indig. ꝛ ibi Bar. etiam hoc tenet. ſecus quādo ſponte ſine requiſitione par tis ꝛ iudicis teſtis venit ad ferēdum teſtimonium, qꝛ tunc eſt ſu ſpectus, vt in dicta aut. de teſti. §. j. et per hoc apparet qđ non eſt neceſſe ꝙ teſtis ſi citetur ſit cōtumax ꝛ expectet ſe pignorari. licet
10 Ja. de bel. aliter dixerit. ¶ † Tangit etiā hic do. Anto. an pars ſit citanda ad videndum porrigi articulos. ꝛ videt tenere qđ ſic: qꝛ ſi iudex admittit talis admiſſio videtur eſſe quedam interlo cutoria p quam parti poſſit generari preiudiciū ſi admitteretur non admittendi. ideo videtur ꝙ debeat pars citari. per id qđ ha betur de maio. ꝛ obe. inter quatuor. ꝛ. ff. de re indica. in. l. de vno quoqꝫ. Inno. tamen de ꝓcu. in. c. auditis. dicit notabiliter ꝙ va let interlocutoria etiā ſi pars nō fuit citata: licet ſecus in diffini tiua. ſed precedēs dictum videtur verius per id etiā qđ hic nota. glo. penul. ꝛ etiam videt voluiſſe Bart. in. l. qđ iuſſit. ff. de re iud. qđ intellige niſi preceſſiſſet citatio generalis ad cōparendum in tota cauſa. ꝛ ſic poſſet intelligi dictum Inno. in. c. auditis. vel niſi ageretur de leui preiudicio. per id qđ habetur in. l. ſed interpella tus. ff. de arbi. vbi interlocutoria per quam mandat quem citari: qꝛ illa nō requirit magnā cognitionē ꝛ eſt leuis preiudicij, poteſt ferri parte abſente: al's videtur ſecus p nota. in. d. l. qđ iuſſit. ꝛ per ea que habētur hic in gl. penul. ꝛ. j. de appel. ex ratione. ¶ Limi ta vltimo decre. qñ recipiūtur teſtes ad eternā rei memoriā ſed ſi reciperetur ſummarie ad inform ationē notorij vel habilitatem perſone non eſſet neceſſaria citatio. nā ꝛ tūc etiā recipiunt teſtes nō iurati, vt not. j. de coha. cle. tua. ꝛ per Inn. s. de poſtu. prela. in
11 c. j. ¶ † Itē intellige qđ non ſufficit citatio ad domū in actu rece ptionis teſtiū qñ aduerſarius alias nō fuit in iudicio: alias ſecus qꝛ preſumit tunc ꝯtra talē ex quo ſe abſentauit. p id qđ habet in l. fulcinius. §. qđ ſit latitare. ff. ex quib⁹ cau. in poſ. eat. ꝛ per Dy. in regula pro poſſeſſore. de regu. iur. in. vi. ꝛ per Barto. in. l. iiij. §. pretor. ff. de d°. infec. ꝛ per Joā. an. in regula preſumitur in mer curialibus. de reg. iur. in. vj. ſufficit etiam citatio ad domū qñ ti

meretur de morte teſtium vel abſentia di[illegible] vt [illegible] in. d. re gula preſumitur. ꝛ. s. vt lit. non conteſta. q[illegible]

[illegible] Mulier admittitur ad teſtificandum [illegible] clericum etiam in crimine quando agitur [illegible] n denun[illegible]tionis.
2 Particeps delicti an admi[illegible] d [illegible]dum de delicto.
3 Mulier admittitur in teſt[illegible] m[illegible] ſed nō admittitur vt ſit teſtis in teſtamento.

**Q**Uoniam [illegible] quā. Mulier teſtifica tur contra cleri cum cū de crimine ciuiliter agitur. h. d. Et non recipit cōmodā inquiſitionē. ¶ † Not. ꝙ mulier admittit ad te ſtificandū cōtra clericū etiā in crimine quādo agit p viam denun ciationis vel inquiſitionis. ¶ Itē no. iudicē propter denūtiatio nem criminis poſſe ꝓcedere ad inquiſitionē. de quo dicēdum vt in. c. qualiter ꝛ qñ. j. de accuſa. ¶ † Itē no. ꝙ particeps delicti vi detur admitti ad teſtificandū de delicto. de quo dicendū vt habet j. eo. veniens. el. j. ꝛ. j. eo. c. j. in. vj. ¶ Itē no. ꝙ mulier videt poſſe trahi perſonaliter ad iudiciū qđ forte procedat ſm hec iura. vel qꝛ ſic placuit pape hoc caſu hodie dic vt habet in. c. ij. de iudi. in vj. vel expone dū dicit mulieres. i. dicta mulierum ꝛ ceſſabit con trarium. ¶ In glo. j. in fi. idem voluit glo. in. c. ex eo. xv. q. iij. ꝛ in
3 ſumma illius qōnis. ꝛ hoc de iure canonico ſꝫ de iure ciuili † mu lier admittit regulariter etiā in criminib⁹ nō admittitur tamen vt ſit teſtis in teſtamēto. l. qui teſtamēto. §. mulier. ff. de teſta. ꝛ fa cit qđ habetur in tex. ꝛ gloſ. de verbo. ſigni. forus. ad fi. ꝛ intellige etiam qđ de iure canonico nō admittitur in criminali niſi in cri minibus exceptis in quibus etiā alias inhabiles admittuntur. facit qđ no. in. c. forus. ad fi. ꝛ. j. de accu. cum. p. ¶ In gloſſ. ij. in fi. dic vt dicetur i dicto. c. veniens. vel expone hic cum quibus. i. q bus ſcientibus vel forte in ſubſidium hic recipiebantur. ar. nota torum. s. de elec. cum dilecti.

1 ☞ Cauſe eccleſiaſtice debent iure canonico terminari.

**I**N omni negotio. Ille qui denū tiat p dictum ſuū ꝛ alteri⁹ pbat ſe premonuiſſe illū quē denūtiat. h. d. ¶ Et primo ponit dictū. Scdo ibi patenter. illud ꝓ bat duab⁹ autoritatib⁹. ſecūda ibi: itē alibi. ¶ Not. j. ꝙ i his que tendūt ad exonerationē peccati velut nō tāgentia incōmodū, lꝫ potius cōmodū etiā principalis numeratur inter teſtes. ¶ Itē no. ꝙ quis fungi poteſt vice denūtiatoris ꝛ etiā teſtis. facit qđ hꝫ xxxv. q. vi. epiſcopus in ſynodo. ¶ Itē no. illud vulgatum in ore duo꜡ vel triū ſtat omne verbū. facit. j. de reg. iur. pluralis. libꝛ. vj. ꝛ. ff. de teſti, vbi numerus. ¶ Item no. modū cōuincendi aliquē videlicet tex. l. ꝓpria eius. facit qđ habet. xlv. diſt. qui ſincera. ꝛ ſic
1 facit qđ † cauſe eccleſiaſtice debeant iudicari ſua. l. ꝛ ſic ſm cano nes. s. de cōſti. c. j. qđ facit ſm Jo. an. cōtra legiſtas interdū ꝯrū facientes. ¶ In glo. j. ibi in cauſa denūtiationis. ꝛ ſic vult gl. qđ intelligat in omni negotio. ſ. vbi per denuntiationē agit. poſſet etiā exponi in omni negotio. ſ. in quo agitur ad correctionē pec cati vel de impediendo peccato ꝛ nō tāgitur niſi cōmodum alte rius. poſſet etiā intelligi quādo cauſa deciditur per iuramentū. vt in. c. fi. de iureiur. ¶ In ea. gl. in fi. hoc ꝓcedit in denuntiatiōe iudiciali vel canonica: ſꝫ in euangelica admitteretur infamis dū modo alias de crimine emendatus ꝛ in iudiciali vbi proſequitur quis ſuū intereſſe admittitur etiā nō emendatus. iuxta not. in. c. nouit. ſuper glo. vlti. s. de iudi. vbi plene tractat materia denun tiationis. ¶ In glo. ij. in fi. dic ꝙ monitio que fieri debet vt pri mus peniteat ꝛ denūtiatio eccleſie fienda ſuper hoc pertinet ad quēlibet, ſed coertio ſpectat tantū ad habentem aliquā admini ſtrationem ꝛ ſuperioritatē qui tamen nō debet coercere niſi cōui ctum. ij. q. vij. pleriqꝫ. de materia plene in. d. c. noui. ꝛ per Archi. ij. q. j. ſi peccauerit. ꝛ per Joā. cal. de here. cum ex iniuncto. ¶ In glo. fi. intellige gl. regulariter. nam quādoqꝫ ſufficit vnus teſtis. vt nota. in Spe. de teſte. §. reſtat. in prin. ꝛ in ver. hoc tamē fallit. Et no. bene expoſitionem glo. que ſatis vult ꝙ non ſemper duo vel tres ſufficiant qđ eſt contra opi. do. Anto. quam ipſe tangit in. c. cum eſſes. de teſta. ꝛ tetigi in. c. iij. s. ti. proxi.

1 ☞ Cōſanguinei pferunt extraneis i ꝓbatiōe ꝯſanguinitatis.
2 Conſanguineis non extantibus admitti debent ſeniores vicini ꝛ meliores.
3 Ad conſanguinitatem probādā ſufficit teſtimonium de auditu.
4 Teſtificans de auditu alteri⁹ pt deponere de credulitate. ꝛ nu. 7.
5 Propinquorum appellatione qui comprehendantur.
6 Amicitia charitatiua non impedit teſtimonium.
7 Teſtimonium de credulitate admittitur quando credulitas eſt coniuncta ſenſui corporeo.

**Q**Uoties aliqui. Dicit quales debe ant eſſe teſtes qui ſu per conſanguinitate deponunt ꝛ qualiter iurare de bent ꝛ ſunt duo dicta principalia que patēt. Scđa ibi probatio

Ayuntamiento de Madrid

probatio eſt. ¶ No. ꝙ etiam quo ad finē ſeparationis matrimo
1 nij ſufficiunt duo teſtes de cōſanguinitate deponētes. ¶ † Itē
not. ꝙ ad ꝓbandā ꝯſanguinitatē preferunt conſanguinei extraneis tanꝗ de cōſanguinitate ⁊ genealogia melius infor
2 mati. facit. ĩ. q matrimoniū accu. poſ. in. c. vī. ¶ † Itē no. ꝙ nō
extantibus conſanguineis admitti debent vicini ſeniores ⁊ meliores ⁊ ſic no. ꝙ tales pſumunt ſcire cōſanguinitatē habitantiū diu in loco. ¶ Itē no. ꝙ in ꝓbāda ꝯſanguinitate iuramētū hʒ duas ptes. qꝛ primo dʒ eſſe excluſiuū corruptele teſtium. Scḋo
3 debēt iurare de veritate dicēda quā ſciunt ⁊ credunt. ¶ † Iteʒ
no. ꝙ i ꝓbāda ꝯſanguinitate admittit teſtimoniū de auditu. ꝙ ꝓcedit pcipue qñ pncipia ꝯſanguinitatis ſunt de tpe valde longinquo put eſſe poterit ſm hec tpa in. c. non debet de ꝯſangui.
4 ⁊ affi. hodie tñ tenēdū eſt qḋ hꝫ i. c. lʒ ex quadā. ĩ. e. ¶ † Itē no.
ꝙ vbi qs teſtificat de auditu alterius. pōt tūc deponere de cre
5 dulitate vcʒ ꝙ ſi credit qꝛ ſi audiuit. ¶ † Itē no. qd ꝯprehendatur appellatione ꝓpinquoꝝ qꝛ ꝯiūcti p ſanguinē adinuicē. de quo ēt aliqd in. l. j. C. vñ vir ⁊ vxoꝛ. ⁊ facit ēt qḋ no. in. l. fi. C. de ver. ſignifi. ¶ In gloſſ. ij. in fi. ibi erāt ſuſpecti ꝯſanguinei. hic ſecus. ¶ In gl. amicitia ibi remoto odio ſupple priuato. nec obſt. qḋ hꝫ. lxxxvj. di. in. c. odio. vbi dicit odio habeant peccata ⁊ nō ho
6 mines. ¶ † In ea gl. ibi amicitia. hec ſi ſit charitatiua non ipedit teſtimoniū ⁊ ſimiliter ſi eſt leuis amicitia. ſecus ſi magna ꝗ veriſimiliter inducat ſupicionē. vnde hoc erit arbitrariū attenta qualitate amicitie vt no. in. c. cū oportea. ĩ. de accu. ⁊ p Cyn.
7 in. l. eos. C. e. ¶ † In gl. fi. in fin. No. bñ ex gl. ꝙ vbi recipit teſtimoniū de auditu tūc ēt recipit teſtimoniū de credulitate nō vitiat dictū teſtis ſi dicat ſe credere illud qḋ audiuit. ſup hoc tñ an admittat teſtimoniū de credulitate. potes ꝯcludere qa aut loquimur in factis notoꝛijs ⁊ antiquis. vt ſi qrat an iuſtinianꝰ imperatoꝛ fuerit. ⁊ tunc admittit teſtimoniū de credulitate. vt no. p Inn. de iuramēto calūnie in. c. pe. nam ⁊ etiam lato ſumpto vocabulo talia dicimur ſcire ex quo vehementer opinamur ſic fuiſſe ⁊ ſic fuit. p id qḋ hꝫ in. l. ſi qs extraneus. §. j. ff. de acq. here. Aut qrimus in alijs negotijs ſeu factis. ⁊ tunc aut in his in qbus recipit teſtimonium de auditu. ⁊ tunc aut admittit etiaʒ teſtimoniū de credulitate. vt hic pʒ. ⁊. l. ſi arbiter. ff. de ꝓba. ⁊ facit ꝙ no. gl. in. l. in ſumma. §. itē labeo. ff. de aqua plu. ar. Aut loquimur in alijs. ⁊ tunc dʒ teſtis deponere per ſenſum corpoꝛalē. l. teſtiū. C. e. ⁊ ſic de ſcientia ⁊ non de credulitate. ⁊ idō ſi teſtis interrogatus an titiꝰ mutuauerit ſeio. x. rndit ꝙ ſic. ſi poſtea interrogatus de cā ſcientie dicat qꝛ credit ſic fuiſſe nō valebit eiꝰ dictū. vt etiam voluit ſpec. in tit. de teſti. §. iam de interrogatorijs. ad fi. ⁊ Io. an. ĩ. de accuſa. inquiſitionis. qḋ limitat hic. do. Anto. notabiliter qñ ſimpliciter dixit qꝛ credit ſic fuiſſe. Secus ſi ēt dicat. qa credit ſic fuiſſe cū pſens fuerit ⁊ viderit mutuari. qꝛ etiā id qḋ ſcimus dicimur credere. vt voluit Io. an. in. c. pſentiū. in nouella in verbo ſyndico de teſti. in. vj. ⁊ p hoc pʒ ꝙ eodē modo valebit dictū teſtis ſi dicat ſe ſcire ⁊ credere cōtenta in capitulo vera eſſe eadē rōne. ⁊ qꝛ non eſt veriſimile ꝙ incōtinēti ſe voluerit corrigere. ar. l. nā ad ea. ff. de cōdi. ⁊ demon. ⁊ qꝛ vt dixi ēt credi dꝛ id ꝙ ſcitur. ⁊ ideo ſi vlterius non interrogetur. valebit
8 dictū eius. ¶ † Item aduerte ꝙ vbi credulitas eſſet cōiuncta ſenſui corpoꝛeo ex violenta pſumptione. tunc ēt admittit teſtimoniū de credulitate. vt no. Cy. in. l. teſtium. C. eo. vt ſi teſtis dicat ſe vidiſſe ſolū cū ſola in certo loco. ⁊ credit copulā interueniſſe. facit. ĩ. de pſum. literas. idē ſi dicat ꝙ vidit talē naſci i domo talis ex tali muliere eius vxoꝛe. ⁊ ſic credit illū filiū illius. certe valebit teſtimoniū talis mulieris ſic teſtificantis. l. filiū diffinimus. ff. ḋ his q ſunt ſui vel alie. iuris. Alias aūt regulariter nō admittitur teſtimonium de credulitate. vt ēt no. in ſpe. eod. tit. §. j. verſi. itē ꝙ depoſuit de credulitate.

1 ☞ Procuratoꝛ non poteſt eſſe teſtis in cauſa quam ꝓcurat.
2 Teſtificari an poſſit epiſcopus in cauſa eccleſie ſue.
3 Teſtificari an poſſit legatarius in cauſa teſtamenti.
4 Teſtificari an poſſit vēditoꝛ in cauſa emptoꝛis in lite mota ſuper re vendita.

a **Aſuper ſtatuimus.** Prelatusᵃ ⁊ clerici qui cām eccleſie non pꝛocurāt pñt in illa teſtificari. h. d. Et primo ponit dictū. ſecundo illḋ determinat ⁊ limitat. ſcḋa ibi. dūmodo. ¶ Nota ꝙ in cauſa eccleſie platꝰ ⁊ etiā alij ḋ eccl'ia pñt teſtificari dummodo non ſint pꝛocuratoꝛes in cauſa. ¶ Itē no. ꝙ nedū vnus, ſed ēt plures pñt conſtitui pꝛocuratoꝛes de quo dicendum vt hodie in. c. ſi duo. de pꝛocu. in. vj. ¶ Itē no. ꝙ habens mandatū ad agendū ⁊ rndendū dicitur habere ſufficiens mandatū. de quo. ś. de ꝓcur. accedēs. ¶ † Item no. ꝙ ꝓcuratoꝛ non pōt eſſe teſtis in cauſa quā ꝓcurat. de quo in. l. fi. ff. de teſti. ⁊ in. c. romana. de teſti. in. vj. ⁊ per Bar. in. l. de ferre. §. ijdem decreuerunt. ff. de iure fiſci. ¶ In gl. j. ibi ſup prudētia vbi de materia p gl. ⁊ ēt in ſumma queſtionis. ¶ In gl. ij. in fi. dic vt hodie habet de ꝓcu. ſi duo. in. vj. ⁊ ꝙ hic dꝛ procuratoꝛē non poſſe eē teſtē. intellige in cā in ꝗ eſt ꝓcu. ſecus i alia in qua nō eſſet ꝓcuratoꝛ p iſtū tex. a ſenſu ꝯtrario. Item ſecus in illa in qua ēt fuit cōſtitutus ꝓcuratoꝛ ſi illaʒ non exerceret. ſed alius qꝛ forte ipſe renuntiauit. de quo hic p Inn. ⁊ latius tan
2 git do. Ant. ¶ † Extra gl. dubitat an eps vel platus poſſit eſſe
b teſtis in cauſa eccleſie. ⁊ Inn. hic vꝫ velle ꝙ nō ſi vicedominus eius ſit vel procuratoꝛ. ſed cōtra eū facit tex. iſte iuncta ſuper ſcriptionē. vbi pʒ ꝙ prelatus pōt eſſe teſtis in cauſa eccleſie. vñ ipſe Inn. ſ. c. preſentium. in. vj. dicit ꝙ ſi eps vel platus cōſtituit procuratoꝛē. nō poteſt eſſe teſtis in tali cauſa. ſecus qñ capitulū vel conuentus agit p ꝓcura. Hoſt. tenuit indiſtincte per iſtum tex. ꝙ platus pōt eſſe teſtis in cauſa eccleſie concoꝛda opiniōes. ut voluit Io. an. ⁊ forte fuit de mente Inn. ꝙ aut eps vel prelatus conſtituit ꝓcuratoꝛē in cauſa menſe ſue. ⁊ tunc non poteſt eſſe teſtis. ſimile. ſi vna. de rebus eccle. non alie. Aut prelatus cū capitulo vel cōuētu ꝯſtituit ꝓcuratoꝛē in alia cā eccleſie. vel ēt capitulū vel ꝯuētus eo caſu quo pōt ſcḋm no. de reſcrip.
3 edoceri. ⁊ tūc bñ pōterit eē teſtis. ⁊ ſic ītelligat tex. iſte. ¶ † Tā
c git ēt Ioā. an. de legatario an poſſit eſſe teſtis in cā teſtamenti cōclude ꝙ ſi eſt qḋ inter ipſum heredeʒ ⁊ legatariū non pōt eſſe teſtis qꝛ eſſet in cā ꝓpꝛia contra. l. nullus canonizata. iiij. q. iij. ⁊ habet. ff. de teſti. idē ſi ſit qḋ inter heredē ⁊ aliū legatariū propter ſimilitudinē cauſe. ś. de ſed. cām que. Si vero eſt qḋ inter duos contendentes ſe heredes. tunc ſi legatū eſt repetitum ab inteſtato poteſt eſſe teſtis. qꝛ tunc ceſſat ſuſpicio ex quo habiturus eſt legatū etiā non valente teſtamento. Si aūt non eſt repetitū ab inteſtato. tūc tex. vꝫ ꝙ admittat in. §. legatarius. inſti. de teſta. Io. an. hic ⁊ in tit. de teſte. ĩ. ver. item ꝙ eſt talis ⁊ de inſtrumen. edi. §. inſtrumentum. ver. quid de legatario. dicit ꝙ admittit in teſtem. ſed non eſt integer teſtis. qꝛ detrahit eius fidei ꝓpter cōmodū qḋ poſſet ſibi in conſequētiā applicari vt dicit Simon vicentinus. ⁊ ſic etiā tranſit. d. Anto. ſed credo ꝙ non detrahatur eius fidei fauoꝛe teſtamenti p dictū. §. legatarius. qui alias eſſe ctualiter nobis non ſeruiret. cū indiſtincte loquat. ideo indſtincte ſtatur fauoꝛe teſtamenti facit qḋ habetur. ĩ. de re iudic. in. c.
4 fi. ⁊ in. l. ſiue ps. ff. de inoffi. teſta. ¶ † Tangit ēt hic. d. Ant. an
d venditoꝛᵈ poſſit eſſe teſtis in cauſa emptoꝛis in lite mota ſuper re vendita. gl. in. l. nullus. ff. e. tenet ꝙ ſic ſi non tenet de euictione. al's ſecus. ſʒ Cy. in. l. oībus. C. eo. ⁊ Io. an. in ſpe. e. ti. §. j. ver. quid de venditoꝛe. dicit ꝙ ēt ſi non teneat de euictione propter affectionē quā hʒ ad contractū quē fecit ꝙ non admittit niſi eo caſu quo admittet proxeneta. de quo tangitur in. c. dilectoꝝ. ĩ. tit. j. ⁊ in. §. penul. in aut. de teſti. col. vij. ⁊ facit qḋ no. Io. an. in addi. ſpe. intit. de teſte. §. j. verſi. ſed pone adminiſtratoꝛ. ⁊ per predicta videt poſſe reprobari conſilium qḋ datur per aliquos quando qs non habet niſi vnum teſtē de debito ſuo qḋ cedat actioneʒ alteri. nam ſecundum eos in cauſa mouenda p ceſſionarium poterit teſtificari cedens cum illo alio teſte. facit ꝙ no. in Spe. de ꝓcura. §. j. ad fi. ⁊ de teſte. §. j. ver. ſed pone mutuaui. nā videtur ꝙ cedens non admittat tanꝗ ſuſpectus rōne affectionis preſumpte propter contractum ceſſionis per eum factū ſicut dicimus in proxeneta. de quo no. in. c. dilectoꝛum. ĩ. tit. j. ⁊ p glo. in. c. j. de teſti. in. vj. Tangit etiā hic Io. an. de ſocio ⁊ adherente an poſſint teſtificari. de quo dic vt hic per do. Ant. qui de predictis plene pꝛoſequitur. Et de adherente per dominos de Rota ſua concluſione. ccclxxiij.

1 ☞ Si appellatur ab interlocutoꝛia ſi pars appellans oppoſuit exceptionem ⁊ non obtulit ſe paratam illaʒ pꝛobare: ad iuſtificandam appellationem opoꝛtet appellantem pꝛobare veritatem exceptionis.
2 Appellatio ab interlocutoꝛia ſi non iuſtificatur nō dʒ index appellationi remittere partes ad iudicem a quo.
3 Si appellatur ab īterlocutoꝛia illa non poteſt iuſtificari ex nouiter actitandis ſecus i appellatiōe a diffinitiua.
4 Exceptionum plures ſunt ſpecies ⁊ quando opponi poſſint.
5 Titulum allegare ad iuſtificandum petitoꝛium vtile eſt.
6 Poſſeſſio ſine titulo an aliquid pꝛoficiat in beneficialibus.
7 Poſſeſſionem. xx. annoꝛum allegare licitum eſt cum adiectiōe tempoꝛis indeterminati per illa verba ⁊ plus.
8 Laicus an impetrare poſſit ſuper beneficio.
9 Beneficium obtinere non debet quis in eccleſia in qua pater proxime adminiſtrauit.
10 Laicus repellitur a teſtificando contra clericum.
11 Infamia tam iuris quam facti repellit a teſtimonio.
12 Sententia per quam damnatus efficitur infamis vel notatus de periurio ſequitur perſonam quocunꝗ vadat.
13 Appellationem iuſtificare volēs an ſufficiat ſi pꝛobet exceptionem oppoſitum.

a ¶ Prelatꝰ. oēs doc. cōcordāt i ſūmario huiꝰ capi.

b ¶ Qḋ nō. vide ſpe. ti. de te. §. j. in v. col. verſi. ſed nunqd rectoꝛ.

c ¶ De legatario. viḋ ſ p. d. Abb. i v. col. vſi. in ꝯñ vbi recitat opi. ⁊ vide bal. in l. in oībus. C. de teſtib.

d ¶ An venditoꝛ. Vide ſ d. abb. i vlt. col. v. alia. queſtio.

14 Exceptio tua non intereſt debet opponi ante litis conteſta.
15 Laicus ſi eſt parochianus vel patronus eccleſie pōt petere clericum remoueri a beneficio eccleſie propter crimen. ⁊ nu. 20.
16 Sententia excommunicationis lata poſt appellationem legitimam retractatur tanquam attentatum.
17 Exceptio ſi opponitur ante receptionem teſtiū debet admitti.
18 Delegatus an poſſit miſſum in poſſeſſionem tueri.
19 Appellatio ſi non iuſtificatur apparet appellantem fuiſſe verū contumacem.

a **E**X parte ade. Probatio exceptionis oppoſite ꝯtra teſtes oppoſita pōt poſt publicationē atteſtationū. h. d. ſm Jo. an. ⁊ aliter ſm. do. Ant. Appellatio quo ad finē conſequendi effectū exceptionis non iuſtificat̃ ex ſolo exceptionis obiectu vel ꝓbationis oblatione. ſed quo ad finē deuoluendi negotiū ad ſuperiorē ſic. h. d. ſm vnū intellectū quē ſequit̃ hic d. Anto. Scōm aliū intellectū poſſet ēt ſic ſummari. Dubie exceptionis obiectio eiuſq; oblata probatio appellationē nō iuſtificat niſi in cā appellationis ſic coercetur ꝙ certitudinaliter grauamē ꝯcludat̃. h. d. ſm aliū intellectū vel aliter ſm intellectū vnū quem etiam tangit glo. Exceptionis obiectio ⁊ eius oblata ꝓbatio tpe quo iudex non neceſſitatur in recipienda exceptione vel reprobatiōe nō iuſtificat appellationē. h. d. ſm intellectum quē tangit gl. in verbo notabiles. nam habet decre. iſta plures intellect⁹ q colligunt̃ ex gl. ⁊ ēt ex dictis doc. ⁊ proſequit̃ ēt hic do. Ant. multū late ⁊ ꝓlixe circa. xv. intellectus. ſed illos nō ꝓſequor oēs q2 eſſet q̄dā inculcatio: ſed tangā vtiliores. ¶ Et diuiditur decretalis in duas partes principales. nam in pmo ponitur querela ptis. in ſecunda mandatum. ſecunda ibi: mandamus. Prima facit. v. nā pmo pſbyter iuſtificat cauſam principalē. ſecūdo ibi miles ponit formā reſcripti impetrati vitia no taliter exprimendo. Tertio ibi tandē ponit proceſſum poſtea ex illo reſcripto ſecutū. Quarto ibi nihilominus. narrat ſniam. Quinto ibi quā nunc. narrat euentum poſt ſniam. ſcda principalis tria facit. naz pmo inſtruit iudicem. ſi vera ſunt narrata. ſcdo ſi non ſunt vera. tertio inſtruit quo ad teſtes. ſcda ibi ſi vero. tertia ibi: teſtes. ¶ Uel ſcdm intellectum dni Antonij dicit ꝙ pmo inſtruit iudicē ſuper proceſſu appellatiōe iuſtificata ex grauamine ⁊ ex iuſtitia. ſcdo ibi: ſi vero inſtruit appellatione ſolum ex grauamine iuſtificata. ⁊ tertio ibi: teſtes ſubmittit de teſtibus mouendis. ¶ Et q2 decre. reputat̃ difficilis ꝓpter duas regulas in materia appellationis q̄ vident̃ repugnare text. circa mandatum factum per Papā. pro clariori intelligentia premitte ꝙ † vbi appellatur ab interlocutoria ſi pars appellās oppoſuit exceptionē ⁊ non obtulit ſe paratā illā ꝓbare. tunc ad iuſtificandum appellationem oportet appellantē ꝓbare veritatem exceptionis. j. de appel. vt debitus ſi vero obtulit ſe paratā ꝓbare ipſam exceptionem ⁊ tamen iudex non admiſit ⁊ propter hoc fuit appellatū tūc iuſtificatur appellatio ad finē deuoluendi negotiū ad iudicē appellationis ⁊ ad finē reuocandi attētata eo ipſo ꝙ apparet corā iudice appellationis exceptionem fuiſſe poſitā corā iudice a quo ⁊ oblatā ꝓbationē ⁊ nō admiſſaz vt ꝓbat̃ in. c. interpoſita. j. de appella. ⁊ ſi aliter non ꝓbetur veritas exceptionās vt ibi pz. ⁊ hoc videtur eſſe contra iſtū text. in ver. mandamus. vbi Papa videtur requirere corā iudice appellationis ꝓbari veritatem exceptionis lz fuerit exceptio oppoſita ⁊ oblata ꝓbatio corā iudice ad quē. Et ꝓpter hoc laborāt glo. ⁊ doc. ad ſoluendū hoc contrarium.
2 † Scda regula eſt ꝙ vbi non iuſtificatur appellatio ab interlocutoria. tunc debet iudex appellationis remittere partes ad iudicem a quo ⁊ non cognoſcere de cauſa cuius contrarium videtur dici hic in verſic. ſi vero res aliter. ⁊ ꝓpter hoc laborant gl. ⁊ doc. ſup intellectu iſti⁹ verſi. ¶ †
3 Item pmitte ꝙ vbi appellatur ab interlocutoria. illa non poteſt iuſtificari ex nouiter actitandis. ſecus in appellatione a diffinitiua vt pz ex his que habentur in clemen. appellanti de ap. ⁊ ex hoc etiam inſurgit alia regula quod ſi appellat̃ ab interlocutoria exprimi dz cauſa grauaminis. ſed in appellatiōe a diffinitiua hoc nō eſt neceſſe. vt pz ex his q̄ habētur in. c. vt debitus. j. de app. ⁊. c. cordi. eod. ti. lib. vj. ⁊. ff. de appella. in. l. ſcio.
4 ¶ † Item premitte quod exceptionum quedam eſt dilatoria ⁊ iſta poſſit opponi vſq; ad lit. conteſt. de re iudi. inter mona. cuz ibi no. ⁊. l. ſi. C. de excep. ¶ Quedā autem eſt peremptoria ⁊ iſta pōt opponi quandocūq; ante ſniam. l. peremptorias. C. ſniaz reſcin. non poſſe. ⁊. j. de excep. in. c. exceptionē. cum ibi no. ⁊. l. exceptionem. C. de ꝓba. lz gl. aliter dixerit in. l. ij. C. ſniam reſcin. nō poſſe ibi videtur velle ꝙ non poſſit opponi poſt publicationez teſtium. Sed non eſt verum cuz ſit diuerſus articulus p ea que habentur. j. eod. fraternitatis. ⁊ intellige ꝙ pōt opponi qñcūq; ante ſniam ſupple. ⁊ añ ꝯcluſionē in cā: quia poſtea nō poſſit opponi p id qd habetur. j. de fide inſtrumē. cū dilectus. ¶ Quedā vero eſt exceptio quaſi peremptoria vt illa que opponitur contra teſtes. quia nō directe nec omnino perimit cauſam. ſi forte poſtea contingat p inſtrumenta ꝓbari intentionē actoris vel p alios teſtes ꝯ quos non ſit oppoſitum. lz ergo nō ꝓbat̃ intētio actoris aliter ꝙ per teſtes ꝯ quos exceptio opponitur tunc indirecte ⁊ per quādā placitū que eſt peremptoria intentionis agentis quia perimit ꝓbationem taliū teſtium ⁊ ideo re⁹ venit abſoluendus tanꝙ actore non probante. vt hic tangit gloſ. magna ⁊ etiā in. c. de teſtibus. j. eo. ⁊ etiā in gl. j. de exce. c. j. i iſtis locis gl. appellant exceptionem q̄ obijcitur contra teſtes eē peremptoriā ſaltem indirecte. ⁊ hec exceptio habet naturam ſeparata a peremptoria vera. ⁊ a dilatoria. naz differt a dilatoria. q2 hec opponi poteſt poſt li. conte. qñcūq; vſq; ad publicationē atteſtationū. differt etiam a vera peremptoria. quia illa poteſt opponi ēt poſt publicationē atteſtationum vt. ſ. tetigi. ſed iſta non niſi cum ſolennitate. c. preſentium. j. e. Et attēde ēt quia eſt dubium an iſta exceptio teſtium reprobatoria reſpectu pſonarū debeat de neceſſitate admitti p iudicē añ publicationem. ⁊ ſimiliter eſt dubiū de eius ꝓbatione. an debeat ante publicationē admitti. an vero iudex poſſit reſeruare publicationez in tpe diſputationis fiende ſuper atteſtationibus publicatis. ſuper q̄ Jo. an. hic ponit plures opiniones de quo tangetur cū gl. in verbo notabiles ⁊ habet̃ etiam in aut. ſi dicatur. C. de teſti. ¶ Ultimo potes etiam pmittere ꝙ vbi appellans ab interlocutoria obtulit ſe paratum ꝓbare exceptionem oppoſitam coram iudice a quo ꝙ pōt ipſe appellās iuſtificare appellationē ex grauamine illato in nō recipiendo ꝓbationē oblatā. nec habet neceſſe ꝓbare veritatē exceptionis. ſz ſi cōfidens de iure ſuo vult etiam ꝓbare veritatē exceptionis. ⁊ ſic verificare appellationē etiam ex iuſtitia admitti dz: quia in hoc mos ei gerendus eſt in ſimili dicit lex in. l. circa. ff. de proba. ⁊ ꝓbatur hic ſecundum vnū intellectū in verſi. mandamus ⁊ p hec habes in effectu oīa euidentialia que tāgit hic. d. Ant. licet magis obſcure loquatur. ⁊ plus
5 quam fuiſſet expediēs canoniſtis. ¶ † No. j. ꝙ ad iuſtificandum petitionē vtile eſt allegare titulū. ⁊ hoc clarum quando agit̃ petitorio. An autē in poſſeſſorio habeat ꝓficere. recurre ad no. ſ.
6 de ꝓba. lz de reſti. ſpo. c. j. ⁊. c. in literis. An † aūt aliqua poſſeſſio ſine titu. ꝓficiat in beneficialibus dic ꝙ non vt in regula. j. j. de reg. iu. in. vj. ⁊ hoc quando conſtaret titulū non ſubeſſe. Sed ſi non cōſtaret ⁊ allegaretur titulus videtur ꝙ in dubio pſumatur donec aliud appareat ſcilicet quando longo tempore poſſedit p id ꝙ no. p Inn. ⁊ Hoſt. in. c. illud. j. de pſump. ⁊ p Inn. in c. ij. de reſtit. in integ. ⁊ arch. in. c. de pſcrip. in. vj. ¶ † Item no-
7 ta ꝙ licitū eſt allegare poſſeſſionem. xx. annorū cum adiectione tpis indeterminati p illa verba ⁊ plus que adiecto refert̃ ad modicum tps. l. hec adiectio. ff. de verb. ſign. facit qd habetur. ſ. de dila. litere. ⁊ ſm Joā. an. importabit tps litis mote vſq; ad tps depoſiti teſtimonij. ⁊ ſic itelligetur teſtis dixiſſe de tēpore. xxx. annorum completorum ante litē motam. ſed de hoc dic vt dixi ſ. de proba. lz quia Bart. hoc non videtur tenere in. l. celſus. ff.
8 de vſu. ⁊ in. l. cū furti. ff. de iureiuran. ¶ † Itē no. ꝙ impetratio facta a laico cōtra clericū pro remouendo eum a beneficio videt̃ valere etiam ſi impetrans tacuerit ſe laicum. qd intellige vt tāgetur in gl. j. An autem alias poſſit laicus impetrare ſup beneficio. dic vt habet̃. ſ. de reſcrip. cū adeo ⁊. j. de pſum. c. ſi. ¶ † Itē
9 no. vnam cauſam p quā quis reddit̃ inhabilis ad beneficium vt quando pater eius pximo in eadem eccleſia adminiſtrauit. ⁊ hoc vt non notetur ſucceſſio in eccleſiaſticis. ⁊ ideo ſecus ſi per mediam aliā perſonam vitiuz ſit purgatum. ſ. de fil. preſby. ex tranſmiſſa. ⁊ ideo cautus dz eſſe articulās vt i articulo opponat vel adijciat verbum pximo. alias non concluderet articulus. ſi forte in eo dicatur ꝙ talis filius talis poſſidet talem eccleſiaz in q̄ pater eius antea adminiſtrauit. quia illud dicitur ante fieri qd fit etiam dato medio. ſ. de ferijs capellan⁹. ¶ Itē no. ꝙ tenēs publice concubinam venit priuandus beneficio ⁊ ſic a cōtrario ſecus videtur ſi occulte. de quo dicendum vt. j. de coha. cleri. in
10 c. ſicut. ¶ † Itē no. ꝙ laicus repellitur a teſtificando contra clericum nedū quando agitur criminaliter. ſed etiā quando agitur ciuiliter de crimine ad finem amotionis a beneficio. quod no. p intellectu. c. de cetero. j. eo. ⁊ ſic tranſit hic dñs Ant. lz certe contrarium videtur verius per ea que habentur in. c. iij. ſ. eo. titu. ⁊ ſic exceptio hic oppoſita contra teſtes ꝙ erant laici non vr̃ de
11 iure proceſſiſſe ſed alie exceptiōes in litera poſite. ¶ † Itē not. ꝙ nedum infamia iuris ſed ēt facti vr̃ repellere a teſtimonio ēt
12 qñ agitur ciuiliter de crimine de quo. j. e. teſtimoniū. ¶ † Item nota ꝙ ſnia ſugillans pſonā vt q2 p illam damnatus effectus fuit infamis vel notatur de periurio, ſequitur perſonam quocū que vadat ⁊ ſic etiaz in alio iudicio ⁊ cōſequenter vr̃ facere infamius inter oēs. nā talis ſnia ſequit̃ pſonam vt lepra leproſum. fa
13 cit qd no. p gloſſ. j. l. ex ea. ff. de poſtulā. ¶ † Itē not. ſm vnum intellectū

¶ Probatio. idē ſummat hic do. abb. d. Fel. alijs dbis. ſummat.

Ayuntamiento de Madrid

intellectum q ad iuſtificandū appellationem non ſufficit p̄dicere exceptionē oppoſitā ⁊ verbaliter oblatam ꝓbationem. ſ; d; actualiter probationē eſſe oblata. vnde d; dicere opponens oppono talem exceptionē ⁊ offero me paratum probare ipſam in cōtinenti. ⁊ ecce pluriū paratas eē do inſtrumenta vel probationes q̄ vult poſſe pare. ⁊ hunc intellectū ſequitur Jo. an. ſ. de appella. interpoſita. ſed d. Anto. hic non ſ; illum quia nō d; quis arctari vt veniat cū ſacco paratus. l. qđ dictum. ff. de ſolutio. ⁊ iura ſimpliciter videntur velle q ſufficiat ſe offerre paratū ꝓbare vt in d. c. interpoſita ⁊. ſ. de of. deleg. ſupꝗſtionum. §. eius vero. ⁊. ſ. de iudi. exhibita. ⁊ fac ... olim. ⁊ iſte intellectus verior videtur. ❡ Item no. q remedium attentati appellatione pendente non ſolum cōpetit cōtra ptē attentantem, ſ; etiam contra tertium ſuccedentem in facto attentato de quo p gl. de ap. in. c. non ſolum. lib. vi. ⁊ facit. ſ. de reſcrip. ex pte. ❡ Item no. q caſſata ſnīa caſſatur ⁊ ꝯfirmatio q̄ vitiū pariter cōcludit ad vtrūq;. ❡ Itē no. q caſſari d; interdum qđ eſt nullū. facit qđ no. gl. in. c. accedens. vt lit. non conte. ⁊ qđ no. gl. in. l. j. §. j. ff. de ferijs. qđ not. p ſuſtentatione libelli ſi forte petat caſſari aliquid qđ in rei veritate eſt nullū. hic eñ ſnīa videtur fuiſſe nulla lata poſt appellationē legitimā. ſ. de ſentē. excōi. p tuas. ❡ Ultimo potes notare q ad finē obtinēdi retractationē attentoꝝ ſufficienter vr̄ iuſtificari appellationē ex grauamine illato ratione nō admiſſe ꝓbatiōis oblate. ad finem vero retractationis attentatoꝝ. ⁊ vt in pace quis dimittat exigit iuſtificatio ēt ex iuſtitia. ⁊ ſic q ꝓbet etiā veritas exceptionis vt hic ꝓbat ſm vnū intellectū poſſent ēt alia notabilia colligi que patent ex ſummarijs ſuperius datis. ❡ In gl. j. ibi l; laico vitare tales. Sed certe non videt bona conſequentia pōt qs euitare clericū. ergo ⁊ cōtra ipſum agere q; excōmunicatus d; aliū euitare. ſ. de cle. excōi. mini. illud. ⁊ tñ non poteſt cōtra alium agere. ſ. de excep. receptionē. ⁊. c. cum inter. ⁊ ſic ar. gl. non vr̄ ꝓcedere. facit qđ no. gl. in. c. ſicut rogeri. j. q. j. vbi glo. notabiliter dicit q ad tollendū argumentum ſufficit dare inſtantiā: tñ do. Ant. hic dicit dictū gl. in ſe verum. ſ. q vbi crimen eſt publicū, ⁊ ſi clericus eſt infamatus, pōt laicus illū accuſare per no. ſ. de accuſa. cū. p. ſed certe illud ꝓcedit in exceptis criminibus vt ibi p; de quibus hic non agit. ❡ In ea. gl. ibi oppone
14 re nō valebat. ❡ † Not. bene diligēter ex gl. q exceptio. tūc nō intereſt d; opponi ante lit. conte. ⁊ hoc etiam tenuit Inn. ſ. de accu. ſuper his. ❡ Itē no. q nō oīs inhabilitas pſone impetrātis reddit reſcriptū; ipſo iure nullū ſed eligendū ope exceptionis. facit p hoc q; ſubreptio in contentioſis nō vitiat ipſo iure vt legit ⁊ no. ſ. de reſcript. ad audientiam. fallit in caſu. c. j. de reſcrip. in. vi. vbi inhabilitas pſone impetrātis ipſo iure reddit reſcriptum nullum. ⁊ conſequenter proceſſu; qui poſtea fit etiam
15 ſi non excipiat vt ibi p;. ❡ † In ea. gl. ibi bene admitteret. Nota bene ex gl. q vbi laicus eſt parochianus vel patronus eccleſie poteſt petere clericū remoueri a beneficio eccleſie ꝓpter crimē vt quia t; publice concubinā vel dilapidat bona eccleſie. l; non poſſet eū criminaliter accuſare. ⁊ idem etiā tenuit Fede. de ſeñ. ſuis conſilijs. ⁊ etiā Lapus in ſuis allegationibus vt hic plene ꝓſequit d. An. facit qđ no. gl. de eiec. vt circa in glo. quorum intereſt. lib. vi. ⁊ Inno. in. c. ſup his. de accuſa. ⁊ de materia p Fed. in ſuo conſi. xxiij. ⁊ p Lapum in ſua allegatione. xi. ❡ In gl. q̄ proximo in fi. ⁊ de hoc p gl. lvi. diſt. in ſumma ⁊ in. c. j. de filijs pſby. lib. vi. ❡ In glo. pſonam ibi non interuenit pcuratoꝝ. hoc verum in tota cā. ſed ad certum articulum. bene pōt interuenire ſm Inno. de quo dicendum vt in. c. veniens. de accu. ⁊ p Bart. in. l. pe. §. ad crimen. de publi. iud. ❡ In ea. gl. in fi. poſt hanc gl. recitari d; gl. que eſt in ver. de periurio. ⁊ demū gloſ. ſequens in verbo conſtiterit. ⁊ ſucceſſiue glo. in verbo idoneos. ⁊ poſt illam recitari debet gloſ. que ſequitur in verbo notabiles q̄ in effectu ponit ſolutionem vnam ad cōtrariū formatum in dicta gl. in verbo idoneos vltra ſolutiones poſitas in d. gl. ❡ In gl. tertia in verbo conſtiterit in fi. ⁊ de materia vide in tex. gl. in. c. non ſolū. de appel. lib. vi. ❡ In gl. idoneos ibi vſq; ad. xx. annos hoc verum quando ageretur criminaliter. ſed ſi per viam exceptionis poſſet ꝑpetuo excipi vt dictum fuit in. c. l; cām. ſ. de pba. in gl. ij. ⁊ ſi officium iudicis imploratur petendo ſnīam declarari nullā tanq̄ latam ex falſis probationibus. qđ q̄nq; fieri pōt vt dixi in d. c. l; tūc vſq; ad. xxx. annos poſſet illud fieri. l. ſicut ⁊. l. oēs. C. de pſcri. xxx. annorum. ❡ In ea. gl. ibi alioquin cauſa remitteretur expone alioquin. i. ſi non fuit oblata ꝓbatio nec probat veritas exceptionis ⁊ ſic non iuſtificatur appellatio. ❡ In ea. gl. ibi in exceptionibus dilatorijs: hec ſolutio que facit differētiam inter dilatorias exceptiones ⁊ peremptorias per aliquos tenet: quia dilatoria eſt minoris pīudicij q̄ peremptoria. iō nō eſt tm̄ periculū ſi oppoſita exceptiōe dilatoria ⁊ oblata ꝓbatione ⁊ non admiſſa illa habeat p probata coram iudice appellationis. nam hoc eſſet maioris pīudicij in pemptoria. ❡ S; certe licet dilatoria in dicto caſu habeatur pro probata quo ad finē iuſtificandi appellationē quo ad effectū deuoluēdi negotiū ad iudicē appellationis. ⁊ quo ad finem reuocandi attētata. nō tñ quo ad effectū q quis conſequatur effectum exceptionis oppoſite niſi ipſa exceptio ꝓbet vt plene no. p Joan. Andr. in. c. interpoſita. ſ. de ap. ⁊ quo ad p̄dictos effectus videt idē dicēdū quod in exceptione pemptoria. cum eadē ſit ratio ⁊ p cōſequēs idē ius. de conſti. tranſlato. Preterea decre. interpoſita. cum ſi. non diſtinguit inter dilatorias ⁊ peremptorias. ergo indiſtincte debet intelligi. ſ. de priui. quia circa. ⁊. xix. diſtinc. ſi romanoꝝ. ⁊ ideo hec ſolutio non videtur bona. Et propter hoc forte gl. ſ. in ver. ꝓterea l; poſuit aliā ſolutionē vc; q interdum poſt appellationē deuenitū eſt ad diffinitiua; ⁊ ſic attētatū eſt diffinitiue. ⁊ tunc non habeat locū. c. interpoſita. ita loquatur hic. Interdum aūt non deuenitū ad diffinitiuam. ⁊ tunc habeat locum. c. interpoſita. ⁊ ratio diuerſitatis tangitur in gl. ſed Jo. an. non placet iſta ſolutio per iuraque ſimpliciter ⁊ indiſtincte dicūt. q quicquid attentatū eſt poſt appellationē legitimam d; in irritū reuocari. ſ. de reſcrip. rodulphus. ⁊. c. ſignificante. ⁊ de iudi. exhibita. ⁊ ſic videntur includere ēt attētatū p diffinitiuam. ⁊ p hoc etiā facit q; ꝓpter appellationē legitimam ſuſpenſa eſt iuriſdictio iudicis a quo, ergo quicquid agit, debet eſſe irritū tanq̄ factum a iudice non cōpetenti. ſ. de offi. vica. ſua. ⁊. l. fin. C. ſi a nō
16 cōpe. iudi. ❡ † Item quia ſnīa excōicationis lata poſt appellationem legitima; retractat tanq̄ attētatū. ſ. de ſen. exc. p tuas. ⁊ de off. deleg. c. cū contingat. ergo ⁊ ea. ratione a fortiori ⁊ diffinitiua. cum ſnīa excōicationis videat fortior nā ab illa non appellat vt per hoc ſuſpendatur. ſecus in diffinitiua. ſ. de app. paſtoralis. preterea vt dicit d. Anto. q reuocet etiam diffinitiua. vr̄ ſatis ꝓbari vt in. c. accedens. el. j. ſ. vt lit. non conteſt. ⁊ iō iſta ſolutio etiam non videtur bona. Tertiā ſolutionē colligit b. d. Ant. ex gl. in verb. vñ cū iudex. vc; q vbi proponitur exceptio dubia ex eo q; de pſenti eius repulſio neceſſario non infert grauamē, ſed pēdet ex futuro euentu certificatio grauaminis tunc nō h; locū. c. interpoſita. ⁊ ita loquatur hic. ſecus q̄n reijcit exceptio ex cuius repulſione conſtat de pſenti inferri grauamen nam tunc habet locū. c. interpoſita. hic eñ licet nō recipiat exceptio oppoſita contra teſtes, tñ neceſſario non infert grauamen. q; ſi cōtingat ſnīam ferri p alios teſtes contra quos nil opponitur, vel p iuſtra non fuit in effectu grauatus opponēs quia nil releuaſſet etiā ſi exceptio fuiſſet admiſſa ⁊ oppoſita: quia nihilominus veniret cōdemnandus. vnde tunc demū cenſet grauatus ſi contingat ſnīa; ferri p dicta teſtiū contra quos obijciebat. ⁊ ſic ex futuro euētu certificat grauamē. ideo hoc caſu non habet locum. c. interpoſita. ſ; d; ꝓbari ſubſecutū eſſe grauamen ad iuſtificandū appellatione;. ⁊ iſtū intellectū vr̄ hic do. Anto. tenere tanq̄ in ſe verū. tñ q; tunc non bene videtur adaptari. ver. ſi vero. q; tūc ſi nō ꝓbat grauamē, dēberet remitti ad priores iudices iō quantū ad tex. non videtur procedere. ❡ Uñ dat quartus intellectus quē colligit d. An. ex hac gl. dum dicit ⁊ ſic rediret in priſtinū ſtatum, ⁊c. nā ſm eū d; attendi q interdū ſi fieret reuocatio attentatoꝝ ſtatim poſſet redire ⁊ recidiuare in priſtinum ſtatum. ⁊ tunc non habet locum. c. interpoſita. ⁊ ita intelligat ſi q declara vt colligit ex gl. interdū non rediret in priſtinū ſtatū ſaltē. ⁊ tūc habeat locū. c. iterpoſita. ❡ Sed certe licet do. An. teneat iſtā tanq̄ in ſe verā. tamen non eſt ſine dubitatione, nam vr̄ q non ſit abſurdu; aliqđ redire in priſtinum ſtatum p circuitum ad hoc vt deſeruiat regulis iuris vt vr̄ eſſe caſus expreſſus in. c. petitionē. ſ. de accu. ⁊ ſic videt limitari regula illa q̄ h; circuitū deberi euitari. de quo in cle. auditoꝝ. de reſcrip. ⁊ in. l. dñs teſtō. ff. de cōdi. indeb. nā procedit ſaluo niſi expediēs ſit circuitū fieri vt deſeruiat regulis iuris. vt p; i. d. c. ad petitionē. Preterea l; hic caſſaret ſnīa per viam attentati non tñ ſtatim recidiuaret ſeu rediret. q; prius oporteret videri an iſte pſbyter probaret vel nō ea que obijciebāt contra teſtes. ⁊ ideo iſte intellectus non placet. propter hoc forte dat quintus intellectus qui colligitur ex glo. ſ. poſita in verbo notabiles. vc; quod vbi opponit exceptio ⁊ offert probatio in tempore in quo iudex non neceſſitatur ad recipiēdū. tunc non habeat locum. c. interpoſita. ſecus vbi neceſſitabat ad recipiēdū hic enim ſm gl. exceptiōes q̄ opponunt contra teſtes debent reſeruari in tp̄e diſputatiōis ⁊ ſic non neceſſitatur iudex ante illas recipere, nec expedit etia; opponēti q recipiat reprobatio contra teſtes anteq̄ cōſtet an teſtes ipſi contra quos opponit ꝓbent vel non. q; nō ... dies q opponēs laborauerit vl̄ laboret i reprobādis ipſis teſtibus ⁊ iō ſufficit ꝓteſtari ſuas exceptiones ante aperturā. vt in. c. pſentiū. ſ. eo. nō aūt eſt neceſſe q probet an. ⁊ ideo q; iſte pſbyter voluit ſtatim recipi exceptiones ⁊ illas ꝓbare valuit teſtiū; receptio ⁊ ſnīa quouſq; teſtes fuerint reprobati. non obſtante

Ayuntamiento de Madrid

ipſa appellatione. fatef tñ gl. q in duobus caſibus qui in ea po
nunf ſtatim dʒ admitti exceptio ⁊ pbatio alia regulariter debe
bit reſeruari in tps diſputationis. ¶ Sed aduerte qꝛ iſte intelle
ctus non vꝫ bonus ,put tangit dicta gl. in verſi. ſed p hoc. nam
ſi index non neceſſitabaf recipere exceptionē ⁊ pbationē: ergo
non grauauit ptē. qꝛ nemini facit iniuriā qui vtitur iure ſuo. de
elec. cū eccleſia vulterana. ⁊ ſic videf q appellatio fuerit fruſtra
toria tanquam facta p illū qui non erat grauatus. cuius contra
rium hic innuif. ſʒ rñdet ea. gl. q regulariter nō teneſ admitte
re, ſʒ caſualr ſic vt fuit dictūm. ⁊ iō licita fuit appellatio. ¶ Sʒ
certe hec rñſio nō vꝫ bona qꝛ non apparet q hic fuerit aliquis
17 de caſibus exceptis in gl. ¶ Unde gl. vltimo dixit q ſi vbi exce
ptio opponif poſt teſtiū receptionē tūc dʒ admitti alias eſt iu
ſta cauſa appellandi. ⁊ ita intelligat hic. ſecus vbi opponit exce
ptio ante receptionē teſtiū. ¶ Sed certe iſta ſolutio eſt ꝯ tex.
vbi pʒ i ver. lʒ q exceptio fuit oppoſita ante receptionē teſtiū.
¶ Preterea et qñ opponif poſt receptionē. vꝫ poſſe reſeruari
in tps diſputationis. ex quo nondū conſtat an teſtes pducti in
principali pbent cū eadem ſit ratio que eſt qñ ante receptionē
opponif ⁊ p qñs idem ius dʒ dici. ſ. de conſtit. tranſlato. Pre
terea ſup hoc an index debeat exceptiones oppoſitas cōtra te
ſtes reſeruare in tps diſputatiōis atteſtationū fuerunt opi. nā
aliqui tenuerunt q dicit gl. q regulariter dʒ reſeruare. fallit in
duobus caſibus poſitis in gl. Fallit ⁊ tertio qñ opponitur exce
ptio excōicationis ppf piculū cōiōis de exce. pia. li. vi. Itē qr
to fallit qñ opponif contra teſtē q eſt ſeruus ⁊ ipſe dicit ſe eſſe
libertū. ⁊ ſic manumiſſum fuiſſe a dño. ⁊ p qñs libertatē ſibi da
tam vt in auf. ſi dicaf. C. de teſti. ¶ Alij vt Uin. dixerūt ecōtra
qd regulariter dʒ ſtatim admittere niſi vbi reperiaf expreſſum
contrarium. ¶ Tertia fuit opi. Inn. q ſi notoria eſt exceptio
vel offerat ſe paratum pbare. tunc dʒ admitti ſtatim. alias de
bet reſeruari. ¶ Quarta fuit Hoſt. q ſtatim dʒ recipi exceptio
ſʒ pbatio dʒ differri i tps diſputationis. ⁊ hoc forte fuit de mē
te gl. hic in v. ſ. alſ debent recipi niſi intelligas gl. q dicat reci
pi debere teſtes. ſ. ſup pncipali. ſed reſeruari dʒ in tps diſputa
tionis qſtio q obijcif contra eos. ⁊ iſtud forte fuit magis de mē
te gl. ¶ Alia fuit opi. ⁊ quinta q ſi teſtes p quos pt fieri repro
batio ſint tales q dubitef de eorum morte tunc ſtatim debeat
recipi alias debebit deferri. Jo. an. finaliter concludit q ſtatim
dʒ recipi exceptio vt etiam dixit Hoſti. ¶ Sed an pbatio ſta
tim fiat vel non eſt in arbitrio iudicis qui circunſtantijs cōſide
ratis poterit arbitrari differendā eſſe pbationē. ⁊ etiam inter
dū non eſſe differendam. nā in caſibus expreſſis in glo. ⁊ in alijs
duobus ſuperadditis ⁊ in ſimilibus poterit arbitrari ſtatim re
cipiēdā pbationē idē ſi videat periculū eſſe i mora ſi differaf p
batio vbi aūt iſta ceſſent. eſt in eius arbitrio an velit ſtatim reci
pere pbationem, an vero differre. ⁊ ſi recipiat non poterit con
queri ille contra quē opponitur quia ſi pbef exceptio cōtra te
ſtes non erit expediēs q ſe fatiget ille qui pducebat teſtes i fa
ciendo eos examinari. ⁊ ſic releuabitur a laboribus ⁊ expenſis.
⁊ ſimiliter ſi index differat non poteſt conqueri obijciens quia
forte teſtes contra quos obijcitur nihil probabunt. ⁊ ſic nō erit
expediens obijcienti pbare exceptiones imo vtile apparebit fuiſ
ſe ſibi dilatam pbationē exceptionum. vnde in dubio dicit Jo
an. an. q melius faciet index differre: ⁊ hoc etiam ne aperiatur
via reprobationi fm formaʒ. c. lʒ dilectus. ſ. e. ¶ Et ex pdictis
reſultare poteſt alius intellectus ad decre. ⁊ tex. videlicet q hic
non fuit grauatus pſbyter eo q index non recipit oblationem
pbationis ſeu pbationē oblatam. quia non neceſſitabitur reci
pere. ⁊ ideo non habet locum quo ad hoc. c. interpoſita. ſed bene
fuit grauatus pſbyter inquantū index non recepit exceptionē,
quia illā bene debuit recipere vt eſt dictum ⁊ ſatis pbatur in. c.
ij. ſ. e. vbi ps dʒ citari ad videndum receptionem teſtium. q alſs
nō eſſet expediēs. ⁊ ōi hoc reſpectu bene fuit appellatū. tñ quia
index non neceſſitabatur recipere pbationem oblatam. ex tali
non receptione non iuſtificatur appellatio: ſed iuſtificari debet
ex veritate exceptionis. ⁊ ita intelligatur iſte text. ⁊ iſte intelle
ctus eſt no. ⁊ limitat palleg. decre. interpoſita. ¶ Alius fuit in
tellectus ⁊ ſeptimus q hic fuit appellatum ſolū ppf exceptio
nem non admiſſam. ideo non habet locū. c. interpoſita. ſec⁹ qñ
appellatur ppter exceptionē non admiſſam ⁊ non receptam p
bationem oblatam. ⁊ ſic ppter vtrūq; quia tūc habet locū. c. in
terpoſita. ⁊ ideo cautus dʒ eſſe appellans vt appellet ppf vtrū
que ⁊ iſte intellectus eſt etiā no. ⁊ eum tenet Jo. an. fm quē ha
bes aliā limitationē ad. c. interpoſita. ¶ Alius intellect⁹ fuit
⁊ octauus q hic verbaliter fuit oblata pbatio nō realiter. ideo
[illegible] oblatione non iuſtificatur appellatio vt hic eſt caſus ſe
cundum iſtuʒ intellectum. ideo oportet doceri de veritate exce
ptionis ſicut ſi non fuiſſet oblata pbatio. Secus quando reali
ter fuit oblata pbatio: quia tunc iuſtificatur appellatio ex tali
oblatione etiam non docto de veritate exceptionis ⁊ ſic loqua
tur. c. interpoſita. ⁊ iſtum intellectum ſequitur Jo. an. in. d. c. in
terpoſita. ⁊ in titu. de ap. cl. ſ. qualiter. ver. [illegible] quoq; in addi.
ſpe. Et ex hoc haber[illegible] limitationē ad. d. c. interpoſita. ¶ Sʒ
iſte intellectus n[illegible] do. An. h[illegible] vt dixi in no. ⁊ forte ve
rior eſt hec opi. qꝛ non cogitur quis [illegible] cū ſacco paratus vt
dixi in no. ⁊ qꝛ non debuit diuinare q index grauaret euʒ: imo
potius pſumere q miniſtrare ſibi iuſtitiam. l. j. C. de moſſ. cum
iuris iudicium ideo ſufficere videtur etiaʒ ſi verbo offerat ſe p
bat[illegible]ti. p id quod habef in. l. ſi is a quo. ff. vt in
poſ. leg[illegible]e tñ quia do. Ant. hic videf velle q non ſuf
ficit off[illegible] paratum pbare. niſi adijciat incontinenti. Sed
forte poſſet teneri contrarium qꝛ tex. hoc expreſſe non requirit
vt patet ex dicto. c. interpoſita. ⁊. ſ. de iudi. exhibita. ⁊ de offic.
dele. ſup queſtionū. ſ. eius vero. vnde vꝫ ex mente dictoꝝ iu
[illegible]ium q tacite videatur includere q eſt paratus incontinēti p
bare lʒ aliter expreſſe non exprimat. ¶ Alius fuit intellectus
⁊ nonus q hic dixit ſe probatur: ſed non obtulit. ideo nō hʒ lo
cum. c. interpoſita. ⁊ hunc ſequif et Jo. an. ⁊ ex hoc no. diligen
ter q cautus dʒ eſſe obijciens exceptionē vt nō ſimpliciter ſe di
cat illā pbaturū ſed offerat illam ſe pbaturū ⁊ ad cautelā adij
cere pōt et verbū incontinenti. vt tollanf et opiniōes. ⁊ ex hoc
habes etiam aliam limitationem ad. d. c. interpoſita. ¶ Alius
fuit intellectus ⁊ decimus q hic appellans ſponte voluit pro
bare veritatē exceptionis. ſed de neceſſitate non tenebaf qꝛ iu
ſtificaf appellatio eoipſo q apparet exceptionē oppoſita ⁊ p
bationē oblatā ⁊ non admiſſaʒ. ⁊ propter pdicta appellatū. ⁊ h
intellectus eſt in ſe verus. ex quo etiam habes aliā limitationē
ad. d. c. interpoſita. qꝛ lʒ ſui natura iuſtificet appellatio propter
non admiſſam probationē oblatam. tñ poterit appellans ſi vo
let docere de veritate exceptionis. ¶ Alius fuit intellectus
vndecimus q ſi appellans nedum intendit reuocationē attēta
torum ſʒ et vult in pace dimitti. tunc dʒ pbari veritas exceptio
nis ⁊ ita loquif hic ſecus ſi ſolū intendit reuocationē attētatoꝝ
qꝛ tūc ſufficit pbare oppoſitā exceptionem ⁊ oblataʒ probatio
nē ⁊ non admiſſam ⁊ ppter pdicta appellatū. ⁊ iſte intellect⁹ vꝫ
recidere in idē cum intellectu quē ſequif hic. d. Ant. nam dicit
q vbi appellās non ſolū vult conſequi reuocationē attentato
rum ſed etiā finē exceptionis tunc dʒ probari veritas exceptio
nis vt et no. in. c. interpoſita. de app. ⁊ ita intelligat verſi. man
damus. nam finis exceptionis oppoſite eſt q repellātur teſtes
producti ꝯ pſbyterū ⁊ ſic q actor remaneat ſine probatione ⁊ p
qñs reus dimittaf in pace. Si vero ſolū vult conſequi reuoca
tionē attentatoꝝ tunc ſufficit probare exceptionē oppoſitam
⁊ oblatā probationē ⁊ nō admiſſam ⁊ ſic intelligit ver. ſi vero de
quo etiā ibi tangef. ¶ In glo. moleſtari. in fi. Cōcludit quod ſi
index delegatus vult in ſnīa exprimere miſſum eſſe tuendū ſeu
non turbandum hoc poteſt vt. ſ. vt lit. non conteſta. accedens.
18 ¶ Si aūt querif an indiſtincte poſſit miſſum tueri. Cōclude
q aut miſſus eſt ante ſnīam forte rōne cōtumacie. ⁊ tūc pōt qa
ex quo nondū lata eſt ſnīa durat eius iuriſdictio. vt hic dicit gl.
Interdū vero lata eſt diffinitiua. ⁊ miſſus eſt eius virtute. ⁊ tūc
aut non habuit poſſeſſionē pacificā ⁊ poteſt vſq ad annū tueri
quia vſq ad illud tps pōt exequi vt in. c. quereti. allegato in gl.
⁊ ex quo pacifice non habuit poſſeſſionē non vꝫ effectualiter fa
cta executio. facit qd no. gl. in. c. commiſſa. de elect. in. vi. ⁊ ſic dʒ
itelligi dictū tan. ⁊ Inno. hic poſitū. Aut pacifice habuit poſ
ſeſſionē ⁊ tunc aut incontinenti turbatur. ⁊ idē eadē rōne. qꝛ q
incontinenti fiunt videnf ineſſe. ſ. de elect. officij. Aut ex inter
uallo turbaf ⁊ tunc nō pōt ſe intromittere delegatus qꝛ funct⁹
eſt officio ſuo. ex quo facta fuit executio. vt vꝫ velle Inn. ſ. de p
bē. p illoꝝ. nec ob. in. c. querenti. qꝛ ibi nondū facta fuerat exe
cutio. Et hec vera niſi delegatus aliud haberet in mandatis. vꝫ
niſi appoſita fuiſſet clauſula mittas i poſſeſſionē ⁊ defendas in
ductum. qꝛ tunc etiam poterit poſt annū. qꝛ cenſef tūc qſi pſer
uatoꝛ. ⁊ ſi dicit Jo. an. curiā tenere vt ipſe no. ſ. de preben. pro il
loꝝ. ſʒ Inn. aliter ibi videaf ſentire. ⁊ etiā ibi qd de clauſula ꝯ
dictores eccleſiaſtica cenſura compeſcas. de qua dicēdū vt ibi qꝛ
in illa vꝫ ſecus q in clauſula mittas ⁊ defendas iterdictū vt ibi
no. ¶ In gl. pe. ibi fecit gratiam. iſte intellectus non placet. qa
vt dicit Jo. an. fugiendi ſunt intellectus qui trahūt decretales
ad gfam. qꝛ debemus conari vt ponant ius cōe. pōt tñ aliter ſal
uari hec prima expoſitio ſi dicam⁹ q index a quo detulit appel
lationi. nam lʒ eſſet fruſtratoria. qꝛ excipiens ⁊ offerens pro ba
tiones nō debuit appellare anq iudices procederēt ꝯ eū. ⁊ anq
iudices declararēt an vellent recipere exceptionē ⁊ probationē
vel non. qꝛ aūt non eſt grauatus. facit qd not. de appel. dilecto. ⁊
c. ſup eo. tñ ſi appellat: ⁊ index deferat appellationi deuoluif ne
gotium ad iudicē appellationis. vt in. c. cū appellationibus fri
uolis. de app. lib. vi. ¶ Utrū tñ q iſta expoſitio ⁊ iſte intellect⁹
videntur

Ayuntamiento de Madrid

videntur diuin... non appareat ex litera de dilatione facta per iudicē a quo ... erb.ſi vis.ponit aliā expoſitionē ꝙ tñ reprobat ... a poſitā.Ho.tñ ex ſcđa expoſitione iūcta cū prima ... ificatur appellatio ab interlocuto ria ſi nō eēt delati... ationi.tunc ſi preſſum eſt p iudicem a quo ad diffinitiua.debebit p iudicē appellationis illa ſniā cō firmari.nā tenuiſſe vr̄ preſſus ꝛ ſnīa factus contra talē appellā tem tanꝙ contra contumacē ex quo non iuſtificauit appellatiō nē vt pbat̄ i.c.eū qui.de dolo ꝛ contū.in.vi.per glo.in cle.ſi ān in gl.magna.in verſi.ad tex.igit̄ redeundo de dolo ꝛ contu. Sed vbi non fuit proceſſum ad diffinitiuā, tunc ... cauſa ad ipſum iudicē a quo fuit appellatū cōdemnat ... ellatem expē.ſ.de ap.c.t debitus Jnn.vero hic potuit aliū intellectū ... tra gl.vt exponat̄ ſi vero res aliter ſe haberet.i.ſi non potuit ... bare teſtes tales fuiſſe.pōt tñ aliter iuſtificare appellatione ... ligo forte pbando diſpenſationem.p id qđ dixit gl.iij.tūc ... dat Papa cām audiri ꝛ fine canonico terminari hoc ſm eum ex vi appellatiōis interpoſite a diffinitiua. nā ſm ipſuꝫ duplex fuit appellatio.vna ab interlocutoria inquantū non fuit admiſ ſa exceptio ꝛ pbatio oblata.ꝛ alia poſtea a diffinitiua. facit qđ no.gl.in dicta cle.ſi ante.ꝛ ſic intelligit iſtū ver.ſi vero.ꝛ ſm hoc nō obſtat Jnñ.c.vt debitus.qꝛ pcederet ſi non eſſet appellatuꝫ a diffinitiua:ſed certe iſta expoſitio diuinat:qꝛ non apparet hic appellatū a diffinitiua.ꝛ diuinatio eſt remediū miſeroꝝ vt di xit gl.eleganter in.l.filium quem habentem.C.fam.er. Jdeo ſe cundo dixit Jnno.ꝙ licet appellatum fuerit ſolū ab interlocu toria tñ qꝛ poſtea ſecuta eſt diffinitiua trahit̄ iſta appellatio ad naturam diffinitiue.ꝛ ideo pōt iuſtificari etiā ex alia cā ꝙ expſ ſa in appellatiōe p id qđ hꝛ in.l.ſcio.ff.de appell. ¶ Sed certe iſtud nō reperitur iure cautū.ergo non eſt dicendū. per id ꝙ hꝛ in.l.illā.C.de colla.ꝛ in.c.ij.ꝫ. de tranſa. Preterea ſi iudicaret̄ appellatio iſta ſecundum naturam diffinitiue, tunc ſtatim de buiſſet papa mandare reuocari attentata alio non conſtito.ſ.de iureiur.venientes.ꝛ tangit̄ in glo.in verbo conſtiterit ꝛ de ap pella.non ſolum.li.vi.cuius contrarium hic fecit papa. ¶ Uñ tertio dixit Jnnoc.ꝙ pōt exponi ſi vero res aliter ſe haberet.i. ſi non iuſtificetur appellatio.cām audiatis.ſ.reſtitutiōis ī inte grū nā ſm eā preſbyter petierat ſe reſtitui in caſu in quo nō iu ſtificaret appellationē. ¶ Sed certe iſte intellectꝰ diuinat. Jtē

19 non videtur in ſe bonus.†quia ſi appellatio nō iuſtificatur ap paret appellantem fuiſſe verum contumacem.vt in.c.eum q.de dolo ꝛ contuma.in.vi.ꝛ habetur in.d.cle.ſi ante.eod.tit.ꝛ ſic in ſte fuit pnatus.ideo non deberet reſtitui. Jdeo Hoſt. vt euita ret contrarium dicebat literam ſic intelligendā ꝛ trāſponendā veꝫ mandamus quatenus cauſam audiatis ꝛ fine canonico ter minetis ſi vobis conſtiterit ꝙ pdictus preſbyter,ꝛc.legēdo tex. vſqꝫ ibi ſi vero.ꝛ dū poſtea litera dicit.Si vero res aliter ſe ha beret,ſupplet tunc ſententiā confirmetis ſi ſit lata.alias remit tatis cām ad primos iudices. ¶ Sed iſte intellectus deſtruit literam vt de ſe patet.nam Papa bene ſciuiſſet ordinare literā in forma pdicta ſi voluiſſet. Jdeo alij exponūt ſi vero res aliter ſe haberet.i.ſi non probet veritatem cauſe appellationis. Juſti ficat tamen aliter appellationem qꝛ probat executioneꝫ oppo ſitam ꝛ probationem oblatam ꝛ non admiſſam.ꝛ pter pdicta appellatum.ꝛ iſta in effectu ſequitur hic do.An.dicens ꝙ ſi ap pellans ab interlocutoria vult conſequi finem exceptionis op poſite debet probare veritatem exceptionis.ꝛ ſic loquitur verſi. mandamus.Si vero vult conſequi ſolum reuocationem atten tatoꝝ.tunc non eſt neceſſe probare veritatem exceptionis ſed ſufficit probare exceptionem oppoſitam ꝛ probationem obla tam ꝛ non admiſſam.ꝛ propter predicta appellatum. ꝛ ſic intel ligit iſtum verſi.ſi vero. ¶ Sed certe iſte intellectus non vr̄ bo nus:quia ſi intendebat in hoc verſi.reuocationem attentatoꝝ debuiſſet papa mandare ipſum reſtitui.ꝛ ideo plus placet.ꝙ ex ponatur litera vt voluit vltimate hic Joan.an.videlicet.Si ve ro res aliter ſe haberet.i.ſi non fuerit lata ſententia probata ta men fuit veritas exceptionis ꝛ ſic iuſtificata appellatio ideo nō debuit fieri remiſſio ad primos iudices.ꝛ tūc litera erit plana. ¶ Jn gl.fi.in fi.de hoc dic vt dicitur in.c. dilectorum.de teſtib. cogen. ¶ Et no.bñ ex his que dixi ſuper glo.in verbo idoneos ꝛ in verbo notabiles multas limitationes ad.c.interpoſita.naꝫ

20 melius examinatur hic intellectus illius.c.ꝙ ibi. ¶ †Et etiaꝫ adde ꝙ licet in notabilibus dixerim quod laicus non debet ad mitti in teſtem quando petitur propter crimen clericum remo ueri a beneficio.ꝛ videatur hic ſequi.d.Anto.tamen contrariꝫ videtur verius per ea que habentur in.c.tertio.ꝫ.eodem ꝛ ſic ex ceptio hic oppoſita contra teſtes quod erant laici non videtur de iure proceſſiſſe.ſed alie exceptiones in litera poſite.

☞ Teſtes quo ad iudicium non poſſunt commode venire q̄ ſunt ꝛ quales perſone ad eas mitti debeant pro ipſarum exa minatione.

2 Teſtes ſunt examinandi in preſentia iudicis.

3 Senes non coguntur de iure ciuili ferre teſtimonium.

4 Pauperes an a teſtimonio repellantur.

Si qui teſtium. Judex dꝫ mittere ad teſtes qui cōmode ad iudiciū venire nō pñt.h.d. ¶ Nota quatuor qualita tes perſonarum que non coguntur perſonaliter ve nire ad iudiciū p teſtimonio ferendo. ¶ †Jtē nota q̄les pſone debent tranſmitti ad pſonas pdictas pro ipſorum examinatio ne qꝛ debet eſſe idonee ꝛ diſcrete ſi ex hoc etiam no.argu. qđ de bent eſſe plures qui mittant̄ ſed hic non videtur vnꝰ ſufficere. ... verū ... perſone loco tabelliōis mitteretur.ſꝫ ſi mit ... ille ſolus ſufficit.ꝫ.tit.j.in.c.qm̄.ꝛ facit qđ hꝛ in.c. ... ta decre.in cā ciuili.qꝛ in criminali†teſtes ſunt ... pſentia iudicis in auſ. apud eloquentiſſimū.C. de fi.in... ꝙ tunc ipſe iudex deberet examinare. facit ꝙ

3 habet̄ in cle.j.de offi.dele. ¶ †Jn gl.j.in fi.Ho.bene ex gl.diaꝫ vnam inter ius canonicuꝫ ꝛ ciuile in materia teſtiū qꝛ ſenes nō cogunt̄ inuiti ferre teſtimonium de iure ciuili.ſecus de iure ca

4 nonico cū peccatum ſit veritatem occultare. ¶ †Jn gl.ij. in fi. dic pauperē repellit̄ in criminali.vbi de maiori pīudicio agit̄ ſed in ciuili bñ admittit̄ niſi ſit perſona ſuſpecta. Quid autē ſi in cā pendēte corā iudice laico producatur clericus in teſtem. dic qđ iurare debet coram ſuo epiſcopo vt habetur.xiiij.q.ij.in.c.ꝙꝙ. Et adde etiam qđ no.in Spe.de teſte.§.qualiter.ver.poteſt,ꝛc. vbi dicit quod iudex vbi poteſt per ſe examinare teſtes,non de bet eſſe facilis ad committendam examinationem alteri.cōiter tamen propter multas occupationes illam committunt.

1 ☞ Teſti extraiudicialiter aſſerenti contrarium huius quod teſtificatus eſt non creditur.

a Sicut nobis. Corrupti a ꝛ periuri ad teſtimoniū nō debet ad mitti.h.d.Et eſt cōis diuiſio.ſ.cōſultatio ꝛ rñſio.ſe. cūda ibi.ſup quo. ¶ †No.j.ꝙ teſti extraiudicialiter

1 aſſerenti cōtrariū eius qđ in iudicio eſt teſtificatus.nō credit̄ et ſi propter primū dictū lata ſit ſnīa que ſui natura nō conſueuit tranſire in rē iudicatā.non creditur etiam in iudicio cū ſit eadeꝫ ratio videlicet ꝓpter periuriū.facit qđ no.ſ.eo fraternitatis in gl.fi. ¶ Jtē no.ꝙ vbi poſt ſniam diuortij proceſſum eſt ad con tractū alterius mrimonij non ſufficit ad reprobandū ſnīaꝫ pba tio corruptele teſtium.ſecus qñ res eſt integra. Jtē ſecus ſi non ſolum probaret̄ corruptela ſed etiā falſitas per id quod habet̄. ꝫ.tit.j.ꝫ cām ꝛ hic in gl.pe. ¶ Jtē no.ꝙ vbi teſtis p corruptelā fert teſtimoniū incurrit periuriū.nam facit contra iuramentū a ſe preſtitū vt ptꝫ ex no.in.c.fraternitatis.eo.tit.cū gl.fi. ¶ Jteꝫ no.ꝙ nedū iponit̄ penitētia de periurio ipſi teſti.ſed ēt de adul terio cū cām dedit.ꝛ eſt duplex adulteriū qñ vterqꝫ trāſiuit ad aliud matrimoniū. ſed vnum erit adulteriū qñ alter tm̄ tranſi uit. Poteſt tñ etiā tunc dici vt hic voluit ſentire.d.Anto.ꝙ ex iteratione copule videt̄ iterari adulteriū.de quo.vj.q.j.mutare. Petrum ꝛ in cle.j.de priui.ꝛ in.l.vulgaris.ff.de furt. ¶ Jn gl. ij.in fi.pcedit ſolutio gl.tenendo primū intellectū in.c. inebria uerunt ſcđm quē de vtroqꝫ ibi punit̄.ſ. de inceſtu ꝛ ebrietate ſi cut hic punit̄ de periurio ꝛ adulterio.ſed ſecundum vltimuꝫ in tellectū ſcđm quē non punit̄ de inceſtu.ꝛ etiam ſm ſcđꝫ intelle ctū ſm quē minus punit̄ de inceſtu.ꝙ ſi alias a nō ebrio fuiſſet commiſſum non pcedit ſolutio gl. Sed potes dicere ꝙ vbi pri mum delictū cōmittitur ab eo qui non eſt mente alienatus pce dit ſolutio glo.Secus qñ ꝓpter primum delictū erat quis mē te alienatus vt ibi erat ꝓpter ebrietatem. ¶ Jn glo. cūm ibi ſi non adhibet tenet̄.ſ.ad eſtimationē damni ꝓpter culpā nā pe na pſonali non punire ſi non fuiſſet in dolo.p id ꝙ hꝛ in.l.lege cornelia.ff.de ſica. ¶ Jn ea.gl.in fi.ꝛ facit qđ habet̄ i.l.qm̄ mul ta facinora.C.ad.l.iul.de vi.ꝛ qđ no.i.c.de cetero.ſ.de ho. ¶ Jn gl.pe.in fi.conclude ꝙ aut probat̄ corruptela ꝛ falſitas.ꝛ tūc gl. dicit verū qꝛ etiā ſi ſit contractū ſcđm matrimoniū illud retra ctabit̄ ꝛ reintegrabit̄ primum. Jnterdū vero probat̄ ſola corru ptela.ꝛ tunc pcedit diſtinctio tex.qꝛ ſi deuentum eſt ad ſecūdū matrimonium non retractabit̄ propter probationem ſolīꝰ cor ruptele.ex quo aliter non pbatur falſitas.ideo ne dicto mrimo nio ſcđo pīudicet̄ nō ſufficit dicta probatio corruptele. Jnter dū vero eſt integra.qꝛ non eſt deuentū ad ſcđm matrimoniuꝫ.ꝛ tūc ſufficit pbare corruptelā.ad hoc vt retractetur ſnīa ꝛ rein tegretur primū matrimoniū.ꝛ ita intelligat̄ iſte text. Nec ob.ꝙ p ſolā pbationē corruptele non vr̄ retractanda ſententia ſed de mum propter corruptelā ꝛ falſitateꝫ per id quod habetur in.c. licet.ꝫ.ti.j.quia illud procedit in ſententijs que tranſeunt in rē iudicatā.ſecus in his q̄ non tranſeunt vt contingit in ſententia que fertur in cā matrimoniali vt ptꝫ in.c.lator.ꝛ in alijs allega

a ¶ Corrupti: idē ſummat h do.Abb. do.Jo Fel. latius extē dit iſtđ ſum marium vi de eum.



Ayuntamiento de Madrid

tis in gl. ¶ Jn gl. fi. ibi in penitentia enim non creditur. hoc io
quia tunc ſolum de preiudico confitentis agitur ſecus vbi agi-
tur de preiudicio alterius.

1 ☞ Temporale remittere pro conſequendo ſpūali eſt ſimonia.
2 Parochiam tenentur adminiſtrare ſumptus ſacerdoti quado
eccleſia non habet vnde eum ſuſtentet.
3 Socius criminis non admittitur in teſtem.
4 Socius criminis an admittatur in cauſa hereſis ꝛ quid de cri-
mine leſe maieſtatis.
5 Confeſſio de crimine non eſt contra alium credendum.
6 Unius dicto non creditur.
7 Fama cum vno teſte an probet in criminalibus.
8 Socius in crimine ſimonie an admittatur in teſtem.
9 Fama an ꝛ quando plene probet.

VEniens ad. Socius criminis ꝛ mune-
ris non admittatur etiā in
crimine ſimonie. h. d. ¶ Et in prima ponit petitio-
nē p̄ſbyteri in ſecunda illā exaudit. ſecūdum ibi: ꝛ nos.
1 ¶ † No. q remittere aliquid tp̄ale pro conſequēdo ſpūali iure
inducit ſimoniā. ꝛ ſic nota q in talibus idē eſt remittere qđ da-
2 re facit qđ no. gl. j. ¶ † No. argumētū q vbi eccleſia non hʒ vñ
ſuſtentet ſacerdos tenentur parochiam ad miniſtrandos ſum-
ptos ipſi ſacerdoti. vide bonā gl. de conſe. diſt. j. omnis chriſtia
3 nus. ꝛ xvj. q. j. ſtatuimus. ¶ † Not. q ſocius criminis nō admit
tit i teſtē qđ p̄cedit ēt in crīe excepto ſi agitur criminaliter. Et
idē ſi ciuiliter ſi eſt ſocius criminis ꝛ muneris. vt hodie eſt ex-
preſſum in. c. j. ĩ. eo. in. vj. Secus ſi eſſet ſocius criminis tm̄ ꝛ nō
muneris. qa tunc ſi agereť ciuiliter de crimine excepto audireť
ſecus ſi non eſſet crimen exceptū. qꝛ tunc indiſtincte repellereť
ſocius criminis. lʒ non eēt ſocius muneris. ꝛ ſiue agereť ciuili-
ter de crimine ſiue criminaliter. facit qđ habeť in. l. qm̄ liberi. C.
4 de teſti. ¶ † An aūt ſocius criminis admittať in cauſa hereſis
recurre ad tex. ꝛ gl. in. c. in fauorē. de hereticis. in. vj. ¶ Jn cri-
mine tñ leſe maieſtatis vř indiſtincte ſocius criminis admittē
dus p id q habeť in. l. quiſqs C. ad. l. iul. maie. canonizata. vj. q.
j. ſi qs cum militibus. ꝛ facit qđ habeť in. c. ſi qs papa. lxxix. diſ.
5 ¶ † Jtē no. q confeſſo de crimine non vř credendū eſſe contra
aliū. de quo dicendū vt hř in. c. j. ĩ. eo. in. vj. ꝛ in. c. j. ĩ. de cōfeſſis.
6 ꝛ facit qđ habeť in. l. ſi filiū. C. de liberali cā. ¶ † Jtē no. q dicto
vnius regulariter non creditur, hoc tñ fallit in aliquib⁹ caſibus
de quib⁹ plene in ſpe. de teſte. §. reſtat. verſi. hoc tñ fallit ꝛ aliqd
per gl. in. c. tā ita lxxxvj. diſt. ¶ Et adde ēt qđ no. Bar. in. l. theo
pompus. ff. de dote prelegata. ꝛ in. l. fi. ff. de pto. ſtipu. ¶ Jn gl.
ij. ibi de ſimonia per duos. Et adde qđ habeť per gl. ĩ. c. cū. p. mā
conella. de accu. ꝛ qđ etiā notat. ĩ. in gl. in verbo confeſſio. ¶ Jn
a ea gl. in fi. No. diligenter iſtā gl. que ſepe allegatur q in cā crimi
7 nali † fama non p̄bat cū vno teſte qđ intelligit. d. Anto. p̄ce-
dere ēt ſi ciuiliter agať de crimine. ſed in cā mere ciuili bñ pro-
bat cū vno teſte. ꝛ iſtō ſequitur Cy. in. l. fi. C. de qōnibus. Dy. tñ
in. l. ij. ff. de excu. tuto. voluit contrariū vcʒ q etiā in mera ciuili
non p̄bet fama cū vno teſte qꝛ due ſemiplene probatiōes diuer
ſi generis non videntur ſimul iungende. p. l. ſpadonē. §. q iura.
ff. de excu. tu. Bar. in. l. de minore, §. tormenta, ff. de qō. tʒ q ſi fa
ma non habet originē ab aliqua p̄ſumptione veriſimili nihil p̄-
bat. l. decurionum. C. de penis. nā vane voces populi non ſunt
attendende. vt ibi. ¶ Si aūt hʒ originem ab aliqua p̄ſumptiōe
veriſimili. tunc in his que ſunt leuis p̄iudicij facit plenā proba-
tionē. vt notat gl. in. l. vbi adhuc. C. de iure dot. vbi ſufficit p̄ba
re p fam viriū vergere adinopiā ad hoc vt mulieri reſtituať dos
ex qua tñ etiā ipſe vir ali debebit. facit qđ not. in. l. ſi conſtante.
ff. ſolu. matri. Jn his aūt que ſunt grauis preiudicij ꝛ in ciuili-
bus dicit q reſidebit in arbitrio iudicis, an fama ſemiplene pro
bet qui attenta qualitate p̄ſumptionuʒ ex quibus fama oritur
poterit arbitrari q ſemiplene probet. Et interdū etiā arbitrari
q non probet etiā ſemiplene eo tñ caſu quo probet ſemiplene
poterit iungi cū dicto vnius teſtis ad faciendam plenā p̄batio-
nē. vt voluit hec gl. nec ob. rō Dy. qꝛ interdū duo imperfecta di
uerſi generis tendunt ad eundeʒ finem. ꝛ tunc ſimul poſſunt iū
gi. facit. l. iij. ff. de teſti. ꝛ. iiij. q. iij. §. item ſepe. ꝛ ita contingit in
propoſito. nam hic fama ꝛ etiam vnus teſtis tendunt ad eundē
finem. ſ. ad fidem iudici faciendam. l. quinquaginta. ff. de proba.
ſecus quando duo imperfecta diuerſi generis tendunt ad diuer
ſos effectus. qꝛ tunc non iūgunť ꝛ ſic loquitur. §. q iura. allegat⁹
per Dy. nā alia eſt excuſatio que induciť propter numerum li-
berorū. Alia ꝛ diuerſa eſt excuſatio que induciť propter etatē
ꝛ ideo ibi due excuſationes imperfecte non coniunguntť. ꝛ de h
etiā notauit Bar. in. l. admonēdi in vltima charta. ff. de iureiu.
¶ Jtē aduerte q due ſemiplene ꝛ eiuſdē generis interdum nō
iunguntť. vt quando ſui natura non ſunt coniungibiles. vt con-
tigit in duobus teſtibus quorū quilibet ſit ſingularis in ſuo di-

a ¶ Fama in cā criali an p̄bet cū vno teſte. vide h̄ d. Fel. in. v. co. poſt p̄n. ver. p̄ria cō cluſio.

b ¶ Habebit iurare. hoc ēt vř tenere bal. ĩ. l. inſiurādū qđ ex cōuētiōe. ff. de iureiu. ꝛ d. An. in. c. finē. ĩ pe. co. ĩ. ď do, ꝛ cō tuma.

cto. ĩ. de elect. cum dilecti. nam tunc non tendunt ad idem p̄bā
dum. ꝛ de materia etiam in Spe. d[illegible] tuiue. §. fama. v̄
ſi. quid ſi agenti. Et aduerte qꝛ gl. [illegible] probationib⁹ qs
allegat videť velle q ſi agatur ciuili[illegible] q fama cum
vno teſte probet. q[illegible] non agitur [illegible] nec aper
tiſſime probatione[illegible] quiruntur ex qb[illegible] ciuiliter agiť. ꝛ ſic vide
tur eadem ratio que in cauſa mere ciuili. lʒ d. An. hic tenuerit
contrarium. vt. ĩ. tetigi. Sed forte ſatis poſſet gloſſ. ſuſtineri p
rationem predictā. Et adde etiam quod notatur in Spec. de p
ba. §. j. ver. hoc ēt ꝛ eo. tit. §. videndum verſi. xxiij. ¶ Jn gl. indi
caſti. in fine vel forte, indixit illi purgationem ſi de hoc erat infa
matus. facit quod habeť in. c. ď hoc. ĩ. de ſimo. ꝛ de [illegible] duite. ſigni
ficaſti. ¶ † Jn gloſſ. confeſſo in fi. dic vt hodie [illegible] habeť in. c. j. ĩ. e.
in. vj. qꝛ in crimine ſimonie ſi agitur criminaliter repellit ſocius
criminis. Si autem agitur ciuiliter tunc ſi eſt ſocius criminis
tantum non repellitur. ſecus ſi eſt ſocius criminis ꝛ muneris. vt
ibi pʒ ꝛ facit qđ dixi in notabilibus. ¶ Jn gl. fi. in fin. Et dixit
b Bar. in. d. l. theopompus q tunc talis habebit iurare. [b] cum ha
habeat tanq̄ teſtis deponere de volūtate teſtatoris. ꝛ qꝛ eius fi-
des eſt approbata poterit fieri etiam abſente parte de cuius p̄-
iudicio. agiť. nec ob. c. ij. ĩ. e. qꝛ loquiť qñ fides teſtis non eſt ap-
probata vbi aūt nō haberet declarare voluntatem teſtatoris. ſʒ
haberet aliquid arbitrari vt ſibi videreť. tunc nō exigereť ab eo
iuramentū p id qđ hř in auť. decernim⁹. C. de arbit. Et multos
alios caſus in qbus vni teſti crediť poſuit ſpe. in loco allegato
in notabilib⁹. Et qñ ptes conuenerunt ſup expenſis vel dānis
ſtari ſacramēto agētis. poſuit Bar. in. l. fi. ff. de pto. ſtip. ¶ Ul
timo tria adde his que ſuperius dixi. Primo inquantū dixi q
in crimine ſimonie ſi agitur criminaliter repellitur ſocius crimi
nis nā hoc vř verum niſi ille contra queʒ agiť fuerit infamatus
ſeu male opiniōis ꝛ fame. vt hic voluit gl. ij. que moueť p no. in
c. in primis. ij. q. j. ꝛ p. c ſi quis papa. lxxix. diſt. ¶ Poſſet tñ di-
ci q in illo. c. ſi qs papa erat crimen ſimonie miſtū cū crimine le
ſe maieſtatis. vt ēt hic tangit Hoſt. qꝛ erat cōmiſſa ſimonia cir-
ca papatū vt ibi pʒ ideo non mirū ſi non admittiť. ¶ Jtē ad. c.
in primis poſſet dici q ibi non erat particeps criminis. ſʒ erat
laicus ꝛ forte vilis. ideo non admittiť niſi contra infamatuʒ. ꝛ
ſic ēt poſſet intelligi qđ no. per gl. in. c. cū. p. ĩ. de accuſ. ꝛ ſm hoc
pʒ q non clare reperiť expreſſum q vbi eſt crimen ſimplex ſimo
nie admittať in teſtē ſocius criminis qñ agiť criminaliter ēt ſi
agatur contra infamatū lʒ gl. ij. aliter ſenſerit. ¶ Secūdo adde
inquantū dixi q in ciuili ēt ſi deſcendat ex crimine fama cū vno
teſte p̄bat lʒ do. Ant. velit contrariū. nā p. d. Ant. vř facere q
no. Spe. in ti. de notorio crimine. §. fama. ver. quid ſi agēti. vbi
tʒ q ſi alicui opponiť exceptio excōicationis vt repellať ab agē
do fama cū vno teſte non probat excōicationem. ¶ Sed potes
dicere q dictū ſpe. non videtur p̄cedere. qꝛ iura allegata p eum
vcʒ l. fi. C. de p̄ba. ꝛ. ij. q. viij. ſciant. loquunť in criminali qñ cri-
minaliter agiť in quibus plenior requiritur probatio vt ibi pʒ
nec ob. ēt qđ no. in. c. tam literis in gl. ij. qꝛ ibi dicit non deferri
iuramentū quando agiť ciuiliter de crimine: qđ an p̄cedat ibi
9 diceť nō aūt dicit famā cū vno teſte nō p̄bari. ¶ † Tertio adde
quia voluit hic Ant. quod vbi agitur de facto antiquo q exce-
dit ſpatium centū annorū vel etiam. xl. fama tunc plene p̄bet p
ea q̄ habētur ĩ. l. ſi arbiter. ff. de p̄b. ꝛ p Jnn. ĩ. de v̄. ſig. veniens.
ꝛ. c. quid per nouale. ꝛ p no. per Cy. in. l. ſi quidem. C. ſol. matri.
nā dictū illud non videť verū ſaltem qñ ſolū excedit ſpatiuʒ. xl.
annorum. qꝛ hoc non bene reperitur iure cautum. ꝛ ſic nō eſt at-
tendendum cum habeamus regulaʒ in contrarium vcʒ q fama
regulariter p ſe non plene probat. l. iij. ff. de teſti. ꝛ. iiij. q. iij. §. itē
ſepe. ꝛ hoc etiam videtur velle Specu. in titul. de p̄ba. §. j. verſi.
valet etiā. nec ob. no. p Jnn. in. c. veniens. qꝛ illa fuit opi. quo-
rundam recitata ibi per eum. ſed poſtea finaliter non videtur in
illa perſiſtere. nec obſt. etiā. l. ſi arbiter. quia loquiť in caſibus in
quibus ſufficit probare memoriam extare. vel non extare. ꝛ ſic a
contrario ſenſu ſecus in aliis. ꝛ ſic potius facit in oppoſituʒ. nec
etiam ob. no. per Cyn. in. l. ſi quidem. quia hoc non dicunt ſi be-
ne inſpiciantur eius verba.

1 ☞ Acta litis deciſoria p̄ſunt etiam coram alio iudice.
2 Acta recepta coram vno iudice an faciant fidem coram alio.
3 Atteſtationes recepte coram arbitris an faciant fidem coram
iudice.
4 Cōfeſſio facta in ciuili deſcendente ex crimine preiudicat poſt-
ea in criminali ꝛ quid econtra an probationes in criminali pre-
iudicent in ciuili.
5 Jnſtantia an lapſu temporis perimatur.

CAuſam que. Atteſtationes in vno iu-
dicio recepte. in eadeʒ cau
ſa ꝛ inter eoſdem faciunt fidem coram alio iudice. h.
d. ꝛ non diuiditur. Uel poſſet dici q ponitur deciſa

consultatio

Ayuntamiento de Madrid

1 conſultatio.[illegible]ſecūdo rñſo.❡†No.ꝙ acta litis deciſoria.pro
ſunt etiā corā alio iudice ⁊ hoc qñ per iudicē fuerunt recepte ſed
ſi per arbitros recurre ad.c. preſentata.ĩ.eo.⁊ ad.l.fi.C.de teſti.
⁊ de materia [illegible] c.habetur per Cy.⁊ Bar.in.l.fi.C. de eden.
⁊ per Bar.in.l.ij.ff.iudi.ſol.⁊ in.l.ij.C.de fructi.⁊ lit.expen.⁊ in
2 l.fi.C.de re iudi.❡† In glo.j.in fi.Si queritur an acta recepta
coram vno iudice faciant fidem corā alio.cōclude ꝙ aut inſtan
tia non eſt perempta aut eſt perempta.ſi non eſt perempta tūc
faciunt fidē coram ſucceſſore etiā ſi eſſent acta ordinatoria litis.
fallit ſi eſſent aliqua que reſpicerent pſonā propriaȝ primi iudi
cis.vt qꝛ preſtita fuiſſet ſatiſdatio de ſoluendo iudi.ꝙ talis iu
dex iudicauerit expreſſo noīe proprio ipſius iudicis.nā tunc nō
cōprehendit ſucceſſorē.per id qđ habetur in.l. cū apud.ff. iudi.
ſol.iteratur etiaȝ ſaltē vna citatio coram ſucceſſore.lȝ pri⁹ pem
ptoria citatio emanaſſet.l.edictū.⁊.l.mortuo.ff.de iudi.facit qđ
no.xxiiij.q.iij.de illicita.❡Secūdo caſu qñ inſtantia eſt perem
pta.⁊ tunc aut querimus de actis que tendunt ad ordinationē
iudicij.vt libelli oblatio.⁊ litis conteſt.⁊ ſatiſdatio de iudi.ſol.
q̃ Inn.hic appellat acta iudicij ⁊ non acta cauſe vt litis.facit ꝙ
no.gl.in cle.ſepe.in verbo defenſiones legitime.de verbo. ſigni.
❡Quedam vero ſunt acta que reſpiciunt litis deciſionē vt cō
feſſiones ⁊ atteſtationes.⁊ hec appellat Inno.acta cauſe vel li
tis.Si querit̃ de effectu primorū an duret in alia inſtātia.⁊ tūc
conclude ꝙ quidā ſunt effectus qui nondum erant conſummati
vt qꝛ ex illis debebat ſequi ſnīa.⁊ iſte effectus non durat in no
ua inſtantia.ideo de nouo oportet libellū dari ⁊ litem cōteſtari
l.ij.ff.iudi.ſol.Et etiā nouam ſatiſdationem dari ſcđm not.per
Bar.in.l.cū apud.iud.ſol.❡Quidam aūt ſunt effectus cōſum
mati.⁊ tunc aut reſpiciunt inſtantiā.vt eſt effectus ꝙ nō oppo
nantur dilatorie poſt conteſt.lit.⁊ iſte non durat in noua inſtan
tia.vt eſt tex.in.l.hos accuſare.§.hoc beneficio.ff. de acc.Fallit
qñ diuerſa ſeu noua inſtātia eſſet īſtātia appellatiōis.qꝛ illa nō
cenſetur ex toto diuerſa a pria,ideo durat tūc dictus effect⁹ vt
etiā in inſtantia appellationis non poſſit opponi dilatoria que
non potuit opponi in principali vt eſt tex.cū gl.in.l.ita demuȝ.
C.de procur.⁊ no.Bar.in.l.ij.C.de fruc.⁊ lit.expen.❡Quidaȝ
aūt ſunt effectus conſummati q reſpiciunt ipſum negotium vt
ꝙ qs per ꝯteſt.lit.factus ſit male fidei poſſeſſor vel per citatio.
ſit iuriſdictio ſuper negotio ꝑpetuata ⁊ iſti durant inter eaſdē
pſonas ēt in alia inſtātia ſi ad idē agatur ſed non quo ad diuer
ſam perſonam.l.j.C.de pſcrip.lon.tēp. nec ēt ſi ad aliam rē aga
tur.facit.l.cū notiſſimi.§.ſed ⁊ ſi quis.C.de preſcrip.xxx.anno.
⁊.l.fiſcus in queſtione.ff.de iure fiſci.⁊ per predicta etiam videre
tur ꝙ duret etiam vitium litigioſi inductū per ꝯteſtationē ⁊ in
terduȝ per citationē.l.fi.⁊ aut.ibi poſita.C.de litigio.qđ tenuit
gl.in.l.properādum.§.j.C.de iudi.❡Sed certe iſtud vr̃ verū q̃
tenus vitium litigioſi afficit perſonam qꝛ inducit malam fideȝ.
ſȝ q̃tenus afficit rem ſm.l.fi.C.de litigio. vr̃ ꝙ effectus nō du
ret perempta inſtantia.vt eſt caſus notabilis ⁊ ſingularis in.l.
j.C.de preſcri.long.temp.❡Scđo caſu principali qñ querim⁹
de actis que pertinent ad litis deciſionē ⁊ veritatis indagineȝ
que Inno.hic appellat acta litis vel cauſe non iudicij.⁊ tunc cō
3 clude † ꝙ ſi ſunt atteſtationes recepte corā arbitris.an faciant
fidem corā iudice recurrendū eſt ad.c.preſentata.ĩ.e. ⁊ ad.l.fi.C.
de teſti.qꝛ faciunt fidem.ſed non ſimpliciter.ſed ſm diſtinctio
nē ibi poſitā.❡Si vero ſunt atteſtationes recepte coram iudi
ce.⁊ tunc aduerte qꝛ aut non fuerunt publicate: aut fuerunt pu
plicate.ſi non fuerunt publicate non faciunt fidem in illa inſtā
tia vt probat̃ in.l.geſta.cū ibi no.C.de re iudi.pñt tñ ſm Bart.
ibi publicari per eūdem iudicem vel ſucceſſorem.ſed nō ꝑ aliū.
⁊ ſic intelligitur qđ no.Inn.ĩ.eo.Alberi.ſed in.l.ij.iudicatū ſol
ui.ſimpliciter dixit ꝙ ſi petit̃ publicatio in alia inſtantia coraȝ
alio iudice poterit publicatio fieri.⁊ tunc probabunt per nota
ta in.c.Alberi.⁊ iſta pars videt̃ equior ⁊ magis conſona iuri di
cēti ꝓbationū facultatem non eſſe anguſtandā ſȝ poti⁹ ampliā
dam.l.qm̄.C.de here.do.tñ Ant.hic videt̃ limitare hoc proce
dere qñ pars contra quā atteſtationes producantur non cōtra
dicit.ſed ſi ꝯtradicat.⁊ nolit ſtari dictis atteſtationibus.nec du
plicari velit ſed ꝙ de nouo producantur tunc de nouo debebūt
produci.per id quod habet̃ in.c.cum cām.ĩ.eo.⁊ hoc poteſt to
lerari qñ teſtes viuūt ⁊ ſic poſſunt reproduci. ſȝ vbi eſſent mor
tui vel adeo in longinquis partibus qđ non poſſent reproduci
tunc vr̃ ꝙ procedat dictum Bar.in.d.l.ij.iud.ſolui.❡Interdū
auteȝ atteſtationes fuerunt publicate in prima inſtantia.⁊ tūc
faciunt fidē in alia inſtantia inter eaſdem pſonas ſi ex eadē cau
ſa agatur ⁊ ad idē per ea que habentur in.c.vltimo.ŝ.ti.j.⁊ etiā
hic nec erit neceſſe teſtes iterato ꝓducere ēt ſi aduerſarius hoc
petat ⁊ teſtes viuant. iuxta.c.preſentata.ĩ.eo.qꝛ hoc non hȝ lo
cū quādo corā iudice teſtes fuerunt recepti . ſed coram arbitro
vt voluit Bar.poſt Jac.de But.in.d.l.ij.iudi.ſol.lȝ gl. ſenſerit
contrariū ⁊ non bene in.l.ꝓperandū.ad fi.C.de iudi.An aūt ta
les atteſtationes habeant nocere alijs vel ꝓdeſſe. Uel circa aliā
rem. Conclude ꝙ habent nocere nedum perſonis inter q̃s ſunt
recepte.ſȝ ēt ſucceſſoribus earum.l.ſi mater.§.fi.ff.de excep. rei
iudi.⁊ nedum in ipſa re de qua agitur ſȝ ēt in eius acceſſoria.iđ
atteſtationes recepte ſuper matrimonio habebunt ēt prodeſſe
ſuper legitimatione filiorū.ĩ.qui fi.ſunt legi.cām.❡An aūt ha
beant preiudicare alijs perſonis vel in alijs rebus ⁊ ſilr ꝓdeſſe.
Conclude ꝙ in illis caſibus in quibus ſi ſnīa fuiſſet lata habe
ret nocere vel prodeſſe in illis etiam habebūt prodeſſe ⁊ nocere
atteſtationes eadē rōne.vt notabiliter hic dixit Inn.⁊ ſequitur
etiam Bar.in.d.l.ſi mater.§.fi. In quibus autem caſib⁹ habeat
ſnīa alteri nocere vel prodeſſe plene no.in.c.quamuis.ĩ.de re iu
di.⁊ in.l.ſepe.ff.de re iudica.Et per hoc pȝ ꝙ qꝛ ſnīa lata ī ſum
mario iudicio.non preiudicat in plenario.ĩ.e.veniens.⁊.l.pe.ff.
de his qui ſunt ſui iuris.ita nec atteſtationes.qđ notabiliter li
mitat Jaſon.in.l.ab hoſtibus.§.ſed qui ſimpliciter.ff. ex qui.
cau.maior.procedere quando ꝓbatiōes ſummarie ſunt recepte
in ſummario iudicio.ſecus ſi fuiſſent plenarie recepte ſicut con
ſueuerunt recipi in plenario.nam lȝ ad hoc non artaretur pars
tñ ſi hoc fecit proderunt etiā in plenario qđ eſt ſingulariter no
tandum. ❡ Item videtur predicta vera in atteſtationib⁹ ſȝ
confeſſio facta in ſummario iudicio.vr̃ plene probare etiam in
plenario.inter eaſdem perſonas per id qđ no. Inn.in.c.cum di
lectus.de ordi.cogni.nam vt hic dicit.d.Ant.confeſſio de ſe nō
exigit telam ordinariā iudicij.ſed ſufficit ꝙ fiat coraȝ iudice.cō
4 petenti.❡†Et per hoc etiam videtur ꝙ confeſſio facta in ciui
li deſcendente ex crimine preiudicet etiā poſtea in criminali.vt
ēt voluit Spe.in tit.de confeſſ.in.§.nūc videndū.ad fi. ❡Per
ꝑdicta etiam patet ꝙ in caſibus in quibus ſnīa lata in ciuili ꝑiu
dicat in criminali.In illis etiā videtur ꝙ atteſtationes ꝑiudi
cent.vt etiā voluit Bar.in.l.ij.§.j.ff.vi bo.rap.⁊ ſic ſicut ſi ſentē
tia fertur abſolutoria tanꝗ̄ delictum non ſit commiſſum,ꝑiudi
cat in criminali.ita etiā ſi per teſtes probatū erat delictū nō cō
miſſum per reum accuſatū.ſed vbi ſententia lata in ciuili nō ꝑ
iudicaret in criminali.vt qꝛ eſt condemnatoria. tunc probatio
nes facte in ciuili per teſtes non probabunt in criminali in qua
clariores ꝓbationes exiguntur.❡Sed an econtra ꝓbationes
in criminali preiudicabunt in ciuili videt̃ ꝙ non ex quo ad aliū
finem agit̃.ĩ.e.veniens.⁊ ꝑ not.per gl.⁊ Inno.ŝ.de ordi.cogni.
in.c.ij.⁊.c.fi.Sed Bar.notabiliter in.d.l.ij.§.j. tenuit cōtrariuȝ
quia ex quo primū iudicium fuit plenariū,imo magis plenūꝗ̄
ſcđm ſuper eodem inter eaſdem pſonas debent dicte probatio
nes nocere in cauſa ciuili per id qđ habet̃ in.l. qui rome.§. duo
fratres.de verbo.obliga.cū ibi not.vbi vr̃ notari ꝙ ſnīa lata ſu
per exceptione ſi plenarie fuit facta diſcuſſio habet nocere ī via
agendi.⁊ per hoc reſpondet ad.c.veniens.ĩ.e. ⁊ ad no.in.d.c.ij.
⁊ fi.qꝛ loquunt̃ qñ primū iudiciū fuit ſummariū ⁊ ſecundum eſt
plenariū.⁊ ita videtur velle Innoc.in.d.c.fi.qđ diligenter not.
qꝛ eſt notabilis limitatio ad no.in.c.ij.⁊ fi.⁊ per hec habes expe
ditam iſtam materiam clarius ꝗ̄ hic tangat do.Ant.❡Ultio
5 adde ꝙ† lȝ inſtantia de iure canonico non pereat lapſu tempo
ris tñ perimi pñt propter interlocutoriā latam ab obſeruatio
ne iudicij forte propter ineptam petitionem ſȝ ea que habent̃
in.c.examinata.ŝ.de iudici.⁊ tñ hoc caſu acta cauſe vel litis ⁊ ſic
tendentia ad deciſionem negotij proderunt in alia inſtantia in
ter eaſdem perſonas ſm Hoſt.qđ eſt diligenter notandū.❡Et
adde ēt ꝙ lȝ corā ſucceſſore in eadē inſtantia non ſint actuali
ter ꝓducta acta,poterit tñ ſucceſſor eiſdem actis iudicare,lȝ de
cautela ſit ꝙ producantur vt voluit ſentire Bar.in.l.ij.C.de edē.
⁊ Bal.ibi expreſſius hoc dicit veȝ ꝗ̄ de neceſſitate non ſit ficda
dicta productio.⁊ ſic alias de facto obtinui,lȝ multi contradice
rent.tamen vt dixi ad omne dubium tollenduȝ de conſilio ⁊ de
cautela eſt quod producantur.

1 ☞ Habilitatus ad aliquē actum reſpectu vnius impedimē
ti cenſetur habilitatus ſi alia ceſſent impedimenta.
2 Teſtificari an poſſit quilibet de vniuerſitate in cauſa vniuerſi
tatis.
3 Teſtificari an poſſit canonicus pro cōcanonico.

Cum nūtius. Clericus eccleſie in cauſa ipſius eccleſie admittitur in teſtem: dummodo alias ſit idoneus hoc dicit. Et poteſt dici ꝙ ponitur deciſa conſultatio.⁊ in ſecun
1 da rñſio.ſecūda ibi:nō lateat.❡†No.ꝙ habilitatus ad aliquē
actum reſpectu vnius impedimenti cenſetur habilitatus ſi alia
ceſſent ipedimenta.⁊ ideo non operatur habilitatio ſi aliud im
pedimentum ſubeſſet.Facit quod habetur in.§.affinitatis.in
ſti.de nup.⁊ in.l.⁊ ſi nō lex.ff.de heredi inſti.⁊ facit qđ habet̃ in
c.ſtatutum.in prin.in verbo canonicis de reſcrip.in.vi.⁊ de pre
ben.non poteſt.eo.li.⁊ ideo ſi hic fuiſſet infamis vel excōicatus



Ayuntamiento de Madrid

repelleretur.ꝛ idem ſi in propria perſona ageret cauſam eccle-
2 ſie.ſ.e.in.c.inſuper.⸿† Jn gl.j.ibi ꝓ inuito de vniuerſitate, ꝛc.
Et ſic concludit gl.ꝙ in cauſa vniuerſitatis.poteſt quilibet de
vniuerſitate teſtificari ſi aliud non impediat intellige hoc veruꝫ
in his que aguntur intra ipſam vniuerſitatem ꝛ capitulū ꝛ que
per alios de facili ꝓbari non poſſent vt.ī.eo.veniens. ad fi.ꝛ ibi
no.ſi vero queritur de his que fiunt extra vniuerſitatem vel ca-
pitulum tunc aut nullū cōmodū venit applicanduꝫ ſingulis vt
ſingulis ſed ſolū vniuerſitati.ꝛ tunc admittiť vt.l.intantum al-
legata in gl. Jnterdū aūt venit applicandum ex cā vniuerſitatis
aliquod commodū ſingulis de vniuerſitate.ꝛ tunc nō admitti-
tur ad teſtimoniū ſinguli de vniuerſitate per.l.oīb⁹.ꝛ ibi ꝑ [illegible]
C.e.ꝛ ideo ſi queſtio eſt de paſcuis vel nemoribus vniuerſitatis
ſi vtilitas que percipiť ex illis applicatur vniuerſitati vt vniuer-
ſitati poterunt teſtificari illi de vniuerſitate.ſed ſi applicareť ēt
ſingulis vt qꝛ cuilibet eſſet licitū ſcindere ligna per [illegible] vel facere
ſuas beſtias paſculari per ſe.tunc nō admitterenť. Dixit tamē
archi.xiiij.q.ij.ſuper prudentia ꝙ licet in cā vniuerſitatis admit
tantur ſinguli.tñ nō oīno eis plena fides adhibebitur qḋ dictū
do.Ant.dicit procedere quo ad vniuerſitatem ſecularem.ſed in
cauſa eccleſie ſecus.nam ſm eum plus ſpectat res vniuerſitatis
ad ſingulos ꝙ̄ res eccleſie. Sed certe non video bonam rōnem
diuerſitatis qñ cōmodum applicari dꝫ vniuerſitati.ideo poſſet
dici ꝙ vbi plures ꝙ̄ duo teſtes poſſent haberi.tunc duo nō ſuf-
ficiant ꝓpter id qḋ dixit archi.ſed vbi alias non poſſent haberi
niſi duo forte ꝓpter magnā antiquitatē facti, tunc in ſubſidiuꝫ
ēt ſtetur duobus.ex quo cōmodum venit applicandum vniuer
ſitati,vt vniuerſitati.facit qḋ no.Bar.in.l.de minore.§.tormen-
ta.ff.de queſtio.⸿ Jn ea.gl.ibi non tangunt.nā quod dictū eſt
ſupra de filio loquitur de filio carnali. Jtē.c.fi.de poſtu.loqť qñ
qs ſpōte ſuſcipit offm̄ ꝓcuratoris vel aduocatiōis ꝯ eccľiaꝫ.ſed
offm̄ teſtificandi fit in inuitum vt etiā not.in.c.veniens.ad fin.ī.
eo.ꝛ iō hec ſcḋa opi.vř vera quā limitat Jnno.procedere ī ſub-
ſidium vbi alij teſtes non poſſent haberi.alias non deberent co
gi.Hoſt.tñ dicit ꝙ ſi tales clerici eſſent liberti eccleſie. quia illi
ſunt magis a[illegible]cti.vt.ſ.de ſeruis non ord.c. libertius ꝛ in.c.ij.
3 de ſucceſ.ab inteſt.indiſtincte non poterunt cogi.⸿† An autē
canonicus teſtificari poſſit pro canonico gl.dixit quod ſic.xiiij.
q.ij.ſuper prudentia.qḋ intelligit hic.d.Ant. quando ſimul nō
cohabitant.qꝛ tunc non dicunť domeſtici.alias ſecus facit.l. ēt
cū ibi no.C.de teſti.⸿ An autē ſi vnus de vniuerſitate accuſat
extraneum.ceteri de vniuerſitate repellanť a teſtimonio tenue-
runt aliqui ꝙ ſic vt.xiiij.q.ij.ſuper prudentia.ſed Spe.in tit.de
teſte.§.j,ver.ſed nunquid in cauſa dicit hoc verum niſi in ſubſi-
dium.Sed Jo.and.dicit quod hec opi.poteſt procedere quan
do vniuerſitas eſt adeo parua quod illi de vniuerſitate cadūt in
nomine domeſticorum alias ſecus ſecundum eum.

1 ☞ Exceptio criminis repellit a teſtificando.
2 Exceptio que opponitur ꝯ teſtes an ſtatim debeat admitti.
3 Crimen contra teſtem probatum repellit teſtem etiam ſi de tali
crimine fuerit condemnatus.

a SUper co. Crimen[a] qḋ contra teſtem pro-
batur repellit teſtem etiam ſi de
tali crimine non fuerit condemnatus.h.d.Et in pri
ma conſultatio.in ſecunda reſponſio.ſecunda ibi:ta-
1 liter reſpondemus.⸿† Nota.j.ꝙ crimen repellit a teſtificando
etiam in ciuili.lꝫ aľs is contra quem opponitur non fuerit cōfeſ
ſus vel conuictus.ꝛ intellige hoc verum de iure canonico. nam
ſecus de iure ciuili ſꝫ ꝙ non repellitur teſtis . niſi obijciatur cri
men ex quo reddatur infamis.l.iij.§.l.iul.ff.de teſti. Jtem intel
lige hoc verum ſm alanum ꝛ Vincē.qñ eſt tale crimen qḋ repel-
leret a promotione.ꝛ ſic qñ eſt graue ſeu enorme ſm no.ſ.de tē.
ordi.ex tenore.ꝛ facit qḋ habetur.ī.de iureiur.ſicut noſtris.ꝛ qḋ
2 no.glo.ī.e.intimauit.⸿ An † autem hec exceptio que obijciť
contra teſtes ſtatim debeat admitti ꝛ ſimiliter eius probatio.
an vero debeat differri in tempus diſputationis.plene dictum
3 fuit.ſ.c.ex parte ade.⸿† Jn gl.prima ibi damnatus tantū ſup
ple ex tali crimine ex quo ſequatur infamia vt contingit in dam
nato de furto.l.non pōt.ff.de furtis.Secus ſi eēt damnatus de
alio crimine ex quo non efficeretur infamis. qꝛ tūc nō repellere
tur ſm leges.ꝛ idem ſi non eſſet cōdēna[illegible]us de furto,qꝛ tunc nō
eſt infamis infamia iuris ante ſñīam.ideo tunc ſm leges nō re-
pelleretur. Si vero eſſet crimen qḋ induceret infamiā iuris an-
te ſententiam vt qꝛ cum beſtijs quis pugnaſſet. tunc repelleret
etiam non ſecuta ſententia etiam ſm leges vt pꝫ in.d.§. item.l.
iulia,ꝛ ſic pꝫ ꝙ leges non ſimpliciter repellunt teſtes rōne cri-
minis.ſed rōne infamie iuris.Secus ſm canones.vt hic pꝫ.ꝛ.ī.
eo.teſtimoniū.ꝛ ſic videtur ꝙ in foro ciuili ſeruari debent leges
ꝛ in foro eccleſiaſtico canones ſaluo niſi eſſemus in terris eccle-
ſie. quia tunc in vtroqꝫ foro ſeruari deberent canones . ꝑ not.ꝑ

a ⸿ Crimē. idē ſummat ſ.d.Abb.ꝛ d.Fel. vide eos.

gl.in.c.ij.de arbi.in.vj.
1 ☞ Accuſare qui non poteſt: non poteſt teſtificari ꝛ econtra.
2 Accuſare poteſt laicus clericum proſequendo ſuam vel ſuoruꝫ
iniuriam.
3 Jniuriam ſuam vel ſuorum proſequi quando dicatur quis.

DEcetero laicos. Laicus ī cā crimi-
nali non teſtificať
contra clericū accuſat,tñ eum pro ſua vel ſuorū iniu-
ria.hoc.d.ꝛ primo ponit regulā. ſcḋo ab illa excipit.
tertio exceptionē determinat.ſecūda ibi:niſi tertia ibi:nec tūc.
1 ⸿† Nota primo laicum regulariter repelli ab accuſando cleri-
cum ꝛ teſtificando cōtra ipſum.ꝛ nota ꝙ regulariter qui nō po-
teſt accuſare non poteſt etiam teſtificari ꝛ ecōtra.ꝛ ſic de vno ad
2 aliud argui poteſt.⸿† Jtē no.ꝙ vbi laicus proſequiť ſuam vel
ſuorum iniuriam poteſt clericum accuſare.lꝫ non poſſit tunc te-
ſtificari ne in cā propria teſtificetur contra id qḋ habeť.iiij.q.iij.
verſi.item nullus.⸿ Et no.ꝙ etiam iura canonica videnť fauere
re ꝓſequēti ſuā iniuriā vindicare.qḋ intellige vt no.gloſſ.in.c.ſi
quis contriſtatus.xc.diſtin.quia hoc videntur verum dūmodo
3 remittat rancorē.vt ibi not.⸿† Qñ aūt dicatur quis proſequi
ſuā vel ſuorū iniuriā,refert Jo.an.hic multas opi.Potes dice
re ꝙ quo ad materiam iſtā ſui dicunť qui habentur in.l.j.ꝛ.ij.ff.
de accu.ꝛ etiaꝫ illi pro quibus quis poteſt agere ſine mandato,
de quibus in.l.ſed ꝛ hec.ff.de procu.ꝛ.ſ.de reſcrip.nōnulli.ꝛ de
quibus etiam habeť in.l.j.cum ſequenti.ff.de poſtu.ꝛ etiam illi
contra quos quis nō cogatur dicere teſtimonium de quibus in
lege iulia.ff.de teſti.ꝛ per gl.in.l.pe.C.ad turpi.⸿ Jtē aduerte
quia hic loquitur in cauſa criminali.ſecus vř in ciuili etiam de-
ſcendēte ex crimine.quia tunc poteſt laicus teſtificari contra cle
ricum.ſ.eodem.c.iij.cum ibi not.ꝛ.ī.eodem.tam literis. ⸿ Jn
glo.ſecunda.in fin.ꝛ de materia etiam in tex.ꝛ gl.in.c.per tuas.
ī.de ſimo.ꝛ.ij.q.vij.in ſumma.

1 ☞ Productionem quartam teſtium fieri non licet ſine ſolen
nitate legali.ꝛ nu.4.ꝛ.5.
2 Productioni teſtium renuntiās an poſſit poſtea producere.
3 Productioni teſtium renuntians in cauſa principali an ſibi ꝑ-
iudicet in cauſa appellationis.

IN cauſis. Jn cauſis poſſunt fieri tres pro
ductiones.quarta autē fieri nō
poteſt abſqꝫ ſolēnitate legali.h.d.ꝛ ſunt due partes
ſicut ſunt duo principalia dicta.Scḋa ibi:ꝛ ſup.Pri
ma poteſt ſubdiuidi qꝛ prima ponit dictum.ſecunda exceptio-
nem ad illam.ſcḋa ibi:niſi.⸿ Jn tex.ibi eccleſiaſticis.i.q̄ in fo-
ro eccleſiaſtico tractantur. ꝛ ſic quod ſequitur intelligetur qñ
in foro ciuili.i.ſeculari vel intellige eccleſiaſticis.i.ſpūalibus vř
criminalibus ꝛ ſic quod ſequitur intelligetur de temporalibus
ꝛ qñ ciuiliter.ꝛ non criminaliter agitur ꝛ quelibet expoſitio in
ſe bona.tñ prima eſt planior.⸿ Jn tex.ibi expreſſe ď qua habe
tur.ī.eo.vltra tertiam.ꝛ in.§.quia vero multi.in auť.de teſt.col
la.vij.⸿ Jn tex. ibi publicata quaſi velit ꝙ ante publicationeꝫ
non eſt diſputandum.ꝛ hoc dubium remouet iſte tex.ſm doct.
1 ⸿† No.ꝙ non eſt licitum vltra tertiam ꝓductionē facere ꝗuar
tā abſqꝫ ſolēnitate legali.⸿ Jtē not.ꝙ diſputatio ſup atteſta-
tiōibus debet differri in tēpus publicatiōis.⸿ Jn gl.j. ibi fini
ta prima dilatione. ⸿ Et aduerte qꝛ prima dilatio datur cum
leui cauſe cognitione. nam ſufficit qḋ iudex videat ſuper q̄ ꝑs
vult ꝓbare vt ſic videat an ſit articulus pertinens. ꝛ debent ēt
videre quo loco vult probationes adducere.vt ſic poſſit arbitra
ri quantum tempus habeat dare ad probandum. Jtem conſide
rabit an calumnie cauſa petatur.nam poſſet ſi ſuſpicareť de ma
litia cogere eum ad preſtandū iuramentū malitie per id qḋ ha-
betur in.c.ij.de iur.calum.in.vj.ꝛ quantum tp̄s habeat arbitra-
ri in danda dilatione colligitur ex.c.j.C.de dila.ꝛ ſi labatur pri-
ma dilatio ad probandum non dꝫ dari ſecūda.qꝛ intelligiť fuiſ
ſe peremptoria lꝫ ſit prima ex quo data eſt ad probandū.l.ſi.ff.
de fer.ꝛ ibi hoc tenet Bar.ꝛ ēt Spe.in ti.de dila.§.videndū.v.
qd ſi data.ꝛ ſic non eſt vis.an hoc caſu exprimatur verbū ꝑem-
ptorie vel non.lꝫ do.An.hic aliter ſentiat.ꝛ not.bene ꝛ intelli-
ge predicta niſi quis prebet ſe impeditum in prima dilatione.
qꝛ tunc dabiť ſecunda dilatio probato de impedimento ꝛ ſi con
tingeret impedimentuꝫ ēt in ſecunda poterit dari tertia docto
de impedimento.quarta autem non dabitur etiaꝫ docto de im
pedimento niſi cum ſolēnitate de qua habeť.ī.e.vltra tertiam ꝛ
hoc videtur intelligendum quando aliqui teſtes fuerunt ꝓdu-
cti in precedentibus dilationibus ꝛ examinati.Si aūt non fuiſ
ſent aliqui producti.vel licet fuiſſent ꝓducti nō tñ fuiſſent exa
minati propter impedimentum.videtur ꝙ quarta debeat dari
eo modo quo ꝛ tertia.qꝛ tunc proprie nō adaptatur ſolēnitas.
c.vltra tertiaꝫ ex quo tempore petite quarte dilationis nulli te
ſtes erant examinati.facit qḋ not.Bartol.in auť. at q ſemel.C.
de proba.

Ayuntamiento de Madrid

2 de proba. ¶ In ea.gl.ibi qꝛ non poſſet poſtea. No. diligēter ex
glo.ꝙ vbi quis renuntiat ꝓductioni teſtiū:etiā ſi id fiat in ſecū-
da vel prima dilatione:nō pōt poſtea producere teſtes. Aliqui
tñ dicūt vt hic refert Inn.ꝙ poſſet poſtea fieri productio cum
ſolēnitate.c.vltra tertiā.per id qḋ habetur in.§.qꝛ vero multi,in
auṫ.de teſtibus.vbi demū videṫ prohibere productionē teſtiū quā-
do renūtiatū eſt productioni teſtiū,⁊ facta eſt teſtiū publicatio:
nā tūc poſtea nō admittiṫ alia ſine ſolēnitate de qua ibi. ¶ Sꝫ
iſta opi.nō videṫ bona.per ea que habētur in.c.de teſtibus.j.e.
⁊ qꝛ licitū eſt iuri ſuo renuntiare.j.de regularibus.ad apoſtoli-
cā.⁊ ideo melioꝛ videṫ opi.gl.quam ſequiṫ Bar.in.d.auṫ.at q
ſemel.limitat tñ hoc procedere niſi quis vellet producere teſtes
quos ignorabat ſe poſſe producere tempoꝛe renūtiationis.ſed
poſtea ad eius notitiam deuenerunt.qꝛ dicta renūtiatio nō tra
3 hitur in dubio ad ignoꝛata.l.mater.ff.de inoff.teſt. ¶ † An aūt
tem renuntiatio facta in cā principali noceat etiā in cauſa ap-
pellationis. Dic ꝙ non:niſi expꝛeſſe aliud ſit dictū,⁊ ſic renun-
tiatio in dubio reſtringeṫ ad eandē inſtantiā.per id qḋ habeṫ.j.
eo.fraternitatis.⁊ no.Inn.j.e.cū veniſſet. Si aūt cōcluſum ſit
in cā non eſt dubiū ꝙ poſtea non poſſunt ꝓduci teſtes:qꝛ nec ēt
inſtrumēta per id qḋ habetur in.c.cū dilect⁹.j.de fi.inſtru. ⁊ ſic
ꝙ dicit tex.in.d.§.qꝛ vero.de concluſione debet intelligi ꝓ re-
nuntiatione.vt ibi voluit gl.lꝫ pꝛopꝛie ſumpto vocabulo diffe-
rat concluſio a renūtiatiōe.vt ptꝫ ex no.ſ.de cā poſ.paſtoꝛalis.
nec ob.pꝛedictis inquātū dixi de renūtiatiōe qḋ habetur in. d.
§.qꝛ vero.qꝛ non debet ibi ſumi argumētuꝫ a cōtrario ſenſu ne
reſultet iuri cōtrarius intellect⁹ qui habetur in illo.c. de teſti-
bus.j.eo.per id qḋ no.in.l.ij.C.de condi.inſer.⁊ per gl.in.c.j.de
eta.⁊ quali.in.vj. An aūt ſola publicatio atteſtationum ſi non
apparet aliter eſſe didicita teſtificata impediat teſtiū ꝓductio-
nē tangeṫ.j.eo.in.c.fraternitatis.⁊ tāgiṫ per Bar.in dicta auṫ.
4 at qui ſemel. ¶ † In ea.gl.ibi vel dic ꝙ tertia. iſtā expoſitionē
tenuit Bar.in dicta auṫ.at qui ſemel,tanꝙ magis litere confoꝛ
mē ⁊ q̃ magis cōſonat textui in.d.§.qꝛ vo.⁊ Inn.etiā hic vult il
lā eſſe magis de mēte.d.§.qꝛ vo. ⁊ eſt rō ſm Bar.qꝛ qñ ſunt fa
cte tres productiones teſtiū etiā in eadē dilatione:ſi tunc vult
facere quartā quaſi ſuſpicaṫ ius ꝙ foꝛte illā facit:qꝛ didicit teſti
ficata.⁊ videt ſe plene nō pꝛobare.⁊ ideo ad tollendum dictam
pꝛeſumptionē iura voluerūt ꝙ non admittatur quarta produ-
ctio:niſi ſeruata ſolennitate.c.vltra tertiā.⁊ intellige quando
teſtes fuerunt producti ⁊ examinati in pꝛecedētibus productio
nib⁹.alˀs nō adaptareṫ ſolēnitas.d.c.vt dixit Bar.in.d. auṫ. at
qui ſemel.⁊ hāc opi.credo eſſe de iure veram.vt quarta produ-
ctio nō poſſit fieri ſine ſolēnitate legali ſiue illa petatur in pri-
ma dilatione:ſiue in ſecūda:ſiue in tertia.tñ vt dicit gl.de cōſue-
tudine ſeruatur ꝙ etiā quarta pꝛoductio fit abſqꝫ ſolēnitate le
5 gali infra eandē dilationē. ¶ † Extra gl.eſt aduertēdum qꝛ tā-
git hic Inn.an ſi detur quarta pꝛoductio ſine ſolēnitate legali
valeat necne.⁊ recitat tres opi. Una fuit ꝙ nō quaſi factū ſit cō
tra ius.x.di.in.c.vides. Secunda fuit ꝙ valeat: niſi fuerit ap-
pellatū.tertia fuit ꝙ valeat etiā ſi fuerit appellatū ſalua niſi fue
rit renuntiatū vel cōcluſum in cā.⁊ editio atteſtationū facta al
teri parti per id qḋ habeṫ in.§.qꝛ vero multi.in auṫ.de teſti.⁊ ſic
ſm iſtos.vt refert Innocan.vbi pꝛedicta nō interueniunt non
videṫ neceſſaria dicta ſolēnitas.vbi aūt pꝛedicta interueniūt in
pꝛima dilatiōe tūc videṫ ꝙ nō dabitur ſcḋa ſine ſolēnitate. de
qua hic loqtur.⁊ ſimiliter ſi interueniat in ſecūda.nō dabiṫ ter
tia ſine dicta ſolēnitate:qꝛ eadē ratio videṫ que in quarta. ⁊ ſic
idem ius.per.c.ij.ſ.de tranſla.⁊.ſic videṫ velle Inn. ꝙ licet ſit
renūciatū vel cōcluſum in cauſa:tñ dari debeat quarta ꝓductio
cum ſolēnitate legali. ¶ Sed certe hoc nō videṫ verū : qꝛ poſt
cōcluſionē in cā,nō admittūtur pꝛobationes.j.de fi.inſtrumen.
cū dilectus.⁊ etiā qñ renuntiatū eſt ꝓductioni teſtiū:non viden
tur poſſe teſtes pꝛoduci.j.eo.de teſtibus.ideo Bart. in.d. auṫ.
at qui ſemel.C.de pꝛoba.dicit ꝙ vbi renuntiatū eſt productiōi
teſtiū vel cōcluſum in cā.⁊ teſtes ſunt publicati:tūc non admit-
tetur quarta ꝓductio etiā cū ſolēnitate legali. ⁊ ſi admittatur
erit nulla etiā citra appellationē.per tex.in.d.§.qꝛ vero.vbi lite
ra dicit,oīno tunc nō cōcedi ꝓductionē. Si aūt nō ſit facta pu-
blicatio ſaltē teſtiū ex parte petētis teſtiū productionē:ſupple
nec ſit renūtiatū vel cōcluſum in cauſa:tūc nō debet dari quar
ta ſine ſolēnitate legali.⁊ ſic videtur loqui dictus.§.qꝛ vero.ſi be
ne aduertaṫ.⁊ ſic ptꝫ ꝙ nō dicit illud qḋ dicit Inn.ſꝫ poti⁹ op-
poſitū.⁊ videṫ etiā ꝙ hoc caſu ſi deṫ quarta ſine ſolēnitate pꝛe-
dicta nō valeat cū id fieri non debeat de iure.vt in.c.vltra tertiā
vbi aūt qs didiciſſet teſtificata:tūc clarū eſt ꝙ nedū quarta pro
ductio ſꝫ nec etiā ſecūda vel tertia.ſuper eiſdē capitulis cōce-
deretur.vt.d.§.qꝛ vero.in ver.illud.ad fi. ¶ Itē aduerte qꝛ fa-
cit Inn.hic differētiā an dilatio ad pꝛobādum:ſit data perem-
ptoꝛie an non quod ſequitur do.Anto.vt.ſ.dixi. ¶ Sed nō vi
detur procedere.per id qḋ.ſ.dixi.qꝛ in dubio intelligiṫ pempto
ria etiā ſi nō expꝛimaṫ.ſecus in dilatione expectatoꝛia vt qñ da
tur dilatio ad cōparendū vel ad allegandum:qꝛ tunc non intel-
ligitur peremptoꝛia:niſi hoc expꝛimatur vel niſi tres emanent
dilationes.vt no.in.c.de illicita.xxiiij.q.iij.⁊.l.tres denūtiatio-
nes.C.quomodo ⁊ qñ iudex.⁊ per Bar.in.l.ſi finita.§.iulianus
de dā.infec. ¶ Item inquātum dixi pꝛimā dilationē dari cum
leui cauſe cognitione ⁊ non ſecundam.qꝛ in illa requiriṫ etiam
pꝛobatio impedimēti procedit in ciuili.ſed in criminali cum le
ui cauſe cognitione dātur due accuſatoꝛi ⁊ tres reo.l.ſi. ⁊ ibi de
materia per Bar.ff.de ferijs. ¶ Ultimo attēde vt dixit Inn.ꝙ
iudex debet arbitrari taliter tēpus dilationū ꝙ nō excedāt tē-
pus datum a iure.de quo in.l.j.C.de dila. Uel ab homine iuxta
decretalem.de cauſis.de offi.delega.

1 ¶ Teſtes actoꝛis qñ contrariantur teſtibus rei circa actum
reiterabilem reduci debēt teſtes ad concoꝛdiam per actus mul
tiplicationem.
2 Uniuerſitas vt vniuerſitas excōicari non poteſt.
3 Appellans ſecūdo ab eodem grauamine non videtur a pꝛima
recedere.
4 Teſtes reducendi ſunt ad cōcoꝛdiā ſi cōtrariantṫ adinuicem qñ
ſunt hinc ⁊ inde pares.x.ui.j.

a **Cum tu fili pꝛepoſite.** Si fie-
ri poteſt
concoꝛdanda ſunt dicta teſtiū que vidētur eſſe cōtra
ria.h.d. Et in pꝛima ponit factū deciſe. In ſecunda
1 diffinit.ſecunda ibi cum cōſtet. ¶ † No.ꝙ vbi teſtes actoꝛis cō
trariātur teſtibus rei circa actum reiterabilē reduci debent te-
ſtes ad concoꝛdiā per actus multiplicationē.facit qḋ habetur
in.l.ij.§.deinde exactus.ff.de oꝛig.iur. ¶ Et no.ꝙ non ſoluꝫ vi
dentur reducēdi ad concoꝛdiam vt euitent reatus periurium ⁊
falſitatem.ſed etiam vt pꝛobent vt hic videtur eſſe caſus ſingu
laris ⁊ no.intelligendo ꝙ canonici eſſent actoꝛes.⁊ petebāt ex
cōicationem contra eos per archiepiſcopū latā pꝛonūtiari nul
lam tanꝙ latam poſt appellati.legitimam pꝛout intelligebat
Hoſt.qui dicebat ſe habuiſſe facti notitiam. ¶ Et no. diligen-
ter illud qḋ eſt dictū.qꝛ vṙ eſſe contra cōe dictū legiſtarum dicē
tium ꝙ teſtes poſſunt reduci ad concoꝛdiā ne incidant in fal-
ſum vel periuriū.ſed nō vt pꝛobent.vt no.Bar.in.l.j.C.de vſu-
fruc.⁊ Iac.de bu.in.l.cū de etate.ff.de pꝛob.⁊ facit qḋ no.Bar.
in.l.inter ſtipulantē.§.j.ff.de ver.obl.⁊ in.l.ij.§.ſi.ff.ſi cer. peta.
⁊ in.l.inſulam.§.j.ff.ſo.ma.⁊ per Iac.de bu.in.l.ſed ⁊ ſi poſſeſ-
ſoꝛi.§.itē ſi iurauero.ff.de iureiuran. ¶ Item no.ſm aliū intel
lectū pꝛout intelligatur ꝙ canonici erant rei ⁊ archieps actoꝛ
foꝛte qꝛ petebat ſuā ſententiā cōfirmari vel aggrauari cēſuram
ꝙ vbi ex pꝛobatione rei actoꝛis pꝛobatio reddiṫ dubia ferṫ ſen
tentia pꝛo reo.facit de reg.iur.cū ſint iura partiū.lib.vj. ¶ Itē
no.ꝙ in dubio benignioꝛ interpꝛetatio eſt aſſumēda. Et no.ꝙ
benignioꝛ dicitur per quā quis cōcluditur non ligatus ꝑ excōi-
2 cationem.facit qḋ habeṫ in.l.benignius.ff.de legib⁹. ¶ † Iteꝫ
no.ꝙ lꝫ vniuerſitas,vt vniuerſitas non poſſit excōicari.vt.j.de
ſen.excō romana.§.in vniuerſitatē.li.vj.tñ ſinguli de vniuerſita
te poſſunt excōicari.facit qḋ habetur in.c.ſi ſententia . de ſen.
3 excō.in.vj. ¶ † Itē no.ꝙ per ſecundā appellationē ab eodē gra
uamine nō videṫ quis recedere a pꝛima.de quo in cle.ſi antē.de
do.⁊ contu.⁊.j.de appel.dilecto.poſſes tñ dicere ꝙ lꝫ recederet
a pꝛima nō ꝓpter hoc confirmareṫ ſententia que fuiſſet nulla.
j.de ſen.excō.lꝫ.lib.vj.⁊ de reg.iur.nō firmatur.eo.li. ¶ In gl.
j.ibi pꝛo reo iudicari.⁊ ſic innuit gl.hic ⁊ in pꝛecedēti verſ. qḋ ħ
canonici erant rei.⁊ ſic intellexit ꝙ foꝛte archieps petebat ſen-
tentiā excōicatiōis ꝑ eū latā cōtra canonicos cōfirmari vel pete
bat aggrauari cenſurā cōtra eos tanꝙ nō ſeruātes excōicatio-
nē per eū latā:ſed Hoſt.qui dicit ſe facti habere notitiā intelli-
git ꝙ iſti canonici erāt actoꝛes.qꝛ petebāt ſententiā excōicatio
nis pꝛonuntiari nullā tanꝙ latā poſt appellationē legitimam
iſte intellect⁹ eſt notabilioꝛ.nā ſm iſtū intellectum hic erit ca-
ſus ꝙ teſtes reducātur ad cōcoꝛdiā nedū vt euitēt periuriū vṫ
falſum.ſed etiā vt pꝛobēt.ſed ſm pꝛecedētē intellectū non colli
geretur illud ꝙ reducantur ad cōcoꝛdiā vt pꝛobēt.de quo.j. di
cetur. ¶ In ea.gl.ibi propter periculum aīe.⁊ pꝛopter hoc po
teſt dici illud pꝛocedere in foꝛo penitentiali: qꝛ in dubio in illo
debet quis pꝛeſumere ſe ligatū.ſed ſecus videreṫ in foꝛo iudicia
li ⁊ contentioſo.in quo quis non pꝛeſumitur excōmunicatus
niſi pꝛobeṫ.qꝛ in illo ſm alle.⁊ pꝛobata debet pꝛocedi. l. illici-
tas.§.veritas.ff.de offi.pꝛeſidis.⁊ facit qḋ no.in.c.ſi ſacerdos.ḋ
offi.oꝛdi.⁊ de offi.dele.c.paſtoꝛalis.§.qꝛ vero. ¶ In ea.glo. ibi
qḋ pluries fuit appellatum.ſed certe etiā potuit eſſe quod plu-
ries fuit ſententiatū ⁊ vnica fuit appellatio quare ergo papa
non potius pꝛeſumpſit binam excommunicationem ⁊ vnicam
apppellationem mediam inter dictas excōicatiōes cū etiā tali

a ¶ Si fieri pt idē ſamant h.d. Abb. ⁊ d. Fely. ⁊ ſi q̄raṫ an idu biis ſitfaciē da benignioꝛ. interꝑtatio diſtigue hic ſm do. Dē.boych.

Ayuntamiento de Madrid

modo teſtes poſſent reduci ad cõcordiã: ſicut. preſumpſit binã
appellationẽ ꝛ vnicã ſniam latam inter dictas appellationes.
põt dici ꝙ forte iſti canonici celebrauerãt durãte excõicationẽ
allegata.ꝛ ſic fuiſſet irregularis ſi excõicatio tenuiſſet. ꝑ id. qḋ
habetur in.c.j.de ſen.excõ.in.vj.ꝛ ideo odio pene irregularita-
tis potius preſumpſit papa binã appellationẽ ꝛ per conſequẽs
ſententiã excõicationis fuiſſe nulla ꝙ̃ preſumeret binam ſen-
tentiã ꝛ per cõſequens excõicationẽ fuiſſe validã. Uel ſecundo
põt dici ꝙ cõmunius cõtingit iterari appellationẽ ꝙ̃ ſentẽtias
excõicationis.ꝛ ideo papa potius preſumpſit binã appellatio
nẽ tanꝙ̃ magis veriſimilẽ attento eo qḋ cõiter cõtingit tãꝙ̃ bi
nam ſententiã. facit de reg.iur. inſpicimus.lib.vj. Uel tertio pt
dici ꝙ ꝓbatio canonicoꝝ de ſe erat clara inquantum probaue-
rũt appellationẽ preceſſiſſe ſentẽtiã.ꝛ ideo cum probatio ar-
chiepi q̃ tendebat ad oppoſitũ in ſe eſſet dubiã.cũ poſſet itelli-
gi de ſentẽtia lata añ ſecũdã appellationẽ nõ inualidat proba-
tionẽ clarã actoris.ꝑ id qḋ ho.gl.in cle.vlti.de reſcri.ꝛ ꝑ bart.
in.l.nõ ſolũ.§.ſꝫ vt ꝓbarj.ff.de ope.no.nũ. Et ex predictis no.
ꝙ vbi pro cõcordia teſtiũ expedit preſumere multiplicationeꝫ
actus preſumimꝰ multiplicationẽ illiꝰ actꝰ q̃ reddit interp̃ta-
tionem benigniorẽ: vel qui eſt magis veriſimilis. ¶ Jtẽ aduer
te.qꝛ vt apparet ex p̃dictis tenẽdo ꝙ canonici hic eſſent acto-
res hic vr̃ colligi ꝙ nedũ reducunt̃ teſtes ad concordiã vt eui-
tent falſum vel periuriũ.ſꝫ etiã vt ꝓbẽt qḋ videt̃ cõtra dicta le
giſtarũ vt dixi in nota. ſed aduerte qꝛ dictũ legiſtarũ poteſt de-
4 fendi in aliqbus caſibꝰ. vt patebit ex.j.dicẽdis. ¶ † Jtẽ aduer
te,qꝛ vr̃ ꝙ teſtes ſunt reducẽdi ad cõcordiã ſi cõtrariantur adin
uicẽ qñ ſunt pares hinc ꝛ inde. nam ſecus videt̃ ſi plures ꝛ me-
liores eſſent pro vna parte. nam tunc illis videtur ſtandũ.ꝛ nõ
videtur fienda concordia. per decre.in noſtra.j.eo.ꝛ no.gl.nota.
in.c.cũ contingat.in.j.gl.de offi.dele.ꝛ idem ibi Jnnoc.ꝛ etiam
Bart.in.l.ij.§.fi.ff.ſi cer.pe. Sed do.Ant.hic dicit ꝙ de iure vi-
det̃ etiã hoc caſu fiendam concordiam per iſtũ tex. qui indiſtin-
cte loquitur: nec diſtinguit an eſſent pares hincinde.ꝛ ſic indi-
ſtincte debet intelligi.j.de priui.qꝛ circa.ꝛ in.l.de p̃tio.ff.de pu
bli. Jtem qꝛ etiã tunc videt̃ habere locum ratione.ſ. de reatu
periurij notẽtur: ergo eadẽ dꝫ eſſe iuris diſpoſitio,ſ. de trãſla.
in.c.ij. Et pro iſta parte videtur aliqualiter facere gl.j.eo.in.c.
noſtra. Forte in practica ſeruaret̃ opi. Jnno.ꝛ gl.d.c.cũ contin
gat. quam etiam ſequit̃ Bar. poſſet tñ dici ꝙ ſaltem fieri pote
rit cõcordia ne incidãt in falſum vel periuriũ.ꝛ ſic procedet qḋ
dicunt tũc cõiter legiſte nõ aũt ad finẽ vt illi pauciores ꝓbent.
¶ Jtem aduerte qꝛ dictũ legiſtarum etiam ſecundo modo po-
teſt ſaluari ſcꝫ quãdo plures contradicunt vni. nã reducẽtur ad
cõcordiam: ne ille vnus incidat in falſum: nõ aũt vt ꝓbet: qꝛ vox
vnius vox nulliꝰ.l.iuriſiurãdi.C.de teſti. canonizata.iiij.qõ.iij.
¶ Jtem tertio põt ſaluari quãdo vnus contradicit vni. nã tũc
neuter illoꝝ probat ex quo quilibet eſt ſolus. facit qḋ habetur
in ti.de teſte.§.iam de interrogatorijs.ver.quid ſi vnꝰ.ꝛ qḋ no.
Fede.in ſuo ꝯſi.clxij.ꝛ iſtas duas limitatiões ponit hic.d.ant.
¶ Et aduerte qꝛ videtur procedere iſta vltima qñ vnus produ
citur ab vna parte.ꝛ alius ab alia. ſed ſi ambo producerent̃ ab
eadem parte. videret̃ ꝙ poſſent reduci ad cõcordiã etiã vt pro
bent vt videt̃ voluiſſe Bar.in.l.inſulam.§.j.ff.ſol.ma.lꝫ.d.An
to, iſtud non teneat, imo ſimpliciter teneat oppoſitũ non facta
mẽtiõe de dicto Bar. ¶ Jtem quarto poteſt intelligi dictũ le
giſtarũ ſm do.Ant. qñ teſtes qui cõtrariãtur ſunt ꝑducti ab ea
dẽ parte: qꝛ tũc reddit̃ ꝓbatio dubia. ideo tũc ſolũ reducuntur
ad concordiam vt falſum euitent nõ vt ꝓbent. ſecus qñ a diuer
ſis partibus producũtur. ¶ Sed iſtud dictũ non placet: qꝛ lꝫ
in inſtrumẽtis cõtrarijs fiat diſtinctio an producãtur ab eadẽ
parte vel a diuerſa.j.de fi.inſtru.imputari.ꝛ C.de fi.inſtru.in.l.
ſcripture.tñ in teſtibꝰ dicta diſtinctio nõ adhibet̃.j.eod. in no-
ſtra.cum ibi no. ¶ Jtẽ quinto limitat do.Ant.dictũ legiſtarũ
procedere qñ poſſunt reduci ad cõcordiã ꝑ pricipiũ ꝛ finẽ actꝰ,
vt qꝛ aliq dicũt fuiſſe añ guerrã: alij poſt guerrã. nã põt intelligi
ante guerrã.ſ.finitã.ꝛ poſt guerrã.ſ.inchoatã. facit qḋ habetur
in.d.l.ij,§.fi.ff.ſi cer.pe.ꝛ in.d.l,inſulam.§.j. nã tunc reducuntur
ad concordiam vt euitent periuriũ ꝛ falſum nõ probent. ſecus
qñ poſſunt reduci ad concordiã per actus multiplicationem:
qꝛ tunc bene reducũtur etiã vt probẽt vt hic probatur. ꝛ eſt ra
tio diuerſitatis ſm eum. qꝛ illa verba ante guerraꝫ ſunt dubia,
qꝛ poſſunt intelligi ante guerrã.ſ.inchoatam ꝛ etiã ante guer-
ram ſcꝫ finitã.ꝛ ſimiliter illa verba poſt guerram, nã poſſunt in
telligi ſcꝫ inchoatã ꝛ etiã poſt finitam.ꝛ ideo tunc tanꝙ̃ dubia
non probant. ¶ Sed certe etiã qñ fit concordia per multiplica
tionẽ actus. verba ſunt ambigua. qꝛ ſi teſtes dicũt ꝙ excõmuni
catꝰ fuit añ appellationẽ poſſunt intelligi añ appellationẽ pri
mãitem añ ſcdãm.ꝛ ſimiliter ſi dicũt teſtes quem excõicatum
poſt appellationẽ põt intelligi ſcꝫ poſt primã appellationẽ.ꝛ
ſimiliter poſt ſecũdã.ꝛ ſic etiã hoc caſu dictum teſtis videt̃ eſſe
ambiguũ: cũ nõ poſſit referri ad diuerſa facta ꝛ ad diuerſas ex-
cõmunicatiões.ꝛ ſimiliter ad diuerſas appellationes.ꝛ ideo vi
detur ꝙ ſicut reducũtur ad concordiã per multiplicationẽ actꝰ
etiã quo ad finẽ vt probent. ita etiã videtur reducẽdi ad cõcor-
diam vt probẽt per principiũ ꝛ finẽ actꝰ. facit ꝙ no. Bar in.l.ij.
ff.ſi cer.pe. potes dicere ꝙ regulariter procedit dictũ legiſtarũ.
fallit vbi reduci poſſunt ad cõcordiã ſecundũ intellectum qui
ſit benignior: vel qui frequentius ꝛ cõmunius contingit. nam
tunc reducuntur ad concordiam etiam vt probent ꝛ ſic intelli-
gatur iſte tex. facit quod.ſ.dixi.in ver. poteſt dici ꝙ forte ꝛc.
Ubi autem vnus teſtis contradicit ſibijpſi: an debeat reduci ad
concordiã ſi fieri põt. dico ſic vt euitet falſum ꝛ ꝑiuriũ. argu-
mẽto huius tex.ꝛ eius quod notatur.j.eo in noſtra. nõ tñ vide
tur fieri concordia ad finẽ vt probet: qꝛ teſti varia ꝛ falſa loquẽ
ti nõ credit̃. facit.iiij.q.iij,§.item in criminali. ver.itẽ qui falſo
vel varie. ¶ Jtem aduerte ꝙ licet teſtes reducũtur ad concor-
diam adinuicẽ vt hic ptꝫ: nõ tamen reducuntur ad concordiam
cum dicto partis. vt notauit Jnn.in.c.cum cõtingat.ꝛ bart.in
d.l.ij.§.fi.ꝛ ideo ſi pars fecit articulũ ꝙ mutuauit titio.x. ante
guerrã.ꝛ teſtes dicũt de mutuo poſt guerrã: nihil probabunt in
fauorem partis. facit quod no. etiam Bar.in.d.l.inter ſtipulan
tẽ.§.j.de ver.ob. vbi etiã dixi de hac materia. ¶ Et ex predictis
5 etiã patet † ꝙ teſtes reducũtur ad cõcordiã. Quãdoqꝫ ꝑ actus
multiplicationẽ. vt hic patet. Quandoqꝫ per principiũ actus ꝛ
finẽ. vt patet ex notatis.in.d.l.ij.§.fi. ¶ Quãdoqꝫ per locutio
nẽ propriam ꝛ impropriam vt ſi aliqui teſtes dicant quod vide
runt titium poſſidere. Alij dicunt ꝙ viderũt ipſum detinere ta
lem rem. nam iſti vltimi proprie loquuntur primi improprie.
cum poſſeſſio ſit nomen iuris.ꝛ debeãt deponere de his q̃ ſunt
facti.j.eo.cum cauſam.cũ ibi notatis.ꝛ facit quod no.gl.ꝛ bar.
in.l.ſtipulatio.§.hi quoqꝫ.ff.de verbo.obli. licet ex detentione
preſumãtur poſſeſſio. vt voluit Jnn.j.de priui. cũ olim.ꝛ facit
qḋ no.vij.q.j.pontifices.ꝛ ꝙ habet̃ in.l.ſꝫ ꝛ ſi poſſeſſori.§. Jteꝫ
ſi iurauero.cũ ibi notatis per But.ff.de iureiuran.ꝛ vide etiã
omnino qḋ notatur in.l.ſi finita.§.ſi ante.ff.de dam.infec. per
Bar. Jnterdũ etiã reducũtur ad cõcordiã per repetitionẽ actꝰ
preambuli. vt ſi teſtes dicãt ꝙ titius ꝓmiſit ſeio centũ.ꝛ inter-
rogatus quomodo ſcit reſpondit qꝛ vidit titiũ promittere ſeio
primo legata ꝛ poſtea vidit ipſum ꝓmittere eidẽ ſeio centũ. nã
intelligit̃ cõputatis dictis quinquaginta in quantitate centũ.
facit qḋ no.in.l.ij.§.ex actis de ori.iur.ꝛ quod notauit etiã bar.
in.l.labeo.ff.de ſuppellecti.lega. vbi dicit ꝙ ſi teſtis in dicto ex
preſſit certum tempus ꝛ locũ ſi in ratione ſimpliciter loquitur
poſtea intelligitur ſe referre ad tempus ꝛ locũ expreſſum in di
cto quod eſt diligenter notandum.

1 ☞ Renũtiatio productioni teſtiũ in cã principali nõ extẽdit
ſe ad cauſam appellationis quando teſtes producuntur ſuper
nouis capitulis.
2 Teſtes antiquos vel nouos ſuper eiſdẽ articulis vel directo cõ
trarijs recipere non eſt licitũ vbi variatur inſtantia de principa
li ad appellationem.ꝛ nu.8.
3 Teſtis ideꝫ poteſt ſuper diuerſis articulis in cauſa ciuili cõtra
eundem produci.
4 Teſtis quando ſuper nouo articulo iterato producit̃ compelli
tur iterare iuramentum.
5 Renuntians productioni teſtium ſup certo articulo expreſſo
in renuntiatione non poterit amplius teſtes ꝑducere ſuper eo
dem etiam in alia inſtantia.ꝛ nu.12.
6 Publicatis atteſtatiõibꝰ an excludat̃ teſtiũ ꝑductio.ꝛ nu.12.
7 Teſtium receptio quando eſt nulla qꝛ nõ ſunt rite recepti poſ
ſunt etiam tamen produci.
9 Articuli noui qui dicantur.
10 Publicatis atteſtationibꝰ an admittatur probatio ſuper arti
culo directo contrario.
11 Teſtis iurare debet tactis ſcripturis.
13 Teſtes an publicatis atteſtationibus recepi poſſint in cã ma-
trimoniali vel in alia in qua ſententia nõ trãſit in rẽ iudicataꝫ.
14 Teſtes ſuper directo contrarijs admittuntur ad ꝓbandũ te-
ſtes falſum dixiſſe.

## Fraternitatis.

In cã appellatiõis ſup nouis capitulis
tm̃ teſtes noui ꝛ antiq ꝑduci pñt.h.d. ¶ Et ſũt due
partes p̃ncipales. in prima ponit̃ cõſultatio. in ſecũ
da reſponſio. ſecũda ibi tibi diximus. põt etiã addi ꝙ rñſionem
determinat ibi receptis. Jtẽ cõſultatio eſt bimẽbris.ꝛ ſecundũ
membrum eſt ibi.ꝛ an ad vtrũqꝫ tamen reſpondet.ꝛ proſequi-
tur hic Jo.an. hãc decre. per modum cõmenti ꝛ repetitionis ex
eo: qꝛ fuit prima decre. quam dicit ſe legiſſe in ſtudio paduano:
ꝛ etiam aſſignat cauſaꝫ quare eũdẽ ſtilum nõ fuit proſecutus
in alijs

Ayuntamiento de Madrid

in alijs decret... vel ꝓpter ꝓlixitatē vitādā. tamen reuc-
ra multū cla ... ilm ... s ⁊ facilioꝛ ad ſtudēdū
ꝙ ſit ille que ... i tex. ibi indicata. ſupple
a qua eſt app. ... quentibus. ¶ In tex. ibi
receptis ... uit de antiquis teſtibus re
ceptis in p ... cipi in cā appellationis ſ
p̄cedens qu ... onis teſtibus recipiendis in cā
1 appellationis ... cepti in prima cā. ¶ †No. j. ꝙ re
nuntiatio facta productioni teſtium in cauſa principali: nō vi-
det̄ ſe extendere ad cauſam appellationis quādo ſuper no-
uis capitulis teſtes producūtur. de quo per Inn. i. eo. cum ve-
niſſent. ⁊ per Bar. in aut. at qui ſemel. C. de prob. ⁊ illud nota-
bile magis videtur de mente litere. ſʒ do. Anto. hic ſimpliciter
colligat renuntiationē eſſe terminū excludentē facultatē pro-
bandi per teſtes ⁊ etiā colligebat ꝙ renuntiatio non ſolum vi-
detur excludere a facultate probādi in prima inſtantia ſʒ etiā
in cauſa appellationis. Sed certe hoc notabile non videt̄ bene
colligi. ſʒ potius id qđ. ſ. dixi. ⁊ etiam videtur ſentire Innocē.
in. d. c. cum veniſſent. ¶ Item no. argumentum pro ⁊ cōtra qđ
cauſa appellationis ⁊ principalis dicatur diuerſa. nam facit ꝓ
inquantum hic ponit primam cauſam vt diuerſam a cauſa ap-
pellationis. in contrarium facit inquantum vult ꝙ non poſſint
produci teſtes in cauſa appellationis: niſi prout poterāt i prin-
cipali veritas eſt ꝙ vna ⁊ eadem cauſa cenſet̄ vt patet in rubro
⁊ nigro. C. ne liceat in vna eadēq; cauſa tertio ꝓuocare. licet in
ſtantia cauſe appellationis ſit diuerſa ab inſtātia cauſe princi-
palis. vt pʒ ex his que habentur in. l. properandum. §. j. C. de iu
di. ⁊ in aut. ei qui appellat. C. de tēpo. ap. ⁊. j. de appel. ex ratio
ne nam inſtantia cauſe principalis de iure ciuili durat triennio
d. l. properandum ſed inſtantia cauſe appel. durat ꝑ annum. ⁊
ex cauſa ꝑ biennū. d. aut. ei qui. ⁊. d. c. ex ratione. ⁊ etiā in cauſa
appel. reiteratur iuramētum calūnie. quod non fit in eadem in-
ſtantia. l. ij. cum ibi notatis. ⁊ aut. principalis. ⁊ aut. hoc ſacra-
mētum. C. de iura. calū. facit quod notatur in. c. ij. de iura. calū.
2 in. vi. ¶ †Item no. ꝙ vbi variatur inſtātia de principali ad ap
pellationē non ē licitū ſuper eiſdē vel directo cōtrarijs articu-
lis recipere nouos vel antiquos teſtes. ſed ſuꝑ nouis articulis
ſic intellige pendentibus ex primis. vt patet in. l. per hanc. C.
de tempo. appel. ſic etiam hodie eſt declaratum in cle. teſtibus.
hoc eodem titu. ſʒ olim eſſent opiniōes maxime inter legiſtas.
vt patet ex notatis in. d. l. per hanc. ⁊ etiā hic per gloſſ. penul.
¶ Item no. ꝙ articulus dicitur emergens quandoq; etiā ſi ha
beat vetuſtiorē cauſam ꝙ iudiciū. de quo in. c. j. ſ. de ordi. cog.
3 ¶ †Item no. ꝙ in cauſa ciuili. ſuper diuerſis articulis pōt idē
teſtis contra eundem pluries produci. ſecus in cauſa criminali
4 vt hic tangit̄ in gl. ij. ¶ †Item no. ꝙ vbi teſtis iterato produ-
citur ſuper nouo articulo compellitur iterare iuramentū. quod
videtur intelligendum quando iurauit ſuper articulo ⁊ non ſu
per tota cauſa facit quod notatur per glo. ⁊ doc. in. l. momenta
nee. C. qui legitimam perſonam. ⁊ in. l. ſi quis libertatem. ff. de
peti. here. ⁊ in. l. ſi duo. §. idem iulianus. ff. de iureiuran. ⁊ ibi ēt
per bar. ⁊ aliquid etiā. j. eo. in. c. de teſtibus. ⁊ forte etiā poſſet
dici ꝙ licet iuraſſet ſuper tota cauſa in prima inſtantia. ſi tamē
depoſuit ſolum ſuper certo articulo. ⁊ in cauſa appella. ꝓduci
tur ſuꝑ nouo. ꝙ debebit iterari iuramētum propter diuerſita-
tem inſtantie. ⁊ ſic etiā poteſt hic intelligi licet do. Anto. aliter
videatur ſentire. ⁊ pro hoc faciat qꝛ etiā reiterat̄ iuramentum
calūnie in cauſa appel. propter diuerſitatem inſtantie vti patet
5 in. d. c. ij. de iura. calū. in. vj. ⁊ no. in. d. l. ij. C. de iura. cal. ¶ †In
a glo. j.ª in fi. no. bene ex gl. duos terminos qui habent excludere
productionē teſtiū ſcʒ renūtiationē ⁊ publicationeʒ. ¶ Circa
primū conclude ꝙ ſi renunciatum eſt productioni teſtium ſuꝑ
certo articulo expreſſo in renūciatione nō poterūt amplius pro
duci teſtes ſuper eodē etiā in alia inſtantia. vt no. Inn. in. c. cū
veniſſet. j. eo. intellige etiam ſi nulli eſſent recepti tēpore renun
tia. vel ſʒ eſſent recepti tū nō erant publicati. alˀs ſi fuiſſent re-
cepti ⁊ publicati publicatio ſine renūtiatione obſtaret. Si ve-
ro ſimpliciter renunciauit productioni teſtium: tunc intelligit̄
renuntiare productioni fiende ſuꝑ articulis iam productis: niſi
in caſu de quo dixi. ſ. e. in cauſis. ſed nō ſuꝑ producēdis etiā in
eadē inſtantia. vt voluit Inn. in. d. c. cum veniſſet. ⁊ etiā Bart.
in. d. aut. at qui ſemel. C. de proba. Item reſtringit̄ dicta renū-
tiatio ad eandē inſtantiā. ⁊ ideo nō nocebit in cauſa appellatio
nis quominus ſuꝑ articulis productis in inſtātia principali ſu
per quibus teſtes nō fuerunt ꝓducti nunc producātur in cauſa
appellationis. vt hic ꝓbat̄ a contrario ſenſu. ⁊ no. Inn. in. d. c.
cū veniſſet. qđ intellige niſi etiam expreſſe in renūtiatiōe facta
fuerit mentio cauſe app. vt no. Inno. in. d. c. cū veniſſet. ⁊ bar.
6 in. d. aut. at q ſemel. ¶ †Circa ſcđm aduerte ꝙ gl. videt̄ velle cō
trariū in. c. conſtitutˀ. el. ij. j. eo. vbi cōcludit ꝙ ſola publicatio

nō impedit productionē teſtiū etiā ſuꝑ eo. c. ⁊ illud ſequit̄ Spe.
in ti. de teſte. §. ſatis vtiliter. ver. qđ ſi publicate. dꝫ tū ibi Spe.
ꝙ clemens quartˀ diffinit oppoſitū. ⁊ ꝓ opi. clemētis huiˀ gl.
facit. c. de teſtibˀ. ⁊. c. intimauit. j. eo. ¶ Potes concludere pro
cōcordia opinionū. vt voluit Io. an. in. d. c. conſtitutus. ⁊ etiam
in cle. teſtibˀ. e. ti. ⁊ ēt Bar. in. d. aut. at qui ſemel. ꝙ ſi ſupplica-
tio fit parte inuita vel cōtradicente: vel etiā illa abſente ſʒ cita
ta qđ tūc non nocebit ſibi ſola publicatio niſi aliter appareret
eū didiciſſe teſtificata. ⁊ ꝑ hoc videt̄ ꝙ ſi fit publicatio parte cō
tradicente ⁊ ꝓteſtate ꝙ nō vult diſcere teſtificata. ſʒ ſaluū eſſe
ſibi ius producēdi teſtes ꝙ tūc nō nocebit ſibi publicatio. ⁊ ita
vidi de facto ſepius ſeruari in ciuitate iſta. Si aūt ſit facta pu-
blicatio vtraq; parte cōſentiēte vel ad inſtantiā vnius altera p̄-
ſente ⁊ nō cōtradicente. ⁊ tūc vr̄ ꝙ publicatio habeat obſtare.
tūc intelligat̄ hec gl. ⁊ hoc caſu ꝓteſtatio nō videret̄ valere tā-
ꝙ iuri cōtraria. ꝑ ea q̄ habent̄ in ſimili in. l. alimenta. C. de neg.
geſt. ⁊ etiam tangit hic do. Ant. dicit tū hic do. ꝙ credit illud
verum qū iam facta eſſet trina ꝓductio teſtium vt tūc publica
tio predicta obſtet per. §. quia vero. ⁊ in aut. de teſtib. ſecus vbi
ſolum vna vel due ſunt facte: qꝛ tunc nō nocebit ſi ꝓbetur veriſi
militer volentem producere teſtes non didiciſſe teſtificata. vt
qꝛ probatur ꝙ ſtatim facta publicatione per iudicem notarius
receſſit cum actis: vel probatur ꝑ iuramentū notarij actorum.
⁊ partis volētis producere ꝙ nō habuit notitiā teſtificatoꝝ. nā
tunc non nocebit publicatio. alˀs aūt in dubio bñ noceret. ⁊ ſic
intelligit opi. Io. an. ¶ Credo ꝙ ſeruaret̄ ſimpliciter opi. Io.
an. qꝛ imputet ſibi pars que cōſenſit publicationi vel nō ꝯtra-
dixit. arg. de reg. iur. d. anum. lib. vj. ⁊ per id qđ habet̄ in. d. c. de
teſtibus. ¶ Itē aduerte qꝛ hoc eſt verū regulariter ꝙ poſt pu-
blicationē non ſʒ producere teſtes ſuper eo. c. fallit tamē in ali
quis caſibus. de quibus hic per Io. an. in. ix. q. etiā in vltima. ⁊
etiam in Spe. in ti. de teſte. §. ſatis vtiliter. ¶ Et no. p̄cipue
ꝙ de conſenſu eius contra quē producunt̄ poſſunt teſtes pro-
duci ſuꝑ eodē articulo non obſtāte publicatione. vt hic tangit
7 Io. an. in vltima. q. ⁊ etiam do. Anto. ¶ †Et no. etiā ꝙ qū re-
ceptio teſtiū eſt nulla qꝛ nō ſunt rite recepti. etiam tūc poſſunt
produci ne pereat facultas probandi. j. e. c. cū cauſam. cū ibi no.
⁊ no. in cle. teſtibus. ꝑ gl. ¶ Idē videt̄ ſi publicatio ſit nulla qꝛ
facta pte nō citata: dixit tū Bar. in aut. at qui ſemel. ꝙ ſi teſtes
ſunt rite recepti: ſʒ publicatio ſit nulla: ſi pars didiciſſet teſtifica
ta ex hoc capite repelleret̄: non ex vi publicatiōis ſimpliciter.
¶ Item non ob. publicatio ſi perdite ſunt atteſtationes. vt in
c. fi. ſ. de prob. ¶ Item qū eccleſia vel minoꝛ reſtituitur aduer-
ſus publicationem. de quo per Inn. in. c. auditis. de reſti. in in-
te. ⁊ per Bar. in. l. j. §. nunciatio. ff. de no. ope. nū. ¶ In gloſ. ij.
in fi. adde quod no. in. d. §. Item in criminali. vbi etiā gl. tangit
alios intellectus ad. l. produci. ff. de teſti. qui tangūtur etiam ꝑ
Accurſium ibi. ¶ In glo. penul. ibi pendentibus ex veteribˀ.
quaſi velit ꝙ ſi eſſent omnino noui non admittentur: quia tūc
eſſent impertinentes. ⁊ ſic nō eſſent admittendi. l. ꝑ hanc. C. de
tēporibus appel. ⁊ facit. de cōfeſ. c. j. ⁊. ij. ⁊ in. l. ad probationio-
nē. C. de ꝓba. ⁊ ex hoc no. ꝙ qdā dicunt̄ articuli oīno noui aliq
vero dicūtur nō oīo noui. ſʒ dependētes ex primis quidā antiq
8 ſeu veteres ⁊ qualiter hoc cognoſcatur. dicā inferiˀ. ¶ †In ca.
gl. in fi. ⁊ ſic cōcludit gl. ꝙ in cauſa app. ſuper eiſdē articulis ſu-
per quibus ſunt publicati teſtes in cā principali non poſſunt
recipi teſtes antiqui vel noui. ⁊ hoc vr̄ velle gl. de iure canonico
⁊ etiam de iure ciuili per. §. qꝛ vero. in auf. de teſti. vbi indiſtin-
cte videt̄ prohiberi productio teſtiū ſuꝑ eiſdem articulis poſt
publicatas atteſta. nec habet obſtare. l. ꝑ hāc. C. de tempo. ap-
pel. quia illa debet intelligi qū nō producunt̄ ſuper eiſdem ſed a
ſuper nouis pendentibus ex primis: legiſte tū communiter te-
nent, ⁊ maxime Accur. in. d. l. per ꝙ in cauſa appellationis etiā
ſuper eiſdem articulis poſſunt produci teſtes propter diuerſi-
tatem inſtantie. ſʒ aliqui legiſte etiam aliter dicant. Poſti. ve-
ro hic tenebat ꝙ in cauſa appella. ſuper eiſdem articulis: non
poſſunt produci antiqui teſtes, ſed noui per. d. l. per hūc. ſʒ ho-
die approbata eſt opi. gl. hic poſite reiectis opiniōibus p̄dictis
in cle. teſtibˀ hoc eo. ti. ⁊ qꝛ illa cle. venit ad decidendū opinio-
nes legiſtarum ⁊ etiam canoniſtarum ſeruari debet nedum in
foro canonico ſed etiā in foro. ciuili etiam in terris imperij per
id quod habetur in. c. licet de fo. cōpe. ⁊ in. c. per venerabilē. qui
filij ſint legi. ⁊. j. de teſta. raynutius. nā ſʒ vbi ius ciuile diſcordat
a iure canonico ſeruari debeat ius ciuile in ſuo foro in terris
imperij. vt no. per gl. in. c. ij. de arbi. in. vj. ⁊ etiā in. c. j. de ope. no.
nuntia. ⁊ in. c. ſi duobus. de appel. tū illud eſt verū qū ius ciuile
eſt certum ⁊ ſuper eo non ſunt opi. ſecus quando ſuper eo ſunt
opiniones ⁊ poſtea facta eſt deciſio clara per ius canonicum. qꝛ
tūc illa eſt ſeruanda in vtroq; foro vt pʒ ex no. in iuribˀ p̄alle.
Idem vbi tangeret̄ materia peccati: qꝛ tūc preualet etiam ius

a ¶ In gl. j. ſi
q̄ras vtruʒ
publicatis
atteſtatiōi-
bus in cau-
ſa p̄ncipali
poſſint in
eadē cā prin-
cipali vel in
cā appel. te
ſtes iterum
produci vel
exeminari.
diſtingue ſʒ
do. Henri.
boych. hic ī
pri. poſt. d.
Guilier. de
mon. lau.

Ayuntamiento de Madrid

canonicũ etiam in foro ciuili etiam in terris imperij vt no. ꝑ gl.
in regula poſſeſſor. de reg. iu. li. vi. ⁊ no. etiã in. c. fi. ĩ. de preſcri.
nec ob. predictis lex eos. C. de ap. ⁊. d. l. per hãc. qꝛ deberet intel
ligi quando ſuper nouis capitulis depẽdẽtib⁹ ex primis ꝓdu
cuntur teſtes. ⁊ nõ ſuper eiſdẽ vt dixit gl. Item nõ ob. ꝙ diuerſi
tas inſtantie debet hoc operari per. l. fi. C. de teſti. ⁊. ĩ. eo. ꝓſenta
ta. qꝛ ibi prima inſtãtia fuit corã arbitro nõ corã iudice. ideo tũc
ſeruari oꝫ qꝺ habetur in dictis iurib⁹. Secus quãdo corã iudice ꝓ
id qꝺ habetur in. d. §. qꝛ vero. Item non ob. c. veniens. ĩ. eo. qꝛ ibi
variata inſtantia variabatur finis agendi: qꝛ prima erat ſumma
ria, ⁊ ad vnum finem. ſecunda erat plenaria. ⁊ ad aliũ finẽ. hic
vero vtraqꝫ inſtantia ſcꝫ cauſe principalis. ⁊ appellationis: ten
debat ad eundem finem quantum ad effectum licet nõ in ver
ba differant. nam ſi in prima inſtãtia fuit petitum titium con
demnari ad. x. ⁊ fuit abſolut⁹: ⁊ propter hoc appellatum eſt. ſi
in cauſa appel. nõ petatur expreſſe titium condẽnari: ſed petitur
pronuntiari tantum appellatum ⁊ male iudicatum ſm. l. eos
C. de appel. tamen in effectu petẽdo pronuntiari male iudica
tum petitur in effectu titium condemnari. Itẽ non obſtat ſi di
catur ꝙ timor ſubornationis non oꝫ attendi in noua inſtãtia ſꝫ
attendatur in eadẽ: qꝛ ſi ſimpliciter attenderetur nunq̃ deberet poſ
ſe fieri probatio per teſtes propter dictum tim orẽ: qꝛ responde
ri poteſt ꝙ vbi teſtes non ſunt producti: non intantum timetur
timor ſubornationis: qꝛ ſperat producens ꝙ bene deponent ꝓ
eo. ſed vbi ſunt producti ⁊ publicati ⁊ videt qꝺ nil ꝓbãt vel mi
nus ſufficienter: tunc valde timeri poteſt ne dicta de cauſa pro
uocatus ſubornare querat teſtes vt obtineat intentionẽ ſuaꝫ. ⁊
iſta ratione dum viget in cauſa principali imo ⁊ in cauſa app.
in qua de maiori preiudicio agitur cum lapſus inſtantie cã ap
pel. perimat ius partis. vt in auf. ei q appellat. C. de tẽp. appel.
non ſit in lapſu inſtantie cãe principalis. vt in. l. properãdũ. §.
9 fi. C. de iudi. ¶ † Reſtat nũc videre qui dicũtur articuli omni
a no noui. ⁊ qui dicantur non omnino noui ſꝫ depẽdẽtes ex pri
mis. ⁊ qui dicantur antiqui ⁊ ſꝫ prolixe hic etiã multis inſiſtat
do. Anto. tamen potes breuius cõcludere qꝺ oĩno noui dicuntur
qui non iuuant intentionem actoris nec rei ⁊ ſic ſunt imperti
nentes. Ex parte actoris põt hoc contingere quando ſententia
lata ſuper petitione per actorẽ porrecta, nõ pareret exceptionẽ
rei iudicate ſuper articulo quẽ nouiter actor ꝓponit quod põt
contingere ratione diuerſitatis rei. vt ſi primo petebat equum
poſtea facit articulum de boue vel põt cõtingere ratione diuer
ſitatis cauſe. vt ſi primo quis petebat domũ ex cauſa vendi
tionis: nunc petit ex cauſa permutationis. facit quod habetur in
l. cũ queritur. ⁊. l. cũ de hoc. ⁊. l. ſi mater. §. i. ⁊. l. ⁊ an eadẽ. §. actiões.
ff. de excep. rei iudi. Idem dicit do. Anto. hic ſi mutetur perſona
vt qꝛ qs dicat ſe emiſſe domũ a titio poſtea illã dicit ſe emiſſe a
ſeio, ſed forte illud vltimũ non eſt ſimpliciter verum: ſed põt to
lerari quãdo expreſſa fuit cauſa in petitione vt qꝛ petijt talẽ reꝫ
quam dixit ad ſe ſpectare qꝛ illã emit a titio. ſecus videtur ſi ſim
pliciter petijt rem ſibi reſtitui tanq̃ ſpectantem ad ſe iure domi
nij vel quaſi. nam tunc licet in ꝓceſſu cauſe fecerit articulum qꝺ
emit a titio, ⁊ non probauerit. qꝛ poſtea vult facere articuluꝫ ꝙ
emit a ſeio, videtur ꝙ hoc poſſit ⁊ preſertim in cauſa appellatio
nis. per id quod habetur in. l. ſeio. ff. de app. ⁊ in. c. abbate. de re
iudi. in. vi. nec ſunt iſta oĩno cõtraria: nã etiã poſſunt interdum
ſtare ſimul: qꝛ potuiſſet qs emere a titio ⁊ demũ forte. qꝛ dictuꝫ
fuit titium nõ habere ius ſꝫ ſei⁹ emit a ſeio. facit qꝺ habetur in. l.
iij. §. ex plurimis. ff. de acqui. poſ. Ex ꝑte aũt rei pone exẽplũ de
nouo capitulo oĩno ſi forte agitur contra eum poſſeſſorio recu
perande. ⁊ ipſe excipit de petitorio dicens ſe dñm. ⁊ per hoc nõ
teneri reſtituere. nã talis articulus nõ admittitur. de reſti. ſpo.
in literis. Idem ſi opponat exceptionẽ que nouiter ſuperuenit
eo caſu quo nõ ſꝫ ſibi illã opponere illi: qꝺ quando ſit not. per
Bar. in. l. i. ff. de exce. vel ſi petitur ab eo equus ⁊ ipſe opponit
exceptionẽ pacti de nõ petendo ſup libro. Nouum aũt capitu
lum, ⁊ non oĩno nouum ſed dependẽs a primis dicitur quando
habet iuuare intentionẽ actoris vel rei ⁊ nõ cõprehẽdebatur ſub
primo articulo de neceſſitate facti ⁊ probationis: exẽplũ patet
in reo. ſi primo oppoſuit exceptionẽ pacti de nõ petẽdo poſtea
vult opponere exceptionẽ preſcriptionis. nam iſta exceptio nõ
includebatur ſub prima. tamen habet adiuuare intentionẽ rei q
poteſt pluribus exceptionib⁹ ⁊ alias defenſionib⁹ vti. vt in. l. ne
mo. ff. de excep. ⁊ de reg. iur. nullus pluribus. lib. vi. ¶ Ex ꝑte
actoris potes ponere exemplum ſi primo obligaueras mihi reꝫ
tuam pro certa quantitate, demum ſecundo obligaſti eandẽ rẽ
titio. tertio iterato de nouo obligaſti eandẽ rẽ mihi. nã ſi ſecũ
dus creditor poſſidet rẽ nullã ⁊ ago cõtra eũ dicens illã mihi
obligatam, ⁊ deduco in proceſſu vltimam obligationẽ ⁊ ſuccũ
bo: qꝛ ille probauit ſuam obligationem que erat prior illa vlti
ma: potero in cauſa appel. deducere primam obligationẽ ad iu
uandum intẽtionem meam. facit. l. creditor [illegible] qui potiores in
pignore habeantur. ⁊ ſic t [illegible] am Spe. eo.
ti. §. ſatis vtiliter. Sed in [illegible] dere quãdo
ſimpliciter in petitione qu [illegible] obligat. : ⁊
non expreſſi cauſam ſed vb [illegible] cauſa ipam
vltimã obligationẽ: tũc nõ p [illegible] nouo noui
libellum in alia inſtantia als n [illegible] que habent
in c. abbate. de re iudi. in. vj. ⁊ ſi [illegible] ppel. nõ poſſem me
iuuare. poteſt etiã poni exemplũ ſi actor petijt decimas ⁊ ſuc
cubuit propter priuilegiũ allegatum. ⁊ demũ in cã appel, vult
probare preſcriptionẽ cõtra priuilegium. ĩ. de priuil. in. c. acce
dentibus. ⁊ idem in ſimilibus. vbi aũt articulus qui nũc ꝓpo
nitur includeretur ſub primo de neceſſitate facti ⁊ ꝓbatiõis. tũc
diceretur antiquus articulus exẽplũ ſi reus dicit ſe preſcripſiſſe
rem aliquã ſpatio. x. annorũ inter preſentes ſm. l. fi. C. de ꝓſcri.
lon. tẽp. nã ſub iſto articulo includitur ꝙ poſſedit rẽ ſpatio. x.
annorũ cõtinue. Item ꝙ cũ titulo. Itẽ ꝙ bona fide. ſꝫ hec bo
na fides preſumatur apparẽte titulo. vt no. in. l. pe. C. de preſcri.
lon. temp. ⁊ predicta habet de neceſſitate probare ipſe reus. ſi
actor probauit rẽ fuiſſe ſuã: ideo ſi reus fecit articulũ ꝙ ꝓſcri
pſit dictã rem ſpatio. x. annorũ. ⁊ ꝓduxit teſtes ⁊ poſtea publi
catis atteſtationibus vult facere articulũ de titulo forte quali
ter emit a tali nõ poterit: qꝛ cenſetur eſſe articulus antiquus. qꝛ
includebatur ſub primo de neceſſitate facti. ex eo qꝛ nõ põt ꝓce
dere preſcrip. x. annorũ ſine poſſeſſione ⁊ ſine titulo. l. diutina. ⁊
l. fi. C. de preſcri. lon. tẽp. ⁊. ĩ. de reg. iur. ſine poſſeſſione. libr. vi.
cum ibi no. ⁊ ſimiliter includebatur de neceſſitate ꝓbationis:
qꝛ ad obtinendam victoriam: neceſſe habebat predicta ꝓbare.
Secus quando articulus qui nouiter proponitur nõ includebatur
ſub primo de neceſſitate facti. licet cõtingenter poſſet includi
⁊ iuuare intentionem partis: exemplum in. c. cũ Joãnes. de fi.
inſtru. Si peto rem dicens illam mihi venditam ⁊ reus dicit ſe
non teneri tradere: qꝛ pretium nõ eſt ſolutũ. ⁊ ſuccũbat qꝛ forte
fuit habita fides de pretio ⁊ data dilatio ad ſoluẽdũ. l ꝙ vidẽ
di. ff. de contrahen. emp. in cã appel. poterit dicere ꝙ venditio
fuit cõditionalis ⁊ nondũ conditio euenit. nã iſte articulus eſt
nou⁹ ⁊ nõ includebatur de neceſſitate ſub primo articulo inquã
tum dictum fuit rẽ fuiſſe venditã: qꝛ poſſibile eſt ꝙ vẽditio fiat
pure, ⁊ etiã fiat ſub cõditione. ⁊ ideo dr̃ articulus nouus: ſꝫ nõ
oĩno: qꝛ oritur ⁊ depẽdet a primo. Idẽ ſi includebatur ſub primo
de neceſſitate facti articulus qui nunc proponitur ſed nõ de ne
ceſſitate probationis exemplũ ſi dico ꝙ mutuaui tibi. x. de ne
ceſſitate facti, includitur ꝙ certo loco ⁊ tpe factũ fuit mutuũ. vt
de re iudi. abbate. lib. vi. ſed tamẽ nõ de neceſſitate ꝓbationis
qꝛ nõ habeo neceſſe ꝓbare certum locum ⁊ tẽpus. ſꝫ ſufficit qꝺ
ſimpliciter probẽ me tibi mutuaſſe. x. l. teſtium. cũ ibi no. C. de
teſti. ⁊ per Inno. ĩ. de accu. qualiter. el. ij. ideo ſi teſtis qui ꝓdu
citur ad probandũ mutuũ depoſuit de certo loco ⁊ tempore ⁊
aduerſarius vult ꝓbare ⁊ facere articulũ ꝙ illo loco ⁊ tpe non
erat ibi dicetur iſte articulus nouus ⁊ nõ antiquus: nec directo
cõtrarius primo ſꝫ indirecte. ideo admittetur. ĩ. eo. ex tenore. ſe
cus ſi articulaſſem explicite de mutuo facto certo loco ⁊ tpe:
qꝛ tunc debeo illud probare vt in. d. c. abbate. ⁊ ideo ſi ꝓbo pu
blicatis atteſtationibus: non poterit tũc aduerſari⁹ producere
teſtes ad probandum ꝙ illo loco ⁊ tempore ibi nõ erat: qꝛ eſſet
articulus tũc directo contrarius primo. ideo nõ admittitur vt
in cle. teſtibus. eo. tit. facit qꝺ no. Bar. in auf. at qui ſemel. C. de
10 proba. ¶ † Et no. qꝛ licet ſup articulo directo ꝯtrario regula
riter nõ admittatur ꝓbatio poſt publicatas atteſtationes. iſtud
tñ fallit qñ allegaretur falſitas cũ corruptione. vt no. in clemẽ.
teſtibus. eo. ti. ⁊. ß. ti. i. ſꝫ. Item fallit qñ quis vellet reprobare
teſtes reprobatorios, ⁊ cõfirmare ſuos primos. qꝛ nõ fuit tunc
ſibi quid imputandũ. nam credere debuit ſuos bene dixiſſe do
nec videat oppoſitum. facit qꝺ habetur in. c. licet dilectus. ĩ. eo.
ſed ad reprobãdum probatorios non admittitur articulus di
recto cõtrarius: niſi vt dixi, allegaretur falſitas cum corruptio
ne. ¶ Item aduerte quia illud eſt clarum qꝺ poſt publicatas
atteſtationes poteſt quis reprobare perſonas teſtiũ ſi ante fuit
proteſtatus contra illas ſm decre. preſentium. ĩ. eo. Idẽ ſi vult
ſimul reprobare perſonas ⁊ dicta vt quia teſtis depoſuit ꝙ iam
ſunt. xx. anni qꝺ titius promiſit ſeio. x. ⁊ titius dicit oppoſitũ
⁊ vult probare ꝙ teſtis ſolum habet. xvj. annos. ⁊ ſic nõ poteſt
deponere de tẽpore. xx. annorum non hoc caſu etiã poſt publi
catas atteſtationes admittentur teſtes prout tenuit Nicolaus
de matarelis. ⁊ refert Bar. in. d. auf. at qui ſemel. ⁊ p hec ſatis
habere potes doctrinã ſuper predictis. videlicet quis dicatur
articulus omnino nouus ⁊ quis nouus, ſed non omnino depẽ
dens a primis. ⁊ quis antiquus. ⁊ quis etiam dicatur directo
cõtrarius, ⁊ quis indirecte. Et adde vnum quod licet vbi quis
fecit articulum de preſcriptione publicatis atteſtationib⁹ non
poſſit

¶ Reſtat nunc. articuli oĩno noui qui dicantur. articulorũ materiã vid in Spe. de teſti. §. nũc videndũ. ꝑ totũ. ⁊ in ti. de poſitio.

Ayuntamiento de Madrid

[illegible] cere teſtes ſuper titulo: tamen ſi non articulauit de preſcr[illegible] de poſſeſſione [illegible] poſtea articulat de ti tulo pote[illegible] producere teſtes [illegible] publicatis atteſtationibꝰ ſup articulo [illegible] neceſſario includebatur ſub articulo [illegible] quedam ſit po[illegible] titulo: quedam [illegible] non eſt omino nouus [illegible] ten

11 dit ad iu[illegible] intentionem [illegible] ¶ In gl.fi.in fi. Not. gl.ponente[illegible] iurament[illegible] teſtis.z no.etiā [illegible] ſcripturis [illegible] in cle.in verbo tacta.de [illegible] per glo.in.c.vt circa.de elec.in.vi.vbi gl.dicit [illegible] cit tangere cum pectore vel cubito ſed tangi d3 cum manibus. dicit tñ Jo.an.no.in addi.Spe.in ti.de teſte.§.ſequitur. ver. Et no.ꝙ vbi app[illegible] et iuramentū eſſe preſtitū in dubio preſumitur preſtitum tactis ſcripturis,tñ ꝑpter qualitatē perſone notarij quū in hoc debet eſſe peritus facit qđ no.in Spe.de teſte.§.j.verſi. ſed quid in predictis.tñ propter autoritatē iudicis qui ad talia debet aduertere vt hic colligitur:tñ etiā qꝛ ex quo pars non contradixit ſurgit preſumptio pro predictis.facit qđ no.Jnno.de offi.dele.cum in iure.ſecus dicit ſi notarius dicat talis teſtis iuratus depoſuit:qꝛ tūc non ſufficit dicta aſſertio cum ſit de preterito.z iſtud etiā ſequitur hic do.Ant.Sed iſtud videtur procedere quando ſimpliciter dixit talis teſtis iuratus depoſuit.ſecus ſi diceret talis teſtis iuratus coram iudice z in preſentia talis cōtra quē producebatur cū poterit id interuenire dicto tempore. vt voluit Bar.in.l.theopompus.ff.de dote prelegata.facit qđ dixi in.c.qm contra falſam.s.de prob. ¶ Jtem adde predictis ꝙ vbi non formantur articuli diſtincte ſed producuntur teſtes ſuper petitionē ſeu libello:tunc publicatis atteſtationibꝰ ſuper cōtentis in libello non poterunt poſtea produci teſtes. Jtem dicit hic do.Ant.ſi certus articulus fuit formatus:ſ3 teſtis nō iurauit tantum ſuper articulo ſed ſup tota cauſa dicere veritatē:qꝛ tunc ſi dicit extra articulum valet.ideo ſecundū eum non poterūt teſtes ꝑduci poſt publicatas atteſtatiōes:ſ3 forte contrarium eſt verum ſi articulus nouus non comprehēdebatur ſub primo de neceſſitate facti z probatiōis p ea que dixi ſuperius, z qꝛ nō eſt imputādū parti ſi nō diuinauit illud qđ dixit tex.extra articulū.ex quo de neceſſitate nō includebatur ſub articulo. facit qđ no.bar.in.d.auth.at q ſemel.C.de pb. ¶ Jtē aduerte ꝙ ſi plura ſunt capitula ſup veritate facti.z vltimo ſup fama.ſi teſtis interrogatus fuerit ſup capitulis de veritate. z dixerit ſe nihil ſcire,poterit tñ poſtea interrogari ſuper articulo de fama:qꝛ illa verba generalia inquantum dixit ſe nihil ſcire intelligūtur fm qualitatē capitulorum.facit qđ no. Joan.an.in addi.

12 Spec.in ti.de teſte.§.nunc videndū.ſup ver.illud aūt. ¶ † Vltimo ſcias ꝙ plures ſunt termini habētes excludere teſtiū ꝑductionē:primus eſt ſtatuitio termini ad ꝓbādū vel ad ꝑducēdos teſtes.de quo plene dictū fuit in.c.l3 cām.s.ti.j.z ibi etia3 dedi remiſſiones.ſecundus terminus eſt renūtiatio ꝑductiōis teſtiū.z de hoc dictum fuit cum gl.j.z etiā tāgetur.j. eo.cām §. z.c.cū veniſſent.tertius terminus eſt publicatio atteſtationū. z de iſto etiā dictū fuit cū gl.j. ¶ Et aduerte quod duplex eſt publicatio.vna eſt que fit ad finem vt atteſtationes faciāt fidē nam anteꝗ publicentur nō videntur facere fidem.l.geſta.C.de re iudi.z ibi p Bar.An tñ valeat ſentētia lata nō facta publicatione teſtiū no.in.l.prolatā.C.de ſententijs.z.j.de re iudi.in.c. cum.i.z.a.z in.c.fi.j.de here.lib.vi.Quedā autē eſt publicatio q̄ fit ad finē.vt dicta teſtiū ammodo ſint manifeſta partibus. z d iſta proprie loquitur iſta materia.Et aduerte qꝛ cōſueuit hoc modo fieri.qꝛ iudex pronūciat dicta teſtiū eſſe publicata z pro publicis z apertis haberi.z prima pars pronuntiationis videtur reſpicere primam publicationem que fit ad finē.vt dicta teſtiū faciant fidem.Secunda pars videtur reſpicere ſecūdam publicationē.vt tetigit Bar.in.d.auth.at qui ſemel.C.de ꝓbat.z hec practica ſatis videtur ſufficere.licet aliter nō legatur dicta teſtiu3 per iudicem vel notariū tpe publicationis.nā multum difficile eſt qnꝗ legere oia dicta teſtiū qñ ſunt multa.tamen quandoꝗ etiā conſueuit teſtimonium vnius legi.vt voluit Spe. in titu. de teſte.§.ſatis vtiliter.ſed non eſt neceſſe vt predixi. ¶ Jtem aduerte qꝛ quedā eſt publicatio indiſcreta.vt qñ fieret parte cōtradicente z volēte producere teſtes alicꝰ.z iſta non habet nocere vt ſuperius tetigi.de quo etiā.j.eo.cōſtitutꝰ.el.ij.z in cle.

13 teſtibus.de teſti.z adde qđ dicetur.j.eo.ſeries. ¶ Jtē eſt dubiū an in cā matrimoniali vel in alia.in qua ſententia nō trāſit i rem iudicatā.poſſint teſtes recipi publicatis atteſtatiōibꝰ.de quo.j.eo.ſeries.z hic multū inſiſtit do.An.ſ3 in effectu ponit concluſionē quā dixi.s.ti.proxi.in.c.iurauit.z tāgetur in.d.c. ſeries. ¶ Jtē eſt dubiū:an quādo recipiuntur teſtes ad eternā rei memoriā:poſſint aliū produci poſt publicatas atteſtatiōes z do.an.hic in ſexta falletia quā ponit.tenet ꝙ ſic.z idē voluit Spe.in.d.§.ſatis vtiliter. Sz tu potes dicere hꝰ c verū qñ do altera parte abſente licet legitime citata vel eꝗ ꝯtradicēte.

pti ſunt teſtes.aľs videretur fecꝰ per ea que habētur in.d.c.cōſtitutus.per Jo.an.z que etiā ſuperiꝰ dixi niſi vellet qs indirecte ꝓbare falſitatē vel allegaret falſitatē cū corruptione.quartus eſt terminꝰ dididiciſſe teſtificata.z intellige qñ ꝑfecte didicit qꝛ plenarie legit atteſtationes,z deliberare potuit:ſecus ſi ſolū parte didiciſſet p aſſertionē teſtis q hoc.s.dixit. vel ſi ſolū trāſitorie legit.vt no.in.c.vltra tertiā.vbi etia3 per Jnno.j.co.et hoc indicat verbū percūctatus,poſitū in.§.qꝛ vero. de teſti.nā dictio per,perfectionē notat.l.edificia.§.perfeciſſe.ff.de ver.ſig. z.l.vrbana.§.pernoctare.eo.ti.z tāgitur etiā per Bart.i.d.auf. at qui ſemel.Quintus eſt terminus ſufficiēs,ꝑductio teſtiū.et hoc pōt ſumi dupliciter vno modo p reſpectū ad multitudinē teſtiū:qꝛ iudex debet illā refrenare.j.eo.ſignificauerūt.z.c.de teſtibꝰ.z.c.cū cauſam.ſecūdo reſpectu multitudinis ꝑductionū. z de hoc dictū fuit.s.eo.in cauſis. ¶ Vltimus terminus ē concluſio in cauſa.vt in.c.cū dilectꝰ.de fi.inſtr.tñ concluſio facta in cauſa principali nō nocet in cauſa appella.vt no.in.c.cū venis

14 ſent.j.eo. ¶ † Et adde etiā predictis qꝛ dixit do.Ant.ſub dubio forte ꝙ ſuper directo cōtrarijs admittuntur probatiōes p teſtes ad ꝓbādū teſtes falſum dixiſſe ad finem exceptiōis cētra ſniam.iuxta ea que dixi in.c.licet cauſam.ſup gloſi.ij.de proba. z que no.Bar.in.l.qui agnitis.ff.de excep.nā cum tunc nō ob. ſentētia nō obſtabit etiā publicatio per ea que dicta fuerūt i.c. iurauit.z in.c.l3.s.de proba.Sed poſſes dicere ꝙ nō ob.ſentētia ſi ꝓbetur falſitas vt dictū fuit i.d.c.l3.z ſimiliter nō ob.publicatio.ſi qs velit indirecte ꝓbare falſitatē ſecus ſi directe:niſi vellet etiā probare corruptionē vt dictū fuit i.d.c.l3.z no.in.d. cle.teſtibus. ¶ Vltimo tāgit hic do.Ant.poſt Jo.an.an ſi ps habet iudicē ſuſpectū in principali quē nō vult:vel non pt̄ eū recuſare:an ſit melius ꝑducere teſtes corā eo:an differre ꝑductionem in cauſa appel.Et cōcludit ꝙ ſi non timetur calūnia i examinatione cautius eſt producere propter euitandā condēnationem expenſarum in principali cā ſi non probaret ſecus vbi timetur calūnia in examinatione:qꝛ tūc melius eſt differre ne alias publicatio ſibi habeat obſtare.

1 ☞ Jurans cōtra aliquē non teſtificari compellitur tamen.
2 Publicatis atteſtationibus nō poſſunt teſtes produci quādo ante publicationem non interuenit impedimentum.

**Intimauit. R.** Qui iurauit teſtimoniū nō dicere cōpellitur teſtificari ſi atteſtationes nō ſunt publicate.h.d. ¶ Et in prima parte cōqueſtio.in ſecūda proſio. Se

1 cūda ibi ideoꝗ. ¶ † No.j.ꝙ nō obſtāte iuramēto de nō teſtificādo cōtra aliquē ꝯtra quē ꝑducitur cōpellitur quis nihilominus teſtificari. ¶ Jtē no.duos terminos excludētes facultatē ꝓbādi per teſtes.ſ.renūtiationē z publicationē.de quibꝰ dictum fuit.s.e.prox. ¶ Jtē no.ꝙ aſtrictus iuramēto ad nō teſtificādū,videtur demū cogi inſtāte neceſſitate.z ſic p alios non poteſt probari.videtur tñ ꝙ tūc maxime hoc ꝑcedat.nā etiā alias videtur poſſe cogi cū illud iuramentū cenſeatur illicitū.z nō poſſit ſeruari ſine peccato vt tāgit gl.z vr ꝓbari.j.e.cōſtitutis.j. ¶ Jn glo.j. ibi erāt inducti z recepti ſupple z dubitabat forte ꝙ illi nō plene ꝓbarēt.z ideo volebat alios īducere aľs ꝑducere. ¶ Jn gl. ij.ibi nō repellit ꝓmotione.No.diligēter iſtam gl.q̄ videtur tradere regulam ꝙ illud crimē demū repellit a teſtificando qđ repellit a ꝓmotiōe.de quo et tetigi in.c.ſuper eod.s.eo.vbi adde hāc gl. ¶ Jn ea.gl.in fi.z ſic tenet gl.primū intellectū.z merito qꝛ ſecūdū intellectū ſcdm non deberet ponderari publicatio ex quo ſup nouo articulo deponerēt:cuius contrariū vult litera.

2 ¶ Vltimo attēde qꝛ dixit hic Jnn.† ꝙ l3 poſt publicationem atteſtationū nō poſſint ꝑduci teſtes illud eſt verū qñ ante publicationē nō interuenit impedimētū circa ꝑductionē teſtiū: aľs poterit fieri ꝑductio ſaltē petita reſtitutione in integrū ex clauſula gnāli ſi qua fiat iuſta cā videbitur appoſita p ptore i.l.j. in fi.ff.ex qb.cau.ma.z ſic etiā maiori cōcedetur dicta reſtitutio. refert tñ alios tenere ꝙ ſolū ꝯceditur bñficiū reſtitutiōis ꝯpetēs de iure ſpeciali minori vel ecclie.de quo in.c.auditis.s.de reſti. in integ.ſ3 primū dictū plus ſibi placet.z ſequitur Jo.an.z domi. Anto. ¶ Tu potes cōcordare opiniones.qꝛ potuit pars cōtradicere publicatiōi z ꝓteſtari ꝙ vult teſtes alios producere. et tunc non nocebit ſibi publicatio:ſi aľs nō dedicit teſtificata. vt dixi.s.e.pxi.z tunc ſuccurritur ſibi de iure cōi.z ideo nō eſt neceſſaria reſtitutio.l.in cauſa.ff.de mino.Si aūt cōſenſit publicationi imputet ſibi niſi forte terminus inſtātie laboraretur z ꝓpter impedimentum nō potuiſſet infra terminū inſtātie ꝑducere.nam tunc in cauſa appel.non poterit ꝑducere ſaltē petita reſtitutione ex dicta clauſula generali.

1 ☞ Priuilegiū ꝯ edez curſuz puilegioꝝ īpetratū eſt inſpectū.
2 Renuntiatio productionis teſtiū nō videtur in dubio extendi ad noua capitula que poſtea producuntur.nu.3.

Ayuntamiento de Madrid

a ❡ Publica a tio idē ſum mat h. do. Ab. ⁊ fely. Et ſi q̄ras an ſic ǎſit cō miſſa aliq̄bus iudici b' talis cō miſſio fa ciat rē liti gioſam di ſtingue. vt hic per do. Hen. bo ych. in pn.

**Caulam que.** Publicatioꝰ vel renūtia tio in vno capitulo nō p̄iudicat volēti teſtes p̄ducere in alio. ❡ Et eſt cōis diuiſio. ſcđa ibi iudicibꝰ. ❡ No. ꝙ nō valet priuile giū ad preiudiciū lit. impetratū poſt cām alteri delegatā. ⁊ ſic. ❡ No. ꝙ quo ad nullitatē priuilegij dicit̃ lis pendere a tempo re cōmiſſionis cāe. facit qđ habet̃. ſ. de reſcri. c. fi. ſed quo ad ꝑ petuandā iuriſditionē dr̄ lis pendere p citationē. de offi. dele gatū. ⁊. c. lꝫ vndiqꝫ. ſed quo ad alios effectus litigioſi dr̄ lis pē dere qñ citatio emanauit ſm formā cle. ij. vt lit. pēdente. de quo ibi per glo. ❡ Itē no. ꝙ iudex ante oīa dꝫ laborare ad concor diā inter partes. ⁊ illa deficiente dꝫ ſeruare iuſticiā. facit qđ ha

1 betur in. c. j. ſ. de mutuis peti. ❡ † Itē no. ꝙ vbi priuilegiū eſt cōtra cōem curſum priuilegiorū eſt ſuſpectū de falſita. ⁊ ideo nō eſt ei obtēperādū. ſed dꝫ perſona p̄ſentās cum priuilegio re

2 mitti ad ſuperiorē. facit. ſ. de reſcrip. ex parte. ❡ † Itē no. qđ renunciatio productionis teſtiū nō vr̃ extēdi in dubio ad no ua capitula que poſtea producunt̃ vt hic exꝑcatius ſm primū in tellectum gl. j. imo plus videt̃ ſm intellectū ſecūdum. qđ in du bio non porrigat̃ etiā ad antiqua capitula ſup quibꝰ teſtes nō ſunt producti. qđ eſt valde notādum ⁊ videretur eſſe contra ea que dixi in. c. fraternitatis. ſuper gl. j. ❡ Et cōtra ea que no. gl. fi. ⁊ Inn. in. cū veniſſet. j. e. ſi tū vis defenſare quod ibi dixi poſ ſes dicere ꝙ hic renuntiatio fuit facta ſuper certo articulo non ſimpliciter ⁊ ſic videt̃ voluiſſe Joā. an. in ſummario. vel potes dicere ꝙ ibi dicta debēt limitari per ea que hic habētur: q2 illđ nō habebit locū qñ ſunt plura capitula ſuper quorū aliquibus ſunt producti teſtes ⁊ ſuper aliquibus non. ſecus qñ ſuper nul lis vel ſuper omnibus. ⁊ illđ tū vr̃ eſſe clarū ꝙ renuntiatio ſim plex facta in cā principali: non nocebit in cā appel. etiam ſuper antiquis ſuper quibus teſtes non fuerunt producti per id qđ no. Inn. j. eo. cum veniſſent. ⁊ qđ dixi in. c. fraternitatis. ſuper gl. j. ❡ In glo. j. ibi in cā cōſultationis. hoc verū qñ cauſa non fuit trāſmiſſa plene inſtructa: ſꝫ ſi tā̄ plene inſtructa de volū tate partiū eſt cōmiſſa ſeu remiſſa cōſultori: tūc nō debent fieri alie probationes. l. cum a nobis. C. de dila. ⁊ de materia. in. c. in

3 timaſti. j. de appel. ❡ † In ea. gl. in. fi. No. diligēter ex gl. ꝙ renū tiatio productiōis teſtium ſimpliciter facta. vr̃ reſtringi ad ca pitula ſup quibus teſtes ſunt producti ⁊ non ad noua capitu la vel etiā ad antiqua ſup quibus teſtes aliq non fuerunt rece pti: niſi aliud appareat de mente partium. de quo dic vt dixi in no. ❡ In glo. ij. ibi impetrata. idem dicas ſi proprio motu concedatur lite pendente ad preiudicium alterius partis ſecū dum Hoſt. per iura allegata in gl. ⁊ per id qđ habet̃ in. c. fi. vt li te pendente. ❡ In gl. penul. ibi videt̃ eſſe litigioſa hoc verum quo ad impediēdū priuilegiū per iſtum tex. ſed quo ad alia dic vt dixi in no. ⁊ prout habet̃ in. d. cle. ij. vt lite pendente. ⁊. C. de liti. in aut. litigioſa.

b ❡ Teſtimo niū. nō eſt differētia i ſūmarij po ſitiōe inter do. Jo. de imo. d. abb ⁊. d. fel. Et ſi q̄ras vtꝝ parētes vr̃ cōſangui nei ad mit tātur in te ſtes in cau ſa mr̄imo niali vide diſtincte p do. Hē. bo ych. j. q ma tri accuſa. poſſunt.

1 ☞ Recuſari poteſt iudex conſimilem cauſam habens.

**Perſonas eccleſiarū.** A teſti moniore pellitur conſimili morbo laborās. h. d. Et non reci pit cōmodam diuiſionē. ❡ No. ꝙ illud dicit̃ eſſe cer tū qđ eſt notorium. ⁊ ſic p̄batiōe nō indiget. de quo. j. de coha. cle. in. c. veſtra. ❡ In glo. j. vbi de hoc. hic iunge ver. q eſt. j. ſic qui in crimine detinetur ⁊ ex iuribus hic ⁊ ibi allegatis colligi pōt vnus intellectus vꝫ ꝙ ĥ laborat conſimili morbo. ⁊ in cō ſimili crimine. ⁊ iō repellit̃: nec mirum q2 etiam ſi al's ſit in cri mine diuerſo repellit̃. vt. ſ. eo. ſuper eo. vnde ſm hoc ad literaꝫ hic dum dicit morbo cōſimili. debet ſuppleri maxime. ❡ Aliꝰ eſt intellectus qui colligi pōt ex eo qđ ſeq̄t̃ in glo. ibi ſic ⁊ iu dex. ꝙ hic ſumatur ſimilis morbus etiam pro ſimili cauſa etiā

1 ciuili. vt ſicut iudex † pōt recuſari q habet cōſimilē cauſam. ita ⁊ teſtis. ⁊ hoc ſeq̄tur Spe. eo. ti. §. j. ver. Itē ꝙ habet. ſꝫ Hoſtiē. non placet hec lectura. q2 ſm illam ſequi videt̃ abſurdum qđ vnus emptor nō poſſit eſſe teſtis in cauſa alteriꝰ emptoris. qđ videtur incōgruū niſi eſſet valde ſuſpectus. ⁊ iō tenet primam lecturā dicens decre. intelligendam in ſocio ⁊ participe crimi nis ſm. l. qm̄ liberi. C. eo. canonizata. iiij. q. iij. ſub. §. item in cri minali. Jo. an. ſaluat iſtam ſecundam per id qđ habet̃ in ſimili tū iudice in. c. cauſam que. de re iudi. vt ſic relinquatur arbitrio iudicis q2 habebit conſiderare: an deciſio cauſe in qua produci tur in teſtem concludat etiam ad deciſionem cauſe quā ip̄e te ſtis cū alio habet vt tunc reppellatur tanq̄ ſuſpectus alias ſe cus. ❡ Sed do. Anto. placet dictū Hoſt. q2 teſtis nō hꝫ teſtifi cari ſuper iure. ſed ſuper facto. l. teſtium. C. eo. ⁊ ſic ex ſolo dicto teſtis nō cōcludit̃ deciſio cauſe ſuper q̄ teſtis habet que de bet. ſed ſecus. i. iudice, qui habet decidere de iure. ❡ Sed certe verius videt̃ dictū Jo. an. nam ſi pars allegat conſuetudinem eſſe ꝙ ſi oriat̃ dubiū inter partes ſup cōtractu, ꝙ ſtetur dicto proxenete ⁊ velit dictā conſuetudinē p̄bare ⁊ producat teſtem qui habeat ſimilē queſtionē ⁊ q velit ſe fundare ex d cta cōſue tudine certe talis teſtis veriſimiliter ē ſuſpectꝰ. vt fauēat dicte cōſuetudini: ⁊ ſic poſtea ex illa ēt poſſit ſe fundare. vbi aūt ap pareret teſtē nimiū fauere parti tūc clarū ꝙ redde. i. ſuſpectꝰ per id qđ habet̃. ſ. vt lit. no conte. accedens.

1 ☞ Chriſtianus admitti dꝫ in teſtē contra iudeū. ⁊ nu. 3.
2 Judei debent eſſe ſubiecti chriſtianis.
3 Judeus cōuentus a Chriſtiano pōt opponere cōtra chriſtianū in teſtē productum ꝙ eſt criminoſus.

**Judei ſiue ſaraceni.** Chriſtianꝰ cōtra iudeū in teſtē admittit̃. h. d. Et primo ponit dictū. ſecūdo adijcit penā. tertio ſubiūgit cām ſcđa ibi ⁊ anathema

1 te. tertia ibi cū eos. ❡ † No. j. ꝙ chriſtianus admitti dꝫ in teſtē cōtra iudeū ⁊ hodie puniūt̃ iudei impetrātes priuilegia vt per chriſtianos non poſſint conuinci: nec valēt ēt talia priuilegia. vt in cle. iudei. hoc. e. ti. ❡ Itē no. ex implicatiua quoqꝫ hic po ſita ꝙ nedū chriſtianus admittit̃ ꝯtra iudeū ſed ēt iudeus ꝯtra aliū iudeū. facit ꝙ habet̃. i. l. qm̄. C. de here. ❡ Itē no. ꝙ iudeꝰ vr̃ poſſe teſtificari cōtra chriſtianū. ſed ĥ non eſt verū de iure. vt hic voluit gl. lꝫ de facto qñ preſumat̃ cōtrariū. ⁊ ſic intelligi dꝫ

2 hec litera. ❡ † Ultimo no. ꝙ iudei de iure debēt ſubeſſe chri ſtianis. facit qđ habet̃ de iudeis in. c. ita quorūdā. ⁊ i. l. iudei. C. de iudeis. vñ ēt pn̄t de iure cōueniri corā iudice ſeculari. vt pa

3 tet in. d. l. iudei. ❡ † In gl. j. in fi. ⁊ ſic vult gl. ꝙ de iure chriſtia nus admittat̃ in teſtē cōtra iudeū. ſꝫ nō ecōtra. nec ob. ꝙ in iu dicijs nō dꝫ eſſe acceptio pſonaꝝ. ſ. de iu. nouit. q2 verū eſt ſi lo quimur de perſonis actoris ⁊ rei. ſecꝰ ſi de pſonis teſtiū. vt etiā no. gl. in cle. j. hoc. eo. ti. quā no. p limitatione regule p̄dicte. Et adde etiā ꝙ iudeus cōuentus a chriſtiano: pōt opponere cōtra chriſtianū in teſtem p̄ductū ꝙ eſt criminoſus ſi tale ſit crimē ꝙ ſit inductū ſꝫ legē veteris ⁊ noui teſtamēti. vel ēt noui tm̄. cum hoc faciat ſe defendendo. vt. j. de exce. cū inter lꝫ ſup ĥ dubita uerit Hoſt. ſecus ſi eſſet crimē ſolūmodo ſm. l. vete. teſtamenti. ⁊ nō ſꝫ legē nouā euāgelicā. de quo hic pleniꝰ per Jo. an.

1 ☞ Maior ſiue ſuperior altero quot modis quis dicatur.
2 Mater an ⁊ qñ admittat̃ ad teſtificandum pro filia.
3 Pater an poſſit cōficere inſtrumentū in cā filij vel econtra.

b **Super eo quod.** Teſtimonium matris eſt ſuſpe ctū. Et idē i fratre vt p Dec. cōſ. clxiij. col. ix. vbi filia petit virū aliquē maiorē ſe. ⁊ ad dictū vniꝰ ſolꝰ im pedit̃ mr̄imoniū ꝯhēdū ſꝫ nō diſſolnit̃ iā ꝯctū. Et due ſunt p tes p̄ncipales: ſicut duo ſunt p̄ncipalia dicta q̄ patēt ex ſumma rio. ſcđa ibi ſup illa: ⁊ vtraqꝫ ſubdiuidi pōt in cōſultationē ⁊ rñ ſionē. ❡ No. j. ꝙ in dubio p̄ſumunt̃ parētes appetere incremen

1 tū ⁊ honorē filioꝝ. ❡ † Itē no. quatuor modos qbꝰ dr̄ qs ſupe rior ſeu maior altero. vꝫ ſi eſt magis diues: vl' ſi eſt magis po tens forte in amicis vel ſi eſt nobilior: vel ēt ſi eſt in maiori ho nore. q2 forte eſt doctor vel conſiliariꝰ principis ſeu dn̄s loci. ⁊ mulier eſt ex plebeis nata. facit qđ habet̃. ij. diſt. lex eſt. ❡ Et no. ꝙ diuitie nō tribuunt dignitatē cū hic ponant̃ vt diuerſa. đ quo plene per Bar. in. l. j. C. de digni. li. xij. ❡ † Item not. ꝙ mater non admittit̃ ad teſtificandū pro filia qñ eſt diſparitas cōditionis inter ipſam ⁊ virū ⁊ vir eſt ſuperior illa. ⁊ ſic a cōtra rio vr̃ ꝙ vbi ſit paritas cōditionis vel mulier excedat cōditio nem viri ꝙ tūc admittit̃ mater pro filia in cauſa matrimoniali. facit qđ habet̃ in Spe. eo. ti. §. j. ver. iiij. fallit. vbi etiā cōcludit Spe. ꝙ vbi ſunt paris cōditiōis: iudex habebit arbitrari an ſit credendū: tū in dubio videt̃ ꝙ admitti debeat p hunc tex. a ſen ſu cōtrario: niſi ex aliqua circūſtātia iudex veriſimiliter habeat matrē ſuſpectā. ❡ Item no. ꝙ facilius impedit̃ fiendū q̄ diſ ſoluatur iam factū. de quo in. c. quēadmodū. j. de iureiu. ⁊ in. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. ❡ In gl. j. ibi potētia vel honore. ⁊ ſic. ❡ No. ꝙ ſufficit ꝙ in altero illoꝝ qua tuor que in litera exprimunt̃ vir excedat mulierē propter alter natiuā in litera poſitam. ⁊ hoc intellige qñ mulier in aliquo nō excedit virū. ſed ſi vir excederet mulierē in diuitijs mulier econ tra in nobilitate. videt̃ ꝙ tunc nō debeat cenſeri teſtimonium matris ſuſpectū: preſertim ſi cōſuetudo regionis habet ꝙ ple beius diues pro cōplacentia recipiat in vxorem mulierē nobileꝫ licet pauperē ⁊ cū modica dote. facit qđ no. gl. ⁊ Bar. in. l. ſi di uortio. ff. de ver. ob. ⁊. l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. eo. ti. Idē di cit hic do. Ant. ſi mulier nō excederet in predictis virū. ſꝫ forte eſſet valde formoſa ſed plebeia. ⁊ ex honeſtis parentibus quaꝫ conſtabat virum multū diligere. ⁊ illam veriſimiliter habere nō potuiſſet: niſi cum illa contraheret. nā tūc ſi parentes ſunt ho neſti poterit interdum iudex arbitrari eis eſſe credēdum ſꝫ ceſ ſantibus circūſtantijs inequalitas facit teſtimoniū parentum ſuſpectum

Ayuntamiento de Madrid

[illegible] facili plebeia probaſſe deſpōſatā a nobi [illegible] An aūt pr poſſit cōficere inſtru[illegible] ti.de inſtr.edi.§.[illegible] Itē ꝙ eſt domeſticū [illegible] in.l.ſi pater.ff.ad.l.cor.[illegible] cōcludit ꝙ facilius pōt efficere inſtrumentū qꝛ illud ſit [illegible] tate partiū ꝙ eſſe teſtē.⁊ de hoc etiā an extra cām matrimoniale poſſit pater teſtificari ꝓ filio vel ecōtra recurrendū eſt ad no.p.gl.⁊ Bar.in.l.qui teſtamēto.ff.de teſta.⁊ facit etiā qd no gl.in.c.conſanguinei.iij.q.v.⁊ qd habetꝛ etiā.j.eo.in literis.⁊ [illegible] tangetꝛ.⁊ nota etiā ex gl.modicū exceſſum nō eſſe ponderādū nā de modicis non eſt curandū regulariter.de q̄ in proemio.⁊ in.c.ſi ꝓponente.de reſcri.⁊ in.l.in reb⁹.§.poſſunt.ff.cōmo.Et no.bene hanc decre.qꝛ ſepe de facto occurrit in practica caſus materia huius decre.

1 ☞ Teſtamentū de iure ciuili in terris imperij non valet ſine ſeptem teſtibus.
2 Femina non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.
3 Teſtes debent eſſe puberes ⁊ liberi.
4 Teſtis vnicus quando ſufficiat.

**Licet vniuerſis.** Iudeus nihil pōt probare ꝑ minorem numerū ꝙ duoꝝ teſtium qͥ ſint fideles ⁊ honeſti.h.d.
¶ Et primo premittit cauſam dicti.ſecūdo ibi mādamus ponit dictū.tertio ibi iuxta illud ꝓbat ꝑ autoritatem quarta ibi.qꝛ ſʒ tollit obſtaculū.¶ No.ꝙ regulariter non ſuffi-
1 cit vnus teſtis ad plenā probationē. ¶ † Itē no.ꝙ alique ſunt cauſe que exigunt vltra duos teſtes.⁊ ſic facit tex.iſte ꝙ de iure ciuili in terris imperij nō valeat teſtamentū ſine ſeptē teſtibus ſʒ cōtrariū voluerit do.Ant.in.c.cū eſſes.⁊ in.c.relatū.de teſta. ſʒ nō videtꝛ ꝙ bene dicit per iſtū tex.⁊ ſic etiā tenuit Spe.in ti. de inſtru.edi.§.cōpēdioſe.verſi.Item ꝑ ius canonicū.facit qd dictū fuit in.c.tertio loco.⁊ in.c.ad noſtrā.de ꝓb.⁊.⁊ qd no.In no.in.c.que in eccleſiarū.de cōſti.⁊ gl.⁊ lēgiſte in.l.ſi.C.ſi cōtra ius vel vti.publi.vbi ius poſitiuū pōt diſtinguere ius diuinū.
¶ Item no.ꝙ licitū eſt argumentū ſi arguatur de eo qd magis videtꝛ ineſſe ⁊ nō inſit ad id de quo minus.de quo aliquid hic in gl.j.⁊.ṡ.de elec.cum in cunctis.circa principiū.⁊.C.de ſac.ſant. ec.auꝫ.multomagis.¶ In gl.ibi.ar.a maiori.de hoc.arg.vide
2 per gl.pleni⁹.ṡ.de elec.cū in cunctis.in prin.¶ † In gl. penul. ibi ſeptē teſtes ſubaudi ⁊ maſculi.nā femina nō pōt eſſe teſtis in teſtamēto.l.q̄ teſtamēto.§.mulier.ff.de teſta.ſʒ in codicillis
3 eſſe poteſt.vt no.per glo.in.l.ſi.C.de codicillis.† debent etiam teſtes eſſe puberes ⁊ liberi.vnde impuberes aut ſerui:non poſſunt eſſe teſtes.l.hac cōſultiſſima hic allegata. ſaluo niſi eſſet ſeruus qui cōi opiniōe reputabatur liber.l.j.C.de teſta.de quo dicendū vt ibi.¶ In ea.gloſ.ibi preſul.ibi eſt ſpeciale qꝛ teſtes erant ſuſpecti:vel illud eſt priuilegium clericoꝝ ratione eccleſie vt ibi voluit gratianus hodie in.§.ibi ſequenti: vel illud de
4 quodā rigore qui nō ſeruatꝛ.¶ † In gl.ſi.ibi hoc voluit ⁊ id ibi nedum facit preſumptionem:ſed ēt plenā probationē vnus teſtis cuius dicto ſtari voluit teſtator. de quo dicendum,vt in d.l.theopompus.hic allegata.⁊ in Spe.de teſta.§.reſtat.ver.ſʒ tū fallit.vbi ponūt plures caſus in quibus creditꝛ dicto vnius de quo etiam in.c.tanta.lxxxvi.diſt.

1 ☞ Affinitas proueniens ex quacūqꝫ copula fornicaria cauſat impedimentū ad contrahēdū matrimonium ⁊ dirimendū iam contractum.
2 Teſtes qui ſunt de familia producentis nō admittuntꝛ ad teſtimonium.
3 Pater an poſſit eſſe teſtis in cauſa filij.
4 Pater an poſſit facere inſtrumentū pro alio.

**In literis.** Nō ſunt idonei teſtes quos qs de ſua familia ꝓducit.h.d. Et
1 prima cōſultatio.in ſecūda rñſio.ſecūda ibi rñdem⁹.
¶ † No.ꝙ affinitas ꝓueniēs ex copula ꝗ̄tūcūqꝫ fornicaria cauſat impedimentū habile ad impediendū matrimoniū ⁊ ēt ad dirimēdū poſt cōtractū.¶ Itē no.ꝙ etiam in cauſa matrimoniali nō admittit teſtimonū illoꝝ q ſunt de familia ad dirimēdū matrimoniū iā cōtractū.¶ Itē no.quales debēt
2 eſſe teſtes qꝛ debēt eſſe integre opinionis ⁊ tales ꝙ non ſit veriſimile eos pro aliquo deierare.¶ † Ultimo not. ꝙ regulariter ad teſtimoniū nō admittuntꝛ illi q ſunt de familia ꝓducētis.fallit ſi ſunt probate vite ⁊ opinionis.⁊ tales ꝙ non ſit veriſimile eos deierare.⁊ hoc ꝓcedit referēdo limitationē poſitā in ver.niſi ad oīa ſuperiora.ſecus ſi ſolū ad proxima referatꝛ.ſed primū intellectum ſenſit gl.ij.circa ſi.⁊ Inn.hic ⁊ qd no.pro limitatiōe ⁊ declaratione eoꝝ que habentur in.l.eti.j.C.de teſti. ¶ In gl.j. in ſi.⁊ hodie dic vt habetur in.c.non debet.j.de conſangui.⁊ aſ ſi.¶ In gl.ij.in ſi.potes cōcludere ꝙ ſi teſtes ſunt famili[illegible] tales ꝙ eis pōt impetrari ſeu precipi rōne patrie vel officie poteſtatis nō tales admittūturꝛ:qꝛ ſunt valde ſuſpecti ex q̄ eis precipi pōt.ex alterā de predictis.l.idonei.ff.de teſti.ſecus ſi ſolum poſſet impetrari ratione vniuerſalis iuriſditionis: qꝛ ex ſʒ nō impeditꝛ.Alias ſequeretꝛ ꝙ rex in cauſa non poſſet producere in teſtē aliquē de regno ſuo.qd videtꝛ inconueniens. ⁊ hoc tʒ Io.an.⁊ etiā Cy.in.l.eos.C.eo.licet aliqui ſentiāt contra Jac. vt pʒ ex no.in.d.l.idonei.ſed qd prediri videtꝛ verius niſi ex circūſtantijs aliud foret dicendū.¶ Quidā vero ſunt familiares ⁊ domeſtici ex eo qꝛ ſimul habitant. ſʒ aīs non poſſit eis imperari ex altera de ꝓdictis cauſis vel eſt colonus aſcriptiti⁹ vel libertus.⁊ iſti tales regulariter repellantur ꝑ ea que habentur in.l.etiā.C.eo.⁊ in.l.preſenti.C.de his qui ad eccleſias cōfugiunt in.§.ſane.fallit ſi eſſent adeo probate vite ⁊ opinionis ꝙ nō eſſet veriſimile eos deierare.vt hic dꝛ in ſi.⁊ ſic vꝛ intelligēda hec gl. Si aūt ſint cōſanguinei ſimul nō habitātes:tunc nō cogunt teſtificari vſqꝫ ad ſeptimū gradū.l.lege iu.ff.de teſta.canonizata.iiij.q.iij.§.itē in criminali.ver.Itē lege.ſponte aūt teſtificari nō poſſunt in cā criminali.qꝛ iniuria facta vni de conſanguineis cenſetꝛ ēt alijs facta.l.lex cōne.cū ibi no.ff.de iniurijs. ſʒ in cā ciuili vꝛ ꝙ admittantꝛ.nā i illa etiā frater admittitꝛ pro fratre.vt no.gl.in.l.parētes.C.eo.facit qd no.gl.iiij.q.iij.c.j. ad ſi. ſʒ aliqualiter minus credatꝛ vt no.in Spe.eo.ti.§.j. verſi.ſed nūqd frater.⁊ ēt facit qd habetꝛ in ver. Itē ꝙ eſt domeſtic⁹.⁊ ſic vꝛ ꝙ admittatꝛ cōſanguine⁹ pro cōſanguineo:in cā ciuili tū minus credatꝛ qd pōt intelligi ⁊ limitari:niſi adeo eſſet probate vite ⁊ opinionis ꝙ nō eſſet veriſimile ipſum pro aliquo deierare.
3 ꝑ id qd hic dꝛ i tex. ¶ † An aūt pater poſſit eſſe teſtis in cauſa filij cōcludit ꝙ in teſtamēto nō pōt eſſe teſtis idē in alijs negotijs ex quibus aliqd cōmoduꝫ q̄ri poſſit ipſi filio vel patri. Et idē ſi agatꝛ de facto filij.Secus ſi de facto filij nō agat,nec veniat querēdū cōmodū alicui predictoꝝ:qꝛ tūc poterit eſſe teſtis vt ſi filius tanq̄ procurator alterius ſit in iudicio in cā illa poterit pater eſſe teſtis:⁊ ſimiliter poterit filius eſſe teſtis in cā quam pater procuratorio nomine alterius agit ſi aliquod commodum non venit querendum patri vel filio.vt habetꝛ in tex.⁊ glo.in.l.qui teſtamento.ff.de teſta.⁊ ibi plenius per Bar.⁊ pre-
4 dicta procedunt ſiue filius ſit emancipatus ſiue non. ¶ † An aūt poſſit pater facere inſtrumētū pro filio videtur ꝙ nō ſi eſt in ꝑtāte.ſecus ſi eſt emancipatus ſaluo niſi fieret ſuper caſtrēſibus vel in aduentitijs quātū ad proprietatē.vt notauit Bart. in.l.ſi pater.ff.de falſis.⁊ ſimiliter filius emancipatus poterit cōficere inſtrumētum in negotio ſpectante ad patrem.nā ſʒ in talibus negotijs nō poſſit teſtificari:qꝛ id fieret parte alia inuita:tū ſecus eſt in inſtrumento qd hʒ fieri de volūtate partiū.vt dicit Bar.in.d.l.ſi pater.que videtꝛ approbare predicta ⁊ tene menti que ſuperius ſunt dicta:qꝛ ſunt quotidiana.⁊ pleni⁹ habes ꝙ hic tangit Io.an.⁊ do.Ant.⁊ de materia etiam per Cy. in.d.l.etiam.⁊ in.d.l.parentes.

1 ☞ Renuntiatio ⁊ publicatio impediūt receptionē teſtium.
2 Iuriſditio delegata poſt mortē delegantis re integra expirat.
3 Proceſſus ſi poſt mortē delegantis per iudicem delegatū ſiat re integra non valet.
4 Renuntiatio productionis teſtiū porrigitꝛ ad articulos ſuper quibus nulli teſtes ſunt producti.
5 Renuntiatio que fit ſuꝑ certo articulo ſpecifice nocet etiaꝫ in alia inſtātia ſuper eodem articulo.

a **Cum veniſſet.** Donec[a] atteſtationes ſint publicate vel eis renuntiatū poſſunt produci teſtes poſtea vero nō.h.d.
Et in prima ponitꝛ partis conqueſtio.in ſecūda dat iudices ibi mandamus.quib⁹ tria mādat.ſcdm ibi queſtiōes. tertium ibi ſi que vero.¶ In tex.ibi vertebatꝛ ſupple ex diuerſis articulis.vnde ſuꝑ aliquibus fuit ſentētiatū ⁊ ſuꝑ aliquib⁹ nō,ſed fuerūt teſtes recepti:vel renuntiatū ꝓductioni:ſuꝑ alijs nō fuerūt teſtes ꝓducti nec renūtiatū.¶ No.j.ex tex.ar.ꝙ morte delegātis nō extinguatꝛ ipſo iure poteſtas delegata ſʒ cōtrariū hic tʒ gl.ij.de quo ibi dicetꝛ.¶ Itē no.duos terminos excludentes facultatē ꝓbandi per teſtes ſcʒ,renuntiationē ⁊ publicationē.⁊ no.bñ ꝙ litera videtꝛ velle ꝙ ſufficiat ſola publicatio nec requiratꝛ ꝙ partes dicierint teſtificata.de quo dictū fuit in c.fraternitatis.ṡ.e.¶ † Itē no.ꝙ renūtiatio ⁊ publicatio impe-
1 dit receptionē teſtiū ſolū reſpectu articuloꝝ ſuꝑ quibus facta eſt renuntiatio vel publicatio nō reſpectu diuerſoꝝ de q̄ etiā hic ꝑ Inn.⁊ dixi.ṡ.eo.fraternitatis.cū gl.j.⁊.ṡ.eo.cauſam que. ¶ Ultimo no.ꝙ ſuꝑ eo.articulo publicetis atteſtationib⁹ nō ſolum producenti eſt adempta facultas probandi per teſtes.ſʒ etiam alteri parti contra quem teſtes ſunt producti.qꝛ ſuꝑ directo contrario articulo non admittuntur teſtes ad idem cle.teſtib⁹ hoc eo ti.¶ In glo.ij.ibi ⁊ hee conceduntur eidem inter

a ¶ Donec. idē ſummāt hic do.abb. ⁊ Fely.

Ayuntamiento de Madrid

quos fuit Hoſ. ꝛ etiā Jnn. in. c. lȝ ſupra, de offi. dele. ꝛ Archid.
3 in. c. ſi a ſubdelegato de off. dele. in. vj. Et ī effectu volūt iſti † ꝙ
juriſditio delegata per mortē delegantis re integra non expi-
ret ipſo iure: ſȝ ſolum ope exceptionis pro quibus facit iſte tex.
inquantū videt̄ velle iuriſditionē dicto caſu poſſe ꝓrogari qđ
alr̄s fieri nō poſſet. ꝛ ad idē facit. c. ſi a ſubdelegato. qū dicit exce
ptionē ꝓponi in hoc caſu. ſȝ cōtrariā opinionem. ſ. ꝙ ipō iure
expiret, tenet hic gl. vt ſequit̄ in ea. ꝛ idem ſequit̄ Hoſt. ꝛ idem
gl. Accur. in. l. eius qui in ꝓuincia. allegata in gl. idē bart. in. l. ꝛ
qꝛ. ff. de iuriſdi. om iudi. ꝛ ꝓ iſta opi. vr̄ caſus in. c. ſi. §. officium.
de offi dele. in. vj. vbi ipſo iure expirat poteſtas cōſeruatoris re
integra per mortē cōmittētis officiū ꝛ tn̄ poteſtas cōſeruato-
ris eſt delegata vt no. gl. in. c. j. e. ti. nec ob. iſte tex. qꝛ rn̄deri pōt
vt. j. tāgit glo. ¶ Itē nō ob. c. ſi ad ſubdelegato. qꝛ ibi quātū ad
hoc exceptio nō eſt iuris, ſȝ facti ꝛ intentionis: facit qđ no. in. l.
j. ꝛ. ij. ff. de excep. ꝛ in. l. qui ſe debere. ff. de cōdi. ob cauſam. Et
3 ex predictis patere pōt. † an ſi fiat ꝓceſſus per iudicē delegatū
poſt mortē delegantis re integra, an valeat, nam certe nō etiam
ſi de cōſenſu partiū ꝓcedat: ex quo ipſo iure deſijt eſſe iudex. vt
tenuit gl. ꝛ hec eſt cōis opinio ꝓ qua etiā dicit Jo. an. fuiſſe cō
ſultū in ciuitate iſta de facto ꝛ per tōnes ꝛ iura allegata in gl. ꝛ
hoc clarum ſi fuit proceſſum poſt ſcitā mortē ipſius delegātis,
ſȝ ſi ignorabat̄ eſt magis dubiū: an tunc valeat ꝓceſſus gl. tn̄ ꝛ
eſt cōis opi. in. l. eius qui in ꝓuincia. ff. ſi cer. pe. tenuit nō vale
re ꝓceſſum, ꝛ idē Bar. in. l. ꝛ qꝛ. ff. de iuriſdi. om. iudi. nec ob. l.
ſi forte. ff. de offi. p̄ſi. qꝛ ibi loquit̄ in ordinario cuius iuriſditio
fauorabilior ꝛ fortior eſt quā delegata vt no. gl. in. c. j. de reſcri.
4 li. vj. ¶ † In gl. vltima[a] ibi lȝ nullos teſtes ꝓduxerit, ꝛ ſic vr̄
a velle gl. ꝙ ſimplex renūciatio ꝓductionis teſtiū porrigat̄ nedū
ad articulos ſup q̄bus teſtes ſunt producti lȝ nōdū publicati ſȝ
etiā ad alios ſup quib⁹ nulli teſtes ſunt producti ꝛ hoc ēt vide
tur eſſe de mēte Jnn. hic vt talis renunciatio noceat in eadem
inſtantia quo ad articulos predictos ſed nō in inſtantia cauſe
appellationis: qꝛ talis ſimplex renuntiatio reſtringit̄ ad illā in
ſtantiā in qua facta eſt ſicut ꝛ cōcluſio facta in cauſa non exten
dit̄ ad aliā inſtantiā, l. per hāc, C. de tēpo. app. ꝛ idē videt̄ velle
Bar. in aut. at q̄ ſemel. C. de ꝓb. Ad nouos aūt articulos por-
rectos poſt renūtiationē nō porrigit̄ dicta renūtiatio vt h̄ vo-
luit Jnn. ꝛ Bar. in loco p̄allegato. ꝛ bn̄ facit. ſ. c. cauſam. ꝛ ſi-
cut quo ad illos nō nocebit etiā in eadē inſtātia ex quo ſimplr̄
facta fuit. tex. tn̄ in. d. c. cauſam. ſm̄ intellectū ſcđm poſitū in pri
ma gl, multū facit qꝛ renūtiatio ſimplex reſtringat̄ ad articu-
los in qb⁹ vel ſup q̄bus aliqui teſtes ſunt ꝓducti, ꝛ ſic nō extē-
dat̄ ad alios ēt porrectos ante renūtiationē ēt in eadē inſtātia
ſȝ ſuſtinēdo opinionē Jnn. Potes dicere vt ibi ēt tetigi. ꝙ ibi
renūtiatio facta fuit ſup certis articulis nō ſimplex, ꝛ iō nō tra
hit̄ ad alios, ꝛ de materia dixi in. c. fraternitatis. cū gl. j. Et no.
5 bn̄ ꝙ Jnn. hic tenuit † ꝙ renūciatio q̄ fit ſup certo articulo ſpe
cifice nocet etiā in alia inſtātia ſup eo. articulo niſi bn̄ficio reſti
tutionis in integrū adiuuet̄ ſecundū notata in. c. auditis. de re
ſti. in integ. per Jnn. ꝛ. ſ. eo. intimauit.

a ¶ In gl. vltima. ſuper hac gl. ſi q̄ras an ps q̄ renūtiauit productiōi teſtiū poſſit iterū teſtes ꝓducere diſtīgue ſicut hic per do. Hē. boych. in princi. c.

b ¶ Publicatis. d. abb. ponit h̄ q̄tuor ſummaria. lȝ. d. Jo. ꝛ Fely. ſummētim duob⁹ modis vid eos oēs qꝛ bene loquuntur.

c ¶ In glo. ſi. hāc gl. do. Abb. expedit p 3ꝛinȝ in. ij. col. w, venio ad gl. ſecundam.

1 ¶ Publicatis atteſtationibus admittenda eſt probatio ſup
articulo directe cōtrario qū cum teſtibus producuntur inſtru-
menta ad coadiuuandum dicta teſtium.
2 Publicatis atteſtationib⁹ in cauſa matrimoniali admitti de
bent teſtes ſuper articulo directe contrario.
3 Conſuetudo qđ publicatis atteſtationibus poſſint produci te
ſtes an valeat.
4 Cōſanguinitas an poſſit probari directe ꝑ inſtrumentum.

b SEries rui. Publicatis[b] atteſtationibus
pōt falſitas priorū teſtiū in cā
matrimoniali probari. h. d. Uel ſic in cauſa matrimo
niali etiā ſup eodē capitulo publicatis atteſtationi-
bus poſſunt alij teſtes produci. h. d. Et eſt cōmunis diuiſio cō
ſultatio. reſponſio. ſecūda ibi preſenti. ¶ No. quod ſufficit te-
ſtes deponentes ſuper conſaguinitate incipere a primo gradu
omiſſo ſtipite. de quo etiā in glo. ¶ Item no. ꝙ ad reprobā-
dum probationē conſanguinitatis ſufficit reprobare vnū gra
dum prius probatum. vt hic videtur colligi ſecundum Jnnoc.
1 ¶ † Item no. ꝙ publicatis atteſtationibus admittēda videt̄
probatio etiā ſuper directe cōtrario articulo: qū non offertur
nuda probatio teſtium ſed cū illa etiā producit̄ inſtrumētū ad
coadiuuandū dicta teſtiū. nā tūc propter inſtrumentū videtur
ceſſare preſumptio ſubornationis vt hic videt̄ colligi ſecundū
vnū intellectū. ¶ Itē no. ꝙ conſuetudo iuri cōtraria; ſi nō eſt
2 rationabilis non valet. de quo in. c. ſi. ſ. de conſue. ¶ † Itē not.
ꝙ in cauſa matrimoniali etiam publicatis atteſtationibus ad
mitti debent teſtes etiam ſuper directe contrario articulo regu
lariter. ſecus alijs in cauſis vt habetur in clemē. teſtibus. eo. ti.
¶ Ultimo no. ꝙ remotio impedimenti reſpectu certe ꝛ deter-
minate cauſe non tollit impedimentū reſp[illegible] alterius. facit
qđ habet̄. de prebē. ſi motu proprio in. vj. ꝛ de reſcriptis natu
3 tum. §. j. eo. lib. ꝛ in. §. affinitatis. inſtituta de nuptijs. † An aūt
valeat cōſuetudo per quam publicatis atteſtatioibus poſſunt
produci teſtes. no. Jo. an. in ti. de exceptionibus. §. dicto ver. ſȝ
nunqd publicatis. vbi videt̄ tenere ꝙ ſic ꝛ facit qđ no. Jo. and.
ſ. eo. fraternitatis. in vltima q̄ōne. vbi concludit ꝙ. h̄ ēt pōt fie
ri ꝑ cōuentionē partiū ꝛ ſic ꝑ pactū. ꝛ ꝑ cōſequēs eadē rōne fie
ri potreit ꝑ cōſuetudinē ꝛ ſtatutū ꝑ id qđ no. gl. in rub. ij. de de
c ere. decu. li. x. ¶ In gl.[c] ij. in ſi. ꝛ ſic videt̄ velle gl. qđ tetigi in no
tabilib⁹. vcȝ ꝙ poſt publicatas atteſtationes poſſint produci
teſtes qū etiā ꝓducitur inſtr̄m coadiuuās aſſertionē teſtiū naȝ
tūc videt̄ ceſſare timor ſubornationis. ꝛ iſtud tenet hic do. An
to. dicens hoc eſſe ſignāter notāduȝ ꝛ mēti tenendū. Secus vbi
non producit̄ inſtr̄m: qꝛ tūc regulariter non debent admitti te-
ſtes poſt publicatas atteſtationes. ꝛ pro predictis faciat lȝ ipē
non alleget qđ no. Jac. de bu. ꝛ Bar. in. l. certi condictio. §. qm̄
ff. ſi cer. pe. vbi dicūt ꝙ lȝ ſtatutū ꝓhibeat a certa q̄titate ſupra
poſſe ꝓbari ꝑ teſtes: tn̄ ſi qs velit probare ꝑ teſtes ꝛ ꝑ inſtrumē
tum admittet̄ exēplū ſi velit ꝓbare promiſſionē indēnitatis ꝑ
ſcripturā ꝛ quātitatē dāni ꝑ teſtes lȝ q̄titas dāni excedat for-
4 mā alr̄s ſummā ſtatuti. ꝛ no. ex gl. † ꝙ cōſanguinitas nō pōt di-
recte ꝓbari ꝑ inſtr̄m. Hoſt. tn̄ vr̄ hic innuere cōtrarium dicens
ꝙ ꝓbari pōt ꝑ inſtrumentū cōfectū ſup natalibus ſeu natiuita
te in quo contineat̄ dies mēſis ꝛ annus ꝛ ex quib⁹ qs ſit nat⁹
allegat. l. iſti, quidē. §. j. ff. qđ metus cauſa. ꝛ. l. ij. C. de ingenuis
ꝛ manumiſſis. ſed certe illa iura parū faciūt vt dixit Joan. and.
nam non loquunt̄ de inſtrumēto natiuitatis ſȝ manumiſſiōis
qū ſeruus manumittitur per dn̄m. de quo bene pōte ōgrue fieri
inſtrumentū ſed non ſic de natiuitate. cū inſtrumētū debeat fie-
ri de his que notarius percipit per viſum ꝛ in natiuitate ſeu in
partu nō cōſueuerint maſculi intereſſe: vt etiam hic tangit do.
Anto. ꝛ ideo intellectus gl. videtur tutior. ¶ In glo. ſi. ibi nō
erat decretalis. hec ſolutio potuit tolerari ante hāc cōpillatio
nē cum illo tēpore decretalis iſta non eſſet in aliqua compilla-
tione approbata: ſed hodie hec rn̄ſio non procedit cū hec decr.
ſit inſerta in hoc volumine approbato ꝛ ideo ipſe idem Uincē
tius lȝ in proprio apparatu quem fecit ante iſtā cōpillationem
daret predictam ſolutionē: tn̄ poſtea in ſecundo apparatu quē
fecit poſt iſtā cōpillationē dedit aliā ſolutionē vcȝ qđ hec pu-
blicatio fuit minus ſolēnis; vel indiſcreta ideo non nocebat. ſe
cus ſi fuiſſet ſolēnis ꝛ diſcreta. ꝛ appellat̄ minus ſolennis qū iu
dex dixit partibus ꝓbatū eſt nec dixit qūo vel qualr̄ nec aliter
publicauit teſtes. Idē ſm̄ Uincen. ſi teſtes dixerunt teſtimo-
niū in preſentia partiū tn̄ alr̄ nō fuerūt dicta publicata: nec ha-
bita notitia atteſtationū. nā talis notitia q̄ habet̄ ex verbo vo-
latili teſtiū nō induxit perfectā notitiā, ꝛ ideo nō vr̄ nocere. fa-
cit qđ no. Jnn. j. eo. vltra tertiā. Jo. tn̄. ij. q. j. in primis vr̄ tene-
re oppoſitū. ſ. ꝙ talis notitia noceret. Sed dictū Uin. vr̄ tene-
re. Jo. an. ꝛ etiā do. Ant. hic. ꝛ. ſ. eo. fraternitatis. Uide qđ dixi
j. eo. c. penul. circa finē alij cōtrariū vident̄ notare. ¶ An antē
iudex debeat dare licentiā vt partes audiāt dicta teſtiū dixi. ſ.
eo. c. ij. qꝛ certe nō vt teſtes magis libere loquātur. lȝ Jo. ī. d. c.
in primis. tenuerit oppoſitū. indiſcreta aūt dicit̄ qū fuit nimis
accelerata ꝛ facta parte inuita volente adhuc producere alios
teſtes. facit qđ no. do. Anto. in. d. c. fraternitatis. ꝙ etiam ibi di
xi. ¶ In ea. gl. ibi qū ſuper eo. c. quaſi velit qđ hoc erat nouum
capitulum. ſed certe iſtud non eſt verū. quia imo cenſetur idem
capitulum quia erat directe contrariū primo. nam volebat di-
recte falſitatem teſtium probare. ideo non deberet licere niſi al-
legaret̄ etiā corruptela. vt in clemen. teſtibus. eo. titu ¶ In ea.
glo. ibi non ſeruatur in cauſa matrimoniali ꝛ ſecundum iſtam
erit hic caſus ſpecialis. in quo non nocet publicatio vcȝ in cā
matrimoniali. ꝛ ratio ſpecialitatis colligit̄ ex ſequentibus in
gl. Et ex p̄dictis habes tres intellectus: vn⁹ eſt qū admittūtur
ſup nouo articulo. ideo non nocet publicatio. ſȝ iſte ītellect⁹ nō
eſt verus vt. ſ. prime dixi. Alius eſt ꝙ hic publicatio fuit mi-
nus ſolēnis vel indiſcreta. iō nō nocet: iſte eſt verus in ſe. ſed di
uinat. Tertius eſt intellect⁹ qđ ſit ſpecialis in cauſa matrimo
niali in qua poſſint ꝓduci teſtes ſup. e. c. ꝛ etiā ſup directo con
trario etiā poſt publicationē atteſtationū. ꝛ etiā ſolēnē ꝛ diſcre
tā ꝛ etiā ſup eo de quo depoſuerūt ſed nō ꝓbauerūt poſſunt alij
teſtes ꝓduci. lȝ ſecus in alijs ꝛ hoc ex eo qꝛ ſniā non trāſit in reȝ
iudicatā. ꝛ ſic etiam non debet obſtare publicatio per notata
ſ. ti. j. Jurauit. ꝛ qꝛ etiā vertitur periculū animarū in ſeparādo
matrimonium cōtractū. Secus vbi ageretur de cōtrahendo vt
dictum fuit in. d. c. iurauit. ꝛ iſtum intellectū tenet Joā. an. qū
ille qui vult producere teſtes poſt publicatas atteſtatiōes. ſtat
pro matrimonio. nā tūc eius fauore admittitur, allegat. j. e. cuȝ
in [illegible] ꝛ ſic innuit ſec⁹ eſſe: ſi cōtra matrimoniū vellet ꝓducere:
ſed Jo. cal.

Ayuntamiento de Madrid

De … .cal.⁊ do. Anto. dicit idē quia etiam videtur verſari perīc… animarū ſi remanēt illi coniuncti qui nō poſſunt eſſe cor… matrimonialiter propter impedimētum cōſanguini- tati… dotes cōcordare opi. quia ſi eſt gradus ꝓhibitus. l. di… nu. quo papa diſpēſare non poteſt. iuxta not. ſ. de teſti. ſpo. literas … ncedat opi. Jo. cal. Sed vbi eſt gradus prohibitus. l. ca nonica … a quē papa poteſt diſpēſare procedat opi. Jo. andr. tūc non … etatur permiſſum contra matrimonium hoc caſu producere … ſic ius canonicū videtur in hoc diſpēſare cū tolerabilius … tolerare cōiunctos cōtra ſtatuta cano- nica quā diſiungere coniunctos. l. diuina. j. eo. licet ex quadam. ¶ Quartus poteſt eſſe intellectus qui colligi poteſt ex his que tangūtur in gl. ij. circa fi. ⁊ que etiam dixi in notabilibus: vꝫ qꝺ ideo hic poſt publicatas atteſtationes admittūtur teſtes ſuper eodē articulo ſeu directe cōtrario: quia non ſolum producebā- tur teſtes. ſed etiā inſtrumentū ad coadiuuādum aſſertionem te- ſtium ex quo veriſimiliter ceſſabat timor ſubornationis. Secus ſi tantūmodo teſtes producerētur. Tertius tamē intellectus cō- muniter tenetur: licet iſtum quartum videatur ſequi do. Anto. tanq̄ in ſe verū. Et adde etiam predictis qꝺ ſi pars intellexit a teſte id qꝺ depoſuit q: ſibi hoc dixit poſt depoſitionem: ſi aliter non vidit: neq; legit atteſtationes: non dr̄ didiciſſe teſtificata q: forte teſtis nō per omnia dixit parti prout depoſuit: ⁊ quia etiā ſi pars vidit teſtificata ⁊ trāſcurſorie legit ⁊ non deliberate: non dicitur perfecte ſeu plenarie didiciſſe teſtificata. ideo non nocet vt notatur per Inno. j. eo. vltra tertiam. ⁊ per Barto. in auf. at qui ſemel. C. de probat. ⁊ per do. Anto. ſ. eo. fraternitatis. facit quod no. j. eo. preſentium. in glo. j.

1 ¶ Copula carnalis probatur per conueniens teſtimoniū de viſu. ⁊ nume. 4.
2 Teſtis dictum non vitiatur ſi dicat ſe ſcire qꝺ deponit non per ſcientiam, ſed per famam ⁊ alia adminicula.
3 Fama quando cum alijs adminiculis probet.
4 Probatio perfecta que dicatur.
5 Teſtimonium de auditu proprio an valeat licet interuenerit cortina in medio.

a **Preterea.** Copula carnalis[a] probatur per conueniēs teſtimonium de viſu. Item per teſtimonium auditus qꝺ adminicula ⁊ fa- ma coadiuuant. h. d. ⁊ eſt cōmunis diuiſio cōſultatio
1 ⁊ reſponſio. ſecunda ibi: taliter reſpondemus. ¶ No. qꝺ † copu-
2 la probatur per cōueniēs teſtimoniū de viſu. ¶ No. ij. qꝺ † non vitiatur dictū teſtis ſi dicat ſe ſcire illud qꝺ deponit nō per ſci- tam ſcientiā, ſed per auditum et famam ⁊ alia adminicula. Ubi omnino non poſſunt haberi probationes certe nam etiam teſti- monium de viſu non infert neceſſario copulam, quia forte po- tuit interuenire impedimentū frigiditatis: vel maleficij vel pro tunc aliter fuiſſe impotens ad copulam. facit qꝺ habetur in. c. j. ⁊ per totum. j. de frig. ⁊ ex hoc habes rationē dubitādi circa pri- mum notabile, ⁊ etiam rationē decidendi: quia attēdi debet qꝺ cōmuniter ⁊ veriſimiliter cōtingit. l. nam ad ea. ff. de legi. ¶ Itē
3 no. quādo dicatur † famam probare cum alijs adminiculis: quia quando intantum aggrauat animum iudicis qꝺ facit eum vio- lenter preſumere qꝺ aſſeritur. facit qꝺ habetur in. c. cōferre. j. de preſump. vbi ex violenta preſumptione fertur ſentētia. ¶ Et ex
4 predictis etiam no. † que dicatur perfecta ꝓbatio: quia illa per quam iudex inclinari dꝫ ad aliquid firmiter credendum. de quo per Bar. in. l. admonēdi. ff. de iureiuran. ¶ Itē no. qꝺ teſtimo- nium de auditu per ſe non probat plene: ſed inducit pſumptio- nem ⁊ cum alijs adminiculis probat ⁊ ſic not. illud vulgatum que non proſunt ſingula multa iuuant. de quo etiam. ſ. eo. cum cau- ſam. ¶ Ultimo no. qꝺ in arbitrarijs recurrēdum eſt ad iudicem circūſpectum, ⁊ ſic diſcretum non ad ſimplicem vel inexpertum ſm Hoſt. ⁊ no. etiā ex text. qꝺ teſtimoniū de viſu videtur de per ſe ſufficere. licet dn̄s Anto. aliter videatur ſentire in vltimo no- tabili. ſed non videtur de mēte tex. ſed poſſet dictum eius proce- dere in caſu: de quo dicam ſuper gl. j. ¶ In gloſ. j. in fi. Et forte hoc caſu quādo non viderunt eos carnaliter cōmiſceri: ſed vide- runt ſolum cum ſola. poteſt ſaluari dictū do. Anto. vt tunc tale teſtimonium non probet: niſi alia adminicula cōcurrant: ſed vbi vidiſſent eos carnaliter commiſceri: tūc tale teſtimonium vide- tur ſufficere etiam ſi forte non eodem tēpore preciſe, ſed ſucceſſi- ue incontinenti tamen vnus poſt alium vidiſſet forte per fora- mē aliquod. vt not. gl. in. c. nihilominus. iij. q. ix. ⁊ Cy. in. l. teſtiū. C. eo. ¶ In gl. fi. ibi: vel ſimpliciter. iſte tres lecture ſunt in ſe ve- re: q: non agitur de magno preiudicio. nā non agitur de ſepara- tione matrimonij quo ad vinculū. vnde etiā fama ſola ſufficit ad impediendum matrimoniū. vt in. c. preterea. de ſponſa. ſi quia iſte tex. videtur loqui ſimpliciter ⁊ indiſtincte, videtur qꝺ … debet intelligi qn̄ agitur de ſeparatiōe matrimonij quo ad vin- culum, nam hoc caſu videtur qꝺ ſufficiat teſtimoniū de auditu cū fama ⁊ alijs adminiculis ⁊ non intelligas de auditu auditus, ſed auditu ꝓprio mediāte tn̄ tenui pariete vel cortina vel alteri- bus vel lectorijs ⁊ vbi audiētes habebat notas voces eorū de quorum copula teſtificantur. nam ſi audierūt eos loqui ⁊ cogno- uerunt eos carnaliter cōmiſceri: ſi etiam adſint alia adminicula ſeu ſigna que colliguntur ex illis verbis viſis ⁊ colloquiū ⁊c. Et fama etiā vicinie ſic habebat probabitur copula etiā quo ad effectū ſeparationis matrimonij quo ad vinculū. facit qꝺ no. gl. in. l. in ſumma. §. idē labeo. ff. de aqua plu. arcē. Ubi glo. videtur
5 velle qꝺ † teſtimoniū de auditu ꝓprio valeat: licet interuenerit cortina in medio. ⁊ Bar. illā videtur ſequi preterq̄ in actu teſta- menti in quo teſtes omnino debēt videre teſtatorē cum alter ari poſſit vox ratione infirmitatis: de quo per Cy. in. l. ſi nō ſpeciali. C. de teſta. Sed in cōtractibus videtur Bar. velle cū glo. illa qꝺ tale teſtimonium ſufficiat ſi teſtes habebāt notas voces cōtrahen- tium. facit qꝺ not. Cyn. in. l. teſtium. C. eo. vbi dicit qꝺ licet quāq; vox poſſit mutari: tn̄ attēdi debet qꝺ cōiter ꝯtingit. facit qꝺ no. in. l. non epiſtolis. ⁊. l. neq; natales. C. de ꝓbat. ⁊ ſic videretur qꝺ etiam in caſu iſto deberet ſufficere teſtimoniū de auditu: ſed po- tes dicere qꝺ vbi agitur ad ſeparationē vinculi ꝓpter magnum preiudiciū ⁊ q: agitur de ꝓbatione copule que non bene poteſt certitudinaliter ꝓbari ſtandū eſt dicto Jo. and. ⁊ glo. relate ad tex. ſm iſtū intellectū. ¶ Et ex predictis no. cautelā qn̄ aliquis non vult fateri veritatē in preſentia aliorū quia poſſet adduci vel induci ad cōfitendū in loco vbi poſt cortinā eſſent teſtes qui audirent ⁊ qui de hoc eſſent auiſati, nam tale teſtimoniū cū ſit de auditu ꝓprio valebit ⁊ licet cortina fuerit in medio non ha- bebit nocere ſi teſtes habuerūt voces notas partiū. per gl. in. d. §. idē labeo. ex quo nō ſumus in actu teſtamēti, nec in actu diſſo- lutionis matrimonij. Teſtimonium aūt de auditu auditus regu- lariter non admittitur fallit quāq; in factis antiquis. vt habetur in. l. ſi arbiter. ff. de pba. ⁊ in. c. quoties. ſ. eo. ¶ Et per predicta patere poteſt cōcordia inter glōſā ⁊ gl. in. §. idē labeo. que vidē- tur ſibi adinuicē contradicere. nam illa videtur velle ſufficere te- ſtimonium de auditu ꝓprio licet cortina fuerit in medio. iſta vi- detur velle cōtrariū: niſi fama ⁊ alia adminicula interueniant. Sed iſta procedit vbi agitur de diſſolutione matrimonij illa in alijs actibus preterq̄ in actu teſtamenti. ⁊ eſt illa gl. ſing. ⁊ in iu- re ciuili alibi non habetur, ⁊ iſta forte in iure canonico non de- facili alibi reperietur.

1 ¶ Judicis vnius verbo nō creditur ſcripture vero eius licet credatur poteſt tamen reprobari per teſtes. ⁊ nu. 9.
2 Scriptura iudicis adminiculata ſubſcriptione teſtium an poſ- ſit reprobari.
3 Iudex an ⁊ quando poſſit teſtificari.
4 Arbiter quando poſſit eſſe teſtis.
5 Teſtis an poſſit eſſe iudex in cauſa in qua depoſuit.
6 Notarius actorum an poſſit in alia inſtantia induci in teſtem.
7 Aduocatꝰ an poſſit eſſe teſtis in cā in qua eſt vel fuit aduocatꝰ.
8 Procurator an poſſit eē teſtis in cā in qua eſt vel fuit ꝓcurator.
10 Scripture iudicis ordinarij cum inſcriptione teſtium etiam ſu- per contractibus creditur.
11 Dictio niſi quid importet.

b **Cum a nobis.** Unius[b] iudicis verbo nō creditur ſcriptura vero eius per teſtes reprobari poteſt ſecꝰ tn̄ in papa. h. d. ⁊ ſunt due partes que patēt. ſecūda ibi: nec ſcriptum. ¶ Not. q ſm regulas vtriuſq; iuris non creditur vni iudici tn̄
1 quātecūq; ſit autoritatis. ¶ Itē no. q licet † literis ⁊ ſcripturis iudicū adhibeatur fides non tn̄ tanta quin poſſit reprobari per teſtimoniū duorꝰ vel triū. ⁊ ſic facit tex. q ſcripture iudicis adhi- beatur fides etiā abſq; ſubſcriptione teſtiū: licet nō tanta quin poſſit reprobari per teſtimoniū duorū vel trium. ¶ Itē no. qꝺ
2 vbi † ſcriptura iudicis eſt adminiculata ſubſcriptione teſtiū nō videtur poſſe reprobari per teſtimoniū duorꝰ vel trium qꝺ intel- lige ſm Hoſt. qn̄ adminiculatur ex ſubſcriptione teſtium ⁊ de- poſitione actuali ipſorꝰ teſtium: ſecus ſi ſolū teſtes eſſent inſcri- pti: nā tūc bene reprobaretur per dictū duorꝰ vel trium. facit qꝺ no. ſ. ti. j. in. c. tertio loco. vbi tangitur per quot teſtes poſſit re-
c probari inſtrm. ¶ † In gl. iij. in fi.[c] de materia gl. in. c. ſtatuēdū.
3 allega. in gl. ⁊ per glo. ⁊ Cy. Bar. in. l. ne in arbitris. §. ſi autem. C. de arbi. ⁊ facit etiā qꝺ notatur in. c. romana. de teſti. in. vi. ⁊ in l. ſi. ff. de teſti. ⁊. l. ob carmen. §. j. eo. ti. dn̄s Anto hic prolixe iſte ſ…it recitando opi. antiquorū ⁊ modernorū ⁊ demum ponit ſex caſus in quibꝰ poteſt teſtificari ⁊ octo in quibus nō pōt. ¶ Tu potes clarius cōcludere, vt hic etiā in effectu voluit Jo. cal. quia aut iudex vult teſtificari in cauſa in qua nō fuit iudex ⁊ tunc cla- rū qꝺ poteſt. per id qꝺ habetur in ſimili in. d. l. ſi. ff. de teſti. ⁊ per Innoc. ſ. eo. inſuper. Aut vult teſtificari in cauſa in qua eſt vel

a ¶ Copula carnal. Si q̄ras vtrū copula car- nalis ꝓbet p teſtes: et quale teſti- monū ſuf- ficiat diſtin guet hic p do. Hē. bo- hych. in ꝓn cipio ca.

b ¶ Si q̄ras an aſſertio in iudicꝫ vel lris credaſ ſup ꝓceſſu facto corā eo. vide per d. Hēri. bo hych. in ca. qm̄ ꝯtra. ſ. de ꝓba.

c ¶ In gl. iij. in fi. qualr credit lris: vel atteſta- tiōi iudicꝫ. ⁊ vide p do. Abb. in. ij. col. ⁊ fi. ꝓp q: text. nu- me. ij.



Ayuntamiento de Madrid

fuit iudex ⁊ tunc aut inducitur ſuper principali negotio aut ſu-
per actis. Primo caſu aut remotus fuit a iudicādo aut nō ſi fuit
remotus ⁊ ante litē conteſt. poterit eſſe teſtis. j. eo. dilecto. Idē
ſi poſt ante tēpus depoſitionis. facit. l. ob carmē. §. j. ff. eo. ⁊ facit
etiā qd̓ notatur in ſimili in. d. l. fin. ff. de teſti. ⁊ per Innoc. in. d. c.
inſuper. Si autē non fuit remotus ⁊ tunc aut petitur qd̓ ſibijpſi
deponat teſtimoniū ⁊ ſic corā ſeipſo ⁊ nō poteſt quia nō poteſt
habere duplex officiū teſtis ⁊ iudicis. facit. C. de aſſeſ. ⁊ domeſt.
l. nemo. ⁊ de ver. ſig. forus. ⁊. j. eo. romana. lib. vj. Aut inducitur
corā alio in alia inſtātia poſt litē per eum finitam ⁊ tunc nō cen
ſetur idoneus teſtis. per id qd̓ habetur in. d. c. ſtatuēdum. ⁊ quia
ſuſpectus eſt: nā preſumitur qd̓ vellet ſuā ſniam per ſuum teſti-
monium defendere. facit qd̓ habetur in. d. l. vlti. C. de aſſeſſ. ⁊ in
d. l. fi. ff. eo. ⁊ in. d. c. romana. Scd̓o caſu principali qn̄ inducitur
ſuper actis ⁊ tunc aut inducitur vt iudex quia adhuc lis coram
eo durat ⁊ tunc ſibi non eſt credendum niſi quatenus appareat
de legitimis documētis. ſ. de pba. qm̄. circa fi. ⁊ ſic etiam poteſt
intelligi. d. l. ne in arbitris. §. ſinautē. Aut inducitur vt teſtis in
alia inſtantia ſuper his que dicuntur coram eo acta: ⁊ tunc ſi eſt
vnus ſolus: licet ei credatur vt vni teſti non tñ probat cū vnus
teſtis tantum non probet. ſ. eo. veniēs. in fi. Si vero ſint plures
tunc bene probant. vt hic etiam voluit gl. per id qd̓ habetur in
c. cum dilecti. j. de accuſa. ⁊. c. cum dilecti. ſ. de elec. ⁊. j. de exceſſ.
prela. inter dilectos. verſi. preterea. Aut vult deponere de actis
que ipſe iudex fecit: ⁊ non de his que per alios coram eo ſunt fa
cta. ⁊ tunc ſm̄ Jo. cal. non credetur eis: niſi quātum ad preſum-
ptionē ⁊ informationē. per id qd̓ habetur in. c. de cōcilijs. xviij.
diſt. ⁊ ſic poteſt intelligi. c. non ſine. j. de arbit. ſm̄ vnum intelle-
ctum: vel niſi adducātur vt teſtificētur cōtra factum per ſe: quia
tunc poterit teſtificari: quia ceſſat pſumptio ſuſpicionis ex quo
non adducūtur pro actu a ſe geſto ſed cōtra illū: vt eſt caſus ſm̄
alium intellectū in. d. c. non ſine. vt ibi tangit Innoc. qd̓ videtur
intelligēdum quando non detegeretur turpitudo ipſorum iudi
cum per id qd̓ habetur. ſ. eo. ſicut ⁊ tetigit Inno. in. d. c. nō ſine.
Idem ſi adducantur vt excuſent factum a ſe qd̓ prima facie non
bene ſonat. vt eſt caſus in. d. ca. non ſine. ſm̄ alium intellectum.
quē tangit ibi Inno. Idem videtur ſi de volūtate partium pro-
ducerētur in teſtes. per id qd̓ notatur in. c. romana. de teſti. in. vj.
do. Anto. hic videtur velle qd̓ non poſſit adduci cōtra appella-
tum eo inuito quaſi preſumantur ſuſpecti cōtra illū: ſed tamen
cōmuniter hic alij docto. ſentiunt oppoſitum. ex quo nō produ-
cuntur ſuper principali nec ſuper geſtis a ſe, ⁊ ſic videtur etiam
4 ſenſiſſe hic gl. ¶ † Quid autē de arbitro. dic idem eadem ratio-
ne qd̓ dictum eſt de iudice. ar. l. j. ff. de arbi. Quid aūt de arbitra
tore. Bar. tetigit in. l. ſocietatē. §. arbitrorū. ff. pro ſocio. ⁊ ibi in
effectu idē videtur cōcludere qd̓ in arbitro ⁊ iudice. ipſe tamen
Bart. in auē. niſi breuiores. C. de ſen. videtur velle hoc verū niſi
in cōpromiſſo data eſſet poteſtas arbitratori procedēdi cū ſcri-
ptura ⁊ ſine ſcriptura. nam tunc videtur eſſe de mente partium
ꝙ ſuper proceſſu ſtetur dicto arbitratoris. quod eſt notandum.
5 ¶ † Vtrū aūt ille qui fuit teſtis ⁊ depoſuit poſſit eſſe iudex in cau
ſa. Spe. poſt Hugutionē videtur velle qd̓ ſic in Spec. eo. tit. §. j.
ver. itē ꝙ fuit in eadē cauſa. ſed forte iſtud non eſt verū in parte
alia cōtradicēte: qꝛ videtur eſſe ſuſpecta ne velit tueri ſuū teſti-
moniū. nam alias ſi pronūtiaret cōtra illud poſſet quodammodo
notari de periurio. per id qd̓ habetur in. c. teſtimoniū. j. eo. ⁊ qd̓
6 habetur in. c. cū dilectus. ad fi. de ord. cogni. ¶ † An autē nota-
rius actorum in alia inſtātia poſſit induci in teſtē eo caſu forte quo
nō appareret ſcriptura. tenuit Jo. and. qd̓ ſic in. c. qm̄ cōtra fal
ſam. ſ. ti. j. vbi etiā dicit ꝙ ſuper pceſſu in alia inſtātia credetur
7 dicto notarij ⁊ iudicis. ¶ † Sed iuxta pdicta poteſt eſſe dubiū
quid de aduocato: an poſſit eſſe teſtis in cauſa in qua eſt vel fuit
aduocatus. Videretur qd̓ non per ea que habētur in. l. fi. ff. de te
ſti. cōclude qd̓ ſi aduocatus nō aſſumpſit officiū aduocationis li
cet prius elegerit eum in aduocatū poterit eſſe teſtis per. d. l. fi.
que videtur demū repellere aduocatū qn̄ preſtitit patrocinium,
⁊ ſic ſecus ſi non preſtitit: licet aſſumpſerit officiū aduocationis
qd̓ videtur procedere etiam ſi conuentum fuerit de ſalario. licet
Guid. de ſuza. cōtra per. l. j. §. aduocatus. ff. de va. ⁊ extraor. cog.
vt refert Jo. an. in Spe. eo. tit. §. j. ſuper ver. itē qd̓ fuit in eadem
cauſa. ſed vbi reprobat dictū Guido. quia. l. non ſimpliciter re-
pellet aduocatū: qꝛ tūc bene pcederet dictū Guido. ſed demum
ſi preſtat patrociniū: vt patet in. d. l. fi. ⁊ facit qd̓ habetur. j. eo. ro
mana. li. vj. ⁊ qd̓ dictū fuit. ſ. eo. inſuper. Si autē ſuſcepit officiū
aduocationis ⁊ preſtitit patrociniū: tunc ſi vult eſſe teſtis in illa
inſtātia in qua patrocinatur: tunc non poteſt, ne duplici officio
fungatur. ſ. aduocati ⁊ teſtis cōtra. l. nemo. C. de aſſeſſo. Si autē
vult teſtificari in alia inſtātia in qua non patrocinatur, forte in
cauſa appel. nō poteſt ꝓpter affectionē quā preſumitur habere
ad cauſam. per id qd̓ habetur in. d. c. romana. qd̓ intellige verum

niſi de cōſenſu vtriuſqꝫ partis ꝓduceretur adinſtar [...] di-
citur de proxeneta. j. eo. c. j. in. vj. vel niſi ꝓduceretur [...] am
pro quo fuit aduocatus: qꝛ tunc ceſſat ratio ꝓhibiti[...] tū
debebit dicere veritatē pro vtraqꝫ parte. vt no. gl. ro[...]
na. dicit etiā hic do. Ant. qd̓ in ſubſidium admittetur [...]
bus alijs ꝓbationib9 vt ſi forte aliqua dicatur acta ſolū [...]
ſentia partium ⁊ aduocatorū. arg. l. cōſenſu. C. de rep [...] in verſi.
ſuper plagis. ⁊. j. eo. veniēs. ad fi. ⁊ videtur ſequi Jo. [...] ſuper di
cto ver. itē qd̓ fuit. ſed forte iſtud vltimū nō eſt tutū: [...] imputan
dum videtur partib9: quare non fecerūt [...] in ſcriptu
ram per notariū actorum: vel quare non ad[...]duxerunt alios teſtes
argumēto de reg. iur. dānum. lib. vj. forte tñ quo ad informatio-
nem ⁊ aliqualem preſumptionē poſſet tunc recipi. arg. eorū que
notātur in. c. de cōcilijs. xviij. diſt. Vbi autē quis eſt aduocatus
in vna cauſa clarū eſt qd̓ in alia cauſa in qua nō eſt aduocat9 po
terit teſtificari etiā pro illo pro quo in alia cauſa eſt aduocatus.
per id qd̓ not. Innoc. ſ. eo. inſuper. ⁊ quod not. in. d. c. romana.
8 ¶ † Quid de ꝓcuratore an poterit eſſe teſtis in cauſa in qua eſt
vel fuit ꝓcurator. gl. fuerūt ꝯtrarie. nā gl. in. l. fi. ff. de teſti. tenuit
ꝙ ſic. qꝛ ꝓcurator nō iurat de calū. in auē. principales. C. de iura.
cal. ⁊ ſic nō cēſetur eſſe cauſa eius ꝓpria. cōtrariū voluit gl. in. l.
deferre. §. idē decreuerūt. ff. de iur. fiſci. Bar. ibi refert opi. quas
etiā hic refert do. Ant. ⁊ de materia etiā per Cy. in. l. omnib9. C.
eo. vbi tenet ſimpliciter qd̓ nō poſſit. ⁊ idē Jaco. de bel. vt refert
Jo. and. ſuper dicto ver. itē ꝙ fuit. per. l. fi. ff. de teſti. vbi repelli-
tur tutor cuius officiū eſt neceſſariū ⁊ ſic multo fortius procura
tor cuius officiū eſt volūtarium: licet poſſit interrogari vt pars
in iudicio. l. non ſolū. ff. de ꝓcur. ⁊ in. d. §. idē decreuerūt. ¶ Cō
clude ꝙ aut vult eſſe teſtis in cauſa in qua eſt ꝓcurator: ⁊ tūc ſi
non aſſumpſit officiū ꝓcurationis vel licet aſſumpſerit non tñ
exercuerit non ꝓhibetur. per id qd̓. ſ. dixi in ſimili de aduocato.
⁊ qd̓ no. Inno. ſ. eo. inſuper. Si autē exercuit officiū ꝓcuratio-
nis: tūc in illa inſtātia in qua exercet nō poterit eſſe teſtis: qꝛ ea-
dem eſt ratio ⁊ fortior quā in aduocato cū ſit pars in iudicio qd̓
nō cōtingit in aduocato. facit qd̓ no. Inno. j. de accu. ſuper his.
Si autem vult eſſe teſtis in alia inſtātia in qua nō eſt ꝓcurator:
tūc ſi ſpectare poteſt ad eum cōmodū vel incōmodū nō poterit
eſſe teſtis. vt no. Bar. in. d. §. idem decreuerūt. ⁊ ideo ibi decidit
ꝙ ſi peto a te centū ex cauſa mutui: que ego dico me tibi miſiſſe
per titium ꝓcuratorē tuū non potero ꝓducere titiū in teſtē: qꝛ ſi
nō appareret titium tibi dediſſe remaneret mihi obligatus ad
reſtituēdum Si autē non ſpectet ad eum cōmodum vel incom-
modum. tunc ſm̄ Bar. in. d. §. idem decreuerūt. non dꝫ admitti
niſi de cōſenſu vtriuſqꝫ partis vel niſi produceretur contra eum
cuius fuit ꝓcurator vt in ſimili dixi de aduocato. ⁊ per hoc bene
facit tex. in. d. c. romana. ſed do. Anto. hic. ⁊ idē videtur voluiſſe
Jo. an. in Spe. eo. ti. §. j. ſuper ver. ſed pone ꝙ adminiſtrator. vi
detur dicere predicta vera qn̄ aſcribi poteſt laus vel vituperium
ſi id ſuper quo teſtificari habet fuit factū vel non factū: alias autē
admittetur in teſtem etiā pro eo cuius fuit ꝓcurator etiā inuita
altera parte. Sed plus placet dictū Bart. per dictū. c. romana.
qd̓ indiſtincte repellitur, ⁊ pro hoc etiā ratio: quia videtur ſuſpe
ctus cū preſumatur habere affectionē ad cauſam pro qua fuit
ꝓcurator: ſicut in ſimili dixi de aduocato. ⁊ facit etiam qd̓ not.
de proxeneta in. c. penult. in auē. de teſti. colla. vij. ⁊ ideo videtur
qd̓ non poſſit ꝓduci ad plenā probationē: ſed ſolum ad aliqua-
lem informationē ⁊ preſumptionē, ⁊ adde etiā qd̓ notāt dñi de
Rota in ſua cōcluſione. cxxij. alias. cxxv. vbi dicunt qd̓ ſi procura
tor eſt reuocatus lite pendente: ⁊ poſtea ꝓducitur in teſtem qd̓
id fieri non poteſt: quia preſumitur in fraudem reuocatus vt ſic
poſſit deponere. ideo non debet ꝓdeſſe. argu. ſ. de reſcri. ſedes.
dicunt etiam in ſua cōcluſione. cxlix. alias. cliij. qd̓ licet repellatur
ſolicitator a teſtimonio. per ea que habētur in. l. fi. ff. de teſti. ta-
men non repellitur ſocius ſolicitatoris qui nullatenus ſolicita-
uit. arg. l. nam ſocius. ff. pro ſocio. ⁊. lxxvi. diſt. in. c. legitur. ⁊ de
materia in dicto verſi. item ꝙ fuit in eadē cauſa. ⁊ ſeq. per predi
cta patet qd̓ procurator in vna cauſa in alia in qua non fuit ꝓcu
rator poteſt eſſe teſtis, ⁊ plus dixit dñs Anto. qd̓ ꝓcurator in
cauſa poſſeſſionis poterit eſſe teſtis in cauſa ꝓprietatis quod
9 tene menti. ¶ † In gl. ſcriptum. in fi. potes dicere qd̓. c. poſt ceſ
ſionē. concordat ⁊ ſimiliter. c. cure. quia ſicut ibi dicitur ſtari ſcri
pture iudicis. ſicut etiam hic videtur innui quod ſtetur. plus ta-
men dicitur quod licet ſtetur: non tamen ſtabitur in tantū quin
poſſit ſcriptura reprobari. Sed tunc ſecundo videtur obſtare. c.
quoniam contra falſam. ſ. titu. j. Potes dicere primo qd̓ ibi di
citur non eſſe ſtandum verbo iudicis: ſed non negat quin ſtetur
ſcripture iudicis, ⁊ ſic poſſit intelligi hic: quia tamē hec ſolutio
non videtur de mēte illius litere que videtur requirere ſcriptu-
ram notarij vel duorum virorum. Potes dicere ſecundo quod
olim credebatur ſcripture iudicis. ⁊ ita loquātur hic: ſed hodie
ſecus

Ayuntamiento de Madrid

ſecus vt ibi.⁊ licet iſta decre.ſit poſterioꝛ ordine, tamen prioꝛ
videtur fuiſſe in compoſitione:quia illa fuit concilij generalis ⁊
hec decre.eſſet in hoc correcta.vnde tertio dici poteſt:vt
tetigit Inno.⁊ Hoſt. qꝺ ſi ſcriptura iudicis hʒ inſcriptionē
teſtium facit fidem,⁊ ita hic alias nō creditur.⁊ ita ibi. Nec ob.
qꝺ ſcripture notarij actorum creditur ſine inſcriptione teſtium.
C.de dona.l.in hac.⁊ notatur in.d.c.qm̄.quia in hoc magis cre-
ditur tabellioni cuius officiū eſt ſcribere:ſed ſecus in iudice. iſte
tamē intellectus non videtur bene hic poſſe colligi niſi expona-
tur dictio niſi pro q̃uis,nam alr̄s ſi dictio niſi ſtet proprie innuit
qꝺ ſola ſcriptura iudicis ſine inſcriptione teſtium facit fidē:ſed
tunc poteſt reprobari per duos vel tres. Itē vt dixit Inno.non
videtur bene iure cautum qꝺ ſcripture iudicis ſuper aliquo cō-
tractu:licet habeat inſcriptionē teſtium credatur:ſed ſolum vi-
detur in priuilegium hoc conceſſum tabellionibus.facit qꝺ ipſe
no.in.c.cum.p.j.de fide inſtru.nec ob.iſte tex.quia vt dixi nō po
teſt colligi niſi exponatur dictio niſi pro q̃uis: et ſic improprie-
tur litera:⁊ quia ſm eum poteſt dici qꝺ hic in verſi. nec ſcriptū.
non loquatur de ſcriptura iudicum quia ſi de illa voluiſſet loqui
dixiſſet in ſingulari:nec ſcriptū eius cū in precedētibus in ſingu
lari numero ſit locutus:ſed loquitur ſm eum de ſcripturis nota
riorum:vel forte appellat hic notarios iudices ſicut appellātur
in ciuitate Beneuētana.de qua in ſupſcriptione. ¶ Sed Hoſt.
10 tenet qꝺ † ſcripture ordinarij cū inſcriptione teſtium:etiā ſuper
cōtractibus creditur per iſtum tex.⁊ per.c.ij.j.de fide inſtru.hoc
iure poſſet tolerari ſi habet etiā ſigillum autēticum per dictum
c.ij.non enim apparet ꝙ hic in ver.nec ſcriptū. velit loqui de no
tarijs:vnde in dubio dʒ potius referri ad ſuperiora:nec multū
eſt ponderandum ſi de numero ſingulari tranſit ad pluralem.fa-
cit qꝺ habetur in.c.ſi.de ordi.cog.nam etiam quādoqʒ de prima
perſona tranſitur quādoqʒ ad ſecūdam vel tertiam. facit qꝺ ha
betur in.c.dudum. de conuer.coniug. ¶ Do.Anto. tenet opi.
Hoſt.in locis in quibus non eſt cōſuetudo tabellionum.⁊ idem
in alijs ſi ſcriptura conficiatur ſuper ſpectantibus ad officium
ſcribentis:alr̄s ſecus.arg.eius qꝺ notatur in ſimili per gl.de vſur.
ꝙꝙ.libro.vj. ¶ Tu potes dicere qꝺ intellectus text.ſtat in hoc
ver.nec ſcriptū. quia non intendit decidere an ſcripture iudicis
ſtetur ſeu detur fides: ſed vult dicere qꝺ ſuppoſito qꝺ detur fi-
des ⁊ probet,non tñ datur tāta fides:quin poſſit reprobari ſcri
ptura per duos vel tres teſtes, ⁊ ideo videretur qꝺ niſi de cōſue
tudine loci detur fides ſcripture iudicis:vel niſi forte reperiatur
aliud expreſſum in iure: prout reperitur in ſcriptura ſententie
excōmunicationis.qꝺ non creditur etiam ſi habeat ſcriptura te
ſtium inſcriptionē,⁊ ſm predicta etiam poſſet intelligi.c.ij.de fi
de inſtru.vel potes dicere vt dixi in.c.poſt ceſſionem.de probat.
quia opi.hec videtur procedere quando ſcriptura iudicis habet
11 inſcriptionē teſtium ⁊ etiam ſigillum autēticum. ¶ † In gl.ſcri-
ptum.in ſi.ex gl.iſta.no.duos principales intellectus in ver.niſi
vnus eſt.ꝙ exponatur dictio niſi pro q̃uis:⁊ tunc eſt ſenſus qꝺ
ſcriptura iudicis licet habeat teſtium inſcriptionē:quia tñ non
eſt confecta per manum publicam:licet habeat ſigillum auten-
ticum poteſt tamē reprobari per duos vel tres teſtes. ſecus ſm
gl.in inſtrumēto confecto per manum tabellionis, quia non po
teſt reprobari niſi per quatuor qꝺ an ſit verū dictū fuit in.c.ter-
tio loco.de ꝓba. ¶ Alius eſt intellectus qꝺ dictio niſi ſtet pro-
prie.⁊ iſte ſubdiuiditur.vno modo vt exponatur teſtium admini
culo.i.inſcriptione:⁊ tunc erit ſenſus ꝙ ſcriptura iudicis poteſt
reprobari per duos vel tres:niſi in illa ſint inſcripti teſtes:quia
tunc requirentur quatuor.⁊ ſm iſtum intellectum eſt hic caſus
melior de corpore iuris qꝺ ſcriptura autentica in qua inſcripti
ſunt teſtes:nō poteſt reprobari per pauciores teſtes quāʒ qua-
tuor ſiue ſit ſcripta per manū tabellionis ſiue nō dūmodo ſit au
tētica.facit qꝺ habetur in.c.j.⁊.ij.j.de ſi.inſtru. ¶ Alius eſt intel
lectus qꝺ exponatur niſi teſtium adminiculo fulciatur.i.niſi te-
ſtes inſcripti actualiter deponāt pro ſcriptura:qꝛ tūc non pote-
rit reprobari per duos vel tres: ſed requirētur quatuor cum ex
alia parte ſint duo teſtes actualiter deponētes ⁊ etiā autoritas
ſcribētis,⁊ iſtum intellectuʒ ſequitur hic Hoſt. ⁊ videtur tutior
per ea que dixi in.d.c.tertio loco. ¶ In gl.penul.ibi:ſed non eſt
verū.nec ob.iſte tex.quia nō dicit qꝺ ſi ſcriptura iudicis habeat
ſubſcriptionē teſtium nō poſſit reprobari:quia imo dicit oppo
ſitum ſi exponamus niſi pro q̃uis.vt dixit gl.precedēs. ⁊ etiam
tangit glo.j.in ſi.⁊ etiam ſi ſtet dictio niſi ꝓprie non dicit ſimpli
citer ꝙ non poſſit reprobari per teſtes:ſed ꝙ non poteſt repro-
bari per duos vel tres:⁊ ſic nō negat quin per plures. de quo di
xi ſuper gl.precedēti. ¶ In gl.ſi.in ſi. Et aduerte quia olim etiā
papa ſe manu ꝓpria ſubſcribebat ⁊ certa ſigna faciebat:⁊ ſimi-
liter quilibet cardinalis: vt vidi in aliquibus priuilegijs anti-
quis:ſed hodie etiaʒ in priuilegijs non ſit ſubſcriptio, ⁊ per hec
ſit expedita hec decre.que in ſe,⁊ in materia eſt aliqualiter diffi-

cilis.Sed ex predictis ſatis potes percipere clarum intellectū,
⁊ maxime ſi daretur in punctis.

1 Teſtes producti ſuper dilatoria non cogūtur deponere ſu-
per negotio principali.
2 Teſtis iuratꝰ ſup vno articulo nō dʒ deponere ſup alio.⁊ nu.6.
3 Teſtis qui iurauit ſuper exceptione peremptoria poteſt cogi iu
rare ſuper principali.
4 Probandi facultas excluditur tribus terminis.
5 Teſti non creditur niſi deponat iuratus.
7 Teſtis iurans dicere veritatē idem eſt ac ſi ſuper tota cauſa iu-
raſſet dicere veritatem.
8 Dilatoria opponi poteſt poſt litem conteſtatam.
9 Teſtes ſi ab vna parte producantur ſuper peremptoria ⁊ pars
aduerſa pētat eos iurare ⁊ interrogari ſuper principali non po
terit pars ſic petēns illos poſtea reprobare.

a De teſtibus. Teſti[a] qui ſuper exceptioni-
bus iurauit ſuper principa-
li non creditur actore tamē petente ſi lis eſt conteſta-
ta:etiam ſuper principali iurare ⁊ deponere compel
litur.h.d.ſm Jo.an.vel aliter Teſti qui ſuper exceptionibꝰ di-
latorijs iurauit ſuper principali nō creditur. ſi vero iurauit ſup
peremptoria tunc actore petente etiam ſuper principali iurare
⁊ deponere cōpellitur.h.d.⁊ iſte intellectus ſummarius videtur
melior per ea que dicentur ſuper gloſ.ij. Et in prima deciſa con-
ſultatio.in ſecūda reſponſio.ſecunda ibi:conſultationi.que duo
membra ꝓſequitur.⁊ ſecūdum membrum ꝓſequitur ibi ſi vero.
1 ¶ No.j.ꝙ † teſtes ꝓducti ſuper dilatoria non coguntur depone
re ſuper negotio principali.⁊ ſic no.qꝺ licet teſtis debeat dicere
veritatē pro vtraqʒ parte verū eſt ſup eo ſup quo iurauit vel illi
2 connexo:ſecus ſup alio. ¶ Item not.ꝙ † ſi teſtis eſt iuratus ſup
vno articulo non valet teſtimoniū eius ſi deponat ſup alio:quia
tūc deponeret nō iuratus. facit qꝺ notatur in.l.momētanee.C.
qui legi.perſo.⁊ in.l.ſi quis libertatē.ff.de peti.hered.⁊.l.ſi duo.
§.idem iulianus.ff.de iureiur.de quo etiam ibi per Bar.ſecus ſi
iuraſſet dicere veritatē ſuper tota cauſa vel ſuper articulo ⁊ ſup
tota cauſa,⁊ ideo de cautela eſt vt dicit Specu.in dicto tit.§.ſe-
quitur. verſicul.illud. qꝺ pars non patiatur teſtem iurare ſuper
articulo tantum:ſed faciat qꝺ iuret ſuper articulo ⁊ tota cauſa.
3 ¶ † Itē no.ꝙ vbi teſtis adducitur ſuper exceptione perempto
ria ⁊ ſuper illa iurauit:poteſt cogi ad inſtantiam partis aduerſe
etiam iurare ſup principali cum ſup peremptoria et ſup princi-
pali ſimul poſſit ꝓcedi.ſ.de ordi.cogni.c.j.cum ibi not. Secus
quando adducitur ſup dilatoria iudicij: qꝛ non poteſt ſimul ꝓ-
4 cedi ſuper illa ⁊ ſup principali.ſ.de iudi.exhibita. ¶ † Ultimo
nota tres terminos excludētes facultatē ꝓbandi. vnus eſt ſuffi-
ciens ꝓductio teſtium.ſecundus eſt renuntiatio ꝓductionis te-
ſtium.⁊ tertius publicatio atteſtationū. de quibus dictum fuit
5 in.c.fraternitatis.ſ.eo. ¶ † In gl.j.in ſi.hoc dixit glo. quia non
creditur teſti niſi deponat iuratus.vt.j.eo.c.tuis.niſi aliter eſſet
depoſitum de conſenſu partium:vt ibi patet. An autē ſufficiat
poſt depoſitum teſtimonium teſtem iurare vera eſſe que dixit.
tenuit Bartholo. brixien. qꝺ ſic dummodo alias ſit bone fame
ſed contrarium tenuit Hoſ.in ſumma huius tituli ante ſi. ⁊ hoc
cōmuniter tenetur:quia iuramentum debet precedere teſtimo-
nium non ſequi alr̄s non valet per iſtum tex.⁊ per id qꝺ habetur
ij.q.j.in primis.⁊.ij.q.iiij.nullam.⁊.iij.q.ix.hortamur. An autē
teſtis poſſit deponere teſtimonium ſuum in ſcriptis dic qꝺ nō:
quia iudex debet audire viuam vocē teſtis:⁊ ſic videre qua con-
ſtantia ⁊ qua trepidatione loquatur.l.de minore.§.tormēta.ff.
de queſti.Si tamē teſtis iuratus deponat dictum ſuum in ſcri-
ptis non cōtradicēte iudice neqʒ parte ⁊ in ꝓſentia iudicis ſcri-
pturam teſtimonij porrigat ⁊ dicat ſe teſtificari vt in illa conti-
netur videtur teſtimoniū valere.vt not.Bar.in.l.eos.ff.de fal.⁊
facit etiam qꝺ ipſe not. in.l.theopompus.ff.de dote prelegata.
ſecus ſi in abſentia per literas exponeret dictum ſuum.iij.q.ix.
6 in.c.teſtes. ¶ † In gloſ.ij.ibi non ꝓdeſt per iura ꝓdicta.⁊ qꝺ ſic
vult gl. qꝺ ſi teſtis inductus ſuper vno capitulo deponat ſuper
b alio non ꝓbet[b] qꝺ eſt verum quādo iurauit ſuper certo articulo
dicere veritatem ſecus ſi iuraſſet ſup certo articulo ⁊ tota cauſa
vel ſimpliciter ſuper tota cauſa:quia tūc valeret dictū eius etiā
ſup alio articulo.vt not. Bart.in.l.ſi duo patroni.§.idem iulia-
7 nus.ff.de iureiuran. ¶ † Quid autē ſi ſimpliciter iurauit dicere
veritatē.do.Anto.videtur velle qꝺ idē ſit ac ſi ſuper tota cauſa
iuraſſet dicere veritatē:ſed forte hoc nō eſt verū:quia cum pro-
pter articulos ꝓbandos ꝓducātur teſtes in dubio iuramētum
ſimpliciter ꝓſtitum videtur referēdum ⁊ reſtringēdum ad illos:
qꝛ limitata cauſa in dubio parit limitatum effectum.l.ita autē.
in prin.ff.de admi.tuto.⁊.l.in agris.ff.de acqui.rerum do.fateor
tamē ꝙ licet teſtes iuraſſent dicere veritatem ſuper tota cauſa:
vel ſimpliciter ſi tamen poſtea deponant ſuper certis articulis

a ¶ Teſti.ſu
per hac de
cret.quērit ſi
teſtis depo
nat ſup a-
lio articulo
quaʒ ſup q̄
iurauit an
fideʒ faciat
diſtingue ſm
ſm do.Vēce-
ri.bohych.
⁊ vide hic p
do.Fely.in
j.col.ver.in
glo.j.

b ¶ Nō ꝓbet.
recurre ſup
hoc ad po-
ſtillā poſitā
in princ. hu
ius.c.vbi re
miſi.



Ayuntamiento de Madrid

non impedietur pars ꝓducere ſuper alijs: q2 ex quo non depo-ſuerunt ſuper illis non curatur qḋ iuramentum pſtiterint exten-dens ſe etiã ad alios articulos.ſecus ſi fuiſſent interrogati ſup alijs ⁊ dixiſſent ſe nihil ſcire: q2 tunc poſt publicatas atteſtatio-nes non poterunt alij ꝓduci.per illud qḋ hic dicitur in fi. ¶ Jn ea.gl.ibi vt deponeret. ſupple ⁊ iurent alias non differt queſtio gl.a queſtione tex.⁊ ſic patet ꝙ vbi ſolum iurãt ſuper exceptio-ne ſiue illa ſit dilatoria ſiue peremptoria non debet deponere ſu-per principali:quia deponerent non iurati: ſed vbi inducuntur ſuper exceptione ⁊ ſuper illa iurant:⁊ petitur etiam vt iurent et deponant ſuper principali:tunc ſi inducũtur ſuper dilatoria nõ debent cogi iurare ſuper principali.per id qḋ.j.dicit gloſ. ⁊ quia non debet ſimul ꝓcedi ſuper dilatoria.impediẽte ꝓceſſum ⁊ ſu-per principali.vt.§.de iudi.exhibita. ſecus ſi inducuntur ſuper exceptione peremptoria:quia ſi petitur bene debet cogi iurare: ⁊ etiam deponere ſup principali:quia ſuper peremptoria ⁊ ſup principali ſimul poteſt ꝓcedi.§.de ordi.cogni.c.j.⁊ ſm predicta

8 debet intelligi iſte tex. ¶ †Jn eadẽ gl.ibi ante litẽ conteſta.⁊ ſic à contrario videtur velle qḋ ſi dilatoria opponatur poſt litẽ cõ teſta.qḋ quandoqꝫ fieri poteſt vt habetur.§.de offi.delega.inſi-nuante.qḋ tunc poterũt cogi iurare ſup principali, ⁊ hoc tenue runt aliqui:ſed tene cõtrarium per.c.exhibita.preallegatũ. vbi ſimul non debet ꝓcedi ſuper principali ⁊ ſup exceptione concer nente ꝓceſſum,⁊ intellige predictã vera in dilatoria ꝓceſſus.ſe-cus ſi ſit dilatoria ſolutionis que venit ꝓbanda poſt litem cõte ſta.C.de exce.in.l. exceptionem.quia tunc bene poſſent cogi iu-rare ſup principali:quia illa non impedit ꝓceſſum. ¶ Jn glo.ſi. ibi exceptio peremptoria ⁊ ꝓbari,⁊ ſic eſt hic caſus cõtra illud qḋ no.gl.in.l.peremptorias.C.ſententiam reſcin.non poſ.vbi gl. voluit qḋ publicatis atteſtationibus ſup principali non poſſit teſtis ꝓduci ſup peremptoria poſtea ꝓpoſita. ¶ Jn eadem glo. ibi:falſum dixiſſe.hoc intellige quando volo ꝓbare falſitatẽ in-directe vel falſitatem cum corruptione directam autem falſita-tem tantummodo ꝓbare non poſſum ſi volo ꝓducere teſtes ſup articulo directe contrario iam ꝓductis. vt in cle.teſti.eodẽ titu. ¶ Jn eadem gl. in ſi.hodie habetur. de litis conteſta.c.j.lib.vj. Et an ſi opponatur aliqua de iſtis tribus exceptionibus ad ꝓ-ceſſum poſſit peti vt teſtes iurẽt ſup principali.do.Ant.hic vo-luit qḋ ſic.forte ex eo quia iſta videntur concernere negotiũ prin cipale:ſed contrarium credo verum ſi non opponuntur ad meri ta cauſe:ſed ad ꝓceſſum impediẽdum:quia ſup exceptiones im pedientes ꝓceſſum ⁊ ſup principali non poteſt ꝓcedi ꝓpter re-pugnantiam ⁊ contrarietatem.per id quod habetur in.c.exhibi

9 ta.§.de iudi. ¶ Et adde quia dixit hic Hoſti.qḋ † ſi teſtes ꝓdu-cantur ſup peremptoria ab vna parte:⁊ adverſa pars petat eos iurare ⁊ interrogari ſup principali qḋ non poterit tunc ſic petẽs poſtea illos reprobare licet non fuerit principalis ꝓducẽs:quia reprobatio eſt odioſa,qḋ intelligit verum niſi ex vi proteſtatio-nis per.c.preſentium.j.eo.ſed certe illud vltimum non videtur ve rum:quia ex quo petit illos pro ſe interrogari ꝓteſtatio nihil vi detur operari tanꝙ contraria facto.per id qḋ habetur.§.de con-ſti.cum M.nam petẽdo pro ſe interrogari approbat perſonam teſtis:ideo non poteſt illaꝫ reprobare.per id quod habetur.iiij. q.iij.ſi quis teſtibus.

1 ☞Priuilegium an poſſit concurrere cum iure communi.

2 Publicatio atteſtationum non debet fieri ad petitionem illius ad quem non tranſit effectus teſtimonij.

3 Atteſtationes quãdo ſunt depoſite penes partem preſumptio eſt qḋ fuerunt percunctate.

a ¶ Publi-catio.idem ſummãt h do.Abb.et do.Fely.

b ¶ Publi-catꝫ atteſta tionibꝰ.idẽ ſummãt h do.Abb.⁊ Fely.⁊ ſi ꝗ ras vtrũ il le § quẽ ꝓ ducti ſunt teſtes poſſit ꝯ eos crimi na obijcere diſtingue h ſm do.Hẽ ri.bo.hyc.h. in prin.ca.

a C**onſtitutus.** Publicatioᵃ atteſtatio nuꝫ non fit ad petitionẽ tertij,⁊ pars apud quam depoſite fuerunt atteſtatio nes non poteſt vlterius teſtes ꝓducere.hoc dicit.Et primo narrat factum ſecundo interloquitur ⁊ interloquẽdo cau ſam committit.ſecunda ibi:nos eas. ¶ Jn text.ibi:nominatur. ſup.⁊ mota fuit queſtio inter archiep̃m Eboraceñ. qui contule-rat archidiaconatum magiſtro Honorio,⁊ pretẽdebat ad ſe ſpe ctare collationem archidiaconatus, ⁊ dictũ Rogerium ex alia: et queſtio fuit commiſſa epõ ⁊ decano Linconenſ. ⁊ cuidam ar-chidiacono de quo hic in ſupraſcriptione, ⁊ fuit delegata cauſa predictis per quẽdam legatum apoſtolice ſedis:coram quibus archieps petebat pnuntiari ⁊ declarari ad ſe ſpectare poteſta-tem conferendi archidiaconatum Richemundie.⁊ conſequẽter collationem factam magiſtro Rogerio per decanũ ⁊ capitulum non valere ⁊ caſſandam eſſe:⁊ coram iſtis delegatis ꝓducti fue runt aliqui teſtes pro parte archiepi ad probandum qḋ ad eum ſpectaret poteſtas conferendi:non tamen fuerunt teſtes publi-cati. demum pẽdente cauſa magiſter Honorius comparuit co-ram delegatis pro intereſſe:⁊ ꝓduxit etiam aliquos teſtes quo-rum depoſitiones dicebantur fuiſſe apud eum depoſite, et poſt predicta timẽs magiſter Rogerius ne aliquid innouaretur con tra eum appellauit ad ſedem apoſtolicam poſt quã appellatio-nem nihilominus fuit ſpoliatus vt ſeqtur in litera.⁊ hac de cau ſa miſit ꝓcuratorem ad curiam ad impetrandum ſup ſpoliatio-ne:vt ſequitur in litera,⁊ hec colliguntur ex prima gloſ.⁊ ex gl. in verbo Eboracenſem.cum dubbus ſeqũtibus.⁊ ex gloſ.fina. ¶ Jn tex.ibi:vertebatur.⁊ infra deciditur qḋ Honorius pete-bat qḋ in caſu in quo non aperirentur:ſaltem de nouo reciperẽ-tur dicti teſtes:cui contradicebat ꝓcurator Rogerij. dicens qḋ

1 id etiam fieri non debebat:quia ipſe Honorius teſtes etiã ꝓdu xerat ⁊ didicerat teſtificata cũ depoſitiones teſtiũ diceret apud eum fuiſſe depoſitas. ¶ Jtẽ ibi alioquin.i.ſi non fuerint depoſi ti nec publicati. ¶ † No.qḋ videtur eſſe poſſibile priuilegiũ cõ-currere cum iure cõmuni.qḋ videtur contra tex.ij.diſt.in.c.pri-uilegia.vbi priuilegium dicitur quaſi priuãs ius cõmune. vnde intellige hic diuerſis reſpectibus. Nam allegabatur ius cõmu-ne:forte ex eo quia infra tẽpus ſex menſium a die vacationis fa cta fuerat collatio prout de iure fieri debet: vt in.c.ij.§.de cõceſ. prebẽ.al's forte ex eo quia p archiep̃m non fuit facta collatio in tẽpus ſex mẽſium a die vacatiõis:prout de iure fieri debet quo caſu deuoluitur poteſtas ad capitulũ.vt in.c.ij.de conceſ.pben. ⁊ hoc verius vt colligitur ex.c.poſt electionẽ.iuncto.c.ij.eo.tit. priuilegium vero forte allegabatur reſpectu poteſtatis cõferen di vel forte ad cautelam voluerunt ſibi concedi ſpecialiter p pa-

2 pam poteſtatẽ conferẽdi. ¶ † Not.ij.qḋ ad petitionem illius ad quẽ non tranſit effectus teſtimonij non debet fieri apertura ſeu publicatio atteſtationum. ¶ Jtẽ no.qḋ vbi ad petitionẽ auto-ris ſunt teſtes recepti non ſunt publicandi ad petitionẽ ſolius ſucceſſoris:vt ſic non preiudicetur autori. ¶ Jtẽ no.arg.qḋ vbi cauſa agitatur cum conferẽte vel eligẽte:acta non habẽt ꝓdeſſe vel nocere illi cui facta eſt collatio.qḋ intellige vt habetur in ca.

3 quamuis.§.de re iudic. ¶ † Jtem not.qḋ vbi atteſtationes ſunt depoſite penes partẽ ꝓſumptio eſt qḋ fuerunt percũctate.ideo non licet vlterius ꝓducere teſtes,qḋ intellige quãdo non fuerũt clauſe vel ſi fuerunt clauſe reddite ſunt aperte.ſecus ſm Hoſti. ſi depoſite eſſent clauſe et ſigillate. et ſimiliter redderentur:quia tunc ceſſat dicta ꝓſumptio. ¶ Jn gloſſ. in verbo Eboracẽſem. ibi: non faciunt fidẽ in alio,⁊ dicitur aliud eſſe iudicium ſiue in-teruenīat diuerſitas cauſe ſiue diuerſitas rei, ſiue perſonarũ.§. eo.veniẽns.⁊.ff.de excep.rei iudi.in.l.cum queritur. ⁊.l.cum de hoc. ¶ Jn gl.delegatis.imo in verbo ꝓduxiſſe.ibi:⁊ magiſtrum Rogerium vertebatur. intellige tamen qḋ a principio non fuit delegata inter iſtos tres:ſed inter archiep̃m Eboraceñ. ⁊ magi-ſtrum Rogerium. ⁊ demum lite pẽdente coram eiſdem compa-ruit Honorius pro ſuo intereſſe vt colligi poteſt ex eo quod ſe-quitur in gloſ. ¶ Jn gloſ.depoſitis.in ſi.ibi:qḋ verius videtur. melius dixiſſet qḋ clarius videtur.nam ꝓcedens intellectus no-tabilior eſt,⁊ etiam communiter approbatur cum limitatione. de qua dixi in notabilibus. ¶ Jn gl.penul.in ſi.vel expone pla nius.i.ſi nõ fuerint ab ipſo Honorio ꝓducti teſtes:vel dato qḋ fuerunt ꝓducti non fuerunt apud eum depoſiti nec etiam publi cati. ¶ Jn gloſſ.ſi.ibi:non ab Honorio. ⁊ ideo dum litera dicit fuere ꝓducti debet fieri punctus ante verbum ꝓducti, ⁊ tũc eſt ſenſus qḋ ſi non fuerunt per dictum Honorium producti teſtes coram delegatis:vel licet fuerũt ꝓducti apud eum depoſiti non fuerunt nec publicati.tunc ſi pro dicto Honorio ꝓducti fuerint id eſt producantur teſtes qui fuerunt per archiepiſcopum ꝓdu-cti:ſed non fuerunt publicati.admittẽtur tunc ad teſtimonium pro dicto Honorio.

1 ☞Publicatis atteſtationibus non eſt licitum opponere in perſonas teſtium.

2 Juramẽto illius de cuius conſcientia queritur ſtatur in his que pendent a conſcientia.

3 Negatiua quandoqꝫ probatur per iuramentum.

4 Proteſtatio de opponẽdo contra teſtem facit ꝙ ei de facili non creditur.

5 Teſtes ſi contra aliquem ꝓducantur in vno articulo ⁊ nõ oppo nit ſi poſtea cum ſuper alio producuntur opponi an poſſit.

6 Proteſtans opponere contra teſtes: an poſſit a proteſtatione deſiſtere.

7 Acceptans dictum teſtis contra ſe producti quatenus pro ſe fa cit non poterit perſonam illius reprobare in alia cauſa.

8 Jnſtrumentum ſi arguatur de falſitate producẽs poteſt deſiſte-re a productione.

b P**reſentium.** Publicatis atteſtationi busᵇ nõ opponit in perſo-nas teſtium:niſi in caſibꝰ hic poſitis.h.d.Et ponit re gulam a qua tres caſus excipit, ⁊ ſm caſum decẽ mi

1 nus ibi ceterum. ¶ † Not.regulã ꝙ poſt publicatas atteſtatio-nes nõ eſt licitũ opponere in pſonas teſtiũ, ⁊ rõ eſt:q2 pſumitur malitioſe

Ayuntamiento de Madrid

malitioſe opponere: ex quo tanto tp̄e tardauit, ⁊ ideo non ad-
mittitur niſi purgata fuerit dicta p̄ſumptio per iuramētum vel
niſi veriſimiliter ceſſet malitia: vt quia a principio fuerit ꝓteſta
tus vel de nouo ſuperuenit notitia exceptionis. ¶ Itē not. qḋ
2 in † his que pēdent a cōſcientia ſtatur iuramento eius de cuius
conſcientia queritur. de quo in. c. ſi vero aliquis. de ſen. excō. ⁊ .j.
de verbo. ſignificati. ⁊ facit qḋ not. gl. inſti. de act. in. §. alie. in gl.
3 magna. ¶ Item no. qḋ † negatiua interdum ꝓbatur p iuramen
tum, ⁊ de materia negatiue plene habetur. c. bone. el. j. ſ. de elec.
4 ¶ Ultimo not. qḋ † vbi quis ꝓteſtatur de opponēdo contra te-
ſtem. de facili non creditur teſti cōtra quem facta eſt ꝓteſtatio
ſi aliquid teſtificetur pro ꝓteſtante. de quo dicendum vt in gl. ſi.
a ¶ In gl. j. ibi: nec in alia. intellige etiam inter diuerſas pſonas
per tex. in. l. ſi quis teſtibus. C. eo. indiſtincte loquētem. ⁊ ſequi-
tur hic Inno. ⁊ etiam Cy. in. d. l. ſi quis teſtibus. licet Guido de
ſuza. tenuerit cōtrarium in. d. l. ſi quis teſtibus. vt no. p Io. and.
in addi. Spe. eo. titu. §. ſepe. ver. quid ſi eum. ¶ Item intellige
hoc verum ſiue ꝓducēs fuerit vſus teſtibus ſiue non. nā ex quo
ſemel ꝓduxit approbauit pſonas: ideo non poteſt reprobare. li
cet Spe. aliter dicat in dicto. §. ſepe. circa finē. ſed ꝓcedens dictū
5 tenuit Cy. in. d. l. ſi quis teſtibus. Quid autem † ſi ille contra quē
ꝓducuntur teſtes ſup vno articulo nihil oppoſuit: ſed cū poſtea
ꝓducuntur ſup alio opponit an poſſit. ¶ Dicit quod ſic per. l.
voluntarie. C. de excuſa. tuto. nam minus eſt non reprobaſſe te
ſtes ſup vno articulo quam approbare eos ꝓducendo. facit qḋ
notat Inno. ſ. de reſtit. ſpolia. olim. el. iij. Et adde ad p̄dicta qḋ
not. Inno. j. de exceptio. cum venerabilis. ⁊. ſ. de eta. ⁊ qualita.
accepimus. ¶ In eadem gloſſ. ibi: eſt tamen argumētum cōtra.
Sed ſolue qḋ aliud eſt approbare pſonam quo caſu non ſequi-
tur qḋ videantur etiam approbari teſtimonia ferēda per ratio-
nem quam dixit gloſſ. ⁊ facit quod habetur in. l. ex conſenſu. ff.
de appel. vbi patet qḋ licet impetrauerim iudicem: ⁊ ſic appro-
bauerim pſonam eius: tamen poſſum ab eius ſententia appel-
lare. Aliud eſt quando quis reprobat pſonam teſtis: quia tunc
videtur dicere eum inhabilem: ⁊ per conſequens non debere cre
di eius teſtimonio. j. eo. teſtimonium. ideo plus operatur repro
batio quam operetur approbatio. facit quod not. in ſimili. ſ. de
conſuet. cum dilectus. vbi interdum plus tollit priuatio quam
ponat affirmatio. ⁊ de materia gl. habetur per Cy. ⁊ legiſtas in
dicta. l. ſi quis teſtibus. et adde quod habetur. j. in fine capituli.
¶ In gl. iuramento. in fi. ſed certe ſi vera eſſet prima opi. quam
tenet gloſ. iſte text. hodie eſſet fruſtratorius cum etiam in ſpiri-
tualibus hodie iuretur de calumnia. vt in. c. j. de iuramē. calum.
in. vj. p̄terea hic loquitur ſimpliciter ⁊ indiſtincte: ergo indiſtin-
cte debet intelligi. j. de priuileg. quia circa. cum concor. ideo te-
ne ſecundam opin. ⁊ ad aut. in hoc ſacramento reſponderi po-
teſt qḋ hoc eſt ſpeciale. vt voluit gl. ⁊ idē dicebat Inno. in omni-
bus alijs caſibus in quibus hoc reperitur expreſſum. Sed certe
hodie etiam ſi aliter expreſſe non exprimatur poteſt iudex vbi
ſuſpicatur de malitia ſemper facere p̄ſtari iuramentum malitie.
vt habetur in. c. ij. de iuramen. calum. in. vj. p̄terea poteſt dici qḋ
illa autentica dicit non eſſe reiterandum iuramentum calūnie:
ſed nihil dicit de iuramento malitie, ideo in hoc eſt ſtandū huic
textui. ⁊ ei qḋ habetur in dicto. c. ij. Et adde dum gloſſ. dixit ſed
vbi non credo qḋ debet intelligi de capitulo vltra tertiam. nam
in. c. paſtoralis. bene ſufficit ꝓteſtatio ſicut hic. ¶ In gl. penul
tima ibi difficile eſt ꝓbare, nam licet ꝓbaret ſibi poſtea fuiſſe di
ctum non ſequitur neceſſario qḋ ante non ſciuerit. Ideo neceſ-
ſarium eſt iuramētum. facit qḋ habetur in. c. per tuas. j. de cōdi.
appo. ¶ In gl. fina. ibi: ⁊ ſi ꝓceſſum fuit. hic incipit glo. reſpon-
dere ad oppoſitionem ſuperius factam, ⁊ conclude pro intelle-
ctu tex. ⁊ gloſ. qḋ aut ꝓteſtans fuit proſecutus ꝓteſtationem ⁊
ꝓduxit teſtes ad reprobandum pſonas: ⁊ tunc ſi obtinuit appa-
ret pſonas eſſe inhabiles, ideo nullatenus credetur ⁊ tunc ꝓce-
dit expoſitio vt exponatur de facili nō credatur, id eſt nullo mo
do. Idem dicas ſi ſuccubuit ex quo per ipſum non remanſit per
iura allegata in gl. ⁊ etiam hoc voluit hic glo. Interdum autem
non fuit ꝓſecutus ꝓteſtationem: ſed ſolum a principio ſimpli-
citer fuit ꝓteſtatus ius ſuum debere eſſe ſaluum contra pſonas
⁊ dicta teſtium: ⁊ tūc ꝓcedit expoſitio ſecunda vt exponatur de
facili non credatur, id eſt nō faciliter credatur niſi qualitas per-
ſone teſtis aliud ſuadeat: vt quia ſit adeo honeſta qḋ nulla ſit ſu
ſpicio cōtra eum qḋ aliquid dixerit pro ꝓteſtante p captāda be
niuolētia eius: ne aliquid cōtra eum obijciat: ⁊ ſic erit hoc arbi-
trarium alias non credetur plene ſicut creditur alijs teſtibꝰ, ſed
ſolum ad p̄ſumptionem ⁊ demum cum alijs adminiculis faciet
fidem, ⁊ ideo propter dictum vnius teſtis contra quem facta eſ-
ſet ꝓteſtatio in eo qḋ dixit pro ꝓteſtante non veniet de [illegible]
iuramentum: quia non cenſetur integer teſtis, et ſimiliter ſi duo
teſtes dicant contra ꝓteſtantem [illegible] alij dicant aliquid ꝓ illo:
plus credetur illis qui dicunt contra proteſtantem. vt hic voluit
6 Io. and. ¶ † An autem poſſit proteſtans deſiſtere a ꝓteſtatio-
ne: dic qḋ ſi nō ſi forte aduerſarij in aliquo interſit ꝓpter aliquas
expēſas factas occaſione ꝓteſtationis: niſi forte refundat illas.
per id quod habetur in. c. interpoſita. j. de appel. vbi autē aduer
ſarij non interſit an tunc poſſit deſiſtere. conclude ꝙ ſi ꝓteſtans
ꝓduxit teſtes ad reprobandum perſonas teſtium contra quas
facta eſt ꝓteſtatio: ⁊ tūc etiam non poteſt deſiſtere inuito aduer
ſario ex eo quia tales teſtes qui ꝓducuntur per ꝓteſtantem iu-
rant dicere veritatē pro vtraqꝫ parte. vt not. ſ. eo. fraternitatis.
⁊ ſic poterit eſſe ꝙ forte dicet in fauorem illius contra quem fa
cta eſt proteſtatio: ⁊ in fauorē teſtium cōtra quos eſt ꝓteſtatus:
⁊ ideo inuito aduerſario nō poteſt deſiſtere a tali productione.
per id qḋ habetur in aut. at qui ſemel. C. quō ⁊ qn̄ iudex. ⁊ idē vi
detur velle Innocē. ſi forte proteſtans dixit ſe velle teſtes ſuper
ꝓteſtatione ſeu reprobatione ꝓducere per dictam aut. at qui ſe
mel. Si autē non ꝓduxit proteſtans teſtes ſuper reprobatione:
ſed forte vult reprobare per inſtrumētum qḋ produxit. tunc di-
xit Innoc. qḋ poteſt deſiſtere ſi inſtrumētum ſolum faciebat in
fauorem ꝓteſtantis. Secus ſi feciſſet etiam in fauorem aduerſa
rij: quia tunc non poſſet deſiſtere argu. eorū que habentur. j. de
fide inſtru. imputari. Si autem nihil ꝓduxit ad reprobationem
teſtium: tunc aut vult deſiſtere a ꝓteſtatione anteq̄ teſtes con-
tra quos facta eſt ꝓteſtatio aliquid deponāt: ⁊ tūc poteſt deſiſte
re cum res tunc videatur integra. per id qḋ habetur in. l. ſi quis
libellos. canonizata. ij. q. vj. et. C. de appel. l. ſi quis ꝓuocatione.
Aut vult deſiſtere poſtq̄ teſtes cōtra quos facta eſt proteſtatio
depoſuerunt ⁊ tunc non poteſt: quia non cenſetur res eſſe inte-
gra. nam non ceſſat preſumptio que eſt contra teſtem deponen
tem precedēte proteſtatione cōtra eum. de qua tangit hic gloſſ.
circa finē. Et multo minus poſſet deſiſtere poſt publicationem.
Et ex predictis cōſuluit Abbas qḋ quis non proteſtetur cōtra
teſtes niſi poſt depoſitionē ⁊ ante publicatonē. naꝫ ex quo de-
poſitio preceſſit ꝓteſtationem non eſt ſuſpicio contra teſtem. et
hoc ſequitur hic do. Anto. licet Io. and. hoc non placeat. ſed ve
rius videtur dictum dn̄i Anto. per rationem predictam, ⁊ quia
hic non videtur ꝓhiberi apponere poſt depoſitioneꝫ teſtis: ſed
ſolum poſt publicationem. vt patet ex litera. ¶ Item predicta
vera qū ille qui ꝓducit teſtes ſuper principali nō impugnat re-
probationem quam facit proteſtans ſi autē ipſam impugnaret:
⁊ ſic in conſequētiam approbaret illos contra quos ſit proteſta
tio: tunc dicūt aliqui ꝙ omnino plene crederetur etiā pro prote-
ſtante: ex quo ꝓducens approbat eos pro ſe. ſupple etiam poſt
proteſtationem. argu. eorū que habentur. iij. q. viij. cuius in agē
do. ⁊ facit qḋ notat Cy. in. l. ſi quis teſtibus. C. eo. ſed cōtrarium
hic ſequitur dn̄s Anto. quia ſi ꝓteſtans nixus eſt reprobare te-
ſtes non eſt conueniēs qḋ pro eo credatur licet ſuccubuerit. per
id qḋ habetur in. l. alia. C. de his quib. vt indig. ⁊ per id qḋ etiam
tetigit hic gl. ⁊ quia etiam non ceſſat ſuſpicio contra teſtem ex
quo poſt proteſtationem depoſuit. vt patet ex ſuperius dictis.
¶ Item aduerte qḋ vbi poteſt deſiſti a ꝓteſtatione. Tacite vi-
detur illi renuntiari ſi petat teſtem pro ſe interrogari. argu. d. l. ſi
quis canonizate. iij. q. ij. ſecus ſi ꝓteſtans facit rubricas contra
aduerſarium ex dictis teſtium ſcꝫ contra quos eſt proteſtatus,
quia non videtur per hoc renūtiare ꝓteſtationi ſm̄ Inno. cum
licitum ſit aliorū autoritatibꝰ vti ad illos conuincēdos. xxxvij.
diſt. ſi quid veri. ſecus ſm̄ eum ſi faciat rubricas pro ſe ſeu pro iu
re ſuo: quia tunc bene videbitur renūtiare ſm̄ Innoc. ſaltem ſm̄
opi. que habet in nullo credatur pro proteſtāte. Sed certe vt di
xi ſuperius poſt publicatas atteſtationes quo tēpore fiunt ru-
brice ſeu allegationes ex dictis teſtium non eſt licitū renuntia-
re ꝓteſtationi, ⁊ ideo non iuuaret ipſum ꝓteſtantem talis renū
tiatio per ea que. ſ. dixi. ſed quatenus ageretur de eius preiudi
cio poſſet tunc renūtiatio ſibi nocere argu. eorum que habētur
in. l. de etate. §. j. ff. de interrog. actio. ⁊ qḋ not. in. c. ſi. ſ. de cōfeſ.
¶ Itē adde quia voluit hic Inno. qḋ proteſtatio de qua hic nō
iuuet proteſtantem niſi pars conſentiat vel niſi ſubſit aliqua iu-
ſta cauſa proteſtādi. per id qḋ habetur in. c. cum. M. ſ. de cōſtit.
¶ Sed certe ibi ꝓteſtatio eſt cōtra ius: ⁊ cōtraria facto ideo nō
valet ſed hic eſt ſm̄ ius ⁊ approbata a iure in caſu iſto. Ideo va
let etiam ſi aduerſarius contradicat: ⁊ licet de alia cauſa non ap
pareat tempore proteſtationis. ¶ Item adde quia tenuit Cy.
in dicta. l. ſi quis. ⁊ etiam Ioan. and. in additio. Spec. in titu. de
teſte. §. ſepe. verſ. ſed quid ſi eum. ꝙ ſi ille contra quem teſtis eſt
7 productus † acceptauit dictū teſtis quatenus pro ſe facit quod
ſi poſtea velit pſonam illius teſtis etiaꝫ in alia cauſa reprobare
non poterit et hoc ſi egebat dicto illius teſtis: quia alias forte
ſine illo non bene probabat intentionem ſuam: ſecus ſi ſine illo
probabat ſuam intentionem: quia tunc bene poterit eum repro
bare ſaltem in alia cauſa. et iſtud ſequitur hic etiam dominus

¶ In gl. ſ. ſup hac tra ctat an ꝓ ducens te- ſtes poſſit poſtea iſtū reprobare. vide hic p do. Abb. ⁊ do. Fely. q ꝓcedit p cō cluſiōes. et vide diſtin cte do. Dē. bohych. ſ poſt pn. ca. v. ſup eo. c.



Ayuntamiento de Madrid

Anto.ſed forte iſtud dictū non eſt verū:quia ſiue indigerent di-
cto huius teſtis ſiue non.ex quo vtitur eius dicto ⁊ ſic approbat
perſonam teſtis non videtur qd̄ poſſit poſtea illam reprobare.
per.d.l.ſi quis.que indiſtincte loquitur,⁊ ſic indiſtincte d3 intel
ligi.xix.diſt.in.c.ſi romanorum.cum cōcordan. ¶ Ultimo adde
8 inquantum gl.j.in fi.dixit† qd̄ poteſt quis deſiſtere a productio-
ne inſtrumenti ſi arguatur de falſitate, nam illud eſt verum niſi
diceretur producentem falſo fabricaſſe ipſum inſtrumentū: quia
tunc non euaderet penam deſiſtendo ab vſu inſtrumenti. ſecus
quādo ipſe nō fabricauit.l.qui falſam.ff.de fal.⁊.l.ſi falſos.C.de
fal.vbi eſt caſus.Et not.ꝙ vbi opponitur de falſitate contra in-
ſtrumentum ſi pars ꝑducens deſiſtit ab vſu videtur tacite fate-
ri inſtrumētum falſum.ideo non poterit vti etiā in alia inſtan
tia.l.tertie.C.de fide inſtru.⁊ in Spe.de inſtru.edi.§.inſtrm.ver.
itē opponitur qd̄ aduerſarius.⁊ ibi per Jo.and.in addi. Secus
ſi producēs deſiſtat ab vſu inſtrumēti eo caſu quo non oppone-
batur falſitas contra inſtrumētum.vt nota.gl.in.d.l.iij.

1 ☞ Teſtes pauci poſſunt eſſe tante autoritatis qd̄ preferētur pluribus.⁊ nu.7.

2 Probationis quis ſit finis.

3 Teſtes an ⁊ quādo debeant ad concordiam reduci ne incidant in falſum.

4 Sorte dirimi an debeat iudicium qn̄ dubium eſt ſuper facto.

5 Inſtrumētum ſi contradicat inſtrumento qd̄ preferendum ſit.

6 Teſtes vtriuſq; partis ſi ſint equales ſtandum eſt teſtibus fa- cientibus pro reo.

a ¶ Si teſtes. idē i effectu ſummāt. d. Abb. ⁊ Fe ly. l3 Fely. per alia ver ba idem tn̄ ſonantia.

a **In noſtra preſentia.** Si teſtes[a] a diuerſis
producti ſint equalis honeſtatis ſtatur maiori nume
ro alias preualere poterit pauciorum autoritas.h.d.
Et primo premittit factum ⁊ diffinitionis cauſam.ſecundo ibi
mandamus dat mandatum bimēbre,⁊ ſecundum mēbrum ibi ſi
vero. ¶ †No. qd̄ vbi teſtes vnius partis contradicunt teſtibus
alterius nō ſemper ſtatur dictis illorū qui ſunt plures numero:
1 ſed demum quando ſunt equalis conditionis. ¶ Item no.† qd̄
tanta poteſt eſſe autoritas teſtium paucioꝝ:qd̄ preferūtur etiā
teſtibus qui ſunt plures numero ⁊ preſertim quando dicunt ve
riſimiliora ⁊ aptiora negotio de quo queritur. facit qd̄ habetur
in.l.ob carmen.§.fi.ff.de teſti.⁊.ſ.titu.proxi.in.c.licet cauſam.⁊
dicūtur deponere veriſimiliora quādo deponūt ſuper eo. ſuper
quo concordat ius cōmune:vt not.Inno.j.de preſcrip.auditis.
⁊ gl.ſ.de elec.cum eccleſia.⁊ Jo.and.hic. ¶ Itē no.finem proba
2 tionis † quia eſt animum iudicis ⁊ eius motum inducere ad fir-
miter credendum.ita fore eſt vt probatum. de quo per Bart.in
3 l.admonendi.ff.de iureiuran. ¶ In gl.j.ibi;non valet.†poteſt
tamē reduci dictum eius ad cōcordiam ne incidat in periurium
vel falſum ſi aliquo modo hoc fieri poſſit argu.c.cum tu.ſ.eo. ⁊
ibi dictū fuit.ſecus ſi adeo manifeſta eſſet contrarietas qd̄ non
poſſit reduci ad concordiam. ¶ In ea.gl.ibi:ſi vero vnus teſtis
omiſit.gl.aliud mēbrum vc3 quando vnus cōtradicit pluribus,
ſed cōtradicit vni alteri.quo caſu dic qd̄ neutrius dicto ſtatur:
ex quo vnus impugnat alium ſaluo niſi tanta eſſet autoritas al
terius eorū qd̄ iudex moueretur ad deferēdum iuramētum ſm
materiam.c.ſi.j.de iureiurā.An autē debeant reduci ad concor-
diam ne incidant in falſum vel periurium dictū fuit.in.d.c.cum
tu. ¶ In ea.gl.ibi:ſed hoc non placet.Nota bene qd̄ vbi teſtes
producūtur:licet ſit cōtrarietas inter eos non eſt differentia:an
producātur ab eadem parte:an ab alia.⁊ ſic facit cōtra do. Ant.
qui videtur velle oppoſitū in.c.cum tu.ſ.eod.vt ibi dixi. ¶ In
ea.gl.ibi primo cōcordabit.No.bene ex ordine gl. qd̄ etiam vbi
plures teſtes cōtradicunt paucioribus debet primo fieri cōcor-
dia ſi poteſt:⁊ ſic nedum h3 locum cōcordia qn̄ ſunt equales hinc
⁊ inde:ſed etiā qn̄ ex vna parte ſunt plures.idem etiam voluit.j.
gl.penul.licet gl.⁊ Innoc. velit cōtrarium in.c.cum cōtingat.ſ.
de offi.deleg.ſed iſtud videtur verius de iure per.c.cum tu.ſ.eo.
ibi dixi.qd̄ intellige quo ad hoc ne ille pauciores incidāt in per-
iurium vel falſum non vt aliquid ꝓbent. ¶ In ea.gl.ibi:diuida
tur ſi poteſt. An hoc procedat patebit ſtatim ex infra dicendis.
¶ In eadē gl.ibi:indiuiſibilis.vt quia naturaliter diuidi nō po
teſt ſine corruptione vt homo vel equus ⁊ idē ſi ſit indiuiſibilis
ex iuris diſpoſitione vt vir ⁊ vxor qui non debēt ab inuicē ſepa
rari.vt.C.cōia vtriuſq; iudic.in.l.poſſeſſionē.alš pone exēplum
in ſeruitute que ſui natura eſt indiuidua.l.ij.ff.de verb.obli.⁊ in
libertate ⁊ ſeruitute.vt in.l.cum filius.de leg.ij. ¶ In eadē glo.
ibi:gratificare.aliq̄ dicūt qd̄ ſi ſit caſus in quo expreſſe permitta-
tur gratificatio poteſt ꝓcedere qd̄ dixit gl.alš poterit adiudica
ri tota res vni ⁊ ille condēnari in parte eſtimationis alteri arg.l.
4 cum filius.ff.de leg.ij. ¶ † In eadē gloſ.ibi:dirimetur res ſorte.
ſed certe non videtur pro diffinitione cauſe recurrēdum ad iudi
cium ſortis.vbi eſt dubiū ſuper facto. vt eſt gl.nota.in.l.j.C.vti

b ¶ Ad probandū.idē ſummant b do.Abb.et Fely.

poſ.⁊ facit qd̄ dixi in.c.licet cauſam.ſ.de pba.vnde licet docto.
videatur tranſire cum gl.tn̄ de iure videretur verius qd̄ reus ab-
ſoluatur ab vtroq;.nam ꝑpter ꝓbationes cōtrarias,no n vide-
tur aliquis eorū plene probaſſe,⁊ ideo videtur qd̄ reus in dubio
debeat abſolui.per id qd̄ habetur in.l.qui accuſare.C.de e den.⁊
ſ.de cauſa poſ.cum eccleſia.vel forte poſſet dici qd̄ ſi alter eorū
prius venit ad ſniam qd̄ pro illo d3 fieri executio preſtita tn̄ ab
eo cautione de defendēdo reum contra alium agētem.per id qd̄
habetur in.l.penul.ff.de pet.here.⁊ in.l.is a quo.ff.de rei vēdi.
vbi autē eodem tēpore feratur pro vtroq; potiꝰ dicit qd̄ tūc in
executione ſe impediant vel poterit reus cōſentire qd̄ fiat execu
tio pro vno preſtita ſibi cautione ab illo de defendendo cum ab
alia parte per leges preallegatas.nam ex quo ſunt diuerſe perſone ⁊
ſic ſunt diuerſe inſtātie non videtur ꝙ ꝓbatio facta per vnū tol
latur per ꝓbationes alterius factas per regula3 res inter alios
acta.⁊ facit.c.cum inter vos.j.de re iudi. ¶ In ea.gl.ibi:de pba
5 tionibus tertio.Quid autē ſi † inſtrumentū cōtradicat inſtrumē
to nec poſſint reduci ad cōcordiam.dic vt habetur in Spec. de
inſtru.edi.§.inſtrumētum.verſi.ſed pone.vbi dicit preferendum
eſſe inſtrumētum qd̄ a magis fidedigno ꝓducitur vel eſt ſcriptū
alš ceteris paribus preualebit inſtrm qd̄ cōtinebit abſolutionē
altero continēte obligationē,argu.l.arrianus.ff.de act.⁊ oblig.
¶ In ea.gl.ibi:detur meliori forte poſſet dici qd̄ deberet adiu
dicari illi qui prius peruenit ad ſniam. per id qd̄.ſ.dixi in ſi-
mili.⁊ per id qd̄ habetur in.d.l.penul.ff.de peti.hered. Illud vi
detur ꝓcedere vbi imminet periculū animarū:prout hic immi-
net non videretur qd̄ neutri dari debeat inuita muliere,ſed ea
volēte poſſit ꝓcedere qd̄ dixi:q2 poteſt mulier cōſentire in eum
cum quo non preceſſit matrimonium. de hac qōne vide Jo.an.
poſt Hoſt.ſuper rub.de ſpon.duorū. ¶ In ea.gl. in fi. Tene gl.
licet Hoſt.videatur aliter dixiſſe:ſed non bene per ea que habē-
6 tur in tex.iſto.†vbi autē eſſent equales videretur ſtandum teſti
bus facientibus pro reo. vt voluit Jo. in.c.clerici.lxxxi.diſt. Uel
dic qd̄ glo.ꝓcedit per rationē ſuam in caſu ſuo.licet idē Jo.alio
caſu loquatur ſc3 qn̄ teſtes actoris ⁊ rei ſunt pares ⁊ directe cō-
tradicūt ⁊ non qn̄ indirecte.Et adde in eo qd̄ ſupradixit glo. qn̄
vnus teſtis cōtradicit pluribus qd̄ gl.ꝓcedit qn̄ directe cōtradi
cit,nam ſecus ſi duo deponerēt ſuper mutuo ⁊ vnus deponeret
ſuper exceptione pacti de non petēdo:quia tunc non tollitur di
ctum illius teſtis:ſed probat ſemiplene pactū de non petēdo:et
ideo tunc poteſt eſſe locus delationi iuramēti. vt notat Jo.an.
7 in.c.ſi.j.de iureiur.⁊ Cy.in.l.in bone fidei.C.de iureiurā. ¶ † In
gl.ſi.ibi:tūc prefertur numerus.Hoſt.dicit gl. eſſe cōtra tex. qui
expreſſe vult qd̄ autoritas debeat preferri cuicūq; multitudini.
nam ⁊ ſm eum potius debet credi duobꝰ teſtibus fidedignis ⁊
magne autoritatis quā centum vilibus ribaldis:non reſpondet
tn̄ ad.c.eccleſia veſtra.ſed poſſes dicere qd̄ ibi loquitur in caſu in
quo actus debet eſſe factus a maiori ⁊ ſeniori parte capituli. vt
in.c.quia propter.de elec. ⁊ ideo ſi alterū eorum deficiat non va
let actus vbi numerus multū excedat ⁊ dicitur multū excedere.
prout hodie eſt declaratū qn̄ in duplum excedit.vt in.c.ſi quan-
do.de elec.in.vj. Poſſes cōcordare opi.quia ſi teſtes qui ſunt in
numero multo plures ſint vilis cōditionis:vt in exēplo qd̄ po-
ſuit Hoſti.tunc procedat opi.Hoſti.ſed ſi teſtes non eſſent vilis
cōditionis:ſed tn̄ non eſſent tante autoritatis quāte ſunt teſtes
pauciores.tūc poſſit procedere opi.gl.quia tanta poſſet eſſe au-
toritas qd̄ iudex debebit preferre pauciores ipſis pluribus dū-
modo non multum excedāt:⁊ forte dicentur in multū excedere
qn̄ in duplo excedent alios in numero.arg.d.c.ſi quando.

1 ☞ Literis delegatorum an ſit credendum.

2 Teſtimonium de auditu an ſit ſufficiens.

3 Probatio teſtium quando admittitur poſt concluſionem in cauſa.

4 Laici ⁊ femine admittuntur cōtra electum in epiſcopū ad pro- bandum defectum irregularitatis.

5 Purgare ſe poteſt per preſbyteros electus in epiſcopum.

6 Negatiua coarctata ad factum certarum perſonarum eſt pro- babilis.

7 Falſans literas apoſtolicas qua pena puniatur.

8 Teſtimonium de auditu vtrum valeat.

9 Teſtis interrogatus de cauſa ſciētie ſi dixit quia preſens fuit et vidit an probet ⁊ quid econtra.

10 Criminoſus nō repellitur ab excipiendo ſed a teſtificando.

b **Tam literis.** Ad probandum[b] impedimē
tum electi tam laici quā cle-
rici ⁊ etiam femine admittuntur.hoc dicit. ¶ Et pri-
mo ponit quod probauerunt teſtes contra electum.
Secundo ibi:quia vero.ſuper articulo legitime mandat laicos et
feminas recipi ⁊ impedientes excommunicari ⁊ ponit quid fie-
ri debeat illa non ꝓbata ⁊ etiam quid fieri debeat illa probata.

Tertia

Ayuntamiento de Madrid

Tertio ibi:archipreſbyteri.ponit pe archipreſbyteri z ſacri
1 ſte ratione delicti z falſitatis per eos cõmiſſe.¶ Not.q†literis delegatorum videtur credẽdum preſertim qñ referunt negotiũ
2 ad ſuperiorem.de quo in.c.poſt ceſſionẽ.ſ.ti.j.¶ Itẽ no.q†regulariter teſtimonium de auditu non eſt ſufficiens probatio.de quo in.j.gl.z.ſ.eo.preterea.vbi etiam dictum fuit.z etiã per gl. z archidiaconũ.xxij.q.v.in.c.hoc videtur.xxij.q.ix.teſtes.¶ Itẽ no.qd fama regulariter non probat.de quo.ſ.eo.veniẽs.z per Bar.in.l.de minore.§.tormenta.ff.de queſtio. ¶ Item not.qd
3 teſtes ſingulares non probãt.facit.ſ.de elec.bone.el.j.¶ † Itez not.qd interdum etiam poſt cõcluſionẽ in cauſa.quinimo poſt relationem factam ſuperiori admittitur probatio ſcz quando non ſtetit per pbare volẽtem:ſed iniuſte fuit repulſus.facit qd
4 nota.per glo.in.c.ex conqueſtione.ſ.de reſtit.ſpolia.¶ † Item not.qd contra electum etiam epiſcopum ad probandum defectum irregularitatis oppoſitũ contra illum admittantur etiam laici z femine.¶ Item nota qd ſicut propter infamiam delicti ſic z propter infamiam defectus imponi debet purgatio.z ſimiliter propter defectum infirmitatis.vij.q.ij.c.fina.z.j.de purga.
5 cano.accedens.¶ † Item not.qd non eſt neceſſe qd quis ſe purget per alios eiuſdem ordinis vnde electus in epiſcopum neceſſario non hz ſe purgare per alios epiſcopos:immo videtur poſſe ſe purgare etiam per preſbyteros vel diacõnos bone fame qui notam habent conuerſationem ipſius qui debet ſe purgare.facit qd legitur z notatur.j.de purga.cano.cum.P. ¶ Item nota qd falſum committit deſtinans literas ſub nomine capituli ſi
6 ipſum totum vel maior pars non cõſentit.¶ † Item no.q negatiua coarctata ad factum certarum perſonarum videtur eſſe
7 pbabilis.de quo in gl.fi.z.ſ.de probat.in.c.tertio. ¶ † Ultimo no.penam falſarij literarũ aliarum quam apoſtolicarũ que autem ſit pena falſantis literas apoſtolicas.habetur in.c.ad falſariorũ.j.de crimi.falſi.z videtur velle hic do.Ant.poſt Jo.an. q hic non ſint iſti ſuſpẽſi ipſo iure per.c.ad falſarior.ſed debeant ſuſpẽdi z demũ denũtiari eſſe ſuſpenſi.z ſic intelligit z ſupplet iſtum tex.ſed potes dicere q in.c.ad falſarior.loquitur de vtente falſis literis qd bene eſt ſuſpẽdendus:vt ibi:ſed hic loquitur de fabricante falſas literas ſub noĩe alterius quã pape.quo caſu videtur q ipſo iure ſit ſuſpẽſus per iſtum tex. Tene tñ mẽti dictum do.Anto.z precipue quia in penis cõſueuit fieri mitior
8 interpretatio de re iudi.in penis.lib.vj.¶ † In gl.j.ibi:preſumptione violenta.exemplum patet ex nota.per gl.in.d.c.dixit.vt quãdo vir ſtetit abſens per annũ z vltra:z reuerſus reperit mulierem pregnantem:nam preſumitur adulterium commiſſum z põt agere ad ſeparationem tori.ad.c.autem preterea.ſ.eo.dic vt ibi dictũ fuit z conclude qd vbi teſtis deponit per ſenſum auditus propriũ ſuper eo de quo probando queritur.z eſt tale qd per dictum ſenſum auditus percipitur:tunc valet teſtimonium de auditu.exemplum ſi dicat teſtis qd titius pmiſit ſeio decez: quia audiuit ipſum pmittere.facit ad predicta qd notauit Inno.j.eo.cum cauſam.z qd habetur in.l.j.§.j.ff.de verb.obli. Et per predicta etiam videtur qd ſi teſtes audiuerũt verba contrahentium licet cortina eſſet in medio dũmodo habeãt voces contrahẽtium notas valebit teſtimoniũ ſi deponãt ſe audiuiſſe titium pmittere ſeio decem vel aliud ſimile.de quo per glo.in.l.ij.§.idem labeo.ff.de aqua plu.arcen.z etiam tangitur per gl.in.c.teſtes.iiij.q.ix. Aut teſtes deponunt per ſenſum auditus ſuper actu primo actui.de quo probando agitur.vt ſi deponũt qd audiuerunt aliquos carnaliter cõmiſceri ad finez probandi actum copule carnalis non autẽ dicunt ſe vidiſſe.z hoc caſu tale teſtimoniũ de per ſe non pbat:ſed cum fama z alijs adminiculis ſic. vt pbatur in.d.c.preterea. Quãdoq vero teſtes deponũt ſe audiuiſſe ab alio aliquid fuiſſe dictum vel factũ.z iſtud eſt proprie teſtimoniũ de auditu auditus,qd regulariter non pbat. vt not. gl.in.c.hoc videtur.xxij.q.v. vide in caſibus precedentibus non eſt proprie teſtimoniũ de auditu auditus. In cauſa tñ matrimoniali eſt ſpeciale qd interdum recipitur teſtimonium de auditu auditus.vt.ſ.eo.in.c.quoties.z.j.eo.licet ex quadam.z ſimiliter eſt ſpeciale:vbi agitur de factis valde antiquis.vt in.l.ſi arbiter. ff.de proba.z in.c.quid per nouale.de ver.ſig.z eo.tit. veniẽs. cũ
9 ibi nota.per Innoc.lib.xj. ¶ † Quid autẽ ſi teſtis interrogatus an titius pmiſerit ſeio decem reſpondit qd ſic.interrogatus de cauſa ſciẽtie.reſpondet quia preſens fuit z vidit:an probet teſtimoniũ eius:videtur qd non:quia titium pmittere ſeio decẽ non percipit per ſenſum viſus:ſed per ſenſum auditus.contrariũ cõmuniter tenetur qz ſenſus viſus videtur eſſe generalis ad omnẽ ſenſum.vt eſt gl.valde notabilis in.c.teſtes.preallega.iiij.q.ix.z not.etiam Cy.in.l.teſtium.C.eo.z Archidiaconus in.d.c.hoc videtur.z notatur etiam in Spe.de teſte.§.j.verſi. itẽ qd non probet.¶ Quid autẽ ſi teſtis dicat ſe audiuiſſe id qd percipit per viſum.puta quia interrogatus an titius ingreſſus fuerit talem domum vel talem poſſeſſionẽ.reſpondit qd ſic:et interrogatus de cauſa ſciẽtie reſpondit quia audiuit ipſum ingredi:an pbet? do. Anto.hic videtur velle qd ſic:quia ſm eum ſenſus auditus non excludit viſum.ſed cõtrarium voluit Archi. in.d.c.hoc videtur.z videtur qd melius:qz licet reperiatur in ſenſu viſus qd ſit generalis ad alios ſenſus;non tñ ſic reperitur in ſenſu auditus.facit qd not.Inno.in.d.c.cũ cauſam.j.eo. ¶ In glo.ij.in fi. Abb.dicebat idẽ in cauſa criminali ciuiliter mota:et qz ille qui inculpatur de crimine pſumitur melius ſcire veritatẽ ſibi deferetur iuramẽtum. nã z in mera ciuili defertur ei qui melius nouit veritatẽ.vt nota.in.c.vltimo.hic allega. Hoſti. vero cõcordabat opi.quia ſi agebatur ciuiliter de crimine ad penam pecuniariã. idẽ qd in mera ciuili:ſecus ſi ad aliam penã vt erat hic.de quo dicẽdum vt plene notatur in.d.c.vlt.z per Bart. in.l.maritus.ff. de queſtio. ¶ In glo.tales.in fi. No.bene ex tex. coniuncta hac
10 gl.qd†licet criminoſus non repellatur ab excipiẽdo.j.de excep. cum inter:tñ repellitur a teſtificãdo ſuper crimine oppoſito etiã per modũ exceptionis qd eſt notãdum.licet alij teneãt cõtrariũ z non bene per iſtũ tex. ¶ In glo.ſiue laicos.ibi non admittitur in crimine. Hoc verũ de iure canonico,ſed de iure ciuili admittitur mulier in teſtem etiã ſi criminaliter agitur. vt no.in.c.forus. circa fi.allegatõ in gl.z dixi.circa fi.ſ.eo.qm. ¶ In gl.fi. ibi:vel quoties. Iſtã dicit Inno.poſſe dici directã pbationẽ z precedẽtem indirectam.z de materia negatiue qualiter poſſit probari. plene not.in.c.bone.el.j.per gl.z per Jo.and.

1 Locus ſi ſit tutus procuratori ſufficit: licet non ſit tutus parti principaliter citate.
2 Teſtes non coguntur ire extra prouinciam.
3 Contumax in proceſſu eſt iterato citandus ad ſententiam audiendam.
4 Singularis de eccleſia poteſt agere pro iure eccleſie.
5 Sententia lata contra particularem de eccleſia an preiudicet alteri volenti agere nomine eccleſie.
6 Singularis de eccleſia ſi repetat male alienata an teneat ſe defendere vel eccleſiam ſi recõueniatur vel ſatiſdare de defendendo in cauſa recõuentionis.
7 Uacante ſede an poſſit agi pro iuribus eccleſie.
8 Dictio maxime quid importet.

a. Cum olim. In cauſa[a] liberali contra contumacem etiam lite non conteſtata recipiuntur teſtes.h.d. ¶ Et primo prima pars deciſe narrat factum. Secunda ibi:mãdamus dẽ iudices quibus committit receptionẽ teſtium z prouidit quid per eos agẽdum ſit reo contumace. ¶ Not.qd particularis perſona de eccleſia videtur agere poſſe pro iurib9 eccleſie.de quo hic per gl.z Inno.z.j.de rebus eccle. non alie.in.c.ſi quis preſbyterorum.z per Lapum in ſuis allega.allegatione.lj.vbi multũ inſi
1 ſtit circa materiam iſtam. ¶ No.ij.qd†ſufficit locum eſſe tutum procuratori:licet non ſit tutus parti principaliter citate.ad hoc vt arceatur ad comparẽdum ſaltem per pcuratorem.de quo in c.querelam.ſ.de procur.z per gl.ſ.de elec.bone.el.j. ¶ Itẽ not.
2 †teſtes recipiẽdos in prouincia in qua ſunt.z ſic videtur qd non coguntur ire extra prouinciam.de quo in.c.ſtatutum.§.proferendo.de reſcrip.lib.vj.z in aut.apud eloquentiſſimum.C.de fide inſtru.z.iiij.q.ij.§.item in criminali.verſi.venturis. ¶ Item nota qd ſuper cauſa ſtatus eccleſie partibus preſentibus non proceditur ad diffinitiuam lite non cõteſtata,ſed altera abſente ſic. ¶ Item nota qd delegatus vt cauſam audiat z inſtructã tranſmittat ſuperiori poteſt partibus ſtatuere terminum peremptorium ad ſententiam audiendam per ſuperiorem ferendã. ¶ Et nota qd ſola termini ſtatutio non cẽſetur peremptoria niſi hoc exprimatur.facit quod notatur per Inno.in.c.ad petitionem.j. de accuſa.ſecus tamen eſt quando monitio iudicis fit inter preſentes:quia illa habet vim peremptorij etiam ſi non exprimatur.vt eſt gl.valde notabilis in.c.conſuluit. de offic.delega. z eſt
3 tex.cum gl.in.l.ij.C.qño z quando iud. ¶ Item nota qd † contumax in proceſſu iterato eſt citandus ad ſententiam audiendam.de quo in tex.z gl.in.c.eum qui.de dolo z contu.lib.vj.z in Spe.de citatio.§.viſo.verſi.item licet.z etiam tangitur in dicto c.conſuluit. ¶ In glo.j.in fi.z ſm intellectum Archidia.proſequebatur intereſſe publicũ z agebat ſuper ſtatu eccleſie petens eam pronuntiari liberam z exemptam a iuriſdictione archiepiſcopi Cantuarienſ. ¶ Alius fuit intellectus quem tãgit hic Inno.qd Archidiaconus hic principaliter non egerit,ſed impetra uerit inquiſitionem fieri ſuper ſtatu eccleſie: z illam inquiſitionem per papam cõmiſſam quibuſdem ipſe proſequebatur, ſed iſte intellectus nõ bene percipitur ex litera:z ſic videtur aliqualiter diuinare. ¶ Tertius fuit intellectus Hoſt.qd hic Archid. nedum proſequeretur intereſſe publicum:ſed etiam priuatum: quia dicebat ad ſe ſpectare vacante ſede Uienenſi cuſtodiam.

[a] ¶ In cauſa. idẽ hic ſum mat domi. Abb.z do. Fely.



Ayuntamiento de Madrid

epiſcopatus:⁊ etiam collationē beneficiorū et inſtitutionē pre-
ſentatorum:⁊ etiam exercere iuriſdictionē epiſcopalem.Sed ar-
chieps Cantuarienſis dicebat pdicta ad ſe ſpectare:ſed certe iſte
intellectus:non bene colligitur ex litera,⁊ videtur aliqualiter di
uinare,ideo melior videtur intellectus gl.qui etiā eſt notabilior.
¶ Jn gl.ij.ibi.§.quoties.ſed potes dicere qḋ ille.§.potius con-
cordat quia ibi fauore libertatis cōſeruādē poteſt vnus patro-
norū impedire ne libertus reuocetur in ſeruitutē propter ingra-
titudinē cōmiſſam:ſicut etiā fauore libertatis poteſt coniuncta
perſona agere pro cōiuncta.l.j.⁊.ij.ff.de lib.cau.:nā videtur ibi
verſari intereſſe publicū cum interſit reipublice plures eſſe libe
ros hoīes.l.j.ff.ſolu.mat.ſecus qñ perſona vellet pſequi vtilita
tem priuatā cōiuncte perſone:quia tūc licet poſſit agere preter
mādatū non tñ cōtra mandatū.vt.l.pōponius.§.vlt.ff.de pcur.
4 ¶ Et no.ex gl.†qḋ particularis de eccleſia poteſt agere pro iu-
re eccleſie.ſuper quo cōclude qḋ ſi vult agere accuſando vel de-
nuntiādo faciētes cōtra vtilitatē eccleſie poteſt.per id qḋ habe-
tur.ij.q.vij.quapropter.imo interdū punitur ſi nō reſiſtat. vt in
c.generali.de elec.in.vj.⁊.c.ij.de re.ecc.non alie.eo.lib. Jtē ſi ve-
lit impetrare inquiſitionē et illam proſequi. vt hic eſt caſus ſm
vnū intellectū. nā iſte videtur vie publice ⁊ quodāmodo popu-
lares,⁊ ideo ad illas admittitur quilibet de eccleſia.Jtem ſi vult
venire ad defenſionē cōtra agentē cōtra eccleſiā. nā admittetur
etiā ſine mādato prelati vel capituli dūmodo ſatiſdet de iudica-
to ſoluēdo.l.minor.§.qm̄.ff.de pcu.⁊ nota.in.c.j.ad ſi.s̄.de pcu.
Si autē al's vult agere pro iuribus ⁊ rebus eccleſie ſine mādato
prelati vel capituli:tunc ſi vult agere pro reuocādis rebus male
alienatis poteſt.per.c.ſi quis preſbyterorū.de rebus eccle.non
alie.⁊ ſatis dr̄ res male alienata ſi etiā poſſeſſio tantum ſit male
occupata.vt not.Jnno.in.c.epi.j.de reb.eccle.non alie. idem vi-
detur ſi velit agere ſuper ſtatu eccleſie ne trahatur in priorē ſta-
tum.vt hic dixit gl.⁊ ſatis pbatur in tex.iſto. Et per hoc vide-
tur q̄ clericus poterit agere pro plato ſuo indebite incarcerato
quia ſi poteſt agere vt reuocetur poſſeſſio male occupata multo
fortius poterit agere pro perſona prelati male occupata. argu.
xij.q.j.pcipimus.vbi autē vult agere pro rebus alijs vel iuribus
tūc ſi prelatus ⁊ capitulū ſint negligētes poteſt.vt hic colligitur
ſm vnū intellectū.prout hic tāgit Jnno.al's ſecus ⁊ poterit ap-
parere de negligētia ſi ter fuerūt moniti ⁊ neglexerūt.s̄.de ſup-
plē.negli.prela.c.j.vel ſi nō pſequūtur iura eccleſie ⁊ habuerunt
ſpatiū ⁊ tēpus ad proſequendū.vt hic tāgit Jnnoc.⁊ plene etiā
per Lapū in alleg.ij.⁊ poterit nomine eccleſie agere : licet aliqui
dicāt q̄ nomine ſuo pro ſuo:vcʒ intereſſe tanq̄ vnus de eccleſia
debeat agere:ſed certe primū ſuſtineri poteſt per nota.per Jn-
no.hic.⁊.s̄.de pba.ex literis.⁊ de cau.poſ.cum ſuper.⁊ de reſtit.
ſpo.in literis.Tutius tamē eſt vt hic voluit Jnno. qḋ nō expri-
mat cuius noīe agat.cōcludat tamē rem vel ius reſtitui vel adiu
dicari eccleſie.⁊ ſuper hoc multū inſiſtit Lapus in dicta allega-
tione.⁊ etiā hic proſequitur do.Anto.⁊ videtur qḋ poſſit cōſti-
tuere procuratorē etiam ante lit.cōteſt.vt not.Pau. in cle.j.de
reſcri.⁊ Spe.in tit.de pcur.§.ij.ver.qḋ ſi.[ADDJ] Hoc dictū
non eſt ſine dubitatione,pp̄ter not.in.l.neq̄.C.de pcur.⁊ in.c.j.
de pcur.lib.vj.Sed forte poſſet dici qḋ in his caſibus tanq̄ legi
timus adminiſtrator:poſſit etiā ante lit.conteſt. procuratorē in
5 cōſtituere.arg.l.j.⁊ qḋ ibi not.C.de bo.mater.T.J.O.] ¶ †An
autem ſentētia lata cōtra particularem de eccleſia preiudicet al
teri volēti agere nomine eccleſie.dic q̄ ſic niſi in duobus caſibus
qui ponūtur per gl.in.c.cū dilecti.ad ſi.s̄.de elec.ſ.quādo ille qui
poſtea vult agere ignorauit primū agere : ⁊ vult proſequi etiam
propriū intereſſe vel ſi docet de colluſione primi.facit qḋ not.gl.
6 in.c.cupiētes.§.ceterum.ad ſi.de elec.lib.vj. ¶ †An autē ſi par
ticularis de eccleſia repetat male alienata.cogitur tūc defende-
re ſe vel eccleſiam ſi recōueniatur vel ſatiſdare de defendēdo in
cauſa reconuētionis.Vincē. hic tenuit qḋ non. ne al's forte re-
trahatur ab agendo pro eccleſia ad repetendas res eccleſie male
alienatas.arg.l.ij.§.ſed ſi agant.ff.de iudi. nam videtur quodā-
modo proſequi iniuriam illatam eccleſie.ideo videtur q̄ non te-
neatur reſpōdere in cauſa reconuētionis.arg.d.§.ſed ſi agam.et
hoc etiā tenuit Spec.in tit.de recōuētione.§.ij.ver. ſed pone ait
quis.⁊ iſtud cōmuniter tenetur licet do.Anto. hic videatur hoc
limitare:vt nō poſſit recōueniri ſi recōueniatur noīe ſuo : ſecus
ſi noīe eccleſie.arg.decre.frequēs.de reſti.ſpo.in.vj. ſed certe illa
decre.non videtur loqui in caſu iſto,⁊ de ipſius intellectu dicen
dum eſt vt ibi nota.ideo tutius videtur tenere opi. Vin. que cō
munis eſt:vt predixi ⁊ qḋ dixi ſupra ſentētiam latam cū particu
lari de eccleſia regulariter nocere alijs : verū eſt ſi fuit pſecutus
publicū intereſſe eccleſie:ſecus ſi pprium ⁊ particulare. facit qḋ
dixi poſt Hoſt.ſuper prima gl.nam tūc non noceret volēti:poſt
ea proſequi ius publicū eccleſie.arg.c.cum inter vos.j.de re iud.
7 ¶ †An autē ſede vacante poſſit agi pro iuribus eccleſie.dic qḋ

a ¶ Publicatis.nulla ē diuerſitas ſter. d. Abba.⁊ hūc in ſummatiōe hui⁹ ca.lic; d. Feli.alio mō ſūmet.

non regulariter.per id qḋ habetur in.c.j.ij. [illegible] ſede vacan.
Fallit qñ eſſet queſtio que cōmodius tractaretur ſede vacāte q̄
illa plena:vt patet ex not.per gl.in.c.cum dilectus.s̄.de conſue.
¶ Et adde etiā predictis qḋ licet principalis prelatus eccleſie
poſſit agere pro mēbris ſibi ſubiectis:vt in clemē.j.de reſcrip.et
s̄.de iudi.cū deputata. tamen ſecus eſt in alio prelato inferiore
eiuſdē eccleſie.vt notatur per dños de Rota in ſua concluſione
ccccxvj.Et adde etiam qḋ ſede vacāte poteſt quis agere pro iu-
ribus eccleſie ſi pſequatur propriū intereſſe:vt facit hic Ar-
chi.ſm intellectū Hoſt.de quo dixi ſuper gl.j. ¶ Jn gl.ſi.ibi:de
ea mentionē feciſſet. ⁊ ſic vult gl. qḋ appellatione ſnīe in dubio
intelligatur de diffinitiua:niſi aliud exprimatur. ⁊ hoc etiā aper
8 tius dixit gl.in.l.j.§.biduum.ff.quādo appel.ſit. ¶ †Jn eadē gl.
ibi : maxime id eſt tantū.hec expoſitio violat literā quia dictio
maxime ſui natura eſt implicatiua. vt not. gl. in.l.illud.ff.ad le.
aquil.⁊.s̄.de filijs preſby.ad abolēdam.ideo glo.finaliter. vt ſe-
quitur tenet primā lecturā ſuperius poſitam in glo. Jnno.vero
hic ponebat tertiā ſcʒ qḋ ideo hic non fuit neceſſaria litis conte
ſtatio.quia pcedebatur per viam inquiſitionis.vt dixi poſt eū
ſuper primo gl.facit vt lite non cōteſt.qm̄.§.ſunt ⁊ alij.⁊ licet qñ
ſuperior ex officio inquirit nullo alio proſequēte inquiſitionem
non poſſit fieri cōteſtatio:quia tūc non eſt cū quo fiat cuʒ fama
ſuccedat loco accuſatoris.j.de accu. qualiter ⁊ qñ.el.ij.tñ quādo
ſpecialiter impetrauit ⁊ proſequitur inquiſitionē poteſt cū illo
fieri conteſtatio:vt hic patet.licet etiā hac caſu contra contuma
cem poſſit procedi lite non ꝯteſtata.vt etiā eſt hic caſus ſm iſtū
intellectum.facit qḋ nota.j.eo.cū clamor.dicit etiam hic Jnno.
qḋ ſi agitur de reiteratione cōtractus initi per prelatū ad preiu
diciū eccleſie cōtradicente capitulo vel aliquo de eccleſia:ſi con-
tradicitur ex cauſa rationabili poteſt peti reuocatio etiaʒ citra
appellationem ⁊ litis cōteſtationem.per id qḋ habetur in.c.j.j.
de his que fiunt a maio.parte capi.videtur eñ tunc contractus
fuiſſe nullus,⁊ per cōſequēs peti poſſe per ipſum declarari nul
lum ⁊ quatenus de facto pceſſit reuocari.facit qḋ nota.in.c.di-
lecto.de app.⁊ qḋ notatur per Bart.in.l.que ſub conditione.§.
ſi.ff.de condi.inſti.

1 ☞ Copula carnalis ſubſequens ſponſalia de futuro maxime
iurata facit tranſire in matrimonium.
2 Excipiens non videtur confiteri.
3 Negatiua coarctata loco ⁊ tempore poteſt probari.
4 Publicatis atteſtationibus admittitur probatio per teſtes ſu-
per articulo indirecte contrario.
5 Publicatio atteſtationum ad hoc vt excludat facultatem pro-
bandi per teſtes requiritur qḋ ſolenniter ſit facta.
6 Turpitudinem ſuam allegare an liceat.
7 Teſtes ſi inducuntur ad reprobationem aliorum licitū eſt etiā
ſuper eodem articulo producere teſtes ad confirmationem pri-
morum.

## Ex tenore noſtrarum.

a Publicatis atteſtationibus falſitas priorum teſtium poteſt indi
recte probari.h.d. ¶ Et ſunt due partes principa-
les.nam primo ponitur iudicum conſultatio.Jn ſecunda pape
reſponſio.Secunda ibi nos inquiſitioni.prima facit plura.nam
ponit cauſe delegationē mulieris petitionem viri negationē ac
exceptionem ⁊ allegationē. Jtem mulieris replicationem viri
duplicationem ⁊ iudicum dubitationem:prout patet ex litera.
1 ¶ No.q̄†copula carnalis ſubſequens ſponſalia de futuro ma-
xime iurata facit tranſire in matrimonium.de quo in.c.is qui.j.
de ſpon. ¶ No.ſcdo cautelā in practica opponēde exceptionis:
ſ.vt pri⁹ neget reus intētionē agētis ⁊ demū adijciat q̄ inquātū
appareret vera eſſe narrata p actorē pponit exceptionē. et hoc
2 caſu clarū eſt†qḋ excipiēs non dr̄ confiteri.de quo in.c.cū vene-
rabilis.j.de exce.⁊ p gl.in.c.exceptionē.j.de reg.iur. in.vj.ibi tñ
dicit gl.qḋ ſi iſta practica indifferēter ſeruaretur doceret mētiri
interdum vt ſi negaretur id qḋ eſſet verum, ⁊ ideo non ſemp eſt
amplectēda pp̄ter periculū peccati.facit qḋ not.gl.in.c.j.de con
feſ.in.vj.vbi ponit de pcuratorib⁹ ⁊ aduocatis qui dicūt cliētu-
lis qui habēt reſpōdere poſitionib⁹ ſi cōfitearis perdes cauſam:
ſed nō dicūt ſi neges perdes animā,ideo debet potius quis cau-
te loqui quātum poteſt ne incurrat pctm̄ ⁊ etiam ne ſibi preiudi
cet.facit ad materiam qḋ not.gl.de electio.cupiētes. circa prin.
lib.vj.⁊ qḋ dixi in.c.j.ad finē.de mutuis petitio. ¶ Jtē not.qḋ
3 †vbi negatiua eſt coarctata certo loco ⁊ tēpore. poteſt probari
ſaltem indirecte.l.optimā.C.de contrahē.⁊ cōmit.ſtipu. de quo
in.c.bone.el.j.de elec.facit etiā qḋ notatur per gl.in.l.pātonius.
4 §.rei.ff.de acqui.here. ¶ Jtē no.qḋ etiā†publicatis atteſtatio-
nibus admittitur pbatio per teſtes ſuper articulo indirecte con
trario:⁊ nulla eſt ſpecialitas hoc caſu in matrimonio.facit quod
5 habetur in clemen.teſtibus.eo.ti. ¶ †Vltimo not.q̄ ad hoc vt
publicatio

Ayuntamiento de Madrid

p[illegible] facta excludet [illegible]ſitatẽ probãdi per te-
ſtes eximitur ꝙ ſolẽniter ſit facta.de quo dictũ fuit.ſ.eo. ſcripta.
hoc tñ caſu nõ excludit ꝓbationẽ ſuper articulo indirecte con-
trario.vt prediri.℄ In gl.penul.ibi.l.j.in fine.⁊ de iſta materia
6 an† liceat allegare ſuam turpitudinẽ[a] tangitur in.d.ca.inter di-
a lectos.de quo etiã per Barto.in.l.iuſiurãdum.§.ſi procurator.ff.
de iureiuran.⁊ facit quod notatur per Innocen.in.c. dudum.el
ij.ſ.de electio.℄ In glo.fina.ibi ſuper veteri vero non: ſed nõ-
ne ſatis [illegible] eſſe ſuper veteri hic ex quo articulus modo ꝓ-
bandus eſt illi contrarius: certe videretur dicendũ ꝙ ſic per ea
que dicta fuerunt in.c.fraternitatis.propter hoc dicebat Hoſt.
ꝙ ideo hic admittũtur teſtes poſt publicatas atteſtationes q̃
producebantur ad falſitatẽ probandã que poteſt probari etiam
poſt ſententiã.ſ.titu.proxi.licet.⁊ ſic multofortius ante ſenten-
tiam ⁊ poſt publicationem.Sed certe nõ eſt licitũ probare fal-
ſitatem directam ⁊ poſt ſententiã niſi allegaretur falſitas cũ cor
ruptione.vt in.d.c.licet.⁊ notatur per glo.in clemẽ.teſtibus.eo.
titu.ideo dic pro tanto hic admittitur probatio per teſtes poſt
publicatas atteſtationes: quia agitur de probãda falſitate prio-
rum teſtium indirecte: et ideo cenſetur eſſe nouus articulus.ex
quo ille qui modo vult producere teſtes nõ potuit inſtrui ex ar-
ticulo aduerſarij ſuper eo ſuper quo depoſuerunt teſtes.⁊ ideo
non eſt ſibi qđ imputandum ſi non produxit aliquos teſtes an-
te publicationẽ ſuper eo ſuper quo depoſuerũt teſtes aduerſa-
rij: licet enĩ articulus viri.d eſt iſtius militis de quo in litera cõ
tineret matrimonium contractum cum.B.muliere: quia tamen
in illo non exprimebatur certus locus ⁊ certum tempus in qui-
bus matrimoniũ ipſum eſſet contractum non fuit imputãdum
ipſi.B.mulieri ſi nõ produxit teſtes ſuper certo loco ⁊ tẽpore.
⁊ ideo ſi teſtes ipſius militis in eorum dictis exprimunt certum
locum ⁊ tempus admittitur mulier ad probãdum contrarium
per teſtes indirecte.ſecus ſi in articulo militis fuiſſet expreſſum
certum tempus: ⁊ etiã locus ⁊ teſtes ſuper illo depoſuiſſent. nã
ſi mulier poſtea vellet probare contrariũ nõ audiretur quia arti
culus eſſet tunc directo contrarius ⁊ eſſet quid imputãdum ſi-
bi ex quo fuit preuiſa per articulũ militis.ſecus vbi nõ eſt preui
ſa vt quia nõ eſt facta expreſſio in articulo militis,licet teſtes in
eorũ dictis poſtea exprimãt.nam tũc poterit indirecte probari
cõtrarium ⁊ etiã interdum directe vt ſi excipiatur inſtrumẽtum
productũ eſſe falſum ⁊ ſuper iſto articulo ꝓducto teſtes ipſo ali
ter nõ ſpecificato: nam ſi teſtes dicant vera eſſe contenta in arti-
culo: ⁊ ſic inſtrumẽtum eſſe falſum ⁊ interrogati de cauſa ſcien-
tie dicant: quia notarius erat mortuus ante diem confectionis
inſtrumenti.nam poterit aduerſarius teſtibus publicatis pro-
bare ꝙ imo viuebat ⁊ ſic directe oppoſitum ⁊ hoc ideo quia nõ
potuit inſtrui ex articulo aduerſarij ſic in genere formato vt vo
luit Ioã.an.in addi.Specu.in titu.de teſte.§.ſepe.ad principiũ.
⁊ facit qđ ipſe not.eod.titu.§.iam de interrogatorijs.ſuper ver.
item ꝙ non debet.⁊ ſic nõ attenditur timor ſubornationis etiã
poſt publicatas atteſtationes: quãdo ille qui vult producere te-
ſtes ſuper eo ſuper quo vult producere nõ potuit inſtrui ex arti
culo aduerſarij qđ tene menti.℄ In ea.glo.ibi viro ꝓbare pre-
7 ſentiam.℄ Nota bene ꝙ vbi inducũtur teſtes† ad reprobatio-
nem aliorũ licitum eſt etiam ſuper eodem articulo producere te
ſtes ad confirmationem primorũ nõ obſtãte publicatione: quia
non eſt imputandũ volenti cõfirmare cum neſciret an aduerſa-
rius vellet reprobare.facit quod notatur.j.eo.cum clamor.

1 ℄ Pendente petitorio poteſt accumulari poſſeſſorium ⁊ ſu-
ſpendi petitorium etiam poſt receptionem teſtium.
2 Petitorij ſuſpẽſio quando poſſeſſoriũ accumulatur durat do-
nec durat examinatio poſſeſſorij ⁊ etiam donec finitũ ſit poſſeſ-
ſorium ſi non liquet de petitorio.
3 Appellationi renuntiare videtur qui poſt appellationẽ inter-
poſitam facit actum coram iudice a quo.
4 Probationes iudiciales inducunt notorium ſi eſt cõcluſum in
cauſa.
5 Petitorium qñ eſt prius intentatũ nõ debet poſtea agi poſſeſ-
ſorio recuperande niſi prius renuntiet iudicio proprietatis.
6 Cõditio litẽ conteſtantis nõ efficitur deterior per cõteſtationẽ.
7 Commiſſum voluntati alicuius intelligitur de voluntate ratio
b nabili.

**Significauerunt.** Si ſine cauſa[b] de-
negeť quarta di-
latio petita cum ſolẽnitate legali poteſt appellari.h.
d.℄ Et in ꝑma appellãtis deciſa narratio. In ſcđa
1 appellationis cõmiſſo.ſcđa ibi mãdamus.℄ † Nota ꝙ pendẽ-
te petitorio etiã poſt receptionẽ teſtiũ ſuper illo poteſt accumu-
lari poſſeſſoriũ ⁊ ſuſpendi petitoriũ: nec mirũ q̃ quãdoq; an-
te cõcluſionẽ in cauſa petitorij poteſt accumulari poſſeſſoriũ ex
ſuſpendi petitoriũ.ſ.de cau.poſſeſ.in.c.paſtoralis.℄ Itẽ no.ꝙ

vbi petitio que fit a iudice eſt approbata a iure cõi ſi reijcitur vi
detur pars grauari ⁊ ſi appelleť videť iuſtificari appellatio ex ſo
la reiectione petitionis niſi aliter iuſtificeť ipſa reiectio.℄ Itẽ
nota ꝙ ius agẽdi poſſeſſorio cõpetẽs predeceſſori trãſit ad vni-
uerſalem ſucceſſorem.de quo in glo.⁊.ſ.de iudi.quia.v.⁊ de re-
ſti.ſpolia.ſepe.℄ Item no.ꝙ a grauamine illato etiã in iudicio
poſſeſſorio poteſt appellari de iure canoni.de quo in.c.cũ ad ſe
dem.de reſti.ſpolia.℄ Itẽ no.ꝙ tẽpus appellationis interpo-
nende currit a die late ſententie interlocutorie ⁊ etiã decẽ dierũ
ſicut in diffinitiua.facit.j.de appella.cordi.lib.vj.℄ Item nota
ꝙ nõ ſufficit appellauiſſe docere ſe appellare niſi ꝓbet etiã infra
decẽ dies appellaſſe.facit.j.de app.romana.§.ſi vero vocatis.li.
vj.℄ Itẽ nota caſum in quo licite denegatur quarta productio a
etiam ſi petatur cũ ſolennitate legali: ſcilicet qñ repellitur pro-
pter refrenãdam multitudinẽ teſtium: ⁊ ſic nota ꝙ propter ſuf-
ficientẽ productionẽ excludi poteſt quis a facultate producẽdi
2 teſtes.facit quod habetur.ſ.eod.in.c.de teſtibus.℄ † Item no
ta quouſq; durat ſuſpẽſio petitorij qñ poſſeſſorium fuit poſtea
accumulatũ: q̃ durat ſuſpenſio petitorij donec durat examina-
tio poſſeſſorij: ⁊ etiã donec ſit finitũ poſſeſſoriũ ſi nõ liquet de pe
titorio: alias ſolũ durat donec durat examinatio poſſeſſorij. nã
poſtea ſi liquet etiã de petitorio vtrũq; ſimul terminabiť ex ordi
ne tñ ſm ea que habentur.ſ.de cau.poſ.cũ dilectus.℄ Et no.ꝙ
etiã poſt accumulationem poſſeſſorij accumulati ante cõcluſio
nem in cauſa ipſius petitorij poteſt poſtea liquere de petitorio
qđ poteſt contingere ſi partes cõcludant in cauſa ipſius petito
rij poſt cõcluſionem in cauſa poſſeſſorij: vel etiã precedẽte ſuſpẽ
ſione petitorij dũ examinatur poſſeſſoriũ.facit qđ tangetur cuꝫ
glo.penul.℄ In glo.ij.in fine.Sed certe licet ſcienter rem reci-
piat ſingularis ſucceſſor: nõ tamen tenetur interdicto vnde vi,
ſed bene tenetur cõdictione ex decre.ſepe.vt ibi etiã notatur ſm
verum intellectũ.℄ In glo.infra decẽ ibi tranſit in rem iudica-
tam ſupple quãtum ad preiudiciũ partiũ: ſed nõ quãtum ad iu-
dicem.j.de appella.cum ceſſante.cuꝫ ibi notatis.⁊ in.l.qđ iuſſit
3 ff.de re iudica.℄ † Et aduerte qđ licet vbi quis poſt appellatio
nem interpoſitam facit actũ coram iudice a quo videatur appel
lationi renuntiare.ſ.eod.cum veniſſet.⁊ de offi.delega. gratum.
⁊ idem ſi pendẽte tempore dato ad appellãdum ſi actus qui fit
per partem tendit ad executionem iudicati.l.ad ſolutionẽ.C.de
re iudica.tamen ſecus eſt quãdo actus fit pendente tempore da
to ad appellãdum ab interlocutoria ⁊ non intendit in executio-
nem iudicati ſeu ipſius interlocutorie.exemplũ ſi iudex me gra-
uauit per ſuam interlocutoriã poſtea aſſignat mihi aliquam di-
lationem ad aliquem articulum expediẽdum pẽdente termino
dato ad appellandum.nã licet acceptẽ potero appellare ſi ſum
infra decem dies quia nõ videor conſentire cum inuitus videor
facere q̃ ſum adhuc ſub eius iuriſditione ex quo nõdũ appella
ui.⁊ ſic habeo illi parere.l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff. de verb. oblig.
vt hic notabiliter voluit Io.and.poſt Hoſti quod nota diligẽ-
ter pro limitatione dictorũ iuriuꝫ.dicit tamẽ ꝙ de cautela eſſet
vt etiã dicã ſic.dñe iudex grauaſtis me per talẽ interlocutoriam
quare dilationẽ mihi aſſignatã recipio: ſaluo iure appellãdi in-
fra decem dies.ſuper quo an mihi expediat appellare volo.deli
berare.facit.ſ.eodem.preſentiũ.vtilis eſt enim proteſtatio pre-
dicta per preallegatũ capitulũ.℄ In glo. condẽnantes.ibi per
relationem.vel ſequẽdo iſtum intellectũ potes dicere ꝙ detule-
runt appellationi.Ideo ad eos nõ fit remiſſio.j.de appella.cum
appellationibus friuolis lib.vj.⁊ procedit iſte intellectus ⁊ ſce
dens ſecũdũ expoſitionẽ precedentis glo.in ver.in probatione:
ſed ſi exponas ꝙ loquať de ꝓbatione ſuper negotio principali:
vt q̃ iudices appellationis dederũt quartã dilationem cum ſo-
lennitate legali: q̃ non reperierũt cauſam mixtã fuiſſe illã dene-
gandi.ſi deficiãt teſtes in probatione negotij principalis cõdem
nabitur pars monachorũ in expẽſis nec fiet remiſſio ad primos
iudices q̃ appellatio fuit iuſta ſtante dubio an teſtes qui debe-
bant produci data quarta dilatione poſtea probarẽt vel nõ.nã b
nõ debuit denegari ſtante dicto dubio.ideo appellatio fuit iu-
ſta.licet poſtea cõtingat teſtes nõ probare.⁊ ideo non fuit facta
remiſſio.℄ Et proſequitur hic Inn.an vbi vere ſubeſt cauſa re
pellẽdi quartã ꝓductionẽ petitã cũ ſolẽnitate legali an ſi dene-
gatur cã non expreſſa: vel etiam expreſſa ſed non cognito de ea
an a ꝓpellatio cenſeatur iuſta ⁊ ponit opiniones. finaliter Ioã.
an.poſt Hoſt.tenet ſufficere cauſaꝫ ſubeſſe.licet nõ exprimatur.
dũmodo de illa poſtea conſtet corã iudice ad quẽ ꝑ.c.ſicut.j. de
4 re iudica.℄ † In glo.penult.in ſi.Nota bñ ꝙ licet probationes
iudiciales inducant notorium.j.de coha.cleri.⁊ mulie.in.c. fina.
iſtud eſt verũ ſi eſt cõcluſum in cauſa: ita ꝙ amodo aliquid op
poni nõ põt.⁊ ita etiã tenẽt do.de Rota in ſua conclu. cclxxx.
alias.cccxliij.que incipit: itẽ ſi conferatur.ſed obſtat huic gloſſ.
ꝙ ſi cõcluſum erat in cauſa ꝓprietatis: ergo nõ potuit accumu-

a ℄ Allegare ſuã turpitu dinẽ. vid ꝑ do.Iaſo. ꝺ may.i.§.ꝓ-curator hic alleg. in.ix. col.poſt pn ci.⁊ per do. Fely. in. l. lator.j.ꝺ re iudi.

b ℄ Si ſine cauſa idem ſummat ꝺ do.Fely.et Abb. licet alijs verbis idem in ef fectu.

Ayuntamiento de Madrid

lari poſſeſſorium.§.de cau.poſſeſ.paſtoralis.ſed ſolue intelligē do glo.ꝙ nūc tpe ferēde ſententie in poſſeſſorio erat bñ cōcluſum in petitorio:ſed nō tempore quo fuit accumulatū poſſeſſoriū:ꝛ ſic poſtea pendente ſuſpenſione in poſſeſſorio vel etiā poſt cōcluſionē in factam in illo fuit cōcluſum in petitorio. ¶ Jn glo. fin. ibi ī in legiſtas qui dicunt ꝛc. No. diligenter ex hac glo. que vide
5 tur intelligere illud qd dicunt legiſte † ꝙ qñ prius intentatum eſt petitorium nō debet poſtea agi poſſeſſorio recuperāde per eundem:niſi prius renūtiet iudicio proprietatis.de quo tāgitur in.c. paſtoralis.de cau.poſ.ꝛ proprie.ꝛ in.l.cū fundū.§.fi.ff.de vi ꝛ vi arma.ꝙ illud debet intelligi quo ad hoc vt renuntietur iudicio: id eſt inſtantie proprietatis:ſed bene poterit in alia inſtantia no na finito poſſeſſorio agi.qd tene menti.nam alij videntur intelligere ꝙ rōne ſnetatis eſt neceſſe qd ex toto renūtiet iudicio et iuri proprietatis nedū inſtantie.de quo in.l.naturaliter.§.nihil cōmune.de acqui.poſ.per glo.ꝛ Bart.Sed de iure canonico nō renūtiatur etiā inſtantie.ideo ad illā poteſt redire.verum eſt tamē ꝙ obtinēs in poſſeſſorio qui prius erat actor in iudicio proprietatis modo cenſebitur reus ſcdm vnā opi.de quo in preallega.c.paſtoralis. ¶ Jn eadem glo.in fi.Et ſic vult glo.ꝙ fructus ſpectent ad moniales qui fuerunt percepti a tempore deiectionis vſqꝫ ad tempus litis conteſta.ſuper proprietate.ſed fructus poſtea percepti ſpectabunt ad monachos ſi obtineant monachi ſuper proprietate:ꝛ imputent ſibi quare nō dimiſerunt ſibi petitorium:ꝛ ſolūmodo egerūt poſſeſſorio prout facere debebant ſcdm conſilium.l.is qui diſtinauit.ff.de rei venditio.imo plus videtur ꝙ etiā fructus percepti a tempore deiectionis tanqꝫ extātes debeāt ſpectare ad monachos:quia licet quo ad fructus cōſumptos ſiat differentia inter malefidei poſſeſſorē ꝛ bonefidei. ¶ Et in bonefidei an fuerūt percepti ante lit.cōte.vel poſt litem conte.cenſetur quilibet malefidei.l.certū.C.de rei vendi.ꝛ.l.fructus.ꝛ.l.ex diuerſo.ff.de rei vendi.ꝛ.§.de reſtitu.ſpolia. grauis. cum ibi notatis.tamē quo ad extantes omnes poſſeſſores ſunt pares:qꝛ illi debent reſtitui vincentē in proprietate.ꝛ hoc tenēt etiā do.de Rota.etiā in cauſa beneficiali in ſua conclu.cccxcvij. alias.cccciij.facit quod no.gl.§.de cauſa poſſeſ.ꝛ.c.ſuper.in gloſ. ij.ꝛ eo.titu.paſtoralis.in glo.penulti. ¶ Et no.diligenter iſtam glo.que aperte decidit ꝙ ſicut litis conteſta.cōſtituit malefidei poſſeſſorem ad cōmodum petentis.ita ecōtra petentē ad cōmodum poſſeſſoris.Et tum iſta gl.tranſeunt cōmuniter canoniſte ꝛ do.de Rota in dicta cōclu.Sed forte de iure nō eſt verum per.l. nō ſolet.ff.de regu.iuris.vbi aperte dicitur ꝙ per conteſtationē
6 nō ſolet fieri † deterior conditio litem conteſtātis.ꝛ ideo cū non reperiam illam regulā in hoc vitiatā nō videtur diſcedendum ab illa.ꝛ ſic videtur conteſtatio ſolū nocere ipſi reo.Et adde predictis qd not.domi.de Rota in ſua concluſio.cccxiij. vbi dicūt ꝙ victo illo qui obtinuit in poſſeſſorio recuperāde non debet audiri aduerſarius volēs proſequi petitoriū vbi rem reſtituat cum fructibus ꝛ expenſis in odium ipſius ſpoliantis.ſecus ſi agens poſſeſſorio ſuccubuiſſet ꝛ fuiſſet condēnatus in expenſis quia ſi vellet redire ad petitorium poterit etiā nō ſolutis expēſis victorie in poſſeſſorio aduerſario.nam ſufficiet aduerſario ꝙ poterit p tere executionem ſententie contra eum:nō autē per exceptiōnem poterit repellere a proſecutione petitorij:quia hoc nō reperitur iure cautū ſcdm eos. ¶ Jtē attēde ꝙ ſi pars petat quartam dilationem cum ſolēnitate legali ꝛ ſubiungat ꝙ ſi denegauerit illam ex nunc appellat non valet appellatio:quia videtur fieri a futuro grauamine hic notabiliter.vt dicit Jnno.ideo debet expectare an iudex concedet illam,an vero deneget:ꝛ ſi denegget tunc poſtea poterit appellare.facit quod notatur per Jnn. in.c.ſuper eo.ꝛ.c.dilecto.§.de appellatio.vbi autem iudex denegaſſet illam ſi pars dicat:domine iudex grauaſtis me denegando quartam dilationē:adeo peto ꝙ reuocetis grauamē ꝛ niſi reuocaueritis appello:bene valebit appellatio ex quo pcedit grauamen.vt hic etiam tangit Jnno.nam illa verba niſi reuocaueritis ꝛc.videntur apponi ad cautelam:ꝛ ob reuerētiam iudicis: ideo nō nocent.facit quod habetur in.l.qui mutuā.§. non ideo. ff.mandati. ¶ † Ultimo no.diligēter quia videtur hic velle Hoſtien.ꝙ quādo cōmittitur aliquid volūtati alicuius intelligitur eſſe cōmiſſum voluntati ſcilicet rationabi.ꝛ ſic non mere volūtati:ſed contrariū videtur probari in.l.fideicōmiſſaria libertas.ff. de fideicōmiſ.liberta.ꝛ notat Barto.in.l.fi.ſic.ff.de lega.j.ꝛ in ex trauagan.ad reprimendā.in verbo videbitur.vbi dicit ꝙ quando cōmittitur voluntati alicuius videtur cōmiſſum libere volūtati dūmodo ceſſet dolus.l.creditor.§.lucius.ff.mandati. ſecus quando cōmittitur aliquid in arbitrium alterius vel per verba ſapientia arbitriū boni viri ꝛ que ſunt illa exprimūtur per Bart. in.d.l.ſi ſic.ꝛ in preallega.extrauagan.ꝛ ſic aliud videtur eſſe aliquid cōmittere ſimpliciter in volūtate alterius aliud in volūtatē rationabilē:quia iſta verba vltima ſonant cōmiſſionem eſſe factam tanqꝫ in arbitrium boni viri.Sed poteſt ſaluari glo.Hoſtien.ꝙ procedat quādo aliquid cōmittitur voluntati eius qui habet iuſtitiam miniſtrare puta iudicis: quia tunc intelligetur de volūtate rationabili:ꝛ non de mera volūtate.ꝛ hoc caſu proprie videtur loqui Hoſti.qui ſe refert ad tex.iſtum qui loquitur de iudice ibi:dum dicit ſuper eo quod voluerint.

1 ¶ Teſtis debet reddere cauſam ſui dicti.ꝛ nu.j.
2 Multitudo effrenata teſtium repellitur.
3 Atteſtationes corā vno iudice recepte ſi non fuerint publicate non poterunt inuita altera partium corā alio iudice publicari.
4 Atteſtationes inualide poſſunt ex conſenſu partium validari. et numero.12.
6 Teſtis an teneatur reſpondere vtrum ſit crimino ſus aut periurus vel talis qui non poſſit teſtificari.
7 Ordinandus an debeat confiteri crimen ſuum.
8 Teſtes an debeant cognoſcere partes.
9 Teſtes ſi diſcordent in loco vel tempore non probant.
10 Teſtis ſecundo inductus ſi dicit contrarium eius quod primo dixit non valet dictum ſuum.
11 Teſtis non iuratus ſi deponat falſum in iudicio an debebit puniri pena falſi.
13 Teſtes an debeāt in cauſis eſſe omnino concordes.
14 Teſtis vnus ſi deponat per viſum alter per auditū an probent.
15 Notarius poteſt ſolum conficere inſtrumentum de his que percipit per viſum vel auditum.
16 Notarius qualiter poteſt conficere inſtrumētum inter duos diuerſarum linguarum.

a **Cum cauſam que.** Diligēter[a] examinādi ſunt teſtes ꝛ puniendi qui eos impediunt.teſtium multitudo per iudicē eſt refrenāda.hoc dicit. ¶ Et tres ſunt partes ſicut ſunt tria principalia dicta que patent ex ſummario ſecunda ibi:quod ſi.tertia ibi:volentes. ¶ Jn tex.ibi dum dicit cōmune fauentie.ꝛ.j.deciditur quod habetur in.c.licet cauſam. in princi.§.de probationi.quia cauſa erat ſuper iuriſdictione honore ꝛ diſtrictu cuiuſdam ville ꝛ caſtri ozoli et cauſa iſta primo loco fuit delegata epiſcopo Ferrarieñ ꝛ abbati Pompoſiano, coram quibus fuit proceſſum ꝛ aliqui teſtes recepti licet nō publicati.demū cauſa fuit reuocata ad curiam ꝛ coram papa fuerunt procuratores partium qui petebant ſe admitti ad producēdos teſtes quos habebant in partibus:ꝛ ideo papa prouidit vt ſequit. ¶ Nota ꝙ licet in facultate iudicis ſit cōmittere articulum examinationis teſtium,tamē cōueniens eſt ꝙ ſine cauſa nō faciat ꝛ cauſa legitima eſt quādo teſtes ſunt in longinquis partibus a loco iudicij.facit qd habetur.§.de fideiuſ.peruenit.ꝛ.c. conſtitutus.ꝛ etiam quādo iudex eſſet multis alijs occupatus. facit qd habetur in.c.cū olim.§.de re iudi.ꝛ qd no.per Bar.in.l.quod iuſſit.ff.de re iudi. ¶ Jtem no.ꝙ eodē tēpore poteſt ſtatui terminus ad producēdos teſtes tā probatorios ꝙ reprobatorios perſonarū:preſertim quādo de longinquo debent recipi.ꝛ ſic facit ꝙ exceptio reprobatoria teſtium ꝛ eius probatio ſtatim debeat admitti quādo teſtes de longinquo debēt recipi ne partes multis vicibus cogantur ad locum accedere.de quo in gloſ.j. et §.eo.ex parte. ¶ Jtem no.ꝙ officium examinatoris teſtiū verſatur principaliter circa duo.primo qꝛ habet interrogare de his que exprimuntur in litera.ſcdo quia habet reſcribere ſuperiori cauſas ꝛ circūſtātias:de quibus teſtificati ſunt teſtes. de quo p Jnno.§.de probatio.c.qm contra falſam.vbi etiā tāgit an ſi videat teſtem vacillāter loqui debeat etiā id ſignificare ſuperiori.
1 ¶ † Jtē no.ꝙ teſtis debet reddere cauſam ſui dicti.de quo hic in gl.ꝛ.§.de reſcri.ſi quādo.ꝛ hic etiā plene per Jnno. qui proſequitur qualiter debeat cauſam aſſignare.de quo etiā in Specu. de teſte.§.nūc tractandū.ver.vt autē.ꝛ eo.ti.§.j.ver.item ꝙ interrogatus.ꝛ ver.ſed quid ſi cauſa. ¶ Jtē not.ꝙ iudex poteſt cōpellere teſtes ꝛ etiā impedientes eos.de quo facit.§.de offi.delega.in.c.j. ¶ † Jtē no.vnam cauſam impedictem facultatē pro-
2 ducendi teſtes vt quādo eſſet multitudo ineffrenata ꝛ quā vellet pars producere.Et dicitur multitudo ineffrenata quādo excedit numerū.xl.ꝛ hoc in caſu iſto.nam interdū ex qualitate cauſe poterit etiā iudex arbitrari minorē numerū.vt tangitur hic in
3 glo.pe. ¶ † Jtem no.ꝙ atteſtationes corā vno iudice recepte ſi nō fuerunt publicate nō poterunt inuita altera partium coram alio iudice publicari.ꝛ ſic corā alio nō facient fidē etiā inter eaſdē perſonas niſi vtraqꝫ pars cōſentiat vt publicentur.vt hic eſt tex.notabi.licet Bart.aliter dixerit in.l.ij.ff.iudica.ſolu. ꝛ dixi §.e.in.c.cauſam que.el.j.dictū tamē Bar. videtur poſſe ſaluari quādo eſſent mortui.arg.l.fi.C.de teſti.vbi autē fuiſſent publicate bene facerent fidem inter eaſdem perſonas corā alio iudice.
4 vt in d.c.cauſam. ¶ Ultimo no.ꝙ atteſtationes inualide poſſunt ex cōſenſu partium validari.facit quod habetur.§.ca.pri. Jn glo.j.

[a] ¶ Diligēter Super hoc.c. vide hic tres diſtin.qs ponit do.ben. borgh.valde vtiles.

Ayuntamiento de Madrid

¶ In glo.j.in fine.dic vt plene dictum fuit in.d.c.ex parte.illud tñ videtur eſſe clarũ q vbi exceptio ex toto non habet repellere teſtẽ ſed detrahere fidei eius q tũc dꝫ reſeruari in tẽpus diſputationis.vt hic voluit Hoſ.ꝛ fuit de mẽte gl.in ver.ſi ex leui.vbi autẽ ex toto habet repellere.videtur velle gl. q regulariter habeat differri in tempus diſputationis:niſi in caſibus poſitis in glo.quibus poteſt addi caſus quãdo teſtes de longinquo eſſent recipiẽdi.per id qđ dixi in notabi.vel quãdo obijceretur excõicatio cõtra teſtẽ ꝑpter periculũ cõionis.tñ Joã.an.dixit arbitrariũ eſſe regulariter.an ſtatim admittat exceptio:an vero differatur in tẽpus diſputationis.Dic vt plene dictũ fuit in.d.c.ex parte.de.ſ.eo.

5 ¶ † In gl.de cauſis.in fi.No.bene diligẽter ex glo. q nõ valet dictũ teſtis ſi interrogetur de cauſa.ꝛ illã nõ reddit. ſecus ſi non fuerit interrogatus:quia tunc valet.de quo etiã per glo.ſ.de reſcrip.ſi qñ.ꝛ.C.de teſtibus.in.l.ſolã.vbi etiam per glo. ꝛ Bar.ꝛ in Specu.de teſte.§.j.ver.itẽ q interrogatus.ꝛ ſequẽti. Sed limita primũ dictum:niſi dictũ teſtis haberet in ſe cauſam annexã:vt quia dixit ſe vidiſſe titiũ mutuare ſeio.x.nam ſi interrogetur de cauſa ſciẽtie:licet aliter nõ reddat valebit dictũ eius quia habet in ſe cauſam annexã. ¶ Item limita ſcđm dictũ niſi teſtis deponat ſuper his que percipit ipſe teſtis iudicio rationis. ꝛ nõ immediate per ſenſum corporis:qꝛ tũc nõ valet dictũ eius ſi cauſam nõ aſſignat etiã ſi nõ fuerit interrogatus.vt hic voluit Inn.ꝛ etiã Bart.in.d.l.ſolam.ꝛ ideo ſi dicat titiũ eſſe dñm talis rei nõ valebit dictũ eius niſi aſſignet cauſam per ſenſum corporeum:ꝛ ſic niſi adijciat q vidit eũ emere rem illã ꝛ tanto tempore tenere pro ſua q preſcripſit ꝛ pſequitur hic Inno. quomodo teſtis debet per ſenſum corporeum reddere rationẽ dicti ſui per alterũ ex quinq ſenſibus appropriatũ materie.de qua agitur qđ etiã ponit Specu.eo.titu.§.nunc tractandum.verſi.vt autem.

6 Et adde quod dixi.ſ.eod.tam literis.ſuper gloſ.j. ¶ † In gloſſ. de perſonis ibi non tenentur reſpondere.ꝛ hoc tenuit Innocẽ. in.c.ij.ſ.de confeſſis.dicens hoc procedere etiaꝫ ſi interrogetur de crimine qđ dicatur eſſe publicum ſeu manifeſtũ.licet alij contra.ſed Barto.in.l.marcellus.§.j.ff.rerum amota.videtur tenere ſcđam opinionẽ.quia ex quo al's detecta eſt turpitudo ſua et manifeſta.non dicitur tunc teſtis ſe prodere.facit quod habetur in.l.alias.ff.de iureiuran.ꝛ.l.iuſiurandum.§.procurator.eod.titu. Poteſt tamen dici q Bart.in.d.l.marcellus.nõ loquitur de interrogatione fienda a teſte:ſed de fienda a parte contra quam obijcitur.nã licet teſtis nõ teneatur reſpondere de crimine quod cõtra eũ obijcitur tñ tenetur pars que teſtẽ pducit rñdere ſi hoc petatur:quia ꝑpter iuramentum calumnie pſtitũ in quo inter cetera capitula cõtinetur q nõ grauabit aduerſariũ in onere probãdi:ſed verũ confitebitur tenebitur rñdere.vt etiã notat Specu.in titu.de teſte.§.iam de interrogato.verſic.porro.circa.ſi.ſecus in teſte qꝛ nõ debet cogi cũ iſtud ſit extra articulũ:ꝛ de hoc etiã nõ agitur inter partes:ꝛ qꝛ exceptio que obijcitur cõtra teſtem videtur potius obijci cõtra partẽ.facit qđ habetur in.c.ij. ad fi.de ordi.cog.fatendũ eſt tamẽ q ſi teſtis interrogatus ſponte rñdeat q ſit ſibi pndicium:quia ſtatur confeſſioni ſue contra ipſum teſtem que quo ad pnidicium ipſius teſtis nõ exigit iuramentũ.vt notat Inn.in.c.inquiſitionis.ſ.de accuſa.poteſt tamẽ queri a teſte in genere an ſit habilis ad teſtificãdũ vel nõ.vt voluit glo.in.c.querendũ.el.j.ij.qđ.vij.ꝛ ſimiliter videtur q poſſit interrogari in genere an ſit criminoſus vel non.arg.l.j.§.qui queſtionẽ.ff.de queſtioni.ꝛ per id qđ nõ.glo.in.d.c.querendũ.ꝛ quia interrogari poteſt an ſit honeſte vite ꝛ inculpate.anvero notate ꝛ reprehenſibilis.iiij.q.iij.teſtium.ꝛ.l.iij.ff.de teſti.que verba ſatis in idẽ ſonant quãtum ad effectũ:ergo idẽ debet dici vtrobiq argu.l.fina.ff.mãdati.ꝛ.ſ.de tranſla.prela.in.c.ij.ſed in ſpecie de crimine nõ videtur interrogãdus:ꝛ ſi interrogetur non tenetur reſpõdere.ſ.an illud ipſe cõmiſit:licet ſi ſponte reſpõdeat ſtetur ſue cõfeſſioni vt predixi.de quo in Specu.eo.titu.§.iã de interrogatorijs.verſi.ſed nũquid.

7 ¶ † An autẽ ordinãdus debeat crimen cõmiſſum confiteri notatur per Inno.in.c. dudum. el.ij.ſ. de electio.quia ſi eſt tale qđ impedit ordinis executionem etiaꝫ per paratã penitentiã debet cõfiteri:alias nõ tenetur confiteri. An autẽ pars tenetur reſpondere poſitioni crimnoſe.notatur per Bar.in.d.l.marcellus.ꝛ in Spec.de poſitionibus.§.vij.ver. xviij.nec obſtat predictis.c.ij.ſ.de cõfeſſis.quia intelligi debet q teſtis ibi ſponte confeſſus fuit crimen.vt ibi nota.Innocẽ. facit etiã ad materiã quod notauit glo.in.c.j.ꝛ.ij.de cõfeſſis.in.vj.

8 ¶ † In eadẽ glo.in fine.Circa hoc an teſtes debeant cognoſcere partes cõclude q aut queritur de teſtibus qui ſunt ſcripti in inſtrumẽto:ꝛ tunc nõ eſt neceſſe.fallit in ſcriptis in inſtrumẽto inuentarij qđ conficitur per heredem adeũtem hereditateꝫ cum beneficio inuentarij.l.finali.§.ſin autem.cum ibi nota. per C.de iure deliberan.Interdum tamen ſtatuta prouident. q alter tem vnus ex teſtibus cognoſcere debeat partes et notarius in ſubſcriptione de hoc faciat mentionem ꝛ ita viget ſtatutum in ciuitate iſta.Interdum vero teſtes volunt actualiter deponere in iudicio:ꝛ tunc ſi volũt de facto vtriuſq partis,puta q titius vendidit ſeio librum pro decem debent vtrumq cognoſcere. et ita intelligatur gloſ.hic poſita.Si autẽ deponãt de facto vnius tantũ ſufficit q illum cognoſcant.licet nõ cognoſcant aduerſarium vt ſi deponant q titius poſſedit talem rem ſpatio.x. annorum.nam tunc ex quo non deponit de facto aduerſarij nõ eſt neceſſe q illum cognoſcant.Interdũ autem de neutrius facto deponunt:vt ſi deponant quantũ valuit frumentum tali tempore tũc nõ eſt neceſſe q aliquẽ ex litigantibus cognoſcat.ex quo de neutrius facto depoñũt.vt etiã hic tangit do.Anto.ꝛ no.etiam per Bar.in.d.l.fina.§.ſin autẽ dubius.C.de iure deliberã.ꝛ tangitur etiã per glo.in.l.iij.ff.de teſti. ¶ In glo.de loco.in fi. habetur in hyſtoria Danielis.xiij.ꝛ tangitur per glo. in.l. ob carmẽ. ff.de teſtibus. ¶ In glo.de tempore ibi non valet eorũ dictum.

9 Nota bene q vbi teſtes diuerſificant in tempore vel loco non valet teſtimonium:ꝛ ratio eſt quia ſi actus eſt reiterabilis vidẽtur deponere de diuerſis actibus.ꝛ ideo ſi ſunt duo quorũ vnus deponit de vno tẽpore vel loco alius de alio redditur dictũ cuiuſlibet ſingulare.ideo nõ probat.ſ.de elec.in.c.bone.el.j. Si vero actus nõ eſt reiterabilis tunc ſunt contrarij:ideo tunc neutrius dicto ſtatur vt dictum fuit.ſ.eo.in noſtra.Si autẽ teſtis interrogatus de tempore dicat ſe nõ recordari nõ per hoc vitiatur eius teſtimoniũ.j.de fide inſtru.cũ Joãnes.qđ intellige verũ niſi tempus eſſet de ſubſtãtia eius de quo quereretur:vt quia ageretur de probãdo aliquid factũ eſſe certo die ꝛ loco ad finẽ reprobãdi teſtes alias productos ſcđm ea que habẽtur.ſ.eo. ex tenore.nam tunc ſi teſtis interrogatus de tempore dicat ſe nõ recordari nõ valebit dictũ eius.vt notauit Inno.j.de accuſa.qualiter.el.ij.et facit quod no.Cy.in.l.teſtium.C.eo.ꝛ ſcđm predicta patet qualiter ex tempore interdum reprobatur teſtimonium. Interdum tamen vt ſequitur in glo.reprobatur ex tempore:id eſt ex mora in ferendo teſtimonio.vt quia teſtis interrogatus nimis tardat in reſpondendo ꝛ cogitando ſuper reſponſo.nam ſuſpicio eſt ne dicat falſum ſubornatus.facit quod habetur.iij.qđ.ix.§. iteꝫ in criminali.verſic.item in teſtibus.ſimiliter videtur eſſe ſuſpectus quãdo nimis cito reſpõdet per id quod habetur in.§.ſed aliud. v.q.v.ideo debet tenere medium.l.diſtinc.in.c.ponderet. ¶ In glo.compellas.in fin.Solue vt colligitur ex ibi notatis.qꝛ ſi impedimentum ſit conſentiente illo contra quem producuntur expreſſe vel tacite:vt quia ſcit ꝛ non contradicit.tunc habetur pro productis contra eum:ſecus ſi impedimentum fieret eo contradicente vel eo ignorante quia tunc ſibi non nocet.vt in.c.qꝛ preſulatus.allega.in glo. ¶ In gloſ.penul.ibi ſed hoc potius.et ſic videtur velle glo.q ſit in arbitrio iudicis etiam arbitrari minorem numerum q.xl.inſpecta qualitate cauſe ꝛ perſonarum. facit quod habetur.ſ.eo.de teſtibus.ꝛ.c.ſignificauerunt.qđ intellige procedere extra caſum iſtum.nam in caſu huius capituli nõ poterit arbitrari minorem numerum.xl.propter expreſſam taxationem hic factam. ¶ In glo.fina.ibi.j.eo.preſentata.ſed certe illud.c.ꝛ.l.vlti.C.eod.loquũtur quando teſtes ſunt recepti coram [illegible] ſed vbi ſunt recepti coraꝫ iudice non videtur habere locum [illegible] dictorum iurium.ſed videtur q tunc teſtes recepti [illegible] iudice inter eaſdem perſonas in alia inſtantia,dum modo ad idem agatur faciant fidem.ſ.eo.in.c.cauſam que.el.j.ꝛ ibi etiam dictum fuit.ꝛ propter hoc glo.forte dedit aliam ſolutionem ſeu expoſitionem in ver.vel dic que etiã nõ videtur bona.vt tangit gloſ.Ideo alij dixerũt q hic fuerunt tres delegati ſine clauſulã aliqua ꝛ teſtes recepti corã duobus.ideo non valebant.ſ.de offi.deleg.cauſam matrimonij.ꝛ.c.prudentiam. Sed iſta expoſitio diuinat.Ideo põt tertio dici q vbi atteſtationes ſunt publicate.bene probant in alia inſtantia.ſecus vbi nõ ſunt publicate quia tunc nõ probant vbi partes conſentiant: vt hic colligitur.ꝛ dixi in.d.c.cauſam que.videtur tamen q etiam altera parte inuita poterit peti publicatio coram alio in alia inſtantia.ſi teſtes nunc nõ viuant.arg.c.preſentata.j.eo.ꝛ.l.fin.C.de teſtibus.

10 ¶ † In ea.glo.in fi.Not.bene q vbi teſtis ſcđo inductus dicit cõtrarium eius quod primo dixit non valet dictum ſuum. facit.ſ.eo.ſicut nobis.Fallit ſi primum dictum ſit nullum. quia tunc bene valebit ſcđm idem tenuit Specu.eo.tit.§.j.verſi.quid ſi idem teſtis.ꝛ ſequen.et cum iſto dicto tranſit etiam Joan.an. ꝛ omnes canoniſte.ꝛ videtur per hoc q ſi teſtis dicit primo vnũ extra iudicium coram teſtibus vel notario.deinde poſtea in iudicio dicat contrarium ſtabitur ſecũdo dicto.quia primũ non valet.ſed Bar.in.l.eos.ff.de falſis.tenet cõtrarium per illum tex.ꝛ ideo dat cautelam quãdo quis ſuſpicatur ne teſtis variet q habeat eum corã teſtibus extra iudicium ꝛ notario:vel ſaltem corã teſtibus.ꝛ coram illis interroget teſtem ꝛ faciat eum reſpondere.nam ſi poſtea dicet contrariũ in iudicio non valebit dictum ꝛ

Ayuntamiento de Madrid

poterit de falſo redargui.ſed forte dictū huius glo.ꝛ canoniſtarum eſt verius quia ex quo primū dictū eſt nullū nō debet preſtare impedimentū ſecūdo.de regu.iur.nō preſtat.lib.vj.ꝛ quia nō ſic libere loquit teſtis corā parte ſicut loquitur iudici abſente parte.facit quod no.glo.ſ.eod.preſentiū.in prima glo.ꝛ ideo videtur potius ſtandū ſcdo dicto.Nec ob.d.l.cos.quia loquitur qn̄ teſtis deponit contra ſcripturā ſuā ſuo ſigillo ſigillatam que valebit cōtra eum:ꝛ ideo tunc poteſt puniri de falſo.ſecus ergo quādo nō venit cōtra ſcripturam ſuo ſigillo ſigillatā:ſed ſolum cōtra ſuū dictū extraiudiciale:ꝛ iſtud forte ſeruaretur in practica propter autoritatē iſtius glo.ꝛ gl.pe.in.c.ſeq.ꝛ maxime quia in dubio debet eligi opi.per quā mitior ſit interpretatio.de reg.iur.in penis.lib.vj.l.ſi pſes.ꝛ.l.ſi de interpretatione.ff.de penis.

11 ¶†An autē ſi teſtis deponat in iudicio falſum nō iuratus poſſit puniri pena falſi.cōcludit Jo.an.ꝙ ſic poſt Richar.de malū.in regu.nō eſt ſine culpa.de reg.iur.in.vj.quia iuramentū nō eſt oīno de ſubſtātia teſtimonij.ſ.eo.tuis.ꝛ idē Bar.in.l.ſi quis legatum.ff.de fal.ſecus ſi deponeret falſum in iudicio nullo vel coram tabellione extra iudiciū:quia tunc deficit teſtimoniū in ſui ſubſtantia ex quo in iudicio valido nō eſt receptum.vt plene no

12 ta.in.d.regu.nō eſt.ꝛ ſequitur etiā do.Ant.hic.¶†Et no.bene ex his que dicta ſunt in prin.huius gloſ.ꝙ atteſtationes que nō valent poſſunt ex cōſenſu partiū validari.ad idem qd̄ habetur ſ.c.proxi.¶Et per hoc videtur ꝙ licet ſi iudex cōmittat alicui receptionē teſtium nō poſſit ille cōmiſſarius alteri cōmittere:qꝛ certum ꝛ nudū miniſteriū eſt ſibi cōmiſſum.de offi.deleg.c.fina.tamē iſtud videtur verū niſi ex cōſenſu partiū hoc pcedat quod eſt clarū ſi interueniat conſenſus expreſſus.ſed de tacito eſt dubium.nam Inno.hic refert opi.cōtrarias.ꝛ ſimiliter do.Anto.ꝛ nō decidit.Potes cōcordare ꝙ ſi ſolū interueniat tacitus conſenſus,ex eo quia nō cōtradicant:tunc forte illud non ſufficit.nā preſumendū videtur ꝙ forte putauerūt cōmiſſionem fieri poſſe potius ꝙ̄ ꝙ velit cōſentire:ſed ſi alias ex aliquibus indicijs poſſit apparere de eorū tacito cōſenſu:tunc illud ſufficiat vel forte poteſt dici ꝙ cum in dubio preſumantur partes ſcire iura.ſi ſint in loco vbi ſit copia peritorū.facit quod no.in.l.in bonorū.ff.de bonorum poſſeſ.ꝛ qd̄ notatur etiā per Bar.in.l.qd̄ nerua.ff.depoſi.ſi producāt teſtes corā tali electo a cōmiſſario videatur tacite conſentire ſic valebit receptio.¶Item aduerte ꝙ ſi teſtis vel notarius cōmittat falſitatē in circūſtantijs extrinſecis que non tangunt negotium principale.puta vt quia dicat aliquid actum in tali domo ſita in tali capella.ꝛ illa domꝰ ſit in alia capella ſeu parochia.nō propter hoc vitiabitur dictum vel inſtrumentum.vt hic voluit do.Anto.ꝛ Innocē.in.c.fraternitatis.ſ.de here.ꝛ Bar.in.d.l.eos.ff.de falſis.¶Itē adde his que dixi ſuper gl.in ver.de cauſis.ꝙ quilibet teſtis in cā immediate ſui ſenſus eſt cū altero ſingularis.nā alius eſt viſus petri:alius viſus martini:licet ſuper eodē deponāt.vt nota.Bart.in.l.j.in fi.ff.quēadmodū

13 teſta.aper.¶†An autē in cauſis omnino debeāt teſtes eſſe concordes.tetigit Inn.in.c.qualiter.el.ij.de accu.vbi ꝯcludit ꝙ nō ſemper eſt neceſſe ꝙ ſint in cauſis cōcordes:ſi al's ſint cōcordes in principali dicto vt qn̄ deponunt ſuper aliquo vniuerſali.puta ſuper iuriſditione vel ſuper iure decimandi.vnde ſi teſtes cōcordant ꝙ talis exercuit iuriſditionē in tali loco vel ꝙ percepit decimas:ſed vnus teſtis dicit interrogatus de cauſa ſcientie ꝙ vidit reddere ipm̄ ius in cauſa inter Joan.ꝛ Petrū.alter dicit qd̄ vidit reddere inter Seiū ꝛ Martinū.vel vnus dicit ꝙ vidit percipere decimā frumēti.alius decimā ordei pbabūt ſm̄ eū ex quo cōcordāt in principali dicto.gl.tn̄ videt ſentire cōtra.in.c.nihilominus.iij.q.ix.de quo etiā tetigi in.l.inter pares.ff.de re iu.et

14 in.l.j.C.de teſta.ſm̄ Bal.¶†Quid aūt ſi vnus teſtis deponit p auditū:alter per viſum.nūquid probēt do.Ant.hic dicit ꝙ ſic.ꝛ alleg.dictū Jo.iij.q.ix.§.de his.ſed certe ibi Jo.dicit oppoſitū ꝛ etiā Jo.an.hic vnde cōcludit ꝙ ſurdus ꝛ cecus non poterunt probare contractū inter partes ꝛ videtur hoc bn̄ dictū:qꝛ cōtractus percipitur per auditū quo ſurdus caret.ideo nō pōt teſtificari:ſed ſi eſſent duo quorū quilibet audiret ꝛ videret.tunc forte ſi ambo cōcordarent de cōtractu licet vnus diceret de audi tu qꝛ audiuit partes ſic contrahere.Alius dicat qꝛ vidit partes ſic cōtrahere bene valeret teſtimoniū qꝛ ſenſus viſus tāꝙ generalis etiā cōprehēdit auditum in eo qui habet vtrūꝗ ſenſum.vt voluit gl.in.c.teſtes.iij.q.ix.Quō aūt qnꝗ ſunt corporis ſenſus pſequitur hic Inn.ꝛ gl.expreſſe ponit in.l.ꝙ meo.§.ſi per vendi

15 torē.ff.de ac.poſ.¶†Et no.bene ꝙ licet teſtis poſſit per quēlibet ex dictis ſenſibus teſtificari ſm̄ ſubiectā materiā.tn̄ notarī ſolū poteſt cōficere inſtrumentū de his que percipit per ſenſum viſus ꝛ per ſenſum auditus vt notat.Joan.an.in Specu.de inſtru.editio.§.reſtat.ſup ver.ſed quō.ꝛ ideo nō poſſet cōficere inſtrumentū.an vinū eſſet dulce vel nō:licet etiā guſtaret ſed bene poſſet conficere inſtrumentū ꝙ partes guſtārūt vinū ꝛ dicebāt

16 illud eſſe dulce.¶†Tangit etiā hic Jo.an.qualiter poſſit notarius cōficere inſtrumentū inter duos diuerſarū linguarū:vt qꝛ vnus ſit theutonicus alter latinus:ſed interueniat interpres.d.e quo etiā poſuit Bart.in.l.j.in fi.ff.de verbo.obl.¶Et qualiter etiā poſſit cōnfici inſtrumētum ſuper actu facto a muto.tangit Bar.in.l.mutum.ff.de acquir.here.¶Quomodo etiā poſſit iudex latinus mediāte interprete examinare teſtes theutonicos.no.Bar.in.d.l.j.in fine.

1 ☞Sententia poteſt per partes executioni mandari.

2 Publicatio atteſtationum facta in ſummario iudicio nō nocet quominus poſſit produci in plenario.

3 Atteſtatiōes recepte in ſummario iudicio nō pbāt in plenario.

4 Facta in capitulo probantur per illos de capitulo.

5 Excommunicatus durante excommunicatione repellitur ab officio teſtificandi:ꝛ ideo debet ad cautelam abſolui.

6 Tertius an poſſit appellationem interpoſitam per principalē contra quem lata eſt ſententia proſequi.

7 Atteſtationes inualide poſſunt ex conſenſu partium validari.

8 Abſolui an poſſit quis ſi non petat.

**V**Eniens ad ap. Ubi variatur modus agēdi etiā publicatis atteſtationibus ſup eodē capitulo teſtes pduci poſſunt.h.d.¶Et tres ſunt partes principales.nā primo ponit ordinē pceſſus ꝛ diſputationē partiū ſup receptione teſtiū.In ſcda interloquit.In tertia cām cōmittit.ſcda ibi nos

1 igit.tertia ibi:quo circa.¶No.ꝙ†ſentētia pōt per partes executioni mādari.¶Itē no.ſcdm̄ vnū intellectū ꝙ ad pſecutionē appellationis nō admittitur quis niſi habeat ſufficiēs mandatum.¶Item no.tertiū comparentē pro ſuo intereſſe pendente appellatiōe interpoſita a principali poſſe impedire executionē

a ſententie.ᵃEt no.ꝙ hoc eſt verū ſi ante oīa doceat de ſuo intereſſe incontinenti:ꝛ ſic videtur ꝙ ſummatim debeat examinari intereſſe quo ad modū procedēdi:ſed quo ad pbationes videtur ꝙ debeat plene examinari:qꝛ oportet ꝙ pbet per teſtes vel per inſtrumēta:ꝛ ex hoc videt poſſe notari ꝙ plena pbatio facta in ſummario iudicio nō pdeſt in plenario qd̄ videtur cōtra nota per Jaco.de but.in.l.ab hoſtibus.§.ſed ꝙ ſimpliciter.ff.ex q.ca.ma.ꝛ ſic pꝛāſit hic do.An.Sed potes dicere ꝙ hic nō fuit plena pbatio ex toto.licet facta fuerit per teſtes vel inſtrumēta ex eo qꝛ nō fuiſſet pars admiſſa ad reprobandū perſonas vel inſtrumenta in iſto iudicio ſummario.vt etiā hic voluit Petrus ꝛ Abb.ideo tūc nō mirū ſi nō facit fidem in plenario.ſecus vbi fuiſſet plene diſcuſſum de exceptionibus cōtra teſtes vel inſtru

2 menta:quia tūc poſſet procedere dictū butrigarij.¶†Itē nota ꝙ publicatio atteſtationū facta in ſummario iudicio non nocet quominus poſſit produci in plenario.ꝛ pro hoc faciat quia nō obſtaret ſententia lata in ſummario legit ꝛ notat in.l.pen.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.ergo nō obſtat publicatio per id qd̄

3 habet,ſ.ti.j.l3.ꝛ.c.curauit.¶†Itē no.ꝙ atteſtationes recepte in ſummario iudicio nō pbāt in plenario vbi a partibus approbētur.ꝛ ſic facit ad id qd̄ dictū fuit.ſ.c.proxi.¶Itē no.ꝙ cū tertio cōparente ad impediēdū executionē ſnīe.poſtꝙ̄ ſummatim docuit de ſuo intereſſe eſt lis cōteſtādā.tā ſuper iure ſibi cōpetente ꝙ̄ ſuper ſnīa.¶Itē no.ꝙ vbi approbantur in plenario iudicio atteſtationes producte in ſummario non poſſunt alij teſtes produci.¶Itē no.ꝙ licet tex.in.c.de teſtibus.ſ.eo.ꝛ in.c.cauſam que.cum ſimi.pōderet publicationē.tamē hic videtur ponderari didiciſſe teſtificata.de quo plene dixi in ca.fraternitatis.ſ.eo.¶Item not.ꝙ vtens in plenario iudicio atteſtationibus receptis in ſummario nō videtur neceſſario aſtringi ad ſtādum illis.ꝛ ratio eſt qꝛ vtebatur ad preſumptionē faciendā:qꝛ plene nō pbabāt in plenario:niſi de cōſenſu vtriuſꝗ partis approba

4 rentur.¶†Itē no.qd̄ illa que in caplo agunt poſſunt pbari p illos de caplo quia cōiter ſunt alijs ignota.facit.l.cōſenſu.§.ſu

5 per plagis.C.de repu.¶†Ultimo not.qd̄ ad cautelā abſoluēdi ſunt excōicati qui neceſſarij ſunt p teſtimonio.de quo in gloſ.ſi.Et ſic no.qd̄ excōicatus durante excōicatione repellitur ab officio teſtificandi.facit.ſ.de ſen.excō.in.c.decernimus.in.vj.Quid autē de ſuſpenſo.poſuit Hoſti.ſ.de accu.olim.ꝛ.ſ.de excep.apli ce.ꝛ Specu.eo.titu.§.i.verſi.quid de ſuſpenſo.vbi cōcludit idē qd̄ in excōmunicato.¶In gl.voluerit ibi ab excōicatis.ſed certe iſta allegatio nō erat bona qꝛ excōicatus poteſt ſe defendere in iudicio per ſe ꝛ per pcuratorē:ꝛ melius eſt per pcuratorē.ſ.de iudi.intelleximus.cum ibi nota.ꝛ facit.ſ.de excep.cum inter.ꝛ ideo cū veniret ad defenſionem capituli de iure nō habuiſſet obſtare dicta exceptio:nec eſt verum ſm̄ doc.qd̄ hoc poterat ex [...]ra.Unde poteſt dici qd̄ forte opponebatur qd̄ ipſi procu[ratores] erant excōicati ꝛ ideo nō debebāt audiri quia licet ex[communica]tus poſſit eſſe in iudicio noīe ſuo.nō tn̄ poteſt eſſe nomine alieno:qꝛ primo caſu [...] inuitus tn̄ iudiciū reddat in inuitū.

¶Impediere executionē ſnīe.pro hoc adde diſtinctiones quas ponit hic do.Pē.bozch.i pn cip.c.

l.inter

Ayuntamiento de Madrid

l.inter ſtipulantẽ [illegible] obli.ꝛ defenſio nemini eſt dene/
ganda.j.de excep.c.inter.ſcd̃o caſu venit voluntarie.ideo repelli
poteſt. Uel forte obijciebatur ꝙ nõ habebat ſufficiẽs mãdatũ.ꝛ
nõ preſtabatur debite cautiones.de quibus.s.de ꝓcura.c.j.ꝛ.c.
6 mandato.ideo nõ debuerũt audiri. ¶ † In gloſ.audiẽtius in fi.
Adde ꝙ dictũ gl.procedit ſi tertius rõne ſui intereſſe appellat:
qđ facere poteſt.vt patet in.c.cũ ſuper.ꝛ in.l.a ſententia.allega.in
glo.idẽ ſi nõ appellat:ſed vult ꝓſequi appellationẽ interpoſitã
ꝑ principalẽ cõtra quẽ lata eſt ſententia.qđ facere poteſt.vt hic
probat.ꝛ hic etiã colligit practica procedẽdi hoc caſu. qꝛ primo
debet incõtinenti docere de iure ſuo per teſtes vel inſtrumenta.
poſtea debet lis conteſtari ſup iure ſuo ꝛ ſup ſnĩa ꝛ demũ ꝓcedi
in cauſa.ꝛ an teſtes ꝓducti ſup articulo intereſſe faciãt poſt ea ſi.
dẽ lit.cõteſta.ſuper predictis.hic etiã declaratur an autẽ poſſet
tertius ꝓducere teſtes ſuper articulis ſup quibus fuerũt teſtes
producti per principalẽ ꝛ publicati.ponit Spe.in tit.de teſte.§.
ſatis vtiliter.verſi.quid ſi a ſnĩa.vbi cõcludit ꝙ ſic ſi neſciuit cau
ſam agi.al's ſic. Si autẽ tertius volẽs impedire executionẽ ſentẽ
tie nõ appellauit nec vult ꝓſequi appellationẽ interpoſitã:quia
forte nulla fuit interpoſita tũc ſi eſt caſus in quo ſnĩa habeat no
cere tertio qđ qñ ſit habetur.j.de re iudi.c̃quis.et in.l.ſepe.ff.de
re iudi.tũc nõ poterit impedire ex quo ſnĩa trãſiuit in rem iudi
catã.ꝛ eſt talis que etiã habet ſibi ꝑiudicare. Si autẽ ſit caſus in
quo ſentẽtia nõ habet ꝑiudicare tertio vt quia ſit lata eo ignorã
te:vel ſi ſciẽte eſt caſus in quo nõ nocet etiã ſciẽti:tunc conclude
ꝙ aut petiẽ executio ſup alia re quã petita:vt ſi petita fuit q̃ti/
tas ꝛ executio petatur in alia re:tunc admittitur tertius ad im
pediendũ docẽs de iure ſuo.l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus.cũ ibi
nota.ff.de re iudi.ꝛ.l.ob maritorũ.cũ gl.ſua.s.ne vxor pro mari/
to. Si autẽ petatur executio in re petita ſup qua lata fuit ſnĩa.ꝛ
tũc ſi poſſeſſio eſt vacãs admittiẽ tertius.vt hic colligitur ſcd̃m
vnũ intellectũ quẽ notabiliter tãgit hic Inno.ꝛ ratio qꝛ intereſt
ſua ꝙ poſſeſſio que nõ eſt ſua ꝛ eſt vacans ab alio nõ occupetur
quia facilius poterit illã aſſequi ipſa exiſtẽte vacante. Si autem
poſſeſſio erat per aliũ occupata forte per illũ contra quẽ eſt lata
ſentẽtia:tũc nõ audiẽ tertius qꝛ ex quo poſſeſſio eſt penes alium
non videtur intereſſe ſua ꝙ magis ſit penes ipſum reum q̃ pe/
nes ipſum actorẽ vincentẽ.ꝛ ideo fieri debet executio preſtita tñ
cautione ipſi victo per vincentẽ de defendẽdo ipſum reum con/
tra ipſum tertiũ.vt probatur in.l.is a quo.ꝛ l.ſeq.ff.de rei ven.
Si autẽ ipſe tertius rẽ poſſideret ſuper qua lata eſſet ſnĩa:ſi fa/
cta eſſet miſſio in poſſeſſionem ipſius rei autoritate iudicis ad
inſtantiã actoris qui obtinuit ſentẽtiã nõ preiudicabit talis im/
miſſio ipſi tertio:quia in dubio iudex nõ intelligit voluiſſe pre/
iudicare tertio.vt notauit Inno.s.vt lite non cõteſta.quoniam.
§.ꝙ ſi ſuper.ꝛ Bar.in.l.ij.C.vbi in rem ac.ꝛ ſi dicta immiſſio ſo
lum valebit ad preiudiciũ ipſius condẽnati. Et nota bene pre/
dicta quia de hac doctrina que colligitur ex dictis Inno. Bart.
facit feſtum in dicto.§.ſi ſuper rebus. ¶ In gloſ.incõtinenti. in
a fi.ꝛ quando dicatur doceri incõtinenti[a].dicit Innoc.ꝙ hoc erit
arbitrarium.et poterit arbitrari ꝙ doceat infra.viij. dies.argu.
de reſti.ſpolia.frequens.lib.vj.nec erit neceſſe expectare ꝙ pro/
ducat teſtes de longinquis partibus.nam ſufficit ꝙ ſummatim
doceat:ꝛ ſufficit probare ſe electum licet non probet alias ſe ca
nonice electum:quia hoc non eſt neceſſe in hoc ſummario iudi/
cio. Bar.tamẽ.in.l.ſi is a quo.in princi.ff.vt in poſſeſ.lega. dicit
ꝙ debebit docere infra tempus infra qđ debebit fieri ipſa execu
tio per dictã.l.ſi is a quo. ¶ Sed certe iſtud nõ eſt bene determi
natum quia licet poſt quadrimeſtre tempus datũ iudicatis ad
ſoluẽdum.de quo per glo.in.c.querenti.s.de offi. delega. poſſit
fieri executio.nõ tamen eſt determinatum infra quãtum ſpatiũ
poſtea habeat fieri.ꝛ preſertim quando aliquid obijcitur ad im/
pediendã executionem:licet ſtatutum ſit ꝙ in breui debeat ter/
minari qđ obijcitur:ideo ſatis videtur procedere dictum Inno
7 cen. ¶ In glo.vellet.in fi. Nota † bene ꝙ ex cõſenſu partium at
teſtationes minus valide poſſunt validari.de quo etiã.s.c.pro/
ximo.ꝛ quia atteſtationes hic primo fuerant recepte in ſumma/
rio iudicio in quo leuior probatio requiritur q̃ in ſecũdo plena/
rio.dicebat Petrus ꝛ Abb.ꝙ ſi pars aduerſa in ſummario iu/
dicio voluiſſet reprobare ꝑſonas teſtiũ nõ potuiſſet. [ADDI.
Hoc videtur limitandũ niſi incontinenti vellet probare contra/
rium.arg.l.iij.§.idẽ.ff.ad exhib. Uel forte hoc ideo quia modici
preiudicij eſt ꝙ admittatur ad contradicendũ:quia per hoc nil
cõſequitur in facto principali niſi aliter probet iterato:ꝛ tũc po
terit obijci in perſonas. T.D.] Quia illud venit expediendum
in plenario iudicio:ꝛ ſufficit ꝙ prima facie in ſummaria doctus
ſit de iure partis ꝛ ſuo intereſſe.quod tene menti. Et aduerte ꝙ
licet iſte Petrus fuiſſet vſus in plenario iudicio atteſtationibus
productis in ſummario:tamen quia fuit vſus ad preſumptionẽ
inducẽdam:non ad plenã probationem quia non plene [illegible]
bant:ideo nõ cogitur illis omnino inſiſtere:ſed põt eoſdẽ teſtes
vel alios producere. ¶ In glo.penul.ibi.ſecus ſi neſciuiſſet ſup
ple quia tũc nõ fuiſſet neceſſe appellare:ſed qñ ſciuit:tũc habet
neceſſe appellare vel proſequi appellationẽ interpoſitã per reũ
alias ſnĩa faceret ſibi preiudiciũ.nã licet diuerſum ſit ius iſtius
ſubdiaconi a iure archidiaconi:quia tñ cauſa eſt tractata cũ ele/
ctoribus a quib[9] habebat cauſam iſte Petrus:ideo preiudicat
ſibi ſentẽtia ſi ſciuit cauſam agi:ꝛ non contradixit.vt in.c.q̃uis.
j.de re iudi.niſi appellet vt eſt dictum. ¶ In ead.gloſ.ibi diuer/
ſum modũ ſupple:ꝛ preſertim cũ primũ iudiciũ fuerit ſumma/
rium ꝛ ſcd̃m plenariũ. ¶ In ea.gloſ.ibi non credo valere:ꝛ hoc
quia ſtandũ videtur primo dicto.vt innuit glo.ſed tũc ob. qua/
re primũ dictũ nõ probat in ſecũdo iudicio ad finẽ obtinẽdi ſen
tentiã:ꝛ tamen probat in finẽ reprobandi ſcd̃m dictũ cõtrarium.
dic ſm Inno.ꝙ ideo nõ probat ad finem obtinende ſententie in
principali:quia ad illum finẽ non fuit depoſitũ primum dictum:
ideo autẽ preiudicat ſecũdo dicto:quia primũ dictũ eſt notoriũ
ꝛ notorie cõtradicit ſecũdo:ideo impedit ſcd̃m.ꝛ ſic nota ꝙ pro/
batio facta in ſummario iudicio inducit notoriũ ſm Innoc.ſed
dic hoc verum ſm do. Anto.ad preiudicium iſtius teſtis qui di
ctum depoſuit:ſicut ꝛ confeſſio facta in ſummario iudicio preiu
dicat confitenti etiã quo ad plenũ preiudiciũ.vt voluit Innocẽ.
s.de ordi.cog.cum dilectus.ꝛ in.c.inquiſitionis.de accuſationi.
¶ In glo.fina.ibi.iij.q.j.c.j.ꝛ ibi de hoc in ſumma.ꝛ per Innoc.
j.eo.teſtimonium.ꝛ ibi dicetur. Itẽ ibi vel procuratione.hoc ve
rum ſi voluntarie veniant.ſecus ſi coacti ex cauſa.facit.l.proui/
dendum.C.de poſtu. ¶ In eadẽ glo.ibi.ꝛ ideo hic colligitur ſe/
cunda ſolutio.ſ.ꝙ in ſubſidium ſit iſta abſolutio.nam alias fieri
non deberet:niſi dicetur excõmunicationem latam poſt appella
tionem legitimã.j.de ſenten.excõmu.per tuas.vel dici poteſt ꝙ
hec fuit gratioſa cõceſſio ꝛ prouiſio. Hoſtien.tamen hic dicit ꝙ
de conſuetudine curie indifferenter abſoluuntur ad cautelam il
li qui petuntur in teſtes.donec tulerunt teſtimonium:ſicut etiã
abſoluuntur ambaſiatores donec ſunt in curia. vnde ipſo facto
8 poſtea reincidunt in excõmunicationem. ¶ † An autem poſſit
abſolui quis ſi non petat.tangitur per gloſſ.j.de eo qui duxit in
matrimonium.in.c.ſignificaſti.ꝛ.s.de reſcrip.ab excõmunicato:
ꝛ veritas eſt ꝙ ſic a vinculo excõmunicationis.vt notatur in di
cto.c.ab excõmunicato.ſed non a vinculo peccati quod non ter/
minetur niſi penitenti.de regu.iur.peccati.lib.vj.et dicit etiam
Joan.and.hic poſt Hoſti.ꝙ abſolutio debet fieri ab excõmuni
catione.nõ autem fieri debet relaxatio licet illa poſſet fieri a ſen
tẽtia interdicti.j.de appel.dilectus.nec ob.j.de accuſa. olim. qꝛ
ſcd̃m eũ nõ debet referri ad excõicationẽ:ſed certe iſtud eſt ꝯtra
illum text.ideo licet tutius ſit abſoluere:tamen puto ꝙ ſi fiat re
laxatio etiam procedat dũmodo alias ſeruentur que in abſolu/
tione ſeruari conſueuerunt.de quibus.j.de ſentẽ.excommu.nu/
per.ꝛ.c.a nobis.ꝛ.c.cum deſideres.quia non eſt fienda vis in ver
bis dũmodo habeamus effectum.j.de verbo.ſigni.c. intelligen
tia.ꝛ.c.preterea.ꝛ.c.in his.

a ¶ Doceri in cõtinẽti qñ dicaẽ, in continenti qũo accipia tur.vid Spe. ti.de appe. §. vj. poſt pñ.ꝛ Bal. in.l.ij.C.de edic.di. Adri.to.

1 ☞ Teſtificari poſſunt monachi ꝛ cõuerſi in cauſis eccleſie ſue.
2 Iuramentum an ſit de ſubſtantia teſtimonij.
3 Notarius ſi dicat talis teſtis iuratus depoſuit an hoc ſufficiat.
4 Teſtis iurans an debeat tangere ſcripturam.
5 Teſtis non iuratus deponens falſum coram iudice debet puni
ri de falſo.

b Tuis queſtiõibus. Religioſus[b] ad teſtifican/
dum nõ admittitur abſq̃ iuramẽto niſi a parẽtibus
remittatur.h.d. ¶ Et primo ponit dictũ.ſcd̃o ab illo
1 excipit ibi:niſi. ¶ No.ꝙ † monachi ꝛ cõuerſi in cauſis ſue eccle/
ſie ſeu monaſterij admittuntur ad teſtificãdũ.de quo.s.e. inſup.
ꝛ.e.cũ nũtius. ¶ Itẽ no.ꝙ repellũtur ſi nõ ꝑſtant iuramentũ li/
cet forte dubiũ faceret:qꝛ videbatur ꝙ ob reuerentiã religionis
nõ tenẽtur iurare:ſed cõtrariũ eſt quãdo ꝓducũtur in teſtes. vt
hic ptz. An aũt alias cogãtur iurare habeẽ in.c.j.s.de iura. ca/
2 lum. ¶ † Item no.ꝙ iuramẽtũ nõ videtur de ſubſtãtia teſtimo
nij:qꝛ poteſt a parte remitti.nã ea que ſunt de ſolẽnitate ſubſtan
tiali nõ poſſunt per partes remitti.vt no.glo.s.de offi.deleg. de
cauſis. ¶ An autẽ ſi appareat teſtẽ depoſuiſſe ꝛ non appareat
ipſum iuraſſe an preſumatur iuratus depoſuiſſe.dic vt in Spe.
de teſte.§.ſequitur.ſuper verſi.ꝛ not.verſic. quid ſi in actis. ꝛ ibi
3 etiã per Io.an.in addi.Specu. ¶ † Et quid ſi notarius dicat ta
lis teſtis iuratus depoſuit.an illud ſufficiat.notatur per gloſ.et
Bart.in.l.theopompus.ff.de dote prelegata.ꝛ dixi.s.e. frater/
nitatis.ꝛ de probatio.poſt ceſſionem.ꝛ tangit hic domi. Anto.
¶ In glo.ij.in fine.prima opinio hodie expreſſe approbatur in
c.j.de iura.calum.in.vj.vbi patet ꝙ licet omittatur preſtari iu/
ramentũ de calũnia quia nõ eſt petitũ.non vitiatur proceſſus.ꝛ
ſic poteſt tacite omitti.vt ibi patet.ſecus vbi eſſet petitũ preſta

b ¶ Religioſus.idẽ per omnia ſummãt hic do. Abb.ꝛ fely.ꝛ ſi q̃ras an iuramẽtũ remitti poſſit. diſtingue ſicut ſ per do. Dẽ.

Ayuntamiento de Madrid

ri.vt no.in.c.j.ij.reſpon.¶ Et adde quod notauit gloſ.in clemẽ.
4 j.§.porro.in verb.tacta.de hereti.vbi gloſ.tangit an† ſit neceſſe
teſtem iurãtem tãgere ſcripturã.ꝛ cõcludit ꝙ ſic:nõ tamen eſt ne
ceſſe ꝙ tangat ſcripturã euãgeliorũ:ſed ſufficit etiã ꝙ aliam tã-
gat niſi expreſſe reperiretur cautuꝫ eſſe oppoſitũ.ꝛ ita etiã pra-
cticare.ꝛ ita etiã tenet glo.in auť.de iureiur.a moriente preſtito.
in prin.col.v.Et adde etiam glo.notabilẽ in.c.vt circa.in verbo
corporali.de elec.lib.vj.vbi glo.tangit an ſufficiat tangere cum
cubito vel pectore ꝛ nõ cum manu.de diuerſis autem modis iu
randi:videlicet ad ſancta dei euãgelia:vel per baptiſmũ vel fidẽ
Chriſti:vel ſub periculo anime ſue:vel ſub fide ſua.tãgit hic do-
mi.Anto.de quo etiã in Specu.de iureiur.§.j.ver.in ſumma.et
de arbitr.§.fina.verb.ſed pone ꝙ compromiſſum.ꝛ in.c.ad au-
res.š.quod met.cau.ꝛ per Archi.de ſepul.c.j.in.vj.ꝛ per eundẽ
in.c.iuramẽti.xxij.q.v.cõmuniter tñ ſeruatur ꝙ teſtis iurat ad
ſancta dei euãgelia ſuper ſcriptura euangeliorũ vel etiam ſuper
5 alia.vt no.gloſ.in.d.cle.j.de hereti.ꝛ facit iſtud.c.ꝙ† ſi teſtis de-
ponat falſum corã iudice nõ iuratus ꝙ nihilominus debet pu
niri de falſo.cũ iuramẽtũ nõ videatur omnino de ſubſtãtia teſti
monij vt hic videtur colligi.de quo per Jo.an.in reg.nõ eſt ſine
culpa.de reg.iur.in.vj.ꝛ per Bar.in.l.ſi quis legatũ.ff.de falſis.

1 ☞ Femina in dignitate poſita poteſt conferre prebendas.
2 Judicem in teſtem producere volens debet ante lit.conteſta.pe
tere eum remoueri.
3 Suſpendi poteſt quis a poteſtate conferendi.

a **Dilecto filio aurie.** Delegat⁹ ne-
ceſſarius[a] in te
ſtem remouetur a iudicando ꝛ alius ſubrogatur.hoc
dicit.¶ Et primo ponit partis querelã. ſcdo proui-
1 det ibi:ne igitur.¶† No.primo ꝙ ad feminam in dignitate poſi
tam:videtur poſſe ſpectare ius cõferẽdi prebẽdas etiã ſacerdo-
tales:qd videtur verũ interueniẽte ſuper hoc priuilegio apoſto
lico.alias ſecus per id qd no.Jnno.de elec.ꝙ ſicut.ꝛ qd notatur
per Jo.an.in.c.ij.de preben.in.vj.ꝛ in Spe.de prebẽ.§.j.circa ſi.
facit quod habetur.ij.q.v.in.c.mẽnam.ꝛ in.c.bene quideꝫ.xcvj.
diſtin.in glo.preter romanũ.que fuit additio.De iure autẽ com
muni ius patronatus in eccleſia nõ collegiata in preſentãdo re-
ctorem poteſt cõpetere laico:ꝛ ſic femine facit qd habetur in.c.
quãto.de iudicijs.ꝛ qd no.ſuper rubri.de iure patro.ꝛ.j.de con-
ceſ.prebẽ.c.ſi.ꝛ in cle.ij.de iure patro.ſecus quãdo eſſet collegia
2 ta vt legitur ꝛ no.in.c.nobis.de iur.pat.¶† Jtẽ no.ꝙ pars po-
teſt petere iudicẽ remoueri ab officio iudicãdi ſi expediat ſibi il-
lum producere in teſtem.Et no.ꝙ videtur debere petere ante li-
tem conte.nam poſtea nõ videtur poſſe per id qd habetur.š.de
offi.deleg.inſinuãte:niſi iuſta cauſa ſubeſſet.vt ibi patet.¶ Jtẽ
no.ꝙ demũ videtur iudex remouẽdus vt poſſit teſtificari quan
do per alios nõ poteſt perfecta fieri probatio.de quo in gloſ.ij.
¶ Jtem no.ꝙ vbi cauſa appellãdi exprimitur alternatiue.ꝛ in
vna parte eſt iuſta ꝛ in alia iniuſta.valet appellatio ꝓpter par-
tẽ iuſtã.nã ſi iudices hic erãt dati ſine clauſula iniuſta erat pars
alternatiue in qua petebaꝉ ꝙ procederẽt altero excluſo.š.de of
fi.deleg.in.c.cauſam.facit quod not.Jnno.de renun.c.in preſen
3 tia.¶† Jtem not.ꝙ poteſt quis ſuſpendi a poteſtate cõferẽdi.
ſi tamen fiat ſuſpẽſio poſt appellationẽ legitimã venit declaran-
da.nam videtur fore nulla.vt ſentit gloſ.ſi.de quo tangetur cuꝫ
illa.¶ Jn glo.j.in ſi.dicit tamẽ Hoſti.ꝙ nõ erat neceſſaria pro-
teſtatio hoc caſu.ex quo nõ reſpondebat ſuper negotio princi-
pali:ꝛ ſi etiã ſine proteſtatione reſpondebatur nõ inducebatur
cõteſtatio.facit qd habetur.š.de lit.cõte.in.c.j.¶ Jn.ij.ibi vel-
let iurare ꝛc.tali iuramento debet pars credere cũ etiam aſſerat
ſe velle credere ſuper principali negotio qd eſt magis preiudi-
ciale.arg.j.de dona.inter virum ꝛ vxo.per veſtras.¶ Jn eadem
glo.ibi plures alios ſupple quos forte videbat idiotas vel poſ-
ſe repelli.vel ſic gloſ.ſimpliciter procedit propter fraudem.arg.
c.ſuper literis.de reſcriptis.¶ Jn gloſ.recuſaſtis.ibi nõ ſufficit
ad remouẽdum.hoc intelligit verum do.Anto.niſi aduocatus
propalaſſet ſuam intentionem.facit qd habetur in.l.pretor.§.
iuriſdi.om.iudi.ſed certe ſi propalaſſet in fauorẽ eius cuius aſ-
ſumpſerat aduocationem.nõ eſſet tunc iuſta cauſa vt clientulus
cõtradiceret petenti remoueri quia tunc ſua non intereſſet.ꝛ ſic
non deberet audiri.ij.q.vj.nõ ſolent.¶ Jn eadem gloſ.ibi ſatis
honeſtum.hec oppoſitio eſt vera quando delegatus ſubdelega
uit in totum vices ſuas quia tunc ex toto deſijt eſſe iudex.ſecus
ſi aliquid retinuiſſet de iuriſditione quia tũc nõ deſijt eſſe omni-
no iudex.de offi.dele.ſi delegatus.lib.vj.ꝛ ideꝫ ſi ordinarius de-
legauit quia non deſinit eſſe iudex.¶ Jn eadem gloſ.in fin.nec
obſtat quod proxime dictum eſt:quia officialis epiſcopus non
habet delegatam ſed ordinariam.vt legitur ꝛ nota.in.c.ij.de of-
ficio vica.in.vj.ꝛ ſic non dicitur cognoſcere vice epiſcopi ſicut fa-
cit delegatus licet alias quo ad actum appellationis cenſeatur

a ¶ Delegatus necessarius.Si q̃ras an iudex vel arbiter poſſit teſtificari ſ cã in q̃ fuit iudex vł arbiter.diſtingue hic ſm do.Henrh.boych.

b ¶ Jdẽ hic ſummãt do.Abb.ꝛ Fely.ꝛ ſi q̃ras an ꝛ qñ teſtes poſſint recipi ꝛ examinari lit.nõ cõteſ.vide diſt.quã ponit hic do.Henrh.boych.in prin.

idem auditorium.de conſuetu.c.[illegible] ¶ Jn glo.defectum ibi
cum ipſum approbauerit.hoc verum quando exceptio quã vult
obijcere contra perſonam teſtis.concludebat etiam cõtra perſo
nam iudicis vt ſi velit obijcere ꝙ ſit infamis.nam talis remoue
tur a teſtimonio ꝛ a iudicando.j.eo.teſtimonium.ꝛ.š.de reſcri.
ſciſcitatus.ſecus ſi cauſa ſeu exceptio nõ pariter concluderet cõ
tra teſtem ꝛ iudicem vt ſi obijciatur contra teſtem ꝙ eſt crimino-
ſus.nam poterit obijci:quia nõ concludit cõtra iudicem cum iu-
dex poſſit eſſe criminoſus dummodo non ſit infamis:ſed nõ po
teſt teſtis eſſe criminoſus.š.eod.ſuper eo.ideo hoc caſu poterit
obijcere in perſonam teſtis quod eſt criminoſus.facit quod no-
tauit Jnno.j.de excep.cum venerabilis.¶ Jn gloſ.ſi.in fine.fa
cit quod habetur.j.de ſenten.excõ.per tuas.ꝛ de offi.deleg.cum
contingat.aliqui tamen dicunt qd quia iſte caſus non erat in iu
re ante hanc decreta.determinatus quia de mero rigore tenuit
actus factus poſt appellationem ante inhibitioneꝫ.facit quod
habetur.j.de appellatio.paſtoralis.ꝛ tunc verbum relaxata ſta
ret proprie.facit quod notatur per Joan.and.š.eo.veniens.ad
ſi.ſuper glo.fina.ꝛ in.c.j.quod metus cauſa.lib.vj.ꝛ hac de cau-
ſa poteſt dici fuiſſe cauſam remiſſiam ad primos iudices:vel dic
ꝙ de voluntate partium facta fuit remiſſio.j.de appel.accepta.
et.ij.q.vj.ſi quis epiſcopus.

1 ☞ Fundans eccleſiam habet ius patronatus in illa.
2 Teſtes ad petitionem rei poſſunt examinari ad perpetuam rei
memoriam ꝛ in hoc debet pars aduerſa citari ꝛ de citatione cõ-
fici publicum inſtrumentum.
3 Publicatio teſtium que fit ad perpetuam rei memoriam an no
ceat alijs ꝙ̃ vocatis.

b **Significauit nobis.** Ne proba-
tionis[b] co-
pia pereat citato aduerſario recipiuntur ꝛ publican-
tur teſtes quos reus inducit.hoc dicit.ꝛ in prima pe-
1 titio:in ſecũda iudicis datio.ſecunda ibi:quo circa.¶† Nota ꝙ
fundans eccleſiã poteſt in actu fundationis remittere omne ius
qd alias cõſequeretur ex ipſa fundatione.ꝛ ſic remittere poteſt
ius patronatus quod alias cõſequeretur.facit quod no.Jnno.
j.de iure patronatus.ſuper rubri.ꝛ quod notatur.š.de conſue-
2 tu.cum dilectus.¶† Jtem no.ꝙ ad petitionẽ rei poſſunt exa-
minari teſtes ad perpetuam rei memoriam.ne pereat facultas
probãdi.de quo per Bart.in auť.ſed ſi quis.C.de teſti.ꝛ in.l.in
lege aquilia ſi deletum.ff.ad leg.acqui.¶ Jtem not.ꝙ in exami
natione teſtium fiẽda.ad perpetuam rei memoriam debet pars
aduerſa citari.¶ Jtem nota ꝙ de ipſa citatione debet cõfici pu
blicum inſtrumentũ.Et nota etiã ꝙ pars debet vocari ad actuꝫ
receptionis teſtium.ꝛ ſic ad videndum illos iurare.de quo.š.e.
in.c.ij.¶ Ultimo nota ſcdm vnũ intellectum ꝙ in iuribus incor
poralibus in quibus etiam poſſeſſori competit actio.facit quod
notatur de iudi.examinata.ꝛ de cau.poſſeſ.cum eccleſia.poteſt
etiam ad inſtantiam rei fieri examinatio teſtium ad perpetuam
rei memoriã:niſi autẽ reo nulla competeret actio tunc eſſet ma-
gis clarum per id qd tangit hic gloſ.ꝛ qd habetur.š.eod.vt lit.
nõ conteſta.quoniã.§.ſunt ꝛ alij.de quo per Bart.in locis ſupe-
rius preallega.¶ Jn glo.ij.ibi item hic ſtatim publicãtur Gui-
liel.in Specu.eo.titu.§.nunc tractemus.verſicu.alias.tenet con
trariũ.ſcilicet ꝙ hic non publicãtur ſed conſignãtur ſeu ſigillan
tur ſicut ꝛ in.c.quoniã.ꝛ hoc ideo ſi publicarẽtur tolleretur par-
tibus facultas producendi alios teſtes.ꝛ ſic retorqueretur in le
ſionem ꝙ inductum eſt in fauorem contra id quod habetur de
regu.iuris qd ob gratiam lib.vj.ad iſtum textum reſpondet ꝙ
debet intelligi qd debẽt dicta redigi in publica monumẽta.i.in
ſcripturam publicam manu factam.non autem debent aperiri
ꝛ publicari ſed ſigillari ꝛ demũ aperiretur poſtea quãdo agetur
ſed Joã.an.in addi.magna in loco preallega.tenet gloſ.iſtam.et
etiam Bar.in.d.auť.ſed quis per iſtum tex.nõ violando ipſum.
nec obſtat ratio Specu.quia imputet ſibi pars que non produ-
cit teſtes vltra illos qui producũtur ſiue ſit ipſe producens ſiue
aduerſarius:ex quo ei eſt denuntiatum vel quare non egit ipſe
aduerſarius ſtatim cum fuit ſibi denũtiatum quia ſic impediuiſ
ſet receptionem teſtium ꝛ fuiſſet dilata donec lis fuiſſet cõteſta
ta.facit quod habetur in regu.damnum.de regu.iuris.lib.vj.
¶ Jn eadem glo.ibi ſed hoc non eſt verum ꝛ hoc cõmuniter te-
nent docto.videlicet ꝙ etiã in caſu iſto poteſt obijci in perſonas
cum reperiatur in iure oppoſitum:ꝛ ſatis ſit ꝙ permittatur te-
ſtiũ receptio:ideo pena predicta nõ debet imponi parti.ex quo
in iure nõ reperiꝉ expreſſa.j.de reg.iu.in penis.li.vj.ꝛ de penitẽ.
diſtin.j.§.pene.facit qd notatur in.c.bone.š.de electi.Sed forte
poſſunt opiniones concordari:quia aut tenemus opinionem ꝙ
teſtes cõſignẽtur:ꝛ tũc procedit opinio doctorũ.Aut tenemus
ꝙ teſtes publicentur ꝛ tunc procedat opi.Uincen.quia ex quo
[illegible] oppoſitum in perſonas ante publicationem,nec eſt facta
proteſtatio

Ayuntamiento de Madrid

pteſtatio nõ poteſt aliquomodo opponi cõtra ipſas perſonas.s. eo.preſentiũ.vñ ſicut ſi fuiſſet preſens ⁊ nõ oppoſuiſſet:nõ poſ ſet poſt publicationẽ opponere:ita nec iſto caſu ex quo fuit con tumax:nec id quod no.glo.in.c.j.in verbo abſentia.de.elec. li.vj. ¶ In ea.gloſ.ibi non autem in actione.⁊ ſic videtur ꝙ reo com petat hoc remediũ quãdo nõ competit ſibi actio:quia non eſt in poteſtate eius cogere actorẽ vt agat.l.j.C.vt nemo inuitus.⁊ ſic nõ eſt in poteſtate eius quãdo excipiat cũ exceptio habeat pro poni cõtra actionẽ.l.pure.§.fi.ff.de doli excep.⁊.l.j.⁊.ij.de ex ceptio.⁊ facit qd̃ no.glo.in.c.qm̃ frequẽter.§.ſunt ⁊ alij.ſed con tra gl.facit q: videtur reo competere officiũ iudicis vt petat im poni ſilẽtium actori.l.ſi contẽdat.cum ibi nota.per glo.⁊ Bart. ff.de fideiuſ.l.aurelius.§.centũ.ff.de libera.lega. Item videtur competere ſibi officium iudicis vel condictio ex lege vt cogatur actor ſibi ſuper exceptione facere inſtrumẽtũ.per id quod no.gl. ſequẽs.⁊ qd̃ plene not.Bar.in.l.ſi finita.§.eleganter.ff.de dãno infecto.⁊ ſic videtur ꝙ nõ deberet admitti ad iſtam publicatio nem.Sed poteſt reſponderi ꝙ predicta remedia dantur ex qua dam equitate potius ꝙ̃ ex rigore:⁊ ideo nõ excludunt iſtud re medium qd̃ ſimiliter ex equitate datur.per id quod not.gloſſ.in l.de pecoribus.C.ad le.aquil.⁊ quod no.Dy.⁊ Bar.in.l.in pro uinciali.ff.de ope.no.nun.⁊ Inno.§.de preſcrip.ex trãſmiſſa.ſed vbi de iure cõmuni ⁊ ſic de rigore competit remediũ ordinariũ illud bene excludit extraordinariũ.l.in cauſe.el.ij.ff.de minori. ¶ Item obſtat cõtra glo.quia hic videtur competere actio ne gatoria iſti preſbytero licet ſit in quaſi poſſeſſione per quã nega re poteſt eccleſiã eſſe ſeruam ſeu ſeruitutẽ aliquã debere ⁊ pete re etiã ſic pronuntiari.per id quod habetur.ſ.de iudi.examina ta.⁊.ĩ.de verbo.ſigni.abbate.⁊ ſic nõ ſolũ competebat exceptio: imo etiã actio:⁊ ſic videtur ꝙ nõ debuiſſet admitti iſte preſby ter ad publicationẽ teſtiũ faciẽdã ante lit.conteſta.Sed dici po teſt ſm̃ Hoſtiẽ.ꝙ illud ſit ſpeciale fauore eccleſie. ¶ Sed ſm̃ eũ ſecũdo poteſt dici ꝙ hic vterq: erat actor ⁊ reus:quia vterq: po terat agere ⁊ vterq: conueniri.nam patroni poterant agere con feſſoria petendo pronuntiari ſibi competere ius patronatus.et preſbyter poterat agere negatoria.vt.ſ.dixi per id qd̃ habetur in.d.c.examinata.⁊ ideo iſto caſu poteſt peti publicatio teſtiũ. ſicut ſi ſolũmodo cõpeteret exceptio vel defenſio:quia imputet ſibi aduerſarius cui denuntiatur ſi non agit ex quo poteſt. nam ſi ageret impediret receptionem ⁊ faceret illam deferri poſt lit. conteſt.Et intereſt iſtius potius ſuſtinere partes rei ꝙ̃ actoris. ideo iſto caſu poſſunt recipi teſtes ⁊ publicari ante lit.conteſta. ⁊ iſtum intellectum ſequitur Barto.in.d.auſ.ſed ſi quis.⁊ in.l.in lege aquilia ſi deletum.ad le.aquil.quod eſt diligenter notandũ quia alibi forte non reperies melius expreſſum nec meliorẽ tex. ¶ In eadẽ glo.ibi ⁊ ſententia fertur:⁊ ſic videtur ꝙ nedũ con ſignantur ſed publicantur:ex quo eorum vigore ſententia debet ferri in caſu illo.glo.tamen ibi videtur dicere ꝙ ibi publicantur ad finem ferende ſententie.non autem ad eternam rei memoriã: ſed certe non video quare non debeat valere inter eaſdem per ſonas ex quo ſunt publicate ſicut et quando alias publicantur ad eternam rei memoriam. ¶ In eadem gloſſ.in fine. Nota be ne ex glo.duplicem intellectum auſ.ſed ſi quis.C.de teſti.⁊.§.et hec vero.vnde ſumitur dicta auten.in autẽ.de teſtibus.vnus eſt ꝙ loquatur quando recipiuntur teſtes ex parte actoris.et tunc debet intelligi ꝙ ſit receptio ſcd̃m formam.c.qm̃ frequenter. ſci licet quando timetur de morte vel abſentia diuturna. Aduerte tamen quia ille text.videtur declarare ⁊ ſupplere.c.quoniam.q: vult qd̃ ſi pars contra quam ſit productio ſit in ciuitate debeat perſonaliter citari.alš non valeat receptio.vbi autem eſſet ab ſens ⁊ non poſſet commode citari.tunc ille tex.ſuppletur per.c. quoniam quia poterit tunc procedi ad receptionem etiam ipſo perſonaliter non citato.et tunc videtur ſufficere citatio ad do mum dummodo poſtea infra annum actor agat vel denuntiet perſonaliter illi cõtra quem recipiũtur.Alius eſt intellectus ꝙ loquatur dicta auten.quando ex parte rei recipiuntur:⁊ tũc re cipiuntur omnes etiam de quorum morte vel abſentia non du bitatur ⁊ publicabuntur etiam teſtes:ſed tunc videtur ꝙ omni no debeat eſſe perſonaliter citatus aduerſarius:niſi conſtaret ꝙ malitioſe ſe abſentaſſet.l.fulcinius.§.quid ſit latitare.ff. ex qui bus cauſis in poſſeſ.eatur.⁊ facit quod habetur in dicta auten. et per Barto.in.l.iiij.§.pretor.ff.de dãno infecto. ¶ Et ex predi ctis potes concludere qd̃ interdum petitur publicatio ſeu rece ptio teſtium ex parte actoris interdum ex parte rei.Interdũ in caſu in quo quilibet eſt actor ⁊ reus.Primo caſu ſi actor ſtatiꝫ poteſt agere non poteſt petere recipi teſtes ante litem conteſta. niſi timeatur de morte vel abſentia diuturna in.c.quoniam fre quenter.Interdum nõ poteſt ſtatim agere forte propter pendẽ tiam conditionis vel aliam cauſam:⁊ tunc aut nõ poteſt compe tere ſibi facultas agendi niſi teſtibus publicatis:vt quia dubita

tur qualiter conditũ ſit teſtamentũ:⁊ heres nõ poteſt adire niſi ſit certus de ipſo teſtamento.l.eum qui.ff.de acquir.here.⁊ tunc poteſt petere teſtes recipi ⁊ publicari.l.publicati.C.de teſt. aut poteſt ſuperuenire facultas agendi etiam teſtibus non publica tis.puta propter ſuperuenientiã cõditionis que purificatur. et tũc interim ex quo nõ poteſt agere.videt̃ qd̃ poſſit petere recipi teſtes ⁊ publicari ſi dubitetur veriſimiliter q: forte nõ eſſent tẽ pore cõditionis euenientis.vt probatur in.l.in lege aquilia ſi dele tum.ſcd̃m intellectũ glo.hic poſite.ff.ad leg.aquil. Secũdo caſu et tertio poſſunt recipi teſtes ⁊ etiam publicari.vt patet ex his que ſuperius ſunt dicta.⁊ de materia per Bart.in.d.l.in.l.aqui lia.⁊ in.d.auſ.ſed ſi quis. ¶ Et aduerte quia Inno.hic tãgit an atteſtationes que ſunt nulle poſſint approbari per teſtes.⁊ po nit opiniones.Hoſt.tenet ꝙ poſſunt per id qd̃ habetur.ſ.eo.cũ cauſam.⁊ ibi eſt expreſſum ſcd̃m vnũ intellectũ poſitũ ibi ſuper gloſ.fina.quãdo teſtes fuerunt recepti per duos ex tribus dele gatis ſine tertio ſi dati erant ſimpliciter ⁊ ſine clauſula vel intel ligendo qd̃ ante lit.conteſta.fuiſſent recepti per ea que habẽtur

3 de iura.calũ.in.c.cum cauſam. ¶ † An iſta publicatio que ſit ad eternam rei memoriam noceat alijs ꝙ̃ vocat.s.tangit hic domi. Anto.⁊ Io.and.in magna additio.in Specu.de teſte.§.nũc tra ctemus ſuper ver.alias in addi.que incipit huic cõtrario.dic vt ibi. ¶ Et ibi cõcludit qd̃ non per regulam res inter alios acta. ¶ Et adde etiã quia Inno.hic voluit qd̃ iſta publicatio in caſu huius.c.habet prodeſſe ſi cõueniatur ille qui fecit recipi teſtes. ſecus ſi ipſe cõueniat aliũ.ſed forte iſtud nõ eſt verũ:quia ex quo legitime eſt facta videtur valere inter eaſdẽ perſonas.arg.de re gu.iu.factum legitime.li.vj. ¶ In gloſſ.penulti:in ſi.Nota bene glo.que quotidie allegatur ꝙ poteſt reus agere contra actorem vt faciat ſibi inſtrumẽtũ ſuper iure ſuo.puta ſuper pacto de nõ petendo vel ſuper libertate rei quã tenet reus.⁊ ſimiliter poteſt agere ꝫ actorẽ vt faciat ſibi inſtrm̃ de pecunia ſibi ſoluta per eũ reũ.Actor aũt nõ põt agere ꝫ reũ vt faciat ſibi inſtrm̃ promiſſio nis q: imputet ſibi quare nõ agit ꝫ reũ,⁊ cõuincat eũ per legiti mas probationes in iudicio que poſtea faciant fidẽ.de quo ple ne per Bart.in.l.ſi finita.§.eleganter.ff.de dãno infecto. ¶ Et aduerte q: dicta teſtiũ de quibus in litera poſſunt redigi in pu blicam ſcripturã que poſtea faciant fidẽ poterunt etia teſtes exa minari corã alijs qui poterunt deponere de eo quod audiuerũt a dictis teſtibus:vt hic tangit Io.and.poſt Hoſt.per id qd̃ ha betur in.c.ſacro.de ſen.ex cõ.circa princi. ¶ Et ſic nota caſum in quo recipietur teſtimoniũ de auditu:⁊ in quo etiam teſtis depo net corã pluribus autoritate iudicis interueniente qd̃ eſt ſingu lariter notãdum.primus tamẽ modus tutior eſt. tum quia ma gis inheret huic litere.tum etiã quia teſtes ibi corã quibus alij examinantur poſſent mori ſicut ⁊ primi:⁊ ſic periret probatio.

1 Venditor deceptus vltra dimidiam iuſti pretij qualiter age re debeat.
2 Ualor rei qualiter probari poſſit.
3 Decipere ſe adinuicem licet contrahentibus.
4 Teſtis qui vno tempore dicit ſe neſcire ⁊ alio tempore deponit non reputatur ſibi contrarius.

a **Cum cauſam.** Poſt publicatas[a] atte ſtationes nouum capitu lũ probari poteſt etiã per teſtes antiquos.hoc dicit. ¶ Et in prima ponitur deciſa petitio que colligitur ex.c.cum cauſam.ĩ.de emptio.⁊ vendi.que eſt pars huius.in ſe cunda parte ponitur cauſe cõmiſſio.ſecũda ibi:cũ igitur. ¶ No ta primo ex textu iſto iuncto.c.cum cauſam.de emptio.⁊ vend. ſcd̃m vnũ intellectum quod vbi duo alternatiue petuntur ſuffi cit id probare ex quo ſurgit obligatio alternatiua. ¶ Item no ta ſcd̃m alium ꝙ ſufficit probationeꝫ eſſe certã reſpectu eius qd̃ principaliter petitur licet ſit incerta reſpectu eius quod eſt in fa cultate ſoluendi.nam principaliter petebatur reſciſſio contra ctus ⁊ vt reſtitueretur res recepto pretio propter deceptionem vltra dimidiã iuſti pretij. ⁊ hec deceptio bene probatur licet nõ probaretur quãtum vltra valeret:nec neceſſitatur agens proba re eum valorẽ anteꝙ̃ reus eligat illud qd̃ eſt in facultate ſua videlicet ſupplere iuſtum pretium. ¶ † Et ex predictis

1 duplicem practicam in hac materia quãdo vẽditor eſt de ceptus vltra dimidiam iuſti pretij.vna eſt quod petat venditor contractum reſcindi propter deceptionem vltra dimidiam iu ſti pretij ⁊ petat rem reſtitui reſtituto pretio emptori.Et tunc ſi emptor nõ eligit ſupplere iuſtũ pretium condẽnabitur ad reſti tutionem rei pretio ſibi reſtituto.Si vero eligit ſupplere iuſtũ pretium tũc ſi non ſunt partes in cõcordia de iuſto pretio ſuper hoc fieri debent probationes:vt hic colligitur ſcd̃m vnũ intelle ctum.Alia practica eſſe poteſt vt a principio petat venditor al ternatiue:⁊ ſic petat vel reſcindi cõtractũ ⁊ reꝫ reſtitui pretio re ſtituto vel iuſtũ pretiũ ſibi ſuppleri.vt colligi poteſt ex his que

a ¶ Poſt pu blicatas:idẽ ſummat ſ Ab.in prio ſũmario.tñ poſtea po nit aliõ ma gis ppriũ. ideo vid̃ eũ hic.

Ayuntamiento de Madrid

dixi in primo notabili. ⁊ ex his que habetur in c. cū cauſa. ſ. de emp. ⁊ vendi. ⁊ in l. ij. C. de reſcin. vendi. qḋ nota pro declaratione dictorū iuriū. ⁊ precipue dicte l. ij. ¶ Item nota ꝙ in conſideranda receptione vltra dimidia iuſti precij attendi debet tempus contractus. ⁊ ſic valor rei ſcḋm tēpus contractus: nō autē ſi poſtea plus vel minus valuerit. ¶ Item nota ꝙ licet materia antiqui articuli reperiatur in nouo. ſi tamē repetitur vt nō ſubijciatur neceſſitati probādi: non impedit teſtium receptionem ſuper articulo. de quo plene dictum fuit. ſ. eod. in c. fraternitatis.

2 ¶ In gloſ. ij. in fine. Nota bene ex glo. qualiter poſſit † probari pretium ſeu valor rei: ⁊ per conſequens qualiter teſtis ſuper valore interrogatus habeat reddere cauſam dicti ſui. nam res tantum valet quātum cōmuniter vendi poſſet habenti notas conditiones ⁊ qualitates rei. facit quod habetur in l. mortis cauſa. §. fina. ff. de dona. cauſa mortis. ⁊ quod notat Barto. in l. pretia rerum. ff. ad le. fal. ⁊ per glo. ⁊ doct. ⁊ in l. ij. C. de reſcin. vendi. probatur etiā valor rei ex quātitate ⁊ qualitate redditnū. vnde poterit teſtis dicere ꝙ poſſeſſiones ex quibus tāta quātitas redditnum ⁊ talis qualitatis colligitur valent tantū: ⁊ pro tanto precio cōmuniter venduntur: ⁊ ideo cum poſſeſſio de qua queritur ſit talis qḋ ex ea percipitur tāta quātitas redditnū ⁊ talis qualitatis. ideo valet tātū de materia plene in dicta l. pretia. ⁊ in dicta l. ij.

3 ¶ † In gloſ. fina. ibi adinuicem ſe decipere. intellige nō interueniēte dolo. alias ſecus. l. eleganter. ff. de dolo. ⁊ l. ſi maior. ff. de reſcin. vendi. Item hoc intellige de iure ciuili. an autē procedat de iure canonico notatur. ſ. de vſur. in ciuitate. ⁊ xx. q. ij. hoc ius ibi videtur notari ꝙ ſic niſi ſint perſone eccleſiaſtice: quia ille magis artatur q̄ alie.

4 Et no. etiam ex glo. precedēti † ꝙ nō reputatur teſtis ſibi contrarius qui vno tēpore dixit ſe neſcire ⁊ alio tempore tanq̄ melius informatus deponat ſuper eo ſuper quo prius dixerat ſe neſcire. facit qḋ habetur in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de damno infecto.

1 ¶ Uacante ſede capitulum eccleſie cathedralis poteſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus.

2 Sententia in cauſa matrimoniali an debeat ferri in ſcriptis. et numero. 5.

3 Publicatio teſtium ad eternam rei memoriam peti poteſt.

4 Sententia poteſt probari per teſtes.

6 Publicatio teſtium ad eternam rei memoriam qualiter ⁊ coram quo fieri debeat.

7 Et qualiter apparebit eam ſolenniter eſſe factam.

7 Actis ſcriptis per tabellionē an credat abſq; eo ꝙ publicētur.

a Albericus miles. Recipiuntur[a] et publicant teſtes qui interfuerūt ſentētie vbi per ſcripturā de ſententia non apparet. ¶ Et in prima parte petitio: in ſecūda prouiſio ⁊ iudicis datio: ſecūda ibi: ideoq;.

4 ¶ Recipiū tur idē ſum mat hic do. Ab. ⁊ Felp.

1 ¶ † Nota ꝙ capitulū eccleſie cathedralis videtur habere poteſtatē cognoſcēdi de cauſis matrimonialibus: ſed poſſes intelligere hoc verū ſede vacāte per ea que habentur. ſ. de maior. ⁊ obediē. in c. cum olim. vel quādo forte ex conſuetudine preſcripta habebat hāc poteſtatē alias videtur ſpectare ad epiſcopū. per id quod habetur in c. j. ſ. de cōſanguini. ⁊ affini. ⁊ ſ. de exceſſibus prela. c. accedentibus.

2 ¶ † Item not. ꝙ videtur valere ſentētia lata in cauſa matrimoniali licet non feratur in ſcriptis[b]. ⁊ ſic videtur ſpeciale in cauſa matrimoniali. nam regulariter nō valet ſententia niſi feratur in ſcriptis l. j. ⁊ ij. C. de ſentē. ex pericu. reci. ⁊ ſ. de re iudi. c. fina. cū ibi not. lib. vj. Sed do. Flo. hic tenet ꝙ etiam in cauſa matrimoniali nō valeat ſentētia niſi feratur in ſcriptis per ea que habentur in cle. diſpendioſam. iuncta cle. ſepe. in §. ſentētiam. de verb. ſigni. nec in tex. iſto probatur contrariū quia non dicit ꝙ ſententia non fuerit lata in ſcriptis ſed dicit ꝙ non fuit redacta in ſcriptis. vnde poteſt intelligi ꝙ ſentētia fuit facta priuata ſcriptura ⁊ in ſcriptis lata. nō tamē de ea fuit facta publica ſcriptura ⁊ ſic nō fuit redacta in publicā ſcripturā que in futurum fidē faceret. facit qḋ habetur in c. fi. de re iudi. lib. vj. in v. glo. ⁊ hāc opin. videtur ſequi Jo. an. poſt Hoſt. hic.

b ¶ Nō feratur in ſcriptis. ḋ hoc diſtingue hic per do. De it. borch.

3 ¶ † Item no. ꝙ ad petitionem rei qui etiā actor eſſe poteſt peti poteſt publicatio teſt eternam rei memoriam: ⁊ ſic facit pro eo qḋ dictum fuit. ſ. ee. c. ſignificauit. ſecus quādo eſſet actor ⁊ non reus quia tunc ſimiliter nō poſſunt recipi teſtes ad eius inſtantiā lit. non conteſt. vt dictum fuit. ſ. e. c. ſignificauit. ⁊ probatur. ſ. vt lit. non conteſt. in c. quoniam.

4 ¶ † Item nota ꝙ ſentētia poteſt probari per teſtes quādo non apparet inſtrumentū ſententie. ⁊ ſic facit ꝙ acta poſſint probari per teſtes licet non ſit confecta ſcriptura. cū ſententia etiā ſit de actis. vt eſt text. in l. in fraudē. §. neq;. ff. de iu. fi. ſci. ⁊ ibi per Bar. ⁊ per Joan. an. in addi. Specu. ſuper rubri. de re iudi. de quo etiam dictū fuit in c. quoniam circa finē. ſ. de probatio. vbi etiam per Inno.

5 ¶ † In glo. j. in fi. ⁊ videtur glo. procedere etiam hodie quia licet in clemen. ſepe. de verbo. ſigni. dicatur generaliter ꝙ in cauſis in quibus proceditur ſine figura iudicij debeat ſententia ferri in ſcriptis: ⁊ cauſa matrimonialis ſit de illis vt habetur in clemen. diſpendioſam. de iudi. tamē per illam generalitatem non videtur derogatum ſpeciali prouiſioni huius. c. per regulam generi per ſpeciem. de regu. iur. in. vj. et ſ. de reſcrip. in c. j. Et iſte videtur verus intellectus huius. c. licet glo. in c. fina. de re iudica. lib. vj. ponat multos alios intellectus. de quibus etiam tangit hic Jo. an.

¶ In gl. fina. ibi quos negotium tangit. ⁊ ſi tales ſunt certi, ſpecifice ſunt vocandi ſi autem eſſent incerti. ſufficit eos vocare per proclama generale ſeu per citationē generalē. per id qḋ habetur in c. tuū in tua. qui ma. accuſare poſſunt. ⁊ per Jo. in c. in noſtra. ſ. de procura. ⁊ in c. fi. de maio. ⁊ obedi. ⁊ per id qḋ habetur in l. ſi eo tempore. cum ibi nota. per Bar. C. de remiſ. pigno. ¶ † In ea. gl. in fi. Aduerte q; Inno. hic tangit que geſta poſſint peti publicari: ⁊ in effectu cōcludit ꝙ ſi ſunt geſta coram teſtibus non interueniente ſcriptura poſſunt peti publicari: vt hic probatur. ⁊ l. publicati. C. de teſta. ⁊ ſ. eod. ſignificauit. Idem ſi interuenit ſcriptura ſed minus ſolēnis: vt q; eſt ſcriptura priuata que nō facit fidē. C. de proba. in l. inſtrumēta. nam tunc eadem eſt ratio que eſt quādo ſcriptura non interuenit. ex quo illa nō eſt ſufficiens per id quod habetur in c. ij. ſ. de tranſla. prelato. Et probatur hic ſcḋm intellectū Hoſti. quē recitat glo. in c. fina. de re iudic. in. vj. idem ſi interuenit ſcriptura publica: ſed timeatur de conſumptione propter vetuſtatē vel corroſionē aliqualem. per id quod habetur in c. cum dilecta. ſ. de confirma. vti. vel inuti. ⁊ in l. j. ff. de bono. poſſeſ. ſin tabu. nam talia etiam poſſunt peti publicari dūmodo tenor ſcripture poſſit ex illa comprehēdi. per ea que habētur ex iuribus preallegatis. Idē ſi ſunt rogationes notarij defuncti per id qḋ habetur in c. cum. P. ſ. de fide inſtrumē. interdum etiam inſtrumentum publicū de cuius conſumptione non dubitatur. ex cauſa poteſt peti publicari vt ſi appareat inſtrumentum in quo aliquis conſtituitur procurator contra plures. nam quia expedit ꝙ illo vtatur diuerſis temporibus ⁊ in diuerſis inſtantijs poterit in vna inſtantia peti publicari ⁊ exemplari: vt ſic index pronūtiet ipſi exemplo fidem adhibendam tanq̄ originali. ad hoc vt poſſit ipſum originale poſtea in alia cauſa pducere. dicit etiā Inno. ꝙ lit. conteſtatio poſſet peti publicari: ſed certe ſcriptura facta per tabellionem de lit. cōteſta. ſi atteſtetur illam ſe ſcripſiſſe ⁊ ſigillum ſuum apponat. probat ſine alia publicatione. vt voluit Bar. in l. geſta. C. de re iud. ⁊ probabitur etiā in alia inſtātia per talem ſcripturam lit. cōteſta. fuiſſe factam: ſed vbi notarius ſolum ſcripſerit ⁊ non atteſtetur ſe ſcripſiſſe vel ſignum non apponat faceret fidem ſcriptura in eadem inſtantia ⁊ inter eaſdem perſonas: ſed non in alia inſtantia. vt voluit Bart. in d. l. geſta.

6 ¶ † Tractat etiam Inno. ſcḋo qualiter fieri debeat iſta publicatio. ⁊ concludit ꝙ coram ordinario vel delegato ab eo poterit fieri vocatis his quorum intereſt. intellige ſpecifice ſi ſunt certi: alias per citationem generalē vt dixi ſuper glo. ⁊ ſic debebit fieri preſentibus predictis vel eis per contumaciam abſentibus. ⁊ iudice ſedēte pro tribunali. facit quod habetur in c. penul. ⁊ fi. ſ. de fide inſtru. ⁊ c. inter quatuor. de maio. ⁊ obe. ⁊ l. nā ita diuus. ff. de adop. ⁊ debebit fieri recepta informatione veritatis per iudicem eorū que continētur in ſcriptura minus ſolēni. ⁊ etiā quādo nō interuenit ſcriptura. vnde examinabit teſtes qui dicūtur interfuiſſe actui. ⁊ faciet dictum eorū redigi in ſcripturā publicā vel autenticā. ⁊ ſic que ſit cōfecta manu tabellionis vel habeat ſigillū autenticū. ſ. de fi. inſtru. c. j. ⁊ ij. ⁊ poterit etiā index decernere ad cautelā illi ſcripture pprie fidē adhibēdā. facit qḋ habetur in l. publicati. C. de teſta. dicit tñ Inno. hoc verū niſi publicatio fieret per illū qui cōceſſit illud qḋ in ſcriptura de cuius publicatione agitur, cōtinetur: q; tūc fieri poſſet etiā nemine vocato: niſi ſcriptura eſſet ſuſpecta. ⁊ ſic intelligit qḋ habeť in c. cū dilecta. ſ. de cōfirma. vti. vel inuti.

7 ¶ † Tractat etiā tertio qualiter poterit apparere publicationē ſolēniter factā. ⁊ cōcludit ꝙ probari poterit p teſtes q viderūt ſolēnitatē ſeruari vel per inſtrumēta facta ſuper ſolēnitate ⁊ tādē dubitat. Quid ſi de illa taliter probari nō poſſit, nunqd tunc valebit publicatio ſi forte nō appareat citationē fuiſſe factā de illis quorū intereſt. ⁊ recitat opiniones contrarias. Ná aliqui dicūt ꝙ valet quaſi preſumat in dubio oīa ſolēniter acta niſi aliud appareat per l. prima. C. de contra. ⁊ cōmit. ſtipu. ⁊ inſtitu. de fideiuſſo. §. fina. Alij tenēt contrariū Hoſti. concor. opinio. quia ſi in publicatione ſit mentio de ſolennitate preſumatur. pro illa arg. l. optimā. C. de cōtrahen. ⁊ commit. ſtipula. Idē ſi nō fiat mentio ſi factum eſt valde antiquum. ita ꝙ de facili nō poſſit haberi pbatio. arg. l. ſi arbiter. ff. de probatio. ⁊ qḋ legitur ⁊ notatur in c. illud. ſ. de preſumptio. ſecus ſi factum ſit recens ⁊ non fiat mētio de ipſa ſolēnitate in publicatione. facit qḋ notat Spe. ⁊ Bal. in l. emācipatione. C. de fide inſtru. ⁊ nota bene predicta cum quibus tranſit hic Joan. andr. et domi. Anto.

Ayuntamiento de Madrid

8 do. Anto [illegible] dixi in [illegible] ¶ † Ultimo ⁊ quarto tractat, an actis [illegible] tabe [illegible] credat abſq; eo ꝙ publicentur ſm formã ſupradictã. ⁊ refert opiniones ꝙ q̄dam dicunt ꝙ ſi poſſeuiſſet ſcriptura notarij habeat ſubſcriptionẽ teſtium, nã aliàs nõ ꝓbabit corã alio iudice niſi publicet ſcdm formã prędictã. Alij vero ⁊ hoc videt placere magis Inn. tenẽt ꝙ ex quo ſcriptura eſt facta per notariũ ſemper faciet fidem in ter eaſdem [illegible] ſine alia publicatione. alijs aũt perſonis nõ habet prodeſſe nec nocere. l. ſed ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de iureiu. ⁊ hec pars videt vera vt credatur actis ſcriptis per tabellionẽ etiã in alia inſtantia dũmodo notarius atteſtet ſe illa ſcripſiſſe ⁊ ſignũ ſuũ apponat etiã ſi alias non ſint teſtes ſubſcripti. ꝑ id qḋ habet in. l. in donationis. C. de dona. ⁊ ꝙ dictũ fuit in. c. quoniam. ſuper gl. ij. ſ. de proba. alias aũt ſolum in eadem inſtantia facerẽt fidem vt voluit Bar. in. l. geſta. C. de re iudi: ⁊ hec vera in actis que fiunt palã ſed ſi fierent occulte vt ſunt atteſtationes: tũc licet ille eſſent ſubſcripte per tabellionẽ cum eius ſigno. tñ in alia inſtantia non facerent fidem niſi per iudicem fuiſſent publicate vel pronũtiate pro publicatis haberi vt notauit Bar. in. d. l. geſta. ⁊ facit etiã qḋ dictũ fuit. ſ. eo. fraternitatis. Et tangit etiã ipſe Inn. an ſi atteſtationes que non fuerunt publicate reperiatur penes aliũ iudicem: forte in alia inſtãtia an poterit per illũ fieri publicatio ⁊ innuit ꝙ ſic. de quo plene per Bar. in. l. ij. ff. iudicatũ ſol. ⁊ in. d. l. fi. C. de re iudi. ⁊ plene dixi in. c. cauſam. el. j. ſ. eo. ti.

1 ¶ Teſtes pauciores an ⁊ qñ pręferantur pluribus.

2 Probatio facta in iudicio ſummario nõ proficit in plenario niſi repetatur.

3 Teſtibus duobus affirmãtibus plus credit q̃ mille negãtib⁹.

4 Publicatis atteſtationibus in cã matrimoniali admittũtur teſtes ſuper eiſdem articulis.

5 Teſtis in iudicio ſummario dicẽs vnũ ſi in plenario dicat aliḋ non valet ſecundum dictum.

a **Cum in tua dioce.** Publicatis atteſtatõib⁹ in cã matrimoniali: teſtes admittũtur ſuper eiſdem directo cõtrarijs articulis. h. d. Et eſt cõmunis diui

1 ſio. ſecunda ibi quãꝙ. ¶ † No. j. ꝙ illud qḋ dicit ſtandũ eſſe pluralitati teſtiũ eſt verũ qñ in eodẽ iudicio ſunt producti ⁊ examinati. ſecus ſi in alio iudicio ⁊ ad aliũ finem ꝓducant pauciores: q: prȩferũtur plurib⁹ examinatis ſuper eodẽ ad aliũ finem niſi illi plures iterũ repetantur. Et ita debet limitari qḋ habetur

2 in. c. in noſtra. ſ. eo. ¶ † No. ex hoc ſecundo ꝙ ꝓbatio facta in iudicio ſummario nõ proficit in plenario niſi repetat, probatur etiam. ſ. eo. veniẽs. ¶ Item no. ꝙ publicatio atteſtationum ⁊ etiã didicere teſtificata non nocet etiã inter eaſdem ꝑſonas in alio iudicio. in quo atteſtationes nõ prodeſſent. ¶ Itẽ no. hic põderari didicere teſtificata: alibi videtur ponderari ſola pu-

3 blicatio. ſ. eo. de teſti. de quo dicet. j. eo. cõſtitutus. el. ij. ¶ Itẽ no. ꝙ pluralitas ſup negatiua coarctata ꝓualet paucitati ſup affirmatiua. ⁊ ſic no. ꝙ illud qḋ dicit. x. teſtes vel duos affirmãtes prȩualere cẽtũ vel mille negãtib⁹. vt notauitgl. in. l. diẽ proferre. §. ſi plures. ff. de arbi. eſt verũ qñ negatiua nõ eſt coarctata

4 alias ſecus vt hic patet. ⁊ ibi etiã notatur ꝑ Bar. ¶ † Itẽ no. caſum in quo etiã publicatis atteſtationibus admittuntur teſtes ſup eiſdem articulis. nã ſpeciale eſt in cauſa matrimoniali ſecũdum vnum intellectum: vel ſcdm alium ſpeciale eſt quãdo producuntur ad cõfirmãdam primam probationem reprobatam. facit quod dictum fuit. ſ. eo. ſeries. ⁊ quod notatur. j. e. cum clamor. vel quando producuntur ad probandũ in plenario iudicio probatũ in ſummario iudicio. de quo tangetur in glo. fi. ¶ In gloſſ. j. circa fi. ibi vel dicas. hec vera quia dũmodo iſti tres vel quatuor ſint idonei prȩferentur illis. xj. vel. xij. primo loco receptis ſi non repetuntur in iſto ſecũdo iudicio ſi autem repeterẽtur: tunc debẽt prȩferri illi. xj. cum ſint multo plures. dũmodo ſint idonei etiam ſi iſti quatuor eſſent maioris autoritatis. ex quo vltra duplum numerus illorum pluriũ excedit pauciores per id qḋ dixi in. c. in noſtra. ſuper gl. fi. ſ. eo. Secus ſi iſti. xj. eſſent viles. ⁊ ſic intelligi debet dictum Hoſt. hic q dicit per duos vel tres poſſe reprobari centũ. vt dixi in. c. in noſtra. ſuper gl. fin. ¶ Quid autem ſi illi. xj. vel. xij. eſſent mortui ita ꝙ nõ poſſent repeti videretur tũc ſtandum dictis eorũ contra iſtos tres vel quatuor per. c. pręſentata. j. e. ⁊. C. e. l. fi. cõtrarium tenet Inno. notabiliter quia primo ad aliud ⁊ ad aliũ modum agendi fuerunt inducti. ſecus in. d. c. pſentatã. ⁊. d. l. fi. q: ad idem. de quo modo agitur ⁊ inter eaſdem perſonas ⁊ ad eũdem modum producuntur. ⁊ ſic deberet probare ſi corã iudice fuiſſent recepti etiã in alia inſtantia tendente ad eundem finẽ inter eaſdem perſonas. ſed q: ſunt recepti corã [illegible] q non eſt tante autoritatis vt iudex ſeruatur [illegible]

iurium quod no. ¶ In gl. fi. ibi. ſed Joã. hic colligi põt ſecundus intellectus ſcꝫ ꝙ hoc fit propter proteſtationẽ in. Sed certe proteſtatio nõ valet quando fit contra iuris diſpoſitionẽ. ſ. de conſti. cum. M. ⁊. j. de appel. ſolicitudinẽ. ⁊ notatur in. l. alimenta. C. de neg. geſt. Ideo datur tertius intellectus vt ptꝫ ex ſequentibus ꝙ hic recipiũtur teſtes etiam publicatis atteſtatõibus: q: eſt nouus articulus ſcilꝫ falſitatis. Sed certe iſte intellectũs etiã nõ eſt bonus: q: articulus falſitatis nõ cenſet nouus qñ directe allegatur falſitas vt hic fiebat. ſecus ſi indirecte ſ. eo. ex tenore. ⁊ ſecus ſi allegaret falſitas cum corruptione. vt notatur in cle. teſtibus. eo ti. Ideo datur quartus intellectus in ver. vel ſic poteſt ꝙ hic inducebatur ad aliũ finẽ. Sed certe iſta ſolutio procedit quo ad illos tres vel quatuor qui recipiũtur in iſto ſecundo iudicio: ſed nõ procedit ſi primi repetantur in iſto ſecũdo iudicio poſt publicatas atteſtationes ipſorum quatuor. ⁊ ideo Jo. an. tenet primam expoſitionẽ ſcꝫ ꝙ ſit ſpeciale in cauſa matrimoniali quando producuntur in fauorẽ matrimonij vt hic fiebat. ⁊ ſic ſecus videtur ſi cõtra matrimonium producerentur. ſed de hoc dic vt dixi in. c. ſeries. ſ. eo. vbi Joã. cal. ⁊ etiã do. Anto. dicunt etiam cõntra matrimoniũ poſſe recipi teſtes. ſed concorda opiniões vt ibi dixi. Poſſet etiã dici vt hic tangit do. Anto. ꝙ hic admittuntur iſti qui repetunt ex eo q: adducuntur ad confirmationem priorum. facit qḋ dictum fuit. ſ. eo. ex tenore. nã prȩſumi debuit pro dicto priorũ donec appareret contrariũ. ⁊ ſic non videtur fuiſſe imputandũ parti ſi ante publicatas atteſtationes illorum quatuor non reproduxit teſtes. tamẽ vt dixi prima expoſitio cõiter tenetur.

5 ¶ † In ea. gl. ibi non valet dictum eius no. bene ꝙ lꝫ in ſummario iudicio teſtis dicat vnũ ſi poſtea in plenario dicat aliud non valet ſecũdũ dictum idem voluit glo. penulti. ad fi. ſ. e. c. veniens. ratio eſt q: licet quo ad preiudicium partiũ dictum in ſummario. non faciat fidem in plenario: tamẽ ad preiudicium ipſius teſtis, bene facit fidẽ. ſicut ⁊ cõfeſſio facta in ſummario iudicio nocet confitenti etiam in plenario. vt notauit Inno. de ordi cog. c. ij. ⁊ facit qḋ ipſe no. in. c. inquiſitionis. j. de accuſa. ⁊ quod dictum fuit. ſ. eo. cum cauſam. el. j. ⁊ hac ratiõe etiã videtur ꝙ ſi primum dictum etiam fuerit inter alias perſonas tñ faciet non valere ſecũdũ contrariũ inter alias diuerſas perſonas. ⁊ hoc etiã expreſſe tenuit Bar in. l. eos. ff. de falſis. ⁊ ſequitur etiam hic do. Ant. quod eſt notandum. Si autẽ primũ dictũ fuiſſet in iudicio nullo non videtur nocere ſecundo in iudicio valido. per id quod dictum fuit in. d. c. cum cauſam. in gl. fi. ⁊ ſuper ea. Si autem primũ dictum fuiſſet extra iudicium ſecũdum in iudicio cõtrarium gl. in. d. c. cum cauſam. vult prȩualere ſm Bart. in. l. eos. tenet cõtrarium do. Anto. videtur hic cõcordare opi. videlicet vt propter hoc non poſſit redargui de falſo tamen nõ valebit dictũ ſecundũ contrariũ primo: maxime ſi primũ tranſiuit in tractatũ. ſ. e. per tuas. q: ex primo dicto ſaltem cõuincit in ſecundo foro mendax ⁊ ſic in peccato. ſed nõ ꝓ hoc concludit falſarius: q: poſſibile eſt ꝙ prius dixit mẽdaciũ ⁊ nũc verũ. ⁊ nõ omnis mendax punitur pena falſi ex quo nõ depoſuit primo in formã teſtis. l. j. ff. de falc. ⁊ ſic veriſimili⁹ eſt ꝙ in ſecundo dicto depoſito in iudi. dixit veritatẽ: q: de facili teſtes extra iudicium deſeruiunt parti de verbis, poſtea in iudicio plus habent reſpectum ad conſcientiam ⁊ veritatem, tũ ꝓpter iuramentũ ⁊ propter timorẽ quia in pſentia iudicis. facit j. de accu. inquiſitionis. putat tñ quod ſit ſuſpectus de falſo. tu põtes dicere ꝙ valebit ſecundum dictum per gl. prȩallegatam. ⁊ per id quod ibi plene dixi. Si autẽ teſtis primo in iudicio dixit vnum. ⁊ poſtea extra iudicium dicit cõtrariũ. ſtatur primo dicto. ſ. e. ſicut. l. [illegible] lata eſt ſententia. Si aũt non eſſet lata: tunc ſm do. Ant[illegible] det ꝙ per ſecundum detrahatur de fide primi dicti. ſed forte poteſt dici contrariũ: quia ex quo primũ dictum depoſitũ fuit in iudicio. ⁊ coram iudice prȩſumendum eſt pro illo. ⁊ ꝙ tunc magis dixerit veritatem. tum ꝓpter reuerentiam ſacramẽti, tum etiam propter iudicis autoritatẽ ⁊ quia etiam tunc liberius loquitur, ex quo nõ eſt pars pſens facit [illegible] quod dictum fuit. ſ. eo pręſentiuꝫ. ⁊ in. c. ij. ſ. e. ⁊ q: etiam extr[illegible] iudicium, quandoꝗ aliquid dicunt vòlẽtes applaudere pa[illegible] vt notauit glo. in. c. pręſentium. in glo. j. cautius tamẽ facit teſtis ſi caueat ſibi a talib⁹ ⁊ maxime vt euitet opiniões. vbi aut[illegible] teſtis contrarium dicit in eadem inſtãtia repellitur niſi dixerit animo ſe corrigendi. ⁊ incontinenti illud fecerit. j. ti. j. c. pretcrea. de quo in iſto. e. ti. §. j. ver. quid ſi idem teſtis. ⁊ ſe. ⁊ de cautela. quãdo teſtis qui alias depoſuit iteratus repetit vt deponat quam tunc debet ſeruare teſtis ponit Bar. in. d. l. eos. ⁊ do. Ant. hic ad hoc vt ex lapſu memorię: nõ ſit ſibi cõtrarius ⁊ ſic ne incurrat falſum. nã poterit petere ſibi exhiberi primas atteſtatiões vt informetur qualiter habeat dicere cõtra ſibi de [illegible] ſi etiam ſi nõ ſint publicate: quia ſibi ſatis ſunt pu

a ¶ Publicatis. vario nõ ſumant hoc. c. do. Jo. de mo. do. Abb. et ſel. vidẽtur hic.

Ayuntamiento de Madrid

bliçate.cū habeat illas notas.ĩ.eo.cū clamor.ꝛ ſinō poteſt illas habere pro teſte tetur ꝙ nunc dicit prout ſibi videtur modo ꝛ ſi ap paruerit eum alias aliter dixiſſe.ex nunc corrigit dictum ſuum ꝛ reducit ad primū in quo memoria erat recentior:poteſt etiā dicere atteſtator put in alijs atteſtatiōibusſuis atteſtatus.Itē poteſt dicere:q̄ modo melius informatus ſum per ea que de nouo habui volo iſtis atteſtationibus ſtari qū factum eſt tale quod ex diſcurſu cōmunis informationis ꝛ temporis potuit re cipere meliorē informationē p no.s̄.eo.cū cā.que dicit do.An to.notāda pro conſulētē ad excuſanda cōſilia contraria.

1 ☞ Excōicatio generalis añ ꝛ qn̄ valeat.
2 Particeps delicti videt qui illud prohibere poteſt.
3 Probandi facultatē ſubtrahens alteri quā pena puniatur.
4 Teſtes in criminalibus non compelluntur teſtificari.

a ¶ Excōicari poſſunt. idē ſummat hic do. abb.

Onſtitutis.j. Excōicari poſſunt a g partes impediūt in te ſtibus producendis.ꝛ denunciandi ſunt teſtes nō te neri iuramento per eos preſtito de veritate tacēda. Et ſi conſanguinei rei impediant teſtes actoris puniť reus de cuius voluntate hoc fieri preſumitur.h.d. ¶ Et tres ſunt par tes ſicut tria dicta que patēt ex ſummario.ſecūda ibi illos.ter tia ibi ſi qs autem. ¶ † No.caſum in quo valet generalis excōi
1 catio ſcilicet quando perſone ſunt incerte. ꝛ ſubeſt cauſa pro mulgandi ipſam excōmunicationem.facit quod habetur.s̄. de offi.ordi.ſi ſacerdos. ¶ Item no.ꝙ non valet iuramentum pre ſtitum de non teſtificando contra aliquem. ¶ Itē no.ꝙ ex cō ſanguinitate aliquid preſumitur.nam ſi cōſanguineus aliquid facit quod tendit ad vtilitatem alterius conſanguinei preſumi tur in dubio de illius volūtate facere.facit quod habetur in. c. petrus.ĩ.de homi. No.in ver.nos.ex officio noſtro ꝙ iudex ex officio ſuo poteſt prouidere partibus ne pereat copia proba
2 tionū.facit.s̄.vt.lit.nō conte.quoniam. ¶ † Item no.ꝙ quis vi detur eſſe particeps delicti ſi illud poteſt phibere ꝛ fiat ad ei⁹ cōmodum ſeu vtilitatem.nam preſumitur in dubio tunc illud
3 poſſe prohibere ꝛ de voluntate eius fiat. ¶ † Item no. penā ſubtrahentis facultatem probandi aduerſario:q̄ debet ſentire penam eluſionis autoritate iudicis.qui illud non patieť.ꝛ po teſt etiam ſuſpendi ab officio.ꝛ per hoc videtur ꝙ non habeť pro conuicto.nec ꝙ ex hoc perdat cauſam.facit qđ notať per glo.in.l.prouidendum.C.de poſtulā.Quid ſi iudex nō pōt pro uidere.dic ꝙ tūc ſeruabitur quod dicit gl.in.c.cum cauſam . s̄.
4 eo.in glo.antepenul. ¶ † Item no.vltimo ꝙ licet in criminali bus non compellantur teſtes.ĩ.ti.proxi.dilectorum.tamē excō municari poſſunt impedientes vt hic colligitur. ¶ In gl.ij.in fi. No.bene ex tex.cum gl.ꝙ vbi aliquid fit a conſanguineo ad vtilitatem alterius cōſanguinei.etiam ſi illud ſapiat delictum preſumitur fieri de voluntate illius cōſanguinei : niſi probetur oppoſitum:quod tene menti,q̄ ad hoc ſepe allegatur. Et not. bene ꝙ licet teſtis non cogatur teſtificari in criminali: tamē nō pōt arctari per iuramentū ad non teſtificandum:q̄ licet non cogatur,tamen pōt teſtificari ſi vult.ideo iuramentum per qđ aſtringeretur ad non teſtificādū tanꝙ tollens liberā facultatē teſtificādi cenſeť eſſe contra bonos mores.iō nō valet.ĩ.de reg. iur.in.c.non eſt obligatorium.lib.vi.ꝛ.ff.de ver.obli.in.l.ſtipu latio hoc modo concepta.

1 ☞ Ab appellatione ab interlocutoria recedere non videť qs per appellationem a diffinitiua.
2 Teſtes alias producti poſſunt reproduci ante didicita teſtifi cata.
3 Renuntiatio facta teſtibus producendis impedit productio nem teſtium.
4 Reus in exceptione dicitur actor.
5 Publicatio ſola non didicitis teſtifi[illegible] non imped[illegible] produ ctionem teſtium.
6 Productio teſtiū an impediatur propter didicita teſtificata.
7 Renuntiatio ſola teſtium non interueniēte publicatione nec notitia atteſtationū an habeat impedire teſtiū productionem.

b ¶ Qui teſtificata, non ē differētia ĩ ter ſumma riū.d. Abb. ꝛ iſtud.

Onſtitutis.ij. Qui teſtificat[illegible] di dicit:nec rem[illegible] teſtibus producēdis:etiā ſuper antiquis ca[illegible] teſtes pducere pōt.h.d. Et in prima ponit p[illegible] ceſſus ꝛ grauamē appellantis.ſecunda dat iudicē.ſecun[illegible] mandamus.in tex.ibi principis.h.d.quia olim tēpore huius.c. erat dux.ſed hodie eſt rex.vt hic tāgit. Jo.an. In tex.ibi puo cari ꝛ.ſ.deciditur ſm Jnn.ꝙ princeps impetrauit iudices ſup confirmatione ſententie epiſcopi.ꝛ demū cōtra vtruꝗ pceſſum mulier de qua in litera impetrauit iudices coram quibus ſup illis proceſſibus fuerūt teſtes producti.ꝛ ante aperturā ipſorū fuerunt obtente litere de quibus ſequitur ad illos vel alios iu dices. Hoſt.vero dicebat decidi ꝙ mulier ſup app[illegible]

ces impetrauit[illegible] proceſſum [illegible] pragen cō tra quorū proceſſum principe[illegible] iudices.ĩpetrauit. ¶ [illegible] cauſam poſſe agitari per [illegible].ſed ex ponit id eſt per procu.q̄ abſꝗ mandato procuratorio non poſſet agitari:facit.s̄.de pro curatō.petitio.ꝛ eo.ti.c.j. ¶ Item no.cauſam vnam legitimā appellandi ſcꝫ quādo non hab[illegible] liberum acceſſum ad iu[illegible] em
1 vt ſua iura proponat. ¶ † Item no.ꝙ p appell[illegible] a diffini tiua quis non videtur recedere ab appell[illegible] interlocu toria.de quo per Jnno.ĩ.de appel.dilecto.ꝛ per gloſ.ĩ cle.j.de do.ꝛ contu. ¶ Item no.ꝙ in repulſione facultatis probādi p teſtes non pōderatur ſola publicatio.ſed etiam didicere teſtifi cata.facit.s̄.eo.cum in tua.ꝛ.c.veniens.ꝛ.ĩ.e.vltra tertiā.in cō trarium facit.s̄.eo.de teſtibus.de quo dictum fuit.s̄.eo.frater
2 nitatis.ꝛ aliquid tangetur cū glo.fi. ¶ † Itē no.ꝙ teſtes alias pducti videnť poſſe reproduci ante didicita teſtificata.de quo ĩ.eo.per tuas.ꝛ in.c.cum clamor.ꝛ.s̄.eo.cum cauſam.ꝛ etiā tā
3 gitur in gl.fi. ¶ † Ultimo no.ꝙ renuntiatio facta teſtibus p ducendis videtur impedire productionem teſtiū.facit.s̄.eo.de teſtibus.ꝛ.c.cum veniſſet.de quo etiā tangitur in glo.fi. ¶ In glo.j.in fi:pro iſta vltima facit quia reus in exceptione dicitur actor.l.j.ff.de exceptio.ꝛ.ff.de proba.l.in exceptio.facit quod ha
4 betur in.c.j.s̄.de iudi. ¶ † In gloſ.ij.in fi. No.bene ꝙ vbi nō agi tur de vinculo matrimonij ſed de proceſſu facto in cauſa matri moniali impugnando non debent recipi teſtes publicatis atte ſtationib⁹. Secus vbi agitur de vinculo matrimonij per id qđ habetur in.c.ſeries.ꝛ.c.cum in tua.s̄.eo.ꝛ eſt ratio diuerſitatis quia primo caſu non verſatur periculū anime licet forte im pu gnetur proceſſus qui alias in ſe ſit iuſtus.ideo tunc remanem⁹ in regula vt non admittātur teſtes poſt publicatas atteſtatio nes etiam ſi talis proceſſus ſit factus in cauſa matrimoniali q̄ ratio ceſſat in ſecundo caſu in quo verſatur periculum anime ſi veritas non haberetur ꝛ impedictur fieri ratione publicatiōis facit quod habetur.s̄.ti.j.in.c.iurauit. Et no.bene predicta p limitatione eorum que habētur in.d.c.ſeries.ꝛ in.d.c.cū in tua. ¶ In glo:fi.ibi.C.de teſtibus.l.vltima. Potes dicere ꝙ in ea dē inſtātia.idem teſtes nō poſſunt repeti ante publicatas atte ſtationes. poſſet tamē teſtis reuerti ad examinatorē ꝛ corrige re vel ſupplere dictum ſuum dūmodo hoc faciat incōtinēti an tequam cum parib⁹ loquatur.ĩ.ti.j.c.preterea. In alia autē in ſtantia ex quo in prima non fuerunt publicati poſſunt pduci: niſi aduerſarius vellet ſtare primis atteſtatiōib⁹.s̄.eo.cum cau ſam.el.j.vbi autem publicate eſſent atteſtationes:an idē teſtis poſſit repeti recurrendum eſt ad.c.per tuas.ĩ.eo.quia videť qđ non niſi ſuper articulis ſuper quibus non fuiſſet interrogatus
5 vt ibi vel niſi repetatur vt declaret dictū ſuum. ¶ † In ca.gl. ibi antequam didicerit. No.ſingulariter iſtā glo.que aperte de cidit ꝙ vbi quis nō didicit teſtificata ſola publicatio nō impe dit productionē teſtium ſaluo niſi eſſet renuntiatum pductio ni teſtium.ꝛ ſic publicatio iuncta cū renuntiatione vel iuncta cū notitia teſtificatoris impedit productionem teſtium.ſecus quādo eſt ſola publicatio ſine notitia predicta ꝛ ſine renuntia tione quod eſt valde notandum.ſed in cōtrariū videť text.s̄. eo.de teſtib⁹.ꝛ ſequitur Specu.opi.huius glo.in ti.de teſte.§. ſatis vtiliter.ver.quid ſi publicate.refert tamen clementē quā tum pronuntiaſſe contrarium vt.ĩ.patet in fi. Jo.an.cōcordat opiniones.nam prima opinio procedat quando publicatio fa cta eſt inuita parte vel inſcia.ſecunda quando vtraꝗ parte cō ſentiente.quam opinionem etiam videtur voluiſſe gl.j.in.c.fra ternitatis.s̄.e.que videť huic gl.contraria.facit quod dixi in.d. c.fraternitatis.ſuper gl.predicta.s̄.eo.ſeries.ꝛ quod not.gloſſ. in cle.teſtibus.de teſtibus.ꝛ Barto in auť.at qui ſemel. C. de proba.Sed forte dictum Joā.an.poteſt limitari niſi publica tio ſit facta ex cauſa parte inuita vel etiam ignorante legitime tūcitata.vt quia forte timebatur de peremptione inſtātie.facit qđ habeť in.c.cōſuluit.de offi.dele.nam tunc videtur ꝙ publi catio habeat obſtare.alias procedat dictum Jo.an. quia nō de buit iudex parte inuita que forte valebat pducere alios teſtes
6 vel illa ignorante procedere ad publicationē teſtium. ¶ † An autem ſolum didicere teſtificata impediat productionē teſtiū ſi aliter non ſit renuntiatum productioni fuerunt opiniōes.de quibus per gl.in.§.quia vero multi.in auť.de teſti.collatione ſe ptima.Sed cōmuniter tenetur ꝙ nocet didiciſſe teſtificata. dū modo hoc appareat etiam ſi non ſit facta renuntiatio vel publi
7 catio.per tex.in.d.§.quia vero.ꝛ ibi etiā hoc tenet gl. ¶ † An autem ſola renuntiatio non interueniente publicatiōe nec no titia atteſtationum habeat impedire productione teſtium fue runt opiniones.de quibus in.d.§.quia vero.gloſſ.tamen ibi te[illegible] ꝙ non nocet.ꝛ idem. forte voluit iſta gloſſ.idē Azo in ſum ma.de teſti.in vltima colū. In contrariū facit tex.in.c.de teſti. [illegible] ꝛ.c.cum veniſſet.ꝛ hoc tenuit Spec.in loco preallegato.ꝛ cōmuniter

Ayuntamiento de Madrid

cõmuniter ſequuntur canoniſte hoc faciat regula generalis que habet qd renuntiantibus iudicio non eſt amplius aditus ingreſſus ad illud.vij.q.i.quam ſit periculoſum.⁊ in.l.penul.C. de pac.de quo etiã dixi in.d.c.fraternitatis.nec ob.quod habetur in.d.§.quia vero multi.quia ibi dicitur qd ſi eſt concluſum ſeu renuntiatum ⁊ facta publicatio non debet dari quarta productio etiam cũ ſolẽnitate legali.Si vero non fit facta publicatio:tunc debet dari cum ſolẽnitate legali:nec repetit etiam ſi ſit renuntiatum:nec debet etiam dicta ſubauditio fieri:quia reſultaret prauus intellectus ⁊ iuri contrarius per ea que habetur in.c.de teſti.⁊ in.d.c.cum veniſſet.⁊ ideo videtur quod dictus tex.non habet obſtare.Et quod dixi de renuntiatione ꝙ illa ſola ſufficiat.videtur velle Specu.eo.ti.§.ſi.ver.antepe.⁊ ſequẽti. An autẽ ſola publicatio ſufficiat ſine renuntiatione tetigi.ſ. eo.Spec.tamen eo.ti.§.ſatis vtiliter.videtur tenere ꝙ nõ ſufficiat:niſi interueniat renuntiatio in ver.quid ſi publicate.in eodem.§.licet ex errore.ſ.dixerim eum aliud dicere.ibi tamen refert vt etiam.ſ.tetigi clementem voluiſſe ſolam publicationẽ ſufficere.de quo.ſ.plene dixi.

1 ☞ Teſtimonium de auditu admittitur in re valde antiqua aliud de facili haberi non poteſt.

2 Teſtis debet deponere de eo quod percepit ante litẽ motam.

3 Probatio per auditum ex ſenſu alterius ad hoc vt valeat opꝫ ꝙ trahat originem ab integra probatione.

4 Teſtimonium vnius nõ valet licet trahat originẽ a dicto plurium.

5 Teſtificari eſt actus legitimus ſeu publicus.

6 Teſtes debent iurare per proprium iuramentum:⁊ nõ per procuratorem.

Licet ex quadam. Ponit cõſiliũ.vij.ſine qb⁹ ad probandum conſanguinitatẽ in cauſa matrimonia li non valet teſtimoniũ de auditu.⁊ hoc ſit loco ſumme. ¶ Et due ſunt principales partes.nam in prima parte ponit ſex que reſpiciunt perſonas.in ſecũda alia ſex que reſpiciũt

1 dicta.ſecũda ibi teſtes autem. ¶ †Not.ſ.ꝙ in re valde antiqua admittitur teſtimonium de auditu.cũ aliud de facili haberi nõ poteſt ⁊ ſic videtur admitti teſtimoniũ de fama.facit qd not.ſ. de verbo.ſigniſi.ſu.c.quid per nouale.⁊ eo.ti.c.veniens.lib.vi. ⁊.ff.de proba.in.l.ſi arbiter.⁊.l.i.in ſi.ff.de aqua plu.arceu.⁊ ſic videtur poſſe dari per regul.i ꝙ in factis valde antiquis in qua cũꝗ materia ſufficiat talis probatio ⁊ ſic tranſit do.Ant.ſꝫ Jo. and.hic videtur dicere ꝙ tunc recipitur teſtimoniũ de auditu cum fama,⁊ alijs adminiculis.alle.ſ.eo.preterea.⁊.ſ.ti.i.c.ante penul.⁊.ff.de proba.l.cenſus.⁊.l.i.§.ſi.⁊.l.in ſumma.§.idem labeo.ff.de aqua plu.ar.⁊.l.hoc iure.§.ductus aq.ff.de aqua quotidia.⁊ eſti.contra hoc tamẽ facit quod ipſe idem Jo.and.hic tãgit.dũ dicit ꝙ ſi aliter ageretur de vinculo matrimonij quã reſpectu conſanguinitatis non valeret teſtimonium de auditu: ꝗꝛ caſus iſte eſt exorbitans vt patet ex principio huius capituli.facit quod habetur in.c.que a iure.de regu.iur.in.vi.ideo tutius videtur eſſe tenere ꝙ regulariter non admittatur teſtimonium de auditu:niſi in caſibus in iure expreſſis. ¶ Item no.qd teſtimonium de auditu eius quod ab alio auditur ſiue vel dictum vel factum eſſe dicitur exorbitans ⁊ cõtra cõmunem formam.quia teſtes ſecundũ formam ⁊ regulam habent deponere de eo quod pprio ſenſu capiunt.iij.q.ix.teſtes.⁊ de his.ſ.eo.cũ cauſam.vbi plene pet Jnno.facit quod dixi.ſ.eo.in.c.tam litteris.ſuper gl.⁊ facit quod habetur i auſ.ſi iudex.C.de epiſ.⁊ cle.

2 ¶ †Jteꝫ no.ꝙ teſtis debet deponere de eo quod pcepit ante

3 litẽ motam.facit quod habetur in.l.nõ põt.ff.de iudi. ¶ †Jtẽ no.ꝙ ad hoc vt valeat probatio per auditum ex ſenſu alterius. opꝫ ꝙ trahat originẽ ab integra probatiõe.⁊ ſic ꝙ ſaltẽ quis a duob⁹ audiuerit.⁊ ex hꝰ no.ꝙ ſi pbatio mediata a qua aſſumit originẽ immediate nõ eſt plena ſeu perfecta:nõ cenſebit͛ ẽt ipa immediata plena vł perfecta. ¶ Jtẽ no.ꝙ vitiũ pſonale exten dit ad ſucceſſorẽ qñ ſucceſſor nitit͛ ex iure autoris.facit.l.pō po ni⁹.§.cũ qs.ff.de ac.poſ.⁊ qꝫ notat͛ in.l.vitia.C.de acquirẽ.poſ.

4 ¶ †Jtẽ no.ꝙ nõ valet teſtimoniũ vnius lꝫ trahat originẽ a dicto pluriũ:nec ſimiliter valet teſtimoniũ inhabilis lꝫ eius dictũ trahat originẽ a pſona habili. ¶ Jtẽ no.illud vulgatũ ꝙ actus legitimi ſunt infamibus interdicti.facit quod habet͛ in.l.ij.C.de

5 dig.li.xij.⁊ de reg.iur.iſamib⁹.li.vi. ¶ †Jtẽ no.ꝙ teſtificari dici tur eſſe actus legitimus ſeu publicus.facit qd habet͛ in.l.ſꝫ ꝙ ſi qs ex ſignatoribus.eſt.l.ſeq.ff.quẽadmodũ teſtamenta aperiãt.

6 ¶ †Ex verſi.teſtes.No.ꝙ teſtes debẽt iurare p ppriũ iuramẽtũ.⁊ ſic videt͛ qd nõ debet iurare per pcuratorẽ.⁊ hoc tenet hic Petr⁹ ⁊ Abbas. ¶ Jtẽ no.ꝙ vbi teſtis deponit de eo qd ſenſu pprio nõ percipit debet illud aſſerere p credulitatẽ ⁊ nõ per certã ſciẽtiã. ¶ Jtẽ no.caſum in quo ſufficit probare quaſi poſ

ſeſſionẽ conſanguinitatis ad ſeparationẽ matrimonij. ¶ Jtẽ no.nõ referre an aliqd proprio noĩe vel aliqua certa circũlocutione ſeu demonſtratione certificet͛.facit qd habet in.l.certũ.ff. ſi cer.peta. ¶ Ultimo not.tex.in ſi.dum dicit tolerabilis ⁊c.qꝛ ex illo põt colligi rõ quare vbi agit͛ de matrimonio ſemp ĩ dubio pro illo eſt iudicãdum vt habet͛ l.c.ſi.j.de re iudi.⁊ no.ſ.de proba.ex literis.⁊ facit etiã iſte tex.pro eo qd dixi.ſ.eo.ſeries. ¶ Jn glo.iij.ibi vel ſeniores.hec põt eſſe bona iuncta cum precedẽti vt appellentur hic perſone graues que ſunt antiquiores per.c.i.allegatũ in glo.⁊ que nõ ſunt leuis opinionis per id qd habetur in.l.cũ pater.§.rogo.ff.de leg.ij.⁊ per id qd ſupra dixit glo. ¶ Jn gl.notã in ſi.nã tũc videtur habere originem a tempore vitioſo.qꝛ lit.pen.⁊ ſic non debet proficere per id qd habet͛ in.l.ij.C.de litig.⁊ eo.ti.in ſi.⁊.i.vt lit.pen.⁊.ſi. ¶ Jn gl.ad minus ibi locũ haberet obiectio.dic ſm Hoſt.ꝙ ſufficit ꝙ teſtificãtes de proprio auditu hoc habuerint a pluribus per iſtũ tex. maxime cũ de facili nõ poſſint teſtes ſcire a quo vel quib⁹ habuerint illa quibus ſe audiuiſſe teſtificant͛:quia probatio nõ eſt anguſtãda ſeu reſtringenda.dũmodo teſtes ſint honeſti per id qd habet in.l.qñ.§.de here. ¶ Jn ea.gl.ibi vel niſi ipſi omnes ⁊ ſic vult glo.ꝙ ſufficiat ꝙ vnus audiuerit a duobus,⁊ alter ab diuerit ab alijs duobus:vel ꝙ etiam quilibet eorũ ab eiſdẽ duobus audiuerit.⁊ iſtud etiam tenet hic Jnno.quia ſufficit teſtes eſſe concordes in principali dicto lꝫ non cõcordent in cauſis dicti vt ipſe notauit i.c.qualiter.el.ij.j.de accu.vbi dicit ꝙ ſi volo probare iuriſditionem ⁊ vnus teſtis dicat de vno actu alius de alio:ex quo cõcordãt in principali dicto ſcꝫ ꝙ exercitata eſt iuriſditio ꝙ tales teſtes probant.licet in cauſa dicti non cõcordẽt ſed ſint ſingulares.dicit tñ tutius eſſe ꝙ deponant ꝙ ab eiſdeꝫ duob⁹ audiuerint.⁊ eodem tempore:qꝛ tunc ſunt omnino conteſtes ⁊ nõ ſingulares.Hoſt.vero hic tenet ꝙ eſt neceſſe ꝙ audiuerint ab eiſdẽ pluribus alias videntur ſingulares.⁊ per conſequens nõ vident͛ probare per id qd habetur.ſ.de elec.cũ dilecti ⁊ iſtud videt͛ ſequi hic do.Anto.nec obſtãt notata in.c.qualiter.qꝛ reſpõdet ꝙ loquitur qñ teſtes teſtificant͛ de pprio ſenſu in quo quilibet eſt ſingularis.qꝛ ſenſus vnius non eſt ſenſus alteri⁹.facit qd no.Bar.in.l.i.in ſi.ff.quẽadmodũ teſta.aperiã. ideo tunc facilius tolerat͛ ꝙ valeat probatio ſi ſint concordes in dicto.lꝫ non cõcordent in cauſis dicti.ſed hic teſtificant͛ de alio rũ ſenſu.⁊ non ſurgit vis ſeu efficacia probationis a ſuo ſenſu tantũ.ſed a ſenſu eorum a quibus dicunt ſe habuiſſe.ideo ſecũ dũ eũ opꝫ ꝙ ſint conteſtes.ſed forte gloſſ.ſeruaretur in practica per tex.iſtũ qui videt͛ velle ꝙ ſufficiat teſtem dicere ſe audiuiſſe a ſuis antiquioribus.⁊ maxime etiam quia hoc tenuit Jnno. ⁊ de materia in.d.c.qualiter.⁊ etiã dixi in.l.inter pares.ff.de re iudi.⁊ per Cy.in.l.ij.in quarta principali queſtione.C.de ſit lon. conſue. ¶ Jn ea.glo.in ſi.⁊ que ſit ratio diuerſitatis inter accuſatorem ⁊ teſtem notauit glo.in.d.c.cum in tua.qꝛ nõ per accuſatores.ſed per teſtes reus condẽnatur.facit.j.de ſimo.p tuas. ¶ Jn glo.autores.in ſi.de hoc.j.de pur.ca.c.penul.in gl.penu. dic vt ibi. ¶ Jn glo.pe.in ſi.potes cõcordare opiniões ſm Jo. andr.qꝛ opi.gloſſ.procedit qñ teſtes deponunt de auditu.nam tunc cũ ſit teſtimoniũ ſit exorbitãs vt patet ex princi.capitu li.ideo debet reſtringi ⁊ pro tanto tũc teſtes debẽt deponere de vtroꝗ latere al's non probant.ſed ſi teſtis deponat de viſu tunc pcedit prima opi.qꝛ ſufficit ꝙ deponat de vno latere ⁊ ſic ſuffi ciet ꝙ illo de viſu deponant ex vno latere.Alij duo ſimiliter deponant de viſu ex alio latere:quia tale teſtimoniũ tunc nõ eſt exorbitans.ideo non eſt ampliandum hoc intellige verũ ſaluo eo quod dicitur in.d.c.ſed nec.Et ad materiã eius qd tetigi cũ gl.in verbo.vno facit qd no.gl.iij.q.ix.teſtes.⁊.c.nihilominus. ¶ Jn glo.ſi.in ſi.ſupple vltra illum de quo queritur ſm Hoſt.

1 ☞ Publicatis atteſtationibus ſuper articulis ſuper quibus teſtes depoſuerunt nõ debent amplius interrogari.

2 Dolus ⁊ negligentia equiparantur.

3 Teſtis an ⁊ quando repeti poſſit.

a **Per tuas.** Teſtes poſt publicationẽ ad petitionem partis interrogari non debẽt niſi quando ſuper alijs capitulis non depoſuerũt. ¶ Et eſt cõis diuiſio.cõſultatio ſcꝫ ⁊ reſponſio ſecũda ibi nos igit͛. ¶ †No.ꝙ publicatis atteſtatiõibus ſu

1 per articulis ſup quib⁹ teſtes depoſuerũt nõ debẽt ampli⁹ interrogari ſecus ſi repetant͛ ſuper articulis ſup qbus non fuerũt interrogati ex negligentia vel malitia examinatoris ꝗ ĩ dubio preſumit͛ vt etiã notauit Spe.eo.ti.§.nũc videndũ.ad ſi.ſec⁹.ſi ex certa ſciẽtia fuiſſet omiſſa interrogatio p iudicẽ vt hic colligit a ſenſu hui⁹ tex.forte ex eo qꝛ reputauit capitula eſſe impertinentia ſi tñ cõtrariũ eſſet.debuiſſet pars appellare ratio ne grauaminis illati.alias imputandũ eſſet ſibi ar.de elec.cum

2 dilecti. ¶ Ultimo no.ꝙ dol⁹ ⁊ negligẽtia equiparãtur

¶ Teſtes poſt.idẽ ſũmat hic do.Abb.⁊ do.Fely.et ad de hic.d.fely.q hoc.c. expeditper cõ cluſiões pulchras habebis materiã hui⁹ ca.expeditam.



Ayuntamiento de Madrid

quo ad caſum iſtū in quo eſt eadē ratio vtrobiq₃ licet alias diffe
rāt qn̄ nō ē eadē ratio vtrobiq₃ vt. j. de crimi. fal. ad falſarioꝝ. ⁊
ſ. de ele. in. c. nihil eſt. ¶ Itē potes notare ꝙ ſi pars petijt iter
rogari teſtē de cauſa ſcientie ſi omiſſa fuit iterrogatio qđ repe
ti poterit teſtis etiā ad inſtantiā partis vt interrogetᷣ ſuper cau
ſa dicti ſui ⁊ alias in effectu ſibi nō p̄iudicet arg. iſti⁹ tex. ⁊ ſic
limita qđ notauit glo. ſ. eo. cū cauſam. cū dicit ꝙ valet dictū te
ſtis etiā ſi nō reddat cauſam dicti ſui ſi nō fuit de illa interroga
tus. ⁊ ideo vtile eſt ſemꝑ facere iterrogatoria ſuꝑ capitulis par
tis aduerſe vt etiā dixit Spe. i ti. de teſte. §. ſequitur. ver. illud.
⁊ facit qđ notatur eo. ti. §. iam de iterrogatorijs. ver. itē caute. ⁊
ita etiā practicatur. nam dicit pars ſi teſtis interrogat⁹ ſuper ca
pitulis aduerſe partis dixerit ſe nihil ſcire non interrogetᷣ vlte
rius. Si aūt dixerit ſe ſcire interrogetᷣ de cauſa ſcientie. ⁊ etiam
fiunt interrogatoria alia de quibus in. d. §. iam de interrogato
rijs. ⁊ per Inn. ſ. eo. cū cauſam. ⁊ per gl. j. eo. in. c. preſentium.
lib. vj. ¶ In gl. j. in fi. Concordat gl. quā legiſte reputāt ſingu
larē. in. §. qꝛ vero. i auē. de teſti. colla. vij. ⁊ tractat hic Inno. an
expediat facere capitula. ⁊ concludit ꝙ ſic: qꝛ expedit ꝓducēti
illa facere ex eo quia teſtes videbunt meli⁹ ſuper quo habebūt
deponere. ⁊ ſic facilior erit probatio. Itē quia ſi capitula admit
tanᷣ per iudicē₃ nō poterit pars aduerſa dicere ꝙ teſtes nō de
bebant interrogari cū ſunt impertinentia: qꝛ imputet ſibi pars
que non appellauit cur non appellauit quādo iudex admiſit ca
pitula. ⁊ ſi eſt diſputatio iter partes an capitula ſint ꝑtinentia
vel impertinētia. iudex debet hoc decidere ⁊ reijcere impertinē
tia. facit qđ notatur per gloſſ. in. c. j. ⁊. ij. de confeſſis. i. vj. ⁊ i. c.
preſentiū₃. de teſti. eo. lib. Si tamē remaneat dubius debet po
tius admittere quā₃ reijcere vt hic voluit Hoſt. facit quod no.
in ſimili i. c. vt debitus. de appel. Expedit etia₃ parti ꝯtra quā
producuntur teſtes capitula per aduerſarium dari: qꝛ facilius
videbit ſuper quo habeat facere interrogatoria. nam ſibi expe
dit facere interrogatoria propter id quod dixi in notabilib⁹. ⁊
quia etiā facilius detegetᷣ falſitas vt no. in. c. cū cauſam. ſ. eo. ⁊
in. §. iam de interrogatorijs. ſuperius allegato ⁊ per glo. j. eo. in
c. preſentium. lib. vj. ⁊ licet copia capitulorū₃ debeat dari parti
aduerſe non tamen debet dari copia iterrogatorioꝝ alteri par
ti ne inſtruat teſtes qualiter habeāt deponere licet ſm̄ Inno.
de conſenſu facientis illa poſſent dari. ſed parū cautus eſſet qui
3 taliter conſentiret. ¶ † Ultimo pro declaratiōe decretalis ⁊ eo
rum que hic tangit do. Ant. ſatis cōfuſe potes cōcludere duos
caſus principales: quia aūt repetitur teſtis ſuper eo ſuper quo
alias eſt teſtificat⁹: aut ſuꝑ alio. Primo caſu aut teſtis ſeipm̄
repetit. ⁊ tunc ſi incōtinenti id faciat ſe forte corrigēdo tūc pōt
vt tetigit glo. ⁊ probatur. j. ti. ꝓxi. preterea. Ex internallo autē
id facere non poſſet vt ibi habetur. Aut teſtis repetitur ꝑ iudi
cem ex officio forte vt declaret dictum ſuum obſcurum. ⁊ tunc
etiam id fieri poteſt vt etiam tetigit glo. ⁊ habetur. j. eo. cum cla
mor. Aut teſtis repetitur ad inſtātiam partis. ⁊ tunc aut facta
erat publicatio. aut nō ſi facta erat publicatio regulariter repe
ti nō poteſt vt hic probatur. Fallit primo ſi atteſtationes p̄me
erant nulle per id qđ no. glo. ſ. eo. cu₃ cauſam. ⁊. j. de reg. iur. nō
preſtat. lib. vj. Fallit ſecūdo ſi erāt amiſſe ſeu perdite. ſ. ti. j. c. fi.
Fallit tertio ſi primo producti fuerunt teſtes ſuper iudicio ſum
mario. ⁊ ſecundo repetantur ſuper plenario. ſ. eo. veniēs. el. ij.
4 ¶ Teſtes. Eode₃ modo ſummāt hic. d. abb. ⁊ do. Felɏ.
Fallit quarto quando primo inter alias perſonas fuerūt rece
pti l₃ ſuper eodē. qꝛ tunc ſicut non ob. ſententia ſic nec publica
tio. j. ti. j. c. licet. ⁊. c. iurauit. cum ibi no. Si autem nō fuerūt pu
blicate atteſtatiōes tūc in caſib⁹ in qbus dixi poſſe repeti etiā
poſt publicationem multofortius poteſt repeti hoc caſu. ar.
ſ. eo. conſtitutis. el. iij. In alijs caſib⁹ dic ꝙ l₃ do. Anto. hic di
ſtinguat an perempta ſit inſtantia vel non: tm̄ videtur dicendū
ꝙ aut pars aduerſa conſentit vt repetanᷣ. ⁊ poſſunt repeti ꝑ id
qđ habetur. ſ. e. c. cū cauſam. ⁊ per Jo. an. in. c. fraternitatis. in
vlti. q. Aut nō cōſentit. ⁊ tūc nō poterūt. [A D D I] Hoc vi
detur ꝓcedere in eadē inſtantia. ſ₃ in diuerſa cū in illa nō faciāt
fide₃ ex quo nō eſt facta publicatio poterūt repeti niſi pars ad
uerſa cōtentetᷣ ſtare prime depoſitioni ꝑ ea que habenᷣ in. c. cu₃
cauſam. ad fi. T I O.] repeti. ſ₃ inſtādū erit vt fiat publicatio
qđ fieri poterit. et corā alio iudice vt voluit Inno. ſ. eo. Albe
ri. ⁊ Bar. i. l. ij. ff. iudi. ſolui. ⁊ hoc de p̄io caſu p̄ncipali. ¶ Se
cūdo caſu qn̄ repetitᷣ ſuꝑ eo ſuper quo nō depoſuit tunc cōſide
ra tres caſus. qꝛ aut nulla data ſunt capitula, quo caſu petitio
ſeu libellus ſuccedit pro capitulis. Aut data ſunt capitula ſuꝑ
tota cauſa. Aut data ſunt ſolū ſuꝑ parte cauſe. Primo caſu ſi
teſtes fuerunt interrogati ſuper omnibus cōtētis in petitione
licet forte non plene dixerint. ⁊ tunc nō poſſunt iterum produ
ci niſi forte vt declarent dictum ſuū ex officio iudicis. [illegible] at
teſtationes eſſent nulle vel aliquis alius caſus de quib⁹. ſ. dixi.
in ſimili. Aut non fuerunt teſtes ſuper omnibus interrogati. ⁊
tunc aut omiſſa fuit interrogatio circa ea que nō erāt ſubſtan
tialia vt circa circūſtātias loci vel tēporis eo caſu quo nō ſunt
de ſubſtantia licet poſſint interrogari iuxta ea que notātur. ſ.
eo. cum cauſam. per gl. Inn. ⁊ doc. ⁊. ſ. eo. ex tenore. ⁊ tunc non
repetuntur ad inſtātiā partis ſ₃ iudex poſſit ex officio ſi ſibi vi
deretᷣ repetere. ꝑ id qđ habetur. xxx. q. v. iudicantē. ⁊. ff. de inter
ro. actio. ⁊ in. l. vbicūq₃. ⁊. j. eo. cum clamor. Aut omiſſa eſt in
terrogatio ſuper ſubſtātialibus vt qꝛ in petitione fit menſio de
preſcriptione ⁊ tali in qua requiritᷣ titulus quod qn̄ ſit colligitᷣ
ex notatis in. c. j. de preſcrip. lib. vj. ⁊. l. fi. C. de preſcri. lon. tem.
⁊ iudex interrogabit ſolū ſuper poſſeſſione: ⁊ omiſit interroga
re de titulo. ⁊ ſic de parte ſubſtantiali preſcriptiōis ideo tūc po
terit ⁊ debebit repeti per teſtes etia₃ ad partis inſtātiā vt etiā
voluit Inn. hic. ⁊. ſ. eo. fraternitatis. non eñ debet iudex omit
tere interrogationē ſubſtantialē faciat quod habetᷣ etiā in hoc
capitulo. ⁊ plus voluit hic Inn. ꝙ etiā iudex ex officio hoc ca
ſu poterit repetere teſtem cū in actis id ſibi conſtet, ⁊ notorie:
ideo poteſt ſupplere ſuꝑ tali facto. facit qđ no. ſ. de poſtu. p̄la.
in. c. bone. ⁊ per gl. in. l. vbi pactum. C. de tranſac. ⁊ not. hoc di
ctū Inno. in quantū vult notorium dici quod ex actis patet. ⁊
idem voluit. j. de appel. ex inſinuatione. ¶ Secūdo caſu quādo
data ſunt capitula ſuꝑ tota cauſa tunc ſi ſuꝑ oībus fuit interro
gatus non debet amplius repeti. niſi in caſibus de quibus ſu
perius dixi. Aut fuit omiſſa interrogatio ſuper aliquib⁹ capi
tulis ⁊ tūc aut fuit omiſſa ex negligētia vel malitia qđ in dubio
preſumitur vt ſuperius dixi. ⁊ tunc poſſunt iterato repeti etiā
ad inſtātiā partis vt hic ꝓbatᷣ. Aut ex certa ſciētia omiſſa fuit
interrogatio. ⁊ tūc ſi fuit omiſſa. qꝛ a p̄cipio iudex nō admiſit
illa capitula, non poterūt repeti qꝛ imputet ſibi pars que non
appellauit a non admiſſione. arg. ſ. de ele. cum dilecti ad fine₃.
Poſſet tamen iudex in cuius preiudicium non tranſit interlo
cutoria in rem iudicatā. vt no. j. de appel. cum ceſſante. reuoca
re ſua₃ interlocutoriā. ⁊ cōſequenter recipere teſtes. ar. d. c. cum
ceſſante. cum ibi no. ¶ Si autem fuiſſet porrecta petitio. ⁊ nō
fuiſſent data capitula ⁊ iudex ex certa ſcientia omiſiſſet ſuper
aliquibus interrogare deberet tunc pars appellare cum primū
ſciuit. alias ſibi imputaretᷣ ꝑ ea que ſuperius ſunt dicta. Si tm̄
iudex videretᷣ ſe erraſſe. Poſſet errorem ſuum corrigere per id
qđ habetur in. d. c. cū ceſſante. ¶ Tertio ⁊ vltimo caſu qn̄ data
ſunt capitula ſuper parte cauſe ⁊ ſuper tota cauſa ⁊ tunc ſi de
poſuerunt ſuper capitulis productis an poſſint repeti ſuper il
lis dic vt ſuperius eſt dictum. ſed ſi producanᷣ ſuꝑ alijs capitu
lis poſſunt produci teſtes ſi non ſunt incluſi ſuper primus vt. ſ.
eo. fraternitatis. etiā ſi ſint de materia cōtenta in petitiōe. ⁊ idē
fortius eſt dicendū ſi eſſent capitula ſuper iure qđ de nouo ſuꝑ
uenit ſi eſt tale qđ habet prodeſſe ad victoriā vt in caſu. c. abba
te. de re iudi. in. vj. ⁊ in. l. ſi in rem. §. ſi. ff. de pigno. act. nam tūc
ſuper talibus nouis capitulis multo fortius poterūt teſtes ꝓ
duci ꝑ ea q̄ habenᷣ i. d. c. fraternitatis. Itē aduerte qꝛ qn̄ teſtes
nō ſunt publicati: an poſſint repeti tres fuerūt opiniōes. vna, ꝙ
indiſtincte poſſint repeti ꝑ. c. cōſtitutis. el. iij. ſ. eo. Secūda qđ
poſſint repeti ſcđm diſtinctionē. c. preſentata. j. e. vt tetigit gl.
in. d. c. cōſti. hec poteſt ſaluari quādo corā alio iudice repeterenᷣ
ꝑ ea q̄ habenᷣ. ſ. eo. cum cauſam que inter archiepiſcopū. Ter
tia ꝙ icōtinēti poſſunt ſeipſos repetere ſi volūt ſe corrigere vt
hic tetigit glo. ⁊ iſta verior videtᷣ. de quo ſupra plenius dixi.

4 **Licet dilectus** Teſtes* ſuꝑ p̄ncipali productos reproba
re eſt licitū ⁊ ſimiliter reprobare reprobatorios. Ul
terius aūt nō eſt locus reprobationi. h. d. Et i prima
ponit proceſſus narratio. in ſecūda cauſe cōmiſſio. Secūda ibi
mādamus. ¶ No. ꝙ cuilibet parti licitū eſt facere vnā reproba
tionē teſtiū ſiue ꝓbatoriorū ſiue reprobatoriorū₃ ⁊ non vltra.
¶ Et ex h̄ no. ꝙ inter ꝓbatorios ⁊ reprobatorios licitū eſt cui
libet parti facere duas productiōes ⁊ nō vlterius. qualiter aūt
intelligatᷣ qđ hic dicitᷣ de tertia ꝓductione ⁊ de quarta declaratᷣ
in gl. ¶ Et no. ꝙ decre. iſta loqᷣ qn̄ agitᷣ de reprobatione ꝑſo
narū teſtiū vt pꝫ ex litera. An aūt habeat locū ſi ageretᷣ đ repro
batione dictoꝝ per teſtes fuerunt opi. Jo. an. j. eo. preſentiū. li.
vj. ante gl. videtur tenere ꝙ non. quia iſta decre. non loquitᷣ hoc
caſu. ⁊ quia eſt exorbitans a iure communi ideo non debet extē
di etiam per idēnitatem rationis per ea que habentur. de regu.
iur. ea que. lib. vj. ⁊ de regularibus. c. conſtitutione₃. ⁊. c. non ſo
lum eo. li. ¶ Sed Jo. cald. hic tenet contrarium per rationem
tex. in ſi. ⁊ per nota. per Hoſtien. ſ. eo. ex tenore. ¶ S₃ Pau. de
liaza. concor. opi. qꝛ aut propter falſitatē dicti opponitur per
iuriu₃ vt ſic in nullo credatur teſti. ⁊ ſic etiam ſuper eo ſuꝑ quo
non probatur falſitas. ⁊ tunc habeat locum decre. Et procedat
opi. Hoſt. ⁊ Cal. quia tunc in effectu opponitur cōtra perſonā.
Aut opponitur ſimpliciter falſitas alicuius dicti. ⁊ tūc nō ha
bet locum

Ayuntamiento de Madrid

bet locū hec decre.per iura que dicūt indiſtincte exceptionem falſitatis poſſe opponi etiā poſt ſententiam.de prob. licet cau ſam ⁊ q: dicens falſum plus delinquit quam criminoſus quia li cet quis ſit criminoſus:tamen poſſet dicere verum ⁊ ſic non eſt eadem ratio qn̄ agit̄ de reprobatione dictorum:que eſt quando agitur de reprobatiõe perſone:q: magis ſuadet ratio admitti reprobationē cõtra dicta ratione falſitatis quā qn̄ agitur ſolū de reprobatione perſonarū.cū vt dixi licet ſint criminoſe pſo ne poſſent tamē dicere verū.iō talis reprobatio magis fuit re ſtringenda.⁊ intellige q: pōt reprobatio fieri ratione falſitatis quando aliud n. ob.hoc dico pp̄ter ea que habent̄ in cle.teſti bus.hoc eo.ti.⁊ de materia per Pau.ī.eo.teſtimonium.¶ Et no.q̄ litera procedit qn̄ agit̄ de reprobatione fienda per teſtes. ideo ſi quarto loco nō producerētur teſtes.ſed inſtrumēta ad re probationē perſone teſtis admitti debent.cū hic nō prohibeat̄ talis probatio ⁊ ſic ſtabimus in regula permiſſiua.ar.l.quoniā. ad fi.C.de here.⁊ ſimiliter ſi produceret̄ inſtrumentum ⁊ pars aduerſa vellet reprobare illud per teſtes.Prima productio te ſtiū eſſet illa q̄ fieret cõtra ipſum inſtrumētum. iō tūc due alie admitterent̄ per teſtes per hāc literā.de quo hic etiā p Jo.an. ⁊ do.Ant.¶ In gl.fi.ibi que incipit preſentiū:hodie habet̄.de teſti.lib.vj.¶ In ea.gl.in fi.Aduerte pro declaratione gloſſ.⁊ tex.q: aut actor ſolū pducit teſtes ſup principali.Aut reus ſo lum producit teſtes ſup principali,aut vterq̄.Primo caſu tūc actor pōt habere duas pductiones teſtiū vnā quā facit pducē do ſup pr̄icipali aliā ſi reus reprobat pſonas eoꝝ q: poterit p ducere teſtes reprobatorios cõtra teſtes reprobatorios rei ⁊ ſic reus tūc habebit ſolū vnā productionē teſtiū quā facit ad re probandū ⁊ actor duas.vnā quā facit ad probādum ſuper prin cipali:aliā quā facit ad reprobandū teſtes rei.⁊ ſic hoc caſu ſolū inter ambos habebunt tres productiões.⁊ ex illis tribus actor habebit duas,reus ſolū vnā,quarta vero productio nullo mo do concedetur ad reprobandū ſi forte reus vellet illā facere ad reprobandum teſtes actoris quos actor induxit ad reproban dū teſtes rei.Scdo caſu qn̄ reus tantū produxit teſtes ſup prin cipali:tūc reus poterit habere duas productiones:ſicut in ſimi li dixi de actore.⁊ actor vnā tantū ſi ipſe velit reprobare pſonas teſtiū inductorū cõtra ſe per reū in principali.⁊ ſic inter ambos hoc caſu ſolū habebūt tres productiones quarū due erūt rei.ſ. vna probatoria:⁊ alia reprobatoria.⁊ alter ex dictis tribus erit actoris ⁊ erit reprobatoria.quarta aūt reprobatoria nullaten⁹ cõcedet̄ p iſtū tex.¶ Tertio caſu qn̄ vterq̄ producit ſup prin cipali tunc cuilibet parti poſſunt cõpetere tres productiones. vna producēdo teſtes ſup principali:alie due ad reprobandum nam poterit actor producere teſtes ad reprobandum perſonas teſtiū inductoꝝ cõtra ſe per reū in principali,⁊ iſta erit ſcd̄a p ductio actoris ⁊ ſimiliter poterit reus pducere teſtes ad repro bandū perſonas teſtiū inductorū cõtra ſe per actorem in pnci pali.⁊ iſta erit ſecunda pductio rei.Itē poterit actor facere ter tiā pductionē reprobatoriā pducēdo teſtes ad reprobādū te ſtes reprobatorios inductos per reū contra ſuos teſtes produ ctos in principali.⁊ iſta erit tertia pductio quo ad actorē. ⁊ ſic habebit vnā pductionē pbatoriā,⁊ duas reprobatorias.⁊ ſimi liter poterit reus tertio loco pducere teſtes ad reprobandū te ſtes actoris inductos p actorē cõtra teſtes rei productos ī pn cipali.⁊ ſic ſimiliter reus habebit tres pductiões te . vnā probatoriam,⁊ duas reprobatorias.quarta aūt neutri parti da bitur.⁊ contingit hoc q̄ tot pductiões habeat actor q̄ reus pro pter diuerſos reſpectus ⁊ propter pluralitatē teſtiū ab vtraq̄ parte productorū.ſed reuera ſi conſideramus ſolū reſpectu te ſtium productorū ex parte actoris:tūc actor habet duas pdu ctiones.⁊ reus vnam.q: actor habet vnam probatoriam ⁊ vnā reprobatoriā,⁊ reus vnam reprobatoriā.⁊ ſimiliter contingit ex parte rei:ſi cõſideramus teſtes productos ex parte ipſi⁹ rei : q: reus habet dicto reſpectu duas productiones vnā probatoriā ⁊ aliam reprobatoriam ſed actor vnam tantum reprobatoriā.⁊ per hec potes habere clarum intellectum tex.⁊.glo.

1 ☞ Compromitti poteſt in clericos ſuper iure ſpirituali.

2 A compromiſſo recedi poteſt,quando arbiter ſe abſentat a lo co compromiſſi.

3 Tertius arbiter nō pōt aliqd laudare duobus abſentibus.

4 Atteſtationes facte coram arbitro proſunt etiā coram iudice ſi teſtes ſunt mortui.

5 Acta litis ordinatoria facta corā arbitro an proſint corā iudice vt ſup eis poſſit fundari ſententia.⁊ nu.8.

6 Confeſſio facta corā arbitro an habeat prodeſſe coram iudice.⁊ nu.9.

7 Compromiſſum factū in aliquem expreſſo noīe dignitatis an tranſeat in ſucceſſorem ⁊ an morte alicuius cõpromittentium ceſſet compromiſſum.

a **PResentata nobis.** Atteſtatio nes[a] recepte a arbitrū faciūt fidē in iudicio ſi teſtes ſint mortui. Si vero viuūt eſt in optione illius cõtra quē teſtes ſunt producti an velit atteſtationes recipere.An vero velit te ſtes de nouo recipi.h.d.¶ Et in prima partis petitio. in ſcd̄a cāe cõmiſſio.Secūda ibi diſcretiōi.¶ †No.q̄ ſup iure ſpiritua

1 li pōt cõpromitti ī clericos:an aūt cõpromitti poſſit ī laicū dic vt.ſ.de arbi.contingit.¶ †Itē no.q̄ a cõpromiſſo videt̄ poſſe

2 recedi qn̄ arbiter ſe abſentat a loco cõpromiſſi ⁊ vadit ad lōgin quas partes in breui non reuerſurus.Facit qđ habet̄ in.l.ſi lon gius.ff.de iudi.¶ †Itē no.q̄ tertius arbiter nō pōt aliqd lau

3 dare duobus abſentibus qn̄ in tres eſt ſimpliciter cõpromiſſū. facit.ſ.de offi.dele.vno delegatorū.¶ †Item no.q̄ atteſtatio

4 nes facte corā arbitro pſunt etiā corā iudice ſi teſtes ſunt mor tui.Si vero ſunt viui eſt in electione eius cõtra quē ſunt produ cti:an velit ſtare dictis eoꝝ:an vero q̄ iterū producant̄ ad idem l.fi.C.eo.An autē idē ſit ſi teſtes eſſent recepti corā iudice in ter eaſdē perſonas.⁊ pducant̄ dicta eoꝝ corā vno alio iudice gl. voluit q̄ ſic in.l.pperādum.ad fi.C.de iudi.Sed cōiter tenetur cõtrariū q: ſi fuerūt publicate corā alio iudice,faciūt fidē coram alio inter eaſdē perſonas etiā inuito aduerſario.ſ. eo . cauſam

5 que.el.j.⁊ ibi etiā dixi.Et voluit Inno.ſ.e.c.cū cauſa . ¶ †An autē acta litis ordinaria facta coram arbitro proſint coram iu dice vt ſuper eis poſſit fundari ſententia hic videt̄ caſus quod ſic.⁊ facit quod no.Spe.in ti.de lit.cõte.§.nunc tangamus. cir ca fi.ſed Inn.⁊ do.Anto.hic.dicūt hoc procedere propter man datū pape,vel q: ſic partes conſenſerūt.alias cū ſit noua inſtā tia:neceſſe eſſet reiterare acta litis ordinaria ⁊ ſic de nouo offer

6 re libellū.⁊ iurare de calūnia per.l.ij.ff.iudicatū ſolui. ¶ †An autē confeſſio facta corā arbitro habeat prodeſſe coram iudice. ī.dicā in.¶ In gl.j.in fin.do.Anto.hic poſt Ioan.and. repro babat glo:ex quo iſte qui fuit pmotus in archiepiſcopum,erat clericus tpe cõpromiſſi:ſecus ſi fuiſſet laicus q: tunc bene excu ſatur.⁊ ſic loquātur iura allegata in gl.ſed forte glo.poteſt ſal uari:q: licet tempore compromiſſi quis ſit clericus.Aut ſuper uenit dignitas per quā non impeditur poſſe vacare cõmode ad finiendū arbitrium vt ſi efficiatur diaconus vel ſacerdos: ⁊ tūc procedat dictū doctoꝝ.Interdū ſuperuenit magna dignitas q̄ habet multas occupationes propter quas nō poſſet vacare cir ca arbitrium.⁊ tunc non poterit cõpelli per ea que habentur in.l.licet.allegata in glo.⁊ ſic ſaluatur gl.¶ In gl.ij.in fin.pro cedit gl.ſecūdum iura antiqua.An aūt hodie duo ex tribus ter tio abſentē etiā ſi ſimpliciter ſint dati poſſint procedere ad ſen tentiam,recurre ad tex.⁊ glo.in.c.fi.de arbi.lib.vj.¶ In gl. ar bitrij ibi alterius arbitroꝝ hoc clarum qn̄ aliud nō eſt actū. ⁊

7 quādo cõpromiſſum non eſt factum ſub noīe dignitatis. †An autem cõpromiſſum factum in aliquē expſſo nomine dignitatis tranſeat in ſucceſſorē videret̄ q̄ ſic per.c.quoniā abbas.de offi.de leg. contrariū voluit Inn.in.c.fi.eo.ti.⁊ Barto.in.l.q liberis.§. hec verba.ff.de vulg.⁊ pup.q: licet expreſſa ſit dignitas videt̄ potius contemplata perſona,ex eo q: conſueuit compromiſſū fieri in amicos communes ⁊ non in alios.An autem morte alte rius cõpromittentium expiret cõpromiſſum.dic q̄ ſic,niſi aliud ſit actum expreſſe vel tacite per id qđ habet̄ in.c.fi.ſ.de arbi. ⁊ iđ dixi tacite q: ſi [illegible] per prelatum nomine eccleſie cum au toritate ſuperioris tranſeunt in ſucceſſorē ⁊ ita poteſt intelligi hic dū dicit litera in principio predeceſſorem ſuū ⁊c.facit quod ha

8 betur in.c.veniens.ſ.de tranſac.¶ †In gl.penul.in fi.⁊ ſic ha bes ex tex.cum gloſ. an acta deciſoria ſeu reſpicientia deciſionē facta corā arbitro valeant coram iudice: q: ſi ſunt atteſtationes,

9 dicendum eſt vt in tex.⁊ glo.¶ †Quid autem de confeſſione. tangit Spe.in titu.de confeſſis.§.nunc videndum.verſic. quid de confeſſione.vbi videtur dicere q̄ valebit coram iudice per.l. penul.C.de arbi.ſed Jo.an.ibi in additio.poſt Pe. ⁊ Cy. ⁊ ſe quitur hic do.Anto.dicit q̄ valebit vt extraiudicialis:nō vt iu dicialis:quia coram arbitro nō ē proprie iudiciū.l.j.C.de arbi. ⁊.ff.de re iudi.⁊.l.ait pretor.quod dicunt procedere etiam ſi ſen tentia arbitri fuerit emologata:quia licet quo ad ſententiam re periatur poſſe habere locum emologationem,non tamen repe ritur reſpectu confeſſionis.⁊ ideo ſtabimus iuri antiquo.arg.l. precipimus.C.de app.⁊.l.ſancimus.C.de teſta.licet aliqui ſec⁹ dicant quando ſententia eſſet emologata.Sed forte pōt atten tari q̄ confeſſio facta coram arbitro valeat etiam vt iudicialis coram iudice,ſiue ſit facta emologatio ſiue non:per text.in.d.l. penul.qui ſimpliciter vult quod acta reſpicientia deciſionē iu dicij valeant coram iudice,videtur intelligendum qđ valeant vt iudicialia:quia alias non habuiſſet dubium:quis enim dubi taſſet quod confeſſio facta coram arbitro ſi de illa appareat va leret,vt extraiudicialis [illegible] rationabiliter nullus debuiſſet

¶ Atteſtationes. [illegible] concordat in ſummario hic [illegible] decre . [illegible] Abb.Fely. ⁊ do.Jo.de imo.Et.ſiq ras an acta vnius iudi cij faciant fi dem in alio iudicio. vi de hic diſt. do. Henri. borch.ī pn cipio.c.



Ayuntamiento de Madrid

dubitare.per id qđ habet.ſ.de prob.per tuas.ꝛ in.l.generaliter C.de non nume.pecu.pro hoc etiam litis cõteſtatio facta corã arbitrio valet etiam vt iudicialis ꝛ interrumpit preſcriptionẽ vt ibi patet.ꝛ ſic eadem ratione videtur fuiſſe mens imperatoris quod acta reſpicientia deciſionem facta coram arbitro etiã vt iudicialia valeant coram iudice.arg.l.iam hoc iure.ff.de vulga.ꝛ pupil.Unde forte etiam poſſet dici ꝙ niſi emanaſſet hec decre.ꝛ.l.fi.C.de teſti.atteſtationes recepte coram arbitro indiſtincte valuiſſent coram iudice.per illam.l.penul.ꝛ pro predictis etiam facit quod no.Inno.de ordi.cog.cum dilectus.vbi vult qđ cõfeſſio facta in ſummario iudicio preiudicet in plenario.Et adde quod hic no.Jo.cal.qui non videtur in omnibus bene dicere.

1 ☞ Teſtificari poſſunt pro monaſterio omnes qui ſunt de cõuentu.

2 Teſtimoniũ religioſi deponentis ſine iuramento non valet.

3 Profiteri an poſſit quis regulam minorũ infra annum probationis.

**Nuper a nobis.** Nõ creditur teſti et religioſo qui ſine iuramento deponit.Et eſt cõis diuiſio. Secunda ibi reſpondemus.¶ †Mo.ꝙ teſtes de cõuẽtu ſeu mo-
1 naſterio poſſunt pro cauſa cõuentus ꝛ monaſterij teſtificari.de
2 quo plene.ſ.eo.in.c.inſuper.ꝛ.c.cum nuntius.¶ †Item no.ꝙ non valet teſtimonium etiã religioſi deponentis ſine iuramento parte nõ cõſentiente,ꝛ cauſa ſit ſpiritualis ꝛ eccleſie.¶ Itẽ
3 no.ꝙ ſecundum hec tẽpora videtur †ꝙ infra tempus probationis quis poſſit profiteri regulam minorũ vt illi obligetur. Hodie vero dic vt habet in.c.non ſolum.de regularibus.lib.vj. ¶ In gl.ſecunda ibi.ſecus ſi volente ꝛc.ſic videt ꝙ ſiue contradicat ille contra quem fit productio ſiue taceat non valebit teſtimonium ſi teſtis depõit non iuratus.ſecus ſi cõſentit ꝙ ſine iuramento deponat.¶ In gl.fi.ibi per cõfeſſorẽ ſuum.de hoc etiam tangitur in.c.teſtimoniũ.ĩ.eo.vbi etiam tractatur an debebit ſtari dicto confeſſoris ſine iuramento.

1 ☞ Canonizari an poſſit quis ſine ſpeciali licentia pape.

**Venerabili.** Diligenter ꝛ ſigillatim examinãdi ſunt teſtes.h.d.Et in pma petitio.in ſecũda teſtiũ recipiendorũ cõmiſſio. Secunda ibi diſcretioni veſtre mãdamus ꝛc.¶ Mo. duo requiſita vt quis canonizetur pro ſancto.Primum eſt qđ vitam duxerit virtuoſam.Secundum ꝙ miracula fecerit ſuper quo vide bonam glo.in.c.j.de reliquijs ꝛ vene.ſan.lib.vj.ꝛ not. per Inn.ĩ.de reli.ꝛ vene.ſan.c.j.¶ Ultimo no.ꝙ teſtes ſigillatim ꝛ diligenter ſunt examinandi.An autem iſti cõmiſſarij poſſunt hunc articulum receptionis teſtium ſubdelegare.dicebat Boatinus ꝙ non propter arduitatem negotij ꝛ induſtriam electam.arg.de offi.dele.in.c.ſi.ſed Jo.an.hic remittit id ad ea q̃ habent in tex.ꝛ glo.in c.le.j.de offi.dele.ꝛ ſic videt ꝙ diſtinctio ibi poſita habeat locum etiam in caſu iſto qđ diligenter no.qꝛ propter magnitudinem negotij videret oppoſitum.¶ In glo. j.in fi.ꝛ de materia.c.habetur in.d.c.j.de relig.ꝛ vene.ſan.lib.vj.
1 vbi glo.†tangit an ſine ſpeciali licentia pape poſſit quis canonizari.ꝛ concludit ꝙ non:tangit etiã qđ iuris ſi papa erraret in canonizatione an peccarent adorantes illum tanꝙ ſanctum ꝛ an etiam aliquo caſu poſſit quis non canonizatum adorare vt ſanctum.de quibus dicendum vt ibi habetur.

1 ☞ Teſtis qui obſcure depoſuit poteſt repeti non obſtãte publicatione.

2 Confuſe dictum habetur pro non dicto.

3 Publicatio teſtiũ non nocet iudici quominus poſt illã poſſit teſtes producere.

4 Teſtes an poſt publicationẽ repeti poſſint ad inſtantiam proſequentis inquiſitionem.

5 Lis an ſit cõteſtanda.in cauſa inquiſitionis.

6 Ambigua verba in iudicio prolata interpretãtur pro parte pferente:ſed verba ambigua teſtis interpretantur cõtra eũ producentem.

7 Teſtem repetere poteſt iudex ex officio ſuo vt dictũ ſuũ obſcurum declaret.

8 Teſtes quãdoq; repeti poſſunt ꝛ quandoq; non ꝛ qñ ꝛ in quibus caſibus.

¶ Si ĝras vtrũ ꝛ qñ in cã inqſitionis publicatis atteſtationib⁹ ſup eiſdẽ articulis poſſit teſtes de nouo pduci ꝛ examinari vt iam pduci vel examinati reexaminari vide di ſtin.hic per do.Henri. borch.i pncipio.c.

**Cum clamor.** Si teſtis obſcure depoſuit dictũ ſuum iterum examinari põt vt illud declaret.h.d.Et in prima ponit querela.in ſcda mandatũ.Secũda ibi mandam⁹.
1 ¶ †Mo.j.ꝙ non obſtante publicatione poteſt teſtis repeti ꝛ iterum examinari ſi obſcure depoſuit ꝛ repetitur officio iudicis non ad inſtantiam partis vt tangit glo.de quo etiam.ſ.e.p
2 tuas.¶ †Item no.ꝙ confuſe dictũ habetur pro nõ dicto:niſi declaretur ſic ꝛ alias confuſe ſcriptum habetur pro nõ ſcripto.
3 l.ij.ff.de his que pro non ſcriptis habentur.¶ †Itẽ no.ꝙ publicatio teſtium non nocet iudici quominus poſſit poſt illã teſtes producere.ꝛ eſt rõ qꝛ ipſi iudici omnia ſunt aperta.ideo ſi propter hoc impediretur poſt productionẽ vnius teſtis nõ poſſent alij pduci.ꝛ ideo nõ debet propter hoc impediri.¶ Itẽ qꝛ i iudice nõ eſt ſuſpicio cũ non tangat eius cõmodũ vel incommodum
4 ꝛ ideo etiam poſt publicationẽ põt repetere teſtes.¶ †An autem ad inſtãtiam proſequẽtis inquiſitionẽ poſſint repeti teſtes poſt publicationẽ tangit hic Inn.ꝛ ponit duas opiniones cõtrarias.ſed Hoſti.concordat opi.qꝛ ſi datus eſt a iudice ad ipaꝫ inquiſitionẽ promouendã ꝛ adiuuandam tunc qꝛ talis non eſt proprie pars ſed miniſter iudicis non habet libellũ offerre nec litẽ conteſtari.ꝛ poſſet ad libitum iudicis remoueri.ideo tunc ad ipſius inſtantiã poſſent repeti qꝛ potius ex iudicis offi0 repeti videtur cui⁹ iſte eſt miniſter.facit qđ habetur in.c.olim.ĩ. de accu.Secus ſi nõ eſt datus a iudice.ſed a ſocijs vel ipſe ſe obtulit ad inſtigandam inquiſitionẽ quia iſte cenſet pars ꝛ libellum debet offerre ꝛ litẽ cum eo cõteſtari.facit quod habet.ĩ.de pur.ca.cum dilec.ꝛ.ĩ.de iudi.exhibita.ꝛ.ĩ.de accu.veniens.c.ꝫ dilecti.ꝛ ideo hoc caſu ad iſtius inſtãtiaꝫ non repetẽtur teſtes.
5 ¶ †Et no.bene ex predictis.An ꝛ qñ in cauſa inqſitiõis ſit lis cõteſtanda.qꝛ ſi ex mero officio iudicis procedit tunc nõ eſt cũ quo lis conteſtet.Si autem aliquis pſequatur illã tunc aut eſt datus a iudice.ꝛ tunc etiã non ſit cõteſtatio neceſſaria.Aut ille qui pſequit inquiſitionẽ nõ fuit datus a iudice.ꝛ tũc debet lis conteſtari ſupple ſi contra preſentem pceditur ſecus ſi cõtra cõtumacẽ vt.ſ.eo.cũ olim.ꝛ ſecundũ predicta intellige qđ habet in.c.quoniam frequenter.in.§.ſunt ꝛ alij.ſ.vt lit.nõ cõte.quod
6 tene menti qꝛ melius hic declaratur quã in alio loco.¶ †In glo.fin.ibi ſi qs intentione.Solue ꝙ ibi loquitur in verbis ambiguis prolatis a parte in iudicio in quib⁹ ſit interpretatio pro proferẽte.ſꝫ hic in verbis ambiguis prolatis a teſte in quibus ſit interpretatio cõtra producẽtem vt in.c.in preſentia.ſ.de proba.ꝛ facit quod no.Bar.in.l.inter ſtipulantẽ.§.ſi.ff.de verb.ob. In contractibus autem verba ambigua interpretantur contra ſtipulatorẽ ſeu creditorẽ.l.veterib⁹.ꝛ ibi de materia.ff.de pactis. ꝛ eſt etiã bona gl.in regula contra eũ.de regu.iur.lib.vj.ꝛ facit
7 quod no.glo.ſ.de teſti.ſpo.cum ad ſedem.¶ †In ea.glo.in fi. Mo.bene ex glo.ꝙ iudex ex officio ſuo poteſt repetere teſtem vt declaret dictum ſuum obſcurum licet hoc facere teneatur ad partis petitionem vt etiam dixit glo.in.c.per tuas.ſ.eo.ꝛ in.§. quia vero.in aut.de teſti.colla.vij.Et procedit hoc nedũ in criminalibus.ſed etiã in ciuilibus.vt volunt glo.predicte cum iudex quãdocũq; ſibi videat poſſit interrogationes facere pro veritate eruẽda.xxx.q.v.iudicantẽ.ĩ.de fid.inſtr.cum Joan.ꝛ.l. vbicũq;.ff.de interro.acti.maxime autem hoc poteſt facere in criminalibus per rationes hic alleg.in gl.vbi autem iudex non repetit tunc ſtabit dictum vulgatum ꝙ dubia probatio nõ releuat probãtem.vt in preallega.c.in preſentia.Secus ſi iudex ex officio vellet repetere teſtem vt declaret dictũ.ꝛ ille teſtis poſtea declaret taliter ꝙ pbaret.ꝛ ſic limita.d.c.in preſentia.ꝛ propter hoc potiſſime expedit habere iudicem diſcretum ꝛ gratioſum.facit ꝙ no.Jo.and.in.c.conſuluit.de offi.deleg.vbi concludit ꝙ propter arbitrariam valde expedit habere iudicẽ gratioſum.Predicta procedunt quãdo verba ſunt ambigua etiaꝫ ſecundũ cõmunem intelligentiã.Si autem ſecundum cõmunẽ intelligentiam ꝛ ſecũdum cõmunem modum loquẽdi verba haberent certam interpretationem:tunc licet aliter poſſent intelligi ꝛ iudex ex officio etiã tũc poſſet repetere vt hic voluit Ho. Tamẽ ſi non repetat videt intelligẽda ſecũdum cõmunem modum loquendi per ea que habentur in.c.ex literis.ĩ.de ſpon.ꝛ l.cum delanionis.§.aſinam.ff.de fundo inſtructo.ꝛ facit quod
8 notatur maxime per Bart.in.l.labeo.ff.de ſuppel.leg.¶ †Et no.ex predictis ꝙ interdum repentur teſtis vt declaret dictuꝫ ſuum.ꝛ tunc dic vt ſuperius eſt dictum.Interdum repetitur vt addat vel ſe corrigat.ꝛ tũc dic vt habet.ĩ.ti.j.preterea.ꝛ dictuꝫ fuit.ſ.eo.per tuas.Interdum autẽ repetitur teſtis vel etiam alius de nouo producitur vt cõfirmet primũ dictũ.ꝛ tũc ꝫ fieri poteſt ſm Inn.per id quod habetur.ſ.eo.ex tenore.ſed hoc intellige ſane quia ſi titius petijt decẽ a ſeio tanquam ſibi pmiſſa in ciuitate bononie ꝛ producat teſtes qui deponant pmiſſionem factam de menſe maij in prima die.ꝛ aduerſari⁹ poſt ea velit reprobare teſtes allegando ꝙ dicta die ipſe promiſſor vꝫ et ipſe ſtipulator non fuit in ciuitate iſta.ſed fuit in ciuitate florẽtie ꝛ ſic in loco adeo diſtãti ab iſto qđ dicta die nõ potuiſſet hic eſſe:certe nõ obſtante publicatione priorũ teſtiũ poterit ipſe titius producere teſtes ad confirmationem ſuperiorũ qui deponãt qđ dicta die.vtraq; pars fuit in iſta ciuitate ꝛ ſic ad cõfirmationẽ priorũ:qꝛ nõ debuit in dubio preſumere qđ pars aduerſa vellet

Ayuntamiento de Madrid

vellet ſuos redaguere.vnde patet vt dixi producere teſtes ad
confirmationem priorum intelligo anteꝙ producentur teſtes
aduerſarij:alias nõ eſſet licitũ q̃ſuper directe contrarijs arti
culis nõ eſt licitum producere teſtes poſt publicationẽ niſi al
legetur falſitas cũ corruptione.ſ.ti.j.licet.⁊ in cle.teſtibus.cum
ibi no.eo.ti.

1 ☞ Criminoſus perſeuerans in crimine repellitur ab officio
teſtificandi tam in ciuili ꝙ in criminali.
2 Infamia facti an repellat delegatum.
3 Crimen quare potius repellat teſtem ꝙ iudicem.
4 Emendatus de crimine remanet infamis infamia iuris non ta
men repellitur a teſtimonio.
5 Crimen periurij non infamat infamia iuris.
6 Criminoſus licet ſit emẽdatus repellitur in cauſa criminaliter
mota in quatuor caſibus.
7 Infamia facti repellit a teſtimonio in criminali criminaliter
mota.
8 De crimine agitur ciuiliter qñ agitur ad penã pecuniariam.
9 Infamia iuris quid ſit ⁊ quid infamia facti.
10 Infames infamia canonica qui dicantur.
11 Periurus repellit a teſtimonio licet ſit emendatus ⁊ an oĩs
periurus repellatur.⁊ nu.17.
12 Periurus an ſit infamis infamia iuris.
13 Condẽnatus de crimine an admittat ad teſtimoniũ in cauſa ci
uili ſi egit penitentiam.
14 Ad teſtimoniũ admitti an debeat accuſatus de crimine lꝫ non
ſit conuictus vel confeſſus.
15 Accuſatio criminalis eoipſo ꝙ eſt inſtituta contrã aliquẽ vide
tur ex hoc quodãmodo inſurgere infamia.
16 Hereticus an admittat in teſtem contra hereticum.
17 Infamis non admittitur in teſtẽ,etiam cõtra infamem.
18 Excõmunicatus an poſt abſolutionẽ repellet a teſtimonio.

a **Teſtimonium.** [a] Perſeuerans in cri
mine etiaꝫ in ciuili re
pellitur a teſtimonio.Emendatus vero nõ infamis
admittit in ciuili,⁊ etiã in criminali ciuiliter mota.
Fallit in piurio.In criminali vero criminaliter mota ſec⁹.h.d.
¶ Et due ſunt partes principales.nam primo loquit in crimi
noſo perſeuerante in crimine.Secundo de emendato. Secũda
ibi ſi vero.Secunda ſubdiuiditur.nã primo tractat de emenda
to in cauſa ciuili vel ciuiliter mota de crimine.Secũdo d crimi
nali criminaliter mota.Secunda ibi in criminali.⁊ ſm Abba
tẽ põt dici ꝙ decre.ponit tres caſus in qb⁹ in ciuili ⁊ quatuor
1 in quib⁹ in criminali teſtis repellit.¶ † No.ꝙ crimẽ in quo qs
perſeuerat repellit quẽ ab officio teſtificãdi nedũ in criminali ſꝫ
etiã in ciuili licet nõ repellat quem ab officio purgandi ſi de il
lo qs nõ ſit cõdẽnatus.ĩ.de purga.cano.cõſtitutus.cũ ibi nota
tis.nec ſimiliter repellit a iudicando ſi nõ inducit infamiã iuris
alias ſecus in delegato quãuis ordinariũ nõ repellat donec to
leretur vt no.Inn.ſ.de preſcri.ſciſcitatus.⁊ de offi. deleg. cum
ſuper.⁊ tangit etiã.de excep.cũ venerabilis.⁊ no.gl.iij.qõ.viij.
2 in ſumma.† An autem infamia facti repellat delegatũ do.Ant.
3 tenuit ꝙ nõ.c.ſciſcitatus.de reſcrip.Sed dic vt ibi dixi.† Qua
re autem crimen potius repellat teſtem quã iudicẽ no Io.an.
ĩ.de cleri.excõ.miniſtrãte ſi celebrat.⁊ Inn.ſ.de elec.nihil. naꝫ
ratio eſt qꝛ maius eſt periculum in teſte:qꝛ ab eo nõ appellatur
ſecus in iudice.Et no.vt crimen repellat a teſtimonio exigitur
ꝙ ſaltem ſit tale ꝙ repellat a promotione vt dictum fuit in.c.
4 ſuper eo.⁊ in.c.intimauit.ſ.eo.¶ † Item no.ꝙ emendatus de
crimine remanet infamis intellige infamia iuris non tñ repel
litur a teſtimonio tã in cã criminali ꝙ ciuili.¶ Et no.ij,ꝙ ſi emẽ
datus de crimine non remanet infamatus infamia iuris non re
5 pellitur in cauſa ciuili excepto crimine periurij. ¶ † Et ex hoc
no.diligenter ꝙ crimẽ periurij nõ infamat infamia iuris.alias
exceptio nõ eſſet bona cũ debeat eſſe de cõtentis ſub regula vt
no.ĩ.de reg.iur.in rub.lib.vj.de quo per.gloſſ.vj.q.j.infames. ⁊
c.quicũqꝫ.⁊ per gl.⁊ legiſtas in.l.lucius.ff.de his qui no.infa.⁊
in aut.ſenecas mulieres.§.j.colla.v.⁊ aliquid etiã in.l.q̃ ſub cõ
ditione.ff.de cõdi.inſti.Vincẽ.hic dicebat ꝙ eſt infamis infa
mia canonica ſed non ſecundũ leges.nec infamia iuris ; niſi in
caſu legis ſi quis maior.C.de tranſac.ſcilicet quãdo venit cõtra
tranſactionẽ ſeu cõuentionẽ iuratam vt patet ex illa.l.cum ibi
no.per Bar.⁊ ſic requirit ꝙ veniat contra cõuentionẽ ⁊ contra
iuramentum vt voluit gl.in.d.aut.ſenecas mulieres.⁊ ſic nõ vi
detur ſufficere vt veniat cõtra iuramẽtũ tantum vt ſi iurauit ali
quid dare vel facere non precedente cõuentione lꝫ iurauit par
ti vt voluit ſentire Vicen.⁊ gl,in.d.aut.ſenecas mulieres , licet
Barto,aliter ſentiat in.d.l.lucius. ſed precedẽs opinio verior
videt ꝙ ſcdm leges iuramentũ de ſe nõ erat obligatoriũ.l.ſi qs
6 pro eod.cum ibi not.ff.de fideiuſſo.¶ † Itẽ no.ꝙ in cauſa cri

minali criminaliter mota criminoſus:lꝫ emendatus repellit in
quatuor caſibus.Primus eſt qñ de crimine eſt conuictus.Secũ
dus qñ de crimine fuit cõfeſſus.Terti⁹ qñ d crimine cõtra eũ in
iudicio probatur.Quartus qñ eius opi.de crimine eſt grauata
⁊ ſic de crimine eſt de facto infamatus infamia facti.nã duplex
eſt infamia.vna iuris alia facti.Et de effectib⁹ infamie facti no
tatur per glo.in.l.nullam.C.ex quibus cau.infamia irrogetur.
7 ¶ † Et ex p̄dictis not.ꝙ infamia facti repellit a teſtimonio in
criminali criminaliter mota:ſecus in ciuili.etiã ſi ex crimine de
ſcendat.de quo hic tangit Ioan.and.⁊ per Cy.⁊ bar.in.l.j.C.de
ſum.tri.⁊ etiam per glo.in.l.caſſius.ff.de ſenato.¶ Et no.etiã
ꝙ cõuict⁹ etiã in alio iudicio de crimine nõ poteſt eſſe teſtis in
cauſa criminali criminaliter mota.⁊ ſic videt ꝙ ꝓbatio facta in
vno iudicio noceat in alio etiã ſi inter diuerſas perſonas de quo
8 in gl.† Quãdo aũt dicat agi ciuiliter de crimine.dic ſm Ioan.
an.quando agitur ad penã pecuniariã per.l.vltimã.ff.de priua.
delictis.intellige hoc verum qñ pena pecuniaria venit applicã
da parti ſecus ſi fiſco.qꝛ tunc intelligeretur agi criminaliter vt
eſt glo.cum tex.que reputatur ſingularis in.l.iiij.§.j.ff.de ſepul.
viola.⁊ no.Bart.in.l.agraria.ff.de termino moto.⁊ Innoc.ĩ.de
9 accu.qualiter.el.ij.¶ † In gloſſ.ij.ibi ſub nota infamie. ſupple
iuris.nam quedam eſt infamia iuris que introducitur in caſib⁹
expreſſis a iure.de quibus in.l.j.ff.de his qui notãtur infamia,
quedam eſt infamia facti vt quãdo grauata eſt alicuius opinio
apud bonos ⁊ graues.vt innuitur hic in tex.in ver.in crimina
li.et longa eſt differentia inter infamiam facti ⁊ iuris.nam infa
mia iuris repellit indiſtincte a teſtimonio taꝫ in ciuili quam in
criminali:intellige niſi in ſubſidium ⁊ vbi alij teſtes non reperi
rentur.⁊ tunc demũ cum tormẽtis.vt no.Bar.in.l.j.C.de ſum.
trini.facit qd habet in aut.de teſti.§.ſi vero ignoti.cum ibi no.
colla.vij.ſed infamia facti repellit a teſtimonio in criminali nõ
autem in ciuili vt hic probatur minus tamen credetur tali teſti
quã alteri integre opinionis.per id qd habetur.ſ.de proba. li
cet.⁊ in.l.iij.§.cauſe.ff.de carbo.edi.⁊ no.Cy.in.d.l.j.C.de ſum.
trini.poſſet etiã eſſe tanta vilitas teſtis ꝙ ei nõ crederetur niſi
cum tormentis.per id quod habetur in.d.§.vero ignoti.⁊ not.
Bar.in.d.l.j.de ſum.trini.⁊ ſecundum predicta debet intelligi
quod notatur per gl.in.l.caſſius.ff.de ſenato.⁊ etiã videtur te
nendum licet Io.an.hic dubitauerit ⁊ non bene firmauerit pe
des.⁊ hoc ſequitur in effectu etiã hic do. Anto . Habet etiam
alium effectum infamia facti. quia repellit a dignitate. Item
interdum facit locum querele inofficioſi teſtamẽti.l.fratres.C.
de inoffi.teſta.⁊.l.nullam.C.ex quibus cauſis infamia irroget.
vbi bona glo.⁊ facit quod habet.ĩ.de reg.iur.infamibus.lib.vj.
Et no.ꝙ infamia iuris interdũ ſurgit ex ipſo facto etiam non
ſecuta ſententia.vt ſi quis lenocinium cõmittit vel ſi artẽ ludi
cram corã populo exercet.l.j.ff.de his qui notãtur infamia.In
terdum ſurgit demum ex ſententia vt quando quis eſt dãnat⁹
de crimine publici iudicij.Et q̃ ſint crimina publici iudicij.ha
betur in.l.j.ff.de publi.iudicijs vt crimen adulterij falſitatis ⁊
violentie publice vel priuate ⁊ alia que ibi enumerãtur ⁊ appel
lantur publica iudicia ſeu publica crimina.qꝛ cuilibet de popu
lo competit accuſatio vt habetur in.d.l.j.Alia autem in qui
bus non competit cuilibet de populo accuſatio ſed paſſus dã
num vel iniuriam ⁊ talia appellantur crimina priuata.l.fi.ff.de
priua delic. vt eſt crimen furti ⁊ iniuriarũ . dãnatus autem de
priuato delicto non eſt infamis infamia iuris:niſi in caſibus ex
preſſis in iure vt ſi ſit dãnatus de furto vel crimine ⁊ iniuria ⁊ ꝑ
id quod tangit hic gl.⁊.ĩ.de re iudi.in.c.cum te.⁊ habetur in.d.
10 l.j.ff.de his qui no.infamia.¶ † Item no.ꝙ infamia canonica
dicuntur eſſe infames omnes criminoſi etiã ſi ſecundum formã
iuris ciuilis nõ ſint infames.vj.q.j.illi qui.⁊.c.quicũqꝫ.⁊.c. infa
mes.⁊ multofortius qñ eſſent infames de iure ciuili . vt patet
ex.d.c.infames.Aduerte tamẽ:quia infamia canonica abolet
ex penitentia.⁊ ſic durat demum dum quis in crimine perſeue
rat.vj.q.j.quicũqꝫ iuncta glo.Sed infamia iuris ciuilis nõ abo
letur per penitentiam.ij.q.iij.§.hinc colligit.ſꝫ oportet ꝙ quis
reſtituatur in integrum per habentem poteſtatẽ.puta per prin
cipem vel papam.vt plene no.ĩ.de re iudi.cum te.⁊ in.l.infamẽ
ff.de publicis iudi.⁊.l.j.§.de qua.ff.de poſtu.⁊ ſimiliter infamia
facti non tollitur per penitentiam. vt probatur in text . iſto.⁊
ſic etiam poteſt intelligi preallegatus.§.hic colligitur. ¶ In
ea.gloſſ. in fin.Dic quod ibi loquitur in crimine ſimonie quod
propter criminis enormitatem reputatur de criminibus exce
ptis a cõmunib⁹ regulis.ĩ.de ſimo.tanta.⁊ facit quod no.in.c.
cum.p.ĩ.de accu.¶ Item aduerte quia videtur velle hic Inn.
⁊ videtur ſequi do.Anto,quod ſi quis eſt condemnatus de cri
mine repellat licet ſit emẽdatus ſicut ſi eſſet infamis infamia
iuris ⁊ ita videtur voluiſſe Inno,circa principium. Sed credo
dictum eius intelligendum quando eſt dãnatus ex tali delicto

a ¶ Teſtimo
niũ.iſtud.c.
eſt ſolẽne ⁊
magne vtili
tatis in pra
ctica.⁊ ideo
ſi vis habe
re notitam
huius mate
rie poſt do.
Abb.⁊ poſt
hũc vide.d.
Fely.qui exe
dit hãc ma
teriã ꝑ con
cluſiones ⁊
limitatiões
⁊ alijs mo
dis quibus
elegãter ſo
let oĩa tra
ctare.



Ayuntamiento de Madrid

ex quo efficitur quis infamis.nam tunc idem eſt qđ eſſet ſi quis
ſine ſententia ex ipſo crimine efficeretur infamis.quod quando
ſit.ſ.dixi ſecus videtur ſi dānatus ſit de crimine ex quo non ſe
quatur infamia per iſtuꝫ tex.qui loquitur indiſtincte ⁊ vult ad
mitti emendatum in cauſa ciuili dūmodo non remanſerit infa
mis.⁊ hoc videtur etiā fuiſſe de mente Jnn.hic in gloſſ.ſua pe
11 nul.¶ † Jn glo.periurij ibi nō recipitur.Et eſt ratio ſpecia
litatis ſecundum doctores quare periurus licet emendatus re
pellitur a teſtimonio indiſtincte.quia ſemel malus preſumitur
in eodem genere mali ſemper eſſe malus.ī.de reg.iur.ſemel ma
lus.lib.vj.⁊ ſic ex quo ſemel periurauit preſumitur quod itera
to periurabit.facit.ī.de preſum.in.c.ſcribam.ideo non admittit
ad hoc etiaꝫ quia periurus certo reſpectu vincit homicidium.
xxij.q.v.in.c.ille.cum ibi notatis.Dicit tamen hic Vincen. ꝙ
papa poſſet diſpenſare vt periurus vel alius in mortali crimi
ne conſtitutus non repelleretur a teſtimonio per id qđ habetur.ī.de
re iudi.in.c.cum te.⁊.ī.qui fi.ſint legi.per venerabilē.⁊ facit de
here.accuſatus.§.licet.lib.vj.¶ An autem omnis periurus re
pellatur.Conclude ꝙ ſi eſt periurus quia venit contra licitum
iuramentum ſiue ſit aſſertorium ſiue permiſſorium repellitur
per iſtum text.Secus ſi veniret contra iuramentum illicitum
quia tunc non repelleretur ſaltem acta penitentia.ſ.eo.cōſtitu
12 tus,el.ij.⁊.c.intimauit.¶ † Jn ea.gl.in fi.No.bñ diligenter gl.
que videtur velle ꝙ periurus non ſit infamis infamia iuris:niſi
in caſu.l.ſi quis maior.alleg.in gl.⁊ iſtud etiam tenuit Vincen.
vt dixi in notabilibus. Et iſta opinio ē et vr vera qꝫ pena infa
mie iuris nō imponitur niſi in caſibus expreſſis in iure vt patet
ex his que habentur in.l.j.ff.de his qui no.infamia.Et ideo cū
reperiatur ſolum in dicto caſu periurum eſſe infamem non dꝫ
extendi ad alium caſum.quia pene ſunt reſtringende ⁊ non am
pliande.de pe.di.j.§.pene.ſꝫ glo.in.c.quicūqꝫ.vj.q.j.facit diffe
rentiam inter iuramentum de preterito ⁊ iuramentū de futuro
vt hoc vltimo caſu ſi cōmittatur periurium ſit infamis.ſecus in
iuramento de preterito ⁊ hoc etiā ſequatur Bar.in.l.lucius.ff.
de his qui notā.infa.quando iuramentum fuit de falſario xti,
ſecus ſi ſoli deo.⁊ videtur etiam fuiſſe de mente gloſſ.in dict.c,
quicūqꝫ in ratione quam ibi aſſignat:tamen hec opi.non vide
tur de iure vera per iſtum tex.⁊ ſic tenendum videtur qđ ſupe
rius dixi.¶ Jn glo.cōfeſſus ibi in cauſa criminali ſꝫ egerit pe
13 nitentiam † ¶ No.diligenter qꝫ videtur velle gloſ.ꝙ condēnatus
de crimine admittatur ad teſtimoniū in cauſa ciuili ſi egit penitē
tiam intellige qñ non fuit factus infamis per id quod dicitur hic
in ver.ſi vero.⁊ ſic habes gl.que cōtradiceret Jnno: ſecundum
intellectū aliquorū intelligētiū ipſum voluiſſe ꝙ indiſtincte cō
dēnatus de crimine repellatur ſicut repellitur infamis ſꝫ verior ē
hec glo.per iſtum tex.qui loquitur indiſtincte ⁊ vult emendatum
poſſe teſtificari.dūmodo nō ſit infamis.⁊ dictū Jnn.nō debet
intelligi ruditer vt ſonat ſed ſecūdum id quod dixi ſuper gl.ſ.
¶ Jn ea.glo.ibi nec eſt neceſſe ⁊c.ratio eſt qꝫ ex quo ſemel ē cō
feſſus vel cōuictus de crimine factus eſt inhabilis ad teſtificā
dum in criminali.ideo iſta inhabilitas ſequitur eum quocunqꝫ va
dat.⁊ ſic etiā in alio iudicio.facit quod no.per.gl.in.l.ex ea.ff.d
poſtu.¶ Jn glo.penul.in fi.⁊ per hoc videtur tolli cōtrariū re
gule,que habet ꝙ acta inter alios nō faciunt fidē.ī.de re iudic.
cū inter.C.res inter alios acta per totū.Et aduerte qꝫ ſolutio
gloſ.ſatiſfacit.quarto caſui poſito in text.ſcꝫ qñ grauata eſt opi
nio ex eo qꝫ alias fuit repulſus per viā exceptionis.nam tūc ex
quo exorta fuit iſamia facti illa ſequitur perſonā quocūqꝫ vadat
ſicut lepra leproſum.facit.qđ no.in.l.ex ea.ff.de poſtu.⁊ no.be
ne ꝙ ſi nō eſſet exorta infamia,nō repelleretur:niſi iterato inha
reret.Nec ob.qđ habetur hic in ver.in criminali dum dicit cōui
ctus extitit ⁊c.qꝫ ibi loquitur quādo fuit cōuict⁹ inſtituta accuſa
tione.Sed hic loquitur quādo fuit cōuict⁹ ꝑ viam exceptiōis
vnde quia non directe tūc agitur contra teſtem.vt tangit gl.ſe
quens attenditur an exorta fuerit infamia vel nō.ſecus quādo
directe agitur contra ipſum inſtituta accuſatiōe.nā tūc eoipſo
ꝙ eſt cōuictus vel cōfeſſus efficitur inhabilis ad teſtificanduꝫ
in criminali vt ibi patet.⁊ ideo nocet ſibi etiā in alio iudicio:qꝫ
talis inhabilitas afficit perſonam.⁊ ſequitur illam quocūqꝫ va
dat.facit qđ habetur in.d.l.ex ea.ff.de poſtu.Et no.ꝙ ſꝫ loqua
tur hic litera:quādo quis eſt infamatus infamia facti ex eo qꝫ
fuit repulſus per exceptionem:tamē idem videtur qñ alius ap
pellat quē infamatū de crimine apud bonos ⁊ graues cum ea
dem ratio videatur ⁊ per cōſequens idem ius.ſ.de trāſla.prela.
in.c.ij.⁊ ſic etiam videtur intelligere Bar.in.l.j.C.de ſum.trin.
⁊ videtur etiam de mente Jo.an.hic qñ producitur in crimina
li licet videatur velle ꝙ in ciuili ita demum infamia facti nō re
pellat ſi nō traxit originem immediate a crimine.ſed a carcera
tione vel a repulſione a teſtimonio.ſec⁹ ſi a crimine ſꝫ etiam cla
14 re ſe non firmet ſed de hoc dic vt ſuperius dixi.¶ † An autem

ſi aliquis non ſit conuictus vel confeſſus ſed pendeat accuſatio
an admittatur ad teſtimonium vt.ī.eo.c.fi.¶ Quid etiā ſi nō
dū eſſet repulſus in alio iudicio.ſed pēderet lis ſuper exceptio
ne oppoſita contra eum videtur velle Jnnocē.ꝙ idem ſi ex hoc
grauata eſt opinio cum ſit tunc etiam eadeꝫ ratio.qđ no.ꝑ his
que ſuperius dixi.¶ Jn gl.fi.ibi grauata eſt eius opinio.⁊ ſic vi
detur glo.verba iſta in hoc caſu poſita in litera referre ſolum ad id
qđ proxime ⁊ immediate ꝑcedit:tamē idem videtur dicēdū etiā
in alijs tribus caſibus poſitis in ver.in criminali.ſcꝫ quando in
ſtituta accuſatione cōtra ipſum,fuit de crimine cōuictus vel cō
feſſus vel etiam tunc per exceptionem cōuincitur.qꝫ iſte verſic.
in criminali propter dictionē aduerſatiuā autē de qua in.l.hoc
amplius.§.de his aūt.ff.de dā.infec.maxime per Bar.aduerſari
videtur in oībus caſib⁹ hic poſitis in ver.in criminalib⁹ que ſupe
rius dicta ſunt de cauſa ciuili.vñ etiā aliqui exponunt in hoc caſu
ſcꝫ quādo in alio iudicio inſtituta accuſatione fuit conuict⁹ vel
cōfeſſus vel nunc per exceptionem cōuincitur ſcꝫ in alio iudicio
vel in hoc ſꝫ fuerit emandatus vel grauata ſit opinio ex eo quia
alias fuit ꝑ exceptionē repulſus.nā in oībus iſtis cauſis admit
tendus videtur qs in ciuili:etiā ſi deſcēdat ex crimine dūmodo ſit
emēdatus ⁊ nō remāſerit infamis per id qđ habetur in ver.ſi vero.
5 Et no.† ꝙ eoipſo ꝙ accuſatio criminalis eſt īſtituta ꝯtra aliquē
videtur quodāmodo ex hoc inſurgere infamia facti ꝑ id qđ habe
tur.ī.eo.c.fi.Et multo fortius ſi de crimine ſit cōuictus vel con
feſſus cū tunc maior ſit ratio.⁊ idē videtur qñ per exceptioneꝫ qs
cōuincitur de crimine per id qđ habetur.ſ.de ord.cog.cum dilectus.
circa finē.⁊ ꝑ hoc forte poſſet attentari qđ demum propter infa
miā facti repellitur quis in criminali quādo ſurgit ex aliquo ca
ſuum hic poſitorum ⁊ in.c.fi.ī.eo.tamen vt ſuperius tetigi.Bart.
in.d.l.j.de ſum.tri.intelligit indiſtincte qđ qualitercūqꝫ qs ſit in
famis infamia facti repellatur a teſtimonio in criminali prece
dēs tñ dictum forte de iure poſſet defenſari per iſtum tex.⁊ qꝫ ex
cludere quē a teſtimonio videtur quedā pena que nō debet impo
ni niſi in caſib⁹ in iure exꝓſſis cum pene ſint reſtringēde.de peni.
di.j.§.pene.de reg.iur.in penis.lib.vj.¶ Jn ea.gloſ.ibi ꝑ ſacer
dotem.ſed an credetur illi ſine iuramento.¶ Quidam quod ſic cū
ſuſtineat vices dei in actu confeſſionis.facit.ſ.de offi.ordi.ſi ſa
cerdos.Sed cōtrarium tenuit Hoſt.qꝫ licet in illo actu gerat vi
ces dei:tamen in foro contenſioſo in quo nunc ꝓducitur nō gerit
vices dei.ideo non creditur ſine iuramēto per id qđ habetur.ſ.e.
nuper.⁊ per hoc.etiam ſequitur Archi.in.c.in capite.l.diſt.licet
16 do.Ant.hic aliter referat.¶ † Jn ea.ibi.C.de hereti.l.penult.
vbi videtur hereticus admitti cōtra hereticū in teſtem,ſꝫ dic ꝙ ibi
loquitur in certis hereticis qui ſm iura antiqua non erant in
fames.ſꝫ hodie oēs heretici ſunt infames vt in aut.gazareos.C.
de here.⁊ no.etiā per Cy.⁊ Bar.in.l.j.C.de ſum.tri.⁊ ſic illa.l.
hodie non habet locum.⁊ idē voluit glo.in.c.ſi hereti.ij.qđ.vij.
17 ¶ † Jn ea.gl.ibi dico ꝙ non pōt.No.bene diligenter ex glo.ꝙ
infamis nō admittitur in teſtem etiā cōtra infamem per rationē
quam gl.ponit Accur.tamen tenuit contrariū in.l.iij.§.l.iulia.
ff.de teſti.ſed nō bene vt voluit Barto.in.l.cum mulier.circa fi
nē.ff.ſol.ma.allegat qđ no.Jnn.ī.de adulte.intelleximus.⁊ nō
allegat hanc gl.q̄ in terminis hoc decidit.ideo tene ſingulariter
ipſam menti.nec ob.l.in arenā.C.de inoffi.teſta.qꝫ ibi loquitur
de actib⁹ q̄ fiunt inter ipſos infames.ſꝫ hoc teſtimoniū ꝓncipa
liter redditur cū fieri dꝫ fides.l.quinquaginta.ff.de probat.⁊ tan
git Bar.in.d.l.cū mulier.Et no.etiā bene ꝙ glo.in.d.§.l.iulia.
valde dubitauit an periur⁹ emēdatus admittatur ad teſtimoniū
⁊ nō allegat hūc tex.de quo eſt mirandum.¶ Jn ea.gl.ibi dire
cte nō agitur.No.diligēter ꝙ exceptio q̄ obijcitur cōtra teſtē poti⁹
videtur obijci cōtra partē ꝓducentē teſtē.⁊ ideo ipſi teſti nō ſunt
neceſſario dāda capitula ſuꝑ dicta exceptione ſaluo niſi fortaſſe
vellet ſe defendere ꝑ id qđ habetur in.c.ꝓuenit.ī.de fideiuſ.ꝑ Jn
no.⁊ facit qđ no.iij.q.v.cōſtituim⁹.¶ Jn ea.gl.ibi ſi ſeruus vult
probare.nam pōt ſeruus ꝯtrahere matrimoniū ſicut liber.ī.de
cōiu.ſer.c.j.⁊.ij.ideo ꝓ illo poterit eſſe in iudicio maxime cū ſit
res ſpiritualis facit qđ habetur.ſ.de reſti.ſpo.ex ꝑte.¶ Jn ea.gl.
ibi argumētū ꝯtra alias eſt ſine dictione ꝯtra.⁊ ꝓ B facit qꝫ.c.
ꝑſonas videtur potius ꝯcordare ex eo qꝫ repellitur a teſtimonio ha
18 bēs ꝯſimilē cauſaꝫ.¶ † Extra gl.tāgit hic Jnn.an ſi ꝓbetur ali
quē fuiſſe excōicatū debeat repelli a teſtimonio ſꝫ ꝓbet ſe abſo
lutū.nā videretur ꝙ ſic ſaltē in criminali.qꝫ excōmunicatio nō de
bet fieri niſi ꝓ graui crimine.xi.q.iij.c.certū.⁊.c.nullus.⁊ facit
etiā qđ no.iiij.q.j.in ſumma vbi etiā de materia Jnnocē.hic fi
naliter videtur velle cōtrariū vcꝫ ꝙ nō repellatur ſi ꝓbetur abſolutus
ab ipſa excōicatione:niſi aliter ꝓbetur crimē cōmiſſum ꝑ ipſum
excōicatum.ex eo qꝫ excōicatio etiā iniuſta ligat.xi.q.iij.ī.c.j.⁊
ideo ſꝫ afficiet perſonam donec durat:tamen nō videtur cōueniēs
q̄ illā ꝑpetuo afficiat etiā poſt abſolutionē.facit.vj.q.j.in.c.illi
qui ꝓ predictis etiā facit quod hodie nūqꝫ fieri debet ſentētia
niſi precedente

Ayuntamiento de Madrid

niá precedente ɔtumacia.ſ. e. ſen.ex.ſacro.ꝛ no.gl.in.c.de pſby terorū.xvij.q.iiij.ꝛ lꝫ iudex excōicet aliquē qꝛ non comparuit in termino vel quia non paruit ſibi poſſibile eſt ꝙ forte ille fuit impedit⁹ parere vel cōparere in termino.ꝛ ſic licet ſnīa eſſet iuſta quo ad iudicē,tñ eēt iniuſta ꝗ ad ptē.ꝛ iō ex ſola excōicatiōe nō probatur neceſſario quem criminoſum eſſe niſi aliter probetur. Poſſet aūt pbari crimen ſi forte de illo eſſet condemnatus vel aliter eſſet crimē notorium.ꝛ ſi eſſet tale qđ induceret infamiāꝫ ēt poſt pniam repelleret ēt in ciuili.alias repelleret ſolū ī criminali.ꝛ ſic intelligit archi. Inn.in.c.decernimus.de ſen.ex.c.li.vi. ꝗ meo iudicio melius pcepitmentē Inn. in locis in quib⁹ ipm recitat quā aliqs alius.d.Ant.hic aliter intelligit Inno.vcꝫ qñ ſimplr excōicatio eſt lata.ſecus dicit Inno.velle ſi aliquis fuit excōicatꝰ ppter crimen commiſſum vel ēt ppter inobediētiā qꝛ non vult comparere vel ēt qñ eſt excōicatus propter delictū qđ eſt notoriū per euidentiā facti vel quādo eſt excōicatus a iure.vt in caſu.c.ſi qs ſuadente.xvij.q.iiij. ¶ Sed certe vt ſuperi⁹ dixi iudex nō dꝫ excōicare ppter crimē ſed ppter contumaciaꝫ in non parendo vel non cōparendo ꝛ lꝫ mandauerit ſibi vt compareat ad defendendū ſe ſuper tali crimine,nō ppter hoc pbatur neceſſario crimē commiſſum.niſi aliter pbet̄ p ea ꝗ dixi.Fateor tñ ꝙ vbi apparet quē excōicatū a iure, id apparere nō pōt niſi appareat crimen:qꝛ a iure īmediate infert̄ excōicatio ppter crimē.tñ tunc non dꝫ abſolui niſi ſatiſfaciat ideo ſi apparet eū abſolutum conſequenter vr̄ emendatus de crimine. ideo nō nocebit in ciuili niſi eſſet tale crimen qđ induceret iuris infamiam per ea que hic dicuntur in tex.Et adde predictis ꝙ vbi conſtat quē cōmiſiſſe crimen dꝫ probare emendationē ſiue crimen fuerit manifeſtum ſiue occultum:ex quo nunc conſtat de crimine. qꝛ ex hoc fundata eſt intentio volentis eum repellere p id qđ hr̄ s.eo.ſuper eod.ideo cum volens ſe iuuare neceſſario habeat ſe fundare ex emendatione illam debet probare p ea que haben tur in.l.ij.ff.de proba.ꝛ in.l.j.ꝛ.ij.ff.de excep.ꝛ ſic non videt̄ procedere diſtinctio glo.in.c.ipſi apoſtoli.ij.q.vij.que diſtinguit an crimen ſit manifeſtum.ꝛ tunc debeat probari emendatio an vero occultum,ꝛ tunc preſumatur.vltimo etiam his que dixi ſup glo.potes addere id quod no.in.c.j.ꝛ.ij.ſ.de colluſione detegenda.que crimina dicantur publica ſecundum canones nam ſcđm leges ſatis dixi ſuper dicta gloſſ.

1 ¶ Productio quarta teſtium non admittitur niſi cum ſolēnitate.ꝛ nu.4.
2 Preſumptio malitie purgatur per iuramentum.
3 Teſtificata qui didicit repellitur a productione teſtium.
4 Iuramentum de calumnia eſt de credulitate.
5 Dilatio vnica dari debet in cauſis pecuniarijs.
6 Dilatio data ad pbādū preſumitur in dubio peremptoria.
7 Dilatio ſecunda in cauſa pecuniaria ſi detur ſine cauſe cognitione an valebit datio ꝛ quo tempore incipiat.
8 Prouincia ſumitur multis modis.
9 Productio quinta teſtium cum ſolēnitate an poſſit dari.
10 Atteſtationes percunctaſſe quis dicatur.
11 Teſtificata didiciſſe an preſumatur pars que audiuit teſteꝫ qñ teſtificabatur.
12 Et ſi iudex publicet atteſtationes licet non appareat partē aliter vidiſſe illas an preſumatur didiciſſe teſtificata.

**V**Ltra tertiam. Ponit formā ſecūdā, ſecūdū quā datur quarta productio.ꝛ aliter ſummari non poteſt.Et in pria ponitur regula.in ſecunda exceptio,ſecunda ibi:niſi.

1 ¶ Not.ꝙ poſt trinam productionem teſtium non admittitur quis ad quartam.niſi cum ſolennitate de qua hic de qua etiam habetur in.§.quia vero.in auſ.de teſt.collatione.vij.Unde ſumpta fuit hec decre.ꝛ ratio eſt quia ex quo precedunt tres productiones ꝛ adhuc petit aliam ſuſpicatur lex ꝙ fuerit percunctatus atteſtationes,ꝛ ꝙ velit quartam quia viderit ſe deficere in probatione.ideo propter timorem ſubornationis non admittitur ad quartā niſi cū ſolennitate hic poſita.ꝛ ſic patet ꝙ preſumpta percunctatio teſtium repellit a productione teſtiuꝫ niſi illa purgetur. ¶ Item no. quod ſicut percunctatio propria excludit quem a facultate producendi teſtes ita ꝛ percunctatio facta per aliū.ꝛ ſic paria ſunt aliqua per ſe,vel p aliū facere. facit.ſ.de reg.iur.qui per alium.lib.vi. ¶ Item not.ꝙ eoipſo quod quis ſubtraxit atteſtationes,ꝛ ſic illas habuit penes ſe preſumitur percunctatus.Facit.s.eo.conſtitutus.el.j. ¶ Item no.ꝙ p iuramentum purgatur pſumptio malitie.ꝛ ſic independentibus ab animo ſtatur iuramento.facit quod habetur.s.eo. preſentium. ꝛ in.c.ij.de iuramento calum.li.vi.ꝛ per gl.in.§.alie.in glo.magna.inſti.de accu. ¶ Itē not.vnum terminum habentē excludere pductionē teſtium.ſ.quando qs didicit teſtificata:ꝙ ſcilicet ſiue ſint pprie atteſtationes ſiue alterius ptis p id quod ha-

3

betur in.d.§.qa vero.ꝛ quod dixi de teſtificatione alterius ptis intellige qñ ſup eodē vel directe contrario articulo qs vellet producere teſtes p id qđ habetur.s.eo.fraternitatis.ꝛ in clem. teſtibus hoc.eo.tit. ¶ Ultimo not.ꝙ ſubuenitur illi per quem non
4 ſtetit.de quo.ſ.de regu.iur.imputari.lib.vj. ¶ In gl.j.in fin.ꝛ intellectus cōiter ſeruat̄ ꝙ ſumi debeat productio pro dilatione.vt no.gl.in.d.c.in cauſis.ꝛ ſic lꝫ in eadem dilatione,tres productiones eſſent facte non denegaretur quarta etiam non adhibita ſolennitate.de qua hic. ¶ Sed Bart.in auſ. at qui ſemel. C.de proba.dicit ꝙ de iure ſtandum eſſet ſignificationi verbo⁊ vt ſic non poſſit quarta productio fieri ſine ſolennitate ſiue tres preceſſerint in eadem dilatione ſiue alique preceſſerint in pria ſiue alique in ſecunda per iſtum tex.qui ſim.pliciter loquitur. intelligit tñ productionē cū effectu quādo facta eſt productio cuꝫ examinatione.nā ſi ſolū teſtes eſſent producti ꝛ forte iuraſſent ſed non depoſuiſſent lꝫ facte eſſent tres tales productiones,nō īpediretur quarta ēt ſine ſolēnitate de qua hic. nam ex quo teſtes non depoſuiſſent,non poſſet eſſe preſumptio ꝙ percunctatus eſſet atteſtationes.ideo non eſſet neceſſe pſtari iuramentuꝫ de quo hic.qꝛ hoc caſu non adaptaretur:ſecus vbi facta eſſet productio trina ꝛ examinatio.d.Anto.tñ videtur hoc limitare qñ aliquod interuallū non paruum interceſſerit inter productionē ꝛ productionē.nā alias cenſetur vna productio.argū.l.l. continuus.ff.de verbo.ob. ¶ Sed certe Bar.non facit differentiam ſꝫ predictā ſolū attendit an fuerit facta pductio ꝛ examinatio eo caſu quo vult aliaꝫ facere.ꝛ iſtud videtur rationabilius:quia tunc ſtat timor pſumptionis ne fuerit percunctatus atteſtationes ꝛ ſic ſtare debet diſpoſitio.ar.l.illud.ff.ad.l.aquil.ꝛ lꝫ iſte intellectus Bar.de iure poſſet defenſari.tñ vt dixi cōmuniter ſeruatur expoſitio gl. ¶ In gl.ij.in fin.ꝛ ſic vult gl.ꝙ in cā in qua iuratur de calūnia indubitanter dꝫ preſtari iuramentum đ quo
5 in litera.qꝛ iuramentū de calūnia eſt de credulitate: ſꝫ iuramētum de quo in litera eſt de veritate:ꝛ ſic alterius ſpēi ideo non dicitur tunc ſepius iurari in eadem ſpecie iuramēti.ſimiliter ēt dꝫ preſtari lꝫ ſit cā in qua iuretur de veritate vt eſt cā matrimonialis ꝛ ſpūalis.s.de iura.calum.literas.qꝛ tale iuramentū vniuerſale non extenditur ad caſum de quo in litera ſed ad principale negotium. Itē quia ꝙ dicitur non debere ſepius iurari eſt verum niſi ſpecialiter aliter a iure ſit prouiſum.ꝛ ita ēt poteſt intelligi hic. ¶ Item poteſt dici tertio extra gl.ꝙ in effectu iſtud eſt iuramentum de malitia ſeu quod preſtatur ad malitiā excludēdam. quod nedum eſt preſtandum in caſibus a iure expreſſis ſꝫ etiā quādocunqꝫ iudici viſum fuerit vt in.c.ij.de iur.calū.in.vi. ¶ Item aduerte qꝛ hic loquitur de quarta productione teſtiū, ꝛ ſic non loquitur de productione iſtrumento⁊:ꝛ ideo illa ēt ſine hac ſolennitate admitteretur.arg.ſumpto a contrario huiꝰ tex.ꝛ per id quod not.per Joan.Andre.s.eodem licet.el.ij. ¶ Item aduerte quia hec quarta productio videtur danda cū ſolennitate de qua hic dummodo non excedatur terminus iuris.de quo in.§.ſpatium.iij.q.ij.ꝛ.C.de dilatio.l.j.nā ille terminus nō debet excedi niſi forſtaſſe pars fuerit impedita per iudicem vel per receptorem teſtium.nam tunc ſaltem ſubueniendū eſſet parti per reſtitutionem in integrum vt.ij.q.vi.anteriorū. ¶ Sl.tñ in.l.ſi p pretorem.in prin.ff.ex qui.cau.maio. videtur velle quod quando ſtat per iudicem non currat tēp⁹.ꝛ illa gl.videtur communiter teneri.licet gl.aliter dicat in authē. item ſi appellatione.C.de tempo.ap.de quo ibi per Cy.ꝛ Ja.đ But.licet Bartol.ibi videatur ſequi illam gl. de quo dicetur.ſ. de appel.ex ratione. ¶ Item aduerte.quia eſt dubium an ſi data fuerit quarta dilatio ſine hac ſolennitate valebit.de quo Innocen.s.eo.in cauſis.ꝛ per Bart.in auſ.at qui ſemel.C.de probatio.ꝛ videntur velle predicti ꝙ ſic licet male faciat iudex ꝛ ppter hoc poſſit appellari.per ea que habentur in.c. ſignificauerunt.s.eo.Nec obſt.quod habetur in dicto.§.quia vero circa principium quia ſecundū Bart.loquitur quando facta erat publicatio ꝛ renuntiatum teſtibus.ideo:tunc non valet ſi detur quarta etiam cū ſolennitate iſta.ꝛ ſic multofortius ſine ſolennitate ſecus quando non eſſet facta publicatio neque etiam renunciatum. ¶ Sed aduerte quia contra iſtam opin.fortiter facit tex. iſte qui expreſſe prohibet dari quartam ſine hac ſolennitate. ꝛ ideo videtur ꝙ ſi contra fiat ipſo iure ſit nullum quod agitur p id quod habetur in.c.vides filij cariſſime.x.diſt.ꝛ in.l.nō dubiū. C.de legibus.ꝛ forte de iure hec opi.verior.licet do. Anto. hic tranſeat cum opin.Bar. ¶ In glo.fin. ibi quod non eſt verum dic clarius q ſolutio gl.ex toto non tollit obſtaculum quod licet appareret impedimentum,tunc poſſet ſibi relaxari iuramētum quia ſeplus iurat quod non potuit prius habere quos modo producit qꝛ ex quo vera probatio habetur ſuper īpedimento non eſſet neceſſe preſtari iuramētū.s.de probatio.c.ij.ꝛ.c.ad noſtrā.tamē ſaltem deberet iurare propter alia que hic dicunt̄.

a ¶ Ponit formā.lꝫ.d. Jo.đ imol. nō ſumet ſꝫ c.tñ.d.abb. ꝛ do.Fel.ſūmāt hic videcos.

Ayuntamiento de Madrid

Preterea poteſt litera intelligi quando non conſtat de impedimẽto niſi per aſſertionẽ partis quo caſu ei nõ creditur ſine iuramẽto ⁊ ſic etiam poteſt intelligi gl. ¶ In ea. gl. ibi ſufficiens ꝓductio teſtium. nam tũc agitur de multitudine refrenãda. vt in. d. c. ſignificauerũt. ideo tunc ſi ſufficiens productio teſtium facta eſt in pria productione vel dilatione nõ dꝫ tũc ſcđa vel tertia cõcedi. ¶ In ea. gl. in fi. ibi not. bene ex glo. qđ in cauſis pecuniarijs
5 non dꝫ † dari niſi vna dilatio ad ꝓbandũ, ſaluo niſi cauſa cognita. quia tunc poterit dari ſecunda. ⁊ idẽ intellige de tertia, qꝛ illa non debebit dari niſi cauſa cognita. hoc eſt probato ĩpedimẽto. vt not. in. l. vltima. ff. de ferijs. quarta etiã nõ debebit dari ſi
6 ne cauſe cognitione ⁊ ſine ſolẽnitate hic poſita. ¶ † Et ex ꝑdictis nota ꝙ dilatio data ad probandũ in dubio intelligitur peremptoria etiam ſi hoc nõ exprimatur vt no. Bar. in. d. l. fi. ⁊ Spec. in tit. de dila. §. videndum. ver. qđ ſi data. in capitalibus autẽ cauſis dantur tres dilationes reo ⁊ due accuſatori vt habetur i. d. l. fi. & an aliqua cauſe cognitio ſit habenda in prima dilatione dixi in. c. in cauſis. ſ. eo. qꝛ leuis cognitio requiritur naꝫ ſolũ habet iudex videre ad qđ petet. Et an calũnioſe petatur ⁊ ꝙ moderetur dilationẽ intra ſpatium iuris. ita ꝙ illũ non excedat ſꝫ potius minus ſtatuat. l. j. C. de dila. ⁊ in. d. §. ſpatiũ. In ſcđa autẽ non ſufficiet cognitio predicta. ſed requireretur ꝙ ꝓbetur impedimẽtũ fuiſſe in prima vt no. in. d. l. fi. ¶ Et aduertẽdũ qꝛ ſꝫ but. ⁊ Bar. in. d. l. fi. catenus reſtaurãda eſt dilatio quatenus fuit impedimentum. ⁊ ideo ſi oẽs teſtes iurarunt in pria excepto vno q propter impedimẽtũ non iurauit. non dabitur dilatio. niſi ꝓ illo per ea q̃ habentur in. l. admonendi. ff. de iureiur. idem dicunt ſi ſolum fuit impeditus in duobus vltimis diebus. qꝛ ſolum illi duo reſtaurabuntur ⁊ in ſcđa dilatione ſolũ illi duo dies aſſignabuntur. arg. l. diuus. ff. de reſti. in integ. ⁊. l. quod tpe. C. de reſt. mili. Spec. tñ in tit. de dila. §. j. ſentit contrariũ. ſ. ſcđam dilationẽ docto de impedimẽto ſimpliciter dandã. ⁊ non ſic reſtringendã ⁊ ſic cõiter practicatur. imo plus ſeruatur ſepe ꝙ de impedimẽto ſit fides ſolũ ꝑ iuramẽtũ. facit. l. ſcire c pꝫ. §. ſufficit. ⁊ qđ not. per Ja de are. ⁊ Bar. ff. de execu. tuto. Et ſic pꝫ ex ꝑdictis ꝙ iuſta cã dãdi ſcđã dilationẽ eſt impedimẽtũ. ¶ Idẽ vr dicere Inn. qñ prima dilatio nõ fuit data integre ſcđm formã dicti. §. ſpatiũ. ⁊. d. l. j. C. de dila. qꝛ eſt iuſta cã dandi ſecundã infra dictũ ſpatiũ. ¶ Sed hoc non placet Bar. in. d. l. fi. qꝛ lꝫ iudex nõ debeat excedere ſpatiũ ſeu tps de quo in dictis iuribus tñ in arbitrio ſuo ẽt eſt dare minus vt ibi pꝫ. ⁊ iõ ex q̃ ſemel data eſt dilatio nõ dꝫ dari ſcđa niſi doceatur d impedimento ⁊ ſic ſeruatur. ſ. quo ẽt ꝑ bar. in. l. ij. ff. de re iudi. ¶ Itẽ põt eſſe cauſa dandi ſcđam ſi iudex videat ꝙ ius aduerſarij non eſt factũ deterius per id quod habetur per gl. in cle. ſepe. in ver. eo ſaluo de verbo. ſig. ⁊ ꝑ Cy. in. l. ſi ea. C. q accuſare nõ pñt. ⁊ not. Bar. in. d. l. fi. qđ eſt notandũ. ¶ In criminalibus aũt intellige ꝙ dantur tres reo cũ leui cauſe cognitione de qua dixi dari primã in cauſis pecuniarijs ⁊ eodem modo accuſatori due ſed poſtea non dabitur alia niſi eo modo quo datur ſecunda in cauſa pecuniaria. ⁊ ſic dꝫ intelligi gl. in. d. l. fi. ⁊ intellige pecuniariã ẽt ex crimine. p. d. l. fi. q̃ ſimpliciter loquitur in cauſis pecuniarijs. ⁊ ſic in illis indiſtincte dꝫ intelligi. ¶ Vñ intellige in criminalibus in qbꝰ alia pena quã pecuniaria venit im
7 ponẽda. ¶ † An aũt ſi in cauſa pecuniaria petet ſcđa dilatio ſine cãe cognitione de qua dixi valebit datio. Bar. in. l. j. C. de dila. dicit ꝙ ſi pria dilatio fuit data ſcđm terminũ iuris de quo i. d. l. j. q eſt trium mẽſiũ qñ intra eandeꝫ prouinciã vult producere teſtes ⁊ ſex qñ extra ꝓuinciã dicit ſe habere teſtes q̃ tñ eſt de cõtinẽtibus prouincijs ꝓuincie loci iudicij. Si vero eſſet ꝓuincia vltramarina. tunc eſt tps nouem menſiũ vt ibi pꝫ. ⁊ in. d. §. ſpatium. tunc ſcđa non valebit ꝑ dictã. l. j. ⁊ ideo ſi prio dedit dilationẽ triũ menſiũ. ⁊ poſtea propter teſtes exiſtẽtes i eadem prouincia detur ſcđa ſine cauſe cognitione de qua dixi non valebit datio. Secus ſm eum ſi pria dilatio forte fuit vnius menſis. qꝛ ſi poſtea dec ſcđm menſem ſine cauſe cognitione ꝑdicta lꝫ male faciat vt ſuperius dixi. lꝫ Inn. aliter dixerit vt ẽt. ſ. tetigi. tñ valebit de mero iure. ſed poſſet appellari per ea que habentur. ſ. eo. ſignificauerunt. ⁊ ſic tranſit hic. d. Ant. ¶ Sed forte poſſet defenſari ꝯ̃trium. p. l. fi. ff. de fer. vbi expreſſe dicit ꝙ non dꝫ dari ſecũda niſi cã cognita. ⁊ ſic ſi aliter ſit nõ vr valeret tãq factũ ꝯ legem p. l. non dubium. C. de legi. ⁊ dꝫ illa. l. intelligi vt et vult idẽ Bar. ꝙ ẽt ſi prima dilatio fuit intra terminũ iuris nõ debet dari ſecunda niſi cũ dicta cauſe cognitione qđ tene menti. ¶ An autẽ valeat probatio facta nulla data dilatione, tenuit Barto. ꝙ ſic in. d. l. fi. ⁊ in. l. crimine. ff. de adul. Item aduerte ꝙ eſt dubiũ an ſi aliqs petijt dilationẽ pro teſtibus exiſtentibus in eadẽ ꝓuincia ⁊ habuerit tres menſes ſcđm formam. l. j. C. de dila. ⁊ poſtea petat pro teſtibus exiſtentibus extra prouinciã nõ tamen vltra mare debeant ſibi dari adhuc ſex menſes ⁊ q̃ poſtea petat ꝑ vltramarinis debeat habere nouẽ ⁊ ſic in effectu. xviij.

a ¶ Prouincie. qd ſit ꝓuincia vide doc. in. l. cũ lõgi. C. đ lõ. tẽpo. ꝑſcri. ⁊ Bar. i extrauagã. ad reprimẽdũ. v. Lombardie in fi.

menſes. ¶ Innoc. hic dicit ꝙ vertitur materia dilatandi lites debebit ps a principio interrogari. de quo loco velit producere teſtes. qꝛ ſi eligat locum, non poterit poſtea variare ſed ſi nõ fuerit interrogatus vr ꝙ poſſit habere dictos. xviij. menſes quia ſi petit primo ꝑ teſtibus in eadẽ prouincia nõ propter hoc negat qn de alijs velit producere. ¶ Sed Petrus in. l. j. C. de dila. dicit qđ iſti termini confundentur adinuicẽ. qꝛ ſi primo habuit tres mẽſes ꝑ teſtibus in eadẽ prouincia ſi petat poſtea. vj. ꝑ teſtibus extra prouinciã non tñ vltramarinã ſolũ habebit tres ⁊ ſic cõputatis primis habebit. vj. non autẽ habebit ſex. Joã. an. concordat opiniones. qꝛ ſi in prima dilatione poterũt teſtes ẽt de alijs locis ꝓcedat opinio Pe. alias ꝓcedat opi. Inn. Et de remedio ẽt qñ cauilloſe quis allegat ſe hr̃e teſtes in longinquis partibus vide in tex. ⁊ gl. in. c. ſtatutũ. §. pe. de reſcrip. li. vj. ⁊ intellige ẽt appellatione ꝓuincie in materia iſta non cõtineri ſimpliciter prouinciã archiepalẽ. qꝛ ille cõiter ab inuicẽ parum diſtant. ſed intellige de ꝓuincia ſicut Italia Gallia Cicilia ⁊ ſimilibus. ſcđꝫ doc. ⁊ ad predicta bene facit qđ habetur in. l. notionẽ.
8 §. j. ff. đ v. ſig. ¶ † Et aduerte qꝛ iſtud nomẽ ꝓuincie a diuerſi
a mode ſumitur ſꝫ diuerſas materias. nã i materia. c. cõrã. ſ. de ele. ſumitur ꝓuincia pro archiepatu. ⁊ ideo regiũ ⁊ parma dicũtur eſſe hoc reſpectu de diuerſis ꝓuincijs. qꝛ ſunt ſub diuerſis archiepatibus vt ibi tangit gl. ¶ Quãqꝫ ſumitur ꝓuincia iuxta vulgare. ſicut Lombardia. Romandiola. Tuſcia. Marchia ⁊ ſimilia vt pꝫ in extrauaganti heretici q̃ ſint rebelles in verbo Lombardie vbi per Bar. ¶ Quãqꝫ ſumitur prouincia prout cõprehendit ſub ſe plures ꝓuincias ſumẽdo ꝓut ſtatim dixi. Vñ Italia appellatur vna ꝓuincia. lꝫ ſub ſe cõtineat Lombardiã ⁊ alias de quibus dixi vt pꝫ in. d. l. notionẽ. §. j. ¶ Quãqꝫ ſumitur ꝓuincia ẽt ꝑ vna ciuitate q̃ hꝫ diuerſum dñium ⁊ diuerſum regimen ab alia ⁊ ita ſumitur in materia ꝑſcriptionis. vt eſt gl. or. q̃ reputatur ſingularis in. l. fi. C. de ꝑſcri. long. temp. ⁊ vt dixi. ſ. ſi teſtes debeãt produci de eadẽ ꝓuincia dari pñt tres menſes vel minus ſcđm ꝙ iudici videbitur ſed non plus ſumẽdo ꝓuinciã prout penul. loco dixi. Si vero petantur ex continentibus ſeu contiguis ꝓuincijs dari pñt ſex menſes vel minus ꝓut iudici videbitur ſꝫ nõ vltra. ⁊ dicuntur contigue ꝓuincie ẽt ſi mediante mari diſtinguãtur dũmõ modico mari interueniente. vñ Cicilia ⁊ prouincia ꝓuincie dicuntur contigue Italie. lꝫ mediante mari diſtinguantur ex quo id contingit modico mari interueniente. nõ cõtigue aũt ⁊ tranſmarine dicũtur q̃ mediante multo mari diſtinguuntur vt pꝫ i. d. l. notionẽ. §. j. ⁊ in iſtis nõ cõtiguis dari pñt nouẽ mẽſes vel minꝰ vt iudici videbitur. ſed nõ plus vt. d. l. j. ¶ Et ꝙ dixi non poſſe dari plus vltra dilationes ꝑdictas intellige ſꝫ Inn. vbi ex magna cã vt ſi forte interuenerit impedimentũ ꝓpter diſcriminia maris vel propter tempeſtates aquarũ vel ventorũ reſpectu maris vel alios caſus fortuitos nã ẽt tũc iuſta cã ꝓrogãdi dictas dilationes dũmodo non habeãt durare multo tpe periculã. ⁊ ſic non velit nimis ꝓrogare. facit qđ hr̃ in. l. ſi qs ex argẽtarijs. §. fi. cũ ſequenti. ff. de eden. ⁊ ſi iudex videret qđ nimis haberet durare ĩpedimentũ potius dꝫ procedere ad publicationẽ teſtiũ vel ꝓceſſus. ⁊ ad ſñiam ſaluo parti beneficio reſtitutionis poſtq̃ ceſſauerint pericula ar. ſ. de re iu. cum bertoldus. naꝫ vt dicit Inno. melius eſt tunc cãm diffinire ne detur materia nimis dilatandi lites. ⁊ qꝛ non videtur hoc magnum ꝑiudiciũ fieri parti ex quo poterit poſtea petere reſtitutionẽ in integrũ, ⁊ probari poſſit id ad qđ fuit ĩpeditus non obſtãte ſentẽtia, facit ad ꝑdicta ꝙ hr̃ i. l. ij. ff. de re iudi. ⁊ i. l. qſitũ. eo. ti. ⁊. l. ſi longiꝰ. ff. de iud. ⁊ i. l. fi. ff. de vaca. munerũ. Et dicit ẽt hic Innoc. ꝙ ei cõtra quẽ producuntur teſtes non expedit petere ꝙ ps volẽs ꝓducere teſtes ꝓducat articulos ſup qbus habeant deponere qꝛ ꝙ dẽtur capitula eſſet potius ꝯ ipſum contra quẽ producuntur qꝛ ꝑ capitula magis inſtruerentur teſtes ſup quibus haberet deponere ideo capitula dari expedit potius ꝓducenti teſtes quã ei cõtra quẽ producuntur. facit qđ dixi. ſ. eo. tit. ꝑ tuas. ¶ Itez aduerte ad id qđ dixi. ſ. in pecuniarijs cauſis vnã dilationẽ tñ dãdam ⁊ non aliã ſine cã. bñ facit qđ habetur in. l. oratione. ff. de ferijs. ⁊ in. d. l. j. C. de dilatio. ¶ An aũt tps harũ dilationum ſit vtile vel cõtinuũ dic ꝙ eſt cõtinuũ qꝛ in eo cõputantur ẽt dies feriati. vt hic voluit Inn. ⁊ facit qđ no. gl. in rubr. ff. de diuer. ꝑſcrip. qđ intellige ſaluo eo qđ notauit Hoſt. ⁊ Jo. an. poſt eũ. ſ. de probatio. lꝫ cãm. vbi etiam tetigi. ¶ An aũt qñ datur ſecũda dilatio tps medium inter primã dilationẽ ⁊ ſcđam ſit computandũ. Dicit Inno. ꝙ non qꝛ dilatio ſolum incipit ex tempore ex quo eſt aſſignata per ea que habentur in. d. l. j. C. de dila tio. ⁊. xxij. q. iij. §. ſpatium. ¶ Itẽ aduerte qꝛ qđ dixi. ſ. quod vbi impedimentum eſt multo tempore duraturum procedi põt ad ſñiam vr procedere de iure canonico. ſed de iure ciuili ſecundũ q inſtantia põt durare vſqꝫ ad trienniũ nõ vltra vt notatur. ſ. de iud. venerabili. lꝫ de iure canonico nõ ſit determinatũ aliquod tempus

Ayuntamiento de Madrid

tempus inſtātie cauſe pncipalis vt ibi notaẗ vĩ ꝙ poſſet iudex
pꝛoꝛogare dilationes ꝓpter impedimenta dũmõ finiret caꝫ infra
trienniũ iuxta.l.pꝛoperãdũ.C.de iudi.iunctã.l.ij.ff. de re iudi.⁊
9 ſic voluit Bar.in.l.fi.ff.de ferijs. ❡ †An aũt q̃nta pꝛoductio cũ
ſolẽnitate de qua hic poſſet dari. Dic ꝙ ſi ſumitur ꝓductio put
verbũ ſonat certe non ꝓhibitũ tex.q ſolum permittit quartam.ſed
ſi ſumaẗ pꝛoductio ꝓ dilatione Bar.vĩ velle ꝙ ſic.d.l.fi. qꝛ ſm
eum non reperitur ꝓhibitũ in dilatione.ꝫ reperiaẗ pꝛohibi⸗
tum in pꝛoductione vt vltra quartã alia non detur. Sed certe
gl.tenuit contrariũ in d.l.fi.⁊ illa vt puto ſeruareẗ in pꝛactica ꝓ.
ſertim qꝛ ex ... q̃ꝫ ꝙ hic ꝓductio ſumatur pꝛo dilatione
cõiter ſeruat ... igi ſuper gl.j. ❡ Et no.qd̃ ꝫ data eſſet dila⸗
tio ad ꝓbãdu ſup dilatorijs,tñ poſtea poterit dari ſup ꝑempto
rijs:tñ quia illud eſt aliud capitulum.tñ ẽt qꝛ ſimul ſup dilato⸗
rijs ⁊ ꝑemptorijs nõ debuit pꝛocedi.s̃.de iudi.exhibita.⁊ ſic qd̃
dixi.s̃.non debere dari dilationẽ ad pꝛobãdũ i pecuniarijs cau⸗
ſis niſi vnã.verũ eſt ſup capitulo ſup quo data eſt.ſecus ſup alio
vt ſtatim dixi ⁊ vt ẽt not.Bar.in.d.l.fi. ❡ Itẽ aduerte qꝛ inquã
tũ dixi ſupꝛa dilationẽ datã ad pꝛobãdũ in dubio ĩtelligi ꝑẽ⸗
ptoꝛia etiã ſi non exprimatur de quo eſt ẽt gl.ĩ cle.j. d̃ exceptio.
pꝛocedit vt dixi in dilati one data ad pꝛobandum.Secus in di
latione data ad comparendum. qꝛ illa non intelligitur ꝑempto
ria niſi exprimaẗ:vt notatur per gl.xxiiij.q.iij.d̃ illicita ⁊ pꝛoba
tur in.l.ad ꝑemptoꝛiũ.ff.d̃ iud.⁊. C.de iud.l.iudices.⁊ aut.iube
mus.⁊ idẽ in data ad allegandũ vt ibi ⁊ plene ꝑ Bar.in.l.ſi fini⸗
ta.§.iulia.de dam.infec.⁊ notaẗ ẽt per eum in.l.conſentaneũ.C.
quõ ⁊ qñ iu. ❡ Itẽ aduerte qꝛ eſt dubium,an qñ agitur de exce⸗
ptionibus pꝛobandis ſit locus huic quarte pꝛoductioni de qua
in litera.Spec.eo.tit.§.qualiter.verſi.ꝫ cũ ſup tꝫ ꝙ non qꝛ ſm
eũ nõ debẽt dari tot dilationes in exceptionibus ꝑ decret.pꝛu⸗
dẽti.a.§.ſexta.de offi.deleg.⁊ qꝛ tales exceptiones videnẗ odio
ſe facit.j.de excep.paſtoꝛalis.⁊ de reſt.ſpo.frequẽs.li.vj.Io.an.
in addi.ſup dicto ver.dicit hoc pꝛocedere in exceptionibꝰ odio⸗
ſis q̃ differunt ⁊ non perimunt.qꝛ tunc non dabiẗ niſi vna dila⸗
tio ꝑ ea q̃ habentur in.d.c.frequẽs.⁊ de except.pia.lib.vj.ſecus
in ꝑemptoꝛijs in quibus eſt maius periculũ. qꝛ ille regulanẗ ſe⸗
cũdũ naturã negotij pꝛincipalis: facit.s̃.eo.de teſtibus.⁊ idẽ ſꝫ
eũ ẽt in quaſi ꝑemptoꝛijs.vt eſt exceptio teſtiũ repꝛobatoꝛia iu
xta notata ꝑ gl.s̃.e.in.c.de teſti.⁊ ĩ.c.ex ꝑte ade.⁊ ĩ.c.j.j̃.de exce.
⁊ ibi ẽt tꝫ in dicta addi. ꝙ numerus harum dilationum habeat
locuꝫ ẽt in ſummarijs,qꝛ ꝫ in illis debeant amputari dilatiões
per cle.ſepe.de verbo.ſignifica.non tamen amputari debẽt neceſ
ſarie dilationes ad ꝓbandum vt ibi pꝫ.⁊ ꝑ hec ſit expedita ma
teria dilationũ.q̃ hic tangitur per doctoꝛes de quo ẽt ꝑ Bar.in
l.fi.ff.de ferijs.⁊ ꝑ Cy.⁊ Bar.in.l.j.C.de dilatio.⁊ ẽt hic ꝑ Inn.
10 ❡ †Ultimo pꝛo declaratione tex.tangit hic Inno. qñ dicatur
qs ꝑcunctatus atteſtationes.⁊ cõcludit ꝙ cum dictio per perfe
ctionẽ ſignificet.l.vꝛbana familia.§.pernoctare.ff.de verb.ſign.
ꝙ non ſufficit tranſcurſoꝛie vidiſſe atteſtationes.qꝛ tunc nõ eſt
perfecte illa ſcrutatus ⁊ ſic non hꝫ locum iſte tex.qꝛ tunc veriſi⸗
militer non vidit taliter ꝙ bene poſſit ſuboꝛnare teſtes.⁊ ſic ceſ
ſat ca hic poſita ⁊ ꝑ ꝯñs diſpoſitio.facit de renũ.ĩ.c.poſt trãſlã⸗
tionẽ.Idẽ dicit ſi hoc ſciuit a teſtibus q ſibi dixerunt qualiter
fuerunt teſtificati.qꝛ ꝑ viuã vocẽ non potuit plene inſtrui de eo
qd̃ cõtineẗ in ſcriptura. facit quod habetur de pꝛiuilegijs cum
ꝑſone.lib.vj.⁊ qꝛ ſepe teſtes dicunt parti mendacia vt compla
11 ceant ei.facit quod notatur.s̃.e.pꝛeſentiũ per gl. ❡ †Quid aũt
ſi pars audiuiſſet qñ teſtis teſtificatur videretur idem dicenduꝫ
⁊ hoc tenuit Uinc.s̃.eo.ſeries.Sed contrarium tenuit Io.an.
ĩ.q.j.in pꝛimis.⁊ illud vĩ ſequi hic do.An.qꝛ tunc pars ex quo
audit a pꝛincipio minutatim id ꝙ dicit teſtis,ſatis videtur poſ
ſe inſtrui.ideo tunc videtur timeri timoꝛe ſuboꝛnationis.⁊ iſta
opinio ſatis mihi placet vt ſaluetur gl.in.d.c.in pꝛimis.ꝫ aliter
dixerim in.d.c.ſeries vbi autem quis ſubtraxit atteſtationes ꝓ
pter delictuꝫ eſt pꝛeſumptio contra eum.ideo pꝛeſumitur didi
ciſſe teſtificata vt hic pꝫ idem ſi alias habuit atteſtationes pe⸗
12 nes.s̃.eo.conſtitutis.el.j. ❡ †An autem ſi iudex publicet atte
ſtationes ꝫ nõ appareat partẽ aliter vidiſſe illas ꝓſumaẗ didi⸗
ciſſe teſtificata dixi in.d.c.ſeries.qꝛ ſi eſt publicatio minus ſolẽ⸗
nis.Foꝛte qꝛ dixit iudex ꝓbatũ eſt,nõ nocet. ſi aũt ſit ſolennis
tũc illa nocet niſi fiat ꝑte abſente vel inuita vt notat gl.in cle.te
ſti.hoc eo.titu.⁊ dixi.s̃.eo.ꝯſtitutis.el.iij.⁊ in.d.c.ſeries. ⁊ in.c.
fraternitatis.s̃.e,vbi ẽt dixi multa que hic tangit.d.Ant.q̃ non
expedit repetere. ❡ Itẽ aduerte quia inquantũ dixi.s̃. impedi
mentum poſſe pꝛobari per iuramentum.Idẽ tenuit Spe.in ti.
de appella.§.nunc bꝛeuiter.verſi.quid ergo.ſed Iaco. de arc.in
l.ſcire opoꝛtet.§.ſufficit.ff.de excu.tuto.dicit impedimẽtum de
bere pꝛobari per teſtes ⁊ non ſufficit iuramentum.Sꝫ Guil.de
cu.⁊ Bar.poſt eum in.l.ij.§.ſed quod dicimus.ff.ſi q̃s cautio.dicit
hoc eſſe arbitrariũ.qꝛ iudex inſpecta qualitate perſone interdũ
poterit credere iuramento.Interdum autem ſi ſibi videbiẗ po⸗
terit exigere teſtes.Et hoc modo videntur concoꝛdari opinio.
Uidi tamen ſimpliciter ſtari iuramento.

1 ☞ Accuſatio teſtimonium ⁊ oꝛdo parificantur: ⁊ qui ab vno
repellitur:repellitur ab alio.
2 Infamia facti repellit a poteſtate teſtificandi in cã criminali.
3 Crimina excepta que dicantur.
4 Accuſatio ſola non repellit quem a teſtimonio in criminibus
exceptis.
5 Talionis ſiue ſimilitudinis ſupplicij penam incurrere dꝫ accu
ſatoꝛ non pꝛobans accuſationem.
6 Accuſatus ſi pendente accuſatione eligeretur teneret electio:ſꝫ
non debet confirmare antequam conſtet de innocentia.

a **NOn debet quis.** Accuſatusª d̃ cri
mine a teſtifican⸗
do repellitur accuſatione pendente.niſi in criminibꝰ
exceptis.h.d. ❡ Et pꝛimo ponit regulã ⁊ caſuꝫ exce
1 ptum.ſcd̃o ꝓbãt ꝑ duo ſimilia.ſecunda ibi:cum etiam. ❡ †No.
tria que parificãtur.ſ.accuſatio teſtimoniũ ⁊ oꝛdo. vnde q repel
litur ab vno repelliẗ ab alio.de quo ẽt in tex.⁊ gl.ĩ.c.ipſi apoſto
li.ij.q.vij. ❡ Item no.argumentum ꝙ pꝛopter pꝛudentiam ac
cuſationis infameẗ accuſatus ſaltẽ infamia facti.de quo in glo. a ❡ Accuſa⸗ tus. idẽ ſũ⸗ mãt hic. d. Abb.⁊ Fel.
2 ❡ Et no.ꝙ †infamia facti repellit a poteſtate teſtificandi in cã
criali.niſi in exceptis criminibus d̃ quo.s̃.e.teſtimoniũ. ❡ Itẽ
no.caſum in quo non ſeruaẗ exceptio contra teſtes in tꝑs diſpu
tationis ſꝫ ſtatim admittiẗ de quo.s̃.eo.in.c.ex ꝑte ade.⁊.c.cuꝫ
3 cauſam.Que† ãt appellẽtur crimina excepta tangit aliq̃d ꝑ gl.
j̃.de accu.cũ.P.ſed plenius in Spe.de accuſatoꝛe.in fi.in ꝑma
parte Spe. ❡ In gl.j.ibi ⁊ eſt verũ ſi ſit emendatus.hoc poſſet
ꝓcedere ſi ꝯſtaret ipſum accuſatum cõmiſiſſe crimẽ ſꝫ in dubio
vbi aliud nõ apparet.qꝛ ex ſola accuſatione nõ ſtatim apparet
eũ criminoſum vt.j̃.tangit gl.ideo etiam ſi alia emendatio non
4 appareat,dꝫ admitti in ciuili cã ad teſtificãdũ. ❡ †In ea.gl.ibi
ſꝫ ꝫ accuſeẗ.quaſi velit gl.ꝙ ſola accuſatio nõ repellit quẽ a te⸗
ſtimonio in exceptis criminibus.qꝛ ex illa ſola vt pꝛedixi nõ ap
paret eũ eſſe criminoſum.ſꝫ vbi appareret teſtẽ eſſe criminoſuꝫ
⁊ vilem tunc non vĩ admittendus in exceptis criminibꝰ,niſi cõ
tra illũ q eſt male fame.nec videtur tũc credẽdũ niſi cũ alijs ad⸗
miniculis per id qd̃ habeẗ in.c.ꝑ tuas.de ſi.⁊ in.c.in pꝛimis alle
gato in gl.⁊.j̃.de accu.in.c.cũ.P. ❡ Ultimo extra gl.poſſet op
poni qꝛ ꝑ hãc decre.vĩ dari materia accuſandi teſtes ne poſſint
teſtificari ꝯ ipſum accuſantẽ ipſos teſtes.⁊ ſic vĩ quodãmõ ape
rire viã malitijs cõtra decre.quanto.j̃.de diuoꝛ.⁊ cõtra.l. in fun
do.ff.de rei rẽ.Sꝫ dic ꝙ non eſt veriſimile ꝙ qs calũnioſe velit
5 aliũ accuſare pꝛopter penã †taliõis ſeu ſimilitudinis ſupplicij
quam incurreret nõ pꝛobans accuſationẽ vt hẽ in.c.ſup his,cũ
ibi notatis.j̃.de accu.⁊ in.l.fi.C.de accu.vel põt dici ſm Io.an.
ꝙ ꝫ teſtis repellaẗ a teſtimonio nõ eſt hoc ipſi teſti magnũ ꝑiu
diciũ.nec ſimiliter ſi qs repellatur ab accuſatione cũ nõ ꝓſequa
tur intereſſe ꝓpꝛiũ ſed publicũ.⁊ ideo ſi agereẗ de intereſſe pri⸗
6 nato vt qꝛ pendente accuſatione ipſe accuſatus †eligeretur,te⸗
neret tunc electio nec ĩpediret talis actus:ꝫ nõ deberet ipſa ele
ctio confirmari anq̃ conſtaret de innocentia vt notauit Inn.j̃.
de acc.omnipotens.⁊ ꝫ hec ſcd̃a ſolutio in ſe ſit bona:tñ magis
plꝫ pꝛima:qꝛ ꝫ teſti non ſit pꝛeiudiciũ ſi non admittatur ad te⸗
ſtimonium tamen ſepe eſt magnum pꝛeiudiciuꝫ parti que vult
pꝛoducere teſtem, que foꝛte ſuccumbet ſi ipſum pꝛoducere non
poterit quia ſine illo teſte non poterit plene pꝛobare.

❡ De teſtibus cogendis. Rubꝛica.

1 ☞ Teſtis officium eſt publicum.
❡ Uiſum ⁊ tractatum eſt in tit.pꝛecedenti de teſtibus verũ qꝛ
1 officium †teſtium ſeu teſtificandi quaſi publicum eſt ⁊ ad id il⸗
lud interdum coguntur inuiti,ideo poſt rubꝛicam pꝛecedenteꝫ
poniẗ iſtam ſecundum Da.⁊ Goff.facit ad materiam quod ha
betur in decre.ij.q.vi.ſtatuendum.
1 ☞ Uerba iſta moneas ⁊ inducas non impoꝛtant pꝛeciſam cõ
pulſionem.
2 Delegatus an poſſit compellerẽ teſtes.
3 Clerici poſſunt compelli teſtificari quando veritas aliter habe⸗
ri non poteſt.

**CAuſam matrimonij.** In
cã
matrimoniali cogẽdi ſunt teſtes.h.d. Et ĩ pꝛĩa
ponit cauſe cõmiſſionẽ. In ſcd̃a ꝓuidet ꝑtibꝰ
ſcd̃a ibi:ideo q̃. ❡ †No.j.ꝙ verba iſta moneas
1 ⁊ inducas nõ videnẗ ĩpoꝛtare ꝑciſam cõpulſio⸗
ne. ❡ Itẽ no.ꝙ articulus receptionis teſtiũ eſt delegabilis ẽt
in cã matrimoniali.de quo in tex.⁊ gl.ĩ cle.j.de off.dele. ❡ Itẽ

Ayuntamiento de Madrid

no. q delegatus ad receptionē teſtiū appellat nuntius. qñq; au tem appellat executor. Interdū ēt delegatus ad vnū articulū appellatur auditor, vel cognitor. de off. dele. ſup. qōnū. §. j. ꝛ. §. ve
2 rum. ¶ † Itē no. ar. q delegatus non poſſit cōpellere teſtes ſed ordinarius. ſed contrariū eſt verū. q: etiā delegatus pōt cōpellere p id qd hr. ſ. de off. delega. pterea ꝛ in. l. ij. ff. de iuriſ. om. iu. nec ob. iſte tex. q: dici pōt ſm Uin. ꝛ Petr. q forte ideo hic ſcripſit ordinario: q: magis timebat de ipſius facto quam delegati non autē ex eo q: delegati nō poſſent cōpellere. ¶ Ultimo no. qd dixi in ſummario. ¶ In gl. j. ibi comittit mortale. hoc verū in teſte ſeu in illo q aſſumpſit officiū teſtis. ꝛ hʒ teſtificari quia teſtis iurat dicere plenā ꝛ merā veritatē. j. de accu. c. dilecti. ꝛ facit q notat. ſ. ti. j. fraternitatis. ꝛ ideo ſi occultat veritatē peccat mortaliter. j. de crimine falſi. c. j. ꝛ no. gl. in. c. qſqs metu. hic allegato ꝛ i. c. ne qs. xxij. q. ij. Si aūt qs nōdū aſſūpſit officiū teſtis, lʒ forte inſtiget vt illud aſſumat vel veritatē dicat. ꝛ tunc aduertē q: aut qs occultat veritatē vt aliqd a ſuperiore conſequat. ꝛ tūc vr peccare mortaliter p id q hr. xxv. q. ij. pſcriptiones. ꝛ. ſ. de reſcri. ſup literis. Aut nō vult aliqs cōſequi ſed tacet in dānū pximi. ꝛ tunc ſi aliter veritas ſciri non pōt. ex quo inſtigat vt illā dicat ſi illā occultat ꝛ tacet peccat mortaliter. per id q habet in tex. iſto: idē pōt aliter haberi. ſed ipſe putat haberi non poſſe q: attenta eius opi. ēt peccat per id qd hr. xxij. q. ij. in. c. j. ꝛ. d. c. ne qs. Sec⁹ ſi aliter veritas haberi pōt. ꝛ ipſe eam putat vbi autem quis tacet veritatem non in dānum proximi, ſed potius ad ipſius proximi cōmodū. puta in cauſa criminali: ꝛ tunc tacere veritatē nō eſt peccatum. ex quo adhuc nō aſſumpſit offm teſtis. vt hr in. d. c. ne quis. ꝛ iō in criminali regulariter nō ɔpellūtur teſtes de quo plene dicet. j. eo. dilectorū. dicebat tn̄ Inn. hic q vbi ēt in ſubſidium ſi aliter veritas haberi nō pōt ɔʒ fieri cō-
3 pulſio de quo tāget i. d. c. dilectorū. ¶ † Et p pdicta pʒ q qñ veritas aliter haberi nō pōt: ēt clerici cōpelli pnt teſtificari vt i. c. ꝗꝗ. allegato in gl. ꝛ. ij. q. vj. ſtatuendū. Idē dicit Hoſt. de priuilegiatis q non poſſunt cōpelli vt ſunt aliqui de qb⁹ hr. iiij. q. iij. §. item in criminali. ver. item. l. iulia. ꝛ ver. iteʒ inuiti. q poterūt etiā tunc compelli qñ aliter veritas haberi non pōt. q: nullum priuilegiū nec aliqua pietas excuſat a peccato. j. de vſur. ſup. e. ꝛ ſic, ſm Hoſt. erit differentia inter priuilegiatos ꝛ non priuilegiatos. ſolum quando veritas aliter haberi poterit. q: tunc nō cōpellent priuilegiati, ſed alij ſic. ¶ In gl. ij. ibi pſumitur cōtra ipſum hoc verum in ca ciuili q: niſi appareat aliqua cauſa rōnabilis quare ſe ſubtrahat, pſumet contra ipſum. ſecus in cā criminali. q: tunc non pſumet contra ipſuʒ niſi appareat q odio vl timore ſe ſubtrahat cū regulariter in criminali non videat cōpellendus. de quo plene dicet. j. eo. c. dilectorū. ¶ In ea. gl. ibi niſi cōſtaret. hec exceptio ſeu limitatio vr procedere in perſonis priuilegiatis que non debēt cogi niſi in ſubſidium qñ veritas aliter ſciri non poteſt. vt dixi ſuper gl. precedenti. vnde in alijs nōn vr hoc procedere de quo tangetur in. c. ſuper eo. j. eo. ¶ In gl. fi. in fi. vel dic q in. c. teſtes volebat teſtis teſtimonium ferre per litteras quas ſcribebat iudici. ideo non auditur.

1 Teſtes ſunt compellendi vbi ſubeſt neceſſitas.
2 Citatus vt compareat ſi eſt contumax an poſſit ſine alia citatione mulctari.
3 Uerba iſta ſcias vel noueris te eſſe ſuſpenſum quid importent.
4 A ſupenſione contra inobedientes incipiendum eſt non ab excommunicatione.
5 Contumacia prima puniri debet.
6 Teſtis debet ſe preſentare coram iudice, non ſuis expenſis ſed producentis.
7 Sententia excommunicationis tenet etiam non precedēte citatione: item ſententia excommunicationis etiaʒ iniuſta tenet licet poſtea appelletur.

Cum ſuper. Per excōicationis ſuſpēſionis ꝛ depoſitionis ſniam cōgēdi ſunt teſtes. h. d. ¶ Et tria facit q: pmo pcipit, ſcdo ibi ſi vero. punit contēnentem. tertio aggrauat
1 ibi ꝛ ſi. ¶ † Not. j. q teſtes ſunt cōpellendi vbi ſubeſt neceſſitas puta q: p alios veritas ſciri non poteſt. ꝛ ſic pōt exponi verbum neceſſariū. pt ēt exponi neceſſariū. i. vtile vel expediēs. per id q
2 notat in cle. j. in gl. vltima de pcur. ¶ † Itē no. q vbi quis citatur vt cōpareat. ꝛ e. contumax videt poſſe mulctari ſine alia citatione: de quo in. c. j. ſ. de iudi. ꝛ p Bar. in. l. ij. ff. ſi qs in ius vo. non ier. Poſſes tn̄ dicere q hic in citatione cōminata fuit mulcta, iō nō fuit neceſſaria alia citatio q̄ aīs videret neceſſario ſm
3 nota. p Bar. in loco pallegato. ¶ † Itē no. q hec verba ſcias vel noueris te eſſe ſuſpenſum vel excōicatū. ꝛ. denunciari ſniā excōicatiōis vel ſuſpenſionis de quo in. c. j. ſ. de iudi. ꝛ in ſpec. de citatione. §. pe. in vlt. col. ꝛ aliqd. j. de app. pterea. ¶ Itē no.
4 priuʒ incipiendū a ſuſpēſione quā ab excōicatione ɔtra inobedientes qd eſt notandum vt tangit Hoſt. ꝛ Ant. cōtra practicas
5 noſtri tpis. q: incōtinēti plati incipiūt ab excōicatiōe. ¶ † Itē no. ēt primā contumaciā puniri, de quo. ſ. de pcura. querela. ꝛ p Cy. in. l. ſancimus. C. de iudi. Ant. tñ hic dicebat q ideo iſtud hic fuit. q: hoc fuit in citatione expreſſum, aīs nō puniretur pri-
6 ma ɔtumacia. lʒ tu dicvt notat i locis ptie allegatis. ¶ † Itē no. q teſtis dʒ ſe pſentare corā iudice ēt ſi ſit in longinqua partibus qd intellige verū expenſis factis ꝛ miniſtratis ſibi p pducentē non proprijs vt in. c. ſtatutū. §. pe. de reſcrip. in. vj. ¶ In gl. j. expedire officiū ſuū qd ſatis dr facere ſi venit ea hora q̄ poſſit pſtare iuramentū. lʒ tunc non deponat di [illegible] p id qd habet in. l. ſi qñ. C. de teſt. ꝛ. ſ. tit. j. in nois dñi. ¶ [illegible] gl. iij. in fin. ꝛ
7 p hoc bñ facit qd hr in. c. cōſtitutionē. de ſen. exco. l. vj. ¶ † In gl. fi. ibi multo fortius ſnia excōicationis. nā ſnia excōicationis tʒ etiā non pcedente citatione. lʒ ferri non debeat. j. de ſen. excō. ſacro. ſecus in diffinitiua. l. j. §. itē cū ex eo. ff. que ſent. ſine app. reſcin. Item ſnia excōicationis ēt iniuſta tʒ ēt ſi poſtea appelletur. xj. q. iij. c. j. de appel. paſtoralis. ſecus in diffinitiua ſi appelletur. j. de iureiurā. venientes. ꝛ ſic eſt maioris autoritatis ſnia excōicationis quā ſnia diffinitiua. ꝛ ideo ſi diffinitiua tʒ qñ qs non comparet in termino lʒ fuerit ipeditus. multo fortius tenere dʒ ſnia excōicationis. ſicut tn̄ ibi reuocat ſnia per reſtitutionē in integrū docto de ipedimento. ita hic dʒ qs abſolui ſine difficultate ab excōicatione docto de impedimēto. tñ tʒ ſnia excōicationis ꝛ ēt diffinitiua vt predixi, lʒ citat⁹ fuerit ipeditus. nā ad valorē ſnie ſufficit q quis ſit verus contumax vel pſumptus prout contingit in caſu iſto ex equo nō comparet in termino. ꝛ ideo valet ſententia, ex quo non habet errorem expreſſum. nam aīs eſſet ſecus in. c. j. ſ. de re iudi. ꝛ iſtā partem etiam tenuit Inno. ſ. de offi. deleg. in. c. P. ꝛ. G. Sed Hoſt. dicit gl. procedere in papa ꝛ idē in inferiore iudice: quando fuiſſet impedimentuʒ incōmoditatis. ſecus ſi fuit impedimentum facti q: tunc ſʒ eū nō erit qs excōicatus q: preceptū iudicis non ligat ad impoſſibile: vt tetigit gloſſ. ꝛ idem voluit Spe. in ti. de citatione. §. penul. ad fi. Sed certe iſta opinio Hoſt. non videtur bona quia papa non poſſet ad impoſſibile obligare. per id quod habet. j. de regu. iur. nemo poteſt. lib. vj. ꝛ quia ex quo error non eſt expreſſus in ſententia. ꝛ ſubeſt preſumpta contumacia debet dici eſſe excommunicatus ſicut etiam tenet diffinitiua vt ſupradixi. ꝛ p hac parte caſus eſt apertus in. c. venerabilis. §. idē eſt. de ſen. ex comu. lib. vj. ꝛ ideo omnino videtur reiicienda opi. Hoſtien.

1 Notorium non indiget probatione nec ordine iudiciario nec alia declaratione.
2 Teſtes an compelli debeant.
3 In notorijs neceſſaria eſt ſententia ꝛ ſimiliter citatio.
4 Clerici non debent cogi teſtificari.
5 Ueritas quando ſciri non poteſt, cogi poſſunt teſtes ſed quis probare debeat quod veritas aliter ſciri non poteſt.

Super eo. Teſtis qui timore aduerſe partis ſe ſubtrahit teſtificari cōpellitur. h. d. ¶ Primo deciſa conſultatio. Secundo reſponſio. ſecunda ibi: conſultationi. illa ſecūda diſtinguitur, ꝛ ſecūdum membrū proſequitur ibi verū. ꝛ demum rñ-
1 ſum moderatur ibi niſi. ¶ † Not. ex tex. primo quod illud quod eſt notorium non indiget probatione nec ordine iudiciario: nec alia declaratione. ¶ Et ſic facit quod ſi notarius dicat actū in palatio poteſtatis ciuitatis lʒ aliter non apponat confines qd illud ſufficiet qa tales cōfines ſunt notorij. facit quod habet in l. j. in fi. ff. de dote prelegata. ꝛ quod ibi notat per Bart. ¶ Not. ij. q ſufficere videtur teſtes reddere cauſam dicti ſui p actū proximum ſcientie, lʒ non reddat per actum immediatū. ꝛ ſic videt q ſufficiat quod dicam ſcio q: interfui. lʒ non addam ꝛ vidi. de
2 quo dicetur. j. eo. puenit. el. ij. ¶ † Itē nota q de iure canonico non compelluntur teſtes niſi ſe ſubtrahant timore vel odio. ſed de iure ciuili indiſtincte cōpellunt. facit qd habet in. l. ſi quādo. C. d teſti. ¶ Itē nota ſcd'm vnum intellectum q etiā in criminali teſtes ſunt cōpellendi ſi ſe ſubtrahant timore vel odio, ſec⁹ ſi ex amore quia non velint nocere reo ſecundum Abbatē. facit quod habetur in. c. dilectorum. j. eod. ꝛ ibi plene dicetur. ¶ In gl. j. ibi manifeſto. Melius feciſſet gl. omittere iſtud verbum vt ſic qd fuiſſet ſimplex, cui poſtea papa reſpondit diſtinguendo.
3 ¶ † In gl. ij. in fi. not. bene ex gl. q etiam in notorijs neceſſaria eſt ſententia adde quod ꝛ ſimiliter neceſſaria eſt citatio vt notauit gl. notabilis. j. de iureiuran. ad noſtram. el. ij. quam huic addo. ¶ In gl. iij. ibi. ſ. c. proximo. ꝛ ſic videt intelligere iſtud capitulum ſecundum illud. ſed non videtur bona ſolutio. q: ibi indiſtincte compellunt. hic demū ſi timore ſe ſubtrahant. ideo dicit Inno. q ibi loquitur in ciuili ſed hic in criminali, vbi non cogūtur teſtes. niſi ſe ſubtrahant timore vel malitia. ¶ In ead.
4 gl. in fi. Not. bñ q clerici ſunt priuilegiati vt non poſſunt cogi teſtificari

Ayuntamiento de Madrid

teſtificari niſi quãdo alie probationes nõ pſſit haberi. de quo in
c.ꝙꝙ.allegato in.gl.⁊.ij.q.vj.ſtatuendũ.ſunt ⁊ aliqui priuilegia
ti de iure ciuili,qui non coguntur teſtificari.de quibus in.l.lege
iulia.ff.de teſti.canonizata.iiij.q.iij.⁊ licet tales ſcdm ius ciuile
indiſtincte non cõpellũtur. tñ dꝫ id limitari autoritate iuris ca
nonici.niſi aliter verit: haberi non poſſit.qꝛ tunc celare verita
tẽ ẽet peccatũ mortale vt dictũ fuit.ſ.c.j.⁊ ĩ materia peccati ſtã
dum eſt iuri canonico vt notat gl.in regula poſſeſſor de reg.iur.
lib.vj. ❡ In gl.fi.ibi ex hac preſumptione cõpellit̃,hoc verum
ſm.d.Ant.in ca ⁊ a ciuili ſecus in cã criminali.qꝛ tunc in dubio
non preſumit̃ ſe ſubtrahere ex timore vel malitia.niſi aliter hoc
conſtet ꝑ iſtũ tex.⁊ ſic intelligit hic Petrus ſcdꝫ eũ.facit qd di
5 xi in.c.j.ſ.eo. ❡ † Et tractat hic Jo.an.poſt damaſum.cum te
ſtis cõpellat̃ qñ aliter veritas ſciri non põt quis artabit̃ ad id ꝓ
banduꝫ an producens teſtes habebit probare qd aliter veritas
ſciri non põt.an vero teſtis vel reus artabuntur ad ꝓbandũ ꝙ
aliter veritas ſciri põt.Et arguit ꝓ ⁊ cõtra.qꝛ vr̃ ꝙ actor per ea
que habent̃.ſ.de renun.ſuper hoc.ecõtra qd reus qꝛ in exceptio
ne reus cenſetur actor.l.in exceptionibus.ff.de ꝓb.⁊ qꝛ ponit
affirmatiuam.ſed actor negatiuam facit.l.ij.ff.de ꝓba.d.Ant.
hic dicit ꝙ in ciuili artabitur teſtis vel reus volens ſe exonera
re.qꝛ fundat intentionem ſuam ex eo qd allegat.ĩo dꝫ id ꝓbare
ꝯ id qd hr̃ in.l.ij.de ꝓbatio.⁊ in.c.bone,el.j.ſ.de elec.in materia
negatiua.qd dicit procedere niſi eſſet clericus vel alius priuile
giatus.qꝛ iſti habent fundatam intentionem ſuã vt non cõpel
lantur niſi ex aduerſo doceat̃ ꝙ aliter veritas haberi nõ põt.fa
cit qd habet̃ in cle.literas.de reſcrip.vbi bonã gl. In criminali
vero qꝛ regulariter teſtes non debẽt compelli.ĩ.eo.delictorũ.di
cit ꝙ actor volens illos cõpelli,dꝫ oſtendere cãm cõpellendi. ſꝫ
aduerte qꝛ vr̃ pſupponere Damaſus ⁊ d. Ant.qd regula ſit te
ſtes non compellendos niſi qñ aliter veritas ſciri nõ põt.⁊ ideꝫ
forte voluit gl.ij.circa finẽ.ſ.eo.c.j.ſꝫ certe iſta regula vr̃ habe
re locũ in clericis, ⁊ in perſonis priuilegiatis ꝑ id quod habe
tur in.c.ꝙꝙ.xiiij.q.ij.⁊ dixi ſuper gl.precedenti.ſed in non pri
uilegiatis ⁊ laicis.videtur remanere regula ſimplex quod poſ
ſint cogi.⁊ hoc etiam videtur voluiſſe Hoſtien.ſ.eo.c.j.inquan
tum dicit quod hec eſt differentia inter priuilegiatos ⁊ non pri
uilegiatos.quia priuilegiati non cõpelluntur.niſi quãdo aliter
veritas ſciri non poteſt.ſed non priuilegiati compelluntur in
diſtincte ⁊ ideo non priuilegiatis licet vellent probare quod ali
ter veritas ſciri non poteſt non videntur admitti quicquid ſen
ſerit Damaſus ⁊ do. Ant.qui videntur ſentire contrarium fa
cit quod dicetur in.c.dilectorum.ĩ.eodem.

1 ☞ Teſtis cogi debet dicere ſi a patre fuerit aſtrictus ne teſti
ficetur.
2 Inſtrumentorum appellatione continentur teſtes.
3 Probationem defenſionem vel aduocationem ſubtrahens an
debeat perdere cauſam.
4 Teſtis aſtrictus per iuramentum ad non teſtificandum poteſt
ſuper principali teſtificari.

## Peruenit ad aures.

Compellit̃ te
ſtis fraudẽ il
lius detegere q aduerſario copiã ꝓbandi ſubtrahit.
h.d.Et in prima facti narratio,in ſcda iudicis inſtru
1 ctio.ſcda ibi:nos igit̃. ❡ † Not. ꝙ ẽt in criminali cõpellit̃ teſtis
ad teſtificandũ ſup hoc an fuerit aſtrictus a pte ne teſtificet̃. de
2 quo in gl.fi. ❡ † Itẽ no. ꝙ appellatione inſtrumentorũ ex lata
ſignificatione continẽtur etiã teſtes.qꝛ cauſaꝫ inſtruũt. ff.de fi.
inſtru.l.j.⁊ de ver.ſign.l.notionem.§.inſtrumẽtorũ.⁊ ſic facit ꝙ
ſi ſtatutus ſit terminus ad producendũ inſtrumenta ꝙ poſſint
ẽt ꝓduci teſtes,ſed contrarium tꝫ hic Petrus qꝛ inſtrumẽta ꝓ
ducuntur poſt publicationẽ atteſtationũ.ĩ.tit.j.cũ dilectus.ſe
cus in teſtibus.ſ.tit.j.fraternitatis.Idẽ ſpec,in tit.de dila.§.vi
dẽdũ.ver.itẽ no.⁊ ſic tranſit Jo.an.⁊ do.An. ſed forte poſſet di
ci qd aut terminus dat̃ ad producendũ inſtrumenta ante publi
cationẽ teſtiũ ⁊ tunc poterunt ꝓduci ẽt teſtes ꝑ iſtũ text.Aut
3 dat̃ poſt publicationẽ teſtiũ.⁊ tunc ꝓcedat opi.petri. ❡ † Iteꝫ
no.penã ſubtrahentis aduerſario probationẽ defenſionem vel
aduocationem.qꝛ dꝫ experiri in ſe.i.contra ſe.iudicis autorita
tẽ eluſam.i.quã eludere voluit,An aũt ex hoc perdat cãꝫ.dic ꝙ
non lꝫ aliquã ſit pſumptio contra eũ.vt voluit hic philippus.⁊
eſt gl.ordinaria in.l.prouidendum.C.de poſtu.dicunt tñ aliqui
ꝙ ſi pars haberet aliũ teſtẽ ꝓ ſe vltra ſubtractũ ꝙ obtineret ꝓ
pter fictam depoſitionẽ ſubtracti.ar.l.ſi de poſſeſſione.C.de ꝓ
ba.qd non plꝫ Vinc.qꝛ hic non dr̃ ꝙ teſtis ſubtractus fingat̃ de
poſuiſſe contra ſubtrahentẽ.ſed ꝙ cogit̃ detegere cõuentũ ſeu
malitiam fraudis.vnde tunc ſꝫ eum poterit deferri iuramentũ
illi qui hꝫ vnum teſtẽ pro ſe.ſ.de procura.ex inſinuatione.In
gl.ibi ſuper negotio principali.Not.bene quia precise ſequitur
4 gl.qd † poſſit ſup principali teſtificari teſtis quia fuit aſtrictus
per iuramẽtũ ad non teſtificandũ ⁊ hec opi. ſatis videt̃ de iure
procedere per id qd dicit gl.tñ fi.gl.j.videtur iſtud in dubiũ re
uocare. ❡ In gl.oſtendit ibi preſumptiue quaſi velit ꝙ non per
hoc perdit cauſam ſi alr̃ appareat ipſum habere bonã cauſam
⁊ hoc clarius dixit accurſius in.l.prouidendũ.C.de poſtu. ❡ In
gl.fi.ibi ꝓducto ſed certe hoc non reperit̃ iure cautum.ideo te
ne ſequẽtem opinionem in qua reſidet gl.⁊ quam etiam tenuit
gl.j. ❡ In ea.gl.ibi ⁊ poſtea ſi voluerit ſupple non obſtante iu
ramento quod videtur eſſe inualidum inquantum agit priuare
teſtem libertatẽ deponendi teſtimonium.argu.l.ſtipulatio hoc
modo concepta.ff.de verb.oblig.facit quod dixi.ſ.titul.proxi
mo.intimauit.⁊.c.conſtitutis.

## Peruenit ad nos.

Sup ꝓbãda in
iuria illata cle
rico cogendi ſunt teſtes.h.d.Et eſt cõis diuiſio.ſcda
ibi conſultationi. ❡ No.ar.qd non ſufficit teſtẽ red
dere teſtimonium de actu ꝓpinquo ad ſenſum corporeum. niſi ẽt
reddat cãm de ipſo ſenſu corporeo.vnde non vr̃ ſufficere ſi di
cat ſe pſente aliqd actũ niſi dicat ſe pſente ⁊ vidẽte arg.huius
tex.ibi multis aſtantibus ⁊ videntibus ſed tene contrariũ quia
pſente aliquo dicitur factũ qñ eſt factũ eo intelligente ⁊ vidẽte
ff.de ver.ſign.l.corã.⁊ notat gl.de elec.vt circa li.vj.⁊ hoc etiam
tenuit Bar.in.l.j.ff.de auto.tuto.facit qd no.Jo.an. in nouel
la in.c.pſentium.de teſt.lib.vj. ❡ Item no.arg.quod in crimi
nali videntur teſtes poſſe compelli vbi aliter veritas haberi nõ
poteſt.de quo ꝑ gl.⁊.ĩ.eo.dilectorum. ❡ In glo.j.ibi appellat̃
hic res eccleſiaſtica.facit qd habetur in.§.ex his.xi.q.j.⁊.ĩ.de ꝟb.
ſig.ſuper quibuſdam.⁊ de materia dicetur.ĩ.eo.dilectorum. Et
hanc ſecundã tenuit Inno.a cuius tempore fuit hec additio.

## Ceterum.

Super conſanguinitate proban
da cogẽdi ſunt teſtes.h.d. ❡ No.
teſtes cogendos in cauſa matrimoniali vbi ſe ſubtra
hũt timore vel odio.⁊ forte ſic dicit litera, qꝛ ſi ſe nõ
ſubtraherent ⁊ ſponte vellent teſtificari non eſſent opus cõpul
ſione.non aũt ex eo qꝛ ſit neceſſe ꝓbare ꝙ ſe ſubtrahent timore
vel odio.lꝫ aliq aliter intelligãnt.ſed forte qd dixi eſt magis de
mente litere. ❡ Itẽ no.conſuetudinẽ poſſe cũ iure concurrere ⁊
ſic addere illi vinculũ.de quo per gl.in.c.j.li.vj. ❡ Itẽ no.ex quo
oritur ⁊ firmatur conſuetudo quia ex actibus hoium de qꝰ o in
c.vlti.ſ.de conſue.⁊.iiij.di.in.§.leges. ❡ Vltimo potes notare
in ſpũalibus teſtes cogendos.facit.c.precedens.ſed certe vt di
cit Jo.an.tex.ſimpliciter loquitur de conſanguinitate que ne
dũ põt ꝓbari ad finẽ cauſe matrimonialis ſꝫ etiã ad finem ſuc
ceſſionis in hereditate.ĩ.qui fi.ſint legit.cãm.que ideo notabile
neceſſario non colligitur. ❡ In gl. conſtiterit ibi iam dictũ eſt
ſupple.ſ.e.c.j. ❡ In ea.gl.in fi.vel dic vt dixi in notabilibus ꝙ
ideo hic dicit ſi conſtiterit quod odio,⁊c.quia ſi ſe non ſubtrahe
ret ſed ſponte vellet teſtificari non eſſet opus compulſione.

1 ☞ Cauſa matrimonialis poteſt vacante ſede coram capitulo
tractari.
2 Teſtis ſynodalis qui ſemel depoſuit coram ordinario non cõ
pellitur iterato iurare coram delato niſi nouus articulus emer
gat.⁊ nu.6.
3 Infamia ſuperueniens poſt officium publicum ſuſceptum re
pellit quem ab actu teſtificandi.⁊ nu.7.
4 Diſpenſatio tacita tollit vitia precedentia non ſequentia.
5 Teſtis corrigere poteſt incontinenti dictum ſuum ſecus ſi ex in
teruallo.⁊ nu.9.
8 Incontinenti qñ dicatur aliquid fieri vel ex interuallo.
9 Teſtis qñ dicatur varius contrarius:aut vacillans.

## Preterea

a Teſtis ſynodalis[a] q corã ordi
nario ſup matrimonio depoſuit
non compellitur ſuper eo corã iudice delegato.⁊ ꝓ
pter ſuperuenientẽ infamiã a teſtimonio repellit̃.po
teſt tñ ſi errauit incontinenti non ex interuallo dictuꝫ ſuuꝫ cor
rigere.h.d.Et ſunt tres ptes que patent ex ſummario.ſcda ibi:
huius vero,tertia ibi:quorũ. ❡ No.j.ꝙ ſunt aliqui teſtes q ha
bẽt offm̃ teſtificandi de publico vt ſynodales.de quo per Inn.
1 ſ.de elec.nihil eſt. ❡ † Not.ij.cauſam matrimonialem poſſe tra
ctari corã capitulo intellige ſede vacante. arg.ĩ.de here.ad abo
lẽdam.ſ. de maio.⁊ obe.cum olim.vel ſi forte hoc habeat de cõ
ſuetudine.facit.ſ.tit.proximo.Alber.⁊.ĩ.de exceſſi.pla. accedẽ
2 tibus. ❡ † Itẽ no.teſtẽ ſynodalẽ qui ſemel depoſuit coraꝫ or
dinario non cõpelli iterato iurare corã delegato niſi nouus arti
culus emergat.vel niſi in ſubſidium deficientibus alijs teſtibꝰ.
quod qualiter intelligi debeat tangitur per glo.Et aduerte ſm
Hoſt.ꝙ officium iſtorum teſtium poteſt dici etiam officialium
denunciatorum allegat.C.de accu.in.l.ea quidem.⁊.ff.de rebus
eor.l.magis puto.§.cuius officio.⁊ de forma iuramenti iſtoruꝫ
teſtium habetur.xxxvj.q.vj.c.eps in ſynodo.⁊.§.cccc cũ ſequẽti.

a ❡ Teſtis ſynodal. nulla eſt diſcrepãtia ĩ ſummando h.c. inter hũc et ab.accu.do. Fel.quos h vide vt plene ĩtelligas hoc.c.⁊ eiꝰ materiam.

Ayuntamiento de Madrid

3 ¶ † Jtē no. ꝙ infamia ſuperueniens poſt officiū publicū ſuſce
ptū repellit quē ab actu teſtificandi. ⁊ ſic a contrario ſecus videt̃
infamia p̄cedente. ⁊ ex hoc no. ꝙ tolerare ſeu tolerātia cōis ope
ratur reſpectu vitij qđ p̄ceſſit aſſumptionē officij non reſpectu
4 eius qđ eſt ſubſecutū. ¶ Ex hoc ēt potes notare † ꝙ tacita di
ſpenſatio tollit vitia p̄cedentia non ſequentia. ⁊ facit tex. in ar.
ꝙ ꝓpter p̄cedens delictū non poſſit remoueri p̄latus. ſed dicit
Jo. and. ꝙ arg. non ſumit̃ qꝛ non dꝛ ꝙ ꝓpter p̄cedentem cauſaꝫ
non poſſit remoueri teſtis ab officio. ſed ꝙ in officio manēs nō
repellitur a teſtimonio de quo hic per Jo. and. ¶ Jtē no. ꝙ il
5 lud dꝛ ſtudioſe fieri. qđ fit ex certa ſcientia ⁊ deliberate. ¶ † Ul
timo no. teſtē poſſe incōtinenti corrigere dictū ſuum ſecus ſi ex
interuallo velit corrigere. de q̄ in gl. ⁊ ēt per accu. in aut. de teſti.
§. qꝛ vero. in ver. illud collatione. vij. ⁊ per Bar. in. l. eos. ff. de fal
ſis. ¶ Jn gl. ⁊ ſi aliter in fi. ⁊ ſic vult gl. ꝙ ēt ſi aliter fides nō fiat
iudici delegato non debeant cogi iurare iſti teſtes. ⁊ ſcđm hoc
forte itellexerit gl. ꝙ indiſtincte nō coget̃ iurare corā delegato.
Sed an poſſint cogi deponere debeat diſtingui, an aliter fides
fieri poſſit vel non. ⁊ ita vr̃ intelligere iſtū text. ⁊ vr̃ Hoſti. etiaꝫ
hunc intellectū tenere tanꝗ̄ in ſe verū dicens ꝙ qn̄ iuramentuꝫ
preſtat̃ generaliter ſub rōne officij. vt hic contingit non cōpellit̃
quis iterare iuramentū. ſecus ſꝫ eum qn̄ teſtis ſpāliter iurauit
in aliqua cā. qꝛ tunc lꝫ non compellat̃ iterato iurare coram eo
dem iudice. tn̄ ſi tractaretur coram alio poſſet cōpelli. arg. l. cum
apud. ff. iudic. ſol. vbi cautio p̄ſtita corā vno iudice non prodeſt
coram alio. facit. s. tit. primo p̄ntata. ⁊ ſic videt̃ ꝙ in caſu illiꝰ
c. p̄ſentata qn̄ teſtes ꝑducunt̃ vt iterato deponāt coraꝫ alio ꝙ
poſſint cōpelli iurare ſꝫ Goffr. hic tenuit cōtrariū dicens ꝙ tūc
nō cōpellentur iurare ſed deponere ſed Joā. an. plus vr̃ placere
dictū Hoſt. per. d. l. cū apud. ⁊ pro hoc etiā qꝛ reiteratur iuramē
tū calūnie propter diuerſitatem inſtantie coram alio iudice. vt
notat̃ in. l. ij. C. de iura. calū. facit qđ hr̃ in. c. ij. de iura. calū. li. vj.
¶ Sed aduerte qꝛ meo iudicio non excuſat̃ ab iteratione iura
menti hic teſtis ꝓpter iuramentū vniuerſale ꝙ p̄ſtitit. qꝛ per il
lud iurat dicere veritatē deo qđ viderit fieri contra chriſtianita
tem vel dei volūtatē vel bonos mores vt in. c. ep̄s in ſynodo al
legato in prima gl. Sꝫ ex eo qꝛ depoſuit ſpecifice ⁊ iurauit ſup
cā matrimonij de qua in litera corā ordinario vel eius capitulo
vt ſatis poteſt colligi ex litera. ⁊ pro hoc qꝛ per iuramentū p̄di
ctum vniuerſale nil ſpecifice tunc deponit. ⁊ ſic videret̃ hic ſatis
ꝓbari opi. Goffr. ꝙ ex quo ſemel teſtis iurauit ſup aliq̄ cā lꝫ co
ram iudice ꝓducat̃ ſuper eodeꝫ, non debeat cogi iterato iurare
coram alio iudice ſup eodē. ⁊ pro hoc faciat qꝛ iuramentū teſtis
reſpicit deciſionem cauſe. ⁊ acta reſpicientia deciſionem cāe fa
ciunt fidē corā alio iudice. s. ti. j. c. quāꝫ q̄. el. j. ¶ Quare aūt cogā
tur iſti teſtes deponere coram delegato poteſt dici vt tāgit Jo.
an. ꝙ hoc ideo ne forte ꝑ redditioneꝫ teſtimonij in publico ſibi
plures inimicos acquirant vel qꝛ periculū eſt teſti ſi repetat̃ ſup
eo in quo iam depoſuit qa poſſet de facili in aliquo alterare id
qđ dixit ⁊ cadere in penā falſi. l. eos. ff. de falſis. tn̄ tunc cautela
eſſe poteſt quā ibi tangit Bar. ꝙ ipſe ſi contingat eū iterato depo
nere dicat, q̄ñ alīs depoſuit ſup hoc negotio ⁊ ꝙ tūc melius re
cordabat̃. ⁊ ſi contingeret eū in aliquo diſcrepare a primo dicto
vult potius primo dicto ſtari vel adhibeat cautelam ꝙ oſtenda
tur ⁊ legat̃ ſibi dictū ſuū p̄mū. Alij tn̄ vident̃ velle ꝙ ī ſubſidiū
cogi poſſit deponere ⁊ iurare: ſed tutius eſt tenere gl. ¶ Sꝫ ad
uerte qꝛ poſſet opinio Hoſt. defendi ab iſto tex. qꝛ lꝫ hic dicat̃ ꝙ
teſtis hic depoſuit ſuper cā matrimonij corā ep̄o vel capitulo. nō
tn̄ dicit ꝙ tunc iurauerit. vnde pōt intelligi ꝙ depoſuit ſub vir
tute iuramenti generalis qđ prius p̄ſtiterat in ſynodo de denū
tiando veritatem ſuper his q̄ fierent contra Chriſtianitatē vel
ꝯ bonos mores. ⁊ ſic non faceret tex. iſte contra opi. Hoſt. inquā
tū dixit ꝙ ſi ſpecifice iurat̃ per teſtē ſup vna cā corā vno iudice
ſi ꝓducat̃ ſup eadē cauſa in alia inſtantia corā alio iudice cogit̃
6 de nouo iurare lꝫ Goff. aliter dixerit vt ſuperius dixi. ¶ † Et
ex predictis habeas ꝙ ſi teſtis ſynodalis depoſuit ſup aliqua
cā corā ep̄o non cogit̃ ſup eadē corā alio iudice iurare nec depo
nere. dūmodo aliter fieri poſſit fides iudici. Si autem aliter fie
ri non poſſet cogeret̃ deponere ſꝫ nō iurare: vbi aūt eſſet articu
lus nouus q non comprehenderet̃ ſub primo iuramento. vt for
te articulus contingens cām hereditatis vt tangit hic Joā. an.
facit ꝙ habetur in. c. j. ī. q ſi. ſint leg. vel dotis. vt. ī. de dote poſt
diuor. reſti. inc. de prudentia. tunc cogeret̃ iurare ⁊ deponere. Sꝫ
aduerte qꝛ poſſes dubitare quare depoſitio facta per teſtem ſy
nodalem corā ep̄o non probat ſuper eodem coraꝫ alio iudice cū
contrarium videretur dicendum per. c. cauſam que. el. j. cū ibi no
tatis. s. ti. j. vbi atteſtationes ⁊ acta deciſoria facta corā vno iu
dice faciūt fidē corā alio. Sed potes dicere tenēdo iſtū itellectū
ꝙ iſtud contingit. qꝛ iſti teſtes deponēdo corā ep̄o vident̃ potiꝰ
fungi officio denūtiatoris quā teſtis: vt hic tāgit Jnn. ⁊ tetigi
in notabilibus: Goff. tn̄ hic fatebatur contrariū dicens ꝙ talis
depoſitio corā ep̄o faciebat fidē corā delegato ſi de illa fiebat fi
des coram eo. ſecus vbi coram delegato non fiebat fides d̄ dicta
depoſitione. qꝛ tunc poterat cogi deponere coraꝫ delegato. niſi
ꝑ alios teſtes poſſet aliter fieri fides. ⁊ ſic intelligebat iſtuꝫ tex.
in ꝟ. dūmō aliter. Sed precedens intellectus magis cōiter te
7 netur. ¶ † Jn gl. ad prohibendum. in fi. Sed quare non repelli
tur a teſtimonio propter infamiā que preceſſit aſſumptionē of
ficij vt hic videt̃ inniui a contrario ſenſu gl. non declarat. Dic ꝙ
ratio eſſe poteſt. qꝛ ſuperior aſſumendo ipſum ad offm̄ non ob
ſtante dicta infamia. vr̃ ſuper illa tacite diſpenſaſſe. per id quod
habetur. ī. de cleri. coniug. diuerſis fallacijs. ⁊. ī. de filijs p̄ſby. ve
niens. ⁊. l. quidā conſulebat. ff. de re iudic. ⁊ hoc videtur precede
re qn̄ crimē ex quo procedebat infamia, erat manifeſtum vel ſal
tē famoſum. ita qđ veriſimiliter tranſiret ad notitiam ſuperio
ris. ſecus ſi fuiſſet occultū qꝛ tunc non videtur ſuper illo diſpē
ſatum. ſed potius videt̃ imputandum teſti qui hoc tacuit ꝑ id
ꝙ hr̃. s. de cor. viti. expoſuiſti. ⁊. ī. de p̄b. cū nō ignores. ſꝫ Hoſt.
qui videt̃ ſentire qđ tunc non poſſit teſtificari. Sed forte poteſt
dici ꝙ ēt tunc donec toleratur in officio poterit teſtificari per
iſtū tex. qui loquitur indiſtincte. ⁊ ſic indiſtincte debet intelligi.
ī. de penī. qꝛ circa. Fateor tn̄ ꝙ vbi crimē fuit occultū poſſet pe
ti remoueri ab officio ex quo ſuper illo non intelligitur diſpen
ſatum. Secus quando non fuit occultū per ea que habentur in
d. c. diuerſis fallacijs. ⁊ in alijs ſuperius allegatis. ¶ Jn gl. re
moueri. in fi. Prima opinio vera in denuntiatione iudiciali in
telligꝰ publica vel canonica: quia in iudiciali priuate bene ad
mittitur infamis qui non repellitur a proſecutiōe iuris ſui. iiij.
queſtione ſexta omnibus. ſecunda vero procedit in denuntia
tione euangelica. dūmodo quis ſit de crimine emendatus. quia
in illa admittit̃ etiam infamis. dūmodo ſit emendatus de crimi
ne vt plene notat̃. s. de iud. nouit. ¶ Jn gl. ſi. ibi loquat̃ ꝑtibus
8 ſupple vel alteri ꝑſone ſm̄ Jo. an. ¶ † Jn ea. gl. ibi ſꝫ hoc poſ
ſet intelligi ēe, ſic videt̃ velle gl. ꝙ hoc ſit arbitrarium, qn̄ dicat̃
incontinenti vel ex interuallo. ⁊ hoc tꝫ Hoſtien. dicens hoc eſſe
arbitrarium. vt ſic conſiderata qualitate perſone vel quantitate
interualli colloquio partium ⁊ reliquis circūſtantijs iudex cor
rectionem admittat vel non admittat. cōiter tn̄ ſeruat̃ qđ incō
tinenti dꝛ feciſſe ſi hoc facit anteꝗ̄ loquat̃ cū ꝑtibus vt dixit gl.
⁊ dicit ēt Accur. in aut. de teſti. coll. vij. in. §. qꝛ vero. ⁊ Bart. in
l. eos. C. de fal. Si autē ſe corrigat ex interuallo non valet corre
ctio ⁊ ſtabitur primo dicto ꝑ id quod habetur. s. tit. j. ſicut dicit
tn̄ hic Joā. an. ꝙ lꝫ ſtetur tunc primo dicto tamen minor fides
erit adhibenda. qꝛ per ſcđm contrariū aliqualiter debilitat̃ pri
9 mum: qđ tene menti. ¶ † Jtē aduerte ꝙ ſi teſtis incontinēti an
teꝗ̄ exeat conſpectum iudicis ſe corrigat dꝫ iudex attēdere mo
dum ⁊ cauſam correctionis. arg. ī. de accu. cum dilecti. ⁊ niſi co
gnoſcat iudex teſtem probabiliter ſe corrigere incidet teſtis in
ſuſpicionem vel vacillationem ſeu variationem. facit. ff. de teſti.
in. l. in teſtibus. ⁊ l. l. qui falſa. ⁊. iiij. q. iij. verſic. item qui falſa vel
varia. Si aūt ſe non corrigat ſed addat. tunc ſi hoc facit anꝗ̄
exeat iudicis conſpectum clarū eſt id eſſe licitum. Si autē facit
poſtea ⁊ poſtquā potuit loq cū ꝑtibꝰ, tūc audiēdus eſt ſꝫ Joā.
and. ſed minor fides adhibebitur. allegat notata in aut. de teſti.
10 §. qꝛ vero. col. vij. ¶ † Ultimo dubitatur qn̄ dicat̃ teſtis varius
⁊ qn̄ contrarius ⁊ qn̄ vacillans. ¶ Jo. an. hic dicit quod varius
dꝛ qui primo dicit vnum, poſtea dicit contrariuꝫ nullā variatio
nis cām aſſignans. Contrarius vero dꝛ qn̄ dixit duo incōpaſſi
bilia vt ſi dixit te interfuiſſe in tali ꝯtractu tali die ⁊ loco ⁊ poſt
ea dixi te illo die alibi in loco valde remoto fuiſſe. facit. s. tit. j.
ex tenore. Uacillans vero dꝛ qui dubitando ⁊ tremendo loq̄t̃ de
quo ēt ꝑ Bar. in. d. l. eos. ⁊ in Spec. de teſte. §. j. ver. itē ꝙ teſtes
ſunt varij. ⁊ ſic tranſit. d. Aut. ¶ Tu poſſes exemplificare de va
rio. per id qđ habet̃ in. l. ſcripture. C. de fi. inſtr. puta ſi dixit prio
ꝙ titius emit talem domū tali die poſtea dicit ꝙ eadem die ti
tius cum vxore ſua emit dictā domum. ¶ Jn ea. gl. in fin. ſup
ple qꝛ ſunt caſus diuerſi non aduerſi. nam in. c. allegato pro con
trario dꝛ ꝙ rem male alienatam per predeceſſorem poteſt ſuc
ceſſor etiam ex interuallo reuocare. hic autem non agitur de re
uocanda alienatiōe ſed an teſtis poſſit dictum ſuum corrigere
⁊ dꝛ ꝙ non ex interuallo propter timorē ſubornatiōis. ¶ Que
autem ſit differentia inter ignorantem errantem ⁊ dubitantem
no. gloſ. in rubri. ff. de iuris ⁊ facti igno. ⁊. l. de ſtatu. ff. de teſta. ⁊
Joan. And. infra de cleri. excommunicatis. apoſtolice.

Super his. Cum de fama vel vitio falſita
tis inquiritur: teſtes ſunt com
pellendi. hoc dicit. Et aliter non diuiditur. Nota ca
ſum in quo teſtes videntur compelli etiam in crimi
nali de quo plene dicetur infra eodem, dilectorum. ¶ Jn gl. ſi.
Uincē. dicit ꝙ compelluntur quando aliter veritas haberi non
poteſt

Ayuntamiento de Madrid

poteſt. Hoſt. vero dicit hic compellũtur q̄ ciuiliter agebatur ſecus ſi criminaliter. Inn. vero dicit q̄ compellũtur. q̄ in modum inquiſitionis procedebatur vel quia delictum fuit cõmiſſum lite pendente. ⁊ ne idignus preficiatur i epiſcopũ ſed ꝟ plene dicetur. ĩ. eo. dil. ... orum.

Cum contra. Sup crimine falſi cõpelluntur teſtes. h. d. Et eſt cõis diuiſio. ſũmatio ⁊ reſponſio. ſcḋa ibi: nos igif. ¶ No. q̄ in crimine falſi ɔpellunt̃ teſtes ſi ſe ſubtrahãt. Quid aũt ĩ in aliis criminibus dicetur. ĩ. c. proximo.

1 ¶ Teſtes compellũtur ad teſtificandum in ciuili ſi ſe gratia vel odio ſubtrahãt ſecus videtur in criminali.
2 Teſtes qualiter compellantur.
3 Teſtes an ſint compellendi.
4 Proxenete ſiue mediatores an compellantur ad teſtificandũ.
5 Ueritatem tacere an ſit peccatum mortale.

Dilectorum filiorum. Non diuidit nec ſummat̃ ſm Jo. an. ꝑpter diuerſitatem lecturarũ. ¶ In text. ibi ⁊ ĩ. decidit q̄ q̄ ptibus erat graue pducere teſtes q̄ erant in ptibus ad curiã. ⁊ forte ẽt erat eis graue litigare in curia obtinuerunt q̄ papa cõmitteret cãm illis de qbus in ſupraſcriptione ⁊ in reſcripto cõmiſſionis reſpectu te ſtiũ papa poſuit clauſulam de qua ſequit̃. ¶ † No. q̄ teſtes compelluntur ad teſtificandum in ciuili ſi ſe gratia vel odio ſubtrahant ſecus in criminali. q̄ tunc non videnf compellẽdi ẽt ſi ſub trahant gratia vel odio qḋ aliter intelligat̃ patebit cũ glo. ⁊ ſuper ea. ¶ † Item potes notare qualiter cõpellunt̃ teſtes p iudicẽ eccleſiaſticum q̄ p cenſuram eccleſiaſticã vt hic ⁊. ſ. eo. c. proximo. Quid autẽ cõtineat̃ appellatione cenſure vide. ĩ. de vb. ſign. querenti. Judex vero ſecularis cogit teſtes indicendo mul ctam. l. ĩ. ff. ſi quis ius dicenti non obtẽ. vel capiẽdo pignora ſic cõtingit in tutoribus volẽtibus ſatiſdare in ſtit. de ſatiſ. §. ſi. ⁊ dicit hic Uin. q̄ aſtringentur teſtes iuramento ne recedant anq̄ teſtificentur nõ aũt carcerabunt̃ p. l. ſi q̄n. C. eo. Aduerte tñ q̄ ibi dr̃ q̄ infra. xv. dies poſtq̄ venit teſtis non dz recedere ſine licentia. ſz poſtea recedere poterit ſine aliqua licentia de quo dicẽ dũ vt ibi. ¶ † In glo. ĩ. ibi circa cõpulſionem teſtiũ. Aduerte p euidentia in materia huius tituli an teſtes ſint compellẽdi vel nõ qnq̄ fuerũt principales opin. tam in ciuili quã in criminali ſz in criminali alique alie ſpecifice fuerint de quibus. ĩ. gl. tangit. Prĩa fuit opin. q̄ regulariter teſtes eſſent compellẽdi. Fallit in primis priuilegiatis ⁊ de iſta dictum fuit. ſ. eod. c. ĩ. Scḋa fuit opin. q̄ teſtes cõpellerentur q̄n iactarẽt ſe ſcire veritatem ⁊ aliter non. ⁊ de hoc tenebant quidã per quãdam decretalẽ quã hodie non habemus. Tertia fuit opi. q̄ ſi veritas aliter haberi non poteſt. tunc compellantur teſtes. ſ. eo. puenit. el. ij. al's ſec⁹ ⁊ iſta fuit opi. Uincen. in. c. ĩ. ſ. eo. ⁊ ibi ẽt gl. vr̃ ſentire. ⁊ illaz ẽt vr̃ tenuiſſe Damaſus in q̄õnibus huius ti. de qua ẽt per Joan. and. ſ. eo. ſup eo. ⁊ ibi ẽt tetigi tenendo iſtã opin. cui incumbat onus pbandi q̄ veritas aliter haberi poſſit vel nõ poſſit. Quarta fuit opi. q̄ ſi teſtes ſe ſubtrahãt gratia ⁊ odio vel timore. tũc cõpellantur. ſ. eod. c. ĩ. ⁊. c. ſuper eo. ⁊. c. ceterũ. ⁊ in. c. pcedenti. ⁊ al's ſecus. Quinta fuit opi. q̄ ſi teſtes fuerunt rogati compellãtur ⁊ aliter non. de quo in Spe. de teſte. §. pe. Sexta fuit opi. q̄ in mere ciuilibus cõpellerenf ſz nõ in criminalibus in qbus criminalibus due fuerunt opi. principales de quibus. ĩ. tangit gl. que in effectu circa finẽ vr̃ ſequi primã opinionẽ poſitã in glo. ⁊ ponit ẽt opi. Inn. q in effectu ſz per alia verba vr̃ ſimiliter ſequi dictã primã opi. vt. ĩ. tãget ⁊ iſte opi. videnf eſſe de iure canonico. nã de iure ciuili teſtes videnf cõpellendi nedũ in ciuili. ſed ẽt in criminali. ſ. e. ſup. ⁊ lege iulia. ff. de teſti. niſi ſint pſone puilegiate vt. d. l. lege iulia. fuit õ iure canonico opi. tertia petri õ ſa xonia vt in criminalibus diſtinguit̃. an iudex pcedat ex offõ. ⁊ tũc cõpellere poſſit teſtes. An ad ptis petitionẽ. ⁊ tunc nõ poſſit cõpellere: facit qḋ no. Inn. ſ. e. ſup his. Fuit alia opin. Hoſt. q̄ teſtes ẽt ſup criminalibus compellanf q̄n agit̃ vt ex crimine alius puniat̃ ſecus ſi ſolũ opponit̃ crimen ad repellendum a teſtimonio vel ab accuſatione. q̄ tunc non cõpellantur cum iſtud ſit valde exoſum ſm eum ex quo opponenti crimen nihil applicat̃ ⁊ repulſus potius infamat̃. ſ. de ord. cog. cũ dilectus. ad fin. ⁊ ſic intelligit iſtũ tex. Alia ẽt fuit opi. quinta Jac. de aret. qḋ ſi agatur de crimine ad penam pecuniariaz poſſint cõpelli teſtes vt. ſ. e. c. ij. ⁊. c. puenit. el. ij. ⁊. c. ſup his. ⁊. c. cũ cõtra. ſecus ſi ad penam ſanguinis q̄ tunc non eſſent teſtes p eccleſiã cõpellendi: hoc non ſpectat ad officiũ iudicis eccleſiaſtici. ĩ. ne cleri. vel monachi. ſniam Jo. an. dicit ex predictis poſſe formari diſtinctionez. quã tñ non format. ſed illã formauit Jo. ca. de qua dicã in ſ. gl. ſz. d. Ant. ẽt hic tãgat. ſz pleni⁹ tetigit Cal. ¶ In ea. gl. ibi veritas haberi nõ põt. ⁊ ſic vr̃ velle gl. approbare opin. que hic ẽt in

cauſa ciuili non ſint teſtes cõpellendi. niſi vbi aliter veritas haberi non põt. niſi dicas q̄ gl. ſic dixit propter id q̄. ĩ. dicit de clericis q non videnf cõpellendi. niſi q̄n aliter veritas haberi non
4 põt vt notat. ſ. eo. ſup eo. ⁊. ij. q. vj. ſtatuendũ. ¶ † In ea. gl. ibi niſi de conſenſu ptiũ. ⁊ ſic vult glo. q̄ mediatores ſeu proxenete non compelluntur ferre teſtimoniũ niſi ambe partes cõſentiãt ⁊ ſic de conſenſu vtriuſq̄ ptis põt compelli. ⁊ multofortius po terunt tunc ſponte teſtificari. Si aũt altera pars ɔtradicat. tũc clarũ eſt q̄ non cõpelletur proxeneta teſtificari. Sed an tũc poterit ſponte teſtificari. gl. tenuit q̄ ſic in. §. q̄m. in auf. de teſtib. coll. vij. contrariũ voluit gl. in. §. in his. ver. q̄ ſi neq̄ ad muneratore auf. de fid. inſtr. ⁊ cautela. Et in contrarium ẽt videtur eſſe tex. cum gl. in. c. ĩ. iuncta gl. pe. de teſt. lib. vj. vbi vr̃ tex. cum glo. q̄ ſpãle ſit in caſu illo q̄ admittat̃ proxeneta inuita altera pte. ⁊ ſic in contrarium vr̃ ius cõe. arg. l. ius ſingulare. ff. de legi. ⁊ p hoc etiam faciat q̄ vt tangit hic Jo. an. rõ poſita p gl. in. §. q̄m. hic allegato videtur ẽt concludere in ſponte volente teſtificari altera pte inuita. nã ſm gloſſ. ibi ideo non compellit̃ inuita altera pte. q̄ pſumit̃ q̄ habeat affectionem ad actũ vt ille ſortiatur effectum. ne als oporteat eum reddere ſalarium ſi quod pcepe rit vel ne al's impingat̃ ſeu iputetur ei quominus caute ſe habuerit que rõ etiã videtur militare vt repellatur rõne dicte affectionis ẽt ſi ſponte velit teſtificari inuita altera parte ⁊ ideo verior videtur opin. q̄ tunc etiã non poſſit. ⁊ hoc ẽt forte fuit de mente Joã. ſz non clare hoc dixerit q̄ ratio gl. dicti. §. quoniaz. habebat locũ etiã in ſponte volente teſtificari. ¶ In eadem gl. ibi p connexitatẽ. ⁊ ratione conſanguinitatis vſq̄ ad ſeptimuz gl. gradũ computando ſcḋm ius ciuile vel etiã rõne affinitatis vt contingit in ſocero q non cogit̃ teſtificari contra generuz nec econtra. ¶ In eadẽ gl. ibi q̄ agebatur de falſo ⁊ ſic videt̃ velle gl. qḋ ſit ſpãle in crimine falſi vt ẽt. ĩ. gl. expreſſe dicit. ſed certe vt dicit Hoſt. multofortius debuiſſet dici q̄ cogerentur in crimine hereſis leſe maieſtatis ⁊ ſimonie ⁊ ſic non vr̃ quod ſit ſpeciale in dictõ crimine. ¶ In ea. gl. ibi prouidit nouum ius quaſi velit q̄ papa iſta vba preterq̄ ſuper criminibus nõ poſuerit in reſcripto propter cãm q̄ verteret̃ inter ptes. ſed ex abundanti ad oñdẽdũ q̄ ideo teſtes in cã que erat inter ptes debuerũt cogi q̄ erat cauſa ciuilis. ſecus ſi fuiſſet cã criminalis. ¶ In ea. glo. ibi vt pz in antiqua quaſi velit q̄ in antiqua apparebat q̄ erãt data pcuratores ad totã cãm. non aũt ab excuſationes allegandas ⁊ forte ante litẽ conteſtata dati fuerunt. preterea etiã non vr̃ bona opi. pdicta inquantũ vult poſt litẽ conteſtatam in cã criminali poſſe interuenire pcuratorẽ q̄ eſt contra tex. in. c. veniens. ĩ. de accu. ⁊ in. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. ⁊ ſz etiã aliqui dicãt q̄ in cã criminali poſſit pcurator interuenire ad vnũ articulũ tñ vr̃ cõtra generalitatẽ dictoꝝ iurium de quo in. d. c. veniẽs. p Inn. ⁊ Jo. an. ⁊ per Dy. ⁊ Bar. in. d. §. ad crimẽ. Poſſet etiã rñderi ... tenendo opi. q̄ hic erat cã ſuper articulis ciuilibus ⁊ ſuper criminalibus ⁊ qḋ articuli criminales erant tales q̄ veniebat iponenda pena relegationis vel minor. ⁊ ideo potuit interuenire pcuratorꝝ ea que habentur in. d. c. veniens. ⁊. d. §. ad crimen. Sz iſtud eſt diuinare qḋ eſt refugium miſeroꝝ vt eleganter dixit gl. in. l. filiũ quẽ habentẽ. C. fami. her. ¶ In ea. gl. ibi ſz magis equuz. ⁊ ſic videt̃ gl. finaliter reſidere in prima opi. ſuper poſita. vt non compellantur q̄n agitur criminaliter directe. ⁊ ſic p viam accuſationis ⁊ hoc ne q̄s de facili condẽnetur ad tã grauem penã. prout contingit imponi p viam accuſatiõis. ĩ. de ac
5 cuſa. ſup his. ¶ † In ea. gl. in fi. gl. non declarat q̄n voluerit Inno. tacere veritatẽ ſuper crimine eſſe peccatũ. ſed ipſemet Inn. ſe declarat. quia niſi compellerentur teſtes, eſſet conſecuturus damnoſam ſentẽtiam contra ſe. vel amiſſurus lucroſam. tũc tacere veritatẽ eſt peccatũ ſm eũ. facit. ſ. eo. c. ĩ. ⁊. c. puenit. el. ij. ſecus q̄n pdicta ceſſarent vt contingit q̄n agitur de crimine ad penã criminalẽ. q̄ tũc ſz non cõpellant̃ teſtes non conſeq̄ q̄s ɔtra ſe dãnoſam ſniam. imo tũc potius reus abſolueret̃ ⁊ celaret̃ crimen fratris. qḋ vr̃ potius meritoriũ ſm eum facit. ij. q. ĩ. ſi peccauerit nec ẽt admittere q̄s lucroſam ſniam. q̄ accuſator nihil conſequeret̃ ẽt ſi pbcet crimẽ, cũ pena veniat applicãda fiſco ſeu ad vtilitatẽ publicã in cã criminali. vt tetigi. ſ. ti. ĩ. teſtimoniũ. ⁊ facit qḋ no. gl. in. l. iij. §. ĩ. ff. de ſepul. vio. ⁊ ideo ſcḋm eum tũc non debent compelli teſtes q̄n de crimine agitur ad penam criminalez ⁊ ſic ad penam que non venit applicanda parti ſz fiſco ſeu ad vtilitatem publicam. ⁊ ſic ſi ponderetur in effectu Inn. vr̃ ẽt tenere primã opi. hic poſitã in gl. quã gl. etiam hic ſunt ſecuti. nam tunc proprie agitur de crimine directe ⁊ criminaliter per viã accuſationis vt. d. c. ſuper his. dicit tamen Inno. q̄ non debent cõpelli teſtes tunc aliud niſi quis perſeueret in crimine quia tunc poſſent cogi ſi delictum eſſet manifeſtum vt emendetur ſecus ſi occultum. q̄ tunc non cogeret̃. niſi crimen eſſet periculoſum ſicut eſt crimen hereſis vel dilapidatiõis. ĩ. de accu. qua

¶ Nec q̄ ſũmat̃. idẽ dicit h. d. abb. tñ Fel. h ſũmat paucis vbis vcz in crialib⁹ teſtes nõ compellãtur. tñ do. abb. ponit caſum i terminis.

Ayuntamiento de Madrid

liter el.ij.τ de hereti. ad abolendam.τ. c.excõicamus.§.qa vero dixit et pdicta vera.i.niſi teſtes ſubtraherent a pte vel ipſi ſe ſubtraherent malitioſe p ea que habent.s.eo.peruenit.τ in.c.pcedenti.Sꝫ Hoſti.non placet opi.qꝛ ſm eũ p eam deus offendit:reſpublica leditur:primus corrumpit materia delinquendi dat τ et corrumpendi teſtes τ puniat inobediens q deberet penis affici.Et ideo propter vitandas abſurditates pdictas τ vt delicta puniantur.facit.j.de ſen.ex.vt fame.dicit teſtes compellendos ee regulariter facit vt.s.dixi qñ ſolũ opponit crimẽ ad fi.repellendi aliquẽ a teſtimonio vel ab accuſatione.τ ſic intelligit tex. iſtũ.nã tunc teſtes non debent compelli ſm eum niſi magnũ piudicium fieret pti.vt.j.c.proximo.τ ſic dicit vrbanũ quartũ de facto diffiniuiſſe in quad.i cã electionis toletane.nõ obſt.l.ſi qñ. C.de teſti.cum dicit in pecuniarijs cauſis teſtes cõpellendos.τ ſic a cõtrario vr innuere ſecus in criminalibus qa non dꝫ ſumi ſenſus contrarius qꝛ eſſet alteri iuri contrarius vt ptꝫ ex.c.ſup his.τ.c.cũ cõtra.τ in lege iulia.p locũ a ſpali.ff.de teſtib.τ p iſta parte etiã allegat qꝛ accuſator cũ teneat ad penã talionis ſi non pbet.j.de accu.ſuper his vitaturus eſt dãnoſam ſniam ſi teſtes cogantur.ideo etiã ſcdm theoricam Inno.vr tunc celare veritatẽ ee peccatũ τ per ɔñs teſtes debere cõpelli.τ hec ſint dicta pro declaratione gloſſarum τ materie.Tamen p cõcluſione ſi qrit an teſtes als idonei ſint cogendi vel nõ potes ſic diſtinguere ſꝫ Jo.cald.qꝛ aut noiantur teſtes ſup cã ciuili mere:aut ſup criali primo caſu aut non ſunt pſone priuilegiate.τ tunc indiſtincte pñt compelli p id ꝙ habetur in.l.ſi qñ.C.eo.τ facit qd habet.s. eo.c.j.τ.ij.Aut ſunt perſone priuilegiate de quib9 habet.iiij.q. iij.§.Itẽ in criminali.ver.Item lege iulia iudiciorũ.cũ duobus ſequentibus τ ver.Itẽ inuiti.τ tribus ibi ſequentibus.τ tũc tales ſcdm leges non cõpellunt vt in predictis verſiculis volẽtes tñ admittuntur vt pꝫ i eis a cõtrario ſenſu facit.iij.qd.v.c.j.qd tñ intellige niſi eſſent aliqui q eſſent priuilegiati ppter reuerentiã eius contra quẽ producunt vt ſi filius produceret cõtra patrẽ vt libertus ɔ patronũ.nã tunc et ſponte non videntur admitti p ea q habent in iuribus pallegatis.de mediatoribus autem an poſſint compelli dicit Jo.Cal.diſtinguendũ eſſe vt notat p gl.in aut.de teſti.§.qm.nec vlterius declarat.ſed tu dicere potes vt plenius dixi ſuper gl.Scdm canones aũt dicit diſtingui poſſe ſm Hoſt.in iſtis priuilegiatis.qꝛ aut p alios veritas haberi nõ põt τ tũc cõpelli poterunt.τ ſic dicit intelligendũ qd notatur.s.ti.j.in.c.ſi qui.τ ratio eſſe poteſt lꝫ non dicat qꝛ tũc celare veritatẽ vr eſſe peccatũ ideo tunc debent poſſe ɔpelli vt dixi.s.eo.c.j.Item aduerte qꝛ non videt Jo.Cald. inter priuilegiatos ponere clericos ſcdm cõtrariũ vr voluiſſe.gl.s.eo. ſuper eo.τ vr etiã probari ex his que habentur.ij.q.vj. ſtatuendum.τ xiiij.q.ij.§.§.in quibus videtur probari qd clerici demũ debent compelli ad teſtimoniũ qñ aliter veritas haberi non põt lꝫ ipſe Jo.cal.forte intellexit dicta iura qñ clerici producerentur corã ſeculari iudice p ea q inferius dicã poſt eũ ſed certe ipſa dicta τ potiſſime qd habet in.d.c.ſtatuendũ.non videntur bene pati hanc limitationem.nec vr de mente gloſ.in.d.c.ſup eo.τ in.d.c. ſtatuendum.Secundo caſu quando nominantur ſuper crimine τ tunc aut nominant ſuper crie directe ppoſito:aut p viam exceptionis oppoſiti.Primo caſu aut de illo crimine agitur ciuiliter aut criminaliter ſi ciuiliter tũc ſunt compellendi ſicut in mera ciuili.s.eo.ſuper his τ.c.peruenit.el.ij.nec ob.lꝫ ipſe nõ dicat tex.in.d.c.peruenit.qui videtur velle ꝙ cogant demũ ſi aliter veritas haberi non poteſt qꝛ illud ꝯs intelligit dictum ee ad finem vt etiã tunc priuilegiati non poſſint compelli non autem quin non priuilegiati non poſſint compelli etiã ſi aliter veritas haberi non poſſit.qꝛ reſultaret abſonus intellectus ex eo, quia tunc nõ eſſet differentia inter priuilegiatos τ nõ pulegiatos, cum etiã priuilegiati tunc cogantur vt ſuperius eſt dictũ.Itẽ non obſt.qd habetur.s.eo.cũ contra.dum dicit eos cõpellẽdos ſi ſe ſubtrahant gratia,τc.s.eo.ſuper eo.qꝛ intelligo illud dictũ eſſe ex eo.qꝛ ſi teſtes ſe non ſubtrahant ſed ſpone parati ſunt teſtificari tunc non eſt opus compulſione non aũt eo qꝛ ſit neceſſe probare qd ſe ſubtrahant τ hoc etiam ſatis videt de mẽte gloſſarum dum dicunt ꝙ eoipſo ꝙ moniti volũt teſtificari videntur ſe ſubtrahere.Si aũt agitur criminaliter.τ ſic ad penã applicandam fiſco ſeu ad vtilitatem reipublice τ non parti facit qd dixi. s.titu.j.teſtimoniuꝫ.τ qd notat gl.in.l.ij.ff.de ſepul.vio.in.§.j. tunc licet gl.hic videtur tenere ꝙ cogantur τ videatur et ſequi Inno.tñ diſtinguere potes vt tangit Jo.Cal. quia aut agitur criminaliter in foro eccleſiaſtico aut in foro ſeculari.Primo caſu quando in foro eccleſiaſtico tunc omnes indiſtincte ɔpelli debent ſm eum allegat.c. precedens.τ.s.eod.peruenit.τ ſic tranſit Cald.ſed certe iſtud videtur intelligendũ vbi ſint perſone pulegiate qꝛ ille nõ videntur compelli nde niſi in ſubſidiũ.Si eni illi non compellunt in ciuili mera que eſt magis fauorabilis ergo multominus videntur [illegible] que de ſe eſt odioſa.ij.q.vij.in.c.cũ quis eps fa[illegible] notatur.s.de.elec.cum in cunctis.in prin.Si autẽ agitur [illegible] ſeculari.τ tũc aut agit ad penam pecuniariaꝫ que forte imponitur de iure cõi vel p ſtatuta. Aut agitur ad penã corporalẽ impo[illegible] adã.ſi agitur ad penam pecuniariã imponẽdam intellige applicandam fiſco ſeu reipublice τ non parti:qꝛ als diceret ciuiliter agi de crimine p id qd dixi in.d.c.teſtimoniũ.τ tunc poterunt cõpelli laici p decre.peruenit.el.ij.s.eo.τ facit qd habetur [illegible] l.lege iulia. a cõtrario ſenſu,ſeu p locũ a ſpali.ff.de teſt.canonizata.iiij.q.iij.Sꝫ puto hoc intelligendũ lꝫ ipſe non dicat in perſon[illegible] i priuilegiatis als non poſſent compelli vbi in ſubſidiuꝫ p per ea q.s.dixi.An aũt clerici tunc ſint compellendi dicit ꝙ non ſi veritas p alios haberi poſſit.Si vero per alios haberi non poſſet tunc poterunt cõpelli etiam clerici teſtificari,non tñ fiet tunc compulſio p iudicẽ ſecularẽ, ſed p iudicẽ eccleſiaſticũ.nec iurabunt in manib9 iudicis ſecularis,ſed in manibus iudicis eccleſiaſtici vel alteri9 clerici cui committet.τ ſic dicit intelligendũ qd habetur.xiiij.q.ij. quãq.Et no.bene quia videt velle clericos tunc demum habere priuilegiũ qñ cõpelluntur corã iudice ſeculari. τ qñ producunt ſuper crimen ad penam pecuniariam.ſed vt ſupradixi de mente gloſſarum videtur eſſe qd etiam extra caſum predictum non cõpellatur niſi in ſubſidium de quo ſuperius dixi. Si aũt coraꝫ ſeculari iudice agat ad penam corporalẽ tunc laici poterunt cõpelli allegat.s.eo.ſup eo.in fi.qd intelligo niſi eſſent puilegiati. vt.s.dixi.clerici autem non compellentur etiam corã iudice loci qui eſt de temporali iuriſdictione eccleſie ſiue prelati eccleſiaſtici vt contingit quandoꝗ,facit qd habetur ne clerici vel mona.c.ſi.li.vj.τ hoc ppter timorẽ irregularitatis.j.ne cle.vel mo. ſniam.τ facit.j.de rapto.in archiepiſcopatu.τ ſic videt hoc dictum intelligendũ qñ pena eſſet talis ex qua ſequi poſſet irregularitas p ea que habentur in.d.c.in archiepiſcopatu. ideo tunc nõ debent clerici compelli.Item honeſtum eſſet ſm Joã.an.τ ipſum Jo.cal.hoc caſu et in foro ciuili nõ cogi laicum qui vellet clericari ne alias impediatur a tali propoſito.Secundo caſu principali qñ de crimine agitur per viam exceptionis.τ tũc aut punit [illegible] quẽ excipit puta ꝙ repellitur a promotione.j.de accuſa.ſuper his.τ tunc ſunt compellendi facit.s.eo.ſuper his. Aut non punitur puta qꝛ excipitur contra accuſatoreꝫ teſtẽ vel procuratorẽ facit.s.de ord.cogni.c.ij.ad fineꝫ.τ hoc caſu nõ debent teſtes compelli propter odium talis probationis ex q ſola infamatio ſequitur.τ ſic põt intelligi hec decreta. vt voluit hic Hoſt.τ hoc verum ſm eum vbi magnum fieret parti preiudicium.quia tunc eſſent compellendi per id quod habetur.j.c. proximo.τ ſupradictam diſtinctionem dicit Jo.cal. tenendaꝫ in hac materia reiecta diſtinctione illorum qui ſimpliciter diſtinguũt inter laicos τ clericos τ an per alios poſſit haberi veritas vel non.Item illorum q diſtinguũt an ſe ſubtrahant vel non q diſtinctio ſi veritas ponderetur parum releuat in effectu ſcdm eum τ hec ſufficiant de iſta materia quam plenius tractaui quã tractat hic do.An.τ etiam ipſe [illegible] et Cald. ¶ Itẽ adde ſuperi9 dictis quantum dixi clericos eſſe priuilegiatos vt non cogant niſi in ſubſidium quando aliter veritas haberi non poteſt.nam hoc etiam tenuit Hoſti.in ſumma.eo.ti.§.j.idem etiã Goffr.in ſumma hui9 tituli ſubdit tñ ꝙ et compelli poſſunt ſi ſe ſubtrahãt timore vel odio.τ ſic et voluit glo.in.d.c.ſtatuendam.ij.qd. vj.ſed intelligo quod hoc caſu non dicuntur ſe ſubtrahere odio vel timore eoipſo quod non volunt teſtificari niſi aliter probet per ea q dixi.s.eo.c.j.τ quia alias non eſſet differẽtia inter ipos clericos τ laicos.¶ Ultimo adde ꝙ curia romana indifferẽter non cogit teſtes niſi agatur de crimine qualitercũꝗ de illo agatur vnde nec i reſcripto tunc apponit clauſulam de teſtibus cõpellendis.vt no.Hoſt.in ſumma huius tit.§.j.circa fi.τ ſimpliciter Goff.in ſumma huius tit.dicit tñ idẽ Gof.ꝙ lꝫ non apponat illa clauſula in reſcripto iudex procedere poterit ſm diſpoſitionẽ iuris ad cõpulſionem teſtamenti tene menti.

1 ¶ Coniuratio eſt res illicita.

**Venerabilis.** Ad detegendã cõiurationẽ cogunt ſocij τ iurati.h.d.in prima pte inſta petitio in ſcda ipſi9 exauditio. ſcda ibi.ideoꝗ.¶ No.practicã pcedendi contra iurantẽ temerarie ad piudiciũ alterius:qꝛ vna practica eſt vt compellatur is cui preſtitum eſt iuramentũ vt abſoluat a iuramento.Alia etiam eſt practica vt non obſtante iuramẽto tanꝗ illicito compellatur de qua.s.tit.j.intimauit.τ.c.conſtitutis.poteſt etiam cogi ad detegendam fraudem predictam.s.eo.peruenit.el.j.¶ Itẽ no.arg.ꝙ pſtans iuramentum de nõ teſtificãdo non cõpellatur niſi in ſubſidium vel niſi ſe ſubtrahat timore vel odio ſed ad hoc [illegible] patet ex his que dicta ſunt in ti[illegible]cto [illegible].τ.c.con[illegible].τ.s.eo.peruenit.el.j.τ etiam ex notatis

Ayuntamiento de Madrid

1 notarie hic per[illegible] ¶ I[illegible] coniuratio videt̃ eſſe res illicita. de quo hic in glo. j. ⁊ etiã in. c. exhibita. de iudi. ⁊ in. c. conſpirat. [illegible] q. j. in quibus videtur notari ꝙ in dubio preſumatur illic[illegible] poteſt tñ aliquãdo eſſe licita vt ſi fiat a d bonũ finem. xvj. q. vij. [illegible] c. ſane. ⁊ facit qḋ nõt. in. c. cõqueſtionem. de verb. ſig. in. vj. ¶ In gl. penul. ibi de electione. c. venerabilẽ. cer te ibi erat dubium a iuramentũ teneret vel nõ, ideo non debet tunc qs ꝓpria auto ate veni e cõtra. ſecus quando eſt certum iuramẽtũ eſſe illicitu ⁊ nõ tenere: quia etiã tunc bene poteſt quis ꝓpria autoritate vel re cõtra ſi vult per iura ſuperius alle. in glo. po teſt etiã ſi vult alluna petere ſe abſolui nec etiam de facto notet de reatu per. urij poteſt etiã petere ꝙ per iudicẽ denunciet ipm nõ eſſe aſtrictũ iuramento. ¶ Quis aũt debeat cogi abſoluere iſtos cives in caſu iſto dicit Jo. an. ꝙ illi qui regũt ciuitatẽ ⁊ ſic tenẽt vicẽ cõitatis cui iuratũ erat vt ſũt cõſules ciuitatis. facit ꝙ habet in. l. municipibus. ff. de condi. ⁊ demon. Si aũt iſti nollẽt abſoluere poſſet iudex ex officio abſoluere. per id qḋ habet in ſimili. in. c. j. ⁊. c. debitores. j. de iureiur. tñ de neceſſitate in. caſu. c. nõ erat neceſſaria abſolutio, q2 iuramentũ nõ tenebat ⁊ erat illicitum vt dixit glo. ¶ In ea. glo. ibi: ſiquis papa. ⁊ facit ꝙ habetur. s. titu. j. veniens el. j. ⁊ de teſtibus. c. j. lib. vj.

## ¶ De fide inſtrumentorum. Rubrica.

1 ☞ Inſtrumenti appellatione quid comprehendatur.

1 ¶ Circa iſtã rubri. tangit Jo. and. quid cõprehendat ꝑ appellatione inſtrumẽti: ⁊ concludit ꝙ oẽ id per qḋ cauſa inſtruit. ⁊ ſic etiã comprehẽdunt teſtes. s. ti. j. peruenit. el. j. ⁊ ſic etiã trãſit. d. An. ſed certe quãtum ad materiã huius ti. nõ videt ꝙ apppellatiõe inſtrumẽti cõprehẽdãt teſtes cũ iſte ſit, ſpecifice ponatur tanq̃ diuerſus a titulis ꝑcedentibus. Fateor tñ ꝙ als vbi in iure fieret mẽtio de inſtrumẽto cõtinerent etiã teſtes per id qḋ habetur in. c. pueniit. el. j. s. tit. j. dixit tñ Acc. in. l. notionẽ. §. inſtrumẽtorũ. ff. de ver. ſig. ꝙ tunc cõprehendunt teſtes: nõ ex ꝓpria ſignificatione: ſed ex interpretatione ⁊ ex lata ſignificatione: ⁊ ſic videret ꝙ vbi in ſtatutis fieret mẽtio de inſtrumento nõ cõprehenderent teſtes q2 in illis nõ eſt recedendũ a ꝓpria ſignificatione, vt not. per glo. Cy. ⁊ Bar. in. l. j. ff. de ver. ſig. ⁊ facit qḋ nõ. idẽ Bar. in. l. labeo. §. cõtractũ. e. ti. ⁊ plene etiã p eũ in. l. oĩs ppli. i materia interpretationis ſtatutorũ. ff. de iu. ⁊ iur. Bar. tñ i. d. §. inſtrumẽtorũ. nõ videt tenere dictã gl. ex eo q2 etiã ex alluſione vocabuli poteſt ſumi ꝓpria ſignificatio. l. tugurij. ff. de ver. ſign. ⁊. l. ij. §. j. ff. ſi cer. peta. ⁊ ſic videt ꝙ etiã ex ꝓpria ſignificatiõe appellatione inſtrumẽtorũ cõtineant teſtes nã d2 inſtrumẽtũ in eo q2 inſtruit qḋ etiã facit tex. dicit tñ qḋ ſm cõem vſũ loquẽdi nõ vident cõprehẽdi teſtes appellatione inſtrumẽtorũ. ⁊ ſic poſſet ſaluari illa glo. ⁊ per hoc videret ꝙ cũ in ſtatutis ⁊ ẽt in contractib9 verba debeãt ſumi ſm cõem vſum loquẽdi per id ꝙ not. ⁊ le. in. l. librorũ. §. ꝙ tñ caſſi9. ff. de lega. iij. ⁊. j. de. ſponſa. ex lr̃is et Bar. in. d. l. oẽs ppli. in materia interpretationis ſtatutorũ qḋ in illis appellatiõe iſtrumẽtorũ nõ contineat teſtis. lʒ ſit ſecus in diſpoſitione iuris cõis per id qḋ habet in. d. c. peruenit. ad ꝑdicta bene facit qḋ no. gl. in autẽ. de fi. inſtru. ſup rub. ⁊ but. in. l. j. ff. de fi. inſtru. vbi aperte vult butri. ꝙ in ſtatutis appellatiõe inſtrumẽtorũ nõ cõtineant teſtes. ⁊ ideo ſʒ eũ pena impoſita p ſtatutum ꝓducenti falſum inſtrm nõ habebit locũ in ꝓducẽte falſum teſtẽ ſed alias erit puniendus pena iuris communis.

1 ☞ Scriptura exemplata nõ eſt autentica.
2 Inſtrumentũ ad hoc vt ſit autenticum quid requiritur.
3 Scriptura iudicis an credatur etiaʒ ſi habeat teſtes inſcriptos.
4 Scripture quã facit homo priuatus in preſentia triũ teſtiũ an ſit autentica.
5 Scriptura que ex archiuo publico extrahatur ſubſcripta manu officialis ibi deputati an ſit autentica.
6 Notarius qualiter probabitur.
7 Inſtrumentũ ſi producitur de longinquis partibus ⁊ negaretur tabellionẽ eſſe illum qui illud ſcripſit an tale inſtrumentũ probet ſi ſit in forma publica.
8 Inſtrm validũ an poſſit ſumi de rogatione notarij cancellata.
9

SI ſcripturam. Exẽplũ[a] inſtrumẽti nõ probat abſq3 originali. h. d. ⁊ nõ diuidit. ¶ Not. ꝙ ſcripture autẽtice adhibet fides. ¶ Itẽ no. ꝓ ſcḋo ꝙ ſcriptura excẽplata nõ d2 autẽtica, ⁊ idõ ñ dat ei fides vt tangit in glo. fi. de ſcriptura autẽ, tãgitur in glo. j. ⁊ etiã in. c. ſeq. ¶ In glo. j. ibi per manũ publicaʒ hoc eſt per manũ tabellionis qui d2 eſſe pſona publica. ⁊ habet officiũ ex publico: q2 autoritate ſuperioris ſup hoc habẽtis poteſtatẽ: videlʒ creãdi tabelliones qui aũt ſint illi qui poſſint creare tabelliones poſuit Inno. j. e. cũ. p. tabellio. ⁊ habetur in Sp. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. ⁊ ſcias. vbi etiã tãgit Joã. and. in addi. An poteſtas notarij ſit ꝓrogabilis eo caſu in quo notarius habet poteſtatẽ cõficiendi inſtrumẽta ſolũ in certo loco. de quo tãgetur. in. d. c. cũ. p. ⁊ ſic ad eſſe inſtrumẽti publici ſcripti per ma-

2 nuum tabellionis videt requiri. primo ꝙ j habuerit autoritatem tabellionis ab habẽte poteſtatẽ creãdi tabelliones. ſcḋo requiritur ꝙ cõſtet de dicta poteſtate ſibi data: ⁊ ſic ꝙ cõſtet ipſuʒ creatum fuiſſe notariuʒ ꝙ qualiter ꝓbetur tangit Inno. hic ⁊. j. de ver. ſi. veniẽs hodie. li. vj. ⁊ etiã in Specu. de ꝓba. §. j. ad fi. verſic. lʒ ꝓbatio. cũ ſeq. ⁊ de inſtru. edi. §. reſtat. ver. ⁊ ſcias. ⁊ verſi. illud autẽ. ⁊ etiã per Azo. in ſumma auten. hoc. e. ti. ⁊ per Cy. in. l. cõparatiõe. ad fi. C. de fide inſtr. ⁊ plene ꝓſequitur hic do. Anton. ¶ Item exigitur tertio ꝙ ſit rogatus de cofectione inſtrumẽti: a per id qḋ habetur in. §. nos autẽ. in autẽ. de tabel. A quibus aũt debeat eſſe rogatus ⁊ qualiter debeat rogari. ⁊ an in dubio preſumitur rogatus. tangit hic Innocẽ. de quo etiã per glo. in. d. §. nos aũt. ⁊ in Specu. eo. ti. §. breuiter. ver. ⁊ no. ⁊ etiã in. §. iij. verſi. ſed nũquid. ⁊ per Bar. in. l. ſciendũ. ff. de verb. obli. ⁊ per Joã. an. in addi. Spec. ſuper. d. verſi. ſed nunqd. ¶ Itẽ exigit quarto ꝙ propria manu ſcribat inſtrumẽtũ ⁊ ſubſcribat ſe, ⁊ etiã teſtes. An autẽ poſſit per alium ſcribere ⁊ poſtea ſe ſubſcribere. videt dicendũ ꝙ nõ regulariter per id quod habet in. d. autẽ. de tabe. de quo dicet. j. eo. inter dilectos. ⁊ etiã in Spe. eo. ti. §. j. verſi. et ſcias. vbi videtur notari ꝙ nõ poſſit per aliũ ſcribere niſi fuerit impedit9. ⁊ hoc faciat autoritate iudicis vel niſi cõſuetudo aliḋ haberet per id qḋ habetur. j. eo. cũ dilectus. nõ exigitur tamẽ vt teſtes ipſi ſe ſubſcribant. ſed ſufficit ꝙ notarius cõtra illos inſcribat in inſtrumento: niſi aliud haberet cõſuetudo vt olim erat in priuilegijs in quibus cardinales propria manu inſcribebant, et hoc vidi in aliquibus priuilegijs antiqs. facit qḋ habet. xij. q. ij. cũ redẽptor. lʒ hodie hoc ñ ſeruet. An aũt in actis requirat ſubſcriptio teſtiũ. recurre ad no. in. c. qm̃ contra falſum. s. de ꝓba. ¶ Item an requirat ꝙ teſtes ſint rogati. tene ꝙ regulariter rõ requirit niſi appareat in iure expreſſum. Et caſus in quibus requiritur ꝙ ſint rogati. ponit Specu. in titu. de teſt. §. j. ver. item ꝙ nõ fuit. Et an tunc in dubio preſumant rogati notatur ibi: in ſe. ver. de quo per Bar. in. d. l. ſciendũ ¶ Itẽ exigitur ꝙ inſtrumentũ habeat annos dñi nomẽ pape in terris eccleſie vel imperatoris in terris imperij indictionẽ menſem ⁊ diẽ cõfecti inſtrumenti. de quo. j. eo. inter dilectos. ⁊ in Spec. j eo. ti. §. j. ⁊ in aut. vt preponat nomẽ imperatoris. in princi. colla. v. debet etiã contineri in inſtrumẽto locus cõditi inſtrumenti. de quo per gloſ. in c. abbate. ad fi. de re iudi. li. vj. Et etiã locus loci per id qḋ habet in data. vj. li. ⁊ in. §. quãtum vero. in aut. quib. mo. na. effi. le. col. v. ⁊ no. Jo. and. in. c. abbate. ſuper gloſ. exigitur etiã ſm aliquos ꝙ in inſtrumẽto appoſitũ ſit ſignũ notarij. per id qḋ habet in. §. oportet. in aut. de fide inſtru. ⁊. l. fi. C. de aſſeſſo. de quo per Bar. in. l. conſtit. ff. ⁊ in. l. ad teſtium. §. ſʒ ſi ſigna. ff. de teſta. Accur. tñ in. l. generali. C. de tabu. li. x. nõ ponit aliquid de ſigno inter requiſita ad ſolennitatem inſtrumẽti. vnde cõmuniter tenetur ꝙ de iure nõ eſſet neceſſe illud apponi. licet vtile ſit apponi vt melior poſſit fieri cõparatio vt in. d. §. oportet. vnde dicit. Bar. in locis prealleg. ſtandũ eſſe in hoc cõſuetudini. idem Joan. an. in addi. Spec. eo. ti. §. j. vbi videtur tenere ꝙ ſignũ notarij nõ ſit de ſubſtantia inſtrumẽti q2 non bene reperitur iure cautũ: ⁊ q2 omiſſio ſolẽnitatis modice nõ habet vitiare. l. j. §. fi. ff. de vẽtre inſpi. ⁊ q2 etiã [illegible] illud omittit in. d. l. generali. An aũt requiratur ꝙ inſtrumẽtũ ſit ſcriptũ in charta pecudina vel hedina. An etiã poſſit ſcribi in papiro tene ꝙ etiã in papiro poteſt ſcribi. lʒ cautius ſit ſcribere in quarta pecudina vel hedina: q2 i papiro faciliter corrũpitur. de quo in. l. j. ff. de bo. poſ. ſm tabu. ⁊ per Bar. in l. commodato. §. ſicut. ff. cõmo. ⁊ in Spec. eo. tit. §. poſtremo als §. inſtrumentũ. ver. item ꝙ ſcriptũ eſt in papiro. Poſſet etiã ſcribi in tabulis cereis vel ligneis aut marmoreis per id quod habetur in. d. l. ⁊ i. d. §. ſicut. ⁊. s. de ꝓba. in. c. cum cauſam. An aũt poſſit ſcribi in chartis raſis: videretur ꝙ nõ. per id quod habet in. l. fi. C. de edic. Sed in contrariũ eſt tex. cũ glo. in. l. charte. ff. de bo. poſ. ſm tabu. nec ob. d. l. fi. q2 debet intelli. qñ apparet raſuram eſſe factã in certa parte. ſecus quãdo de eadẽ litera ⁊ vniformiter tota charta eſt ſcripta debet etiã notari9 de iure ſcribere extẽſe ⁊ nõ per notas ſeu ſigna. per. l. j: C. de emenda. inſtiniani codicis. neq3 per titulos ſtilli quoſdã tamẽ hoc nõ ſeruatur: cauere tñ debet a periculoſis abreuiationib9 que poſſent alterare ſenſum cõtractus. facit qḋ no. in Specu. eo. ti. §. poſtremo. v. item opponitur ꝙ inſtrumentũ. Requiritur ⁊ vltimo ꝙ inſtrumentum ſit publice corã partibus lectũ als nõ valet per. l. fideicõmiſſa. §. j. ff. de leg. iij. ⁊ per Jo. and. in Specu. eo. tit. §. expenſo. ver. illud quoq3. ¶ In ea. glo. ij ibi ſed inſtrumẽta. Sed certe ille. §. videtur loqui quãdo inſtrumentum eſt publica manu cõfectũ per manũ tabellionis. Unde melius facit. qḋ habetur in. c.

m

a ¶ Exẽplũ inſtrũ ad intellectũ huius c. vid. doct. legũ lauteñt. ſi qs in aliquo. C. de edẽ. ⁊ ſigniã terp. d Jaſ. de may. poſt omnes alios qui ſe in dicto loco multum dilatat ponẽdo queſtiones ſingul.

Ayuntamiento de Madrid

cum a nobis. ℥. de teſtibus. Ubi videtur caſus ſm vnũ intellectũ prout ibi plene dixi. tñ ſm intellectũ quẽ ibi ſequitur Jnno. loquitur ibi de iudicibus. ſ. chartularijs, facit qđ no. in. l. j. ff. de iudicijs ꝛ in. l. fin. C. vbi ꝛ apud quem reſtitutio petatur. ꝛ ſic videtur quod

3 ſcripture † iudicis nõ credatur etiam ſi habeat teſtes inſcriptos: quia cenſetur priuata ſcriptura, cũ ſcribere nõ ſit officiũ iudicis ſed tabellionis. ꝛ iſtud videtur ſequi Jnno. in. d. c. cum a nobis. ¶ Jn ea. glo. ibi: vel duoꝝ viroꝝ ſupple ſcribentiũ acta de mandato iudicis. vt pꝫ in. c. quoniã. alleg. in glo. alſ nõ faceret fidẽ ſcriptura priuata etiã duoꝝ viroꝝ. ¶ Jn ea. glo. ibi: ſigillũ autẽticum. in hoc bene dicit gl. vt pꝫ ex no. ſ. c. pxi. ꝛ in. c. poſt ceſſionem. alleg. in glo.

4 ¶ † Jn ea. glo. ibi videtur aut. ſed veritas eſt ꝙ proprie nõ eſt autẽtica: qꝛ nõ facit fidẽ ſi negetur niſi probetur per teſtes vt pꝫ in iuribus hic alle. verũ eſt ꝙ põt dici q̃ſi autẽtica. vt voluit tex. in. l. ſcripturas. allega. in glo. ex eo, quia ſi talis ſcriptura approbetur per teſtes habet vim autẽtici inſtrumẽti, nedũ in iure perſonali: ſed etiã in iure reali obligationis hypothece adeo ꝙ habens obligationẽ hypothece ſeu bonoꝝ ex tali ſcriptura preferetur habẽtibus poſteriorẽ hypothecã ſeu obligationem etiaꝫ virtute publici inſtrumenti. vt ibi patet. dicitur etiam extra glo. ſcripturam eſſe autenticã ꝛ publicam quãdo ei credit de iure vel de cõſuetudine abſꝗ alio adminiculo. ſ. eo. cuꝫ

5 dilectus. † Jtem ſcriptura que trahitur de archiuio publicõ ſub ſcripta manu officialis ibi deputati. in autẽ. ad hec. C. de fide inſtru. dixit etiã hic do. Anto. ꝙ ſcriptura ſcript. ab habente officium de publico in his que ſunt ſui officij poteſt dici publica. alleg. no. per gloſ. in. l. quedã. ſ. numularios. ff. de edẽ. ꝛ. l. ſi publicanus. ff. de publicanis. ꝛ. C. de epi. ꝛ cleri. l. ſi quis per calumniã. ꝛ de conuer. cõiu. dudũ. per Jnnoc. ꝛ de vſur. c. [illegible] ꝛ. ff. rẽ pupil. ſal. fore. l. nõ quaſi. Sed certe hoc videtur pcedere quãdo eſſet officialis deputatus ad ſcribendum vt erant argentarij qui olim de publico eligebanf. ꝛ ſic loquitur gloſ. in. ſ. numularios vel etiã quãdo ſcriptura haberet ſigillũ autenticũ. ꝛ ſic loquitur l. ſi publicanus. ꝛ. d. l. ſi qua per calũniaꝫ. no. autẽ. in. c. ꝙ ꝙ. nõ faciunt: qꝛ ibi nõ dicit credi ſcripture ſacerdotis parrochialis. ſed ꝙ poteſt recipere cautionem de vſuris. intelligo dũmodo appareat per teſtes vel per inſtrumentũ publicũ, nec ſimiliter obſtat no. in. c. dudũ. ꝛ. d. l. nõ quaſi. quia hoc ibi nõ dicitur: ſed potius tractatur de ſcriptura tabellionis. ꝛ vt tetigi. ſ. illa ſcriptura dicitur publica ſeu autentica qua pducta datur ſibi fides ſine alio adminiculo. vnde ſi aliqua talis ſit ſcriptura cui ſm conſuetudinem loci detur talis fides dicetur publica ſeu autẽtica. ſ. eo. cum dilectus. ꝛ ideo ſi de cõſuetudine loci notarius facit ſcribi inſtrumentũ de rogationibus ſuis per alium notariũ: ꝛ poſtea ſe ſubſcribit tali inſtrumẽto de cõſuetudine loci detur fides tunc tale inſtrumentũ probabit etiã ſi ſine autoritate iudicis fuerit per alium ſcribi. de iure vero cõi dicit Jnnocẽ. oẽm ſcripturã preter cõfectã a tabellione ꝛ pter acta iudicialia poſſe dici priuatã ſcripturã: quia eis pductis nõ datur a iure fides niſi aliter approbetur per cõfeſſionẽ aduerſarij vel per teſtes vel per comparationem literarũ ſm ea que habenf in. l. comparationes. C. eo. vel intelligas niſi habeat ſigillũ autenticũ. dicit tñ hic do. Anto. ꝙ oportet ſcripturam ex qua fit comparatio ſaltem habere quatuor teſtes ſcriptos in autẽ. eo. ti. ſ. ſi quis igitur. ꝛ. C. eo. comparationes. Sed certe melius dixiſſet tres ad minus. vt pꝫ ex iuribus prefatis: ꝛ quia ſatis inſtat hic do. Anto. qualiter probet

6 quẽ eſſe notariũ. concludo breuiter ꝙ poteſt pbari. † primo per inſtrumentũ cõfectũ ſup creatione ipſius tabelliõis. l. cũ precibus. C. de pba. Scđo per teſtes qui interfuerũt. l. in exercendis. C. eo. Tertio ſm Jnno. qñ probatur ꝙ tpe cõfecti inſtrumẽti ẽt ante gerebat ſe publice pro tabelliõe. ar. l. iij. C. ad macedo. ꝛ quãdo producunf multa inſtrumẽta p eũ cõfecta: quibus datur plena fides: nõ tñ ſufficiunt duo vel tria: ſed plura requirenf, ꝛ quot requiranf erit in arbitrio iudicis: ſed iſte tertius modus nõ approbatur qꝛ poſſet quis vſurpare ſibi officium tabellionis. nec ob. l. barbarius. de offi. pto. qꝛ ibi habuit autoritatẽ a ſuperiore lꝫ electus nõ poſſet habere officiũ: qꝛ ſeruus ideo tunc ſufficit ꝙ cõi opiniõe reputatus fuerit tabellio. Poſſet etiã ſaluari dictũ Jnno. qñ ſciẽte ꝛ patiẽte ſuperiore a quo ptendit poteſtatẽ habere. gerit ſe tanꝗ tabellio. ar. eoꝝ que habenf in. c. cõſultationibus. de iure patro. ꝛ per hec etiaꝫ poteſt patere an ſufficiat ꝙ ſit deſcriptus in matricula notarioꝝ: qꝛ certe nõ ſi eſt ſcriptura priuata. idẽ ſi publica qꝛ illa eſt enũtatiua facti de preterito. facit. l. herẽnius. ff. de decurio. ſaluo niſi deſcriptio facta eſſet ſciente et patiẽte ſuperiore. a quo ptendit poteſtatẽ hbbere per ea que nõ tantur per Jnno. in. c. in literis. de reſtitu. ſpolia. ꝛ in. c. bone. de poſtu. ꝛ. d. c. cõſultationibus. nõ tñ nõ ſufficit quẽ eſſe notariũ niſi etiã ſit deſcriptus in matricula. vt qñ hoc hꝫ conſuetudo vel

7 ſtatutũ loci. vt cõtingit in hac ciuitate Bononie. ¶ † Et per predicta poteſt patere ꝙ ſi inſtrumentũ pducitur de lõginquis ptibus ꝛ negetur tabellionẽ eſſe, [illegible] qui ſcripſit ꝙ talẽ inſtrumentum pbet ſi ſit in forma publica. Azo notabiliter dicit ꝙ ſic in ſumma autẽn. huius titu. ſi nõ eſt abolitũ nec in ſua ſi. neꝗ in aliqua parte ſuſpectũ. nec eſt perſona producẽtis ſuſpecta: ex quo tunc de facili aliã pbatio haberi nõ poteſt. ſed S. pec. eo. titu. ſ. reſtat. ver. quid ſi pducif. tenet hoc verũ qñ pdu̇citur aduerſario abſente vel preſente nõ cõtradicente. ſecus ſi cõtradicat qꝛ tũc debet pbari ipſum eſſe notariũ. ꝛ illud videtur ſequi Jo. an. ibi. ꝛ etiã hic do. An. ꝛ in tanto inoleuit practica ꝙ apportatur litere teſtimoniales poteſtatis vel dictũ loci in quo confectũ eſt inſtrumentũ habẽtes ſigillũ autenticũ in quibus fit atteſtatio quõ talis eſt notari⁹: ꝛ ad ipſum tanꝗ notariũ publice recurritur ꝛ eius inſtrumentis plena fides datur: ꝛ cautũ eſt etiã ꝙ cõtineatur in litera quomõ talis ſcripſit tale inſtrumentũ ſuper tali facto. ꝛ inter tales perſonas qđ incipit ſic ꝛ finit ſic: qꝛ lꝫ pars aduerſa confitereſ illũ notariũ, poſſet negare eum ſcripſiſſe. ꝛ iõ ad tollendũ dictũ dubium debet cõtinere qđ dixi. vbi aũt alius negatur ſcripturã factã manu ipſius tabellionis ſtabitur dicto eius ſi viuit ꝛ poſſit haberi per. l. ſi quis decurio. C. de fal. Si aũt nõ poſſet haberi poſſet pbari per comparationẽ alioꝝ inſtrumentoꝝ que cõſtarent cõfecta per ipſum notariũ. per ea que habentur in. ſ. oportet. ꝛ in. ſ. ſed inſtrumẽta. ¶ Jn glo. ſi. ibi iudicis autoritate ſupple: ꝛ parte citata per id quod nota. Jnno. ſ. ti. j. Albe. ꝛ ſic habes vnũ caſum in quo creditur exemplo. fallit ſcđo quãdo eſt apud acta regiſtratũ, ꝛ hoc pte preſente ꝛ nõ ꝯtradicẽte per no. ſ. de. pbat. qm̃ cõtra. fallit tertio quãdo quis habuit exẽplum inſtrumenti a parte aduerſa que illud pducit. vel de eius voluntate. per. l. in fraudẽ. ſ. neꝗ. ff. de iure fiſci. cum ibi notatis per Barto. ideõ cautela eſt ꝙ tunc pars faciat ſcribi in actis ꝙ pars producens dedit ſibi exemplũ vel de eius voluntate eſt datuꝫ. fallit quarto quãdo ab eodemmet notario qui cõfecit originale datur ipſum exemplum: quia tunc eadẽ eſt autoritas cõficientis originale ꝛ exemplũ: ideo etiã exemplo creditur. facit. l. vnũ. ff. de teſta. ꝛ qđ habetur in. l. ſi quis ex argentarijs. ſ. prohibet. ff. de edendo. ꝛ qđ no. in. d. ſ. neꝗ per Bar. fallit quinto, quãdo eſt exemplatũ de voluntate partium, nã tunc precindicat per. l. optimã. C. de contrahen. ſtipu. qđ intelligit do. An. verum ſi hoc eſt actum vt illi exemplo fides adhibeatur. alſ nõ pbaret exemplũ, lꝫ ſumptũ de volũtate partium. ſed Bar. in auten. ſi quis in aliquo. C. de eden. videtur dicere hoc verũ quando nõ cõſtat partes approbaſſe originale: quia tunc ex quo non apparet de plena fide originalis nõ probabit exemplũ. ſecus videſ ſi originale eſſet per partes approbatũ: quia tunc ex quo conſentiunt ſumi exemplar, videnf velle ꝙ ei deſ fides. facit. l. ad rem mobilẽ. ff. de pcu. ꝛ. ſ. de offi. deleg. preterea. ¶ An autẽ quãdo in inſtrumẽto enuntiaſ tenor alteri⁹ ſeu aliquid aliud illud probet. tangit hic do. Anto. ſed dic melius vt dixi in. c. qm̃ ꝯtra falſam. ꝛ per Bar. in auſ. ſi quis in aliquo. ꝛ in. l. ſciẽdũ. ff. de verbo. obli. facit qđ no. in Specu. eod. tit. ſ. reſtat. verſi. in ſumma.

8 ¶ † Ultimo tangit hic do. Anto. An poſſit inſtrumẽtũ validũ ſumi de rogatione notarij cancellata. de quo per Jo. an. in Sp. eo. titu. ſ. oſtenſo. ſup ver. illud. vbi cõcludit ꝙ ſic etiã ſi reperiatur ſcriptum per manum tabellionis caſſatũ ꝛ cãcellatũ de volũtate partium: quia in hoc non creditur ſoli notario. ſec⁹ puto ſi diceref ceſſatũ ꝛ cancellatũ tali die de volũtate partiũ ꝛ preſentibus talib⁹ teſtib⁹: quia tunc talis caſſatio eſſet in forma inſtrumenti ex quo eſſet inter protocolla ꝛ rationes notarij facit quod not. per Barto. in. l. ſi quis ex argentarijs. ſ. ſi initiũ tabularum. ff. de edẽdo. ¶ Jn ea. glo. ibi in priuilegijs cũ olim. Pro intellectu. d. c. adde oĩno qđ no. Bar. in. l. ſicut. C. de fide inſtrumẽ. vbi in effectu cõcludit ꝙ demũ ſtatur teſtibus probantibus tenoreꝫ inſtrumẽti quãdo probatur perditio originalis ꝛ quãdo teſtes ſunt valde periti. ſecus ſi nõ ſunt valde periti: qꝛ tunc ſolũ ſemiplene probant per ea que habentur in. d. l. ſicut. Jteꝫ ſecus ſi nõ probetur amiſſio originalis: qꝛ tunc ſtabimus in regula ꝙ non creditur teſti de alieno facto deponenti. ꝛ de materia gl. p Bart. ꝛ Cy. in auten. ſi quis in aliquo. C. de eden. vbi etiã tangit Bar. an exemplo aliquo caſu poſſit ſumi aliud exemplum.

1 ☞ Jnſtrumentum quomodo dicatur publicum.
2 Jnſtrumentum priuatum poteſt coadiuuari per depoſitionem teſtium viuentium deſcriptorum in iuramento.
3 Scriptura autẽtica ꝛ publica qualiter differant.
4 Scriptura priuata an preiudicet ſcribenti.
5 Et an ad ſolennitatem ſcripture priuate requiratur ꝙ habeat annos domini diem ꝛ menſem.
6 Scriptura ꝙ ſit facta ab aduerſario qualiter cõſtare poteſt.
7 Teſtes qui dicũt ſe interfuiſſe qñ aliqs ſcripſit an plene pbent.
8 Scriptura tertij ſi habet ſubſcriptionem teſtium ſine ſubſcriptione partium an preiudicet.
9 Scriptura priuata qñ cõtra aliũ pducitur cuius manu dicitur ſcripta

Ayuntamiento de Madrid

ſcri[illegible] negetur nec aliter [illegible] facit plenam fidem.
10 Scrip[illegible] priuata ſi habet ſubſcriptionem partium tantum, vel te[illegible] tantum an faciat fidem.
11 Compa[illegible]o literarum an faciat fidem.ꝛ nu.12.
13 Scriptura priuata an ꝛ quãdo habeat viũ publici inſtrumẽti ꝛ quando dicatur quaſi publica.
14 Scriptura priuate ſumpta ex archiuo publico an faciat fidẽ.
15 Epiſtola an ꝛ quando faciat fidem.
16 Liber rationum an ꝛ quando faciat fidem.
17 Voci viue magis credendũ eſt quã ſcripture priuate.
18 Liber rationum eſt triplicis ſpeciei.
19 Epiſtola facit fidem ſi habet ſigillum autenticum.
20 Notarius debet eſſe liber.
21 Notarius debet ſe ſubſcribere in fine inſtrumẽti.
22 Sigillum epiſcoporum ꝛ ſuperiorũ prelatorum.ꝛ etiã principis ſecularis eſt autenticum.
23 Sigillandi forma que ſit.
24 Sigillum quale eſſe debeat.
25 Sigillo alieno an poſſit quis ſigillare.
26 Sigillatio ex quibus cauſis fiat.
27 Sigillum an poſſit apponi chedule vacue.

a
**SCripta vero.** Priuato instrumẽto nõ credit publico ſic,et publicũ dicit ſi manu publica eſt cõfectũ vel ſigillo autentico ſigillatum cũ ſubſcriptione teſtiũ.h.d.nõ
1 diuiditur. ¶ †Not.ꝙ inſtrumẽtũ dicitur publicũ dupliciter.
ſ.quãdo eſt manu publica cõfectũ vel etiã ſigillo autẽtico ſigil
latũ. ¶ Et no.ꝙ vtroqꝫ caſu videtur exigi ſubſcriptio teſtiũ.
als nõ videt credi.facit quod habet in aut.eo.ti.§.ſed inſtru
mẽta.ꝛ.§.oportet. ¶ Et no.etiã,ꝙ nõ ſufficit inſtrumẽtũ eſſe
ſcriptũ manu tabellionis,niſi ſit ſcriptũ in forma publica:fa
cit qd̃ habet in tex.ꝛ gl.in.l.ſcripturas.C.qui po.in pign.ha.
2 ¶ †Itẽ no.ꝙ inſtrumẽtũ priuatũ poteſt coadiuuari per de
poſitionẽ teſtiũ viuentiũ deſcriptorũ in inſtrumẽto. Illis vero
mortuis nihil vr̃ valere inſtr̃ ſi id negat. Sec9 ſi cõfeſſaret per
partẽ in cui9 preiudiciũ tendit per id qd̃ habet in.c.ſi.cũ mate
ria ſua.ſ.de ꝯfeſ.Itẽ ſi ꝓbaret per alios teſtes qui interfuiſ
ſent ſcripture:lꝫ nõ fuiſſent ſcripti in aut.eo.ti.§.ſi quis igit.ꝛ
§.ſed ꝛ ſi quis.de quo etiã tangit cũ gl. ¶ Et no.ꝙ nõ eſt neceſ
ſe ꝙ teſtes in inſtrumento publico ꝓpria manu ſe inſcribãt.ſꝫ
ſufficit ꝙ notarius eos inſcribat per ea que habet in.d.§.opor
tet in autẽ.eo.ti.ꝛ dixi.ſ.c.pri.niſi cõſuetudo aliud haberet.p
3 c.cũ dilectus.ſ.eo. ¶ †In gl.j.ibi inſtrumẽta publica. Que dif
ferentia ſit inter ſcripturã publicã ꝛ autenticã,tangit hic gl.vt
ptꝫ ex hoc princi.in ꝟo ver.priuata.ꝛ ver.ꝛ talis ſcriptura infe
rius poſitis.ꝛ ſuper hoc etiã inſtat hic Inn.ꝛ do.An. ¶ Tu
potes dicere ꝙ ſcriptura publica dicatur qñ eſt cõfecta per ma
num publicam ꝛ in forma publica:vel etiã quãdo habet auten
ticũ ſigillum.Sed ſcriptura autentica dicitur etiã ſi ſit ſcripta
manu priuata nec habet ſigillũ autẽticũ,ſi habeat teſtes inſcri
ptos vt ſatis videt ꝓbari ex tex.iſto.ꝛ ſatis ẽt poteſt dici qd̃
oĩs ſcriptura publica eſt etiaꝫ autentica.ptꝫ ex eo qꝛ oĩs exce
ptio debet eſſe de regula ſm̃ no.de re.iu.li.vj.ſuper rub.ꝛ ideo
cũ a ſcriptura autẽtica hic excipiatur ſcriptura publica:bene
poteſt inferri ꝙ ſcriptura publica poteſt dici autẽtica:ſed econ
trã,nõ oĩs autẽtica eſt publica vt hic aperte colligitur.Poſſet
ẽt forte dici ꝙ illa ſola dicatur ſcriptura publica que eſt facta
per manum publicã,ꝛ in forma publica aliter dicatur priuata
etiã ſi habeat ſigillũ autẽticũ.tamẽ tũc dicet autentica ꝛ faciet
fidem ſicut publica:ꝛ ita videtur poſſe colligi ex illa litera duꝫ
ponit aduerſatiuã aut,inter ſcripturã publicã ꝛ ſcripturã ha
bẽtẽ ſigillũ autẽticũ.e ſic innuit illa eſſe diuerſa.facit qd̃ habe
tur in.l.hec verba ille aut ille.ff.de ver.ſig. Ad id aũt ꝙ ſcriptu
ra priuata habẽs ſubſcriptionẽ teſtiũ poſſit dici autẽtica lꝫ ex
ſe ſola nõ ꝓbet,niſi aliter approbetur.bene facit qd̃ habet i.l.
ſcripturas.C.qui po.in pig.ha.vbi appellatur quaſi publica.ꝛ
interdũ habet viꝫ publici inſtrumẽti.vt ibi patet.ꝛ etiã ex his
q.j.tãgunt in gl. ¶ In ea.gloſ.ibi priuata vero. Pro euidẽtia
gl.premitte ꝙ quedã eſt ſcriptura priuata que appellat apodiſ
ſa.facit.l.plures apochis.C.de fide inſtr.ꝛ datur a parte alteri
parti.puta qñ qs faciebat ſcripturã in qua quis cõfitet ſe rece
piſſe centũ a titio ex cauſa depoſiti.ꝛ illa poſtea dat ipſi titio.ꝛ
idẽ in ſim. Quedã eſt priuata ſcriptura que appellatur epiſto
la ꝛ mittitur per abſentẽ abſenti.l.publia.§.ſi.ff.depo. Quedã
eſt ꝛ tertio priuata ſcriptura que appellat liber rationũ facit
qd̃ habet in.l.rationes.ꝛ.l.inſtrumẽta.C.de ꝓb.de prima pri
uata ſcriptura ꝓprie loquit.glo.tamẽ quid iuris in oĩbus pre
4 dictis inferius etiã patebit. ¶ †In ea.glo.ibi ita ꝙ ꝯſtet ꝛ ſic
vult gl.ꝙ priuata ſcriptura ab aduerſario ſcripta ſi cõſtet illã
eſſe ab aduerſario ſcriptã,habet ꝑiudicare ipſi ſcribẽti.hoc in
tellige quãdo tale quid in ſcriptura cõtinetur ꝙ ſui natura ha
bet afferre preiudiciũ,als ſecus.vnde ſi in ſcriptura cõtineret
cõfeſſio indiſcreta:id eſt nõ habẽs cauſaꝫ annexã.puta qꝛ quis
confiteretur ſe debere.x.titio ꝛ nõ adijcit ex qua cauſa nõ noce
bit iſta ſcriptura etiã ſi cõſtet illã ſcriptam manu ei9 ꝯtra quẽ
producitur per ea que habẽtur.j.eo.ſi cautio.ꝛ in.l.cũ de inde
bito.§.ſi.ff.de ꝓb. Si aũt ſit ꝯfeſſio diſcreta hoc eſt habẽs cau
ſam annexã.tunc cõſidera qualitatẽ cauſe.nam ſi quis confite
tur ſe debere ex cauſa mutui nõ preiudicabit niſi poſt bienniũ:
ſi interim nõ cõtradixiſſet ſcribẽs.l.in cõtractib9.C.de nõ nu.
pe.ſi cõfitetur ſe debere ex cauſa dotis nõ preiudicat vbi poſt
tempora.de quibus in.l.fin.in aut.ibi poſita.C.de dote caute. a
Si vero ꝯfitet ſe recepiſſe ex cauſa depoſiti:vel ex alia cã tũc
preiudicat ſtatim vel ſaltẽ poſt.xxx.dies ſm̃ ea que habentur
5 in.d.l.in cõtractib9. ¶ †An autẽ ad ſolennitatẽ ſcripture pri
uate requiratur ꝙ habeat annos dñi diẽ ꝛ menſeꝫ,fuit opinio
nam quidẽ voluerũt ꝙ ſic:als nõ preiudicet vt not.Bar.in.§.
quibus in.j.cõſti.codi. Sed cõmuniter tenetur cõtrarium per
l.cum [illegible].§.idẽ queſij t.ff.de pigno.vbi etiã per Barto.ꝛ
per illũ tex.etiã dicit ꝙ nõ requiritur ſubſcriptio ipſi9 qui ſcri
pſit,nec etiã appoſitio ſui ſigilli,dũmodo ꝯſtet ſcripturã ſcri
ptã eius manu. Et qd̃ dixi nõ requirat appoſitionẽ diei,verũ
eſt ad preiudiciũ ipſius ſcribentis:ſed ſi quis vellet ſcriptura
vti ad preiudiciũ tertij volẽdo agere hypothecaria ꝟtute ob
ligatiõis bonorũ [illegible] qꝛ quis cõfitet in priuata ſcriptura ſe rece
piſſe cẽtũ a titio ex cauſa depoſiti que ipſe promittit eidẽ titio
reddere ꝛ obligare oĩa ſua bona.nã tunc ſi virtute dicte obliga
tionis vellet agere hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſſoreꝫ qui
forte etiã pretẽdat hypothecã ab eodẽ debitore:ꝛ iſte agẽs di
ceret ſuã priorẽ:tũc eſſet expediẽs ſcripturã habere dieꝫ.vt ſic
poſſet de prioritate apparere.vt voluit Bart.in.d.§.idem que
ſiit.ꝛ facit qd̃ habetur in.d.l.ſcripturas.C.qui po.in pig.ha.
6 ¶ †Sꝫ iuxta predicta eſt dubiũ qualiter dicetur cõſtare ꝙ ſit
ſcripta ab aduerſario:dic ꝙ multis modis poterit cõſtare.pri
mo ſi ipſe ſcribens hoc cõfitetur.ſcꝫ ſe illã ſcripſiſſe.nam ſtabit
ſue ꝯfeſſioni cõtra ſe.ſ.de confeſ.in.c.ſi. ¶ Itẽ ſecũdo poterit
cõſtare p teſtes qui fuerũt preſentes quãdo ille ſcripſit.ꝛ vide
runt ipſum ſcribere.lꝫ als non ſunt inſcripti vel ſubſcripti:in
ipſa ſcriptura,ꝛ de iure ãtiquo ante ius autẽticorũ iſta erat ſuf
ficiens ꝓbatio per ea que habẽtur in.c.in nomine dñi.ꝛ.c.cuꝫ
cauſaꝫ.ſ.de teſti.ꝛ.c.in oĩ negotio.ꝛ.ff.de teſti.ꝛ.l.vbi nume
rus. An autẽ hodie per ius autẽticorũ ſufficiat.j.tãget. Ter
tio poterat cõſtare per cõparationẽ literarũ.que olim faciebat
plenã fidẽ.vt ptꝫ ex.l.cõparationes.C.de fide inſtru.que quideꝫ
cõparatio fiebat hoc modo:qꝛ iudex eligebat duos vel tres in
arte ſcribendi peritos ꝛ faciebat eos iurare quod bene regaliter
facerẽt cõparationes remoto timore prece aut pretio:ꝛ iſti po
[illegible]bebãt facere cõparationẽ de ſcriptura,de qua erat qd̃ ꝛ
[illegible] ſua manu ſcriptã ad aliã ſcripturã de qua
cõ[illegible]ptura manu ipſius rei,ꝛ que habebat triũ
teſtiũ [illegible]onem qui omnes vel ſaltem de quo ex eis di
cebant illã [illegible] habentẽ ſubſcriptionẽ triũ teſtiũ
eſſe ſcr[illegible] rei.nã ex tali ſcriptura tũc poterat ſu
mi cõparatio ad ſcripturã de qua erat queſtio:vt ptꝫ in.d.l.cõ
parationes.ꝛ [illegible] maior ſolennitas requirat in ſcriptura ex qua
ſumi debet cõparatio:quia [illegible] requirit ad minus ſubſcriptio
nem triũ teſtiũ [illegible] in ſcriptura ad quã fit comparatio:quia in
illa non eſt neceſſaria aliqua ſubſcriptio teſtiũ.vt nota.in.d.l.
comparationes.poteſt etiã ſumi cõparatio ex certis alijs ſcri
pturis.de quibus habetur in tex.ꝛ gloſ.in.d.l.comparationes
ꝛ non ex alijs ꝛ ſi tales deputati per iudicẽ facta diligenti cõ
paratione,vt ex dicta ſcriptura habente ſubſcriptione teſtiuꝫ
ad ſcripturã,de qua eſt queſtio referebant iudici ſcripturaꝫ de
qua eſt queſtio eſſe ſcriptam de eadem manu:tũc dicebatur cõ
ſtare ꝛ probatum eſſe per cõparationẽ literarũ predictam ſcri
pturam,de qua eſt queſtio ſcriptaꝫ eſſe manu aduerſarij cõtra
quem producitur.ꝛ iſta comparatio olim faciebat plenã fideꝫ
vt in dicta.l.comparationes.hodie vero per ius autenticoruꝫ
non facit plenam fidem.per id quod habetur in autẽ.ꝛ ſi cõtra
ctus.C.de fide inſtrumẽ.§.ſi quis igit.ꝛ.§.ſed ꝛ ſi quis.ꝛ ratio
iuris autẽticorũ fuit,quia aliter interduꝫ quis ſcribet de hye
me,aliter de eſtate:aliter debilis,aliter robuſtus:interdũ etiaꝫ
variatur litera ex variatione attramẽt,vel mutatione pẽne.vt
dicit tex.in dicta aut.de fide inſtr.ꝛ ideo noluit credi plene ipſi
comparationi:ſed bene facit ſemiplenã probationeꝫ.vt voluit
glo.in.l.admonẽdi.ff.de iureiurã.ꝛ tex.in.§.ſi vero aliqui ta
le circa ſi.in auten.de fide inſtr.vnde tunc poterit eſſe locus de
lationi iuramẽti ſm̃ formã eorum que habentur in dicta.l.ad
monendi.ꝛ in.c.ſi.j.de iureiuran.dicit tamen glo.in dicto.§.ſi
vero.ꝙ in dubio niſi ex alijs circũſtantijs aliud iudici videatur

¶ Priuato do.Ab.ꝛ do.Ioã.idem ſummãt.tñ ꝯe.aliter ſummat vide eos hic.

m ij

Ayuntamiento de Madrid

debebit deferre iuramētū ipſi reo qui dicitur ſcripſiſſe qꝛ ve-
riſimiliter ipſe melius eſt informatus de facto ſuo ꝙ̄ ali⁹:⁊ idō
potius debet deferri:ex quo veriſimiliter melius preſumitur
ſcire veritatē de quo plene in.d.c.ſi.de iure iuran.⁊ in.d.l.admo
7 nēdi ¶ †Sed hic reſtat dubium, an hodie plene probent teſte
qui dicūt ſe interfuiſſe quādo ſcripſit:⁊ certū eſt ſ3 oēs ꝙ ſi te-
ſtes concordāt cū cōparatione literarū ꝙ tunc ſit plena proba-
tio:ſed vbi ſolū teſtes ſunt ꝓducti:nec facta eſt cōparatio eſt
dubiū an plene ꝓbent hodie ſm ius aut.Bar.i.d.l.ad monēdi
⁊ ēt in autē.⁊ ſi cōtract⁹.C.de fide inſtru.⁊ in.l.nuda.ff.de do-
na.tenet ꝙ nō ꝓbāt plene ſed ſemiplene ex eo qꝛ poſſent deci-
pi in viſione ſcripture:⁊ ideo ſolū ſemiplene probabūt:quādo
deponūt ſe vidiſſe ſcribi.ſec⁹ ſi deponerēt ſup contractu:vt qꝛ
dicerēt ꝙ vidiſſent titiū deponere cētū apud ſeium:qꝛ tūc be-
ne plene ꝓbarēt.facit qđ no.gl.in.§.ſi quis igit̃.⁊.§.ſed ⁊ ſi.qs
in autē.de fide inſt.Sed aduerte ꝙ durū videt̃ eſſe dicere ꝙ te
ſtes nō ꝓbēt ſi dicāt ſe fuiſſe preſentes quādo ille ſcripſit ⁊ vi
diſſe illū ſcribere cōſiderato ꝙ reddūt cauſā dicti ſui per ſen-
ſum ꝓpriū ⁊ per ſenſum appropriatū actui, de quo queritur.⁊
ſic debēt teſtes ꝓbare plene per id qđ not.Inno.š.de teſti.cū
cauſam.⁊ qđ notatur per do.in.l.teſtiū.C.de teſti.⁊ ꝓ iſta pte
videt̃ etiā caſus expreſſus in.di.§.ſed ⁊ ſi quis.in autē.de fide
inſt.vbi aperte litera videt̃ velle tales teſtes ꝓbare:⁊ ꝙ in hoc
nō vult minuere ꝓbationē antiqui iuris.⁊ ſi hoc caſu concur-
rat ꝓbatio per cōparationem literarū bene eſt:ſed videtur po
tius eſſe pro cautela.vt videtur velle tex.i.d.§.ſed ⁊ ſi quis.cir
ca fi.⁊ voluit etiā Cy.in.l.comparationes.a.ſi.de fide inſtru.
iſta opinio quā etiā ſequitur Hoſti.⁊ Joā.p̄ ſt eum videt̃ for
tei de iure verior.licet Bart.in locis preallegā.quē ſequit̃ etiā
hic do.Anto.tenuerit cōtrariū.de quo etiā dixi in.d.l.nuda.
ff.de don. ¶ In ea.glo.ibi:dūmodo pretiū ſupple ſubſcriptio
ne fuerit fulcita.vt.j.ſequetur.⁊ ſupple vel dūmodo ſit ſubſcri
pta per partem, de cuius preiudicio agitur, licet per aliū nō eſ
ſet ſubſcripta,⁊ ſic ptꝫ ꝙ ſcriptura ſcripta manu tertij ſi eſt ſub
ſcripta manu partium vel etiā manu partis, de cuius preiudi
cio agitur.iſta preiudicat licet ſit ſcriptura priuata:qđ intelli-
ge dūmodo conſtet illam ſubſcriptā per ipſas partes vel per
partē de cuius preiudicio agitur.et dicetur cōſtare quando cō
ſtat per cōfeſſionē ipſarū partium vel ipſius partis de cuius
preiudicio agitur. Si autē negatur per partem de cuius p̄iudi
cio agitur:tunc poterit cōſtare per teſtes qui interfuerūt ſub
ſcriptioni,⁊ viderunt illa fieri vel per comparationē fiendam
ad ipſam ſubſcriptionē:non dico ad ipſam ſcripturam ex quo
eſt ſcripta manu tertij,⁊ an teſtes ⁊ comparatio bene probent
dic vt.š.dixi in p̄cedenti caſu quādo tota eſt ſcripta ab aduerſa
8 rio. ¶ †In ea glo.ibi vel teſtium ſubſcriptione [illegible] vult glo.
ꝙ ſcriptura facta manu tertij, ſi habet ſubſcriptionē teſtiū [illegible] li-
cet nō habeat ſubſcriptionē partiū p̄iudicet [illegible] certe iſtū [illegible]
nō reperio bn̄ de iure exp̄ſſū.nā tex.in.l.ſcripturas loquit̃ [illegible] ſcri
ptura tota ē ſcripta manu ptis vł ſi ē ſcripta [illegible] ſ3 ſub
ſcripta manu partis teſtib⁹ adhibitis vel [illegible] ⁊ ſic ſi
ne habeat ſubſcriptionē teſtiū ſiue non [illegible] tex.in au-
ten.de fi.inſtru.in.§.ſi quis igitur.⁊.§.ſed [illegible] bene pōde
rētur non ponit caſum gloſſ.dictū [illegible] glo.poteſt [illegible] ſuſtine
ri.ſi ſcriptura tertij ſit ſcripta [illegible] partium voluntate.⁊ hoc forte
atteſtāt̃ etiā teſtes in ſua ſubſcriptione:quia dicant ſe ſubſcri-
pſiſſe de volūtate partiū ⁊ fuiſſe p̄ſentes qn̄ de voluntate partiū
dicta ſcriptura fuit ꝯfecta.⁊ iſta talis ſcriptura ſic ſubſcripta p
teſtes tm̄ ſi neget̃ p illū cōtra quē producitur, nō probat cum
ſit priuata ſcriptura niſi approbetur per teſtes qui recognoſcāt
ſuas ſubſcriptiones ⁊ dicāt ſe interfuiſſe ⁊ vidiſſe quādo dicta
ſcriptura fuit facta de partiū volūtate ad comparationē autē
literarū hoc caſu nō poterit recurri ex quo ſcriptura eſt ſcripta
manu tertij ⁊ nō eſt ſubſcripta manu partium ſeu partis de cu
ius preiudicio agitur. ¶ Et aduerte qꝛ inquātum dixi ꝙ ſcri-
ptura priuata negetur:poteſt probari p teſtes ſubſcriptos vel
etiā nō ſubſcriptos qui dicant ſe interfuiſſe ⁊ vidiſſe illā ſcribi.
etiā hoc videtur hic tenere Hoſtien.⁊ Joan.an.poſt eū ſuper

¶ In.e.gl. has glo.do. Felẏ. expedit per conclusiones et limitationes.

9 hac glo. ¶ †Itē aduerte ꝙ vbi ſcriptura priuata producit̃ cō-
tra aliū cuius manu dicit̃ ſcripta ne ſi negatur nec aliter ꝓbet̃
tunc ex quo eſt priuata nō facit plenam fidem:quinimo nec ſe
miplenā:ſed bene facit aliqualem preſumptionē:quia non eſt
veriſimile ꝙ quis faciat vnā falſam apodiſſam ꝓpter rationē
pene falſi:cum poſſet etiā pro veritate eruenda ad illā fieri cō
paratio.facit qđ habet̃ in autē.de fide inſtru.⁊ can.in.prin.⁊.§.
ſi vero aliquid tale.⁊ ideo ſm Bar.in.d.l.admonēdi.dicta pri-
uata ſcriptura licet ſit negata ⁊ aliter nō probata facit aliqualē
preſumptionem que cum alijs adminiculis poſſet adiuuare.l.
10 inſtrumēta.C.de ꝓbati. ¶ Itē aduerte ꝙ vbi ſcriptura priua
ta habet ſubſcriptionē ptiū ⁊ nō vel teſtiū tm̄, procedunt que ſu
perius dixi:qꝛ ſm Bar.i.d.l.admonendi.⁊ in.d.autē.⁊ ſi ꝯtre
ctus.cōparatio nō ꝓbat plene.ſed ſemiplene:nec ſimiliter te-
ſtes ꝓbant plene, ſed ſemiplene.qđ tū vltimū an procedat ſupe
ri⁹ dixi.dicit tū i in.d.l.admonēdi.ꝙ tāta poſſet eſſe autoritas
teſtiū ꝙ facerēt plenā fidē.⁊ ſimiliter tāta poſſet eſſe autoritas
cōparationis ꝙ ei crederet.⁊ ſic dicit hoc arbitrariū per id ꝙ
habet̃ in.d.autē.de fide inſtr.§.ſi vero aliquid tale.cū ſeq. Sed
certe ſi ponderet̃ mens illius tex.aliter loquitur.nam dicit qđ
ſi neget̃ ſcriptura priuata ꝙ ſtādū erit dicto teſtiū ſiue ſubſcri
ptorū ſiue nō.dummodo dicant ſe interfuiſſe ⁊ vidiſſe ſcribi
ſcripturā vt ptꝫ in.§.ſed ⁊ ſi quis.in autē.⁊ demū.circa.fi.§.
ſubdit ꝙ ſi ēt cōcurrat cōparatio te[illegible] ad idē cū dicto teſtiū
ꝙ tunc clarior erit ꝓbatio.Demū ſubdit in.§.ſi vero aliqđ ta
le.quid iuris ſi cōparatio tēdat ad finē oppoſitū eius qđ dicūt
teſtes qui atteſtāt̃ pro ſcriptura,⁊ concludit ꝙ potius creden
dū eſt viue voci teſtiū ⁊ ſcripture producte ꝙ̄ cōparationi li
terarū tēdēti ad oppoſitū niſi ex circunſtātijs aliđ iudici vide
ret̃:vt qꝛ forte tanta eſſet diſſimilitudo literarum ꝙ redderet
merito ſuſpectū teſtimoniū teſtiū vt ptꝫ ex.d.§.ſi vero ali-
quid tale.coniuncta gl.⁊ ſic apparet ex mēte illi⁹ tex.ꝙ regulari
ter ī dubio credēdū eſt teſtib⁹ ad plenā probationē ꝙ voluit
etiā Hoſ.⁊ Jo.an.hic poſt eū.vt.š.tetigi. Si aūt ſcriptura pri
uata habet ſubſcriptionē partiū ⁊ teſtiū.tunc dixit Bar.in.d.
l.admonēdi.⁊ in.d.aut.⁊ ſi cōtract⁹.ꝙ ſi negetur dicta ſcriptu
ra ꝓbābit̃ plene per dictū teſtiū ex eo, qꝛ ſm eum tunc de faci-
li nō poſſunt errare per tot ſubſcriptiones ⁊ ſic intelligit.l.ſcri
pturas.C.qui po.in pigno.ha.ſec⁹ ſ3 eū quādo habet ſubſcri-
11 ptionē partiū tm̄, vel teſtium tm̄.vt ſuperius dixi. ¶ †Item
dicit hoc caſu cōparationē literarū facere plenā fidē.per.d.l.
ſcripturas.⁊ illud tenuit i.d.l.admonendi.⁊ in.d.aut.⁊ ſi cō-
tractus. Sed aduerte quia lꝫ hac opin.ſequatur hic do.Anto.
tamen nō videtur verū:quia paria ſunt ſcripturā eſſe ſcriptam
manu partiū ⁊ ſubſcriptā a teſtibus vel ſcriptā eſſe manu ter-
tij ⁊ ſubſcriptā a partib⁹ ⁊ teſtibus.vt aperte ꝓbatur in.d.l.
ſcripturas. Sed eo caſu quo ſcriptura eſt ſcripta manu partiū
⁊ ſubſcripta a teſtibus.cōparatio nō facit plenam fidem vt eſt
tex.in.d.§.ſed ⁊ ſi quis.in aut.de fide inſt.ergo nec faciet plenā
fidem quando erit ſubſcripta a partibus ⁊ teſtibus.⁊ ſic dictū
Bar.nō videtur ꝓcedere:niſi velles dictū ſuū reſtringere quā-
do ſcriptura eſt ſcripta de manu partiū.⁊ etiā ſubſcripta a pti
bus ⁊ teſtibus.ſed certe illū caſum nullatenus reperies in di-
cta.l.ſcripturas.⁊ ſic eius opinio iure nō probatur:imo poti⁹
oppoſitum per ea que ſupra dixi. ¶ Item etiā aduerte qꝛ ipſe
idem Bar.in.l.nuda.ff.de dona.aliter dixit.nā ibi contradicit
ꝙ aut ſcriptura priuata habeat ſubſcriptionē partiū ⁊ tūc cō-
paratio literarū bene plene ꝓbabit.vt i.d.l.ſcripturas aut nō
habet ſubſcriptionē ambarū partiū.et tunc non plene probat
ſ3 ſemiplene.⁊ ſic aliter fuit locut⁹ ꝙ̄ i.d.l.admonēdi.⁊.j.d.au
tē.⁊ ſi cōtract⁹. Sed certe etiā p̄dicta opi.videt̃ vera.qꝛ vt dixi
paria ſunt ſcripturā eſſe ſcriptā manu partiū vel manu alteri⁹
⁊ ſubſcriptā p ipſas partes:vt ptꝫ in.d.l.ſcripturas.⁊ voluit
etiā Jo.an.poſt.Nico.de mata.in addi.Spe.e.ti.§.nūc dicēdū
in ma. addi.in tertio ſupplemēto priuate ſcripture:cū igit̃ ꝯpa
ratio nō faciat plenā fidē qn̄ ſcriptura eſt ſcripta manu partiū
vt ptꝫ in.d.§.ſ3 ⁊ ſi quis.ergo nec etiā faciet plenā qn̄ ē ſubſcri
pta manu partiū.nec potes dicere Bart.loqui qn̄ ſcriptura eſt
ſcripta manu partiū,⁊ etiā per partē ſubſcriptā:qꝛ iſtū caſū n̄
reperies in.d.l. ſcripturas.per quā Bar.mouetur.⁊ ſic ei⁹ opi
nio iure nō probat̃.imo potius oppoſitum p ea que.š.dixi.
¶ Itē etiā aduerte.qꝛ ꝙ dicit̃.in.d.l.de ptiū ſubſcriptione.
Intelligo qn̄ in ſcriptura cōtinentur aliqua que poſſunt affer
re preiudiciū vtriqꝫ parti, ſed vbi ſolum cōtineret̃ aliquid ten-
dens ad preiudiciū vnius partis tūc videret̃ ſufficere ꝙ ſcriptu
ra ſit ſcripta per illum de cuius preiudicio agitur vel per illū
ſubſcripta p id qđ no.in ſimili.š.c.px.⁊ in.§.nos autē.in autē.
de tabel.vbi patet ꝙ quādo notarius cōficit inſtrumētū ſi tē-
dit ad vtilitatē ambarū partium debet eſſe ab ambabus roga
tus ſi autē alteri⁹ tm̄ tunc ſufficit ꝙ ab illa ſit rogatus. ¶ In
ea.gl.ibi fulcita ſint ſupple ⁊ conſtet ſcripturam eſſe ſcriptam
vel ſubſcriptam per cōfeſſiones partis cōtra quam producit̃
vel per teſtes vel comparationem eo modo quo ſuperius dixi:
nā alias ſi negaretur nō faceret fidē plenam nec ſemiplenā:ſed
quādam preſumptionem.vt.š.dixi facit ꝙ no.per gl.in dicto
12 §.ſi vero aliquid tale.⁊ in.§.ſeq.in autē.de fide inſt. ¶ †In ea.
a gloſſ.ibi^a in actione perſonali:id eſt in actionē ex eo contractu
que oritur in contractu in priuata ſcriptura que poteſt inten-
tari contra perſonam debitoris ⁊ eius heredē vniuerſalem nō
contra tertiū.⁊ ideo dicitur actio perſonalis:quia reſpicit per
ſonam ipſius debitoris.facit quod habetur inſtitu.de actio.§.
j.⁊ in.l.j.§.ſi heres.ff.ad trebellia.vnde ſi quis confitetur in ſcri
ptura

Ayuntamiento de Madrid

ptura priuata ſe recepiſſe centum a titio ex cauſa depoſiti pote-
rit agi cõtra ipſum ſcribētē per ipſum titiũ actione depoſiti ꝙ
appellatur actio pſonalis per rõnē quã.ſ.dixi ⁊ qua rõne etiã
alie actiones deſcēdentes ex alijs cõtractibus pſonales dicunt,
et obtinebit titius ꝯtra ipſum ſcribētē dũmodo ꝯſtet ſcriptu-
ram ſcriptã manu eius cõtra quē ꝓducitur per cõfeſſionē eius
vel ſi negetur ꝓbetur per teſtes.vel cõparationē literarũ,vt ſu-
12 perius dixi:ꝙꝙ †comparatio nõ videatur facere plenã fidem vel
ſemiplenã.lꝫ ſꝫ Bar.quãq; etiã faciat plenã vt.ſ.dixi.¶ In ea.
glo.ibi,⁊ talis ſcriptura ſupple quando cõſtat eã ſcriptã manu
ſcribentis.tñ text.hic videtur etiã appellare autenticã qñ habet
ſubſcriptionē teſtiũ:lꝫ nõ cõſtet eam ſcriptã manu ſcribētis:nõ
facit tñ tunc fidē niſi per teſtes approbaretur vt hic voluit lite-
ra.⁊ ideo Hoſti.exponebat literã dñ dicit ſcripta vero autentica
id eſt que dicunt ab aliquibus autētica:ſed vere nõ ſunt.hec tñ
expoſitio aliqualiter literã violat:⁊ forte hec litera habuit reſpe
ctum ad.l.ſcripturas que appellat hanc ſcripturã quaſi publicã
tñ illa videt intelligēda qñ cõſtat ꝙ ſit ſcripta vel ſubſcripta ma
nu eius cõtra quem ꝓducitur,alꝰs non poſſet dici quaſi publica
ex quo vere eſſet priuata ⁊ nõ faceret fideꝫ:qñ tñ cõſtat poteſt di
ci quaſi autentica:qꝛ ptendens actionē pſonalē ex dicta ſcriptu
ra concurrit cũ habente actionē perſonalem ex inſtrumento pu-
blico.vt ptꝫ in.l.ſcripturas.⁊ facit.l.fi.C de bo.auto.iudi.poſſ.⁊
ff.eo.ti.l.cũ vnus.¶ In ea.glo.ibi in reali vero actione.i.quo ad
actionē hypothecariã,que eſt actio realis:qꝛ nõ ſimpliciter ſeq-
tur perſonã ſed rem quocũq; vadat.inſti.de actio.§.oẽs.⁊.§.item
ſeruiana.⁊ hypothecaria oritur ex obligatione bonorum facta
per debitorē in inſtrumento publico vel priuato.⁊ olim pote-
rat interueniri etiã cõtra titium extraneum poſſeſſorē rei obliga
te: etiã non diſcuſſo principali debitore.licet hodie ſecus.in.l.di
ſtractis.⁊ in autē.hoc ſi debitor.C.de pigno.⁊ ſic vult in effectu
glo.ꝙ ſi in ſcriptura priuata debitor ꝓmiſit reddere debitum et
obligauit oĩa ſua bona vel certaꝫ rem vel in inſtrumēto publico
alteri ſimiliter obligauit ꝙ tunc pferetur habens hypothecam
ex inſtrumēto publico habēti ex ſcriptura priuata,licet ſit poſte-
rior tpe hypotheca publici inſtrumēti:ſaluo niſi priuatũ inſtru-
mentum ſeu priuata ſcriptura haberet ſubſcriptionē triũ teſtiũ
vel amplius:qꝛ tunc pferetur hypotheca ex ſcriptura priuata ha
benti hypothecã ex inſtrumēto publico dũmodo hypotheca que
eſſet ex ſcriptura priuata eſſet prior tpe quã ſit hypotheca ex pu
blico inſtrumento:⁊ ſic hoc caſu talis ſcriptura priuata ſi de illa
13 conſtet,†habet viꝫ publici inſtrumēti.vt ptꝫ in.d.l.ſcripturas.
Forte tñ nõ ſufficeret cõſtare per ſolaꝫ cõfeſſionem debitoris,qꝛ
poſſet fieri fraꝰ ꝯtra habentē publicũ inſtrumentuꝫ.facit quod
habetur in.l.repetitã.ff.de fide inſtru.ſed forte requireretur etiã
ꝙ approbetur per teſtes.⁊ illi forte etiã ſufficerent ſine confeſſio
ne debitoris.¶ In ea.glo.ibi ea que ſcripſerunt ſupple quando
conſtat illa ſcriptura per eos.vt.ſ.dixi.¶ In ea.gl.ibi ad cõmo
dum vero minime.nam licet confeſſioni ſtetur cõtra ſe:non ta-
men pro ſe.ſ.de confeſ.c.fi.dicit tamē Bar.in.d.l.admonendi ꝙ
ſcriptura priuata interdũ facit aliquã preſumptionem vt in ſcri-
ptura facta in libro rationũ confecto per aliquem: poſtea defun
ctum qui reputatus eſt bone opinionis ⁊ bone fame.licet nõ ꝓ-
bet plene nec ſemiplene.ex quo eſt ꝓ ipſo ſcribente.⁊ ſic cũ alijs
adminiculis poſſit iurare per.l.inſtrumēta.cũ alijs alleg.in gloſ.
Et per predicta habes expeditam glo.iſtam primã quatenus in
telligitur de priuata ſcriptura que appellatur apodiſſa.Nico.ta
men de mata.vt refert Jo.an.in.d.§.nũc dicendũ.dicit ꝙ quan-
do priuata ſcriptura fit in moduꝫ inſtrumēti vt fit apodiſſa:qñ
q; eſt omnino priuatũ inſtrumentũ quãdoq; quaſi publicum.vt
quia habet alterã de.vij.ſuppletionibus.Prima eſt ſm eũ ma-
ior ſolēnitas:vt qꝛ habet ſubſcriptionē trium teſtium bone opi-
nionis ⁊ fame qui cognoſcunt cõtrahentes ſeu partes cũ alꝰs in
inſtrumēto publico ſufficiãt duo etiã ſi nõ cognoſcũt ptes.nã va
let inſtrumētum publicum:licet duo tales ſint ſcripti per nota-
riumꝫ corã quibus dicitur res geſta.facit quod dixi.ſ.de teſti.cũ
cauſam.⁊ qõ no.per Bart.in.l.fi.§.j.C.de iure deliberan. Sed ad
uerte licet Jo.an.⁊ Nico.nõ dicant nõ ſufficit iſtud ſupplemen-
tum ſi negetur ſcriptura niſi teſtes deponãt pro illa vt ſuperius
dixi.Scdm ſupplemētum eſt maioris autoritatis:vt ſi interue-
niat ſigillũ autenticum ſuperius.nam tunc ſcriptura priuata fa-
cit fidem in his que ſpectant ad officiũ ipſius ſuperioris.ſ.de ꝓ
ba.poſt ceſſionem.vbi plene de materia.in alijs nõ niſi aliud ha-
beat ꝯſuetudo.j.e.cũ dilectus.Tertiũ ſupplemētũ eſt ꝯſcriptio
vel ſubſcriptio.i.qñ ſcriptura priuata eſt ſcripta manu eiꝰ cõtra
producitur vel ſaltem ſubſcripta per eum:ſed certe vt ipſe etiam
tangit nõ faceret fidem niſi conſtaret ꝙ ab ipſo ſcripta vel ſub-
ſcripta eſſet,de quo etiam ſuperius dixi.Quartum ſupplemen-
tum eſt iudicis examinatio vt quãdo iudex examinat teſtes ſup
veritate cõtētorum in ſcriptura priuata.⁊ facit dicta teſtiũ re-
digi in publica monimenta.l.publicati.C.de teſtamen.ſed certe
tunc potius datur fides dictis teſtiũ publicatis ꝙ ſcripture pri
14 uate.Quintũ ſupplementum eſt loci deputatio,†vt quãdo ſcri
ptura eſt ſumpta de archiuo publico ſeu de camera actorũ in pu
blico deputata.nam illa facit fideꝫ ſi eã conſtat de archiuo pu-
blico ſumptã.in aut.ad hec.C.de fide inſtru.Sextum ſupplemē
tum eſt tpis obſeruatio:vt quando ab antiquiſſimis tēporibus
data eſt fides tali ſcripture:vt cõtingit in ſcripturis veteris ⁊ no
ui teſta.⁊ in ſcripturis Ariſtote.⁊ ſimilibus.Septimum eſt loci
cõſuetudo:quia ſi conſuetudo loci haberet ꝙ ſcripture priuate
habēti certũ ſignum de publicis impreſſum daretur fides face-
ret fidem per.c.cuꝫ dilectus.j.eo vbi aũt ſcriptura priuata non
habet aliquod ex ſupplementis predictis dicit omnino priuata
⁊ non ꝓbet aliquid ad fauorem ſcribentis ad preiudiciũ autem
tertij ſimiliter nõ probat.facit tamen preſumptionē quãdoq; ma
iorem:quãdoq; minorem ſm qualitatē perſone ſcribētis ſm euꝫ
⁊ certe ſi bene ponderes modicã vtilitatē habes in materia pre-
dicta ſua:⁊ hec ſufficiant de priuata ſcriptura que dicit apodiſſa.
15 ¶ †In epiſtola vero breuiter cõclude ꝙ ſi data eſt per preſenteꝫ
preſenti,ꝙ fieri poteſt vt ꝓbat in.l.titiꝰ.ff.de cõſti.pecu.⁊ etiam
ſatis de ſe patet.tunc dicas idem in apodiſſa.Si vero miſſa eſt
per abſentem abſenti,tunc dicas idem quod dictum eſt de apo-
diſſa:quia non probat ſi negetur niſi aliter probetur ſcripta de
manu mittentis epiſtolã.dicit tamē Bar.notabiliter in dicta.l.
admonēdi ⁊ in dicta aut.⁊ ſi contractus.⁊ in.dicta.l.nuda ꝙ cõ-
paratio literarum hoc caſu plene probabit quia in iſta nihil repe
ritur immutatum:ſed ſolum in apodiſſa.vt patet in tex.in dicta
aut.de fide inſtru.§.ſi quis igitur.et.§.ſed ⁊ ſi quis.¶ Item non
eſt eadē ratio quia magis eſt imputandũ recipienti apodiſſam ſi
non facit illam ſolennizari in preſentia teſtium.quã recipiēti epi
ſtolam cum ſic facere poſſit ex quo mittens eſt abſens quod dili
16 genter nota.⁊ hec ſufficiant de epiſtola.¶ †Circa tertiam vide
licet circa librũ rationum conclude ꝙ aut liber rationum conti-
net aliquid ꝓ ſe:aut aliquid contra ſe aut aliquid tendēs ad pre-
iudicium tertij.Primo caſu non facit fideꝫ per.l.rationes.⁊.l.in
ſtrumenta.C.de proba.quia confeſſioni ꝓ ſe non ſtatur:vt plene
notat in.c.fina.ſ.de confeſ.qõ intellige ſm Nico.de matarel.niſi
ex quantitate ⁊ qualitate rei,de qua agitur aliud poſſet preſumi.
Puta ſi forte tutor vel negotiorum geſt.in.l.rationum ſcripſiſ-
ſet aliquid expendiſſe in refectionē alicuius edificij vel in alimē-
ta ⁊ doctrinã alicuius pueri de cuius pfectione cõſtaret:cũ talia
ſine expēſa fieri nõ ꝯſueuerũt.l.fi.C.de ali.pupil.pſtã.⁊ ideo po-
terit eſſe adeo moderata quãtitas ꝙ attēta qualitate facti etiam
credet ꝓ ipſo ſcribēte.ſaltē cũ iuramēto.facit qõ no.Cy.in ſimili
in.l.id qõ pauperibus.C.de epiſco.⁊ cle.⁊ in.l.pe.C.de donatio.
¶ Scdo caſu qñ ꝯtinet aliqd contra ſcribentē tunc ſ iudicat ei:
dũmodo cõſtet librũ eſſe ſcriptũ per eũ,per ea q̃ dicta ſunt ſupe
rius in glo.⁊ ſi neget librũ eſſe ſcriptũ eius manu poterit probari
per cõparationē literarũ.que hoc caſu etiã hodie faciet plenã fidem
qꝛ in ipſo libro rationũ nõ reperit ius antiquũ immutatũ,ſed ſo-
lum in apodiſſa.vt ſuperius dixi,nec etiã eadē eſt ratio vtrobiq;
cũ facilius poſſit fieri vna falſa apodiſſa ꝙ falſo cõfici vnũ librũ
rõnũ vt de ſe ptꝫ.ideo in lib.rõnum etiã hodie cõparatio plenē
ꝓbabit.⁊ hoc etiã tenuit Bart.in.d.l.admonēdi.⁊ in.d.autē.⁊ ſi
ꝯtractus.⁊ in.d.l.nuda.¶ Tertio caſu qñ ꝯtinet aliquid ad pre
iudiciũ tertij.tunc dicit Bar.ꝙ ſi eſſet liber rõnum cõfectus ab
habēte autoritatē de publico vt erant olim libri argētariorũ qui
de publico deputabãtur ⁊ iurabãt fideliter facere officiũ tunc fa
ciebãt plenã fidē.l.quidã.§.nummularios.⁊ qõ ibi not.ff.de edē.
⁊ per hoc videt ꝙ libri campſorũ ⁊ mercatorũ moderni tpis quia
nõ eligunt de publico ꝙ non faciãt plenã fidē ad preiudiciũ ter-
tij.videt tñ velle glo.ibi ⁊ Bar.ꝙ faciãt ſaltē ſemiplenã ꝓbatio
nem:qꝛ cõſueuerunt ſaltē maſſarius artis ſue preſtare iuramen-
tum de fideliter ſe habēdo in exercitio artis ſue.nã ſm Bar.ſi-
cut viue voci eorũ ſtaret ad ſemiplenã ꝓbationē cũ vnus teſtis fa
ciat ſemiplenã.vt no.in.d.l.admonēdi.⁊.j.de iureiurã.in.c.fi.ita
videt ꝙ libris eorũ ad pĩudiciũ tertij,ex quo de ipſorũ ſcribentiũ
cõmodo nõ agitur credatur ſemiplene ꝙ tenuit ipſe Bart.in.d.
l.admonēdi.⁊ ſic ſm eũ ſeruat ꝯſuetudo qõ dicit ꝓcedere quãdo
mercator cuius eſt liber ⁊ perſona fide digna ⁊ nõ ſuſpecta alias
ſecus per.l.ſi quis ex argentarijs.§.j.ff.de eden.¶ Sed aduerte
ꝙ forte vt alꝰs etiam tetigi in.d.l.nuda.ff.de donat.de iure non
procedit hoc dictum quia non reperitur iure cautum.Imo po-
tius oppoſitũ cum regula ſit ꝙ priuata ſcriptura non faciat fideꝫ
etiã ſemiplenã.licet faciat aliqualē preſumptionē vt patet in.l.
inſtrumenta.C.de proba.⁊ ſuperius etiã dixi.nec videtur bona ra
tio differentie qõ ſi crederetur viue voci ipſius mercatoris tunc
faceret ſemiplenã ꝓbationē ꝙ ſimiliter ideꝫ debeat dici in eius
priuata ſcriptura: quia qñ deponeret corã iudice,deponeret cuꝫ
iuramento ⁊ ſub forma teſtimonij.facit.ſ.de teſti.in.c.tuis vna



Ayuntamiento de Madrid

de nimirū tunc ſi faceret ſemiplenā ꝓbationē:ſed ſcriptura pri-
uata ſit extra iudiciū.ideo nō videt̄ facere ſemiplenā.ſicut nec di
ctum teſtis depoſitū extra iudiciū.Et ꝓ hoc etiā facit qđ habet̄
17 in.§.ſi vero in auḟ.de fide inſtr.vbi videt̄ velle magis †credēdū
eſſe viue voci ꝙ̄ priuate ſcripture.Fateor tñ ſi cōſuetudo vel ſta
tutū loci diſponeret id qđ dicit Bar.eſſet ei ſtandū.per id ꝙ ha
betur.ꝭ.e.cū dilectus.nā etiā interdū ſtatutū ⁊ ꝯſuetudo loci ha-
bet ꝙ liber rationū mercatoris plene ꝓbet, nedū cōtra ſe:ſꝫ etiā
pro ſe vt eſt in ciuitate iſta.certis tñ ſolennitatibus obſeruatis.⁊
tunc ſtandū eſt ſtatuto per ea que ſuperius dixi.¶ Itē aduerte
inquātum dixi de iure cōi librū rōnū non facere fidem in his que
ſunt ꝓ ſcribente.Fallit in aliquibus caſibus.primus eſt qñ cōti-
net aliquid dependens mere a volūtate ſcribētis:vt ſi ſcripſit ſe
expendiſſe aīo repetēdi expenſas quas fecerit.nam ſi conſtat de
expenſa credetur ꝙ aīo repetēdi fecerit.ex quo in lib.ſic cōtinet̄,
quia id pendebat a ſua voluntate.vt ꝓbatur in.l.ne ſeruus.ff.de
ne.gē.Fallit ſcđo qñ ex qualitate ⁊ quātitate rei de qua in ſcri
ptura ſit mētio:veriſimiliter preſumi pōt ꝓ ipſa ſcriptura.vt ſi
ſcripſit ſe expēdiſſe in alimētis ⁊ doctrina pueri quē conſtat pro
feciſſe in doctrina.nā talia nō fiunt ſine expēſa.l.ſi.C.de ali.pu-
pil.preſtan.vnde tā moderata poterit eſſe quātitas ꝙ iudex ſta-
bit dicte ſcripture.preſertim cum iuramēto ſcribētis.vt ſuperiꝰ
etiā tetigi poſt Nico.de mata.⁊ idem in ſimi.Fallit tertio quādo
ſcriptura que eſt pro ſe eſt cōnexa ei que eſt cōtra ſe ⁊ ab illa com
mode ſeparari nonpoteſt.naꝫ tunc ſi aduerſarius vult ſtari con-
tra ſcribētem,ſtabit etiā ꝓ ipſo ſcribēte p.l.etiā.§.j.ff.de minor.
⁊ no.Bar.in.d.§.numularios.Quarto fallit quādo cōſuetudo
ſic ſe haberet per ea que habētur in.d.c.cū dilectus.ꝭ.eo.Quin-
to fallit in libro rationuꝫ ſcripto per habentē autoritateꝫ ex pu
blico vt argentarij olim habebāt:tūc videtur velle gl.in.d.§.nu
mularios.ꝙ etiā ſtaret̄ pro ipſis ſcribētibꝰ in dictis libris.ſꝫ
Bar.ibi tenet oppoſitū:quia regula eſt ꝙ non debet ſtari dicto
alicuius pro ſe.l.de etate.§.j.ff.de inter.actio.Et not.ſ.de con-
feſ.c.ſi.ideo intelligit glo.qñ rō eſſet cōnexa ita ꝙ nō bene poſſet
ſeparari ſcriptura ꝓ ſe ab illa q̄ ē ꝯ ſe.facit qđ no.idē Bar.l.i.au
relius.§.ideꝫ queſijt.ff.de liber.lega.⁊ qđ not.in.l.ſi quidem.C.
de dona.ante nuptias.Tu potes addere ꝙ etiā fallit in caſibus
de quibus ꝓxime dixi:quia eadem eſt ratio in caſu iſto.imo for-
tior,ex quo liber eſt ſcriptus ab habēte autoritateꝫ de publico.
18 ¶ †Vltimo pro complemento materie aduerte quia vt tetigit
Jo.an.poſt Nico.de ma.in addi.Specu.eo.ti.§.nunc dicendum
in mag.addit.reperitur liber rationū triplicis ſpeciei.nam qui-
dam eſt liber rationū confectus ab habente autoritatem de pu-
blico ad ſcribendum.vt erant olim argentarij.⁊ tunc talis liber
debebat habere diem ⁊ conſulem ſeu diem menſem ⁊ annū ⁊ ſub
ſcriptionē ſcribentis.ſolennitas autē teſtium vel alia nō requi-
rebatur ſicut nec in libro cenſuali.facit.ſ.de.ꝓbat.cum cauſam ⁊
ff.de ꝓba.in.l.cenſus ⁊ credebatur cōtra ſe ⁊ etiā ad preiudiciuꝫ
tertij.vt ſic ſcribebat quomō tu ſoluebas hoſpiti tuo.ſꝫ pro pē-
ſiōe pro ſe autē an crederet̄ dic vt ſuperius dixi.⁊ per iſtud dicit
Bar.in.d.§.numularios.ꝙ libris rationū illorum qui deputan
tur de publico ad colligendum gabellam debet plene credi ea-
dem rationeſicut libris argentariorū ⁊ iſto caſu ꝓpter publicam
autoritatē ſcriptura trahit ad ſe dominiū charte licet dño char-
tarum debeat ſatiſfieri de pretio per id qđ habetur.in.l.iij.§.pe.
ff.ad exhi.¶ Scđa ſpecies librorū eſt qñ quis ratione officij qđ
quis habet ex vigore contractus vel quaſi:tenetur librū cōfice-
re,vt in tutore ⁊ curatore ⁊ in gerente negotia alterius.facit.l.j.
§.nunc de offi.⁊ qđ ibi no.ff.de tutelis ⁊ ratio.diſtrahen.⁊ iſte li
ber debet habere eandē ſolēnitatē quā dixi de libro precedenti.
⁊ debet ſcribere illā que recipit ⁊ ex qua cauſa ⁊ quantum expē-
dit ⁊ ꝓpter qđ,⁊ poteſt etiam per aliuꝫ ſcribere.argu.l.ita aūt.§.
geſſiſſe.ff.de admi.tuto.⁊.ꝭ.de regu.iur.qui per alium lib.vj.cui
etiā dñs tenebitur ſatiſfacere de labore ſm̄ Nico.de mate.⁊ ſimi
liter de pretio charte.Et aduertendum ꝙ hoc caſu ex quo nō ha
bet autoritatem publicā ad deſcribendū ſcriptura cedit charte.
inſti.de re.diui.§.litere.⁊.l.qua ratione.in.§.litere.ff.de acqui.re
rum do.⁊ ideo liber rationū erit illius cuius eſt charta.tamē do
minus cuius negotia ſunt geſta poterit petere librum exhiberi
per actionē in factū ſatiſfaciendo de ꝑtio charte.per.l.iij.§.pe.ff.
ad exhiben.quādo eſſet apud tertium:ſed quādo eſſet penes tu-
torem vel alium adminiſtratorem poſſet peti actione ex eo con-
tractu vel quaſi:⁊ ſic actione tutele contra tutorem.vt notatur in
dicto.§.nunc de officio.⁊ in.d.l.quedam.§.numularios.de edē.
ſed argentarius tenebatur edere per titu.de edē.offi.iudi.et ſi
non debebat poterit agi contra euꝫ actione in factum ad intereſ-
ſe ex illo edicto.vt patet ex nota.in dicto.§.numularios.⁊ in.l.j
C.de eden.⁊.l.ſi quis ex argentarijs.§.pretor.ff.de eden.⁊ huic li
bro confecto per tutorē vel alium adminiſtratorem.creditur con
tra ſe etiā ſi non haberet ſolennitateꝫ diei vel menſis aut anni.vt

¶ Fallētie ad regulam qđ liber rōnum nō faciat fidem.

voluit Nico.de mata.in addi.predicta.An autē pro ſe ſit credē
dum dic vt ſuperius dixi.¶ Tertia ſpecies libri rationū,eſt qñ
de voluntate partium aliquis ſcripſit librū rationū.nam ſi hoc
cōſtet debebit ille ſeruare ſolennitates de quibus dixi.ſ.⁊ crede
tur ad preiudicium ipſarū partiū.ex quo ſic voluerunt per illuꝫ
librum cōfici.facit.l.theopompus.ff.de dote preleg.An autem
crederetur per ſe dic ꝙ non niſi in caſibus de quibus ſuperius di
xi.⁊ iſto caſu quia ſcriptura eſt priuata ⁊ non habet autoritateꝫ
de publico,ſcriptura cedit charte,⁊ ideo liber eſſet illius cu-
ius eſt charta,tamē tenebitur edere ipſis ad quos pertinet,ſatiſ
facto ſibi de ꝑtio charte.per ea que.ſ.dixi etiā cogetur per actio
nem mādati ex quo ſuſcepit mādatum ad ſcribendum facit.l.j.
19 ff.mandati.¶ †Et adde etiaꝫ ei quod dixi de epiſtola quia illa
facit fidem ſi haberet ſigillum autenticum ſm̄ Bar.in.d.l.nuda
qđ intellige ſꝫ no.in.c.poſt ceſſionem.de ꝓba.plus voluit Spe.
in titu.de ꝓba.§.ſi.ver.x.ꝙ faciet fidem ſi habeat ſigillum priua
tum ipſius ſcribentis:quia ſtandū eſt ſigillo ipſius ſcribētis con
tra ſe.l.ij.C.de re.alie.non ali.quod no.diligenter.¶ In glo.ij.
ibi ſeruus publicus.i.qui publice ſeruit ⁊ ſeruire debet omnibꝰ
20 requirentibus euꝫ in faciēdo ſcripturas ſeu inſtrumenta,†non
autē intelligas ꝙ notarius poſſet eſſe ſeruus quia imo omnino
debet eſſe liber,l.generali.C.de tabu.lib.x.¶ In glo.appareat
ibi ratione ſubſcriptionis ſupple:quia notarius debet ſe ſubſcri-
21 bere in fide inſtrumēti †debet etiā ſubſcribere teſtes ipſe tabel-
lio.Item debet appoſuiſſe annos dñi indictionem diem ⁊ men
ſem ⁊ nomen imperatoris in terris imperij vel pape in terris ec
cleſie,niſi aliud haberet conſuetudo ⁊ etiā ſignū notarij ſi ſit cō-
ſuetudo per ea que dixi.ſ.c.proxi.alias non diceretur inſtrumen-
tum eſſe in forma publica.per id quod notatur per glo.in.l.gene
rali.de tabel.li.x.⁊ in aut.vt prepo.nomē.impera.colla.v.⁊ per
22 Jo.an.ſuper ꝯſta ſexti lib.in nouel.¶ †In glo.ſin.de materia
ſigilli tangit hic Inno.⁊ Spe.in titu.de ꝓba.§.ſi.ver.x.vbi con-
cludit ꝙ ſigillum epiſcoporū ⁊ ſuperioruꝫ prelatorū vt archiepi
ſcoporum ⁊ patriarcharū ⁊ ſimiliter alicuius principis ſecula-
ris dicitur eſſe ſigillū autenticū.vt etiā ſi apponātur in ſcriptu-
ris ſuper factis alienis credatur.⁊ idē dicit in ſigillis abbatum
magnorū ſecꝰ in paruis abbatibꝰ ⁊ etiā in ſigillis decanorū vel
archidiaconorū.fatet̄ tñ ꝙ ſigillus inferiorū prelatorū ab epō ha
bentiū iuriſditionē credit̄ in his que ſpectant ad eorum iuriſdi-
tionē vel officium vnde credetur litere eorum citatorie alicuius
cum eorū ſigillo.⁊ etiā ſi delegent cauſam alicui:⁊ etiā in his q̄
eſſent parui preiudicij:vt in his que eſſent teſtimoniales ſuper
moribus alicuius.de quo dic vt ibi plenius tangit.Et circa iſtā
materiā ſigilli primo eſt videndū ꝙ dicatur autenticū ſeu publi
23 cum.de quo dic vt in gl.⁊ ſtatim etiā tetigi.¶ †Scđo eſt viden-
dum de modo ⁊ forma ſigillādi cōclude ꝙ cautū eſt ſigillātē ſcri-
bere quō ſigillū appoſuit per.l.ſi vnus.C.de teſta.Alij tñ dicūt
ꝙ ſufficit ſi in charta apponatur ſigillū etiā ſi apponens nō fa-
ciat mentionē ꝙ appoſuerit.alleg.ꝭ.eo.inter dilectos.ſed hoc in
telligit verū Inno.ſi talia eſſent ſigilla quibus eſſet credendum.
vt ſigilla epōrū ⁊ aliorū prelatorū iuriſditionem habentiū.alleg.
xj.q.iij.cure.⁊ ſic tranſit Jo.an.⁊ do.Ant.poſſes dicere ꝙ teſtis
qui habet ſigillare in teſtamēto in ſcriptis oīno debet ſe ſubſcri
bere ⁊ facere mentionē,quō ſigillum ſuū appoſuit per.l.hac con
ſultiſſima.C.de teſta.ſed ſi quis mitteret epiſtolā alteri ſuo ſigil-
lo ſigillatā nō videt̄ ꝙ ſit neceſſe ꝙ exprimat ſe ſigillū appoſuiſ
ſe per id qđ habetur in.l.ij.C.de re.alie.nō alie.⁊ per id qđ nota.
24 Specu.in.d.ver.x.¶ †Tertio eſt dubiū quale debet eſſe ſigillū
dic ꝙ debeat habere characteres īpreſſos vel inſignia ſeu arma
ſigillantis vel nomen eius.ꝭ.eo.inter dilectos.⁊ ideo cū corrigia
vel alia re que nō habet ſcripturā non poſſet ſigillari.ff.de teſti.
l.ad teſtiū.debet tñ eſſe ſigillū autenticū qñ interponitur princi-
paliter ad preſtandā autoritatem ſcripture:ſecus ſi ſecūdario id
cōtingit:vt in teſte ſe ſubſcribente ⁊ ſigillum ſuū apponente et
non eſt differentia an quis annulo habenti predicta vel ſigillo
25 quis ſigillet vt hic tangit Innoc.¶ Quarto eſt dubium an alie-
no ſigillo quis poſſit ſigillare:dic ꝙ non ſi ꝓprio ſigillo poteſt ſi-
gillare.per id qđ habetur in.c.ſignificauit.ꝭ.de appel.vbi ſigillū
etiam proprium deputatū ad vnum vſum:nihil operatur ſi im
primatur ad alium vſum poſſet tamē ex cauſa quis ſigillare alie
no ſigillo:vt ſi non haberet ꝓpriū:⁊ de hoc faciet mentionem in
ſubſcriptione.l.ad teſtium.§.ſi ſigna.ff.de teſta.cum ibi notatis.
26 ¶ †Quinto eſt dubiuꝫ ex quibus cauſis fiat ſigillatio.dic qñq3
in ſignū cōſenſus.ſ.de procura.in.c.j.Quādoq3 in ſignū teſtimo
nij.l.caius.ff.de pigno.actio.qñq3 in ſignū autoritatis preſtite.
xij.q.ij.ſanctorū.⁊.c.cū redemptor.qñq3 in ſignū confirmationis.
27 ꝭ.eo.inter dilectos.§.j.¶ †Vltimo eſt dubiū,an poſſit appo-
ni ſchedule vacue ita ꝙ faciat fideꝫ quicquid poſtea ſcribat̄.In
no.hic ſatis inſtat.conclude ꝙ ſi datū fuit mandatū illi cui data
fuit ſchedula vacua ſigillata de certo actu ſi aliud ſcribat,falſum
cōmittit

Ayuntamiento de Madrid

cõmitt ena falſi tenetur. Si autẽ ſimpliciter ſit data vt ſcri
bat id ... fuerunt opiniones, vna ꝙ poſſet ſcribere etiã
aliũ ob lia ꝙ ſolũ poſſet ponere ꝙ obligaret illũ cu
ius eſt n ꝙ nihil operabitur dicta ſigillatio ſi con
ſtet ſcbe ... atam eſſe, nec poterit etiã ad preiudiciũ
eius cuũ ... id ponere: qꝛ ſigillum dat autoritatem
ſcripture ... ctui, ꝛ ei qḋ nõdum eſt nõ poteſt auto
rari. facit. s. ... eſſiſſent. ꝛ qꝛ nõ poteſt autoritas dari
rei future. l. it ꝙ cuiuſqꝫ. vniuer. nec debet interponi
ſine cauſe cog ... iii. §. ſpatiũ. ꝛ qꝛ ſic notari⁹ debet in
tereſſe actui ꝛ audi ... ñ. vt in auſ. de tabel. §. nos autẽ. ita
etiã ſigillans debet intereſſe actui ꝛ ſcire ꝙ agitur. ꝛ finaliter in
iſta parte reſidet Inn. ꝑpter multas abſurditates q̃ ẽt poſſent
ſequi. de quibus ipſe plene hic tangit. ꝛ Jo. an. poſt eũ. Fatetur
tñ Inno. ꝙ poterit eps cõmittere ſigillũ alicui honeſte perſone
vt ſuo noĩe ſigilleſ cõtractus ꝛ alia occurrẽtia. ꝛ tunc talis pote
rit ſigillare ſcripturã in his que pertinent ad epũ. puta citare, cõ
mittere cauſas ꝛ ſimilia. In cõtractib⁹ aũt aliarũ perſonarũ nõ
deberet ſigillũ noĩe epi apponere niſi eps interfuerit contractui:
ſed poſſet ipſe cui eſt cõmiſſum ſigillũ ſi interfuit cõtractui noĩe
ſuo ſigillum apponere: dũmodo hoc exprimat. Hoſtiẽ. tñ dicit
de conſuetudine ſeruari in aliquib⁹ ciuitatibus ꝙ etiã in abſen
tia epi talis habens ſigillũ ſigillat noĩe epi, quia ex vi conſuetu
dinis cenſetur eps eſſe preſens mediante perſona ipſius cui ꝯmi
ſit ſigillũ qui intereſt ipſi actui. ꝛ talis cõſuetudo valet ꝛ excuſat
a pena falſi per. c. cũ dilectus. ſ. eo. vt hic tãgit Jo. an. poſt Hoſ.
et etiã do. An. poſt ꝓdictos. ꝛ hec ſufficiãt de materia ſigilli. de
qua hic plen⁹ per predictos. ꝛ etiaꝫ de tota hac decre. loco eiuſ
dem repetitionis qua menti commendabitis.

1 ☞ Raſura circa narrationem fact in reſcriptis ad litẽ nõ red
dit reſcriptũ vitioſum quia non eſt in loco ſuſpecto.

2 Raſura in poſſeſſionibus ſeu nominibus poſſeſſionum an facit
priuilegium ſuſpectum. ꝛ nu. 4.

3 Edi debet reſcriptum parti aduerſe.

5 Raſura an ꝛ quando habeat nocere.

6 Notarius an poſſit aliquo caſu errorẽ ſui inſtrumẽti corrigere.

7 Et ſi notario data ſit a partibus facultas addẽdi vel minuendi
ad ſenſum ſapientis quid ſit acturus.

8

## Ex literis veſtris.

Reſcriptuꝫ apo
ſtolicũ ꝑpter raſu
ram in loco non ſuſpecto nõ cenſeſ vitioſum. h. d. ꝛ eſt
1 cõis diuiſio. ſcda ibi dicimus. ¶ † No. ꝙ raſura circa
narrationẽ facti in reſcriptis ad litẽ nõ cẽſetur in loco ſuſpecto
ad reddẽdũ reſcriptũ vitioſuꝫ. nec mirũ qꝛ ñ õ ſimpliciter debet
ꝓcedi ẜm narrationẽ: ſed ẜm rei veritatẽ. ſ. de reſcri. ſup literis.
2 ¶ † Itẽ no. ꝙ priuilegiũ nõ cenſeſ ſuſpectũ ſi raſura eſt in poſ
ſeſſionibus: ſeu noĩbus poſſeſſionũ qḋ intelligit Inno. procede
re in priuilegijs confirmatorijs. ſecus in originalibus ꝛ collato
rijs qꝛ tũc raſura in poſſeſſionibus eſſet ſuſpecta. ſicut in inſtru
3 mento donationis poſſeſſionũ. ¶ † Itẽ not. ꝙ reſcriptũ edendũ
eſt parti aduerſe: ꝛ etiam eius copia danda. de quo in glo. ¶ In
glo. ſi. ibi litere ſuſpecte ſunt quinimo ſunt cenſende falſe ex quo
4 falſa eſt latinitas. vt patet in. c. ad audientiã. hic alleg. ¶ † Sed
aduerte quia videtur ꝙ raſura in noĩe poſſeſſionum dicatur eſſe
in loco ſuſpecto: qꝛ in parte ſubſtãtiali ſicut qñ eſt in noĩe acto
ris rei vel iudicis. nam ꝛ reſcriptũ ꝛ priuilegium nõ debeſ trahi
ad aliã rem ꝙ̃ ꝯtentã in reſcripto vel priuilegio. ſ. de reſcrip. ad
a ures. ꝛ. c. ſi ꝑpter hoc dicit hic Inn. ꝙ id qḋ hic dicĩ ꝙ abraſio
in poſſeſſionib⁹ nõ reddit priuilegiũ ſuſpectũ: dꝫ intelligi in pri
uilegijs confirmatorijs: quia in illis de facili ... et apparere de
veritate per inſtrumentũ cõfirmati per ipſum priuilegiũ. ſecus
in priuilegijs originalibus ꝛ collatorijs: qꝛ tunc abraſio in poſ
ſeſſionibus reddere priuilegium ſuſpectũ ſicut ꝛ inſtrumentum
donationis poſſeſſionis ſi in poſſeſſionibus eſſet abraſio ꝛ plus
etiã dicit ꝙ etiã in reſcriptis cõtenſioſis abraſio in nomine poſſ
ſionis reddit reſcriptũ ſuſpectũ per raticiẽ in cõtra
reſpõdet tñ ad iſtũ text. Sed potes dicere ꝙ hic n
in noĩe rei, ſed in acceſſorio ad reꝫ: quia hic non fuit
mine capelle ſed in iure parrochiali acceſſorio ad
lam: ideo non reddit reſcriptum ſuſpectum. Nec ſim
ſuſpectũ quãdo abraſio eſt in narratione facti: quia
eſſet abraſio ſi eſſet erratũ in eã nõ ꝓcederetur ẜm erro
rationum: ſed ẜm veritatẽ. vt. ſ. de reſcrip. ſuper literis. ꝛ
reſcriptis ad lites: quia ſunt de iuſtitia ꝛ nõ de facili preſumi
falſitatẽ cõmitti. ſ. de cri. fal. c. penul. ¶ Item qḋ dixi ſupra ab
raſionem in nomine poſſeſſionis in priuilegijs collatorijs vel
in reſcriptis contenſioſis ꝛ fortius in gratioſis. facit. ſ. de reſcri.
ad aures. redderetur reſcriptum ꝛ priuilegium ſuſpectũ. intelli
git Hoſ. verum quando totum nomen eſt abraſum. ſecus ſi certa
particula puta litera vel ſyllaba per id qḋ habetur. ſ. eod. ex par
te. et in. l. qui habebat. ff. de manumiſ. teſta. qḋ intelligit Arch.
in. c. apꝉice. xxxv. q. ix. quãdo ꝑ talẽ mutationẽ litere vel ſyllabe
nõ variaret ſenſus nois. alꝰ ſecus per ea que habent. ſ. eod. inter
dilectos. ¶ † Et in hac materia an abraſio habeat nocere. Potes 5
concludere ꝙ aut litere emanarunt clauſe a curia, ꝛ tunc ra
ſura non nocet: quia ꝑpter clauſuram tollitur ſuſpicio. vt voluit
glo. precedens, aut emanarunt aperte ꝛ tunc aut raſura non eſt
in loco ſuſpecto, vt quia eſt in narratione facti: vel in acceſſorio
rei vel in nomine poſſeſſionũ in priuilegijs confirmatorijs. ꝛ tũc
nõ habet nocere per iſtũ text. Aut eſt in loco ſuſpecto qḋ qñ ſit:
patet ex his que tetigit gloſ. ꝛ ex his que ſuperius dixi. ꝛ ex his
etiã que no. ſ. eo inter, in verbo conſumptũ. vt qñ eſſet in nomine
actoris rei vel iudicis: vel etiã in data vel in aliqua clauſula pu
ta in remotione appellationis vel etiã in noĩbus poſſeſſionum
in caſibus de quibus dixi. ſ. ꝛ tũc aut cõſtat raſuram factam per
ipſum ſcribentẽ: vt quia hoc atteſtatur in fine ſcripture ſicut ſe a
pe faciũt hodie tabelliones: ꝛ tunc nõ nocet. vt in. l. cãcellauerat
ꝛ in. l. j. §. j. ff. de his que in teſte. delen. Aut hoc nõ atteſtatur, et
tunc aut ex precedẽtibus ꝛ ſequẽtibus poteſt colligi ꝙ ita debet
ſtare prout ſtat in raſura, ꝛ tunc etiã nõ nocet per id qḋ habetur
in. c. cuꝫ venerabilis. ſ. de relig. do. vbi etiã bona glo. que eſt fin.
Aũt nõ poteſt colligi qualiter debeat ſtare ex ꝓcedentibus ꝛ ſe
quentibus: ꝛ tunc aut raſura eſt oĩno de eadẽ manu qḋ appare
re poteſt ex comparatione literarũ. l. comparationes. C. de fi. in
ſtru. ꝛ tunc etiã nõ nocet per id qḋ tangit glo. in. d. c. cũ venero
bilis. ꝛ qḋ etiã tangit hic Hoſ. ꝛ no. glo. ꝛ bar. in. oꝛ ſi. C. de edicto
diui adri. tol. Aut nõ apparet de eadẽ manu: ꝛ tunc redditur in
ſtrumentũ ꝛ reſcriptũ ꝛ priuilegiuꝫ ſuſpectuꝫ. ex quo raſura eſt
in loco ſubſtantiali. facit qḋ habetur in. l. ſi vnus. C. de teſta. ꝛ ꝙ
notauit Barto. in. l. fi. C. de edic. diui adri. ꝛ addẽ quod hic dicit
Jo. an. de conſtitu. que viget in Italia contra radentẽ minuen
tem vel addentem aliquã literam vel ſyllabã in literis apoſtoli
cis ſine licẽtia ei⁹ ad quẽ ſpectat: quia ſunt ipſo facto excõicati.

6 ¶ † Vltimo extra gloſ. tangit hic do. Ant. an notarius aliquo
caſu poſſit corrigere errorem ſui inſtrumenti. de quo in Spe. de
inſtru. edi. §. inſtrumentũ. ver. ſed nunquid cõfecto. ꝛ ibi per Jo.
an. in addi. Specu. ꝛ per eũdem ſuper data ſexti libri. ꝛ etiã in eo
§. ver. item opponitur ꝙ res aliter ſe habet. ꝛ per Archid. xxxv.
q. ix. §. is ita. de quo hic proſequitur do. Anto. ¶ Sed tu potes
dicere vt plenius dixit Bart. in. l. ſi librarius. ff. de regu. iur. hoc
addito ꝙ inquantuꝫ Bar. ibi permittit notariũ poſſe corrigere
ſine autoritate iudicis debet intelligi qñ inſtrumentuꝫ nondũ eſt
productũ in iudicio. ꝛ ſic non eſt deductum in cõtrouerſia: neque
copia data eſt parti aduerſe: nam tunc bene poteſt etiã ſine indi
ce in caſibus, de quibus ibi per Bart. alꝰ non deberet ſine iudi
cis autoritate. per id qḋ nota. Jo. and. ſuper data ſexti libri. ꝛ ſic
7 etiã de facto obſeruatur. vt tangit ibi Jo. and. ¶ † Tangit etiã hic
do. Anto. ſi debet ſit facultas a partibus notario addẽdi vel mi
nuẽdi ad ſenſum ſapientis quid poterit tunc facere ipſe ſapiens
vel notarius. de quo aliquid per glo. in. l. ſi mãdato. §. ſi. ff. man
dati. ꝛ in. l. illa inſtitutio. ꝛ ibi per Bar. ff. de here. inſti. ꝛ aliquid
etiã in. l. ex ea parte. ff. de verb. obli. de quo in Spe. in. d. §. inſtru
mentũ ver. quid ſi a partibus. ꝛ ibi etiã per Jo. an. in addi Spe
cu. ꝛ concluditur cõmuniter ꝙ poterit clariori modo deſcribere
ꝙ̃ ante eſſet ſcriptũ. Item ꝙ poterit ſupplere in his que ſunt de
naturalibus cõtractus vel etiã que cõſueuerunt fieri in ipſo con
tractu per ea que habẽtur in. d. l. ex ea. ꝛ in. l. pacta. ff. de contra
hen. emp. ſubſtãtialia autẽ vel alia incõſueta non poterit ſupple
re: quia illa nõ poſſunt ex poſtfacto ſuperuenire. nam ꝑpter de
fectũ ſubſtãtialiũ redditur actus nullus. l. teſtamentuꝫ. C. de te
ſta. ꝛ per ꝓdicta dicit ꝙ poterit ſapiens facere opponi in contra
ctu donationis vel venditionis ad fortificandũ contractũ pactũ
precarij vel cõſtituti non poterit tamen ẜm Richar. de malum
b niſi teſtator reliquit ſi lie ſue aliquid addere. ſ. iure inſtitutio
nis: ꝛ illud eſt de ſubſtãtialibus teſtamẽti. per. §. aliud quoque. c.
in aut. vt cũ de appel. cognoſcitur. ꝛ iſtud ſequitur Barto. in. d. l.
illa inſtitutio. ſed Jo. an. dicit in addi. predicta ꝙ quicquid dica
tur contrarium in hoc ſeruatur in facto: ꝛ habet equitateꝫ quia
talis videtur eſſe mens teſtantis: ꝛ quia etiam verbum relinquo
adaptaſ ad inſtitutioneꝫ vt patet ex his que habentur. in. l. his
verbis, cum ibi notatis. ff. de hered. inſtitu. ꝛ in. c. raynutius de
teſtamẽ. ꝛ in. c. j. in glo. ſed nunquid. de teſta. in. vi. ꝛ in aut. de he
l. §. et hec ſi quidẽ. alias. §. his omnibus. colla. j. quod pili
ta.
bent priuilegia qñ aduer ... is vult redarguere de
edenda in loco ſecuro.
cultas excluditur lapſo te ... dato ad accuſan
dum tan ... m peremptorio.
3 Sẽtẽtia ꝓ textu falſorũ inſtrumẽtorũ lata ... data falſitate red
datur ipſo iure nulla: an vero detur reſtitutio in integrum.

¶ Reſcriptum apoſtolicem. ſi queras propter quod vitiuꝫ litere apoſtolice vel alie reddantur viti oſe vide per diſti. domi. Dẽ. bohyc. i. c. ad audiẽtiam. lo. ſ. ſ. de reſcrip.



Ayuntamiento de Madrid

**Accepimus.** Redargnenti priuilegiū de falſo iudex illud faciet exhiberi corā paucis in loco ſecreto, ⁊ interim ſtabitur ſententie late per illud. h. d. ⁊ in prima deciſa petitio: i ſecūda promiſſo. Secunda ibi: cum priuilegia. ¶ In tex. ibi: duz. dicit imponatis ſupple: tu Eboracenſis archiepiſcopus, ⁊ cōiudices quia vni ſoli no conſueuit papa loq in plurali. j. de cri. fal. c. quā
1 graui. ¶ † No. caſum in quo debēt edi priuilegia quādo ſcꝫ aduerſarius vult redarguere de falſo. facit. l. fin. C. eo. ¶ Itez not. ꝙ priuilegia ⁊ inſtrumenta edenda ſunt in loco ſecuro ipſi eden-
2 ti. facit qđ habetur. j. de priui. cum perſone. lib. vj. ¶ † Item no. ꝙ lapſo termino dato ad accuſandū tanq̄ peremptorio excluditur facultas accuſandi. ⁊ maxime quando in termino facta eſt cōminatio de vlterius nō audiēdo. facit. l. ſi ea. C. qui accuſa. non poſ. ¶ Item no. ꝙ pendente queſtione falſi interim nō vacillat fides inſtru. nec alicuius ex eo geſti. ¶ Item no. ꝙ nihil difficile vel periculoſum debet percipi parti, alʼs poſſet appellari. facit vt lite conteſtata. accedens. el. ij. ¶ In glo. j. in fi. melius dic ꝙ etiā ſi ſit iuratū de calūnia debet p̄ſtari hoc iuramētum ꝙ non calūnioſe petit: quia illud cenſetur eſſe iuramētū de malitia qđ debet p̄ſtari quātūcūq; iudici viſum fuerit. vt in. c. ij. de iuramē.
3 calum. in. vi. ¶ † In glo. penul. ibi nulliꝰ erit momenti innuit glo. ꝙ ꝓbata falſitate ſentētia reddatur ipſo iure nulla. ſed text. in. l. diuus alleg. in glo. videt̄ velle ꝙ detur reſtitutio in integrūꝫ contra ſententiā. ⁊ ſic qđ ſit aliqua ⁊ illud verū regulariter. Fallit in certis caſibus in quibus eſt nulla. de quo dictū fuit ſ. c. licet. ſ. de ꝓba. ⁊ tangetur. j. de excep. cum venerabilis: vbi etiā gl. tāgit. ¶ In glo. ſi. in ſi. ⁊ de hoc dic vt plene habetur. ſ. c. p̄xi. ⁊. j. de priui. cum perſone. lib. vj.

☞ Inſtrumentuꝫ comprehendens plura capitula debet totū recitari corā iudice ⁊ aduerſario, ſed ſolum debet dari copia particule de qua agitur.

¶ Abſoluitur reus. Idez ſummant do. Ab. ⁊ do. Jo. ꝫ Fel. aliter ponatſummarium ⁊ forte elegātiꝰ vide euz. et vide hic. d. hē. boych. q ponit duas diſtinc. valdē bonas ad materiā huius. c. p̄tinentes.

Que faciunt vacillare priuilegium.

**Contingit interdum.** Inſtrumentum vel priuilegiū quo quis vtitur corā iudice ⁊ aduerſario integraliter legi debet: ſed ſolū illud capitulū de quo agitur ipſi aduerſario edi debet. h. d. ⁊ eſt cōmunis diuiſio. ſcđa ibi: conſultatio. ¶ Ibi dicitis ſupple tu abbas ⁊ fratres. nam ſoli abbati non loqueret̄ in plurali. j. de cri. falſi. quā graui. ¶ In tex. ibi exhibere ſupple q̄ cogimini dare copiā totius priuilegij qđ fieri nō debet. vt. j. patet. ¶ No. ꝙ ex ſolo auditu recitationis inſtrumēti quis nō ſic plene inſtruitur de inſtrumento ſicutquādo ipſius totius copiā habet. ¶ Item nota practicam
1 edendi † inſtrumētum vel priuilegiū comprehendens plura capitula q̄ totum debet recitari preſente iudice ⁊ aduerſario, ſed ſolum debet dari copia particule de qua agitur. facit qđ habetur in. c. cum perſone. de priuil. li. vj. ⁊ qđ notatur per legiſtas in. l. ſi. C. de precibus impera. of. Et facit tex. iſte [illegible] ſtatutum debeat ꝓducere totum volumen [illegible] qđ facit ad cauſam. de quo hic ꝓſequit̄ dom. Anto. Sed dic plenius per Bar. ſuper rubr. de ope. no. nun. vbi cōcludit ꝙ nō eſt neceſſe ꝓducere totū volumen vt videatur id qđ facit ad cauſam. de quo hic ꝓſequitur do. Anto. Sed hic plenius per Bar. ſuper rubric. de ope. no. nun. vbi cōcludit qđ nō eſt neceſſe ꝓducere totum volumen ſtatutorū, ſed ſufficit ꝓducere ſtatutum ſub rubrica de materia de qua agitur per. l. argentarius. §. edi autē. ff. de edēdo ¶ Et aduerte quia id quod dixi de productione ſtatutorum debet intelligi quādo ſunt ſtatuta alterius loci quā loci iudicij que ꝓbabiliter poſſunt ibi ignorari. nam ſtatuta loci iudicij ſunt notoria in loco, ⁊ ideo nō eſt neceſſaria ipſorū ꝓductio facit quod no. Bar. ſuper dicta rubri. ⁊. l. quod nerua. ff. depoſiti.

1 ☞ Libellus in actione reali qualiter cōcludere debeat.
2 Libellus generalis in acceſſorijs procedit.
3 Deſtrictus ⁊ iuriſditio ſunt diuerſa.
4 Libellus quo petuntur fructus ex aliqua re percepti admittitur quando ipſa res patitur.
5 Dictio quondam quid importet.
6 Epiſcopus poteſt eſſe comes.
7 In fundatione monaſterij poteſt epiſcopus aliqua donare ipſi monaſterio.
8 Epiſcopus poteſt eſſe delegatus imperatoris in cauſa que mouetur cōtra eccleſiam.
9 Raſura ſeu conſumptio in loco indictionis reddit inſtrumentum ſuſpectum.
10 Inſtrumentum reddi[illegible] ſuſpectum propter plure[illegible]
11 Sigilli ſculp[illegible] ꝓportionari dignitati ſig[illegible] re ſigilli debent [illegible]re.
12 Sigillum reddi[illegible] [ſuſp]ectum ex diuerſitate cere.
13 Inſtrumentū reddit[ur] ſuſpectum ex raſuris ſiue cancellaturis.
14 Sentētia lata inter [a]lios non habet alijs nocere.
15 Acta cauſe debent apponi in ſententia.
16 De locatione non probatur nec poſſeſſio.
17 Poſſeſſio an probetur per receptionē penſ[illegible]
18 Clauſula ſaluo iure addēdi vel minuēdi [illegible] libellis.
19 Indictio vnde traxit originē.
20 Indictio erat tota tempore natiuitat[is]
21 Notarius an poſſit ſuum errorem cor[rigere]
22 Inſtrumētū quādo eſt publicū ſi ſig[illum] [illegible] an valeat.
23 Chronicis an credēdum ſit.
24 Confirmans an credatur dare.
25 Reus poteſt vti pluribus exceptio[nibus]
26 Inſtitutio facta de filijs qui negligunt curam patris furioſi vitiatur. ſed non vitiantur legata facta alijs perſonis.
28 Indictio qualiter breuiter colligi poteſt.

a **Inter dilectos.** Abſoluitur reus cū iura actoris ſunt obſcura, vel litere aut ſculpture ſigilli ſunt delete. h. d. Et in prima ponit petitionē ⁊ iura ⁊ allegatiões actoris. in ſecūda ibi: ſed ꝯtra ponit reſpōſiones ⁊ defenſiones rei. in tertiā, ibi: cū autem ponit ſententiā. ⁊ ſic tres ſunt partes principales, vt ptꝫ ex ꝓdictis. ¶ In tex. ibi indictionis ſupple q̄ nō apparebat quota eēt: ⁊ ſic nō poterat apparere an cōcordaret cū anni dñi vel nō vbi potuiſſet citius facultas deprehēdi. ¶ No. ꝙ prelatus dꝫ agere noīe eccleſie. de quo in. c. litere. ſ. de dilatio.
1 ¶ † Item no. cōcluſionē libelli in actione reali: q̄ cōcludi debet ad reſtitutionem. de quo plenius in. c. ij. de libelli obla. ⁊ in. l. j. ff.
2 de eden. per glo. ⁊ Bar. ¶ † Item no. ꝙ in acceſſorijs ꝓcedit libellus generalis. de quo. ſ. de reſti. ſpolia. cū ad ſedē. ⁊ in. d. c. ij.
3 de libel. obla. ¶ † Item no. ꝙ diſtrictus ⁊ iuriſditio videntur diuerſa. de quo in cle. ne romani. de elec. ⁊. ſ. vt lit. non cōteſta. accedens. ⁊ de ꝓba. licet. ¶ Item no. cautū eſſe apponere in libello clauſulam illam ſaluo iure addēdi vel minuēdi. tñ eſt neceſſaria ⁊ parū operat̄ ſi exprimat̄. vt tangit hic glo. ¶ Item not. cautū eſſe allegare ſententiā latā in poſſeſſorio etiā qñ agitur petitorio ſed tñ illa ſola nō ſufficit. l. naturaliter. §. j. ff. de acqui. poſ. ⁊. l. an
4 ⁊ eadē. §. ſi. ff. de excep. rei iudi. ¶ † Item not. ꝙ ſufficit in libello petere fructus perceptos qñ ipſa res petitur ⁊ ſic admittitur libellus tunc incertus ſuper fructibus. de quo in. l. fundi. ⁊. l. fundum. ff. de excepti. vbi glo. tangit ⁊ per Bart. etiam. in. l. j. ff. de eden. licet aliter videatur ſentire in. l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei ven. de quo dixi in. c. ij. ſ. de libel. obla. Fructus aūt percipiendos nō eſt neceſſe petere: q̄ illi veniunt officio iudicis qñ lite pēdēte percipiūtur. l. ediles. §. item ſciēdum. ff. de edil. edicto. ¶ In verſic.
5 ſatagens. † Not. primo de iſta dictione quōdā. de quo per gloſſ.
6 in. l. hec venditio. ff. de contrahen. emptio. ¶ † Item no. ꝙ epiſcopus poteſt eſſe comes. qđ intellige verū de quo ad hoc vt comes appelletur ex eo q̄ eſt de genere comitum, ſicut etiā eſt nos in partibus iſtis italie, ſed comitatū cum ſit feudum imperiale perdit per adeptionem dignitatis epiſcopalis. vt in. c. clericus.
7 ſi de feudo fuerit cōtrouerſie. ¶ † Item no. ꝙ in fundatione monaſterij poteſt epiſcopꝰ aliqua donare ipſi monaſterio quod eſt clarū ſi ſunt ipſius ꝓpria. An autē aliquis poſſit dare de bonis epiſcopalibus. Dic vt habetur. j. de dona. apoſtolice ⁊. x. qđ. ij.
8 in. c. bone rei. ¶ † Item no. ꝙ epiſcopus poteſt eſſe delegatus imperatoris in cauſa que mouetur cōtra eccleſiam, ſed hoc ideo quia forte ratione feudi ſpectabat ad imperatorē. ſ. de foro competen. ex tranſmiſſa ⁊. xi. q. j. c. placuit ¶ Itez no. ꝙ in eodē priuilegio poteſt aliquid dari ⁊ etiā alternatiue confirmari. de quo tangetur. j. in ver. ceteruꝫ. ⁊ in glo. i[n] v[er]b. confirmari ⁊ ſuper eo. ¶ Item not [cautelā] vt formetur articulus duplicatas in tēpore qđ deducit[ur]. ¶ Itē no. cautelā vt in fine articulorū ponatur articulus de. fama. ⁊ ita quotidie practicatur. ¶ In ver. ſed cō
9 tra. Not. † ꝙ [raſura vel] cōſumptio in loco indictionis reddit inſtrumētuꝫ ſuſpectū. ¶ † Ite[m] [no]t. plura ex quibus vacillat priuilegium [illegible] ſi con[illegible] [prim]ū e[ſt] in indictione ſcđo ſi charta antiquior ap[paret ſcri]ptura. i[ll]ud tñ ſcđꝫ per ſe ſolū non ſufficit vt dicit [il]lo[c] nouus cōtractus in charta vetuſtiſſima ſcribi poſ[ſit] [illegible] ſ. eo. c. j. ſed iſtud coadiuuat cū alijs. tertio quā[do e]ſt ſigillū notabili corruptione vel in diuerſitate ce[re] [illegible] planitie. ¶ † Itē not. ꝙ ſculptura ſigilli dꝫ ꝓportio[nari dignita]ti ſigillantis. alʼs redditur ſuſpectū ſi hꝫ formaꝫ ſcul[pture ꝓp]ortionabilē alteri dignitati. ¶ Itē no. ꝙ vbi litere ſigil[li deſign]atis nomē ſigillātis nō ſunt integre ita ꝙ poſſunt ꝓportionari alteri quā ſigillāti: ⁊ ſic ſurgere poteſt equiuocatio nō ꝓbat tale ſigillū. ¶ Item nota ꝙ redditur ſigillum ſuſpectum ex [illegible] cere. Si forte pars cere ſit recens ⁊ pars antiqua.
1 [¶ Ite]m nota ex proportione extremorū iudicamus de mediis [illegible] quantitate loci ⁊ ſpacij preſumimus de locato. ¶ In verſic. eadē. No. duo que reddunt inſtrumētū publicum ſcilicet quando eſt ſcriptum manu publica, vel habet ſigillū publicuꝫ ſeu autenticum

Ayuntamiento de Madrid

eodem. Item nota φ enormis corruptio si priuilegij vel instrumenti qđ a sigillo ca. Item not. φ sigillū debet continere tantā pre cuitetur equiuocatio.alꝰ nō probat ꝛ sic not. uocabile ꝛ d plura alterū de necessitate nō ꝓbat. ş.de ꝓba.in.c.in presentia. ¶ † In ver.instrumentū.ꝛc. uris.i.ex rasuris seu cancellaturis instrumentum redditur suspectū.de quo plene dixi.ş.e.c.ex literis. ¶ No.ij. φ redditur instrumentū suspectū quādo scriptura instrumenti,ꝛ subscriptio ꝓparet de diuersa manu ꝛ notarius attestatur φ de eadem manu omnia sunt scripta. ¶ A contrario sensu no.φ si in subscriptione attestaretur ... manu scripta φ tūc videtur valere instrumentū.ꝛ sic facit φ aliquis notarius possit facere scribi instrumentū per alium,ꝛ postea se subscribere faciēdo de hoc mentionem:quō alius de eius voluntate scripsit de cuius rogationibus:ꝛ q2 cum suis rogationibus concordat se subscripsit:et illud seruaꝶ in ciuitate ista.dicit tamen notarius in subscriptiōe φ alijs impeditus cōmisit tali vt scriberet ꝛ istud posset tolerari vbi consuetudo vel statutum loci illud haberet.alias non posset hoc fieri nisi iudicis autoritate interueniēte.per id qđ habetur in auť.de tabellio.ꝑ totum.ꝛ.j.eo.c.vlti.ꝛ penul.fm Hosti.de quo etiam in Spec.de instru.edi.§.restat.ver.quid de hoc.ꝛ.§.instrumentū.ver.item ponitur φ non eit confectum.tibi per Io.and. in addi.Spec.vbi cōcludit predicta procedere quādo ille qui scribit instrumentū non fuit presens confectioni instrumēti.Secꝰ si fuisset presens vt contingit quādo duo notarij pariter sunt rogati de instrumento.na3 tunc vnus eorum potest instrumentum scribere ꝛ se subscribere:ꝛ alter solum se subscribere. ¶ In versi.

14 porro.no.regulam vulgatam † φ sńia lata inter alios alijs non habet nocere:ꝛ similiter φ res inter alios acta alijs non preiudicat. ¶ Item no.φ vbi non preiudicat sententia non preiudicit; etiā alia acta nec attestationes.ꝛ sic no.φ attestationes.ꝛ acta regulariter in preiudicio equiparantur sńie:vt sic vbi illa preiudicat preiudicent ꝛ acta vbi non preiudicat:nec acta preiudicabūt. facit qđ habetur.ş.de iudi.at si clerici.ꝛ qđ nota.per Inno.ş.de testi.in.causam que.el.j.ş.de testi.ꝛ per Barto.in.l.ij.ff.iudi.sol.

15 ¶ † Itē no.cautū esse in instrumento sńie apponere acta causeꝰ ꝛ maxime acta substātialia.ꝛ hoc de facili fieri poterat olim fm Io.and.q2 breues fiebant scripture sed hodie prolixiores fiunt. ¶ In ver.ceterū.No.ex forma petitionis ꝛ interrogationis colligimus intellectū respōsionis vt sic in dubio adaptetur responsio interrogationi. ¶ Item no.φ priuilegium habēs in se repugnantiā in verbis debet per diuisionē ad cōcordiam reduci.facit ş.de testi.cum tu.ꝛ qđ habetur in.§.quibus.in.j.constituť.cedi. Item no.φ illud quod semel alicui est donatum nō potest iterato eidem donari:q2 qđ seme: est meum amplius fieri nō potest.l. res proprias.C.de lega. ¶ Et ex hoc no.φ incōpassibilis est concursus plurium causarum ad acquisitionē dominij vel ꝓprietatis alicuius rei.intellige successiue ꝛ diuerso tēpore.nam eodem tēpore bene possunt concurrere.vt notatur in.l.iij.§.ex pluribus. ff.de acquir.poss. ¶ Item no.φ confirmato existente nullo confirmatio velut accessoria redditur nulla. ¶ Et sic no.illud vulgatum φ vbi principale est nullum cetera cōquassantur hoc est nō

16 valent.facit.l.non dubiū.C.de legi. ¶ Item not.† φ per actū locationis nō probaꝶ ꝓprietas nec possessio nec mirum:q2 aliena res etiā ab alio possesso posset locari:ꝛ sic de necessitate nō ꝓbat aliquod predictorum.facit qđ habetur.j.de except.cū venerabilis.ꝛ de appel.bone.ꝛ hoc procedit quādo locatio fit in absentia rei locate.secus si fieret in ꝑsentia ꝛ nō appareat aliū esse posses-

17 sorem.ꝑ id qđ habetur ... media.ff.de ... poss. † In autem per receptionē pensionis ... betur per Bart. in.l.quauis.de acquir.poss.ꝛ tetig ... ş.de testi.sponsum venissent. per do.Anto. ¶ In ver.cum aut ... not.verba ... referenda ad procuratorem:executi ... autem ... d dominū.de quo.ş.de elect.querelam: ¶ In ... gatam quando obscura sunt inra partiū rex cum sint partium.lib.vi. ¶ Ultimo no.φ illud tum qđ licet prima facie fuerit ꝓbatum:tamē pliciter impugnatū. ¶ In glos.j.ibi:alias nō ... quia hic agebatur de re grauis preiudicij:vt par... requirebatur cōsensus capituli.de quo plene ... scrip.ꝛ.ş.de procu.l.j.ꝛ eadem ratione videtur ... dum in archiepiscopo nisi ꝑstitisset cautionē de ... do.per ea que habenť in iuribus prealleg.licet domu... aliter videať dicere.ꝛ facit qđ habeť in.l.minor.... ꝛ in.c.mandato.ş.de procur. ¶ In glo.ij.in fi.... c.litere.ş.de dila.ꝛ de proba.ş.c.ex literis. ¶ In glo.... ralis.sup.in accessorijs.de quo tamen dic vt not.... in.c.ij.hic

18 allega. ¶ † In glo.addendi.in fi.No.diligenter glo.que decidit φ clausula illa saluo iure addendi ꝛ minuendi que apponit in li

bellis est potius ad cautelā φ de necessitate:q2 ꝓpter illā nō potest plus libellans φ posset si nō esset apposita:ꝛ pot esse ratio q2 talis clausula videtur quedam protestatio que nō potest operari cōtra iuris dispositionē:vt legitur ꝛ not.in simili in.l.asserēta. C.de nego.gest.ꝛ ideo post lit.cōtest.nō poterit fieri mutatio.ga ius illud prohibet licet dicta clausula fuerit apposita. ¶ In gl. conferebant ibi:de feudis.sup.in.l.imperialem.in ti.de ꝓhi.alie. feu.ꝑ Fede.in vsibus feudo.ꝛ sic vult glo.φ q2 cōfessio Luitardi nō tenuit potuit ꝯferri per imperatorē superiorē feudi.id qđ datum fuit ꝑ ipsum Luitardum:l3 tamē illa nō fuit mens impera toris:vt.j.patet.q2 voluit ꝯfirmare si erat validum qđ factū erat per Luitardū:alꝰ nō.ꝛ ideo gl.subdit φ collatio ꝛ ꝯfirmatio ad diuersa referuntur. ¶ Et an cōfirmās videatur dare.dicet.j.cū glo. in ver.cōfirmari.ꝛ tangit hic Io.andr.post Inn.in quadā addi. que cōiter non habetur φ meliora sunt priuilegia confirmatoria quā illa que cōceduntur ad instar alterius priuilegij.nam primis statur donec aliud ꝓbetur:s3 secūdis nō nisi appareat id ad cuiꝰ instar ꝯceditur.facit qđ habetur in.l.in testamēto.la.ij.ff.d ꝯdi. ꝛ demon.qđ not. ¶ In glo.ş.ꝛ nitebatur hic ꝓbare prescriptionem ꝛ famā tamen neutrū fuit ꝓbatū vel si fuit ꝓbata fama illa sola nō sufficit.vt not.ş.de testi.veniens:ꝛ maxime in casu isto in quo alie probationes fuerunt reprobate a quibꝰ presumitur verisimiliter traxisse originē. ¶ Et no.φ hic loquitur de testibꝰ addu ctis ad probādum prescriptionē ꝛ famā vt dixi.sed.j.in versi.nec attestationes.loquitur de testibus ꝓductis ad ꝓbādum φ legitima erat donatio Luitardi. ¶ In gl.cōsumptū.in fi.Idē si in nominibus partiū vel rerum principaliū vel in cōclusione iuris vel in assignatione termini vel in clausula coactionis testiū fm doc. ¶ In gl.indictionis ibi nomē imperatoris.sup.in terris imperij. In terris autē pape apponitur nomē pape de ꝯsuetudine tamen in aliquibꝰ locis nō apponitur nomē pape vel imperatoris ꝛ tūc ꝓpter ꝯsuetudinē valeret instrumētū.j.c.cū dilectus. ¶ Et φ dicit gl.de ānis dńi.intellige a natiuitate.ꝛ istud cōiter seruatur in aliquibus tamen locis vt in tuscia seruaꝶ quod ponunť āni ab incarnatione ꝛ nō a natiuitate ꝛ in aliquibus φ a circūcisione vt regij ꝛ seruāda est cōsuetudo.per id qđ habeť in.e.c.cū dilectus. Facit qđ notāt dńi de Rota in sua cōclusione.eliij. ¶ In ea.gl. ibi:ꝛ dies.sup.ꝛ etiā locus.ꝛ locus loci.puta in tali ciuitate ꝛ in a tali domo sita in tali capella.facit qđ habeť l.c.ad ad apostolice. alꝰ in.c.abbate.circa fi.de re iudi.li.vj.ꝛ hec seruanť in instrumētis publicis sed in scripturis priuatis non de necessitate requiriť tps ꝛ locus.l.cū tabernā.§.idem quesijt.ff.de pigno.cu3 ibi nota. per Bar.ꝛ dictū fuit.ş.eo.c.j.ꝛ.ij. ¶ Ite3 qđ dicit gl.de priuilegijs seruabatur olim.sed hodie in priuilegijs papalibus non ponuntur anni dńi nec indictio:sed annus pontificatus concedentis ... experientia.

19 ¶ † In ea.gl.ibi:ex tribꝰ lustris.i.tribꝰ quinquennijs ꝛ sic vnum quinquēnium appellat pro vno lustro. ꝛ vt tangit glo. in feda constitutione codicis.circa fi.traxit originem indictio ex eo qđ seruabāt romani antiquitus dum dominabanť orbi:q2 in primo quinquēnio prestabaꝶ sibi tributum in auro.in secūdo prestabaꝶ de argento.in tertio de ere alias dicit qđ tributū primo prestabaꝶ in ferro pro armis.secūdo in argento ꝑ stipendijs.tertio in auro vt hic dicit Io.an.ꝑ republica seruāda ꝛ appellabaꝶ indictio q2 indicebaꝶ tributum seu solutio tributi.

20 ¶ † In ea.glo.ibi:additis tribꝰ.sup.q2 tota erat indictio tpe natiuitatis christi.vt no.glo.preallég. ¶ Et no.φ nō trāsit quintādecimā vnde finita quintadecima reincohoamus a capite ꝛ dicimꝰ prima indictiōe.ꝛ si indictio scripta in instrumēto collecta fm regulā gl.nō cōcordaret cū ānis dńi.tunc instrumētū esť suspectum vt voluit iste text. ¶ Et tunc possit notarius dicere se errasse ꝛ corrigere errorē.not.Barto.ꝛ Dy.in.l.si librarius.ff.de regu.iur.et tetigi in.c.ex literis.eo.ꝛ ꝑ Io.and.super data.vi.lib.nā videtur φ possit si hoc velit facere anteφ sit mota cōtrouersia ꝛ anteφ sit data copia parti aduerse.alꝰ non poterit sine iudicis autoritate alterius officialis.ad hoc deputati ꝑ ea que notātur in locis palleg. ¶ † In gl.mām.in fi.l3 nūqd valet qñ publicū est instrumētū l3 destruatur sigillū.dic f3 Inno.φ sic q2 vtrunq3 de per se est sufficiēs.ş.eo.c.ij.nisi expresse esset actū φ ab autoritate sigilli penderet autoritas instrumenti. ¶ Et no.φ enormis lesio sigilli vitiat sigillū ꝛ que dicatur enormis relinquaꝶ arbitrio iudicis scdm Inn.facit qđ habeť.ş.de offi.deleg.de causis. ¶ † In glo.nō minus.in fi.No.bene diligenter glo.qđ stādum est chronicis et fidē faciunt. ¶ † In glo.inter alios.in fin. ¶ Et quare nō nocuerit sńia archiepō cū fuerit lata per archiepm.Instat hic Io.an.ꝛ Inno. concludē qđ si ignorauit ius ad monasteriū pertinere nō debuit nocere.per ea que habentur in.c.pe.allega.in glo. Si autē sciuit est magis dubiū tamen dic idem q2 nō deducebaꝶ in iudiciū per illum qui pretenderet habere causam ab archiepō nec nomine archiepi.ꝛ sic cessat qđ hbetur in.c.penul. Ite3 q2 factū prelati non habet nocere ecclesie.de reg.iur.delictū.lib.... ꝛ q2 cum in iudi-

¶ Electionem hanc prelati cā obseruat curia regia Lugduni.

Ayuntamiento de Madrid

cando fungebaṫ officio qḋ de ſe eſt neceſſariu͛.l.numerum.§.iu-
dicandi.ff.de mune.⁊ hono.Secus qñ quis vtitur officio volun
tario puta ꝓcurationis vel aduocationis:q꞉ poteſt ſibi tūc ꝑiu-
dicare in iure ſibi cōpetente ſi cōtra illud pꝛeſtat tale officiū in.l.
pe.ff.de inoffi.teſta.¶ Jn glo.valere.in fi.Solue ꝙ in cōtrarijs
nō poterat fieri interpꝛetatio vt res valeret attenta mēte diſpo
nentis qui voluit valere actū eo modo quo egit qḋ eſſe non pote
rat:vt pꝫ in.c.cū ſuper.hic allega.⁊ in alijs iuribus hic allega.⁊
de bꝛocardo.an ſi nō valet qḋ ago vt ago valeat vt valere poteſt.
notatur per legiſtas in.l.nō codicillū.C.de teſta.⁊ per Barto.in
l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo.obli.¶ Jn.glo.cōfirmari.in
24 fi.Solue vt colligitur ex nota.p Bar.in.d.l.et q꞉.†nā aut actus
nō tenet ⁊ tunc cōfirmare videtur dare.l.adoptio.ff.de adop.⁊.j.
de cōfir.vtili vel inutili.c.j.⁊.ij.⁊ hoc intellige quādo cōfirmatio
fit ex certa ſcientia:vt patet ex nota.in.d.ca.j.⁊.ij.nam ſi fieret in
forma cōmuni nil operaretur.vt ibi no.⁊.ſ.de cōſti.cum acceſſiſ-
ſent.i.intellige qñ confirmatio fit ex certa ſcientia confirmare eſt
dare.ſ.reſpectu iuris qḋ non erat collatum:ſed appellari poteſt
cōfirmatio reſpecta facti qḋ pꝛoceſſit.Quādoqꝫ tenet actus qui
cōfirmatur ⁊ tunc aut actus erat imperfectus ⁊ cōfirmatio ten-
dit ad perfectionem:⁊ tunc cōfirmare non eſt ꝓpꝛie dare ſed po-
tius perficere vt qñ fit electio per capitulū ⁊ confirmatur per ſu
perioꝛem.⁊ ſic loquitur.c.cum inter canonicos.allega.in glo.fa-
cit qḋ habetur in.§.ſed interim.in auṫ.de defen.ciui.collatiōe.ij.
Quandoqꝫ actus tenet ⁊ eſt perfectus ⁊ tūc aut in poteſtate con
firmantis erat reuocare actum ⁊ tūc cōfirmare poteſt dici etiam
dare.l.poſthumus.§.ſi paganus.ff.de iniuſto.teſta.⁊ ſic loquitur
c.in ſynodo.alleg.in glo.⁊.c.in nomine dñi.in quibus papa con-
firmat ⁊ concedit pꝛiuilegia cōceſſa imperatoꝛibus circa electio-
nem pꝛelati.nam poterat papa reuocare:ideo bene dicit ꝙ con-
firmat ſcilicet alias cōceſſa ⁊ concedit.Si autē non eſſet in pote
ſtate ſua actum infirmare tunc confirmare non eſt dare:ſed po-
tius appꝛobare qḋ iam factū eſt.de quo per Bar.in loco ꝓalleg.
¶ Jn glo.qḋ meum eſt ibi ex vna tamen dominium acquiritur
intellige quādo ſucceſſiue ⁊ nō eodē tēpoꝛe concurrunt iſte cauſe
nam tunc ex quo ſemel facta eſt res mea nō poteſt amplius fieri
mea pꝛima cauſa remanente valida.Secus ſi reſoluetur:vt.l.fun
do.⁊.l.ſi a me.ff.ad le.falci.nā ibi teſtatoꝛ legauit mihi fundum
ſub cōditiōe ⁊ poſt moꝛtē teſtatoꝛis heredes legāt eū mihi pure,
nā virtute legati facti per heredem efficioꝛ dñs:tamē ſi poſtea
eueniat conditio reſoluitur illa cauſa legati heredis ⁊ habeo ex
pꝛimo legato.Si autē cōcurrāt eodem tēpe quo fit traditio plu
res cauſe:puta emptionis ⁊ ſtipulationis ex omnibus acquiriṫ.
l.in numerationibus.ff.de ſolu.⁊ in hoc non eſt differentia inter
poſſeſſionē ⁊ dñium:ſꝫ differētia eſt qñ ſucceſſiue vna cauſa poſt
aliā ſuperuenit:quia tūc dñium non poteſt ex alia cauſa haberi
remanente pꝛima:ſed poſſeſſio ſic.vt plene habetur in.l.iij.§.ex
pluribꝰ.ff.de acqui.poſ.¶ Jn ea.glo.ibi aſſignet.ſup.ſucceſſiue
per ea que.ſ.dixi.¶ Jn eadē gloſſ.ibi ſuccumbet.ſupple ſi nitatur
ex poſterioꝛi cauſa vel titulo q꞉ illa eſt inualida.ſecus ſi ex pꝛima
cauſa vel titulo ſuccumbet ſi vtraqꝫ nitatur ratione contrarieta
25 tis.vt in.l.j.C.de fur.¶ Jn ea.glo.in fi.pꝛo hoc ſm Jo.and.† q꞉
reus non pꝛohibetur vti pluribus exceptionibus etiā contrarijs.
de regu.iur.nullus.lib.vj.¶ Sed certe nō video gloſſ.ſaluatam
inquātum vult ꝙ cōpetat exceptio licet titulus ſit nullus.vnde
potes exemplificare gl.in caſu in quem ſupꝛapoſui quando teſta
toꝛ legauit mihi fundū ſub ꝯditiōe:⁊ poſtea heres pure legauit
mihi ⁊ habui fundū.nā ſi poſtea euenit ꝯditio licet reſoluatur ti
tulus legati heredis:tamē ſi heres heredis velit a me vendicare
a ¶ Non va-
lēt.nulla eſt
diuerſitas l
ſummando
hoc.c.inter.
d.Abb.Jo.
⁊ Feli.
potero me tueri etiā ex illo titulo reſoluto:q꞉ ſic fuit volūtas he
redis ipſius legātis:⁊ ideo heres ipſiꝰ heredis poterit exceptiōe
repelli ꝓpter talem voluntatē.⁊ inquātum gl.dixit.ſ.ꝙ eſt vnū
genus poſſeſſiōis.intellige ideſt vna poſſeſſio in genere ſumpta
cuius multe ſunt ſpecies:q꞉ tot ſunt quot ſunt cauſe acquirendi
puta ex venditione,ex donatione,ex permutatione:⁊ de ſi͛
cauſis.¶ Jn glo.acceſſoꝛiū.ibi:ſpecialia ſunt.que autē ſit rō
ſpecialitatis gloſ.non declarat:ſed dic ꝙ ratio eſt q꞉ in cōtrarijs
non eſt eadem ratio vitiādi acceſſoꝛiū que eſt in vitiando pꝛinci-
pale cū iuramentū debeat ſeruari ſi fieri poteſt ſine interitu ſalu-
tis eterne.j.de iureiurā.cum cōtingat.⁊ ideo remanet acceſſoꝛiū
iuramenti:licet pꝛincipale inualideṫ a iure:ſecus quando eadem
eſſet ratio vitiādi vtrunqꝫ.⁊ ita loquiṫ hic.de quo in regula acce-
ſoꝛium.de reg.iur.in.vj.⁊ in.l.ij:cum ibi no.per Cy.C.de luitio.
26 pigno.¶ Jn ea.gl.in fi.ſup.q꞉ vitiatur † inſtitutio facta de ipſis
filijs qui negligunt curā patris furioſi:ſed non vitiantur legata
facta alijs perſonis:q꞉ nō eſt eadē ratio.⁊ ideo licet vitietur pꝛin
cipale hoc eſt ipſa īſtitutio q̄ eſt caput teſtamēti.inſti.de lega.§.
ante heredes.tamē non vitiaṫ acceſſoꝛiū ipſius legati.¶ Jn gl.
locatio.ibi locaui tibi domū.ſup.vel pignoꝛaui aut cōmodaui
ꝓpterea que.j.ſubijcit gloſ.¶ Jn ea.gl.ibi:non refertur queſtio
dominij.ſup.ſcꝫ tertij.ſed queſtio dominij condu
pientis in pignus vel cōmodatum rem quā
foꝛte ignoꝛauit ſuā tēpe contractus bene pote
tunc cōtractum nullum q꞉ in re ꝓpꝛia non ca
gnus ⁊ q꞉ nō poteſt quis rem ꝓpꝛiam ꝯducere,
habere vel cōmodatū in illa cōſiſtere.l.neqꝫ pi.
⁊.l.ei a quo.ff.de vſuca.⁊ de materia per glo.⁊ in.l.ita n.vt
fur.ff.cōmo.⁊ per Barto.in.l.ſi alienā.ff.ſolu.matri.⁊ in.l.ſi rem
aliquā.ff.de acquir.poſ.¶ Jn ea.glo.in fi.intellige ꝙ conductoꝛ
poteſt locare alteri eque idoneo ⁊ ad eundē vſum.vt not.in.c.ne-
mo.hic allegato.Secus tamē eſt in ſocio.recedente qui nō poteſt
inuito altero ſocio pꝛo iure qḋ habeṫ in domo cōducta alteri lo-
care q꞉ videṫ electa fuiſſe induſtria perſone.facit qḋ habetur in
§.qui admittitur.⁊.l.de illo.ff.pꝛo ſocio.⁊ not.gloſ.in.§.ſi.inſtiṫ.
loca.⁊ Specu.in titu.de iudi.§.ij.ver.circa hoc.⁊ in ver.hoc etiā.
vbi dicit ꝙ ex quo ſocij habitant in eodem cenaculo ſeu in eadē
domo poteſt vnus agere contra aliū ſaltē vtili actione pꝛo ſocio
ſi vnus nō cōmunicet qḋ debet vel nō ſoluat pꝛo duodena.id qḋ
per.l.perceptionē.ff.de his qui deiece.vel effude.dicitur etiā agi
poſſe contra ſocium qui repetendo alteri vel ſibi adeo alta voce
loquitur ꝙ impedit alium ſtudere.de quo dic vt ibi ⁊ facit quod
not.gloſ.in.l.j.C.de ſtudijs libe.vꝛbis rome.vbi tangit de fabꝛo
malleante ⁊ impediente ſtudium.de quo etiā per legiſtas in.l.j.
27 circa fin.ff.ſolu.matri.¶ † Jtem aduerte q꞉ per locationem non
pꝛobatur poſſeſſio quādo locatio fit in abſentia rei.Secus ſi fie-
ret in pꝛeſentia rei locate:⁊ nō appareat alium poſſeſſoꝛē.⁊ per
id qḋ habetur in.l.pꝛedia.ff.de acqui.poſ.¶ Jn glo.penul.in fi.
⁊ de materia ... in.c.ſuſcitata.de reſti.in integ.¶ Jn gl.fi.in fi.
28 ⁊ de materia in regula cū ſint partiū.de regu.iur.li.vj.¶ † Vlti-
mo ſi vis indictionē colligere potes bꝛeuiter ſic colligere:q꞉ cōſi-
dera ꝙ ꝑ quolibet cētenario annoꝛū diuidendo per.xv.ſupſunt
decē ⁊ ſic ex mille ſuperſunt centū ⁊ illa centū iunge cū alijs qua
dringētis ⁊ ſic erūt quingēta.⁊ diuidendo iſta quingenta per.xv.
q꞉ ex quolibet centenario ſuperſunt.x.reſtabunt quinquaginta:
et quia non ſumus in tēpe in quo habemus mille quadringentos
xxiiij.annos a natiuitate:ad illa quinquaginta debes addere illa
xxiiij.⁊ ſic erunt.lxxiiij.que debes diuidere adhuc per.xv.reſta-
bunt ſic.xiiij.nam quater.xv.conſtituunt ſexaginta ⁊ ſic vſque ad
lxxiiij.reſtabūt.xiiij.⁊ ſic vides ꝙ diuidendo annos domini per
xv.ſupponēdo ꝙ ſint mille quadringenti.xxij.reſtāt ſolum.xiiij.
quibus.xiiij.debes addere tres q꞉ tota erat indictio tēpe.natiui-
tatis domini.⁊ ſic erunt.xvij.quē numerum diuidēdo adhuc per
xv.vide ꝙ ſuperſunt poſt.xv.duo ⁊ ideo illa eſt indictio q̄ modo
currit q꞉ eſt ſecūda indictio.⁊ ideo ſi notarius apponit ſecūdam
indictionē bene cōcoꝛdat cū annis dñi:ſed ſi nūc apponeret indi
ctionē pꝛimā aut tertiā vel quartā nō concoꝛdaret cū annis dñi:
ideo inſtrumētū eſſet ſuſpectum.An tamen poſſet coꝛrigere er-
roꝛem dixi.ſ.cū glo.in ver.indictionis.

1 Sigillis ignotis cardinaliū nō creditur.
2 Literis cardinalium an credatur.
3 Cardinalis aſſertioni an credatur.
4 Cardinali an credaṫ ſuper geſtis coꝛam ſe.
5 Cardinali an ſit credendum ſi aſſerat viue vocis oꝛaculo aliquid
per papam ſibi cōmiſſum.

a **Quod ſuper his.** Non valent a litere quas ſuper abſolu-
tione voti cruce ſignatus obtinuit per veritatem ta-
citam vel per falſitatem expꝛeſſam.h.d.Et eſt cōis di
uiſio.Secunda ibi:ad quod ⁊c.Jn text.ibi cruce ſignatos.i.circa
illos qui fecerun[t] ... de eundo i[n] [su]ccurſum terre ſancte in
cuius voti ſignum ceperun[t] ſignum crucis quod foꝛte in veſti-
bus poꝛtabant.¶ Not.ꝙ vb[i] litera continet aliquid quod non
eſt ... ſuſpecta de f[al]ſitate.¶ Jtem nota ꝙ in abſolu-
t... debet att[e]ndere finē voti ⁊ ſalutē anime vo-
ue[ntis] ... ſubꝛeptio poteſt dupliciter fieri.ſ.in occul
... expꝛimēdo falſitatem.de quo.ſ.de reſcrip.
... not.† ꝙ ſigillis ignotis cardinalium non
... not.ꝙ eo ipſo ꝙ litera emanat de curia pꝛeter
... ſuſpecta de falſo vel ꝙ ſit ſurreptitia ideo nō
facit qḋ habetur in.c.ex parte.j.de capel.mona.
... notare a contrario ſenſu ꝙ ſi conſtet literas nō
... cretur literis cardinalium ⁊ ſigillis etiā ignotis.
glo.¶ Jn glo.ignota.ibi niſi ſint quinqꝫ.hoc verū qñ
... ⁊ ſint ignoti epiſcopatus ⁊ ipſi epiſcopi non
tamen omnino ſunt ignoti:q꞉ aliqualis fama ⁊ notitia habeṫ de
ipſis epiſcopatibꝰ:alꝛs etiam ſi eſſent omnino ⁊ penitus ignota
non videretur credendum etiā ſi eſſent decē vel viginti.vt nota.
glo.in.c.j.⁊.ij.xcviij.diſtin.⁊ facit qḋ notat Jnnocē.in.c.j.⁊.ij.ſ.
de cleri.peregri.¶ Jn eadē gloſ.ibi.ff.eo.ſ.quēadmodū teſtamē
ta aperianṫ.⁊ dic vt plene habetur in.d.l.j.in fi.per glo.⁊ Bart.
de quo etiam

Ayuntamiento de Madrid

de quo etiā tangef.ī.eo.cū ioannes.vbi tāgit quid iuris qñ vnꝰ
ex teſtibus contradicit inſtrumē.¶ In ea.glo.ibi:etiā in preiu-
dicium alterius.intelligit do.Anto.qñ non agitur de graui pre
iudicio ſed leui.de quo in.c.poſt ceſſionē.allega.in glo.ꝛ p Inn.
in.c.j.ꝛ.ij.ſ.eo.facit qd notaf.ī.de ſentē.excōi.ſicut.et ſi reputaf
ſigillum notū incūbet probatio illi qui negat ipſum notum.per
ea que habenf in.c.tertio loco.ſ.de proba.Poſſet tamē fieri col
latio cū alijs ſigillis eiuſdē ſi illa habeanf ſicut fit collatio litera
3 rum.C.eod.in.l.cōparationes.Et tangit hic do.Anto† An cre
datur aſſertioni vel literis cardinalium ꝛ concludit circa primuȝ
videlicet an credaf aſſertioni Cardinalis ꝙ ſi eſt perſona nota ꝛ
honeſta ꝙ in dubio preſumif ſi aſſerit officiū legationis ſibi cō-
miſſum a papa crederef ei etiaȝ ſine literis.per ea que habenf in
c.nobiliſſimus.xcvij.diſ.ꝛ.ī.de priuile.cum olim.ꝛ de re iudi.ad
apoſtolice.li.vj.ꝛ hoc quo ad ea que includunf ſub generali offi-
cio legatiōis.Secus ſi aſſereret ſibi poteſtatē cōmiſſam circa ea
que includunf ſub generali officio legationis ſine ſpeciali man-
dato.qꝛ tunc non credif ſine literis dātibus dictā poteſtatem.de
quibus de offi.lega.c.j.lib.vj.in nouella.ꝛ Specu.in tit.de lega.
§.ſupereſt.ver.quid ſi de legati iuriſditionē.vnde dicit ibi caute
lam eſſe ꝙ in his que gerit ex ſpeciali poteſtate:is cū quo actus
geritur habeat copiaȝ literarū in quibus appareat de mandato
4 ꝛ faciet literas inſinuari.† An autē creditur cardinali ſuper ge-
ſtis corā ſe.concludit ꝙ non de rigore ſicut nec alteri iudici.ſ.de
proba.qm̄ contra.ꝛ de teſti.cum a nobis.cum ibi no.ſed de con-
ſuetudine curie credif ei.vt no.Io.an.de appel.cōſtitutus.el.ij.
ꝛ Specu.in titu.de teſte.§.j.ver.quid ſi aduocatus.Si autē atte
ſtetur de geſtis coraȝ alijs:tunc non creditur niſi ſicut alij iudici.
per ea que habenf in.d.c.qm̄ cōtra.ꝛ.c.cū a nobis.ꝛ ſimiliter ſcri
pture eius ſigillate eius ſigillo.ꝛ ſic literis cardinalis ſigillatis
ſuo ſigillo creditur eo caſu quo creditur literis epiſco.de quo in
a c.poſt ceſſionem.de probaf.¶ An autē ſit credenduȝ ᵃ cardinali
5 ſi† aſſerat oraculo viue vocis aliquid per papam ſibi cōmiſſum.
videf velle domi.Anto.hic ꝙ nō niſi eo caſu quo crederef alteri
prelato ſic ſcribenti.allegat nota.in proemio.vj.in ver.traſmitti
mus.per Archi.vbi de geſtis per papā in curia non creditur ſine
literis pape.Sed tu adde qd Lapus de caſtel.in ſua alleg.xxxiij.
tenuit contrariū ꝛ ſic dicit ſeruari.Sed potes dicere illud veruȝ
quando cardinalis eſt in curia.ita ꝙ de facili poſſet haberi recur
ſus ad papā pro veritate alias videtur ſecus.per id qd no.Spe.
in titu.de proba.§.videndum.verſi.quid de auditoribus.de quo
etiā dixi in cle.j.de proba.¶ In gloſ.impedimētis.in fi.puta qꝛ
dicebat ſe debilem impotentē ꝛ etiā pauperem vnde ſi falſum di
xit nō debent ſibi prodeſſe litere nam etiamlicet ſit debilis,ſi ta-
men ſit diues ꝛ in cōcilio ſtrēnuus vel etiam alias ſit diues adeo
quod alium qui loco ſui preſtat ſubſidium in ſuccurſum terre ſan
cte poſſit ponere nō debet tūc ſimplr abſolui:ꝛ ſi tacuit aliquod
p̄dictorū etiā nō debēt litere ꝓdeſſe vt hic voluit litera.facit qd
habetur in.c.qd ſup his.ī.de voto.¶ In gl.penul.in fi.ꝛ quare
excōicatio lata ex falſa cauſa noceat ꝛ abſolutio facta ex cā falſa
nō ꝓſit.vide in.c.ex parte.de off.ordi in vlti.col.nā ratio eſt quia
qñ fertur excōicatio lȝ ex falſa cauſa iudex agit excōicare ꝛ repu-
tatur excōicatio medicinalis potius quā mortalis.de ſen.excōi.
c.j.lib.vj.ideo tenet vbi fit abſolutio ex falſa cauſa non ꝓdeſt ex
quo nō eſt facta ex vera cauſa.nā ꝛ ſi quis eſſet excōicatus ex du-
plici cauſa ſi fieret abſolutio ab vna nihilominꝰ remaneret excō-
municatus ex alia.ī.de ſen.excōi.cum pro cauſa.

b

**Paſtoralis.** Si deᵇ extrauaganti dubitatur
an ſit decretalis:tunc ſi eſt iuri
cōſona indicatur ſm̄ illam ſi vero ſit diſſona papa cō-
ſulitur.h.d.ꝛ ſunt duo dicta que patēt.ſcd̄a ibi:veruȝ.
¶ No.ꝙ extrauagans diſponens idem qd ius cōmune non cen
ſetur differre a iure cōi.ꝛ ſic facit qd ſtatutū diſponens idem qd
ius cōe cenſeatur eſſe ius cōmune.de quo in.c.j.de conſti.lib.vj.
vbi plene conſueui dicere.ꝛ etiam tangitur per Bart.ꝛ ibi etiam
dixi in.l.j.ff.ad le.falci.ꝛ per Ioan.de ligna.ꝛ do.Anto.in.c.j.ſ.
de reſcrip.¶ Item no.ꝙ vbi extrauagās diſponit.idem qd ius
cōmune non cadit ſuper illa ꝓbabilis dubitatio ſecus ſi diſcre-
pet a iure cōmuni.ꝛ per hoc dixit Barto.in.l.cum prolatis.ff.de
re iudi.qd id q̄d dicif de ſnīa lata cōtra ius iuris errore expreſſo
in ſnīa ipſo iure eſt nulla.ī.de re iudi.c.j.ꝛ.l.ij.C.qñ prouo.nō eſt
neceſ.eſt verum qñ eſt lata contra ius cōmune:ſecus ſi ſit lata cō
tra extrauagātem qꝛ de illa tunc poteſt ꝓbabiliter dubitari.qd
intelligit verum do.Anto.anteꝗ̄ ſuperior de iure conſultus re-
ſponſum prebuerit:ſecus ſi lata eſſet poſtꝗ̄ certus fuiſſet de ipſa
extrauaganti.forte p reſpōſum ſuperioris dicit etiā Bar.in.d.l.
cū prolatis.qd id qd dictū eſt de ſnīa lata contra extrauagātem
habet locum etiā quādo eſt lata contra.l.inſertā in corpore iuris.
ſi illa lex reddatur dubia ꝓpter diuerſitateȝ lecturarum vel lite-
re.per id qd habetur in.§.quibus.in prima cōſtitutione codicis
ꝛ in.l.dos a patre.C.ſolu.matri.ꝛ facit quod habetur.in.c.nemo
deinceps.in gloſ.pe.de elec.in.vj.ꝛ no.ꝙ hodie ſi reperiaf aliqua
extrauagans que fuerit edita ante compoſitionem ſexti illa intelli
gitur reprobata:niſi reperiatur inſerta in volumine ſexti vel cle-
mentinarū.per id qd habetur in proemio ſexti.ꝛ ſic hodie decre.
iſta poſſet habere locum in extrauagātibus editis poſt compila
tionem ſexti.¶ In gloſ.j.ibi ſit contra ius.i.qꝛ aperte ꝛ ſpecifice
eſt reprobatū tale reſcriptum a iure ꝛ ſic eſt contra ſtilum intro-
ductum a iure.facit qd habetur in.l.reſcripta.C.de preci.imper.
offer.ꝛ in.c.ex parte.ī.de capel.mona.ꝛ.c.eam te.allegato in glo.
¶ In eadem glo.ibi nō eſt ex totocōtra ius.ſupple qꝛ non eſt ex
preſſe tale reſcriptum reprobatum a iure:licet al's in genere quia
contra ius reprobetur per.l.reſcripta.C.de precip.impera.offer.
al's eſſet ſecus vt ſuperius eſt dictū.ꝛ facit qd habetur in.c.non-
nulli.ſ.de reſcript.ꝛ intellige hoc verum niſi in eo eſſet appoſita
clauſula nō obſtante vt ibi patet.de quo in.l.j.eo.titu.ꝛ in.c.j.de
exceſ.prela.in.vj.per Io.and.ibi plene dixit per legiſtas in.l.fin.
C.ſi cōtra ius vel vtilita.publi.¶ In eadem glo.ibi:ſed conſulif
ſuperior.ſup.ſm̄ docto.ſi hoc iudici videatur.nam poſſet etiam
procedere ad ſententiā non facta dicta conſultatione ſi ſibi vide
retur:ex quo non conſtat ſibi de ipſa extrauagāti.facit quod no.
in.l.cum de nouo.C.de legi.qualiter autē poſſet conſtare de ipſa
extrauagāti.dic quod poteſt conſtare primo per reſponſum ſu-
perioris ſuper hoc cōſulti:vt hic patet.Item ſecundo ſi de illa ap
pareat litera cum nulla apoſtolica ſm̄ morem aliarum literarum
apoſtolicarum ꝛ non reperiatur aliquis defectus facta diligenti
inſpectione.facit qd habetur in.l.ij.C.de legibꝰ.Poſſet tamen
etiam hoc caſu eſſe aliqua dubitatio:ſi forte reperiretur litera di
uerſimode:prout contingebat olim in.c.nemo deinceps.de elec.
in.vj.in gloſ.penulti.¶ Et no.ꝙ licet decre.inſerta in volumine a
approbato liget poſt duos menſes a tēpore publicationis.ſ.de
cōſti.c.j.ꝛ.ij.cum ibi nota.ſecus videtur in extrauaganti niſi di-
cas ꝙ demū ſit ſecus qñ de illa nō conſtat.¶ In ea.glo.ibi inter
alias decre.allegatur.ſup.cōiter.nam ſecus ſm̄ Hoſti.ſi.per vnū
forte tamen allegaref.per ea que habenf in.c.quem ꝓgenitores.
alleg.in glo.¶ In ea.glo.ibi.§.diuus.Et de hoc dic vt habetur
hodie in.c.j.de conſti.li.vj.ꝛ in.c.qꝛ ſepe.de elec.eo.lib.¶ In ea.
glo.ibi alias.ſ.quando non eſt rationibilis:vel non eſt preſcripta
ꝛ eſt cōtra ius.de quo in.c.fi.ſ.de conſue.¶ In gl.fi.ibi:interim
ſuperſedeat.ſup.qñ conſuluit.ſed vbi non conſuluiſſet non tene-
retur ſuperſedere:vt.ſ.dixi.

a ¶ Credendū cardinali.vide hic p d.Fely.i.ij.col.x.prima concluſio.

1 Publicatio atteſtationū precludit viā facultati ꝓbandi p
teſtes nō tamē impedit facultatē ꝓbandi p inſtrumentum.
2 Concluſio in cauſa precludit viam facultati probandi etiam per
inſtrumenta.
3 Conſuetudo an poſſit dare autoritatem notariatus ꝛ dare fideȝ
inſtrumento priuato.
4 Renuntiatio facta in cauſa principali an noceat in cauſa appel-
lationis.

b ¶ Si d.idē per oia ſummanthic.d.Abb.ꝛ Fel.

c

**Cum dilectus.** Poſt publicatas ᶜ atte
ſtationes poſſunt in-
ſtrumēta ꝓduci vſq; ad cōcluſionē in cauſa ꝛ cōſuetu
do loci poteſt facere iſtrumētū autēticū qd al's nō ſc nō
eſſet.h.d.¶ Et due ſunt partes ſicut duo ſunt principalia dicta.
1 Secūda ibi:ſuper tertio.¶ No.prio ꝙ† publicatio atteſtationū
licet ꝑcludat viā facultati probādi p teſtes nō tamē impedit fa-
cultatē probādi p inſtrumētū.ꝛ ratio eſſe poteſt:qꝛ magis timef
ſubornatio in teſtibꝰ quā in inſtrumētis.nā ex multis cauſis fa-
cilius deprehēdif falſitas inſtrumēti qꝫ teſtiū.ſ.e.inter dilectos
ꝛ potiſſime.qꝛ ī inſtrumēto dȝ apponi locꝰ,dies,mēſis,anni dñi,
ꝛ indictio.ꝛ teſtes debent etiā eſſe inſcripti per tabellionē.vt di-
ctum fuit in.c.inter dilectos.cum gloſ.in ver.indictionis.ꝛ facit
quod habetur in.c.abbate.de regu.iur.lib.vj.ſed teſtis interroga
tus de tp̄e poteſt dicere ſe nō recordari.vt.ī.titu.xxi.ꝛ hoc reſpe
ctu verum eſt ꝙ facilius deprehenditur falſitas in inſtrumentis
quā in teſtibus lȝ alio reſpectu facilius falſari poteſt inſtrumen-
tum:qꝛ facilius eſt corrūpere vnum notarium quam duos teſtes
vel tres.facit quod habetur de clericis peregri.c.j.ſed hoc tollit
preſumptio quā ius facit pro ipſo tabellione ratione officij pu-
blici.ī.de preſcrip.ad audientiam.ꝛquia vt dixi ex multis poſſet
interdum deprehendi falſitas ipſius inſtrumenti.ideo nō eſt ve
riſimile neq; preſumendum quod notarius patiatur ſe corrum-
2 pi:niſi aliud expreſſe appareat.¶ Item no.ꝙ† concluſio in cau
ſa precludit viam etiam facultati probandi etiā per inſtrumen-
ta.ꝛ ſic videtur qd etiam liquida probatio non admittatur poſt
concluſionē in cauſa:ꝛ imputet ſibi pars que tantum diſtulit.qd
intellige niſi eſſent inſtrumenta de nouo reperta:vt eſt caſus no-
tabilis ſm̄ vnam lecturā in.l.admonendi.ff.de iureiur.ꝛ ibi per
3 Barto.¶ Item not.ꝙ† conſuetudo videtur dare poſſe autorita
tem notariatus:ꝛ dare fidem inſtrumēto priuato ſeu alias non

c ¶ Poſt publicatas atteſtationes magna ē cōcordia ī ſūmatiōe huiꝰ ca.iter.do.Abb.ꝛ Io.ꝛ Fely.

Ayuntamiento de Madrid

publico.facit qđ habetur in.§.nos aũt.in auť.de tabellio.exigiť
tamen ꝙ perſona ſit honeſta cuius inſtrumento debeat credi vt
hic patet. ¶ In gloſ.j.ibi diu tacuit.ꝛ ſic videbať imputandum
ſ.de teſti.preſentium.ſed nõ ob.qꝛ in alio caſu ibi loquitur.ꝛ qa
habet terminum ꝓducendi vſqꝫ ad concluſionẽ in cauſa.ꝛ ideo
non debet talis terminus ſibi auferri.j.de reg.iu.indultum.li.vj.
qđ intellige niſi fuiſſet ſibi ſtatutus termin⁹ ad ꝓducenda inſtru
mẽta ꝛ permiſiſſet eum labi.ſ.de proba.licet.de quo dic vt ibi ple
ne dixi ꝛ per gloſſ.in cle.ſepe.in ver.eo ſaluo.de verbo.ſigni.ꝛ per
Cy.in.l.ſi ea.C.qui accu.non poſ.ꝛ per Bar.in.l.mãcipiorũ.ff.
de op.lega.ꝛ in Specul.de dila.§.videndum.verſic.quid ſi data.
4 ¶ In glo.ij.in ſi.† An autẽ renuntiatio facta in cauſa principa
li noceat in cauſa appel.dic ꝙ non niſi expreſſe aliud ſit dictũ.vt
dixi.ſ.de teſti.cum veniſſet.poſt Innoc.ꝛ tangit hic do.Anto.ꝛ
probatur.j.c.proxi.de quo etiam in Specul.de renun.ꝛ conclu
ſione.§.j.ver.hoc autẽ ſcias. ¶ In glo.penulti.ibi facit aliquod
inſtrumentũ autenticum.ꝛ adde qđ not.Joan.and.de foro cõpe.
in.c.ſeculares.lib.vj.in nouella.

1 ☞ Compenſatio admittiť vſqꝫ ad quãtitatem concurrentem.
2 Venditor aſtringiť ad tradendũ rem liberã vacuã ꝛ expeditam.
3 Articulus oĩno nouus non admittiť in cauſa appellationis ſed
dependens ex veteribus.
4 Teſtis preſumitur iuratus ſi in actis dicatur:talis iuratus depo
ſuit ꝛc.
5 Teſtis cõcludens cauſam ſcientie per ſenſum probat.
6 Super valore rei deponẽs ad hoc vt ꝓbet ſufficit ſi dicat ſcio qđ
tantum res valet qꝛ a tali potuit tm̃ haberi.
7 Teſtes ſi nõ recordentur de certo die anno vel menſe an vitietur
teſtimonium.
8 Teſtificari poſſunt notari⁹ ꝛ teſtes inſcripti in inſtrumẽto pro
adiuuando inſtrumentum ꝛ pro confirmatione ꝛ declaratione
contentorum in eo.
9 Obligatio cõditionalis impedit condemnationem fieri ante cõ
ditionis euentum.
10 Snĩa poteſt eſſe ꝓ parte confirmatoria ꝛ ꝓ parte infirmatoria.
11 Poſſeſſio an dicať vacua ſi a nemine poſſideať licet alius eã deti
neat:vt puta qꝛ miſſus in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande.
12 Venditor an poſſit cogi ad tradendũ rem venditã ſi habet facul
tatem rei reſtituende.
13 Heremita ſimplex poteſt habere proprium.
14 Teſtes vbi cõtradicũt inſtrumento ad hoc vt inſtrumentũ repro
betur per ipſos teſtes requiritur ꝙ ſint quatuor meliores ꝙ̃ ſint
illi qui ſunt in inſtrumento deſcripti.
15 Cõpenſationis exceptio poteſt opponi poſt ſnĩam que tranſiuit
in rem iudicatam.
16 Sententia ad inſtãtiam appellantis poteſt ex nouiter deductis
reformari ſeu ei aliquid addi:ꝛ an idẽ fieri poterit ad inſtantiam
appellati qui non appellauit.
17 Inſtrumẽto an ſtari debeat an teſtib⁹ qui cõtra illud ꝓducũtur.
18 Inſtrumentum an poſſit per teſtes reprobari.
19 Simulatio contractus an poſſit probari per teſtes.
20 Probatio cõtra inſtrumentum an ꝛ qñ admittatur.
21 Teſtes deſcripti in inſtrumento ſi negent ſe interfuiſſe an repro
bent inſturmentum ꝛ an cenſeãtur ſingulares.

a ¶ Falſitas. Idem ſum mat oẽs hic ꝛ ſi qras an venditor cogatur ꝓciſe tradere rem vẽditã.vide hic p.d.Meri.boych.in prin.c.

CUm ioannes. Falſitas [a] inſtrumenti vel qđ deeſt i inſtrumen
to probari poteſt per teſtes.h.d.Et ſunt tres partes
principales.nã in prima ponitur ꝓceſſus cauſe prin
cipalis:in ſecũda proceſſus cauſe app.in tertia diffinitio ipſius
cauſe appel.ſecũda ibi cum igitur.tertia ibi de cõſilio. ¶ In tex.
ibi:alijs articulis.ſup.quia petijt etiam idem Joannes ſibi tradi
vacuã poſſeſſionẽ dom⁹ al's nõ potuiſſent ſuper hoc ſnĩam ferre
qꝛ ſm̃ formã petitiõis dictanda eſt ſententia.j.de ſimo.licet heli.
1 ¶ In tex.ibi:liberatam.ꝛ.j.deciditur† ꝙ etiam admiſerunt cõ
penſationẽ vſqꝫ ad concurrentẽ quãtitatem in tex.ibi pendebat
tamen.ſup.ꝛ ideo fuit admittendum. ¶ In tex.ibi nepotibus.ꝛ
ſic forte Joannes erat frater ipſius petri:vel erat frater matris
filiorũ ipſius petri. ¶ In tex.ibi:momẽti.i.efficacie vel valoris.
¶ In tex.ibi:intẽtionẽ.ꝛ ſic patet ꝙ petierat etiã domũ ſibi tra
di. ¶ In tex.ibi:q alias iuſte.ſup.in alia cauſa principali in qua
non fuit obiecta nec ꝓbata exceptio vt ſequitur. ¶ No.primo ꝙ
in libello formato ſuper actiõe principali.ſufficit exprimere cau
ſam remotam lꝫ non exprimatur cauſa ꝓxima.nam hic expreſſa
fuit cauſa mutui ꝛ nil expreſſit de obligatione.de quo plene dixi
2 in.c.ij.de libe.obla. ¶ Item not.† cõpenſationẽ admitti vſqꝫ ad
concurrentem quantitatem:licet debita ſint ex cauſis diuerſis ꝛ in
diuerſa quãtitate. ¶ Itẽ no.naturã actionis ex empto.qꝛ ꝓpter
illã aſtringiť quis ad tradendũ rem liberã vacuam ꝛ expeditam.
de quo in.l.ratio.§.j.ff.de act.empt.ꝛ in.l.meuius.§.fundo.ff.de
lega.ij.cũ ibi nota.p Bar. ¶ In ver.cum igitur.Not.ꝙ conditio

b ¶ Preciſe ad tradẽdũ.vide.ſ.i pn.huius.c.poſtillã quam ibi poſui.et hic p.d.Fel.

impedit ius agendi ante eius purificationẽ.facit.l.cedere diẽ.ff.
3 de verbo.ſigni. ¶ † Item no.ꝙ in cauſa appel.nõ admittiť arti
culus omnino nouus ſꝫ tantũ depẽdens ex veterib⁹.de quo ple
ne dictũ fuit.ſ.de teſti.fraternitatis.ꝛ per legiſtas in.l.per hanc.
C.de tẽpo.appel. ¶ Item no.ꝙ nou⁹ articulus dicitur lꝫ etiam
ſubſtantia primi repetatur in ſcđo articulo:qñ non repetitur ad
finem vt illa ſubſtantia ſubijciať neceſſitati ꝓbandi.de quo dixi
in dicto.c.fraternitatis.ꝛ per Bar.in auť.at qui ſemel.de ꝓbať.
4 ¶ † Item no.ꝙ ſatis videtur probari iuramẽtũ teſtis ſi in actis
dicatur talis iuratus depoſuit.de quo dictũ fuit in.c.tuis.ſ.de
5 teſti.ꝛ Bar.in.l.theopõpus.ff.de op.lega. ¶ † Item no.ꝙ ꝓba
re videtur dictum teſtis concludentis cauſam ſciẽtie per ſenſum
etiã ſi eſt immediatum vt ſi dicat ſcio qꝛ preſens fui licet dicat qa
vidi vel audiui.de quo per Bar.in.l.iij.ff.de auto.tuto.ꝛ facit qđ
no.Jo.and.de teſti.preſentium.li.vj.in nouella.ꝛ dixi.ſ.de teſti.
cogẽ.peruenit. ¶ Item no.ꝙ ex appoſitione cõditionis aggra
uantis conditionẽ res in pretio minus eſtimať.facit qđ notatur
in.l.mortis cauſa capim⁹.§.ſi.per gl.ꝛ Bart.ff.de dona.cau.mor.
6 ¶ † Item not.arg.pro teſte deponente de valore rei vt probet ſi
dicat ſcio ꝙ tantum res valet:qꝛ a tali potuit tantum haberi.de
7 quo p Bar.in.l.ij.C.de reſcin.ven. ¶ Item not.† ꝙ nõ vitiatur
teſtimonium lꝫ teſtes dicãt ſe nõ recordari de certo die anno vel
menſe.de quo p Inno.j.de accuſa.qualiter ꝛ quãdo.el.j.qꝛ iſtud
eſt verum niſi tẽpus omnino eſſet de ſubſtantia teſtimonij.vt ibi
8 no.per eum. ¶ † In ver.dictus vero.Nota primo tabellionem ꝛ
teſtes inſcriptos in inſtrumẽto poſſe produci in teſtes pro adiu
uando inſtrumento ꝛ confirmatione ꝛ declaratione contentorum
in inſtrumento. ¶ Itẽ no.ꝙ ꝓbatio inſtrumenti ſuccũbit proba
tioni trium teſtium vel plurium etiam quãdo inſtrumentũ adiu
uatur depoſitiõe notarij ꝛ vnius teſtis in inſtrumẽto deſcripti.
¶ Itẽ no.ꝙ vbi teſtes variant ab inſtrumẽto in qualitate actus
iterabilis ſi aliter non fiat determinatio de ſingularitate ꝛ vnita
te actus.probari videtur actus multiplicatus ſeu actum multi
plicatũ fuiſſe.ex diuerſitate qualitatis que in altero nõ cõcludiť.
ex quo actus eſt reiterabilis.facit qđ no.Bart.in.l.ij.C.de bono.
poſ.ſcđm tabu.ꝛ nota cautelam ꝙ tunc fiat articulus ſeu poſitio
de vnitate actus ꝛ ꝓbatur per partium cõfeſſionem vel aliter ſi
fieri poteſt. ¶ Item no.ꝙ iudex poteſt vſqꝫ ad cõcluſionẽ in cau
ſa ꝛ etiam poſtea vſqꝫ ad ſnĩam interrogare partes ꝓ indaganda
9 veritate. ¶ Ex vltima parte.Nota ꝙ† obligatio conditionalis
impedit condẽnationẽ fieri ante aduentũ conditionis. ¶ Item
no.ꝙ in cauſa appel.videtur in ſnĩa exprimenda eſſe cauſa qđ vi
detur eſſe potius ad cautelam.per id qđ habetur.j.de re iudica.
ſicut. ¶ Item not.ꝙ ſnĩa in cauſa appel.fertur declaratoria ſup
iure partiũ nõ ſimpliciter cõfirmatoria vel infirmatoria nec ſim
pliciter pnũtiatur bene appellatũ ꝛ male iudicatũ qñ ex nouiter
inductis vel deductis in appellationis cauſa fertur ſententia.nã
tunc fit qđ dictũ eſt ad ſeruandũ decorẽ primi iudicis.de quo in
10 l.eos.C.de appel.Item no.ꝙ† ſnĩa poteſt eſſe partim confirma
toria ꝛ partim infirmatoria in diuerſis articulis.facit qđ habetur
j.de teſti.in.c.raynutius.ꝛ.c.raynaldus.ꝛ.j.de cõuer.coniu.in.c.
placet. ¶ Vltimo no.ꝙ ſuper exceptiõe expſſe pnũtiať.de quo
11 in gl.ꝛ.ſ.de ordi.cog.in.c.j. ¶ In gl.ij.ibi:ꝙ fieri debuit.† ſꝫ an
diceť vacua ſi a nemine poſſideať:licet alius detineat eã forte:qꝛ
ſit miſſus in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruãde qui nõ dicitur poſſide
re ſed detinere.prout habetur in.l.ſi quis ante.ff.de acquir.poſ.
ꝛ.ſ.vt lit.nõ conte.c.qm̃.§.in alijs.dic ꝙ non patet in.l.ij.§.j.alle
gata in gloſſ.ſed an diceť tradi vacua poſſeſſio rei vendite ſi tra
datur res que alteri debet aliquã ſeruitutẽ realẽ.Jaco.de are.di
xit notabiliter qđ in.l.meuius.§.fundo.de lega.ij.per ea que ha
benť in.d.l.ij.§.j.iuncta.l.ꝙ ad ſeruitutes.ff.de euic.ſed non diceť
libera poſſeſſio.ꝛ ideo notarij apponũt in inſtrumẽto ꝙ vẽditor
ꝓmittit dare rem vacuã liberã ꝛ expeditã al's nõ cõmitteret ſti
pulatio.de euic.ſi alius euinceret ſeruitutẽ.licet alias poſſet agi
actiõe ex empto ſi emptor ignorauit.vt not.in.d.l.ꝙ ad ſeruitu
12 tes.ff.de euic. ¶ † An autẽ venditor poſſit cogi preciſe ad tradẽ
b dum [b] rem venditã ſi habet facultatẽ rei reſtituẽde.gloſſ.iuris ci
uilis cõiter tenẽt ꝙ nõ:ſꝫ debet condẽnari ad intereſſe.vt plene
notať in.l.j.in prin.ff.de act.emp.ſed Marti.tenuit cõtrariũ.vt
ibi no.ꝛ in.§.pretiũ.inſti.de ẽpen.emp.ꝛ ibi glo.ſub dubio forte
tenet opi.Marti.ꝛ hec opi.Marti.cõiter tenetur per Moder.
ꝛ illã etiã ſequiť Bar.in.l.certi condictio.ff.ſi cer.peta.ꝛ.l.ſtipula
tiones nõ diuidunť.ver.celſus.de verbo.obli.ꝛ Jo.and.in tit.de
emp.ꝛ vend.§.in anterioribus.circa prin.in addi.Spec.nec ob.l.
ſi rem tradi.ff.de ver.obli.vbi in obligatione rem tradi vř ſucce
dere poſt morã obligatio ad intereſſe:nec videť poſſe cogi preciſe
ad tradẽdũ qꝛ illud verũ qñ rẽ tradi eſt in obligatione ex alio cõ
tractu quã emptionis.nam in cõtractu emptionis nõ cẽſetur cõ
tinere merum factuꝫ:imo habet admiſtam cauſam honorum ſeu
dominij cum teneať etiã vẽditor ad faciendũ emptorem dñm ſi
ipſe vendens

Ayuntamiento de Madrid

ipſe vendens eſt dñs cuȝ manū lata.vt.l.qḋ ſi diſtrahaṫ.§.j.ff.de
cõtrahen.emp.⁊.l.in cõuentionalibus.ff.de ver.obli.⁊ nota.per
Bar.in.d.l.certi conditio.⁊.d.ver.celſus.¶ Item aduerte ꝗ2 po
teſt eſſe queſtio quid iuris ſi dictus emptor fuit condẽnatus ad
ſoluendū pretium venditori:an poterit executionẽ ſententie obij
cere exceptionem rei ſibi non tradite per.l.iulianus.§.offerri.de
act.empt.nã certū eſt ꝙ ante ſñiam potuiſſet excipere per dictuȝ
§.offerri.Specu.de hoc poſuit in tit.de executione ſñie.§.ſi.ver.
item pone.⁊ ibi videtur inclinare ꝙ nõ.ex quo lata eſt ſñia ⁊ non
fuit appellatū.remanebit tamen ſm eum ſalua actio emptori vt
poſſit petere rem ſibi tradi.per.l.ſi duo.§.idem iulianus.ff.de
iureiuran.ſed dñs meus dñs Anto.hic dicit ꝙ ſi nihil fuit diſce
ptatū in iudicio de hac exceptione.ex quo illa nõ impugnat ſen
tentiam:ꝗ2 fatetur emptorẽ ſe debere pretiuȝ ſed dicit rem debere
ſibi tradi.ideo tunc poterit opponi:facit qḋ habeṫ in.l.neſenni⁹.
ff.de re iu.di.Secus ſi fuiſſet in iudicio dicta exceptio oppoſita ⁊
illa non obſtante lata ſñia:ꝗ2 tũc poteſt procedere dictū Specu.
facit qḋ habetur in.l.qḋ in diẽ.§.ſi rõnem.ff.de cõpenſa.vide gl.
in.c.ſuborta.in gloſ.pe.j.de re iudi.⁊ ſm diſtinctionẽ illius.l.qḋ
in diem.videṫ intelligendū dictū Specu.tutius videtur eſſe ſim
pliciter tenere dictum Specu.ſi opponiṫ exceptio rei nõ tradite
13 ad impediendum executionẽ ſuper pretio.¶ † Et nõ.ex tex.cõ
iunctis his que ſunt ſuperius dicta:ꝙ ſimplex heremita põt ha
bere ꝓpriū.ꝑ quo facit qḋ hꝛ in.§.ecõtra paulus.xix.q.ij.¶ In
glo.pendebat.in ſi.hoc veruȝ in appellatione a diffinitiua:ſecus
in appellatione ab interlocutoria in qua non poteſt quis ꝓſequi
cauſam aliã quã expreſſam.vt in.c.cordi.de app.in.vj.⁊ in cle.ap
pellanti.de app.¶ In gloſ.quodlibet inſtrumẽtū.in ſi.No.bene
ex gloſ.ꝙ vbi teſtes cõtradicunt inſtrumento ad hoc vt reprobeṫ
a inſtrm.a † per ipſos teſtes requiriṫ ꝙ ſint quatuor meliores quam
14 illi q ſunt in inſtrumẽto deſcripti alˢ requiruntur quinq; per ra
tionẽ allega.in glo.vbi autẽ nõ cõtradicunt inſtrumẽto,ſȝ addūt
aliquid qḋ eſt omiſſum in inſtrumẽto:tunc ſufficiūt pauciores.
⁊ iſta eſt opi.cõis glo.iuris canonici.vt patet etiã ex his que not.
in.c.tertio loco.s̄.de proba.ibi tamen glo.etiã dicit põderandū
an agatur de facto qḋ meli⁹ ꝓbatur per ſcripturã quã per teſtes
vt eſt factum antiquum vt tunc non de facili reprobetur inſtru
mentū per teſtes.⁊ hanc opi.ꝙ requirãtur quatuor teſtes ad mi
nus ad reprobanduȝ inſtrumentuȝ,tenuit gloſ.iuris ciuilis.in.§.
ſi vero aliquid tale.in auṫ.de fide inſtru.⁊ caute.ibi tñ dicit gloſ.
hoc verū qñ teſtes volunt directe reprobare inſtrumẽtuȝ:ſȝ indi
recte ſm formã.c.ex tenore.s̄.de teſti.⁊.l.optimã.C.de ꝯtrahen.
ſtipu.tunc ſufficient duo.⁊ idem tenuit gloſ.in.§.item verboruȝ.
inſti.de inutili ſtipu.ſed aliter loquiṫ gl.in.l.in exercẽdis.C.de fi.
inſtru.vbi glo.vult qḋ tres ſufficiant ad reprobanduȝ inſtrumen
tum.⁊ idem glo.in.d.l.optimã.ibi tamẽ gloſ.dicit hoc procedere
qñ volunt reprobare inſtrumẽtuȝ publicuȝ:ſed ſi vellent reproba
re inſtrm priuatum:tunc ſufficiẽt duo ꝑ illã.l.ſm vnum intelle
ctum.Alij vero vt Odoff.⁊ vt refert hic do.Anto.dixerunt ꝙ cū
inſtrumentuȝ obtineat vim tot teſtiuȝ quot ſunt in eo deſcripti,
facit qḋ habetur i.l.ſi.C.de fideicõ.ſi in inſtrumẽto cõtineṫ tres
teſtes requiruṫ quatuor ad reprobationẽ:⁊ ſi cõtineṫ quatuor
requirenṫ quinq;:⁊ ſi quinq; requirenṫ ſex ⁊ ſic ſucceſſiue.Inno.
vero hic plene examinans iſtam materiã concludit qḋ ſufficiant
duo teſtes omni exceptiõe maiores niſi aliter coadiuueṫ inſtrm.
de quo dicã poſt glo.⁊ de materia etiã per Barto.in.l.j.in ſin.ff.
quẽadmo.teſta.aperi.vbi etiã dixi.⁊ per do.Anto.hic.⁊ Jo.cal.
in ſuis diſtinctionibus.¶ In gloſ.in modum exceptionis.in ſi.
ſup.⁊ tamen contrariū innuitur hic in ſi.Sȝ ſolue contrarium ꝗ2
loquitur qñ opponitur exceptio dilatoria ad proceſſum.⁊ ideo
pro excipiente nõ eſt pronuntianduȝ in principali:ſed hic oppo
nebatur exceptio peremptoria que reſcipit negotium principa
le:ideo bene potuit pronuntiari pro excipiente.¶ In glo.a par
tibus.in ſi.⁊ de materia etiã per glo.in.c.per tuas.⁊ in.c.cum cla
mor.s̄.de teſti.¶ Et aduerte ꝗ2 Inno.hic in additione q̄ tamen
cõiter non habetur videtur velle hoc verū qḋ iudex poſſit ex offi
cio ꝓcedere poſt cõcluſionẽ in cauſa qñ vult interrogare ꝑ decla
ratione aliquorū que ſunt actitata:ſecus ſi vellet interrogare ſuꝑ
eo qḋ non tenderet ad declarationẽ iam actitati:licet alias face
ret ad cauſam:refert tamen qḋ alij cõtra.⁊ iſtam vltimam opi.in
qua reſidet Inno.ſequitur hic do.Anto.ꝑ regulam generalem
l.vbicunq;.ff.de interro.acṫ.de quo etiam no.per euȝ in.c.cū cau
ſam.s̄.de iuramen.calū.qḋ notabis.nã hec pars videtur equior
vt ſic veritas facilius poſſit haberi.facit qḋ habetur in.l.is apud
quẽ.C.de edendo.⁊ in.l.iudicantẽ.allega.in glo.¶ Sed aduerte
ꝗ2 videtur qḋ etiam ſi nõ fuiſſet facta interrogatio,de qua in lite
ra,tamen teſtes debuiſſent probare ꝗ2 poterant reduci ad con
cordiam cum inſtrumento:ex quo inſtrumentuȝ ſimpliciter con
tinebat venditionem:⁊ teſtes deponebant qḋ fuerat conditiona
lis,⁊ ſic reducendi erant ad concordiam per.c.cum tu.s̄.de teſti.

Inno.hic fatetur contrarium dicens,ꝙ etiam ſine iſta interroga
tione teſtes debuiſſent reduci ad concordiã cū inſtrumento ⁊ ſic
probaſſent,⁊ per hoc ꝙ vult potius ad cautelaȝ ⁊ clariorẽ proba
tionem facta fuerit hec interrogatio.ſed Bertol.in.l.ij.C.de bo.
poſ.ſcḋm tabu.videtur velle contrariū videlicet ꝙ de neceſſitate
hic fuerit facta:ꝗ2 alias teſtes non ꝓbaſſent ſm eum propter ra
tionem in litera poſitam.ſ.quãdo non cõſtaſſet de idẽtitate con
tractus:⁊ pro ipſo multū facit hec litera:ſed aliter nõ reſpondet
ad rationẽ Inno.nec de illa facit mẽtionẽ.do.Anto.hic videtur
quodãmodo cõcordare opi.nam dicit ꝙ aut in inſtrumento ſim
pliciter continetur venditionẽ factam eſſe,⁊ tunc procedat dictū
Inno.ꝗ2 tunc teſtes poſſunt reduci ad cõcordiã cū inſtrumento.
Aut in inſtrumẽto continetur expreſſe venditionẽ fuiſſe puram
⁊ tunc ꝗ2 teſtes dicentes venditionẽ conditionalem cõtradicunt
inſtrumẽto:⁊ ſic dicūt de alia venditione.tunc procedat dictum
Bar.ꝗ2 niſi appareret ꝙ vnicus fuiſſet ꝯtractus teſtes nõ repro
baſſent inſtrumentū.vnde propter opi.cõtrarias vitandas,cau
tela eſt ſemꝑ facere articulū ſuper vnitate cõtractus.¶ In glo.
pe.in ſi.⁊ ſic vult glo.ꝙ ſit ſpeciale in caſu iſto qñ non fuit oppoſi
ta exceptio ante ſñiam.Sed tu potes etiam dicere ꝙ hic nõ de
neceſſitate,ſȝ potius ad ſeruãdū decorẽ primi iudicis fuit exꝑſſe
pronuntiatū:nam non erat neceſſe,ꝗ2 poterat etiã tacite pronun
tiari videlicet ꝓnuntiando bene appellatū ⁊ male iudicatū.nam
licet prima ſñia non eſſet iniqua ex dolo iudicis,erat tñ iniqua re
ipſa inquantū reus fouebat iuſtitiã propter exceptionẽ ſibi cõ
petentẽ.facit qḋ no.in ſimili in.c.cū dilecti.j.de emp.⁊ vendi.cir
ca ſi.⁊ faciṫ qḋ habetur in.l.eos.C.de appel.¶ In glo.fin.ibi:ꝙ
15 in diẽ.§.j.No.bene gl.que videṫ velle † ꝙ vbi nõ eſt appoſita com
penſatio in iudicio ante ſententiã ꝙ licet feratur ſñia que trãſeat
in rem iudicatã ꝙ nihilomin⁹ remanet ſalua actio ex qua pote
rãt obijci cõpenſatio:⁊ ex hoc videṫ ꝙ etiam poſt ſententiaȝ que
tranſiuerat in rem iudicatã poterat obijci exceptio compenſatio
nis ꝗ2 cui daṫ actio multo forti⁹ exceptio.l.j.§.qḋ ait.ff.de ſuꝑſi.
⁊.l.inuitus.§.cui damus.ff.de reg.iur.⁊ de hoc etiaȝ eſt tex.exꝑſ
ſus in.l.ij.alˢ.l.iiij.C.de cõpenſa.⁊ tenuit do.Anto.in.c.bona fi
des.j.de depoſi.⁊ ſic ꝓdidie de facto iudica:ui.⁊ per hoc etiã dixi
ꝙ poterat pars aſtringi ad reſpõdenduȝ poſitionib⁹ ꝑ quas po
nebatur id ex quo ſurgere poterat cõpenſatio.nam per cõpenſa
tionẽ obijciens debet admitti ad ꝓbandum id ex quo ſurgit cõ
penſatio:ergo cõſequenter fieri potuit poſitio que tendit ad rele
uãdū ab onere ꝓbationis.vt patet ex his que habentur in.c.j.⁊
ij.de cõfeſ.in.vj.⁊.l.ij.§.obſeruari.C.de iura.caluȝ.Fateor tamen
ꝙ ſi negetur debebit infra breue tẽpus probare ꝗ2 in executione
ſñie non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indagi
nẽm.l.iiij.§.cõdẽnatuȝ.cū ibi nota.ff.de re iudi.⁊ in.l.ſi is a quo.
cum ibi nota.per Bar.ff.vt in poſ.lega.⁊ ꝗ2 ſi non poſſet de facili
liquidari non admitteret cõpenſatio.per ea que habenṫ in.l.fin.
C.de cõpenſa.¶ In ea.glo.in ſi.potes dicere ꝙ ibi fuit appella
16 tum.hic ſec⁹ de materia ibi per gl.in gl.ſi.¶ † Et aduerte quia
vt hic patet ad inſtãtiam appellantis ex nouiter deductis addi
poteſt ſententie ſeu ſententia reformari.ſed an idem fieri pote
rit ad inſtantiam appellati qui nullatenus appellauit.tangunt
dñi de Rota in ſua cõcluſione.ccclviij.nam videreṫ ꝙ non ꝗ2 ap
pellatus nõ appellãdo videtur acquieuiſſe ſententie ⁊ eã appro
baſſe.j.de reſiudic.quo ad cõſultationeȝ.⁊.C.quõ ⁊ qñ iudex.in.l.
ab eo.ergo nihil videtur poſſe petere niſi confirmationẽ ſñie.ad
hoc etiã facit ꝙ habeṫ in.c.raynutius.⁊.c.raynaldus.j.de teſta.
vbi quelibet partium appellauit:⁊ ideo quelibet auditur:⁊ ſic ſe
cus videtur ſi ab vno tãtū fuit appellatū.¶ Sed contrarium di
cunt fuiſſe determinatū in curia ꝗ2 ex quo per vnaȝ partium fuit
appellatū a tota ſñia per cõſequens ipſius effectus totalis ſuſpẽ
ſus fuit.l.j.§.j.ff.ad turpil,j.de iureiu.venientes.⁊ ſic ſñia non vi
detur trãſiſſe in rem iudi.etiam ad preiudicium appellati:ex quo
ipſius totalis effectus eſt ſuſpenſus.⁊ pro hoc etiam ꝗ2 ſicut per
appellãtẽ petitur infirmari.ita debet poſſe per partẽ aduerſam
peti cõfirmari ⁊ ſuppleri.⁊ preſertim ꝗ2 iudex appellationis ſuc
cedit loco primi iudicis.⁊ ſic debet poſſe omnia que poterat pri
mus iudex.¶ Item qa interdum conſequitur quis ex perſona
aduerſarij ſeu alterius ꝙ per ſe non poſſet.l.petendc.C.de tẽpo.
reſtitu.in integ.⁊.l.ſi poſt mortẽ.§.ſi.ff.de contratabu.⁊ de cõceſ.
preben.in.c.autoritate martini.lib.vj.nec ob.ꝙ videatur acquie
uiſſe:ꝗ2 verum eſt ſi pars aduerſa acquieuiſſet.¶ Non ob.etiam
c.raynutius ⁊ raynaldus.quia ſcḋm eos ſic de facto contingit ab
vtraq; parte fuit appellatum:non autem fuit illud neceſſarium
⁊ ſic fuit obtẽtum in curia vt ipſi dicūt.quod eſt valde notandū.
⁊ ſic etiam trãſit hic do.Anto.¶ Sed forte iſtud dictuȝ eſt verū
quando ſimpliciter appellatur ab ipſa ſententia:vel qñ continet
vnum capitulum tantum:ſed ſi contineret plura capitula ſepa
rata ⁊ appellaret vna pars a ſñia in parte ⁊ partibus tãtummo
dū cõtra eam facientibus:tunc videretur ꝙ ſi aliqua fuiſſent ca

a ¶ Inſtrm. per quot teſtes põt reprobari. vide hic.⁊ ꝑ do.Abb.et Fely.⁊ vide do. Henri. borch. in.j.col.ver. ſuper ea gl.

Ayuntamiento de Madrid

pitula ſeparata in quib⁹ pro appellante ꝯtra ipſum appellatuʒ fuiſſet ꝓnūtiatū: ꝙ tunc ſi appellatus nō appellaret ab illis ꝙ imputanduʒ eſſet ſibi q2 videret acquieſcere ex quo aduerſarius ab illis nō appellat: ꝛ ſunt diuerſa ab illis ſup quibus eſt appellatum. nā tūc tot cenſentur eſſe ſnīe, quot ſunt capitula. ꝑ ea que habent̃ in. l. ſcire debemus. de ver. obli. ꝛ hoc modo poſſet intelligi. c. raynutius ꝛ raynaldus. ponderanda eſt ergo diligenter forma appellationis qđ tene menti ꝓ limitatione predicte concluſionis dñoꝝ de Rota. ꝛ maxime q2 in ciuitate iſta cōiter practicatur appellare ſolū a parte ꝛ partibus facientibus cōtra appellantē. ¶ Ultimo pro declaratione eoꝝ que tangunt̃ cum glo. in

17 verbo quodlibet inſtrumentuʒ. † ſi queraſ an ſtari debeat inſtr̃o: an vero teſtib⁹ qui ꝓducunt̃ cōtra inſtrumētū ꝛ ꝑ quot teſtes in

a ſtrumentum poſſit reprobari.[a] Cōclude ꝙ aut ſumus in caſu in quo nō recipitur ꝓbatio contra inſtr̃m ex iuris diſpoſitiōe exemplū in. l. fi. C. arbi. tu. qñ tutor in inſtr̃o inuētarij apponit rē aliq̃ tanq̃ pupilli. nā nō poteſt poſtea ꝓbare cōtrariū. ꝛ ſimiliter in. l. antique. C. ad velleia. qñ mulier ſe cōfitetur recepiſſe pretiū ꝓ interceſſione: ꝛ idē in ſiſtibus. facit qđ not. in. c. is qui. ĩ. de ſpōſa. ꝛ tunc clarū eſt ꝙ ſtari debet inſtrumēto: vt dictis legib⁹. ꝛ. l. cum precibus. C. de ꝓba. vult eñ ius in dictis caſib⁹ eſſe p̃ſumptionē iuris ꝛ de iure cōtra quā non admittitur probatio in contrarium ſaltē per teſtes. per ea que habent̃ in. d. c. is qui. lʒ per cōfeſſionē partis iterdū admitti poſſit. vt no. in auſ. ſʒ iā neceſſe. ꝛ in corpe vnde ſumit̃. C. de dona. ante nup. ¶ Et qđ dixi nō admitti ꝓbationē in contrariū per teſtes. limitat hic notabiliter Innoc. hoc ꝓcedere qñ quis vult ꝓbare cōtra contenta in ipſo inſtrumento: ſed fatetur inſtrumentum verum eſſe: ſecus ſi vellet dicere inſtrumentū fore falſum ꝛ falſum fabricatū: q2 tunc bene admitteretur

18 talis eñ ꝓbatio nō reijcitur per dictas leges ſi bene pōderet̃. † ꝛ ideo remanem⁹ ſub regula ꝙ reprobari poteſt inſtrumentuʒ per teſtes per hūc tex. Idē dicit hic do. Anto. ſi quis vellet probare defectū ſolēnitatis. ex quo fatet̃ i veritate fuiſſe inſtrumētū cōfectum. prout iacet per. l. iuriſgentiū. §. qđ fere. ff. de pac. idē dicit ſi ſtante veritate facti quis velit probare aliquid per teſtes ex quo perimat̃ effectus iuris. per ea que habent̃ in cle. ĩ. de ꝓba. iuncta glo. ꝛ de hoc vltimo potes ponere exempluʒ: vt ibi colligit̃. idem vr̃ velle ſi forte ſtatutum dicat ſtari debere inſtrumēto publico ꝛ nō poſſe ꝓbari cōtrariū. nam ſm̃ eum ſi qs vellet probare ſimulationē ex quo fatet̃ inſtrumētū ꝓceſſiſſe in ea forma in qua eſt conditum lʒ dicat ꝙ ad aliud finē ꝙ tunc poterit ſimulationē probare per teſtes. cōtra iſtud tamē dictū multū facit qđ no. Bar. in. l. ĩ. §. ĩ. ff. qđ vi aut claʒ. vbi vr̃ velle ꝙ in dicto caſu nō admittitur exceptio ſimulationis cōtra inſtrumētū: ſʒ poſſes dicere ꝙ ibi loquitur qñ ſtatutū expſſe dicit ꝙ nulla exceptio poſſit opponi cōtra inſtr̃m niſi talis ꝛ talis: ꝛ non numeretur exceptio ſimulationis. ſed dictum do. Anto. procedit qñ ſimpliciter ſtatutū dicit ſtandū eſſe inſtr̃o publico. Bart. tñ ibi videt̃ etiā hoc caſu ſentire attenta rōne ſua ꝙ non admittat̃ tunc exceptio ſimulationis q2 allegando illā videt̃ allegari cōtra inſtrumentū inquantum dicit rem ſic nō eſſe geſtā: prout dicit̃ in inſtr̃o: ꝛ forte dicit emptionem factā. nam allegās ſimulationē ꝛ dicens fuiſſe in effectu pignus videt̃ ſatis dicere ꝯtra ipſum inſtr̃m: prout dicit de emptiōe ꝛ nō de pignore. ideo forte hoc dictū do. Anto. non eſt tutū ad materiam. facit qđ not. in. l. gñaliter. C. de nō nu. pecu. ꝓ dicto tamen Anto. bene facit qđ not. in. d. l. gñaliter. per Jac. de bu. vbi dicit ꝙ qñ celebrat̃ inſtrumētū in ſcriptis ita ꝙ ſcriptura ſit de ſubſtātia lʒ nō poſſit fieri ꝓbatio cōtra tale inſtrumētū niſi per aliā ſcri

19 ptură. vt habet̃ in. d. l. gñaliter. † tamen ꝓbari poterit ſimulatio cōtractus per teſtes q2 non cēſentur tūc ꝓbare cōtra inſtrumētū ex quo fatetur ſcriptū eſſe i inſtrumēto prout partes voluerūt. ꝛ idē etiā videt̃ velle Bal. in. l. ĩ. C. plus vale. qđ agitur. Uñ poſſes dicere ꝙ aut ius vel ſtatutū diſponit ꝙ ꝯ inſtrumētū non poſſit admitti probatio niſi per aliā ſcripturā: ꝛ tūc ꝓbari poſſit ſimulatio per teſtes. prout voluit Jaco. de but. in. d. l. gñaliter. ꝛ ſic etiā poſſet intelligi dictū do. Anto. hic: aut cauetur ſtatuto ꝙ contra inſtrumentū publicū vel guarētigionatū nō poſſit opponi exceptio aliqua ſolutionis vel inquietationis aut falſitatis: ꝛ tūc nō poterit opponi exceptio ſimulatiōis ex quo nō eſt permiſſa per ſtatutum. nam ex mēte ſtatuti apparet fuiſſe ꝙ non admittatur aliqua exceptio contra inſtrumētū etiā ſi excipiens fatetur fuiſſe ſcriptū vt partes voluerūt ex qualitate exceptionū exceptuatarum. nam etiā ille qui opponit exceptionē quietationis fatetur ſcriptū eſſe prout partes voluerūt: ꝛ tamē vr̃ eſſe mēs ſtatuti illā admitti q2 expreſſe permittet̃. ꝛ ſic ſecus videtur voluiſſe in alijs nō expreſſis. ideo tunc non admittit̃ exceptio ſimulationis. hoc tamē limitat Bald. in. d. l. ĩ. C. plus valere qđ agitur. ꝓcedere qñ allegat̃ ſimulatio cōtractus. ſecus ſi allegaret̃ ſimulatio rogitus notarij. vt q2 ſimulaſſent ſe rogare notarium vt conficeret inſtrumentum: ꝛ tamen in rei veritate non rogaſſet: q2 tunc bene talis exceptio admittet̃: q2 effectū concluderet illud nō eſſe inſtrumentum ex quo in veritate nō eſſet rogat⁹ notarius qđ notabis pro

20 limitatione notatoꝝ per Bart. in. d. l. ĩ. qđ vi aut clam. ¶ † Aut ſumus in caſu in quo ius non ꝓhibet ꝓbationeʒ admitti contra inſtrumētū ꝛ tunc ſubdiſtingue: q2 aut eſt dubiū de inſtrumento propter veritatē ſcripture. aut propter defectū veritatis negotij ſi eſt dubiū propter veritatē ſcripture. puta q2 negat̃ cōfectum eſſe inſtr̃m ab illo a quo dicitur cōfectum: ꝛ tūc poterit ꝓbari per ipſum q ſcripſit ſi viuit ꝛ eius copia habeat̃ q2 ſtabit̃ in hoc eius edicto. l. ſi qs decurio. cum ibi not. per Cy. C. de fal. ¶ Item poterit probari ſi teſtes deponunt ꝙ eis p̃ſentib⁹ confectū fuit per illum notarium inſtrumentū. ¶ Itē per cōparationeʒ ſcripturarum alioꝝ inſtrumentoꝝ eiuſdem notarij. per id qđ habetur in aut. de fide inſtr. ꝛ caute. in. §. ſʒ ſi inſtrumenta. ꝛ. C. de fide inſtru. l. cōparatiōes. ¶ Si autē eſt dubiū propter defectū veritatis negotij ꝛ tūc ſubdiſtingue: q2 aut vn⁹ teſtis tantū cōtradicit inſtrumento aut plures ſi vnus tantū aut non eſt deſcriptus in inſtrumento aut eſt deſcriptus. Si non eſt deſcriptus in inſtrumēto ꝛ tunc nō reprobat inſtrumētū q2 vox vnius vox nullius. ideo nō reprobat inſtrumētū qđ plene probat. s̃. ti. ĩ. veniens. ꝛ. c. licet vniuerſis. ꝛ. l. iuriſiurandi. C. de teſti. canonizata. iiij. qđ. iij. Idē ſi ſit ſcriptura q̃ de ſe non requirit ſubſcriptionē teſtiuʒ vt eſt ſcriptura actorum. l. in donationib⁹. ꝛ. l. in hac. C. de dona. ꝛ ideo ſi teſtis examinatus dicat ſe aliter dixiſſe q̃ notarius ſcripſerit ſtandum videt̃ ſcripture tabellionis q2 illa de ſe facit plenam fidem. ideo nō debet eneruari per dictum vnius talis. facit qđ habetur in. c. cum dilecti. s̃. de elec. ꝛ. ĩ. de preſcrip. ad audientiam. ꝛ no. per Cy. ꝛ Jaco. de are. in. d. l. ſi quis decurio. ꝛ per Barto. in. d. l. ĩ. in fi. ff. quēadmo. teſta. aper. ꝛ hoc dicit Jo. cal. veruʒ quātuʒ ad effectuʒ ciuilem: ſecus quo ad criminalem. ꝛ ſic quo ad penam falſi imponēdam ipſi teſti ſi poſtea accuſetur de falſo ꝛ ipſe neget ſe dixiſſe ꝙ in ſcriptura continetur q2 tunc non debet ſtari tali ſcripture: ex quo agitur ad penā criminis cum tunc requirantur probationes luce clariores. l. ſciāt cuncti. C. de proba. canonizata. ij. q. viij. ꝛ hoc voluit etiam Inno. lʒ ipſe non alleget in. c. quoniā contra falſam. s̃. de proba. ¶ Aut teſtis qui ꝯtradicit eſt de teſtibus inſcriptis in inſtrumēto qđ requirit ad ſui ſolēnitatē teſtiū ſubſcriptionem ſeu teſtes ſubſcriptos: ꝛ tunc aut non eſt de numero neceſſario q2 tot alij remanēt de inſcriptis: ꝙ bene remanet numerus ſufficiens teſtium pro ipſo inſtrumēto aut non remanent tot quot alijs ſunt neceſſarij. ¶ Primo caſu talis teſtis non reprobat inſtrumentum: nam ſatis eſt ꝙ remaneat numerus ſub alijs inſtrumētis ſine illo: ideo tunc propter autoritatē inſtrumēti nō attenditur vox illius ſolius. facit qđ habetur in tex. ꝛ gloſ. quod ibi no. per doc. in. l. ĩ. in fi. ff. quēadmo. teſta. aper. ꝛ hoc dicit Jo. cald. ſimpliciter veruʒ ſi alij teſtes ſunt mortui vel ipſoꝝ copia haberi nō poteſt: nā ſtandum eſt inſtrumento propter p̃ſumptionem que facit pro tabellione remanentibus ſubſtantialibus inſtrumenti. ar. preallega. c. ad audientiaʒ. ſed ſi viuerēt ꝛ ipſorum copia poſſet haberi. putat ꝙ tunc foret vtile inquirere ab eis de veritate. facit qđ habetur. s̃. de elec. cuʒ dilecti. Secundo caſu qñ ille qui cōtradicit inſtrumento eſt de numero neceſſario. tunc dicit hic Jo. cal. ꝙ licet in hoc membro ꝛ ſequēti multum poſſet inſtari circa dictum teſtium an ſit affirmatiuum hoc eſt an dicant rem aliter fuiſſe geſtam quā cōtineat̃ in inſtrumento: an vero negatiue. hoc eſt an negent ſe interfuiſſe dicit cōcludendum eſſe qđ in dicto caſu ille qui cōtradicit inſtrumēto facit vacillare fidem inſtrumenti. per. d. l. ĩ. §. fina. ff. quēadmo. teſta. aper. ꝛ ideo ſm̃ eū inſtrumētum nō probabit niſi melius fuerit cōprobatuʒ per. l. in bonis. C. de probat̃. ꝛ non mirum ſm̃ eum ſi iſto caſu m[illegible] creditur vni teſti quaʒ ſupra qñ teſtis examinatus dicit ſe nō [illegible]iſſe prout ſcripſit tabellio q2 ibi agitur principaliter de facto vel [illegible]cto eius qui cōtradicit: ꝛ ideo preſumit̃ contra eum ſed hic ſec[illegible] ¶ Tu autē in hoc membro potes dicere qñ vnus de neceſſarijs cōtradicit inſtrumēto qđ aut ſcriptura nō nitit̃ proprijs iuribus ſʒ eget teſtium cōfirmatione vt q̃ eſt ſcriptura priuata: ꝛ tunc clarum qđ non probabit: ex quo nō cōfirmatur per teſtes in numero ſufficienti. vt eſt caſus in. d. l. ĩ. §. fi. ſm̃ vnum intellectum q̃ ibi ſequitur Bal. ſi autem ſcriptura nititur proprijs iurib⁹ vt q2 eſt publica, ꝛ tunc ſm̃ cōmunē opi. redditur inſtrumentuʒ ſuſpectum adeo qđ ei non creditur niſi aliter coadiuuet̃. vt eſt caſus in. d. l. ĩ. §. fi. cōiuncta gl. ſm̃ alium intellectuʒ: ꝛ hoc etiā tenuit Cal. vt ſtatim dixi. Et aduerte q2 hoc tenēdo oportet dici qđ iſtō nō ſit ex eo: q2 minus plena probatio impugnet magis plenā: ſʒ q2 inſtrumentū videtur remanere ſine debita ſolennitate cum requirat ad ſui ſolēnitatē numerum neceſſariū teſtium qui adijciuntur inſtrumēto vt per illos fides eis imponat̃. vt eſt tex. cum gl. in. §. ſi vero aliquid tale. ꝛ. in. §. ſi vero moriant̃. in aut. de fide inſtru. ꝛ caute. de quo etiā plene dixi. ĩ. d. §. fi. Si aūt ſunt plures teſtes qui ꝯtradicāt inſtrumēto tūc diſtingue: q2 aut ſunt de inſcriptis

in inſtrumento

a ¶ Poſſit reprobari. ſuper his vidꝫ ꝑ do. Fely. hic: in. viij. co. xvi. p̃ria ꝯcluſio. nu. xxxv. ꝛ ē materiā multū quotidiana ꝛ practicabilis que ſepe euenit propter multitudinē notariorum.

Ayuntamiento de Madrid

in inſtrumento:⁊ tunc reprobant inſtrumentū niſi coadiuuetur:
ſed hic eſt dubium qualiter poſſit coadiuuari.hic aduertendum
qꝛ aut teſtes dicūt rem aliter fuiſſe geſtam quā contineat in in-
ſtrumēto:⁊ tūc poterit coadiuuari per alios teſtes qui dicant ſe
fuiſſe preſentes ⁊ rem fuiſſe geſtam ꝓut in inſtrumēto cōtinetur
⁊ intellige ꝙ poterit coadiuuari per alios teſtes qui in numero
ſufficienti deponāt.nam ſi eſſet inſtrumentū in quo requirerent
quinqꝫ teſtes vt in codicillis nō ſufficeret ad coadiuuādū inſtru
mentū ꝓducere duos:ſꝫ debent eſſe quinqꝫ.vt voluit Inno.hic
facit qd̓ habetur in.l.ſi.C.de codicil.Si autē teſtes dicant ſe nō
interfuiſſe inſtrumento:⁊ tunc ſi ꝓbaretur eos fuiſſe abſentes a
loco cōditi inſtrumenti.facit qd̓ habetur.ꝫ.de teſti.ex tenore.⁊.l.
optimā.C.de contrahen.ſtipu.in hoc caſu oportet coadiuuari per alios
qui deponerēt illos fuiſſe p̄ſentes.vt hic voluit Inno.¶Si aūt
ſimpliciter teſtes dicant ſe nō interfuiſſe:nec aliud ꝓbetur.tunc
Inno.hic ponit opi.vna eſt ꝙ reprobetur inſtrumētum ⁊ ꝙ non
coadiuuetur etiā ſi decem vel viginti vel centū teſtes deponant
rem geſtam prout in inſtrumēto continetur:qꝛ licet tales teſtes
tunc geſtam prout in inſtrumēto continetur:qꝛ licet tales teſtes
tunc ꝓbent ipſum actum vel cōtractū in inſtrumēto contentum
tamen non ſequitur ꝙ inſtrumentum probetur:ꝗ redditur falſum
inquātum in eo ſunt deſcripti teſtes qui nō debuerint deſcribi:
vt qꝛ non interfuerunt:⁊ ideo ratione talis falſitatis admiſſe in
inſtrumēto totū inſtrumētum vitiatur.per id qd̓ habetur in.c.ſi
ad ſacras.ix.di.⁊.iij.q.ix.pura.ideo ad coadiuuādum inſtrumen
tum eſſet neceſſe ꝙ teſtes deponerēt etiā illos fuiſſe p̄ſentes qui
negant ſe interfuiſſe.⁊ iſta eſt vna opi.hic poſita ꝑ Inn.¶Alia
21 eſt ꝙ lꝫ duo teſtes deſcripti negent ſe interfuiſſe nō reprobetur
inſtrumētū:qꝛ videntur eſſe ſingulares cum quilibet de ſua abſen-
tia dicat ⁊ ſic non videntur probare.per id qd̓ habetur in.c.bene.⁊
c.cum dilecti.ꝫ.de elec.⁊ ſecus videretur dicere quando omnes
negant ſe interfuiſſe.vt tangit in princi.magne gloſſ.Poſtea vi-
detur dicere ꝙ etiam ſi oēs negent ſe interfuiſſe qd̓ cum omnes
videātur ſingulares non reprobent inſtrumentum.⁊ ideo ſtetur
inſtrumēto maxime ſi alij deponant actum celebratū:tamen idē
ſentit etiā ſi alij nil deponant:⁊ vltimate videtur velle qd̓ relinquē-
dum ſit arbitrio iudicis an reprobetur inſtrumentum vel nō per
tales teſtes dicit tamē qd̓ in dubio debebit arbitrari pro inſtru-
mēto.¶Sed aduerte qꝛ Ioan.calde.vt patet ex his que dixi.ꝫ.
poſt eum inquātum dixi non debere attendi:an dictum ſit affir-
matiuum vel negatiuum.tenet primam opi.⁊ illam etiā expreſſe
tenet Barto.in.d.l.i.§.ſi.ff.quēadmo.teſta.aperi.⁊ pro iſta parte
bene facit:qꝛ teſtes deſcribuntur in inſtrumēto vt per eos impo
natur fides ipſi inſtrumēto:vt ſuperius dixi.⁊ idͦ ſi nō imponatur
quia negant ſe interfuiſſe remanet inſtrumentum ſine debita ſo
lemnitate:⁊ ideo vitiatur.⁊ pro iſta parte etiam bene facit:quia ſi
vnus ſolus de neceſſarijs negat ſe interfuiſſe reprobat inſtrumē-
tum:ergo duo ex deſcriptis negantes ſe interfuiſſe debent ipſuꝫ
reprobare.⁊ pro iſta parte etiam bene facit quod habetur in.c.
tertio loco.ꝫ.de proba.⁊.c.tam literis.de teſti.licet Inn.nitatur
dictis.c.reſpondere.Reſtat nunc reſpondere ad rationē in oppo
ſitum factam de ſingularitate teſtium.ad quā poteſt tripliciter
reſponderi.primo qd̓ nō cenſentur ſingulares:qꝛ eoipſo quod di-
cunt ſe non interfuiſſe cenſentur etiam dicere quod alij qui ſunt
ſimul ſcripti cum eis nō interfuerunt.Sed certe iſta reſponſio vt
etiam hic tangit Inno.nō eſt bona:quia neceſſario hoc nō infert
⁊ quia poſſibile eſt qd̓ alij interfuiſſent quos ipſi non vidiſſent.
vnde alia datur ſolutio quod dicti teſtes non cenſentur ſingula-
res:quia concordant in dicto:quia quilibet dicit inſtrumentum
falſum.⁊ ideo non curatur licet ſint in alijs ſingulares.ꝑ id quod
not.Innocen.ꝭ.de accuſa.qualiter ⁊ quando.el.ij.in gloſſ.prima
magna.⁊ glo.in.l.ob carmen.§.fina.ff.de teſti.Bar.tamen reſpō
det tertio:qd̓ iſta ſingularitas non nocet:quia quilibet teſtis in
ratione quam reddit per ſenſum proprium immediate eſt ſingu-
laris:quia deponit de ſuo ſenſu ⁊ non de alieno.⁊ ideo dummo-
do in alijs concordat non nocet.ita in propoſito ſi remoueat ſen
ſum ſuum ab actu:licet in hoc ſit ſingularis cum alio:tamen ſuf
ficit qd̓ in alijs concordat do.Anto.hic videtur velle mediam vi
am capere.nam dicit ꝙ ſi teſtis dicit ego ⁊ tales fuimus congre
gati in tali tempore:⁊ coram nobis non fuit factꝰ talis cōtractꝰ
nec confectum tale inſtrumentum tunc probet:quia iſte non eſt
ſingularis cum etiam de alijs dicat.Idem ſi dicat ego ⁊ talis fui
mus tali die ſemper ſimul:⁊ non fuimus preſentes tali inſtrumē
to.nam iſte etiam non eſt ſingularis ſecundum eum:ſed ſi ſimpli
citer dicat:ego non interfui tali inſtrumento:tunc bene videtur
ſingularis ſm eum:qꝛ ſolum de ſe dicit:ſecus autē quandō affir-
mat actum ſꝫ eum:quia tunc videtur etiam de facto aliorum di
cere.ideo non eſt ſingularis quando affirmatiue deponit ſecus ſi
negatiue:ſed certe iſta differentia non videtur bona:qꝛ ſcdm hoc
ſequeretur ꝙ ſi teſtis diceret cōtractū eſſe celebratū inter partes
aliorum teſtiū ꝙ non probaret:licet alius teſtis ſimiliter diceret
ꝙ in dicto tpe ⁊ loco contractus fuit celebratus inter partes qꝛ
preſens fuit ꝙ tamen non videtur verum.⁊ ideo verior vr̄ opi.quā
ſequitur Barto.⁊ Io.cal.Si autē teſtes dicerēt ſe nō recordari:
tunc nō reprobarēt inſtrumētū:imo ſtandum eſſet inſtrumento.
per ea que habentur in.c.ad audientiam.ꝭ.de preſcrip.⁊ tenet ēt
Inno.hic ⁊ Bar.in loco preallega.Si autem teſtes qui cōtradi-
cunt ſint de non deſcriptis:tunc quot requirantur:vt reprobent
inſtrumentum fuerūt opi.vt tetigi ſuper glo.in verbo quodlibet
inſtrumētū.Do.Anto.hic cōcludit ꝙ in factis antiquis vel vbi
factum eſt valde intricatum duo teſtes nō reprobant inſtrumētū
per ea que not.in.c.tertio loco.ꝫ.de probat.vbi autē factū ſit re-
cens ⁊ nō valde intricatum.tunc cōcludit ꝙ ſi preponderat auto
ritas teſtium autoritati tabellionis tunc preferentur duo teſtes
Si autē ecōtra prepōderat autoritas tabellionis preferetur inſtru
mentū.ar.eorū.que habentur.ꝫ.de teſti.in noſtra.vbi autē ſit equa
litas.tūc ſm Nico.de mata.Butri.⁊ Bar.qꝛ vtraqꝫ ꝓbatio de ſe
eſt plena.ſ.ꝓbatio inſtrumēti ⁊ probatio duoꝝ teſtium.ſtabitur
ſm eos in dubio ꝓ inſtrumēto.argu.l.cum precibus.C.de ꝓba.
⁊ ſic requirentur tres vel quatuor tunc ad reprobandum inſtrumen
tum ſi agatur de reprobatione directa ſiue indirecta.per ea que
nota.gloſſ.in.d.c.in noſtra.de teſti.Sed Inno.hic:quē ſequitur
Io.cal.dicit ꝙ ſi ſint duo teſtes omni exceptione maiores repro
babunt inſtrumentū:ex eo qꝛ inſtrumentū habet autoritatē ab
autoritate tabellionis:cui autoritati equum ⁊ iuſtum eſt perfer-
ri dictum duorum teſtium idoneorum reddētium ſufficienter ra
tionē ſui dicti:ſi alˀs nō coadiuuatur inſtrm.⁊ hoc dicit Io.cald.
tenēdum reiecta diſtinctione diſtinguentiū inter factum recens
⁊ antiquum:⁊ inter probationem directam ⁊ indirectam.⁊ ſic vi
detur reprobare diſtinctionen do.Anto.⁊ iſta opin.videtur verior.
nam ſi comparatio literarum que eſt minoris efficacie quā aſſer
tio teſtium.vt patet in aut.de fide inſtr.⁊ caute.in prin.colla.vj.
⁊ in.§.ſi vero aliquid tale.⁊.§.ſiquis igitur vult caute.⁊ ſeq.facit
vacillare fidē inſtrumēti.vt patꝫ in dicta aut.ergo multo magis,
duo teſtes cum viua vox potētior ſit ꝙ̄ mortua.vt in.d.§.ſi vero
aliquid.⁊ pro hoc etiam faciat qꝛ ꝓbatio que fit per inſtrumēta
eſt probatio preſumptiua propter preſumptionē quā facit ius
ꝓ ipſo notario ⁊ pro eius inſtrumēto.d.c.ad audiētiā.de preſcri.
⁊ eſt quaſi probatio miraculoſa vt credatur pelli animalis mortui.
vt hic tangit Inno.⁊.ꝭ.eo.cū.p.Si probatio teſtiū eſt vera ⁊ na-
turalis.ꝫ.de teſti.c.in omni.ergo illa debet ꝑualere.facit qd̓ ha-
betur.ꝫ.de electio.cum inter.R.⁊.ꝭ.qui filij ſint leg.tranmiſſe.in
quibꝰ patet ꝙ vbi ſunt preſumptiones ꝯtrarie ſtatur illi que eſt
fortior ⁊ potētior.ad idem etiam qd̓ habetur.ꝫ.de ꝓba.propo-
ſuiſti.⁊ de iureiuran.in.l.admonēdi.in quibus patet ꝙ preſum
ptiua ꝓbatio alˀs plena poteſt reprobari ꝑ duos teſtes.nec obſt.
ꝙ inſtrumentū habet fidē ⁊ vim tot teſtium qui cōtinētur in eo:
qꝛ illud eſt verū donec aliquid non ꝓbatur contra inſtrumentuꝫ
qꝛ tūc bene ſtat preſumptio pro ipſo:ſecus qn̄ probatio ſit cōtra
inſtrumentū:ita ꝙ tollitur preſumptio ex eo reſultans.Itē nō
ob.ꝙ inſtrumētū habet vim duoꝝ teſtiū.Item eſt ibi autoritas
tabellionis que habet vim etiam duorum vel ſaltem vniꝰ teſtis:
⁊ ſic debent requiri quatuor ad minus vel ſaltē tres meliores:qꝛ
reſpōdetur ꝙ hic eſt fallacia qꝛ bis idem repetitur in effectu.naꝫ
inſtrumentū obtinet vim duoꝝ teſtium ꝓpter autoritatē tabel-
lionis nō de per ſe:⁊ ſic bis videtur repeti qd̓ fieri non debet.Itē
nō ob.ſi dicatur ꝙ ꝓbatio inſtrumēti eſt plena:⁊ ſimiliter proba-
tio duorum teſtium:⁊ ſic neutra debet alteram ſuperare:quia vt
predixi.ꝓbatio fortior debet preualere tanquā magis preponde
rans.ꝫ.de teſti.in noſtra.qualis eſt probatio teſtium cū ſit vera
⁊ naturalis vt predixi ſed probatio inſtrumenti eſt preſumptiua.
Itē non ob.iſte tex.qui videtur velle ꝙ requirantur tres vel plu
res:qꝛ pōt dici ꝙ illud fuit ex eo qꝛ notarius ⁊ vnus teſtis depo-
nebāt pro inſtrumento:ideo tunc bene requiruntur tres vel plu
res:ſecus quādo nullus teſtis depoſuit pro inſtrumento.Si aūt
ſolus notarius deponeret tunc qꝛ deponit ꝓ inſtrumento qd̓ ab
eius autoritate dependet:videtur ꝙ ſtandum ſit dicto duorum
teſtium cōtradicentium dūmodo ſint idonei ⁊ omni exceptione
maiores ⁊ ſufficienter aſſignent cauſam ſui dicti.Si autem eſſet
alius teſtis ſolus qui deponeret pro inſtrumēto eſſet magis du
biū an duo tūc reprobarēt ſi tabellio actualiter nō deponeret:⁊
forte hoc caſu poſſet dici ꝙ requirantur tres aut plures.ex quo
vltra inſtrumentū adhuc eſt teſtis coadiuuans ipſum.nam tunc
nō videtur iniquum:imo potius equum ꝙ potius ſtetur inſtru
mento coadiuuato per vnum teſtem quā duobus teſtibus:ideo
tunc requirantur tres vel plures.⁊ predicta vt dixi procedūt ꝙ
per duos teſtes idoneos ⁊ omni exceptione maiores ſufficienter
aſſignantes cauſam ſui dicti reprobatur inſtrumentum quando
aliter non coadiuuatur.alˀs ſecus vt predixi.⁊ hec opi.de iure vi
detur verior quam ſequitur hic Inno.et Ioan.cal.lꝫ do.Anto.

Ayuntamiento de Madrid

hic approbet diſtinctionem diſtinguẽtium inter factum recens ꝛ antiquum. Et an prepõderet autoritas teſtium autoritati tabellionis vel econtra. licet ceteris paribus teneat cum Inno. cõtra Barto. ꝛ Nico. de mata. ꝛ ſequatur tunc Inno. ſed magis placet opi. Inno. et Jo. cal. per ea que ſuperius dixi. ꝛ facit ad materiã qḋ habetur. ṡ. de teſti. cum a nobis. ꝛ qḋ ibi dictum fuit. ꝛ de materia etiam per Cy. ꝛ alios in. l. in exercendis. C. de fide inſtru. et per Bar. in. d. l. j. §. fi. vbi etiam dixi. ¶ Ultimo potes addere qḋ inquantũ dixi. ṡ. ꝙ vbi inſtrumentum celebratum eſt in ſcriptis ita ꝙ ſcriptura ſit de ſubſtantia ꝙ admitti poteſt probatio ſimulationis per teſtes. nam idem dicunt aliqui glo. voluiſſe in. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. preſi. ſed gloſſ. in. l. generaliter. in verbo quemꝗ. C. de non nume. pecu. tenet contrarium. ꝛ idem ibi etiã tenet Bar. per illum tex. ſed illam glo. ibi reprobat Butri. ꝛ ideȝ etiã ibi ſentit Bal. ꝛ in. l. j. C. plus vale. qḋ agit. per tex. in. d. l. j. ij. ꝛ. iij. C. plus vale. qḋ agitur. ſed ad illas leges poſſet reſponderi. vt ſentit Bart. in. d. l. generaliter. ꝙ intelligatur qñ ſcriptura nõ erat de ſubſtantia. ꝛ hec pars de iure videtur verior. lȝ opi. But. videatur equior. ꝛ per gloſ. ꝛ Bar. multũ facit tex. in. d. l. generaliter. non cauillando eum. ꝛ ad gloſ. l. illicitas. §. veritas. poſſet reſpondeti ꝙ illa gloſ. debet intelligi quãdo teſtes volunt probare notarium ſcripſiſſe aliud quã ſit actum ꝛ ſic falſitatẽ vel errorem. nam illa videtur eſſe mens glo. relata ad tex. licet allegatio quã facit aliqualiter faciat. qḋ intelligi poſſit de ſimulatione. ſȝ certe de illa non debet intelligi. ne aľs contradicat glo. in. d. l. generaliter. vnde tutius videtur eſſe tenere cum glo. ꝛ Bar. in. d. l. generaliter. licet vt dixi alia opi. videatur equior.

1 ☞ Defectus litere vel ſyllabe non vitiat reſcriptũ dũmodo ex hoc non ſurgat obſcuritas vel equiuocatio.

2 Et quid de defectu dictionis vel orationis.

**Ex parte.** Defectus litere nõ vitiat reſcriptũ hoc dicit. ¶ Et ẽ cõis diuiſio. ſcḋa ibi: quia vero. ¶ No. ꝙ dictũ eſt in ſummario. Et idẽ

1 videtur ſi ſit defectus ſyllabe. per ea que habentur in l. qui habebat. ff. de manumiſ. teſta. qḋ intellige dũmodo ex defectu litere vel ſyllabe non ſurgat obſcuritas ſeu equiuocatio. per ea que habentur. ṡ. eod. inter dilectos. vbi autem non mutaretur ſenſus pcedit qḋ hic dicitur. facit qḋ not. Archi. xxv. q. ij. apoſtolice. ¶ Ultimo potes notare de modicis nõ curandũ. de quo ṡ. in proemio huius libri. ¶ In gloſſ. j. in fi. † idem videtur dicen

2 dum de defectu dictionis vel orationis dũmodo ex precedẽtibꝰ ꝛ ſequentibus depꝛehẽdatur intellectus pape: licet aliqui cõtra ſed precedens opi. plus placet Joan. and. quia propter autoritatem bulle tollitur ſuſpicio: ꝛ qꝛ oculus officialium interdum fallitur. facit qḋ habeť. ṡ. de proba. in. c. cauſam matrimonij. poſſet tamen diſtingui ſm eum ꝛ Hoſtiẽ. inter literas contentioſas vt tales non vitientur ꝛ literas ad gratias que facilius vitiantur. j. de crimi. falci. c. penul.

1 ☞ Reconuentio in cauſa ſpirituali habet locum etiam coram delegato.

2 Edenda ſunt inſtrumenta cõmunia etiam ad fundandam intentionem aduerſarij.

3 Uſufructuarius tenetur ad refectionem domus ſi eſt modica ſed vbi eſſet magna ſecus.

4 Edere inſtrumẽta teneť actor reo ad fundandam exceptionem ꝛ reus actori ad inuandam replicationem.

5 Producens ſacculum inſtrumentorũ cũ ꝓteſtatione ꝙ intendit ſolũ ꝓducere inſtrumenta faciẽtia ad cauſam an talis productio ſine proteſtatio admitti debeat.

6 Producens inſtrumentũ an poſſit ꝓductioneȝ reuocare.

7 Cõtra cõfeſſionẽ venire (que ex ꝓductione inſtrumẽti reſultat) an poſſit quis venire.

a ¶ Licite appellat. oẽs cõcordãt in ſummario huius ca. ſi queras an ꝛ qñ ꝛ qualr debeat fieri editio. vide ꝑpo. Henr. boych .s. de pba. c. j.

**Perpetuus.** Licite appellaturᵃ a iudice qui parti petenti nõ facit edi inſtrumẽta cõmunia. h. d. ¶ Et in prima appellantis narratio. In ſecunda appellationis cõmiſſio. ſecũda ibi: ideoqꝫ. In tex. ibi ꝛc. deciditur qḋ habeť in. c. exhibita. ṡ. de indi. ¶ Not. ꝙ interdum eccleſia hȝ vicariũ perpetuũ. de quo in. c. extirpãde. §. qui vero. ꝛ. c. expoſuiſti. j. de prebẽ. qñqꝫ etiã habet temporalẽ vicariũ: vt patet. j. de appel. peruenit. licet ille proprie nõ ſit vicarius ſm Uin. nec vicarius etiã dare poteſt vicariuȝ. vt habeť. ṡ. de offi. vica. ꝓuideas. vide de materia plene

1 in cle. j. de offic. vica. ¶ Itẽ no. ꝙ † etiã in cauſa ſpirituali habet locum recõuẽtio etiã corã delegato. de quo in. c. j. ꝛ. ij. de mutuis

2 peti. ¶ † Item no. ꝙ inſtrumẽta cõia ſunt edẽda etiã ad fundandam intentionẽ aduerſarij. facit. ff. fami. hercíſcũ. in. l. ſi que ſunt cautiones. ꝛ de materia plene dictũ fuit in. c. j. ṡ. de proba. ꝛ etiaȝ tangiť hic per gl. ¶ In gl. j. ſȝ intelligo. hic poniť ſecũda ſolutio ſcȝ ꝙ iſte vicarius habebat mandatum a principali rectore. ꝛ ita eſt plena tamen pcedens poteſt ſuſtineri: qꝛ perpetuus. vacarius cenſetur habere ius in re ſicut emphyteuta vel feudatarius: ꝛ ſic etiã potetius ius quã fructuarius. vnde cum predicti. l. emphyteuta feudatarius ꝛ fructuariꝰ poſſint conueniri. vt not. in. c. qñ §. pe. nec releuentur nominando dñm: vt ibi not. ita potuit iſte vicariꝰ cõueniri. ꝛ ſimiliter etiã potuit agere ꝓpter vtile ius quod habet etiã ſine alio mandato: nam cenſetur habere mandatum a principali rectore. quatenus eſt ſibi expediens pro iure ſuo conſequendo cũ ꝛ fructuarius cenſeť habere mandatum a dño etiam deducẽdi ius ꝓprietatis in iudicio: quatenus eſt ſibi expediens pro iure ſuo conſequẽdo. l. j. in fi. cuȝ ibi not. ff. vſufru. quẽadmo. caue. ꝛ not. etiã p Bart. in. l. ꝗuis. ff. de dã. infec. nõ nocebit tamẽ ſnĩa dño niſi ſciuerit cãm agi ꝛ nõ contradixerit. per id qḋ habetur in. c. quãuis. j. de re iudi. ꝛ in. l. ſepe. ff. de re indi. ꝛ qḋ not. gloſſ. in

3 l. ij. C. vbi in rem actio. ꝛ qḋ dixit glo. vſufructuarium † teneri ad refectioneȝ domus intellige qñ expenſa eſt modica: ſed vbi eſſet magna nõ teneť reficere ſuis expẽſis: ſed dñs debet expenſam facere ad ipſum vero fructuarium ſpectat cura ꝛ ſolicitudo. l. hactenus. ff. de vſufru. ꝛ not. per Bart. in. l. cotem ferro ſubijciendum. §. qui maximos. ff. de publi. ꝛ intellige gloſſ. qñ domus non eſt totaliter deſtructa: alias extinctus eſſet vſufructus. per ea que habẽtur in. l. quid tamẽ. ff. quibus mo. vſufru. amit. Hoſti. vero hic poſuit aliũ intellectũ. vcȝ ꝙ iſta eccleſia quã tenebat vicariꝰ erat prioris ſi conuentus qui percipiebant ibi oĩa tẽporalia, exceptis minutis decimis et quibuſdã alijs ꝓ ſuſtentatione vicario aſſignatis. vnde forte erat queſtio inter priorem ꝛ vacarium qḋ contineretur appellatione minutarũ: qḋ dicebat vicarius cõtineri in inſtrumento in quo facta fuit aſſignatio qḋ erat cõmune: ꝛ ideo debuit exhiberi. Alij vero dicunt ꝙ iſte decime erãt cõmunes monachis ꝛ vicario: qꝛ forte fuerant redẽpte per vicariũ ꝛ priorẽ: vel forte aliquis miles qui habebat eas in antiquum feudũ cẽiter priori ꝛ vicario pignorauerat. facit quod habetur in. c. j. ꝛ. ij. j. de vſur. ¶ In ea. glo. ibi: nec titulum. Nota bene ꝙ vicarius non dicitur habere titulũ eccleſiẽ. de quo in. c. expoſuiſti. j. de preben. Et aduerte qꝛ licet inſtrumẽta eſſent cõmunia erãt penes priorẽ tanꝗ digniorẽ. facit qḋ habetur in. l. ſi qua. ff. fami. hercíſ. ꝛ. ff. de fide inſtru. in. l. fi. tenebatur tamẽ edere vicario ex quo erant cõia. ¶ In gloſ. fi. ibi: ꝛ quecunqꝫ acta ſunt. hoc verum qñ petuntur a tabellione: vel etiam ſi a parte ſunt originalia tabellionis: ſed ſi eſſent ſcripta manu tabelliõis que pars proprijs pecunijs redemiſſet tũc eſſent propria. ideo nõ teneret edere ſaluo niſi in ſubſidium demũ quãdo a notario haberi nõ poſſent: nam tunc ex quo ſunt acta iudicij cenſebunť cõia ꝛ poterit cogi ad exhibendum. vt voluit Inno. hic ꝛ in. c. j. ṡ. de proba. ꝛ ideo hic decidit ꝙ ſi ille qui dicit de nullitate ſnĩe vel de iniuſtitia in cauſa appellationis: ſi aliter nõ poteſt habere copiam ſnĩe poterit petere ꝙ reꝰ pro quo eſt lata illam cõpellatur exhibere ſi eam habet. facit qḋ habeť in l. ſi is apud quẽ. C. de eden. ꝛ ſi nõ exhibeat poterit iudex pronunciare ꝙ ſi quo tẽpore appareat ſnĩam pro illo latam non valeat ꝓpter eius contumaciaȝ. argu. l. non alienum. ff. de interro. act. ꝛ l. de etate. §. qui tacuit. eo. titu. ꝛ de confeſ. c. ij. lib. vj. poſſet etiaȝ interrogari. An pro reo ſit lata ſnĩa tali die per talem iudicem ſuper tali queſtione, ꝛ ſi confitebiť, ſatis dicetur conſtare de ſententia cum confeſſioni ſtetur contra ſe. de confeſ. c. fi. Si autem negauerit nocebit ſibi: quia non poterit poſtea illa vti nec ob. predictis qḋ habetur in. c. romana. §. ſi vero. de appel. li. vj. vbi appellans debet ꝓbare ſe infra deceȝ dies appellaſſe: ꝛ ſic ꝓbare debet ſententiam latam ꝛ tali tempore qḋ infra decẽ dies appareat appellatum: qa illud procedit qñ appellans poteſt habere copiam ſententie. ſecus quãdo illam habere non poteſt. quo caſu pcedit qḋ dixi poſt Inno. de quo etiam per Bal. i. l. ij. C. de. edẽ. ¶ In

4 ea. gloſ. ibi: nec actor reo. Alij tamẽ dicũt † ꝙ actor tenetur edere reo ad fundãdã exceptionẽ: qꝛ reus eſt fauorabilior: ꝛ reus actori ad replicationẽ iuuãdã. de quo plene dictuȝ fuit in. c. j. ṡ. de ꝓbatper legiſtas in. l. fin. C. de eden. ꝛ. l. j. §. editiones. ff. de edẽ. ¶ In eadẽ gloſſ. ibi: ſine die. ſup. ſcȝ confectiꝰ inſtrumenti: ſed dies ſolutionis bene debet edi. per id qḋ habetur in. l. j. §. editiones. ff. de eden. Quid autem ſi nõ bene poſſet percipi dies ſolutionis ſine die confecti inſtrumenti: tunc dic ꝙ in conſequentiam debet edi dies inſtrumẽti. argu. l. j. in fi. ff. de auto. tuto. vbi patet ꝙ in cõſequentiam permiſſi permittitur qḋ alias non permitteretur: licet alij teneant contrarium. de quo in Specula. de inſtru. edi. §. videndum. verſi. ſed cum dies. ¶ Et no. ꝙ quando quis vtitur aliquo inſtrumento licet proprio debet edi aduerſario ꝛ poterit aduerſarius ex illo etiam ſe iuuare in. c. connexo. vt hic etiaȝ ſatis colligitur ex. l. j. §. edenda. ff. de edendo. qḋ videtur procedere etiam ſi quis producat cum proteſtatione ꝙ non intẽdit producere: niſi quatenus pro ſe faciat: qꝛ iſta proteſtatio non iuuat cum ſit cõtra iuris diſpoſitionem. vt voluit ſentire glo. in dicta. l. j. §. edenda. ꝛ ſequitur do. Anto. j. c. proxi. ſecus tamen videtur ſi inſtrumentum contineat plura capitula: ꝛ quis producat inſtrumentum ſolum

Ayuntamiento de Madrid

ſolum in certis capitulis noſatis per eum.qꝛ tunc non dꝫ aduer-
ſarius habere copiā aliorum capitulorum.ſꝫ ſolum productor.
ꝛ ex illis tantū poterit ſe adiuuare.vt notauit Specu.in dicto.§.
5 videndum.verſi.qd ſi produco.¶†Quid autem ſi quis pducat
ſacculū inſtrumentorū cū proteſtatione qd intendit ſolū produ-
cere inſtrumenta facientia ad cām tetigit Specul.in.d.§.viden-
dum.ver.Itē non exhibeas.ꝛ ibi Ioā.an.in additio.vbi conclu-
ditur qd talis pductio ſiue proteſtatio non admittitur.niſi iuſta
cā ſubſit.vt qꝛ forte ponderata breuitate termini ꝛ diſtantia loci
de quo portata ſunt inſtrā forte hereditaria.non potuerūt bene
diſcerni ptinentia.dicit tñ ꝙ bene faceret iudex ſi terminū pro-
6 rogaret vt ſic diſcerni poſſent ſpectātia ad cām.¶†An autē p-
ducens inſtrumentū poſſit reuocare productionē quā fecit.tan-
git Spe.in.d.verſi.quid ſi in aliquo.ꝛ tenet.d.Ant.ꝭ.c.proximo
poſt Guid.de ſuza.in auſ.ſi quis in aliquo.C.de eden.ꝙ nō quaſi
ſit ius queſitum aduerſario ex tali productione facit.l.ſicut.C.de
7 act.ꝛ ob.ꝛ.C.de tēp.reſti.in inte.in.l.petēde.An†aūt poſſit quis
venire cōtra confeſſionē que reſultat ex productione inſtrumen-
ti.qꝛ videtur confiteri contenta in eo notatur per Inno.ꝭ.de ex-
cep.cum venerabilis.ꝛ.ꝭ.de cenſi.cum olim.In quo.c.cum olim.
videtur ꝙ non poſſit etiam ſi incontinenti velit ſe corrigere niſi
probetur rem aliter ſe habere.

1 ☞Sriptꝰre contrarie ſi producantur neutri illarum datur
fides.
2 Allegans contraria non eſt audiendus.

# Imputari ei poteſt.

a Ubi qs p-ducitᵃ contrarias ſcripturas,neutri illarū ſtat.h.d.primo ponit di
ctū ſecūdo rationem dicti.ſecunda ibi:cū in ipſius.
1 ¶†Not.ꝙ vbi cōtrarie ſcripture pducunt ab vno ex quo ambo
producūtur ab eadē pte indiſticte neutri illarū datur fides.ideo
tunc non diſtinguit.an altera illarum ſit maioris autoritatis ꝙ̄
alia.nec diſtinguit,an vna ſit publica,alia vero priuata p rōnem
litere.lꝫ secꝰ qñ a diuerſis ptibus pducerent.p ea que habent in
l.ſcripturas.C.q po.in pig.ha.ꝛ.l.optimā.C.de contrahen.ꝛ cō-
mitten.ſtipu.de quo ēt in Spe.de inſtru.edi.§.poſtremo.ver.ſed
pone produco.ꝛ tūc qñ a diuerſis partibus producūtur.ſi ambo
eſſent equalia ſeu equalis autoritatis ſtabitur inſtrumento fa-
cienti p liberatione.nam ꝛ p cā fauorabili ſtatur p ea q̄ habētur
in.c.vltimo.ꝭ.de re iud.ꝛ in.l.arrianus.ff.de act.ꝛ ob.alias autem
iudex non adhibebit fidē alicui ipſorum.ex quo ſunt equalis au-
toritatis.ꝛ ſic ex quo vtriuſqꝫ partis probatio eſt obſcura ſeu du-
bia.ideo iudicabit cōtra illum q grauabatur onere probandi.ex
quo clare nō probauit de intentione ſua.per ea q̄ habent in.c.in
preſentia.de proba.ꝛ.C.vñ cognati.l.non ob hoc.ꝛ intellige pre-
dicta qñ ſcripture ſunt adeo cōtrarie qd diuiſione aliqua iuuari
nō pñt.nec ad concordiam reduci pñt.alias reduci deberent ad
cōcordiā.p ea que habent.ꝫ.de teſti.cū tu.ꝛ in prima conſtitutio-
ne codicis.§.quibus.¶In gloſſ.ꝫ.ibi pactū de non petendo.ſed
certe vt hic tangit Ioā.and.iſte ſcripture ſunt compoſſibiles.qꝛ
poſſibile eſt vtrāqꝫ fuiſſe factam.ꝛ ideo nō ſunt contrarie quātū
ad originem.lꝫ reſpectu effectus poſſint ſatis dici cōtrarie.quia
prima tēdit ad obligationem ſcda ad liberationē.¶In ea.gloſ.
ibi cū inter.R.vel pōt poni exemplū qñ in vna cōtinentur pdu-
cētem eſſe vſufructuariū.in alia ipſum eſſe proprietariū.nam iſte
ſcripture ſi eodem tpe fuerūt facte.bene pñt dici contrarie.qꝛ nō
poteſt quis eſſe vſufructuariꝰ ꝛ pprietarius eiuſdē rei.nā vſuſ-
fructus formalis cum ſit ſeruitus pſonalis non cadit in re pro-
pria.l.j.ff.de vſufr.ꝛ.l.j.ff.de ſerui.nam res ſua nemini pōt ſerui-
re iure ſeruitutis.l.in re cōi.ff.de ſerui.vr.predi.lꝫ ille qui hꝫ ple-
nam proprietatē habeat cōmoditatē pcipiendi fructus ꝛ cauſan
di vſumfructū formalem alteri.vbi autē diuerſo tpe emanaſſent
poſſet illud eſſe:nā poſſibile eſſet quē primo cōſtitui vſufructua-
rium,poſtea proprietariū.tñ tunc ſuperueniente pprietate con-
ſolidaretur vſuſfructus cū proprietate,ꝛ extingueret vſuſfructus
inquantū erat ſeruitus pſonalis.ꝛ qd dixi ſcripturas eſſe repu-
gnantes qñ in vna continet quem vſufructuariū,i alia proprie-
tariū.ſi eodē tpe facta dicātur.procedit ſi dicat vſum fructū ꝛ pro
prietatem ab eodem fore cōceſſa.Si aūt a diuerſis,tūc tales ſcri-
pture eſſent compaſſibiles quātū ad originē lꝫ reſpectu effectus
nō ſe compatiant ex poſtfacto.quia vſuſfructus formalis nō ca-
dit in re propria vt dixi.Alij vero ponūt exemplū p.l.vbi repu-
gnantia.ff.de reg.iur.ꝛ.ff.de condi.inſti.in.l.ſi titius.ſed certe ibi
eſt cōtrarietas in eadem ſcriptura eiuſdē teſtamenti.ꝛ ſic non bñ
cōformatur litere q̄ loquit de diuerſis ſcripturis.¶In ea.gloſ.
2 ibi contraria†allegās non eſt audiendus.ꝛ p hoc dicūt qdam de-
cre.tñ procedere in actore.ſecus in reo.q pōt allegare cōtraria.ꝭ.
de regu.iur.nullus pluribus in.vi.ꝛ.ff.de excep.l.nemo.ſed Ioā.
an.tꝫ cōtrarium.qꝛ lꝫ audiat reus allegās contrariū.tñ non au-
dit producēs probationes contrarias,qꝛ eſt ſibi qd imputādum
ꝛ ſic eadem rō eſt que in actore.Io.de lig.hic dicit.qd ſimul non
poteſt producere reus cōtrarias ſcripturas p iſtum tex.ſed bene
poteſt ſucceſſiue allegare contrariū eius qd primo allegauit.ꝛ il
lud probare.ꝛ ſic intelligatur qd habetur in dicta regula nullus
pluribus.ꝛ hoc ſequitur etiam hic.d.Auto.Et adde predictis
quod dixi in.c.proxime precedenti.

1 ☞Cautio ſiue confeſſio ſine cauſa non eſt obligatoria neqꝫ p-
bat debitum.ꝛ nu.5.
2 Confeſſioni determinate ſtatur ad preiudicium confitentis.
3 Scriptura publica per ſe probat ſine alio adminiculo ſꝫ ſi eſt pri
uata non probat niſi per confeſſionem partis vel per compara-
tionem literarum.
4 Comparatio literarum an faciat plenam fidem.
6 Exceptioni non numerate pecunie an renuntiari poſſit.et nu-
mero.10.ꝛ.25.
7 Confeſſio iudicialis ꝛ extraiudicialis qualiter differant.
8 Ex confeſſione iudiciali oritur actio in factum.ꝛ nu.19.
9 Confeſſio extraiudicialis facta ſine cauſa non valet.ꝛ nu.19.
10 Renuntiari an poſſit exceptioni non numerate dotis ſiue non
numerate pecunie.ꝛ nu.25.
11 Confeſſio extraiudicialis facta in vltima voluntate habet effe-
ctum inductiuum.
12 Confeſſio facta extra iudicium ſi ſiat cum cauſa an valeat.
13 Confeſſio facta extra iudicium ſine cauſa non valet quando ſit in
inſtrumento ſecus quando ſine inſtrumento.
14 Stipulatio dicitur qñ precedente interrogatione ſit promiſſio.
15 Confeſſio facta abſente illo ad cuius vtilitatem ſit non nocet.
16 Confeſſio facta abſente parte non probat plene ſed ſemiplene.
17 Confeſſio in libro rationum facta abſente an ꝛ quando probet.
18 Si confiteor rem que eſt mea eſſe tuam etiam ſcienter non trāſ-
fertur dominium.
20 Exceptio non numerate pecunie an poſſit opponi poſt biennium
ꝛ nume.23.
21 Numeratio vera ſeu receptio pecunie pbatur ſi notarius in in-
ſtrumento dicat titius confeſſus fuit ſe habuiſſe a ſeio decē que
habuit ꝛ recepit ꝛ non dicit in preſentia mei notarij ꝛ teſtium.
22 Exceptio non numerate pecunie,an poſſit opponi ſi in inſtru-
mento dicatur ꝙ non ſpe future numerationis confeſſus eſt.
24 Confeſſio facta in ſcriptura an preiudicet poſt biēnium quomi-
nus poſſit obijci exceptio non numerate pecunie.
26 Inſtrumentum in quo dicitur qd titius dedit et mutuauit ſeio
decem et teſtes dicant qd nulla fuit ibi pecunia preſens an re-
probetur.
27 Promiſſio per ſtipulationem facta nulla cā inſerta an valeat.
28 Agens ex cauſa poſita in confeſſione ſi probet confeſſionem an
debeat obtinere.
29 Agens ex confeſſione ꝛ poſtea probat cauſam in confeſſione cō-
tentam an obtinere debeat.

a ¶Ubi qs.ſi q̄ras qñ in ſcripturis cōtrietas ſeu repugnātia reperit vtrum repugnātia ſeu cōtrietas hmōi ſcripturas habeat vitiare ſeu ipſarū ſidei derogare vide hic diſticte do.hen.boych in prin.c.

# b Si cautio quam.

Si in inſtrᵒᵇ debi-
ti exprimit cā con-
demnabit reus.Si vero nō exprimitur,neceſſe eſt vt
creditor probet debitū eſſe.h.d.ꝛ ſunt due ptes ſicut
1 duo ſunt dicta.ſcda ibi:ſed ſi cā.¶†Not.ꝙ cautio ꝛ conſequēter
confeſſio ſine cā nō eſt obligatoria neqꝫ probat debitum.iō agēs
2 ex illa tenet probare debitū eſſe.¶Itē no.ꝙ†cōfeſſioni diſcrete
ſeu determinate vt qꝛ facta ſit cum cā expreſſa in cōfeſſione.ſtat
ad preiudiciū confitentis niſi probet contrariū.¶In gloſ.j.in ſi.
Et aduerte qꝛ in ſcriptura cōtinebatur qualiter qs cōfitet ſe de-
bere.x.titio que ſibi ſoluere promittit.nā iſta appellat cautio,qꝛ
pro cautela ipſius titij emanauit.ꝛ dicetur i caſu pdicto indeter-
minata ſeu indiſcreta.qꝛ non exprimet cā.ſecus qñ cā exprimitur
vt qꝛ qs confitet ſe debere.x.titio ex cā depoſiti que pmittit red-
dere.nā iſta non dꝛ tūc indeterminata,vel indiſcrete facta.ſed di-
3 ſcreta ꝛ determinate facta.Idē ſi alia cā exprimat.¶†Et no.ꝙ
vbi ſcriptura eſt publica.illa per ſe probat ſine alio adminiculo
ſed vbi eſt priuata,non pbat niſi confeſſet p ptē,vel probet p cō-
parationem literarū.ꝫ.eo.tit.c.j.ꝛ.ij.ꝛ ibi plene dictū fuit.non tñ
4 ſemp†comparatio hodie facit plenā fidē licet olim ſecus vt di-
xi in.d.c.ij.ꝛ p Barto.in auſ.ꝛ ſi contractus.C.de ſi.inſtru.ꝛ in.l.
admonēdi.ff.de iureiur.facit ad predicta qd hr in.l.cum de inde-
5 bito.§.ſi.alleg.in glo.¶†In gloſſ.ſed ſi cām.ibi mutuo recepiſſe
intellige nō ſpe future numerationis,vt quia forte hoc expreſſe
exprimit in ſcriptura vel aliter de hoc conſtat.nā tūc ſtatim pre-
iudicat vt voluit Iaco.but.in.l.generaliter.C.de non nume.pe-
cu.ꝛ ſic dꝫ intelligi hec gloſ.Si aūt confeſſio emanaret ſpe futu-
re numerationis.ꝙ in dubio preſumitur qꝛ debitores ſepe pro-
pter auiditatē habende pecunie faciūt cautionē anteq̄ illā reci-
piāt.tūc non preiudicaret dicta cōfeſſio niſi poſt bienniū.l.in cō-
tractibus.§.j.C.de non nume.pec.Si autē qs confitet ſe recepiſ-
ſe ex cā dotis,tūc ſi conſtat ꝙ facta ſit cōfeſſio non ſpe future nu-

b ¶Si in inſtro.idē ſūmant h do.Abb.ꝛ Fel.ꝛ ſi q̄ras infra qd tps exceptionē nūerate pecu.poſſit cōpetere adō h diſtictionē do.Hē.boych i pn.c.ꝛ quia.d.Fel.extēdit materiā huius.c.p.xx.ſi.colū.poteris eū videre dus ēt tibi dabit.

Ayuntamiento de Madrid

merationis ſtatim p̄iudicabit.vbi aūt hoc non cōſtat p̄ſumit̄ qđ
in dubio fiat ſpe future numerationis,q2 ſepe vt docet experiē
tia propter auiditatem habende vxoris ſub ſpe future numera
tionis dotis qs tales confeſſiones ſeu cautiones facit.⁊ tunc nō
p̄iudicat ſtatim cōfeſſio.ſed demū poſt tpa poſita in.l.fi.cum au
tentica ſua.C.de dot.cau.non nume.Jn alijs autē cōfeſſionibus
que fiunt ex alijs cauſis q̄ ex cā mutui ⁊ dotis.tūc ſi tendunt ad
obligandū ſeu ad probādum obligationē ſtatim p̄iudicat cōfeſ
ſio vt.d.l.generaliter.C.de non nume.pecu.ſed ſi tendat ad pro
bādum liberationē.tunc ſtatim preiudicat ſi conſtet qđ creditor
cōfiteatur ſe recepiſſe aliqd non ſpe future numerationis.alias
in dubio nō preiudicaret.niſi poſt.xxx.dies.d.l.in cōtractibus.§.
j.niſi in certis caſibus ibi poſitis in qbus ſtatim preiudicat.⁊ p
pter p̄dicta emanauit practica quotidiana.q2 notarij ſcribunt ꝙ
talis,ſponte et ex certa ſcientia et non ſpe future numerationis
cōfeſſus fuit ſe habuiſſe ⁊ recepiſſe tātam quātitatem pecunie.⁊
apponūt ēt ꝙ confitēs renuntiat ēt exceptioni non habite ⁊ nō
6 recepte pecunie.¶†An aūt poſſit renūtiari exceptioni nō nu
merate pecunie fuit q̄ſtio.⁊ fuerūt opinio.de qbus in.l.ſi ex cau
tione.C.de nō nume.pe.⁊ p Jo.an.ſ.de ſolutio.ibi.c.fi.⁊ p Bart.
in.l.fi.C.ad velleia.ſeu in.l.ſi ex cautione.C.de non nume.pē.cōi
ter tñ practicat̄ ꝙ ſic potiſſime cū iuramento.facit qđ habetur.ſ.
de iureiur.cū contingat.⁊ in aut.ſacramenta.C.ſi aduerſus ven
di.vbi aūt quis non renuntiaret dicte exceptioni ʒ confiteret̄ ſe
debitorē in.x.ex cauſa mutui.⁊ etiā iuraret ſe ſoluturū poſſet ni
hilominus opponere exceptionem nō numerate pecunie.q2 in
telligit̄ iuramētū eſſe preſtitū ſub ſpe future numerationis ſicut
⁊ cōfeſſio.vt eſt caſus ſingularis in.l.fi.C.de non nume.pecu.qđ
eſt diligēter notandū.¶Jn ea.gl.ibi.C.de non nume.pe.gn̄ali
ter.ſupple ſecus ſi cā eſt inſerta.⁊ tunc bn̄ ſequitur cum ſatis ⁊c.
¶Jn ea.gl.ibi idē eſt ⁊c.Nota bn̄ ex glo.ꝙ paria ſunt aliquē cō
fiteri ſe debere.x.ex cauſa depoſiti.q̄ reddere p̄mittit.⁊ ſimplici
ter confiteri ſe.x.ex cā depoſiti.qđ eſt verum quo ad hoc vt con
fitens efficaciter poſſit cōueniri,ſed non quo ad oēm alium effe
ctū.nā qñ vltra cōfeſſionem interuenit promiſſio q̄ in dubio in
telligitur p ſtipulationem quādo verbum promittit in ſcriptura
profert̄.vt p3 inſti.de inuti.ſtip.in.§.ſi ſcriptū.⁊ in.l.ſciendum.ff.
de verbo.obliga.ideo tunc inducit̄ obligatio ex ipſa promiſſio
ne.ſʒ qñ interuenit ſimplex confeſſio.ex illa non inducitur obli
gatio.ſed bn̄ probatur ipſam inductam alias fuiſſe ex cauſa cō
7 tenta in confeſſione.l.publia.§.fi.ff.depoſiti.⁊ ex hoc p3 q̄†ſim
plex cōfeſſio regulariter h3 effectū probatiuum ⁊ declaratiuum
non autem inductiuum.⁊ hoc verū in confeſſiōe extraiudiciali ſe
cus in iudiciali.quia illa nedū h3 effectū probatiuū.ſed ēt indu
8 ctiuum.vñ†ex cōfeſſione iudiciali oritur actio in factum ſicut ex
ſnia.l.certum.§ fina.⁊ ibi notatur.ff.de confeſſis.orit̄ etiā vtilis
actio ex cauſa cōtēta in confeſſione ſicut etiam oritur ex iuramē
to formiter p̄ſtito.i.ex cauſa aliqua expreſſa.l.ſi duo.§.ſi quis iu
rauerit.⁊.§.idē iulianus.ff.de iureiur.de quo ēt tāgitur in dicta
l.certum.§.fi.⁊ in Spec.de cōfeſſis.§.fi.ver.q̄ autē actio.⁊ ibi per
Joā.an.in additio.non autē oritur actio cōfeſſoria prout quidā
dixerunt.vt habetur in.l.inde neratius.§.fina.ff.ad.l.aquil.quia
illa eſt actio inuenta pro ſeruitutibus,vt notatur.ʒ.de iudi.exa
minata.⁊.ſ.de verbo.ſignifi.abbate.⁊ ad dictam.l.inde neratius.
§.fi.reſpōdeo vt ibi notatur per glo.⁊ p hoc habes vnam differē
tiam iter cōfeſſionem extraiudicialē ⁊ iudicialē.Eſt†etiam alia
differentia:quia confeſſio extraiudicialis facta ſine cauſa regu
lariter nō valet vt hic p3 ⁊ inferius tangetur.ſed confeſſio iudi
cialis valet etiā ſine aliqua cauſa incerta.puta ſi in iudicio con
fiteor ſimpliciter me tibi debere.x.nec dico ex qua cauſa.nam ni
hilominus propter autoritatem iudiciorū valebit talis cōfeſſio.
⁊ ex quo eſt informiter facta.i.certa cauſa non expreſſa.tunc ſo
lum orietur actio i factum vt probatur ex his,que habent̄ in.l.i.
in fi.ff.de interroga.actio.⁊ in dicta.l.certum.§.fi.⁊ in dicto ver.
que aūt actio.¶Jnquantum antē dixi.ʒ.ꝙ confeſſio extraiudi
cialis regulariter nō habet effectū inductiuum,ſʒ declaratiuum
fallit in aliquibus caſibus.nam fallit primo quando emanat ex
cauſa mutui ſpe future numerationis:nā poſt biennium indu
citur efficax obligatio ſi infra illud nō fuit oppoſita exceptio nō
numerate pecunie.l.in contractibus.§.i.C.de non nume.pecu.
⁊ ſimiliter fallit in confeſſione facta ex cauſa dotis ſub ſpe futu
re numerationis,q2 licet interim poſſit opponi exceptio nō nu
merate dotis.tñ ſi nō opponitur iducitur efficax obligatio poſt
tempora de quibus in.l.fi.⁊ autentica ibi poſita.C.de dote cau.
10 Et an†poſſit renuntiari exceptioni non numerate pecunie vel
non numerate dotis.tangit Bar.in.l.ſi ex cautione.C.de nō nu
11 merata pecunia.¶†Jtem fallit quādo cōfeſſio fit in vltima vo
luntate,nam illa h3 effectū inductiuum:q2 inducit obligationem
ex teſtamento.l.i.C.de falſa cauſa.⁊.l.lucius.§.quiſquis.de lega.
ij.nō autem probat talis confeſſio.niſi forte eēt iurata per.l.cum

quis.§.codicillis.de lega.iij.⁊.l.rationes.⁊ autētica ibi poſita.C.
de probatio.et.d.l.lucius.§.quiſquis.⁊.l.aurelius.§.penul.⁊ fi.de
libera.leg.vel niſi facta eſſet in preſentia partis.vt voluit Bart.
in.l.i.C.de falſa cau.ſed vbi fit in abſentia,⁊ non interuenit iu
ramētum illa nō probat debitū,ſed habet vim legati:vt patet in
dictis iuribus.⁊.ſ.de ſucceſſio.abinteſta.in.c.fi.cum ibi notatis.
¶Jdem videtur ſm dominum Anto.ſi fiat confeſſio ab exiſtē
te in extremis ad purificationem ſue cōſciētie.nam cenſet̄ etiam
tūc facta animo diſponendi vltimam voluntatem,⁊ ſic habebit
vim relicti per ea que habentur in dicto.c.fi.¶Jtem fallit quā
do emanat cōfeſſio ad liberandum vt ſi confiteor te nō teneri mi
hi in aliquo.nam inducit pactum de nō petendo.l.tale pactū.ff.
de pactis.¶Jtem fallit ſm dominum Ant.quādo obligatio eſt
talis nature que inducitur nudo conſenſu.vt quia procedit de
bitum naturale.nam tūc ſi quis confiteatur ſe debitorem ex cau
ſa illius debiti inducitur obligatio conſtituti per.l.i.§.debitum.
⁊.l.titius.⁊.l.quidam.ff.de conſtitu.pecunia.¶Jtem fallit ſecū
dum eū quādo confeſſio fit in reali.vt ſi confiteor rem meam eſſe
tuam,nam tūc in te transfertur dominium ſm eum ⁊ ex tali con
feſſione videor rem habere p derelicta.allegat quod habetur in
l.i.⁊ per totum.ff.pro derelicto.⁊ quod notatur per vim.ʒ.de pac.
cum pridem.⁊ quod notat̄ in.l.cū falſa.C.de iuris ⁊ fac.igno.⁊ in
Specu.de confeſſis.§.nunc videndum.verſi.in ſumma.⁊ verſic.qd
ſi cōfiteor.¶Sed certe in hoc male videtur dicere quia ex tali cō
feſſione,etiam ſi fiat ex certa ſcientia nō transfert̄ dominiū quod
ex ſolo titulo non transfertur ſine traditiōe.l.traditionibus.C.
de pactis.⁊ tenet expreſſe Bart.i.d.l.cum falſa.ſaluo niſi ad vti
litatem eccleſie fiat et iſta confeſſio:q2 ex ſolo titulo bene pōt trāſ
ferri dominium in eccleſia.l.fi.C.de ſacroſan.eccle.ideo ſi ſciēter
confiteor rem aliquam que eſt mea eſſe eccleſie cū videar tūc vel
le donare.facit quod plene legitur ⁊ notat̄ in.l.ſi rem aliquā.ff.de
acquirē.poſſeſſio.acquiret̄ dominium eccleſie.ſecus in priuato.
vt ſuperius dixi.nec eſt verū ꝙ videar habere pro derelicta:imo
potius videor velle transferre in ipſum priuatum.ideo ſi tūc nō
transfert̄ non recedit dominium a me.l.ſciendū.⁊.l.nec vtilem.ff.
ex quib.cau.maio.⁊ videt̄ etiam velle Barto.in.l.cum teſtamen
tum.C.de iur.⁊ fac.ignorā.¶Vltimo fallit ſecūdum prefatum
domi.Anto.qñ cōfeſſio fit a ſciente nullam cauſam ſubeſſe.⁊ hoc
conſtat ignorante eo pro quo fit confeſſio.nam tunc h3 in ſe cau
ſam donatiōis.⁊ inducit obligationem.ſecus ſi vtroq3 ſciēte vel
vtroq3 ignorāte vel ſaltem ignorante confitēte vel ſi eſt dubium
an ſciat,nam tūc procedit regula ꝙ non obligat nec etiam pro
bat ex quo non habet cām annexam.allegat notata per Dy.in
regula qđ ſemel.de reg.iur.in.vi.ſed certe cum confeſſio extraiu
dicialis ſui natura nō inducat.l.publia.in fi.ff.depoſiti.videtur
qđ licet fiat a ſciente,ex quo fit ad declarandum quia confitet̄ ſe
debitorem ꝙ non per hoc inducat̄ obligatio.quia iſte nō eſt mo
dus inuentus a iure pro inducenda obligatione ergo non poteſt
inducere.per ea que habētur in.l.obligationū fere.§.placet.ff.de
actio.⁊ oblig.nec obſtat quod notatur i.l.ij.§.circa.ff.de doli ex
ceptio.quia ibi loquitur in promiſſione per ſtipulationem que
fit a ſciente nullam cauſam ſubeſſe.que ſtipulatio ſeu promiſſio
bene eſt de modis inductis a iure pro obligatione inducenda.l.
j.⁊ per totum.ff.de verbo.obligatio.Jtem non ob.qđ notatur in
l.iij.§.i.ff.de conſtit.pecu.quia ibi loquitur gloſſ.in conſtitutio.
qđ eſt de modis inductis a iure ad inducendam obligationē,vt
patet in.l.i.⁊ per totum de cōſtitu.pecu.ideo ſi quis ſciens exce
ptionem ſibi competere cōſtituit ſe ſoluturum tenebitur:q2 vi
detur remittere exceptionē ſibi competētem ⁊ illi renuntiare.qđ
poteſt.l.penultima.C.de pac.vnde forte eſſet ſecus qñ nullo pe
nitus precedente debito quis conſtitueret ſcienter ſe debere.x.
quia tunc forte non valeret.quia ſcđm iuris diſpoſitionem,con
ſtitutum nō inducit obligationem.non precedente aliquo debi
12 to.l.i.§.i.ff.de conſti.pecu.¶†Jn eadem gloſſ.ibi bene preiudi
cat.Nota ex gloſſ.ꝙ regulariter confeſſio facta extra iudicium ſi
fiat cum cauſa valet ſi autem fiat ſine cauſa nō valet vt hic patet.
Sed hoc intellige verum regulariter,nam fallit i aliquibus ca
ſibus in quibus confeſſio facta cum cauſa nō preiudicat vt quā
do fit ex cā mutui vel dotis ſub ſpe future numerationis vt ſu
perius dixi.⁊ tāgitur etiam in glo.ſequenti.Jtem quando fit ſi
ne cauſa valet quādoq3 nam primo valet ſi fiat ad liberandum vt
patet in.l.tale pactum.ff.de pact.Jtem fallit ſcđo quando cōfeſ
ſio fit in reali.vt ſi confiteor rem aliquam que eſt mea eſſe tuam
nam ſi ſcienter hoc facio.licet non inducat translationem domi
nū,vt ſuperius dixi tamē probat contra me.q2 ſatis habet cau
ſam annexam,q2 in conſequentiam videor dicere qđ tu es domi
nus.⁊ ex illa cauſa videor facere.facit qđ notat̄ in.l.an eadem.§.
actiones.ff.de exceptio.rei iu.vbi in libello qui fit in reali.non
eſt neceſſe aliam cauſam exprimere ſi quis dicit rem eſſe ſuam fa
cit qđ notatur per Cy.⁊ Bart.in.d.l.cū falſa.Jtem fallit quādo
confeſſio

Ayuntamiento de Madrid

cõfeſſio fit in iudicio,quia tunc valet etiam ſi non inferatur cau-
ſa.l.j.in fi.cum ibi notatis.ff.de interroga.actio.facit quod no-
tatur in Specu.de confeſſis.§.nunc videndum.in principio.alias
regulariter confeſſio facta ſine cauſa nõ valet:nec etiam probat
qđ intelligit Speculator plene nã ſm eũ talis confeſſio ſine cau-
ſa extraiudicialis probat ſemiplene.ſi forte aliqua cauſa allege-
tur per agentem ex cõfeſſione,⁊ ſic dicit Martinum de fano te-
nuiſſe per.l.inſtrumenta.C.de probatio.de quo in Spec.de con-
13 feſ.§.nũc videndum.ver.ſed que eſt ratio.¶ †Itẽ aduerte quia
dixit hic Hoſtiẽ.vt etiã refert hic do.Anto.ꝙ cõfeſſio facta ex-
tra iudiciũ ſine cauſa non valet quando fit in inſtrumento.ſecus
quando fit ſine inſtrumento.nam tunc valet ſm eũ.etiã ſine cau-
ſa.quia tunc preſumeẜ cauſa donationis,⁊ aſſignat rationem di
uerſitatis,quia in inſtrumẽto notarius ſcribit id quod placet.ſ.
de conuer.cõiu.dudum.ſed confitenti poteſt imputari.quare lex
apertius non dixit de regu.iur.contra eum.libro.vj.⁊.ff.de pact.
l.veteribus,⁊ qꝛ ex quo confitetur ſe debere preſumitur efficaci-
ter ⁊ ex iuſta cauſa obligatus,qꝛ verba cũ effectu ſunt intelligen-
da.de cle.nõ reſi.relatum.Sed certe iſta opinio non procedit.nec
ſeruaretur etiam in practica vt tangit etiam hic do.Anto.quia
imo plus iuris ⁊ efficacie deberet habere confeſſio que fit in in-
ſtrumento a perito ꝙ illa que fit ſine inſtrumento vt patet ex his
que habentur in.l.j.C.de vſuris.vbi verbum promiſit prolatũ in
inſtrumento intelligiẜ pro ſtipulatione.⁊ tñ ſecus ſi coram teſti-
bus ſit prolatum,quia nõ intelligitur pro ſtipulatione vt ibi no-
tatur ⁊ in.l.ſciendũ.ff.de verbo.obligatio.⁊.l.ſciendũ.§.dictũ.ff.
de edil.edic.¶ In eadem gl.ibi ad inſtar ſtipulationis.⁊ dicitur
14 †ſtipulatio quando precedente interrogatione fit promiſſio.l.j.
15 in princi.de verbo.obligatio.¶ †Et nota ex glo.ꝙ confeſſio fa
cta abſente illo ad cuius vtilitatem fit nõ nocet.quod dicit Pet.
vt refert Cy.in.l.generaliter.C.de non nume.pecu.procedere in
confeſſione iudiciali per.l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ.
Secus in extraiudiciali ſecũdũ eum:quia in illo hoc non reperi-
tur qđ non valeat.Item quia confeſſio poteſt fieri in vltima vo-
luntate.l.j.C.de falſa cauſa.⁊ certum eſt ꝙ valet vltima volũtas
etiam facta in abſentia partis.l.cũ pater.§.donationis.de leg.ij.
Sed gl.iuris canonici cõmuniter tenent qđ non valet etiam ex-
traiudicialis.⁊ idem glo.iuris ciuilis,vt patet in.l.vna.C.de cõ-
feſ.⁊ iſtam opinio.communiter ſequũtur citramontani.⁊ maxi-
me Bar.vt patet ex notatis ꝑ eum in.d.l.j.⁊ in.l.non ſolum.§.ſi
liberationis.ff.de liber.lega.mouetur qꝛ ſi confeſſio fiat in vlti-
ma volũtate,illa nõ probat niſi ſit parte abſente vnde ſi aliquis
ad probationẽ debiti producat confeſſionẽ factam in vltima vo
luntate,ſi aliter non probat ſuccumbit.l.lucius.§.qſquis.ff.de le
ga.ij.⁊.l. aurelius.§.idem queſijt.de liber.leg.licet poſtea poſſit
petere vt ex vltima volũtate propter talem cõfeſſionem in teſta-
mento factam vt i dictis iuribus que hꝫ vim relicti vt etiã pro-
batur ibidem.¶ Fallit in pẽdentibus a ſola voluntate confitẽ-
tis.qꝛ in illis non exigitur preſentia partis in confeſſione extra-
iudiciali,vt ſi quis confiteatur ſe heredem alicuius.nam preiu-
dicat confeſſio etiam reſpectu abſentiũ per ea que notantur in.l.
ſi.ff.de iterroga.actio.⁊ in.l.pomponius ſcribit ſi negotium.⁊.l.
neſennius.ff.de nego.geſt.⁊ hoc ſi ille poterat adire,alias nõ fie-
ret preiudicium quo ad abſentes vt patet in.d.l.ſi.¶ Item fal-
lit ſm aliquos quando confeſſio fit ad liberandũ.nam tunc pre-
iudicabit ſaltẽ quo ad exceptionẽ doli:licet fiat in abſentia par-
tis,vt notauit glo.in.l.non ſolũ.§.ſi liberationis verba.ff.de li-
ber.lega.ſed contrarium voluit gloſſ.in.l.idem in duobus.ff.de
pact.⁊ illam ſequitur Barto.in dicto.§.ſi liberationis.vbi etiam
reſpondet ad cõtrarium.⁊ iſta opinio videtur verior per ibi no-
tata per eum.¶ Item fallit ſcđm aliquos quando cõfeſſio fit in
reali.quia poteſt quis rem habere pro derelicto etiam i abſentia
alterius.l.j.⁊ per totũ.ff.pro dereli.⁊ facit quod notat Innoc.de
renuntia.veniens.⁊ quod notatur per Ioan.andr.in.c.cum pri-
dem.de pact.⁊ videtur ſentire Barto.in dicto.§.ſi liberationis.
⁊ in.l.poſtꝙ liti.C.de pac.ſed forte aliud eſt renũtiare iuri rea-
li quia iſtud bene videtur quodammodo eſſe rem habere pro de-
relicto.⁊ ideo tunc poſſit fieri in abſentia partis,vt ſenſit gloſ.in
d.l.poſt.⁊ Innocẽ.in.d.c.veniens.Aliud confiteri rem eſſe alte-
rius.quia per hoc nõ videtur habere pro derelicto.ſed videẜ po-
tius velle in aliud transferre.ideo tunc non perdit dominium ſi
non trãſfertur in alium.l.ſciendum.⁊.l.nec vtilem.ff.ex qui.cau.
maio.⁊ dixi.ſ.⁊ eſt de mente Bart.in.l.cum teſtiũ.C.de iur.⁊ fac.
ignoran.¶ Item fallit quando confeſſio fit in epiſtola.l.publia.
§.ſi.ff.depoſiti.quia ꝑ illam videẜ quis loqui abſenti.⁊ ſcriptu-
ra dum preſentatur videtur loqui illi cui preſentatur vice ab-
ſentis.ideo tunc preiudicet,facit quod habetur in.l.arriani.C.
de hereticis.⁊ eadem ratione idem dixit Bar.in confeſſione fa-
cta i libro rationum.quia ſi liber perueniat ad partem,ſcriptura
videtur loqui tunc ipſi parti vice abſentis,ideo preiudicabit:vt
ipſe notat in.l.nuda.ff.de donatio.⁊ ex hac ratione etiam fallit
quando confeſſio facta eſt in ſcriptura libelli vel exceptionis ꝓ-
ducte per ptem.l.cum precum.C.de libe.cauſa.⁊ notat Bart.i.d.
l.certum.§.ſi quis abſente.¶ Item fallit quãdo cõfiteor me de-
bere aliquid titio ex aliqua cauſa in preſentia alicuius recipien-
tis vice ⁊ noĩe ipſius titij.nam etiã ſi ille non habeat ad hoc man
datum ⁊ etiam ſi non ſit tabellio.ſi tñ titius poſtea ratum habet
prodeſt ſibi talis cõfeſſio per id quod habetur in tex.⁊ gloſſ.l.hu-
ius.ibi in principio.ff.de lega.j.⁊ in.§.alteri.inſti.de inuti.ſtipu-
la.⁊ notat Barto.in dicto.§.ſi liberationis.⁊ facit quod notauit
Io.and.in additio.Specu.in titulo.de confeſ.§.nunc videndum.
ver.quid ſi confiteor.dicit tamen hic do.Anto.multum ſingula-
riter ꝙ forte de equitate canonica poſſet dici ꝙ valeret cõfeſſio
etiam abſente parte:quia ſecũdum equitatẽ canonicã ſola mens
videtur ſufficere dũmodo de illa conſtet.vt videtur voluiſſe glo.
que reputaẜ ſingularis in.c.quoties cordis oculus.j.qđ.vij.quod
maxime procedere videtur ſm eum qñ fieret ex aliqua cauſa ſti-
mulãte conſcientiam allegat qđ habetur in.l.titius.de conſtitu.
pecu.quod eſt ſingulariter notandum.Vide Ioan.de imo.ſ.in
proemio Gregoriano.et in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo.
obli.vbi reprobat glo.c.quoties cordis.Bald.tamẽ illam ſequi-
tur in.l.illud.C.de ſacroſanc.eccle.⁊ hec ſufficiant de iſto articu-
lo.Et ad predicta bene facit quod notauit Bal.in.l.generaliter
16 circa fi.C.de non numera.pecu.¶ †Item aduerte qđ licet confeſ
ſio facta parte abſente nõ probat plene:probat tamen ſaltem ſe-
miplene.⁊ ſic facit ſemiplenam probationẽ vt notabiliter voluit
Bart.in.l.admonendi.ff.de iureiurã.allegat quod habetur in.l.
17 capite quinto.ff.de adulte.¶ †Item aduerte inquãtum dixi qđ
confeſſio facta in libro rationum parte abſente probat ſi poſtea
aduerſarius habeat copiam libri.nã illud videtur eſſe verum qñ
eſſet liber cõfectus me mandante expreſſe vel tacite.nam ꝓpter
cõſuetudinem interdum inducitur tacitum mandatũ.l.vel vni-
uerſorum.ff.de pigno.actio.⁊ ideo quia conſueuerunt mercato-
res cõficere librum rationum,videtur tunc interuenire tacitum
mandatum.facit qđ notauit Iac.de butri.in.l.j.C.de eden.ideo
tunc confeſſio facta in tali libro nocet ſcribenti.licet facta fuerit
pte abſente.l.ſi quis ex argẽtarijs.§.rõnes.⁊.l.quidam.§.numu-
larios.cũ ibi notatis.ff.de edẽ.ſecus vꝰ qñ eẽt liber rationũ qui
nõ eẽt ꝯfectus me mandãte expreſſe vel tacite qꝛ factus eſt ꝑ ali-
quem nõ mercatorẽ qui pro ſui memoria conficit ſibi librum ra-
tionum.nam tũc confeſſio facta in tali libro in ptis abſentia cen
ſetur nuda,⁊ nullius valoris.l.nuda ratio.ſecũdũ vnum intelle-
ctum.ff.de donatio.⁊ ideo licet perueniat liber ad illum in cuius
fauorem tẽdit confeſſio non probabit licet Bar.dixerit contra-
rium in.d.l.nuda.ſed male videẜ dicere per illum tex.vt ibi plene
dixi.nec ob.quod confeſſio facta in epiſtola parte abſente nocet
ſi epiſtola deueniat ad ipſum abſentẽ.qꝛ ibi ſcriptura fit ad finem
vt ad abſentem deueniat.ideo tunc bene videtur loqui abſenti.
⁊ ideo preiudicat ⁊ idem cõtingit in cõfeſſione facta in libelli cũ
ille offeratur iudici ad finem vt detur parti.C.de lit.cõteſt.auten-
tica offeratur.⁊ idem in cõfeſſione facta in alia ſcriptura que ꝓ-
ducatur vt parti aduerſe tradatur,nam tũc eſt eadẽ ratio que in
epiſtola.ſecus in libro rationum quem quis ſibi cõficit animo re-
tinendi.⁊ non cõficitur alio mandante,quia tũc non eſt eadẽ ra-
tio que in epiſtola.ideo tũc videẜ ſecus vt eſt caſus in dicta.l.nu-
da.ſcđm vnum intellectũ.nec placet differẽtia Bart.qui dixit ꝙ
confeſſio facta in libello demũ nocet qñ libellus eſt ſcriptus ma-
nu ipſius confitentis.ſecus ſi manu alterius ⁊ ſic limitat.l.cum
precum.in.d.l.nuda.ſed certe ſi iſta limitatio eſſet vera illa.l.cum
precum.nobis ſeruiret de vento hodie quia rariſſime contingit
qđ libellus ſit ſcriptus manu partis,⁊ ſic illa.l.modicum habe-
ret effectum.ꝓterea illa.l.indiſtincte loquitur ergo indiſtincte dꝫ
intelligi.ſ.de priuile.quia circa.cum concordantijs.⁊.l.de pretio.
ff.de publiciana.Item quia eadem videtur ratio etiã qñ eſt ſcri-
ptus libellus manu alterius.nã producens videtur cõfiteri con-
tenta in libello i autẽtica ſi dicatur.Cum ibi notatis.C.de teſti.
⁊ notatur per Innocẽ.ſ.de excep.cum venerabilis.⁊ de cenſibus,
cum olim.⁊ ideo dꝫ preiudicare confeſſio facta in ipſo libello.ex
quo talis ſcriptura porrigitur ad finem vt deueniat ad aliã ptem
de quo plene dixi in.d.l.nuda.vbi etiã eſt caſus ſecundum alium
intellectum.quod qñ in confeſſione facta in libro rationum non
eſt appoſita cauſa licet fieret in preſentia partis diceretur nuda
⁊ non preiudicaret facit quod notauit Io.and.in additio.Spe.
18 ſuper rubrica de depoſito.¶ †Item aduerte inquantũ dixi ꝙ ſi
cõfiteor rem que eſt mea eſſe tuam etiã ſciẽter non tranſfertur in
te dominium.hoc videtur eſſe verum qñ nõ eſt penes te.quia ex
ſolo titulo non transfertur dominiũ vt eſt dictum.ſed ſi eſſet pe-
nes te.videretur ſecus per ea que habẽtur in.§.vendite.inſtit.de
rerum diuiſione:ſed tunc obſtaret lex ſi pro fundo.C.de tranſa.
ſed poſſes dicere ꝙ ibi loquitur qñ ex cauſa trãſactionis dimit-

Ayuntamiento de Madrid

titur hic autē ex cauſa ficte donationis. tamē de iure videtur dicendum quod etiam tūc non transfertur: quia tunc eſſet fictus titulus ⁊ ficta traditio. ideo tūc non trāſfertur dominium. ne due fictiones cōcurrāt circa idem. iuxta notata in. l. j. C. de dotis promiſſione. ⁊ per Dy. ⁊ Bar. in. l. ſi rem aliquā. ff. de acqui. poſ. ⁊ per Cy. in. l. qui rem. C. locati. ⁊ plus videtur ſentire Bart. in. d. l. ſi rē aliquā. ꝙ etiam ſi confiteoꝛ illā eſſe eccleſie nō transfertur dominium in eccleſia: quia ſicut quando trado vere rem meam tanꝗ tuam non transfertur dominium. l. iij. §. ſubtilius. ff. de conditio. ob cauſam. ita multofortius quando non interuenit vera traditio ſi volo rem meam vt tuam ad te peruenire. de quo dicēdum vt plene habetur in dicta. l. ſi rem aliquam. ⁊ ibi plene dixi. ⁊ ſic videtur Bart. in hoc quatenus loquitur de eccleſia fuiſſe ſibi contrarius. nam aliud videtur ſenſiſſe in. l. cum falſa. C. de. iur. ⁊ fac. igno. vbi vult ꝙ ſi confiteoꝛ ſcienter rē que eſt mea eſſe eccleſie transiret dominium in eccleſiā, ſed cōtrarium ſentit in dicta. l. ſi rem aliquam. vt patet ex predictis. ⁊ illud videtur verius per rationem preallegatā. ſuper quo tū eſſet videndum ꝙ dixi in dicta. l. ſi rem aliquā. ⁊ predicta procedunt in cōfeſſione extraiudiciali. Si autē in iudicio confiteoꝛ rem que eſt mea eſſe tuam. tūc habeoꝛ pro condēnato. l. certum. §. j. ff. de confeſ. ⁊ notat Bart. in dicta. l. cū falſa. ideo tunc videtur ꝙ ſi ſequatur traditio vigoꝛe talis confeſſionis trāſfertur dominium ſicut qñ autoꝛitate ſententie pro[illegible] telate in rei vendicatione licet iniuſte fieret traditio tranſfertur dominiū iuxta notata per glo. inſti. de officio iu. in. §. ſi. ⁊. l. pom-

19 ponius. §. iuſſu. ff. de acqui. poſ. Et† ex predictis habes tria expedita. primum eſt an confeſſio habeat effectum probatiuum tātū ſeu declaratiuū: an vero etiā inductiuum. Et nota bene ꝙ confeſſio iudicialis h3 vtrūꝗ: quia inducit actionem i factum, ⁊ etiam probat cōtra confitentem vt patet ex ſuperius dictis ⁊ ex. c. ſi. ṡ. de confeſ. l. vna. C. de confeſ. ⁊. ff. de cōfeſ. l. certum. §. ſi. Secūdum eſt an aliquo caſu cōfeſſio facta ſine cauſa preiudicet. tertium eſt an cōfeſſio facta abſente parte preiudicet. reſtat videre an ſtipulatio ſine cauſa valeat. Item an agēs ex cauſa contenta in cōfeſſione debeat obtinere ſi illā aliter non probat ſed ſolū probat cōfeſſionē. ⁊ ſimiliter econtra. An agens ex confeſſione debeat obtinere. ſi probet cām in cōfeſſione contentam de quibus dicetur poſt glo. ¶ In glo. penultima ibi ſtatur confeſſioni. intellige qñ eſt facta parte preſente ⁊ cum cauſa vt patet ex notatis in gl. precedenti. ¶ In eadē glo. ibi in pecunia confeſſata ſcilicet ex cauſa mutui. nam ſi eſſet confeſſata ex cauſa depoſiti eſſet ſecus vt patet in. l. generaliter. C. de non numera. pecunia. ⁊ dixi in gloſſ.

20 precedenti. ¶† In eadē gloſ. ibi infra biēnium. ⁊ ſic vult qd poſt biennium non poterit opponi hoc verū in laico. ſecus in clerico cōfitente ſe recepiſſe pecuniam mutuo pro factis eccleſie, q2 tunc etiam poſt biēnium nō nocebit niſi probetur pecuniā verſam in vtilitatē eccleſie in autentica hoc ius poꝛrectum. C. de ſacroſan. eccle. canoniʒata. x. q. ij. de quo etiā in. c. j. de depoſito. Item procedit glo. inquantum dicit quod poteſt opponi exceptio nō numerate pecunie infra biēnium. quando non cōſtat de numeratione. ſecus ſi de illa conſtaret. vt quia notarius in inſtrumento diceret titius confeſſus fuit habuiſſe et recepiſſe mutuo a ſeio que habuit et recepit in preſentia mei notarij ⁊ teſtium infraſcriptoꝝ. nā tunc nullo modo poteſt opponi exceptio nō numerate pecunie vt notatur in. l. ſi ex cautione. C. de non numera-

21 ta pecu. ⁊. C. ſi cert. pe. l. ſi ex pretio, ſecus dicit† Bart. in dicta. l. ſi ex cautione. ſi notarius ſolum diceret titius fuit confeſſus ſe habuiſſe a ſeio. x. que habuit ⁊ recepit ⁊ non dicit in preſentia mei notarij ⁊ teſtium infraſcriptoꝝ: quia tunc probabitur vera numeratio ſeu receptio: quia poſſibile eſt ſm eum qd illa verba que habuit ⁊ recepit fuerunt verba partis prolata in prima perſona que poſtea notarius poſuit in tertia. facit. j. de conuer. coniu. dudum. nam potuit eſſe ꝙ titius dixit cōfiteoꝛ me habuiſſe ⁊ recepiſſe. x. mutuo a ſeio que habui ⁊ recepi. ⁊ notarius poſtea ponat dictam cōfeſſionē in tertia pſona in foꝛma de qua dixi. ideo nō probabitur vera receptio. ſecus ſcdm eum ſi non diceret que habuit et recepit: ſed dixit ⁊ habuit ⁊ recepit quia tunc non bene probabitur vera receptio: quia dicta verba non videntur tunc determinari a precedētibus, ſed certe non video bonā rationem diuerſitatis: quia etiam talia verba potuerūt eſſe verba a parte prolata in prima perſona. ⁊ poſtea ſcripta per notarium i tertia nam potuiſſet dixiſſe titius cōfiteoꝛ me habuiſſe. x. mutuo a ſeio ⁊ illa habui ⁊ recepi. facit quod habetur in. l. tutoꝛ. §. ſi. ff. de vſuris. ⁊ notarius poſtea potuiſſet poſuiſſe in tertia perſona. et ſic eadē ratio videtur vtrobiꝗ. preterea vt etiā tangit hic. d. Ant. videtur ꝙ vtrobiꝗ probetur vera receptio: quia illi videt attēſtari notarius non improprīando verba. Et a verbis in dubio non eſt recedēdum. j. de decimis. ad audientiam. ⁊. ff. de lega. iij. l. non aliter. nam ſi fuiſſent verba partis nō debuiſſet taliter ſcribere notarius vc3 que habuit ⁊ recepit: ſed debuiſſet dicere que dixit ſe habuiſſe ⁊ recepiſſe vel que habuit ⁊ recepit vt dixi. ⁊ id ſi ſimpliciter dicat que habuit ⁊ recepit. vel p copulam ⁊ habuit ⁊ recepit. ſatis ex vi verboꝝ probari videtur receptio ⁊ illa atteſtari notarius, ⁊ hec opinio foꝛte de iure vetioꝛ. ⁊ hec procedunt in ſcriptura publica. in priuata autē eſſet clarum qd non probaret vera receptio. q2 tūc bene videnť eſſe verba ptis. facit qd habetur in. d. l. tutoꝛ. §. ſi. ⁊ in. l. cum de indebito. §. ſi. ⁊ i. l. ſi. C. de do-

22 te cauta. ¶† Quid autē ſi in inſtrumento dicatur ꝙ non ſpe future numerationis eſt confeſſus, an nihilominus poterit opponere exceptionem nō numerate pecunie ſi non appareat de vera numeratione Bar. dixit ꝙ ſic. quia propter auiditatem habēde pecunie ex eadem fragilitate qua ducitur ad confitendum inducitur etiā ad opponendum dicta verba. arg. l. doli excep tio. §. diuerſum. ff. de noua. ⁊. l. ſi. C. ad velleia. Sed Jaco. de butri. voluit oppoſitum in. l. generaliter. C. de non numera. pecu. Potes dicere ꝙ ſi tenemus opinionē quod non poſſit renūtiari exceptioni non numerate pecunie. de quo p Bart. in. d. l. ſi ex cautione. ꝙ tunc procedat opinio Bart. p rationē ſuā. ⁊ quia ſicut non noceret renunciatio dicte exceptionis, ſic nec noceat appoſitio dicto[illegible] verborum. Si autem tenēamus poſſe renūtiari de quo dixi ſup glo. precedenti. tunc procedere poſſet opinio Butrigarij. ¶† Itē aduerte quia procedit glo. quando confeſſio facta eſt in ſcriptura. ſed vbi quis confiteretur corā teſtibus ſe recepiſſe mutuo. tunc videtur ꝙ etiā poſt biennium poſſit opponi exceptio [illegible] per id quod notant gloſſ. valde notabiles [illegible] in. l. ſi non ſinguli. C. ſi certū. peta. Idem [illegible] figura. ff. de actio. ⁊ oblig. contrarium [illegible] cautione. ⁊ foꝛte fuit etiam de mēte Spec. in [illegible] ſed pone egi. allegat Bar. gloſ. quam dicit eſſe cōtrariā [illegible] glo. dicte. l. ſi non ſinguli. in auť. rogati. C. de teſti. ſed certe illa glo. nō contradicit ſi bene ponderetur. ſed potius loquitur in alio caſu. ſ. quando creditoꝛ cōfitetur ſe recepiſſe aliquid a debitoꝛe pro ſolutiōe debiti. quo caſu preiudicat cōfeſſio poſt. xxx. dies. l. in contractibus. §. j. allegata. in gloſſ. et ſic non loquitur qñ quis confitetur ſe habuiſſe ex cauſa mutui. ⁊ cū glo. l. ſi non ſinguli. tranſit Jaco. de butri. ⁊ etiam Cy. in. l. generaliter. preallegata. Bal. ⁊ Salice. in. l. ſi non ſinguli. videntur concoꝛdare opiniones, quia vbi interuenit ſcriptura poſt biennium nō poteſt obijci exceptio nec probari contrariū. ſed vbi facta eſt coꝛam teſtibus ſine ſcriptura. tunc poſt biennium pōt obijci. dūmodo obijciēs probet pecuniam non numeratam. nam propter lapſum biennij aggrauatur onere probandi. ⁊ hec opinio ſapit quādā equitatē propter cōcoꝛdiam opinionum. tū foꝛte de iure verioꝛ eſt opinio glo. in. l. ſi non ſinguli. vt dixi in. l. ſi ita ſtipulatus. §. chriſogonus. ff. de ver. obli. nam in caſu iſto vr eſſe de mēte iuris qd inducatur obligatio ex literis p lapſum bienij. inſtit. de literarum obli. p totum. ⁊ ſic ex mēte illius tituli videť eſſe qd non interuenientibus literis nō inducatur obligatio etiam poſt biēnium. ⁊ vt dixi cū glo. l. ſi non ſinguli. tranſit Cy. ⁊ Jac. de butri. in locis preallegatis. ſtatuta tū quādo in iſtis prouident quibus eſſet ſtādum p. l. oēs populi. cum ibi notatis de iuſti. ⁊ iure. ¶ In eadem glo. in fin. ⁊ facit in eo. titu. in. l. ſi mulier ſcilicet ad velleia. ⁊ ad id quod dixi qd notarius non d3 apponere verbum recepit. niſi videat actualem receptionē. bene facit quod notant gloſſ. in. d. l. ſi ex cautione. C. de non numera. pecu. ⁊ glo. in. l. ſi ex pretio. C. ſi cer. peta. vbi etiam glo. allegat illud qd habeť in paſſione dominica dum iudei dixerūt ad pilatum. noli ſcribere rex iudeoꝛum, ſed quia ipſe dixit rex ſum iudeoꝛum. ¶ Item aduerte quia inquātum dixi ꝙ vbi confeſſio ex cauſa mutui ſit coꝛam teſtibus nō interueniente ſcriptura poteſt opponi exceptio etiā poſt biēnium. nec preiudicat confeſſio poſt biennium. Mi. de mata. vt refert Bald. in dicta. l. ſi ex cautione, t3 contrarium. ⁊ dicit differentiam eſſe an interueniat ſcriptura vel non in hoc ſolum quia ſi interuenit ſcriptura poſt biennium inducitur obligatio literarum. ſed vbi non interuenit non inducitur obligatio, ſ3 ſolum probabit numerationem poſt ipſum biēnium. niſi contrarium probetur per. l. publia. in fi. ff. depoſi. ſed ante biēnium non probabit. ⁊ ſic intelligit. l. in contractibus. allegatam in gl. ⁊ fuit notabilis conſideratio, ⁊ in effectu concoꝛdat cum opinio. Bal. ⁊ Salice. in. l. ſi non ſinguli. de qua ſupra dixi. tū foꝛte non eſt de mente iuris inquātum voluit ꝙ in cauſa mutui vt confeſſio preiudicaret poſt biēnium requirantur litere vt patet inſtitu. de li-

24 terarum obli. per totum. ¶† Itē aduerte q2 eſt queſtio an poſt biēnium preiudicet cōfeſſio etiam facta in ſcriptura quominus poſſit obijci exceptio non numerate pecunie, vel ſaltē doli. ſi excipiens vult probare pecuniam nō numeratam nam glo. cōmuniter tenent qd tunc non preiudicet vt patet ex notatis in. d. l. ſi ex cautione. ⁊ ſic lapſus biennij operatur qd transfert onus probandi in excipiētem. ⁊ cum iſto vr tranſire Bart. in. d. l. ſi ex cautione. ⁊ etiam Cy. ⁊ Nico. de mata. Sed Jaco. de butr. in. l. generaliter. ⁊. l.

Ayuntamiento de Madrid

aliter.z.l.in contractibus.C.de non nume.pecu.tenet oppositū videlicet ꝙ nullo modo audiatur excipiēs post bienniū per ea que habetur in.l.in cōtractibus.§.illo.z in.d.tit.institu.de literarum obli.z istud sequitur Bal.z Sali.etiam.l.si non singuli.si cer.pet. qñ interuenit scriptura sed qñ non interuenit,tūc tꝫ opinionem predictam vt superius recitaui.sed ipse Bald.in.d.l.si ex cautione.vr dicere ꝙ de rigore post biennium nullatenus audiatur per d.l.in contractibus.§.j.et.§.illo.sed de equitate presertim canonica procedat opinio glo.vt audiatur excipiēs si velit assumere in se onus probandi.qꝛ p lapsum bienniȷ̄ non surgit presumptio iuris z de iure contra quam tunc nō admitteret probatio iuxta notata in.l.siue possidetis.C.de pba.z.j.de spon.in.c.is q.sꝫ sursit presumptio iuris tantū cōtra quā bene admittit probatio vt patet in.d.l.siue possidetis [illegible]m ibi notatis.z qꝛ videretur creditor cū peccato habere si non mutuasset.ideo vr audiendus excipiens.facit qđ notauit Inno.j.de immuni.eccle.in.c.qꝛ plerīqꝫ.z istā partem etiā tenuit Hostiē.z Jo.an.post eū.j.de solu.in.c.si.z ista opinio vr equior que est cōmunis vt pꝫ ex supradictis.lꝫ forte de rigore iuris alia sit verior per ea que habētur in.d.l.in contractibus.in.§.illo.vbi post biēnium non tenetur creditor prestare iuramētum si sibi deferatur per reum an vere mutuauerit.z sic non tenebit etiā respondere positioni sup hoc facte.z ideo videtur qđ etiam alia probatio nō admittatur lꝫ aliqui dicant ꝙ aliā probatio bene admittet cum illa expresse ibi non excludat.z dicunt etiā aliqui ꝙ lꝫ ad instātiam partis non cogatur rñdere positioni,tñ cogetur ex officio iudicis si iudici videatur sub sacramento rñdere an mutuauerit cum possit ex officio interrogare partem pro veritate eruenda etiā vbi [illegible] posset,s.e.t.i.dilec. z facit qđ notatur in simili in.c.p tuas [illegible] mor.de testi.Et hanc limitationem videtur velle Hosti. [illegible] tamē forte est contra mētem illius tex.qui videtur velle esse imputandum reo qui tāto tpe tacuit,z ad idem facit quod habetur in dicto titulo insti.de literarū obli.equa tamē est opinio Hosti.z similiter opinio glo.vt predixi.z hec excedunt in laicis in clericis vero z psonis ecclesiasticis dixit Hosti.multū notabiliter ꝙ pñt opponere exceptionē nō numerate pecunie etiam post biennium,qꝛ leges in hoc nō potuerunt eis preiudicare de cōstitu.in.c.ecclesia sancte marie.z facit de foro competen.significasti.z hoc posuit in.d.c.si.z sequitur ibi Joā.an.quod est valde notandū pro limitatio

25 ne dicte.l.in contractibus.¶†An aūt possit renūtiari exceptioni non numerate pecunie.triplex fuit opinio.vna ꝙ sic p.l.ꝙ fauore.C.de legi.z.j.de reg.iur.qđ ob gratiam lib.vj.Alia qđ non potest renūtiari.quia eadē fragilitate qua ducitur ad cōfitendū ducitur etiam ad renūtiandū.z ideo non dꝫ tenere p id qđ habet in.l.doli.§.diuersum.ff.de noua.z in.l.fi.C.ad velleia.z istam sequitur Bart.in.l.si ex cautione.nisi renuntietur cū iuramēto,vt ipse notat in.l.fi.C.de non nume.pecu.nam tunc propter iuramentum qđ pōt seruari sine interitu salutis eterne.tꝫ renuntiatio.j.de iureiur.cum cōtingat.Tertia fuit ꝙ tꝫ renuntiatio quo ad hoc vt transferatur onus pbandi in excipientem vt sic renūtiatio aliquid operetur non autē quominus possit opponi exceptio si excipiēs velit probare,z istam tenuit gl.in.d.l.si ex cautione.z eam sequitur Nic.de mata.z vr satis equa,qꝛ quodammodo concordat opiniones,tñ de iuris rigore forte verior est opinio

26 Bar.p rationem suam. ¶†Quid aūt si in instrumento publico dicatur qđ titius dedit z mutuauit seio.x.an reprobetur instrumētum si testes dicant ꝙ nulla fuit ibi pecunia presens.Et quid etiā si dicatur in instrumēto qđ habuit z recepit in psentia testiū z notariȷ̄,z testes dicunt ꝙ bene viderunt pecuniam ī psentia,sꝫ non viderūt illum recipere pecuniam,vel dicunt qđ bene viderunt eum recipere.sed qđ ex alia manu restituit retro.An reprobetur instrumētum:vide p Bart.qui notabiliter loquit in.l.singularia.in penultima z vltima colūna.ff.si cert.pet.Et nota etiā bene ꝙ notarius non dꝫ attestari numerationi.z sic non dꝫ dicere pecuniā numeratam nisi videat numerari.z si videat pecuniā esse ibi ī presentia,z tradit parti bñ potest dicere ꝙ habuit et recepit tantam quantitatē pecunie in pecunia aurea vel in argentea vel in vtraqꝫ prout contingit in facto,quā dicte partes cōfesse fuerunt tātam esse.z ideo si esset pecunia in sacculo.z aliter nō numeraretur non deberet scribere illam numeratā.z dꝫ etiā facere aperiri sacculum vt videatur an ibi sit pecunia an aliud,facit quod notat Barto.in.l.cum seruus.ff.de conditio.z demonstra.z qđ notat Bal.in dicta l.si ex cautione.¶ In gl.si.z sic habes ex tex.cum glo.ꝙ etiam vbi confessio facta est cum cā admittitur probatio in contrarium,qđ est verum,quando non est facta in scriptis ita ꝙ scriptura sit de substantia.si autem esset scriptura de substātia,vt qꝛ expresse hoc est actum.nam alias presumeretur potius ad probationē fieri scripturam ꝓm notata in.l.in contractibus.C.de fide instru.z in.l.cōtrahitur.ff.de pig.nam tūc qñ scriptura est de substantia non admittitur pbatio in contrariū.nisi p quartam scripturā in.l.generaliter.C.de non numera.pecunia.nisi quis vellet probare instrumētum esse falsum vel nisi vellet probare contra presumptionem inter tātum resultantem ex instrumēto per id quod habetur in.l.iurisgentium.§.ꝙ fere.ff.de pac.z quod notat p Barto.in.l.quicunqꝫ.C.de apochis publicis.lib.x.An aūt possit tunc probare simulationem p testes.fuerunt opiniones,de quibus dixi superius,ideo hic non repeto.Nam an possit probari simulatio per testes plene dixi in

27 c.cū Joannes.post glo.ā.eo.¶†Extra glo.queritur primo nunquid promissio per stipulationem facta nulla causa inserta valeat.de quo per gl.z Bar.in.l.ij.§.circa.ff.de doli excep.z per Cy.in.l.generaliter.C.de non numera.pecu.z in Spec.de confessis.§.nunc videndum.ver.sed que est ratio,z ibi p Joā.and.in addi. videretur primo quod valeat per id quod habetur in.l.j.z p totum.ff.de verbo.obliga.z per id quod habetur in.l.obligamur.§.verbis.ff.de actio.z oblig.vbi patet ꝙ inter ceteras partes obligationis est obligatio que contrahitur verbis sicut contrahitur stipulatio,vt patet in.d.l.j.de verbo.obliga.z etiam attenta etymologia vocabuli.nam dicit stipulatio a stipite ꝙ idem est quod firmum.insti.de verbo.obligatio.in princ.z.§.j.z istam partē tenuit Joan.de blanos.super titu.de actionibus,vt refert Cyn.in dicta.l.generaliter.sed in contrarium videtur text.in.d.l.ij.§.circa.gloss.ibi concludit ꝙ si promittens,z stipulans credit causam subesse que non subest vel solus promittens,non valet promissio quo ad effectū quia obstabit exceptio.Idem si vterqꝫ scivit causam nō subesse.quia in pari causa potior est conditio possessoris l.ij.C.de cōdi.ob tur.causam.z de regu.iur.in pari.lib.vj.z illud etiam sequitur ibi Dy.z hoc etiam sequitur hic do.Anto.addit tamen quod vbi dubitaretur:an promittens sciuerit vel putauerit causam subesse.in dubio presumitur quod putauerit illam subesse:qꝛ in dubio nō presumitur quis velle donare.argu.l.cum de indebito.ff.de probatio.z.ff.de dona.l.si filius.z sic presumitur ex errore emanasse.ideo ī dubio obstabit exceptio.nisi probetur causam subesse per dictum.§.circa.z per rationem preallegatam ad quod etiam allegat notata per Azonem in summa de fide instrumento.in libro antenticorum,z quod notauit Jaco.de are.z Cy.in.d.l.generaliter.Bart.vero in dicto.§.circa.tenet quod in dubio valebit stipulatio:quia presumet facta ex causa donationis non apparēte alia causa.per id quod habet in.l.campanus. ff.de ope.libertor.z in.l.hoc iure.ff.de donatio.sed certe in casu dubiū verior videt opinio quam sequitur hic.d.Ant.z quam sequitur etiam Cy.in.d.l.generaliter.per rationem preallegatam. quia in dubio non debet presumi donatio per dictam.l.cum de indebito.z hoc etiam videtur tenere Jaco.de butri.in.d.l.generaliter.nisi forte fieret promissio coniuncte persone.z de modica re.arg.l.sed vtrum.ff.de donatio.inter virum.nec obst.d.l.campanus,quia ibi sciebat causam non subesse.nec ob.etiam dicta.l.causa hoc iure:quia ibi cōstabat quod volebat donare,licet quādo sit reipublice non valeat sine causa vt ibi voluit gloss.z text. etiam satis sonat.Aduerte tamen quia inquantū glo.z.d.Ant. dicunt ꝙ quando vterqꝫ scit causam non subesse,non valere stipulationem videntur male dicere:quia tunc vterqꝫ videtur consentire in causa donationis.ex quo vterqꝫ scit causam aliam non subesse.ergo debet valere,cū causa donatiōis sit a iure approbata.l.j.z per totum.C.z.ff.de donatio.secus quādo promissio fieret ex causa turpi.quia tunc potior esset conditio possessoris,z sic loquitur lex.ij.C.de conditio.ob turpem causam.imo plꝰ videtur quod vbi promissor scit causam non subesse,z sic videtur velle donare tamen stipulator credit causam aliam subesse.nō videtur valere effectualiter promissio.quia nō videtur consentire tunc in causa donationis ex quo recipit promissionem ex alia causa quā subesse putat per.l.si ergo.ff.si cer.pet.vbi est casus in simili.Nec obstat.l.cum in corpus.de acqui.rerum dominio.que ad literam videtur contradicere illi.l.si ergo quia respōderi potest vt notatur per glo.in.d.l.si ego.presertim in secunda solutione.nec ob.etiam quod habetur in.l.regula.ff.de iur.et fac.igno. vbi si emptor recipit rē ex causa venditionis efficitur dñs si tradens erat dominus,licet putet tradētē non eē dominum:quia ibi non discordabat emptor et venditor in causa.Imo vterqꝫ consentiebat in causa venditionis de cuius natura erat qđ transferretur dominium si tradēs erat dominus.nec valebat pactum in cōtrarium vt est tex.singularis in.l.cū manu sata.§.fi.ff.de Ihen. emp.ideo nimirum si tunc transfertur dominium propter naturam ipsius cause in qua vterqꝫ consentit.sed hic discordabant in causa.ideo secus,z hoc videtur etiā esse de mente Bal.in.d.l.generaliter.z hec opinio videtur verior.quicquid senserit glo.Dy. z do.Anto.de quo etiam plene dixi in.l.a titio.ff.de verbo.obliga.z ad contraria potes respondere qđ debent intelligi secundum distinctionem superius factā.Et predicta videntur precedere quando promissio fit p stipulationē sine cōfessione vbi autem



Ayuntamiento de Madrid

ſit acceſſorie ad confeſſionem factam ſine cauſa vt ꝙ quis cõfitetur ſe debere .x. titio qui promittit reddere ꝑ ſtipulationem. tunc videtur clarum qđ promiſſio non obligat cum effectu: quia cum confeſſio facta ſine cauſa non valeat vt hic ꝑꝫ. non valebit etiam promiſſio acceſſorie illi facta argu. de reg. iur. acceſſorium. libr. vj. et de hoc eſt tex. cum gloſſ. in. l. cum de indebito. §. fin. ff. de proba.

28 ¶ Ultimo reſtat videre ſi aliquis agat ex cauſa poſita in confeſſione, et demũ probet cõfeſſionem an debeat obtinere et ſimiliter econtra ſi primo agit ex confeſſione. et demum probat cauſam et non confeſſionem an debeat obtinere. Spec. in titu. de teſt. §. j. verſic. ſed pone egi. tꝫ quod ſi ago contra te ad .x. ex cauſa mutui ſi poſtea non probo mutuationẽ: ſed probo te fuiſſe cõfeſſum debere mihi .x. ex cauſa mutui quod nõ debeo obtinere: quia teſtis deponens ſuper confeſſione videtur deponere extra articulum ex quo articulauit de mutuo facto et nõ de confeſſione. et ideo nõ valet dictum eius per ea que habentur in. l. ſi qs libertatẽ. §. piane. ff. de peti. here. et. §. l. ſi duo. §. idẽ iulian⁹. ff. de iureiur. et idem tꝫ Bar. in. l. ij. §. ſi. ff. ſi cer. peta. ex eo quia articulatum vr̃ de mutuo naturali. et teſtis vr̃ deponere de mutuo ciuili quod ex cõfeſſione inducitur vt tangit glo. in. d. §. ſi. et ſic aliud eſt probatum ꝙ̃ articulatum. ideo non dꝫ ſequi condemnatio. d. Anto. hic videtur fateri hoc eſſe verum in caſu predicto. qꝛ cõfeſſio que fit ex cã mutui eſt inductiua. nam poſt biẽnium naſcitur obligatio literarum ex ipſa confeſſione vt inſti. de literarum obli. quod intellige quando facta fuit in ſcriptura ſi autẽ coram teſtibus, an tunc inducat obligationem poſt biẽnium fuerunt opiniones de quibus ſupra dixi. ideo non inſiſto. vnde hoc caſu ex quo confeſſio eſt inductiua obligationis, et talis obligatio eſt de ꝑ ſe diſtincta ab obligatione que naſcit̃ ex ipſa cã. et ſic ex ipſo mutuo. ideo non debet ſequi cõdemnatio. ſecus vr̃ quando confeſſio eſſet tantum probatoria et declaratoria, vt qꝛ facta eſſet ex cauſa depoſiti. nam tunc ſi petiiſſem a te .x. ex cauſa depoſiti. ſequi debet condẽnatio: quia probat cãm ex qua eſt actum. et nouã obligationem non inducit. l. publia. §. ſi. ff. depoſi. et ꝑ hoc dicit poſſe eſſe dubiũ tenendo ꝙ in cõfeſſione ex cauſa mutui. nedum inducat̃ obligatio. ſed etiam probet poſt biennĩu. an tunc ſufficeret probare confeſſionem. tñ videtur tenere qđ ex quo confeſſio eſt inductiua ſit idem ſed forte põt dici quod etiam quãdo confeſſio eſt mere probatoria nõ debeat ſequi condemnatio: quia adhuc videtur ſtare ratio Specu. nam ſi articulẽ de depoſito et poſtea teſtes deponunt de confeſſione ex cauſa depoſiti videtur deponere extra articulum nã aliud eſt actualiter deponere ſeu recipere depoſitũ. aliud confiteri ſe recepiſſe. et ideo vr̃ ꝙ talis probatio non releuat per notata in. d. l. ſi quis libertatem. et in. d. §. idem iulianus. et in. c. de teſtibus. ẞ. de teſti. et forte hec opinio de iure verior. qñ teſtis iurauit ſolum ſuper articulo, ſꝫ ſi iuraſſet dicere veritatẽ ſup articulo et tota cauſa. tunc bene videtur qđ ſequi debeat condemnatio qñ probatur confeſſio que eſt probatoria cauſe incerte in confeſſione. d. l. publia. §. ſi. et hoc caſu poſſit ſaluari dictum do. Anto, imo plus videtur ꝙ in hoc caſu, qñ teſtis iurauit ſuper tota cauſa quod tũc etiam ſi probetur confeſſio ex cauſa mutui, ſi lapſum ſit biẽnium cum illa etiam probet ad preiudicium confitẽtis niſi probetur oppoſitũ ſecundũ opinionem gloſſarum, de qua ſuperius dixi. licet etiam inducat obligationem vt ſupra tetigi quod ſequi debebit condemnatio vt videt̃ eſſe caſus in. l. ſi ita ſtipulatus. §. chryſogonus. ff de verb. obli. et ibi etiam hoc tꝫ Bart. licet Ang. ibi aliter loquatur, de quo ibi etiam plene dixi. facit quod notatur per Bart. in. d. §. iulianus. et quod dixi etiam in preallegato. c. de teſtibus. et ſic videtur limitandum dictum Bar. in. d. l.

29 ij. §. ſi. et ſimiliter dictũ Spe. in dicto ver. ſed pone. ¶ Quid autem econtra ſi egi ex confeſſione, et poſtea probo cauſam in confeſſione contentam, an ſequi poterit condemnatio. Nico. de matare. vt refert Jo. an. in addi. Spec. ſuper dicto ver. ſed pone egi videtur dicere qđ non: quia ſi egi contra te ad .x. ex eo quia confeſſus fuiſti debere .x. ex cauſa depoſiti: licet poſtea probẽ me depoſuiſſe tibi .x. vel etiam probem confeſſionem non poterit ſequi condemnatio: quia ſi probo depoſitũ. probo aliud ꝙ̃ in petitione deduxerim ideo non debeo obtinere. l. cum queritur. et. l. cũ de hoc. ff. de excep. rei iudi, Idem ſi probem confeſſionem: quia ex cõfeſſione non naſcitur actio. ſed ſolum probatio. d. l. publia. et ideo non reperio ſine actione egiſſe ideo debet ſequi abſolu. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. Fatetur tamen ꝙ tunc non obſtabit exceptio rei iudi. ſi velim poſtea agere ex cauſa depoſiti ꝑ id quod habet̃. ẞ. de iudi. examinata. et in. l. et an eadẽ. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. do. Anto. hic contradicit ꝙ ſi ago ex cõfeſſione que inducit vt ex confeſſione iudiciali vel ex cõfeſſione ex cauſa mutui. tunc ſi probo confeſſionem debeo obtinere: quia probo intentum, et ex illa confeſſione etiam competit mihi actio vt ſuperius eſt tactum, ſed ſi probarem ipſam cauſam non debeo obtinere, quia alia eſt obligatio que inducitur ex cõfeſſione. Alia que inducitur ex ipſa cauſa. et ſic probando cauſam propter diuerſitatem obligationis non debeo obtinere, quia non videor probaſſe cauſam deductam facit quod habetur in. d. l. et an eadem. §. actiones. ſi autem confeſſio ſolum ſit probatoria. vt qꝛ facta eſt ex cauſa depoſiti, et egi ex illa. tunc videtur procedere dictum Nicolai. tamen dicit qđ forte poſſet dici quod licet fundem me ex confeſſione ſeu ex illa agam, tamen quia peto condemnari reum, et feci mẽtionem de cauſa in confeſſione deducta: ex quo de ipſa in cõfeſſione feci mentionem, videtur ꝙ ſaluari poſſit libellus: vt intelligatur petitum reum condemnari ex cauſa cõfeſſionis. ex quo cõfeſſio de ſe non eſt obligatoria. vt ſic libellus interpretetur pro ipſo libellante. ar. l. ſi quis intentione. ff. de iudi. Et hoc potiſſime crederẽ verũ ſi eſſet appoſita illa clauſula que ſepe et vt plurimum apponitur in fine libelli videlicet et predicta dicit narrat et proponit omnimodo quo melius poteſt petẽs ſibi in predictis, et quolibet predictorum iuſtitiam miniſtrari nam tũc ſaltem videtur ſuſtentari dictus libellus per dictam clauſulam: facit quod notauit Innocẽ. et Jo. cal. in. c. ij. ẞ. de ordi. cogni.

¶ Et predicta faciunt ad queſtionem ſi aliquis conſtituit procuratorem ad recipiendum mutuum an ſi credatur agens contra mandantem nõ probet veram numerationem factam procuratori, ſed probet confeſſionem procuratoris qua confitetur ſe recepiſſe mutuo .x. an ſequi ex hoc debebit cõdẽnatio cõtra ipſum mandantem. Joã. an. in additiõ. predicta dicit ꝙ non: quia procurator habuit mãdatum ad recipiẽdum. et ſic ad verã receptionem non autẽ ad confitendum, et ſic videtur egreſſus fines mandati. ideo non videtur preiudicare domino. l. diligente. ff. mandati. et ẞ. de offic. deleg. venerabili. et idem tenuit Bart. in dicta l. ij. §. fina. ff. ſi cert. peta. idem Fede. de ſeñ. in ſuis conſilijs conſi. liij. et hoc fatetur dñs Anto. in confeſſione extraiudiciali ipſius procuratoris: qꝛ illa vt voluntaria non preiudicat dño ſcdm notata maxime per Bart. in. l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de confeſ. et quod dixi in. c. primo, ad ſi. ẞ. vt lit. nõ conteſt. ſed in iudiciali per quam preiudicatur domino ſcdm notata i. d. §. ſed an ipſos. et in d. c. j. ad ſi. videtur procedere dubitatio predicta. tamẽ videretur poſſe diſtingui ſcdm eum: qꝛ ſi probet̃ confeſſio que cõſueuit inducere vt cõfeſſio ex mutuo. tunc procedat qđ dicũt prefati doc. quia aliud eſt mutuũ naturale aliud ciuile qđ inducit confeſſionem ſed vbi confeſſio eſſet tantũ probatoria ſui natura, vt in cõfeſſione ex cauſa depoſiti. tunc ſm eũ ſi procurator habuit mandatum ad recipiendũ in depoſitũ. et poſtea probet̃ ꝯfeſſio procuratoris facta in iudicio vr̃ ꝙ debeat obtinere: quia ꝯfeſſio tũc vr̃ ꝑbare veram receptionẽ ad preiudiciũ dñi tamen finaliter tenet qđ etiam hoc caſu non ſequatur cõdemnatio: qꝛ ſm eum ꝯfeſſio non eſt vera probatio. ſed probationis releuatio, vt notatur. ẞ. de proba. ſuper rubrica ꝑ Joã. and. et ꝑ Cy. in. l. actor. C. de pba. et ſic eſt quodãmodo ficta probatio, de qua dñs non videtur cogitaſſe cũ retulit ſe ad verã receptionẽ. facit qđ habetur in. l. iiij. §. hec verba. ff. de neg. geſt. et in. c. ſuſceptum. de reſcrip. in. vj. et. ff. de lega. iij. l. eum qui. §. j. et ſic remanet in hac materia. Et aduerte quia materia. §. ſꝫ an ipſos, nõ habet commune cum iſta quid ſentiat do. Anto. nam illa hꝫ locum qñ procurator cõfitetur ſuper facto domini quo caſu bene conſueuit dici ꝙ non preiudicat domino ſi emanat ꝑ modum volũtarie iuriſdictionis. ſecus ſi ꝑ modum contentioſe. Sed hic loquimur qñ procurator confitetur ſup facto ſuo. videlicet an receperit mutuum vel depoſitũ. ¶ Item aduerte. quia in. §. chryſogonus. tranſiui cum dicto Barto. ex eo qꝛ confeſſio licet preiudicet ꝯfitenti: non videt̃ preiudicare tertio ꝑ id qđ no. glo. valde notabilis in. l. ſi. C. qui po. in pig. ha. vbi confeſſio dotis facta per maritum preiudicat ſibi et heredibus ſuis non autem preiudicat creditoribus lꝫ Bar. ibi dicat oppoſitum ſi lapſum eſſet biẽnium, ſed non videtur bene dictum quia illa. l. priuilegiat mulierem contra ius cõmune cõtra ipſos creditores vt ibi patet. ideo cum loquatur in dote data nõ debet extẽdi ad dotem cõfeſſatam prout loquitur ibi gl. et facit quod notatur in ſimili in. l. per diuerſas. C. mandati. et licet opinio Bart. et aliorũ doctorum forte ſeruaret̃ in practica. tamẽ vt dixi in. l. ſi debitorem. ff. de noua. forte poſſet de iure teneri contrarium. qꝛ ex quo dñs dedit mandatum ad recipiendum mutuo. videtur qđ poſſit agi cõtra ipſum dominum. dũmodo conſtet procuratorem recepiſſe. quia tũc propter mandatũ preambulũ dñs obligatur. conſtare autẽ poteſt vel ꝑ veram receptionem probatam vel ꝑ cõfeſſionem ipſius procuratoris cõtra quam non poſſit obijci exceptio nõ numerate pecunie. per id quod notauit Bart. in. d. §. chryſogonus. et facit quod habetur. ẞ. de reſti. ſpo. cum ad ſedem. et ideo videtur ꝙ tunc debeat agens obtinere. et ſi dicas procurator non videtur habere mandatum ad iactandum pecunias. l. ſi filius. de dona. cõfiteor, ſed iſtud non eſt iactare cum tunc preſumatur pro confeſſione. et ſi receperit ꝑ hoc bene facit qđ notauit gl. in. l. in cõtractibus. §. j. C. de non nume. pe. Et ſi dicas procurator forte

erit non

Ayuntamiento de Madrid

erit non ſoluendo dico ꝙ imputet ſibi dñs qui talem procurato rem elegit ar. ff. de mino. in. l. cũ mandato. nã etiã ſi vere recepiſſet potuiſſet ludere vel aliter cõſumere. ꝛ ideo vr̃ ꝙ dicta confeſſio preiudicet etiam dño reſpectu agentis. tñ dominus habebit actionem contra ipſum procuratorẽ, vt ſibi pecuniam aſſignet. ꝛ ſic nõ eſt tractandum de donatione, ꝛ ſi dicas non dꝫ preiudicare tertio cõfeſſio ꝑ. d. l. aſſiduis potes dicere illud verum, qñ ſumus in materia exorbitãte vt eſt illa ſecus in materia iuris cõmunis, vt eſt iſta de quo plenius dixi in. d. l. ſi debitorem. ꝛ hec ſufficiant loco repetitionis huius capituli.

1 ❧ Notarius ſi redigat notas alterius notarij in publicam formam que requirantur vt fides adhibeatur.

2 Notarius dum viuit non poteſt alteri cõmittere completionem ſui inſtrumenti.

3 Protocollo coram partibus lecto et coram teſtibus, an ſit credendum.

4 Tabelliones creare quis poſſit.

5 Notarius creatus ab inferiore a principe vel papa poteſt facere inſtrumenta ſolum in loco ſubiecto illi creanti tabellionem.

6 Notarius qui in inſtrumẽto omiſit aliquid ad preiudicium partium qua actione teneatur.

7 Imbreuiatura qualiter extendi poſſit.

## Cum. p. tabellio.

a Autoritate ordinarij[a] põt notarius in publicã formã redigere notas alterius notarij mortui. h. d. Et non recipit cõmodam diuiſionem.

1 ¶ † Not. ea que requirũtur vt quis poſſit notas alicuius notarij in publicam formam redigere taliter ꝙ fides adhibeat̃. nam exigitur primo ꝙ notarius qui fecit notam nõ poſſit vel ſit impeditus illã ꝑficere. Scdõ qd̃ notarius impeditus reduxit factum in notã. hoc eſt abbreuiaturã. Tertio requirit̃ qd̃ redigatur in formam publicã ꝑ aliũ notariũ ad petitionẽ eorum quorũ intereſt. Quarto qd̃ interueniat autoritas iudicis ordinarij, de quo tangetur ſuper gl. ꝛ facit etiam ꝙ habetur. j. c. proximo. Quinto requirit̃ ꝙ fideliter redigatur. ꝛ ſic nihil addendo, vel diminuendo qd̃ habeat immutare ſubſtantiam. facit. iij. q. ix. c. puta. ꝛ. c. hortamur non refert tñ an loquatur in prima ꝑſona vel tertia. j. de cõuer. cõiu. dudum. Requiritur ſexto ꝙ vocent̃ hi quorũ intereſt. ꝛ cautum eſt ſup vocatione fieri publicũ inſtrumẽtũ. de quo. s. de teſti. ſignificauit. ꝛ. c. alberic⁹. Et ꝑdicta vident̃ procedere etiam ſi tabellio mortuus, legauerit rogationes, ſuas alteri qd̃ facere poteſt. l. quedã. §. nihil intereſt. ff. de eden. cõiter tamen in practica nõ ſeruantur omnia predicta ſed ſeruat̃ ꝙ notarius cui legate ſunt rogationes, vel etiam ſi non ſunt legate ille cui eas concedit heres vadit ad iudicẽ. ꝛ facit ſibi dari licẽtiam redigẽdi inſtrumẽta in publicam formam ex dictis rogationibus, ꝛ iudex ſibi cõcedit conſtito ſibi qd̃ ſint legate vel ꝑ heredes conceſſe qua licẽtia habita poſtea ad petitionem illorum quorũ intereſt redigit inſtrumẽta in publicam formam ꝛ ſtat̃ eis, facit qd̃ habet̃. s. eo. cum dilectus. Quid autẽ ſi imbreuiatura ſeu ſcriptura eſt nimium imbreuiate ſcripta tãgetur inferius: ꝛ appellatur hic nota imbreuiatura prima, ſeu ſcriptura primo loco abbreuiate facta per notarium que aliqñ appellatur ſeda quaſi in ſedula alias cedula ſcripta. C. e. l. cõtractus. Quandoqꝫ apponitur ꝓtocollum a protos qd̃ eſt primum: quia eſt prima materia inſtrumenti, vel quia i collis pellium animalium ſcribebantur he note, vt notauit accur. in auſ. de tabel. §. fina. colla. v. forte erat illud quia ſicut charta que fit ex collo hedi eſt parua. ita parua ſcriptura prout erat prima ſcriptura imbreuiata in eis ſcribebatur. ¶ In gloſ. j. ibi ordinari⁹ idem dicas in delegato a ſede apoſtolica. s. de teſt. albe. idem de delegato ab ordinario ſi hꝫ ſpeciale mãdatum. j. c. primo. ꝛ qd̃ dicit gl. de ordinario procedit indubitanter ſi habet adminiſtrationẽ. ꝛ idem dicebat Hoſti. etiam ſi non habeat adminiſtrationem, licet tũc nõ poſſit alteri committere, de quo in Specu. e. titu. §. oſtenſo. ver. fiebat autem. ꝛ ibi per Ioan. and. in additione. vbi dicit hoc verum, vt nõ habẽs adminiſtrationem poſſit preſtare autoritatem quando publicatio fieret de volũtate partium alias cum in publicatiõe requiratur citatio vt ſuperius eſt dictũ non poſſet tunc fieri coram nõ habente adminiſtratorem cũ citare non poſſem. ¶ In eadẽ gl. qui eſſent cõſumpta expone. i. timerentur conſumi per ea que habentur in. c. proximo. ſaluo niſi per teſtes de tenore inſtrumẽti appareret. j. de priuile. cum olim. ¶ In gl. ſi. ibi equiualet teſtamento, ſupple ſcripto manu tabellionis. ¶ In eadem gl. ibi nihil addẽdo vel minuendo ſupple qd̃ habeat ſubſtãtiam immutare: nam alias bene addere poterit: quia ſcriptura protocolli eſt abbreuiata. et ſic

2 poterit illam extendere non mutando ſubſtantiam. † Et no. ex gl. qd̃ notarius dum viuit nõ poteſt alteri committere cõpletionem ſui inſtrumenti quod eſt clarum, qñ vult qd̃ imbreuiaturam alter notari⁹ extẽdat ꝛ reducat in publicam formam: quia alter notarius nõ ita bñ habet notitiam: qualiter debeat imbreuiatura extẽdi ꝑut habet ipſe notarius qui eam ſcripſit ideo id committere nõ põt, niſi aliud habeat conſuetudo vel niſi eſſet impeditus, ꝛ de autoritate iudicis id fieret arg. huius capituli. Si autem notarius qui ſcripſit imbreuiaturam poſt eam extendiſſet prout facere conſueuerunt notarij, qꝛ vltra protocollum habent etiam librum in quo extẽdunt inſtrumenta, ꝛ ex illo extenſo velit per alium ſcribi ꝛ redigi in publicam formã: an tũc poſſit gl. videtur velle qd̃ nõ quia ipſemet dꝫ inſtrumẽtũ cõplere ꝛ ſcribere nec dꝫ inſtrumentum eſſe ſcriptũ manu vnius ꝛ ſubſcriptum manu alterius. s. eo. inter dilectos. vbi etiã de hoc dixi, ꝛ hoc videtur ꝓcedere, niſi cõſuetudo loci aliud habeat vel niſi notarius fuerit impeditus, ꝛ autoritate iudicis illud factum fuerit ꝑ illud quod ſuperi⁹ dixi vnde in aliquibus locis ſeruatur qd̃ notarius alius ſcribit ex extenſo. ꝛ poſtea ſe ſubſcribit aſſerendo quomodo ex rogatiõibus talis, tale inſtrumentũ aſſumpſit nullo addito vel diminuto qd̃ habeat ſubſtãtiã immutare de volũtate eius cuius ſunt rogationes, ꝛ poſtea notarius q̄ fuit rogatus ſe ſubſcribit ꝛ in ſubſcriptione dicit, qñ dictum inſtrumẽtum de eius voluntate fuit ſcriptũ per talẽ notarium cui id cõmiſit alijs impeditus, ꝛ qꝛ inuenit cũ ſuo originali concordare ideo ſe ſubſcripſit ꝛ ſignum ſuũ appoſuit. ꝛ tunc propter conſuetudinẽ vel ſtatutũ loci datur fides vt contingit hic Bononie, de iure aũt videretur ſecus per id qd̃ dicit hic gl. ꝛ qd̃ notat gloſ. in auſ. de tabellionibus, in gl. que incipit argumentum, ꝛ qd̃ notat Spec. e. titu. §. inſtrumentum. ver. item opponitur quod nõ eſt cõfectũ. dicit tñ ibi Specu. ꝛ gl. preallegata. ꝙ ſi in ciuitate Conſtantinopolitana iſtud fieret daretur fides inſtrumento: ſed tabellio veniret puniendus. In alijs autẽ ciuitatibus non faceret fidẽ inſtrumẽtum quod intellige, niſi cõſuetudo loci aliud haberet vt dixi, vel niſi etiam ſubſiſtente impedimẽto autoritate iudicis eſſet factũ. Itẽ nota qd̃ vbi ꝓtocollũ non fuit lectum coram partibus non valet, nec põt exemplari. facit. l. fideicõmiſſa. §. j. cum ibi notatis de lega. iij. ꝛ qd̃ notatur in Specu. e. tit. §. oſtenſo. ver. illud quoqꝫ

3 per Ioã. and. in addi. Spec. ¶ † An aũt protocollo coram partibus lecto ꝛ coram teſtib⁹ ſit credendũ videtur ꝙ ſic ꝑ ea que notantur in auten. de tabel. §. fin. ꝛ qd̃ notat Specu. e. titu. §. videndum. ver. nota ꝙ tabellio vide Bart. in. l. ſempronio proculo. ff. de lega. ij. ꝛ Bal. in rub. C. e. in. ix. col. in ver. ſed tertio querit̃. ſed Nic. de mata. vt ibi refert Ioã. an. in addi. multũ ſingulariter tꝫ cõtrarium. qꝛ lꝫ protocollum habeat ſolẽnitates quas hꝫ inſtrumentum publicum. tñ quia eſt ſcriptura que de ſe nõ eſt cõpleta ſꝫ ſcripta imbreuiate ad finem vt poſtea cõpleatur ꝛ extẽdatur vr̃ qd̃ nõ probet. ex quo non eſt completa. ar. l. ſi. C. ad ſilleia. ꝛ. l. ſi is. ꝛ. l. ex ea. ff. de teſta. ꝛ. l. j. C. de ſentẽ. ex peri. reci. ꝛ. l. cõtractus. C. de ſi. inſtr. licet poſſit iudicis autoritate exemplari ꝛ redigi in publicam formam cõplete. Et tunc poſtea ꝓbabit vt hic pꝫ. ꝛ cũ hoc dicto tranſit Io. an. in additio predicta ꝛ. d. Ant. hic qd̃ eſt valde notandum ſi eſt verum, ꝛ ſcdm̃ hoc nõ ſufficeret infra terminum datũ ad probandũ ꝓducere protocollum notarij qd̃ diligenter tene menti. tñ ſi velles tenere oppoſitũ poſſet reſponderi ad allegata in contrarium. et primo ad. l. contractus, de ſi. inſtru. qd̃ ibi loquitur quando cõtractus celebratur in ſcriptis ita ꝙ ſcriptura eſt de ſubſtantia. vnde tunc nõ probat niſi quatenus reperitur ſcriptum. nec poſſet aliqua extenſio fieri. ſecus quando ſcriptura non eſt de ſubſtantia. ¶ Item non ob. l. j. de ſenten. ex peri. reci. quia ibi loquitur in ſententia que in ſcriptis dꝫ ferri ꝑ iudicem, ꝛ ſic ſcriptura ibi eſt de ſubſtantia. ¶ Item non ob. l. ſi is. ꝛ. l. ex ea, quia in eis erat imperfectio volũtatis: quia mortuus fuit teſtator anteq̃ compleret ſuum teſtamentum: ſed hic ꝑfecta fuit volũtas contrahentium. ꝛ lecta coram partibus ꝛ teſtibus. ¶ Item nõ obſtat. l. ſi. C. ad ſille. qꝛ protocollum põt dici ſecundũ ſuam naturam eſſe cõpletum: qꝛ ex ſui natura nõ requirit ſcripturam extenſam, ſed ſufficit quod ſit imbreuiate ſcriptũ. ꝛ ideo ſi habet ſolennia inſtrumenti publici videtur qd̃ ꝓbet: ꝛ hoc puto verũ quo ad id de quo principaliter ſit mentio in protocollo, vt ſi fiat mentio qd̃ titius emit a ſeio talẽ domum pro tanto pretio nam ſi de hoc reuocetur in dubium, ſatis credo qd̃ ꝓtocollũ faciat fidem: ſed ſi quis vellet producere ꝓtocollum ad finẽ probandi renũtiationem aliquam vel promiſſionẽ aliquam factam in ipſo inſtrumento emptionis ꝛ diceretur protocollo renuntiauit ꝛc. et promiſit ꝛc. tunc forte poſſet procedere dictum Nico. de mata. quia illud de ſe nõ eſt completum. nec hꝫ perfectam orationem: ideo tunc procedat opinio Nicolai. tene menti ſingulariter

4 dictum ipſius Nicolai. ¶ † Extra gl. eſt ſciendum quod tangunt

b hic Inn. ꝛ Hoſti. quis poſſit creare tabelliones.[b] ꝛ Inn. hic poſuit opiniones, tandem vr̃ concludere ꝙ imperator. ꝛ papa poſſint illos creare. ꝛ ſimiliter reges ſaltem non recognoſcentes ſuperiorẽ. j. qui ſil. ſint legi. per venerabilem. ꝛ etiã conſuetudo loci dare poteſt alicui autoritatem tanq̃ tabellioni. s. eo. [illegible] dile-

a ¶ Autoritate ordinarij. ꝯcordãt i hoc ſummario. do. Alb. et. d. Fel. hic ponit hic. d. Hẽ. boych quis poſſit creare notarios vide eũ hic.

b ¶ Creare tabelliões. de quo vide et hic ꝑ Hen. boych i ꝑn. ꝛ ꝑ do. Fel. l. iiij. col. xv. decimoq̃rt̃ ꝛ ꝑ do. ant. hic. l. iiij. colũ. ver. vltimo q̃rit̃ numero. 7.

Ayuntamiento de Madrid

ctus.Alius autē inferior non poterit tabellionem creare nec ta-
lem poteſtatem dare ꝙ credatur ſcripture alicuius tanꝙ perſo-
ne publice quia ſm eum videtur qđ officiū tabellionatus ſit con-
tra ius: quia ex illo procedit qđ abſqꝫ alio adminiculo creditur
ſcripture facte ī charta ſeu pelle animalis mortui quod videtur
quodāmodo miraculoſum eſſe facit quod notatum fuit.ſ.e.cum
Joannes,nulli aūt videtur eſſe licitum diſponere cōtra ius niſi
principali.ī.de conceſ.preben.propoſuit.et.ff.de legibus.l.prin-
cipes,niſi aliud ſit expreſſum vt in dictis iuribus.ꝛ facit.ſ.e.cum
dilectus ſecūdo.ff.de poſtu.l.j.§.de qua.vbi reſtituere quem ad
famam reſeruatū eſt ſoli principi.cum ſit contra ius,de quo etiā
ī.de re iudi.cū te.ꝛ ſimiliter de illegitimo nato facere legitimū.ī.
qui filij ſint legi.per venerabilem:ꝛ ſubdit ꝙ quando conſuetu-
do loci dat poteſtatem ſolum habet inquantū cōſuetudo conce-
dit.ꝛ non in plus,ꝛ etiā dicit non poſſe ꝑ ſtatutū aut pactum fie-
ri qđ ſtetur ſcripturis per manū alicuius priuate perſone con-
fectis per rationem ſuperius allegatam.Sed Hoſtiē.tenuit qđ
etiam per ſtatutum vniuerſitatis poſſit hec poteſtas dari cum
poſſit etiam dare iuriſdictionē vt notatur.ſ.de offi.ord.cum ab
eccleſiarum et.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.more.ꝛ.l.quia.ꝛ ꝑ hoc etiā
videtur velle ꝙ etiā inferior a principe poſſit dare hanc poteſta-
tem.dūmodo ſit talis qui poſſit dare iuriſdictionem,ſꝫ non poſ-
ſit ius generale contra ius ſuperioris promulgare, vt in cle.ne
romani.de elect.ꝛ in.c.cum inferior.ſ.de maio.ꝛ obe.Nec obſtat
ꝙ ſit contra ius creare tabelliones,quia imo ſm eū ſatis pōt di-
ci ſcdm ius ex eo quia ius vult inſtrumentis credi,que non ſunt
confecta a priuatis perſonis ꝑ at cenſentur eſſe tales qui de pu-
blico habent poteſtatē.Et ex quo conſtituti ſunt legitime credē
dum eſt eorū inſtrumentis,quia ꝑ eis eſt preſumendū preſertim
propter iuramentū qđ preſtant quando creantur.ī.de preſcript.
ad audientiam,de quo iuramento et de forma creandi tabellio
nes habetur in Specu.eo.titu.§.reſtat.ver.ſed quero.ꝛ de mate-
ria etiam habetur,in eo.§.ver.ſed quis poteſt facere tabelliones
ꝛ hec opinio Hoſti.cōmuniter tenetur pro qua facit:qꝛ ſi cōſue-
tudo poteſt hoc facere.ergo et ſtatutum cum equiparentur.l.de
quibus cū ibi notatis.ff.de legibus.ꝛ.l.omnes populi.ff.de iu-
5 ſti.ꝛ iu.¶ †Aduerte tamen quia habens poteſtatem ab inferio
re non habente expreſſam poteſtatem a principe vel a papa non
poteſt facere inſtrumēta.Niſi in loco ſubiecto ipſi facienti talem
tabellionem.arg.l.fin.ff.de iuriſ.om.iudi.ꝛ conſti.vt animarum
lib.vj.ꝛ.l.j.C.de ſum.trinita.ꝛ ibi per Bart.de quo etiā in Spec.
eo.titu.§.reſtat.ver.quid de his.Jnſtrumenta tñ confecta intra
locū per talem probabunt extra locum vt notauit Specu.in di-
cto verſi.quid de his.ꝛ Bart.in.d.l.j.¶ An autem poſſet ex pro-
rogatione et conſenſu partium extra locū conficere inſtrumenta
tetigit Jo.an.in addi.Spec.ſup dicto ver.quid de his,ꝛ ibi con
cludit ꝙ non poſt Guil.de cug.ꝑ.l.conſulta.C.de teſt.ꝛ.l.repeti-
ta.C.de epi.ꝛ cleri.ꝛ.C.de dona.ꝛ.l.ſecūdū.ꝛ quia hoc eſt nudum
officium ſine iuriſdictione.ꝛ ſic ceſſant iura loquentia de proro-
gatione: quia loquuntur in materia iuriſdictionis que bene eſt
prorogabilis.l.j.et.ij.ff.de iudi.an autem conſtitutus tabellio a
papa poſſit conficere inſtrumenta in terris,imperij vel econtra
do.Ant.hic videtur velle qđ non pro cuius dicto facit quod ſu-
pra proxime dixi niſi dicas qđ papa quo ad habitum habet iu-
riſdictionem in terris imperij,vt notatur.ſ.de iudi.nouit.ꝛ im-
perator alias habuit in terris eccleſie.ideo toleratur proroga-
tio.argumen.l.cum filius.§.dominus.de lega.ij.vel rigore vide-
tur opi.d.Anto.verior ſed contrarium tenuit Spec.in dicto.§.
reſtat.ver.ꝛ nota qđ hec cōmuniter tenetur ꝛ ſeruatur.nam licet
ſit queſtio an legitimatio facta per imperatorem habeat effectū
etiam in terris eccleſie vel econtra vt notatur in.c.per venerabi-
lem.ī.qui filij ſint legitimi.tamen quo ad poteſtatem conficiendi
inſtrumenta cōmuniter tenetur quod dixi.ꝛ poteſt eſſe ratio di-
uerſitatis:quia inſtrumēta conficiuntur de voluntate eorum de
quorum preiudicio agitur,ꝛ ideo facilius habent effectum,ſꝫ le-
gitimatio interdum fit ſine conſenſu eorum de quorum preiudi-
cio agitur,vt tangit Bart.in.l.gallus.§.quid ſi tantum.de libe.ꝛ
poſthu.ꝛ ideo illa nō ſic faciliter extenditur de quo tamen dicen
dum vt plene notatur in dicto.c.per venerabilem.quia in illa vt
6 dixi fuerunt opiniones.¶ †Quia aūt actione teneat notarius
qui omiſit aliqua ad preiudicium partium in inſtrumento tan-
gitur in Specu.eo.titu.§.oſtenſo.ver.quid ſi imbreuiatura.ꝛ ibi
per Joā.and.in additione.ꝛ Bart.in.l.fin.C.de magiſtra.conue-
7 nien.ꝛ.l.fin.ff de tabulis exhiben.¶ †Ultimo etiam hic tāgitur
qualiter imbreuiatura poſſit extendi:quādo eſt abbreuiate mul
tum ſcripta.de quo,in dicto verſi.quid ſi imbreuiatura.Conclu-
de ꝙ ſi contractus eſt in ſcriptis.Jta ꝙ ſcriptura ſit de ſubſtan-
tia nullū eſt remedium quia nullo mō poteſt extendi vltra ꝙ ſit
ſcriptum.C.de fide inſtru.l.cōtractus.Et per hoc dixit Barto.in
dicta.l.gallus.§.idem credendū,qđ cum in ſententia diffinitiua
requiratur ſcriptura errare videntur tabelliones qui extendunt
ſcripturam iudicis vltra contenta in illa ſed forte poſſunt defen
di quando conſuetudo aliud habet.arg.ſ.e.cū dilectus.vbi au-
tem ſcriptura non eſt de ſubſtantia.tūc dicit Hoſti.ꝙ primo de-
bent attēdi precedētia,ꝛ ſequentia,ꝛ ſimiliter abbreuiature alie
precedentes et ſequentes,ꝛ ſi ex illis poteſt colligi intentio ſcri-
bentis:tunc ſecundum illam extendet.argu.l.ſi ſeruus plurium.
in fine.ff.de lega.j.ꝛ.ff.de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initiū.
Jtem poterit perpendi intentio ex comparationibus aliorum
inſtrumentorum que perfecit tempore ipſe ſcribens imbreuia-
turam inter eaſdem perſonas vel diuerſas in eādem materiā vel
conſimili.argu.l.vel vniuerſorum.[illegible] pign.ac.ꝛ in auť.eo.titu.
§.ſed inſtrumenta.vnde dixit Bart.ꝙ clauſule confines ad con-
tractum emptionis ꝛ locationis,poterunt extendi in imbreuia
tura inſtrumenti emptionis,eo modo quo reperirentur extenſe
in contractu locationis:nam ſunt ſimiles,vt.l.j.ff.de lega.ij.di-
cit tamen Hoſtiē.ꝙ deciſio coherentiū.i.confiniū.ſi non ſunt ex-
preſſe appoſiti ꝛ ſic deciſi:non poterit ſuppleri.qđ intellige ſine
noua probatiōe per id qđ notatur in dicto verſi.qđ ſi imbreuia-
tura.ꝛ ſequenti.vbi aūt predicta ceſſant.tūc ſi quidē talis imbre-
uiatura habet certum intellectū a cōſuetudine loci vel a iure cō-
muni ille intellectus dabitur,ꝛ ſm illū poterit extendi.facit in-
ſti.de fideiuſ.§.fin.ꝛ.alias ſi ex predictis non bene poteſt percipi
intellectus debebit ſcribere ad literam prout iacet niſi forte eſſet
ipſemet qui ſcripſit qui poteſt ſuā ſcripturam interpretari.argu.
l.ſi quis intentione.ff.de iudi.dicit tñ hic.d.Anto.ꝙ ſi iudex in-
terpretaretur vt ſibi videretur ꝛ ſm illam fieret extenſio valeret
quod actum eēt,niſi eſſet oppoſitū,quod no.facit quod habet.ī.
de re iudi.quod ad conſultationem ꝛ.ſ.de elec.cū dilecti.ad finē.
ꝛ.C.quomodo ꝛ quando iudex.in.l.ab eo.recitat tamen Jo.an.
in addi.Specu.ſuper dicto ver.quandā doctorem Florentinum
diſputaſſe predicta procedere quando imbreuiatura non deficit
in ſubſtantialibus inſtrumenti.de quibus in auť.vt prepo.no.
imperatoris,in tex.ꝛ gloſſ.ꝛ in.l.generali.C.de tabula.li.x.alias
cum inſtrumentum eſſet nullum non poſſet ex poſtfacto valida-
ri.ī.de regu.iur.non firmatur.lib.vj.etiam ſi illa poſſet ꝓbare in-
terceſſiſſe ſm tp̄s conditi inſtrumenti,ꝛ ſic tunc nihil poſſet ipſe
vel alius ſupplere circa talia ſolēnia omiſſa.ꝛ ſic tranſit etiā hic
do.Anto.Sed tu dic melius vt notatur per Bart.in.l.ſi barba-
rius.ff.de regu.iur.nam licet in imbreuiatura deficiant anni do-
mini.vel indictio que ſunt de ſolēnitatibus inſtrumēti,vt habe-
tur.ſ.eo.c.inter dilectos.tñ quia neceſſario concludit imbreuia-
turam ꝛ inſtrumentū factū eē ſub certo tp̄e.ꝛ ſub certa indictio-
ne.facit de re iud.in.c.abbate.li.vj.poterit ipſe tabellio hoc ſup-
plere.qui de hoc veriſimiliter dꝫ eſſe informatꝰ,nā ſi aliter predi-
cta apponat non eſſet functus officio ſuo ex quo actus eſſet nul
lus.arg.l.ſi vt proponis.C.quō ꝛ qñ iud.cum ibi notatis,ꝛ quod
notatur etiam ī.c.gratia.de reſcrip.in.vj.in quibus patet qđ fa-
ciens actum iure proprio ſi actus eſt nullus nō impeditur facere
actū validū quod vř ſaltem procedere,qñ nondum data eſt copia
parti diuerſe,nec mota eſt queſtio ſup anno vel indictione,alias
non deberet apponere ſine iudicis autoritate,ꝛ parte vocata de
cuius preiudicio agitur facit qđ notauit ipſe Joā.and.ſuper da
ta.vj.libri.ꝛ qđ dixi.ſ.eo.in.c.ex literis,cum autoritate aūt iudi-
cis poterit vt voluit Jo.an.in loco preallegato.ꝛ etiam Bar.in
d.l.ſi librarius.quicquid ſenſerit ille doc.Flo.ꝛ Jo.and.in addi-
tione predicta ꝛ.d.Ant.hic.Et ex ꝑdictis patet qđ notarius cui
datur poteſtas redigendi in publicam formam notas ꝛ rogatio
nes alterius notarij poteſt extendere imbreuiaturas eo modo
quo dixi.ꝛ hoc videtur ſequi Spec.ꝛ Joā.and.in loco preallega-
to.ꝛ etiam.d.Ant.hic.Sed Bar.in.l.gallus.§.idem credendum.
de libe.ꝛ poſthu.dicit qđ non dꝫ extendere,ſed ſcribere ad literā
prout iacet.qꝛ ſm eū interpretari ſcripturam vř potius ſpecta-
re ad iudicē.facit l.voluntatis.C.de fideicō.dicit tñ qđ vltra im-
breuiaturam poterit autenticare illud inſtrumentū eiuſdem no
tarij.ex quo colligi poſſit intellectus abbreuiature,et tunc pars
poterit vtrunqꝫ producere,ſed forte opinio.Specu.ꝛ ſequacium
eſt de iure verior ꝑ iſtū tex.dū dicit ꝙ habita autoritate ordina-
rij poterit fideliter in publicam formā redigere.ꝛ ꝑ hoc habebit
perpetuam firmitatē.ꝛ ſic innuit litera qđ non egebit alio admi-
niculo.cuius cōtrarium voluit Bar.ꝛ ad rationem Bart.poteſt
reſpōderi qđ notarius habita autoritate ab ordinario vř habe-
re a iure poteſtatē fideliter interpretandi ipſam notam.ꝑ iſtum
text.nam ꝛ pro ipſo ꝙ fideliter ſe gerat in dubio eſt preſumendū
ī.de preſcriptio.ad audientiam.niſi aliud ex diuerſo probeť cir-
ca predicta,tamē attēdenda eſſet conſuetudo loci.arg.ſ.eo.cum
dilectus.An autem abbreuiaturis cancellatis poſſit inſtrumen-
tum publicum redigi dixi.ſ.eo.inter dilectos.et notatur dictis
verſiculis precedētibus dictum ver.quid ſi imbreuiatura ꝑ Joā.
and.in addi.

Ayuntamiento de Madrid

1. Exemplatio inſtrumentorum anteq̄ permittatur multa requiruntur.
2 Scriptura priuata ad hoc vt probet eget publicatione.
3. Scriptura publica an ⁊ quando egeat publicatione.
4 Et apud qu[illegible] [illegible]ebeat fieri illa publicatio.
5. Et an partes [illegible]nt facere ꝙ notarius publicet de eorum conſenſu ita ꝙ tal[illegible] [illegible]ture adhibeatur fides etiam ſine autoritate iudicis.
6 Inſtrumenta ſi ſunt de re eccleſiaſtica vel negotio eccleſiaſtico poſſunt publicari coram iudice eccleſiaſtico.
7 Publicatio ſcripture quos effectus habeat.
8 Ad publicationem teſta[illegible]nti que requirantur.
9 Et an teſtes prime ſcripture ſint omnes vocandi.
10 Publicationem teſtamenti petens an debeat iurare ꝙ nō petit animo calumniandi.
11 Ad publicationem teſtamenti requiritur citatio eorum quorum intereſt.
12 An in dubio preſumetur citationem preceſſiſſe.
13 Et an ſufficiat ſola ſcientia ſine citatione.
14 Protocollum an probet.

**SI inſtrumenta.** Inſtrumentum exēplatū [a] per tabellionem autoritate ordinarij eandē vim habet cum originali.h.d.Et non recipit cōmodam diuiſionem: loco tamen diuiſionis pōt dici ꝙ ponit petitionē examinationē preceptum ⁊ effectum. ¶ No. ꝙ inſtrumenta publica proprie dicuntur exēplari: ſed priuata dicunt̄ publicari: quando rediguntur in publicam formā per manū tabellionis contenta in ipſa priuata ſcriptura conſtito de veritate contentorū in illa.C.de teſta.l.publicati. ¶ † Itē no. multa requiſita vt permittatur exēplatio inſtrumentorū. Primū eſt ꝙ inſtrumenta exigāt exēplationē propter vetuſtatē vel aliam cauſam iuſtā. Secūdo ꝙ exēplatio fiat autoritate ordinarij vel delegati ab eo habentis ad hoc ſpeciale mandatū. Tertio requirit̄ ꝙ diligēter inſpiciant̄ ⁊ examinentur an ſit vitioſa in aliqua ſui parte. Quarto reqrit̄ ꝙ per publicam perſonā exemplent̄ ⁊ publicentur. Et no. tunc effectum talis publicationis: qꝛ habet eandem vim quam habebat originale. An aūt alia requirantur patebit ex.j.dicendis.⁊ de materia in Spe. de inſtru.edit.§.oſtenſo.verſic.⁊ quoniam.de publicatione.vſq3 ad fin. ¶ In glo.j.ibi reuocanda ſunt: ſupple anteq̄ conſumantur.⁊ quando de conſumptione timetur.vt patet ex ſequētibus. ¶ In ea.glo.ibi nulla fides adhibet̄ ſupple niſi per teſtes probaretur de tenore ipſius inſtrumēti.j.de priui.cum olim.⁊no.in gl. ſequenti. ¶ In glo.ij.ibi de priuilegijs.cum olim.No.ex glo.iſta ⁊ precedēti ꝙ etiā inſtrumēta publica interdū exēplant̄ ⁊ publicantur vt quādo dubitatur ne pereat ꝓbatio propter vetuſtates vel aliam iuſtā cauſam.vt tetigit glo.in prin.ꝙ ⁊ ibi dixit glo.vel alio modo potes exemplificare ſi forte ſcriptura ſtetit in loco humido.⁊ ex hoc inceperit deleri. Idē etiā dixit Hoſt.ſi eſſent ſcripta in papyro.qꝛ illa de facili corrūpuntur vt docet experientia. facit.j.de confir.vti.vel inuti.cū dilecta. Idē ſi ſunt pericula per emptionis: qꝛ forte ſunt transferēda ad locū remotū ⁊ periculoſum eſt ꝓpter guerras ⁊ diſcrimina viroꝝ idem ſecundum eum ſi eſſent inſtrumenta oīa inter heredes vel ſocios quorum quilibet eget vno.ff.fa.erciſ.l.ſi qua ſunt.idem dixit Inno.ſi eſſet inſtrumentū ꝓcuratoris cōtra plures perſonas.ita ꝙ expedit in pluribus iudicijs habere in publica forma.vt ipſe no.ſ.de teſti.ſignificauit.⁊.c.albericus. Itē etiam ſcriptura priuata poteſt publicari. dūmodo conſtet de veritate ipſius ſcripture,⁊ cōtentorū in ea.C. de teſt.j.l.publicati. Itē pōt publicari quodlibet geſtū coram teſtibus cuius expediat habere memoriam ſiue ſit teſtamentū ſiue cōtractus vel quaſi: ſiue quodlibet aliud.vt in.d.c.ſignificauit.⁊.c.albericus.⁊.c.qm̄.in prin.⁊.§.ſunt ⁊ alij.ſ.vt lit.non conteſt.dicunt etiam quidam ꝙ inſtrumentum donatiōis etiam publica manu factū debet publicari corā iudice ſi excedit ſummā quingentoꝝ aureoꝝ.l.ſancimus.C.de dona.ſed certe vt hic tāgit do.Ant.illa nō eſt ꝓprie publicatio q̄ fiat ad finē cōſeruādi ꝓbationē.de qua loquit̄ hec materia.ſed ad finē validitatis donationis.d.l.publicati.⁊ inſti.de teſta.§.ſi.alias aūt nō exigit̄ publicatio ſi teſtamentum ſit ſcriptū manu tabelliōis.⁊ ꝑ hoc habes expeditū que ſcri-
2 pture vel geſta poſſint publicari. ¶ † Eſt etiā ſecūdo dubiū. An quelibet ſcriptura egeat publicatione vt ꝓbet.conclude ꝙ ſi eſt ſcriptura priuata illa eget publicatione: qꝛ illa de ſe non probat ſine alio adminiculo.ſ.eo.c.ij.⁊ ibi plene dictū fuit: ſi aūt ſit ſcri-
3 ptura publica regulariter nō eget publicatione: qꝛ illa de ſe probat ſine alio adminiculo.ſ.e.c.ij. † Fallit tñ interdū ad finē cōſeruādi ꝓbationē qñ dubitaret̄ ne periret.vt hic pꝫ. Itē fallit ſecūdū aliquos in donatione q̄ excedit ſummā quingētorū aureoꝝ ꝑ l.ſancimus.C.de dona. Sed certe vt.ſ.dixi.ibi nō reqrit̄ publicatio coram iudice ad finē vt ꝓbet ſi inſtrumentum eſt manu publica cōfectū ſ3 ad finē vt valeat ipſa donatio.q̄ al's nō valeret quatenus eſſet vltra dictā ſummā.vt pꝫ in.d.l.ſancimus. Itē fallit tertio ſecundū aliquos in teſtamēto qđ ſecundū eos non probat ſ3 manu publica ſit ꝯfectū niſi publicaretur autoritate iudicis ⁊ teſtes inſcripti atteſtentur verā eſſe que in eo ſunt deſcripta.l.publicati.⁊.l.teſtamenta.C.de teſta. ſed certe cōmunis opinio eſt in cōtrarium.vt etiā hic tangit Inn.nā ſm cōmunē opinionē demū egēt teſtamēta publicatione: qñ nō ſunt ſcripta per manū tabellionis ⁊ habeat ſolennitates debitas.⁊ hanc opinionem dicit Hoſt.veriorē preſertim ſm ius canonicū ꝑ no.de teſta.relatū.et c.cū eſſes.dicit tñ Inn.ꝙ prima opinio de conſuetudine in multis locis ſeruat̄.⁊ tunc ſeruāda eſt conſuetudo.ſ.eo.cū dilectus.⁊ idē ſi ſtatutū loci hoc diſponeret eadē rōne.ar.l.de quibus.ff.de legi. Dicūt etiā aliq ꝙ publicāda eſt originalis ſcriptura.et non ſumpta eo caſu quo hꝫ fieri publicatio.per.l.ſancimus.C.de diuer.reſcrip.canonizata.xxv.q.ij.de quo dic vt per Bart.in aut.ſi qs in aliquo.C.de eden.⁊ per hoc habes expeditū ſecundū vēꝫ q̄
4 ſcripture egeāt publicatione. ¶ † In ea.glo.in ſi. No.ex gl.apud quos debeat ſeu habeat fieri iſta publicatio qꝛ apud ordinarium pōt etiā fieri corā delegato ad hoc ſpecialr̄ deputato a ſede apoſtolica.ſ.de teſtib.albericus vel etiā ab ordinario adminiſtrationem habente vt hic pꝫ ⁊ dixi.ſ.c.proxi. An aūt poſſit fieri corā vicario ordinarij.dicit Gof.⁊ Hoſtien.ꝙ nō niſi habeat ſpeciale mandatū per iſtū tex.ſ3 Io.an.tenet cōtrarium: qꝛ vicarius ſecundum verā opinionē habet ordinariā prout etiā tenuit Hoſt.non delegatū prout tenuit Gof.vt no.glo.in.c.ij.de offi.vica.in.vj.et ideo poterit fieri corā eo ex quo ordinarius eſt ꝑ id qđ dicit text.
5 hic ⁊ gl.etiam ſi aliud ſpeciale mandatū nō habeat. ¶ † An aūtē poſſint partes facere ꝙ notarius publicet de eoꝝ cōſenſu.ita qđ tali ſcripture fides adhibeat̄ etiam ſine autoritate iudicis. dicit Inno.ꝙ ex vi pacti poterit conuinci pars ꝑ talē ſcripturā.ar.l.ſi conuenerit.ff.de re iud.⁊.l.ſi.C.de tēpo.app.nō tñ poſſunt facere partes ꝙ talis ſcriptura trāſeat in publica formā: niſi autoritas iudicis interuenerit: ſicut nec poſſunt partes facere quē priuatum iudicem.C.de iuriſdi.om.iudi.in.l.priuatorū.⁊ no.ſ.de offi.dele. ſignificantibus: nec facere ꝙ ſcripture priuate perſone credat̄ vt publice ſine alio adminiculo vt dictū fuit.ſ.c.proxi.licet ex vi pacti ſi de illo conſtaret ſtaretur ſcripture ad preiudiciū ipſarū partium.⁊ ſic debet intelligi quod dictum fuit in.d.c.proxi.⁊ cū hoc tranſit Io.an.⁊ do.Ant.ſed forte non improbabiliter poteſt dici ꝙ quando de conſenſu partium per notarium exemplat̄ inſtrumentum ⁊ de hoc rogatur coram teſtibus ꝙ tamē tale inſtrumētum habens ſolēnitates debitas.licet autoritas iudicis non interuenerit: probet tanq̄ publicum ſine alio adminiculo. ex quo eſt manu publica confectum.⁊ de hoc rogatus coram teſtib9: qꝛ non video quid tunc repugnet.et per hoc videtur ꝙ iſta materia debeat intelligi: quando de voluntate vnius partis tantum ſcriptura exemplatur per tabellionem. Et hec procedunt de iure canonico. Sed ſecundum leges videtur ꝙ apud magiſtrum cenſus in vrbe.ſi in prouincijs apud preſides debeat fieri iſta publicatio. C.de teſta.l.conſulta diualia.et ſecundum illas non videtur poſſe fieri apud iudices eccleſiaſticos: quia opprobrium eſſe videtur eis ſi forenſium diſceptationum velint eſſe periti.d.l.conſulta.et.C.de epiſco.et cleri.in.l.repetita.ſed Innocen.dicit de conſuetudine antiquata ⁊ approbata in Francia et in Anglia ſeruari vt fieri poſſit apud epiſcopos et eorum officiales.facit quod not.j.de teſta.in.c.tua.et.c.ſi heres.in gloſ.ij. Potes concludere vt tangit hic domi.Anto.quod apud religioſos non debet fieri. argu.ſ.de ſyndico.c.j.et de poſtulā.c.ij.et ſic poſſunt intelligi dicte leges ſecundum vnum intellectum: ſi autem queritur de alijs
6 perſonis eccleſiaſticis. † Conclude quod ſi inſtrumenta ſint de re eccleſiaſtica vel de negotio eccleſiaſtico: poſſunt coram eccleſiaſticis iudicibus publicari.facit.ſ.de iudi.decernimus.⁊.c.ſequenti. Si autem ſint de alijs: tunc ſi ſumus in terris eccleſie ſubiectis quo ad temporalem iuriſditionem. Idem videtur per id quod habetur.j.de appella.ſi duobus.et quod not.gloſ.in.c.ij.de arbi. lib.vj. Si autem non eſt de temporali iuriſditione eccleſie: tunc ſi recipiunt contractus ⁊ non reſpiciunt piam cauſam: videtur quod debeat fieri coram iudice ſeculari.ſ.de iudic.nouit.ſi autem reſpiciant piam cauſam: tunc videtur quod poſſit fieri coram iudice eccleſiaſtico.per id quod habetur in.d.c.tua.⁊.c.ſi heredes.et.c.cum eſſes.et.c.relatum.j.de teſtamentis. et multo fortius hoc procedit: ſi eſſet teſtamentum in quo eſſent diſpoſita in piam cauſam. Si autem eſſet teſtamentum in quo non eſſet aliqua diſpoſita ad pias cauſas: tunc eſt magnum dubiū.nā tunc videretur ꝙ deberet publicari coram iudice ſeculari.contrarium ſentit hic do.Ant.ex eo quia ad epiſcopum ⁊ ſic ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat tueri.⁊ ſic defendere voluntates [illegible] etiā ſi aliter non ſint facte ad pias cauſas: qꝛ de ſe ſatis [illegible] eſſe pium illas tueri.per id quod not.in.d.c.tua.et.c.ſi heredes.

a ¶ Inſtrumentū exēplatū.ꝯcordat cū dño Io.in ſummario do. Abb.⁊ Fel.⁊ ſi q̄ras qñ ſcriptura ſidē faciat vl' nō diſtīgue hic ſm do. Hē.boych.

Ayuntamiento de Madrid

et ſic quantum ad hoc dicte leges non tenerent nec aſtringerent
eccleſiaſticas perſonas.ſ.de conſti.in.c.eccleſia.ex quo non repe-
riuntur approbate per papam.⁊ per hoc habes tertium expedi-
7 tum vꝫ apud quos debeat fieri iſta publicatio.¶ †Jn gloſ.ſi.in
ſi.Not.ex glo.Primo vnum requiſitum in materia publicatio-
nis.vꝫ ꝙ ſcribatur ſcriptura per tabellionem.Secundo habes
ex ea effectũ publicationis:qꝛ ex quo facta eſt publicatio nõ pote
rit contra eam fieri probatio.licet amittatur vel conſumatur ori
ginale facit.l.publicati.C.de teſta.Jtem faciet fidem:etiam ſi pri
ma ſcriptura fuerit priuata:vel ſi forte geſtum erat ſolũ in men-
te teſtium.vt ptꝫ in.d.l.publicati.Jtem eſt effectus:qꝛ facta pu-
blicatione teſtamenti:ſi oſtendatur iudici ex quo nõ apparet ali-
qua ſuſpicio procedetur ad miſſionem in poſſeſſionem rerum he
reditariarum quã debebit facere fieri iudex de ipſo herede.l.ſi.C.
de edic.⁊ interdum etiam habet maiorem autoritatẽ ꝙ origina-
le.vt quando originale erat ſcriptum ſcriptura priuata.Sed vbi
eſſet ſcriptura publica habebit eandẽ vim ⁊ nõ maiorẽ ꝙ origina
le.ſ.de confir.vti.vel inuti.cum dilecta.⁊ per hoc habes effectum
8 publicationis.¶ †Reſtat nũc declarare aliqua requiſita ad ip-
ſam publicationem.Et primo vides ꝙ requirit ꝙ ſcriptura pu-
blicetur per tabellionem:qđ fatetur Jnn.hic in vna parte:ſed in
alia parte videtur dicere ꝙ non requiritur tabellio:qꝛ leges non
videntur facere mentionem de tabellione.ſed de honeſtis pſonis
in quarum preſentia debet fieri apertura.C.quẽadmo.teſta.ape.
l.j.⁊.ij.ſed certe ibi loquitur de publicatione que ſumit pro mani
feſtatione:qꝛ teſtamẽtum non fuerat lectum coram teſtibus ſed
clauſum preſentatum.⁊ talis publicatio bene poteſt fieri coram
honeſtis perſonis de autoritate iudicis vt dictis legibus:ſꝫ pu-
blicatio que habeat vim probationis iſta debet fieri cũ teſtes re-
cognouerunt ſuas ſubſcriptiones ⁊ ſua ſigilla coram iudice.⁊ de-
bet tũc ſcribi per tabellionẽ.⁊ ſic per perſonam publicam:tenor
teſtamẽti de autoritate iudicis.vt etiam no.per Bar.in.l.j.§.fin.
ff.quemadmo.teſta.aperi.ideo tene concluſionem gl.Requirit
etiam ꝙ primo ⁊ ante oĩa adeatur iudex competens quo ſeden-
te pro tribunali ſupplicetur pro publicatione.d.l.j.⁊.ij.C.quem-
admo.teſta.aperi.qui etiam habebit facere ſolẽnitates locoꝝ.vt
ibi dicitur.Jtem requiritur tertio ꝙ iudex inſpiciat inſtrumen-
tum de verbo ad verbum.⁊ ſic videat ꝙ ſit ſine ſuſpicione eo dili
gẽter inſpecto in charta ſeu ſcriptura.Et in filo ⁊ ſigillo ſi ſit pri-
uilegium.⁊ in oĩbus ſuis circũſtãtijs.ſ.eo.inter dilectos.⁊ repe-
riat etiã ſine vitio precipiet illud exẽplari per tabellionem.vt hic
dicitur eſſet etiam vtile ꝙ conferret ⁊ auſcultaret exemplatũ ori
ginali.tamen non hoc eſt neceſſarium ſm Hoſ.quia preſumitur
pro tabellione.ſ.de preſcri.ad audientiam:nec eſt neceſſe ſm euꝫ
ꝙ aliter decretum vel autoritatem ſuam interponat.lꝫ id facere
poſſit ad cautelam.lꝫ alij dicant id neceſſarium.⁊ alias non facit
fidem exẽplum ſecundum eos etiam exẽplatum debet cõferri a
triplici tabellione:ſed verior videtur opi.Hoſt.per hunc tex.re-
quiritur etiã vt dixi ꝙ ſit exemplatuꝫ per tabellionẽ.¶ Sed an
ſufficiat vnũ ſolum notariũ exemplare etiã ſi alij notarij non in-
terueniant.Jo.an.in addi.Spe.eo.titu.§.oſtenſo.ſuper ver.ſed
nunquid ponderat iſtũ tex.qui loquitur in ſingulari.⁊ ſic videtur
velle ꝙ ſufficiat vnus notarius.Jdeo reprobat opi.requirentiũ
quatuor vel quinqꝫ notarios ad ipſam publicationem.⁊ ideo cõ-
cludit ꝙ ſufficit vnus dũmodo id faciat preſentibus teſtib9.Jta
ꝙ in cõtractu inſinuationis ⁊ publicationis teſtes deſcribantur
fatetur tamẽ ꝙ ad cautelã plures poſſunt adhiberi:ſed nõ eſt ne
9 ceſſarium qđ notabis.¶ †An aũt teſtes prime ſcripture ſint vo
candi.Jnn.hic variauit.nam primo in vna parte dixit ꝙ non in
alia dixit contrarium videtur tñ voluiſſe ꝙ ſufficiat maiorẽ par-
tem venire.C.quemadmo.teſta.aperi.l.ij.Sed certe illa.l.hoc nõ
probat.⁊ loquitur de publicatione que ſumitur pro manifeſtatio
ne.Non autem de illa que fit ad finem vt fiat publicatio ad finem
probandi.nam tunc expedit oẽs venire ⁊ pro teſtamento teſtifica
ri alias ſi vnus ſolus de neceſſarijs cõtradiceret vel deficeret non
probaretur teſtamentuꝫ.⁊ ſic non poſſet publicari.l.j.in ſi.ff.quẽ
admo.teſta.aperi.Potes dicere vt tangit hic do.Anto.qđ ſcri-
ptura originalis erat publica ſꝫ publicatur.qꝛ incipit deleri non
eſt neceſſe teſtes inſcriptos vocare:qꝛ ſatis probaret ipſa ſcriptu-
ra in publica forma ſcripta ⁊ in nullo vitiata.ſecus ſi prima ſcri-
ptura eſſet priuata vel conſumpta.qꝛ tũc expedit ꝙ pbet per te-
10 ſtes.⁊ hoc mõ poſſunt opiniones concordari.¶ †Jtẽ requirit ꝙ
petẽs publicationẽ iuret ꝙ nõ petet animo calũniandi.d.l.j.⁊.ij.
11 ¶ †Jtẽ requirit citatio illorũ quoꝝ intereſt.d.c.albericus.⁊.c.ſi-
gnificauit.de teſti.nam partibus preſentibus vel altera per con-
tumaciam abſente debet fieri publicatio.facit.l.in cauſe.§.j.ff.de
minori.⁊ quod dixi in.d.c.ſignificauit.⁊.c.albericus.alˢ non pre-
ſentibus abſentibus ex regula vulgata.l.vnoquoqꝫ.ff.de re iudi.et
ſ.de ma.⁊ obe.c.iiij.⁊ hoc etiam tenẽt domini de Ro.in ſua con
cluſione.cclxvij.Fallit ſi exemplatio ſit facta per notariuꝫ qui
primũ inſtrumentũ confecit.facit qđ no.Bar.in auſ.ſi qs in ali-
quo.C.de eden.Fallit ſecundo ſi pars contra quã ſit exẽplatio ex
poſtfacto fuerit vocata ad contradicendũ ipſi exẽplato.⁊ nõ con-
tradixit.ſed forte illud inquantũ pro ſe faciat produxerit.nã tũc
etiam ſibi nocebit.vt not.do.de Ro.in locis pre[illegible].Jtem fallit
tertio ſi inſtrumenta aliqua ſint in caſu perdi[illegible] propter ve-
tuſtatem vel alia iuſtã cãm.⁊ adeo periculũ i[illegible]cat ꝙ illi quo-
rum intereſt,⁊ qui ſunt abſentes commode vocari vel expectari
non poſſunt.nã tunc ſtatim poſſunt trãſcribi ⁊ publice exempla
ri etiam nõ precedẽte citatione ſm Jnn.arg.c.quoniam.§.j.ſ.vt
lit.non conteſt.quod intelligit Hoſ.ſaluo tamẽ iure abſentiũ.vt
ſic poſſint obijcere contra hanc ſecun[illegible] ſcripturam:ſicut ⁊ con
tra primã poterit.per id quod habet in.d.c.quoniam.⁊.ſ.de con-
fir.vti vel inuti.cum dilecta.§.nos igitur.Jtẽ fallit quarto prout
no.Spe.eo.ti.§.oſtenſo.ver.porro.ſi inſtrumentum quod publi-
catur alium non tangit ſpecialiter vt priuilegiũ vel indulgen-
tia.nam tunc non exigitur ſpecialis citatio.ſed ſufficit generalis
per edictum.⁊ alias non valeret publicatio ſaluo niſi fieret p illũ
q ꝯceſſit priuilegiũ.de quo etiam per Jnn.ſ.de teſti.Albericus.
12 ¶ †An autem preſumatur in dubio citationem proceſſiſſe.dixi
in.d.c.albericus.⁊ tãgit etiam Spe.in.d.§.oſtenſo.verſ.ſed quid
ſi poſt publicationem.⁊ concludit ꝙ nõ preſumitur niſi in publi-
catione.de illa fiat mentio.dẽ quo dicendũ vt dixi in.d.c.albert9.
13 ¶ †An autem ſufficiat ſola ſcientia ſine citatione.tangit Spec.
in ver.ſequenti dictum ver.ſed quid ſi poſt.⁊ concludit tuti9 eſſe
ꝙ citetur do.Anto.tenet qđ etiam eſt neceſſarium:qꝛ citatio eſt
de ſolẽnitate publicationis.⁊ nõ ſit ſimpliciter propter finẽ ſcien
tie.Facit quod no.Bar.in ſimili in.l.denuntiaſſe.§.quid tamen.
ff.de adulte.ſi tamen eſſet ſciens ⁊ preſens licet non eſſet citatus.
ſufficeret per ea que habentur in.l.in cauſe.§.j.ff.de mino.⁊ quod
no.Guil.de cu.in.l.j.ff.de in ius vo.⁊ Jo.an.in.c.ſi.de elect.in.vi.
⁊ facit etiam qđ dixi.ſ.de iudi.c.j.¶ Vltimo requiritur ꝙ nota-
rius fideliter exemplet:nihil addẽdo vel detrahendo qđ ſubſtan
tiam habeat immutare:faciendo de hoc mentionem in ſubſcri-
ptione.⁊ etiam de qualitatibus exemplati.vnde etiam atteſtabi
tur ꝙ inſtrumentum nõ erat vitiatum nec cancellatum nec in ali
qua ſui parte abolitum aut ſuſpectum.⁊ ꝙ de autoritate iudicis
exemplauit per iſtum tex.⁊.C.de edic.diui.adria.l.ſi.⁊ per illã le-
gem.⁊ per hanc decre.dicit Joã.and.probari ꝙ vitia viſibilia vt
cancellature ⁊ raſure impediunt hanc publicationem inuiſibilia
non vt ſi obijciatur ꝙ inſtrumentũ de quo exemplando agit fue-
rit confectum ab excommunicato vel ſeruo vel his ſimilia.nã nõ
audietur hoc allegans ad impediendum publicationem:audie-
tur tamen talis ꝯtradictio alio reſpectu ⁊ ſcribi poterit in actis
ad finem vt alio tempore diſcutiatur.per id qđ habetur in auſ.ſi
dicatur.C.de teſti.⁊.c.ex parte ade.debebit etiam notarius exem
plans totum exemplare:nec ſufficeret alˢ aſſertio notarij dicen-
tis ſe vidiſſe inſtrumentum.per id qđ habetur in auſ.ſi quis in
aliquo.C.de eden.⁊.ſ.de verbo.ſigni.abbate.⁊ per Specu.in.d.§.
oſtenſo.ver.ſꝫ nũquid creditur.⁊ per hoc habes expeditum que
ſolennitates requirantur in publicatione.de effectu etiam publi
cationis ſuperius dixi.⁊ ſic eſt expedita materia decre.tamẽ ad-
uerte qꝛ do.Ant.videtur ſenſiſſe ꝙ ſi teſtamentum eſt ſcriptum
manu tabellionis:ita demũ nõ eget publicatiõe:ſi fuerat lectum
coram teſtibus.alˢ ſecus per.l.j.⁊.ij.C.quẽadmo.teſta.aperi.ſed
tu dicere potes ꝙ ſi appareat notarium eſſe rogatum in preſen-
tia teſtium ſubſcribentium teſtamento.⁊ ipſum ſigillantium qđ
illud teſtamentum ꝙꝙ clauſum ſit teſtamentum ipſius teſtato-
ris.⁊ ꝙ ſic etiam aſſeruit teſtator coram teſtibus:quos etiam ro-
gauit vt ſe ſubſcriberent ⁊ ſigillarẽt ꝙ tunc ſi tabellio predicta at
teſtetur ⁊ ſe ſubſcribat.⁊ apponat ſolẽnia inſtrumenti.de quibus
dictum fuit.ſ.e.inter ſe ⁊ ſignum ſuum.videtur qđ tunc ſine alia
publicatione fienda coram iudice teſtamentum probet.per id qđ
habetur in tex.⁊ glo.in.l.ij.in prin.ff.quẽadmo.teſt.aperi.cuꝫ ibi
no.per Bar.ſecus ſi predicta non interuenirent.lꝫ alˢ eſſet ſcri-
ptum manu tabellionis.per id quod habetur in.l.ſcripturas.C.
14 qui po.in pigno.ha.¶ †Vltimo potes addere his que dixi.ſ.c.
proxi.qđ Bal.ſuper rub.de ſi.inſtr.tenet ꝙ protocollum nedum
quo ad principaliter contenta in protocollo.ſed etiã quo ad im-
breuiate ſcripta pbet:ſi habet alias ſolennitates inſtrumẽti pu
blici mouetur:qꝛ tales imbreuiature recipiunt interpretationem
a communi cõſuetudine loci.⁊ hoc dictũ poſſet pcedere ſi loci cõ-
ſuetudo haberet dari fidẽ etiã quo ad imbreuiate ſcripta.alˢ cuꝫ
ſcriptura ſit imperfecta.et ſcripta ad finẽ vt perficiat:nec debeat
ſemper conſuetudo cõis attendi:ſꝫ potius conſuetudo ipſius ta
bellionis.vt plene dixi.ſ.c.proxi.videt ꝙ de iure non faciet fidẽ
quo ad talia imbreuiate ſcripta.vt dixi in.d.c.precedenti.tene tñ
menti dictum Bal.propter eius autoritatem.

¶ De preſumptionibus. Rubrica.

Deprehenſio

Ayuntamiento de Madrid

1 ¶ Deprehenſio in delicto videtur probare delictum.
2 Interficere volens hominem licet non interficiat ex quo per eũ non ſtetit cum devenerit ad actum proximum tenetur pena homicidij licet non interfecerit.

**Sicut noxius.** In delictis in dubio preſumitur dolus. h.d. Et nõ recipit cõmodam diviſionem. ¶ No. q in his que ſunt de genere prohibitorum preſumitur dolus ⁊ animus delinquẽdi. facit quod habetur in l.j.C.ad.l.cor. de ſica. ¶ Item q interdum appellatur amicus qui debet eſſe amicus: vel cui quis deberet eſſe amicus: ſʒ non fit. facit qđ habetur in paſſione domini ca vbi dominus Jeſus dixit iude. amice ad qđ veniſti. ¶ Itẽ no. q in depẽdẽtib⁹ ab aĩo [illegible] verbo alicuius: qñ ex facto habetur certa preſumptio a iure de animo. ⁊ ſic dʒ limitari qđ not. in.c. ſignificaſti. de homi. ⁊ inſti. de actio. §. alie. in gloſ. magna.
1 ¶ † Itẽ no. q deprehenſio in delicto videtur pbare delictum. de quo. ſ. de iudi. in. c. cũ nõ ab hoĩe. ¶ Itẽ potes notare ſm Abb. verſuʒ illũ. Si vides ludo vel ſacco ſumpta recludo. ⁊ facit etiam tex. ſm Hoſt. cõtra illos, q faciũt cantilenas famoſas in preiudiciũ proximi in ludis vel feſtis ſancti Nicolai vl in alijs ſimilibus vt propter hoc non excuſent a pena. l. j. C. de famo. libellis. ¶ In
2 gl. j. in fi. Et ſic vult gl. † q volens interficere hoiem. lʒ nõ interficiat: ex quo p eũ nõ ſtat cũ devenerit ad actũ proximũ tenetur pena homicidij. lʒ non interfecerit. qđ eſt verũ de iure cõi. l. is q cum telo. C. ad. l. cor. de ſica. Sed ſecundum formã ſtatutoꝝ preſertim Italie non punitur pena homicidij: niſi ſecutum fuerit homicidium. vt no. Bar. in. l. j. ff. ad. l. cor. de ſica. ¶ In gloſ. ſi. in fi. hoc verum niſi ex circunſtantijs aliud eſſet preſumendum. ſ. de ſen. exco. c. j. ⁊. l. illud. §. fi. ff. de iniurijs. canonizata. xv. q. j. ⁊ facit quod habetur. xxij. q. ij. q ait. ⁊. c. ne quis. ⁊ de conſe. diſt. iiij. in. c. ſolet. ⁊ quod no. per glo. ⁊ legiſtas. C. de ſicarijs.

1 ¶ Sententiam ruſticorum poteſt iudex ferre in dubijs ſcʒ vt res per medium dividatur.
2 Filiatio preſumitur ex pietate ⁊ dilectione erga aliquem.
3 Cedens liti cauſa pietatis non debet perdere litem.
4 Ex violenta preſumptione quandoqʒ profert diffinitiva ad effectum civilem.
5 Libellus ſine concluſione procedit de iure naturali ⁊ divino.
6 Violenta preſumptio eſt ſufficiens ad ferendam diffinitivam.
7 Filius de cuius filiatione inter duos eſt cõtroverſia obtinere debet hereditatem illius in cuius filiationis poſſeſſione erat.

**Afferte mihi.** Ex violẽta preſumptiõe fertur ſentẽtia diffinitiva h.d. Prima pars ponit factũ. ſcđa diffinit ibi reſpondit.
1 ¶ † No. arg. q in dubijs iudex poſſit ferre ſententiam ruſticorũ ſcʒ vt res per mediũ dividat. ⁊ ſic facit q ſi equaliter fiat probatio in interdicto vti poſſidetis res vtriqʒ pro dimidia debeat adiudicari. de quo dic vt dictũ fuit. ſ. de proba. lʒ. ⁊ de materia etiã p gl. ⁊ legi. in. l. neſennius. ff. de neg. geſt. ſed tñ revera iſte tex. modicũ facit. qꝛ nõ dixit rex diffiniẽdo infantẽ dividẽ-
2 dum: ſed potius vt tentaret qđ dicerẽt mulieres. ¶ † Itẽ no. qđ ex pietate erga aliquẽ preſumit de filiatione. ⁊ ſic ex pietate ⁊ dilectione aliquid preſumitur. facit qđ habetur in. l. ſi mater. C. de in offi. teſta. ⁊. l. iſti quidẽ. ff. qđ metus cau. ⁊ in. l. ſi. C. de cura. furioſi. ⁊. l. nec in ea. ff. de adul. ¶ Item no. non eſſe veriſimile q parẽtes
3 affectent mortẽ filioꝝ. ¶ † Itẽ no. q cedẽs liti cauſa pietatis nõ debet perdere litẽ: qꝛ nõ facit animo renuntiandi. ¶ Item no. ſʒ Hoſt. q quis de alieno facit largas corrigias. ¶ Itẽ no. q ſecundum cõventionẽ nõ pfert ſentẽtia qñ ambe partes nõ cõcurrunt in cõventione vel quãdo cõventio nõ eſt voluntaria. ſed miracu-
4 loſe facta iuſto metu. ¶ † Itẽ no. q lʒ diffinitiva quãdoqʒ pferatur ex preſumptione violenta ad effectum civilem tñ ex illa non faciliter quis condemnatur ad penam corporalem vel mulctã vt hic patet: qꝛ non fuit hec mulier que habebat penes ſe infantem vivum iudicata ad mortem vel mulctam quod factũ fuiſſet ſi vere fuiſſet probatum q alterius filium ſubripuiſſet. facit quod habetur in. l. j. C. ad. l. faviam de plagia. ſed ſolum condemnata fuit ad reſtitutionem filij. facit qđ no. gl. j. de pur. ca. c. inter. in vltima gl. ⁊ Inn. j. eo. quia veriſimile poſſet tamen dici quod ad hoc nõ
5 fuit actũ niſi pro reſtitutione filij civiliter. ¶ † Item potes notare q in ſententia poni debet tenor libelli. ¶ Item etiam facit qđ procedat libellus ſine concluſione de iure naturali ⁊ divino. et eadem ratione idem videtur in caſibus in quibus proceditur ſine figura iudicij. ⁊ iſtud tenuit Bar. in extra. ad reprimendũ per hũc
6 tex. in verbo ſine figura iudicij. ¶ † In gloſ. pe. in fi. ⁊ ſic vult gl. q non omnis preſumptio, ſed demum violenta ſit ſufficiens ad diffinitivam. facit quod habetur. j. eod. quanto. ⁊. ij. qđ. j. c. j. ſemper. Adverte tñ qꝛ vt tetigi in notabilibus. licet preſumptio violẽta ſit ſufficiens ad condemnationem in civili nõ tñ videt ſufficiens in criminali. vt dixi in notabilibus. quod eſt verũ regulariter. p. l. abſentem. ff. de penis. fallit ſm Jo. an. ſi preſumptio eſt adeo violenta q omnino videatur inferre maleficium. puta ſi aliquis repertus eſt occiſus in camera que non habet niſi vnum oſtium et viſus eſt vnus exire palido vultu fugiens cum enſe ſanguinolento. nã contra talem videtur poſſe veniri ad penam corporalẽ. vt ipſe no. in Spe. de proba. §. ſi. ſuper ver. xiij. ⁊ ibi etiam aliqua alia exem-
7 pla ponit. ¶ † In gl. ſi. in fi. ⁊ ſic ſimpliciter remanet glo. in concluſione q illius hereditatem debet obtinere in cuius filiatiõis poſſeſſione erat. nam talis poſſeſſio relevat ab onere pbandi. niſi doceatur de oppoſito. vt no. in. l. non in epiſtolis. ⁊. l. neqʒ naturales. C. de pba. ⁊. ſ. de ſi. preſby. in. c. michael. ⁊ facit qđ not. Jac. de bel. ſup. l. j. C. quoꝝ bo. ⁊ qđ no. per Dy. in. l. iij. ſeu. iiij. §. ſi duob⁹. ff. de adi. lega. Gof. vero no. hic dicebat q ſi puer vtrãqʒ hereditatem poſſidet habet exceptionem contra petentes qnis pponat contraria: ex quo eſt reus. j. de reg. iu. nullus pluribus. li. vj. ⁊. ff. de excep. in. l. nemo. ideo obtinebit ſm eũ: niſi probetur q ſit filius alterius. Si autem alius poſſideret vtrãqʒ: tunc dicit qđ ſi puer vtrãqʒ petat. repellit ſeipſum tanqʒ pponẽs cõtraria ar. j. de app. ſollicitudinẽ: ſi aũt vna pſona poſſideat hereditatẽ vnius alia alterius: tũc ſm eũ ſi agat tũc contra diverſas pſonas audit qñis proponat cõtraria: ex quo nõ pponit cõtra eandẽ perſonam. ar. l. contra maiores. C. de inoffi. teſta. ⁊. l. papinianus. §. ſed nec in publicis. allegata in gl. ideo poterit eſſe q obtinebit contra vtrũqʒ: nec probetur cõtra eũ. arg. predicti. §. ſed nec impuberis. ſʒ opi. gl. tenet hic Hoſt. ⁊ etiã Bar. brixien. vt refert Jo. an. ſʒ ſi vis tenere opinionem Gof. quia videtur ſatis nota. potes p ipſa allegare qđ no. Bar. in. l. qđ ſenatus. §. itẽ p contrariũ. ff. de libe. agno. nam ex quo quelibet illarũ principaliter aſſerebat ipſum eſſe ſuũ filium videt q quantũ ad quãlibet earũ de per ſe cõſideratum cenſeatur eſſe in quaſi poſſeſſione filiatiõis illius. facit qđ habetur in. l. ſi. ff. de proba. ⁊ ideo videt q illud ſufficiat ſibi niſi probet oppoſitum. ⁊ ideo poſſit ſalvari opinio Gof. cõter tñ cõſuevit dici q ex ſola aſſertione ſeu noiatione ſine tractatu nõ inducitur quaſi poſſeſſio. de quo. ſ. de proba. per tuas. ⁊. j. eo. illud. Bar. tñ aliter ſentit in. d. §. item per contrarium.

1 ¶ Exteriora faciunt iudicare de interioribus.
2 Qualitas perſone operantis preſumi põt ex qualitate exercitij.
3 Humilitas inter ceteras virtutes commendatur.

**Ex ſtudijs ſuis.** Breve eſt ⁊ poteſt dividi in duas. nam primo ponit dictũ. ſecũdo eius expoſitio. ſecũda ibi quẽcũqʒ. Potes etiã ſic ſummare in dubio pſumi debet
1 bonus qui ſe tradit virtutũ exercitio. h. d. ¶ † No. q p exteriora iudicamus de interioribus. facit qđ habet in. §. pavonũ. inſti. de rerum diviſio. vñ verſus. Intima p mores cognoſces exteriores. Paſcere qualis erit bos ex vitulo moderens. Annus qlis erit a
2 cognoſces tpe veris. ſm Jo. an. ¶ † Itẽ no. q ex qualitate exercitij preſumi põt qualitas pſone operãtis. vnde ſi exercet ſe circa virtutes preſumit virtuoſus. ſi circa vitia preſumitur vitioſus.
3 ¶ † Vltimo no. q inter ceteras virtutes precipue commendat humilitas. facit qđ no. in cle. j. de reli. domi. ¶ Itẽ no. q verbum intelligit interdũ no. preſumptionẽ. interdũ no. fictionem vt colligi põt ex. l. qui a ſervo. iunct. gl. ff. de acti. ⁊ obli. ¶ In gl. ſi. ibi aſſerit ſupple proverbiorũ. xxx. Et adde q ipſe dicit de ſagitta emiſſa in certũ locũ: qꝛ ignoratur via tranſitus illius idest non poteſt bene ſpecificare locus per quẽ tranſiverit ſap. vij.

a ¶ Ex violẽta. idẽ ſummãt hic do. Abb. ⁊ do. Fely. et ſm Abb. hic eſt caſus no. vide hic eoſdẽ do. Abb. et Fely.

1 ¶ Fuga an probet delictum.

**Nullus dubitat.** Preſumitur de iniuſtitia illius q iudiciũ ſubterfugit. h. d. Et nõ dividitur. ¶ No. q ex modo fuge iuſtitie vel oblationis ad iuſtitiã preſumit de iuſtitia vel iniuſtitia. ¶ Et no. q cõtra illum qui querit ſubterfugia ⁊ dilationes ſurgit preſumptio de iniuſtitia. dicit tñ Joan. and. q talis preſumptio non erit ſufficiens ad condẽnationem intellige regulariter. Fallit in caſu. c. ſi. de confeſ. in. vj. ſed poterit quandoqʒ puniri in expenſis ſi fuerit cõtumax: quãdoqʒ etiaʒ poterit puniri pena graviori prout iudici videbitur. facit. C. de iudi. l. ſancimus. ⁊. xj. q. iij. rurſus. ⁊. c. quicũqʒ. ⁊. ſ. vt lit. non conteſta. quoniam. in fi. ⁊. c. tue. † Et procedunt predicta in fuga iudicij. in fuga aũt a loco propter delictum tangitur per Bart. in. l. lege cor. ff. ad ſillania. ⁊ per Cy. in. l. j. C. de rap. vir. ⁊ per Joã. an. in addi. Spec. ſuper hoc ti. §. ij. Bar. vbi. ſ. concludit q ſi fuga allegatur tanqʒ delictum, vt in milite fugiente ad hoſtes: probat delictum. l. deſertorem. ff. de re mili. Aut allegatur ad probationem delicti. ⁊ tunc aut ſumus in caſu in quo ſuſpicio ceſſet ſetur [illegible] delictum. ⁊ tunc probat vt in tutore qui removetur propter [illegible] cionem. facit quod habetur in. l. iij. §. pe. ⁊. l. impub[illegible] eũ. ff. de ſuſpe. tuto. Aut allegatur fuga ad pro[illegible]onem [illegible] eo caſu quo requiritur plena probatio delicti vt [illegible]

Ayuntamiento de Madrid

l. ſciant. C. de p̄ob. ⁊ tunc nō facit plenā p̄bationē: ſed facit pre-
ſumptionē ⁊ iudiciū. facit qđ no. glo. ſ. de teſti. in. c. veniens. el. j.
⁊ qđ habetur in. §. ſi vero etiam quidā iurēt. in aut. de exhi. reis.
⁊ ſic interdum poterit eſſe ſufficiens iudiciū ad torturam ſi indici
videatur. ¶ In gloſ. fin. ⁊ bñ facit qđ habetur in. l. de etate. §. qui
tacuit. ff. de interro. ac. ⁊ in. c. ij. de confeſſis. lib. vj.

1 ☞ Reſpondens parti poſitionis negando partem alterā vide-
tur partem confiteri.

2 Tacens an conſentire videatur.

a Nonne bene dicimus. Negatū[a] in
vno de duobus propoſitis in altero videtur eſſe con-
ceſſū. h. d. vel aliter. Qui tacet conſentire preſumitur
Ad hoc allegatur: primo ponit verba iudeoꝝ. ⁊ reſponſionē eis.
1 factā. ſecūdo ponit expoſitionē. ſecunda ibi duo. ¶ † No. arg. qđ
reſpondens parti poſitionis negando partem, alteram partem
cōfiteri videtur. An aūt rōne partis falſe ſit licitum ſimpliciter
totā poſitionē negare. no. per glo. in. c. j. ⁊. ſſ. de cōfeſſis. li. vj. ⁊ per
Jo. an. in nouella. de teſti. preſentiū. co. li. ⁊ per Barto. in. l. j. §. ſi
quis ſimplr. ff. de verbo. obli. ¶ Itē no. ꝙ Jeſus dici pōt ſama-
ritanus. ⁊ hoc ex eo preſertim: q̄ ſamaritanus interpretatur idē ꝙ
2 cuſtos ⁊ ſic ſaluator. ¶ † Itē facit iſte text. ſm Jo. an. ꝙ ſi tacens
videtur cōſentire: fortius dicet cōſentire actū agēs. ⁊ ſic facit ad
queſtionē ꝙ ſi cōſtitutio epi prohibet alienationem fieri ſine ſua
licētia ſub certa pena ꝙ ſi fiat in eū conſentire videatur. de quo per
Jo. an. in mercu. ſup regula q tacet. de reg. iur. libr. vj. ⁊ etiam ſup
regula is q tacet. ⁊ facit etiā qđ not. Bal. in. l. is q. §. fi. ff. de acqui.
here. ⁊ intellige predicta quo ad penā euitandā nō quo ad validi-
tatē contractus: q̄ in facto ꝓprio non pōt eps autorari, vt in cle.
ſi vna. de reb. ecc. non alie. ¶ In gl. fi. ibi niſi vicinitas. i. cōſangui
nitas. vt ptꝫ ex. l. allegata in gl. ¶ In ea. glo. ibi prohibere qđ ſit
pone exēplū ſm gl. in. l. ſi ſine. C. ad velleia. ⁊. l. rem alienam. ff. de
cōtrahē. emp. qñ aliqs obligat rē meā me p̄ſente ⁊ tacēte. nam di-
cūt cōiter glo. ꝙ lꝫ rē alienā qs poſſit vēdere ſine dñi volūtate: q̄
per emptionē ⁊ vēditionē obligatur venditor emptori. ⁊ ſic agitur
de obligatione perſonali. ſed vbi obligatur res agitur de cōſtituendo
iure in re qđ fieri nō pōt ſine dñi volūtate. ideo tunc tacēs habetur
pro cōſentiēte cū poſſit ꝓhibere. ⁊ nō prohibeat per. l. ſepe. ff. de re
iudi. ⁊ facit qđ no. in. l. caius. ff. de pig. act. ⁊ hec opi. cōiter tenetur
p glo. ⁊ doc. citramontanos: ſed vltramōtani vt refert Cy. in. d.
l. ſi ſine. ⁊ etiā Jo. an. hic dicūt nullā eſſe differentiā inter vendi-
tionē ⁊ obligationē: q̄ vtrobiqꝫ nullū fit preiudiciū dño. ⁊ ſic non
tenet cōtractus ad preiudiciū dñi ſed bene tenet quo ad preiudi-
ciū cōtrahentiū. De emptione ⁊ venditione hoc eſt clarū ſm ocs
per. l. rem alienā. ff. de cōtrahē. emp. de obligatione probāt p. l. tu-
tor. §. cōtrariā. ff. de pig. ac. vbi datur contraria pignoratitia illi cui
res aliena obligatur cōtra obligantē ſi res euincatur. ⁊ ideo ſm eos
etiā ſi obligetur res mea me p̄ñte ⁊ tacēte nō fit mihi p̄iudiciū niſi
doloſe tacerem oīo vt deciperetur recipiens obligationē. vt videtur
eſſe tex. in. l. ij. C. ſi aliena res pi. da. ſit. ⁊. l. ſi ſine. C. ad velleia. ma-
xime in prin. vbi videtur ponere ius cōe. ⁊ iſta opi. forte verior eſt
de iure per illas leges nō cauillādo eas. licet Bar. teneat opi. glo.
in. l. que dotis. ſolu. matri. circa fi. ⁊ cū iſta opi. tranſit hic Jo. an.
b ¶ De materia an tacens habeatur pro conſentiente.[b] q̄ eſt via
brocardica vario modo loquuntur doc. de ipſa poſuit Cy. in. l. in
uitus. C. de pcu. ⁊ Bart. in. d. l. que dotis. Potes concludere qđ
de proprio ſignificato tacens nō habetur pro conſentiente: nec pro
diſſentiente. nō tenet mediū inter predicta duo. ff. de reg. iur. qui
tacet. Si aūt queritur: an quo ad iuris interpretationem habea
tur pro cōſentiēte. dicit ꝙ ſi eſt caſus in quo nō ſit neceſſe taciturni-
tatem applicari ad aliqđ extremoꝝ cōſenſus vel contradictio
nis. vt eſt videre in. l. j. §. ſcientiam. ff. de tribu. ⁊ tunc non habe-
tur pro contradicente: nec pro conſentiente. Si autem ſit neceſſe
applicari ad aliqđ dictorum extremoꝝ tūc aut tacet per cōtuma-
ciam. ⁊ tunc habetur pro cōſentiente ſi hoc vtile eſt aduerſario alias
haberetur pro negante. l. de etate. §. qui tacuit. de interroga. act.
Aut non tacet per contumaciam, ⁊ tunc aut agitur de fauore ta-
centis. ⁊ habet pro conſentiente. l. qui patitur. ff. mandati. ⁊ not.
Inno. ſ. de elec. in geneſi. ⁊ glo. in regula qui tacet. ⁊ in regula is
qui tacet. de reg. iur. lib. vj. Si aūt agitur de preiudicio eius cuius
negotia adminiſtrat. puta ſi eſt tutor qui tacet pupillo contractū
faciente. ⁊ non videtur conſentire. l. ij. ⁊. iiij. ff. de auto. tuto. ideo
requiritur ꝙ tutor expreſſe conſentiat in autoritate preſtanda vt
patet ibi. Aut agitur de preiudicio ipſius tacētis. ⁊ tunc ſi de pre
iudicio actionis perſonalis agitur nō intelligitur cōſentire. l. filiusfa-
milias. §. inuitus. ff. de procura. niſi cū taciturnitate aliquis actus
poſitiuus interueniret. vt in cle. inſtrumēto. de pcu. ⁊. l. ſi filius. ff.
ad macedo. Aut agitur de preiudicio iuris realis. ⁊ tūc aut eſt ius
reale: q̄ eſt res aliena mihi obligata per debitorem meum: quam
[illegible] a vēdi[illegible] me preſente ⁊ tacēte. ⁊ tūc nō videor cōſentire. ſꝫ po-

tius ſcire ius meū vbiqꝫ durare. l. ſicut. §. nō videtur. ff. quibus mo-
dis pignus vel hypo. ſol. de quo etiaꝫ per Bar. in. l. fi. C. de remiſ.
pi. Aut eſt ius dñi vel vſufructus. ⁊ tunc aut fit actus me preſen
te ⁊ tacente quem poſſum impedire. ⁊ tunc videor conſentire aut
non poſſum impedire ⁊ tūc non videor cōſentire per id qđ dixit
gloſ. ſaluo niſi ratio conſanguinitatis aliud induceret. l. ſi ſeruus
cōis. alle. in glo. ⁊ hec ſufficiant de iſta materia de qua plenius in
locis preallegatis.

1 ☞ Conceſſio facta ſub nomine dignitatis in dubio preſumi-
tur realis.

2 Preterita faciunt preſumi circa futura.

Mandata celeſtia. Ex preteritis p̄ſu-
mitur circa futura.
¶ Et primo p̄mittit exor[illegible] ſcđo ſubdit narrationē
ibi proinde quā determinat ibi quas. ⁊ demum rōnem
1 ſubiūgit ibi q̄. ¶ † No. ar. ꝙ cōceſſio facta ſub noīe dignitatis in
dubio p̄ſumatur realis: niſi aliud appareat. de quo i. c. cū veniſſent.
j. de inſti. ⁊ de reg. iur. priuilegiū. li. vj. ⁊ facit quod habetur in. c. ij. de
offi. leg. lib. vj. ⁊ per Bart. in. l. q̄ p̄ſonale. ff. ſol. matri. dicit tñ hic
Jo. an. ꝙ hic etiā fuiſſet p̄ſonalis cōceſſio. lꝫ non addidiſſet quas
nō loco ⁊c. ex eo q̄ ſcribebat expreſſo proprio nōie p̄ſone. de quo
in Spe. de inſtr. edi. §. nunc autem. ver. quid ſi papa. ⁊ per Jo. an.
in dicta regulā priuilegium in mercurialibus. ⁊. ſ. de offi. delega.
qualibus. ¶ † Vltimo no. ꝙ ex vita preterita preſumitur de fu
tura. ¶ In gl. ij. ibi. de officijs partiendis ſupple inter plures. ⁊
ſic vt non dentur plura officia vni. ¶ In ea. gl. in fi. ⁊ adde quod
no. ſ. de proba. ex literis. ⁊ in. c. ſingula. alle. in glo.

1 ☞ Vicini preſumuntur ſcire facta vicinorum.

Quoſdam. Ex vicinitate p̄ſumitur ſciētia fa-
cti publici i loco vicino. h. d. Et
forte petebāt iſti de qb[9] in litera p̄bendari in affrica q̄
1 a tartaris fuerat vaſtata quos papa noluit exaudire
propter rōnē poſitā in litera. ¶ † No. ꝙ vicini p̄ſumunt ſcire fa-
cta vicinorū. facit qđ no. Bar. in. l. j. ff. ſi ver. pe. ſilr cōſanguinei pre
ſumunt ſcire facta conſanguineoꝝ. l. octaui. ff. vñ cogna. facit qđ
habetur in. l. de tutela. ff. de reſti. in inte. Itē no. duo ex qb[9] ciuita-
tes deſtruunt. ¶ In gl. vlti. in fi. ⁊ de hoc dicendū in. c. cū cām. de
iura. calū. ⁊ in. l. ij. §. qđ obſeruari. C. de iura. cal. ⁊. ff. facit iſte text.
cum gl. ꝙ ſufficit teſtē deponere ſe credere id qđ atteſtabat ſeu id
qđ deponit: qñ deponit in materia ex qua ſciētia dicti cōcludit ex
preſumptionibus. de quo dixi. ſ. de teſti. quoties.

1 ☞ Ex vicinitate preſumitur aliquid.

2 Argumentum de minori ad maius affirmatiue tenet.

3 Preſumptio triplex eſt ſcꝫ temeraria probabilis ⁊ violenta.

4 Preſumptio neceſſaria nō admittit probationem in contrariū.

5 Ex preſumptione violenta an poſſit fieri condemnatio.

Quanto. Breue eſt ⁊ non indiget ſummario ⁊
propoſitione caſus. potes dicere qđ
forte papa reprehēdit p̄latū: ex eo q̄ nō correxit deli-
ctū cui[9] clamor ad ipſum papā peruenerat: ſed prela-
1 tus dicebat ſe ignoraſſe. ¶ † No. ꝙ ex vicinitate preſumitur aliqđ
⁊ precipue ſcientia facti publici in loco vicino. facit. ſ. §. proximo.
2 ¶ † Item not. ꝙ ar. de minori ad maius eſt validum in iure. nā
ſi id de quo minus videtur ineſſe ineſt multofortius id de quo ma-
gis. de quo. ſ. de elec. cū in cunctis. in prin. ¶ In glo. j. ibi ſi q cle-
ricoꝝ. ſolue vt ibi no. q̄ etiā ibi admittetur probatio in contrarium
ſicut hic. nā iſta eſt preſumptio iuris tantū cōtra quam bene ad-
mittitur probatio. facit qđ no. in. l. ſiue poſſideris. C. de pba. nō aūt
eſt iuris ⁊ de iure. cōtra quā nō admittitur probatio vt in. c. is qui. ⁊
ibi no. j. de ſponſa. ⁊ in. d. l. ſiue. ⁊ intellige qđ nō admittitur proba-
tio cōtra preſumptionē iuris ⁊ de iure niſi forte p cōfeſſionē par
tis. vt no. per doc. in aut. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. ⁊ glo.
in corpore vñ ſumitur. idē dicit Inno. ſi probatio facta fuerit par-
te nō cōtradicēte. per quā notorie pateat de veritate contraria in
c. fraternitatis. j. de frigi. ⁊ facit qđ ipſe no. j. de immu. eccle. quia
3 pleriqꝫ. ⁊. ſ. de reſcri. cum dilecta. ⁊. c. ad aures. ¶ † In ea. gloſ. ibi
temeraria. ⁊ hec appellatur qñqꝫ ſuſpicio. vt ptꝫ in. c. oues. alleg. in
glo. ¶ In ea. glo. ibi ex purgatione. facit. j. de pur. ca. c. j. ⁊ per to-
tum. ⁊. j. de accu. cū. p. dicit etiam Inn. in. c. ſeq. ꝙ iſta preſumptio
probabilis qñqꝫ obtinet vim ſemiplene probationis p id qđ ha-
bet. j. de ſen. excō. inquiſitioni. Qñqꝫ requirit p̄bationes cōtra ſe. j. eo. q̄
veriſimile. ſed certe ibi potius aggrauat duriori onere probandi.
Qñqꝫ refundit p̄bationem in reū. C. de pba. l. ſiue. ⁊. j. vt eccl. bñ.
vt noſtrū. Sed certe dici pōt ꝙ in. d. l. ſiue eſt p̄ſumptio violenta
q̄ eſt p̄ſumptio iur. cui ſtatur donec p̄betur cōtrariū vt ibi ptꝫ. ⁊ idem
etiam cōtingit in. l. optimā. C. de cōtrahē. ſtip. ¶ In ea. gl. ibi vio
lenta. iſta videtur eſſe qñ eſt p̄ſumptio iuris: cui ſtari dꝫ donec p̄betur
contrariū. facit qđ no. in. d. l. ſine. C. de pba. ⁊. j. de ſpō. in. c. is qui.
4 ¶ † In ea. gl. in fi. addūt qdā q̄rto ſpeciē. vt tāgit ſpe. eo. ti. §. ij. q̄
quedā eſt p̄ſumptio neceſſaria ⁊ appellāt neceſſariā qñ neceſſario
ei debet

a ¶ Negatū. eodē modo ſummāt hic do. Abb. ⁊ Fely.

b ¶ Pro conſentiēte. vide hic. d. hē ri. boych. in prin. ⁊. q di ſtiguit egre gie.

Ayuntamiento de Madrid

ei debet ſtari:nec admittit̃ ꝓbatio in cõtrariũ.vt q̃ eſt pſumptio iuris.⁊ de iure vel eſt fictio.⁊ dr̃ eſſe pſumptio iuris ⁊ de iure qñ ius ſup facto dubio aliqd pſumit ⁊ ſtatuit nõ eſſe admittẽdã ꝓbationẽ.In ↄtrariũ exẽplum in.l.ſi.C.de arbi.tut.qñ tutor appoſuit in inuẽtario aliquã rẽ.na pſumit̃ ꝙ ſit pupilli: nec admittit̃ ꝓbatio in ↄtrariũ vt ibi pt3 qđ intellige niſi p ↄfeſſionẽ partis vt ſuperi⁹ tetigi.vel niſi de facto admitteret̃ parte nõ opponẽte ⁊ notorie cõſtaret de veritate.potes etiã ponere exẽplũ p.c.is q.ſ. de ſpon.Fictio aũt ꝓprie eſt q̃ ſit ſup certo.vt pt3.l.di.in.c.ferrũ. ⁊ in.l.j.⁊ p totũ.de capti.C.⁊.ff.nã ſi aliqs capit̃ ab hoſtib⁹ populi romani ſeu imperio efficit̃ ſeruus hoſtiũ.facit qđ habet̃ in.l.hoſtes.ff.de capti.⁊ ſic pdit oĩa iura ſua q̃s habebat.⁊ tñ ſi poſtea reuertat̃ ab hoſtibus fingit̃ nũq̃ fuiſſe captus ⁊ recuperat iura primeua.l.poſtliminiũ ius.ff.de cap.⁊ ſi ſr ſi moritur ibi apud hoſtes fingit̃ mortuus preambula hora captiuitatis,l3 certu3 ſit oppoſitũ.⁊ hoc vt habere poſſit heredem: q2 fingit̃ mortuus liber. ſeruus aũt heredẽ habere nõ põt.l.ſeruus.C.cõia.de ſucceſ.⁊ ex pdictis pt3 q̃ differẽtia eſt inter pſumptionẽ iuris.⁊ de iure ⁊ fictione:q2 pſumptio ſit ſup dubio.l3 fictio ſit ſuper certo,facit qđ no.gl.in.ſ.accedit.C.de rei vxo.actio.l3 ↄtra neutrũ pdictoꝝ admittat̃ ꝓbatio in cõtrariũ.⁊ ſic in hoc cõueniũt:vbi aũt ius pſumit,⁊ nõ pcedit vlterius ſtatuendo nõ eſſe admittẽdã ꝓbationẽ in ↄtrariũ:tũc illa appellat̃ pſumptio iuris tñ.⁊ nõ de iure.⁊ illi itat̃ donec ꝓbet̃ ↄtrariũ.vt hic pt3.⁊ in.d.l.ſue.vbi etiam de materia.⁊ de hac materia ẽt p gl.in.d.c.is q.⁊ in.c.ſi.temp.li.q.ſ.⁊ in.c.oẽs.alle.in gl.⁊ p Inn.ſ.e.q2 veriſimile.⁊ per Spe.in.d.ſ.ij.

¶ † An aũt ex pſumptione violẽta poſſit fieri cõdemnatio in criminali.Dicunt quidã ꝙ nõ in grauioribus delictis.ſ.eo.literas. el.ij.ſecus in alijs.ſ3 quo ad dictũ.c.dic vt ibi dicet̃.⁊ tangit in gl. pe.Inno.vero.ſ.eo.q2 veriſimile dicit id qđ dixi.s.eo.in.c.ij.ſed tu dicere potes.vt ibi dixi ſuper glo.iiij.

1 ☞ Ex preteritis preſumitur circa futura.

S**Cribam eis.** Breue eſt ⁊ legitur dupl'r vt pt3 ex gl.j.Et primo ponit dictũ ꝓphete.ſcđo expoſitionẽ hyeronimi.ſecũda ibi ex quib⁹ ⁊ habent̃ verba ꝓphete ozee.viij.c.¶ In tex.ibi leges meas.ſupple.inquit dñs p ꝓphetã.¶ † No.ꝙ ex preteritis pſumi põt de futuris.⁊ p hoc no.ſ3 Hoſ.ꝙ qui negligẽter ſtuduit in iure cano.negligenter ſtudebit in iure ciuili.in glo.j.in fine vtraq3 in ſe bona.prima tñ videt̃ magis ↄformis litere ⁊ bene facit quod habet̃ in.l.iudices.⁊ auſ.inbemus.C.de iudi.¶ In gl.ij.in fi.No.bene ꝙ interdũ ex vno tẽpore pſumimus ad aliud facit qđ habetur in.l.ſi qui adulterij.C.de adul.

1 ☞ Probare volens non veriſimile non auditur.

Q**Uia veriſimile.** Efficacior ꝓbatio requirit̃ ab illo q vult probare nõ veriſimile.h.d.Et primo ponit cãm finalẽ.ſecũdo puiſionẽ.tertio puiſionis cãm impulſiuã. ſecunda ibi prouideas.tertia ibi quoniã.¶ No.j.ꝙ nõ eſt veriſimile quẽ velle permutare beneficiũ pingue pro tenui ⁊ minus ho notabili.facit in arg.qđ habet̃ in.l.cum de indebito.ff.de proba. ¶ Item no.ꝙ fama iuuat ꝓbationes cõtra nõ veriſimile.d3 tñ eſſe cõmunis fama in loco.¶ † Item no.ꝙ volens ꝓbare non veriſimile nõ audit̃ niſi aliquid alleget̃ qđ talẽ preſumptionem elidat.puta fama loci vel bonitas teſtiũ.facit qđ habetur.s.de procura.in noſtra.⁊.ſ.de oper.no.nũ.in.c.ij. Aduertendũ tñ ꝙ talis veriſimilitudo põt eſſe tanta ꝙ nullã admittet ꝓbationẽ in contrariũ.ſ.de hereti.filij.li.vj.Qñq3 eſt tãta ꝙ nõ admittit ſine cauſe cognitione.s.de renũtia.in.c.ſuper eo.Quandoq3 vo admittit probationẽ.ſed aggrauat probantẽ lucidiori ꝓbatione vt hic pt3.in.l.nõ eſt veriſimile ff.qđ me.cau.⁊ ibi etiam bona gloſ.⁊ ſic patet ꝙ hoc caſu admittit̃ ꝓbatio l3 aggrauet̃ in duriori onere probandi.l3 Spec.in ti.de ꝓba.ſ.nũc dicendũ.in prin. videatur velle ꝙ quãdo qs vult probare.id qđ non eſt veriſimile non admittant̃:niſi facta aliquali diſcuſſione de quo ibi per Joã.an.in addi.⁊ etiã forte ſatis poſſet eius opinio practicari in caſu huius c.cũ hic mandet teſtes nõ recipi niſi alterum duorum que ponũtur in litera interueniat,⁊ ſic vtraq3 practica videt̃ poſſe tolerari.Prima per.l.nõ eſt veriſimile.ff.ꝙ me.cau.cum ibi no. Secunda per hunc tex.⁊ dictum Spec.

1 ☞ Matrimoniũ põt eſſe inter ſeruũ liberã.⁊ nu.8.
2 Mulier nõ eſt in poteſtate viri ſ3 in eius obſequio ⁊ officio.
3 Enuntiata in inſtrumẽto an probentur per inſtrumentum.
4 Matrimonium contrahi non preſumitur per longeuã cohabitationem cum copula.
5 Voluntas preambula pluries prolata in dubio non preſumitur mutata.
6 Annuli delatio p mulierẽ nõ probat matrimoniũ.⁊ nu.11.
7 Matrimonium qualiter in dubio probetur.
8 Maritus vendicare poteſt vxorem:⁊ nu.9.
10 Libertas an ꝓbetur eoipſo ꝙ dñs apud acta vocat ipm liberũ.
12 Fama ſola non probat matrimonium.
13 Et an fama cum cohabitatione probet matrimonium.
14 Matrimonium nõ inducit̃ per cohabitationem ſolam.
15 Dictio preſertim ⁊ dictio maxime idem important.

a I**Llud quoque.** Per noiationẽ a cohabitationẽ ⁊ famã ꝓbatur cõiugiũ maxime ſi appareãt inſtrumẽta dotalia.h.d.Et eſt cõmunis diuiſio ſ3 cõſultatio vel facti narratio ⁊ reſponſio.ſcđa pars habet̃ ibi verũ.¶ In tex.ibi tenuerit ſupple ⁊ ſic indiuiduã vitam habuerit.¶ † No.ꝙ inter ſeruũ ⁊ liberam põt eſſe matrimoniũ qđ eſt verum de iure cano.ſ.de cõiug.ſeruorum.per totum ſecus de iure ciuili.l.cum ancillis.C.de inceſ.nup.⁊ intellige qđ dixi de iure canonico quãdo ſcitur conditio ſeruitutis per cõtrahentẽ vt tangit gl.¶ Itẽ no.ꝙ rõne iuris qđ habet maritus in vxorem põt illã vendicare de quo in.c. ij.ſ.de cõuer.infide.⁊.ſ.de ſponſa.non eſt nobis ⁊ facit qđ habetur per gl.in.l.j.ſ.per hanc.ff.de rei ven.⁊ per Joan.an.in addi.

2 Spec.ſup titulo qui fi.ſint legi.vbi videt̃ ↄcludere poſt Hoſ.† ꝙ de iure romano ⁊ ſic ſcđm leges mulier nõ eſt in poteſtate viri.ſ3 in eius obſequio ⁊ officio allegat.l.fin.C.qui po.in pi.ha.⁊ bene facit qđ no.glo.in.l.ſi vxorem.C.de condi.inſer.⁊ ideo ſecundum eum nõ põt vendicare ſed agere interdicto de vxore exhibenda ſi ab alio detinet̃ vel per vtile interdictũ de libero homine exhibendo per id qđ habet̃ in.l.j.C.de lib.ho.exhi.Si autem ab alio non detinetur ſed vxor facit controuerſiã ſeu peti poterit officio iudicis p.l.reprehẽdenda.C.de inſti.⁊ ſub.facit qđ not.glo.iij.l.j. ſ.per hãc.ff.de rei vendi.Si añe eſſet in ptãte viri prout eſt ſcđm cum ex iure lumbardo tunc bene poſſet vendicari ſupple adiecta cauſa de iure canonico al's lombardo ſicut vendicatur filius a patre in cuius ptãte adiecta cauſa de iure quiritum ſeu romanorum poſſet etiã vendicare adiecta cauſa de iure canoni.propter ius qđ habet vir in vxo.ſcđm ius canonicum.Forte tamẽ poſſet dici ꝙ licet tutius eſſet ſeruare opinionẽ pdictã tamẽ etiam ſuſtineatur libellus ſi vir vendicet vxorem ſimpliciter ꝓpter ius qđ habet in illa per hꝰc tex.¶ Item no.ꝙ enuntiatũ in inſtrumento circũferens ad validitatẽ eius de quo agit̃ inter partes l3 probetur per inſtrumentum ad finẽ validitatis eius quod principaliter agitur in inſtrumẽto nõ tamẽ probatur tale enũtiatũ ſi de eo in iudicio principaliter diſceptetur vt hic eſt caſus cõiuncta glo.iij.⁊.iiij.⁊ per hoc notabiliter limitare potes.l.optimam.C.

3 de contrahen.⁊ com.ſtipu.que videtur velle † ꝙ enuntiata in inſtrumento probentur per inſtrumentum nam illud videtur verum ad fines validitatis eius quod principaliter in inſtrumẽto continetur non autem ad finem vt probetur enuntiatũ ſi de eo principaliter in dubium refricetur.nam hec enũtiatio matrimonij facta in inſtrumento donationis propter nuptias vel in inſtrumento dotis confert ad valitudinem ipſius donatiõis ⁊ dotis:quia non eſt dos ſine matrimonio.vt tangit gloſ.iiij.ideo ſi queritur incidenter de matrimonio ad validitatem dotis vel donationis propter nuptias inſtrumentum probat matrimoniu3 ſed ſi de matrimonio principaliter dubitetur tunc plene nõ probat ſ3 coadiuuat probationem.facit quod habetur in.c.ſi papa.

4 de priui.lib.vj.⁊.ſ.de cenſi.cum olim.¶ † Item no.qđ per ſola3 longeuam cohabitationẽ cum copula non preſumitur contrahi matrimonium imo in dubio potius preſumimus concubinatũ ⁊ non matrimonium de iure canonico licet aliud preſumatur ſecundum leges.l.in libere.ff.de ritu nup.⁊ no.xxx.q.j.c.j.Et not. ꝙ in matrimonijs ſeruari debet ius canonicum potius q̃ ius ciuile vt no.in.ſ.ſi.inſti.de gradi.⁊ in.l.j.C.de ſecundis nup.facit quod no.per gl.in regula poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj.⁊ per doct. in.l.priuilegia.C.de ſac.ſan.eccl.⁊ per Jo.an.⁊ Jo.cal.in.c.j.de

5 ope.noui nũtia.¶ † Item no.ꝙ voluntas preambula delibera te pluries prolata in dubio non preſumitur mutata:niſi aliud probetur.facit qđ habet̃ in.l.eũ qui leg.de ꝓba.⁊.ff.de condi.et

6 demon.in.l.nam ad ea.¶ † Item no.ꝙ ex delatione annuli facta per mulierem non probatur matrimoniũ licet faciat aliquã preſumptionem.¶ Item no.ꝙ ſignũ equiuocum ad plura non probat neceſſario:nec facit preſumi neceſſario alterum de ſignatis.⁊ ſic vt ſignum habeat probare debet eſſe reſtrictum ad vnũ tantũ.facit qđ habet̃.ſ.de preben.dilecto.ibi demum que cõſueuit ⁊c.ad hoc etiã bene facit qđ no.Jo.an.s.de offi.archi.in.c.vt noſtrum.faciat etiã qđ habetur.s.titu.j.cum ioannes.ſ.de preſcrip.auditis.¶ † Item no.practicã probãdi matrimoniũ:

7 debet articulari ⁊ probari tractata matrimonij nõ [illegible] bilibus.ideſt nõ cõuenientibus:niſi coniugi [illegible] tione vicinie.Et no.ſigna tractãdi aliquã vt [illegible] net eã in eodem lecto.⁊ in eadẽ menſa.⁊ ſi [illegible] net eã in lecto ſeparato:vel extra menſa3 p [illegible] rẽ vt vxorẽ tractare.⁊ ſic videt̃ ꝙ ad inſtãti [illegible] ulieris ꝙ docet [illegible]

a ¶ Per nominationẽ. Si queras vtrũ per famã ſeu p inſtrumẽtum donatiõis vel dotis.⁊ p q̃ nũciad inſimoniũ probet̃. vide hic diſ.p do. Henri. boych.ipn.

Ayuntamiento de Madrid

matrimonio poſſit vir ad predicta cõſtringi cũ eam in oib⁹ tractare debeat vt vxorẽ. ¶ Itẽ no. practicam cognoſcendi factũ ex quo aliqd pſumat: q2 vbi factũ pportionat ſeu ꝯuenit diffinitioni qð eſt pbandũ tũc tale factũ ꝯcludit ipm qð eſt probãdum vel eius quaſi poſſeſſionẽ ⁊ facit ipſum pſumi. ¶ Itẽ no. diffinitionem matrimonij de qua ex litera ex qua habes ꝙ vita viri ⁊ vxoris dꝫ eſſe indiuidua. ⁊ ſic nõ ſeparata quo ad habitationẽ lectuꝫ ⁊ alia ſimilia. ¶ Ultimo no. ꝙ inſtr̃m nõ coadiuuat probationeꝫ qñ eſt ꝯfectũ a pſona nõ fideliter ſuũ officiũ exercente vt hic pro-

8 batur a cõtrario ſenſu. ¶ In gl. j. in fi. procedit glo. de iure canonico ſed de iure ciuili ẽt inter ſciẽtes nõ põt eſſe m̃rimoniũ inter liberũ ⁊ ſeruã, ⁊ cõcubinã. l. cum ancillis. C. d̃ ince. nup. tñ ſeruari

9 ius canonicũ p ea que dixi in notabilib⁹. ¶ † In glo. ꝗ. in fin. quo iure poſſit peti vel vẽdicari vxor dixi in notabilib⁹. ⁊ facit qð no. Inno. de ma. ⁊ obe. inter q̃tuor. circa fi. latis tñ videt̃ p hũc tex. ſuſtentari poſſe libellũ in quo vir ſimpl'r vẽdicet vxorẽ vt tetigi in notabilib⁹. ⁊ p hoc faciat q2 equitas ⁊ ſimplicitas canonica non curat de ſubtilitatib⁹. neqꝫ de noie actionũ. ꝭ. de iudi. dilecti. cũ ibi

10 no. ¶ † In gloſ. nominãt ibi. ꝗ. fili. ibi loqtur qñ dñs apud acta noiat ſeruũ ſuũ liberum vñ tũc talis noiatio piudicat q2 ex illa cõſequit̃ ſeruus libertatẽ ⁊ ex illa deinceps libertas pbatur ⁊ continua cũ hac gl. pſid qð habet̃ i gl. ſequẽti. ¶ Et no. bñ ex iſtis duabus gloſſis ꝙ noiatio facta in inſtrumẽto donationis ppter nuptias vel dotis per quã noiantur coniuges in dicto inſtrumento. licet faciat pſumptionẽ nõ tñ plene probat ⁊ iſtud tenuit Inno. hic in quadã glo. parua circa prin. ſed poſtea in gl. magna videtur velle hoc verum quando preiudicium fieret alteri matrimonio ⁊ ſic a contrario. ſecus quando alteri matrimonio nõ preiudicaret ⁊ pro hoc dicto bñ facit qð habet̃ in. l. optimã. C. de ꝯtrahẽ. ſtip. vbi ſi in inſtrumẽto dr̃ talis ſeruus titũ ſtipulat⁹ fuit a ſeio. ⁊. pro bari videt̃ ex noiatione facta i dicto inſtrumẽto ꝙ ſit ſeru⁹ ⁊ ad. l. nõ epiſtolis de facili poſſet rñderi q2 ibi loquit̃ qñ noiatio emanat ſup eo qð partes nõ poſſunt inducere puta ſup fraternitate vel ꝯſanguinitate ſꝫ hic emanat ſup matrimonio ſup quo ptes poſſunt diſponere. facit qð habetur in gloſſ. j. Itẽ ad. l. neqꝫ ſine nuptijs. C. de nup. poſſet rñderi ꝙ ſi bñ ponderet̃ nõ facit cõtra. ſꝫ potius pro. nã ibi dicit̃ ꝙ ſine nuptijs non probat̃ matrimoniũ per inſtrumẽtum dotis diuerſum veritate cõtinent ⁊ ſic vult qð non ſtetur inſtrumento dotis ad probationẽ matrimonij ſi pbet̃ ꝙ vere matrimoniũ nõ interuenerit ⁊ ſic a ꝯtrio ſi aliud nõ pbet̃ videt̃ velle litera ꝙ ſic ſecus. argumẽn. ꝭ. de his que fi. a prela. cum apoſtolica. ⁊. C. de furtis. apud antiquos. ſed Hoſt. tenet cũ gloſ. per iſtum tex. qui nõ fundat ſe ex noiatione principaliter ſed ex fama loci cũ tractatu nec apparet hic de preiudicio alterius matrimonij cũ de hoc in litera nulla fiat mẽtio ⁊ cũ opinione Hoſt. trãſit hic Jo. an. ⁊ illã etiã ſeqtur do. Ant. ⁊ ad. l. optimã. reſpondet multũ notabiliter ꝙ illud qð enũtiat̃ in inſtrumẽto pbatur per inſtrumẽtum ad finẽ validitatis eius de quo principal'r in inſtrumẽto cõtinet̃ ſed ſi principaliter diſputet̃ de ipſo emãcipato tunc non probabit vt hic eſt caſus ſcðm iſtũ intellectum facit qð no. in ſimili p Bar. in. l. qdã in ſuo. ff. de condi inſti. vbi poſſeſſio ſeu quaſi poſſeſſio pbat dñium qñ incidẽter de illo q̃rit̃. facit qð habet̃ in. l. j. ff. familie hercif. ⁊ in. l. ſicuti. ꝗ. ſed ſi queriť. ff. ſi ſeruitus vẽdicetur. ſecus ſi dñium in iudiciũ principaliter deducetur q2 tũc ſola poſſeſſio nõ ſufficit. facit qð habet̃ in. l. in rẽ. l. ſciendũ. ff. de ver. obli. ſimpl'r dixit ꝙ enũtiata in inſtrumẽto ad piudiciũ partiũ pbant̃ p ipm inſtrumẽtũ ⁊ precipue qñ ſunt talia que poſſunt p partes induci p. d. l. optimã. ⁊ plus voluit ꝙ etiã pbentur lꝫ nõ poſſet induci ſꝫ dictũ eius eſſet limitãdũ put ſuperius dixi tenendo intellectum glo. ꝙ diligẽter tenemeri. Si vis tenere dictum Bar. potes dicere ꝙ in caſu iſto enũtiatio in inſtrumẽto in quãtũ nominãt ſe cõiuges non pbat: q2 talis noiatio potuit eſſe facta ad paliãdum ſtuprum. facit qð dicet̃ cum glo. in verbo vxorem. ⁊ ſic erit ſpeciale in caſu iſto ratione predicta. ¶ In gl. fraudaretur. ibi fraudatur idest priuatur. ¶ In ea. glo. ibi. ꝗ. ſed ⁊ ſi quis. ibi dicitur ꝙ ſi dominus tradit ancillã ſuam in vxorem libero homini. ⁊ facit cõfici inſtrumẽtum dotis priuatur dñio ancille. ⁊ illa efficitur libera. ¶ In ea. gloſ. ibi. ꝗ. ſi vero. ibi dicitur qð ſi ancilla ſciente dño ⁊ nõ cõtradicente nubit libere perſone ſeu libero homini priuat̃ dominus dñio, ⁊ efficitur libera. ⁊ idẽ econtra ſi ſeruus accipit in vxorem liberã mulierẽ ſciente dño ⁊ non cõtradicente. vt etiã habet̃ in aut. poſita ſup. ꝗ. ſed ⁊ ſi quis allegato in glo. ⁊ iſte caſus faciebat ad allegationẽ mulieris. nam dicebat mulier factũ fuiſſe inſtrumẽtum donationis ppter nuptias. [illegible] quo ſe cõiuges appellabãt ad finẽ vt dñs priuaretur dominio [illegible] ⁊ nõ cõtradixiſſet nõ ad finem vt vere eſſet matrimonium. ¶ [illegible] in fine, ibi ponitur caſus quãdo ſeruus pro[illegible] ad vtilitatẽ ſciente dño ⁊ nõ cõtradicente. [illegible] unde tunc [illegible] no ſerui. ⁊ adde etiã quod habetur in text. ⁊ [illegible] xx. q. vlt. cum multa. ¶ In gloſ. deſponſaturũ. in fi. facit qð

a ¶ Probat m̃rimoniũ. m̃rimoniũ qual'r pbari debeat vide p Ange. i aut. d̃ triẽ ⁊ ſemiſ. ꝗ. cõſiderem⁹. et in aut. qui. mo. na. effi. legi. ꝗ. illud quoqꝫ. bar. i. l. ſi vxori. ꝗ. ii. ff. de adulte.

11 habet̃ in. c. tue. cũ ibi no. j. de ſpon. ¶ † In gloſ. annulos. in fi. aduerte: q2 hic nõ dicitur ꝙ annullus fuerit datus per virum mulieri. ſed p ipſa deferebat annullũ. talis autẽ delatio nõ pbat ⁊ preſertim in caſu iſto in quo erat ſignũ equiuocum: q2 nedum cõueniebat mulieribus maritatis imo ẽt alijs que vendebant panes: tñ vt ex ſe ptꝫ talis delatio neceſſario de ſe nõ ifert matrimoniu q2 etiã non maritata de facto poſſet annulũ deferre lꝫ in locis in quib⁹ ſit cõſuetudo ꝙ ſole maritate deferãt faciat preſumptionẽ hic aũt in ciuitate ianuenſi non poterat bñ inferre preſumptionẽ niſi valde leuẽ ex quo etiã alie non maritate deferebant. An aũt traditio annulli facta per virũ mulieri probet matrimonium de preſenti. An vero ſponſalia de futuro potes dicere ꝙ ſi tradit̃ in eccleſia qñ benedicit̃ vt fit in aliquibus partibus vel in apparatu ad matrimoniũ vt fit in ciuitate iſta, tunc pbet matrimoniu de preſenti, al's probet ſponſalia de futuro de quo plenius in. c. fin. j.

12 de deſpon. impube. ¶ † In glo. fama. in fi. Hoſ. bene ꝙ ſola fama

a nõ probat matrimoniũ[a] ſimiliter nec ſola noiatio facta p ipſos cõiuges de qua ſuperius dixi ſimiliter nec ſola delatio annuli vt in gl. precedenti. ſimiliter nec ſola cohabitatio cum de iure canonico potius preſũmat̃ cõcubinat⁹. xxx. q. v. in. c. j. ⁊ dixi in notabi

13 libus. ¶ † An aũt fama cũ cohabitatione probet videt̃ litera hic velle ꝙ nõ niſi pbet̃ ꝙ cohabitauerint ſimul in eadem domo ⁊ in eodẽ lecto ⁊ in eadẽ mẽſa. ⁊ tanꝙ vxor. ſꝫ predictis cõcurrẽtibus bene videt̃ pbari matrimoniũ ex quo tractauerunt ſe tanꝙ vir ⁊ vxor ⁊ etiã fama vicinie illud habet. ⁊ ita videt̃ hoc pbari. ⁊ ſic videtur ꝙ ſi aliqui diu cohabitarunt tanꝙ vir ⁊ vxor ⁊ fama vicinie etiã ſic ſe hꝫ ꝙ tũc preſumãtur ⁊ pbent̃ cõiuges, ⁊ eadẽ rõne videt̃ ꝙ ſi aliquis diu adminiſtrauit tanquam rector vel canonicus ⁊ fama vicinie vel loci hꝫ ꝙ ſit rector. vel canonicus qð nedũ [illegible] obtinere in poſſeſſorio ſed etiã in petitorio arguẽdo de matrimonio carnali ad ſpirituale. arg. ꝭ. de tranſla. prela. c. ij. ⁊ pro iſta parte facit. q2 al's videt̃ ſequi abſurdũ ꝙ ſemper quis debeat habere penes ſe. ⁊ cuſtodire inſtrumentũ ti. ſiue beneficij. ſꝫ Inno. hic tenet cõtrarium: q2 maior abſurditas ex dicta opi. videt̃ ſequi ſi illã tenemus. nã ſm illã videt̃ qð ſi poſſedi domum vel fundum diu tanꝙ meam. ⁊ fama vicinie illud habet ꝙ ſi deueniat domus vel fundus ſine vitio ad aliũ debeat obtinere agẽdo rei vendicatione pbãdo qð al's diu poſſederim tanꝙ meã. ⁊ ꝙ fama vicinie id haberet ꝙ eſſet mea qð tñ nõ eſt verum q2 aliter debet probari dñium. l. in rem. ff. de rei vendi. ⁊ qð not. Bart. in. l. quidã. ff. de cõdi. inſti. Si ergo vbi agitur de preiudicio tẽporaliũ dicta probatio nõ ſufficit multominus videt̃ ſufficere in eccleſia vel vxore in qua agitur de preiudicio ſpiritualiũ. arg. de elec. vbi periculũ. lib. vi. Sed pro prima opi. videt̃ hic caſus poſſes dicere tenendo opi. Inno. ꝙ hic cõcurrebat etiã noiatio facta in inſtrumẽto ⁊ ſcðm hoc dictio preſertim poſita in litera circa fi. nõ dꝫ exponi pro maxime ſed pro tñ. facit qð not. ꝭ. de fi. preſby. ad abolendã: tñ q2 hec expoſitio videt̃ literam violare. Hoſt. dicit ꝙ in vxore ⁊ eccleſia poteſt cõcedi ꝙ ſufficiat pbare poſſeſſionẽ cũ fama lꝫ nõ ſufficiat in domo vel fundo. ⁊ eſt ratio diuerſitatis q2 iudices nõ multũ cõſueuerũt inquirere de iuribus priuatorum, an res quas tenent, de iure teneãt vel non, an vero q2 dñs ſit negligẽs. facit j. de preſcrip. vigilanti ſed in eccleſia ⁊ vxore iudices eccleſiaſtici ſepe ex officio inqrunt qual'r teneant̃ vt notat̃. j. de inſti. c. ij. ⁊. j. de ſimo lꝫ heli. ꝗ. i. ver. pe. ⁊ de offi. ordi. c. j. ⁊ de clãde. deſpon. cum inhibitio. Pro predictis etiã allegat Hoſt. qð clerici eccleſie nõ libẽter cõſueuerunt obedire illi qui ideo eſt vere prelatus. ſed potius cõtradicere. facit qð habet̃. ꝭ. de cauſa poſ. cũ ſup. c. cũ olim. nec parẽtes ⁊ cõſanguinei cõiter patiẽtei tolerãt qð eoꝝ filia vel cõſanguinea. ſaltẽ a ſuo pari vel inferiori illicite teneat̃. ⁊ ideo ex poſſeſſione cũ fama vicinie in eccleſia ſeu rectore eccleſie ⁊ in vxore pſumat̃ pro ipſo rectore. ⁊ etiã qð ſit vxor nõ aũt ſic preſumit̃ pro poſſeſſione domus vel fundi etiã cõcurrente fama vicinie. finaliter tñ Hoſt. dicit qð ſi factũ eſt recens põt habere locum opi. Inno. vt etiã in rectore eccleſie ⁊ in vxore nõ ſufficiat talis poſſeſſio etiã cũ fama vicinie. ſecus ſi factũ ſit antiquũ: q2 tunc in rectore ⁊ vxore ſufficiat talis pbatio niſi pbet̃ oppoſitioni p iſtum tex. ſecus in poſſeſſione domus vel fundi. facit qð not. ꝭ. de offi. dele. cum in iure ſup. j. glo. p Jo. an. ⁊. j. de cle. excõ. mi. in. c. propoſuit. c. cũ aũt. ⁊ qð notat̃ etiã in. l. q in aliena. ff. de acqui. here. ⁊. C. de pe. here. in. l. ſi filius. ¶ Quod aũt dicatur tps recens vel antiquũ. dicit Hoſt. arbitrariũ. ⁊ quod ex circũſtãtijs hoc arbitratur bonus index allegat qð habetur. de trãſla. in. c. fin. ⁊. ꝭ. de offi. de leg. de cauſis. ſꝫ certe per iſtum tex. ſatis videt̃ qð longũ tẽpus dicat̃ decẽniũ. facit etiã qð habetur in. d. l. ſi filius. C. de peti. here. ⁊ qð no. per Inno. in. c. ij. de reſti. in integ. in glo. q̃ incipit per monachos. ⁊ hec ſunt vera qñ principaliter deducit̃ ppꝛietas tituli matrimonialis vel prelature in iudicio ſecus ſi incidenter vt ſi dico me liberatũ q2 ſolui plato. nã ſufficit. [illegible] que hoc facit. ff. de ſol. l. g. holem. ꝗ. ſi nullo. potes dicere qð ibi ſoluebatur alteri

Ayuntamiento de Madrid

alteri hoc debitū plato ei q erat in poſſeſſiōe ⁊ cōiter imputabatur plat⁹.⁊ Jo.⁊ ꝙ pbē ipm eſſe in poſſeſſione platture.⁊ ꝙ cōis habebat ipm eſſe platū facit qd no.s.de reſti.ſpo.in literis p Inno. ⁊ ſimiliter ſi aliq ꝗ prelatus vult exigere debita plature.ſufficere videt ꝙ ſit in poſſeſſione plature ⁊ ꝙ cōiter reputet prelatus p id qd no.in.c.nihil eſt.p gl.ſi.⁊ Jo.an.poſt Inn.⁊ Compo.s.de elec.facit qd no.Bar.in.l.qdā in ſuo.ff.de cōdi.inſti.Itē hec ſunt vera qñ agit de pbatione proprij ti.In pbatione aūt tituli alieni ſi inter duos verti qd incidenter de ipſo titio ſufficere videtur probare titulū p cōem famā ⁊ opi.exemplum ſi pducat inſtrumētum ⁊ negat ipſum eſſe tabellionē q ipſum conficit.nā ſm Inno. ſufficit pbare ꝙ cōis opi.eſt ⁊ fama ipſum eſſe ⁊ fuiſſe tabellionē. vt ipſe no.in.c.veniens.in gl.magna.in ver.predicte probatiōes. j.de verb.ſigni.que hodie habetur pro.c.j.de ver.ſigni.lib.vj.Secus ſi qd eſſet principaliter cum ipſo tabellione.vt not.ibi per eū. ⁊ in Spe.de proba.§.j.ver.item ⁊ ſecus videtur ⁊ facit etiā quod no.Jo.an.in.c.j.in gl.dicit hic Hoſt.de conceſ.preben.in.vj.facit etiā ad pdicta quod not.Inn.j.de eo qui fur.or.ſuſce.i.c.ij.¶ Itē aduerte q: videt Hoſt.⁊ do.Anto.intelligere predicta qn probat cohabitatio cū fama vicinie.vbi autē probaret ſpecifice ꝙ tractauit vir mulierem tanꝙ vxorē tenēdo eā in eadē menſa:⁊ ad idem inciſorium ⁊ etiā in eodē lecto ⁊ ſicut vxorē induit illā ad eccleſiā mittit ꝙ tunc ſi fama vicinie cōcurrit cū predictis probet matrimoniū preſumptū.ſecus ſi teneret eā vt ancillā cū veſtibus vilibus.⁊ eā mitteret pro aqua vel haberet lectū ſeparatū ab ea ſeu ā lecto ipſius mulieris ad quē declarat ipſe ſeu accedit cum vult nō ipſa ad ſuum tunc preſumitur ſtuprum vel concubitus vt in.c.ſ. xxx.q.v.Ad predicta alle.quia ſi vnica carnis copula ſequat ſpōſalia inducitur matrimoniū.j.de ſpon.in.c.is qui.ergo multo fortius freqūēs copula cū tali poſſeſſione ⁊ cum fama vicinie.de qua.s.dixi.⁊ hoc dicit Hoſt.tenendum in fauorē matrimonij.p id qd habet.j.qui ma.ac.poſ.in.c.videt.in fin.⁊.s.de teſti.lz ex quadam circa ſi.⁊ maxime in antiquo cōtractu.nā ⁊ poſſibile eſt reuera ꝗ lx.annis elapſis contractū fuiſſe aliqd matrimoniū.⁊ oēs teſtes mortuos.⁊ ſic male poſſe aliter probari.⁊ idem dicit etiā in facto de recenti.nā ex tali facto reſultat violenta preſumptio p matrimonio ⁊ ſic pꝫ ꝙ lz ſint periculoſa matrimonia clādeſtina.⁊ contrahentibus tūc penitētia imponat.j.de ma.contracto cōtra interdictū eccleſie.c.j.⁊.ij.tñ tenent ⁊ ſortiunt effectum ſi ſaltem preſumptiue poſſunt probari.vt hic pꝫ.⁊.de.c.is qui.de ſpon.ſꝫ certe lz ſic tranſeat do.Ant.tñ videt idem dicendū in caſu iſto quod dictum fuit.s.qñ pbat cohabitatio cū fama per iſtū tex.qui loquit in facto de longinquo.⁊ ſic nō videt habere locū in facto de recenti.vñ ipſemet Hoſt.in glo.ſuper verbo menſa.in fi.poſt predicta ſubiungit:vel dic vt dixi in glo.precedenti.⁊ loquitur de glo.magna quā.s.recitaui.⁊ in illa etiam glo.magna dixit ſm ibi no.intelligendum eſſe ꝙ ipſe erat dicturus in gl.ſeq.ſuper verbo mēſa. Aduerte tñ q: ſi pbentur iſta copulatiue.vꝫ ꝙ vir tractauit mulierem ſicut vxorē in lecto ⁊ menſa.⁊ etiā ꝙ cōis fama vicinie ſic habet tunc clarum eſt qd procedit qd ſuperius eſt dictū vt ſaltem in facto antiquo dicta probatio ſufficiat:nec aliud probet tamē ſm do.Anto.ponderanda eſt litera que plus videt velle vꝫ ꝙ ſi probatur ꝙ fama vicinie habet ꝙ vir tractauerit eā vt vxorē in lecto ⁊ menſa ꝗſtud ſufficiat.⁊ probetur matrimonium preſumptiue.⁊ ſic hoc caſu fama obtinebit locū plene pbationis.⁊ probabit tractatum in actibus particularibus ad matrimoniū pertinētibus.⁊ talis tractatus probabit matrimoniū. Quod putat procedere qñ tractatus fuit longi temporis vt decēnij prout fuit hic.ſed certe glo.hic ſenſit cōtrarium.dum dicit ꝙ ſola fama non ſufficit ad probationē.⁊ pro hoc etiam facit q: regulariter dicimus ꝙ fama non probat.ſed coadiuuat.iiij.q.iij.§.item in criminali.ver.Itē ſepe.⁊.l.ij.§.eiuſdem.ff.de teſti.⁊ ſic videt intelligendum ꝙ hic fama inducebatur ad coadiuuandū.ſed al's conſtabat ꝙ vir tenuerat mulierē in eodē lecto.⁊ in eadem mēſa.⁊ iſtud videtur tutius:tñ tene menti intellectum do.Anto.q: eſt in ſe valde no.¶ Quid aūt ſi conſtet ꝙ vir adheſit alicui mulieri vt vxori cum illa iacendo ⁊ ſtando animo ⁊ intentione querēdi poſſeſſionem iuris ⁊ vinculi matrimonialis ⁊ mulier hoc idem,ſciebat ⁊ intendebat dicit Inno.ꝙ tunc ex tali actu concludetur matrimoniū ⁊ quaſi poſſeſſio matrimonialis adeo ꝙ ſi poſtea contingat alterū ſpoliari dicta quaſi poſſeſſione agi poterit quaſi poſſeſſorio etiam,nō probando aliter de titio.licet al's vbi agit poſſeſſorio recuperande,per alterum coniugum poſſeſſoriū debeat iuſtificari pbādo de titulo matrimonij ſaltē tolerate ſeu iuſte prima facie.de reſti.ſpo.ex tranſmiſſa.⁊.c.ex parte.cum ibi no.⁊ hoc dicit hic ſub dubio forte.ſed iſtud preciſe firmat in.d.c.ex parte. ⁊ hoc etiā tenet Hoſt.hic dūmodo intentionem predictā expreſſerit corā teſtibus al's de intētione occulta ſolus deus iudicaret facit qd habet in.c.tua.j.de ſpon.⁊.j.de ſimo.ſicut ⁊.l.ſi repetendi.C.de condi.ob cauſam.¶ Itē aduerte q: licet dixerim.s.non ſufficere probationē poſſeſſionis longeue cū fama ad pbationē dñij domus vel fundi:tñ ſuccurri poterit tali ſi caderet a poſſeſſione iudicio poſſeſſorio facit qd habet in.l.ſi.C.vnde vi.⁊ qd habetur in.l.rem que nobis.ff.de acqui.poſ.vbi etiā Bart.nitit dare aliqua remedia.facit etiā qd no.s.de reſti.ſpo.cū ad ſedem.⁊.c. ſepe.¶ In glo.vxorē.in ſi.ne aliq ne videantur ſtare in peccato palliant ſeu fingunt matrimoniū ⁊ nō exprimūt de concubinatu ⁊ habet locū dictū glo.etiam ſi vir ⁊ vxor ſint paris conditionis licet glo.aliter dixit in.c.j.hic alle.ſed iſtam glo.tenet ibi Archi. dicebat tñ Vincen.ꝙ etiā per ius autēticor videbatur correcta l.in libere.per id quod habetur in.§.qñ.in auſ.quib.mo.nat.effi. leg.Sed certe ibi bene dicet ꝙ ſi tenuit vt ⁊ vxorem.⁊ hoc conſtet qd videtur eſſe matrimonium.ſed non excludit ꝙ in dubio aliq nō apparente:qñ mulier eſt honeſte cōditionis non preſumatur matrimoniū ſm.l.in libe.que in dubio non videtur correcta per aliam legem:niſi aliud appareat per id quod habetur in.l.preci-

14 pimus.C.de appel.⁊.C.de teſta.in.l.ſancimus.¶ † Et no.ex gl. ꝙ cohabitatio ſola non facit nec inducit matrimoniū etiam preſumptiue.de iure cano.cui in hoc ſtari debet vt.s.dixi.ſecus quādo cū cohabitatione cōcurrit fama vicinie ꝙ cohabitarunt tanꝙ vir ⁊ vxor.⁊ ꝙ ſit vir ⁊ vxor.nam tūc bene pbatur matrimonium preſumptiue:niſi pbet oppoſitum ſi talis cohabitatio fuit diuturna ſeu longeua:videt tñ ꝙ ſi fama vicinie hꝫ ꝙ cohabitauit tanꝙ vir ⁊ vxor.ꝙ in cōſequentiā preſumat ꝙ fama vicinie ha-

15 beat ꝙ ſicut vir ⁊ vxor.niſi aliud appareat per hunc text.¶ † In glo.preſertim.in ſi.no.bñ ꝙ dictio preſertim idē operat ꝙ dictio maxime ⁊ ſic ſm propriū ſignificatū vocabuli eſt dictio implicatiua.de quo per gloſ.s.de ſil.preſby.ad abolendum.⁊ in.l.illud.ff. ad.l.aquil.¶ In glo.ſi.ibi vtriq incūbit probatio qd qualiter intelligat.vide in Spec.de pba.§.ij.ver.ix.vbi hoc declarat Spe. de quo etiam in.l.vbi hic alle.

1 ¶ Accuſare de adulterio an poſſit alius ꝗ vir.
2 Teſtimonium de credulitate quando valeat.
3 Ad accuſationem matrimonij an admittantur extranei.
4 Vinculum matrimonij ſeparat ſolum mors ſi fuerit carnali copula conſummatum.
5 Vicinus ⁊ cōſanguineus pſumit ſcire facta vicini ⁊ cōſanguinei.
6 Teſtis dictum debet neceſſario concludere.
7 Teſtis dꝫ deponere cām dicti ſui p ſenſum immediatū corporeū.
a

Literis tue. Per violentam[a] preſumptionem probat carnalis copula. ⁊ eſt cōis diuiſio cōſultatio ⁊ reſponſio.ſcōa ibi cōſultationi.In tex.ibi accuſatores.i.pcuratores mariti accuſantis matrimonium.facit qd habet.s.de procu.tue.¶ No.ꝙ qñ petitur matrimoniū ſeparari quo ad torū:etiā pōt dici accuſari.facit.s.de procu.tue.Et no.ar.† ꝙ etiam alius ꝗ vir poſſit ac-

1 cuſare de adulterio.ſed certe regulariter nō admittitur extrane⁹ imo primo loco ſpectat ad virum.l.Quis adulterij.C.de adul.nec ob.iſte tex.quia expone vt dixi ſuper litera.¶ Item no.ꝙ vt dictū teſtis probet debet illud quod aſſerit firmiter dicere ⁊ ſic non vacillare.facit.s.de proba.lz cām.¶ Item no.ꝙ in actibus q non cadunt in ſenſum immediatū teſtis prout eſt actus copule carnalis ſufficit teſtē cōcludere ⁊ deponere de actib⁹ propinquis quos percipit per ſenſum immediatū ex quibus preſumptiue cōcludatur actus de quo queritur facit qd habet.j.c.proxi.¶ Item no. quot actus cōcludant preſumptiue copulam.nam exprimunt in

2 litera.¶ † Itē no.ꝙ teſtimoniū de credulitate valet qñ concludit preſumptiue ex iuris diſpoſitione per act⁹ de qb⁹ teſtis atteſtat ⁊ vbi nō cadit in ſenſum imediatū teſtis id de quo qrit al's non admitteret teſtimoniū de credulitate p id qd habet.l.l.teſtiū.C.de teſti.⁊.s.de teſti.in.c.cū cām.p Inn.⁊ in Spe.de teſte.§.j.ver.Item ꝙ depoſuit de credulitate.¶ Itē no.ꝙ ex ſuſpicionib⁹ fert ſnīa qñ ſuſpicio trāſit in violētā pſumptionē.¶ Et no.ꝙ ſuſpicio aliqñ ſumit p violēta preſumptione al's aūt ſumat p temeraria.vj. q.j.oēs.¶ Ultimo no.penā inceſtus q: priuat inceſtuoſus ſpe cōtrahendi matrimoniū.ſi tñ de facto cōhat lz pceptis tenebit tñ

3 matrimoniū in.c.trāſmiſſe.j.de eo q cog.conſan.vxo.ſue.¶ † Et adde pdictis qd lz ad accuſationē matrimonij admittant iterdū etiam extranei vt qñ vir ⁊ alij attinētes ſunt negligētes.l.Quis adulterij.cū ibi no.C.de adulterijs.tñ quo ad ſeparationē tori ſolus vir videt accuſare poſſe.q: quo ad illud ipſius ſolius ⁊ nō alteri⁹ intereſt.⁊ ideo alius nō admittet p id qd habet.s.de ele.cū inter.R.⁊.l.nō ſolēt.ff.de ap.canonizata.ij.q.vj.¶ Itē potes addere vltra ſuſpicionē hic poſitā in tex.nā ⁊ etiā alia eſſe pōt vt qñ vir longo tpe fuit abſens dimiſſa vxore nō pgnāte ⁊ [illegible] ſus reperit vxorē habere filiū anniculum.ff.de his [illegible] ſuf alien [illegible] in.l.filiū.¶ In glo.j.in ſi.quaſi velit qd [illegible] nē vinculū matrimonij agi non poſſit pter adu[illegible] vel ince[illegible] cōtractum conſtante matrimonio.nam vincul[illegible] ſolūmodo ſeparat mors ſi fuit carnali copula cōſummatum.fact[illegible]

a ¶ Omnes doc.eodem mō quo hic modo ſum mant. vide hic do. Dē borch.

de transla.in.c.ij. Si aūt nō fuiſſet carnali copula conſummatū ꝫ
ſolū cōtractū per verba de preſenti tūc ſeparari poſſet etiam quo
ad vinculū p ingreſſum religionis.j.de conuer.coniu.ex publico.
¶ In gl.ij.in fi.no.diligēter ex hac gl.ꝙ in his in quib⁹ regulari-
ter non pōt plene cadere in ſenſum immediatum corporeū teſtis
id de quo querit admittit teſtimoniū de credulitate dūmodo de
ponat de actu ꝓpinquo p ſenſum immediatū appropriatum illi
actui ex quo reſultat iuris preſumptio ad actū de quo principali-
ter querit ſicut ꝯtingit in actu copule q̄ plene nō cadit in ſenſuꝫ
immediatū teſtis regulariter. vnde tūc ſufficit deponere de actu
propinquo p ſenſum appropriatū illi actui ex quo reſultet iuris
preſumptione ꝑſumptio copule ꝛ ſic in alijs in quib⁹ pōt haberi
plena ſciētia de eo ſup quo deponit nō videt ſufficere teſtimoniū
de credulitate, ſꝫ oꝫ deponi de vera ſciētia ꝛ p ſenſum corporeum
appropriatū illi actui. per id qd no. Inno.ſ.de teſti.c.cū cauſam.
ꝛ qd no. p gl.ꝛ doc.in.l.teſtiū.C.de teſti.ꝛ.iij.q.ix.in.c.teſtes.ꝛ hoc
faciunt ad no.p Bar.in.l.j.ff.ſi cer.pe.vbi tangit an ſi teſtis dicat
aliquē eſſe ſanū vel diuitem.ꝛ interogatus de cā ſcientie dicat q2
5 ſum vicinus vel cōſanguineus an pbet.nā videt ꝙ ſic ex eo ꝙ quia
vicinus ꝛ ꝯſanguineus preſumit ſcire facta vicini ꝛ cōſanguinei
l.de tutela.C.de reſti.in inte.ꝛ.l.octaui.ff.vñ cog.ꝛ.l.ſi ita.ad ſi.ff.
de fun.inſtru.ꝛ.l.dñs horreorū.ff.loc.cū ibi no.ꝛ facit qd habetur
ſ.eo.quoſdā.ꝛ.c.quanto.ſ.de elec.poſtꝗ.ꝛ hoc tenuit Bar.ibi et
6 ſequit hic do.Ant.nec ob.c.in pſentia.ſ.de proba.vbi pꝫ ꝙ di-
ctū teſtis oꝫ neceſſario concludere q2 reſpondēt ꝙ verum eſt vere
vel ꝑſumptiue ſi ſit talis ꝑſumptio q̄ ſurgat ex iuris diſpoſitiōe.
7 vt contingit in caſu ꝓpoſito ſm eū. Itē nō ob.† q2 teſtis oꝫ depo-
nere cauſam dicti ſui p ſenſum immediatū corporeum. vt pꝫ ex
no.in.d.c.cū cauſam.ꝛ.d.l.teſtiū.q2 ſm eū ꝫ hoc caſu non expri-
matur ſenſus corporeus: tñ ſubintelligit.p id qd depoſuit.nā vi-
cini preſumūtur videre ꝛ ſcire facta vicinoꝝ.ſed forte iſta opi.de
iure non procedit per id quod.ſ.dixi cum gl.q2 vbi ſum⁹ in mate
ria que pōt plene cadere in ſenſum teſtis oꝫ deponere de illa per
ſenſum appropriatū actui de quo querit.ꝛ ſic oꝫ dictū neceſſario
concludere.ꝛ ita ꝯtingit in caſu ꝓpoſito.nā pōt videre qd talis
de quo deponit eſt ſanus.q2 videt eū ambulantē ꝛ facientē alia q̄
ſani faciūt.ꝛ ſimiliter pōt videre an ille de quo deponit ſit diues
q2 vidit domū eius plenā multis ſupellectibus magni valoris ꝛ
ideo videt ꝙ non ſufficiat dictum eius concludere preſumptiue
ꝛ deponere dictū nō aſſignādo cauſam p ſenſuꝫ corporeū.nec ob.
ꝙ vicinus preſumit ſcire facta vicini:q2 in materia teſtis qui hꝫ
deponere per ſenſum corporeū.ꝛ taliter ꝙ dictum ei⁹ neceſſario
cōcludat nō videt hoc habere locū ſed in alia materia.vt quando
quis propter ignorantiā ſe excuſat ab aliquo qd ſibi impingitur.
nam tunc nō creditur ſibi propter preſumptionē iuris q̄ ſit ꝙ vi-
cinus preſumitur ſcire.ꝛ ſimiliter cōſanguineus.vt.d.c.quāto.cū
multis alleg.in glo.forte tamen in practica propter autoritatem
Bar.ſeruaretur eius dictum.

8 ¶ Propter preſumptione.idem de vbo ad verbū ſummāt hic do.abb.ꝛ Fely.

1 ☞ Sponſe appellatione comprehenditur etiam illa cum qua contractum eſt matrimonium per verba de preſenti.
2 Turpitudinem allegans an audiatur.ꝛ nu.7.
3 Teſtimonium de credulitate quando admittatur.
4 Copula carnalis an preſumatur ex eo quia ſolus cum ſola.
5 Manifeſtum dicitur quod a pluribus predicatur.
6 Copula fornicaria cum conſanguinea ſponſe ſi facta fuit an ſponſalia impedit ꝛ dirimit matrimonium poſtea contractum ſecus ſi ſequeretur.
7 Copula carnalis preſumitur ſi aliqui viſi ſunt per plana ꝛ nemora ꝛ loca ſecreta.

**Tertio loco.** Iſtud capitulum dicit ideꝫ qd precedens ꝛ eſt cōis diui
ſio conſultatio et reſponſio.ſecūda ibi nos autem.
¶ In tex.ibi precognitam ſcꝫ antē dicta ſponſalia et
1 ideo dicit pre.¶ In tex.ibi inuia.dic etiam extra vias.¶ † Not.
qd appellatione ſpōſe comprehēditur aliqn̄ etiā illa cum qua cō-
tractū eſt matrimoniū per verba de preſenti nedū ſponſa de futu
2 ro.¶ † Itē no.ꝙ audit allegās turpitudinē ſuā etiā in agēdo vbi
timetur periculum aīe de quo in gl.ꝛ p Bart.in.l.iuſiurandum.§.
3 procurator.ff.de iureiur.¶ † Item no.caſum in quo admittit te-
ſtimonium de credulitate.ꝛ q̄ ſit rō dixi.ſ.c.pxi.ſup gl.ij.¶ Iteꝫ
admittit qn̄ agit de ꝯſanguinitate pbanda.ſ.de teſti.quoties.de
quo dic vt ibi.ꝛ eo.ti.ꝫ ex quadā.¶ Item qn̄ agit de purgatione
fiēda.j.de pur.ca.quoties aūs regulariter nō ſufficit teſtimonium
de credulitate.vt no.Spec.in tit.de teſte.§.j.ver.itē ꝙ depoſui de
4 [illegible] ¶ † Itē not.ꝙ ex ſolitudine maris ꝛ femine ꝑſumit
[illegible] nō pbet.nā poſſet eſſe oppoſitum.facit.ſ.de
[illegible] propoſuiſti.ſꝫ in dubio ꝑſumet.donec pbet contrarium
[illegible] ea q̄ habent in.d.c.propoſuiſti.¶ Itē no.qd
[illegible] ad ſeparationē matrimonij qn̄ ſit confeſſio
[illegible] matrimonio [illegible] alia ꝑſumptio ſm do.

Ant.ſed certe hic nō fuit ꝯfeſſio ꝯiugū amboꝝ.ſed ſolius viri et
alterius mulieris q̄ non erat ꝯiunx vt pꝫ ex litera.¶ Itē no.qd
confeſſio videt dare maiorē certitudinē ꝙ̄ preſumpta probatio.
5 ¶ † Itē no.quid dicat manifeſtū.q2 illud qd a pluribus ꝑdicatur
6 de quo.j.de coha.cle.in.c.noſtra.¶ † Ultimo no.ꝙ copula forni-
caria cum conſanguinea ſponſe.ſi facta fuit ante ſponſalia impe
dit ꝛ dirimit matrimoniū poſtea cōtractū.ſecus ſi ſequeretur:q2
7 tunc ſolū inducit ſeparationē tori.vt no.ſ.c.proxi.¶ † In gl.ij.
in fi.no.ex gl.ꝙ regulariter non audit allegans ſuam turpitudi-
nem.fallit qn̄ agit de periculo aīarum.de quo no.j.de dona.inter
dilectos.¶ In glo.ab ea in fi.ſecus ſi peteret matrimonium ſe-
parari:q2 tunc ſuſpecta eſſet eius confeſſio.vt in.c.ſuper eod.j.de
eo q co.ꝯſan.vxo.ſue.vñ tūc nō ſufficit ſola cōfeſſio etiā vtriuſqꝫ
8 cōiugis.vt ibi pꝫ.¶ † In gl.pe.in fi.ſatis tñ videretur ꝙ ſi viſi
ſunt per plana ꝛ nemora ꝛ loca ſecreta ꝙ preſumat copula per ea
que habentur.ſ.c.pxi.ſed potiſſime hoc ꝓcedit qn̄ alie preſum-
ptiones concurrunt.de quibus hic habetur.ꝛ qd dixi ſatis vide-
tur de mente Inno.hic.¶ In glo.ſi.in fi.Ho.bene ꝙ etiam illud
quod de iure nō tenet pōt peti diſſolui vel inferri ꝛ ſuſtinebitur
talis libellus:q2 intelligit quatenus de facto proceſſit.vt hic pa-
tet.facit qd no.glo.in.l.j.ff.de ferijs.

1 ☞ Delegatio ꝛ arbitrium poſſunt eſſe ſimul apud eundē.
2 Compromittentes poſſunt conſeruare poteſtatem delegatam.
3 Ab hereſi reuerſus reincidens in manifeſtum peccatum redditur ſuſpectus de hereſi.
4 Ex ſuſpicione etiam vehementi procedi non debet ad ſentētiaꝫ in cauſa criminali.
5 Mine vel inimicitie precedētes an faciant preſumptionē ad cōdemnandum de homicidio quod ignoratur a quo ſit factum.
6 Compromitti an poſſit quando agitur de crimine.
7 Compromiſſo facto in iudicem delegatum ſi alter litigantium reſiliat a compromiſſo poterit conueniri coram eodem iudice de legata poteſtate.
8 Confeſſio teſtatoris in teſtē dicentis ſe debere decē titio in abſentia titij non probat debitum niſi fuerit iurata.
9 Dictio preter capi poteſt excluſiue ꝛ incluſiue.

a **Literas veſtras.** Propter ꝑſumptio nē etiā vehementē
non deꝫ qs maxime de graui crimine condēnari.h.d.
¶ Et in prima iudicū conſultatio.In ſcda reſſio.ſcda
ibi nos vero.illa ſcda ſubdiuidit.q2 primo ponit motiuū mandā
tis.ſcdo mādatum ibi quo circa.¶ In tex.ibi impetebat ſupple
denūtiando eos dño pape fore hereticos ad finē vt auferrent bo
na.ꝛ ſic ad finē ciuilē ꝛ nō criminalē.Et p hoc tolli pōt ꝯtrū ſi di-
cat ꝙ de cā criminali non pōt compromitti.¶ In tex.ibi ꝛ.j.ſub
iſto.j.decidit qd tāgit gl.in vbo purgādo.¶ No.ꝙ de iure cano-
nico pōt cōpromitti in iudicem delegatum de quo in gl.j.ꝛ.ſ.de
1 arbi.cū tpe.¶ † Itē no.ꝙ cōpaſſibilis eſt ꝯcurſus ptātis delega-
te ꝛ arbitrarie.ꝛ ſic pluriū poteſtatū de quo per Inn.j.de preſcri.
cū ex officij vbi tractat etiā de ꝯcurſu ptātis delegate ꝛ ordina-
2 rie.ꝛ qd operet talis ꝯcurſus.¶ † Itē no.ꝙ cōpromittētes pñt
cōſeruare ptātem delegatā.dicit tñ Jo.an.ꝙ ꝫ expſſe non fuiſſet
reſeruata tñ remāſiſſet.facit qd habet in.d.c.cū tpe.qd intelligit
do.Ant.vt finita arbitraria poſſit ex delegata ꝓcedi ſꝫ ex vtraqꝫ
ſimul forte nō poſſet ꝓcedi:niſi facta fuiſſet reſeruatio.facit ꝙ ha
betur in.l.ſi qs rē.ff.de arbi.ꝛ qd habet in.d.c.cū ex officij.¶ Itē
not.ꝙ de cauſa criminali pōt compromitti ſꝫ potes dicere ꝙ hic
3 agebatur ciuiliter de crimine.vt dixi ſup tex.¶ † Itē not.ꝙ poſt
reuerſionē ab hereſi reincidēs in manifeſtum peccatum.redditur ſu-
ſpectus de hereſi.ꝛ ꝙ ficte fuerit reuerſus.de quo dic vt hodie ha
bet in.c.accuſatus.de here.lib.vj.¶ Itē not.ꝙ preſumptio alter
natiua hꝫ prodeſſe qn̄ in vtraqꝫ parte alternatiue cōcludit inten-
tio.facit.ſ.de reſcri.ex parte.¶ Item not.nō eſſe veriſimile ꝙ
4 attinens dicat ſiniſtrum de attinente niſi ſit verū.¶ † Item not.
ꝙ ex ſuſpicione ꝫ vehemēti non debet ꝓcedi ad ſententiā in cau
ſa criminali.de quo hic in glo.pe.¶ Itē no.modū purgandi ali-
quē ꝯ quē eſt ſuſpicio ne relapſus ſit in hereſim.q2 oꝫ pſtare bonā
ſecuritatem de ſeruando fidem catholicam et etiam oꝫ diſcreta
penitentia ſibi iniungi:ex qua perpendatur an vere fuerit reuer-
ſus an ficte ꝛ ſic an in luce:an vero in tenebris ambulet.quia ſi ſer
uet penitentiam preſumitur vere reuerſus.ſecus ſi non ſeruet.q2
preſumitur ficte reuerſus ꝛ poteſt tanqꝫ hereticus condemnari.
5 ¶ † Itē no.ar.ꝙ ꝓpter preſumptionē precedētiū minarum vel
inimicitiarū non ſit quis condēnandus de homicidio de quo ne-
ſcitur a quo ſit factū.de quo in Spe.eo.ti.§.ij.ver.ſed pone.p.mi-
natu, et ſequenti.vbi allegat pro et contra.ꝛ concludit ꝙ ſi talis
qui fecit minas reperto occiſo poſtea vel habebat inimicitias cū
eo eſt perſona que non cōſueuit minas ducere ad effectum.nec ſi-
milia perpetrare:nō debet tūc ex ſola dicta preſumptione puni-
ri de homicidio per.l.abſentem.ff.de penis.ſed bene poſſet poni
ad torturam

Ayuntamiento de Madrid

ad torturã ſi indicii videref.facit qđ no.Bar.in.l.ſi.ff.de queſtio. et qđ no.p Cy.in.l.metum.C.qđ metus cau.⁊ qđ no.in.l.metũ. ff.in.e.tit.⁊ bene facit ad predicta qđ habeẽ in.l.j.C.ſi quis im∂ pera.maledi.¶ Ultimo inducit tex.Jo.an.⁊ cõcluſionẽ hic po ſitã in ver.tum qꝛ ꝫ quẽdam qui accuſauerat eum cuidam dño ex eo qꝛ dicebat ipſum fuiſſe locutum contra illum dominũ in quodam conſilio paucorum ciuium et iurato.nam dici potuit contra illũ qui dixerat tali dño.ꝙ ſi ipſe Jo.and.nõ dixerat qđ ille dicebat.tunc ille dixit mẽdaciũ.Si aũt dixerat tũc ille deie rauit reuelando id qđ p ſacramentũ tenere debebat occultũ.et ideo non erat ſibi credendũ:et ſic etiã dicit ſe excuſaſſe illi dño. ¶ Jn glo.j.ibi:bene poſſunt.hoc clarum ſi volũt cõpromittere tanꝗ in arbitratorẽ.per id qđ no.in.l.ꝫ ſi in ſeruũ.§.ſi quis iu∂ dex.ff.de arbi.Si aũt volunt cõpromittere tanꝗ in arbitrum gl.hic videẽ ſentire idez.⁊ idẽ.ꝫ.de arbj.cũ tpe.⁊ idẽ etiã tenuit gl.ij.q.vj.§.ꝙ de arbitris.⁊ hoc cõiter videẽ teneri de iure cano nico.p ea q̃ habenẽ in iuribus prealleg.ſed de iure ciuili eſt ſec⁹ vt patet in.d.l.ſed ⁊ ſi ſeruũ.§.ij.⁊ q̃ poſſit eſſe ratio ꝙ in ordi∂ nariũ non poſſit cõpromitti de iure ciuili.glo.nititur aſſignare aliquas rõnes.iij.q.vij.§.tria.circa ſi.ſuper ver.iudex.que inci∂
6 pit.quidã vero intelligũt.¶ Jn eadẽ.gl.in ſi.dic† ꝙ ſi ciuiliter agitur de crimine põt compromitti.et ita poteſt intelligi hic.p id qđ dixi in litera in ver.impetebat.Si aũt agereẽ ad penã cri∂ minalẽ:tũc nõ poſſet cõpromitti vt in.cõtrarijs.Uel potes di∂ cere ſm Goſ.ꝙ hic de facto,factũ fuit cõpromiſſum nec dẽ hic
7 an de iure tenuerit vel nõ.⁊ ſic nõ obſtabũt ꝯria.¶† An autẽ ſi facto cõpromiſſo in iudicẽ:alter litigantiũ reſiliat a compro∂ miſſo qđ facere põt lz incurrat penã.l.ſi quis rẽ.ff.de arbi.pote rit tũc cõueniri corã eodẽ iudice extraordinaria vel delegata po teſtate.dic ꝙ ſic per ea que habenẽ in.d.l.ſi qs in rẽ.¶ An autẽ poterit tũc pnuntiare cõtra illud qđ pnuntiauit tanꝗ arbiter. videtur qđ nõ per id qđ habeẽ.ꝫ.de pba.per tuas.Hoſti.tenuit cõtrariũ ſi ex noua cauſa velit pnũtiare.ar.l.p hanc.C.de tẽpo. app.et.ꝫ.de teſti.fraternitatis.⁊ de fide inſtru.cũ ioãnes.¶ Jn gl.de fratre ſuo.ibi patri ⁊ matri.ſup.qñ deuiarẽt a fide.¶ Jn eadem glo.ibi in magnis criminibus puta qñ veniret imponẽ∂ da pena capitalis mortis vel exilij vel deportatiõis.l.ſi magnũ. alleg.in glo.⁊ ſi ſecus videreẽ ſi pena relegationis tm̃ vel minor eſſet imponenda.¶ Jn gl.tam graue.ibi:in vltimo articulo.i. in vltima voluntate.¶ Jn ea.glo.ibi:non tñ ſit ſufficiẽs pba∂
8 tio.† Unde ſi teſtõr cõfiteretur ſe debere decẽ titio in teſtamẽ∂ to in abſentia titij,talis cõfeſſio lz faciat pſumptionẽ nõ pbat debitum eſſe.l.lucius.§.quiſquis.de leg.ij.⁊.l.aurelius.§.pgr.et fina.de liber.lega.niſi forte fuerit iurata:qꝛ tunc probat.l.cum quis.§.titia.de leg.iij.et hoc ad preiudiciũ heredum:ſꝫ ad preiu dicium titij ſi vellet dicere plus ſibi deberi nõ preiudicaret.vt.ſ. ſequitur in glo.Aduerte tamen ꝙ licet confeſſio nõ iurata non probet debitum tamen inducit fideicõmiſſum.vt in.d.§.qſqs.⁊ in.l.aurelius.⁊ qđ dixi confeſſionẽ iuratã non preiudicare titio ⁊ ſic creditori.intellige verum etiã ſi teſtator dictionẽ taxatiuã appoſuiſſet.vt patet ex.l.rationes.⁊ auẽ.ibi poſita.C.de pba. ¶ Jn gloſ.poſtea.ibi:de proba.per tuas.de quo etiã dictũ fuit ꝫ.de teſti.in.c.ſicut.⁊.c.cũ cauſam.⁊ p Bar.in.l.eos.ff.de falſis. dicit tamẽ.d.Ant.hic:ꝙ periurus reputatur ⁊ detrahiẽ vtriq dicto.de quo dic vt dixi in.d.c.ſicut.et.d.c.cum cãm.¶ Jn ead. gloſ.in ſi.dic ꝙ aut concurrunt due preſumptiones contrarie q̃ ſunt patris potentie:⁊ tunc neutri ſtatur qꝛ vna confundit aliã ⁊ ita intelligatur cõtrariũ.Aut altera eſt potentior ⁊ prepõde∂ rat tunc illi ſtatur.facit qđ not.per gl.ꝫ.qui filij ſint legiti.in.c. trãſmiſſa.⁊ qđ no.per doc.in.c.penul.ſuper.j.glo.ꝫ.de crimi.fal. ¶ Jn glo.pe.ibi:ſed nõ vt condẽnetur de hereſi.vel dic ꝙ in.d. l.ij.appellet leuẽ articulũ quãdo forte non eſt circa articulos ſi∂ dei:tñ alias ſapit hereſim:vt qꝛ dicit nullo caſu eſſe iurandum: et ſemper eſſe peccatũ iurare.nam hoc eſt reprobatum p eccle∂ ſiam.ꝫ.de iureiuran.et ſi chriſtus.⁊ facit qđ habeẽ.ꝫ.de hereti. excõicamus.§.penulẽ.¶ Jn ea.glo.ibi:ſꝫ violenta tantũ.Jdez ſequitur hic Jnno.ſꝫ gloſ.ij.q.j.in.c.j.ſemper dicit hoc eſſe ſpe∂ ciale ꝙ violenta preſumptio non ſufficit ad condemnationem. ¶ Jn ea.gl.ibi:ſi probetur cõtrariũ.qđ fieri poteſt ſi eſt preſum ptio iuris tm̃:ſec⁹ ſi eſt preſumptio iuris et de iure:vt dixi.ꝫ.c.
9 quãto.¶ Jn gl.ſi.⁊ ſic vult glo.† ꝙ hoc caſu non preſtetur iu∂ ratoria cautio:⁊ ſic ꝙ dictio preter ſtet excluſiue.⁊ iſtud etiã te∂ nent hic cõiter doc.maxime Jnn.Hoſti.Goſ.Sacred⁹ ⁊ Phi∂ lippus De.⁊ Abb.tenent cõtrariũ.vez ꝙ debent iurare ⁊ vltra iuratoriã cautionẽ preſtabit etiam aliã ⁊ ſic dictio preter ſtabit incluſiue.nec obſt.ꝙ periurus nõ dz admitti ad iuramẽtũ:quia verũ eſt ad iuramentũ honoris.ſed bene ad iuramentũ oneris ⁊ grauaminis:vnde qñ litigat teneẽ preſtare iuramẽtũ calũnie. vt not.glo.xxij.q.v.in.c.paruuli.⁊ ſic reſidet do.Anto.ſꝫ verior vẽ opi.glo.qꝛ dictio preter excludit.qñ id qđ ſequiẽ poſtea etiã

poterat includi ſub precedenti oratiõe ſeu dicto vt cõtingebat hic ſecus qñ nõ includebat.vt notaẽ per legiſtas maxime Bar. in.l.j.in ſi.ff.de pig.act.⁊ per glo.etiã bene facit.c.clericos.alle∂ gatum in gloſ.vbi etiã agiẽ de iuramẽto qđ eſt oneris:⁊ tamen propter timorem periurij non preſtatur in caſu illo.et eodem modo videtur dicendum in cauſa preſenti.

1 ☞ Pallio vti non debet eps niſi ex ſpeciali priuilegio pape.
2 Senes magis inculpãdus eſt ꝗ iuuenis in eadẽ ſpecie delicti.

**Cum in iuuentute.** Jn ſenectute nõ preſumiẽ incõtinens qui in iuuentute continentiã obſeruauit. ¶ Et primo ponit exordium circa excuſationẽ epi, Secundo ponit dilationẽ factã pape.Tertio ponit dilationis repulſationẽ ⁊ eius cauſam.Quarto ponit inquiſitionis com∂ miſſionẽ.Quinto inqſitorum relationẽ.ſcđa ibi:lz.tertia ibi:qꝛ
1 tamẽ quarta ibi:ſꝫ vt quinta ibi:qui nobis.¶ Not.ꝙ eps † in∂ terdũ ex ſpãli priuilegio pape poteſt vti pallio de iure autẽ cõi ſoli archiepi ⁊ ſuperiores illo vtunẽ.ꝫ.d auto.⁊ vſu pallij.in.c. niſi cũ pridẽ.⁊ eſt quoddã ornamẽtũ quo vtunẽ ſupra planetã de cuius forma tradiẽ per doc.in dicto tit.de auto.⁊ vſu pallij. ¶ Jtẽ no.ꝙ cõtinẽs in iuuentute nõ preſumiẽ incontinens in ſenectute fa.ꝫ.eo.mãdata.¶ Jtez no.ꝙ vbi aliquid ordinatur. in ſi.diminutiõis ibi nõ preſumiẽ augmẽtũ.facit.l.legata inu∂ tiliter.ff.de leg.j.¶ Jtẽ no.in dubio preſumẽdũ p predito ſciẽ tia literarũ:⁊ maxime ꝙ non preſumaẽ in dubio delicta grauia cõmittere.¶ Jtem no.ꝙ nõ ſemp ex qualibet denũtiatiõe ali∂ cuius ſuſpicionis procedẽdũ eſt ad inquiſitionẽ:preſertim qñ preſumptio eſt ꝙ nõ pcedat ex radice charitatis.¶ Jtẽ no.ꝙ lz ex leuib⁹ ſuſpicionib⁹ nõ debeat procedi ad inquirendũ de veritate:tamẽ bene poteſt pcedi ad inquirẽdũ de fama vel infa mia.¶ Jn gl.ij.in ſi.⁊ facit etiã qđ habeẽ.i.l.ſemp.ff.de immu.
2 vbi dr ſemp in ciuitate nr̃a ſenectus venerãda fuit.¶† Jn glo. frequentius.in ſi.ſtãdũ eſt p ſenectute in dubio niſi aliud appa∂ reat ⁊ tũc magis inculpandus eſt ſenex quam iuuenis in eadez ſpecie delicti.et facit qđ habeẽ.lxxxvj.diſt.c.tanta nequitia.ibi reſipiſcas miſer ſenex ⁊ alibi maledict⁹ puer.c.annorũ.ij.q.vij. paulus.¶ Jn gl.pe.ibi.nõ eſt inquiſitio facienda.ſup.ſup veri∂ tate criminis delati:ſꝫ bñ poteſt fieri ſup fama ⁊ iſamia.vt hic ptz de quo.ꝫ.de purga.cano.cũ dilectus.in penul.gloſ.¶ Jn gl. ſi.in ſi.facit qđ habeẽ de cõſecra.diſt.iiij.in.c.paruulos.⁊.c.cum itaꝗ.⁊ qđ no.ꝫ.de teſti.c.nuper.

1 ☞ Exceptio ſubreptiõis cõcernẽs merita poteſt in benefi∂ cialibus opponi in vim dilatorie ꝫ literas ⁊ impediet pceſſuz.
2 Clauſula ſi eſt idone⁹ nõ reddit gratiã cõditionalẽ nec grauat onere probandi dicentem ſe idoneum.
3 Jdoneus preſumitur quilibet niſi probetur contrarium.
4 Reſcriptũ impetratũ a ſcholari ſup bñficio obtinẽdo ſi ſit cle∂ ricus valet:ſed ſi nõ ſit clericus quid iuris.
5 Negatiua facti que nõ eſt coartata loco vel tpe non põt pbari niſi p cõfeſſionẽ aduerſarij.Et quid de negatiua qualitatis.
6 Allegãs aliquẽ eſſe illegitimũ vel crimi̇noſum ad ſinẽ repellẽ∂ dum debet hoc probare.
7 Scientia que ⁊ qualis in beneficio requiratur.
8 Executor ad beneficia an poſſit aſſumere partes iudicis.
9 Executor ad beneficia an teneaẽ aſſumere partes iudicis.
10 Executor dat⁹ ad puidẽdũ de bñficio ſi aſſumpſerit ptes iudi∂ cis an tenebiẽ citare ptes ⁊ ordinẽ iudiciariũ obſeruare vel nõ.
11 Et an pceſſus q fiet p ipſum executorẽ aſſumptis ptibus iu∂ dicis differat a pceſſu qui fit illis ptib⁹ nõ aſſumptis.
12 Actus iudicialis qualiter differat ab extraiudiciali.
13 Prouiſio de beneficio facta p executorẽ an valeat ſi non ſubſit veritatis clauſule.

**Cadum.** Jlle p quo a beneficiando ſcribitur cum clauſula ſi ſit idoneus non te∂ netur ſe pbare idoneũ cũ idoneus preſumatur.Et in prima pte ponit querelaz.in ſcđa dat iudicẽ.ſcđa ibi cauſam.Jn tex.ibi:⁊ in fratrẽ ⁊c.decidiẽ ꝙ adiecta erat cõditio ſeu clauſula ſi pſona iſti⁹ ſcholaris fuerit idonea.vt.ꝫ.ptz etiam ꝙ inſtabat corã archiepo ſcholaris vt mãdatũ apoſtolicũ exe∂ queretur q archieps forte monuit preſbyterũ vt ipſum ſchola∂ rem reciperet in clericũ ⁊ in fratrẽ ſm formã mãdati apoſtoli∂ ci:⁊ modo bene ſequitur in litera lz preſbyter ⁊c.in text.ibi.⁊.ꝫ. decidiẽ ꝙ etiã dicebat preſbyter ꝙ incũbebat ſcholari proban∂ di ſe idoneũ:⁊ qꝛ forte archieps volebat ſcholarẽ ad hoc ſtrin gere ſcholaris habuit recurſum ad papaz qui pcidit vt ſcholar vel forte non obſtantib⁹ obiectis per preſbyterũ ...ideo procedebat ꝫ ipſum preſbyterũ.ideo preſbyter ... ſum ad penã qui prouidit vt ſequiẽ.
1 ¶† No.j.ꝙ exceptio ſubre∂ ptionis cõcernẽs merita põt in beneficialib⁹ opponi in vim di∂ latorie cõtra literas ⁊ impediet pceſſuz.vt hic colligiẽ ſm...

a ¶ Jlle p quo.Simi∂ li mõ p oĩa ſummãt h do.Abb.⁊ Fel.⁊ ſi ...ras vtrũ ...petrans ſe nõ recipi i aliqua ec∂ clia ſeu in aliquo mo naſterio te neat pbare eccliaz ip∂ ſam ſeu mo naſteriũ ip ſuz eẽ ſol∂ uẽdo diſti∂ gue hic ſm do.Henri. boych . in pri.c.⁊ vid hic late p d.Fely.in ſuis cõclu∂ ſionibus.

Ayuntamiento de Madrid

intellectū quē ſequitur hic Hoſt.Jnno.tamen hic dicit φ exce-
ptio prima hic poſita non potuit opponi in vim dilatorie.⁊ ſic
inepte fuit propoſita ſm eū cū reſpiceret merita.et ideo in vim
peremptorie debebat opponi circa merita:⁊ tūc debuiſſet ad-
mitti:ſ3 nō in vim dilatorie ad pceſſum prout fecit iſte pſbyter
qui ſm eū inepte oppoſuit.ſ3 tene opi.Hoſtié.q2 cū per literas
bñficiales nedū detur executor:ſ3 etiā gnāt ius exceptio cōcer-
nens merita perimit literas.vt nota.etiā ipſe Jnn.in.c.j.de lit.
cōteſt.in.vi.⁊ ibi etiā de hoc per gl.facit qd no.s.de reſcrip.con
ſtitutus.⁊.c.ſuper literas.⁊ eo.tit.ad audiētiā.el.ij.¶ Not.ij.qd
exceptio.qd facultates eccleſie nō ſufficiāt admittitur cōtra li-
teras bñficiales ⁊ illarū effectum impedit cū cenſeatur ſubrepti
2 tia.¶ † Jtē no.qd clauſula.ſi eſt idoneus non reddit gratiā con
ditionalem nec grauāt onere probandi dicentē ſe idoneum.⁊ ſic
talis cōditio ſeu clauſula potius ſonat in monitionē quā in cō-
ditionē:q2 etiam ſi nō fuiſſet appoſita ſubintelligebatur:vt tan
git hic glo.fcdā facit.l.mutuo.§.j.cū ibi no.ff.de tu.⁊ hinc ſum-
pta occaſiōe Jnn.hic tractat quō alique clauſule q̄ ſonāt in mo
nitionē:vt ille que tacite inſunt ſicut eſt iſta ſi fuerit idone⁹ q̄dā
in conditionē vt q̄ñ tacite non inerat:puta ſi de tali vico ſit im-
petrans oriundus vel ſi ſit doctor in ſacra pagina et proſequit
hic plene materiā executorū datorū ad beneficia.⁊ tangit etia3
de materia aliquid in decreto.j.de re iudi.et.j.de cōceſ.pbē.p-
poſuit.⁊ in.c.ad diſſoluendū.de deſpō.impu.⁊ de materia etiā
per gl.in cle.j.de offi.deleg.que fuit tracta ex dictis Jnno.poſi-
tis in hac decre.l3 meo iudicio clarius hic loquit Jnno.quā lo-
quatur illa glo.⁊ de materia tangit hic do.Anto.⁊ etiā hic:ſed
aliqualiter cōfuſe.¶ Ego aūt clare explicam materiā in.d.cle.
j.⁊ inferius etiā aliqd tangam.⁊ de materia etiam per Pau.in
3 cle.cū ei quē.de cōceſſio.preben.¶ † Jtem no.qd quilibet pſu-
mitur idone⁹ niſi pbetur ɔ̃rium.de quo in.c.j.s.de ſcruti.et in-
tellige hoc verū de naturali idoneitate ſeu quo ad mores de ac
cidētali vero puta an aliquis ſit bon⁹ cantor vel peritus in iure
cano.vel ciuili vel in alia facultate vel an ſit diues vſ φ nō pſu-
matur niſi probef.per id qd not.gl.in.c.ſi forte.de elec.in.vj.⁊ in
l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſ.cog.⁊ ex hoc potes etiā nota-
re an negatiua qualitatis ſit probanda.de quo in.c.bone.el.j.s.
de elec.⁊.vj.q.vlt.actor.⁊.l.ij.ff.de pbatio.⁊ per Cy.i.l.actor.C.
de pba.⁊ p Jo.andr.ſup regula infamibus in mercu.de regu.
iur.in.vj.de quo etiā tangit cū gl.⁊ facit etiā qd no.per Jo.and.
in regula ſine poſſeſſione in mercu.de regu.iur.in.vj.¶ Jtē no.
4 † qd valet reſcriptū impetratū a ſcholari ſuper beneficio obti-
nēdo qd eſt clarū ſi non ſit clericus.An autē idem ſi non ſit clericus
tangetur.s.de tranſac.ex literis.⁊ in Spe.de reſcrip.pſen.§.ra-
tione aūt impetrātis.v.ſ3 vbi ſcribere p ſcholari:⁊ ibi etiā [illegible]
gitur.an poſſit contra illū obijci qd nō ſit ſcholaris.facit etiam
qd no.j.de reſcrip.cū adeo.vbi etiā de materia.¶ Jn glo.j.ibi:
legitima eſt.ſup.in ſe rōne ſequitur.an autē legitime fuerit ap-
poſita ad pceſſum.et videatur reſpicere merita pendet ex hijs
que dixi in notabilibus.¶ Jn ea.gl.ibi:oſtendendo facultates
⁊ aſſerendo nō eſſe plures.Nā videtur ſatis taliter pbari [illegible] fa-
cultatibus niſi probetur oppoſitū:vt innuit hic glo.⁊ [illegible]
not.gl.Accur.in.l.cū de lege.ff.de proba.que conſuetu[illegible]
ri ſingularis.ſed certe hec glo.ſatis bene concordat cū illa:licet
nō ſit gl.iuris ciuilis ſed canonici.¶ Jn ea.glo.in fi.ſolue quod
ibi tpe quo agebatur non erat ſoluēdo collega pro quo quis cō
ueniebatur.Jdeo preſumebatur etiā in preteritum nō fuiſſe ſol
uendo:niſi probetur qd tēpore depoſiti officij fuerit ſoluendo.
nam tunc non poterit quis conuenire pro collega.l3 modo non
ſit ſoluendo:q2 ſatis eſt qd fuit ſoluēdo tēpore depoſiti offici.⁊
ſic nō obſtat.d.l.ex perſona.q2 ibi conſtabat tpe quo agebatur
collegam nō eſſe ſoluendo.ideo debuit probari qd fuit ſoluēdo
tpe depoſiti officij:ſed hic tpe quo agebatur nō cōſtabāt facul-
tates eccleſie nō ſufficere.Jdeo dicens illos non ſufficere debet
probare.Unde potes cōcludere qd ſi appareat ſtatus eccl'ie ſce
dens.⁊ ſic ſoliti ſint in certo ſuſtētari:tūc ſi impetrans impetrat
inter numerū cōſuetū:⁊ petit īfra illū ſe recipi debet audiri:niſi
opponanf facultates nō ſufficere ⁊ probetur per opponentē.⁊
ſic poteſt intelligi hic.ſi autem vltra numerū cōſuetum petit ſe
recipi dicens facultates eccleſie ſufficiētes debet probare:quia
propter precedentem ſtatum ſurgit pſumptio cōtra ipm.Jdeo
grauatur onere probandi.facit qd habetur.j.de cōceſ.prebē.ex
parte.in fi.⁊ de preſcrip.c.j.lib.vj.et qd no.j.vt eccle.bñficia.c.
vnico.p glo.⁊ in regula ſemel malus.de reg.iur.in.vi.⁊ qd habe
[illegible] ex perſona.alleg.in glo.ſi autē precedens ſtat⁹ eccleſie
[illegible] appareret tunc infra numerū duorū preſumendum eſt p im-
[illegible] eccleſia nō debeat fundari:niſi cū dote que ad min⁹
[illegible] .j.de vit.⁊ hone.cle.c.vt quiſq.⁊ de conſecra.
[illegible] in.c.propoſuit.de filijs preſby.ſi vero impe
[illegible] vltra dictū numerū probare debet dictus impetrans fa-
cultates eccleſie ſufficere.qd intelligit verū do.Anto.in eccleſia
nō collegiata:ſ3 ſi eſſet collegiata cū ſaltem debuerint eſſe tres
a principio:q2 pauciores nō conſtituunt collegiū.vt patet in.l.
neratius.ff.de verb.ſig.⁊ no.in.c.j.s.de elec.ſi impetretur inter
numerum trium dicens facultates non ſufficere d3 illud pbare:
ſ3 vbi vltra qs peteret ſe recipi deberet pbare facultates ſuffi-
cere.arg.d.l.ex perſona.allega.in glo.¶ Jn glo.ij.in fi.Non eſt
eſt veriſimile intentionē pape eſſe φ prouideatur nō idoneo:l3
non exprimatur:vt patet ex iuribus allega.in glo.⁊ ideo tacite
ſubintelligit hec clauſula ſi fuerit idone⁹ etiā ſi non exprimaf.
⁊ ſic ⁊ in reſcriptis ad lites tacite ſubintelligaf clauſula ſi pces
veritate nitantur.de reſcrip.c.ij.⁊ ex predictis habes qd quedā
ſunt clauſule que tacite inſunt:etiam ſi non exprimanf.Et iſte
ſi exprimanf nō reddunt gratiam cōditionalem,ſed potius ſo-
nant in quādam monitionē:vt dixi in notabilib⁹.Jdeo tenebit
prouiſio de mero rigore:etiā ſi facta ſit contra veritatē clauſule:
l3 veniat taxanda velut facta ɔ̃ mētē reſcribentis ſi autē expri-
matur clauſula que tacite nō inerat puta ſi ſit doctor i ſacra pa
gina vel ſiſis:tunc reddit gratiā cōditionalē.Jdeo ſi fiat puiſio
cōtra veritatē clauſula erit nulla ipſo iure cū prius debuerit ve
rificari cōditio ſeu clauſula.l.cedere die.ff.de ver.ſig.de quo hic
per Jnn.⁊ per gl.in cle.j.in glo.magna.de offi.deleg.⁊ inferius
5 tanget.¶ Jn gl.ſi.ibi:de elec.bone.ſ3 certe ibi loquit de † nega
tiua facti que ſi nō eſt coartata loco vel tpe nō poteſt pbari:niſi
per cōfeſſionē aduerſarij.vt ibi pt3 ⁊ in.c.j.de cōfeſ.in.vj.ſ3 hic
loquit de negatiua qualitatis que bene pōt pbari.facit qd no.p
gl.in.d.c.bone.⁊.vj.q.vlt.actor.⁊.l.ij.ff.de pba.qualiter autem
poſſit pbari.ſtatim ſequitur in glo.¶ Jn ea.gl.ibi:vel irregula
ritatis.puta q2 forte ſit illegitimus.facit qd habef.s.de elec.cu3
nobis olim.⁊.s.de ſi.preſby.c.j.per totū.⁊ ſic no.† φ qui allegat
aliquē eſſe illegitimū vel criminoſum.ad ſi.repellendi eu3 debet
hoc pbare.facit qd not.per gl.in locis prime alleg.⁊ qd habef
etiā in.c.ſi forte.de elec.in.vj.⁊ eſt ratio i caſu iſto:q2 impetrās
prima facie habet fundatā intentionē ſuā virtute reſcripti.facit
qd habef in ſimili in.c.in preſentia.s.de pba.¶ Jdō ille q vult
eū repellere tanφ criminoſum vel illegitimū vel ppter aliū de-
fectū cū fūdat intentionē ſuā.ex eo qd alleg.debet illud pba-
re.facit qd habef in cle.literas.de reſcrip.⁊ qd not.Bar.in.l.nō
ſolū.§.ſed vt pl ari.ff.de noui ope.nun.na3 reus in exceptione
pbanda obtinet vicem actoris.l.in exceptionib⁹.ff.de pbaf.et
iſta vſ vera ratio.nō ſimpliciter illa quā voluit ſentire gl.quod
affirmāti nō negāti incūbit onus pbādi ſi fundaret intentionē
ſuā ex negatiua ⁊ ſi nō poſſet illā pbare potius deberet tacere.
vt voluit Jnn.j.de accuſa.ſuper his.⁊ Joā.and.ſup regula ſine
poſſeſſione.in mercu.⁊ Bar.in.l.in illa.et.l.hoc iure.⁊ ibi plene
dixi.ff.de verb.ob.¶ Poſſet tamē pbari ſemp per confeſſionē
partis.vt in.c.j.de cōfeſ.in.vj.¶ Et p predicta habes aliqd de
materia negatiua qualitatis potes tū cōcludere.vt hic tangit
do.Anto.φ quedā eſt negatiua qualitatis adherentis perſone
quedā aūt eſt negatiua alterius accidentis extrinſeci.¶ Pri-
caſu ſubdiſtingue.nam quedam eſt negatiua qualitatis inhe-
rentis anime:quedam eſt negatiua qualitatis inherentius cor-
pori ſi eſt negatiua qualitatis inherentis anime vt bonitas:et
tunc opponens ſeu allegās illam d3 pbare.nā qlibet preſumif
bonus niſi probef ɔ̃rium.s.de reſcrip.c.j.⁊ hoc preſertim.q2 p
baptiſmū anima reparatur ad ſtatum innocētie.⁊ ſic in illo eſſe
preſumif.vt ibi etiā no.donec ɔ̃riu3 probetur ſaluo niſi pbetur
qd ſemel fuerit malus:q2 in eadē ſpecie mali pſumef etiā poſtea
malus.j.de reg.iu.ſemel malus.li.vj.⁊.ff.de accu.l.ſi cui.§.ſſdē.
vel niſi ſit infamia vel alia pſumptio cōtra eū.quo caſu op3 qd
illā purget.ij.q.v.per totū.⁊.j.de purg.cano.p totū.facit qd no.
in.c.ſi forte.de elec.in.vj.⁊ qd habef in.l.cū pater.§.rogo.de leg.
ij.⁊ eo.tit.l.cū qdā.⁊ qd no.gl.in.l.ſi vo.§.qui p rei.ff.qui ſatiſd.
cog.vbi gl.dicit φ q̄tum ad mores quis pſumit bonus et ido-
neus.ſi autē ſit negatiua qualitatis inherētis corpori vt qd qs
ſan⁹ vel legitimus:⁊ adhuc iſta qualitas preſumif niſi cōtrariū
probef:vñ pſumif quis ſanus niſi probetur oppoſitū.l.nec co-
dicillos.C.de codi.j.de ſuc.ab inteſta.c.ſi.an autē ſi aliqs ſemel
fuit infirmus pſumif etiā poſtea infirmus.concludit do.Anto.
qd nō ſi infirmitas erat tpalis ſec⁹ ſi perpetua.de quo remittit
ad no.s.de elec.cū inter canonicos.⁊ qd dicit de perpetua intel-
lige verū ſi cōſtet illā eſſe perpetuā.idē ſi dubitet vt ſi apparet
quē ſemel fuiſſe furioſum.nā q2 dubitari poteſt an ſit perpetua
ſi appareat quē ſemel fuiſſe furioſum pſumif poſtea furioſus.
per id qd habef in tex.⁊ gl.in.c.indicas hermanū.iij.q.ix.⁊.d.c.
ſi.de ſuc.ab inteſt.⁊ ſimiliter vſ pſumi qs legitim⁹ niſi probetur
oppoſitū.p id qd habef.j.q filij ſint legiti.in.c.lator.⁊ ab initio
oēs hoīes liberi ⁊ legitimi naſcebanf in aut.qui.mod.natu.effi.
legi.circa prin.vnde niſi aliud probef pſumif quis legitimus vel
niſi preſumptio ſit in cōtrariū vt cōis fama vicinie:vel q2 ſit in
quaſi poſſeſſione

Ayuntamiento de Madrid

quaſi poſſeſſione illegitimitatis.ĵ.qui filij ſint legi.tranſmiſſa.
¶ Secundo caſu principali qñ eſt qualitas alterius accidentis
extranei vt qđ qs ſit bonus cantor vel ſciẽtificus ſeu peritus in
iure ciuili vel canonico vel theologia.⁊ hoc non preſumitur niſi
pbetur:vel niſi aliter ex examinatiõe appareat vel ex vocatiõe
ad aliquos actus vel ex alijs circũſtantijs aliud preſumatur.p
id qđ habet in.d.c.j.de ſcruti.⁊ de elec.ſi forte.li.vj.⁊ ex pdictis
vr ꝙ negans aliquã qualitatẽ de ſupradictis ſi fundet intẽtionẽ
ſuã ex negatione debeat pbare.per ea que not.per Jo.an.ſup
regula infamibus.nõ ꝙ fundãs intentionẽ ſuã ſup negatiua dz
illã pbare.⁊ hoc clarũ pſertim qñ eſt negatiua qualitatis inhe
rentis pſone vel corpori.per ea que.ſ.dixi:qr pſumptio eſt ↄtra
negantẽ.⁊ ideo in eũ transfundit onus pbandi.per id qđ habet
in.l.ſiue.C.de pba.⁊ in.c.vnico.ĵ.vt eccle.bñfi.⁊ idẽ ſi ſit negati
ua qlitatis extranee:ex quo allegans talẽ negatiuã fundet inten
tionẽ ſuã ex illa vtiqꝫ aduerſarius alʼs habet fundatã intẽtionẽ
ſuã.vt pz hic.nã eoipſo ꝙ pmotus fuerat iſte ſcholaris ad bñfi
cia cenſet in dubio eſſe idoneus niſi aliud pbet.facit.ſ.de elec.
cõgregato.ſiliter videmꝰ qđ ſi aliqs facit pfeſſionẽ pſumit pro
ipſo actu.et ſic ꝙ fuit habilis ad illã faciendã niſi pbetur oppo
ſitum.ſ.de pba.in pſentia.ſilr ſi quis fecit teſtamentũ eadẽ ra
tione preſumimus p ipſo teſtamento:⁊ ſic ꝙ fuit habilis ad te
ſtandũ qui illud fecit niſi pbetur oppoſitũ.facit qđ habet in.d.
c.in preſentia.et in.d.l.nec codicillos.ſuperius alleg.⁊ qđ no.p
7 Bar.in.l.de etate.ff.de mino.¶ † Qualis aũt ſcientia requirat
in bñficiando.no.per Jnn.de elec.cũ in cunctis.⁊ in.c.j.de ſum.
tri.Et predicta pcedunt qñtũ ad hoc vt allegans negatiuã non
debeat obtinere repulſionẽ aduerſarij:⁊ vt veniat cõdẽnandus
in expenſis tãꝗ nõ pbans qđ incũbit.facit qđ no.glo.in.d.l.ſi
vero.§.qui p rei.⁊ qđ habet in.c.j.⁊.c.vt circa.de elec.in.vi.⁊ eo.
ti.ſi forte.Sed tamẽ agens nõ obtinebit etiã intentũ ſi ſumꝰ in
materia in qua iudex habet inueſtigare veritatẽ:etiam nemine
opponẽte vt cõtingit qñ quis eſt electꝰ ad beneficium:⁊ poſtea
petit ↄfirmationẽ.ſ.de elec.cũ nobis olim.nã tũc ſi aliqs oppo
nat qđ nõ debet ↄfirmari ex eo:qr nõ eſt idoneꝰ cũ ſit illegitimꝰ
vel illiteratus vel nõ habẽs ſufficientẽ ſciẽtiã ad beneficium vel
qr nõ eſt legitime etatis:lz talis opponẽs repellat talẽ petentẽ
confirmationẽ vt euitet penã expẽſarũ.⁊.c.j.de elec.in.vj.dz p
bare qđ allegat cũ prima facie ſit preſumptio p electo:lz nõ p
bet.⁊ ex hoc nõ poſſit obtinere ꝙ repellat aduerſariꝰ a ſua pe
titione.⁊ ↄſequẽter qđ caſſet electio ⁊ veniat puniẽdꝰ ſm pñlle.
decre.primã:tñ iudex ex officio poterit inquirere de veritate op
poſitorũ.facit qđ habet de elec.cupientes.§.ceterũ.⁊ in.c.inde
nitatis.lib.vj.⁊ ideo debebit pbare ſe habilem:⁊ ſic ſe idoneum
etate ⁊ ſciẽtia qđ poterit per examinationẽ patere.vt dicit glo.
in ſe legitimi.⁊ ſic natum ex legitimo matrimonio:alʼs nõ obti
nebit cõfirmationẽ.per ea que habent in.d.c.cum nobis olim.⁊
no.Joã.and.in dicta regula ſine culpa.⁊ in regula infamibus.
¶ Secꝰ autẽ in actibus in quibꝰ iudex ex officio non habet ſe
interponere:qr tũc obtinebit agens p quo eſt preſumptio ſi alle
gans negatiuã nõ pbat:vnde ſi peto hereditatẽ titij tanꝗ eius
heres ex teſtamẽto ſi cõuentꝰ excipit teſtm̃ non valere:qr titius
non potuit teſtari ex eo:qr non fuit etatis legitime ad teſtandũ
vel alia ſimili ratione non obtinebit niſi probetur dicta negati
ua.facit qđ habet in.l.nec codicillos.⁊ in.d.c.in pñtia.et qđ no.
per Bar.in.l.hoc iure.ff.de vꝰ.ob.in.l.de etate.ff.de mino.⁊ hãc
credo eſſe veram opi.in hac materia.lz do.Ant.hic aliter fuerit
locutꝰ.Nam facit differentiã an quis petat aliquid ab aduerſa
rio:vt tunc allegans negatiuã debeat pbare:ſecꝰ qñ petit a iu
dice.nam nõ placet hec differentia:qr etiã qñ quis petit a iudi
ce:vt qr petit per iudicem ↄfirmari electionẽ:tamẽ opponẽs ne
illud fiat et allegans negatiuã debet illam probare alʼs punitur
in expẽſis ⁊ etiã ſm formã.c.j.de elec.in.vj.¶ Jtem non placet
inquãtum dicit qđ differentia eſt:an reus neget fieri debere pe
tita p actorẽ:vt tũc pbatio ſibi non incũbat ſed actori:an vero
nedũ neget petita fieri:ſz etiã petat aliqd fieri vltra.puta caſſa
ri electionẽ vt tunc debeat probare.nam nõ videtur de iure hec
differentia procedere:qr ſi aliquis opponit qđ nõ dz fieri cõfir
matio:qr electus eſt illegitimus vel nõ eſt etatis legitime vel eſt
criminoſus:⁊ ſic neget petita fieri per actorẽ lz nõ petat caſſari
electionẽ:tamẽ debet pbare qđ alleg.alʼs punitur.vt ptz in.d.c.
j.Preterea licet expreſſe nõ petat caſſari:tamẽ in conſequẽtiã
ſatis dicit illã electionẽ caſſandam.ex quo dicit illam nõ eſſe cõ
firmandam tãꝗ factam de nõ idoneo:fateor tamen ꝙ qñqꝫ eſt
differentia an principaliter quis petat caſſari electionẽ:an vꝰo
alio petente confirmationẽ ſe opponat ne ↄfirmet.nam j primo
caſu qr principalr agit põt repelli exceptiõe excõicatiõis.ſcđo
nõ cũ ſit reus.ſ.de iudi.exhibita.cũ ibi nota.⁊.ĵ.de reg.iur.infa
mibus.per Jo.an.in mercu.¶ Jtẽ nõ placet inquãtũ hic dicit
ꝙ ſi excipiens alleget infirmitatẽ:ꝙ debet illã probare ſi oppo
nat contra petentem cõfirmationẽ poſtꝗ electus conſenſit ele
ctioni.nã propter ſtatum vinculi matrimonij ſpiritualis:ꝙ cõ
trahitur inter eligentes et electum per mutuũ conſenſum.ſ.de
elect.cũ inter canonicos.preſumitur pro ipſo electo.ſecꝰ ſm eũ
ſi anteꝗ cõſentiret,allegaret infirmitas.et p iſto aliqualiter vi
detur facere prealleg.c.cũ inter canonicos.ſed nõ video bonam
rationẽ diuerſitatis:qr videtur qđ in dubio quis debeat pſumi
ſanus niſi probetur oppoſitũ et niſi aliqua preſumptio ſit ↄtra
eum.ꝟ.l.nec codicillos.⁊ de intellectu.d.c.cuz inter canonicos.
dicendum eſt vt ibi dictum fuit.Et ex predictis patet qđ in ma
teria in qua iudex ex officio põt ſupplere vt i materia bñficiali
ſ.de elec.cũ nobis olim eueniet.No.ꝙ in materia bñficiali ſi op
ponens de inhabilitate nõ probat eã,agens ſuccũbet ſi nõ pbet
ſe habilem ꝙ opponẽs ſi nõ probet exceptionẽ ſuccũbet ⁊ pu
niretur etiã ſm decre.ĵ.de elec.in.vj.⁊ etiã ſuccũbet agẽs ſi non
probet ſe habilem in eo qđ obijciat cõtra eũ.vt ptz etiã ex nota.
per Jo.and.in dicta regula infamibus.¶ Extra gl.tractat hic
Jnn.materiã executorũ ad bñficia.quã poſuit glo.in cle.vnica.
de offi.deleg.⁊ aliquid tangit etiã Jnn.de exceſ.prela.ppoſuit.
⁊ de re iudi.de cetero.⁊ in.c.ad diſſoluẽdũ.de deſpõ.impu.⁊ in
predictis locis.⁊ per Jo.an.qui etiã poſuit dicta Hoſti.¶ Cõ
poſte.etiã poſuit in decre.c.j.ſ.de reſcrip.et ibi per Jo.an.poſt
glo.⁊ per Guil.in Spe.de acti.⁊ pe.§.ſup actiones.et p Vin.ſ.
de reſcrip.mandatum.et p Archi.xviij.q.ij.in.c.dudum.et per
Pau.de liaza.in cle.cũ ei quẽ.de conceſ.preben.et per do.Pet.
de anch.in dicta cle.j.de offi.delega.vbi deducit materiã iſtã ad
quinqꝫ membra ſeu ad quinqꝫ articulos.¶ No.hic materiã.exe
cutor ad bñficia an ⁊ qñ poſſit ⁊ qñ debeat aſſumere partes iu
dicis.[a] ¶ Primus eſt an executor datus ad puidendũ de bñfi
cio cuz aliquibꝰ clericis vel ſine illis poſſit aſſumere partes iu
dicis ſi forte aliqs ſe opponat:ne fiat puiſio vl ſi vellet aliquos
vocare ad contradicendum ſi velint.Secũdus eſt an ſit neceſſe
qđ ipſe executor aſſumat partes iudicis:⁊ ſic ꝙ citet ptes et ex
ceptiones admittat.Tertius articulus eſt an dato ꝙ aſſumpſe a
rit partes iudicis teneatur partes citare:et ordinem iudiciariũ
obſeruare et qualem ordinẽ obſeruare debeat.Quartꝰ articu
lus eſt an ſit aliqua differentia inter pceſſum q fiet p ipſũ exe
cutorẽ aſſumptis partibꝰ iudicis et pceſſum qui fiet tanꝗ per
merum executorem illis non aſſumptis.Quintus articulus eſt
an ſi reperiatur prouiſio facta cõtra veritatẽ clauſule prouiſio
ſit ipſo iure nulla an vero ſit aliqua ſed veniat caſſanda.Et pro
huius euidẽtia poſſet pmitti:quđ aliq̃ ſunt clauſule q̃ ſonant in
monitionẽ:vt ſunt ille q̃ tacite inerant etiã ſi nõ fuiſſent expſſe
vt eſt illa ſi eſt idoneꝰ:vt pz ex gl.ij.⁊ ex his q̃ dixi ſup illa.que
dam autẽ ſunt clauſule ſonantes in cõditionẽ ſicut ſunt ille que
non inerant ſi nõ fuiſſent expreſſe vt eſt illa ſi eſt doctor in ſacra
pagina vel in iure canonico vel de tali vico oriundus.nam iſte
nõ inerant ſi nõ fuiſſent expreſſe.Primo nõ reddũt pprie actũ
conditionalem.l.conditiones que extrinſecus.ff.de condi.et de
mon.⁊.l.mutuo.§.j.ff.de tut.Secꝰ in ſecundis hoc premiſſo cir
8 ca primũ articulũ.† an poſſit aſſumere executor ptes iudicis.
concludit Jnnocẽ.hic:qđ ſiue in reſcripto ſit appoſita clauſula
ſonans in monitionẽ ſiue ſonãs in ↄditionẽ ſiue etiã nulla clau
ſula ſit inſerta:ſed ſimpliciter datꝰ ſit executor ad prouidendũ
alicui de beneficio:qr ſubintelligitur tacite clauſula ſi ſit idoneꝰ
vbi hic dixit glo.ij.ꝙ poterit aſſumere partes iudicis:vt inqui
rat an ille p quo ſcribit ſit idoneꝰ:vel an ſit de tali vico oriun
dus vel an ſit doctor.dũmodo ille qui dedit poteſtatẽ executo
rum habuerit poteſtatem conferendi ⁊ etiã iuriſditionẽ.nã tũc
ſicut ipſe delegans poſſet aſſumere partes iudicis.ita poterit
etiam ipſe delegatus.arg.c.ſuper litteris.ſ.de reſcript.⁊.cxiij.
diſt.c.ſi.⁊.ſ.de offi.deleg.preterea.et.c.corã.ſecus quãdo nudũ
miniſterium tm̃ alicui eſſet cõmiſſum.ſ.de offi.delega.c.ſi.§.is
autẽ.⁊ ſic patet ꝙ hoc caſu põt dici iſte executor miſtus.ex quo
habet poteſtatẽ aſſumendi partes iudicis.facit qđ not.Hoſti.ĵ.
de re iudi.de cetero.⁊ hec eſt in effectu concluſio Jnn.hic circa
iſtũ primũ articulũ.ſz aduerte qr ipſe Jnno.aliter dixit in.d.c.
ad diſſoluẽdum.nam ibi videtur velle qđ ſit merꝰ executor.ſe
cus quãdo aliqua clauſula eſt appoſita:qr tunc poteſt inquire
re de veritate clauſule.⁊ idez videtur voluiſſe in.d.c.de cetero.
vbi dicit ꝙ ſi mãdat alicui prouideri de prebenda ſi vacat pote
rit inquirere de veritate clauſule.⁊ ſic vacationis ⁊ illo cognito
remanebit merus executor.ſed tu tene opin.quam [illegible] po
ſuit per rationem quaz ſuperius dixi:qr etiam ſi nulla clauſula
exprimatur ſaltem ſubintelligitur illa ſi eſt idoneus [illegible]
9 ciãt de prio articulo.¶ † Circa ſcđm Jnn.hic poſuit [illegible]
lz do.Ant.videatur dicere de quatuor:ſed re vera [illegible]
tres.Prima qđ nõ tenetur aſſumere partes iudicis [illegible]
velit ſiue ſit clauſula ſonans in monitionẽ ſiue [illegible]
Secũda fuit opi.ꝙ ſi clauſula ſonet in monitionem [illegible]

a ¶ Partes iudicis. de hac materia qñ executor poſſit aſſumere ptes iudicis. adde hic.d.Fel.in iiij.col.vſſi. extra gl.p pe fin.colũ. vbi ponit plures conclusiones ⁊ carũ fallentias egregie more ſuo.

Ayuntamiento de Madrid

eſt dictum: qđ nõ teneatur aſſumere partes iudicis: ꝛ ſic non tenebitur citare partes nec exceptiones ſeu contradictiones aſſumere vel cauſe cognitionem adhibere ſi autem clauſula ſonet in conditionem tunc ſi alteri nõ affert p̄iudicium vt cõtingit ſi ille ad quẽ pertinet prouiſio dederit executorem ad prouidẽdũ alicui de beneficio ſi eſt doctor vel ſi eſt de tali loco oriũd⁹ ꝛ tũc adhuc idem dicendum: q: nõ tenebitur aſſumere partes iudicis nec vitiabitur prouiſio: ex eo q: non aſſumpſerit nec partes citauerit q: etiã tũc nulle videnẽ eſſe partes ex quo nulli p̄iudicatur in puiſione. Et ſi dicaẽ p̄iudicaẽ ſaltẽ eccleſie cui magis expediebat habere doctorẽ quã aliũ. reſpondent iſti qđ hoc nõ ſpectat dicere ipſis aduerſarijs ſe opponẽtibus contra puiſionem delegati ſicut non liceret eis opponere contra prouiſionez delegantis: ſi autem ſit clauſula ſonans in conditionem: ꝛ alteri inferatur p̄iudiciuz: puta q: papa mandat alicui prouideri de bñficio ſpectãte ad collationẽ epiſcopi vel capituli ſi ſit doctor. et tunc tenebiẽ aſſumere partes iudicis ꝛ non valebit prouiſio facta niſi vocatis partibus: ꝛ aſſumpta cognitione ꝛ auditis cõtradicentibus exceptionib⁹ oppoſitis. xxv. q. ij. et ſi non cognitio. ꝛ. ſ. de reſcript. c. ũ dilecta. Tertia fuit opi. quam approbat hic Inn. ꝙ ſi ſit clauſula ſonãs in veritatẽ facti: puta ſi talis eſt idone⁹: vel ſi eſt de tali vico oriundus: vel ſi eſt doctor: ꝛ tũc non teneẽ aſſumere partes iudicis: ſiue illa clauſula ſonet in conditionem vel in monitionẽ: vt patet ex predictis ſi vero clauſula ſonet in iudicialem indaginem: puta ſi tibi conſtiterit qđ de tali vico ſic oriundus: ꝛ tũc teneatur aſſumere partes iudicis ſi alteri p̄iudicaretur: vt q: papa mandat prouideri de bñficio ſpectante ad collationẽ epiſcopi vel capituli. tetigi. ſ. ſecus ſi alteri nõ p̄iudicaretur vt q: ſpectaret prouiſio ad delegantẽ: q: tũc nõ tenetur aſſumere partes iudicis: q: videtur ſibi cõmiſſuz negotium tanꝙ bono viro ꝛ non vt iudici: ſed ſic ſufficiet ꝙ informet ſe extraiudicialiter. ꝛ hanc opi. firmat hic Inn. ꝛ glo. etiam ſatis videtur illam tenere dũ hanc opinio. vltimo loco ponit in dicta cle. j. ꝛ poſtea dicit per illum finẽ patere ſolutionẽ qõnis primo loco formate. ꝛ reuera clarius percipitur mens Inno. ex dictis ſuis hic. quam ex illa glo. vt patere poterit inferius. ſed aduerte q: poteſt eſſe dubiũ. an Inno. voluerit qđ qñ ponitur clauſula ſonãs in iudicialem indaginẽ: ꝛ p̄iudicetur alteri: an indiſtincte debeat aſſumere partes iudicis: ſiue clauſula ſonet in conditionem ſiue in monitionẽ. Inno. hic nõ bene declarat tamen per exemplum qđ poſuit, nam ponit exemplum quãdo dicitur in reſcripto ſi tibi conſtiterit qđ de tali vico ſit oriund⁹. videtur velle qđ hoc pcedat demũ quãdo exprimitur clauſula ſonans in conditionẽ: ex quo de alia nõ expreſſit cum tamẽ de alia ſuperius fecerit mẽtionẽ ſed Lapus Abbas in ſuis [illegible] ſuper dicta clemen. videtur velle intelligere dictum [illegible] ſtincte ſiue adijciatur clauſula ſonans in cõditionẽ ſiue in monitionẽ. Nam reſpõdet ad illam clemen. ꝛ ponit caſum quãdo adijcitur clauſula ſi per inquiſitionem ſolertem repertus fuerit ille pro quo ſcribitur vite laudabilis et conuerſationis honeſte ibi non opponitur clauſula ſi tibi conſtiterit ſed clauſula ſi repertus fuerit. ꝛ dicit: qđ tũc eſt ſecus: q: non tenetur aſſumere partes iudicis in caſu dicte clemen. ex quo nõ eſt ibi clauſula ſi tibi conſtiterit. nam ẽm enm cõſtare eſt clarum ꝛ certum eſſe, qđ eſſe nõ poteſt niſi facta ſit diſcuſſio partibus p̄ſentibus cum merita cauſarũ partium aſſertione pandantur. l. ſi. C. ſi per vim vel alio modo. ꝛ. ſ. de reſti. in integ. tum ex literis. ſed reperire eſt de re deperdita aliqđ ſcire. facit. l. deperditũ. ff. de peti. here. qđ poteſt fieri etiã extraiudicialiter ẽm eũ. ꝛ ſic de ſignificato verborum ſurgit predicta differẽtia. et ſic videtur velle qđ ſi in caſu dicte clemen. appoſita fuiſſet clauſula ſi tibi cõſtiterit qđ deberet aſſumere ptes iudicis licet [illegible] clauſula q. inerat. nam ſub illa ſi eſt idoneus ſatis includitur illa ſi eſt vite laudabilis et conuerſationis honeſte. ꝛ ſic videtur Lapus intelligere dictum Inno. qđ non ſit differentia: an exprimatur clauſula ſonans in monitionẽ: an vero in conditionem quãdo appoſita eſt clauſula ſi tibi cõſtiterit. ſed vt ibi tetigi in dicta cle. dictũ Lapi non videtur habere in ſe magnã rationẽ: q: etiam ſatis dici poteſt cõſtare illud. de quo quis eſt certus: etiã ſi extraiudicialiter nouerit veritatẽ. ſicut ipſe dicit etiã de vbo reperire. ꝛ ſic vt ꝙ ſicut verbum cõſtiterit importat iudicialem indaginem. ita etiã verbum reperire Pau. de liaza. in cle. cum ei quẽ. p̄alleg. non videtur facere differentiam inter clauſulam ſi tibi conſtiterit: ꝛ clauſulam ſi repertus fuerit. vt patet ex ibi not. per eum iuncto [illegible] habeẽ in tex. ꝛ ideo forte opi. Lapi de iure non procedat tamen q: Paulus ibi vult qđ ſiue apponatur clauſula ſonans in conditi[illegible]m ſiue in monitionem ſi appoſita eſt clauſula ſi tibi conſtiterit vel ſi repertus fuerit: qđ tũc teneatur aſſumere partes iudicis q[illegible]ndo alteri p̄iudicareẽ: ꝛ ſic etiam [illegible] ſi fuerit clauſula ſi per inquiſitionẽ repert⁹ fuerit idoneus vel vite laudabilis vel etiã conuerſationis honeſte. et idẽ etiã dicit ſi apponitur clauſula ſonans in conditionem: et tractetur de p̄iudicio alterius: ꝛ ſi nõ ſit appoſita clauſula ſi tibi conſtiterit vel ſi repertus fuerit: puta ſi ſimpliciter ſit dictum ſi de tali loco ſit oriundus vel ſi ſit doctor: ꝛ ſic non facit differentiam: an clauſula ſonet in veritatem facti: an vero in iudicialem indaginẽ. ſz Inn. vt dixi hic expſſe, in hoc tenet cõtrarium. nam facit differẽtiam an clauſula ſonet in veritatem facti: puta ſi eſt idoneus vel doctor: an vero in veritatis indaginem: puta ſi tibi conſtiterit qđ de tali vico ſit oriundus vel qđ ſit doctor. Unde videtur eſſe mens Inno. hic: qđ tribus cõcurrentib⁹ tenetur executor aſſumere partes iudicis. Primo qđ ſit clauſula ſonans in iudicialem indaginem vt eſt illa ſi tibi conſtiterit vt p̄dixi. Secundo qđ ſi ſit appoſita clauſula ſonans in cõditionẽ: vt eſt illa que tacite nõ inerat. nam ſic videtur ſenſiſſe in penitẽdo exceptioni ꝛ reſtringendo ſe ad talem conditionẽ. nam ponit exemplum quãdo dictum fuit ſi de tali vico ſit oriundus. licet Lap⁹ ꝛ Abbas in dicta cle. j. de offic. dele. vt. ſ. tetigi. et etiam Paul⁹ in dicta clemen. cum ei quẽ. non videatur requirere hoc ſcdm. et ſic idem volunt eſſe ſi exprimatur cõditio ſonans in monitionẽ non in conditionẽ. poſſet etiã dici qđ ibi non dicitur an teneaẽ aſſumere partes iudicis ſed an alteri poſſit cõmittere vices. Lapus tñ et Abb. dicebãt qđ ibi loquiẽ in cõditiõe ſi repert⁹ fuerit: que ẽm eum nõ ſonat in cõditionẽ iudicialem ſed extraiudicialem ſecus in clauſula ſi tibi conſtiterit: vt ſuperius tetigi. ſed Paulus in dicta cle. cum ei quẽ. ſenſit nõ eſſe differentiã inter predictas clauſulas ꝛ illud forte: vt etiam ſuperius dixi. Tertiũ eſt qđ requirit Inno. ſi qđ agatur de p̄iudicio tertij: vt q: priuatur ordinarius ſua poteſtate cõferendi. nam iſtis tribus concurrentib⁹ tenebitur vocare partes ꝛ cauſe cognitionẽ adhibere ꝛ ꝯdictiones audire ꝛ tũc iudicialiter procedere: et per conſequens partes iudicis tenebitur aſſumere. et idẽ videtur ſi ageretur de auferenda poſſeſſione alicui. vt in. c. licet epiſcop⁹. de p̄bẽ. in. vj. q: illa nõ eſt auferẽda ſine cauſe cognitiõe. vt ibi: ꝛ facit qđ no. Inn ſ. de priui. cum olim. el. ij. in ver. per portariũ. ꝛ iſtud videtur clarum qđ predictis tribus concurrentibus tenetẽ aſſumere partes iudicis ſi alia duo concurrant: q: Inno. vt dixi hic videtur ſentire qđ non. ſed Lapus et Paulus videnẽ velle cõtrarium. ſed pro Inno. poteſt alterari q: quando exprimitur clauſula ſonans in monitionẽ: illa clauſula ſi tibi conſtiterit vt intelligenda ẽm qualitatẽ clauſule. ꝛ ſic ẽm ſubiectã materiem. arg. l. ſi vno. ff. loca. ꝛ per cõſequẽs qđ tãꝙ bono viro. ꝛ ſic etiaz extraiudicialiter cõſtare debeat ſeu ſufficiat. Si aũt deficiat tertium ꝛ ſic nõ agitur de p̄iudicio tertij: vt q: ordinarius collator forte epiſcop⁹ fuit ille qui dedit executionẽ ad prouidendũ de bñficio: tunc licet prima duo cõcurrant videẽ qđ non teneaẽ aſſumere partes iudicis. vt hic voluit Inno. vnde videtur tunc mens fuiſſe dandi executorẽ qđ ſufficiat etiam extraiudicialiter cognitionẽ habere ſed poterit prouidere etiam non vocatis aliquibus nec audita etiã cõtradictione: ꝛ multo fortius hec pcederet ſi fuiſſet appoſita clauſula ſonans in monitionem: ſz dictũ fuiſſet ſi tibi conſtiterit. et ſic videtur ꝙ hoc caſu quãdo deficit illud tertium qđ teneat puiſio: ſic facta in nullo vocato: et etiã nulla cognitione p̄miſſa: dum tamẽ alẽs adſit in veritate veritas clauſule. nam alẽs ſi contra veritatẽ clauſule prouidetur ꝛ clauſula ſonaret in cõditionẽ prouiſio eſſet nulla ꝓpter defectum poteſtatis: quam demũ videtur habere ſubſiſtẽte veritate clauſule. ff. de verb. ſig. in. l. cedere diem. ꝛ facit qđ habeẽ in. c. prudentiam. de offi. deleg. de quo. j. dicetur. ꝛ ſic ẽm hoc non vitiabitur puiſio hoc caſu. ex eo q: nõ aſſumpſit partes iudicis: vel q: non notauerit partes: vel nõ adhibuerit cauſe cognitionem: vel q: noluerit audire cõtradictores: ſz bene vitiabiẽ ſi facta ſit cõtra veritatem clauſule. ſz Paulus in p̄alle. cle. cum ei quẽ. finaliter dicit ꝙ licet hoc caſu quando deficit tertium nõ teneaẽ vocare partes: nec cognitionẽ iudicialẽ adhibere tamen ſi nulla cognitione p̄miſſa etiam extraiudiciali procedat executor ad puiſionẽ. puiſio erit nulla propter defectũ forme mãdati. per quaz videtur delegans voluiſſe aliquam cognitionem procedere ante puiſionẽ. ꝛ ideo ſi nulla pceſſit vitiatur ipſo iure qđ agitur velut factũ nulla forma mãdati ſeruata. de reſcrip. cũ dilecta. ꝛ. l. diligẽter. ff. mandati. ꝛ iſtam opin. ego credo verã quando eſt appoſita clauſula ſi tibi conſtiterit vel clauſula ſi repertus fuerit ſiue ſit appoſita clauſula ſonãs in conditionẽ ſiue ſonãs in m[illegible]tionẽ: q: vtroꝗ caſu ſi nulla penitus p̄miſſa cognitione fiat puiſio nõ valebit qđ agitur vt eſt dictũ. vt voluit Pau. ſecus ſi interueniret cognitio ſaltẽ extraiudicialis: q: tũc teneret ex quo deficit tertium: licet alẽs partes nõ fuerint vocate. ꝛ idẽ videtur velle Pau. ſi non ſit appoſita clauſula ſi tibi cõſtiterit vel ſi repertus fuerit idoneus: ſed tãtummodo clauſula ſonans in conditionem: quia ẽm eum ſi concurrat quod agitur de p̄iudicio

de preiudicio tertij tenentur aſſumere partes iudicis:ꝛ ſi nō cōcurrat preiudicium tertij:licet nō teneatur aſſumere partes iudicis debet tamen ſaltem cognitionem extraiudicialem ꝑmittē ꝛſed certe in caſu iſto quando exprimitur clauſula ſonās in [illegible] ationē:nec exprimitur clauſula ſi tibi conſtiterit vel clauſula [illegible] tus fuerit:vr̄ tenenda opi. Inn. quā hic firmat.ꝛ etiaꝫ illam [illegible] tenere glo.in dicta cle.j.de offi.deleg.ꝛ ſic vr̄ qḋ nō teneatur tūc aſſumere partes iudicis:etiā ſi agatur de preiudicio tertij. Itē etiaꝫ videt̃ qḋ ſi non agitur de preiudicio tertij qḋ licet non adhibeat cognitionē extraiudicialē qḋ non vitiet̃ ex hoc prouiſio.vt etiam voluit ſentire hic Inn.licet bene faceret non ꝓcedere ad prouiſionē:niſi prius habita aliqua cognitiōe ſuper veritate clauſule.facit qḋ no. Inn.ṡ.de trāſla.prela.in.c. circa fi. Et predicta ꝓcedūt niſi in reſcripto eſſet clauſula appoſita vocatis vocandis vel moneas ꝛ inducas talis ꝛc.qꝛ tūc ꝓpter formam reſcripti debebit vocare ꝛ monere partes.vt not. Inn.j.de cōceſ.prebē.propoſuit.et idem etiam qḋ dixi quādo ageretur de priuando aliquē poſſeſſione.facit qḋ no. Io.an.in addi.Spe.in tit.de peti.ꝛ poſſeſſorio.§.fi.circa fi. Et ex ꝑdictis habes concluſionē an teneatur executor datus ad prouidendū aſſumere partes iudicis. Aduerte tamē qꝛ eo caſu quo dixi:qḋ debet habere cognitionē ſup veritate clauſule videt̃ ꝙ ſufficiat receptos eſſe teſtes:licet nō ſint publicati;qꝛ ſemp quo ad ipm̄ recipientem ſatis ſunt publicati.ṡ.de teſti.in.c.cū clamor.cū ibi not.ꝛ notauit Pau.in dicta cle.cum ei quē.vbi etiā dicit:ꝙ nō eſt neceſſaria pronuntiatio ſuper veritate clauſule:qꝛ ſufficit ꝙ ꝓcedat ꝓbatio:ſeu cognitio ſup veritate clauſule iudicialiter facte eo caſu quo tenet̃ aſſumere partes iudicis:vel etiā extraiudicialiter eo caſu quo nō tenetur aſſumere.nā ꝓuiſio ſequēs ſatis declarat effectum probationis preambulis:ꝛ eſt effectus ipſiꝰ ꝓbationis. Sicut priuatio bñficij eſt effectus probationis delicti.ṡ.de reſcrip.inter ceteras.ꝛ.c.olim.tamen meliꝰ eſſet ꝓnuntiare:vt ſic clarius appareat.ꝛ ſic dicūt dñi de Rota:ꝙ habet ſtilus curie qḋ ſup illo pronuntietur in ſua cōcluſi.cclxxxij. nam tunc facilius probat̃ de veritate clauſule:ꝛ licet ex ꝑdictis habeas quid tenendum. Tamen ꝓ clariori intelligentia modo ſcias.qḋ Inn.in.c.propoſuit.de conceſ.preben.aliter fuit locutus.nā ibi dicit qḋ executor datus ad prouidendū:licet non teneatur vocare partes:tamen debet admittere exceptiones que opponerent̃ cōtra reſcriptū:ſecꝰ ſi opponerent̃ contra ꝑſonam impetrantis.demū recitat aliā opi.ꝙ nō debet admittere exceptiones cōtra ꝑſonā.aliter de accuſa.accedens.ꝛ.xxv.q.ij.et ſic non cognitio.ꝛ de cauſa poſ.cum olim.ꝛ ſubdit ibi.ꝙ primū dictum ſuſtineri poteſt de iure ſtricto.ſed Hoſti.ibi tenet ſecūdū cū talis executor ſit miſſꝰ:ꝛ ideo ſm̄ eū legitime exceptiōes debet admitti.nā ille ſemp ſunt admittende:licet ꝑciſe ſcribat̃.ṡ.de offi.dele.c.ex parte. Ipſe xᵒ Inno.in.c.de cetero.de re iudi. aliter dixit ꝛ ſiſiter in.c.ad diſſoluendū.de deſpon.impu.nā in dictis locis videt̃ velle:qḋ ſi nulla clauſula eſt appoſita ſit merꝰ executor:et ſic non debeat aliquas exceptiones audire:ſecꝰ qñ clauſula eſt appoſita.et plus voluit Innoc.in.c.de cetero.qḋ ſi aliqua ſit appoſita ꝛ verificata remanet merꝰ executor:vt ſi mādet̃ ꝓuideri de prebēda ſi vacat.nā licet poſſit aſſumere cognitionē ſup vacatione:et ſic ſup conditione appoſita:tamen ſi de illa cōſtet:poſtea remanebit merus executor:et nō debebit exceptiones admittere.ſꝫ Hoſti.in.d.c.de cetero.ꝛ in.c.accepimꝰ. vt ibi refert Io.an.circa fi.ante gl.dicit:ꝙ talis executor dꝫ admittere exceptiōes legitimas ꝯ reſcriptū.ꝛ ꝯ bñficiandū alleg. de reſcrip.cum adeo.et in.c.ad aures.ꝛ in.c.poſtulaſti.et in.c.ſi proponente.ꝛ de offi.dele.paſtoralis.§.qꝛ vero.ꝛ dictū Innoc. ſm̄ eū poſſet ꝓcedere qñ papa exprimeret qḋ nullā exceptionē admitteret:ſꝫ iſtud nō de facili ꝯcedit papa ꝛ rariſſime.vt habet̃.ṡ.de offi.dele.in.c.ex parte.el.ij. Itē poſſet ꝓcedere ſm̄ eū qñ papa ſcripſiſſet ꝓ aliq̄ ſibi noto cui bñficiū vacās iam conceſſit ꝛ mādat in poſſeſſionē bñficij poni.nam talis executor nō habet prima facie admittere exceptiōes.allegat not.de excep. cū eccleſiaſtice.ꝛ de can.poſ.c.pe.ꝛ de accuſa.accedens.ꝛ ſic ptꝫ qḋ Hoſti.tam in.d.c.propoſuit.ꝗ in.d.c.de cetero.ꝗ etiā in.d. c.accepimꝰ.indifferenter tenet cōtra Inn.ꝛ vult ꝙ licet nō teneatur executor vocare partes:niſi aliud in reſcripto exꝑſſe cōtineretur:tñ ſi opponant̃ exceptiones legitime cōtra reſcriptū vel contra bñficiandū deberēt admitti:alꝛ eſſet iuſta cauſa appellandi.et iſtam opi.ſequebatur do. Pet.de ancha.in.d.cle.j. de offic.deleg.ſed ſtilus curie illam non approbat:ſꝫ potiꝰ illaꝫ Inn.qꝛ nō artatur ad admittendas illas exceptiones niſi in caſibus.ex quibꝰ.ṡ.dixi.vt no. Compo.in decre.capitulū.ṡ.de reſcrip.ꝛ ibi per Io.an.poſt glo.in xᵒ.ſed nunqd.vbi etiam recitat Cōpo.qḋ ſic mādauit papa ſuo tēpore in curia ſeruari. Innoc. vero in.c.dudū.el.ij.in ver.litis cōteſtatione.vr̄ velle qḋ executor ad ꝓuidendum debeat admittere exceptiones legitimas.

alleg.ṡ.de reſcrip.cum adeo.ꝛ.c.conſtitutus.ꝛ.c.capitulū.ꝛ facit bñ eo.ti.poſtulaſti.ꝛ.c.ſi ꝓponēte.nō tenet̃ tamē facere liteꝫ conteſtari:vt ibi dicit.de quo vltimo dicendū vt hodie habetur in cle.ij.de iudi.iuncta cle.ſepe.de verb.ſig.ꝛ inferius tanget̃.et iſtā opi.qḋ debeat admittere exceptiōes legitimas tenuit Hoſtiē.vt ſuperiꝰ dixi.ꝛ etiā.d. Pe.de anc.potiſſime.qꝛ cū iſte executor videat̃ miſſus ex quo pōt aſſumere ꝑtes iudicis:vr̄ quod debeat admittere exceptiones legitimas.per id qḋ habet̃ in.c. paſtoralis.§.qꝛ vero.ṡ.de offi.deleg.ꝛ in.l.a diuo pio.§.ſi ſup rebus.de re iudi.nā ſicut ibi dicit̃ qḋ miſſi executores quo ad alia deputati quā quo ad bñficia debēt admittere exceptiōes legitimas.vt pꝫ ex not.in dictis iuribꝰ.ꝛ maxime i.d.§.qꝛ xᵒ.ita eadē rōne vr̄ ꝙ hic debeat admittere.ſed volendo ſuſtinere opin. Inn.ꝛ cōem potes dicere.lꝫ do. Ant.hic nō tangat:ꝙ aliud eſt in executore dato ab illo qui nō poterat procedere ſine ordine iudiciario in eo qḋ cōmittit executori.nam tunc habet locū qḋ no.in.d.§.qꝛ xᵒ.aliud aūt eſt in executore dato ad prouidendū de bñficio:qꝛ cōmittens poteſtatē executorū nō tenebat̃ in ꝓuiſione facienda de bñficio iudicialiter procedere.et ideo idem ſit in executore ab eo dato.arg.c.ſup literis.ad fi.ṡ.de reſcrip. de quo etiā tetigi in.d.cle.j.de offi.deleg. ¶ Itē potes reſpondere ad.c.cū adeo.ꝛ.c.cōſtitutꝰ.ꝛ alia preallega.qḋ in illis ſcribebatur ordinario collatori qui nō tenetur prouidere ſi habeat legitimā exceptionē cōtra reſcriptū hic aūt loquimur de executore dato ad ꝓuidendū. Secūdo etiā dici poteſt ꝙ in dictis iuribus loquit̃ de effectu literarū:an ſint valide vel non ſi reperiātur ſubreptitie:nō autē loquitur de poteſtate executorum:ſeu de modo ꝓcedendi per executorē.nā ille interdum vr̄ facere ꝓceſſum etiā ꝯ veritatē:ſeu nō obſtante qḋ reſcriptum ſit ſubreptitium.facit prealleg.decre.capitulum.ꝛ eo.tit.cōſtitutus.ſed fortiꝰ obſtat opi. Inn.ꝛ cōis qḋ habetur i.c.dilecto.j.de appel. vbi videtur qḋ ſi executor nō admittat exceptiones legitimas et oblata ſit probatio.naꝫ ſic dꝫ ſuppleri illud capitulum.ſ.qḋ oblata fuit ꝓbatio.vt ibi tangit glo.per.c.interpoſita.eo.tit.ꝙ tunc ſi appellat̃ iuſtificatur appellatio ex eo qꝛ nō admiſit exceptiones:ꝛ tamē ſi non teneretur admittere ſicut nō tenetur qñ extraiudicialiter procedit̃:qꝛ extra iudiciū non ſunt ꝓbationes nō iuſtificaretur appellatio niſi docto de veritate exceptionis ſm̄ no.in prealleg.c.interpoſita.ꝛ Inn.ṡ.de elec.cū nobis olim. ꝛ.c.cū inter canonicos.ꝛ facit qḋ.j.dicam circa quartū membrum. iſtud cōtrarium tetigit Cōpoſte.in decre.capitulū.ṡ.de reſcri. ꝛ ibi ꝑ Io.and.poſt gl.in xᵒ.ſꝫ nunqd exceptiones.et finaliter reſpondet:qḋ ibi loquit̃ in executore dato ad cōpellēdū:ideo in compulſione fienda requiritur cauſe cognitio:qꝛ nō debet fieri niſi cauſa cognita:ꝛ ideo debet iudicialiter procedere ꝛ admittere exceptiones legitimas:ſecꝰ dicit in executore dato ad ꝓuidendum. Et nunquid autē hoc indiſtincte procedat ſtatim tangā:ſed aduerte anteꝗ hoc declarē qḋ Inn.in ꝑalleg.c.ꝓpoſuit.de conceſ.prebē.poſuit duas alias opi.in hac materia vltra predictas [illegible] vna fuit:ꝙ executor datus ad ꝓuidendū ſit merꝰ executor: [illegible] adiecta clauſula ꝯdictionis ꝑ cēſurā eccleſiaſticam cōpellen [illegible] c poterit ſummariā cognitionē adhibere:tamen ſcd̄m [illegible] illa omiſſa prouidere:qꝛ illa non eſt oīno de ſubſtātialibus prouiſionis ſubdit tamē qḋ in cōpulſiōe bñ requirit̃ cauſe cognitio.nihil allegat ſꝫ Ioan.and.alleg.ad hoc vltimū.c.licet epiſcopus.el.ij.de preben.in.vj. Et hoc dictū de cōpulſione tene mēti ꝓpter id qḋ.j.dicā alia fuit opi.quā ibi ponit in gl.magna.circa fi.ꝙ ſi eſt executor datꝰ ad ꝓuidēdū ſit merus executor:ſi aūt ſcribat̃ qḋ in alio prouideat:ꝛ in defectū datur executor ad prouidendū tunc nō debebit executor prouidere:niſi cauſa cognita.allegat qḋ habetur in ſimili de reſcrip.ab excōicato. ſed de iſto dic vt tangitur in.c.ſi ſoli.in nouella.et ibi conſueui tangere de cōceſ.prebē.in.vj.ꝛ bene facit qḋ no.in ſimili in.d.c. ab excōicato. Cōpoſto.in prealleg.decre.capitulū.vt ibi refert Io.and.poſt gl.in xᵒ.ſꝫ queritur an executor ad prouidēdum.ꝛ xᵒſi.ſꝫ nunquid exceptiōes.cōcludit ſimpliciter ꝙ executor datꝰ ad prouidendum pōt aſſumere partes iudicis ſi vult. Itē ꝙ nō tenetur admittere exceptiones ſi nō vult adeo qḋ ſi apponant̃:ꝛ nō admittat ꝛ propter hoc appelletur nō retractabitur ꝙ eſt geſtum niſi doceatur de veritate cauſe appellationis:ꝛ ſi pars obtulerit probationes:qꝛ qñ extraiudicialiter proceditur nihil releuat obligatio probationū cum ille nō habeant fie[illegible] iudicium ſed in iudicio:ꝛ ſic dicit ſeruari in curia. [illegible]
pliciter loquitur.ꝛ ſic non diſtinguit:an nulla [illegible]
ta:an vero aliqua:nec etiam facit differen[illegible]
na[illegible] conditionem vel monitionē:v[illegible]
et [illegible] vero in cognitionē iudicialer[illegible]
I[illegible] x poſitā ꝛ de facto executore
Cōpoſte.tamen rationabilis videt
¶ Item aduerte qꝛ cōtra opi. Cōp[illegible]

Ayuntamiento de Madrid

lecto. de appel. Sed ipſe reſpondet vt. s. tetigi. qd ibi loquit in executore dato ad cōpellendū hic in dato ad prouidendū. nam in cōpulſiōe vt dixi neceſſaria videt cauſe cognitio. et iſtud etiā tenuit Spec. poſt Cōpoſto. in ti. de act. et peti. §. ſup actionib⁹. xv. ſ3 qd ſi ante⁊. et pro iſto etiā dicto facit qd not. Inno. in. d. c. propoſuit. qd. s. proxime recitaui. ſed aduerte qꝛ Inno. videtur velle contrariū in eo. c. propoſuit. vbi aperte decidit qd ſi detur executor vt faciat alicui aſſignare beneficiū qd iſte eſt mer⁹ executor et qd ſtatim pōt mandare qd aſſignetur bñeficiū: et qꝫ niſi aſſignetur ſit excōicat⁹ qui debet aſſignare. Cōpoſto. in decre. mandatū. de reſcrip. vt ibi refert Joan. and. poſt glo. in ver. ſed qualiter formabit. dicit qꝫ executor datus ad cōpellendū audiet exceptiōes legitimas: ſ3 ſi obijciat nō legitime vl etiā legitime: ſed nō pbent poterit pcedere ad cōpulſionē etiā alia nō lata ſententia: licet alias vbi aſſumat partes iudicis ferenda ſit ſententia que ferri non debet lite nō cōteſta. ſ3 de iſta cōteſtatione dic meli⁹ vt in cle. ij. de iudi. do. Ant. hic videt velle qd ſi ſit datus ad cōpellendū poſt prouiſionē iam factam: vt qꝛ papa contulit canonicatum et ad executorē mādauit illum recipi in canonicū tunc ex quo pcedit prouiſio erit merus executor et nulla admittet exceptio. per id qd habet de accuſa. accedēs. et. j. de appel. cō ſtitutus. ideo non tenetur tunc partes iudicis aſſumere: nec exceptiones admittere licet poſſit ſi velit ſaltē. vt ſuperiori referat per id qd no. Inn. de deſpon. impu. ad diſſoluendū. et in. d. c. ppoſuit. Si aūt ſit datus ad cōpellēdum reſpectu tertij poſſi dētis bñficiū: et ſic ad finē vt ille ſpolietur: tunc dicit qꝫ oportet qd partes iudicis aſſumat: et exceptiones legitimas admittat et citet etiā partes: qꝛ nō eſt auferenda poſſeſſio ſine cauſe cognitione. de prebē. licet epiſcopus. in. vj. et ſic itelligit qd no. Cōpo. in. d. decre. capitulum. ver. ſed nunqd exceptiōes. et qd no. Spe. in dicto xv. ſ3 quid ſi ante. vbi dicit executorē ad cōpellendum ſine cauſe cognitiōe per executionē vel aliter nō debere aliquē compellere. allegat etiā qd not. Joan. an. in ti. de peti. et poſ. §. ſi. circa fi. in addi. Spec. et qd not. Innoc. j. de priuile. cum olim. in ver. per portarium. et facit etiam qd notauit Inno. in. d. c. ppoſuit. in eo qd ſuperius recitauit de cōpulſione. nam ſic videt dictum Inn. ibi intelligere Jo. and. dum alleg. c. licet epiſcopus. de preben. in. vj. qꝫ proprie loquitur quando agitur de auferēda alteri poſſeſſione. et ſic tranſit hic do. Ant. et ſi pōderes videtur innuere a cōtrario: qd ſi datus ſit executor ad cōpellendū nō facta prouiſione: et ſic quando datur vt faciat puideri qd tūc non debeat illud fieri ſine cauſe cognitiōe licet iſtud non exprimat. ſed hoc clare fuit de mente Cōpoſt. in dicta decre. capitulum. in dicto xv. ſ3 nunqd exceptiones. et vf caſus in. d. decre. dilecto. de appel. et ſic non videtur qd nō procedat dictum Inno. in preallega. c. propoſuit. inquantū dicit qꝫ executor dat⁹ vt faciat alteri prouideri eſt merus executor: et ſic videtur qd non debeat pcedere ad executionē niſi admonitiōe pmiſſa. vt. j. de ſen. excō. ſacro. et ſi apponant exceptiones legitime videtur qd teneatur illas admittere et earū probationes ſi offerantur: et ſic quāſi... ad hoc iudicialiter procedere: als ſi opponatur exceptio legitima et offerat probatio ſi non audiatur: et propter hoc a... hoc ipſo erit iuſtificata appellatio: ſicut cōtingit i qualibet appellatione. vt in. d. c. dilecto. de appel. et eo. tit. interpoſita. ſi tñ admiſerit exceptionē et audiuerit probationes et non fuerit probata poterit procedere ad cōpulſionē: etiā alia nō lata ſententia. vt voluit Cōpoſto. in dicta decre. mandatum. in verſi. ſ3 qualiter formabit. et ſic quo ad illud vt ferat ſententia non teneatur aſſumere partes iudicis: qd tene menti et bñ facit qd. j. tangetur. et qd not. ipſe Inn. in. d. c. propoſuit. vbi dicit qd ſi cōſtet executori poſſeſſorem non habere ius in beneficio, Et cōſtiterit ſibi auditis partibus in forma iudicij nō tenebit ferre ſententiam diffinitiuam: ſed poterit precipere qd de poſſeſſione diſcedat. ¶ Et per predicta patet quid tenēdū in executore dato ad cōpellendū: et etiam quid in executore dato ad prouidendū. tamen do. Ant. hic dicebat: qꝫ ſi datus ſit ad prouidendū nulla clauſula inſerta: vel inſerta clauſula ſonante in monitionem: licet de iure non teneatur vocare partes: tamē deberet exceptiones legitimas admittere ſi opponātur ſaltē vt ſuperiori referret. practica tamē non admittit ſm eum. vt dicit Compoſto. in preallег. decre. capitulum. ſi autē exprimatur clauſula ſonās in cond... : tunc ſi non tangitur preiudicium tertij: ſatis putat ... cedenti membro: ſi autē tangatur preiudiciū ter... ...ere partes iudicis et partes vocare. et ſic itel... ...t reſidere glo. in dicta cle. j. de offi. delega. ...catur ſi conſtiterit vel dicatur ...e ...re in hoc differentia: qꝛ vt ...i executorū: licet apertius h... ...t ...erit ideo ſic inuito forma debet ...ttere: et hec concluſio ſua hic dicit ...

predicta vera niſi in literis eſſet appoſita clauſ... qd citet et moneat vel iducat vel appoſita ſit clauſula voc... vocādis: qꝛ tūc clarū eſt qꝫ d3 vocare ptes. et hoc caſu ſm eū nō poſſunt ... les executores pcedere extra locū in... ...eputati c... executores et iudices. p decre. ſtatutū. §. in... de reſcr... et no. qd domini de Rota ſua cōcluſione... ...tione ſubiecte materie mēs fuerit pape qd iudici ... vt ſi mādetur ordinario vel alteri: qd ſi titius tenu... decanatum et prepoſituram quorū vtrūqꝫ curā hal... annexam cōtra decre. execra... Joā. xxij. et contra ... multa. de prebē. qd tunc ſi eſt ita. cōſtat ſcio ipſam ppoſiturā ...am tūc arctat aſſumere partes iudicis in purificando ſi tenuerit cōtra decre. execrabilis. vel dictam decrē. de multa. et hoc tenet Jo. an. i addi. Spe. ſup dicto tit. de peti. et poſ. §. ſi. et hoc qꝛ agit de poſſeſſione auferēda tertio ergo et p ea que habent in decre. licet epiſcop⁹. de preben. lib. vj. et qꝛ agitur de gratia facienda et non iam facta. et iſtam rationē tangit hic do. Anto. et etiā Joā. an. in dicta additiōe. ſ3 certe pfunctoria videtur ratio: qꝛ qñ dat executor ad puidendum de beneficio agitur de gratia faciēda: et tamē regulariter nō tenetur aſſumere partes iudicis. ¶ Quid aūt ſi detur executor in literis de iuſtitia que emanāt ſm formā decre. cū ſm apoſtolum. j. de prebē. et. s. de eta. et qualita. accipimus. do. Ant. hic dicit: qꝫ nō habet neceſſe aſſumere partes iudicis: ſed pōt ſe extraiudicialiter et de innocētia impetrātis informare: qꝛ cū als fuerit examinatus: vt patet in dictis iuribus non exigitur pñtia: qꝛ ſolū habet fieri inquiſitio extraiudicialis de moribus et vita qd fieri poterit in loco vbi eſt cōuerſat⁹. vt. s. de elect. poſtqꝫ. et. s. eo. quoſdā. et. c. quanto. et hoc tenēt dñi de Rota in ſua cōcluſiōe. cclxxxij. et Pau. in dicta cle. cū ei quē. et dicūt etiā predicti: qd nō erit purificatio facta inſtante attinēte bñficiati in eius abſentia. allegat not. de preben. accedēs. et. c. ſi tibi abſenti. lib. vj. et per hoc habes expeditū ſcōm articulum an valeat qd qñ executor deputatus ad bñficia teneatur aſſumere partes iudicis. in quo vides concluſionē dñi Ant. qꝛ non videt bona inquātum intelligit Inn. qd velit nō eſſe differentiā an dicatur, ſi tibi conſtiterit an vero ſi eſt de tali vico. nam certe Inn. hic expreſſe tenet oppoſitum. et glo. etiam in. d. cle. referēdo verba Inn. videtur etiā iſtam opi. Inno. approbare. et licet dicat: qd non videt rōnē diuerſitatis tñ meo iudicio ſatis patet intuenti: qꝛ clauſula ſi tibi cōſtiterit ſonat in iudicialē indaginē: ſed illa ſi eſt de tali loco ſonat in ſimplicem veritatem facti. fateor tñ qd Pau. in dicta clemen. cum ei quē. quādo apponitur clauſula ſonans in conditionē non videtur facere differentiam inter predicta. et ſic videtur tenere idem qd do. Ant. ſ3 rationabilior videt opi. Inno. Sed aduerte qꝛ pro do. Ant. et Pau. poteſt allegari primo qd habetur in. c. olim tibi. et. c. ij. s. de reſcrip. vbi per clauſulam ſi eſt et ſic que ſonat in veritatē facti vf mandari cognitio: ſ3 potes dicere qd ibi loquit in reſcripto ad lites in quib⁹ quidē litibus etiā per papā ex ordinata poteſtate non debet procedi ſine cauſe cognitiōe et parte nō vocata. s. de cau. poſſeſ. in. c. j. et. ij. q. j. nos in quemqꝫ. et. l. ſi. C. ſi p vim vel alio mō. hic autē in reſcriptis ad bñficia in quib⁹ quidē beneficijs collator pōt non precedente alia cognitiōe extraiudicialiter cōferre, ſecūdo videtur facere p opi. predictorum: qꝛ ex quo data eſt poteſtas ſub cōditiōe videt qꝫ nō poſſit quis vti poteſtate: niſi primo ſit certus de veritate conditionis: et ſic de ſua poteſtate. et pſertim cū conditio cōſiſtit in facto alieno in quo in dubio pſumitur ignorātia. l. ſi. ff. pro ſuo. et no. s. de reſcrip. ab excōicato. et ideo videtur qd nō poſſit procedere virtute mandati niſi prius agnito de veritate conditionis. per id qd habet in. c. prudētiā. de offic. deleg. in prin. vbi ſi tres dantur iudices cū clauſula: qꝫ ſi omnes intereſſe non poterūt duo ex illis mādatum apoſtolicū exequantur: non videntur poſſe duo procedere. tertio ipedito ſi non conſtet eis de impedimēto. ad idē qd not. Bar. in. l. multū. ff. de cōdi. et demō. poſſes dicere pzio qd dicta iura loquunt in reſcriptis ad lites nos in reſcriptis ad bñficia. Scōo potes reſpōdere qd vbi ſubeſt veritas cōditiōis videtur qd poſſit mādatarius procedere ad executionē mandati ſi putat cōditionē verā licet aliter neſciat. vt not. Jo. an. ſup regula. eū qui certus. de reg. iur. in. vj. nec obſt. c. prudentiā. qꝛ non habet locū quando eſt impedimentum neceſſarium: et ſic non cōſiſtens in volūtate impedimēti: ſ3 in alijs impedimētis. vt not. Jo. an. ſup dicta regula. eum qui certus. et ideo cū cōditio illa ſi eſt de tali loco non pendeat a poteſtate alicuius: ſed a mera veritate facti videt qd ſufficiat illā in veritate ſubſiſtere et hoc putet mādatarius: licet aliter neſciat veritatē. et ad. l. multum. de condi. et demon. poſſet reſponderi qꝫ ibi loquitur in aditione hereditatis in qua qs d3 eſſe certus anteqꝫ adeat. facit qd habet in. l. ſi quis extraneus. §. j. et. l. eum qui. ff. de acqui. here. et qd no. Jo. an. ſup dicta regula. eum qui. poſſet etiam reſponderi ad. l. quero. ff. de eo g p tu. qd ibi

Ayuntamiento de Madrid

qđ ibi ille qui erat datꝰ tutor ignorabat ſe datum.⁊ ſic omnino ignorabat fundamētum ſue poteſtatis hic autē ſciebat ſe datū licet ſub conditione. Bart.in.d.l.tenet qđ in caſu.c.prudentiā. non valeat proceſſus:niſi ſciuerit impedimētū alij collegeipſiꝰ tertij ꝑ quod multum videtur facere ille tex.indiſtincte loquēdo.et ſic indiſtincte videtur intelligendꝰ articulus decre.qꝛ circa.de priuile.⁊.l.de pretio.ff.de publi.pro ipſo etiā facit qđ habetur in.l.hec autē.§.j.ff.ex quibꝰ cau.in poſ.eatur.vbi non vꝫ valere proceſſus factꝰ per iudicē ꝯtra contumacē niſi habuerit notitiam contumacie.⁊ ideo forte de iure verior eſt intellectus Bar.et ſi tenemus illum.tunc oportet dicere qđ habet locū in reſcriptis ad lites.ſed ſecꝰ in reſcriptis ad bñficia ſi volumꝰ ſuſtinere opi.Inn.alˀs oporteret fateri opi.Pau.⁊ do.Ant.procedere.¶ Aduerte tamē ꝙ licet tenemus qđ quādo eſt appoſita clauſula ſi eſt de tali loco qđ ſit neceſſe qđ ille cui datꝫ mandatū ſciat veritatem clauſule vt poſſit procedere:tamē ſatis puto ꝙ ſufficeret qualitercūqꝫ conſtaret ipſum ſcire.per ea que habentꝫ in.d.c.prudentiam.etiam ſi ſup hoc non premiſerit cognitionē. et ſic ſufficeret qđ ſciret vt homo:⁊ ſi non vt iudici ſibi cōſtaret: ſecus tamen eſſe dicendū ſi eſſet appoſita clauſula ſi per inquiſitionē tibi conſtiterit qđ ſit de tali loco:qꝛ tūc nō ſufficeret ſcire veritatem clauſule:niſi conſtet ꝙ fecerit ſuper hoc inquiſitionē propter formam mandati a qua non eſt recedendum.de reſcrip. cum dilecta.⁊ de reſtitu.ſpo.piſanis.licet non eſſet neceſſe ꝓnūtiari ſup veritate clauſule:ſꝫ ſufficeret conſtare de ipſius veritate per inquiſitionem factam.vt nota.Pau.in dicta cle.cum ei quem.et ſic etiam ſaltem ipſo reſpectu remaneret aliqua differētia inter clauſulam ſi eſt de tali loco:⁊ clauſulam ſi tibi ꝑ inquiſitionē cōſtiterit ꝙ ſit de tali loco.¶ Tertio videꝫ obſtare qđ habetur in dicta cle.cum ei quē.ſed potes reſpōdere qđ ibi nō eſt clauſula ſonans in veritatem facti:ſed in iudicialem indaginē: qꝛ ibi dictum fuit ſi per inquiſitionē repertus fuerit vite laudabilis ⁊ cōuerſatiōis honeſte.Nota tamē bene qđ talis clauſula nō dicitur ſonare in monitionē:ſꝫ in cōditionē:vt ibi expreſſe vult litera:⁊ tamē erat appoſita conditio ſi repertus fuerit vite laudabilis ⁊ cōuerſationis honeſte:que ſonat in idem ꝙ illa ſi ſit idoneus quo ad mores que tacite ineſt ⁊ q̄ in dubio pſumiꝫ. vt hic patet ⁊.l.cū pater.§.rogo.de lega.ij.⁊ not.gl.in.l.ſi vero.§.qui ꝓ rei.ff.qui ſatiſda.cog.⁊ tamē ex quo eſt appoſita clauſula ſonans in iudicialē indaginē reputatur diſpoſitio cōditionalis:adeo qđ ſi ꝓcedatur nō ſeruata forma mandati non valet qđ agitur:⁊ ſic ſi ꝓcederetur ad prouiſionē nulla precedente inquiſitione licet reuera eſſet vite laudabilis ⁊ cōuerſatiōis honeſte non tū valeret ꝓuiſio propter defectuꝫ forme non ſeruate.arg. c.cū dilecta.de reſcript.cū ſi.⁊ hoc expſſe tenuit Pau.in.d.cle. cum ei quem.licet dicat ꝙ qñ agitur de preiudicio tertij debeat precedere inquiſitio vt iudicialis ⁊ ſic parte vocata:ſed vbi nō agitur de preiudicio tertij ſufficit inquiſitio etiā extraiudicialiter facta.et ſic videtur ſm predicta ꝙ quando apponitur clauſula ſonans in iudicialem indaginem etiam ſi exprimatur clauſula q̄ alias ſonat in monitionē ꝙ nihilominus cenſeatur ſonare in cōditionē.vt patet in terminis dicte cle.cum ei quē.nā lꝫ tacite inſit etiam ſi nō exprimaꝫ clauſula ſi eſt vite laudabilis ⁊ conuerſationis honeſte.⁊ ſic ſi eſt idoneus quo ad mores:tamē exprimitur aliter quā inſit quādo dicitur ſi ꝑ inquiſitionē repertus fuerit vite laudabilis ⁊ cōuerſationis honeſte.nā tacite inerat reſpectu veritatis facti hic aūt exprimiꝫ ſub iudiciali indagine.et per hoc videreꝫ dici poſſe qđ qñ apponitur clauſula ſonans in iudicialē indaginē nō ſit differentia ſiue apponaꝫ ſuper conditione ſonante in monitionem ſiue ſuper conditione ſonāte in conditionem.qđ tenuit Pau.in.d.cle.cum ei quē.licet vt ſ.tetigi. Inno.hic reſtringēdo ſe ad exemplū ponit de clauſula ſi tibi cōſtiterit qđ ſit de tali loco videaꝫ aliud ſentire.forte etiā poſſet dici qđ Inn.non pōderauit illud exemplū:ſed potiꝰ clauſula ſi tibi conſtiterit propter rationē quā poſuit que cōcernit dictam clauſulam ſi conſtiterit etiā ſi ſit adiecta conditioni ſonanti in monitionē.nam dicit qđ tūc qꝛ non poteſt ſibi cōſtare niſi pſentibꝰ partibꝰ diſcutiat:ideo tunc teneꝫ iudicialiter ꝓcedere.¶ Ultimo videꝫ obſtare qđ habeꝫ in.c.accepimꝰ.de eta.et qualita.vbi videtur qđ admitti debeāt exceptiones etiā in forma pauperum ſeu in literis de iuſtitia:ſed potes dicere qđ ibi ſcribebatur ordinario collatori qui nō teneꝫ ꝓuidere ſi habet legitimas exceptiones.et loquitur ibi in executore dato ad compellendū q nō debet cōpellere habentē exceptiones legitimas. vt in.c.dilecto.de app.⁊ ſuperiꝰ etiā dixi:⁊ ꝑ hoc ſit expeditus
10 ſecundus articulus.¶ †Circa tertiuꝫ articulum vꝫ qualis dꝫ eſſe proceſſus executoris quando aſſumit partes iudicis.cōcludit Inn.qđ ꝓcedere poterit de plano:nec erit neceſſarius libellus:nec litis cōteſta.ipſe tū de hoc dubitauit in.c.dudum.el.ij. ſuper verbo cōteſtationē.ſ.de elect.ſed hodie hoc eſt expeditū per cle.ij.de iudi.iuncta cle.ſepe.de verbo.ſig.nam in iſtis bñficialibus ꝓcediꝫ ſine ſtrepitu et figura iudicij:vt patet in dicta cle.ij.de iudi.⁊ adeo ſeruari poterit forma cle.ſepe.de verb.ſig. ⁊ hec vera vbi aſſumpſit partes iudicis eo caſu quo teneꝫ aſſumere quod qñ ſit dixi in precedenti articulo:ſed vbi voluntarie aſſumpſit partes iudicis vbi nō tenebaꝫ.tunc dicit hic Inn.qꝛ ex quo aſſumpſit partes iudicis debet vt iudex procedere.⁊ ſic ſi opponatur exceptio legitima puta qđ cōditio nō eſt vera vel alia legitima et offeraꝫ probatio ⁊ non audiatur excipiens poterit appellare ex eo:qꝛ cū ꝓcederet vt iudex non ſeruat ordinē iudiciarium.refert tamen qđ alij dicunt ꝙ ex dicta cauſa nō poterit appellare:vꝫ ex eo qꝛ non ſeruat ordinem:ex quo nō tenebatur ſeruare:⁊ ſic ſolū ad inſtructionē recipiebat informationem:et ſic non erit etiam neceſſaria ſententia:lꝫ alˀs eſſet ſecꝰ.j. de qua re.ff.de iudi.⁊.ſ.de cau.poſſeſ.cum ſuper.⁊ in iſta opin. vꝫ reſidere Inn.⁊ gl.in dicta cle.j.de offi.delega.ſed do.Anto. plus placet precedēs opi.ex quo aſſumpſit ꝑtes iudicis.Paulus tū ſm eum indiſtincte ſequitur ſecundam:et qđ non ſit neceſſe pronuntiare ſuper conditionibꝰ clauſule vel purificationibus earū:⁊ ſic ſufficit qđ ſequatur collatio ⁊ qđ cōſtiterit ei de purificatione:qꝛ collatio eſt finis ⁊ diffinitio ꝓbatiōis ſicut priuatio eſt finis delicti probati.ſ.de reſcrip.inter ceteras.et.c.cū olim.de dolo ⁊ cōtu.⁊.c.veritatis.⁊ ſic ſatis dicitur pronūtiare quantum ad effectū.et per hoc non ob.d.l.de qua re.vtile tamē eſſet ſuper hoc pronuntiare vt ſic poſtea nullatenus poſſit negari.ſ.de elec.dilecti.ad fi.vt not.Pau.in.d.cle.cum ei quē.⁊ dñi de Rota ſua cōcluſione.cclxxxij.vbi etiam dicūt ꝙ ſi ſeruat ſtilus curie qđ ꝓnuntietur.Dicit tamen do.Anto.ꝙ per talē ꝓnuntiationem non videꝫ aſſumere partes iudicis:ſicut dicꝫ de electo in arbitruꝫ ⁊ arbitratorē qui habet vtrāqꝫ poteſtatē:vꝫ vt arbiter ⁊ arbitrator ⁊ aliquos actus poteſt facere vt arbiter: etiam aliquos vt arbitrator.alleg.not.per Hoſti.de iureiurā. quintaualliſ.⁊ no.qđ videꝫ ſentire Pau.qđ etiam quando iudicialiter proceditur etiam ſi teneatur ſic ꝓcedere nō ſit neceſſe expreſſe pronuntiare ſuper veritate clauſule:ſed ſufficiat tacite procedendo ad executionē vel prouiſionē mādati.⁊ iſtud etiaꝫ vꝫ voluiſſe Cōpoſto.vt refert Jo.and.in decre.mandatū.poſt gl.in ver.ſi.formabit autē.vbi loquiꝫ in executore dato ad cōpellendum qui etiā ſm eum tenetur aſſumere partes iudicis apparente cōtradictore qui opponeret exceptiones legitimas:vt ſuperius dixi.⁊ tamē dixit ꝙ nō tenetur ſup illis ꝓnuntiare ſubdit tamē lꝫ alˀs vbi ꝓcedat vt iudex videaꝫ qđ debeat ferri ſententia:⁊ ſic videtur quodāmodo ſibi cōtrarius:ſꝫ potes ſaluare dupliciter primo vt intelligaꝫ dum dicit licet vbi alˀs procederet vt iudex ſup.qꝛ nō ſit executor:ſed merꝰ iudex qđ non eſt in caſu de quo prius loquitur vel expone dum dicit videaꝫ ſup. prima facie ſꝫ non eſt neceſſe in caſu propoſito tu potes cōcludere ꝙ eo caſu quo teneꝫ aſſumere partes iudicis:qđ qñ ſit dictū etiā in precedenti membro debet iudicialiter procedere ſm formam.d.cle.ſepe.forte tamē non tenebitur ꝓnuntiare ſup veritate exceptionum ⁊ conditionis.per ea que.ſ.dixi.⁊ ꝑ id etiam ꝙ notat idē Inn.in.c.propoſuit.de cōceſ.prebē.in glo.magna. vbi dicit ꝙ qñ cōſtat poſſeſſorem non habere ius in bñficio poteſt etiam non lata diffinitiua fieri preceptū ꝙ dimittat poſſeſſionē:⁊ tamē cōſtat qđ in auferēda poſſeſſione teneꝫ aſſumere partes iudicis ⁊ iudicialiter ꝓcedere:qꝛ ad hoc etiā teneꝫ ordinarius.de prebē.licet eꝑs.in.vj.ſi autē non tenebatur aſſumere tunc potes cōcludere ꝙ aut expſſit ſe velle iudicialiter ꝓcedere ſeu aſſumere ꝑtes iudicis ſup ipſo negotio:et tunc videꝫ ꝙ debeat iudicialiter ꝓcedere ſm formam.d.cle.ſepe.ex q̄ illā viā elegit nec videtur poſſe variari cum variatio ſit prohibita ſaltē in perſonis eccleſiaſticis de iure pa.cum autē.⁊ in clemen. cum illuſio.de renuntia.ſi autē nihil dixit ſed proceſſit in aliquo actu iudicialiter nō teneꝫ in alijs procedere ex quo ſunt actꝰ ſeparati.per id qđ nota.gl.in cle.ſepe.in ver.partibus.de ver.ſig. ⁊ quod nota.Hoſti.in.d.c.quintaualliſ.⁊ hec ſufficiant de tertio.
11 ¶ †Circa quartum an ſit aliqua differentia inter ꝓceſſum factū qñ aſſummit partes iudicis ⁊ quando nō aſſumit.ꝯclude qđ ſic.nā primo eſt differētia:qꝛ qñ proceſſit nō aſſumēdo partes iudicis ꝓuiſio cēſebitur extraiudicialis.et ideo poterit retractari etiā poſt decē dies:et etiā ſine appellatione ſi facta ſit ꝓuiſio ꝯ veritatē clauſule vel facta ſit indigno:qꝛ non tranſeūt actus extraiudiciales in rem iudicatā.facit qđ not.j.de app.cōſtitutꝰ.ad ſi.el.ij.⁊.ſ.de cau.poſ.cū olim.poſſet etiaꝫ appellari infra decē dies ⁊ appellatio deuolueret:ſed nō ſuſpenderet:ex quo ſit ab actu extraiudiciali.vt patet ex not.in.d.c.cōſtitutis. ſed vbi procedit executor aſſumēdo partes iudicis tunc niſi appellatum a prouiſione in decem dies ſit preiudicium volenti contraire prouiſioni.per ea que habentur in.c.cum dilecti ad ſi. ſ.de elect.qđ intelligit Inn.quando partes fuerunt preſentes



Ayuntamiento de Madrid

vel abſentes ꝛ nõ vocate ſi cum primum ſciuerit per factã ꝓui-
ſionem non appellauerit infra decẽ dies a tpe ſcientie.facit.l.ab
eo.C.quõ et qñ iudex.ſi autem fuiſſet pars vocata et contumax
nõ audiretur etiam appellando.l.ꝛ poſt edictum.§.ſi.ff.de iudi.
ꝛ.ij.q.vi.§ autem.ꝛ.§.ſunt etiam quorũ.ꝛ.xxiij.q.iij.de illicita.
intellige iſtud vltimum.lꝫ Jo.an.ꝛ Jnnocẽ.non dicant:nec do.
Ant.quãdo pars fuit vocata ꝛ perſonaliter inuenta vel conſtat
ꝙ habuerit notitiã perẽptorij.per ea que habentur in.l.ex con
ſenſu.§.ſi.ff.de appel.ꝛ in cle.ſi ante.de dolo et cõtu.ſec⁹ ſi ſolũ
fuiſſet pars citata ad domũ ꝛ nõ habuiſſet notitiam citationis
peremptorie:qꝛ tunc poſſet appellare infra decẽ dies a tempo-
re ſciẽtie late ſentẽtie.vt.d.l.ab eo.¶ Jtem aduerte inquãtum
Jnn.voluit:ꝙ ſi pars fuit abſens ꝛ non vocata ꝙ tunc preiudi-
cat ſibi ſi nõ appellat cum primũ ſciuit:nã iſtud non videt verũ
quando aſſumpſit partes iudicis:qꝛ vbi proceditur iudicialiter
nõ valet ipſo iure ꝙ non ſit parte citata.l.de vno quoqꝫ.ff.de re
iudi.ꝛ.ſ.de maio.ꝛ obe.iter quatuor.do.Ant.ad qõ etiã alleg.
not.in Spe.de acti.ꝛ pe.§.ſuper actiõibus.vſi.ſed qualiter for
mabit.¶ Jtem aduerte qꝛ quãdo procedit vt merus executor
ſi appellet ex eo qꝛ nõ cognoſcit de veritate implementi condi-
tionis a primo nõ eſt legitima:ſecus ſi appellet ex eo:qꝛ exequit
contra intentionẽ cõmittentis:qꝛ ille cui vult prouidere nõ eſt
dignus:naꝫ tũc appellatio erit legitima tñ qꝛ ſit ab actu extra-
iudiciali non retractabitur ꝙ erit geſtũ niſi probetur ꝙ ſit indi-
gnus ille cui eſt ꝓuiſum.ꝑ id qõ habet.ſ.de elect.cũ inter cano-
nicos.et qõ dixi,nõ eſſe appellationẽ legitimã quando ſit ex eo:
qꝛ non cognoſcit de veritate implementi cõditionis videt pro-
cedere quando eſt appoſita clauſula ſonans in veritatem facti;
ſecus ſi dictum fuiſſet ſi tibi ꝯſtiterit vel ſi per inquiſitionẽ rep-
tus fuerit idoneus vel qõ ſit de tali loco:qꝛ tunc eo caſu quo te-
neret aſſumere partes iudicis ſaltẽ de ſe extraiudicialiter infor
mare:als qõ agit eſt ipſo iure nullũ velut factũ contra formam
mandati.vt ſatis poteſt colligi ex dicta cle.cum ei quẽ.de ꝓceſ.
prebẽ.ꝛ ideo hoc expreſſe tenet Pau.vt ſuperius dixi.¶ Jteꝫ
eſt alia differentia:qꝛ vbi executor aſſumit partes iudicis:tũc ſi
opponitur de dignitate eius cui debet prouideri:vel qõ nõ eſt
de vico oriũd⁹:ꝛ offert probatio ſi nõ admittitur offerẽs proba
tionem ꝛ appellat propter hoc iuſtificatur appellatio;ex eo qꝛ
fuit oblata probatio ꝛ non recepta:licet aliter nõ ꝓbetur veri-
tas exceptionis:qꝛ in actu extraiudiciali nihil operatur obliga
tio ꝓbationis:qꝛ non debet fieri extra iudicium,ſꝫ corã iudice.
vt voluit Jnn.in.d.c.cũ inter canonicos.et etiã in.d.c.interpo-
ſita.ꝛ.j.de his que ſi.a maio.parte capi.c.j.ꝛ no.Spe.in.d.ti.de
act.ꝛ pe.§.ſuper actionib⁹.ver.ſed quid ſi ante.et in Specu.de
appel.§.nouiſſime.v.illõ qõ.ꝛ an in actu iudiciali ſufficiat ver
balis obiatio an vero requirat realis.tangit ibi Jo.and.in ad-
12 di.Spec.ꝛ dixi plene in.c.ex parte.ſ.de teſti.¶ † Et ex ꝓdictis
no.duas principales differẽtias inter actum iudicialẽ ꝛ extra-
iudicialẽ.Vna qõ actus extraiudicialis nõ tranſit in rem iudi-
catam:ideo etiã poſt decẽ dies potes eius reuocatio peti:ſecus
in actu iudiciali.Scdõ eſt qꝛ in actu extraiudiciali nihil rele[...]
obligatio probationis:ſecus in actu iudiciali et hec ſuffi[...]
13 de quarto.¶ † Circa qntũ ꝛ vltimũ an valeat ꝓuiſio ſi forte nõ
ſubſit veritas clauſule an võ valeat:ꝛ an poſſit retractari.Jnn.
hic in prin.magne gl.diſtinguit:an apponat cõditio que ſonet
in monitionẽ vt qꝛ exprimitur qõ tacite inerat:puta ſi mandat
prouideri titio ſi eſt dignus vel ſi eſt idoneus:nã cũ talis clauſu
la tacite inſit.vt hic tangit gl.ij.ſonat in monitionẽ et non in cõ
ditionem.per id quod habetur in.l.mutuo.§.ſi.ff.de tu.l.ſi decẽ.
cũ petiero.ff.de v.ob.ꝛ.ſ.de elec.ſignificaſti.cũ ibi no.ꝛ tũc va-
lebit ꝓuiſio de mero rigore etiã ſi facta ſit indigno:ꝛ ſic contra
veritatẽ clauſule ſicut valeret ſi nulla clauſula eſſet appoſita et
valebit etiã excõicatio hac occaſione lata forte ꝯ impedientem
fieri prouiſionẽ licet ſit iniuſta.xi.q.iij.c.j.qõ intelligit do.Ant.
procedere niſi appellatum eſſet ante excommunicationẽ:qꝛ tũc
eſſet nulla ſententia:poſtea lata ſi appareat quod ex legitima
cauſa fuerit appellatũ ꝛ appareat poſteã de veritate cauſe.ꝑ id
qõ habetur.j.de ſen.exc.per tuas.caueat tamẽ appellans qua-
liter appellat:qꝛ ſi appellaret ex eo qꝛ ꝓuidet executor nõ pre-
miſſa cognitiõe ſuꝑ veritate clauſule eo caſu quo nõ tenet aſſu-
mere ꝑtes iudicis:appellatio nõ eſſet legitima.ꝑ id qõ.ſ.dixi.
ſec⁹ ſi appellet ex eo qꝛ exequit gratiã cõtra intentionẽ cõmit-
tentis prouidendo indigno:qꝛ illa bene eſſet legitima appella-
tio:ꝛ ſi poſtea appareat de veritate clauſule redderetur nullum
qõ factum eſſet poſt dictam appellationẽ:ſed vbi nulla eſt ap-
pellatio interpoſita.procedat qõ dixi poſt Jnn.ꝙ tenebit ꝓui-
ſio etiã facta indigno:ꝛ ſimiliter excõicatio dicta occaſione lata
poterit tamen peti coram ſuperiore officium eius implorandũ
etiam poſt decem dies quã[...] extraiudicialiter eſt ꝓceſſum qõ
caſſetur dicta prouiſio cum ſit facta de indigno.per id qõ habet,

a ¶ De iure iurãdo.do. Jo.d imo. nihil ſcribit ſuꝑ iſta rubri.vid do. Abb.ꝛ Fely.qui cõtinuãdo hãc rubricã mlta bona dicũt ſuꝑ eadem.

b ¶ Agi poteſt.eodem modo ſummãt hic.d. Abb.ꝛ Felyn.

j.de app.cõſtitutus.el.ij.ꝛ.ſ.de cauſa poſſeſ.cũ olim.et qõ dixi
in precedẽti membro.ſi autem ſit appoſita clauſula que ſonet in
conditionem puta prouideas titio ſi a tali vico eſt oriund⁹ vel
ſi eſt doctor:tũc cum hec clauſula tacite nõ ineſſet reddit diſpo
ſitionem conditionalẽ et dat certã formam mandato:ideo ſi ti-
tius non eſt de illo vico:vel nõ eſt doctor,ꝛ fiat ſibi prouiſio nõ
tenebit prouiſio:ideo erit ipſo iure nulla tanꝙ facta ꝯ formam
mandati.ſ.de reſcrip.cũ dilecta.et eadem ratione non tenebit
excõmunicatio hoc caſu ex eadeꝫ occaſione lata.vt expreſſe hic
voluit Jnnoc.ꝛ no.bene ꝙ hoc caſu redditur prouiſio nulla:ex
eo qꝛ facta contra formã mãdati.cum executor demum recipiat
poteſtatem ſi conditio ſit verificata.l.cedere diem.ff.de ver.ſig.
non autẽ ex eo qꝛ facta ſit non premiſſa cognitione ſuper veri-
tate clauſule:ſi non tenebat aſſumere partes iudicis plura dixi
circa ſecundũ articulum.ꝛ facit etiã qõ dixi in precedẽti articu-
lo.etiã intellige qõ dixi prouiſionẽ ipſo iure nullã qñ cõditio nõ
eſt vera ſi ꝓceſſum fuit extraiudicialiter ſi autẽ ꝓceſſum fuiſſet
iudicialiter:tunc videt ꝙ propter autoritatẽ iudiciariã de mero
rigore teneat proceſſus:ꝛ ꝑiudicet parti niſi appellet.per id qõ
not.in.c.ad audientiã.el.ij.ſ.de reſcrip.ꝛ facit qõ habetur.ſ.de
elec.cum dilecti.ad ſi.nam ſi nõ appellatur tranſit ꝓceſſus ꝛ ꝓ-
uiſio in rem iudicatam ad preiudicium partis.vt.d.c.cũ dilecti.
ad ſi.ꝛ ſic etiã nota.do.Ant.in cle.j.de offic.deleg.poſſet tamen
dici qõ ſi appelletur ꝛ appareat prouiſionẽ factam contra veri-
tatẽ clauſule licet iudicialiter fuerit ꝓceſſum ꝛ apparebit illam
fore nullã velut factã cõtra formam mandati.¶ An autem ſit
aliquod remediũ qñ nõ eſt appellatum ex quo ſumus in benefi
cialibus recurrendũ eſt ad no.in.d.c.ad audiẽtiã.el.ij.ꝛ ꝑ Jnn.
eo.tit.ad aures.ꝛ.c.conſtitutus.nam licet ſnia in beneficialibus
tranſeat in rem iudicatam ad preiudiciũ partis:non tñ tranſit
in preiudiciũ ſuperioris quin poſſit ex officio inquirere an iuſte
quis teneat beneficium:et forte etiam per viam denuntiationis
euangelice audiretur pars.de quo dicendũ vt plene not.in.d.c.
ad audientiã.el.ij.¶ Sed iuxta predicta inſurgit vnũ dubiũ qd
ſi petat prouiſus qõ ante omnia ſua prouiſio ſortiatur effectuꝫ
ꝛ opponatur cõtra eũ:ꝙ non debeat ſortiri qꝛ facta dicit cõtra
formam mãdati qñ fuit appoſita clauſula ſonans in conditionẽ
an debebit audiri.videtur qõ ſic:ꝑ.c.conſtitutus.el.ij.ad ſin.de
appel.cõtrariũ hic tenet Jnno.qꝛ hic contendit nullitas ꝓui-
ſionis ex defectu poteſtatis ꝓuidentis:ꝛ ideo dꝫ admitti anꝙ
prouiſio habeat effectum.ar.ſ.de offi.deleg.cũ in iure.nec ob.
c.cõſtitutis.qꝛ ibi nõ cõtendebatur de fundamento poteſtatis:
imo conſtabat ꝙ epiſcopus habuerat poteſtatẽ cõfirmandi:ſed
dicebatur qõ cõfirmatio erat iniuſta:hic aũt ꝙ collata eſt pote
ſtas ſub cõditiõe q̃ nulla eſt niſi extet conditio.d.l.cedere dieꝫ.
ꝛ ideo non obſtante tali prouiſiõe cũ ſit ipſo iure nulla tenebit
prouiſio vel electio poſtea facta:dũmodo fiat ab illis q iure vel
ſuperioris delegatione habet poteſtatẽ prouidendi ſeu eligẽdi.
facit qõ habet.ſ.de ſup.negli.prela.c.ſin.ſꝫ ſi electio eſſet nulla
ꝓ alia cauſa puta qꝛ ſit facta ſcienter de indigno:dũmodo fiat
ab illo qui habet poteſtatem prouidendi nõ reuertetur ad illos
ad quos de iure cõi ſpectat:imo ad primũ delegantem.vt notat
Jnn.j.de exceſ.prela.inter dilectos.ꝛ etiam tangit hic:ꝛ ꝑ hoc
patet qualiter ſit intelligenda gl.in.d.cle.j.de offic.delega.cum
dicit qõ ſi prouiſio ſit cõtra veritatem clauſule erit nulla aut ve
niet caſſanda:nam ꝛ nulla eſt quãdo adiecta fuit clauſula ſonãs
in conditionẽ caſſanda eſt quando eſt clauſula ſonans in moni-
tionem:et per hoc ſit expeditus quintus ꝛ vltimus articulus.ꝛ
hec ſufficiãt loco repetitionis huius capituli.de materia etiam
dixi in.d.cle.j.de offi.delega.

## a ¶ De iureiurando[a]. Rubrica.

1 ☞ Juramentũ cõtinens aliquid illicitum ex parte recipien-
tis debet officio iudicis relaxari.
2 Juramentũ remittere põt ille ad cui⁹ cõmodũ preſtitum eſt.
3 Juranti vſuras ſoluere qualiter ſuccurratur.
4 Juranti vſuras ſoluere ꝛ nõ repetere qualiter ſuccurritur.
5 Vſuras ſoluere iurãs ꝛ nõ repetere nec querelã aliquã depone-
re nec abſolutionẽ aliquã petere nec aliquo modo vocare credi
torem in ius quominus impediatur executio iuramenti nõ te-
net iuramentum.

b EX adminiſtratiõis. Agi põt[b]
ad relaxationem iuramenti cuius implemẽtũ
continet turpitudinem ex parte recipientis.h.
d.et poteſt dici:qõ primo ponitur deciſa facti
narratio.ſecundo prouiſio.ſecunda ibi:manda
1 mus.¶ † Nota ex textu vnam practicam ſe defendendi aduer-
ſus iuramentum continens quid illicitum ex parte recipiẽtis
videlicet

Ayuntamiento de Madrid

videlꝫ vt imploretur officiū iudicis.vt faciat relaxari iuramē-tum per illū cui est prestitum.nam ad hoc poterit cogi p censurā ecclesiasticā.¶Item no.ꝙ ad relaxationē talis iuramenti debet agi coram iudice ecclesiastico vt satis colligitur ex text. cōiuncta gl.fi.¶†Item no.ꝙ ille ad cuius cōmodum est pstitum iuramentū potest illud remittere et ab ipso soluere.de quo per Jo.an.in.c.ij.ꝭ.de sponsa.ꝛ in Specu.de legato.§.nūc ostendēdū.ver.xxiiij.ꝛ ver.hoc etiam.¶In gl.j.ibi compelluntur creditores relaxare.ꝛ hoc verū si petatur sed vbi nō petatur absolutio:tunc debet seruari iuramentū:quia quātum ad iurantem nō est illicitū.vt ptꝫ.ꝭ.eo.debitores.ꝛ hoc modo debet intelligi quod sequitur in glo.¶In ea.glo.in fi.no.ex glo.qd̄ interdum debitor simpliciter iurat soluere vsuras.interdum iurat soluere et nō repetere:ꝛ vtroq3 casu videndū est de remedijs q̄ compe-
3 tunt debitori.† Circa primū cōclude qd̄ vnum remediū est qd̄ soluat ꝛ postea repetat.vt.ꝭ.eo.debitores.nam sic seruabit iuramentū et etiā finaliter habebit intentum:qꝛ lꝫ iurauerit soluere:non tñ iurauit nō repetere:ꝛ ideo repetere potuit arg.eorꝫ que habentur de renuntia.in.c.cū inter.ꝛ qd̄ not.ꝭ.de vsur.in.c. tuas.secundū remediū est vt anteq̄ soluat petat a iudice vt faciat sibi relaxari iuramētum.nam hoc petere poterit.vt hic patet.ꝛ sic etiā ideo quia licet iurauerit soluere.non iurauit tñ nō petere absolutionē iuramenti.ergo ꝛc.per iura superius alleg.ꝛ si contumax esset creditor in relaxatione iuramēti poterit episcopus illud relaxare cum possit absoluere a iuramento illicite pstito.ꝭ.eo.si vero.ꝛ quod nota.ꝭ.quod met.cau.in.c.ad aures. et hoc etiā tenuit Jo.an.in addito.Spec.super rubri.huius titu.in fi.facit qd̄ dicetur.ꝭ.eo.debitores.vnde dixerunt quidā,vt hic refert do.Ant.qd̄ nō poterit episcopus nisi prius pars fuerit contumax in relaxatione seu absolutione facienda:sed ipse tenet oppositū qꝛ ſm eū duplex est via eque principalis.vna ꝓ quam petatur ab epo vt cogat creditorem ad relaxandū sacramentū sibi prestitum super vsuris soluēdis.de qua hic.Alia vt principaliter petatur absolutio ab epo talis iuramenti tanquā illicite pstiti per id qd̄ habet in.d.c.si vero.ꝛ.d.c.ad aures.ꝛ in.c. ꝭ.et.ij.xvi.q.vj.quod intellige parte tamen citata ad contradicendū per regulā.l.de vnoquoq3.ff.de re iudi.ꝛ.ꝭ.de maiori.et obedi.inter quatuor.ꝛ per nota.per Jo.and.in addi.Specu.super hac rubri.vbi expresse tenet citationem requiri.de quo etiā tangetur in dicta decre.debitores.tutius tamen videtur practicare ſm formā huius decre.vt sic petatur a iudice vt cogat creditorem relaxare sacramentū:ꝛ qd̄ si postea fit contumax tunc iudex absoluat Aliud est ſm.d.Ant.remediū quia poterit debitor si conueniatur excipere cōtra agentem:vt desistat ab exactione contra agentem ex eo:quia sibi competeret repetitio si solueret:ꝛ qꝛ petere pōt vt ipse creditor relaxet sibi iuramentū qd̄ etiā ex tūc petit a iudice si possit exceptionē opponere.pꝫ.id qd̄ hꝫ in sin. in.l.nā ꝛ postea.§.si minor.ff.de iureiu.vbi etiā.i mōdū exceptiōis oppōnit restitutio i integ.ꝛ in.l.necnō.§.exemplo. ff.ex q.cau.ma.ꝛ bene facit etiam qd̄ no.in.l.papinianus.§.Meruius.ff.de inoff.test.vbi etiā interdū per viā exceptionis proponitur inoff.test.Posset etiam ſm do.Ant.ex officio ex quo videt creditorem paratum ad exactionem.et sic paratum ad principium peccati compellere eum vt desistat a petitiōe per id qd̄ no.in.c.ex literis.ꝭ.de spōsa.ꝛ.xxij.q.v.c.hoc videtur.ꝛ in dicto c.tuas.de vsuris.sed forte istud non procedit:quia iudex nō dꝫ se interponere ad priuatam vtilitatem nemine petente quando potest esse aliter succursum parti per ea que habent in.l.iiij. §.hoc autē iudicium.ff.de dāno infecto.ꝛ.ꝭ.de electio.innotuit ad fi.ꝛ notauit Inno.in.c.ad nostram.el.ij.ad fi.ꝭ.eod.hic autē habet pars remedium:quia potest soluere et postea repetere:et ideo nō debet se ex officio interponere nisi petatur.secus si pars non haberet remedium:vt quia iurasset soluere et non repetere.nam tunc posset procedere dictum domi.Ant.et sic proprie loquitur dictum.c.tuas.et si dicas licet iurauerit soluere ꝛ non repetere tamen habet remediū quod potest petere relaxari iuramentum.vt hic patet.ꝛ sic videtur qd̄ iudex ex officio nō deberet se interponere.Respondeo qd̄ illud remedium qd̄ possit petere relaxari iuramentum procedit ex quadam equitate potius q̄ rigore.ꝛ ideo non excludit iudicis officium quod etiam super equitate fundatur per id quod nota.per glo.in.l.de pecoribus.C.ad leg.aquil.ꝛ per Inn.ꝭ.de prescriptio.ꝛc. trāsmissa. Quod autem possit iudex ex officio se interponere:quando debitor iurauit soluere ꝛ nō repetere:satis probatur ex dicto.c.ad nostram.el.ij.et ideo hoc expresse tenet Inno.posset tunc debitor aliud remedium habere videlicet per viam denuntiationis euangelice.nam licet creditor nondum receperit vsuras.tamen peccare videtur retinendo debitorem obligatum.ideo potest per viam denuntiationis,vt desistat a peccato:et consequenter
4 qd̄ relaxet obligationē.ꝛ hec sufficiant de primo casu.¶† Circa secundū breuiter conclude quod remedia que dixi in precedenti competere eo casu quo non est facta solutio:competunt etiam ꝛ in casu isto cum sit eadem ratio.et plus etiam videt qd̄ hoc casu iudex ex officio possit se interponere per id quod not. Inno.ꝭ.eod.c.ad nostram.el.ij.et per id quod superius dixi.qd̄ non sic in casu precedenti.licet domi.Ant.aliter senserit.vt supra tetigi.Et hoc casu etiam poterit factum intimari iudici nihil petendo:vt sic iudex habeat notitiam facti:et possit ex officio procedere.ꝛ hoc casu nō est necesse.vt tāgit do.Ant.monitionē pcedere.put dꝫ pcedere qñ pcederet per viā denuntiationis
5 euāgelice.¶†Quid aūt si iurauet debitor soluere:ꝛ nō petere nec denuntiare nec querelam aliquā deponere nec absolutionē aliquā petere:nec aliquo modo in ius vocare creditorem quominus impediatur executio iuramenti.dicit hic do.Ant.quod non tenet iuramentum predictum quominus non possit denūtiare per ea que habentur in.c.quēadmodum.ꝭ.eo.sed certe ibi hoc clare non probatur.vnde etiam videt qd̄ egeat amico:qui pro ipso denuntiet.vt in simili dixit Inn.in dicto.c.quēadmodum.vt ibi refert Jo.and.super glo.fin.vel potest dicere vt ibi tangit Joan.and.qd̄ poterit denuntiare si moueatur propter amorem proximi principaliter ne remaneat in peccato.secus si principaliter induceretur ad denuntiandū vt ipse euitaret vsuras vel illas rehaberet.nam tunc potius deberet abstinere etiā a denuntiatione ne veniret contra iuramentum.per id qd̄ habetur in dicto.c.quēadmodum.circa fi.posset tamen iudex ex officio sup hoc prouidere per ea que habentur in dicto.c.ad nostram.posset etiam petere absolutionē ab isto iuramēto inquātum iurauit non petere absolutionem:nec in ius vocare creditorem.ꝛ hoc casu nō requiretur citatio creditoris ne veniat debitor contra iuramentum.vt dixit Jo.and.in additio.Spe.sup hac rubrica.sed postq̄ fuerit absolutus a tali iuramento si voluerit petere absolutionem a iuramento prestito super vsuris soluendis:vel non repetēdis bene deberet pars citari:seu ipse creditor per ea que dixi superius.ꝛ que notauit Joā.an.in additio.predicta.ꝛ per hoc habes declaratam glo.melius ꝛ plenius q̄ hic dicat do.Ant.ꝛ adde quod dicetur in dicto.c.debitores.ꝛ c.ad nostrā.el.j.¶In gl.fin.potes dicere qd̄ ex quo episcopus hꝫ hanc potestatem qd̄ faciat relaxari sacramentū:nec erit necesse exprimere ꝙ faciat tanq̄ delegatus:vel tanq̄ ordi.sufficit quod potestatem habet ex dispositione iuris.vt hic patet.

1 ¶ Iuramentū prestitum a spoliato de non repetendis rebus videtur esse obligatorium donec absoluatur.

2 Iuramentum interpositum metu an sit ipso iure nullum.

a Peruenit.j. Non valet a iuramentū prestitum a prelato de rebus ecclesie non repetendis.hoc dicit.Et est communis diuisio:facti narratio et prouisio.secunda ibi:cognita.

a ¶Nō valet idē sēnat hic.d.Ab. ꝛ Fel.lꝫ do. Abb.legat duob' modis.

1 ¶†Nota qd̄ iuramentū prestitum a spoliatio de non repetendis rebus videt esse obligatorium donec absoluatur.licet possit ꝛ debeat absolui cum turpiter sit prestitum.posset etiā colligi argumentū a contrario.videlicet qd̄ iuramentum prestitum per metum sit nullum ipso iure.de quo tangitur in glo.ꝛ.ꝭ.eo. c.si vero.in glo.j.in fine.¶Et sic intelligit glo.decret.in rebus ecclesie.et ſm istū intellectum hic est casus qd̄ † iuramen-
2 tum interpositū metu super rebus ecclesie non repetendis ipso iure non obligat.nec obstat text.in fi.dum dicit: quem tamen absoluimus:quia debet exponi vt tangit glo.fina.vel pōt intelligi qd̄ absoluit non ab obligatione iuramenti: sed a peccato. nam licet metus attenuet delictum:non tamē excusat ex toto a peccato.ꝭ.quod metus causa.sacris est.vbi autē prestitū fuisset iuramentum per prelatum super rēbus ecclesie non repetēdis.videtur ꝙ tunc liget prelatum:lꝫ superior ex officio possit prouidere indēnitati ecclesie dando potestatem alteri vt recuperet iura ecclesie:vel aliter prouidēdo prout sibi visum fuerit. ꝭ.de institu.cum venissent.ad fi.poterit etiā si aliter non possit succurri ecclesie dari licētia ipsi prelato repetendi.Hostiē.vero videtur velle qd̄ etiam iuramentum sponte prestitū non obliget.per id quod habetur in.c.sicut.ꝭ.eodem.vbi videtur ꝙ iuramenta prestita in detrimentum ecclesie nō valeāt.¶Joan.an. in dicto.c.cum venissent,super glo.videtur concordare opinio. ꝙ si prelatus iurauit in sua promotione non alienare res ecclesie.tunc scdm iuramentum contrarium non valet.ꝭ.eod.c.intellecto.secus si non iurauit quia tunc tendit ad preiudicium prelati:sed nō ecclesie dicto.c.cū venissent.ꝛ istud videtur tutius licet domi.Anto.hic dicat ꝙ ibi preiudicium prelati erat ferabile:quia si alius vtitur libertatibus spectantibus ad prelatum:vtitur nomine suo non nomine prelati:nec nomine dignitatis seu ecclesie prelati non video qd̄ non agatur etiā de preiudicio ecclesie.et ex predictis habes vnum intellectum in precē.quē sequitur ista glo.j.alius potest esse intellectus ꝙ iura-

Ayuntamiento de Madrid

mentum fuerit preſtitum ſuper rebus proprijs ipſius episcopi prout litera ſonat. z tūc faceret iſte tex. ad illud dubium an iuramentum per metum extortum ipſo iure teneat vel nō ſuper quo fuerunt opi. vt tangit glo. ſeq. ſed cōmunis eſt. vt etiā tangit ea. glo. q ipſo iure obligat dūmō als poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne. per id quod habetur in. c. ſi vero. j. eod. de quo etiam ibi tangetur. z not. etiam in. c. abbas. s. quod met. cau. et eo. tit. ad aures. per Inn. et tunc deberet litera ipſa ſic intelligi dum dicit nullius iuramenti vinculum poſſe conſtringi ſcilicet quātum ad effectum: quia iuramentū per metum extortum licet de mero iure obliget tamē puta turpiter eſt preſtitū effectualiter nō obligat cum poſſit peti abſolutio et dari debeat. vt ptz in. d. c. ſi vero. z etiam hic in fine. et ſm iſtum intellectum verbū abſoluimus hic circa finem appoſitū ſtabit pprie. et nota bene q a iuramēto interdū datur abſolutio quādo ſubeſt iuſta cauſa: ſed contra iuramentum a ſe preſtitum nunq quis reſtituit in integrum etiam ſi dicat ſe leſum z minorē. licet reſtitui poſſit aduerſus iuramentum ab alio preſtitum. l. nam z poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. et hoc etiam notabiliter tenuit hic Inn. quod tene menti.

1 ☞ Juramentū de aliquo implendo videtur recipere cōditionem niſi melius occurrat implendum.
2 Juramētū in meli⁹ cōmutare an poſſit quis autoritate ppria.
3 Frangenti fidem fides frangatur eidem.
4 Trenga quid ſit.
5 Vouens ire ad ſanctum Jacobum ſi ingreditur religionē liberatur a voto.

**PEruenit ad nos. ij.** a Nō dicitur deierare q implementū iuramenti in melius cōmutat nec aſtringitur iuramento quis ad implēdum id quod iurauit ſi ab alia parte non impletur id cuius reſpectu fuit preſtitū iuramentum. hoc dicit. Et ſunt due partes ſicut ſunt duo dicta. Secunda ibi nec tu. poſſet etiam dici q primo ponitur deciſa facti narratio. Secūdo pape reſpōſio. z continet duo dicta vt ſuperius eſt dictū. Et aduerte quia in prima parte ponebat abbas exemplum per. c. ſicut. j. de ſponſa. z ſecunda per. c. conſtitut⁹. j. de pe. ſed non placet Joā. an. forte quia in illo. c. ſicut. nō apparet q fiat cōmutatio in melius. imo ibi imponitur penitētia de violatiōe iuramenti. Joā. de deo aliter ponebat caſum. de quo tamen nō exprimit Jo. an. qualiter poneret: ſed dicit q ſibi nō placet: nec aliter ponit exēplū. ſed aduerte quia Jo. de deo ponebat exemplū quādo rex pmiſerat alicui nobili dare aliquas poſſeſſiōes in feudum ſi iuraſſet ſibi ſidelitatem: et quia noluit nobilis iurare rex donauit eccleſie illas poſſeſſiones: z ſic in melius cōmutauit: ſed certe iſtud non videtur ſatiſfacere litere que videtur velle q etiā ſi facta fuiſſet pmiſſio regi. potuiſſet rex nihilominus in meli⁹ cōmutare. qd tamen nō videtur verū in caſu predicto: quia ſi nobilis voluiſſet ſeruare pmiſſum nō fuiſſet licitum regi dare poſſeſſiones eccleſie quas tenebatur dare nobili per id qd habetur in. c. eam te. j. eo. nec videtur etiā poſſe dici qd ſi rex pmiſit dare certas poſſeſſiōes: z voluiſſet poſtea dare alias meliores q fuerit excuſat⁹ quaſi in meli⁹ cōmutaſſet: qz nō eſt licitū inuito creditore aliud pro alio ſoluere etiā ſi quod ſoluit eſt meli⁹. p id qd habet in. l. ij. ff. ſi certū pet. et in. §. ſiquis agēs. inſti. de actio. z ſic videtur male poſſe exēplificari iſte tex. niſi dicas qd primū dictū loquat in caſu diuerſo. nā ſiquis promittit vel iurat ire ad ſanctū Jacobū z poſtea vouet intrare religionē: z illā ingrederet hoc eſſet licitū z in meli⁹ diceretur pmutare. facit qd habetur in. c. ſcripture. j. de voto. ſed tn hoc nō videtur de mēte litere que videt velle qd primū dictū habeat reſpectū etiā ad ſecundū forte poſſet poni exemplū. ſi rex pmiſiſſet alicui prelato facere cōſtrui aliquā capellam in certa eccleſia ſi ecōtra prelatus certū quid faceret regi: z poſtea rex in alio loco eiuſdē eccleſie vbi vtilius eſſet quā in loco pri⁹ nominato cōſtruere vult capellam: z forte honorabiliorē illa quā pmiſerat. nam tunc videtur poſſe procedere primū reſpōſum z etiā ſecundum.

1 ¶ † No. ex tex. q nō violat iuramentū qui occurrēte meliori bono illud amplectit. z ſic no. qd iuramentū de aliquo implēdo vr recipere cōditionē niſi melius occurrat implendo qd intelligit do. Ant. quando eſt incompaſſibilis: cum implemento primi: ſi autem eſſet compaſſibilis: tunc ſm eū quodlibet deberet impleri. j. de ſponſa. in. c. cōmiſſum. ſed forte hoc eſt intelligendū niſi autoritate ſuperioris ſolū alterum adimpleret per id quod habetur in. c. j. j. de voto.

2 ¶ † Item not. argu. qd poſſit quis propria autoritate cōmutare iuramentum qſi commutat in melius. Tutius tamen eſt q autoritate ſuperioris cōmutet per ea que habentur in dicto. c. j. dicit do. Ant. hic q nō putat ipſum peccare ſi propria autoritate cōmutet per hūc text. z ideo ſm eum ſi ille qui vouit ire ad ſanctū Jacobum ingrediatur religionē erit liberatus a primo voto. de quo in preallega. c. ſcripture. j. de voto.

a ¶ Non di. a nulla ē diſſonantia in ſummādo hoc. c. inter do. ab. Fel. et do. Joā. Et ſi ḡras verū iuramētū vl votum vel pmiſſuz poſſit in meli⁹ cōmutari. diſtingue ſm do. Mē. bo. ch. j. pn. Et ſi ḡras vtrū fidem pactionis ſeu ꝯuētionis frāgēti, fides licite frāgi poſſit. vide hic p eūdē do. Mē. in. xvi. ſuper eo. c.

b ¶ Prelat⁹ an poſſit p prijs manibus pugnare. itē plat⁹ dz mortem pati p tuitione bonorum eccleſie ſi alit tueri nō pōt. vt hr per do. Car. in cle. j. xxv. q. de homici.

¶ In glo. ij. in fi. nam vt dicitur in dicto. c. vlti. ex quo ſimplr et ſine aliquā conditione factum fuit votum q vtrūq ſimpliciter z indiſtincte debet ſeruari. z ſic ſec⁹ videretur ſi reſpectiue vnū ad aliud eſſet factū. nam tunc videtur q altero nō ſeruante cōtinentiam. alter poſſet non ſeruare. dūmō per actum meliorem id agere vellet. 3

¶ † Item nō obſtat. c. innocens allega. in glo. qd ibi loquitur quādo iuramentum fuit per fraudē extortum contra qd non debet propria autoritate veniri nec de materia deierādi niſi de autoritate ſuperioris ſit. vt. j. eo. ſi vero. Fallit tamē regula glo. quādo actum eſſet q altera pars nō poſſit contrauenire etiā altera cōtrauenienteːſed cōmittatur pena cōtra illam per id qd habetur in. l. qui fidē. ff. de tranſac. Fallit etiam ſm Vincen. in treugis. quia licet vnus illas rūpat forte dando dannū alteri. nō tn licebit ecōtra alteri illas rumpere et dannū dare donec durat tempus treugarū. alleg. l. actionē. §. diximus. ff. pro ſocio. ſed certe illa modicū facit licet cum hoc dicto tranſeat hic Jo. an. z do. Ant. Sed puto hoc dictuz magis ex cōſuetudine procedere quā de iure. cū hec differentia in iure nō reperiatur. z ſic etiam in illa videt ſtandum regule que habet q frangenti fidem fides frangatur eidē. C. de pactis. cum proponas. z in alijs allega. in glo. z eſt proprie 4 treuga † que fit ad tempus inter habētes guerrā. Sed pax que fit pro omni tempore. de quo. s. de treuga z pace. quis aūt poſſit cōmutare iuramentū. tagit hic Inn. qui concludit qd ſi illud eſt omnino illicitum. licitum eſt ppria autoritate cōmutare. xxij. q. iiij. in. c. mulier. z quaſi per totā queſtionē. Si autē iuramentū eſſet vtile: z ſic licitum: tunc non licet propria autoritate illud cōmutare: ſed debet cōmutare autoritate illius qui habet poteſtatem commutandi vota. allegat qd habetur in. c. ex multa. j. de voto. z bene facit qd habetur eo. titu. c. j. z not. bene hoc dictum Inno. qui in cōmutatione fienda equiparat iuramentū voto z iſtud dicit do. Ant. verum vbi poteſt eſſe dubium, an id in quod ſit cōmutatio ſit melius bonū. Si autem certiſſimū eſt illud eſſe melius: tūc ſm eum ſi poteſt vtrūq implere nō debet alterum tm̄. implere ſine autoritate ſuperioris: ſed vbi nō poſſet implere vtrūq. tunc ſm eum licet ſit tutius expectare autoritatem ſuperioris tamen nō peccabit ſi propria autoritate cōmutet. alleg. quod nota. s. de ſponſali. cōmiſſuz. z. j. de regulari. licet. ſed certe capitulū cōmiſſum potius facit oppoſitū. z ſimiliter. c. licet. quia ibi debet peti ſaltem licentia a ſuperiore. cum in caſu illo nō ſit neceſſe illam obtineri:

5 ¶ † Preterea contra eum facit quia ipſe expſſe hic decidit qd ſiquis vouit ire ad ſanctum Jacobum ſi ingreditur religionem liberatur a voto. z tamen potuiſſet implere vtrūq quia potuiſſet prius ire. z poſtea ingredi: et ſic videtur quod etiam interdum: licet vtrūq poſſet impleri poſſit quis propria autoritate cōmutare. de quo dicendum. vt. d. c. ſcripture. j. de voto.

1 ☞ Juramentum epiſcoporum quando promouentur p papam quid continere debeat.
2 Prelatus cū armis non debet propria manu pugnare.

**Bo. N.** Ponitur forma iuramēti ſeptē capitula cōtinēs ſm quā iurant pape epiſcopi p ipſum et non pōt aliter cōmode ſummari et aliā etiā cōmodā diuiſionē nō recipit: qz in effectu ſunt ſeptem principalia capla ipſius iuramēti. ſcōm ibi nō ero. tertiū ibi: cōſiliū. quartū ibi papatū. quintū ibi vocat⁹. ſextum ibi legatū. ſeptimū ibi apoſtolorum. ¶ In tex. ibi romane eccle ſupple q eā matrē z magiſtrā z oibus alijs maiorē z precellentē teſtbo.

1 ¶ † Nota formā iuramenti quā preſtāt epiſcopi qui pmouentur per papā z eadē forma debent eſſe cōtēti archiepi quo ad ſuos ſuffraganeos ſibi ſubiectos z ſimiliter ſuffraganei quo ad ſuos platos. facit. s. de maio. z obe. dilecti. formā aūt iuramēti quā pſtat iperator eccleſie. habes in clemen. romani. de iureiuran. formā autez iuramenti rectoris loci poſuit Inno. in. c. tua. z facit quod habet. xxiij. diſtin. c. ego. z facit qd habetur in Spec. eo. tit. §. j. in ver. illud autem vbi ponit de diuerſis formis iuramentorū a diuerſis perſonis preſtandorum. ¶ In gl. hic in fi. debet etiā iurare platus de non infeudādo de nouo. j. de feu. c. j. Itē de non alienādo res eccleſie per ea q habentur in. c. vt ſuper. j. de rebus eccle. nō alie.

2 b ¶ † In glo. ſuper ver. ordine. in fi. intellige gl. q prelat⁹ b cū armis nō debet in ppria perſona pugnare: ſed bene pōt eſſe armatus armis defenſibilibus z habere etiā ſecū bellatores z hortari illos ad pugnā in bello licito per id qd habetur in. c. expoſuit. j. de voto. z. xxiij. q. viij. c. igitur. z. c. hortatu. z quod habetur. s. de vo. ex multa. ¶ In gl. canonica in fi. z ibi eſt glo. q dicit q ſufficit vnica monitio in iſtis extraiudicialibus. vt per glo. in. l. qui rome. §. coheredes. z qd ibi no. per Bar. de ver. obli. z in. l. mora. ff. de vſur. et per iſtū tex. dicit Jo. an. q licet epiſcopus videret omnes alios epiſcopos

Ayuntamiento de Madrid

epiſcopos ire ad concilium nō tenet ire niſi fuerit vocatus p iſtū tex.z nota ſm eum q hic improprie dicit ſynodū quia proprie epiſcopi tenent .. conuocare epiſcopi z papa concilium:licet quādoq nam ... vt ſit ... ſicit.xvij.diſtinc.nec licuit.et xviij.diſtin.per totū.de citatiōe aūt iudiciali clarū eſt q regula riter nō ſuffi ... quo.xxiij.q.iij.de illicita.z.ū.de offic. dele.cōſulta ... cauſa.z in.l.tres denūtiationes.C.quomo. et q ... tentandū.eo.tit.et ibi per Bar.z in.l.ſi fini ... ¶ In glo.ſi.in ſi.Idem dicas de illis q confir ... conſecratiōe aut pallium recipiunt a pa pa quia ... debent iurare vt hic dicitur per id quod ha betur de elect.ſignificaſti.alij vero epi debent iurare ſuis archi epiſcopis.z archiepiſcopi ſuis patriarchie quibus ſunt ſubie cti:ſub ſimili tamen forma ut dicitur hic per id qō habetur in.c.di lecti.de maie. obe.z nō q inquantū litera loquitur de ſimilibus apoſtolorum non intelligit ſimpliciter de eccleſijs apoſtoloru3 Petri z Pauli in vrbe poſitis ſed de curia romana qz vbi eſt papa cum teneat vices apoſtolorū Petri z Pauli:ibi cenſent eſſe limina apoſtolorū:et hoc ſatis indicat litera dū ſubdit niſi eorum abſoluat licentia:quia de apoſtolis mortuis non poteſt intelligi qō poſſunt abſoluere niſi miraculoſe.Ideo oportet in telligi de papa qui liminibus ipſorum apoſtolorū preeſt z eorū auctoritate fungitur.Et aduerte qz nō ſufficeret viſitare legatū exiſtentem in pūincia.vt voluit Spec.in titu.ij.§.nūc oſtendū. in ſi.et no.etiam ſm Jo.an.q licet ſit epiſcopus qui preſtet hoc ſacramentū tamen debet illud corporaliter preſtare per iſtum tex.licet ſecus ſit in iuramento qō preſtet epiſcopus de calūnia vel tanq teſtis.de quo.ū.de iuramento calum.c.fin.z.xi.q.i.nō ſlagitentur.de elec.vt circa.lib.vi.per glo.

1 ¶ Clerici regulariter non debent cogi ad iurandum.

Nullus epiſcopus. Licet ſit bre ue:poteſt ta men ſic ſummari.Clerici nō tenent iurare ſuo archi epiſcopo ratione ordinis:ſed bene ratione aſſumpte adminiſtrationis.primo ponit dictum.ſecūdo exceptione3 ad
1 dictū.ſecūda ibi:niſi.Nota † q clerici regulariter nō debent co gi ad iurandū niſi in caſibus a iure expreſſis.et nota vnū caſum qui ponit in litera.¶ In glo.i.ibi pro palea.appellātur palee capitula que a principio nō fuerūt poſita per Gratia.in lib.de creti.ſed poſtea fuerunt ſuperaddita z dicitur qō per quendam diſcipulū ſuum vocatum pocopaleam fuiſſe addita.facit quod no.Jo.an.in addi.Spe.in tit.de diſputa.et alleg.circa finem.z communiter palee carent glo.z raro reperiētur gloſſate.¶ In gl.ij.in ſi.ibi magna cauere.i.iuramentū preſtari qō magne eſt auctoritatis.l.i.ff.de iureiurando.

1 ¶ Iuramentum de ſoluendis vſuris videtur impleri ex ſolu tione momentanea.
2 Iuramentū z ſimplex loquela non differūt apud deum.
3 Iuramentū tranſgrediēs plus peccat q ſimpliciter pmittes.
4 Vſure ſunt prohibite de iure diuino z canonico z etiam ciuili.
5 Principale vbi non tenet nec acceſſorium tenebit.
6 Actio cui datur multofortius dari debet exceptio.
7 Debitor qui petit abſolui a iuramento an debeat cogi ad ſol uendum vſuras.
8 Abſolutio a iuramento de vſuris ſoluendis ad certā diē vel de vſuris nō repetendis qū petitur an debeat pars citari.
9 Iurans ſoluere vſuras vel nō repetere z nō denuntiare ſi petat abſolui a iuramento an pars debeat citari.
10 Iuramentū ſi eſt nullū an ſit neceſſaria abſolutio.
11 Debitor qui certo die iurauit ſoluere an lapſo die ſolutionis poſ ſit petere abſolutionē a iuramento cū inciderit in periurium.
12 Vſure poſſunt repeti tanq indebite.
13 Heres vſurarij nō tenetur ad reſtitutionē vſurarum niſi quate nus ſuppetunt facultates defuncti.
14 Ad vſuram recipere an ſit peccatum.

a Debitores. Promiſſio a vſurarū non eſt o ligatoria:ſed iuramētū de ſoluendo vſuras ſic.tale tamen ſacramentū nō exclu dit facultatē vſuras ſolutas repetendi.hoc dicit.Et tres ſunt partes ſicut tria ſunt dicta.Secūda ibi:ſi vero.Tertia ibi:z cū vſure.¶ Nota primo differentiā eſſe inter promiſſionē et iuramentū quādo ex parte recipientis eſt illicitum id qō reci pitur.nam nō valet promiſſio z tamen valet iuramentum.z ra tio quia iuramentum videtur principaliter dirigi deo qui tur piter non recipit.z hoc ſonat litera hic dū dicit cogēdi ſunt do mino.z idem videtur velle tex.i.eod.z ſi Chriſtus.ibi redde deo iuramēta tua zc.ſed pmiſſio principaliter obligat ſeu agit obli gare parti.z ideo ſi ex parte recipientis inficitur obligatio cum illa habeat ſubſiſtere in creditoris perſonam actiue z in perſo nam debitoris paſſiue.qō hoc caſu fieri nō poteſt:ideo inficitur

1 tota obligatio.¶ † Item nota q iuramentū de ſoluendis vſu ris videtur impleri ex ſolutione momentanea et reuocabili.fa cit qō habetur in ſimili in.c.cōnubium.i.de ſpōſa.et ex hoc etiā nota q iuramentum obligans ad ſoluendum vſuras non obli
2 gat ad ſolutas non repetendum.¶ † Ultimo potes notare qō inter ſimplicē loquelā z iuramentum videtur eſſe differētia.qō videtur cōtra.c.iuramenti.xxij.q.v.ſed poteſt dici ſm Jo.and. q licet deus non faciat differentiam inter predicta.facit qō ha bet in.c.z ſi chriſtus.eccleſia tamen interdum facit differentia3.
3 vnde plus peccat † tranſgreſſor iuramenti q ſimplicis pmiſ ſionis qō pt3 ex maiori penitētia.xxiij.q.i.non aſſeramus pro hoc etiā quod habetur in.c.rurſus.i.qui cleri.vel vouen.vbi ec cleſia longam facit differentiam inter votum ſimplex z ſolēne ſolennizatum per ingreſſum religionis:vel ſuſceptionem ſacri ordinis.nam ſimplex votum licet impediat matrimonium con trahendum nō dirimit poſt cōtractum:ſecus in voto ſolēni.c.i. de voto.lib.vi.Potes etiam dicere qō licet regulariter non ſit differentia inter ſimplicem loquelam et iuramentum.tamē fal lit in caſu iſto pter diuerſitatem rationum.nam per ſimplicē loquelam quis principaliter obligatur parti que licite recipit. Ideo vitiatur obligatio:ſed per iuramentum principaliter qs obligatur deo qui nō dicitur illicite recipere.z ideo tūc obligat iuramentum.facit quod dicitur ſuper gl.¶ In glo.i.ibi nulla
4 fuit obligatio.intellige etiā ſi ſtipulatio interuenerit:qz † vſure ſunt prohibite de iure diuino z canonico.i.de vſuris.c.qz in ol bus.et etiam de iure ciuili hodie.ſed glo.de quo in auť.ad hoc C.de vſur.¶ In ea.glo.in ſi.quaſi velit gl.q hic ſit ſpāle in caſu
5 iſto.alś pcedat regula † q vbi nō teneat principale non teneat acceſſoriū etiā iuramētū:ſed nō aſſignat rōnē diuerſitatis.vnde alij dixerunt q cōtrarium pcedit in his q fiunt cōtra ius.ſecus in his q fiūt pter ius per id qō habetur in.l.ſtipulatio iſta.§.al teri.ff.de verb.oblig.ſed certe iſta nō videtur bona qz hic vide tur qō etiā principale ſit cōtra ius.cū vt dixi phibeantur vſure per ius diuinum z canonicū:z ideo videt qō oino nulla obliga tio naſcatur etiā naturalis ſicut etiā ſm leges nō naſcebať quā do pmittebanť vſure eo caſu quo de iure ciuili erant prohibite. l.ſi nō ſortem.in pāin.ff.de condi.indebi.ideo dic qō vbi eadē eſt ratio vitiandi principale z acceſſoriū pcedit cōtrariū.ſecus vbi eſt diuerſa ratio:z ita hic na3 per principale agitur vt queratur obligatio parti que illicite recipit:ideo vitiatur ipſum pricipa le:ſed per acceſſorium iuramenti agitur principaliter vt quera tur obligatio deo.vt hic patet.z.i.eod.z ſi Chriſtus.ideo valet tunc acceſſoriū eſt poſſit iurans illud implere ſine interitu ſalu
6 tis eterne.i.eo.ſi vero.z.c.cū contingat.¶ † In gl.ij.ibi multo fortius habet exceptionem ad iſtud contrarium.glo.i.clare nō reſpondet:ſed potes dicere q regula illa cui datur actio multo fortius dari debet exceptio procedit regulariter.fallit quando ſubeſt aliqua cauſa que ſuadet denegari exceptionem:z tamen non ſuadet denegari actionem:z ita cōtingit in caſu propoſito nam ideo denegatur exceptio quia veniret contra iuramentum ex quo nondū ſoluiſſet ſaluo niſi exciperet eo modo quē dixi in caſu et inferius tangetur.nam tunc tali modo excipiēdo cō petit exceptio:vt ibi dictu3 fuit.ſecus vbi ſimpliciter excipe ret quia nō tenetur ſoluere quia ſi ſoluat poſſet repetere.nam iſta exceptio non eſt legitima ex eo quia venit contra iuramentum non ſoluendo:ſed non venit contra iuramentum non petendo vſuras ſolutas:ſi ſolum iurauit ſoluere quia impleuit iuramen tum ſoluendo:ideo poſtea poterit repetere.Et ad hoc actione3 habet quia non iurauit non repetere.facit quod habetur.ū.qō metus cauſa.ad audictiam.et quod nota.i.de vſuris.per tuas. et ſic patet quod cauſa que ſuadet denegari exceptionem non ſuadet denegari actionem.ideo hoc caſu non habet locum re gula pradicta.ſecus quando eadem ratio eſſet vtrobiq.¶ In eadem glo.ibi dolo petit.ad iſtud contrarium etiam glo.non re ſpondet clare:ſed potes dicere quod exceptio reſultat ex regu la illa dolo petis quod ſtatim reſtituere debes.de qua in iuriſ hic allegatis.z.i.de regu.iur.dolo facit.lib.vi.procedit regula riter.fallit quando ſubeſt cauſa que ſuadet denegari exceptio nem predictam que tamen non ſuadet reſtitutionem:et ita con tingit in caſu propoſito qō ſatis percipere potes ex ... xi circa proximū contrarium:poſſet etiam dici q ill... cedit vbi quis petit ex obligatione qſita illi qui ... re.ſecus quando petit ex obligatiōe queſita al... habetur in.l.ſi ſocer.§.lucius.ff.ſoluto matr... quando agitur ex iuramento petitur virtut... ſite deo:ſed reſtitutio fit alio reſpectu:qui creditor recepiſſe:ideo non ... dici glo.ibi.Item a iuramento ... videtur trarium.etiam glo.i.clare ... reſpon trarium procedit quando creditor ...

a ¶ Promiſ ſio.l3 doct. vbis diuer ſis ſummēt tū idem di cūt in effe ctu.z vid. ū do.Pē.bo ych.qui po nit duas di ſtinctiones appropria tas ad ma teriam hu ius.c.

Ayuntamiento de Madrid

ſecus quando ſolutio improbatur a iure reſpectu recipientis:
ꝛ ſic illicite recipit ꝛ peccat recipiendo: quia tunc nõ habet locũ
dicta regula per iſtum tex. poſſes etiã dicere qḋ ibi ſoluit appo-
ſito pacto expreſſe ꝙ poſſit repetere: hic aũt ſimpliciter ſoluit: ꝛ
ſic nõ obſtat. ¶ In eadẽ glo. ibi metu iuramentĩ. Sed certe ſm
hoc ſequeretur qḋ ſi hic ſolueret vſuras nõ precedente ꝙ nõ poſ-
ſet repetere ex quo tunc metu iuramenti nõ ſoluit: quod tamen
conſtat eſſe falſum. vnde forte glo. dedit aliam ſolu. in verſi. vel
ſic que tamẽ non tollit hoc contrariũ: ſed in effectu ad idem ten
dit cum iſta prima ſolutione. alij etiam dicũt ꝙ ideo repetit: quia
ex conſilio ꝛ autoritate iuris ſoluit: ſed certe iſtud procederet qñ
interuenit iuramentum de ſoluendis vſuris: ſed vbi non inter-
uenit lex non conſuluit ſolui vſuras. vt patet ex princi. capli.
nam tunc non tenetur debitor ad illas ſoluendas vñ potes cõ-
cludere ꝙ aut interuenit iuramẽtũ ſuper vſuris ſoluẽdis: ꝛ tũc
ſi illas ſoluit poteſt repetere quia illas nõ cenſetur ſpõte ſolue
re: ſed metu iuramenti ꝛ ex conſilio ꝛ autoritate iuris aut non
interuenit iuramentũ: ꝛ tũc aut cõſtat qḋ qs vult illas donare
et nõ poteſt repetere. per id quod habetur in. l. j. de cõdi. inde.
et quot not. in regu. peccatũ. de reg. iuris. in. vj. et per Feder. de
ſe. in conſilijs ſuis. in conſi. xviij. ꝛ xxij. aut non conſtat an velit
donare: et tunc in dubio non preſumitur donatio cum alia cõ-
iectura poſſit capi argumento. l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. ꝛ. l. ele-
ganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. acti. nam aut ſoluit vſuras
durante obligatiõe ſortis: ꝛ tũc poteſt preſumi ꝙ ſoluat ne for-
te alias creditor repetat ſortem: nõ autẽ ex eo quia velit dona
re: ꝛ ſic etiã vt plurimũ contingit cũ nemo in dubio preſuma-
tur iactare ſuũ. l. cũ de indebito. ff. de proba. aut ſoluit poſt ſor-
tem ſolutã: et tũc põt preſumi qḋ ideo ſoluit vt alia vice indu-
catur ad mutuandũ vbi alias forte veriſimiliter nõ mutuaret: et
ideo cum poſſit cadere alia coniectura ꝙ donationis in dubio
non debet preſumi donatio per id quod habetur in. d. l. cũ de in-
debito. ꝛ in. d. l. ſi cum aurum. Ideo autem poſſunt repeti vſure
quia illas illicite recipit creditor et cenſentur indebite: quia pro-
hibite ſunt de iure canonico ꝛ diuino. vt. j. de vſuris. quia in om-
nibus. nec obſtat ꝙ ſoluens ſcienter indebitum non poteſt repe-
tere illud eſt verum regulariter. fallit quando recipiens ſolutio
nem indebite recipit ꝛ cum peccato: ꝛ ita cõtingit hic. Ideo da
tur repetitio etiam ſcienter ſoluti cum in hoc caſu nõ pſumatur
in dubio velle donare per ea que. ſ. dixi. ſecus quando creditor
licite et ſine peccato reciperet ſolutionẽ. nã tunc ſi ſciẽter ſoluat
7 indebitum non repetitur. vt in. d. l. j. de condi. indebi. ¶ In
a ea. gl. in fi. ꝛ ſic vult glo. qḋ ſi debitor [a] petat abſolui a iuramen-
to non debet cogi ad ſoluendum vſuras: ſed forte hoc eſt intelli
gendum quãdo petit abſolui: vt ſic obtenta abſolutione poſſit
excipere per ea que habentur in. l. nam ꝛ poſtea. §. ſi minor. ff. de
iureiurã. ꝛ qḋ dixi in. c. ij. ſ. e. facit qḋ habetur in. c. tuas. j. de vſu
ris. et qḋ nota. glo. in. c. autoritatẽ. xv. q. vj. in glo. magna. ſed
etiam poſſet intelligi glo. qḋ ſi prius petita eſt abſolutio quam
creditor petierit debitorẽ cogi ad ſeruandũ iuramentũ ꝙ pote-
rit debitor excipere qḋ nõ debet cogi pendente lite ſup abſolu-
tiõe a iuramento. dixit etiam gl. in. d. c. autoritatem qḋ põt de-
bitor petere vt creditor deſiſtat ab exactione ſi cogat ꝛ. c.
tuas. prealleg. ſed certe illud. c. loquitur quãdo debitor iurauit
ſoluere ꝛ nõ repetere vſuras ꝛ nõ dicit ibi debitorẽ illũ petiſſe
ſed qḋ iudex poteſt cogere vt deſiſtat qḋ ex officio põt facere ex
quo debitor iurauit ſoluere ꝛ non repetere vt dixi in. d. c. j. ſ. e.
gl. etiã in. d. c. tuas. intelligit qḋ põt peti vt deſiſtat. pñ tñ abſo
lutione petita: ꝛ ex pdictis patet qḋ ſi debitor nõ petit ſe abſol
ui cogitur ſeruare iuramentũ. ¶ Idem dicit Lancre. ꝛ Vincẽ.
ſi inſtet terminus ſolutionis ita quod nõ poſſit peti abſolutio.
¶ Item ſi ſit contumax creditor nolendo abſoluere ꝛ ſic voluit
iſti qḋ epiſcopus etiã creditore exiſtente cõtumace in abſoluẽ-
do nõ poſſit abſoluere. ſed Inn. ꝛ Hoſti. tenent contrariũ quia
epiſcopus poteſt abſoluere a iuramentis illicitis. j. eo. ſi vero. ſed
iſtud videtur eſſe illicitum reſpectu creditoris: ergo poterit ab-
ſoluere pro hoc quia interdũ etiã a iuramẽtis licite a principio
preſtitis ex cauſa quandoꝗ abſoluit. xv. q. vj. alius. ꝛ. c. nos ſan
ctorum. ꝛ iuramenta licita interdũ cõmutat in melius. ſ. e. c. iij.
ꝛ. j. e. c. j. cũ ibi no. ꝛ. c. ſcriptura. ꝛ. c. ex multa. et p hoc dixe-
... eps non põt abſoluere a prin. ab iſto iuramento: ſed
...udo contumax eſt creditor in abſoluẽdo. ſed certe
...ratio videtur ſuadere qḋ etiã poſſet a princi
iuramentũ dicatur a principio illicitum reſpe
...d etiã dicit fuiſſe de mente Jo. and. in addi.
...rica vbi vult qḋ etiã ſi creditor nõ ſit cõtu-
...peditus nihilominus poterit eps
...edat citatio: intellige ſaltem ad domũ
...ue habentur in. c. ... ſ. de eo q mitti.
...eſſet. ꝛ ſic practicatur qḋ petatur pri-

a ¶ Si debitor ſi petit abſolui a iuramẽto an debeat cogi ad ſoluẽdũ vſuras.

mo creditorẽ cogi ad ſoluẽdũ. ꝛ qḋ in cõtumacia poſtea abſol-
uat epiſcopus. Et aduerte quia cõcludit Jo. and. in addi. predi-
8 cta † ꝙ vbi petitur abſolutio a iuramẽto preſtito ſuper cõtra-
ctu q dicitur iuratus vel a iuramẽto preſtito de vſuris ſoluendis
ad certã diẽ: vel de vſuris nõ repetendis ꝙ debet pars citari. pro-
cedi tñ poteſt ſummarie ſm formã clemen. ſepe. de verb. ſignifi.
iuncta clemen. ij. de iudi. Secus dicit ibi quãdo iuramentũ reſi
ſteret vocationi: ſeu citationi: vt quia iuraſſet ... re non repe
tere: non renuntiare: nec in ius vocare credit... ta occaſione
quia tunc non erit neceſſaria vocatio ſeu citati... d hoc vt
abſoluatur a iuramẽto. quatenus iurauit nõ vocare in ius credi-
torem quia non poſſet fieri citatio ſine periurio: ideo a tali iura
mento poterit abſolui ſine citatione. ꝛ pſertim qꝛ eſt modici p-
iudicij ſicut ꝛ petitio venie quã facit libertus qñ vult in ius vo
care patronũ vel filius emãcipatus patrẽ. nam illa poteſt pete-
re a iudice etiã in abſentia partis. alleg. l. quiꝗ. §. j. ff. de in. ius
vocan. ꝛ qꝛ ſi volet poſtea abſolui a iuramẽto de nõ repetẽdis
vſuris vel de illis ſoluẽdis oportebit citare partem vt ſuperius
eſt dictum: ꝛ ſic modici pjudicij eſt relaxatio ſeu abſolutio alia
preambula. ꝛ p predictis ꝙ poſſet fieri abſolutio p epiſcopum
parte nõ abſoluente: ſed cõtumace: vel ſaltem citata. alleg. Jo.
and. in additio. predictã vltra ſuperius allega. id quod habetur
in ſimili. in auſ. hoc amplius. C. de fideicõmiſſis. adde bonũ tex.
in. l. ſi ob cauſam. C. de euictio. ꝛ in. l. fin. C. ſi man. ita fuerit alie
na. vbi interdũ a iure ſeu per ius repreſentat factũ qḋ alias per
partem erat fiendum. Et ex predictis patet qḋ vbi iuramentum
reſiſtit vocationi ſeu citationi: tũc poteſt a tali iuramento fieri
abſolutio etiã parte nõ citata ne alijs detur materia deierandi
ſi pars vocaretur et quia cẽſetur eſſe modici pjudicij. nã poſtea
adhuc erit expediẽs petere abſolutionẽ a iuramento de ſoluen
dis vel nõ repetendis vſuris: et tunc debebit pars citari vt ſu-
perius dixi. ꝛ hec eſt in effectu cõcluſio Jo. and. in addi. pdicta
9 ſup hac rubrica. ¶ † Quid autẽ ſi aliquis iuraſſet ſoluere vſuras
vel non repetere ꝛ nõ denuntiare an debebit pars citari ſi pe-
tat abſolui a iuramẽto de non denuntiando Inno. hic videtur
velle ꝙ nõ ex eo quia talis abſolutio videtur potius eſſe ad caute-
lam cum tale iuramentum non obliget tanꝗ illicitum cum vi-
deatur prohibere correctionem fratris ꝛ proximi contra doctri-
nam euangelicã. de qua. ij. q. j. ſi peccauerit. ꝛ. ſ. de iudi. nouit. et
idem videtur velle glo. xv. q. vj. c. autoritatem. ꝛ do. Anto. ſ. eo.
c. j. ſed vt ibi dixi hoc poſſet procedere qñ quis principi vellet
denuntiare propter correctionem fratris. ſed vbi propter pri-
uatum intereſſe principaliter moueretur ad denũtiandũ. tunc
videtur qḋ tale iuramẽtũ valeat per id quod dixi in. d. c. j. et qḋ
no. Jo. an. j. eo. quẽadmodũ. ſuper glo. ſi. videtur tamen Joan.
an. in addi. predicta ſentire q poſſit etiã tũc abſolui parte non
citata cum cenſeatur eſſe modici preiudicij ex eo quia licet abſol-
uat a tali iuramẽto: nõ tamen erit abſolutus a iuramẽto de ſol
uendis vel nõ repetendis vſuris: nec debebit abſolui parte cita
ta. ¶ Feder. de ſenis in ſuis cõſilijs. cõſi. ccc. cõcludit citandam
partem in abſolutione a iuramento ſi petatur abſolutio a iura
mento preſtito ſuper cõtractu qui dicitur vſurarius tñ debebit
ſummarie procedi: ꝛ ſufficiet ſummarie probare contractũ fore
feneratitiũ ad hoc vt abſoluatur a iuramento ad finẽ vt poſſit
oſtendere contractum eſſe feneratitium ꝛ factum in fraudẽ vſu
rarum ꝛ illud debebit poſtea plene probare nec ſufficiet proba
tio ſummarie facta pro habenda abſolutione a iuramento per
id quod habetur in ſimili. ſ. de teſti. veniens. el. ij. et ibi etiam di
cit qḋ nõ debebit iudex eccleſiaſticus inhibere iudici ſeculari co
ram quo queſtio ſuper contractu fuit mota contra quem cenſe-
tur oppoſuit exceptionem vſurariam ꝛ remiſſa fuit ad iudicem
eccleſiaſticũ ſm ea que habentur. j. de ordi. cogni. in. c. tuam. niſi
prius per ipſum iudicem eccleſiaſticum fuerit pars citata p id
quod habetur in. c. romana. de appella. in. vj. dicit etiam ibidem
quod ſi elapſa ſit dies ſolutionis cum tunc debitor incurrerit
periurium non ſoluendo inter diem non poterit petere abſolu
tionem a iuramento ex quo contra iuramentum venit p id qḋ
habetur. j. de vſuris. quia fruſtra. ¶ Jo. calde. ꝛ Pau. de liaza. vt
refert hic do. Ant. dixerũt ꝙ petitur abſolutio a iuramento cõ
firmante contractum vbi alias forte cõtractus de ſe non vale-
ret vt in caſu. c. cũ contingat. j. eo. ꝛ. C. ſi aduer. vendi. in auſ. ſa-
cramenta. tunc debet pars citari qꝛ agitur tunc etiam de reſci-
ſione contractus ſi fieret abſolutio a tali iuramento: et idẽ vbi
peteretur abſolutio a iuramento ꝛ a contractu: ſed vbi peteretur ſo
lum a iuramento eo caſu quo contractus per ſe poteſt ſubſiſte-
re nõ ſit neceſſaria citatio qꝛ nõ videtur eſſe magni preiudicij ta-
10 lis abſolutio. ¶ † Finaliter do. Ant. hic concludit q ſi iurame
tum eſt nullũ nũc nõ eſt neceſſaria citatio qꝛ nec neceſſaria ab-
ſolutio niſi ad cautelam ꝛ poſſet iurans denuntiari nõ ligatus
per id qḋ habetur. ſ. de teſti. in. c. conſtitutis. ꝛ quod notatur in. c.
fina. ſ.

Ayuntamiento de Madrid

sin.§.de testi.cog.si autē iuramentū valeat tunc si continet in se licitum:sed forte vel illicite est prestitū:et tūc si iuramētū resisteret vocationi seu citatiōi non est necessaria citatio.vt.§.dixi.si aūt nō resisteret necessaria est citatio siue iuramentū sit prestitū super contractu siue solum iuramentum interuenerit:quia licet de iure ciuili iuramentū non obliget nisi in liberto.l.siquis pro eo.cū ibi nota.ff.de fideiuss.tamē secus est de iure canonico p id quod habetur in.c.et si christus.ī.eo.et per Joā.an.et Hosti.ī.de instit.cū venissent.licet Innocē.aliter ibi sentiat.si autem iuramentū cōtinet illicitum ex parte recipiētis.vt quia iurauit debitor soluere vsuras vel nō repetere tunc nō erit necessaria citatio assignat causam quia in dicto casu nō obligat quis parti sed deo:vt hic patet et dictum fuit superius ergo pars non erit citāda.sed vt dixi.Jo.an.tenuit expresse cōtrarium in dicta addi.et ad rationem do.Ant.posset de facili responderi quia licet queratur tunc obligatio deo queritur tamen ad vtilitatē partis:et hinc descendit qd potest pars [illegible] soluere a tali iuramēto quam iurantem.§.eo.c.j.qd alijs non posset:vt de hoc patet et per id quod no.Spec.in titu.ij.§.nunc ostendendum.versi.hoc autem.sub versi.xxiiij.et per no.per Jo.and.ī.de spon.c.ij.et ideo videtur qd de preiudicio ipsius partis recipientis iuramentū agat et per consequens videtur qd debeat citari per id quod habet in.l.de vnoquoq;.de re iudic.et.§.de ma.et obe.ca.iter quatuor. sed aduerte quia fortior ratio videtur posse allegari pro domi.Anto.quam ipse nō allegat:sed potest colligi ex his que posuit Cald.in quodā suo consilio put habetur in quibusdam suis cōsilijs abbreuiatis sub hoc titu.in consi.viij.videlz quia vbi pars si esset presens non posset verisimiliter contradicere quominus fiat id de quo queritur non videt necessaria citatio nisi vt pars possit comparere de suo preiudicio docere.facit.l.si.C.si p vim vel alio mō et de preben.licet episcopus.lib.vj.et.§.de resti.in integrū.tum ex literis.sed nullum videtur esse preiudicium si verisimiliter nullam habet causam contradicendi:ergo tunc non debet citari.et ita videtur contingere in casu proposito quia nō videtur qp creditor possit allegare causam quare non debeat fieri absolutio a iuramento de soluendis vsuris vel de ipsis nō repetendis:quia licet in aliquibus casibus sit licitum aliquid percipere vltra sortē.de quibus in.c.conquestus.ī.de vsur.tamē nullo casu reperitur qp possint peti vsure et qd sint licite.ī.de vsuris super eo.cum ibi nota.nisi forte in vno casu tm̄ quādo qs illas reciperet ab hoste.vt est casus sm̄ vnū intellectum.xiiij.q.iiij.in.c.ab illo.intelligendo prout sonat sed si intelligeretur negatiue non probaret. ¶ Nota qp licita esset vsura etiā in dicto casu.vt notauit Jo.an.etiam in dicto.c.conquestus.nā tunc esset sensus dum dicit ab illo exige vsuras cui iura nocere desideras quasi velit dicere quod qr nemo de[be]t desiderare alteri nocere ideo a nemine debet vsurā recipere:sed quicquid sit de casu saltem est clarum quod alio casu non est licita vsura:et sic verisimiliter nō habet creditor causam contradicendi quominus fiat absolutio:et sic videtur verior opinio domi.Anto.quaz opin[io] Jo.an.sed vis saluare opinionē Jo.an.potes dicere qp interest creditoris vt citetur etiam in dicto casu.ex eo forte quia poterit opponere exceptionē et probare qd ipse petens absolutionē est vsurarius.et sic nō debet audiri.ī.de vsuris.in.l.quia frustra etiam quando iuratum est de nō repetendis vsuris forte posset opponere exceptionem qd sponte illas remisit et donauit et propter hoc iurauit nō repetere.facit quod habetur in regu.peccatum.de reg.iur.in.vj.Ista tamen ratio cessaret vbi constaret qd a principio tempore contracte obligationis super vsuris iurasset soluere et nō repetere:sed tunc posset habere locū responsio precedens per dictū.c.quia frustra.et ex predictis potes cōcludere qd si iuramentū omnino est illicitum non est necessaria absolutio nisi ad cautelam:et ideo non est necessaria tūc citatio. Si autem continet in se licitum:sed alias illicite est prestitū vt forte per metum:et tūc debet pars citari.nā potest habere exceptionem quod forte ex postfacto actus fuerit spōte ratificat⁹.facit quod habetur in.l.ij.C.quod metus cau.et per id quod habetur in.c.ad id.ī.de sponsa.Interdum autem iuramentū continet illicitum ex parte recipientis et expresse hoc cōstat:et tūc an sit necessaria citatio.do.Anto.dixit qd non.sed Joā.an.qd sic.et qd tenendum statim dixi. ¶ Interdum autem dicitur iuramentum continere illicitū ex parte recipientis et hoc non cōstat vt qr est prestitum super contractu emptionis qui dicitur factus fictitie et simulate in fraudem contractus pignoris et vsurarum:et tūc hoc casu reperio duplicem practicam.vna est quā posuit Federi.in dicto cōsi.ccc.qd citetur pars et summarie doceatur de fraude ad finem.vt absoluatur a iuramento ita quod sine metu periurij possit docere contractum esse factum in fraudem vsurarum.tamē hoc postea debebit plene pbari et nō sufficiat summaria pbatio facta pro obtinenda absolutione.Alia fuit practica quā ponit Oldra.in suis consi.consil.ccxx.vbi dicit qd si petatur absolutio ad finem vt habilitetur psona vt possit absq; metu periurij docere de fraude:quod tunc nō est necessaria citatio quia illud videtur esse modici preiudicij ex quo solū sit ad habilitandū personā:et non sit ad alium respectum.Ideo poterit fieri etiam parte absente et nō citata.sicut petitio venie quam facit libertus vel filius emācipatus.l.quinq;.§.j.ff.de in ius vocan.Secus si peteretur absolutio simpliciter a iuramēto vel ab ipso contractu.et hec practica multū hodie inoleuit in curia episcopali Bononiēsi.Sed vt patet ex predictis Federi.sensit cōtrarium.et forte de iure cuius opinio est verior quia si pars citaretur forte ostenderet euidentē calūniam petentis talē absolutionē.et quod id faceret gratia dilatandi quo casu nō deberet audiri.l.satis aperte.C.de fal.Et ideo videt magis iuri cōsonum qd pars debeat citari etiā in tali absolutione vt sic summatim cognoscatur an calūniose petat et hec procedūt vbi iuramentum non resisteret vocationi.vbi autem resisteret clarū est sm̄ omnes qd a tali iuramento posset fieri absolutio parte non citata et per hoc habes plene an absolutione a iuramēto sit pars citanda.et tene menti quod dixi inhibitionē non fiendā p iudicem ecclesiasticū:nisi prius parte citata contrariū tamē quotidie practicatur in curia Bononiēsi:qr illam faciūt ante aliquā citationem et in effectu simul cum ipsa citatione:sed de iure videtur verior opinio Fede.per id quod habetur in simili in.c.ro
11 mana.de appel.in.vj. ¶ † Itē attēde et nota qd dixi qp si elapsa sit dies solutionis:nō potest debitor petere absolutionem a iuramento quia incidit in periuriū iam.sed do.Anto.hic videtur tenere contrariū ex eo quia licet nō soluatur in termino tamen debet absolui post terminū:et sic iuramentū etiā videtur obligare post terminū.per id quod habetur.§.de dolo.in.c.cum dilecti.et in.l.celsus.ff.de arbi.et ideo sm̄ do.Ant.debet posse absolui a iuramento per quod tenetur etiā post diē soluere.Sed forte potest defendi dictū Federi.quia licet sit obligat⁹ debitor ad soluendum post diem vt probat ratio predicta.non tamen sequtur quod possit petere absolutionē ab illa obligatione ex quo iam incidit in periurium.nam tunc videtur sibi obstare qd habetur in dicto.c.frustra.nec erit debitor sine remedio quia poterit soluere et postea repetere vt hic pt3.et ideo verior videt opi
12 nio Federi. ¶ † Itē aduerte qr vt ex predictis pt3 vsure possunt repeti tāq̄ indebite.possunt etiam repeti quasi extorte.et sic quodāmō rapte.xiiij.q.iiij.in.c.quid dicam.et sic pt3 qd causa propter quam quis est obligatus ad restitutionem vsurarū potest dici ex [illegible] etiam exercere vsuras censeatur crimē. [illegible] de vsuris [illegible] .et.c.super eo.et ex hoc sequitur † qd [illegible] nō tenetur ad restitutionem vsurarū.nisi quatenus [illegible] facultates defuncti.p id quod habet in.l.vna.C.[illegible].et.ī.de sepult.in.c.fin.qd dicit do.Anto.procedere etiam si nō sit confectū inuentariū:quia nō confectio inuentarij obligat ad solidū eo casu quo ante inuentarij confectionē [illegible] quis obligatur ad solidum.l.si.C.de iure delib.Secus vbi non obligabatur vt erat in obligatione descendente ex [illegible] tenet Federi.de se[nis].licet ipse nō alleget in [illegible] suo consi.xvij.facit etiam quod not.Bart.in rubri.ff.de [illegible] hereditā.et quod ibi etiam dixi.vbi dicit qp in foro conscientie [illegible] obligatur quis vltra vires heredi.licet nō confecerit inuentarium.de quo ibi plene dixi in foro contentioso etiam non obligat in casu quam superius dixi. ¶ Ultimo adde qd vbi petitur absolutio a iuramento et excipit eo modo quo dixi superius.ī.eod.c.j.clarum est quod repellitur petēs solui vsuras.Sed vbi petitur absolutio et solum excipitur qd pendente petitione absolutionis a iuramento nō debet cogi.videt quod ista exceptio sit legitima si primo precessit petitio absolutionis a iuramento:et postea petatur vsura.sed vbi econtra prio petijsset creditor debitorem cogi ad obseruantiam iuramēti.et postea petatur absolutio excipiat quod pendente dicta petitione nō debet cogi.videtur qd si ante litem contestatam super prima petitione hoc dicatur qd debet audiri debitor.Secus si post litē cōtestatā per id quod habetur in simili.in.c.fi.§.de ordi.cogni. ¶ Item adde quod licet tutus exceptione fauorabili soluens possit repetere.l.qui exceptionem.ff.de cōdi.indebi.tamen illud verum nisi quis sciens sibi exceptionē competere nihilominus soluat.l.quāuis.C.ad velleia.et ideo non videtur simpliciter bene dixisse hic domi.Anto.inqu[illegible] rans soluere vsuras illas soluit.licet potue[rit] excipere [illegible] dixi in.c.j.§.eod.et etiam supra in hoc.c.[illegible] potest [illegible] quia erat tutus exceptione fauorabili [illegible] cedere si sciēs exceptionē competere [illegible] Ant.qd tamen est verū [illegible] melior [illegible] cat recipiēdo.et ideo potest repeti p[illegible] gloss.fina.a in fine.et sic videtur vel

a ¶ In gl.si. recipere sub vsur.an sit peccatum p hac qōne vide in sum. Ant.in verbo.vsura.p discursum est cū magis theologica ista q̄stio q̄ iuridica.

[illegible] sunt que [illegible] a indebite reperitur [illegible] exceptio ¶ In eadem [illegible] libertatis ad istud cons[illegible] det: Nā potes dicere [illegible] ite repeteret solutionem.

Ayuntamiento de Madrid

ras non ſit peccatum: ſed dare ſic. ⁊ hoc tenent quidam quaſi recipiens videatur quodammodo redimere vexationem. j. de ſimo. dilectus. Alij vero dixerũt ꝙ etiã eſt peccatũ cũ nõ poſſit eſſe receptio ſine datiõe. ⁊ ſic ſint correlatiua: quorũ vnũ nõ eſt ſine reliquo. l. fina. C. de indi. vidui. ⁊ l. fina. ff. de acceptila. Sed certe iſta opi. nõ eſt vera: q2 ſi peccatũ eſſet recipere cõſequenter peccatũ eſſet ſoluere: ⁊ ſic non deberet cogi iurans ad ſoluendũ qḋ eſt cõtra iſtum tex. Nec ob. quod ſint correlatiua quia nõ ſequit̃ qḋ ſemp in correlatiuis eadẽ ſit diſpoſitio in vtroq;. na3 poteſt eſſe in eis qḋ vn9 peccat ⁊ alter nõ. vt patet in exẽplo poſito in gl. quãdo quis cõmittit adulterium cũ muliere inuita ⁊ nõ conſentiente. nam peccat cõmittens adulteriũ ⁊ nõ ipſa mulier cũ qua cõmittit̃. vt in. c. propoſito. allega. in gl. Unde dixit Innoc. in. c. ſuper eo. j. de vſur. qḋ recipere ad vſuras ꝓpter cauſam voluptuoſam ſeu ex cauſa laſciuie vel luxurie perpetrande nõ eſt licitum recipere: ſed ſi ob aliam cauſam honeſtã ſic. Alij etiam aliter dicunt. vt ibi refert Joan. an. in. d. c. ſuper eo. Potes concludere qḋ recipere ad vſuram ex cauſa voluptuoſa vel laſciuie nõ eſt licitum: et ſic peccat taliter recipiens. vt voluit Inn. puto tamẽ ꝙ ſi iuraret ſoluere quia poſſet iuramentũ ſeruari ſine interitu ſalutis eterne obligaret iuramentum ad ſoluendũ per iſtum tex. qui indiſtincte loquitur. ⁊ facit. j. eo. ſi vero. Si autem quis recipiat ex alia cauſa: et tunc aut recipit ex neceſſitate rei familiaris. et tunc puto qḋ ſi cõmode poſſet habere ab aliquo ſine vſuris non deberet recipere ad vſuras quia quando poteſt debet euitare ne proximus incidat in peccatũ. ſi autem aliter cõmode habere non poteſt: tunc videtur qḋ non peccet argumento. c. dilectus. de ſimo. Si autem quis vellet recipere ad vſuras vt faceret conſtrui eccleſiã vel hoſpitale: vel redimat captiuos. ⁊ tunc ſi poſſet aliunde habere ꝙ ad vſuras non videtur licitum recipere ad vſuras ne detur cauſa peccãdi proximo. ſi añt aliũde cõmode habere non põt: ⁊ tunc ſi ille a quo vult accipere nõ haberet alium cui mutuaret non deberet tunc quis recipere ad vſuram ne detur occaſio peccandi proximo. facit quod no. Jo. and. in. d. c. ſuper rebus. Si autem ille a quo vult recipere alteri eſſet mutuaturus ſi iſti non mutuaret ⁊ haberet alium paratu3 ad recipiendũ: tunc licitũ eſſet recipere et etiam rogare qḋ potius in hanc cauſam piam velit mutuare quã alteri volenti recipere ob aliã cauſam per ea que habentur in preallega. c. ſuper eo. Si autẽ quis vellet recipere ad vſuram forte vt emat aliquã poſſeſſionẽ vel librum videretur diſtinguẽdum prout proxime diſtinxi: quia aut ille a quo petitur alij eſſet mutuaturus et aliũ haberet veriſimiliter paratũ. ⁊ tunc poſſit recipere ad vſuram alias autem ſecus: puto tamen vt ſuperius dixi qḋ iurans ſoluere in oĩbus caſibus predictis obligetur ad ſoluendum cũ iuramentum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne.

1 ☞ Poſſeſſiones vel redditus vbi dant in loco pignoris fructus cõputant̃ in ſortẽ nec illos lucratur creditor.

2 Redditus computãdi ſunt in ſortem vel ſaltem reſtituẽdi deductis tamen expenſis.

3 Abſolutus ab excõicatiõe ſi poſtea ſit cõtumax in parẽdo mãdatis abſoluentis ipſo iure nõ recidit in ſententiã excõicationis: ſed poteſt reduci in eandem ſententiam.

4 Appellans quandoq; remittitur ad iudicem a quo licet eum grauauerit.

5 Cauſa ſi agitur inter laicos in foro eccleſiaſtico debent ſeruari canones.

a ¶ Si debitor. eiſdem verbis ſum mat. d. ab. ſely. vero l3 alijs verbis ſũmet idem tñ eſt ſenſus.

# D noſtram.

a Si debitor creditori iurauerit rem pignoratã nõ repetere: niſi prius debitum ſoluat: iuramentũ ſeruare cõpellitur. h. d. et eſt cõis diuiſio. Secunda ibi: ideoq;.

1 ¶ † Not. ꝙ vbi poſſeſſiones vel redditus dãtur loco pignoris fructus nõ computantur in ſortẽ nec illos lucratur creditor: ſ3 diſſoluto debito illos reſtituere tenetur. ¶ Itẽ no. ꝙ eſt licitũ iuramentũ ex parte preſtantis ⁊ recipientis de nõ repetẽdo pignore ⁊ fructibus ante ſolutũ debitum: quãdo etiã fruct9 ſunt loco pignoris: vt hic patet ſm vnum intellectũ ſm aliũ no. ꝙ iuramentũ de non repetẽdo pignus anteꝙ ſoluatur debitũ eſt obligatoriũ ⁊ obligat iurãtẽ ad nõ repetẽdũ pign9 etiam ſi tot fructus ex pignore pcipiant̃ ex qb9 poſſit debito ſatiſfieri: q2 videt̃ actũ ꝙ nõ fiat compenſatio: ⁊ ſic iuramentũ debet impleri in forma ſpecifica. ⁊ ad hoc alleg. iſte tex. de quo tanget ſup glo. ſi. ⁊ tangit Bar. in. l. amplius. ff. rer. ra. ha. ⁊ facit qḋ ipſe not. in. l. iuſſ. ff. de cõdi. ⁊ demon. ¶ Et ex pdictis not. ꝙ nõ cõcludit̃ contractũ eſſe vſurariũ quãdo nõ eſt actum de fructib9 lucrandis. ⁊ dato ꝙ eſſet actũ ꝙ nõ cõpenſentur cũ ſorte. ſecus ſi deberet eos lucrari: q2 tũc contractus eſſet vſurarius. j. de vſur. in. c. j. Juramentũ tñ ex parte iurantis eſſet licitũ licet nõ ex parte recipientis. facit qḋ dictũ fuit. ſ. c. proxi. ¶ Itẽ not. qḋ redditus ſunt cõputandi in ſortẽ vel ſaltẽ reſtituẽdi deductis tñ expẽſis.

Et redditus intelligunt̃ expenſis deductis. vt hic tangit glo. j. ¶ Itẽ no. qḋ vbi qs abſoluitur ab excõicatione debet pſtare cautionẽ de ſoluẽdo ad mandatũ abſoluẽtis. ¶ Et no. ꝙ debet eſſe ſufficiẽs cautio. de quo. ſ. de ſent. exc. cũ deſideres. ⁊. j. de ver. ſig. ex parte. el. j. poteſt tñ dici ꝙ ideo hic ſufficiẽs cautio req̃rit̃ q2 nõ cõſtabat pape de iniuſta excõicatione. nam non cõſtabat ſibi plenarie de facto. vt p3 ex tex. dum dicit ſi ita eſt eccleſiaſtica cenſura ⁊c. ſi autẽ cõſtitiſſet de iniuſta excõicatione: tũc non videtur qḋ debuiſſet cautio aliqua preſtari per ea que habẽtur

3 in. c. excõicato. ſ. de reſcrip. ¶ † Item not. ꝙ abſolut9 ab excõicatiõe ſi ſit poſtea cõtumax in parẽdo mãdatis abſoluentis ipſo iure nõ reincidit in ſentẽtiã excõicationis: ſed bene põt reduci in eandẽ ſententiã. hoc eſt ſimilẽ cũ prima fuerit extincta p

4 abſolutionẽ. l. qui res. §. areã. ff. de ſolu. ¶ † Ultimo potes notare ꝙ appellãs remittitur interdũ ad iudicẽ a quo appellauit: licet grauauerit iudex eum qḋ videtur cõtra decretalẽ. vt debitus. j. de appel. ſed potes dicẽ ſm Inno. qḋ hic nõ fuit appellatum: ſed aſs forte depoſuit querela3 de iudice vel dici põt qḋ nõ remittitur preciſe ad eundẽ: ſed ad eũdem et aliũ ſimul ſic: et ita poſſet intelligi hic text. vt hic patet iuncta ſuprãſcriptiõe. ¶ In gl. ij. ibi nomine cautiõis ſupple qñ ꝓfertur ab hoĩe: vel a iure ciuili: vel canonico. ſecus in diſpoſitione pretoris. l. pretoria. ff. de pto. ſtipu. ⁊ no. in. l. ſancimus. hic alleg. ⁊ ſic in diſpoſitiõe ptoria appellatione cautionis intelligit̃ de ſufficiẽti nõ de ſimplici ꝓmiſſione. ¶ In ea. gloſ. in fi. ⁊ per hoc videt̃ qḋ ſi aliquis ſit excõicatus ꝓ cõtumacia in nõ veniendo qḋ nõ ſufficiat cautio ſimplex vel iuratoria per id qḋ habetur in. c. ex parte el. j. ſ. de ver. ſig. vbi videt̃ tex. qḋ tũc debet preſtari ſufficiens cautio. et ſic cũ fideiuſſore vel pignore. vt ibi etiã tangit glo. ſed Hoſt. hic. ⁊ ibi dicit tunc ſufficere cautionẽ iuratoriã. S3 forte verior eſt opi. pcedens quã ſenſit gl. in. d. c. ex parte. vbi autẽ qs eſſet excõicatus pro cõtumacia in nõ parendo alias iudici. tũc ſi offenſa nõ eſt manifeſta debet preſtari ſufficiẽs cautio anteꝙ abſoluatur: ⁊ ſic cũ fideiuſſore vel pignore per ea que habentur in. d. c. ex parte. et in caſu iſtius. c. preſtari debuit ſufficiens cautio: q2 incertũ erat de offenſa. ⁊ an excõicatio fuiſſet iuſta q2 nõ cõſtabat pape de forma iuramenti. vt p3 ex litera dũ dicit ſi eſt ita ⁊c. ⁊ ſic nõ habuit ꝓ cõſtãti qualiter ſe haberet forma iuramẽti. ⁊ hec vt̃ vera ſolutio. licet Inn. ponat aliam quã reprehẽdit Hoſti. vt refert Jo. an. ⁊ do. Ant. ⁊ etiam Hoſt. dicat ꝙ hic preſtita fuit ſufficiẽs cautio: q2 dubiũ erat an tot reddit9 eſſent pcepti qḋ ſufficerẽt ad quãtitatẽ ſortis. S3 iſtḋ mihi nõ placet: q2 etiã ſi fuiſſet certũ tot eſſe pceptos ꝙ ſufficerẽt ad quãtitatẽ ſortis. tñ ſnia ⁊ mãdatũ archiepĩ vt creditor reſtitueret poſſeſſiones fuiſſent iniuſta ſi forma iuramenti fuiſſet qḋ non moleſtaretur donec ſibi pecuniã ſoluerent per ea que dicent in gl. ſe. nec placet etiã id qḋ dicit do. Ant. ꝙ ideo preſtita fuit hec cautio ꝓpter ea que reſtabunt impleri poſt abſolutionẽ ex pte creditoris: q2 ſi dicta de cã fuiſſet pſtita, papa hic circa finẽ mãdaſſet creditorẽ cogi virtute cautionis ad reſtituẽdũ poſſeſſionem ⁊ fruct9 qḋ tñ nõ facit ⁊ ꝓ eo qḋ dixi de iure requiri cautionem cũ fideiuſſore vel pignore etiã in cõtumace in nõ veniẽdo. bene facit qḋ habet̃ in. c. j. in fi. ſ. de ſeqſtra. poſſe. ⁊ qḋ ibi not. per glo. ⁊. ſ. vt lite nõ conteſt. qm. §. in alijs. Nec ob. j. de ſen. cũ deſideres. vbi videt̃ ſufficere iuratoria cautio: q2 ibi non dicitur qḋ illa ſufficiat licet dicatur qḋ pſtari debeat. ideo videt̃ ꝙ vltra illam dari debeant fideiuſſores vel pignora vt videt̃ velle text. cum glo. fin. dicto. c. ex parte. el. j. de ver. ſig. ¶ In glo. perſoluatur ibi. S3 in caſu iſto ⁊c. hec eſt vera ſolutio. ⁊ cõiter tenet̃. na3 precedẽs videt̃ literã violare. Aduerte tñ quia glo. infra nõ bñ ponit formã iuramenti: q2 dicit illã fuiſſe donec creditori fuerit ſatiſfactum. ſed reuera illa non fuit forma ſed illa donec peccata ſoluẽtur. vt patet ex litera ⁊ longa eſt differẽtia inter dictas formas. nam creditori dicet̃ ſatiſfactum. ſi tantũ ſit ex fructib9 perceptũ qḋ eſtimatio ipſorũ fructuum conſumptorũ aſcendat ad ſortem. l. j. et. ij. C. de pigno. actio. nam ipſo iure extenuat ſortem. vt eſt caſus in. l. j. C. de diſtrac. pigno. ⁊ nota. glo. in. c. j. j. de vſuris. licet domi. Anto. hic aliter videtur tenere: ſcilicet qḋ nõ extennent ipſo iure ſed ope exceptionis quod videtur cõtra. l. j. de diſtrac. pigno. nõ violando eam: ſed non dicitur eſſe ſoluta peccata etiam ſi tot fructus ſint percepti quod equiualent ſorti vnde hoc caſu propter formam iuramenti non extenuabũt ipſo iure nec etiam ope exceptionis: quia non poterat obijci cõpenſatio: ſed omnino debebit formaliter impleri iuramentũ. vt hic eſt caſus notabilis ⁊ ſingularis ſm iſtum intellectum. ⁊ iſte intellectus facit ad queſtionem. de qua. j. dicam. ¶ Alij tamẽ tertio dicũt qḋ hic nõ erat liquidum quãtum ex fructibus eſſet pceptũ: ideo fuit facta compenſatio: q2 de liquido ad nõ liquidũ nõ ſit cõpenſatio. l. ſi. C. de cõpen. ⁊ not. j. de depoſ. bona fides. ¶ Alij quarto dixerũt qḋ hic fruct9 extabãt. ideo nõ fiebat cõpenſatio

Ayuntamiento de Madrid

penſatio:qꝛ ſpeciei ad quãtitatē non fit compenſatio.l.ſi conue nerit.ff.de pigno.ac.ꝛ no.ad.l.ſi.ꝛ.c.ti.l.ſi ꝑpter.ꝛ.l.ſi cõſtat.ſe cus quando eſſent cõſumpti.facit quod no.in.d.l.j.ꝛ.ij.C.de pi gno.actio. ¶ Alij dicunt ꝛ quinto qḋ hic loquitur quãdo etiã fructus fuerũt pignorati:ꝛ ideo tunc veniũt reſtituendi ꝛ nõ cõ penſandi:ſecus quãdo fructus nõ eſſent pignorati qḋ eſt etiam notandũ. ¶ Alij ꝛ ſexto dicunt qḋ hic debitor agebat:adeo nõ poterat cõpenſari.ſec⁹ ſi cõueniretur ſed iſte intellectus nõ pla cet:qꝛ nõ video qd repugnet ꝙ debitor non poſſet repetere pi gnus ꝛ dicere creditorẽ eſſe ſatiſfactũ ex fructibus perceptis ꝑ ea q̃ habent in.l.j.ꝛ.ij.C.de pigno.acti.vnde tene alios intelle ctus ex quibus habes multas limitationes ad.l.j.ꝛ.ij.de pig. acti.tamē quo ad intellectũ tex.tene ſm itellectũ in quo reſidet glo.qꝛ eſt magis notabilis.et facit ad queſtionem ſi iuraui tibi ſoluere.x.hinc ad menſem an ſi ↄtingat interim te eſſe debitorē meũ in.x.potero cõpenſare vt nõ incurrã periurium nõ ſoluen do.nam videtur qḋ nõ per iſtũ tex.ſm iſtum intellectũ Bar.et tetigit.q.in.l.iul.ff.de cõdi.ꝛ demon.ꝛ ibi nõ ſoluit.ſed remittit ad decretalē.ſed in.l.amplius.ff.rem ra.hab.aperte decidit con trariũ.videlꝫ ꝙ poſſunt cõpenſari.mouetur etiã quia cõditio debet impleri in forma ſpecifica.l.in eius.ꝛ.l.qui heredi.ff.de cõ di.ꝛ demon.et tñ ſufficit cõpenſari.l.iij.§.j.ꝛ.l.ſi peculium.ff.de ſtatulibe.ergo eodē modo dicendum in iuramento. Preterea ſi ille cõtra quē volo obijcere cõpenſationē nõ ſoluit me interpel lante eũ videt̃ preſtare impedimentũ quominus impleatur cõ ditio.ꝛ per cõſequēs iuramētũ:qꝛ ſi ſolueret poſſem poſteã im plere cõditionē ꝛ iuramētũ.ꝛ ideo cũ per eũ videatur ꝑſtari im pedimentũ debet haberi cõditio ꝓ impleta ꝛ ſimiliter iuramen tum.alleg.quod habet̃ in.d.l.iij.§.j.de ſta.liber.ꝛ facit qḋ habet̃ in.l.iuris ciuilis.ff.de condi.ꝛ demon. Et ad iſtũ tex.nõ reſpon det ſed forte voluit tenere alium ex intellectibus ſupra poſitis: ſed qꝛ intellectus in quo reſidet glo.cõiter tenetur.videtur qḋ deciſio ſua nõ ꝓcedat.nam videt̃ cõtra iſtum tex.ſm hunc intel lectum:ꝛ ad rõnes ſuas poteſt reſpõderi dupliciter. Primo qḋ magis debet impleri in forma ſpecifica iuramentũ quã cõditio. vt ptꝫ ex tex.iſto ſm vnũ intellectũ.iunctis.l.per ipſum allega. nec etiã in iuramēto excuſat impedimētũ aduerſarij ſi nõ eſt ta le ꝙ oĩno impediat ipleri iuramētũ.vt hic patet.licet ſecus ſit in cõditione.vt in iuribus ꝑalleg.ſecus ſi eſſet tale impedimē tum qḋ omnino impediret implementũ iuramenti.vt.ſ.eo.q̃re lam.ꝛ.c.breui.cũ ibi notatis. Secundo poteſt dici qḋ illa iura q̃ dicũt ſufficere compēſari ad implendam conditionē loquunt̃ in eo cui relicta eſt libertas cõditione:ꝛ ideo fauore libertatis illḋ poteſt dici fuiſſe ſtatutũ.facit inſti.de dona.§.ſi. ¶ In glo.fin. ibi cauſis eccleſiaſticis ꝛc.id eſt que tractantur corã iudice eccle ſiaſtico.de quo dicendum vt dictum fuit in.c.j.de dolo ꝛ contu macia.et nota bene quod vbi inter laicos agitur cauſa † in foro eccleſiaſtico debent ſeruari canones.et nõ leges.de quo in.c.qꝛ clericis.ſ.de foro cõpe. ¶ In ea.glo.ibi autoritate iudicis ſup ple et parte citata.al's ſecus.l.meminerũt.C.vñ vi. ¶ In eadeꝫ glo.in fi.ꝛ ſic de extranea q̃ſtione non habebunt cognoſcere.

1 Iuramentũ qḋ ſeruari nõ poteſt ſine interitu ſalutis eter ne non obligat.
2 Iuramentũ vbi eſt obligatoriũ non debet dari licentia vt quis veniat contra illud.
3 Iuramentũ ſi eſt extortum per metũ cadentē in cõſtantē poteſt peti abſolutio.ꝛ nu.9.
4 Rome non eſt bonus aer in auguſto.
5 Iuramentũ q̃ñ dicatur tendere in deteriorem exitum.
6 Coacta volũtas,voluntas eſt.
7 Iuramentũ aſſertoriũ quod dicatur ꝛ quod promiſſorium.
8 Veniens contra iuramentũ metu extortum an peccet.

SI VERO. Si iuramentũ [a] per metum extortũ ſeruari põt abſq; īteritu anime ſer uandum eſt iuramentũ.romana tamen eccleſia a tali iuramento conſueuit abſoluere.h.d. Et in prima cõ ſultatio.in ſcḋa reſponſio. Scḋa ibi:quia nos. ¶ Not.primo qḋ iuramentum obligat q̃ñ ſi ſeruetur nõ vergit in preiudiciũ ſalu tis eterne.

1 ¶ † A cõtrario nota.ſecus ſi non poſſet ſeruari ſine interitu ſalutis eterne:quia tũc nõ tenetur quis illud ſeruare ſa cit.xxij.q.iiij.in malis.ꝛ per totum.idē quando a iure improba tur.ſ.de foro compe.ſi diligenti.et intellige a iure.ſ.canonico. Quid aũt ſi a iure ciuili tangetur.ſ.in.c.quēadmodũ.et.c.cũ cõ tingat.et ibi tangetur. ¶ Quid ſi ꝓhibeatur a ſtatuto de quo ꝑ Barto.in.l.ſiquis pro eo.ff.de fideiuſſo. ¶ Itē tertio excuſat quis ab obſeruantia iuramenti ꝑpter conditionē tacite ſubin tellectam.ſ.eo.quēadmodum.nam ſubintelligitur ↄditio ſi deo placuerit.xxij.q.ij.beatus paulus.ꝛ not.Inno.ſ.eo.debitores. ¶ Item ſubintelligitur cõditio ſi res in eodē ſtatu permanſe rit.vt in.d.c.quēadmodum.ꝛ ideo iurans dare gladiũ titio non tenebitur ſi poſtea ſit effectus furioſus.vt etiã dicit Innocē.in d.c.debitores. ¶ Itē excuſatur quis autoritate pape.de reſcri ptis.conſtitutus.ꝛ facit.ſ.eo.venientes.et etiã autoritate iuris.

2 vt predixi quãdo iuramentũ improbatur.ſ.e.ſicut. ¶ † Itē no. qḋ vbi iuramentũ eſt obligatorium nõ debet dari licētia vt qs veniat cõtra illud.ꝛ facit ꝙ datio licentie non excuſat ante abſo lutionem.facit quod habetur.ſ.de ſenten.excõmu.cum deſide res.quod forte poſſet procedere in inferiore a papa qui non po teſt preterire iura.ſ.de offi.archipreſby.in.c.fin.cum ibi nota tis.ſecus forte in papa ex certa ſcientia dante licentiã dictã.ar gu.l.quidam cõſulebãt.ff.de re iudi.et quod no.ſ.de filijs pre

3 ſbyte.veniens. ¶ † Itē nota ꝙ vbi iuramentũ eſt extortũ per metum cadentem in conſtantē poteſt peti abſolutio:ꝛ illa data poteſt quis abſq; periurio cõtrauenire. ¶ Et ex hoc etiaꝫ no. ꝙ vbi iuramentũ cõtinet aliquã iniquitatem ex parte recipien tis poteſt a tali iuramēto peti abſolutio:ꝛ debet relaxari.facit

4 qḋ dixi.ſ.eo.c.j.ꝛ.c.debitores. ¶ † In glo.ij.ibi ſi aliquis vitra montanus ꝛc.no.ex glo.qḋ Rome in auguſto non cenſet̃ com muniter eſſe bonus aer ꝛ periculoſum eſt ibi morari preſertim vltramõtanis:ꝛ maxime gallicis.ꝛ ꝑpter hoc conſueuerũt face re vacationes ꝛ ire ad loca vicina.tamē no.bene glo.qḋ iſtud pe riculum non ſufficit quominus debeat ſeruari iuramētum per illum qui iurauit ſe moraturũ dicto tēpore Rome:ſed hoc in tellige verũ niſi ex iudicio medicorũ attenta cõplexione ꝛ cõdi tione perſone iurantis imminerit ſibi periculũ mortis ex ob ſeruantia iuramenti:qꝛ tunc non tenent̃ obſeruare.nam creden dum eſt peritis in arte ſua.facit quod habetur.ſ.de probatio.

5 ꝑpoſuiſti. ¶ † In eadē glo.in fine quomodo multis modis dicitur iuramentũ tendere in deteriorem exitum.ponit hic do. Ant.ponendo dicta Archi.que poſuit in.c.ſi aliquid.hic allega to.ꝛ.c.innocens.e.cau.q.iiij.et in.c.ij.xxij.q.v.ꝛ not.precipue ꝙ dicitur tendere in deteriorem exitum etiã ſi tendat ad obſerua tiam venialis peccati.vt eſt tex.cum glo.in.d.c.ſi aliqḋ.ꝛ nota ꝑ Ioã.an.de pactis.quãuis.lib.v.in nouella.et que ſint venialia peccata tãgitur in.§.alias.xxv.diſtin. Et no.etiã qḋ dicitur ten dere in deteriorē exitum quando iuratur aliqḋ a principio in ſe licitũ:ſed poſtea ex circũſtantia obueniente eius obſeruãtia tē deret in interitum ſalutis temporalis vel eterne.vnde tunc non obligaret dicto caſu obueniente.de quo hic plene per do.Ant. et per Arch.in locis ꝑalleg. ¶ In glo.proprium iuramen tum.ibi:quia voluntarium.intellige ſane glo.qḋ dixit volunta

6 rium † ex eo quia coacta voluntas voluntas appellatur.xv.q.vj. c.merito.ꝛ.§.ſi mulier.l.ſi metu.ff.quod metus cauſa.alio ta

7 men reſpectu nõ eſt voluntarium ſed coactum. ¶ † In eadem glo.ibi quidam appellant. Dic qḋ proprie aſſertorium iuramē tum eſt id qḋ practicatur ſuper eo qḋ eſt de preterito vel ꝑſenti ꝑmiſſorium illud qḋ eſt ſuper futuro.facit qḋ no.xv.q.vj. c.autoritatē.per glo.ꝛ Arch.ꝛ aduerte qḋ cõiter tenet̃ opin. glo.videlꝫ ꝙ iuramentũ per metũ extortũ eſt obligatoriũ ſi põt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne:ꝛ ſic nõ licet cõtrauenire nõ obtenta abſolutione.de quo etiã per Inn.ſ.qḋ met.cau.ad au res.ꝛ de elec.venerabilē.ſed Ioã.an.dicit tenendũ qḋ habet̃ in tex.ſ.eo.verũ vbi videtur dici qḋ veniēs cõtra iuramentũ † me tu extortũ nõ peccat mortaliter ſed venialiter.Io.cal.vt hic refert do.Ant.tenet ꝙ intentio añ abſolutionē liget etiã ad mortale ſic dicit tenere Tho.in.ij.ij.q.lxxxix.arti.vij.nam ex tali iuramē to ſurgit obligatio.qua quis obligatur ei cui quis ꝑmittit hec tollitur in effectu per coactionē:quia non meret̃ cogens vt ſibi ꝑmiſſum ſeruet̃. Alia eſt obligatio qua quis obligat̃ deo.vt im pleat qḋ per vim ꝑmiſit:ꝛ hec nõ tollit̃ in foro cõſcientie ꝑ me tum.nã dꝫ magis dãnũ tꝑale pati q̃ cõtrauenire iuramēto alle gato.xxij.q.iiij.ſi aliquid.ad.c.verũ reſpondet qḋ facit qḋ inquã tum ibi dicit̃ qḋ abſoluit̃.nec eſt ver.ceterũ.quia debet intelli gi poſt abſolutionē. ¶ In verbo verũ tex.dicit ibi qḋ nõ eſt tãq̃ ꝑ mortali puniend⁹.et ſic videt̃ velle qḋ peccet mortaliter tamen nõ eſt tanq̃ pro mortali puniēd⁹:qꝛ metus attenuat.ſ.qḋ met.

9 cau.ſacris.ꝛ ſic reſidet do.Anto. ¶ † In glo.vltima ibi diſpen ſandũ al's diſpenſatur ꝛ ſic innuit qḋ hic ſit diſpēſatio dum di cit permiſſi ꝛc.ſed cõiter tenet̃ qḋ eſt ius cõmune:qꝛ ex quo ab ſolutio eſt facta intelligunt̃ in cõſequētiã permiſſi.vt hic tãgit Inno.et hoc credo etiã ſi dicatur ꝙ per talē renuntiationem ꝑ diderit ius beneficij:qꝛ licet de rigore perdiderit tamen vtile ius non intelligitur perdidiſſe ſaltem quin poſt ſi[...] tum poſſit miniſtrare.facit qḋ notat̃ in.c.abbas.ſ.qḋ met.cau ſa.ꝛ.l.metũ.§.ex hoc edicto.ff.qḋ met.cau.tamē tutius eſſet vt hic voluit do.Ant.tũc habere expreſſam permiſſionē.ꝛ qḋ dixi ſupra iuramentũ per metum extortum obligare [...] quãdo habet voluntatē licet coactã ipſi⁹ iurantis.ſecus ſi nõ haberet volũtatē.ꝛ hoc cõſtat [...] tũc nõ obligaret vt voluit Alia [...] ſtare aũt poſſet ſi ꝑteſtaret [...] ꝑteſtatio cũ nõ videdebat [...]

a ¶ Si iura mētũ q̃ñ ex vno ore lo quunt̃ doc. in ſumman do B.c. Et ſi q̃ras an alios poſ ſit I iura mētũ veni re.diſtigue vt hic ſcḋꝫ Ben.bo.

Ayuntamiento de Madrid

nimiſ modo aliquo ſe obligādi ſi cōtingeret ſe iurare p metū per id qđ habet̄.ſ.qđ met.cau.c.j.et in.l.qui aliena.§.celſus.de acqui.heredi.¶ Jtē in foro penitentie crederet̄ ipſi iuranti:ſꝫ nō in foro cōtētioſo niſi aliter cōſtaret forte p ꝓteſtationē preambulā vt dixi.facit qđ habet̄.j.de ſpon.c.in tua.cū ibi notatis.

1 ☞ Monachus pro vtilitate monaſterij poteſt ꝓpriā perſonam obligare.
2 Mulier poteſt ſe obligare etiam cum marito pro debito alieno preſtando iuramentum.
3 Recōueniri pōt laicus corā iudice eccl'iaſtico rōne iuramenti.
4 Jnterdicto ſubijci poteſt tota terra propter delictum vel cōtumaciam domini.
5 Clericū verberās etiā volentē incurrit excōmunicationem.
6 Liber homo quomodo poſſit eſſe obſes.
7 Mulier licet nō renūtiet velleiano ſi tñ iurauit ſeruare ꝓmiſſa dꝫ ſeruare iuramētū ꝛ ſic nō poteſt vti beneficio velleiani.
8 Velleiano renūtiare an poſſit mulier ſine iuramento.

a **Ex reſcripto.** Monachi [a] qui p debito monaſterij iurant ſtare in obſtagio ꝛ fideiuſſores qui iurāt creditorē ſeruare indēnem iuramēta ſeruare cogūtur.h.d.Primo po nitur facti narratio.Scđo reſponſio.Secūda ibi:ideoqꝫ.¶ Jn tex.ibi ꝛ infra decidit ꝙ ꝯuenit ſoluere ad certū terminū dictā ſummā ꝛ ſic forte etiā iurarūt.¶ Jtē ibi iurarūt ꝛ cōuenit etiā vt.ſ.ꝛc.¶ No.primo qđ ad cautelā debiti alterius videt̄ quem poſſe ſe obligare ad morandū in certo loco.de quo tanget̄ cum

1 glo.¶ † Jtē not.ꝙ iuramentū de morādo in certo loco pro cau tela debiti videtur etiā obligare monachū.et ſic videt̄ qđ mona chus p vtilitate monaſterij poſſet ꝓpriā perſonā obligare.fa

2 cit qđ habet̄ i.c.ij.ſ.de poſtu.¶ † Jtē no.qđ mulier pōt ſe obli gare etiā cū marito pro debito alieno iuramentū preſtando et ſic vr̄ ꝙ vbi iuramentū interuenit in obligatione quā facit mulier ceſſet beneficiū velle.de quo in glo.¶ Jtē no.ſm̄ Hoſtie.ꝙ hic videt̄ expreſſum qđ ex obligatione naturali etiā ex iuramēto agi pōt de iure canonico.nā certū eſt monachū non obligari ciuiliter.facit qđ habetur in.l.deo nobis.C.de epiſ.ꝛ cle.vbi ha bet̄ p mortuo quo ad mundū ꝛ ciuiliter cenſetur mortuus.ꝛ de materia in.c.j.ſ.de pac.de illa dicendū vt ibi.ꝛ.j.de inſti.cū ve

3 niſſent.ſ.de iudi.nouit.¶ † Jtē no.laicū poſſe recōueniri rōne iuramēti corā iudice eccl'iaſtico.ꝛ ad hoc pōt cōpelli via execuri ua p cenſurā eccleſiaſticā ꝯſtito de iuramēto.facit qđ [illegible] C.laicus.de fo.cōpe.li.vj.¶ † Jtē no.ꝙ ꝓpter delictū vel [illegible]

4 maciā dn̄i poteſt tota terra ſubijci interdicto ꝛ ꝓhibitio[illegible] brationis diuinorū.facit.j.de ſpon.nō eſt nobis.ꝛ de [illegible] ab ingreſſu eccleſie.vide qđ habet̄ hodie in.c.is [illegible] in.vj.¶ Jn gl.j.ibi al's detinere non poſſunt [illegible] excōicationis.j.de ſen.exc.nuper.ꝛ.xvij.q.iiij.ſi q[illegible] imo plus videt̄ qđ etiā ex volūtate eorū nō poſſi[illegible] id qđ habet̄.j.de ſen.exc.† Cōtingit vbi vberās [illegible]

5 lentē incurrit excōicationē.ꝓpter hoc dicit glo.[illegible] q.viij.qui hic detenti fuerūt de licētia pape a[illegible] tuiſſet:ſed certe iſtud eſt diuinare:q2 nō app[illegible] interuenerit licentia pape.Jō tene qđ ſi ten[illegible] quo nō poſſint exire etiā ſi cōſenſerint ibi poni [illegible] p.inra pallegata:ſed ſi poſt moren̄t in loco certo [illegible] ſentia fidei ꝛ iuramēti.tñ poſſent de facto recede[illegible] modo li cite detinent̄ etiā ſine licētia pape.ꝛ ita itellig[illegible] Joā.an. ¶ Jn ea.glo.ibi multofortius pignoris oblig[illegible] nā cui lꝫ qđ pl' eſt licere dꝫ minus de reg.iur.cui lꝫ.li.vj.ꝛ.ff.de adul.l.nec in ea.et ſic licita eſt extenſio cū fiat virtute regule iuris antiq.facit qđ no.in.l.ſiqs ſeruo.C.de fur.ꝛ qđ no.Cy.l.j.C.q ſit lon.ꝯſue.ꝛ qđ plene dixi in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.vbi pleniſſime tractaui materiā extēſionis.¶ Jn ea.glo.ibi:qualitercūqꝫ fiat.

6 ¶ † Forte voluit intelligere gl.q[illegible] habeat ius in libero ho mine tñ ꝓpter cōuētionē poterit retineri donec ſatiſfiat de debito ſicut al's interdū retinet̄ rēs p debito pro quo nō fuit obli gata.l.vna.C.etiā ob chirogra.pe.ꝛ nō.gl.in.d.c.vt pridē.verū q2 iſta ſolutio nō videtur bene ſatiſfacere [illegible] glo.voluit dare aliā ſolu.ibi:ꝛ hic factū narrat̄:vcꝫ [illegible] de facto fuerūt deten ti ꝛ nō de iure ſed certe iſtud videt̄ [illegible] in quo papa mādat ſeruari conuentionē.Unde glo. [illegible] bene dꝫ vt ſequitur in glo. [illegible] nō poteſt.ſed certe illa [illegible] cōtrariū:q2 hic obli [illegible] peccato ꝛ nō pro pace.vi[illegible] dicere qđ pōt obligare ſe liber homo per iuramentū [illegible] morādū in certo loco donec ſatiſfiat:ꝛ ita poſſet intelligi hic:ſed nō poteſt al's per cōuentio nem aliquā ius obligationis in eo ꝯſtitui.vt detineat̄ inuitus p iura contraria licet de facto q[illegible] aliter ſeruetur.an autē poſſit quis renuntiare beneficio ceſſionis.no[illegible] per Cy.in.l.j.circa ſi.C.qui bo.cedē.poſ.ꝛ per Barto.in[illegible] §.elegant̄.ff.ſolu. matri.nam videretur qđ non:quia [illegible] videtur ſe aſtringere

a ¶ Monachi ſi q̄ras vtrū aliqs ꝓpter aliquā obliga tionē ſuire pſonalit̄ te neat̄ vel in carcere ſeu obſtagio re manere.diſtingue hic ſꝫ.d.Hen. boych.i pn̄.

b ¶ Periurus.idē ſūmāt hic.d. Ab.et fely. ꝛ ſi q̄ras q̄liter piur' debeat puniri.diſtingue hic ſm̄ do.Henr. boych.i pri ci.cap.

c ¶ Bñficio pruari an aūt ipſo iu re vel p ſen tentiā.vide hic per do. Fely.in.j. col.in text. ibi remouē tes.nu.1.

d ¶ Si pñta tus q̄ſi vna tuba oēs idem ſummāt hoc.c.

vt poſſit incarcerari p executione ſnīe.d.l.j.et hoc tenet Bart. niſi in duobus caſibus.vnus eſt quādo in fraudē creditorū diſſipaſſet bona vel quādo ſciens ſe nō habere vnde poſſet ſatiſfa cere dicto beneficio.de quo dicendū vt nota.in.d.§.elegant̄. Quis aūt debeat facere expenſas obſidi.tangit hic Jo.an.ꝛ nō videtur clare decidere ſed ponere opinio.potes dicere ꝙ cū ipſe obſes nō faciat ſeruitia ei cui eſt dat' debet ipſemet ſibi facere expenſas:ꝛ ſi alius faciat poterit repetere per id qđ habetur in tex.ꝛ glo.in.l.ſi neceſſarias.in prin.ff.de pigno.act.ſecus quādo ſeruus cōmodati q2 cōmodatarius cui ſeruitur faciet ſibi expēſas.l.in rebus.§.poſſunt.ff.cōmo.ꝛ ſicut etiā obſeruat̄ in obſidibus vt ſuperius dixi:q2 ex quo nō ſeruiūt debet obſes ſibi fa

7 cere expēſam ꝛ ſi alius facit repetit ab alio.¶ † Jn glo.penul. in ſi.nota diligenter ꝙ lꝫ mulier nō renūtiet velleiano:ſi tñ iura uit ſeruare ꝓmiſſa dꝫ ſeruare iuramētū.ꝛ ſic nō pōt vti bñficio velleiani ne veniat cōtra iuramentū qđ etiā ſeruādū eſt in foro ciuili per ea que habent̄ in.c.lꝫ.de iureiurā.in.vj.et ſic multo for

8 tius nō iuuaret̄ ſi renūtiaſſet cū iuramēto.† An aūt poſſit ſine iuramēto renūtiare glo.cōiter tenent qđ ſic ſi ipſa mulier fuerit primo certificata de bñficio velleiani al's ſecus et ſic ſeruaret̄ de iure aūt an hoc ꝓcedat cōiter tenet qđ ſic ſi fiat in iudicio tenet renūtiatio.l.pe.§.ſi.ff.ad vellei.ſed ſi extra iudiciū regulariter nō tenet:quia ex eadē fragilitate videt̄ renūtiare ex qua ſe obli gauit p alio.l.doli.§.diuerſuꝫ.ff.de noua.de quo per Cy.ꝛ Bar. in.l.ſi.C.ad velleia.¶ Jn gl.ſi.j ſi.vel dic qđ iſti ꝓmiſerūt ſerua re creditorē indēnem.ſi monachi nō ſeruarent fidem.vt voluit ſentire Jo.an.ſummādo.facit quod habetur in.l.ſi ſtipulat'.ff. de fideiuſſoribus.

1 ☞ Periurus priuandus eſt beneficio.
2 Jurans ſoluere non eſt periurus ſi neceſſitate impellēte nō im pleuit iuramentum.
3 Veniens cōtra ꝓmiſſionē vallatā interpoſitione fidei ſit priuā dus ſicut qñ venit cōtra promiſſionem iuratam.

b **Querelam.** Periurus [b] eſt ab eccl'ia remouend' qui nō ex neceſſitate:ſed ex volūtate venit ꝯ licitū iuramentū.h.d.Et primo ponit ipetrātꝫ q̄relā.ſcđo dat iudicē.ſcđa ibi qm̄ igit.

1 ¶ No.qđ ꝓpter crimē piurij dꝫ qs priuari bñficio [c].¶ † Jtē

c no.qđ a iuramēto de ſoluēdo vel aliqđ iplēdo caſu neceſſitatis

2 vel impoſſibilitatis ceſet except'.ꝛ ſic iurans ſoluere non eſt p iurus ſi neceſſitate impellēte nō impleuit iuramentū.An autē difficultas excuſet a piurio.tanget̄.j.eo.breui.¶ Jtem nota qđ ille cui conceditur eccl'ia videt̄ poſſe obligari ad ſoluēdū annuā [illegible]ſionē:ſed hoc poteſt intelligi qñ qs locauit eccleſiam hoc eſt [illegible]entiones eccleſie p certo reddituannuo.vt no.glo.in.c.quere [illegible]n.j.ne pla.vi.ſuas.vel forte erat eccl'ia annexa ꝓbende p quā [illegible]carius etiā ꝑpetu' tenebat̄ ſoluere certū qđ annuatim ipſi ca [illegible]onico habenti prebēdā:cui dicta eccl'ia eſt annexa.¶ Jn glo. pe.ibi cū ſit infamis ſm̄ canones.ꝛ iterdū etiā eſt infamis ſm̄.l. vt ptꝫ in.l.ſiqs maior.C.de trāſac.ꝛ dixi in.c.teſtimoniū.ſ.de te ſti.¶ Jn glo.ſi.ibi ꝛ in modū quaſi denūtiationis.hinc collige ſcđam ſolu.nā vr̄ qđ nō ſolū agebat̄ ad pēſionē nō debuiſſet pri uari etiā ſi erat ꝯductor ex quo id nō agebat̄.arg.ſ.de ordi.cog. c.ij.Jō forte data fuit hec ſcđa ſolu.poſſet etiaꝫ dici ꝙ papa ex officio noluit iſtū priuari ex quo ꝯſtabat de piurio.ar.xxiij.q. iij.c.ecce.¶ † Jn ea.gl.in v.ſed nunqđ veniēs ꝯ ꝓmiſſionē fidei

3 interpoſitiōe vallatā ſit priuād' ſicut qñ venit ꝯ ꝓmiſſionē iuratā.gl.vr̄ ſentire ꝙ ſic in.c.ſi.j.ne pla.vi.ſuas.lꝫ cōtrariū videt̄ velle Archi.in.c.iuramēti.xxij.q.v.nā lꝫ expareat̄ ꝯſtatio fidei ꝛ iuramētū.ſ.qđ me.cau.ad aures.j.de fideiuſ.ꝑuenit.ꝛ.d.c.ſi. tñ differūt in impoſitione penitentie:q2 maior imponit̄ penitetia periuro.vt no.glo.in.c.clericus.j.eo.ꝛ facit qđ habet̄ in.c.ij. xxij.q.v.ꝛ pro hoc etiā facit q2 non reperitur expſſum qđ iſtud crimen inducat priuationē beneficij:ergo etiā in illo crit.ſec'.p id quod no.glo.xv.q.viij.in ſumma.ꝛ maxime q2 non videt̄ eadem ratio per oīa.ex quo minor penitentia imponit̄ et ſic min' cēſet̄ delictū.xxiiij.q.j.nō afferamus.facit qđ no.in.c.j.de ſepul. in.vj.per Arch.et nota diligēter gl.que eſt in ſumma.xv.q.viij. inꝗtum notabi.cōcludit qđ pro nullo crimine dꝫ clericus deponi niſi inꝗtum reperiret̄ in iure expreſſum qđ eſt valde nota bile.ꝛ de materia per Jnno.ꝛ gl.ſ.de temp.or.in.c.ex tenore.et ſ.e.in.c.ſicut.ſed tu vide aliā glo.in.c.j.lxxxi.diſt.

1 ☞ Pro iuramēto temerario videt̄ qs deponēd' a bñficio.
2 Jurans duo iuramēta cōtraria qđ ſeruare teneatur.
3 Periurus quis dicatur.
4 Juramentum iocoſum an ſit peccatum.

d **Tu nos.** Si preſentat' [d] iurat preſentanti de antiquo cenſu augēdo ꝛ poſt ea contrarium iurat valet ſcđm iuramentum et non primū.tñ ab eccleſia remouebit̄.h.d.primo conſultatio.ſcđo

Ayuntamiento de Madrid

tio.secũdo respõsio.scd'a ibi tua igit. ¶ No.ꝙ vbi ab eodẽ duo iuramẽta cõtraria prestant diuerso tpe:si primũ est illicitũ scd'z aũt licitũ seruari dz scd'z ꝛ nõ primũ.sec⁹ aũt ecõtra:si primũ est licitũ:qꝛ tunc scd'm cõtrariũ censet illicitũ.ꝛ sic nõ seruãdũ.j.eo. c.intellecto.ꝛ hĩ facit qd not.glo.j.eo.in.l.licet mulieres.in.vi. ¶ Item not.ꝙ iuramentũ prestitũ contra ius canonicũ censet
1 illicitũ.de quo in glo. ¶ † Item no.ꝙ pro temerario iuramẽto quis videtur deponẽdus a beneficio.ꝛ sic pertrãsit hic do.Ant. sed contra istud videt tex.cũ gl.j.e.sicut nostris.ideo potes dicere ꝙ hic est speciale qñ ab eodẽ duo contraria iuramẽta fuerunt prestita:qꝛ inspecta eius intentione nõ poterit esse absqꝫ periurio.al's erit secus.ꝛ sic intelligat cõtrariũ.facit quod no. glo.xv.q.viij.in summa.ꝛ qd dixi.s.c.proxi. ¶ Item no.modũ prouidendi de rectore ecclesie patronate qꝛ dz presentatio fieri de promouendo in rectorem p patronos epo.et eps debet instituere presentatum si est idone⁹.de quo.j.de instit.c.j.et.ij.facit quod habetur in.c.cum in illis.de preben.in.vj.que autẽ sit forma iuramenti.qd prestare debet rector curate vel nõ curate
2 ponit hic Host.ꝛ Jo.an.post eum. ¶ † In gl.j.ibi neutrũ tamen seruabit.supple postꝙ erit remotus:sed anteꝙ remoueat debebit seruari secundũ non primum. ¶ In gl.ij.ibi temerario iuramento ꝛ sic vult gl.iuncta cum tex.qd pro temerario iuramento quis posset deponi:sꝫ dic vt dixi in notabilibus:qꝛ hoc verum qñ duo contraria iuramenta fuerunt prestita ab eodem quo casu inspecta intentione iurantis habuit animũ periuriũ cõmittendi:nec illud inspecta intentione videtur potuisse euitare.vt dicit litera.sed tamen venera q̃tum ad veritatẽ potuit euitari periurium seruando secundũ iuramẽtũ ꝛ non primũ:ad qd seruandũ non tenebitur cũ esset illicitũ.xxij.q.iiij.c.in malis. secus vbi vnicũ est tantum iuramentum.ꝛ est temerarium:quia tunc non deponitur.vt.j.eo.sicut nostris. ¶ In ea.gl.ibi nullũ est peccatum nõ est:qꝛ ex corde procedit peccatũ.facit qd habet in.l.qui in iure.ff.de iniur.ꝛ in.c.hões.alleg.in glo.ꝛ ideo cum non habeat animũ peccandi:si credit verum esse quod iurat nõ dicitur peccare.ꝛ intellige ꝙ nõ peccat mortaliter neqꝫ venialiter si adhibuit diligentiam quã potuit in inuestigando veritatẽ.al's si fuisset illata culpa peccaret mortaliter:quia crassa seu supina ignorantia nõ excusat.de consti.c.ij.libr.vj.et in.c.qꝛ ex. xxviij.dist. ¶ In ea.ibi dicitur indiscretum iuramẽtũ. ¶ Not. bene ex glo.quod lato sumpto vocabulo periurus dicitur q indiscrete iurat iurãdo illicitum. Idem etiam voluit Ray.in sua summa titu.de iuramento ꝛ periurio ꝛ clarius ibi glo:sup tex.
3 Ray. † sꝫ proprie ꝛ stricte periurus dicitur qui venit cõtra iu-
4 ramentuꝫ licitum a se prestitum. ¶ † In ea.gl.in fi. No.bene ex glo.qd si quis ex ioco'a.leuitate.ꝛ sic p iocum:vel incaute forte ex lapsu lingue iurauit falsum:cũ tunc non habeat intentionẽ decipiendi proximum non incurrit peccatũ mortale sꝫ veniale.et idem sensit glo.in.§.alias.hic allegato.et sic etiam transit hic Jo.an.ꝛ do.Ant.pm Archi.post Thomã in.c.habemus. xxij.q.j.tenet oppositum:qꝛ ex quo adducit deũ in testem iurãdo adest ibi dei contẽptus ꝛ irreuerẽtia.ideo mortaliter peccat sed vbi esset mendacium sine iuramento:tunc glo.posset dicere veritatẽ:qꝛ si fit iocose vel incaute erit veniale ex quo nõ fit animo decipiendi proximũ.al's esset mortale.xxij.q.ij.c.j.ꝛ sic videt intelligenda etiã glo.in.c.ne quis arbitret.xxij.q.ij.licet illa videatur concordare cum ista.

1 Grauius peccat existens in dignitate q̃ alius.et.i.nu.4.
2 Iuramentũ contra officia naturalitatis ꝛ cõsanguinitatis vel pietatis et charitatis censetur illicitum.
3 Pro iuramento temerario debet imponi penitentia.
4 Pena corporalis mitior imponitur existẽti in dignitate ꝛ magis punitur vilis q̃ non vilis.
5 Iuramentũ de nõ prebẽdo subsidiũ coniuncto an sit illicitum.
6 Iuramentum de non fideiubendo pro aliquo an sit licitum.

**Cum quidam.** Episcopi p periurio puniunt grauius q̃ alij. h.d.primo. ¶ Item illicitum est iuramentum de nõ loquendo vel nõ prebendo subsidiũ personis cõiunctis.h.d. ¶ Et sic sunt due partes que patent.scd'a ibi illi vero.
1 ¶ † No.j.ꝙ plus peccat existẽs in dignitate q̃ alius ꝛ presertiꝫ habens alios corrigere.et exemplum prebere:p hoc bene facit quod habetur in.c.precipue.xj.q.iij.ibi dicit beatus Grego.prelati tot mortibus digni quot perditionis exẽpla ad alios trãsmittunt.et est durũ verbũ cõtra prelatos si bene ponderaret. ¶ Item no.ꝙ facta superiorũ de facili ab inferiorib⁹ trahũtur in exẽplũ.vnde alibi dicit ꝙ prelati sunt tãq̃ signũ ad sagittã.j. de accusa.qualiter.el.ij.et alibi etiã dicit talis presumitur inferior ꝛ subiectus qualis superior.facit quod habetur.vi.q.j.in.c.
2 oues.ibi dicit e cõponitur orbis regio ad exẽplũ. ¶ † Itẽ not. ꝙ iuramentũ contra officia naturalitatis ꝛ cõsanguinitatis vel pietatis ꝛ charitatis censet illicitũ.ꝛ ab eo potest qs absolui ad cautelã. ¶ Item no.ꝙ nõ loqui attinẽtib⁹ videt esse peccatus.ꝛ
3 cõtra humanitatẽ ꝛ instinctũ naturalẽ. ¶ † Ultimo no.ꝙ pro temerario iuramẽto dz iniungi penitentia.ꝛ ad cautelã etiaꝫ fieri
4 absolutio. ¶ † In glos.j.in fi. Cõcludẽ ꝙ aut querimus de pena in foro cõtentioso aut in foro penitẽtiali.primo casu,aut queritur de pena corporali.ꝛ tũc minus punit existens in dignitate.ꝛ magis punitur vilis q̃ non vilis.vt probatur in.l.ij.C.vt nemo priua.ꝛ in.c.qui contra pacem.alleg.in gloss.nam lꝫ minor pena imponat existenti in dignitate.tñ inspecta conditione persone censet esse maior q̃ si eadẽ pena imponeret nõ existenti in dignitate.facit qd habet in.l.j.ꝛ.ij.C.vt.j.cer.tps crimi.act.termi.aut agitur de pena pecuniaria.ꝛ tunc plus punit existens in dignitate:qꝛ presumit magis abundãs in pecunijs:vt hic voluit sentire glo. ¶ Secũdo casu tũc põt dicere.vt sentit glos.ꝙ aut cõstat quis plus contẽnat seu cõtẽpserit ꝛ ille intelligit magis peccare.ꝛ sic maior penitẽtia illi venit imponẽda. ¶ Aut est dubiuꝫ ꝛ tunc existens in dignitate in dubio plus censet cõtẽnere quia plura a deo recepit.ꝛ sic magis deo est obligatus.et in eo maior videt esse ingratitudo.ideo magis videt peccare ꝛ presertim qa eius gesta facilius trahunt in exẽplũ.ꝛ maior dat alijs audacia delinquẽdi.facit qd habetur in.c.precipue.xj.q.iij.ꝛ de materia per Jac.de bel.in.l.presby.C.de epis.ꝛ cleri.ꝛ per Cy.in.l.nemo. C.de sum.trini.ꝛ adde etiã quod habet in tex.ꝛ in glo.j.de statu
5 mona.ea que.in.iij.glo. ¶ † In gl.penul.ibi ad cautelã.ꝛ sic non de necessitate.ꝛ hoc credo verum in casu hui⁹.c.quicquid dicat Inno.hic.cum iuramentũ in casu isto est illicitũ ꝛ contra rõneꝫ, vt hic expresse dicit.ꝛ p cõsequẽs nõ obligat.vt in.c.inter cetera alleg.in glos.ꝛ.c.in magis.ea.causa ꝛ.q.ꝛ quasi p totũ.nã inquantum fit iuramentũ nõ loqui patri vel matri videt esse contra reuerentiã quam tenet prestare filius parẽtibus scd'm etiam preceptũ diuinũ iuxta illud honora patrẽ ꝛ matrem vt sis longeu⁹ super terrã.ꝛ ideo tale iuramẽtũ videtur illicitũ.ꝛ similiter si qs iurat nõ loq sorori vel fratri videt esse ɔtra charitatẽ.qua astringitur qs fratri vel sorori ꝛ ideo videt esse illicitum:si aũt quis iuraret non loq alicui extrãneo:tũc si iusta causa subesset.forte qꝛ esset homo discolus.ꝛ proferret malas ꝛ corruptibiles locutiones videt ꝙ seruari debeat iuramentũ:cũ seruari possit sine interitũ eterne salutis.ꝛ hoc tenet hic do.Ant.secus si cessaret causa predicta scd'm eum:qꝛ iuramẽtũ tale videt prima facie nutrire odiũ.ꝛ sic esse illicitũ sꝫ forte põt dici cõtrariũ:qꝛ tale iuramẽtũ videt posse seruari sine interitu salutis eterne,sicut et qñ iuro nõ intrare domũ martini.ꝛ ideo dz seruari nisi forte cueniat casus.in quo pp̃ter salutem primi expediat loqui vel intrare domum.per id qd no.Archi.in.c.inter cetera.xxij.q.iiij.ꝛ qd nota-
6 uit do.Anto.s.eo.c.si vero. ¶ † Quid aũt si quis iurauit nõ fideiubere pro aliquo nunqd censeat iuramẽtum esse licitum. Lau. tenuit ꝙ sic.qꝛ sicut potest quis iurare pro vtilitate proximi.ita multofortius pro persona sua pp̃ria cũ prima charitas incipiat a seipso.ꝛ sic not.Archi.in.c.non est.xxij.q.j.ꝛ tangit Joã.an.in c.j.laicus.de fo.cõpe.li.vj.ꝛ videt hoc maxime procedere in ... per ea que habent.xj.q.j.c.te quidẽ. Jo.an.in addi.Spe. ... refert hic do.Anto.dicit hoc verum saluo:nisi salus proximi periclitaret ex nõ fideiussione.nam tunc nõ tenet quis ad obseruantiã iuramenti:qꝛ videtur tendere in deteriorem exitum.ꝛ sic nõ obligat.xxij.q.iiij.in.c.si aliqd.ꝛ qd no.do.Anto.in d.c.si vero.s.eo.ꝛ ideo iste casus intelligitur exclusus a iuramento in dubio.ꝛ si iurans vellet ipsum esse inclusum hoc respectu esset illicitũ.ꝛ ideo nõ obligaret ꝛ ad cautelã posset peti absolutio.ꝛ sic dicit do.Ant.se de facto fecisse obseruari in ciuitate Ferrarie.ꝛ hoc tene menti:qꝛ qñqꝫ aliqui pp̃ter dãna que recipiunt ex fideiussione iurant non fideiubere pro aliquo Joã.ꝛ ita tenet Oldra.cõs.suo.ix.ꝛ multi sunt destructi pp̃ter istas cautiones.

a ¶ Epi.si q̃ras an cõstituto i dignitate sit deferendũ distinguit sꝫ secundum Bẽ.borch in pri.ꝛ est materia gl. prime in fi. pront et.qꝫ hic distiguit do.Joã.de Jmo.

1 Pro iuramẽto temerario est penitentia imponenda.
2 Monachus an possit ... sine licentia abbatis.
3 Iuramentum prestitum ... iracundie an teneat.

**Sicut ex litteris.** Non valet iuramẽtuꝫ monachi claustrũ abiurãtis.ꝛ sibi de hoc grauis imponit penitentia.h.d. Primo ... ratio.scd'o ... scd'a sicut fidemus. ¶ Not. ꝙ ad stabilitate ... quis obligat ex voto professionis.facit quod habet.xvi ... ꝛ.c.placuit.ibi dicit ꝙ sicut piscis sine aqua sic m... austro viuere nõ põt,intellige spiritualiter. ¶ Itẽ no ... entũ contra precedens ... nõ valet.sed est potiu ... tariũ iuramentũ.ꝛ not ... merariũ iurãs.ꝛ pro tali peccato est penitẽtia iniũgẽda. ¶ ... no.ꝙ iracundia in prestatione iuramenti non excusat ... ¶ Ultimo no.ꝙ di... prioratus nõ liberat quẽ a monacha tu.facit quod habe... de sta.mo.in.c.cũ ad monasteriũ.§.prio ... qd habet.j.de ... ¶ In glo.j.ibi debet maneri hoc v...

Ayuntamiento de Madrid

niſi vellet tráſire ad arctiorem religionem:qꝛ tūc pōt petita tñ prius licētia a ſuo ſupioꝛe.licet nō obtēta.ſ.de r.g.c.lz. ¶ Itē hoc verū niſi ex cā ſuadēte vtilitatē monaſterij ꝛ ex iuſſu abbatis ad tps vellet eſſe in alio loco,vt ptz in.c.ex reſcripto.ſ.e.q̄n extra locum monaſterij ſtant pro obſide ꝑ debito monaſterij. idē in caſu.c.ij.ne cle.vel mo.li.vj.vt q̄n de licētia abbatis eſt in loco ſtudij.alś aūt extra caſus predictos dz i monaſterio mora

2 ri in quo fecit ꝑfeſſionē.† An aūt poſſit monach⁹ facere votū ſine ſui ſuperioꝛis licētia.dic ꝙ nō p ea q̄ habent.xx.q.iiij.in.c. monachos.et qꝛ non cenſet monachus habere velle aut nolle de elec.null⁹.ꝛ.c.ſi religioſus.li.vj.ꝛ.xij.q.j.in.c.nolo.ꝛ.c.nō dicatis. ¶ In glo.ij.in fi.ꝛ ſi clericus renūtiat ſine licētia ſuperioris tz renūtiatio quo ad ipſum vt etiā nō poſſit repetere:ſz non quo ad preiudiciū ſuperioꝛis qn poſſit eū tenere inuitū ad ipſas eccleſiam.vt ptz no.in.d.c.admonet.ꝛ idē dīt in monacho abiurante clauſtrū.vt tenet renūtiatio quo ad ipſū nō quo ad ſuperioꝛē.ſz cōtrariū tenet Inn.qꝛ aliud in clerico ſeculari q pōt eſſe ſine eccleſia aliud in monacho qui nō pōt eſſe ſine clauſtro. xvi.q̄.j.placuit.ꝛ ſubdit ꝙ nō dz abbas dare monacho ſuo literas abſolutiōis:niſi prius habeat monaſteriū:paratū vt tollat materia euagandi.lz de facto q̄n male ſeruet.facit qd̄ habet

3 in cle.vlti.de elec.ꝛ.ſ.d renū.in.c.ſi. ¶ † Extra gl.tāgit hic Jo. an.an iuramētū ꝑſtitū ſub caloꝛe iracūdie habeat obligare ꝛ vr innuere ꝙ nō quaſi nō habeat tūc comitē diſcretionis.cum tñ tres comites dbeat habere ſcz veritatē iuſtitiā ꝛ iudiciū hoc eſt diſcretionē vt in.c.ꝛ iurabit.xxij.q.j.ꝛ.q.ij.c.ad aduertēdū.et ideo ſi iſte prioꝛ nō fuiſſet ꝑfeſſus:ſz merus laicus videt qd̄ nō obligaſſet:etiā tunc iuramētū.ꝛ ſic vr velle ꝙ iuramentum preſtitū caloꝛe iracūdie nō obliget.lz ſit licitū id qd̄ iurat.ꝛ lz illud poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne.Sz ſummiſte vt hic refert.d. Anto.cōiter tenēt cōtrariū.vcz ꝙ iuramentū ſit ſeruandū:ſi ſeruari pōt ſine interitu ſalutis eterne.dicit tñ ꝙ lz hoc ſit tutius ſatis pōt dici.ꝙ ſi caloꝛ iracūdie fuit tant⁹ ꝙ illud deliberate nō fuiſſet tunc:qꝛ hec volūtas non eſt diſcreta non ſit obligatoꝛia vel ſaltē de facili eſt ꝑ epm cōmutāda.de quo remittit ad no.p Ray.in ſua ſumma.in ti.de iuramēto circa prin. ibi gl.ſup tex. Ray.tz ſimpliciter tale iuramentū obligare:qꝛ in culpa vr eſſe taliter iurans.ꝛ ideo ſibi imputandū.facit qd̄ habetur.de reg.iur.dānum.lib.vj.

a ¶ Uaſall⁹. idem ſummat hic.d. Abb.quez vide ꝛ eius diſtin.quā ponit dſic. extra gloſ. Et ſi dīt q̄n iuramētū dicatur pſonale et q̄n extendit ad ſucceſſores.diſtingue vt hic p do. Henri. boych.ipn. que diſtinctio caditſu p gl.tertiā. huius.c.

b ¶ A iuramēto.eodē modo ſummat hic do. Abb.nihil addito:nihilꝙ dimi nuto.

1 ☞ Iuramētum ratione dignitatis alicui preſtitum eſt reale et tranſit ad ſucceſſoꝛem in dignitate.

2 Rex Sicilie dz fidelitatē ꝛ homagium romane eccleſie.

3 Homagiū in homagio preſtat qs fidelitatem nullo excepto.

4 Uaſallus qui iurauit prelato an teneat iurare ſucceſſoꝛibus.

# Ueritatis.

a Uaſall⁹ q̄ iurauit prelato ſucceſſoꝛib⁹ iurare nō tenet.h.d. Et b primo deciſa cōſultatiō.ſcdo riſio.ſcda ibi · ridem⁹. ¶ Mo.i.arg.p ſimplicitate amplectēda.facit qd̄ legetur hic in glo.ij. ¶ † Item no.ꝙ iuramētum rōne dignitatis

1 ꝑſtitum ex parte eius cui preſtatur realiter,poteſt intelligi eſſe reale.ꝛ tranſit ad ſucceſſoꝛem in dignitatte illi cui preſtat illi obligat ac ſi illi iuraſſet qd̄ videt verū:quādo qs iurauit prelato recipienti pro ſe ꝛ ſucceſſoꝛib⁹.per id qd̄ tangit in gloſ. ex parte aūt preſtantis iuramētū ſemp eſt pſonale vt hic ... Inno.nā lz pactū poſſit eſſe reale ex parte paciſcētis.ꝛ ex parte eius cui ſit pactum.l.iuriſgētiū.ſ.pactoꝝ.ff.de pac.... ſecus eſt in iuramento etiam ſi quis iuraret pro ſe et ſuis heredibus. qꝛ animā alterius qs nō pōt obligare ſine illius ſpeciali mandato.facit de elec.vt circa.lib.vj.et ſic ad penā ſpiritualem ... lz poſſet ad penā tpalem ſeu pecuniariā.per id qd̄ habet in.d.ſ. pactoꝝ.ſz animā ſuā qs bene pōt obligare plurib⁹.et ſic recipiēti ꝛ ſucceſſoꝛib⁹ ei⁹.ꝛ ad hoc ſepe alle.iſtud.c.cū dicto Inn.

2 ¶ † Itē no.ꝙ rex Sicilie nō ſolū dz fidelitatē:ſz etiam homagium romane eccleſie.ꝛ qd ſit ꝓprie homagiū no.glo.in clemē.

3 paſtoꝛalis.verſi.verū.ſ.de re iud. ... in homagio preſtat quis fidelitatē recipienti nullo excepto ... fidelitas pōt preſtari alicui excipiēdo in fidelitate aliquos ... contra quos non vult extendi fidelitatem. ¶ In glo.iij.ibi vel dicas verius hoc cōiter tenet.ex quo ipſa facit ratio.qꝛ iuramentū nō dz ſine cauſa preſtari.ſ.eo.ꝛ ſi chriſtus.ꝛ ideo ſi ſe... ꝑſtitū taliter ꝙ obliget iurātē ſucceſſoꝛi recipiētis nō ... rato preſtari.ſecus vbi non eſſet taliter preſtitum ... beret preſtari poſtea ſucceſſoꝛi:ex quo primū fui... reſpectu etiaz recipiētis.ꝛ ſcdm predicta etiā dei... agi iura alleg.in cō

4 trariū quo ad iuramētū:† quia ſi ... us iurauit fidelitatem recipienti pro ſe ꝛ ſucceſſoꝛibus non tenebit poſtea iterato preſtare ſucceſſoꝛi:tenebit tñ tūc ... iurā petere infra annū per iura alleg.in glo.ab ipſo ſucceſſoꝛe ... aliter tenebitur liberus facere profeſſionez:ſeu profiteri ſe ... eccleſie,ꝛ ſucceſſoꝛi prelati qui eum manum iſit ꝛ liber ... dit.ꝛ hoc q...

iſtis eccleſijs non fundat intētionē ſuam de iure cōi.ideo ne pereat ex lapſu tēpoꝛis memoꝛia eius iure eccleſie dz fieri dicta ꝓfeſſio.ꝛ ſimiliter inueſtitura accipi per feudatariūz eccleſie a ſucceſſoꝛe platiſicut etiā accipit a ſucceſſoꝛe laici dñi a quo habet feudum vt habet in vſibus feudoꝝ in ti.de ꝓhibi.alie.feu.per ſede.in.l.imperialē.ſ.preterea.ꝛ illa eſt cōſtitutio fe.quam gl. vult allegare.vbi aūt clericus vel prelatus iurauit fidelitatē pape ſcdm foꝛmā.c.ego.ſ.eo.non tenebit ſucceſſoꝛi ꝑfeſſionem aliquā facere:qꝛ de iure.cōi fundata eſt intētio pape ſu⁹ omnib⁹ clericis ꝛ prelatis:cum oēs predicti ſint ſibi ſubiecti. ¶ Itē aduerte qꝛ clerici poſſunt cogi ad preſtādum iuramentū ... elato ꝛ ſucceſſoꝛi.per id qd̄ habet in.d.c.ego.ſed laicus feudatari⁹ videtur ꝙ non poſſit cogi ad preſtādum iuramentūz niſi recipienti.et ſic lz poſſit iurare recipienti ꝛ ſucceſſoꝛibus:tñ non cogit ſi nō vult preſtare niſi ipſi recipienti.ꝛ tunc poſtea moꝛtuo recipiēte debebit preſtare ſucceſſoꝛi.ſecus q̄n fuiſſet preſtitum recipiēti pro ſe ꝛ ſucceſſoꝛibus vel recipiētis ſucceſſoꝛib⁹ que duo idē videntur impoꝛtare.per id qd̄ habet in.d.c.ego.ꝛ tūc nō teneat iurare vt pꝛobatur per iſtū tex.ꝛper predicta patet ꝙ attēdi debet foꝛma iuramēti.nam ſi cōſtat ꝙ preſtitū fuit etiā pro ſucceſſoꝛibus:ꝛ ſic ꝙ fuerit reale ex parte recipiētis non debebit poſtea reiterari.ſecus ſi non conſtat ꝙ fuerit perſonalis in dubio aūt dicit hic do. Anto.ꝙ ſi iuramentū ſit ſimpliciter preſtitū prelato in materia in qua quis pōt cogi ad preſtādum etiā ſucceſſoꝛi:tunc intelliget realiter preſtitum.facit qd̄ habet in.l.ſi vno.ff.loc.alś ſecus:ſed certe videt ꝙ attendi debeat foꝛma iuramēti:cū illā ſpecifice debeat impleri.ſ.eo.ad noſtrā.ꝛ ideo videt ꝙ ſi nō eſt facta mētio de ſucceſſoꝛib⁹.ex quo iurauit ſimpl'r fidelitatē recipiētis nō videt ꝙ obliget reſpectu ſucceſſoꝛis ex quo hoc nō fuit dictū.licet ad hoc potuiſſet cogi. ¶ Itē aduerte inquantū dixi iuramētūz eſſe perſonale ex preſtantis parte.ꝛ obligare realiter ex parte recipientis:ſi realiter ſit preſtitūz intellige verū niſi reſpect⁹ ceſſet cuius pretextu quis iurauit.ꝛ ideo ſi tanꝙ canonicus iurauit ſi poſtea renūtiauit canonicatui nō obligabit ex viribus dicti iuramēti facit qd̄ habet.ſ.de cenſi.ſignificauit.quod intelligit do. Anto.procedere:etiā ſi poſtea reſtituat ſeu de nouo pꝛomoueat ad canonicatū:qꝛ non obligabit ex viribus primi ſacramēti cū iſtud fuerit preſtitum reſpectu primi iuramenti qd̄ fuit extinctū facit quod habetur.ſ.de renuntia.c.cum inter.

1 ☞ Metus amiſſionis rerum an ſit iuſtus.

2 Juramentum metu extoꝛtum eſt temerarium.ꝛ nu.4.

3 Juramentum ſub caloꝛe iracūdie preſtitum an ſit obligatoꝛiū.

5 Ueniens contra iuramentum metu extoꝛtum ꝛ ante abſolutionem an peccet.

# Uerum.

Si iuramēto⁹ p metuz extoꝛto eccleſia ſolet abſoluere ꝛ ei⁹ tranſgreſſoꝛes vt peccātes moꝛtaliter nō puniunt.h.d. ¶ No.ꝙ iuſtus dicit eſſe metus vbi timet periculū vite ꝛ rerūz.et hoc clarū ſi copulatiue vtrūꝙ interueniat.Idē ſi primū tm̄:ſi aūt interueniat ſolū ſcdm ſcz†metus amiſſionis rerū:tūc ſi omniū vel maioꝛis partis idē dicendū.p id qd̄ habet.ſ.qd̄ me.cau.abbas.

2 ꝛ de reſti.ſpo.frequēs.in.vj. ¶ † Itē no.ꝙ iuramētū metu extoꝛtum velut habēs annexam voluntatem.lz coactum eſt obligatoꝛium ꝛ indiget abſolutione.de quo.ſ.eo.ſi vero. ¶ † Itē no.qd̄ hoꝛtādi ſunt iurātes etiam per metum ad obſeruantiā iuramenti:ſi tñ nō ſeruauerint non ſunt tanquam pro moꝛtali puniendi.

3 ¶ † In gloſ.ij.in fi.facit gl.iſta ad.q.quā tetigi.ſ.eo.ſicut.vcz an iuramentū factū ſub caloꝛe iracūdie obliget.nā videt ꝙ ſic:ſicut obligat iuramētum preſtitū per metū vanū:qꝛ eſt tñ quid imputet iuranti hoc etiā tenuit expreſſe glo.ſup ſum. Ray.in ti.de iuramēto ꝛ periurio in verbo tria.ꝛ facit etiam qd̄ no.gl.ſup ſumma Ray.in ti.de vo.in prin.vbi tangit de muliere exiſtēte in periculo in partu ꝛ vouente.ꝛ ſimiliter de exiſtente in periculo foꝛti in mari tpe tempeſtatis:an teneat ſeruare cōcludit ꝙ ſic.idem

4 etiam ſatis voluit Archi.xvij.q.ij.in.c.gonſaldus. ¶ † In gloſ. abſoluerit.in fi.ꝛ ſic tenet gl.ꝙ iuramentū extoꝛtum per metuꝫ etiā cadentē in cōſtantem virum obligat.ꝛ hec eſt cōis opi.vt dictum fuit.ſ.eo.ſi vero.legiſte tñ vident tenere cōtra in auſ.ſacramenta.C.ſi aduer.ven.per illū tex.dum dicit per vim autem:vel per metū extoꝛtum nullius eſſe momenti iubemus:ſed certe poteſt dici primo ꝙ illud ꝓcedat de iure ciuili.ſecus de iure canonico vt eſt dictum qd̄ in hoc preiudicet iuri ciuili:qꝛ in materia iuramēti potius dz ſeruari ius canonicum ꝙ ciuile:etiā coꝛā iudice ſeculari.vt in.c.cum cōtingat.ſ.eo.ꝛ.c.lz mulieres.ſ.eo.li.vj.et qd̄ no.glo.in regula poſſeſſoꝛ.de regu.iur.lib.vj.ꝛ qd̄ not.legiſte in.l.priuilegia.C.de ſac.ſanc.eccle.vbi patet ꝙ in materia ſpirituali:vel in materia peccati prefertur ius canonicum iuri ciuili etiā coꝛam iudice ſeculari.de quo etiaz in.c.j.de ope.no.nuntia. pōt etiam dici ſcdo ꝙ ille tex.dum dicit nullius momēti intelligatur ꝙtum ad effectum:qꝛ abſolutio pōt peti a tali iuramēto

facit

Ayuntamiento de Madrid

facit quod habetur in ſimili.in.c.ij.ꝛ quod ibi dictū fuit.ſ.eod.
¶ In glo.pe.in fi.Not.bene ex gl.ꝙ iuramētū etiam per metū
cadentē in conſtantē virum extortū ſeruari debet dūmodo hoc
fieri poſſet ſine interitu ſalutis eterne,lʒ poſſit peti abſolu.ſi tñ
non ſeruet:nō dʒ nō ſeruās puniri tanꝗ̄ pro directo piurio.et
tanꝗ̄ pro mortali:qꝛ metus attenuat culpā.facit qđ habet.ſ.ꝙ
me.cau.ſacris.ꝛ ideo hoc reſpectu pōt dici ꝙ iuramētū ꝑ metū
extortū parū obligat.vt dicit glo.ſequēs.Et aduerte qꝛ gl.pōt
intelligi dupliciter vno modo ꝙ gl.loquatur etiā qñ nō eſt ha
bita abſolutio a iuramēto.ꝛ ſic intelligit glo.Io.an.ꝛ ſimiliter
tex.in ver.ceterum.vſqʒ ad ſi.ꝛ ſic videt† ꝙ veniēs contra iura
mētū metu extortū.ꝛ ante abſolutionē nō peccet mortaliter ſʒ
venialiter.ꝛ hoc ſatis ſentit gl.in.§.alias.xxv.diſt.in glo.fi.ſed
Tho.in.ij.ij.vt dixi poſt Cal.in.c.ſi vero.eo.ꝶ.tenuit contrariū
vcʒ ꝙ veniēs cōtra iuramentum metu extortum:ante abſolu
tionē peccet mortaliter ꝓpter contēptū dei,ꝛ eius irreuerētiā.
vnde debuit potius pati dānum rerum tēporaliū ꝙ deum cō
tēnere et eius reuerētiā.ſ.qđ me.cau.ſacris.Nec ob.iſte ver.ce
terū.qꝛ pōt intelligi poſt abſolutionē,ꝛ ſic etiā poſſet intelligi
ſcđo modo hec gl.ꝛ iſtud ſatis vr mihi de mente litere cuius in
effectu ſenſus eſſe vr ꝙ lʒ debeāt abſolui iurātes a talib⁹ iura
mētis:tñ vt conſultius agat ꝛ auferat materia deierādi hoc eſt
veniēdi cōtra propriū iuramentū nō dʒ eis expreſſe dici:intelli
gēs qñ abſoluunt vt non ſeruent iuramēta:ſʒ ꝙ ſi ea non obſer
uēt:nō ſunt tāquā pro mortali crimine puniēdi.vñ dicit etiam
Inno.ꝙ niſi tales abſoluant vel niſi dicant verba de qbus hic
ꝑ habētē poteſtatē abſoluēdi vel ſimilia nō erūt abſoluti.et ſic
vult ꝙ ſi aliter nō abſoluerent:ſi tamē dicit eis non tibi dico ꝙ
nō ſerues non punieris vt ꝓ mortali habebit vim abſolutiōis
vt videtur velle hic Inno.facit qđ not.gl.in.c.ſi inimicus.xciij.
diſt.dicit etiā Cal.ꝙ ſi iſte tex.in ver.ceterū.intelligat ante ab
ſolutionē facit cōtra Io.an.inquantū dicit ꝙ ſi nō ſeruet iura
mentū nō eſt quis tanꝗ̄ pro mortali puniend⁹.nā ſcđm ipſum
Ioā.cal.innuit litera ꝛ mortaliter peccet:ſed qđ non eſt puniē
dus tanꝗ̄ pro mortali:hec tñ ſolutio non multū mihi placet:qꝛ
ſi quo ad deū peccat mortaliter:ergo eccleſia etiā debet eū puni
re tanꝗ̄ ꝓ mortali ꝛ qꝛ oīs chriſti actio eſt noſtra inſtructio.ij.q.
j.deus oīpotēs.ꝛ ideo debet eccleſia punire tanꝗ̄ ꝓ mortali:ſʒ
tñ minuitur pena quaſi iuramentum fuiſſet ſponte preſtitū:qꝛ
tūc veniendo cōtra,magis peccaret.ſʒ metus attenuat aliqua
liter ipſum crimē.ſ.quod me.cau.ſacris.ꝛ ideo plus placet in
tellectus ꝙ iſte ver.ceterum.intelligat poſt abſolutionē.tñ vt
dixi Io.an.intelligit ipſum.ꝛ glo.hic poſitā.etiā ante abſolu
tionē.ꝛ ſic etiam videt intelligere gl.ſi.in.d.§.alias.ꝛ Tancre.ꝛ
Guil.Naſo.hic.ꝛ etiā Hoſt.ꝛ ſic videt communis opinio cano
niſtrarū ꝙ veniēs contra iuramentum per metū cadentē in cō
ſtantem virum extortū nō peccet mortaliter.ꝛ tanꝗ̄ ꝓ veniali,
ꝛ non pro mortali debeat penitentia imponi:etiā ſi cōtrauētio
fiat ante abſolutionem.ſʒ Tho.vt dixi.ſ.ꝛ in.d.c.ſi vero.tenuit
cōtrariū.vcʒ ꝙ cōtrauenīēs ante abſolutionē peccet mortaliter
ꝛ hoc ſequitur Ioā.cal.ꝛ videtur etiam ſequi Archi.in.c.habe
mus.xxij.qđ.j.ꝛ forte lʒ cōis opinio canoniſtrarū ſit equior.tñ
forte verior eſt opinio Thome ꝑ rōnē quam ſuperius dixi.ꝛ ad
iſtū tex.in ver.ceterū.ꝛ ad glo.hic poſitā pōt rñderi vt.ſ.tetigi.
ꝙ loquatur poſt abſolutionem.

1 ☞ Iuramentum de parendo mandatis alicuius nō extēdit
ad veriſimiliter non cogitata.
2 Iuramentum ſecundum an valeat contra primum.
3 Iurans in cōpromiſſo ſi enormiter ledat poteſt petere abſolu
tionem a iuramento.
4 Iurans creditori a ſtudio non recedere debito non ſoluto ſi pr
vel epiſcopus eum reuocet ꝛ exeat queſita licentia creditoris
ſed non obtenta an ſit periurus.

a VEniens. Si ille^a cui⁹ mādato ſtare iuraui
aliquid precipit contra iuramen
tum per me prius licite factum illud ſeruare non te
neor.h.d. ¶ Et primo impetrantis querela.ſecundo
prouiſio.ſecunda ibi verum qꝛ. ¶ No.ꝙ interdum ex verbis ꝛ
iniuria verbali ſurgunt graues inimicitie qđ ſatis docet expe
1 rientia. ¶ † Item no.ꝙ iuramētum de parendo mandatis ali
cuius non extenditur ad veriſimiliter nō cogitata.facit.l.qui cū
tu.ff.de tranſac. ¶ Item no.quod verba quantūcūqʒ lata rela
ta ad arbitrium tertij cum proferātur ſub quadam confidentia
legalitatis ꝛ bonitatis eius in quem cōpromittit ſi cōtrariuʒ
reperiatur.ꝛ ſic ſi poſtea in effectu fallitur in confidētia taliter
compromittens reducuntur ꝛ reduci debent ad arbitrium bo
ni viri.ꝛ ſic facit tex.iſte ſm.d.Anto.ꝙ ſi compromitto in ali
quem cum poteſtate:vt poſſit etiaʒ enormiter ledere.ꝙ cū hec
verba dicta ſub confidentia quod iſte agat quod ſi omnino irra
tionabiliter me enormiter ledat potero petere reductionem ad

arbitriū boni viri.de quo remittit ad no.j.eo.quintauallis.poſ
ſet tñ dici ꝙ iſte text.nō probat qđ dicit:qꝛ hic nō fuit expreſſuʒ
ꝙ poſſet enormiter ledere.vt pʒ ex litera. ¶ † Item no.ꝙ a ge 2
nerali iuramēto de parendo:cenſetur exceptū id qđ obuiat pri
mo iuramēto.ꝛ no.ꝙ ſcđm iuramentū nō videt valere cōtra pri
mū. ¶ Videtur tñ valere contra preambulā ꝓmiſſionē.vt videt.
hic ꝓbari ſʒ Inno.nam hic interrogatus fuit papa de ꝓmiſſio
ne.ꝛ tñ reſpondet ſolū de iuramēto ergo cōtrariū videt voluiſſe
in ꝓmiſſione.arg.ſ.de pſum.in.c.nōne.ꝛ.xxv.diſt.in.c.qualis.ſʒ
Hoſt.hic tenet cōtrarium.nā lʒ Inno.dicat ꝙ vbi iuramentum
obuiat ꝓmiſſioni preambule ſeruandū ſit iuramentū.ꝛ aliter ſa
tiſfieri debeat de ꝓmiſſo:tñ videt ꝙ ſi ꝓmiſſio:erat licita.cū illa
etiā quo ad deū obligaret.cū inter ſimplicē loquelā ꝛ iuramētū
nō faciat deus differentiā.xxij.q.v.c.iuramēti.videt ꝙ iuramen
tū ſcđo loco pſtitū nō debeat detrahi ad pͥudiciū talis ꝓmiſſio
nis nec dʒ preſumi ꝙ iurādo hoc ſenſerit.ꝛ hoc etiā faciat:qꝛ nō
dʒ fieri mādatuʒ.per qđ derogetur iuri alterius.cū nec papa velit
ſua mādata extēdi ad alterius preiudiciū.ſ.de offic.de le.ſup eo.
nec ob.ſcđʒ eum qđ dicit Innocē.ꝙ debebit aliter ſatiſfacere de
promiſſo:qꝛ inuito creditore non pōt aliud pro alio ſolui.l.ij.ff.
ſi cer.pe.ꝛ ideo dicit ꝙ talia mādata debēt intelligi de mandatis
licitis qñ quis iurat ſtare mandatis alicuius vel aliquorum.ꝛ ſic
vult in effectu Hoſt.ꝙ lʒ papa hic in fi.ſolū dicat de iuramento
qñ mandatū ei pͥudicat.tñ idē intelligat dixiſſe de ꝓmiſſione li
cita preambula cū deus nō faciat differētiā inter iuramentum ꝛ
ſimplicē loquelā.vt dixi.do.Ant.hic nitit cōcordare opinio.nā
ſi prima ꝓmiſſio obligabat pͨciſe.vt qꝛ erat obligatio ad dandū:
tūc iuramētū non habeat illi pͥiudicare:qꝛ nō pōt impleri.ꝓmiſ
ſio de alio inuito creditore ſi aūt ꝓmiſſio nō obligat etiā preciſe
vt contingit in obligationib⁹ facti:vel ſi qs ꝓmittit tradere rem
quo caſu intelligit factū ꝓmittere.l.ſi rē tradi.ff.de ver.obli.tūc
iuramentū cōtrariū tali ꝓmiſſioni debet ſeruari.ꝛ ſi primo pro
miſiſſet tradere rē titio:poſtea iurat illā dare ſeio debebit ſerua
re iuramentū.ꝛ ſoluere intereſſe ipſi titio cū erat obligatus pͨci a
ſe ad ipm factū:ſed poterat vel factuʒ implere vel ſoluere inter
eſſe vt in.l.ſtipu.nō diuidunt verſi.celſus.ff.de verb.obli.ſecus ſi
iuraſſet titio tradere ipſam rē qꝛ tunc primū iuramentum debe
ret ſeruari.ꝛ ſic iuramētum obligaret pͨciſe ad tradenduʒ ꝓpter
eius autoritatē:qꝛ dʒ impleri ſi poteſt ſine iteritu ſalutis eterne
ſ.eo.ſi ver.ꝛ etiā qꝛ hebet in ſe clau.vt oī meliori modo quo po
teſt valeat obligatio.l.cū pater.§.filius matrē.ff.de leg.ij.qđ no.
ꝛ tene mēti:qꝛ ꝑ hoc habes limitationē ad no.in.d.l.ſtipu.nō di
uidunt.inquātum ibi dicit ꝙ obligatio facti qs preciſe non cogi
tur ſeu non poteſt cogi:qꝛ illud videtur verum niſi interuenerit
iuramentū.facit qđ no.glo.parua.in.l.ſi pecunia.ff.de condi.ob
cauſam.ꝛ qđ dixi in.d.l.ſtipu.non diuidunt poſſet etiam ſuſtine
ri opi.Inno.etiam qñ procedit ꝓmiſſio ꝛ obligatio dandi:quia
licet quis ꝓmiſerit titio dare librum:ſi poſtea iurat ipſum dare
ſeio potentior videt ſecunda obligatio ꝓpter autoritatem iura
menti.qñ debet ſeruari ſi fieri poteſt ſine interitu ſalutis eterne
[illegible] ſeruaret dando libruʒ ſeio:nec poſſit ab eo redimere poterit
[illegible]facere titio de valore libri ipſius:qꝛ non poterit preciſe cogi
[illegible]dum ex quo nō habet penes ſe lʒ condēnatio fiat ad dan
dum.l.ſi ſeruū.§.fi.de ver.obli.ſed in executione officio iudicis
ſatiſfiet de eſtimatione:ex quo res haberi nō pōt.ꝛ predicta pro
cedunt qñ iuramentum ſpecifice cōtradiceret ſeu repugnaret ꝓ
miſſioni.ſed vbi iuramentum eſſet generale vt fuit hic tūc forte
procederet opi.Hoſt.vt in dubio nō trahat iuramentū ɔtra pro
miſſionem licitam alteri factam ꝛ pſertim qñ preciſe alteri obli
garet per rōnes per ipſum allega. ¶ † In gl.j.ibi non fuerūt ar
bitri.ꝛ hoc ſatis colligitur ſm Hoſt.quia non iurauit ſtare ſen
tentie:ſed ſtare mandato.ꝛ ſic potius tāquam in bonos viros.ꝛ
tanꝗ̄ in illos qui extraiudicialiter haberent ſe intromittere ꝛ re
prehēdet etiam Hoſt.illos qui dicitur per hāc decre.ꝙ in cauſa
propria non pōt eſſe quis arbitrator ſicut nec iudex.nam hoc nō
probatur hic:quia nō [illegible] tem cōpromiſſum poſſet dici ꝙ
non poſſet cōprom[illegible] qui dicitur obligatus:quia ipſe
ſibi percipere nō pōt[illegible]gatur.l.penulti.ff.de arbi:ſʒ in
illum qui dicitur creditor videtur poſſe cōpromitti tanquam in
arbitratorem.ꝛ ſi inique arbitretur poterit peti reductio per ea
que habētur.j.eo.quintauallis.ꝛ in.l.ſi libertus.ff.de ope.liber.
¶ In.ij.glo.in fi ꝛ ſic facit iſta glo.ꝙ ſi clericus iurauit ſtare mā
dato epiſcopi.ſi poſtea eps precepit ei ꝙ renuntiaret beneficio ꝛ
ꝙ non appellaret quod nihilominus precepto non obſtante po
terit appellare:quia tamen in tali iuramento generali non venit
id qđ in ſpecie quis veriſimiliter non iuraſſet per iura allegat.in
glo. ¶ † In glo.fi.in fi.[illegible] diligenter glo.ſm do.Anto.ad iura 3
menta que apponunt[illegible] laudis ſeu compromiſſis.ꝛ in contr[illegible]
ctibus:quia ſi rep[illegible]tur iurans enormiter deceptus.videtur qđ
poſſit peti abſ[illegible]o a dicto iuramento.nam talis enormis leſio

¶ Si ille. idem ſummat hic.d.Abb.ꝛ ſi q̄ras vtrū iuramētū ſm qđ ɔtriatur vel obuiat primo iuramēto vel ꝓmo ꝓmiſſo non iurato debeat obſeruari.diſtingue vt ꝑ do.Hēri.boych.i pͥncipio.c.



Ayuntamiento de Madrid

ſecundum eũ videt habere in ſe preſumptũ dolũ.de quo plene
4 dicet in.c.quintauallis.j.eo.¶ †Ultimo inducit tex.ad q̃õnẽ ſi filiuſfa.in ſtudio exiſtens iurauit creditori non exire locũ debito non ſoluto:an ſi pater vel ep̃s eum reuocet r exeat q̃ſita licẽtia creditoris:ſ3 nõ obtẽta ſit periurus.et tenuit Fede.de ſenis diſputando.vt refert.d.Anto.ꝙ nõ:q2 in tali iuramẽto intelligitur exceptum ius patris r ius ſuperioris ꝑ iſtum tex.r.j.eo.veniẽtes,ſaluo niſi in fraudẽ ꝓcurauerit ſe reuocari.ar.de offi.delega.paſtoralis.l.r qui data.ff.ex qui.cau.ma.de quo hic plenius per ipſum.

1 ☞ Difficultas excuſat a pena ꝑiurij ſ3 nõ a pena ꝯuẽtionali.

a **BReui.** Si iurãs ᵃ eccleſiã defendere requiſit⁹ ſine iuſta cauſa recuſet periur⁹ eſt:nec appellatio eũ defendit.h.d.¶ Et eſt cõis diuiſio cõſultatio r rñſio.Scõa ibi taliter rñdem⁹.¶ Not.qd aduerſus iuramentũ non excuſat appellatio quominus debeãt impleri excuſat tñ difficultas vel impoſſibilitas implemẽti ei⁹ qd eſt iuratũ a ꝑiurio.facit qd habet in.l.ſi.ff.q ſatiſ.cog.Et ſic no.ꝙ ex cã nõ implẽs iuramẽtũ põt a periurio excuſari.vt hic
1 pt3.r.i.d.l.ſi.¶ †Jn gl.j.in ſi.r ſic cõcludit gl.ꝙ difficultas excuſat a pena ꝑiurij:ſ3 nõ excuſat a pena cõuẽtionali.de quo remittit Jo.an.ad no.ꝑ ſe in regula peccatũ in gl.j.de reg.iu.l.vj.ibi Jo.an.non ꝑfecte loquit pt3 ex no.ꝑ Bar.in.l.cõtinu⁹.§.illud.hic alle.in gl.vñ potes dicere ꝙ ſi pena venit cõmittẽda ex cõdõnis euẽtu,vt q2 obligatio incipit a precedẽti cõdõne:puta ſi tibi nõ dedero ſtichũ infra kalendas ſeptẽbris dabo tibi.c.et tũc difficultas nõ excuſat a pena.l.in illa ſtipulatiõe.ſi kalẽdas.de v̇.obl.r ideo etiã ſi interi3 cõtingat ſtichũ mori.r ſic ꝑ hoc dari nõ poſſe nihilomin⁹ cõmittit pena,r ſic poſſet intelligi gloſ.iſta:ſi vero venit pena cõmittẽda ex mora.vt q2 incipit precedẽte diſpoſitiõe puta ꝓmittis dare ſtichũ in kalẽdis ſeptẽbris.r ſi nõ dederis dabis.c.tũc.vt dicit Bar.in.d.§.illud.vbi difficultas impediret morã impediet etiã penã cõmitti.vbi vero nõ impediret morã, non impediet etiã cõmiſſionẽ pene.Jmpedit aũt morã ꝯmitti qñ in obligatiõe eſt ſpeciẽ dari.no.ꝑ gl.r doc.in.l.qd te.ff.ſi cer.pe.¶ Jtẽ ſi in obligatiõe eſſet factũ.l.ſi vehẽda.§.j.ad.l.rhodi.de iac.vt no.Jo.an.i dicta regula pactũ.qd intellige niſi impedimẽtũ ſupueniret ex facto tertij:ꝯ quẽ ꝑoſſet haberi recurſus.nã tũc nõ impediret ꝯmiſſio pene.l.ij.§.ſi.ff.ſi qs cau.cũ.l.ſeq.r.l.ꝓinde.ff.ad.l.aql.r no.hic Damaſus vt tãgit hic Jo.an.ſi tñ poterit haberi regreſſus ꝯ dictũ impedientẽ vt pt3 in dictis iurib⁹:ſi aũt ſit in obligatiõe dari q̃ntitatẽ: tñ nõ impedit difficultas morã cõmitti in.d.l.cõtinu⁹.§.illud.na3 cum ſit debitũ in gñe:ſicut caſus nõ liberat a preſtatiõe q̃ntitatis.iſta nec liberat difficultas:iõ nõ impediret cõmitti penã cõuẽtionalem:qd intellige qñ pena eſſet in alia re ꝙ in pecunia puta ꝓmittis dare.x.iter kalẽdas ſeptẽbris.r ſi nõ dederis dabis talẽ rẽ..Si aũt eſſet in q̃ntitate puta dabis.l.tũc inciderem⁹ in dubiũ illud an pena adiecta datiõi pecunie intelligat adiecta in fraudẽ vſurarũ.de quo in.l.cũ allegas.C.de vſur.r.j.de penis in.c.ſuã.r.s.de arbi.dilecti excuſat tñ difficultas a pena ꝑiurij:etiã ſi in obligatiõe ſit dari q̃ntitatẽ dũmõ nõ poſſit [illegible] qd iputari ipſi iurãti vt pt3.j.de pig.ſignificãte,an aũt difficultas vel caſus ſupueniẽs excuſat a pena excõicatiõis.dic vt dictũ fuit.s.d te.ti.cog.l.c.ij.in gl.ſi.r ſup ea.r cũ ꝑdicta cõcluſiõe q̃ fuit effectualiter Bart.in.d.§.illud.etiã trãſit hic do.Anto.¶ Jn gl.ij.ibi arg.ꝯ rc.Jo.an.remittit ad no.in Spe.de aduo.§.j.v̇.ſ3 nũqd is cui iurauit vbi cõcludit Spe.ꝙ ſi cõmode veni re põt.r ſic eccleſiã indigere,r cõſiliũ ſuũ vtile d3 venire etiã nõ req̃ſit⁹:ſi ſibi eſt ſatiſfactũ:forte q2 certũ ſalariũ dat annuatim.nã ſatis ꝓm eũ ipſum ſtipulat iuramẽtũ.r req̃rit.¶ No.diligẽter hãc rõnẽ:q2 ꝑ ipſam vr limitari id qd cõiter di ꝙ vbi obligatio h3 diẽ,dies interpellat ꝓ hoĩe.ſ3 vbi nõ h3 diẽ req̃rit interpellatio de quo in.c.potuit.j.de loca:et.l.magnã.C.de ꝯhẽ.ſtipu.nã illud vr verũ:niſi preſtitũ ſit iuramẽtũ.r debitor ſciat creditorẽ indigere.nã tunc vr ꝙ [illegible] appoſita dies tñ ex vi iuramẽti intelligat interpellare.qd [illegible]o.poſſet etiã dici ꝙ in eccleſia contrahit mora re ipſa ſine interpellatiõe fauore eccleſie:ſicut i minore.l.in minorib.r qd ibi no.C.in q.cau.in integ.reſti.nõ eſt neceſ.iũcta decretali.j.s.de reſti.in integ.¶ Jn
b ea.glo.ᵇ ibi nec ipſe tenet iuuare hoc verũ ſi iuraſſet ſub cõdõne ſi ſibi aliqd ſeruaretur:ſ3 vbi ſimpliciter iuraſſet r fuiſſet ſibi promiſſum aliqd qd non eſſet ſeruatũ,r[illegible] ſi tota eccleſia deliqt in nõ obſeruãdo.vt q2 capitulũ fuit interpellatũ vt ſeruaret et nõ ſeruauit tũc etiã ꝓcedit gl.facit qd not.j.de ordi.cog.in.c.ij.ſi aũt ſolus prelatus fuit interpellatus nõ noceret eccleſie factũ prelati.j.de reg.iur.delictũ.li.vj.¶ [illegible] deberet iuuare eccleſiã,r agere cõtra eã ad obſeruãtiã [illegible] predictis no.qd factum prelati põt impedire implemẽtum cõditionis:ſed non [illegible] morã cõmitti qd tene mẽti.¶ Jn ea.glo.[illegible] Hoſt.nõ pla-

¶ Si iurãs. Nulla eſt differẽtia in ſummatiõe huius.c.inter do.Joan.r Abb.r vide hic tres diſtinctiones quas ponit H.d.Hẽ.boych.que cadunt optime ſuper hoc.c,r ſunt breues tamen vtiles r cadunt ſuper gloſ.primã huius.c.

b ¶ Jn eadẽ glo.ſup hac gl.adde.d.Abb.hic.

c ¶ Princeps.eodẽ modo ſummat hic.d.Abb.r vid hic diſtinc,do.Henri.boych ſup reprobatione monete cui⁹ ſit periculũ creditoris an debitoris.

cet dictum glõſ.vc3 ꝙ debeat haberi pro periuro.q2 ſcdm hoc poſſet ei auferri beneficium.s.eo.querelã.et ſic pateretur dãnũ vnde debet mereri cõtra id qd habet.s.de renuntia.ſane.r.lvj.diſt.c.ſatis peruerſum.Nõ ob.iura alleg.in glo.q2 loquũtur in matrimonio.vbi timet colluſio.j.eo.tua.r de eo q.cog.cõſang.in.c.ſup eo.r in quo nõ ꝑ alium põt licite deſeruire.ſec⁹ in officio aduocationis qd ꝑ aliũ expediri põt,r ideo ſecundũ eũ poterit dare aliũ eque idoneũ loco ſui ſi reperiat.nã ſalua cõſcientia vr id facere poſſe arg.l.at q natura.§.cum me abſente.ff.de nego.geſt.r ſi nõ poſſet aliũ inuenire tũc iudex habebit conſiderare põderata q̃litate ꝑſone aduocati r cauſe an manifeſte appareat fraus.vt q2 manifeſte appareat de iuſtitia eccleſie.et tũc poterit ꝓcedit ꝯ ipm:ſi aũt manifeſte apparet de bona fide vt q2 apparet manifeſte de iniuſtitia eccleſie.r tũc debebit abſolui.facit de reſcri.c.cũ ꝯtingat.ad finẽ in dubio.vt q2 ſit dubiũ an eccleſia foueat iuſtã cauſam.dicit Hoſt.eum relinquẽdũ ſue cõſciẽtie.arg.j.eo.mulieri.et.q.vij.ſancimus.ſed do.Ant.hic dicit ꝙ hoc caſu qñ eſt dubiũ põt ſaluari glo.q2 eo ipſo ꝙ cõſtat eum nõ defendere eccleſiã apparet eſſe fundatam intentionem dicentis periuriũ cõmiſſum:q2 non defendit vt iurauit:niſi oſtẽdat cauſam fuiſſe iniuſtã.et ſic quicquid ſit de cõſciẽtia eius in dubio niſi aliud appareat reputabitur periurus.r ſic ſaluet gl.non reſpõdet aliter ad rationẽ Hoſt.ſed poſſet dici ꝙ in dubio debet conformare conſcientiã ſuã cum eccleſia.facit.l.ſunt perſone.ff.de reli.et ideo ſi nõ facit.videt eſſe in culpa.ideo imputet ſibi arg.j.de re.iur.dãnũ.li.vj.r facit qd no.j.d ſimo.ꝑ tuas.

1 ☞ Conſiliarij debent cõſulere dño qd bonũ r licitum eſt.
2 Princeps non debet ad preiudicium populi ſtatuere aliquid conſenſu populi.
3 Princeps faciendo pacem an poſſit tollere et remittere dãna data ſubditis.
4 Moneta põt dici falſa qñ eſt legitimo pondere defraudata.
5 Jurans licitum quod credit illicitum,r iurãs verum qd credit falſum eſt periurus.
6 Uenire cõtra iuramẽtũ illicitũ põt quis propria autoritate.
7 Juramentum ſi non poteſt ad vnguem ſeruari : debet ſeruari prout poteſt.
8 Monete falſatores qualiter puniuntur.
9 Pena minor reputatur cõburi ꝙ dari ad beſtias:r dari ad beſtias minor ꝙ puniri vltimo ſupplicio.
10 Monetam falſam expendens qua pena puniatur.
11 Accuſans falſificatorem monete ſi nõ ꝓbat nõ tenetur de preſumpta calumnia.
12 Falſarium monete poteſt quilibet capere propria autoritate et ducere ad iudicem.
13 Uenire cõtra iuramentũ an liceat propria autoritate r quando.
14 A voto abſoluere an poſſit papa ſine cauſa.
15 Periurãs ſcienter eſt infamis infamia canonica ſed qui venit contra tranſactionem vel conuentionem iuratam eſt infamis infamia iuris.
16 Moneta quot modis dicitur reproba.
17 Monetam diminuere an poſſit princeps ſine cõſenſu.populi.
18 Moneta ſi per principem eſt interdicta vel diminuta in valore an hoc cedat in periculo creditoris vt poſſit ſibi de illa ſolui,an vero in periculum debitoris.
19 Moneta vna an poſſit pro alio ſolui inuito creditore.

c **QUanto.** Princeps ᶜ qui iurauit certã ſeruare monetam:ſi ſciebat illã legitimo pondere defraudatam debet penitere de iuramento qd fuit illicitum.r ideo non ſeruãdũ:ſi vero ignorabat:tunc iuramentũ ſeruat ſi illam faciat reſtaurari.h.d.Et primo ponitur facti narratio,r petitio ſupplicãtis.in ſecunda reſponſio.ſecunda ibi ſuper quo.¶ Jn tex.ibi licitu3 fuit ſupple quantum ad mentem:ſi credebat legitimam,r non erat.¶ Jbi vſquequaq3 ideſt omnimodo quo fieri poſſet.¶ Jn tex.ibi a legitimo pondere diminutã ſupple.r tamen nõ erat.r ſic quo ad mẽtẽ cõmiſit periurium,l3 tunc ſeruare iuramentũ nõ eſſet peccatũ.r in hoc differt a verſi.ſi falſam.s.eo.quia ibi credebat eã
1 falſam.hoc eſt in pondere diminutã:ſ3 reuera nõ erat.¶ †No.ex text.primo ꝙ conſiliarij debent conſulere domino id qd ſit bonũ r licitũ.alias non ſunt appellãdi cõſiliarij:ſed potius deceptores.¶ Et no.ꝙ ſepe ꝯſulunt domino illicita ꝓpter pecuniam habendã r cumulandã qd nõ eſt faciendũ.l3 tales vt docet experiẽtia ſepe placeãt dominis.r qualis debeat eſſe cõſiliarius ſatis colligitur in.§.feſtinabis in aut.de mandatis prin.colla.iij.ibi dicit ꝙ d3 eſſe bonus r optimus r purus r cõtent⁹ his q̃ dant ſibi de publico.al's ſi trãſgreſſus fuerit debet expelli.r alius idone⁹ introduci.¶ †Jtẽ no.ꝙ princeps ciuitatis.
2 r Rex nõ põt ad preiudiciũ populi aliqd ſtatuere ſine cõſenſu populi.r ſic a ꝯrio.ſecus intercedente populi conſenſu quod intellige

Ayuntamiento de Madrid

intellige: niſi iuſta cauſa aliud ſuadeat. per id quod not. ſ. de cõ-
ſuetu. c. q in eccleſiarũ. ⁊ qd notauit in ſumma. de pe. Hoſt. §. fi.
3 verſi. ſed pone † ꝙ guerra vbi tangit: an dominus faciẽdo pacẽ
poſſit tollere ⁊ remittere dãna data ſubditis. et dicit ꝙ nõ ſine
cõſenſu ſubditorũ: ſaluo niſi fortaſſe aliter pax fieri nõ poſſet. ⁊
expediret populo pacẽ fieri. facit qd no. p Inn. j. de iniurijs. c. in
noſtra. ¶ Item no. an ſuper iuramẽto dubio, liget potius ca-
dit interpretatio ꝙ abſolutio. facit qd no. ſ. de elec. venerabilẽ.
4 ¶ † Itẽ no. ꝙ moneta poteſt dici falſa: quãdo eſt legitimo põ
dere defraudata. ¶ Item no. ꝙ iuramentũ de moneta falſa cõ
ſeruanda velut illicitum nõ eſt obligatoriũ, ⁊ ideo nõ eget ab-
ſolutione: peccat tamen ſic iurans ⁊ ratione temerarij iuramẽ-
ti iniungitur penitentia. ¶ Item not. ꝙ iuramẽtum de aliquo
implendo ſecundũ opinionẽ ⁊ credulitatẽ liciti obligat iurantẽ
inquantũ ⁊ quatenus eſt licitum. inquantum autem eſt illicitũ
5 non obligat: niſi quatenus ſit reducibile ad licitum. ¶ † Item
no. ꝙ iurans licitum quod credit illicitum ⁊ iurans verũ quod
credit falſum quantũ ad mentẽ eſt periur⁹. ⁊ ideo illi eſt impo-
nenda penitentia pro tali temerario iuramẽto. vt hic colligitur
in ver. verũ. ¶ Item no. ꝙ ſolus papa videtur poſſe interpre-
tari iuramentum. de quo. ſ. de elec. venerabilem. ⁊ j. tangetur ſu-
6 per glo. ij. ¶ † Item no. ꝙ cõtra iuramentum manifeſte illici-
7 tum poteſt quis propria autoritate cõtrauenire. ¶ † Ultimo
no. ꝙ vbi iuramẽtũ nõ põt ſeruari ad vnguẽ eo modo quo iu-
ratur ſeruari debet prout poteſt. ⁊ ſic iuramẽtum videt habere
in ſe clauſulam. ꝙ ſi nõ valet vt iuratur, valeat ⁊ ſeruetur vt põt
ad hoc quod habet. in. l. cũ pater. in. §. filius matrẽ. ff. de lega. ij.
8 cum ibi no. p Bart. ¶ † In gl. prima ibi monetam. principũ
a ſupple que non eſt aurea. ſed ſi falſat auream monetã habet lo-
cum, quod ſequitur in glo. in verſi. ſed qui numos. licet gloſſ. ibi
nõ ponat caſum quando ex toto fabricat falſam: tñ ponit in. l.
quicũq. in gl. alle. Dum dicit qui numos radit, aut tondit: aut
frangit ⁊ ſic comprehẽdit falſitatem ex toto vt etiam pz ex nc.
9 ibi per gloſſ. ⁊ Bar. ⁊ notatur ex glo. argu. † quod minor pena
reputatur comburi ꝙ dari ad beſtias cum maius ſit delictum
falſare monetam auream ꝙ nõ auream de ſe patet. ⁊ ſic maiorẽ
penã meretur. xxiiij. q. j. c. non afferamus. ¶ Item no. ex gloſ.
ꝙ minor penã reputat dari ad beſtias ꝙ vltimo ſupplicio pu-
niri. nam in pena corporali magis debet puniri ſeruus ꝙ liber
cum ſit debilioris conditionis. per id qd no. ſ. eo. cum quidam.
¶ In ea. glo. ibi punitur capite. idest pena capitali. vt pz in. l. j.
hic allegata. ⁊ facit qd habetur in. l. j. C. ad. l. corne. de fal. vbi pe
na capitalis. ⁊ pena capitis pro eodem ponuntur. ⁊ per hoc re
fert hic Gof. ⁊ Hoſt. defenſum fuiſſe quendã qui falſauerat mo-
netam a pena mortis. cũ pena capitalis ſit multiplex vt notat
in. l. ij. ff. de publi. iudi. ⁊ facit qd no. per Inn. in. c. qualiter. j. de
accuſa. lo. ij. ⁊ ideo minor pena mortis potuit imponi, ⁊ debuit
cum pene ſint reſtringende. de peni. diſt. j. §. pene. ⁊ fieri debeat
in dubio mitior interpretatio. j. de reg. iur. in penis. li. vj. Com-
muniter tamẽ per ſtatuta ciuitatis hic imponitur pena ignis.
10 ¶ † Quid autem de expendẽte monetam falſam dicit Bar. in
l. lege. ff. ad. l. corne. de fal. quod ſi expendit numos falſos q ve-
re ſunt ſtagnei vel plumbei debet puniri pena falſantis. ſi vero
expendit aliã monetam falſam dz puniri extraordi. vt. l. faccu-
larij. ff. de extraor. cri. ⁊ per hoc ſubijcit euaſiſſe quẽdam a pena
mortis. et intellige predicta de iure cõmuni in expendẽte ſciẽ-
ter. nam ignorans videt excuſandus. niſi ignorãtia eſſet craſſa
vel ſupina. per id qd habet in. c. ij. de cõſti. libr. vj. ⁊. l. j. C. de fal.
mone. ¶ Statuta tamen quicq etiam expreſſe imponunt penas
talibus expendentibus pecuniã ſcienter. ¶ In ea. glo. in fi. in-
tellige hoc vltimum: qñ ignorantia nõ eſſet probabilis, ſecus ſi
eſſet probabilis. vt qz eſſet in loco valde remoto. vt pz in. d. l. j.
11 ¶ † Item etiã eſt ſpeciale: qz accuſatori preſtatur immunitas:
12 quia non tenetur de preſumpta calũnia ſi non probat. ¶ † Itẽ
eſt ſpeciale: qz quilibet poteſt capere falſariũ propria autorita-
te ⁊ ducere ad iudicem. vt patet in. d. l. j. de alijs autem crimino
ſis, an poſſint capi in flagrãti crimine reperti: habetur in. l. j. de
rapto. virgi. Et not. diligenter ꝙ vbi ſit mẽtio pene capitis ne-
ceſſario non importat penam mortis: niſi aliud appareat fuiſſe
de mente diſponentis prout voluit Ioã. an. hic. ⁊ hec gl. intel-
lecta vt dixi quod eſt ſumme notandum. nã vbi fieret mẽtio de
pena capitali hoc eſſet clarum, ſz vbi ſit mentio de pena capitis
⁊ hoc eſt magis dubium: tamen idem videtur eſſe dicendum p
ea que dixi. ⁊ bene facit quod habetur in. l. j. C. ad. l. corne. de fal.
¶ In gl. ij. ibi. ⁊ in iuramento etiam in eiſdem cauſis. No. bene
equiparari votum ⁊ iuramentum. ⁊ ſic eo caſu quo põt cõmu-
tari, votum: poteſt cõmutari iuramẽtũ ⁊ econtra. ⁊ eo caſu quo
eps poteſt diſpenſare ſuper voto poterit diſpenſare ſuper iura
mento. ⁊ econtra ad idem quod no. per Innoc. ſ. eo. c. ij. ſeu. iij.
ſic. ſ. eo. debitores. ¶ In ea. gl. in fi. Hoſt. vero dicebat ꝙ ſola
voluntate abſoluebat papa eo caſu: quo ſola autoritas intellig
13 tur excepta. vt pz. j. c. proxi. ⁊. ſ. de reſcrip. conſtitutis. † Cõclu-
de ergo latius. ſm do. Anto. qz aut iuramentũ oĩno eſt licitũ. et
hoc conſtat ⁊ tũc põt quis ppria autoritate cõtrauenire. xxij. q.
iiij. in malis ⁊ quaſi per totã queſtionem. ⁊ facit etiã iſte text. an
iuramentum eſt licitũ ex parte preſtantis, ſed non recipientis. vt
pz in. d. c. debitores. ⁊ tũc poteſt abſoluere papa ⁊ quilibet eps
ſuũ ſubditũ. per id quod habetur in. d. c. debitores. ⁊. ſ. eo. c. j. ⁊
quod no. per Inno. ſ. ꝙ me. cau. ad aures. nec eſt neceſſe. qd alia
cauſa extrinſeca adſit: qz ſufficit turpitudo ex parte recipientis.
vt pz in dictis iuribus. ¶ Idẽ dicit do. Anto. ſi contingat reci-
pientẽ iuramentũ locupletari cũ aliena iactura. dũmodo dãnũ
ſit enorme. lz nõ adſit alia turpitudo. per id qd no. ſ. eo. veniens
in glo. ſi. qd an ſit verum patebit ex his que dicentur. j. eo. quin
tauallis. ⁊. c. cũ contingat. Aut iuramentum eſt licitũ ex parte
vtriuſq. idest ex parte recipiẽtis ⁊ pſtantis ⁊ hoc conſtat. ⁊ tunc
aut fuit illicite preſtitum. vt qz fuit per dolũ aut per metum ex
tortum. et tunc eps poteſt abſoluere: etiã per ea que habent. ſ. ſi
vero. ⁊. c. debitores. ⁊ in. d. c. ad aures. Aut fuit licite preſtitum.
⁊ tũc aut fuit preſtitũ in materia ſpectãte ad papã aut pẽdẽte ab
eius poteſtate. ⁊ tunc põt tollere ſolũ ipſe papa. j. eo. veniẽtes. ⁊
ſ. de reſcrip. cõſtitutus. ⁊. j. de cle. nõ reſiden. cũ dilectus. nã ſicut
ſi concernerẽt vtilitatẽ priuatã poſſet priuatus abſoluere. vt hic
not. per Io. an. j. de ſpon. c. ij. ⁊ per Guil. de cug. in. l. labeo. ff. de
iureiurã. ſic ⁊ papa in caſu predicto abſoluere poſſet ſi vero iu
ramentum preſtatur ſup alia materia que nõ pendet a ptãte vel
voluntate pape. vt qz forte quis per iuramentũ vult placere deo
vel alteri priuate perſone vtilitatẽ afferre ⁊ tunc cum cauſa poſ
ſet abſoui papa ⁊ etiam fieri illius cõmutatio ex cauſa quando
tẽdit ad reuerẽtiam dei. per id quod habetur. j. eo. c. iiij. poterit
etiam epiſcopus niſi in caſibus reſeruatis pape per id quod ha
14 betur. j. de voto. c. j. ¶ † An autem ſine cauſa poſſet papa abſol
uere a voto. glo. in. c. autoritatem. xv. q. vi. videtur velle ꝙ nõ de
bet abſoluere ſine cauſa: tamẽ ſi abſoluat tenet abſolutio. Inno.
ſ. de renũtia. in. c. cum inter. tenet ꝙ non põt abſoluere ſine cau
ſa ⁊ idem ſenſit hic glo. ⁊ hoc eſt tenendum quo ad deum, ⁊ quo a
ad forũ penitentiale. ⁊ ſic in foro conſcientie ille nõ eſt tutus quẽ
papa abſoluit ſine cauſa a iuramento vel voto ⁊ hoc etiam vo-
luit glo. valde notabi. j. de voto in. c. nõ eſt. ſed reſpectu fori erit
tutus. quia in dubio preſumitur cauſa, ⁊ non poterit opponi ſi-
bi fractura iuramenti vel voti. facit quod no. in fi. C. y. in. l. reſcri-
pta. C. ſi contra ius vel vtili. pub. ⁊. l. fi. eo. titu. predicta vera vbi
certum eſt: an iuramentũ ſit licitum vel nõ. vbi vero eſt dubiũ
tunc non exigitur abſolutio, ſz interpretatio. ⁊ videt ꝙ ſolus pa
pa habeat interpretari per id qd habetur hic. ⁊. ſ. de elec. c. vene
rabilem. ⁊ qd ibi no. per Inno. Spec. tamen intitu. ij. §. nũc oſtẽ
dendum. verſi. xxiiij. videtur velle ꝙ etiam inferior a papa poſ-
ſit interpretari iuramenta. alleg. j. de pignorib⁹. ſignificante. et
j. de cenſi. grauis. reſpondet ad. c. venerabilem. ꝙ ibi loquitur
in negotio arduo. ⁊ inter magnas perſonas: vel quando vult da
re licentiam ſine aliqua permutatione vel cõmutatione: ſed cer-
te iudicio meo, licet do. Anto. ſic tranſeat p alleg. c. ſignificãte.
⁊. c. grauis. modicum faciunt ſi bene inſpiciantur. ⁊ melius facit
c. ſignificauit. j. de cenſi. vnde poſſet dici ꝙ in negotio arduo ⁊ in
ter magnas perſonas papa habeat interpretari. idem in alijs ſi
querimus de interpretatione que generaliter debeat obſeruari
⁊ habeat vim legis. ſed ſi queramus de interpretatione particu
lari reſpectu perſone de qua queritur. videtur ꝙ poſſit fieri per
epiſcopũ, per id quod no. in fi. ſ. de iudicijs. c. cũ veniſſent. ⁊. ſ.
de poſ. prela. c. j. ⁊. l. j. C. de legibus. ⁊ de materia per Spe. vbi. ſ.
et per Tho. ij. ij. q. [illegible] ar. ix. et. lxxxviij. q. arti. x. ⁊ in pre
allegato. c. j. j. de voto [illegible] autoritatem. xv. q. vj. ⁊ adde etiaz
quod dictum fuit. ſ. eo. c. [illegible] quod in iuramento proprie nõ cadit
reſciſſio. ſed abſolutio, licet ſecus ſit in contractibus. de quo dic
vt ibi. ¶ In glo. penul. [illegible] reſpondeo quod non ſemper ⁊c. No.
ex glo. quod vbi falſitas cõſtituitur. circa id quod de ſe non pro
bat non inducit penam falſitatis quod habetur. ff. de falſis. l. ſi
quis legatum. et facit quod habetur in. l. damus. C. de falſis. qd
tene menti. Alij vero dixerunt. vt ſenſit principium gloſſ. quod
etiam excuſatur Rex propter formam iuramenti ſed certe iſtud
non tollit contrarium. ideo dicit Hoſt. quod contraria loquun-
tur in inſtrumentis non in moneta. nam dũmodo non falſetur
moneta: nec alteri preiudicetur non refert an cudatur ſub nomi
ne patris vel ſub nomine filij: vel que figura in ea ponatur. ¶ In
ea. gloſſ. ibi ſane. el. ij. ſolũ quod ibi non dicit aſſertiue per ſcri-
pturam in colũna ſculptam fieri fidem. ſed ſub dubio forte dicit,
qd per diſcretionem [illegible] ſculpturam de iꝑ ſius autoritate conſta-
re. ⁊ hoc an tales littere que reperiunt in columnis lapideis vel in
lapidibus faciant fidem. dic vt dictum fuit in. c. cauſam. de pro-
15 bationibus. ¶ † In glo. ſi. in fine. concludo ꝙ ſcienter [illegible]

¶ In glo. de falſifica-tiõe mone-te vide per doc. legum C. de falſa monetaper totũ tit. qz magis ſpe-ctat ad ma teriã legũ quam cano num.



Ayuntamiento de Madrid

a indiſtincte eſt infamis[a] infamia canonica q̃ p penitentiã poterit aboleri. vt in c. infames. cũ ibi not. alle. in gl. ſed infamia iuris ſolum eſt infamis qui venit contra tranſactionẽ: vel conuentionem iuratam. et iſta non aboletur per penitentiam. ij. q. iij. §. hinc colligitur. vnde requirit̃ tunc reſtitutio ad famã per princi pem vel papam. vt. l. i. §. de qua. ff. de poſtu. de quo etiã p Inn. ĩ. de re iudi. c. cum te. ¶ Ultimo extra gl. tangit hic Jo. an. poſt Inno. et Hoſt. materiã monete et tangit prin. tria. Primo quot modis falſetur ſeu fraudetur moneta: cui etiã adde qd̃ habet̃ in. l. lege corne. et in. l. quicũq̃. ff. de fal. ¶ Secũdo tãgit an princeps vel Rex vel dñs loci poſſit ſine conſenſu populi monetã diminuere. ¶ Tertio tãgit quid ſi moneta eſt reprobata vel interdicta p dñm terre. ita q moneta in valore eſt diminuta: an hoc cedit in periculũ creditoris. vt poſſit de illa ſibi ſolui: an vero in periculũ debitoris vt de illa ſoluere non poſſit de quo tãgit̃ per Bar. in. l. cũ quid. ſi cer. peta. et in. l. paulus reſpondit creditorem. ff. de ſolu. et p Cyn. in. l. in minorũ. C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſaria. et in Spe. de ſolu. §. nunc aliqua. v. fin. de

a ¶ Eſt infamis. An aũt qs incidat in pluriũ ſine dolo. vide per d. Alex. de imo. in cõſilio. xcij. l. j. volu.

16 quibus omnibus hic plene proſequit̃ do. Anto. ¶ † Circa primũ cõcludit q ex tribus cõtingit monetã eſſe reprobã primo ex materia. vt quia nimis eſt ereoſa. id eſt nimis habet de ere. l. creditor. ff. de ſolu. vel q non eſt tota argẽtea vel aurea vt eſſe debet. vel quia licet ſit aurea vel argentea nõ eſt de liga debita. facit qd̃ not. Bart. in. l. paulus. ff. de ſolu. Secundo dicit̃ reprobari ex pondere. vt quia non eſt legitimi põderis. et hoc procedit ſiue a principio ſiue ex poſtfacto ſit diminuta in põdere legitimo vt hic tãgit Inno. et Jo. an. ¶ Item tertio dr̃ reproba ex diſcurſu: quia ſuperior reprobauit eius curſum et inhibuit illã expendi. licet hoc fieri non deberet: q̃n eſt ex debita materia et indebito põdere. l3 hoc faciãt: q̃nq̃ ſuperiores ꝓpter lucrũ vt ſic melius forum habeat de illa. et faciat fabricari aliam: ſ3 peccant ſic facientes. vt hic tangit Jo. an. et per hoc p3 qd̃ male faciunt cãpſores qui q̃nq̃ radunt. et ſic diminuunt monetam. nã per hoc videntur incurrere penam falſi. vt hic tetigit gl. j. et idẽ videtur Hoſt. quãdoq̃ põderãt ſingulos florenos et grauiores conflant. et alios dimittunt. facit qd̃ habet̃ in. l. lege corneli. et. l. quicũq̃. ff. ad. l. corne. de fal. ¶ Et not. q ſm̃ leges tantũ deberet valere pecunia in maſſa et ſic nondũ formata in forma: quia olim imprimebatur expenſis de publico. vt. l. j. ff. de contrahẽ. emptio. ſed hodie ſecus ſeruat̃. quia tanto minus v3 q̃ñta eſt expenſa. q̃ occurrit in faciendo ipſam cudi. et vltra hoc etiã aliquid minus quod cedit lucro ſuperioris a quo pecunia accipit. autoritatem. nam tale lucrum eſt licitum ſm̃ Inn. dũmodo ſit

17 modicum. et ſic quotidie ſeruatum. ¶ † Circa ſecundũ cõcludit q abſq̃ conſenſu populi non poteſt diminuere ſed cũ eius cõſenſu ſic quia quilibet põt renuntiare iuri ſuo. vij. q. i. quã ſit periculoſum. cum ſimi. et q eſt negotiũ vniuerſitatis regni ſufficiet cõſenſu maioris partis. l. qd̃ maior. ff. ad mu. et hoc inquantum habeat expendi in tra regnum. nam extra regnum nõ ſufficeret conſenſus populi vel regni. l. ſi. ff. de iuriſd. om. iudi. et c. ij. de conſti. lib. vi.

b ¶ Circa tertium. vide Cyn. in. l. in minorũ. C. i qui. cau. reſti. in integ. nõ eſt neceſſaria. in. vij. colum.

18 b ¶ † Circa tertiũ et cõcludit q ſi pecunia eſt reprobata eo q eſt diminuta in materia vel in pondere periculũ eſt debitoris p. l. creditor. ff. de ſolutio. etiã ſi debitor nõ fuerit in mora: q debet reddi eque bona. l. cũ quid. ff. ſi cer. pet. et ideo ex quo iſta pecunia que reprobat̃ nõ eſt eque bona ſic mutuata non cogitur creditor illã recipere qd̃ videtur procedere etiam ſi curſus ſit reprobatus p ea que habentur in. l. cum quid. alle. et l. paulus reſpondit creditorem. ff. de ſolu. aut non eſt diminuta in valore. et tunc aut hoc contingit ante moram debitoris aut poſt. ſi ante moram, et tunc videt̃ do. An. hic facere differẽtiã q aut ſit diminutio valoris pe[illegible] et tunc ſit periculum debitoris. q ſcd̃m eum bonitas [illegible] eſt reſpectu vſus et valoris. et id̃ debeat reddi in [illegible] bonitate intrinſeca. vt l. cũ qd. ff. ſi cer. peta. quod non [illegible] ſcd̃m eum hoc caſu. ideo videtur q creditor inuitus non tenetur recipere ſecundum eſtimationẽ predictam. ſecus ſecus ſi [illegible] contingeret diminutio aliter quã per viã ſtatuti ſicut [illegible] toties q variat̃ valor floreni. nam q̃nq̃ plus quãdoq̃ minus vt patet experiẽtia. et ideo hoc caſu nõ attendet̃ dictus valor. ſ3 ſ̃ficiat q reddatur pecunia eiuſdẽ materie et ponderis. licet [illegible] valeret tẽpore cõtractuũ quã modo: quia bonitas extrinſeca non cõſideratur ante moram. ſed ſolum intrinſeca per ea que habent̃ in. l. [illegible] l. vinum. ff. ſi cer. peta. Sed certe nõ video bonã rationem [illegible] tatis inter iſtum caſum et precedẽtem quãdo ex forma ſtatuti [illegible] diminuitur valor [illegible] biq̃ ſi põderet̃ valor ſit bonitas extrinſeca: quia ſi valor [illegible] mentatus creditor vellet eundem numerum florenorum [illegible] quẽ mutuauerat: ergo eadem ratiõe ſi diminutus ſit valor debebit ſimiliter eundem numerum habere. arg. l. pe. C. de ſolu. l. ſecundum naturam. de regu. iur. et. j. de re iu. qui ſentit onus. li. vj. Si autem

poſt moram diminutus eſſet valor. et tunc hoc cedit ad periculũ debitoris. ideo non ſufficit ſoluere eundem numerũ pecunie ſeu florenorum: ſed oportebit q etiam ſoluat vltra ſc3 quanti pluri mi valuit florenus a tempore more. l. vinum. ſi cer. peta. et hoc dicit Bart. verum in. l. paulus. alleg. ¶ Quandoq̃ pecunie valor variatur in pecunia groſſa que eſtimatur per minutã vt contingit in floreno. nam ſcd̃m eum pecunia groſſa eſtimatur p minutam: ſed nõ econtra: q non poſſumus dicere q vnus numus valeat vnum florenũ: ſed certe vt hic tãgit do. Anto. ſicut pecunia groſſa eſtimatur per diminutã: quia vnus florenus valet tot bononinos in argento: vel tot florenos in quatrenis. ita videt̃ econtra q certa quantitas bononinorũ vel quatrenorũ poſſit eſtimare florenũ. vnde videm[us] pro certa q̃ntitate bononinoꝝ vel quatre. emi florenũ. et ideo in hoc nõ videt̃ dixiſſe: q ſi qs bene ponderet nõ videt̃ magis ratio quare magis groſſa eſtimetur p minutã quã ecõtra. dicebat tñ Bart. ꝓſuppoſita ſua opi. q ſi debitum erat in pecunia minuta licet creſceret valor groſſe pecunie etiã poſt morã q tamẽ nõ habebatur ratio talis argumenti etiã poſt morã: q ſcd̃m eũ illud eſſet quoddã lucrũ ceſſans. cuius ratiõ nõ habet̃ poſt morã. vt. l. ſi ſterilis. §. cũ per venditorẽ. ff. de act. emp. et ſic trãſit hic do. Anto. dicẽs cũ Bar. ſecus eſſe ſi debitum fuit in pecunia groſſa. cũ illa ſcd̃ eum bene eſtimetur p antiquã et ſic ꝓpter morẽ debeat haberi ratio augmẽti vel diminutionis. Sed certe iſtud dictũ Bar. nõ videt̃ poſſe ꝓcedere per id qd̃ ſuperius dixi. q ſicut groſſa pecunia videt̃ eſtimari per minutam. ita ecõtra. et ſic eum vtrobiq̃ videat̃ eadẽ ratio. idẽ ius d3 dici. argu. l. illud. ad. l. aqui. et in. c. ij. ſ. de tranſac. Preterea in. d. §. cum per vẽditorẽ. Ideo nõ habetur ratio intereſſe lucrũ ceſſantis ſeu extrinſeci: q ibi erat res in qua poterat cadere intereſſe intrinſeci: ſ3 hic eſt pecunia in qua nõ põt cadere affectio. facit qd̃ habet̃ in. l. numis. ff. de in li. iurã. ibi tñ gl. videt̃ tenere q ꝓpter morã ſoluẽdi pecuniã nõ habeat̃ ratio lucri. et Bar. ibi videt̃ ſentire cõtrariũ. ¶ Potes dicere q ſi lucrũ eſt quaſi certũ: vt q pecunia debebat̃ cãpſori qui ex alijs ſuis pecunijs eſt lucrat[us]. et tũc habetur ratio lucri per id qd̃ habetur in. l. ij. §. ſi. ff. de eo qd̃ certo loco. et in. l. vna. C. de ſen. que pro eo. et ibi. hoc videt̃ Bar. an intereſſe habeatur ratio lucri. al's autẽ non habebitur ratio lucri. ¶ Itẽ aduerte quia eſtimatio ſeu augmẽtatio momẽtanea vel diminutio. vt quia forte fuit vnius vel duoꝝ dierum illa nõ attẽditur. vt. l. pretia rerum. ff. ad. l. fal. Interdum aũt contingit reprobari pecuniã hoc eſt curſum pecunie l3 al's non ſit diminuta in materia vel in põdere. et tũc ſi hoc cõtingit ante morã ſufficit q ſoluat creditori de ipſa pecunia reprobata. nã erat creditor generis ſubalterni. qd̃ videt̃ peremptũ. Ideo videt̃ debitor liberatus per id qd̃ habet̃ in. l. rõne. §. interdũ. ff. ad. l. fal. tñ l3 ſit reprobata pecunia reſpectu curſus et forme: q materia pecunie nõ eſt reprobata et cenſet̃ qd principale cũ ſit reducibilis ad aliã formã. faciat. l. queſitũ. §. illud fortaſis. de leg. iij. ideo non liberat̃ quin ſaltẽ illam tanq̃ materiã pro qua erat obligatus etiã debeat ſoluere vt no. Bar. in. l. qd̃ te. ſi cer. pe. et ideo ſufficiat q illã antiquã debitor ſoluat. et ſic voluit hic Joã. an. et idem voluit Cy. in. l. in minorem. ſ. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. tamen aliqui dicunt q creditor nõ cogitur recipere ex quo curſus eſt reprobatus. ſed debebit ſoluere de noua moneta eſtimationem antique per id quod habet̃ in. c. cum canonicis. ĩ. de cenſi. tibi videt̃ text. cum glo. et eo. ti. c. olim cauſam. Satis puto q ſi reperiat̃ illa antiqua poſſit ſolui per rationẽ quã dixi. ¶ Item poterit ſeruari hec practica q ſoluat de noua eſtimatiõe antique. vnde nõ erit neceſſe q ſoluat de noua eundẽ numerũ ad quẽ tenebatur ſcd̃ antiquã monetam: ſed ſufficiat q ſoluat de noua tantũ q ex illa emetur q̃ntitas antique debite. hoc etiã eſſet expediẽs q̃n nõ reperiret̃ antiqua. vt tũc ſoluat̃ de noua eſtimatio antiqua hoc eſt quãtum vendi poſſet illa antiqua modo nõ eñ tenetur debitor cũ ſuo detrimẽto ĩ alia forma ſoluere: ſicut nec tenet̃ creditor cũ ſuo detrimẽto in alia forma recipere. vt. d. l. paulus. et pdicta procedũt q̃n obligatio ſurgit ex cõtractu. Sed ſi ex ſtatuto vt q debẽt ſolui ſalaria officialibus vel condẽnationes. puta ſi ſtatuto cauetur q officialis debeat habere. x. lib. vel q quis ex tali debito debeat dãnari in. x. tunc dicit Spe. in ti. de ſolu. §. nũc aliqua. in ſi. q tunc debet ſolui de moneta noua: q tunc mutata moneta videt̃ mutatum ſtatutũ. et ſic de nouo ſoluat̃. ſ. de cõſti. trãſlato. ſec[us] vbi ex cõtractu vel ex teſtamẽto debet̃: q tũc ꝓcedit qd̃ eſt dictum. adde qd̃ no. Joã. an. in addi. Specu. in loco ꝓalleg.

19 ¶ † An aũt inuito creditore vna moneta pro altera poſſit ſolui dic vt habetur in. d. l. paul[us]. q nõ alteratur materia. licet alteretur forma: ex quo non leditur creditor cõpellitur recipere. vt q vtraq̃ eſt de eque bono argento: vel de eque bono auro. et eiuſdem ponderis. licet alterius forme. Ideo licet fuiſſent mutati bononini aurei cogetur recipere florenos eiuſde3 ponderis vel ianuenſes aureos: ex quo non habet dãnum: quia ſunt eiuſdem

valoris

Ayuntamiento de Madrid

valoris.alr̃s eſſet ſecus.ſi aũt vellet dare in alia materia:puta qꝛ
pro florenis vellet dare argenteos ad valorẽ florenorũ:vel ecõ-
tra vel ꝓ bononinis quatrenos vel ecõtra de iure nõ cogit̃ cre-
ditor recipere.d.l.paulus.niſi cõſuetudo loci haberet vt eſt gl.
no.ꝛ ſing.in l.ſi quis argẽtũ.in prin.ff.de dona.ꝛ hec ſufficiant
de iſta materia.lꝫ aliqua alia hic tãgit.d.Ant.de quibus etiam
per Bar.in.d.l.paulus.ꝛ ibi etiam dixi.

1 ☞ Appellatio ſuſpendit iudicatum.
2 Iuramentum interpoſitum in mareria iuris recipit interpre-
tationem.
3 Iuramentum ſimpliciter preſtitum referri debet ad actus ca-
paces implementi eius quod iuratur.
4 A quolibet iuramento intelligitur exceptum ius ſuperioris.
5 Attentata appellatione pendente reponenda ſunt in priſtinũ
6 ſtatum.
Statum ꝙ non poſſit appellari non valet.
7 Statuere an poſſit eps̃ ꝙ ab interlocutoria non poſſit appel-
lari niſi ſecundum ꝙ permittit ius ciuile.
8 Iudicare debet iudex ſecundum allegata ꝛ probata.
a

**VEnientes.** Iudices [a] qui iurãt ſentẽtias exequi infra certũ tp̃s hoc nõ obſtante appellatiõib9 ab eis interiectis deferre tenentur.h.d.Diuiditur in quatuor partes prin.nam in prima ponit̃ reprehẽſio cõſulum.In ſcd̃a ipſorũ excuſatio. In tertia excuſatiõis reprobatio ꝛ generale mãdatũ.In quarta mãdatũ ſpeciale.ꝛ cõminatio nõ parentis.ſcd̃a ibi verũ,tertia ibi qꝛ vero.quarta ibi cũ ergo.ℂ In tex.ibi ꝯuenire id eſt redarguere ꝛ corrigere.ℂ Not.ꝙ iudex dꝫ deferre appellationi a diffinitiua.facit qđ habet̃.ĩ.de appel.vt debit9.et ibi etiã qd de interlocutoria.ꝛ eo.ti.c.j.ꝛ.c.cũ appellationib9 friuolis.li.vj.ad
1 de etiã qđ habet̃.e.tit.ſi romana.§.ſinaũt poſt ſniam.ℂ † Itẽ no.ꝙ appellatio ſuſpẽdit iudicatũ.facit qđ habet̃.ĩ.de re iudi. cũ inter.circa ſi.ꝛ de app.ſi a iudice.lib.vj.tex.tñ in.l.j.in ſi.ff.ad tur.vr̃ dicere ꝙ appellatio extinguit ꝓnũtiatũ.vt ẽt tangit hic gl.pe.ꝛ ſic vr̃ hic text.contradicere ꝛ alijs.s̃.allega.ſed dic ꝙ extinguit̃ reſpectu preſentis tp̃is qꝛ interim pẽdente appellatiõe ſentẽtia dicit̃ nulla ſꝫ inſpecto futuro dicit̃ potius ſuſpẽdi:qꝛ ſi appellatio deferret̃:remaneret firma ſentẽtia.l.furti.in prin.ff. de his q nota.infa.qđ nõ contingeret ſi ex toto fuiſſet extincta.
2 ℂ † Itẽ no.ꝙ iuramẽtũ interpoſitũ in materia iuris recipit interpretatiões ꝛ limitatiões iuris.facit.ĩ.de cle.nõ reſi.c.cũ dilectus.Ideo iuramẽtũ de exequẽdo ſniam intelligit̃ ꝛ limitatur
3 ſm̃ ius niſi ſit appellatũ.ℂ † Itẽ no.ꝙ iurm̃ ſimplr̃ preſtitũ referri dꝫ ad actus capaces implemẽti eius qđ iurat̃.ideo iuramentũ de exequẽdo ſniaꝫ intelligitur referri ad ſentẽtias q̃ ſint exeq̃biles de iure.ℂ Itẽ no.ꝙ ceteris parib9 vinculũ cõſuetudinis nõ dꝫ eſſe maioris roboris ꝛ firmitatis q̃ ſit vinculũ le-
4 gis.ℂ † Itẽ not.ꝙ a quolibet iuramẽto intelligit̃ ius ſuperioris exceptũ.idẽ de iure tertij ꝙ ſimiliter intelligit̃ exceptũ.ĩ.co.cũ cõtingat.facit.ff.de pact.l.ſi vn9.§.añ oĩa.vbi pactũ factũ inter certas pſonas alijs nõ nocet ſic etiã nocere nõ dꝫ iuramẽtũ.fa-
5 cit ad ea q̃ dicta ſunt.s̃.e.veniẽs.ℂ † Ultimo not.ꝙ attẽtata appellatiõe pẽdẽte ſunt reponẽda in priſtinũ ſtatũ etiã anteq̃ ſit diffinitiua appellatio qđ eſt clarũ ſi eſt appellatũ a diffinitiua ſi aũt eſſet appellatũ ab interlocutoria.idẽ dicẽdũ ſi poſt inhibitionẽ canonicã facta fuit executio.alr̃s differet̃ in euentũ ap-
6 pellatiõis.de app.nõ ſolũ.li.vj.ꝛ ibi de hoc plene p gl.ℂ † Itẽ no.ꝙ nõ vr̃ valere ſtatutũ ꝙ nõ poſſit appellari de quo p Bar. in.l.ſi.ff.de aqua plu.ar.ꝛ in.l.oẽs populi.ff.de iuſti.ꝛ iur.qđ eſt verũ qñ ſtatuẽtes nõ habẽt iudicẽ appel.ſub ſe.ꝛ ſic p tale ſta-
7 tutũ preiudicaret̃ ſupiori.alr̃s ſec9 vt no.in locis ꝑalle.ℂ † An aũt poſſit eps̃ ſtatuere ꝙ ab interlocutoria nõ poſſit appellari niſi ſm̃ ꝙ ꝑmittit ius ciuile.facit iſte tex.ꝙ non:qꝛ p hoc preiudicaret̃ iuri ſuperioris cũ de iure canonico a qualibet interlocutoria poſſit appellari.ij.q.vj.ĩ.c.ad romanã.ꝛ.ĩ.de appel.vt debitus.ꝛ eo.ti.c.j.in.vj.ꝛ hoc etiam tenet finaliter Io.an.in.c.ſi. de appella.in.vj.vbi plene de hoc diſputat.et ibi etiã tangit qđ ius fuerit magis equum an ius ciuile an ius canonicum ſuper
8 appellatione ab interlocutoria.ℂ † In gl.iudicare.in ſi.facit quod habetur in auẽ.iuſiuran.qđ preſta.ab his.§.ad quos.colla.ij.ꝛ in auẽ.de defen.ciui.§.iuſiuran.colla.iij.Et aduerte quia licet videatur innui ꝙ iudex debeat iudicare ſcd̃m.l.ꝛ ſic ſecũdũ iura.aliquando etiam dicitur ꝙ debet iudicare ſm̃ alleg.et ꝓbata.l.illicitas.§.veritas.de offi.preſi.ꝛ in.c.iudicet.alleg.in gl. aliquando ſm̃ conſcientiam.l.qualem.ff.de arbi.ꝛ.l.ſi in corruptione.ff.ſi.reg.tamen iſta poſſunt reduci ad concordiã.vt tangit Io.an.vcꝫ vt iudex debeat iudicare ſecundum conſcientiã vcꝫ informatam ſm̃ leges ꝛ iura ex allegatis ꝛ ꝓbatis.ꝛ ſic quã habet vt iudex non aũt ſcd̃m conſcientiã quã ſimpliciter haberet vt homo.facit qđ habet̃.ff.de offi.deleg.c.paſtoralis.§.preterea.ℂ In gl.interpoſitis.in ſi.ſupple niſi cõſuetudo aliud habeat:vel niſi deficeret ſuperior ſecularis.id qđ habet̃ in.c.ſi clericus.ꝛ.c.lꝫ ex ſuſcepto.cũ ibi no.s̃.d fo.cõpe.ℂ In gl.ſuperioris ibi excipit̃ autoritas melius dixiſſet.ſm̃ Ioã.an.ꝙ excipit̃ ius ſuperioris de autoritate aũt an itelligat̃ excepta dicẽdũ eſt vt dictũ fuit.s̃.c.proxi.ℂ In gl.ij.ꝛ ſup ea.ℂ In gloſ.pe.ibi extinguitur ꝓnuntiatũ hec glo.videt̃ ꝯtra tex.cũ dicit appellatione ſuſpenſus nõ dicit extinctas:ſed ſalua glo.per tex.quam allegat.ꝛ intellige illã vt dixi in notabilibus.ℂ In gl.ſi.ꝛ ibi.ſꝫ ibi recitatur ſupple:nec dꝫ ſumi arg.a contrario ſenſu:qꝛ reſultaret iuri cõtrarius intellectus.ꝑ id qđ habet̃ in.l.ij.C.de cõdi.inſer. ꝛ no.glo.in.c.vnico.de eta.ꝛ quali.in.vj.ꝛ fact qđ no.glo.de ap. non ſolum.lib.vj.ℂ In.ea.glo.ibi anteq̃ app.cauſa ꝛc.Hoc verum qñ appellatur a diffinitiua:quid autem ſi appellatũ fuerit ab interlocutoria dic vt dixi in notabilibus.

1 ☞ Uſurarum remiſſio an valeat etiam poſt vſuras ſolutas.
2 Uſure repeti poſſunt coram iudice ſeculari.
3 Iuramentum non impedit ius agendi ex noua cauſa.
4 Ius repetendi vſuras tranſit contra heredes vſurarij.
5 Citatio generalis an ſufficiat qñdo perſone ſunt incerte ꝛ igno-
rantur.
6 Uſurarij heredes compelli poſſunt ad reſtituẽdũ vſuras quas
teſtator mandauit reſtitui.
7 Iudex ex mero officio poteſt ſe intromittere de executione vlti-
me voluntatis.
8 Ordo iudicarius non eſt neceſſario ſeruãdus vbi agitur de exe-
cutione teſtamenti.
9 Inquirere an poſſit iudex ex ſuo officio ad vtilitatem priuataꝫ.
b

**AD noſtram.j.** Per officiũ [b] iudicis ſubuenitur illi qui ꝓpter iuramẽtũ nõ põt repetere vſuras.h.d.Et i.j.factinarratio.in ſcd̃a ꝓuiſio.ſcd̃a ibi mãdamus.ℂ † No.j.qđ
1 nõ videt̃ valere relaxatio ꝛ remiſſio vſurarũ.facta etiã poſt ſolutas vſuras.de quo p glo.ꝛ Io.an.in regula peccatũ de regu.iur. li.vj.Poſſes tñ dicere ꝙ forte facta fuit iſta relaxatio ſeu remiſſio pendẽte obligatione ſortis.ꝛ ſic timore ne forte ipſa ſors exigeretur.ꝛ ſic nõ aio donãdi:vel forte fuit facta per pauperes vel egẽtes pecunijs qui dubitabant ne forte aliter non mutuaretur eis ſi cõtingeret eos agere.facit qđ dixi ſup rub.de vſu.in.vj.vbi plene examinaui iſtũ articulũ:an in foro cõſciẽtie remiſſio ꝛ relaxatio vſurarum habeat iuuare ipſum qui recipit vſuras de quo etiã per glo.ꝛ Zy.ꝛ Io.an.ſup dicta regula peccatũ.facit qđ di-
2 xi.s̃.eo.debitores.ℂ † Itẽ not.ar.ꝙ corã iudice ſeculari poſſint vſure repeti.ſed Io.an.dicit ꝙ iſta fuerunt ṽba partis q̃ hic ponunt̃ in prin.nõ fuerũt verba pape.ꝛ ſic non neceſſario ꝓbat̃ notabile.de quo per Archi.xiiij.q.iiij.in.c.qd dicam.ꝛ in cle.diſpẽdioſam.in glo.cũ repetunt̃.ĩ.de iudi.vbi gl.valde not.ꝛ ad quam
3 ſemp recurrit̃.ℂ † Itẽ no.ꝙ iuramentũ non impedit ius agẽdi ex noua cauſa.ꝛ ideo iuramentũ de nõ repetendis vſuris refert̃ ad cauſam repetendi ſubſiſtentẽ ſm̃ tp̃s iuramẽti non ad cauſaꝫ extortã poſt iuramẽtũ.facit qđ habet̃.s̃.de renũ.cum inter.ꝛ.s̃.
4 qđ me.cau.ad audiẽtiam.ꝛ qđ habet̃.ĩ.de vſu.tuas.ℂ † Itẽ no. ꝙ ius repetẽdi vſuras trãſit etiã cõtra heredes vſurarij.facit qđ habet̃ in.c.ſi.ĩ.de ſepul.ℂ Itẽ no.ꝙ vbi tangit̃ periculũ aĩe põt iudex ex officio procedere qñ pars eſt excluſa a remedio agẽdi ꝛ equitas ſuadet agi poſſe.facit qđ habet̃ in.l.ſi.ꝛ.l.plane.ff.d petit.here.Itẽ videt̃ etiã ſi cõpetat ius agendi parti per id qđ tãgit hic gl.in verbo probaret.ſed tu dicere potes illud verũ qñ de iure cõpetit ius agẽdi.ſed pars nõ audet agere ne ſaltẽ de facto ei aſcribatur periurium.ꝛ ita ... facit qđ not.in ſi.s̃.de arbi. peruenit in gloſ.ij.ℂ Itẽ not.practicã procedendi in caſu iſto quia formata inquiſitione ... iudex vocare teſtes qui de hoc ſup
5 quo requiruntur nouerint veritatem.ℂ † Not.ꝙ ſufficit citatio generalis qñ perſone ſunt incerte ꝛ ignorãtur.facit qđ habetur in.l.ſi eo tempore.cum ibi no.per Bar.C.de remiſ.pig.ꝛ qđ no. per Inno.s̃.de maio.ꝛ obe.c.ſi.ꝛ de procur.c.in noſtra.ℂ Item no.caſum in quo iudex eccleſiaſticus habet iuriſditionem in laicum vcꝫ rõne ... imonij ferẽdi in cauſa ad ipſum pertinẽte inter
6 laicos.ℂ † Ultimo no.heredes poſſe cõpelli ad reſtituendũ vſuras maxime quas teſtator mãdauit reſtitui.Idem tñ ꝛ ſi nõ mãdaſſet per ea que habentur in.c.ſin.ĩ.de ſepul.ℂ In glo.j.in fin. Forte denũtiatio ſeu intimatio facta fuit per debitorẽ quã facere poterũt de iure qꝛ licet iuraſſent non repetere nõ tñ iurarũt non denũtiare vel intimare ſuperiori,ꝛ ideo nõ dicũt de iure venire cõtra iuramentũ ſi aliud nõ petierũt.ſed ſolũ fecerũt denuntiationem ſeu intimationem facti per id qđ habetur in glo. ſeq.ꝛ.s̃.quod me.cau.ad audientiam.ꝛ.ĩ.de vſu.in.c.tuas.tamẽ ne forte de facto ex vulgari opi.infamarentur de periurio.ideo papa ad cautelam nõ expreſſit per quẽ fuerit denũtiatũ vel forte fuit facta intimatio ſeu denũtiatio per executores ſeu ...

a ℂ Iudices ſummarium iſtud et ſummarium dom. Abb. ſunt eiuſdeꝫ tenoris ꝛ vide eũꝫ hic.

b ℂ Per iudicis offi. id eſt ſummat hic Abb. et per eadem verba.



Ayuntamiento de Madrid

miſſarinm teſtamēti creditoris.de quo in litera vt forte fuit fa-
cta ꝑ amicū debitoris. ¶ † In gl.ij.ibi denuntiet iſtud eccleſie
ſupple.nā hoc pōt q: nō iurauit nō denūtiare.facit qđ dixi ſuꝑ
gl.precedē.⁊ ſm hoc in litera dū dicit ꝙ iurarunt nō deponere
queſtionē etiā apud eccleſiaſticū iudicē nō includit viā denūtia
tionis.ſ; verba videant̃ generalia.⁊ forte hoc cōtingit:q: etiaȝ
ſi expreſſe iurarent nō denūtiare iuramētū tūc eſſet illicitū vt.j.
ſequitur in gl.Ideo dicta gn̄alitas nō intelligit̃ includere ipſaȝ
denuntiationē qđ videt̃ clarū ſi monet̃ prin.ad denuntiādū ꝓ-
pter correctionē fratris ſui patris ſiue ꝓximi.ſ; vbi moneret̃
principaliter propter intereſſe pecuniariū vſurarū:tunc ſi iu-
raſſet nō denūtiare deberet ſeruare iuramētū per id qđ dixi.ſ.
eo.debitores.⁊ qđ no.Io.an.j.eo.quēadmodū ſuꝑ glo.fi.tñ for-
te etiam poſſet dici ꝙ ſi nō iuraſſet non denūtiare:ſed ſolū non
deponere qōnē ſuꝑ vſuris.cū denuntiatio ex ſui forma tendat
prin.ad correctionē fratris ſeu proximi forte non includet̃ ſub
dicta gn̄alitate.ſ; nō moneat̃ reuera prin.ad denuntiādū ꝓpter
correctionem proximi.ſed potius propter intereſſe vſurariū:q:
non attenditur qđ in cōſequentiā venit ſ; qđ prin.petit̃ ſeu agi
tur.l.j.in fi.ff.de auto.tuto.⁊ ideo cuȝ principaliter nō deponat
queſtionem ſuper vſuris.ſ; denūtiat prin.petendo correctionē
proximi videt̃ ꝙ nō veniat cōtra iuramētū ex quo forma agen-
di prin.non cōcludit ſuꝑ vſuris ⁊ ſic etiā pōt intelligi hec gloſſ.
¶ In ea.glo.ibi denuntiet eccleſie ſed qd proderit denuntiare
ſi iurauit etiam nō recipere dic ꝙ ſi nō petit abſolutionē a iura
mento debebit pecunia erogari pauperibus:quaſi nō extet per
ſona cui poſſet fieri reſtitutio ꝑ id qđ habet̃ in.c.cū tu.j.de vſu.
¶ In glo.iij.ibi iuramenti legati poſſunt.⁊ hoc etiā tenet hic
Goſ.⁊ Hoſt.ſ; Inn.ſentiat cōtrariū ex eo q: iſtis debitoribus
nihil vſ relictū ex forma teſtamēti.ſ; tene cū glo.q: ſatis videt̃
relictum grauando heredes in forma de quo in litera.ar.l.fidei-
cōmiſſa.§.interdum.⁊.§.plerūq;.de leg.iij.⁊.l.ſeruo legato.§.ſi
teſtator.ff.de leg.j.⁊ q: non refert cum quo teſtator loquat̃ ſ; in
quē eius intētio dirigat̃.l.cum pater.§.donationis verba.ff.de
leg.ij.⁊.ſ.e.tit.l.miles.§.j.⁊ facit de leg.j.l.ſi ſeruus.§.q marga-
ritā.nec ob.ꝙ vbi debitor legat creditori legatū non valet.l.ſi
creditori.ff.de leg.j.q: illud verum qñ nullam veritatē affert le-
gatū alias ſecus vt ibi patet ⁊ ita hic.q: obſtante iuramēto nō
poterāt repetere.⁊ ideo affert vtilitateȝ legatū q: in effectu in-
ducet remiſſionē ſeu relaxationem iuramēti.Et not.ꝙ poterit
eſſe duplex practica petendi vſuras in caſu iſto vna ꝙ petātur
actus ex teſtamēto,⁊ ſi excipiat̃ de iuramēto replicabit̃ ꝙ non
extēdit ſe ad ius nouiter q̄ſitū virtute teſtamēti ⁊ ſic ꝙ in effe-
ctu iuramētū intelligit̃ relaxatū. ¶ Itē poterūt ſecūdo repete-
re vſuras tanq̄ indebitas ⁊ ſic ſi excipiat de ſacro replicabitur
7 ꝙ intelligitur eſſe remiſſum ex vi teſtamēti. ¶ In glo.pen.ibi
ad eccleſiā ſpectat ⁊ no.bene gl.que videt̃ ꝙ iudex ex mero offi-
cio poſſit ſe intromittere ꝑ executiōe vltime volūtatis.de quo
in.c.ioā.j.de teſta.⁊ eo.tit.ſi heredes.⁊.c.tua nos.ſed plenius ꝑ
8 Io.an.in.d.c.ioā.Et no.etiā † vbi agit̃ de executione teſtamēti
non videt̃ ꝙ ſit oino neceſſariū ſeruare ordinē iudiciariū.vt etiā
notabiliter videt̃ velle gloſſ.quomodo aūt in cauſis vſurarum
eſt expreſſuȝ hodie pōt agi ſine figura iudicij habet̃ in cle.diſpē
dioſa de iudicijs.iuncta cle.ſepe.de ver.ſign. ¶ Extra gl.tāgit
9 hic Inn.† an iudex ſeu ſuperior poſſit ex ſuo officio ingrere ad
priuatā vtilitatē.Et concludit ꝙ nō regulariter ꝑ quo facit q:
regulariter iudex non impartit̃ ſuū officiū niſi petitū.ſ.de elec.
innotuit.ad fi.et in.l.iiij.§.hoc aūt.ff.[illegible] infec.fallit in aliqui
bus caſibus. ¶ Primus eſt [illegible] de reſtitutione vſurarū
quas pars non pōt repetere obſtante iuramēto.nā tunc propter
periculū animaruȝ ex officio pōt inquirere vt hic patet.ſ; ad
uerte q: hic videt̃ potuiſſe agere [illegible] intellectum gl.iij.⁊ ſic vide
tur ꝙ ex quo pars poterat agere non debeat ſe intromittere iu
dex niſi eius officiū imploret̃:ſed pōt reſpōderi ꝙ licet de iure
pars poſſit agere:tñ timebat ex ſubtili re[illegible]tia agere ne dice-
ret̃ ꝙ contra iuramētū veniret ⁊ ſic timebat ne ſaltē de facto in
famaret̃ de periurio.⁊ ideo nō attenditur ta[illegible] potētia agēdi.
nec obſtat etiā ſi dicat̃ ꝙ poterat pars denūt[illegible] q: licet illud
ſit verum vt dictum fuit cum glo.ij.tamē forte nō audebat de-
nuntiare ne aliquo modo notaretur de periurio etiaȝ de facto.
[illegible]s viam denuntiationis ex equitate eſt inducta.ideo
[illegible] officium iudicis per id qđ no.in.l.pecoribus.C.ad.l.
aqui.⁊ per Bar.in.l.in prouinciali.ff.de no.ope.nuntia. ¶ Itē
aduerte q: limitat do.Anto.hunc primū caſum ꝓcedere quā-
do iudex nō vult prin.ꝓcedere ad priua[illegible] intereſſe alicuius pri-
uate perſone.ſed prin.ad penitentiā imponēdā.ſ.de offi.ordi.
[illegible].c.j.ſ; in cōſequentiā ſit ibi priuatū intereſſe q: fructuoſa peni
tentia nō pōt.fieri niſi reſtituat̃ alienū.de re.iur.peccatū.lib.vi.
[illegible] certe Imo.hoc nō dicit ne facit iſtā limitationē. ¶ Unde
[illegible] dictū Imo:ſimplr ꝓcedere ꝓut videt̃ eſſe de eius mēte.

a ¶ Iudex q ſimilia ꝑ omnia ſūt ſummaria dñi Abb.⁊ do.Ioan.

b ¶ In gloſ.ij.Suꝑ hac gloſ.ſi q̄ras an in notorijs requirat̃ ordo iudiciarius.vide diſt.quā hic po.do.Pē.boych.

¶ Secundus caſus eſt qñ vult inquirere de conſanguinitate in
ter cōiuges vel de alio impedimēto canonico per id qđ habet̃.j.
de diuor.porro.⁊ de cōſan.⁊ affi.in.c.tua.⁊.ſ.de offi.ordi.ſigni-
cauit.⁊.c.j.⁊.j.de clan.deſpō.in.c.fi. ¶ Tertius caſus eſt quādo
vult inquirere de ſtatu ⁊ iurib⁹ eccleſie qđ eſt clarum in papa:q:
ex plenitudine ptātis pōt inquirere de iuribus eccleſiarum.j.de
in iti.cū veniſſent.ad fi.ſed inferiori non videtur hoc licitum ſm
Innocē.qđ videtur intelligendum niſi ex magna cauſa vt nota
uit in.c.qm̄ frequētet.in prin.ſ.vt lit.non cōteſt.⁊ forte dicet̃ ma
gna cauſa.qñ non eſt qui proſequat̃ via eccleſie ⁊ imminet pericu
lum in mora.facit qđ habet̃.ſ.de teſti.cum olim.licet do Anto.
ſimpliciter dicat ꝙ magna cauſa eſt ſi res eccleſie ſunt male alie-
nate.ſed iſtud nō videt̃ ſimpliciter verū per ea que habentur in
d.c.cū olim.⁊.ſ.de reſti.ſpo.j.c.olim cauſa. ¶ Quart⁹ caſus eſt
qñ agit̃ de iuribus principalibus.l.penul.⁊ vlti.C.de bo.na.li.x.
¶ Quintus pōt eſſe ſm Io.an.qñ eſſent miſerabiles perſone q
eſſent oppreſſe,nā ad cōmodū earuȝ pōt ex officio procedere.vt
no.per Io.an.j.de reſti.ſpo.ſolicite ⁊ idem dicit ſi velit ſe intro
mittere pro cōſeruatione pie cōſuetudinis.j.de ſimo.ad audien
tiam cum ibi no.al's regulariter non interponit iudex officium
ſuum nō petitū ad priuatā vtilitatē qđ intellige prin.nam ſecun
dario bene pōt interponere etiā nō petitū.vt qñ prin.ſit inquiſi-
tio ſuꝑ correctione criminū in.c.j.ſ.de offi.ordi.nam tūc in cōſe
quētia poterit facere reſtitui alienū cū al's nō poſſet bona corre
ctio fieri vt dicta regula peccatū ⁊ ꝙ liceat in cōſequētiam aliqđ
qđ prin.non liceret.facit qđ habet̃ in.l.j.in fi.ff.de auto.tuto.j.q
filij ſint legi.per venerabilē.⁊ de materia gn̄aliter qñ iudex poſ-
ſit ſuum officium non petium interponere dic vt not.per gloſ.⁊
doc.in.c.bone.el.j.ſ.de poſtu.⁊ per Bar.in.d.l.iiij.§.hoc autem
iudicium.Io.de imo.

1 ☞ Iuramentum,contra ius non valet.
2 Ordinem non ſeruare in extraordinarijs;ordo eſt.
3 Procedere plenarie an poſſit iudex in notorijs.
4 Iuramentum per metum extortum an obliget.
5 In notorijs requiritur citatio ⁊ ſententia.
6 Crimen per confeſſionem in iure factam redditur notorium.

a **Ad noſtram.ij.** Iudex qui⁹ iurauit in omni cauſa iuris ordi-
nē ſeruare in notorijs ſubtilitatem ordinis iudiciarij
nō ſeruabit.h.d.Et in prima recitat tenorē iuramēti.
In ſcđa illud interpretat̃ ⁊ declarat.ſecūda ibi nos iuramētum.
¶ Ibi no.j.ꝙ iuramentum preſtitum in materia iuris recipit inter
pretationes ⁊ limitationes ad declarationes ipſius iuris.facit
qđ habetur.ſ.eo.veniētes.⁊.j.de cleri.non reſiden.cū dilectus.
⁊ ideo ſi iudex iurat ordinem iudi.obſeruare intelligit̃ de ordine
plenario in cauſis plenarijs ſui natura nō in alijs ſui natura nō
plenarijs. ¶ Item not.ꝙ vbi iuramentū eſt reducibile ad iuris
1 intellectum in dubio eſt intelligēdū vt nō obuiet iuri. ¶ † Itē
no.ꝙ iuramentum cōtra ius nō videt̃ valere de quo dicet̃.j.eo.
2 ti.in.c.quēadmodū.⁊.c.cū contingat. ¶ † Itē no.illud vulgatū
ꝙ in extraordinarijs ordinem non ſeruare ordo eſt ⁊ ad hoc alle
3 gatur decretalis. ¶ † Item no.ꝙ iudex in notorijs nō videtur
poſſe plenarie procedere vel ad ſe procedendum plenarie obli-
gare qđ in dubio videtur procedere altera parte cōtradicente:ſ;
vbi ambe partes conſentirēt forte eſſet ſecus per id qđ habetur
4 in cle.ſepe.in verbo partibus.de verbo.ſignifi. ¶ † Item no.qđ
iuramētum per metum extortum videtur obligare dūmodo nō
contineat illicitum.de quo dicendum,vt dictum fuit.ſ.eo.ſi ve
ro.⁊ in.c.verum.⁊ adde quod tangetur in gloſ.j. ¶ In gloſſ.j.in
fi.ſupple quia iuramentum per metum extortū non videt̃ obli
gare per ea que habentur in.l.j.ff.quod me.cau.ſed tamē hoc nō
habet obſtare in caſu propoſito q: iuramentuȝ hic nō fuit vere
per vim extortum:ſed quaſi extortum vt litera dicit:q: forte cō
tra conſilium vel deſiderium iurantis fuit preſtitum in ſua pro-
motione.cum aliter forte canonici nollent eum recipere.⁊ ſic nō
fuit metus cadens in conſtantem virum:ſi autem vere per me-
tum iuſtum hoc eſt cadentem in cōſtantem fuiſſet extortum:an
tunc tale iuramentum obliget recurrendum eſt ad no.ſ.eo.ſi ve
5 ro.⁊.§.verum. ¶ † In glo.ij.ᵇ ibi cū ſit romana.in fin.no.diligen
b ter ex hac gloſ.ꝙ in notorijs ſaltem requirit̃ citatio ⁊ ſentētia de
citatione etiam notauit glo.ij.q.j.§.qñq; autem.⁊ de ſentētia no
tauit glo.in.c.porro.hic allegato. ¶ Aduerte tñ ꝙ licet requira
tur citatio nō tñ requiritur ꝙ ſit ſolēnis ⁊ ſic ꝙ ſit trina vel vna
peremptoria.imo ſufficiet vnica etiā nō peremptoria.⁊ ſic etiaȝ
ſ; non exprimat̃ ꝙ ſit peremptoria per id qđ no.in.c.cū ſit roma
na.hic alle.per Io.an.⁊ q: etiam in cauſis in quibus ꝓcedit̃ ſine
figura iudicij ſufficit vna citatio etiā non peremptoria.vt nota-
uit gloſ.in cle.ſepe.de ver.ſig.ergo eadem rōne in notorijs debe
bit ſufficere.⁊ ſimiliter qđ dicit glo.de ſn̄ia nō intelligas de ſn̄ia
ſolēni.⁊ ideo valebit etiā ſi ſine ſcriptura ꝓferatur corā teſtibus
vt voluit

Ayuntamiento de Madrid

vt voluit Jo.an.in.c.ex pte el.j.de ver.sign.lʒ aliis regulariter fit ... j.r.".C.de sen.ex peri.reci.ꝛ no.bñ gl.in eo qđ sequit liter sit intelligẽdũ id qđ dr ꝙ iudex nõ tenet ser dictarii in notorijs qꝛ illud verũ,qñ sunt noto in qua agitat iudiciũ ꝛ ſunt etiã notoria ipſi indi eligere vnã de duab⁹ vijs de quib⁹ in glo.facit qđ ij.q.j.ꝛ de materia notorij plene in.c.veſtra.ſ.de a p legiſtas in.l.ciues.C.de incolis.ꝛ in.l.ea q accu. ibi etiã p Saly.in ſua repe.ꝛ etiã altera pte reſi ſt q grauat et ſumptib⁹ ꝛ laborib⁹.ſed vbi ambe ptes cõſen tiũ et nõ videret illicitũ obſeruare.ꝛ hoc in ciuilib⁹.ſeu vbi ciui liter ageret:ſʒ vbi criminaliter forte nihil operaret cõſenſus ptiũ ad aſtringẽdũ iudicẽ.ꝛ iõ vr ꝙ tũc poſſet punire.et nõ ſerua to ordine iuris.¶ In gl.ſi.in ſi.ſolue ꝙ vbi ius nõ diſtinguit et gñaliter loquat,gñaliter ꝛ indiſtincte dʒ intelligi.vt in ʒrijs hic allegatis ſaluo niſi p aliud ius vel rõne alteri⁹ iuris reſtringat vel diſtinguat vt hic ꝛ in primis cõcordãtib⁹ ꝛ no.etiã p gl.in.l. de pretio.ff.de pub.¶ Itẽ aduerte inquãtũ dixi cũ gl.ꝙ in no torio reqrit citatio ꝛ in ſnĩa.et qđ dixi de citatiõe intellige vbi ps nõ eſſet preſens.al's nõ reqrit citatio p id qđ hr i.l.et.§.j.ff. de mi.ꝛ qđ no.Bar.in.l.j.ff.de i ius vocã.ꝛ Jo.an.in.c.ſi.de el li.vj.de quo et dixi in.c.j.ʒ.de iudi.Qđ aũt reqrat ſnĩa ſaltem in
6 criminalib⁹.facit qꝛ p cõfeſſionẽ in iure factã reddit † crimen notoriũ.ſ.de coha.cle.c.ſi.ꝛ tñ ſnĩa reqrit.l.ſi cõfeſſus.cũ ibi no. ff.de cuſt.re.ſʒ inquãtũ fortiter facit lex ictus fuſtiũ cũ glo.ſua. ꝛ ibi no.p Bar.ff.de his q no.infa.potes dicere primo ꝙ illa.l. hʒ duas lect.ꝛ ſcdm ſcdaʒ ibi fuit lata ſnĩa.ꝛ ſic nõ ob.ſʒ tenẽdo primã.fortiter ob.potes dicere ꝙ de iure ibi debuit ferri ſnĩa:ſʒ de facto nõ fuit lata.ꝛ pena fuit interpoſita.ꝛ ſic ibi nõ diſcutit an ſnĩa debuerit ferri:ſed an ſit infamis ſi fuerit fuſtigatus vel potes etiã dicere ꝙ vbi pena extraor.ĩponit tũc poſſit in noto rijs imponi nõ precedẽte diffinitiua,ſec⁹ vbi tractaret de pena ordi.imponẽda facit qđ no.in ſimili in.l.nullũ.C.de teſti.Item nõ ob.l.emptorẽ.de act.empt.qꝛ ibi ſcdm vnã lec.notoriũ rele uat ab onere pbãdi:ſʒ nõ ab onere ſentẽtiãdi.ſm aliũ intelle ctũ põt dici ꝙ ibi loquit in cã ciuili in qua nõ reqrit diffinitiua qñ eſt notoriũ ſicut nec qñ ſit cõfeſſio in iudicio ſm no.in.l.j.C. de confeſ.ꝛ iõ ſicut in notorio iuris nõ requirit ſnĩa.ſic in noto rio p euidẽtiã facti.vñ tũc ſufficit preceptũ tendẽs ad executio nẽ.l.ſi debitori.cũ ibi no.ʒ.de iudi.ꝛ qđ no.in.c.ex pte.j.ſ.de x. ſig.ꝛ p hec pʒ qualiter dʒ intelligi glo.ij.huius.c.et p eo qđ dixi ʒ.ſcdm vnũ intellectum ꝙ in.d.l.ictus fuſtiũ fuerit grauata ps in mõ procedendi preſertim inquantũ ſnĩa non fuit lata.bñ fa cit qđ ibi no.Bar.met.i.l.qd ergo.§.pena grauior.e.tit.vbi di cit ꝙ grauamẽ circa proceſſum nõ inducit diſpenſationẽ circa infamiã.ꝛ hoc dicit pbari p.d.l.ictus.ꝛ ſic aperte innuit qđ ibi pars fuit grauata in proceſſu qđ non eſſet ſi crimẽ fuiſſet noto rium,ꝛ requireretur ſententia.

1 ☞ Juramentis ʒrijs concurrentibus ſeruandũ eſt licitum.
2 Proteſtatio ꝛ reſeruatio iuris alterius qñ in totum tali detra hitur non releuat nec validat quod agitur.
3 Juramentum fidelitatis preſtans alteri ꝙ ei cui dʒ an incidat in commiſſum ſeu perdat feudum.
4 Debitor qui ſoluit creditori creditoris ſui an liberetur.

a Ex te. ¶ Qui iurauit[a] cui non debuit illi cui dʒ iurare cõpellit.h.d.et tria facit nã primo ponit exordiũ,ſcdo narrationẽ.tertio ꝯcluſionẽ,ſcda ibi ſane.tertia ibi ĩ igit.¶ No.j.illud vulgatum.de quo in prin.litere ꝙ nõ remittit:ſed auget qñ ſoluit vni qđ al
1 terri eſt preſtãdũ.¶ Itẽ no.ꝙ concurrentib⁹ † duob⁹ iuramẽ tis ʒrijs ſeruandũ eſt licitũ.facit.ʒ.e.tua nos.¶ Item not.qđ iuramentũ preſtitũ in preiudiciũ iuris tertij non obligat iurã tem inquãtũ preiudicat tertio facit.ſ.eo.cũ cõtingat.et de pac.
2 quãuis.li.vj.¶ † Itẽ no.ꝙ proteſtatio ꝛ reſeruatio iuris alte rius qñ in totũ tali iuri detrahit non releuat nec validat ꝙ agit naʒ male ius ſeruat q in totũ illud enernat.ſicut facit ſeneſchal chus gdã vt refert hic Jo.an.q hoiem fecit ſuſpendi ſaluo iure ipſius.ꝛ ſic facit ꝙ non minus teneat iniuriarũ q alicui dt ſalua reuerẽtia tu mentiris.ꝛ hoc tenuit Bart.in.l.ſi qs extrane⁹.ff. de acqui.here.ꝛ not.et ꝙ nõ faciliter euitat infidelitatẽ q alteri iurat ſaluo iure dñi facile dixi:qꝛ cõtingit aliqñ ꝙ aliqs de eodẽ feudo facit fidelitatem duobus dñis.ſ.maiori dño ꝛ minori ſal uo iure maioris facit qđ hr in.l.imperialẽ.in tit.de prohi.alie
3 na.feu.p Fede.in vſi.feu.¶ † An aũt † preſtãs iuramẽtũ fide litatis alteri ꝙ ei cui dʒ incidat in cõmiſſum ſeu perdat feudũ dt Jo.an.ꝙ ſic.qꝛ quãtũ in eo eſt vr alienaſſe.ergo ꝛc.l.iperialẽ. pre alle.qđ maxime procedit ſi ſiat ʒ pacta iurata.l.ſi qs maior. C.de tranſ.qđ intellige qñ ſcienter hoc ſit ſecus errore per iſtuʒ tex.qđo aũt poſſit eſſe licitũ iuramẽtũ preſtitum archiepo piſa nõ ꝛ non derogare iuramẽto preſtãdo tangit hic Jo.an.et ex

plificat qñ non preiudicat calaritano:ſʒ pro aliquo alio caſtro. ¶ In glo.ij.ꝙ ibi potius eſt latroni.hoc verũ qñ nõ partitur qꝛ penitet ipſuʒ de peccato ꝛ vult reſtituere alias aũt grauĩ⁹ deli ctum eſt retinere penes ſe decipere etiã ſociuʒ vt pʒ in.d.c.ſi. peccatũ.¶ In ea.glo.in ſi.ꝛ idẽ ſi nõ ſit olno alius:ſed cenſeat eadẽ pſona iuris diſpoſitiõe.vt qñ ſoluit adiectio in ſtipulatio ne ſeu obligatione.l.ꝙ ſi ſtipulatus.ff.de ſol.vel qñ ſoluit pro curatori reuocato ignorante ſoluẽte.l.cũ qs.§.ſi debitorẽ.ff.de ſolu.ſec⁹ ſi non habuiſſet mãdatũ qꝛ tunc ſoluens non liberatur l.q hoies.§.ſi nullo.ff.de ſolu.niſi forte fuerit depoſitarius qꝛ vr tũc liberari cũ de ſolo dolo teneat ſi putauit illũ habere mã datũ ꝛ ideo ſufficiet ꝙ actionẽ cedat contra illũ cui ſoluit p.d.l. qđ debet.ff.de pecu.plus tñ plʒ Hoſt.ꝛ Hoſti.ꝙ iõ depoſitari⁹ liberet.qꝛ ipſe eſt obligat⁹ in ſpẽ.ideo ſi definit illam poſſidere ſine fraude liberatur.l.ſi ex legati cã.ff.de ver.obli.et ſic reſidet Jo.an.ꝛ.d.Ant.ſʒ forte precedens ratio melior eſt.Nã poſſibi le eſt depoſitũ factũ in genere:vt qꝛ depoſita eſt pecunia ad ma
4 teriã.l.die ſpõſaliorũ.§.j.depoſi.¶ † Itẽ bene dixit qñ ſoluit oĩno alibi iam alias ſec⁹:et ſi debitor ſoluit creditori creditoris ſui liberat ſaltem ope exceptionis.l.ſi opera.ꝛ ibi p Bart.ff.de do.excep.qñqꝫ tñ liberatur ipſo iure.puta qñ debitum debito ris et debitum creditoris debitoris,ex eadẽ cã eſt contractũ.l. ſi liber.ff.de neg.geſt.vel qñ creditor creditoris hʒ omnia bona obligata ꝛ conſequenter nomen ſui debitoris.l.ſolutum.§.ſolu tam.ff.de pigno.act.

1 ☞ Compromitti põt ſup actione iniuriarũ qñ ciuiliter agit.
2 Arbitrator poteſt quis eſſe ſuper iniuria propria.
3 Compromitti poteſt in feminam tanꝙ in arbitraricem lʒ non ſit in dignitate.
4 Compromiſſo ſtare tenet qs p iuramẽtũ vel p pene adiectionẽ.
5 Exheredare filium non debet pater ex leui cauſa.
6 Judex eccleſiaſticus adiri poteſt pro reductione laudi ad arbi trium boni viri.
7 Arbitrator qui pronuntiauit vel precipit aliquid iniuſte põt ſuam pronuntiationem in melius reformare.
8 Exheredare poteſt pater catholicus filium hereticum.
9 Arbiter an poſſit ſententiam mutare ſiue reformare.
10 Arbiter an poſſit declarare verbum dubium.
11 Arbiter ꝛ arbitrator quomodo differant.ꝛ nu.21.
12 Arbiter an debeat pronuntiare ſecundum ius.
13 Compromiſſum an ſit factum tanꝙ in arbitrum vel tanꝙ in arbitratorem.
14 Compromiſſum ſi ſiat in aliquẽ vt procedere poſſit ordine iu ris ſeruato et non ſeruato an talis dicet arbiter vel arbitrator.
15 Et ſi proceſſit partim ſeruato ordine iuris ꝛ poſtea proceſſit ſine ordine an valebit ſententia.
16 Atteſtationes recepte coram arbitratore an habebunt illum effectum quẽ habent recepte coram arbitro.
17 Litis conteſtatio facta coram arbitratore non interrũpit pre ſcriptionem:ſecus ſi ſiat coram arbitro.
18 Arbitrator ꝛ amicabilis compoſitor quomodo differant.
19 Arbitrator cenſeri debet is cuius voluntati partes ſuper ali quo ſtare permittunt.
20 Cõpromiſſum ſi ſiat in aliqueʒ ꝙ poſſit procedere de iure ꝛ de facto ꝛ ſententiare de iure tñ an iſte erit arbiter vel arbitrator.
21 Ordo iuris a partibus remitti poteſt.
22 Compromiſſum ſi ſiat in arbitratorem ꝛ amicabilem compoſi torem vt procedat de iure et de facto et ſententiat de iure an cenſebitur arbiter vel arbitrator.
23 Arbiter quando debeat pronuntiare ſecundum ius an poſſit pronuntiare ſecundum ea que ſunt contra ius commune.
24 Arbiter dʒ citare ptes ... abſentib⁹ nõ põt laudare:ſed arbitrator põt pte abſente etiam non citata proferre laudum.
25 Arbitri non iurant.
26 Arbiter eſſe non poteſt quis in cauſa ſua.
27 Arbiter ſuſpectus poteſt ex cauſa recuſari ante ſentẽtiã ſecus in arbitratore.
28 Monachus non poteſt eſſe arbiter.
29 Abbas an poſſit eſſe arbiter vel arbitrator.
30 Emologari poteſt dictum ſiue ſententia arbitri ſed non arbi tratoris.
31 Emologari an ꝛ quando poſſit ſententiã arbitri ꝛ quam actio nem pariat.
32 Sententia arbitri poteſt habere executionem paratam.
33 Compromiſſum in arbitrum ſoluitur morte alterius compro mittentis ſecus in a... iuramento.
34 Confeſſio facta coram arbitro preiudicat in iudicio ſed facta coram arbitratore non preiudicat.
35 Confeſſio facta coram arbitratore ſecũdo laudo non põt reuo cari:ſecus in confeſſione facta coram arbitro.

a ¶ Qui iurauit. Tã ꝙ ex vno ore locuti ſunt i ſum mario do. Abb.ꝛ do. Joan.

Ayuntamiento de Madrid

36 Litis cõteſtatio facta corã arbitro interrumpit preſcriptionẽ.
37 Arbiter nõ ꝓcedit dieb⁹ feriatis ſicut nec iudex: ſʒ arbitrator põt ꝓcedere ⁊ ferre laudũ diebus feriatis etiã in honorem dei.
38 Arbiter non cogitur laudare licet ſuſceperit compromiſſum niſi pena interuenerit vel datio pignoris.
39 Arbiter non põt ſñiam ferre in eccleſia ſicut nec iudex ſecus in arbitratore.
40 Arbiter nõ poteſt extendere manum ad ea que ſunt extra cõpromiſſum.
41 Excommunicatus non poteſt eſſe arbiter.
42 Arbitratoris dictum reducitur ad arbitriũ boni viri ſed dictũ arbitri non reducitur.
43 Arbitri dictum iniquum an aliquo caſu poſſit reduci ad arbitrium boni viri.
44 Arbitri ſi de neceſſitate eligantur ab eorũ ſententia appellet.
45 Pactum ꝙ a ſñia arbitri poſſit appellari an valeat.
46 Tertius a duobus arbitris propter diſcordiam electus an poterit ab eius ſententia appellari.
47 Sententia arbitri an poſſit aliter retractari.
48 Laudum arbitratoris an ⁊ quando poſſit reduci ad arbitriuʒ boni viri.
49 Laudum arbitri quare de iure ciuili non reducitur ad arbitriuʒ boni viri ſed arbitratoris ſic.
50 A ſententia iudicis reducẽtis ſententiam arbitratoris an poterit peti reductio.
51 Arbitramentum quo iure reducatur ad arbitrium boni viri.
52 Arbitramentum infra quantum tempus poſſit peti reduci.
53 Arbitrandi poteſtas quanto tempore duret.
54 Reductio arbitramenti coram quo debeat peti.
55 Laudum quando dicatur iniquum.
56 Laudi iniquitas qualiter detegitur.
57 Et quis habeat iniquitatẽ ꝓbare an dicẽs laudũ equũ habeat illud iuſtificare an petẽs reductionẽ debeat ꝓbare iniquitatẽ.
58 Arbitrator an poſſit eſſe teſtis in cauſa reductionis ⁊ an poſſit contra iuſtitiam laudi teſtificari.
59 Reductio ad arbitrium boni viri an poſſit tolli per pactum.
60 A tranſactione iurata non licet recedere.
61 Dolus ex propoſito qualiter poſſit probari.
62 Reductionem ad arbitriuʒ boni viri petẽs ſi ſuccũbit an poterit indiſtincte peti pena.
63 Judex aditus ſup reductiõe an debeat retractare totũ in quo eſt leſio an ſufficiat ꝙ reducat ad modicam leſionem.

a ¶ Jlle cuius Sũmarium dom. Abb. ⁊ iſtõ ĩ nullo diſcordãt et ẽ iſtud. c. val de ſolemne ſup quo late ſcripſit. d. Abb. et do. Joã. de Jmo. quorum dictis coniunctis nõ eſt op⁹ aliqua alia addere q: plene eius materiam tractant et addẽ dom. Bar. in. l. ſi ſocietateʒ. §. arbitrorum enim. ff. pro ſoc. vbi ponuntur multe qõnes que etiam hic reaſſumit do. Joã. et d. Abb. h.

**Quintauallis.** Jlle cui⁹ a mandato geſtare iurauit nõ põt precipere vt filios exhrẽdet vel vxorẽ abijciat. h. d. Et in prima facti narratio. in ſcẽa ꝓuiſio. ſcẽa ibi: quo circa.
1 ¶ † Nõ. ſup actiõe iniuriarũ põt cõpromitti qõ vr̃ verũ qñ ciuiliter agit. ſecus ſi criminaliter. l. non diſtinguemus. §. iulia.
2 ff. de ar. ¶ † Jtẽ no. ꝙ qs põt eſſe arbitrator ſup iniuria ꝓpria ⁊ ſic ſup cã propria qõ vr̃ contra. l. pe. ff. de arbi. ſʒ dic ꝙ nõ põt eſſe iudex vel arbiter. vt ibi: ſʒ arbitrator ſic. vt hic. ⁊. ſ. eod. veniens. ⁊ ibi p Jnn. ¶ Jſtud vr̃ ꝓcedere ſiue ſit debitor ſiue creditor in quẽ fiat cõpromiſſum p ea q̃ habentur. in. d. l. pe. ⁊ p ea q̃ notauit Jnn. in. d. c. veniẽs. lʒ ibi fecerit differetiã inter debitorem ⁊ creditorẽ. iſtud verius vr̃.
3 ¶ † Jtẽ not. in feminã compromitti poſſe: lʒ non ſit in dignitate qñ compromittit tãq̃ in arbitratricẽ. ſecus qñ tanq̃ in arbitrũ p. id qõ hr̃. C. de arbi. l. ſi. ⁊. ſ. de ar. dilecti. ⁊ ex hoc habes vnã differentiã inter arbitrum ⁊ arbitratorẽ: ⁊ aliã etiã dixi ĩ precedẽti nota. ¶ Jtẽ no. in laudo non poſſe laudari de facto [illegible] pſone q̃ nõ venit ad
4 cõpromiſſum. ¶ † Jtẽ no. vnũ mo[illegible]ſtringendi ad cõpromiſſum ſeu in cõpromiſſo vcʒ [illegible] qñqʒ aũt ſit p adiectionẽ pene. l. j. C. de arbi. ⁊. d. c. dilecti. ſ. de ar. ¶ Jtẽ no. modũ ſententiãdi. qñ cõpromiſſuʒ eſt iuramẽtõ firmatũ ꝙ poſſit arbiter precipere ſub debito iuramẽti. ⁊ arctat cõpromittẽs ad obſeruandũ ſi licitũ eſt mandatũ. ¶ Jtẽ no. ꝙ in iuramẽto de parendo laudo appoſito in compromiſſo in dubio nõ venit aliud
5 illicitũ ꝯ pietatẽ vel ꝯ ius. ¶ † Jtẽ no. in quũ eſſe ꝙ pr̃ exheredet filiũ cauſis nõ expreſſis in iure vel ex leui cã. ¶ Jtẽ no. duplicẽ ſpẽm iniurie. vnã q̃ ſit verbo aliã q̃ ſit facto de quo in. l. j. ⁊ l. Jtem apud labeonẽ. §. cum vitiũ. ff. de iniur. ¶ Jtem not. qõ vbi in iuramẽto gñaliter preſtito dubitat ne trahatur ad illicitum [illegible] eſt interpretatione non abſolutiõe. facit. ſ. e. quãto.
6 ¶ † Jtẽ no. iudicẽ eccleſiaſticũ poſſe adiri p reductione laudi ad arbitriũ boni viri. qñ laudũ eſt iuratũ: ⁊ cõtinet iniquitatẽ contra pietatẽ naturalẽ vel cõtra ius canonicũ. ¶ Jtẽ no. practicã ꝓcedẽdi qñ ex vi iuramẽti ſit preceptũ iniuſtũ: q: poteſt agi ſeu implorari officiũ ſuperioris vt reuocet preceptũ. et ſi nõ reuocet poteſt peti vt decernat preceptũ nullũ. ¶ † Jtẽ no. ꝙ arbitrator qui pronũtiauit vel aliquid precepit, ſi iniuſte fecit vr̃ poſſe reuocare qõ fecit ⁊ ſic vr̃ qõ poſſit ſuã ꝓnuntiationẽ in melius reformare qõ vr̃ contra. l. q: arbiter. ff. de arbi. ſed p[illegible] dicere ꝙ hic non reformabat laudũ: nec reuocabat id [illegible] q̃ arbitrator. ſʒ tãq̃ pars ad cuius cõmodum [illegible] ramentũ preterea iſtud faciebat ad mãdatũ ſup[illegible] faciebat ꝓpria autoritate. et ideo nõ obſt. ⁊ de m[illegible] gl. ⁊ Bar. in. d. l. q:. ⁊ in Spe. de ar. §. ſi. ver. ſed p[illegible]
8 cũ ſequentib⁹. ¶ † Jn gl. ij. in ſi. Adde aliũ caſ[illegible] hereticus ⁊ pr̃ catholicus. ĩ. de here. excõicamu[illegible] §. cre[illegible] dicit hic Jo. an. ꝙ in oĩb⁹ caſibus in quib⁹ põt [illegible] filiũ ex[illegible] dare ẽt in illis poterit alimẽta denegare de quo etiã p Bart. in l. ſi qs a liberis. ff. de li. ag. ⁊ in Spe. q ſi. ſint leg. ver. qd ſi filia dt tñ ibi ꝙ ſi peniteat filiũ de peccato tenebit pr̃ tũc eũ alimẽtare.
9 C. de nup. ⁊. l. di. c. ferrũ. ¶ † Extra gl. tãgit hic. d. Ant. an arbiter poſſit mutare ſñiam vel reformare. ⁊ in effectu cõcludit ꝙ ſi eſt interlocutoria põt. l. dicere. §. j. ff. d arbi. ſaluo niſi eſſet talis interlocutoria p quã finiret iudicis offm̃ vt no. Bar. in. d. l. dicere. idẽ ſi vult mutare circa acceſſoria. dũmõ eadẽ die vt no. gl. in l. q arbiter. ff. de arbi. ⁊ lʒ. d. Ant. cũ hoc trãſeat. tñ forte põt dici ꝙ bene poſt diffinitiuam ſñiam ſi omiſit ꝓnuntiare de acceſſorijs poterit ꝓnuntiare dũmõ eodẽ die p. l. paulus. ff. de re iudi. ſed ſi ꝓnũtiaſſet ſup eis non vr̃ ꝙ poſſet mutare ẽt eadẽ die. q: hoc nõ reperit iure cautũ. nec hoc dt. d. l. paul⁹. facit qõ ibi not. p Bart. ſi aũt volet reformare ſñiam quo ad dictũ dictamẽ non mutato effectu poterit. vñ poterit emendare malã latinitatẽ. l. acta. ff. de re iudi. aut vult multare ſñiam diffi. ⁊ tũc ſi eſt aliqua non põt q: functus eſt officio ſuo. facit. ſ. de offi. del. in literis ſi aũt ſit nulla. ⁊ tũc aut fuit nulla: q: lata non ſeruata forma data in cõpromiſſo. vt q: fuit cõpromiſſum ſup pluribus ⁊ conuẽtuʒ ꝙ ſimul ſup oĩbus pronũtiet. tũc ſi ꝓnũtiat ſup vno tm̃. ſñia eſt nulla tanq̃ lata cõtra formã mãdati. ſ. de reſcrip. cũ dilecta. ⁊. l. diligenter. ff. mã. ⁊ ideo nõ dr tunc pfunctus. i. pfecte functus officio ſuo. idõ poterit tunc de nouo formare ſñiam ſup oĩb⁹ facit. l. qd tñ. ff. de ar. ⁊ eo. tit. nõ diſtinguemus. §. de offõ. ¶ Aut ꝓnuntiauit ſeruata forma cõpromiſſi. ⁊ tũc etiã ſi ex alio capite ſñia ſit nulla nõ poterit amplius ꝓnũtiare q: tũc dr pfunct⁹ officio ſuo ſiue bñ ſiue male ꝓnuntiauit. l. q: arbiter. ff. de arbi. et. l. iudex. ff. de re iudi. nec ob. iſte tex. q: rñſio vt dixi in notabilibus. ⁊ hec ꝓcedũt ẽt ſi dictũ fuerit in cõpromiſſo ꝙ poſſit ſemel ⁊ pluries iudicare. nã illa clauſula referri debebit ad diuerſos articulos vt ſic poſſit ſemel ſup oĩbus pronũtiare vel pluries hoc eſt ſeparatim ſup quolibet nõ aũt ꝙ ſup eodẽ capitulo poſſit pluries iudicare q: ſup eadẽ re nõ pñt plures ſñie ferri. l. j. C. qñ ꝓuo. non eſt neceſſe ⁊ hoc tenuit Bar. in. d. l. dicere. ⁊ ideo ſm eũ deberet lati⁹ formari clauſula vcʒ vt poſſet ſemel et pluries iudicare. ⁊ ẽt iaʒ iudicatũ mutare ⁊ corrigere: q: lʒ alias hoc nõ poſſet poterit tñ tunc ex ptãte ſibi attributa p ptes. ar. d. l. non diſtinguemus. §. de officio. ſm Bar. in. d. l. dicere. ſeu in l. qd tñ. ibi ſequenti. ſed. d. Ant. hic dicit ꝙ etiã prima clauſula vcʒ qm̃ dictũ eſt ꝙ poſſet ſemel ⁊ pluries iudicare ſufficeret ad hoc vt poſſit mutare iudicatũ qõ vnus eſſet articulus. nã tunc poterit ſup illo ex vi dicte clauſule iterato pronũtiare. alr̃s verba nihil operant ꝯ. l. ſi qñ. ff. de le. j. ⁊ facit qõ hr̃ in. l. ij. ff. de li. ⁊ poſth. ⁊ qõ no. Bar. in. l. ſi qs. in prin. teſt. ff. d le. iij. ¶ Aduerte tñ q: Jo. an. poſt Gui. de ſuza. in addi. Spe. in. §. ſi. ſup v. lʒ aũt vr̃ tenere ꝙ nõ valeat tale pactũ vt poſſit arbiter mutare ſuaʒ ſententiã q: hoc eſſet inuitare eum ad delinquenduʒ contra. l. conuenire. ff. de pac. do. ſʒ vt dixi ſupra. Bar. voluit oppoſitum in. d. l. qd tñ. ⁊ ſic etiã cõiter practicat ⁊ hoc tenendo põt rñderi ad rõnẽ Guido. ⁊ Jo. an. ꝙ in dubio non debemus preſumere qõ arbiter delinquat. ar. l. merito. ff. pro ſo. ſed potius qõ ſi cõtingat eũ mutare mutet ex cã. tene tñ mẽti dictum preall. q: eſt
10 valde no. ſi eſſet verũ. ¶ † An aũt poſſet arbiter declarare verbũ dubiũ. vt q: cõdẽnauit in. x. ⁊ vult declarare de qua moneta dic ꝙ nõ niſi aliud dicat ex ptãte ſibi data p id qõ hr̃ in. l. ab executore. ff. de app. vbi ſolum maiores iudices habent ptãtẽ interpretãdi, ⁊ ideo arbiter nõ poterit niſi ſup hoc data fuerint ſibi ptãs. ⁊ hoc etiã tenuit Spec. in tit. de arbi. §. ſi. ver. ſed nunquid verbũ obſcurum. ¶ Ulterius eſt ſciendũ qõ Jo. an. poſt Jnno. Hoſt. hic tractauit materiã arbitratorũ quã. d. Anto. hic lati⁹ fuit proſecutus cõmentando iſtã decretalẽ. ⁊ in effectu reducit
11 materiam ad vnã principalem qõnem vcʒ que ſit † differentia inter arbitrũ ⁊ arbitratorẽ ⁊ in effectu rñdet ꝙ multe ſunt differentie de quibus p Cy. in. l. ſi qui ex cõſenſu. ⁊. l. epalis. C. de epi. au. ⁊ p Bar. in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. p ſo. ⁊ in Specu. de arbi. §. j. nã vna eſt differentia ꝙ arbitrator aſſumitur in cõtractu. ſed arbiter in lite pʒ primo in. l. ſi. C. de contrahen. emp. ⁊ in. l. ſi ſocietatẽ. ff. pro ſo. ⁊ in. l. ſi quis arbitratu. ff. de ver. obli. vnde eligit arbitrator p ptes vt conſtituat ſeu arbitretur precium rei vel operari vel ptes ſocietatis vt pʒ in iurib⁹ all. vnde

Ayuntamiento de Madrid

interdum

interdũ ſit vẽditio ꝑ pretio qđ titius fuit arbitratus vel con-
ſtituerit vt pꝫ in.d.l.ſi.ſed certe iſta differẽtia nõ vꝛ procedere
qꝛ etiã in lite ſeu ſuꝑ lite vꝛ poſſe aſſumi arbitrator vt eſt tex.
cum gl.in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.ꝛ in.l.j.§.ꝛ poſt ope
ris.ff.de nõ.ope.nun.ꝛ in auẽ.ſi vero contigerit ꝛ in corpore vñ
ſumitur.C.de iudi.ſed ſm Bart.põt ſaluari precedẽs differẽtia
quia lꝫ arbitrator põt aſſumi in lite vel ſuper lite tñ põt etiam
dici aſſumpt⁹ ſuper ꝯtu.vcꝫ tranſactionis ꝑficiende.Nã vidẽ-
tur partes aſſumẽdo arbitratorẽ ſuꝑ lite tranſigere ꝛ compo-
nere adinuicẽ ꝙ diſcedatur a lite ſm modum quẽ declarauerit
ipſe arbitrator ꝛ ideo arbitramẽtũ dꝛ quedã tranſactio.vt vo-
luit gl.valde notabilis in.§.ſi vero cõtigerit.in auẽ.vt diffe.iu-
di.col.ix.ꝛ hoc etiã no.hic Inno.ꝛ Hoſt.¶ Aduerte tñ ꝙ non
eſt propria ꝛ ſtricta tranſactio cum illa non fiat niſi aliquo dato
retento vel promiſſo.l.j.ꝛ.ij.ꝑe tranſac.ꝛ.l.tranſactio.C.eo.tit.
ſed arbitrator poſſet ex toto abſoluere vel ex toto cõdẽnare vt
notauit Bar.in.d.§.arbitratorum.ꝛ ideo nõ eſt propria et ſtri-
cta trãſactio:ſed eſt quedã lata tranſactio:qꝛ ꝑ eã trãſitur ꝛ re-
cediẽ a lite.facit qđ no.gl.in.c.ſi qñ.in glo.j.ẽ.de offi. dele.et ſic
pꝫ poſſe ſaluari differẽtiã predictam põt etiã ſaluari attẽta cõi
accidẽtia facti:qꝛ arbitrator eſt ille qui cõiter aſſumiẽ in cõtra-
ctu.vt pꝫ in iuribus preall.ſed arbiter in lite cõiter aſſumitur
l.iij.§.j.ff.de arbi.ꝛ ex hac differentia ſurgit alia:qꝛ ex quo arbi-
ter aſſumiẽ in lite hꝫ procedere per viã litigij,ꝛ ſic ad inſtar iu-
dicis.l.j.ff.de arbi.vñ vt etiã tangit hic Inno.arbitriũ diffiniẽ
quod eſt actus triũ ꝑſonarũ quaſi in iudicio contendentium.ſ.
actoris rei ꝛ iudicis.Arbitrator aũt qꝛ eligiẽ ſuꝑ contractu q
eſt actus ꝛ extraiudicialis ꝛ ideo extraiudicialiter ꝓcedit et ſic
corã arbitratore nullus ordo iudiciarius eſt ſeruandus vt hic
tangit Inn.qđ intellige de neceſſitate vt.j.patebit.nã ex volun
tate ſeruari poſſet etiã corã arbitratore ordo iudiciarius facit
qđ hꝛ in ſimili in cle.ſepe.circa fi.de ver.ſigni.ꝛ ſic nõ hꝫ neceſ-
ſario obſeruare in ꝓceſſu ordinẽ iudiciariũ.ſed poteſt alias ex-
traiudicialiter vt bonus vir laborare ad veritatẽ inueniẽdã.fa
cit qđ hꝛ.ẽ.de.offi.deẽ.cũ cõtingat ꝛ qđ no.Inn.ẽ.ti.j.i.c.ſi.ꝛ ex
predictis etiã ſequiẽ tertia differentia:qꝛ arbitrator in pronun
tiando ꝛ ſentẽtiando ſeu declarando eius voluntatẽ non hꝫ ne
ceſſe ſeruare aliquã ſolẽnitatẽ.et ſic non eſt neceſſe ꝙ ꝓnuntiet
in ſcriptis ꝛ proferat ex ſcripti recitatiõe vel ſedẽdo ꝛ nõ ſtan-
do.ſecus in arbitro ꝑ id qđ hꝛ in.l.j.ff.de arbi.iuncta.l.j.et.ij.C.
12 de ſen.ex peri.reci.¶ Quarta aũt eſt differẽtia qꝛ † arbiter dꝫ
ꝓnũtiare ſm ius:lꝫ ſi aliter ꝓnuntiet ſtari debeat eius ſnĩe.l.diẽ
profeẽre.§.ſtari.ff.de arb.vbi dꝛ ꝙ ſtari dꝫ ſnĩe arbitri ſiue equa
ſiue iniqua ſit qđ intellige niſi haberet in ſe expreſſum errorem
iuris.l.apud celſum.§.itẽ q̃riẽ.cũ ibi no.ꝑ Bar.ff.de do.ex.vel
niſi dolus arbitri interueniret ꝑ ea que habenẽ in.l.ita demum.
ff.de arbi.ſed arbitrator dꝫ ꝓnuntiare ſm equitatẽ vnde poteſt
aliquid modicũ dare de iure vnius alteri pro bono pacis.ꝛ cõ-
cordie vt no.in.d.l.ſi de meis.§.arbitrorũ.ꝛ facit qđ no.Bnt.in
auẽ.decernimus.C.de arbi.vñ dicebat hic.d.Ant.ꝙ arbiter dꝫ
ſeruare rigorẽ iuris:ſꝫ arbitrator iuſtitiã,allegat not.in Spec.
de arbi.§.j.ver.arbitrator vero.cũ ibi not.ꝑ Joã.an.in addi.ſed
certe melius dixiſſet ꝙ dꝫ equitatẽ ſeruare.nam ſm iuſtitiã iu-
dicare,eſt ſcđm ius iudicare.vt in.c.eſt ius dictũ.j.de ver.ſigni.
13 ¶ † Sꝫ iuxta predicta dubitat qualiter cognoſceẽ.an compro-
miſſum ſit factũ tãq̃ inter arbitrũ an vero tãq̃ i arbitratorẽ dt
hic.d.Ant.ꝙ ſi ſimpl'r fiat cõpromiſſũ in aliquẽ.nec adijciẽ vt
in arbitrũ vel arbitratorẽ ꝙ in dubio vꝛ elect⁹ vt arbiter ꝛ non
vt arbitrator ꝑ id qđ hꝛ in.l.iij.§.j.ff.de arb.ꝛ quod no.in Spe.
de arb.§.fin.ver.ſed pone ꝙ ſicut.cum tribus ſequẽ.niſi ex alijs
verbis appareat aliud fuiſſe de mẽte ꝑtiũ vt qꝛ dictũ fuiſſet ꝙ
poſſet procedere ordine iuris ſeruato vel nõ ſeruato.nã tũc pꝫ
ꝙ non ſimpliciter vt arbitrũ elegerunt qđ aũt ſi dixerint cõpro
mittimus in titiũ vt arbitrũ ꝛ bonũ virũ dicit ꝙ erit arbiter q
arbiter eligiẽ vt bonus vir.d.l.iij.§.j.idẽ dicit ſi dixerint eligi-
mus titiũ in lite nr̃a diſceptatorẽ vt in.d.l.iij.§.j.ꝛ hoc intelli-
go maxime ꝓcedere qñ pena apponiẽ nã tunc maxime colligiẽ
qđ voluerunt ꝑtes eũ eſſe arbitrũ vt no.gl.in.l.j.ff.de iudi.ſec⁹
dicit ſi ꝑtes dicant eligim⁹ talẽ vt arbitratorẽ.ꝛ idẽ dicit ſi di-
cant eligimus talẽ qui vt bonus vir noſtras terminet q̃ões ſꝫ
forte iſtud vltimũ nõ eſt verũ qꝛ etiã arbiter vt bonus vir eligiẽ
vt dicit tex.in.d.l.iij.ff.de arbi.ꝛ ſic ptꝫ põderãda eſſe verba.nã
aut expreſſe dicunt ꝙ cõpromittunt tãq̃ in arbitrũ,aut dicũt
ꝙ cõpromittũt tãq̃ in arbitratorẽ,aut ſimpliciter ꝯpromittũt
in aliquẽ ꝛ qđ iuris in oĩb⁹ predictis pꝫ ex ſuperi⁹ dictis.Ad-
uerte tñ qꝛ inquãtũ dixi ꝙ in dubio vꝛ aſſumi vt arbiter vꝛ ve-
rũ qñ aſſumiẽ ſuꝑ lite ꝑ id qđ hꝛ.in.l.iij.§.j.ſꝫ ſi aſſumereẽ in ꝯ-
ctu.vt qꝛ vẽdit qs rẽ titio cõpromittẽdo pretiũ in ſeio vꝛ quod
tunc intelligaẽ arbitrator ꝑ id qđ hꝛ in.l.ſi.C.de ꝯhen.emp.nã
ibi facta fuit vẽditio ꝑ ꝑtio qđ ꝯſtitueret ſei⁹.ꝛ ſic nõ ſunt ver-
ba prima facie importãtia arbitramentũ imo potius ſonantia
in arbitriũ ꝛ merã volũtatẽ.ꝛ tñ cẽſeẽ arbitrator vt ptꝫ in.d.l.
ſi.ad idẽ ẽt qđ hꝛ in.d.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ.nã arbiter etiã
appellaẽ vt ibi pꝫ.qui hꝫ cõſtituere ꝑtes ſocietatis.et tñ reuera
eſt arbitrator ꝛ ſic non vꝛ differentia an dicaẽ in ꝯctu ꝙ partes
ſocietatis declarenẽ arbitrio titij.an vero dicaẽ ꝙ declarenẽ ar
bitratu titij per id qđ hꝛ in.d.§.arbitrorũ iuncta.d.l.ſi qs arbi-
tratu.de ver.ob.ſꝫ qñ aſſumiẽ ſuꝑ lite bñ eſt differentia an aſſu
maẽ vt arbiter an vt arbitrator vt pꝫ ex no.i.d.§.recepiſſe.ꝛ.d.
l.j.§.ꝛ poſt operis.ꝛ ſm predicta vꝛ limitandum dictũ.d.Ant.
14 ¶ † Sꝫ iuxta predicta inſurgit dubiũ qđ ſi cõpromittaẽ in ali-
quẽ.vt poſſit ꝓcedere iuris ordine ſeruato,ꝛ non ſeruato an ta
lis diceẽ arbiter vel arbitrator.dicit hic Inno.ꝙ habebit miſtã
poteſtatẽ.ꝛ ſic poterit eſſe ꝛ arbitrator ꝛ eligere viã arbitri ꝛ ſi-
militer ꝛ arbiter ꝛ eligere viam arbitratoris.ꝛ ꝑ ꝯñs erit in ei⁹
ꝑtãte quã viã eligat ꝛ idẽ dicẽdũ ſi eſt cõpromiſſum tãq̃ in ar-
bitrũ ꝛ arbitratorẽ ꝛ amicabilẽ cõpoſitorẽ.nam poterit eligere
viam arbitri vel arbitratoris ꝓut ſibi placuerit.vt etiã voluit
Bar.in.d.§.arbitrorũ.qđ aũt ſi fuiſſet dictũ ꝙ ꝯpromittiẽ vt in
arbitrũ ꝛ arbitratorẽ.Spe.i.d.v̇.ſꝫ pone ꝙ ſicut ꝛ ſe.ponit opi.
ꝛ finaliter vꝛ dicere ꝙ talis cẽſebiẽ arbiter.ꝛ ſic potentior ꝑtãs
intelligaẽ ſibi ar.l.q̃riẽ.ff.de ſta.ho.Sꝫ veri⁹ vꝛ qđ vtraq; ꝑtãs
intelligaẽ ſibi data ꝓut elegerit argumẽto ei⁹ qđ hꝛ in.l.ſi titio.
ff.de vſufr.vbi copula poſita inter incõpaſſibilia reſoluiẽ in al-
ternatiuã:ergo etiã hic qñ cõpromittiẽ tanq̃ in arbitrũ ꝛ in ar-
bitratorẽ illa copula reſoluiẽ in diſiunctiuã cũ via arbitri ſit op-
poſita vie arbitratoris.vt pꝫ ex ſupradictis.ꝛ ſic nõ vꝛ differẽ-
tia.an apponaẽ copulatiue,an vero diſiũctiue.ꝛ hoc puto fuiſ-
ſe de mente.d.Anto.hic lꝫ clare iſtud non dicat.Sꝫ aduerte qꝛ
iſto caſu qñ hꝫ duplicẽ ꝑtãtẽ ex mõ ꝓcedendi poterit apparere
quã viam eligat.ar.l.ſi ſeruus.§.fi.cũ ibi no.ff.de le.j.ꝛ ideo ſi in
ꝓceſſu.ꝛ ſic in mõ ꝓcedendi ꝛ in mõ ſententiandi ſeruet ordinẽ
iuris ſeu ſolẽnitatẽ cẽſebiẽ elegiſſe poteſtatẽ ꝛ viã arbitri.ſi aũt
proceſſerit non ſeruato ordine iuris cenſebitur vt arbitrator.et
viam ꝛ ꝑtãtẽ arbitratoris elegiſſe.ꝛ ſi pronũtiet inique poterit
peti reduci dictũ eius ad arbitriũ boni viri.ꝛ.j.diceẽ ſecus in ca
15 ſu precedẽti.¶ † Sꝫ iuxta predicta occurrit dubiũ qđ ſi ꝑtim
proceſſit ſeruato ordine iuris forte qꝛ fecit dari libellũ ꝛ litẽ cõ-
teſtari:ſꝫ poſtea ꝓceſſit ſine ordine iuris.ꝛ tulit ſnĩam etiã ſine
ſcriptis vel ſtãdo ꝛ nõ ſedẽdo.an tũc valebit ſnĩa vꝛ ꝙ nõ quaſi
a principio faciẽdo ſeruare ordinẽ iudi.videaẽ elegiſſe viã arbi-
tri.et ideo poſtea non vꝛ poſſe eligere viam arbitratoris imo
illi potius renũtiaſſe.ar.j.de app.ſolicitudinẽ ꝛ.j.de elec.vt qs
duas.li.vj.ꝛ hoc tenuit Dy.in.l.iij.ff.de teſta.mi.ꝛ facit etiã qđ
ipſe notat in.d.l.ſi dñiũ.ff.de fur.ꝛ ideo ex quo elegit viã arbitri
ſnĩa predicta lata ſine ſolẽnitate iuris vꝛ nulla ꝛ nõ ducere pe-
titionẽ pene ꝑ id qđ notaẽ in.d.l.apud celſum.§.itẽ queriẽ:qꝛ
vbi pꝫ eo caſu quo ſnĩa iudicis eſſet nulla:ibi ſnĩa arbitri nõ in-
ducit petitionẽ pene.ſꝫ Hoſt.hic vꝛ dicere ꝙ talis ſnĩa valebit
ꝛ ſi erit equa ſtabiẽ et al's poterit reduci ad arbitriũ boni viri et
ſic iudicabitur potius vt arbitrator et nõ vt arbiter:vt res po-
tius valeat quã pereat.j.de verb.ſign.abbate.concor.l.quot.ff.
de re.du.ꝛ hoc etiam placet hic do.Ant.ex eo qꝛ non repugnat
ſm eum oĩno vie arbitratoris qđ in aliquo vel etiam in toto in
procedendo ſeruet ordinẽ iuris allegat qđ hꝛ in ſimili per gloſſ.
in cle.ſepe.circa fi.de ver.ſig.et ꝓ iſta ꝑte etiã facit.qꝛ actus iu-
diciarij ſunt ſeparati vt etiã tangit gl.j.d.cle.ſepe.circa fi.ꝛ ideo
lꝫ ſeruauerit ordinẽ iuris in aliquibus actibus non vꝛ in alijs
arctari ad obſeruãdũ.ex quo ſunt actus ſeparati in preambulis
ꝛ habebat ꝑtãtẽ ꝓcedẽdi [illegible] arbiter ꝛ vt arbitrator.ꝛ hoc verũ
qñ expreſſe nõ eligit aliquã viã [illegible] ſed ſi expreſſe elegiſſet viã ar-
bitri ſuꝑ tota cã.vel ſim[illegible] nõ poſſet poſtea redire ad viã
arbitratoris ꝑ id qđ hꝛ [illegible] quis duas.ꝛ qđ not.gl.in dicta
cle.ſepe.ad fi.nec puto abſ[illegible] quod arbitrator ꝓnũtiet ex his
que cor[illegible] ſuꝑ aliq[illegible] articulis geſta ſunt vt coram arbitro
tñ ſm men[illegible] do.Ant.[illegible] intelligerenẽ acta illa facta vt coram
arbitro,ſe[illegible] arbitratore cuius natura etiã non
repugnat [illegible] ꝙ aliquis ordo [illegible] erit obſeruatus.lꝫ non tenere
tur.ꝛ ſic patet ꝙ in caſu predicto ſuſtineri põt ſnĩam valere tã-
q̃ arbitratoris.ꝛ poſſet peti reductio ad arbitriũ boni viri.ſi ex
pediat ꝛ vt pꝫ ex p̃dictis duplici via ſuſtineri põt.primũ vt in-
telligatur elegiſſe viam arbitratoris.vt ſic res poti⁹ valeat q̃
pereat per iura ſuperi⁹ allegata.ꝛ qꝛ nõ repugnat ex toto ꝑtãti
arbitratoris ſeruare ordinẽ [illegible] ſi velit:lꝫ nõ teneaẽ.ꝛ iſtam viam
ſequiẽ.d.Ant.Alia [illegible] via ꝙ intelligaẽ elegiſſe viam arbitri in
actibus in qbus ſe[illegible] ordinẽ ſed nõ in alijs in quib⁹ nõ ſer-
uauit.ꝛ ſic non inte[illegible] egiſſe viam arbitri in actu ſententie
ex quo in illo non [illegible] ordinẽ iuris in pronuntiando cũ eſſẽ
actus iudiciales [illegible] diſtincti ꝛ ſeparati.vt pꝫ ex diuerſitate tit.
ꝛ no.glo.in dicta cle.ſepe.ad fi.lꝫ in aliqb⁹ ſeruauerit ordinem

Ayuntamiento de Madrid

et per hoc in eis videat elegiſſe viam arbitri. nõ tñ ſequit ꝙ in aliis in qb⁹ nõ ſeruauit videat elegiſſe viaꝫ arbitri. ⁊ ideo poſt videbit elegiſſe viã arbitratoris in actu ſnie in quo nõ ſeruauit ordinẽ iuris pronũtiãdo. ⁊ ſic reperiet ꝙ tanꝙ arbitrator pronuntiabit ex geſtis corã ſe tanꝙ corã arbitro. nec puto abſonuꝫ hoc qꝛ videmus in ſimili ꝙ iudex põt pnuntiare ex atteſtatiõibus actitatis corã arbitro. l. fi. C. de teſti. ⁊ ſupra. c. preſentata. Jtẽ aduerte qꝛ dixit hic. d. Ant. qđ ſi etiã ſeruauit ordinẽ iuris necdũ in pceſſu, ſꝫ etiã in ſentẽtiandi mõ ꝙ poterit nihilomin⁹ peti reductio ad arbitrium boni viri: lꝫ dicat Butr. tenere oppoſitũ. nã ẜm eum non repugnat proceſſui arbitratoris oĩno ꝙ ſeruet ordinẽ vt ſuperius eſt dictũ. tu potes cõcordare opin. qꝛ dictũ. d. Ant. poſſet pcedere qñ cõſtaret qđ elegiſſet viã arbitratoris ſaltẽ in ſententiando vt qꝛ hoc expreſſiſſet. nã tũc pcedere põt dictũ eius. ⁊ rõ p eũ aſſignata: ſꝫ vbi nõ cõſtat expreſſe de mente ipſius pronũtiantis quam viam voluerit eligere. tũc pcedat dictũ Jac. de but. qꝛ preſumet in dubio elegiſſe viã arbitri. ex quo in pcedẽdo, ⁊ in ſentẽtiandi mõ ſeruauit iura. ar. l. fi. ſeruus pluriũ. ẜ. fi. ff. de leg. j. nec eſt preſumẽdum in dubio ſi aliud non apparet ꝙ in eodẽ actu ſnie voluerit eligere viaꝫ arbitri ⁊ viã arbitratoris cũ in dubio eadẽ res nõ debeat diuerſo iure cenſeri. ar. l. cũ qđã. ff. de vſu. ⁊ dicit But. tenere quod dixi

16 in. l. fi. C. de iureiu. ¶ † An aũt atteſtatiões recepte corã arbitratore habebũt illum effectũ quẽ habent recepte corã arbitro Bar. poſt But. in. l. fi. C. de teſt. tꝫ qđ ſic ſi plenarie ſunt recepte ſed ↄ̃riũ hic voluit. d. Anto. ⁊ forte melius qꝛ corã arbitratore non cenſet eſſe iudiciũ nec quaſi: ſed cenſetur extraiudicialiter geſtum p ea q̃ dixi circa primã ⁊ ſcđam differentiã. ⁊ ideo nõ eſt eadẽ rõ que in arbitro cũ arbitriũ habeat inſtar iudicij. l. j. ff. de arbi. ⁊ p hoc etiã facit qđ notauit Jo. an. ⁊ Spe. in ti. de li. con-

17 teſt. ẜ. effectus. vbi no. ꝙ lit. cõteſt. facta † corã arbitratore non interrũpet preſcriptionẽ. qꝛ hoc non eſt iure cautũ. ſecus qñ ſit corã arbitro vt. ſ. de arbi. c. fi. ⁊ ſic eadẽ ratione vꝫ qđ ex quo nõ reperit cautum de atteſtationibus receptis corã arbitro qđ faciãt fidẽ corã iudice non debemus dicere ꝙ fidẽ faciat. ar. l. illã. C. de collati. ¶ Quid autem ecõtra ſi a prin ille ꝑ quẽ cõpromiſſuꝫ eſt tanꝙ in arbitrũ ⁊ arbitratorem proceſſiſſet ſine ordine iuris ⁊ denũtiauit ſedẽdo: ⁊ ſic ſeruauit ordinẽ iuris in actu ſententie an cẽſebit ſnia arbitri an arbitratoris refert. d. Ant. aliquos tenere ꝙ valebit vt ſnia arbitri: qꝛ poti⁹ ↄ̃ſiderare debemus finẽ quã principiũ ⁊ potius principale quã acceſſoriũ. ⁊ ſic potius actũ ſnie ꝓpter cui⁹ finem alia fiũt: ſed cõtrariũ ipſe tꝫ: vcꝫ ꝙ valebit tunc vt ſnia arbitratoris. ⁊ ſic poterit peti reductio ad arbitrium boni viri ſi expediat, monetur: qꝛ nõ repugnat ex toto pceſſui arbitratoris qđ ſeruet ordo: ſꝫ bene repugnat proceſſui arbitri qđ pcedit ſine ordine iuris p id qđ hꝫ in. l. j. ff. de ar. ⁊ allegat ẽt no. p gl. in dicta cle. ſepe. ad fi. ⁊ p Fede. in ſuo cõ ſi. cciij. ⁊ hec opi. etiã plꝫ potiſſime: qꝛ ſi diceremꝰ ꝙ intelligeret eſſe ſnia arbitri. tũc nõ valeret qꝛ lata non precedẽte ordine iuris ⁊ ſic ſicut nõ valeret ſnia iudicis lata non precedẽte ordine iuris. l. prolatã. C. de ſen. canonizata. ij. q. vi. ſic. nec valebit ſnia arbitri p. d. l. j. ff. de arbi. ⁊ ſic nõ induceret petitionẽ pene ſi nõ ſeruetur p id qđ habetur in. l. apud celſuꝫ. ẜ. itẽ querit. ff. de do. excep. cũ ibi not. p Bar. ⁊ ſic vꝫ qđ vt res poti⁹ valeat q̃ pereat debeam⁹ preſumere ꝙ cenſeat ſnia arbitratoris. preſertim cuꝫ non repugnet ei ex toto qđ ferat in ſcriptis, lꝫ ferri potuiſſet

18 etiam ſine ſcriptis. An † aũt ſit aliqua differentia inter arbitratorem ⁊ amicabilẽ cõpoſitorẽ tex. vꝫ cum glo. qđ non ẜm vnum intellectũ in. l. ſi de meis. ẜ. recepiſſe. ff. de arb. ⁊ ſic ꝑꝫ hoc eſſent noĩa ſynonyma qꝛ diuerſa in [illegible]: ſꝫ idẽ importãtia, ſed ẜm alium intellectũ eſt differentia [illegible] arbitrator hꝫ diffinire: ſꝫ amicabilis cõpoſitor hꝫ reducere [illegible] concordiam abſq eo ꝙ ipſe pnuntiet. Et iſtũ intellect[illegible] Bar. in. d. ẜ. recepiſſe. et vꝫ etiã in ſe verũ ⁊ ſatis cõſonare [illegible] verbis. Et ꝑꝫ hoc ꝑtꝫ ꝙ aliud eſt arbiter. aliud arbitrator: ⁊ aliud amicabilis cõpoſitor.

19 ¶ † Quid aũt ſi ptes ꝑmittũt ſup [illegible] ſtare voluntati titij: dicit hic. d. Ant. qđ ille cẽſebit arbit[illegible] allegat [illegible] Bald. in d. ẜ. recepiſſe. ſꝫ iſtud puto ver[illegible] ſup [illegible] lite [illegible] quo cõcernẽte ↄ̃ctũ ſic ꝑmittũt. puta ſup quã. itate ptis. l. fi. C. de ↄ̃hẽ. emp. vel ſup quãtitate ptis inite ſocietatis in ↄ̃ctu vt. l. ſi ſocietatẽ. ẜ. arbitrorũ. ff. p ſo. ſec⁹ qñ ſup lit[illegible] ſeu lite ſic ꝑmittunt qꝛ tunc vꝫ ꝙ intelligat eſſe arbiter p. l. iij. ẜ. j. ff. d arbi. ⁊ p id; etiã

20 qđ ſuperi⁹ dixi. ¶ † Sꝫ circa predi[illegible] occurrit dubiũ quid ſi cõpromittit in aliquẽ. ⁊ d in ↄ̃promiſ[illegible] pcedere poſſit de iure [illegible] ⁊ ſniare de iure [illegible] arbiter vel arbitrator Bar. in. d. ẜ. arbitrorũ: tꝫ ꝙ e[illegible] erit remiſſa obſeruatio iuris in pceſſu: ſꝫ in ſnia [illegible] ſeruare ordinẽ iuris nã etiã videmus ꝙ ſ[illegible] lex remitti[illegible] pcedendo ordinẽ iuris. l. nec q[illegible]. ẜ. de plano. ff. de off[illegible] ſubmerſis. C. de naufra. li. xj. ⁊ dicta cle. ſepe. nec ob. ꝙ ptes † nõ poſſint remittere ordinẽ iuris vt no. de offi. dele. de cauſis. qꝛ illud eſt verũ qñ voluñt pcedere corã iudice. ſecus ſi corã arbitro cui⁹ poteſtas pẽdet a ptib⁹. l. nõ diſtinguem⁹. ẜ. de officio. ff. de arbi. ẜm Bar. in. d. ẜ. arbitrorũ. ⁊ idẽ dicit. d. Ant. tenere Frã. de albe. de are. in repetitio. l. ſi qs arbitratu. Allegat etiã q̃ differẽtia eſſet inter arbitrũ ⁊ arbitratorẽ eſt ꝙ arbitrator poſſit ẜm equitatẽ addendo de iure vnius alteri. ⁊ ſic põt in ſententiãdo tranſgredi ius ſaltẽ in modico vt no. p glo. ⁊ Bar. in. d. ẜ. recepiſſe. ſꝫ arbiter dꝫ ꝑꝫ ius ꝑnuntiare. lꝫ ſtetur eius ſnie ſi ſit iniqua allegat etiã quia miſtum dꝫ attribui digniori. j. de ↄ̃ſe. eccl. ꝙ in dubijs dignior eſt aũt ſnia ꝙ pceſſus, cũ proceſſus fiat ꝓpter ſniam nõ econtra ⁊ hoc ſequit etiã hic. d. Ant. q etiã vꝫ velle ꝙ ptes poſſint remittere ordinẽ iudiciariũ eligẽdo viã ſummariã corã iudice p no. p glo. in. c. fi. de re iudi. in. vj. ſed non puto hoc dictuꝫ verũ ſimpliciter qꝛ in cã plenaria volũt corã iudice tanꝙ corã iudice pcedere nullo mõ pñt remittere ordinẽ iuris. ⁊ ſic intelligendo illã glo. que alias meo iudicio male diceret facit qđ dixi in. d. c. de cauſis. ⁊ de fi. obla. in. c. j. ¶ Sꝫ iuxta predicta occurrit dubiũ qđ ſi dicat ꝙ cõpromittunt tanꝙ in arbitrum ⁊ arbitratorẽ: et amicabilẽ cõpoſitorẽ ad cognoſcendũ de iure ⁊ de facto ⁊ ſententiãdũ de iure tantũ an erit idẽ qđ in precedẽti. ⁊ differt hec qđ a precedẽti: qꝛ in iſta eſt additũ verbũ arbitratorẽ ⁊ amicabilẽ compoſitorẽ. ⁊ vꝫ ꝙ non ſit arbiter ſi eligat de facto procedere alias dicta verba vident ſuperflua. ſed Fran. de are. vt refert do. Ant. tꝫ idẽ quod in precedẽti vcꝫ ꝙ hic erat arbiter tantum: qꝛ differentia inter arbitrũ ⁊ arbitratorẽ principaliter conſiſtit penes finẽ ſententiandi. ⁊ ideo ex quo in actu ſentẽtiandi vꝫ agi ꝙ ſit arbiter cenſebit arbiter. ar. l. querit. ff. de ſta. ho. et illa verba vt in arbitratorẽ videbunt dicta ſimilitudinarie hoc eſt vt in pcedendo non ſeruet ius ad ſimilitudinẽ arbitratoris: nec dꝫ intelligi ẜm enim vt intelligat eſſe arbitrator in procedẽdo ⁊ arbiter in ſentẽtiãdo ne cõtinẽtia eiuſdẽ cauſe diuidat ⁊. l. nulli. C. de iud. ⁊ qꝛ de qua re cognouit vꝫ ꝙ debeat ꝑnũtiare ꝑut cognouit. ar. l. de qua re. ff. de iu. ⁊ de cã poſ. cũ ſup. ⁊ iſta opi. ſatis vꝫ poſſe ſuſtineri ex eo: qꝛ nõ põt dici ꝙ intelligat arbiter in ſententiãdo ⁊ arbitrator in cognoſcẽdo qꝛ reperiret qđ ferret ſniam tanꝙ arbiter ex pceſſu facto extraiudicialiter cum corã arbitratore non cenſeat eſſe iudiciũ nec quaſi. et ideo nõ poſſet valere vt ſnia arbitri. ex quo nõ precederẽt acta que haberent inſtar iudicij. ⁊ cum iſta opi. etiã Fran. de are. tranſit hic do. Anto. lꝫ nõ alleget rõnẽ quã dixi. Tangit tñ an ptes poſſint in pceſſu fiendo corã arbitro remittere ſubſtãtialia iuris vꝫ ꝙ non ſaltem illa que habent in cle. ſepe. ſed cõtrariũ tꝫ p ea que habent in. l. diem. ẜ. ſi quis. ff. de arbi. vbi pñt ptes facere ꝙ arbiter procedat etiã pte non citata vt ibi eſt tex. cum glo. non ſufficit tamen ꝙ ptes dicant ꝙ poſſit arbiter procedere altera pte abſente. niſi addat ⁊ nõ citata. vt pꝫ ex no. in. d. ẜ. ſi qs. nam alias lꝫ poſſet procedere pte abſente propter cõuentionẽ ptiũ debent tñ citare alias non poſſet: vbi aũt non eſt dictuꝫ ꝙ poſſit procedere pte abſente nõ poſſet pcedere etiã citata pte qꝛ non põt procedere in cõtumaciã partis: lꝫ in hoc ſecus ſit in

22 iudice. vt pꝫ ex no. in. d. ẜ. ſi qs. ¶ † Quid aũt ſi eſt compromiſſum in arbitratorẽ, ⁊ amicabilem compoſitorẽ. vt pcedat de iure ⁊ de facto. ⁊ ſententiet de iure. an cenſebit arbiter vel arbitrator ⁊ differt hec queſtio a precedenti: quia in iſta nõ ponit verbum arbitrũ. ſed verbum arbitratorẽ do. Anto. hic dicit ꝙ erit arbitrator. ⁊ ſic poterit peti reductio ad arbitriũ boni viri mouet non vꝫ repugnare nature arbitratoris quod informet arbitrum ſcđm ius ſed forte poteſt teneri contrarium p ea q̃. j. dicã. quia vꝫ ꝙ ſi non pronũtiaſſet ſcđm ius quod ſnia ſit nulla: licet ipſe in hoc teneat cõtrariũ. Unde eſt, vidẽdũ in caſu iſto ⁊ precedentibus qñ actũ eſt qđ pronuntiet de iure. an ſi nõ pronuntiat ſcđm ius ſed potius contra ius ptis. lꝫ alias ſnia nõ habeat errorem iuris expreſſum: an valebit Bar. in. ẜ. arbitrorũ. ⁊ illa qđ qñ dictũ eſt ꝙ procedat de iure ⁊ de facto et pronuntiet de iure tangit dubium: ſed non decidit ⁊ dicit cogitandum. nã vꝫ prima facie ꝙ laudũ ſit nullum velut contra formam compromiſſi argu. l. diligeter. ff. man. ⁊. ſ. de reſcrip. cũ dilecta. refert. d. Ant. aliquos dicere ꝙ Bar. hoc dicit in. l. qualẽ. ff. de arbi. ſed dicit ſe non inueniſſe: ſed certe reuera ibi non decidit: ſed bene decidit in. l. dieꝫ proferre. ẜ. ſtari. ⁊ dicit laudũ ipſo iure nullũ lꝫ ipſe. d. Anto. non videat hoc habuiſſe. ⁊ forte non erat in antiqua lec. Bar. ſꝫ hodie bene habet ipſe tñ dicit aliqua fuiſſe addita que non fuerunt dicta Bart. ſed Ang. Fran. de are. vt ipſe refert in d. l. ſi quis arbitratu tꝫ qđ laudũ vꝫ: qꝛ vꝫ exprimi qđ inerat. et ideo vꝫ dari noua forma. l. iij. ff. de leg. j. ⁊ ſic vident dicta verba expreſſa potius ad oſtendendum ꝙ iudicare habeat vt arbiter quam vt arbitrator ad hoc faciat. quia conditiones que tacite inſunt non faciunt rem conditionalẽ: ſed potius inducũt quandam admonitionẽ. l. ſi. x. cũ petiero. de ver. obl. ⁊ plene dictum fuit in

Ayuntamiento de Madrid

fuit in.c.ſi.de preſumptio.⁊ p gl.in cle.j.de offi.dele.allegat etiā
q̄ꝛ vbi arbitro nō remanet libera facultas in pronūtiando non
vꝫ valere cōpromiſſum.l.qualē.ff.de arbi.⁊ ſic p predicta ver-
ba nō vitiabiꝫ ſnīa ſua.nec intelligereꝫ reſtricta poteſtas.arg.d.
l.qualē.ſꝫ ſolū declaratū quod vt arbiter habeat pronuntiare ⁊
hanc partē ſequiꝫ do.Ant.allegat dictū Inn.de offi.dele.pru-
dentiam in glo.mag.vbi ſi ſuperioꝛ delegat cām ſub forma ſi ti-
tius ꝓbauerit ſibi deberi.x.a ſeio cōdēnes ei ſeiū nā ſi poſtea
cōdēnat.lꝫ titius non ꝓbauerit ſibi deberi tenebit ſnīa de me-
ro rigoꝛe.q̄ꝛ dicta condēnatio inerat tacite.⁊ ſic non dat formā
nec inducit cōdēnationē ſed poti⁹ monitionē.⁊ cum dicto In-
nocē.concoꝛ.Jo.an.ſ.de reſcrip.cū ex inſinuatione.⁊ ideo tꝫ cū
in caſu predicto cēſeaꝫ arbiter vt ſuperius eſt dictū.⁊ ſic ineſſet
tacite ꝙ deberet ſcḋꝫ ius pronuntiare talis expꝛeſſio nō faciat
qḋ ſnīa ſit nulla.ſi feraꝫ cōtra ius ptis.ſecus dicit in arbitrato-
re vt eſt in vltima.q.quā poſui qñ nō fuit appoſitū verbū arbi-
trum.nā cum tunc cenſeaꝫ arbitratoꝛ ſm eū: facta eſt expꝛeſſio
eius nō qḋ inerat vel ſaltē aliter quā ineſſet q̄ꝛ arbitratoꝛ nō
habebit neceſſe ꝓnūtiare ſcḋm ius.imo poterat contra ius mo
dice ledendo ptē.⁊ ideo hoc caſu bñ poſſet dici arbitramentum
nullū.⁊ talis adiectio vꝫ facere cōditionē ex quo expꝛimiꝫ aliter
quā inſit.Et ex p̄dictis pꝫ do.Anto.velle ꝙ vbi cōpꝛomittiꝫ in
aliquē tanꝙ in arbitrum hoc acto ꝙ procedat de iure et de facto
ſi pronuntiet de iure tantū qḋ tunc ſi pronuntiet cōtra ius ptis
non expꝛeſſo iuris erroꝛe in ſnīa tꝫ tñ ſententia ⁊ valebit vt ſnīa
arbitri q̄ꝛ.videtur facta expꝛeſſio eius tacite qḋ inerat cū arbi-
ter ſi nil dicaꝫ dꝫ pronuntiare ſcḋm ius:vt tangit Butr.in auꝫ.
decernimus.C.de arbi.allegat.l.rē nō nouā.⁊ auꝫ.ibi poſitam.
C.de iudi.⁊ bñ facit qḋ habeꝫ in.l.j.ff.de arbi.lꝫ ſi aliter pronū-
tiet ſtari debeat ſnīe.l.diē.§.ſtari.eo.tit.lꝫ tunc faciat litē ſuam
vt.l.pe.C.de pac.iuncta gl.et in prealle.auꝫ.decernim⁹.etiā po-
nit But.qñ vꝫ aſſumi ſup contractu tranſactionis arbitratoꝛ
qñ aſſumiꝫ ſup lite.de quo dixi.ſ.⁊ ſic vꝫ velle.d.Anto.in caſu
predicto ꝙ ex quo tꝫ ſnīa ⁊ ſtari ei dꝫ tanꝙ ſnīe arbitri ꝙ ei debe
bit ſtari oīno adeo qḋ ſi nō ſteꝫ poterit peti pena prealle.§.ſta-
ri.ſꝫ qñqꝫ cōpꝛomittiꝫ tanꝙ in arbitratoꝛē hoc acto qḋ ꝓcedat
de iure ⁊ de facto ſed ꝓnūtiet de iure tñ tunc vꝫ velle qḋ ſi ꝓ-
nuntiat cōtra ius ptis poterit dici ſnīa nulla ex defectu forme
mandati ex eo.q̄ꝛ ſit expꝛeſſio aliter quā inſit cū arbitratoꝛ non
habeat neceſſe pronuntiare ſcḋm ius : ſꝫ ſcḋm equitatē etiā cō-
tra ius auferendo de iure ⁊ dando alteri.dūmodo modice.ideo
tunc bñ operaꝫ aliqd ex quo expꝛimiꝫ aliter quā inſit.ar.l.ſi ita
relictum.§.illi ſi volet.ff.de le.j.⁊.l.iij.§.ſili⁹.ff.de lib.et poſth.
⁊ qḋ no.p glo.de ſpō.c.vno.li.vj.Et plene p Bar.in.l.iij.de le.j.
ſꝫ aduerte q̄ꝛ predictis videnꝫ obſtare duo.primo q̄ꝛ qñ dꝛ ꝙ ꝓ
nuntiat de iure.vꝫ ꝙ debeat intelligi ſm naturā ſubiecte mate-
rie.⁊ ſic in arbitro intelligaꝫ pꝛout ſonat.ſed in arbitratoꝛe vꝫ
ꝙ intelligaꝫ iure.ſ.naturali.⁊ ſm naturalē equitatē.ar.ſ.eo.ad
noſtrā.el.iij.ſꝫ ipſe r̄ndet ꝙ verba q̄ precedūt vꝫ inquātū dꝛ ꝙ
ꝓcedat de iure ⁊ de facto dat intellectū etiā ſequētib⁹ qḋ cū dꝛ
de iure intelligaꝫ de iure poſitiuo q̄ꝛ illa verba de facto impoꝛ-
tāt naturalē equitatē.facit qḋ no.Bar.in extraua.ad repꝛimē-
dā in verbo videbiꝫ.¶ Item ob.ſcḋo ei qḋ dixi de arbitro q̄ꝛ
oꝛdo iuris expꝛeſſus in foꝛma mādati hominis vꝫ dare formā
mādato.ſ.de reſcri.cū dilecta.⁊ de offi.deꝫ.venerabili.⁊ de re-
ſti.ſpo.piſanis.ſed ipſe r̄ndit qḋ ꝯtrariū procedit qñ oꝛdo non eſt
neceſſitatis.forte voluit dicere ꝙ lꝫ pri⁹ debeat reſtitui ſpo-
liat⁹ ꝙ ꝯtracteꝫ petitoꝛiū.tñ ſi iſte oꝛdo omittaꝫ nō erit ꝓceſſus
nullus lꝫ ſi fieret inuita pte poſſet appellari.l.j.C.de ap.⁊ facit
quod no.in.l.pꝛolatā.C.de ſen.vbi aūt oꝛdo eſſet neceſſitatis
tunc ſec⁹.⁊ ita hic ſm eū:q̄ꝛ in arbitro ⁊ in iudice videꝫ eſſe oꝛ-
do debit⁹ vt pronūtiet ſcḋm ius.ideo expꝛeſſio non operatur
nec intelligiꝫ dare formā ſec⁹ in arbitratoꝛe vt dixi.ſꝫ certe nō
vꝫ qḋ ſit oꝛdo oīno neceſſitatis in iudice ⁊ in arbitro ꝓnuntiare
ſm ius.ex quo ſi aliter ꝓnūtiat nō redditur actus nullus dum-
modo nō cōtineat in ſe iuris erroꝛē expꝛeſſum.l.ij.C.qñ ꝓuo.nō
eſt nec.j.de re iud.c.j.⁊ ideo vꝫ eadē rō q̄ in ꝯtrarijs.⁊ ſic nō vꝫ bo.
ſo.d.Ant.vñ aduerte.q̄ꝛ nō puto eē bñ dicere neqꝫ in arbitrato
re neqꝫ in arbitro nā in arbitratoꝛe vꝫ ꝙ cōpꝛomiſſum ſit nullū
ex quo appoſitū eſt pactū contra ſubſtantiā actus vꝫ vt cogaꝫ
arbitratoꝛ ꝓnuntiare de iure:nā ſm ius dꝫ poſſe ꝯ ius pronun-
tiare vt ſuperi⁹ eſt dictū ⁊ iḋ pactū p quod arctaꝫ vt nō poſſit ꝯ
ius ꝓnūtiare vꝫ ꝯ ſubſtātiā ipſius actus ⁊ ideo vꝫ reddere actū
nullū p.l.cū p̄cario.ff.de p̄cario ſiꝫ non vꝫ bñ dicere in arbitro.
q̄ꝛ abſonū ⁊ iniquū vꝫ ꝙ ptes habeāt neceſſe ſtare ſnīe eius.ex
quo expꝛeſſe dixerūt ꝙ deberet ꝓnūtiare de iure ⁊ ſic nō vꝫ cō-
ueniēs qḋ ꝯ mētē ptiū cogantꝫ ſtare ſnīe late ꝯ ius nā debemus
mentē ꝯhētiū ⁊ diſponētiū ſeruare ꝙtum poſſumus hinc eſt ꝙ
poti⁹ mens ꝙ verba attēdiꝫ.l.cū virū.C.de fideiu.et.ff.de re.iu.
l.ꝯtus.⁊.l.j.§.ſi cōueniaꝫ.ff.depo.⁊.j.de v.ſig.c.intelligentia.et
c.p̄terea.⁊ p hꝫ faciat q̄ꝛ ptās arbitri pendet a ptāte data p ptes
l.non diſtinguemus.§.de offō.ff.de arbi.⁊ iḋ ſi facit ꝯ ptātē ſibi
datā dꝫ eſſe nullum qḋ agiꝫ p ea q̄ habenꝫ.in.d.§.de offō.⁊.l.dili
genter.ff.mā.nec ob.rō.d.Ant.q̄ꝛ vt dixi.j.nō eſt verū ꝙ ſimplr̄
ineſſet id qḋ expꝛimiꝫ ſaltē de neceſſitate p̄ciſa.nā etiā poterat
ꝓnuntiare ꝯ ius ⁊ debebit ſtari ſnīe vt.d.§.ſtari.⁊ ideo expꝛeſ-
ſio dꝫ operari p ea q̄ habenꝫ in ſimili in.d.c.cū dilecta.⁊.d.c.piſa
nis.p̄terea ⁊ ſcḋo pt dici qḋ vbi expꝛimiꝫ qḋ inerat nihil opereꝫ
ſi nō ſequaꝫ magnū p̄iudiciū pti ⁊ p̄cipue ꝯ mentē diſponentis.
dū expꝛeſſio nihil opereꝫ.⁊ ita ꝓcedat qḋ dicit Inn.in.d.c.pru
dētiā.⁊ Jo.an.in.c.ſi.de p̄ſum.⁊ gl.in cle.j.de offi.dele.⁊ Jo.an.j
c.ex inſinuatiōe.de reſcri.nā ſi delegaꝫ cā ſub forma ſi titius pro
bauerit ſeiū ſibi debere.x.cōdēnes in.x.ei ſeiū.lꝫ expꝛeſſio illa ſi
ꝓbauerit q̄ tacite inerat ēt ſi ſimplr̄ mādaſſet ꝯdēnari ſeiū ⁊ titiū
in.x.ſ.de reſcrip.c.ij.⁊ de offi.deleg.paſtoꝛalis.§.q̄ꝛ vero.cū ibi.
no.⁊ p Bart.in.l.a diuo pio.in prin.ff.de re iudi.nihil opereꝫ tñ
non ex hoc multū lediꝫ ps:q̄ꝛ ſi condēneꝫ non facta ꝓbatiōe ha-
bebit remediū appellandi.⁊ eodē mō qñ papa mandat ꝓuideri
alicui ſi eſt idoneus.lꝫ expꝛeſſio ſolū inducat monitionē non eſt
tñ magnū p̄iudiciū:q̄ꝛ ſi fiat pꝛouiſio indigno.poterit peti caſſa
tio ꝓuiſionis officio iudicis ſuperioꝛis imploꝛato.vt dictū fuit
in.d.c.ſi.ſed hic qñ in arbitrū cōpꝛomittiꝫ cum dicta clauſula ꝙ
ꝓcedat de iure ⁊ de facto.⁊ ſentētiet de iure ſi illa verba ꝙ ſenten
tiet de iure nihil operanꝫ cogeꝫ ps ſtare ſnīe arbitri ēt inique et
ꝯ ius metu pene.⁊ ſic reſultaret magnū p̄iudiciū ptib⁹ ꝯtra ipſa
rum intentionē.iḋ nō eſt dicendū ꝙ talis expꝛeſſio nihil opereꝫ
ex quo pōt aliqd operari ⁊ ſeruare mentē ptiū ⁊ ideo debem⁹ in
dubio interpꝛetari in ptē iſtā que veriſimilioꝛ eſt vt vꝫ ptes vo
luerūt expꝛeſſionē illā aliqd operari.ar.l.ſemp in ſtipulatiōib⁹.
ff.de reg.iu.⁊.j.de reg.iur.inſpicim⁹.li.vj.⁊ ideo verioꝛ mihi vꝫ
de iure ⁊ de equitate opi.Bar.in.§.ſtari.ꝙ opi.Frā.de are.⁊ do.
23 Ant.¶ †Sed circa p̄dicta ſurgit dubiū.an qñ dictū eſt ꝙ ꝓnū
tiet ſm ius poterit ꝓnūtiare ſcḋꝫ ſtatuta q̄ ſint ꝯ ius ſcḋe.Suza.
refert h.d.Ant.circa ſi.repetitionis hui⁹.c.vbi ponit ēt.q.prece
dente ꝙ Guido in qōnibus ſtatutoꝝ dicit iudicatū fuiſſe qḋ nō
poterit ꝓnūtiare ſm ſtatuta iuri ꝯtraria q̄ſi illa verba de iure,in
telliganꝫ de iure cōi allegat.C.de epi.audi.⁊ in auꝫ.p̄ſes.⁊.l.rem
non nouā.C.de iudi.⁊ quaſi noīatio iuris ſimplr̄ vꝫ intelligi de
iure romano inſti.de iure na.§.ij.dicit tñ Jo.an.in addi.Spe.ſu
p hoc titulo tenere ꝙ in ꝓceſſu poterit ſeruare ſtatuta.ſaluo niſi
ſi dictū eſſet ꝙ ꝓnuntiet ⁊ ꝓcedat ſm ius allegat qḋ hꝫ.ſ.de ſeq
q mi.in poſ.cū veniſſent.ſꝫ.d.Ant.hic finaliter tꝫ ꝙ poterit etiā
ſcḋm ſtatuta iuri ꝯtria iudicare:q̄ꝛ ſm ius eſt ꝙ ꝓnuntieꝫ ſm ſta
tuta loci qñ reperiunꝫ.lꝫ ſint contra ius.l.ſi fund⁹.ff.de euic.⁊.l.
j.⁊.ij.C.de eman.li.⁊ no.ſup rub.ſ.de ꝯſue.⁊ p Bar.in.l.cēs po
puli.ff.de iuſti.⁊ iu.⁊ p Jo.cal.in.q.q̄ incipit ſtatutis.⁊ hanc ptē
puto verā p rōnē p̄dictā.ex quo ſolū ſit mētio d̄ iure:ſꝫ ſi dicere
tur ꝙ ꝓnuntiet de iure,⁊ ſm ſtatuta tunc nō vꝫ ꝙ verbū de iure
poſſit accipi ſolū pro iure cōi.tunc qd dicēdū nō tangit.d.Ant.
ſed potes recurrere ad no.p Bar.in.l.rerū.ff.re.amo.vbi vꝫ con
cludere idē ⁊ in effectu intelligeꝫ de iure ⁊ ſcḋm ſtatuta.i.ſm ſta
tuta a iure appꝛobata.de quo dic vt ibi pleni⁹ p eū.¶ Alia eſt
24 differentia:q̄ꝛ †ſm aliquos arbiter hꝫ citare ptes ⁊ ptib⁹ abſen-
tibus non pōt laudare.l.ſed ⁊ interpellatur.ff.de arbi.⁊.eo.ti.l.
diē pꝛoferre.§.ſi quis.⁊.§.corā.ſecus in arbitratoꝛe q poterit ēt
pte abſente nō citata pꝛoferre laudū ⁊ hoc ſequiꝫ Guil.de cu.in
l.ep̄ale.C.de epi.audi.moueꝫ q̄ꝛ arbitramentū cenſeꝫ qdā ꝯtus
⁊ certificat ꝯtractū.⁊ ideo nō dꝫ poſſe fieri inter abſentes.ſicut ⁊
ꝯtractus.l.labeo.ff.de pac.⁊ q̄ꝛ eſt q̄dā declaratio volūtatis que
vꝫ poſſe fieri pte abſente.l.cū pꝫ.§.hereditatis.de leg.ij.⁊.l.ſi qs
mihi bona.§.iuſſū.de acqui.here.allegat qḋ hꝫ in.l.certum.§.ſi
qs.ff.de cōfeſ.iuncta.l.publia.§.ſi.ff.depo.⁊.l.j.in ſi.ff.ſi.reg.⁊.ff.
ſi menſoꝛ fal.mo.di.l.j.§.j.⁊ p hoc etiā qḋ habetur in.l.theopom
pus.de dote prele.ita quia citatio non reperiꝫ neceſſaria niſi in
his que fiunt a iudice in iudicio.de preſump.c.ſi.cum ibi no.per
Inno.[illegible] contrahen.empt.tꝫ contrariū p
l.ſi quis [illegible] atu.de [illegible] bi ſi p partē ſtet quominus ar
bitreꝫ cō [illegible] pena per [illegible] t aliter non vꝫ ſtare poſſe.niſi
qñ eſt abſe[illegible]⁊ facit qḋ [illegible].d.l.diē.§.ſi qs.ergo pte abſen-
te.non vꝫ poſſe ꝓnuntiare [illegible] c partē ſequiꝫ Bar.in.d.l.ſi qs
arbitratu p multas rationes quas hic refert do.Anto.⁊ ſufficit
remiſſio ad ibi no.Bal.[illegible] de contrahen.emp.vꝫ tenere opi.
Guil.⁊ idē tꝫ ibi Cy.in addi.[illegible] additio cōiter nō habeaꝫ ⁊ hanc
ptē tenuit Frā.de are.⁊ [illegible] etiā hic do.Anto.ex eo potiſſi
me q̄ꝛ non reperiꝫ hoc [illegible] arbitratoꝛe.⁊ ideo nō vꝫ arc
tari ad hoc faciendū.ar.[illegible] C.de colla.pro hoc allegat ꝙ
arbitratoꝛ hꝫ mande[illegible] ſine determinatiōe alicuius
foꝛme.⁊ coꝛam eo n[illegible] oꝛdo de neceſſitate eſt ſeruand⁹ vt hic
voluit Innocē.[illegible] electiōe ipſius,an hoc faciat vel nō
nā ex quo cōmittiꝫ aliquid alicui vt bono viro extra iudiciū vꝫ

Ayuntamiento de Madrid

potius haberi reſpectus ad effectum quã ad qualitatẽ procedẽdi. argu. l. itẽ ſi fundi. §. ſi. ff. de vſufru. quã allegauit notabiliter Guil. facit etiã qḋ no. in ſimili in. d. c. j. de pſump. ⁊ hoc maxime dicit Frã. procedere qñ ptes fuiſſent pſentes in diſcuſſione iã facta: q: tũc nõ erit neceſſaria pñtia. nec vocatio in arbitramẽto. ar. l. quãuis. C. de adul. et hoc tenuit Cy. ⁊ in arbitro in. l. ſi q ex cõſenſu. C. de epi. au. ⁊ facit qḋ no. Jnn. ſ. de teſt. raynald⁹. ſ; l; ſic trãſeat. d. Ant. in arbitro. tñ in arbitro forte nõ eſt verũ p d. l. diẽ. §. ſi qs. q̃ indiſtincte loquit per id qḋ notant Bart. in. l. duo. ff. de re iudi. Jdẽ tñ dicit ſi ptes nõ fuerint adhibite in diſcuſſionẽ q: nõ p hoc arbitramentũ erit nullũ p rõnes pealle. fa tcf tñ ꝙ in diſcuſſiõe negotij poterit habere pſentiã ptiũ et ſic etiã eſt honeſtũ adeo qḋ ſi ptes negligãt venire nõ poterit cogi arbitrator iudicare. q: poterit dicere ſibi nõ liquere de cauſa. cũ ptiũ pſentia merita negotij pãdunt. l. ſi. C. ſi p vim vel alio modo. ⁊. ſ. de reſtitu. in inte. c. tũ ex literis. ⁊ hoc modo poterit dici ſtari per veniẽtẽ quominus arbitret. ⁊ ſic põt intelligi. d. l. ſi qs arbitratu. facit. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ⁊. §. fin. ff. de arbi. non tñ artabit de neceſſitate ad faciẽdũ pdicta p iura alleg. non obſt. l. quod ſi nolit. §. ſi quid. ff. de edilic. edic. quã Bar. allegat quia reſpondit Fran. in. d. l. ſi qs arbitratu. ⁊ Bal. in. d. l. fin. ꝙ ibi non exigit preſentiã in arbitrãdo. ſ; exigit preſentiã in reſtituẽdo rẽ que abſenti non poteſt reſtitui. facit quod habet in. l. ſi fundus. §. ſi. ff. de le. cõmiſ. ⁊. l. pecunie. in fin. de vſu. item non obſt. l. j. ff. vbi pu. edu. debeat. ⁊. l. legatũ. ff. de vſuf. vel allegat Barto. ⁊. l. nam ita diuus. cum ſi. de adopti. q: loquunt in illis que ratione poteſtatis vel iuriſdictionis attribute iure vel a iudice aliquid faciunt p qḋ alteri põt fieri preiudicium. hic aũt in actibus extraiudicialibus in quibus nõ eſt data forma vt hic notabiliter dicit Jnno. ⁊ p pdicta etiã nõ ob. l. hac edictali. §. is illud. de ſecundis nup. q: ibi in arbitro ſeu arbitratore qui producit in iudicio ex mandato iudicis ⁊ producitur vt teſtis ⁊ tanꝗ peritus hic in arbitratore dato inter viuos: in dato vero in vltima voluntate tangit in. l. j. ff. de leg. ij. p Bartol. ⁊ ſic reſtat cõcluſio ſm Fran. Bal. Guil. ⁊ Cy. in addi. ⁊ ſequit. d. Anto. ꝙ arbitrator p ptes electus de neceſſitate non h; citare partes ⁊ ſine ipſarum preſentia põt etiã pronũtiare, ⁊ iſtã opi. credo de iure veriorẽ. l; opi. Barto. videat equior. ⁊ iõ ante factũ tuti⁹ eſſet ſeruari opi. Bar. maxime propter opi. euitãdas ſed poſt factũ ſeruari poſſet opi. cõtraria q: ex hoc ſolo nõ redderet laudũ nullum l; p; non eſſet citata vel pñs p id qḋ tãgit hic Jnn. et facit etiã qḋ notauit in. c. ſi. ſ. ti. j. ⁊. ſ. de app. ex rõne. l; Bar. cõſuluerit etiã p opi. ſua. hodie tñ ⁊ i cõpromiſſis expreſſe apponit qḋ poſſit procedere ⁊ terminare ptib⁹ citatis ⁊ nõ citatis preſentibus ⁊ abſentibus. ⁊ tunc non erit dubiũ p ea q̃ habentur in. d. l. diem. §. ſi quis. cũ ibi not. p gl. ⁊ pro opi. ꝙ poſſit arbitrator pnuntiare pte abſente ⁊ non vocata bñ facit vt tangit Bal. in. d. l. ſi. C. de contrahen. emp. q: arbitrator põt ferre ſñiam die feriata etiã in honorẽ dei. cu; arbitramẽtũ cenſeat q̃dã trãſactio vt ſuperius eſt dictũ ⁊ no. hic Jnno. ⁊ gl. in. §. ſi vero contigerit in auẽ. vt di. iud. colla. viij. que tranſactio põt fieri etiã die feriato in honorẽ dei. l. ſi. C. de ferijs. ⁊ expreſſe hoc t; Speculator. ſ. ꝙ poſſit arbitrari etiã tali die. Licet ſecus ſit in arbitro legis ſi feriatis. ff. de arbi. ⁊ no. ꝙ ipſe Spe. in tit. de arbi. §. ſequit. in v. in forma cõſtat aũt ꝙ tali die feriata non põt fieri citatio. d. l. ſi. C. de fe. ⁊. l. ij. §. fin. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. ⁊ p Jnnocẽ. in c. preterea. de dila. ergo vr ꝙ neceſſario nõ habeat citare ptes. Aduerte tñ quia Bal. in. d. l. ſi. de contrahen. empt. videt dicere hoc verum. qñ aſſumit ſuper contractu vel ſi aſſumit ſuper lite prius audiuit partes quam ferret ſentẽtiã. alias ſm eu; videret in dolo verſari qui dolus non videt remiſſus. l. creditor. §. luci⁹. ff. mandati ⁊ per conſequens tunc laudum non valeret ſm eu; ſec⁹ qñ audiuit ptes vt predixi allegat qḋ notat Jnn. ſ. de teſt. in. c. raynaldus. ſed vt dixi ſuperius Fran. ⁊ Bal. ⁊. d. Anto. tenent ꝙ l; de honeſtate habeat audire ptes. tñ alias extraiudicialiter ſe informauit put in dubio eſt preſumẽ. tũc vr tenere nihilominus laudũ. l; poſſit peti reductio ad arbitriũ boni viri. ⁊ iſtud forte verius de iure cũ non reperiat iure cau. arbitrator habeat ſeruare aliquã formã in cognoſcendo vel pronũciãdo. ſed ſolũ reperiat qḋ debeat arbitrari eque ⁊ ſi inique qḋ petat reductio. ergo non vr curandũ de modo procedendi. argumento. d. l. item ſi fundi. §. ſi. ff. de vſuf. honeſtius tñ eſt ⁊ equius ꝙ omnino audiat ptes anteꝗ ferat laudum. ¶ Et aduerte q: hec differẽtia inter arbitrũ ⁊ arbitratorẽ vc; ꝙ arbiter non põt pronuntiare pte abſente ⁊ nõ vocata. ſ; arbitrator ſic videtur ſuperius ex differẽtijs ſ⁹ ppoſitis. ideo d. Anto. hic ponit illa
2[illegible] ſub quarta ⁊ non vt differẽtiã de p ſe. ¶ Circa quintã differẽtiam quã hic tãgit. vc; q: arbitri nõ iurãt. arbitratores ſic ſm Bartol. in auẽ. decernimus. C. de arbi. ſ; [illegible] do. Anto. melius vr dicere quam Bar. p rationem ſuã ⁊ dicit etiã qḋ licet de iure ciuili arbiter non debeat iurare. nec etiã ptes vt dicta auẽ. decernimus. ſm vnum intellectum. tñ ſi iurat de iure canonico iuramentum eſt ſeruandũ cũ poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne. j. eo. cum contingat. ⁊ notat. glo. in. c. ij. §. de arbi. ⁊ ſic de iure canonico non vr ex hoc inualidari compromiſſum l; ſec⁹ de iure ciuili. vt in dicta auẽ. decernim⁹. vñ forte poſſet dici qḋ de iure ciuili non cogeret arbiter pronuntiare, ex quo compromiſſum eſſet nullũ: ſed de iure canonico eſſet ſecus ⁊ illud ſeruari deberet in terris eccleſie. vt in. c. ij. cũ ibi not. de arbi. in vj. ſed vbi arbiter pronuntiare vr qḋ ſi ptes iurauerunt qḋ debeat ſeruari arbitriũ etiã de iure ciuili propter vim iuramẽti. qḋ etiam in foro ciuili d; ſeruari vbi ius canonicũ vult illud ſeruari. licet ius ciuile dicat oppoſitũ vt in. c. l; mulieres. de iureiur. li. vj. Et conclude ꝙ arbitrator qui extraiudicialiter p ptes aſſumit nõ artat ad preſtandum iuramentũ quia hoc nõ reperit iure cautum. nec ob. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecundis nup. quia nõ loquit in electo a iudice vel a ptibus de mandato iudicis ad exprimendum pretium, ⁊ ideo tunc h; iurare cũ habeat quodãmodo deponere in formã teſtis. ſecus ergo qñ extraiudicialiter partes cõpromittunt in arbitratorem. ¶ Jtẽ cõclude ꝙ poſſet iurare ſi vellet. ⁊ ſimiliter ptes quia non reperit hoc prohibitu; etiã de iure ciuili. q: auẽ. decernimus. nõ loquit in arbitratore ſed in arbitro. ⁊ velut exorbitans non d; extẽdi. ſ. de reg. iu. que
26 a iure. li. vj. ¶ † Sexta differentia eſt q: nõ põt quis eſſe arbiter in cã ſua. ſed bene arbitrator. ſ. eo. veniẽs. ⁊ ibi etiã p Jnno. ¶ Septima eſt ſ; Guil. in. d. l. epiſcopalis. ⁊ ſequit hic. d. Ant.
27 q: † arbiter ſuſpectus poteſt recuſari vt in. l. non diſtinguem⁹. §. cum quidã. ff. de arbi. intellige ex cauſa ante ſententiã vt etiam tangit hic do. Anto. in. xviij. differentia. Secus in arbitratore quia non recedit a pſonã eius anteꝗ arbitret. l. ſi. C. de contrahen. emp. ⁊ iſtam differentiã ſequit etiam. d. Ant. in. d. l. ſi quis arbitratu. ⁊. d. Ant. hic qui etiã allegat qḋ habet in. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. ⁊. l. j. §. ⁊ poſt operis. ff. de ope. no. nun. ſed iſta differentia mihi non pl;: q: qua ratione põt recuſari arbiter ppter iuſtã cãm ſuſpicionis ſuperueniẽtẽ vt. d. §. cum qda;. eadem rõne debet poſſe recuſari arbitrator. ſi iuſta cauſa ſuſpicionis ſuperueniat vt omnino eadẽ ſit rõ. ⁊ p conſequẽs idem ius argu. l. illud. ff. ad. l. aquil. cum ſi. non enim eſt veriſimile qḋ partes voluerint ꝙ ſuperueniente cã ſuſpicionis iuſta nõ poſſit recuſari. ⁊ l; arbitrator habeat arbitrari eque ⁊ ſi inique arbitret poſſit peti reductio l; in arbitro debeat ſtari ſiue etiã inique. ⁊ ſic hoc reſpectu videat rõ diuerſa. tñ melius eſt ante tempus occurrere quã poſt vulneratã cauſa; remediũ querere. l. ſi. C. in qui. cau. reſti. non eſt ne. ideo rationabili⁹ eſt ꝙ poti⁹ poſſit arbitrator recuſari. añꝗ ledat ꝗ expectare qḋ ledat. ⁊ petat poſtea puideri. nec ob. qḋ nõ recedit ab arbitratore. niſi poſtꝗ pronuntiauit vt. d. l. ſi quis arbitratu. ⁊. d. l. ſi. de ꝯhen. empt. q: illud d; intelligi. quãdo non ſuperuenit noua cauſa ſuſpicionis alias ſecus p ea que habent in. d. §. cum quidã. ⁊ in. c. inſinuãte. de offi. deleg. ⁊. l. de etate. §. ex cã. ff. de interrog. actio. ⁊ p predictis etiã faciat, quia debemus in dubio intelligere diſpoſitionẽ ptiũ veriſimile eſt eos intellexiſſe. l. ſemp in ſtipulationibus. ff. de reg. iu. ⁊. c. inſpicimus. de reg. iu. lib. vj. non aũt eſt veriſimile partes voluiſſe ꝙ arbitrator poſſit ferre ſentẽtiam inuita parte ſi inimicitie ſuperuenerint. ¶ Octaua differentia eſt: quia mulier non poteſt eſſe arbitra. ſi nõ eſt in dignitate poſita. l. fin. C. de arbi. cum ibi not. et. ſ. de arbi. dilecti. ſed bene põt eſſe arbi-
28 tratrix vt hic p;. ¶ † Nona differẽtia q: monachus nõ poteſt eſſe arbiter vt notat glo. in. l. pedius. ff. de arbi. ſ; arbitrator ſic ⁊ hoc q̃doff. ſed Cy. in. d. l. ſi qui ex conſenſu. ⁊ Specu. in tit. de arbi. §. ſi. verſi. ſed quero de ſimplici religioſo t; ꝙ etiã arbitrator non poteſt eſſe. q: nõ debẽt religioſi eſſe diſceptatores forẽſium negotiorum. l. conſulta. C. de teſt. nec etiã exire clauſtrum. xvj. q. j. monachi. ⁊. c. placuit. ⁊. d. Ant. cõcludit ꝙ põt eſſe arbiter de voluntate abbatis interueniẽte vtilitate monaſterij cuius etiã tunc poſſit eſſe procurator et aduocat⁹ de poſtu. c. ij. cũ ibi not. ⁊ p Jnno. ſ. de re iudi. cñ. J. ⁊. A. alias aũt nõ põt eſſe arbiter. ſed an poterit tũc eſſe arbitrator vr ꝙ ſic q: amicabiliter cõponere ⁊ reducere partes ad pacẽ videt eſſe actus pietatis facit l. ſi. C. de fe. ⁊ iſtud tenet do. Ant. inquantũ velit procedere ſine anfractu iudeorum. ⁊ vbi modicum diſtrahit ab actu religionis alias non ſit ſibi licitũ. ſi tamen aſſumat arbitramẽtũ et laudet tenebit eius laudũ ſaluo niſi eſſet de ordine minorum fratrum q: tales non poſſunt eſſe executores teſtamenti qui tamen in ſe eſt actus pius vt in cle. exiui. de ver. ſigni. ⁊ ideo nõ põt eſſe arbitrator l; ſine compromiſſo poſſet laborare pro pace et cõcordia ſicut pro alijs operibus pietatis. ⁊ ſic reſidet. d. Anto. Sed aduerte q: multũ facit in contrariũ qḋ habet in cle. religioſus. de pcu. vbi religioſus nõ põt ſine licentia ſuperioris conſtitui procurator etiã ad ſubſtituendum ex eo q: non cenſet hſe velle nec nolle

Ayuntamiento de Madrid

nec nolle.vt ibi etiā tāgit gl.⁊ facit de elec.nullus.⁊.c.ſi religio-
ſus.li.vj.⁊ ſic videt̄ qđ etiā religioſus alius quam de ordine mi-
norū non poſſit eſſe arbitrator ſine licentia ſuperioris ſed forte
poſſet dici ꝙ cū licentia poſſit eſſe arbitrator cū ſit actus pieta-
tis reducere ꝑtes ad concordiā vt.d.l.ſi.C.de ſe.ſꝫ nō poſſit eſſe
arbiter etiā cū licentia ſuperioris niſi ſuaderet vtilitas mona-
29 ſterij.¶ † An aūt abbas poſſit eſſe arbiter vel arbitrator in cā
monaſterij.Jo.an.in addi.Spe.ſuꝑ ver.ꝑcalle.ſeu ver.ſꝫ nun-
quid abbas:vr̄ dicere qđ forte poſſit eſſe arbitrator.ſꝫ nō arbi-
ter cū videret̄ eſſe in propria cā arbiter cōtra.l.pen.de arbi.qđ
forte videret̄ intelligēdū niſi eſſet caſus in quo poſſet eſſe iudex
in cauſa monaſterij q: tunc eadē ratione poſſet eſſe arbiter ꝑ id
qđ habet̄.ē.de arbi.cū tꝑe.⁊ facit qđ no.Jo.and.ſ.de preſcrip.
cum olim.in verbo lucanis.Decima differētia eſt:quia ordina
rius inter ſubditos inter quos hꝫ iuriſdictionē nō pōt eſſe ar-
biter.l.ſed ſi in ſeruum.§.fin.ff.de arbi.ſꝫ arbitrator ſic vt in.§.ſi
vero contigerit.in aut.vt diffe.iudi.⁊ iſta opi.cōiter tenet̄ ꝑ le-
giſtas ſꝫ vltramontani contra ⁊ hoc de iure ciuili.ſꝫ de iure ca-
nonico etiā in ordinarium ⁊ in delegatū pōt compromitti etiā
tanꝙ in arbitrum.ē.de arbi.cum tꝑe ⁊ notat gloſ.ij.q.vj.§.qđ de
arbitris.¶ Aduerte tñ quia ſꝫ ſcđm leges non compromittāt
partes in iudicē poſſent tñ ſe obligare ad ſtandum ſentētie ſue
⁊ talis obligatio hꝫ vim renūtiationis appellatiōis.l.tale pa-
ctum.§.qui pronuntiauit.ff.de pac.¶ Undecima differētia eſt
quia dictū arbitratoris non emologat̄ taciturnitate decē dierū
30 ſꝫ dictū arbitri ſic.vt.l.pe.C.de arbi.¶ Itē expreſſe pōt † emo-
logari dictum ſeu ſnīa arbitri:ſed non ſnīa arbitratoris:q: hoc
non reperit̄ iure cautum ſꝫm Inno.intellige quo ad hoc vt ha-
beat ꝑ omnia effectum emologationis.eſt aūt effectus emolo-
gationis ꝙ ſententia parit actionē in factum ⁊ meret̄ executio
nem ſicut ſententia iudicis ordinarij.l.pen.C.de arbi.fatet̄ ta-
men Inn.ꝙ poſſent ꝑtes emologare expreſſe ſentētiā arbitra-
toris quo ad hoc vt valeat tanꝙ pactum ⁊ tranſactio.facit.l.ij.
C.cōmunia vtriuſꝗ iudi.cū ibi notatis nō aūt quo ad effectum
emologationis.de quo prediri qđ tene mēti.nā hoc ſequit̄ hic
Inno.⁊ Bar.in.d.§.arbitrorum.dicit tamen ibi Bar.ꝙ ſtatu-
ta terrarum quandoꝗ aliter prouident.aduerte tñ quia Jaco.
butr.in.l.ſi ſocietate.§.arbitrorum.ff.ꝓ ſocio.videt̄ velle,quod
etiā ſententia arbitratoris poſſet emologari.Sed Innocē.hic
⁊ Barto.in dicto.§.arbitrorū.vt prediri tenent cōtrariū vt vi-
det̄ ꝙ verius ex quo non reperit̄ hoc cautum in arbitratore in
quo etiā eſt diuerſa ratio cum habeat procedere ꝑ viam cōtra-
ctus.⁊ ſic non eſt eadē ratio ꝙ eius laudū habeat parere actio-
nem que eſt in ſententia arbitri.quia hꝫ ad inſtar iudicis ꝓce-
dere.vt.l.j.ff.de arbi.¶ Sed iuxta predicta inſurgit dubiū an ⁊
31 quando poſſit † emologari ſentētia arbitri et quā actionē pa-
riat.¶ Conclude ꝙ ſi cōpromiſſum factū eſt nudo pacto tunc
poteſt emologari ſententia arbitri tacite vel expreſſe.l.pen.C.
de arbi.ſi aūt non emologet̄ ſed potius contradicat̄ infra decē
dies ſolā exceptionē pareret ex quo eſt compromiſſum nudo
pacto cum nudū pactum nō pariat exceptionē de iure ciuili.l.
iuriſgentium.§.j.ff.de pactis.et ideo quia illud remedium non
competit hoc caſu ius ciuile voluit poſt ſnīam emologari vt in
d.l.penul.Si aūt compromiſſum eſſet per ſtipulationem ſtari
ſnīe arbitri.tunc ex ſtipulatione agi poſſet ad intereſſe ſi non
pareatur ſnīe.l.diem proferre.§.ſi.ff.de arbi.⁊ ideo hoc caſu non
hꝫ locum emologatio.idē ⁊ multofortiꝰ ſi per ſtipulationem ꝓ-
miſſa ſit pena.vt etiā probat̄ in.d.l.penul.⁊ hec vera niſi appo-
ſita ſit clauſula rato manente cōpromiſſo quia tunc etiā pote-
rit emologari quaſi ex vigore dicte clauſule cenſeant̄ duo cōpro
miſſa.vnū cū pena:aliud ſine pena.ideo poterit tūc habere lo-
cum emologatio.⁊ hoc vr̄ tenere gl.⁊ Bart.in.l.ij.ff.de arbi.⁊ ꝑ
Jo.an.ē.de arbi.dilecti.ſed aduerte quia predicta videnť ꝓce-
dere de iure ciuili.nā de iure canonico vr̄ ꝙ indiſtincte habere
poſſit locum emologatio ſiue nudo pacto ſit cōpromiſſum ſiue
etiam ꝑ ſtipulationē vel iuramentū:ꝑ ea que habentur in.c.per
tuas.ē.de arbi.vbi ſatis meo iudicio videt̄ hoc probari ſi bene
ponderet̄ litera ⁊ pro hoc etiam facit ratio q: de iure canonico
etiā ex pacto nudo orit̄ actio.vt habet̄ in.c.j.ē.de pac.ergo cū
tunc ſit dare remedium pro obſeruātia laudi nō deberet de iu-
re canonico vnꝗ habere locū emologatio:qđ tamen eſt falſum
in dicta decretali ꝑ tuas.⁊ ideo qua ratione habeat locū emo-
logatio ſꝫ agi poſſit ex pacto ad intereſſe ſi non ſtet̄ ſnīe eadē ra
tione eſt dicēdū etiam emologationē habere locum de iure ca-
nonico.ſꝫ compromiſſum ſit per ſtipulationē cum eadē videat̄
ratio ⁊ ꝑ cōſequēs idē ius.ē.de tranſa.c.ij.¶ Et not.diligen-
ter hoc dictum quia non reperies ꝑ alios tactum ⁊ ſic in terris
eccleſie habebit locū indiſtincte emologatio cū in illis ſeruari
debeat ius canonicum vt not.glo.in.c.ij.de arbi.in.vj.⁊ facit.ſ.
de appellatio.ſi duobus ſꝫ in terris imperij ſeruaret̄ ius ciuile.

Et not.ꝙ vbi emologat̄ ſnīa arbitri illa parit actionē in factū
ſicut ſnīa iudicis ordinarij ⁊ habet eodē modo executionem vt
d.l.penul.C.de arbi.quo aūt iure laudum arbitratoris mereat̄
executionem ſeu quod ius pariat dicit Inno.hic ꝙ ſi arbitra-
mentum incidit in contractū vt q: arbitret̄ de pretio rei vēdite
vel de partibꝰ ſocietatis.⁊ tūc aget̄ actione ex eo cōtractu ⁊ ſic
actione ex vendito ad pretiū declaratum ꝑ arbitratorem inſti.
de contrahen.emp.§.pretium.⁊.l.ſi.C.de cōtrahen.emp.Si aūt
non incidit in contractum tunc ſi in compromiſſo interceſſit
iuramētū mandabit̄ laudum executioni officio iudicis dūmo-
do ſit equum vel ad equitatē reductū:ſi vero nō interceſſit iura
mentū,ſed ſtipulatio aget̄ ex illa ſtipulatione ſi aūt nudo pacto
compromiſſum eſt in arbitratorē refert Inn.⁊ Jo.an.opi.⁊.d.
Anto.hic poſt eos.nam quidā dicūt qđ ſola exceptio orit̄ reo
⁊ vbi actori nō ſeruet̄ laudū poterit redire ad priſtinā actionē.
alia fuit opin.ꝙ etiam ſi pacto nudo ſit compromiſſum officio
iudicis ſeruandum ſit ſi eſt equum vel redactum ad equitatem
⁊ iſtud finaliter tꝫ hic Hoſti.quia de iure canonico etiam ex pa
cto nudo agi poteſt vt ſuperius eſt dictū.⁊ multofortius quan-
do compromiſſum eſſet iuratū ⁊ hoc de iuramento vr̄ hic tene-
re Inno.ſꝫ alibi videat̄ velle ꝙ ꝑ viam denuntiationis euange-
lice debeat agi.ſ.de inſti.cum veniſſent.⁊.ē.de iudi.nouit.⁊ ibi
etiā dicat ex pacto nō agi immediate ſꝫ ꝑ viā denuntiationis
euāgelice ſꝫ tene cū Hoſti.ꝙ etiā immediate officio iudicis agi
pōt ꝓ obſeruantia nudi pacti.¶ Itē ꝙ ex iuramento confir-
matorio cōpromiſſi agi poterit de iure canonico.ſꝫ Bart.in.§.
arbitrorum.dicat qđ ex iuramento cōfirmatorio compromiſſi
non orit̄ actio.⁊ in hoc reprobat Inno.ſed dictum ſuum poſſet
procedere de iure ciuili ſcđm quod iuramentū demum inducit
actionē quando eſt litis deciſiuum vel qñ eſt libertus qui iurat
patrono ſecundū notata plene in.l.ſi quis pro eo.in princi.ff.de
fideiuſſo.ſꝫ confirmet quandoꝗ contractū nullum vt in aut.ſa-
cramenta.C.ſi aduerſus ven.iuncta.l.j.eo.titu.Et ex predictis
32 etiam patet quod † ſententia arbitri poteſt habere executionē
paratam vt quādo eſt emologata an autē idem in ſententia ar-
bitratoris.Hoſt.videt̄ velle ꝙ ſic inquātū dicit ꝙ mandabitur
executioni officio iudicis ſi eſt iuratum compromiſſum vel etiā
nudo pacto factum vel ꝑ actionē deſcendentē ex ſtipulatione
ſi illa interceſſit ſed vt dicit hic do.Anto.dictum Hoſti.debet
intelligi ſane vꝫ ꝙ habet executionē ſed nō paratā ⁊ promptā
prout hꝫ ſententia arbitri emologata ſꝫ oportebit agi ⁊ implo
rari officiū iudicis vel agi ex ſtipulatione eo mō quo alias cō-
ſueuit implorari vel agi ⁊ ſic in effectu via ordinaria quia arbi-
tramentum hꝫ inſtar contractus non aūt vim actus iudiciarij
nec etiam emologat̄ vt eſt dictum.ideo nō pōt dici habere exe-
cutionem paratam vt etiā voluit Bar.in.d.§.arbitrorū.qđ di-
cit do.Ant.procedere etiā ſi arbitramētū ſit latū ex cōfeſſione
facta corā arbitratore cū illa non ſit iudicialis.ſed potius ex-
traiudicialis.q: corā arbitratore extraiudicialiter ꝓceditur vt
33 eſt dictū.ideo non meret̄ executionem promptam.¶ † Duode
cima differentia eſt q: cōpromiſſū ſoluit̄ morte alterius com-
promittentiū vt in.c.ſi.ē.de arbi.ſecus in arbitramēto.q: illud
eſt pactū vel trāſactio.⁊ ſic trāſit ad heredes.l.ſi pactū.ff.de ꝓ-
ba.⁊ hoc tꝫ Hoſt.in.d.c.ſi.⁊ Spe.in tit.de arbi.§.finit̄.v̄.ſꝫ nū-
quid arbitrator.de quo latius hic ꝓſequit̄.d.Ant.¶ An autē
finiat̄ damno alteriꝰ cōpromittentiū.conclude qđ non ſi bona
nō ſunt publicata.ar.l.actione.§.publicatione.ff.ꝓ ſoc.nā tūc
ꝑ publicationē oīa iura trāſeunt in fiſcū.l.ſi.ff.de duo.re.⁊ obli-
gationes que erant in ſuſpenſo pereunt q: exiſtente conditiōe
non reperitur ꝑſona ꝗ obliget̄ cum fiſcus nō ſit vere heres.nec
ꝑ oīa loco heredis habeat̄ vt eſt glo.notabilis in.l.inter eos.§.
34 ſi.ff.de fideiuſſo.⁊ facit.l.quoties.ff.de noua.¶ † Decimater-
tia differētia eſt q: cōfeſſio [illegible] corā arbitro preiudicat in iudi
cio.ſꝫ facta corā arb[illegible] hoc tenēt quidā.ſꝫ Cyn.in.l.j.
in.v.q.C.de cōfeſ[illegible] caſu valet tantū vt extraiudicia-
lis ⁊ ſic non proced[illegible] differentia.⁊ ſic tranſit hic do.Ant.et
Bar.in.l.ij.ff.de cōfeſ.[illegible] ſi arbitriū fuit emologatū.tūc cōfeſ-
ſio corā [illegible] tro valebit in iudicio alias ſecꝰ:ſꝫ forte pōt dici
qđ etiā ſi [illegible] laudū arbitri.tñ ꝯfeſſio valeat vt iu-
dicialis ꝑ.l.cū [illegible] de arbi.C.⁊ ꝑ id qđ diri in.c.preſenta
ta.ē.de teſti,⁊ in.c.ſi.de confeſ.An aūt ſit differētia in teſtibus.
examinatis corā arbitratore ab illis q ſunt examinati corā arbi-
tro.tangit Bar.in.l.ſi.C.de teſti.⁊ ſuperius tetigi.ideo non re-
35 peto.¶ † Decimaquarta differētia eſt quia confeſſio facta co-
ram arbitratore ſecūto [illegible] nō pōt reuocari q: negotiū cen-
ſet̄ quaſi ꝑ trāſact[illegible] ſecus in cō[illegible] ſſiōe facta,corā arbi
tro.q: non vr̄ nego[illegible] ſi.niſi laudum eſſet emologatum.et
ſic tranſit.d.Ant[illegible] dicere ꝙ ſi laudum arbitratoris pe
tat̄ reduci ad arbi[illegible] viri poterit tunc reuocari confeſſio
ſicut ⁊ in cā appe[illegible] onis.de qua conſtat per notata ꝑ gloſ.in

Ayuntamiento de Madrid

l.error.C.de iur.ꝛ fac.igno.ꝛ qꝛ tunc negotiũ nõ cenſeť adhuc fi-
36 nitũ pendente dicta petitione reductiõis vt dꝫ ſ. pꝫ.¶†Deci
maquinta differẽtia quia litis conteſtatio corã arbitro interrũ
pit preſcriptionẽ.l.pe.C.de arbi.qđ non reperit in arbitratore
cũ extraiudicialiter ꝓcedat.vt no.in Spe.de lit.conte.§.effect⁹.
37 cũ ibi no.p Jo.an.¶†Decimaſexta differentia qꝛ arbiter non
ꝓcedit diebus feriatis ſicut nec iudex ſed arbitrator põt ꝓcede
re,ꝛ etiã ferre laudum diebus etiam feriatis in honorẽ dei cum
cẽſeatur quedam tranſactio.vt ſepius eſt dictum,ꝛ cenſeatur
actus fauorabilis reducere partes ad cõcordiam extraiudiciali
ter.l.fi.C.de fer.ꝛ notat Bar.in.l.ſi feriatis.ff.de arbi.ꝛ Specu.
in titu.de arbi.§.ſequiť.ver.in forma cõpromiſſi ꝛ ſe.in vltima
cõl.¶Decimaſeptima differẽtia eſt qꝛ ſm aliquos de iure ci-
uili arbiter aſtringiť inſtantie triẽnij ſtatute in.l.properãdũ.C.
de iudi.de quo in.l.ſi de meis.§.fi.cũ ſeq.ꝛ.l.itẽ ſi vnus.§.j.ff.de
arbi.ſed arbitrator non:ſꝫ aduerte qꝛ Joan.in addi.Spe.in.ti.
de arbi.§.differt.ver.itẽ vt infra trienniũ.tꝫ ꝙ etiã de iure ciuili
arbiter non aſtringať ad inſtantiã aliquã p id qđ habeť in aut.
ſi tñ in medio.C.de temp.app.ibi dum dicit nõ curret tp̃s ap-
pellationis pẽdente cõpromiſſo,etiã ſi decies milies pluſꝙ tp̃s
ſtatutũ ſit elapſũ ꝛ ſic aperte vť velle litera ꝙ cõpromiſſũ nõ
finiať triennio de iure aũt canonico hoc eſt clarũ qꝛ non eſt ſta-
tuta inſtantia in cã principali.ꝫ.de iudi.c.pe.ꝛ ſic iſta differẽtia
non vť procedere.¶Decimaoctaua eſt ſm aliquos qꝛ ſi arbi-
ter ꝓnũtiabit ſuper toto bene vel male functus eſt officio ſuo
ꝛ non põt amplius pronuntiare.l.dicere.§.fi.ff.de arbi.in arbi-
tratore videť ſecus p iſtũ tex.ſed certe iſta differentia nõ proce-
dit qꝛ eadem eſt ratio vtrobiqꝫ ꝛ p conſequẽs idẽ [illegible] dꝫ dici.ꝫ.
de cõſti.c.trãſlato.Nec ob.iſte tex.qꝛ rñderi põt v[illegible] dixi in nota
bilibus.ꝛ ideo qñ arbitrator ex poteſtate ſibi ab [illegible]lio data ꝓnũ
tiať dicas vt dixi.ꝫ.poſt gl.in arbitro.cũ eadẽ ſi[illegible] rõ vtrobiqꝫ vť
tñ hic velle.d.Anto.ꝙ ſi apposita ſit clauſula vt poſſit pluries
pronuntiare qđ illa opereť qñ laudũ eſſet nullum:ſꝫ non opereť
qñ laudũ eſſet aliqđ vt dixi poſt glo.ꝛ eſt in ſe notabile dictũ,ꝛ
38 limitat dicta Bar.in.l.dicere.ꝛ.l.qđ tñ.ff.de arbi.¶†Decima
nona differẽtia eſt qꝛ arbiter nõ cogiť laudare ſꝫ ſuſceperit cõ-
promiſſũ,niſi interuenerit pena vel datio pig.l.iij.§.i.ff.de ar-
bi.ſecus in arbitratore.qꝛ ſi ſuſcepit cõpromiſſum cogiť lauda-
re.Glo.tñ in.l.fi.C.de contrahen.emp.dicit idẽ in arbitratore ſꝫ
precedens dictũ tꝫ Cyn.ibi ꝛ Frã.de are.in.d.l.ſi quis arbitra-
tu.ꝛ.d.Ant.hic ꝛ Spe.in tit.de arbi.§.ſequiť.ver.ſꝫ nunqđ ar-
bitrator:ſed tu potes dicere ꝙ ſi lato laudo ſpereť actio cõpete
re,vt qꝛ aſſumptus eſt ſup declaratione pretij in cõtractu vẽdi-
tionis.tunc procedat opi.doc.qꝛ non eſt inutile eũ cogi ex quo
acceptauit.ſed ſi ſit aſſumptus ſup lite.tunc non video differẽ-
tiam.nec rationẽ differẽtie inter arbitrũ ꝛ arbitratorẽ qꝛ ſi nu-
do pacto fuit cõpromiſſum i arbitratorẽ nec data ſunt pignora
ſꝫ laudet erit vtile laudũ:ꝛ qꝛ laudũ de ſe nõ parit actionẽ nec
ex cõpromiſſo poterit agi ex quo nudo pacto eſt ꝯpromiſſũ ꝛ
hoc de iure ciuili.ſed de iure canonico ſm qđ etiã pactũ nudũ
parit actionẽ vť ꝙ ẽt arbiter nedũ arbitrator poſſit cogi poſtꝙ
ſuſcepit cõpromiſſum ſicut ꝛ qñ p ſtipulationẽ ꝓmiſſũ eſt ſta-
ri ſñie arbitri.l.diẽ.§.fi.ff.de arbi.Si aũt non ſuſcepiſſet com-
promiſſũ clarũ ꝙ neuter eorũ cogi dꝫ.vt.d.l.iij.§.j.dicit tñ ali-
bi gl.notabilis ꝙ ille q põt reducere ꝑtes ad concordiã et non
facit peccat.vt in.c.ſicut eiũ.xj.q.j.¶An aũt valeat pactum ꝙ
nõ poſſit cogi arbiter vel arbitrator ad laudãdũ tenuit Spe.ꝙ
ſic in.d.§.ſequiť.ver.ſed nunqđ arbitrator ꝛ ſeq.Aduerte tñ qꝛ
ſꝫ Spe.ibi velit ꝙ intelligať quis ſuſcipere cõpromiſſum eo qđ
patiť in ſe cõpromitti in ſui preſentia,ꝛ nõ contradicit vel ſi in
abſentiã ꝛ non contradicit cũ cognouit.tñ Jo.an.ibi tꝫ oppo-
ſitũ p id qđ habeť in.l.filiuſfa.[illegible].de ꝑcu.et in cle.inſtro.
de ꝑcu.ꝛ verior vť opi.Jo.an.[illegible] prealleg.ꝛ hoc in arbitra-
tore contractus in dato aũt in vltima [illegible] q appellať etiã
executor ꝛ interdũ fideiuſſor.an poſſit [illegible] plene nõ.in.l.j.
39 p glo.ꝛ Bart.ff.de leg.ij.¶†Uigeſim[illegible]ẽtia eſt qꝛ arbiter
nõ põt ſñiã ferre in eccleſia ſicut nec [illegible].de immu.eccle.de-
cet.li.vj.ſecus vť in arbitratore p ea que habenť i[illegible].C.de fe.
ꝛ p ea que dixi.ꝫ.in.xv.ſeu in.xvi.differentia ꝛ hoc [illegible] Fran.
40 de are.vt hic refert.d.Anto.in.d.l.ſi q[illegible] arbitratu.¶†Uigeſi-
maprima differentia eſt quia arbiter nõ põt extendere manum
ad ea que ſunt extra compromiſſum.l.non diſtinguemus.§.de
officio.ff.de arbi.ꝛ not.ꝫ.de arbi.cũ dilectus quod videť veruꝫ
quando eſſent omnino extranea.ſecus ſi connexa.p id qđ not.
Barto.in.l.cũ aquiliana.ff.de tra[illegible] ꝛ ideo ſi de re aliqua eſſet
compromiſſum vť qu[illegible] poſſit [illegible] eſtimatione rei per
[illegible] ſtipulatus eſſes o[illegible].ff.de fideiu[illegible] arbitrator vť poſſe
iubere aliquid dari alteri parti in [illegible] [illegible]tionẽ adiudicati
vni parti per id quod habetur in.c.nj [illegible] de preben.ſecus
eſſet in arbitro p ea q̃ habenť.in.d.§.d[illegible] [illegible].d.Anto.tamen
hic vť velle qđ arbiter non poſſit iudicare etiam eſtimationem
rei.ſed arbitrator ſic.et hoc p iura prealle ga.ſed potes dicere ꝙ
eo caſu quo iudex poſſet de eſtimatione rei iudicare.quod cõ-
tingit quãdo res eſſet perempta poſt moram,vel qñ poſt morã
ſuccederet obligatio ad intereſſe vt contingit in obligatione rẽ
tradi.ff.de ver.obl.ꝛ facit qđ no.in.l.j.in princi.ff.de actio.emp.
tunc poterit etiã arbiter de illa iudicare.argu.l.j.ff.de arbi.alś
ſecus et ſic intelligať dictum do.Anto.de quo etiam in Specu.
41 §.excipiť.verſi.ſed pone.¶†Uigeſimaſecunda differẽtia eſt qꝛ
excõmunicatus nõ poteſt eſſe arbiter quia nec iudex.j.de re iu-
di.ad probandũ.ſꝫ bene poteſt eſſe arbitrator.argu.l.ex facto.
§.ſi quis rogatus.ff.ad trebel.ꝛ ibi p Bart.ꝛ.l.cum pť.§.here-
ditatẽ.de leg.ij.qđ excõmunicatus nõ poſſit eſſe arbiter,tenuit
Spec.in ti.de arbitro.§.differt.ver.item ſm eum.Jo.an.ſup re-
gula dolo facit in qõne ibi poſita de reg.iu.in.vj.dicit ꝙ excõ-
municatus non põt etiaꝫ eſſe arbitrator allegat qđ no.de com-
promiſſarijs datis ad eligẽdũ excõmunicatis.j.eo.in.c.in cau-
ſis.de elec.ſꝫ bene põt eſſe ſimplex mediator vel proxeneta ex
cuius ordinatione ꝑteſ inter adinuicẽ cõponerent.de quo plene
ibi per eum.ſed do.Anto.hic tꝫ oppoſitum vcꝫ ꝙ põt eſſe arbi
trator moueť qꝛ arbitramentum cenſeť quidam cõtractus vcꝫ
tranſactionis vt ſuperius eſt dictũ:ſed excõicatus poteſt ꝯtra-
here vt plene no.ꝫ.de dolo.c.veritatis.p Jnno.ſꝫ ibi Hoſt.cõ-
tra ꝛ nõ bene vt ibi dictũ fuit.ergo poterit eſſe arbitrator et ꝙ
ſi arbitreť teneat.non ob.qđ no.in.d.c.in cauſis.qꝛ loquiť de cõ-
promiſſarijs ad eligẽdũ prelatũ et ſic ad actum ſpiritualẽ:ideo
non cadit in excõicato ꝛ hec opi.forte de iure verior p qua etiã
poteſt allegari qđ hť in auť.credentes.C.de hereti.vbi videť ꝙ
demum ſi ſit excõicatus pro cauſa hereſis et p annũ ſteterit in
excõmunicatione.qđ tunc prohibeat.ꝛ ſic a contrario p locum
a ſpeciali.ſecus erit extra caſum illũ.argu.l.ius ſingulare.ff.de
legi.ibi tñ vť innui ꝙ ante annũ poſſit excõmunicat⁹ eſſe arbi-
ter ꝛ iudex vt ſaltem teneat quod fecit qđ vť cõtra.c.ad probã-
dum.de re iudi.vnde potes dicere ꝙ illud de iure ciuili,ſed ſec⁹
de iure canonico vel intelligatur illud qñ non eſt publice excõ-
municatus.ſecus qñ eſt publice vt.d.c.ad probandum.ꝛ quãdo
dicatur quis publice excõmunicatus recurre ad glo.in cle.j.de
ſep.nec ob.iura allegata p Jo.an.in dicta regula dolo facit,
qꝛ ſm do.Ant.nõ ꝓbãt iſtud ſꝫ debẽt intelligi in arbitris.fa-
cit qđ no.Archi.ij.q.vj.a iudicibus.ꝛ.§.ſeq.non aũt in arbitra-
42 tore per rationẽ ſuperius allegatam.¶†Uigeſimatertia diffe
rentia.eſt quia dictũ arbitratoris reduciť ad arbitriũ boni viri.
l.ſi ſocietatis.§.arbitrio.ff.pro ſocio.ſed dictũ arbitri non.l.diẽ
proferre.§.ſtari.ff.de arbi.ꝛ qđ dixi de arbitratore dicit Jnno⁹
verũ etiã ſi cõpromiſſum fuit iuratũ,quia iuramentum intel-
ligiť ſm naturam eius ſup quo iurať.l.fi.C.de non nume.pecu.
ꝛ.l.ſi libertus.ff.de ope.lib.ꝛ idẽ ſi pena fuerit apppoſita qꝛ eadẽ
rõne intelligiť appoſite ſm naturã cõtractus.ꝛ ſic vt ita demũ
43 cõmittat ſi equũ ſit arbitriũ.d.l.ſi libertus.¶†Circa iſtã diffe-
rentiam eſt vidẽdum primo an dictũ arbitri iniquũ aliqua via
poſſit retractari.Secũdo erit vidẽdũ de dicto arbitratoris cir-
ca primũ cõis eſt opi.ꝙ ſaltem via appel.non poſſit retractari.
nec olim nec hodie hoc firmat glo.in.l.j.C.de arbi.nã olim cla-
ruꝫ eſt p.§.ſtari.Jtẽ hodie poſt.l.pe.C.de arbi.qꝛ aut laudũ eſt
emologatum ſeu approbatũ.ꝛ tunc non põt appellari.l.ad ſo-
lutionẽ.C.de re iudi.ꝛ hoc ſi eſt expreſſe emologatũ ſi aũt taci-
te eſt emologatũ p lapſum decẽ dierũ partib⁹ non contradicẽ-
tibus.j.dictũ tp̃s ꝛ tũc tarde ammodo appellareť ex quo lapſi
eſſent.x.dies a tp̃e ſñie.facit qđ hť.j.de re iudi.qđ ad cõſultatio
nem.Bart.in.d.l.i.C.de arbi.ꝛ in.l.nemo poteſt.ff.de leg.j.fuit
in vna ſingulari opi.vcꝫ ꝙ hodie poſſet appellari a ſñia arbitri
moueť qꝛ hodie ſñia arbitri parit actionẽ.d.l.pe.C.de arbi.er-
go ab ea poterit appellari.ar.l.j.C.de arbi.a ꝯrio ſenſu.nec ob.
ratio alleg.in ꝯrium qꝛ procedeť qñ ſimpliciter emologaretur
expreſſe laudũ.ſec⁹ qñ emologať ꝛ approbať vt latum,ſed non
vt ſic latũ p id qđ hť in ſimili in.l.iij.§.falſus.ff.rem ra.ha.ꝛ in.l.
pomponius.ff.de neg.geſt.d.Ant.hic tꝫ opi.cõem cõtra Bar.
ex eo qꝛ emologatio dirigiť etiã ad iniuſtitiã ꝛ ſic ad qualitateꝫ
ſñie cum fiat ad finẽ vt pariat effectualẽ actionẽ ſecus in.d.l.iij.
§.falſus.ꝛ in.d.l.pomponius.qꝛ ibi nõ exigiť ꝙ approbatio di-
rigatur ad iuſtitiam ſed ſufficit qđ dirigatur ad factũ:ꝛ hec opi.
etiam mihi placet ex eo qꝛ ſñia arbitri non parit actionem ex-
tra caſus expreſſos in iure ex rigore iuris non propter fauoreꝫ
ꝑtiũ.vt patet in.d.l.j.ergo pars nihil põt operari vt producat
actionẽ extra caſus expreſſos in iure.ꝛ p hoc non ob.d.l.iij.fal-
ſus.qꝛ ibi ſñia erat nulla in fauorem dñi qui non dederat manda-
tum ſꝫ eſſet aliqua ad preiudiciũ procuratoris.vt not.in.l.ſꝫ.C.
de procu,ꝛ ideo põt dñs illã approbare.¶Jtem aduertendum
ꝙ cũ tãꝙ procurator ibi agitauerit iudicium noĩe dñi dñs põt
habere ratum qđ ipſe agitauerit in iudicio.vt ſic ratihabitio
operetur

Ayuntamiento de Madrid

operetur illud qꝺ mādatū a principio fuiſſet operatū:ſed ſi mādatū a principio interueniſſet nō ꝓhiberet dn̄s appellare a ſentētia lata ꝯ ꝓcuratorē:ergo eodē mō ratificādo geſta per procuratorē poterit appellare a ſnīa iudicis quā non approbauit appellādo tn̄ a ſnīa ſatis videt̃ ratificare geſta per illū qui egit vt procurator:qꝛ aľs appellatio nō eſſet ſibi neceſſaria:⁊ ſic non eſt ratio ibi qꝛ approbet ſnīam vt latā,imo quia approbat factum per illū anq̄ per ꝓcuratorē vt ſit perinde ac ſi fuiſſet ꝓcurator. ⁊ ideo illa.l.nō ob.qꝛ in caſu noſtro nihil eſt geſtū tāq̄ per procuratorē ſed vt per arbitrū.Unde oportet ꝙ vel approbet ſentētiam arbitri ex toto vel qꝺ impugnet.Dicit tn̄ do.Ant. hec vera in arbitro volūtarie electo a partibus.ſecus in arbitro iuris vt cōtingit in arbitris qui eliguntur in cā ſuſpicionis ſeu recuſationis iudicis ordi.de iure canonico vel delegati pape.nā ab illis pōt appellari.vt in.c.ab arbitris.de off.deleg.lib.vj.facit qꝺ
44 habet̃ in.c.ſuſpiciōis.de offi.dele.c.cū ſpāli.de app. ¶ †Quid aūt de arbitris electis ex neceſſitate virtute ſtatuti forte diſponētis inter attinētes qꝺ cogant̃ ad cōpromiſſuꝫ:an aūt a ſnīa talis arbitri poterit appellari videt̃ qꝺ ſic.ex quo neceſſitas iure ſtatutarij aſſumunt̃.arg.d.c.ab arbitris.⁊.C.de iud.in.l.cū ſpālis.⁊ hoc videtur tenere Bar.ꝯtrū videt̃ ipſemet Bar. tenere in l.cōſti.codi.⁊ iſtud vltimū tenet hic do.Anto.nō facta mētione de opi.Bar.in.l.cū ſpecialis.⁊ idē dicit ſi alia rōne quā attinentie cogant̃ ad cōpromiſſum.nec ob.c.ab arbitris.qꝛ rn̄det ꝙ loquitur de arbitris aſſumptis in aliquo incidenti iudiciali.qꝛ ſuper exceptione recuſationis in iudicio incidēter.⁊ idem dicitur de arbitris quaſi iudicialibus vt qꝛ eligūtur ad eſtimādū aliquid incidenter corā iudice:vel ad declarādum aliquid incidenter vt ſunt electi ad eſtimādum aliquid ſeu eſtimatores vel ad approbandū fideiuſſores.nā ab iſtis poterit appellari.l.arbitro.ff. qui ſatiſda.cog.ſcd̄m vnū intellectū:vel ſaltē iudicis officiū implorari vt reuocet̃ male geſtū.vt ibi patet ſm aliā lectu.ſed forte poteſt dici ꝙ ſi virtute ſtatuti ſit ſimpľr cōpromiſſum nudo pacto. ꝙ tūc ꝓcedat opi.Bar.in.l.cū ſpecialis.quia tūc videtur eſſe de mente ſtatuti ꝙ laudū habeat effectū ⁊ aliquid operet̃ cōtra ius cōe.arg.l.ſi qn̄.de leg.j.⁊ ſic videtur eſſe de mente ſtatuti ꝙ pariat laudū actionē ſicut ſentētia iudicis.ideo tūc videt̃ poſſe appellari:ſed ſi cōpromiſſum eſſet ſtipulatione vallatū:tūc ex quo per ſtipulationē ꝓuiſum eſt de obſeruantia laudi nō videtur ꝙ poſſit appellari:⁊ ſic poteſt intelligi alia opi.Et per p̄dicta pꝫ ꝙ ſi ex forma ſtatuti laudū pōt executioni mandari:⁊ ſic pariat actionē ꝙ tunc nō poterit appellari.⁊ hoc tenet Bar.in.d.l.j.C.
45 de arbi.⁊ in.d.l.nemo.de leg.j. ¶ †Quid autē ſi partes compromittunt in arbitrū cū pacto ꝙ poſſit appellari ab eius ſentētia an valebit cōuentio:Cy.tenuit ꝙ non in.l.pe.C.de arbi.⁊ per.l. priuatorū.C.de iuriſdi.om.iudi.nā per talē cōuentionē quodāmodo efficeretur iudex ꝙ nō poteſt fieri per priuatos.Dy.in.l. ex cōſenſu.de ap.⁊.d.l.nemo.⁊ Bar.in.d.l.nemo.⁊.l.j.C.de arb. tenēt ꝯtrū quia ſtandū eſt cōuentioni partiū.l.j.§.ſi cōueniatur. ff.depo.dicit tn̄ ꝙ nō erit proprie appellatio:ſed quedā reclamatio.facit.l.diſtinguemus.§.cū quidā.ff.de arbi.nō em̄ repugnat ꝙ partes cōueniāt ꝙ iudex poſſit adiri vt videat an arbiter bene pronūtiauerit ex quo partes hoc volūt ⁊ verba debēt intelligi ſm ſubiectā materiā ⁊ etiam impropriari.l.ſi vno.ff.loca.Nec ob.ratio Cy.qꝛ ex hoc nō efficit̃ iudex.ſed habet ſimplicē notionē inter partes.l.ait pretor.ff.de re iud.de quo in Spe.de appel. §.in quibus.ver.xvj.⁊ hāc opi.ſequitur hic do.Ant.ſi aūt cōpromitteretur in iudicē ordinariū:tunc de iure ciuili nō valet compromiſſum.ideo tunc ſi procedit:ꝓcedit vt iudex.⁊ per cōſequēs poterit appellari de iure canonico poteſt cōpromitti in ordi. vt ſuperius dixi.vn̄ ſi procedit ex arbitraria poteſtate nō poterit appellari niſi pactū eſſet appoſitū vt ꝓxime dixi.ſi ex ordinaria bene poterit appellari.ſi ex vtraqꝫ idē videt̃ ex eo qꝛ potētior eſt ordinaria q̄ arbitraria cū illa habeat coertionem nō arbitraria ergo videt̃ ꝙ illa attenta poſſit appellari.arg.l.querit̃.ff.de ſtat. ho.vel forte deberet attendi an vellet appellare a poteſtate ordinaria.an vero ab arbitraria ex quo ſunt poteſtates diſtincte ⁊ ſeparate:⁊ ſic vt de ſeparatis iudicandū vr̃.arg.l.ſi maritus.C.de dona inter vi.nec ob.p̄dictis.l.epi.C.de epiſco.audi. que videt̃ velle tunc nō poſſe appellari qn̄ vtraqꝫ poteſtate proceſſit. quia ſcd̄m vnū intellectū per aūt.ſi quis litigātiū.ibi poſitā corrigit̃: vel ſm aliū intellectū eſt ſpeciale in ep̄o cuius iuriſditio eſt prorogata a laico.vt tunc nō poſſit appellari.de quo dicendū vt ibi
46 ⁊ hec vera in arbitris electis a partibꝰ. ¶ †Quid aūt in tertio electo per arbitros ꝓpter eorū diſcordiā ſm formā.l.itē ſi vnus. §.principaliter.ff.de arbi.⁊ qꝺ no.in.c.innotuit.ē.de arbi.an poterit ab illius ſentētia appellari cū eius autoritati debeat pareri.vt.d.§.principaliter.Ja.but.hic videtur velle ꝙ ſic qꝛ dicit ꝙ ille eſt potius iudex q̄ arbiter.ſed Spe.in tit.de arbit.§.ſequit̃. ver.ſed nūquid iſte tertius tenet cōtrariū dicens ꝙ iſte erit potius cōſiliarius ⁊ nō habebit ipſe pronūtiare:ſed alij duo primo loco electi debebūt pronūtiare ſcd̄m cōſiliū illius.⁊ ad hoc etiā poterunt cogi vt ſic pronūtiēt.⁊ hoc modo ſtatur autoritati illius.⁊ iſte eſt alius intellectus in.d.§.Alius intellectꝰ eſt vt ipſe habeat pronūtiare ⁊ eius ſnīe ſtetur ⁊ iſtū ponit ibi glo.⁊ ſequit̃ Butri.ſed Bar.ibi dicit ꝙ precedēs eſt tutior.Jo.an.in addi.ſuper ver.ſed nūqd.tenet ꝙ poterit appellari:⁊ ſic vr̃ tenere intellectū gl.⁊ dicit ꝙ cēſetur iſte arbiter iuris ex quo ex iuris diſpoſitione eligitur:⁊ ideo poterit appellari per ea que habent̃ in.d. c.ab arbitris.do.Ant.hic dicit ꝙ poterit reclamari ſed nō proprie appellari:qꝛ ſm eū nō eſt arbiter iuris cū nō eligat̃ ad decidendū aliqꝺ incidens pendens corā iudice.ſed corā arbitris. ſed certe nō video ꝙ poſſit reclamari ex quo nō eſt arbitrator ⁊ non reperitur iure exp̄ſſum.argu.l.illā.C.de collatio.Jdeo verior vr̃ opi.But.⁊ Jo.an.nā lꝫ nō ſit aſſumptus ſup aliquo incidēti pēdēte corā iudice tn̄ negari nō pōt quin ſit aſſumptus ex diſpoſitione iuris:⁊ ideo ſatis dici pōt arbiter iuris vel forte pōt dici ꝙ cū ſimpliciter litera ibi dicat ꝙ eius autoritati parebit̃ ꝙ preciſe ſtādū erit ſnīe illius:nec poterit appellari vel reclamari cū, ſi ſa hoc nō dicat ſed ſimpliciter ꝙ eiꝰ autoritati pareat̃ ⁊ poſſit etiā eſſe rōne qꝛ ſi illi arbitri duo primo loco electi ꝓnūtiaſſent ſtaretur eorū ſnīe etiā inique.l.diē.§.ſtari.ff.de arbi.ergo videt̃ ꝙ iſte aſſumptus ab eis loco ipſorū intelligat̃ ſubrogatus ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſapiat naturā ſubrogati.arg.l.ſi eū.§.qui iniuriarū.ff.ſi quis cau. ⁊.ē.vt lit.pen.in.c.eccleſie.⁊ ideo p̄ciſe videtur ꝙ eius ſnīe ſit parendū propter ſubiectā materiā:pro qua ratio ceſſat in caſu.c.ab arbitris.⁊ ideo nimirū ſi ibi pōt appellari ⁊ hic nō.Et iſta opinio forte de iure eſt verior per illū tex.⁊ rationē p̄dictaꝫ. Fateor tamē ꝙ pena nō poterit peti ex ea qꝛ nō pareatur ſnīe huius tertij ſi ſit diuerſa ab alijs:qꝛ pſona iſtius tertij non fuit cōprehenſa in ſtipulatione:facit qꝺ habetur in.l.cū apud.ff.iudi. ſol.⁊.l.ſi
47 ita ſtipulatus.§.griſogonus.de verb.obli. ¶ †Reſtat nūc videre nūquid ſnīa arbitri aliter poſſit retractari do.Ant.hic cōcludit ꝙ ſi eſt nulla qꝛ lata ſine ordine iuris vel contra ius expreſſo errore in ſnīa vel cōtra formā cōpromiſſi vel per pecuniā ꝙ tūc poterit per viā nullitatis retractari ſed hoc intelligo verum eſſe eo caſu quo ſnīa poterat emologari.Si autē nō poterat emologari:qꝛ cōpromiſſum erat ꝑ ſtipulationem nō appoſita clauſula rato manēte cōpromiſſo.tūc quia ſentētia de ſe eſt nulla ex eo qꝛ nullā habet parere actionē ſed ſolū metu pene ſibi eſt parendū.l.j.⁊.iij.C.de arbi.tūc nō vr̃ habere locū dicta via nullitatis. ſed poterit excipi ꝯ petitionē pene ꝑ ea que habentur in.d.l.iij. C.de arbi.⁊ in.l.venales.cum glo.C.quādo prouo.non eſt neceſſe.⁊ in.l.apud celſum.§.item queritur.cum ibi nota.per gloſ.et Barto.ff.de do.exce.facit quod habetur in.l.ita demū.ff.de arbi.Si autē ſententia alias non ſit nulla ex dictis cauſis.ſed lata dolo partis ⁊ arbitri non interueniente corruptela pecunie : vel etiam arbitri tantū ſimiliter poterit obijci exceptio contra petitionem:ꝑ ea que nota.in.d.l.iij.C.de arbi.⁊ in.d.l. ita demum.⁊ forte etiā poteſt attentari ꝙ eo caſu quo emologata eſſet ſentētia parte ignorāte dolum eſſe cōmiſſum ſi agatur ex illa poterit excipi de dolo vel ſi ex illa excipiatur poterit de dolo replicari. arg.l.iij.⁊.d.l.ita demū.iuncta.l.tres fratres.ff.de pactis. ¶ Si autem ſententia arbitri ſit iniuſta nō interueniente dolo partis vel arbitri:tunc cōmuniter dicunt legiſte qꝺ ſtabitur ſententie arbitri:licet ſit iniqua alias pena poterit peti per.l.j.C. de arbi. ⁊.l.diē ꝓferre.§.ſtari.ff.de arbi.⁊ ſi ſit emologata multo fortius tunc ei ſtabitur:quia imputet ſibi tunc emologās per.l.penult. C.de arbi.Secus in ſententia arbitratoris que poteſt peti.reduci ad arbitrium boni viri.vt hic poſt Jnno.⁊ gloſ.ē.eo.veniens. ⁊.ē.de electio.cauſam que.⁊ ſic ſcd̄m hoc ſentētia arbitri nō reducitur ad arbitrium boni viri licet arbitratoris ſic ⁊ hoc vt dixi,cōmuniter tenēt legiſte.ſed gloſ.ij.q.vi.a iudicibus.dicit qꝺ ſi arbitrium eſt iniquum ſuperior poterit illud retractare. per.c. ij.ē.de arbi.⁊ in.§.quod ab arbitris.ibi.ſe.poſt dictū.c.a iudicibus.glo.dixit ꝙ licet a ſententia arbitri non poſſit appellari tamen pot[illegible] ſupplicari per prealleg.c.ij.ē.de arbi.glo.in.c.expoſita.ē.de arbi.dicit qꝺ iniquo arbitrio non eſt ſtandum. Uincen. in prealleg.c.cauſam.⁊ refert Archi.in.d.c.a iudicibus. dixit ꝙ arbitriū iniquū eſt corrigendū per ſuperiorem ſi cōtineat peccatum ⁊ ſit cōtra ius vt qꝛ cōtineat ſimoniacā prauitatē vel ſit contra ius expreſſe vel ſi cōmiſit dolū vel ſi tulit ſentētiā extra poteſtateꝫ ſibi datā vel exceſſit illā vel ſi appareat qꝺ manifeſte intolerabiliter me l[illegible]tata per ea que habent̃ in.d.c.ij.⁊ in c.expoſita.Hoſt[illegible] in effectu vid[illegible] dicere ſentētiā arbitri iniquā etiam re[illegible] ad arbitriū boni viri per prealleg.ca.ij. de arbi.⁊ ibi et[illegible]dit vt refert Jo.an.ſuper glo.ꝙ ſi euidenter liquet qꝺ l[illegible]ontineat iniquitatem ⁊ nutriat peccatum illud emēdabitur [illegible] iudicem.vt.d.c.ij.⁊ in.c.expoſita[illegible] peccato dicitur cōſta[illegible] do cōſtat de euidenti leſione pa[illegible]



Ayuntamiento de Madrid

caſu ſm eū nec in foro ciuili nec in foro canonico ſtabitur illi.§
ſtari.ex eo quia etiā ipſa lex vult peccata corrigi.vt patet in aut.
vt nō luxu.cōtra naturam.§.j.qđ dicit verum eſſe ſi eſt reclama-
tum infra.x.dies.ita quod nō ſit emologatū laudū.alias ſecus
vt.l.penul.C.de arbi.⁊.ē.de arbi.per tuas.⁊ dicit hoc eſſe de mē
te vtriuſq₃ iuris quia nullū peccatum lege cōſuetudine ſtatuto
priuilegio vel iuramento iuuari poteſt:ſed his nō obſtantibus
debet emendari.ē.de cōſue.c.fina.⁊.j.de preſcri.c.fina.⁊ hoc cre
dit do.Anto.verū quādo enormis eſt leſio:quia tunc laudū pre-
ſumitur doloſum ſm eū per.l.omnes.§.lucius.ff.de his que in
frau.credi.alleg.etiam.ff.mādati.l.creditor.§.lucius.⁊ ideo ſm
eum tunc habebit locū remediū exceptionis ⁊ actionis de dolo
etiam ſm leges:ſed ſm ius canonicum etiā plus erit qꝛ etiā offi
cio iudicis poterit peti retractari etiā non obſtante iuramēto et
etiā ſi obſtaret iudex ex officio poſſet ꝓuidere per ea que habē-
tur.ē.eo.ad noſtram.el.ij.allegat ad predicta no.per Archid. in
d.c.a iudicibus.⁊ qđ nota.in.d.c.expoſita.⁊ eod.titu.c.ij.⁊.iij.et
quod Specu.in titu.de arbi.§.j.verſi.eſt autē differentia.⁊ ſeq.
vbi etiam Specu.dicit idem tenuiſſe Jaco.de albenga.⁊ Hoſt.
in ſumma.eo.ti.§.pe.ver.penul.vbi tamē Hoſti.aliter loquitur
ꝙ hic.⁊ in cap.ij.preallega.nam dicit ꝙ ſententie arbitri inique
ſtatur ſed nō iniuſte:vt quia eſt cōtra ius quia cōtinet ſimoniā
vel cōtra res prius iudicatas.vt.d.c.ij.⁊.d.c.expoſita.⁊ ſic etiā
refert Specu.in loco preallega.⁊ ſi bene ponderetur hoc dictum
magis reſtringit ſe Hoſti.in dicta ſumma in loco preallega. quā
hic.⁊ in dicto.c.ij.¶ Unde puto poſſe de iure dici qđ ſi arbitriū
contineat euidens peccatū cui pars nō poteſt renūtiare vt quia
cōtineat ſimoniā tunc poſſit emendari.⁊ ſic ꝓprie loquitur pal-
lega.c.ij.Jdem ſi ſit alias cōtra ius expſſe vt ſi adiudicat laico
ſpiritualia.vt in.c.iij.de arbi.Jdem ſi ſit alias contra ius expſſe
vt quia ſit ſuper alias deciſum per ſententiā que trāſiuit in rem
iudicatam.⁊ ſic loquitur dictum.c.expoſita.nam de talibus nō
poteſt cōpromitti nec in dubio intelligitur cōpromiſſum.l.poſt
rem.ff.de tranſact.cum ibi not.Et idem eadē ratione ſi alias ſit
cōtra ius expreſſe expreſſo errore iuris in ſentētia per id qđ ha-
betur in.c.j.j.de re iudic.iuncto eo qđ habetur in.d.l.apud celſum.
§.item queritur.alias videtur ꝙ ſtandū ſit.d.§.ſtari.cū nō repe-
riatur in hoc correctus ⁊ correctio eſt euitanda.de elect.cum ex-
pediat.lib.vj.⁊.C.de appel.precipimus.cum ſequen.⁊ ſic nō vi
detur verū dictū Hoſtiē.hic.⁊ in.d.c.ij.⁊ maxime quia ratio ſua
nō videtur bona:qꝛ ſi verum eſſet ꝙ deberet emendari:qꝛ nullū
peccatū poteſt iuuari per.l.cōſuetudinē vel ſtatutū ⁊c. ſequitur
ꝙ nō deberet attendi an ſit emologatū laudum vel nō:quia ex
quo cōtineret peccatū omnino deberet emēdari.arg.d.c.ij.⁊.ē.
eo.debitores.⁊ pro hoc faciat qꝛ licet arbitriū cōtineat iniqui-
tatem videtur ꝙ ei ſit ſtandum in.d.§.ſtari.qꝛ imputēt ſibi par-
tes que fecerunt cōpromiſſum in arbitrū ⁊ ſciebant vel ſcire de-
bebāt qualitatē poteſtatis arbitri qui poterat ꝓnūtiare inique
⁊ cōtra diſpoſitionem iuris que volebat ſtari tali ſentētie. arg.
de reg.iur.dānum.lib.vj.nec eſt abſonū ꝙ partes poſſint ſic ſibi
preiudicare quia potuiſſet etiā vna pars alteri donare id de quo
factum eſt cōpromiſſum ſi voluiſſet.l.in re mādata.C. mandati.
et ideo nō videtur abſurdum ꝙ tali ſententie licet inique ſtetur
cum partes cōpromittendo in arbitro hoc videātur voluiſſe cū
ſciuerint vel ſcire preſumantur diſpoſitionē.d.§.ſtari.nec eſt quid
tūc repugnet ex quo laudū cōtinet tale quid ſup quo partes po
tuerūt ſibi preiudicare.vt qñ cōtineret ſimoniā.vt in.d.c.ij. vel
qñ eſſet latū ſup alijs deciſis.vt in.d.c.expoſita.nec puto verū
dictū.do.Ant.ꝙ propter enormē leſionē preſumatur dolus in
arbitro niſi aliter ꝓbetur per ea que habentur in.d.§.ſtari.⁊ in.d.
l.ita demū.⁊ in.l.dolus.C.de reſcin.ven.nec ob.d.l.ita demū.⁊ in
l.dolus.C.de reſcin.ven.nec ob.d.[illegible].§.lucius.qꝛ pōt multipli
citer rñderi primo ꝙ debitor ibi omnia bona [illegible] alienabat ſciēs
ſe habere creditores.ideo preſumitur [illegible] fraudē creditorū fe
ciſſe:ſed hic nō erat queſtio de oībus bonis.ſed forte de certa re
vel quātitate:ideo tūc nō preſumitur dolus niſi ꝓbetur.facit qđ
habetur in.l.ij.⁊.l.dolus.C.de reſcin.vē.¶ Scđo pōt dici ꝙ ibi
loquitur qñ quis facit actū ad preiudiciū tertij a quo nullam ha
bet poteſtatem ſuper actu quē facit.ſed hic loquimur qñ ille qui
facit actum habet poteſtatē ab illo cui fit preiudiciū:⁊ ideo nō
ſic faciliter preſumitur dolus.Et hanc opi.[illegible] de iure veriorē
videlicet ꝙ etiā hodie de iure ciuili:⁊ etiā de iure canonico ſtan-
dū ſit ſnīe arbitri etiā inique dūmodo [illegible] caſus.de qui
bus ſuperius dixi:qꝛ n[illegible]ebemus [illegible] eſt dictū ni-
ſi quatenus reperiatu[illegible] preſſum [illegible] creditor.§. lu-
cius [illegible] nō dicit an pſumatur dolus [illegible] mādato quātū-
[illegible] gnali nō venit dolus:⁊ ſic remane[illegible] ari.qñ iniqtas
[illegible] re ipſa ⁊ nō ex ꝓpoſito:qꝛ nō probatu[illegible] arbitri.⁊ hec
[illegible] de iure verior.licet alia opi.equi[illegible] dicebat etiā
do.[illegible] hic ſequēdo ſuā opi.ꝙ de iure canonico inqꝫtū dꝫ redu

ci arbitriū opꝫ ꝙ ſit reclamatū infra.x.dies.ſecꝰ in arbitratore
qꝛ dictū arbitratoris nō emologatur:vt ſuperius dixi.nec in eo hꝫ
locū.l.pe.C.de arbi.vt voluit Jnn.hic.⁊ Bar.in.d.§.arbitrorū.
⁊ hec ꝓcedūt in arbitro.in arbitratore vero dicit aliqua viden-
da per que expedit reſiduū materie.¶ Primo an qñ laudū ar-
bitratoris poſſit peti reduci ad arbitriū boni viri.Scđo quo iu-
re veniat reducēdū.Tertio infra quātum tp̄s.Quarto corā quo
peti debebit reductio.Quinto pro quāta leſione ſiēda ſit redu-
ctio.Sexto qualiter iniqtas vel leſio detegatur.Septimo an hoc re-
mediū pacto vel iuramēto tollatur.Ultimo an petēs reductionē
48 ſi ſuccūbat cadat in penā.¶ †Circa primū ꝯclude breuiter ꝙ ſi
modica eſt leſio nō dꝫ reduci ꝑ ea que no.in.l.ſi de meis.§. rece-
piſſe.ff.de arbi.ſecus ſi nō ſit modica qꝛ tūc pōt peti reductio ſi-
ue cōpromiſſum fuerit iuratū ſiue nō:ſiue ſit ſtipulatione princi
pali vel etiā penali vallatū ꝑ ea que habentur in.d.§. arbitrorū. et
hic.⁊.ē.eo.veniēs.⁊.l.ſi libertus.de ope.liber.⁊ ratio eſt qꝛ iura-
mētū ⁊ ſtipulatio intelligūtur habere in ſe tacitā cōditionē ſi ar
bitrator enormiter nō ledat per ea q̄ habentur in dictis iuribus.⁊
49 l.ſi.C.de nō nu.pe.⁊.j.e.quēadmodū.¶ †Quare aūt nō reduci
tur laudū arbitri de iure ciuili:ſed arbitratoris ſic.Bar. tāgit in
§.arbitrorū.⁊ do.Ant.hic.[illegible] rō eſt qꝛ ille qui cōpromittit in ar
bitrū videtur velle ꝙ ad inſtar iudicis procedat.l.j.ff.de arbi. et ſi
cōtēnit iudicē quē habebat:ideo ad ipſum reuerti nō pōt.l. liti-
gatores.in prin.ff.de arbi.que ratio ceſſat qñ qs cōpromittit in
arbitratorē qꝛ nō dr̄ tūc cōtēnere iudicē cū corā arbitratore non
ſit iudicialiter agēdū ſed extraiudicialiter ⁊ per viam cōtractus.
50 vt ſuperius eſt dictū.¶ †An aūt a ſnīa iudicis reducētis ſnīam
arbitratoris poterit peti reductio.Jac.bu.ꝙ nō in.d.§.arbitro-
rū.qꝛ nō cognoſcit vt arbitrator:ſed vt iudex a iure deputatus.
vt patet ex dictis iuribus.ſed an a ſnīa talis iudicis aditi ſuper
reductione poterit appellari.But.vr̄ ſentire ꝙ ſic cū dicat ꝙ vt
iudex ꝓcedit:⁊ ſic debet poſſe appellari per.l.⁊ in maioribꝰ. C.
de appel.Jo.an.in addi.Spe.in ti.de appel.§.in quibꝰ.ver.xvj.
multū notabiliter refert Ruſticanū diſputaſſe ꝙ nō poſſit ap-
pellari ex eo qꝛ nō appellatur ab arbitramēto:ergo nec appella
bitur a ſnīa huius iudicis que ſubrogatur loco arbitratoris ⁊ vt
bonus vir hꝫ cognoſcere.d.l.ſi ſocietatē.§.arbitrorū.nā ſubroga
tuꝫ debet aſſumere naturā eius in cuius locū ſubrogatur.ē.vt lit.
pen.eccl̄ia.cū cōcor.⁊ ideo ex quo iudex iſte ſubrogatur loco arbi-
tratoris nō debebit appellare.ſicut nec ab arbitratore.ꝓ hoc qꝛ
qđ arbiter cognoſcit in locū iudicis tūc appellatur de offi. dele.
ab arbitris.li.vj.⁊ ſic reſidēt Jo.an.do.An.hic tenet primā opi.
ex eo qꝛ etiā in cōmiſſis ad arbitriū iudicis pōt appellari. alleg.
no.per gl.j.de accu.ſup his.vbi bona gl.Tu potes allegare tex.
cū gl.in.l.ſi qua pena.de ver.ſig.⁊ qꝛ nō eſt verū ꝙ per omnia ſu
brogetur loco arbitratoris.qđ ptꝫ qꝛ vt iudex hꝫ cognoſcere ⁊ ꝓce
dere et ſic iudicialiter ⁊ corrigere iudicialr̄ qđ extraiudicialr̄ eſt
male factū.ſed corā arbitratore nō ꝓceditur iudicialiter vt ſupe-
rius eſt dictū.⁊ ideo cū nō ſubrogetur per oīa loco arbitratoris.
non eſt mirū ſi in aliquo diſcrepet a natura arbitratoris:et plus
dicit ꝙ ſi etiā diceremus ꝙ nō poſſet appellari cuius tñ contra-
riū videtur verius.tñ ſaltē poſſet peti reductio ad arbitriū boni
viri.vt eſt gl.no.in.d.c.ſuper his.ſed ꝓcedēs dictū.ſ.ꝙ poſſit ap
pellari puto verius.⁊ ſic etiā diſputādo terminauit do.meꝰ do.
Pet.de anch.in ſua.q.que incipit cū.C.laicus.⁊ ſic etiā de facto
conſului apud ciuitatē lucanā.⁊ plene ſcripſi in.d.conſi. licet ad
preſens nō habeā eius copiā.licet viderim diuerſa cōſilia valen-
tiſſimorū virorū pro ⁊ cōtra.Sali.etiā in.§.arbitrorū. videtur te
nere opi.Ruſticani.⁊ de materia etiā dixi in.l.j.de lega.ij. ⁊ ad
predicta bene facit qđ no.Bar.in.l.j.§.hec aūt actio.ff.ſiquis te.
liber eſſe iuſſus.Et pro predictis facit qꝛ corā iſto iudice adito
ſuper reductione debet libellus offerri ⁊ lis cōteſtari.⁊ ſic ordo
iudicialis obſeruari.vt no.Cy.in.l.ſi.C.de cōtrahē.emp. Secus
in arbitratore vt eſt dictū ⁊ eadē ratione videtur ꝙ in ſentētian
do debet obſeruare ſolēnitatem.l.j.⁊.ij.C.de ſen.ex peri.reci.de
qua etiā habetur in.c.ſi.de re iud.in.vj.⁊ ideo nō ſubrogatur per
omnia loco ipſius arbitratoris qui nō tenetur ordinē iudiciariū
obſeruare.⁊ in prolatione vt ſuperius eſt dictū.⁊ ideo ex quo vt
iudex ꝓcedit ⁊ nō reperitur prohibitū appellari debet poſſe ap
pellari per regulā.l.⁊ in maioribus.C.de appel.Nec obſt.ſi dica
tur ꝙ lis poterit protelari:qꝛ hic veriſimiliter potuerunt proui-
dere partes:⁊ ideo eſt tolerandum argumēto.l. ſi quis domū.§.
j.ff.loca.⁊ per hec non videtur vera opi.Bar.qui tenuit in effe-
ctu opi.Ruſti.in.d.l.j.de leg.ij.in fi.ꝓut habetur in lectu.nouis
licet in antiquis aliquibus non haberetur.nō allegat tamen ibi
dictum Ruſticani:ſed dictum Jnno.in extrauagan.preſenti.de
reſcrip.que habetur inter extrauagantes Jnnocētianas.nec vi-
detur etiam verum dictum Jnno.inquātum etiā hoc ſentiat.qꝛ
vult ꝙ vbi aditur iudex vt bonus vir ꝙ nō poſſit appellari qđ
eſt contra.d.l.ſi qua pena.cum ibi no.per gl.⁊ Bar.de ver.ſigni.
ſatis

Ayuntamiento de Madrid

caſu ſm eū nec in foro ciuili nec in foro canonico ſtabitur illi.§ ſtari.ex eo quia etiā ipſa lex vult peccata corrigi.vt patet in aut. vt nō luxu.cōtra naturam.§.j.qd dicit verum eſſe ſi eſt reclamatum infra.x.dies.ita quod nō ſit emologatū laudū.alias ſecus vt.l.penul.C.de arbi.⁊.s.de arbi.per tuas.⁊ dicit hoc eſſe de mēte vtriuſq; iuris quia nullū peccatum lege cōſuetudine ſtatuto priuilegio vel iuramento iuuari poteſt:ſed his nō obſtantibus debet emendari.s.de cōſue.c.fina.⁊.j.de preſcri.c.fina.⁊ hoc credit do.Anto.verū quādo enormis eſt leſio:quia tunc laudū preſumitur doloſum ſm eū per.l.omnes.§.lucius.ff.de his que in frau.credi.alleg.etiam.ff.mādati.l.creditor.§.lucius.⁊ ideo ſm eum tunc habebit locū remediū exceptionis ⁊ actionis de dolo etiam ſm leges:ſed ſm ius canonicum etiā plus erit qꝛ etiā officio iudicis poterit peti retractari etiā non obſtante iuramēto et etiā ſi obſtaret iudex ex officio poſſet ꝓuidere per ea que habētur.s.eo.ad noſtram.el.ij.allegat ad predicta no.per Archid.in d.c.a iudicibus.⁊ qd nota.in.d.c.expoſita.⁊ eod.titu.c.ij.⁊.iij.et quod Specu.in titu.de arbi.§.j.verſi.eſt autē differentia.⁊ ſeq. vbi etiam Specu.dicit idem tenuiſſe Jaco.de albenga.⁊ Hoſt. in ſumma.eo.ti.§.pe.ver.penul.vbi tamē Hoſti.aliter loquitur ꝙ hic.⁊ in cap.ij.preallega.nam dicit ꝙ ſententie arbitri inique ſtatur ſed nō iniuſte:vt quia eſt cōtra ius quia cōtinet ſimoniaʒ vel cōtra res prius iudicatas.vt.d.c.ij.⁊.d.c.expoſita.⁊ ſic etiaʒ refert Specu.in loco preallega.⁊ ſi bene ponderetur hoc dictum magis reſtringit ſe Hoſti.in dicta ſumma in loco preallega.quā hic.⁊ in dicto.c.ij.¶ Unde puto poſſe de iure dici qd ſi arbitriū contineat euidens peccatū cui pars nō poteſt renūtiare vt quia cōtineat ſimoniā tunc poſſit emendari.⁊ ſic ꝓprie loquitur pallega.c.ij.Jdem ſi ſit alias cōtra ius expſſe vt ſi adiudicat laico ſpiritualia.vt in.c.iij.de arbi.Jdem ſi ſit alias contra ius expſſe vt quia ſit ſuper alias deciſum per ſententiā que trāſiuit in rem iudicatam.⁊ ſic loquitur dictum.c.expoſita.nam de talibus nō poteſt cōpromitti nec in dubio intelligitur cōpromiſſum.l.poſt rem.ff.de tranſact.cum ibi not.Et idem eadē ratione ſi alias ſit cōtra ius expreſſe expreſſo errore iuris in ſentētia per id qd habetur in.c.j.j.de re iudic.iuncto eo qd habet in.d.l.apud celſum. §.item queritur.alias videtur ꝙ ſtandū ſit.d.§.ſtari.cū nō reperiatur in hoc correctus ⁊ correctio eſt euitanda.de elect.cum expediat.lib.vj.⁊.C.de appel.precipimus.cum ſequen.⁊ ſic nō videtur verū dictū Hoſtiē.hic.⁊ in.d.c.ij.⁊ maxime quia ratio ſua nō videtur bona:qꝛ ſi verum eſſet ꝙ deberet emendari:qꝛ nullū peccatū poteſt iuuari per.l.cōſuetudinē vel ſtatutū ⁊c. ſequitur ꝙ nō deberet attendi an ſit emologatū laudum vel nō:quia ex quo cōtineret peccatū omnino deberet emēdari:arg.d.c.ij.⁊.s. eo.debitores.⁊ pro hoc faciat qꝛ licet arbitriū cōtineat iniquitatem videtur ꝙ ei ſit ſtandum in.d.§.ſtari.qꝛ imputēt ſibi partes que fecerunt cōpromiſſum in arbitrū ⁊ ſciebant vel ſcire debebāt qualitatē poteſtatis arbitri qui poterat ꝓnūtiare inique ⁊ cōtra diſpoſitionem iuris que volebat ſtari tali ſentētie.arg. de reg.iur.dānum.lib.vj.nec eſt abſonū ꝙ partes poſſint ſic ſibi preiudicare quia potuiſſet etiā vna pars alteri donare id de quo factum eſt cōpromiſſum ſi voluiſſet.l.in re mādata.C.mandati. et ideo nō videtur abſurdum ꝙ tali ſententie licet inique ſtetur cum partes cōpromittendo in arbitro hoc videātur voluiſſe cū ſciuerint vel ſcire preſumant diſpoſitionē.d.§.ſtari.nec eſt quid tūc repugnet ex quo laudū cōtinet tale quid ſup quo partes potuerūt ſibi preiudicare.vt qñ cōtineret ſimoniā.vt in.d.c.ij.vel qñ eſſet latū ſup alijs deciſis.vt in.d.c.expoſita.nec puto veruʒ dictū.do.Ant.ꝙ propter enormē leſionē preſumatur dolus in arbitro niſi aliter ꝓbetur per ea que habent in.d.§.ſtari.⁊ in.d. l.ita demū.⁊ in.l.dolus.C.de reſ[illegible] nec ob.d.l.ita demū.⁊ in l.dolus.C.de reſcin.ven.nec ob.d.[illegible].§.lucius.qꝛ pōt multipliciter rñderi primo ꝙ debitor ibi o[illegible]ia bona [illegible] alienabat ſciēs ſe habere creditores.ideo preſumit[illegible] fraudē creditorū feciſſe:ſed hic nō erat queſtio de oībus bonis.ſed forte de certa re vel quātitate:ideo tūc nō preſumitur dolus niſi ꝓbetur.facit qd habetur in.l.ij.⁊.l.dolus.C.de reſcin.vē.¶ Scdo pōt dici ꝙ ibi loquitur qñ quis facit actū ad preiudiciū tertij a quo nullam habet poteſtatem ſuper actu quē facit.ſed hic loquimur qñ ille qui facit actum habet poteſtatē ab illo cui ſit preiudiciū:⁊ ideo nō ſic faciliter preſumitur dolus.Et hanc opi.puto de iure veriorē videlicet ꝙ etiā hodie de iure ciuili:⁊ etiā de iure canonico ſtandū ſit ſnīe arbitri etiā inique dūmod[illegible]aſus.de quibus ſuperius dixi:qꝛ n[illegible]ebemus [illegible]t eſt dictū niſi quatenus reperiatu[illegible]reſſum [illegible] creditor.§.lucius [illegible] nō dicit an pſumatur dolus [illegible]ādato quātū[illegible] gñali nō venit dolus:⁊ ſic remane[illegible]ri.qñ iniqtas [illegible] ipſa ⁊ nō ex ꝓpoſito:qꝛ nō probatu[illegible] arbitri.⁊ hec [illegible] de iure verior.licet alia opi.equi[illegible]at.dicebat etiā do.Ant.hic ſequēdo ſuā opi.ꝙ de iure canonico inq̄tū dʒ redu

ci arbitriū opʒ ꝙ ſit reclamatū infra.x.dies.ſecꝰ in arbitratore qꝛ dictū arbitratoris nō emologat:vt ſuperius dixi.nec in eo hʒ locū.l.pe.C.de arbi.vt voluit Jnn.hic.⁊ Bar.in.d.§.arbitrorū. ⁊ hec ꝓcedūt in arbitro.in arbitratore vero dicit aliqua videnda per que expedit reſiduū materie.¶ Primo an qñ laudū arbitratoris poſſit peti reduci ad arbitriū boni viri.Scdo quo iure veniat reducēdū.Tertio infra quātum tpˢ.Quarto corā quo peti debebit reductio.Quinto pro quāta leſione ſiēda ſit reductio.Sexto qualr iniqtas vel leſio detegat.Septimo an hoc remediū pacto vel iuramēto tollat.Ultimo an petēs reductioneʒ
48 ſi ſuccūbat cadat in penā.¶ † Circa primū ꝯclude breuiter ꝙ ſi modica eſt leſio nō dʒ reduci ꝑ ea que no.in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.ſecus ſi nō ſit modica qꝛ tūc pōt peti reductio ſiue cōpromiſſum fuerit iuratū ſiue nō:ſiue ſit ſtipulatione principali vel etiā penali vallatū ꝑ ea que habent in.d.§.arbitrorū.et hic.⁊.s.eo.veniēs.⁊.l.ſi libertus.de ope.liber.⁊ ratio eſt qꝛ iuramētū ⁊ ſtipulatio intelligūtur habere in ſe tacitā cōditionē ſi arbitrator enormiter nō ledat per ea q̄ habent in dictis iuribus.⁊
49 l.fi.C.de nō nu.pe.⁊.j.e.quēadmodū.¶ † Quare aūt nō reducitur laudū arbitri de iure ciuili:ſed arbitratoris ſic.Bar.tāgit in §.arbitrorū.⁊ do.Ant.hic.[illegible]rō eſt qꝛ ille qui cōpromittit in arbitrū videt velle ꝙ ad inſtar iudicis procedat.l.j.ff.de arbi.et ſi cōtēnit iudicē quē habebat:ideo ad ipſum reuerti nō pōt.l.litigatores.in prin.ff.de arbi.que ratio ceſſat qñ qs cōpromittit in arbitratorē qꝛ nō dr tūc cōtēnere iudicē cū corā arbitratore non ſit iudicialiter agēdū ſed extraiudicialiter ⁊ per viam cōtractus.
50 vt ſuperius eſt dictū.¶ † An aūt a ſnīa iudicis reducētis ſnīam arbitratoris poterit peti reductio.Jac.bu.ꝙ nō in.d.§.arbitrorū.qꝛ nō cognoſcit vt arbitrator:ſed vt iudex a iure deputatus. vt patet ex dictis iuribus.ſed an a ſnīa talis iudicis aditi ſuper reductione poterit appellari.But.vr ſentire ꝙ ſic cū dicat ꝙ vt iudex ꝓcedit:⁊ ſic debet poſſe appellari per.l.⁊ in maioribꝰ.C. de appel.Jo.an.in addi.Spe.in ti.de appel.§.in quibꝰ.ver.xvj. multū notabiliter refert Ruſticanū diſputaſſe ꝙ nō poſſit appellari ex eo qꝛ nō appellatur ab arbitramēto:ergo nec appellabitur a ſnīa huius iudicis que ſubrogat loco arbitratoris ⁊ vt bonus vir hʒ cognoſcere.d.l.ſi ſocietatē.§.arbitrorū.nā ſubrogatuʒ debet aſſumere naturā eius in cuius locū ſubrogat.s.vt lit. pen.eccl̃ia.cū cōcor.⁊ ideo ex quo iudex iſte ſubrogat loco arbitratoris nō debebit appellare.ſicut nec ab arbitratore.ꝓ hoc qꝛ qd arbiter cognoſcit in locū iudicis tūc appellatur de offi.dele. ab arbitris.li.vj.⁊ ſic reſidēt Jo.an.do.An.hic tenet primā opi. ex eo qꝛ etiā in cōmiſſis ad arbitriū iudicis pōt appellari.alleg. no.per gl.j.de accu.ſup his.vbi bona gl.Tu potes allegare textū gl.in.l.ſi qua pena.de ver.ſig.⁊ qꝛ nō eſt verū ꝙ per omnia ſubroget loco arbitratoris.qd ptʒ qꝛ vt iudex hʒ cognoſcere ⁊ ꝓcedere et ſic iudicialiter ⁊ corrigere iudicialr qd extraiudicialr eſt male factū.ſed corā arbitratore nō ꝓcedit iudicialiter vt ſuperius eſt dictū.⁊ ideo cū nō ſubrogetur per oīa loco arbitratoris. non eſt mirū ſi in aliquo diſcrepet a natura arbitratoris:et plus dicit ꝙ ſi etiā diceremus ꝙ nō poſſet appellari cuius tñ contrariū videtur verius.tñ ſaltē poſſet peti reductio ad arbitriū boni viri.vt eſt gl.no.in.d.c.ſuper his.ſed ꝓcedēs dictū.ſ.ꝙ poſſit appellari puto verius.⁊ ſic etiā diſputādo terminauit do.meꝰ do. Pet.de anch.in ſua.q.que incipit cū.C.laicus.⁊ ſic etiā de facto conſului apud ciuitatē lucanā.⁊ plene ſcripſi in.d.conſi.licet ad preſens nō habeā eius copiā.licet viderim diuerſa cōſilia valentiſſimorū virorū pro ⁊ cōtra.Sali.etiā in.§.arbitrorū.videtur tenere opi.Ruſticani.⁊ de materia etiaʒ dixi in.l.j.de lega.ij.⁊ ad predicta bene facit qd no.Bar.in.l.j.§.hec aūt actio.ff.ſiquis te. liber eſſe iuſſus.Et pro predictis facit qꝛ coraʒ iſto iudice adito ſuper reductione debet libellus offerri ⁊ lis cōteſtari.⁊ ſic ordo iudicialis obſeruari.vt no.Cy.in.l.fi.C.de cōtrahē.emp. Secus in arbitratore vt eſt dictū ⁊ eadē ratione videtur ꝙ in ſentētiando debet obſeruare ſolēnitatem.l.j.⁊.ij.C.de ſen.ex peri.reci.de qua etiā habetur in.c.fi.de re iud.in.vj.⁊ ideo nō ſubrogatur per omnia loco ipſius arbitratoris qui nō tenetur ordinē iudiciariū obſeruare.⁊ in prolatione vt ſuperius eſt dictū.⁊ ideo ex quo vt iudex ꝓcedit ⁊ nō reperitur prohibitū appellari debet poſſe appellari per regulā.l.⁊ in maioribus.C.de appel.Nec obſt.ſi dicatur ꝙ lis poterit protelari:qꝛ hic veriſimiliter potuerunt prouidere partes:⁊ ideo eſt tolerandum argumēto.l.ſi quis domū.§. j.ff.loca.⁊ per hec non videtur vera opi.Bar.qui tenuit in effectu opi.Ruſti.in.d.l.j.de leg.ij.in fi.ꝓut habetur in lectu.nouis licet in antiquis aliquibus non haberetur.nō allegat tamen ibi dictum Ruſticani:ſed dictum Jnno.in extrauagan.preſenti.de reſcrip.que habetur inter extrauagantes Jnnocētianas.nec videtur etiam verum dictum Jnno.inquātum etiā hoc ſentiat.qꝛ vult ꝙ vbi aditur iudex vt bonus vir ꝙ nō poſſit appellari qd eſt contra.d.l.ſi qua pena.cum ibi no.per gl.⁊ Bar.de ver.ſigni.

ſatis

Ayuntamiento de Madrid

ſatis tamen puto ꝙ reclamatio habeat vim appellationis.arg.
l.non diſtinguemus.§.cum quidā.ff.de arbi.ſaltem quo ad hoc
vt non admittatur poſtea niſi vna alia appellatio ſieda per illū
qui reclamauit per id qḋ habet in ſimili in.l.vna.C.ne li.in vna
eādē ꝗ cauſa ter.prouo.vbi etiam ſupplicatio habet vim vnius
appellationis.Fateoꝛ tamē vt hic tangit do.Ant.ꝙ cum iſte iu
dex adeatur vt faciat illud qḋ facere debebat arbitratoꝛ ꝙ licet
ſententia eius diſcreparet a iure.Si tamē habeat fundamētum
equitatis:vt quia in aliquo modico leſiſſet partem pro bono pa
cis nō p[illegible]ſſet iuſte appellari ſicut nec potuiſſet iuſte reclamari ſi
arbitratoꝛ hoc feciſſet per ea que habētur in.l.ſi de meis.§.rece
piſſe.de arbi.⁊ facit qḋ no.Jo.and.in addi.Specu.in titu.de ar
bi.§.differt.verſi.itē ſcḋm eum.ſatis etiā poſſet dici ꝙ ſi pronū
tiaret ſm ius licet equitas naturalis dictaſſet ꝙ in modico po
tuiſſet ledere ꝙ ex hoc non poterit licite appellare:qꝛ pōt ſi vult
ſequi ius etiā arbitratoꝛ licet nō artetur qꝛ poſſit ledere modice.
facit qḋ habetur in tex.⁊ glo.⁊ in clemen.ſepe.de verb.ſig.quod
51 tenuit circa ſi.⁊ hec ſufficiant de primo.¶†Circa ſm quo iure
reducatur arbitramentū ad arbitriū boni viri docto. hic cōiter
dicūt ꝙ officio iudicis.⁊ idem Spec.in titu.de arbi.§.ſequitur.
ver.ſed quo iure.alleg.ſ.de arbi.c.ſ[illegible] ⁊.c.expoſita.⁊.l.j.ff.de iuriſ
di.om.iudi.But.⁊ glo.tangunt in §.arbitrorū.⁊ in.l.ſi.C.de cō
trahen.emp.cōcludē ꝙ ſi arbitratꝰ fuit aditus ſuper cōtractu
bone fidei petitur reductio actiōe ex eo cōtractu.d.l.ſi.⁊.d.§.ar
bitrorū.ſi ſuper cōtractu ſtricti iuris dabitur officiū iudicis qḋ
ſuccedit loco actiōis.l.qḋ ſi minoꝛ.§.i.ff.de mino.vel actio in fa
ctum ex equitate ſm Butr.per.l.quoties.de preſcrip.verbis.ff.
⁊ hoc ſequitur etiā Bar.in.§.arbitrorū.qḋ dictum eſt de cōtra
ctu bone fidei ⁊ ſtricti iuris.intelligit tamen in cōtractu bone fi
dei quādo ex vtraꝗ parte oritur actio.vt in cōtractu emptiōis
⁊ venditionis:ſed ſi nō oꝛiretur actio ex parte eius qui petit vt
in cōtractu dotis ſi ſit cōpromiſſum vt arbitrio titij ſtatuat dos
mulieri danda viro.nam mulieri nō oritur actio ad repetēdam
dotem conſtante matrimonio regulariter.l.in rebus.C. de iure
dot.ideo tunc recurretur ad officium iudicis.per id quod habe
tur in.l.ſi libertus.de oper.liber.⁊ quia mulier cōuenta pro dote
poſſet excipere de iniquitate.⁊ cōſequēter poterit imploꝛare of
ficium iudicis ne ab aduerſario inquietetur:quia qui habet ex
ceptiōnē etiā ſi cōueniatur poteſt tale officiū imploꝛare.l.ſi cō
tendat cōiuncta glo.ff.de fideiuſſo.⁊.l.aurelius.§.eo.cū gloſ. ſua
de libe.leg.facit.l.iij.C.qui bo.cede.poſ.an tamē hoc dictum de
iure omnino procedat.dixi in dicta.l.ſi contēdat.nam videtur ꝙ
non:quia in poteſtate rei nō eſt agere.l.plura.in ſi.ff.de doli ex
cep.⁊ tamē ſcḋm theoꝛicā predictā ſemper poſſet agere.ex quo
haberet excep.quod videtur contra.d.l.pure.in ſi.vbi etiam nō
cenſetur eſſe in poteſtate ſua quādo excipiat:ſed demū poſſit ex
cipere quādo conuenitur.vt ibi pȝ.Do.tamē Anto.hic tranſit
cū dicto Bar.⁊ cōmuniter etiā conſueuit trāſiri.ſi autē arbitra
toꝛ aditus fuerit ſuper lite videtur velle But.in.§.arbitrorū. ꝙ
non poſſit peti reductio:quia cenſetur eſſe quedā trāſactio vt ſu
perius eſt dictū.cui tranſactioni videtur ſtādum cum etiā in illa
nō videatur habere locum remediū.l.ij.C.de reſcin.ven. vt vide
tur velle glo.ſingu.in.l.lucius.§.ſi.ff.ad trebel.Bar.tamen in.§.
arbitrorū.voluit oppoſitū.videlicet ꝙ etiā tūc poſſit peti redu
ctio.ſatis videtur fuiſſe de mente do.Anto.hic per ea que infe
rius dicentur.licet nō clare expreſſerit Fran.de are.vt refert do.
Anto.dixit ꝙ in iudicijs bone fidei nō datur actio ex eo cōtra
ctu:ſed officium iudicis mercenarium deſeruiens actioni. et in
hoc ſequitur opi.vltramon.qui tenent ꝙ remedium.l.ij.C.de re
ſcin.ven.nō competit per actionē ex eo cōtractu.ſed per officiū
iudicis.per id quod habetur in.l.ij.C.de act.emp.⁊ in.l.in cōtra
ctibus.C.ex qui.cau.maio.ſed puto verioꝛē opi.But.⁊ Bar. qꝛ
nō video quomodo officium merce.deſeruiēs actioni poſſit in
tentari ſine ipſa actione cū ſit eius acceſſoꝛiū:⁊ ſic non poſſit ſine
ſuo principali eſſe.⁊ illo extincto extinguat.l.iiij.C.depoſiti.vbi
etiam bona glo.⁊ pro hoc etiam videtur caſus in.l.in propoſi
ta.et.l.ſequen.ff.pro ſocio.vbi dicitur ꝙ arbitriū corrigitur per
iudicem bone fidei.hoc eſt per actionē pro ſocio que eſt bonefi
dei.inſti.de act.§.actionū.⁊ no.J.de excep.cū venerabilis.nec eſt
abſonū ꝙ petat pro iſta reductione.qꝛ etiā interdū cōpetit pro
reſciſſione cōtractus.l.ex empto.C.ſi is qui vina.ff.de act.emp.
⁊.l.ſed ⁊ celſus.ff.de cōtrahen.empt.¶Item etiā aduerte qꝛ in
quantū dictum eſt ꝙ in ſtricti iuris iudicio petitur reductio of
ficio iudicis vel actione in factum nō placet hoc do. an.qꝛ ſecun
dum eum in contractibus ſtricti iuris ſi eſt dolus ex propoſito
purgatur per actionem ex dolo.⁊ ſi reipſa per viā exceptionis
doli.l.ſi quis cum aliter.ff.de ver.oblig.⁊.l.elegãter.§. non ſo
lum.ff.de dolo.allegat no.per Pe.⁊ Cy.in.d.l.ij.de reſcin. ven.
licet alibi aliter dixerint.l.in cōtractibus.C.ex quib.cau. maio.
vt ibi etiā per Cyn.⁊ ſic patet ſecundum eum ꝙ dolus re ipſa in
contractibus ſtricti iuris non purgatur niſi per viam exceptiō
nis.Idem dicit ſi non fuit dolus partis,ſed dolus arbitri vel ar
bitratoꝛis etiam ex animo qꝛ ex dolo tertij non agitur de dolo.
l.elegāter.in prin.ff.de dolo.ſed certe iſtud dictum do. Ant. nō
videtur procedere per ea que habentur in.d.l.ſi quis cum aliter
de ver.ſig.⁊ que ibi dixi.nā etiā in ſtricti iuris ſi deceptio re ipſa
ſit enoꝛmis.vt qꝛ vltra dimidiam iuſti pretij poteſt etiam cōpe
tere actio vt ſi promiſi tibi annulum qui erat de auro.⁊ putabā
ipſum de ere ſiue metallo.nam ſi petas obſtabit exceptio.qꝛ nō
fuit intētio mea promittere ſi ſciuiſſem eſſe aurum.⁊ ſi cōtingat
ꝙ ex erroꝛe tibi tradam potero repetere.ex quo poteras per ex
ceptionē tueri.⁊ ſic indebite ſolui per ea que habentur in.l.qui
exceptionem.§.ſi pars.ff.de conditio.indebi.⁊ licet exceptio do
li videatur odioſa.⁊ ſic videatur ꝙ illa tutus ſi ſoluat non repe
tat per.l.qui excep.ff.de condi.indebi.tamen illud non procedit
quando exceptio doli a principio nō fuit oꝛta.ſed naſcetur de
mum cum agitur vt contingit in propoſito.⁊ notat glo. notabi
lis ⁊ ſingularis in.l.qui ſe debere.de conditio.ob cauſam.⁊ ſic ex
predictis videtur ꝙ etiam in ſtricti iuris debeat poſſe peti redu
ctio cum competat etiam interdum actio quādo eſt facta tradi
tio vt ſuperius dixi.⁊ ſi non eſt facta traditio cōpetat exceptiō.
⁊ conſequenter officium iudicis occaſione illius exceptionis. ſi
tenemus opinionem Bar.de qua.J.dixi per.l.ſi contendat cum
gloſ.ſua.ff.de fideiuſſ.Ideo videtur ꝙ cum equum ſit compete
re officium iudicis propter cauſas predictas ꝙ debeat cōpete
re iudicis officium vel actio in factum ex equitate in ipſis ſtricti
iuris iudicijs per.l.quoties.de preſcrip.verbis.vt voluit Butr.
⁊ Bar.⁊ ſic videtur ꝙ quantū ad effectū licet nō eodē modo per
omnia remediū.l.ij.C.de reſcin.ven.habeat locum etiā in ſtricti
iuris iudicijs.de quo plene dixi.l.ſi quis cū aliter. ⁊ hec ſufficiāt
52 de ſecundo.¶†Circa tertiū infra quantum tēpus poſſet peti
reductio quidā ꝙ vſꝗ ad.x.dies ſicut in appellatione.qꝛ hec re
ductio videtur quedā ſpecies appellatiōis.facit.l.nō diſtingue
mus.§.cum quidā.ff.de arbi.⁊ hoc ſequitur Spe.in ti. de arb.§.
ſequitur.ver.ſed intra qḋ tempus.Alij dixerunt ꝙ eē tēpus ar
bitrarium cū nō videatur iure determinatū.Alij etiam aliter di
xerunt.vt refert Spe.in loco preallegato.Butri.in.§. arbitrorū
tenet ꝙ erit tēpus.xxx.annoꝝ.qꝛ tāto tempoꝛe durat actio ⁊
officium iudicis.l.ſicut.C.de preſcri.xxx.ann.Idē Bar.in.§.ar
bitrorum.dicit tñ ꝙ oportet ꝙ infra annū ſaltē extra iudiciū de
ponat querelā.ita ꝙ appareat eum non conſentire.alias nō au
diretur poſt annū per.l.qui ſe grauatos.C.de cenſi.⁊ perequato
ribus.li.xj.dicit etiā ꝙ interdū durabit vltra.xxx.annos.vt qñ
officium iudicis competit loco exceptionis.qꝛ tūc durat perpe
tuo ſicut exceptio.l.pure.in ſi.preallē.⁊ ſubdit finaliter in.d.§.
arbitrorū.qḋ ſi per officium iudicis principaliter petatur redu
ctio.tunc ſolū infra quadriēnium poterit peti quia datur ad re
ſcindēdū id quod de iure cōmuni valet.⁊ ſic infra quadriēnium
videtur tantū competere.l.in hec noꝛarius.§.ſed etiā reſciſſa.ti.de
actio.⁊ oblig.⁊ ſic vult Bar.in effectu ꝙ ſi infra annū non decla
ret ſe cōſentire in iudicio.vel extra excludatur ⁊ [illegible] ſi in anni.
per.d.l.qui ſe grauatos.Si autē declarauit ſe nō cōſentire:tunc
vbi dixi dari actionē habebit.xxx.annos.vbi officiū iudicis ha
bebit quadriēnium ſi principaliter intētetur.Si vero loco exce
ptionis durabit perpetuo.ſed Frā.de are.vt hic refert do. Ant.
nō placet ꝙ officiū iudicis qḋ principaliter poteſt intentari ex
cludatur quadriēnio:qꝛ imo debet durare vſꝗ ad.xxx. annos p
d.l.ſicut.nec obſtat.d.§.ſed cum reſciſſa.quia illud eſt remediū
reſciſſoꝛium ⁊ pretoꝛium quod durat anno regulariter. hic autē
datur ex equitate iuris ciuilis ⁊ iuriſconſultoꝝ.Facit qḋ con
ſueuit dici in ſimili in.l.filio preterito.C.de inofficio teſta.nō ob.
etiam.l.qui ſe grauatos.qꝛ loquitur de grauamine iniuſte ade
quationis circa publicas functiones.⁊ vbi venitur cōtra actum
ad factuȝ ab habente auctoritatē de publico.⁊ ideo quodāmodo
ſentētie parificat[illegible] poſt annū nō poſſit fieri querela vel il
lud inductū fauoꝛe publice vtilitatis.Ideo cū ille caſus exoꝛbi
tet a iure cōi nō debet extendi per id qḋ habetur in.l.ius ſingu
lare.ff.de legibus.⁊.j.de reg.iu.in regula.que a iure.⁊ hāc opiu.
ſequit etiā hic do.An.⁊ illā puto eſſe de iure verioꝛē.per ea que
53 habetur in.d.l.ſicut.¶†Infra quantū autē tēpus durat pote
ſtas arbitrandi [illegible] Bar.in.d.l.ſi quis cū aliter.⁊ ibi dicit ꝙ ſi
arbitratoꝛ ſit a[illegible] ſuper vltima volūtate recurri debet ad
no.in.l.j.de leg.[illegible] Si aūt ſuper contractu tunc notabiliter tenet
ꝙ duret donec appareat eū nolle arbitrari. facit.l.iiij.§.j.ff.de
arbi.dicitur [illegible] arbitrari ſecundum eū ſi infra annum
non arbitret[illegible]ed.⁊ ſi quis.C.de legib.nem licet ſit
ſpeciale ibi [illegible]rſona.non tamen eū ſpeciale ſecun
dum eum ꝙ [illegible]ebeat arbitrari.ſed contrarium tenui
in.d.l.ſi qu[illegible]ter.quia non reperitur iure limitatum tem
pus infra qu[illegible]at arbitrari.ergo poterit etiā poſt an[illegible]

Ayuntamiento de Madrid

Nec ob.d.§.ſed ꝛ ſi quis.q: ibi eſt ſpāle in caſu illo.nā cū lex velit illo non arbitrante recedi a perſona in conſequentiā debuit ſtatui qu poſſit recedi.ꝛ cōſequēter infra quātum tēpus diceretur nolle arbitrari.ſed in caſu noſtro non receditur a perſona quando nō arbitratur.l.ſi.C.de cōtrahē.emp.ꝛ ille.§.nō habet obſta/re:ꝛ hanc partē reperio etiā tenuiſſe Bar.in.d.§.ſed ꝛ ſi quis.vn de videtur ꝙ nedū poſt annum.ſed etiā poſt trienniū poſſit arbitrari per id qḋ habetur in autē.ſi tñ.C.de tēp.appel.per quā an ten.etiam in arbitro tenuit Jo.an.ꝙ etiā poſt triennium poſſit ferre laudū.vt ipſe no.in addi.Specu.in ti.de arbi.§.differt.ver. itē vt infra triennium:ſed forte poſſet dici vt tetigi in.d.l.ſi quis cū aliter in additionibus.ꝙ poteſtas arbitri ꝛ arbitratoris duret etiā poſt triennium.tū q: arbiter ad inſtar iudicis habet procedere ſi lis eſt conteſtata corā eo videtur ꝙ infra trienniū a tēpore cōteſtate litis debeat ferre ſententiam ſicut ꝛ iudex.l.properandū.§.j.de iudi.vnde ex eiſdē actis non poterit poſtea ferre ſed ex nouiter actitandis ſicut ꝛ in iudice dicimus.facit ꝙ no.in l.ij.ff.iudicatum ſolui.ꝛ.s.de teſti.cauſam que.el primo.ꝛ ſic nō erit perempta poteſtas arbitri ex toto.ſed potius inſtātie.ſicut etiam non finiretur iuriſditio delegata per lapſum inſtantie iuxta no.in.c.conſuluit.de offi.dele.ꝛ hoc modo poſſet intelligi dicta auten.ſi tamen.tamē iſta videntur ceſſare in arbitratore qui nō habet ſequi viam iudicij.ꝛ ſecūdum predicta videtur intelligenda dicta clementina quādiu.de appella.videlicet poſſit com promiſſum durare etiam factum in arbitrum.licet inſtantia coram eo inchoata finiatur.Sali.tamen in.l.j.C.de arbi.dixit ꝙ ſi lis eſt conteſtata coram arbitro durat eius poteſtas infra trien/nium ꝛ non vltra.ꝛ ſi non eſt cōteſtata durabit vſq; in quinquē/nium.per id qḋ habet inſti.de libel.obla.in arbitratore dicit ꝙ ſi facta eſt contradictio inter partes coram eo infra triennium a tempore contradictionis alias infra quinquennium.ſed de iure verius puto eſſe quod dixi ſuperius.de quo dixi in.d.l.ſi qs cuʒ aliter.ꝛ hec ſufficiant de tertio.ꝛ qḋ dixi ſupra poteſtatē arbitratoris durare etiam vltra annum qñ aſſumptus eſt ſuper cōtractu vel etiā ſuper lite procedit quando data eſt poteſtas arbitrādi tertio.ſed vbi alteri contrahentium eſſet data.tuncvidetur ꝙ debeat arbitrari infra.lx.dies.per.l.ꝙ ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de edi.edic.qḋ videtur verū qñ arbitrium verſatur circa rē vt eſt in caſu illius.§.vt q: vendo tibi rē pro decem ſi tibi placuerit ipſa res.ſi autem competeret circa aliud extrinſecum tūc videtur qḋ debeat arbitrari ꝙprimū poteſt per id qḋ habetur in.l.hec venditio.ff.de contrahen.emp.ꝛ ibi patet exemplum.puta ſi vēdo tibi ſeruum pro deceʒ.ſi rationes mihi reddiderit arbitrio meo ꝛ hoc modo poteſt reduci ad concordiam hec opi.ꝛ Ang.qui videntur contrariari in.d.l.ſi quis arbitratu.de quo etiam ibi dixi.ꝛ pro his que dixi in precedenti membro videlicet ꝙ in cōtractibus ſtricti iuris etiam poteſt peti reductio ad arbitriū boni viri.ꝛ de dicto arbitratoris bene facit.l.ſi libertus.ff.de oper.liber.ꝛ qḋ no.gl.in.l.ſi.C.de contrahen.emp.ꝛ hec de tertio membro.

54 ¶†Circa quartū coram quo debeat peti reductio fuerunt opiniones.nam quidam dicunt ꝙ coram iudice appellationis. cum hec reductio videatur ſapere appellationis naturam.vt ſuperius eſt tactum.Butri in.§.arbitrorum dicit ꝙ adiri debebit iudex ordinari⁹ qui eſſet iudex principalis cauſe :ꝛ ſic in effectu ordinarius.ex eo quia ſi agitur via actionis:actor ſequitur forū rei.s.de foro competen.cum ſit generale.Idem ſi per iudicis officium quod loco actionis ſuccedit.l.ij.C.vbi ꝛ apud quem vbi autem petitur per officium iudicis ab eo cui competit via exceptionis.ꝛ ſic loco exceptionis tunc poterit peti ſecundum eū coram iudice rei.licet nō ſit iudex actionis.quia vbi exceptio examinatur principaliter debet examinari coram illo iudice coram quo deberet examinari ſi actore agēte exceptio ſecundum naturā exceptionis deducet.allegat qḋ habetur in.l.cū hi.ff.de trāſact.vbi videt dici ꝙ ille iudex debet arbitrari autorari ſuper tranſactione alimētorum qui eſſet iudex ſuper ipſis alimētis ſi principaliter peterentur.ꝛ ſic idē videtur in propoſito.cū laudū habeat inſtar trāſactionis.ꝛ cū hac opi.videtur tranſire hic do. Ant.dicit tñ ꝙ ſi laudū eſt iuratum poterit adiri iudex eccleſiaſticus propter iuramentū per hūc tex.ꝛ.j.de foro cōp.cū ſit generalis.lib.vi.Idem ſi latū eſt in materia ſpectante ad eccleſiam.vt in matrimonio.vt etiam hic probatur.Idē ſi cōtra pietatem.vt etiam hic patet.Idē ſi euidens peccatū nutriat.vt.s.de iudicijs nouit.alias pcedat theorica Bar.que pōt ſeruari ſcdm eū etiaʒ in eccleſiaſticis perſonis ad diſcernendū an iudex eccleſiaſticus rei an vero iudex eccleſiaſticus actoris [illegible] ſed aduerte quia opi.Bar.latis vr̄ procedere ſi ag[illegible]nis vel etiā per officiū iudicis ſucce[illegible]ns loco a[illegible] ſuperius al/leg.Nec ob.ꝙ eſt ſpecies appellationis [illegible] non eſt appel[illegible] debeat fieri de minori iudice [illegible]em.l.j.ff.de [illegible] ſed arbitrator nō eſt iudex.nec iudic[illegible] procedit.ideo [illegible] de iure [illegible] Ant.hic ſeq

ab eius laudo nō pōt haberi recurſus ad iudicē appellationis. vbi autē imploratur officiū loco exceptionis videt dubiū Bar. q: ſi intētetur ad reſcindēdū prout ſit qñ ad finē vt reducat laudū arbitratoris implorat dictū officiū.videt ꝙ debeat adiri iudex illius qui prouocat ad iudiciū.d.l.ij.C.vbi ꝛ apud quē.ꝛ ſic nonvidetur ꝙ debeat adire ille qui eſſet iudex rei ſi cauſa fuiſſet principaliter mota.ꝛ iſtud etiāvidet tenere do.Pe.in ſua diſputatiōe.que incipit cū.C.laicus.Nec obit.d.l.cū hi.q: ibi nō agit ad reſcindēdū.ſed ad autorādū tranſactioni.Nec ob.etiā.l.ii.C. de vſur.pu.q: ſecundum vnā lecturam nihil facit.ſecu[illegible] aliam etiam non obſtat quia n ō declaratur ibi corā quo iud[illegible]e debeat peti examinatio teſtium.Preterea ibi non agitur de [illegible]ceſſione actus ſed de examinatione teſtiū.ne probatio pereat.ꝛ ſic caſus eſt diuerſus.quid autē ſi florentinus cōpromittit cū bononienſi in ciuitate mutinenſi in ſeiū parmēſem de re ſita mediolani quis erit iudex in cauſa reductionis:Diſputauit Fede.in ſuo cōſilio cclxxxv.vbi in effectu concludit ꝙ addiri debet iudex illius partis ꝯtra quā petitur reductio per ea que habetur in.d.l.ij.C.vbi ꝛ apud quē.ꝛ hec ſufficiāt de quarto. 55

¶†Circa quintū quando dicatur laudū iniquum.gl.in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbit. dicit ꝙ arbitrator pōt dare de iure vnius partis alteri qḋ intelligit ibi Bar.ſi modice ledat.Secus ſi non modice.Unde reſtat dubiū qḋ dicatur nō modice.Videre.gl.in.l.ſi.C.de cōtrahē.emptio.videtur velle ꝙ dicat nō modica leſio qḋ eſt vltra dimidiā per id quod habet in.l.ij.C.de reſcin.vēdi.ꝛ facit qḋ habetur.j. de emptio.ꝛ vendi.cū dilecti.ꝛ in.c.pe.Bar.in.§.arbitrorū.dicit ꝙ ſi aditur arbiter ſuper ꝯtu videtur ꝙ leſio in ſexta parte dicatur nō modica per.l.vnde ſi nerue.ꝛ in.l.in propoſita.ff.pro ſocio.vbi dicitur ꝙ ſi cōpromiſſum eſt per partes in arbitratoreʒ. vt declaret partes ſocietatis ꝙ ſi declarat ad vnū ſpectare duas tertias:ꝛ ad aliū aliā tertiam ꝙ tunc inique dicitur arbitratus ꝛ ſic ſecundū eum.ſi bene pōderetur ille tex.vult ꝙ vbi eſt leſio in ſexta dicatur leſio enormis.nā quelibet res ex diuiſiōe legali diuidi pōt in duodecim vncias.inſti.de here.inſti.§.hereditas.vnde cum in dubio partes ſocietatis debeāt eſſe equales.quelibet deberet habere dimidiā de lucro.ꝛ ideo ſi arbitrator declarat ꝙ vna pars habeat duas tertias videtur declarare diuidendo reʒ in duodecim vncias.ſeu partes ꝙ ex duodecim partib⁹ habeat octo.nam ille octo ſunt due partes ex tribus de duodecim.quia ter quatuor cōſtituunt duodecim.ꝛ ſic alter qui habet vnā tertiā ſolum habebit quatuor vncias.ꝛ per conſequens non habet dimidiam de duodecim.ſed deficiūt ſibi due.vncie.que ſunt ſex totius.ꝛ iſto modo inducit ꝛ intelligit illā.l.do.An.hic dicit ꝙ videtur ſibi ꝙ.d.ll.probāt de dimidia q: dicit illū deceptum cui aſſignatur tertia tñ ꝛ nō dimidia.Mihi videtur ꝙ ille text.aliud velit.videlicet ꝙ vbi eſt leſio in tertia eius qḋ de iure deberetur ꝙ tunc dicatur enormis leſio facta per arbitratorem.nam de iure in dubio debebat pars habere dimidiam lucri.ꝛ ſic ex duodecim vncijs ſex.ſi ergo dantur ſibi tñ quatuor deficiūt due vncie. que ſunt tertia eius.qḋ deberet habere.q: ſunt tertia dimidie.ꝛ iſte videtur intellectus illarū legū.ꝛ vr̄ ꝙ nō ſufficiat deceptio in ſexta parte vt dicit Bar.nec etiā requiratur ꝙ ſit in dimidia. vt dixit domi.Anto.imo ſufficit ꝙ ſit in tertia eius qḋ de iure debuiſſet fieri.Et aduerte q: per pdicta pōt inferri ad id qḋ tangit Bar.in.d.§.arbitrorū.videlicet an qñ cōtractus emptionis ſit per procuratorē habeat locū remediū aliquod etiam ſi deceptio ſit infra dimidiam iuſti pretij.nā videretur ꝙ non per.l.ij. C.de reſcin.vendi.¶In contrariū facit.q: illa lex videtur loqui qñ quis per ſe cōtrahit.vnde ſecus videtur qñ per aliū.nā videtur tunc ſufficere deceptio in ſexta parte ſecūdū eū vel in tertia ſcdm ea que dixi:ꝛ hoc tenet multum notabiliter.licet ſub dubio forte in.d.§.arbitrorū.ꝛ cū eius dicto pertrāſit hic do.Ant.ꝛ eſt vna ſingularis ꝛ valde notabilis limitatio ad.d.l.ij.ſed nō credo eā de iure procedere.nec credo ꝙ ſeruaretur in practica.q: paria ſunt aliquid per ſe agere.vel per aliū.j.de regu.iu.qui per aliuʒ. lib.vj.ꝛ.l.ita aūt.§.geſſiſſe.ff.de admi.tuto.ſed ille qui facit per procuratorē videtur per aliū facere.l.j.§.deieciſſe.de vi et vi ar. ꝛ probatur etiā ex his que habētur in iuribus preall.Ideo non debet habere remediū niſi eo modo quo ipſe cōtraxiſſet ꝛ imputet ſibi qui minus diligentem elegit.l.cuʒ mandato.ff.de mino. Fateor tamen ꝙ ſi habuit ſpeciale mandatum advendendū pro tanto pretio:vel ad emendum pro tanto pretio ꝙ tunc eſt magis clarum ꝙ dictum eius non procedit.¶Idem tñ dico ſi habuerit mandatum de vēdendo ſimpliciter vel pro pretio de quo ſibi videbitur per rationes preallegatas.hoc tamen caſu ſi minus diligenter ſe habuiſſet poſſet conueniri actione mandati.l. a procuratorē.C.mādati.Nec obſtat predictis qḋ habet in.d.l. vnde ſi nerue.q: ibi arbitrator nō erat procurator alicuius partium nec nomine alicuius partis faciebat.ꝛ ideo tunc nō habet locum.l.ij.C.de reſcin.vendi.que habet locum quādo quis leditur per

Ayuntamiento de Madrid

tur per ſe geſtum:vel per alium ſuo nomine.⁊ hec procedunt qñ
ſimpliciter fuit promiſſum ſtare ſententie arbitri.etiã ſi interue
niat pena vel iuramentũ qꝛ tacite ſubintelligitur niſi inique fue
rit arbitratus.vt patet hic ⁊ in.l.ſi libertus.de operis liber.⁊.ſ.
eodem.veniẽs.vbi aũt eſſet expreſſe dictum ꝙ arbiter poſſet da
re de iure vnius partis alteri in totũ vel in partẽ vel renuntiatũ
eſſet reductioni ad arbitriũ boni viri.⁊ etiã ſi contingat eũ enor
miter ledere partẽ.tunc an poterit peti reductio ſi dicat inique
pronũtiaſſe.Hoſt.dicebat ꝙ tũc ſtari debet dicto arbitri:⁊ pre-
ſertim ſi erat iuramentũ interpoſitum ſuper predictis.niſi man
datum arbitri eſſet cõtra deum.qꝛ tũc nõ eſſet parendũ.ſ.de tẽ-
po.ordi.ad aures.cũ ibi notatis.alˀs aũt ſi nõ pareatur vbi nõ ſit
cõtra deũ erit periturus ſi iurauit ⁊ pena cõmittet.ſ.eo.ſi vero.
ſed Ho.dicit tñ ꝙ forte iudex ex officio poterit decurrere iniq-
tati conſideratis cauſis tẽporibus ⁊ qualitatibus perſonarum.
alle.no.de tranſac.c.ſi.⁊ de arbi.c.ij.Sed an iſtud dictum ſit ve-
rũ.licet inſtet hic do.An.tñ melius cadit ſub ſeptimo mẽbro:in
quo tractatur an poteſtas reducendi ad arbitriũ boni viri tolla
tur per pactũ vel iuramẽtũ.de quo ibi dicetur.Et predicta pro-
cedunt qñ arbitrator fuit aſſumptus ſuper lite.tunc dicit Bar.
in.§.arbitrorũ.ꝙ tũc debebit iudex aditus ſuper reductiõe põ-
derare qualitatẽ perſonarum.⁊ quantitatẽ debiti.⁊ dubium li-
tis euentum.⁊ iſtis inſpectis ſi videat leſionẽ in ſexta parte eius
ꝙ fuiſſet eſtimata dicta actio de qua fuit compromiſſum tũc ar-
bitrabitur deceptionẽ enormẽ.alle.no.in.l.lucius.§.ſi.ad Tre-
bel.nec ſufficit probare ſcdm eũ,quãdo ſuper lite aſſumitur ar-
bitrator ꝙ arbitratus ſit contra iuſtitiam in toto vel in parte,qꝛ
nõ aſſumitur vt ſm iuſtitiã iudicet.ſed vt quodammodo trãſ-
actioni immineat.⁊ ſic vt cõſideret quãtũ in dubio litis euẽtum
ſit equũ dari,vel detrahi,ſed aduerte qꝛ qd̕ dixit Bart.de ſexta
nõ videtur procedere.ſed potius debemus dicere de tertia eius
qd̕ debet lȝ illa poſſet appellari ſexta totius rei.⁊ hoc mõ poſ-
ſet ſaluari Bar.nõ autẽ ſimpliciter loquẽdo de ſexta parte ꝙ le
ſio illa ſufficiat.ſed melior eſt locutio ⁊ opinio qd̕ leſio in tertia
eius ꝙ debetur inducit enormem leſionẽ quo ad laudũ per.d.l.
vnde ſi nerue.licet quo ad caſum.l.ij.C.de reſcin.ven.requirat le
ſio vltra dimidiã.ſed loquitur in alio caſu vt patet ex his que di
xi ſuperius.Itẽ inquantum dicit Bar.ꝙ qñ aſſumitur arbitra-
tor ſuper lite nõ ſufficiat probare deceptionẽ reſpectu iuſtitie.
ſed reſpectu dubij euẽtus an procedat dicã in ſequenti membro
qꝛ multũ difficile eſſet teſtes reperire qui ſcirent deponere vt vi
detur requirere Bar.⁊ de intellectu.l.ij.de reſcin.vẽ.⁊ de cõtra-
ctu geſto per ꝓcuratorẽ etiã dixi in.l.ſi qs arbitratu.de ver.ob.
in additionibus ſeu in.l.ſi quis cũ aliter.ſed plus placet qd̕ dixi
ſuperius.¶ Itẽ aduerte qꝛ dicit hic do.Ant.ꝙ laudũ etiã dici-
tur iniquũ qñ aliquid precipitur cõtra deũ vel cõtra pietatẽ na-
turalẽ,vt hic patet vel etiã qñ precipitur ad preiudiciũ tertij.ſ.
eo.veniẽs.vel qñ precipitur aliquid in quo facillima eſt cõtrauẽ
tio vt ſi mandat ſub pena vt nullũ verbũ dicat contumelioſum.
nã de facili poteſt accidere ꝙ nihilominus dicetur ⁊ nõ debet in
brtcũ lingue trahi ad penam.l.famoſi.ff.ad.l.iuli.maie. ¶ Idem
ſi mandatũ ſit cõtra iura ſicut erat hic mãdatum de hereditate.
ꝙ eſt cõtra iura.vt patet ex gl.⁊ idem in mãdato ne vxori adhe-
reatur qꝛ eſt ꝯ iura vt patet ex diffinitiõe matrimonij.de qua.ſ.
de preſum.illud.⁊ in.l.j.ff.de ritu nup.alias aũt concludit quod
laudũ dicitur iniquũ.quãdo nõ modice ledit ⁊ hoc bene proba
tur in tex.l.ſi libertus.ff.de oper.lib.Secus ſi modice.argumen.
illius tex.a ſenſu cõtrario.⁊ bene facit qd̕ habet in.l.ſcio.ff.de re
ſti.in inte.⁊ qd̕ no.gl.in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbitris.qñ
autẽ dicatur non modica dictũ eſt.ſ.qꝛ aliqui dicũt ꝙ quãdo eſt
vltra dimidiam.Alij quãdo in ſexta.⁊ dixi etiã ꝙ in tertia eius
qd̕ debetur videtur leſio non modica.glo.tamen valde no.in.§.
pretium.inſtit.de contrahen.emp.dicit ꝙ iudex ex officio habe
bit eſtimare quando dicatur inique arbitratus.⁊ quod poterit
arbitrari etiam ſi leſio ſit infra dimidiam qꝛ nõ ſic licet arbitra-
tori ledere partes.ſicut ipſius partibus eſt licitum.argu.l.etiam.
§.i.⁊.l.ſi cõſtante.§.ſi maritus.ff.ſolu.ma.⁊ ideo minor deceptio
ſufficit quando arbiter ledit quã quando pars ex ſuo contractu
leditur.⁊ ideo licet quando pars ex ſuo cõtractu leditur.requi-
ratur deceptio vltra dimidiã.vt.l.ij.de reſcin.ven.non tamen re
quiritur deceptio vltra dimidiam,quando arbitrator ledit.ideo
poterit iudex arbitrari inique laudũ,etiam ſi leſio ſit infra dimi
diã.dummodo non ſit modica per ea que habentur in.d.l.ſcio.⁊
que ſuperius ſunt dicta.⁊ ſic videtur velle gl.ꝙ ſit in arbitrio iu-
dicis qñ dicatur arbitrator inique laudaſſe.⁊ pro hoc facit:quia
hoc nõ videtur bene in iure clare determinatũ.ſed ſimpliciter re
peritur ꝙ ſi in modico ledat poteſt peti reductio:⁊ ꝙ tũc cẽſetur
iniquũ.vt.d.l.ſi libertus.ergo videtur remanere in arbitrio iudi
cis per no.in.c.de cauſis.de offi.deleg.⁊ per id qd̕ habetur in.l.j.
in ſi.ff.de iur.delib.⁊ hãc opinionẽ etiam tenet Sali.in.l.ſi.C.de
contrahẽ.emp.licet non alleget illã gl.in.§.pretiũ.⁊ per hoc vi-
detur qd̕ iudex poſſet arbitrari nedum de dimidia vel tertia ſed
etiã poterit arbitrari de quarta:quinta vel ſexta:vel etiam ſexta
tantũ,qꝛ vt dixi eſt in eius arbitrio dũmodo nõ ſit valde modi-
ca leſio per ea que habẽtur in.d.l.ſi libertus.nec obſtat.d.l.vnde
ſi nerue.qꝛ licet ibi dicatur ꝙ leſio in tertia ſit enormis,non ne-
gat quin leſio in quarta parte poſſit dici enormis,nã ſufficere vi
detur qd̕ nõ ſit modica leſio.vt patȝ in.d.l.ſi libertus.⁊ ideo nõ vi
detur ſumendũ argumẽtũ a cõtrario ſenſu,qꝛ reſultaret ꝯtra.d.
l.ſi libertus.per id qd̕ habetur in.l.ij.C.de codi.inſer.⁊ in.c.vno.
de eta.⁊ quali.in.vj.⁊ hãc opinionẽ puto de iure verã,⁊ hec ſuffi
56 ciant de quinto dubio.¶ † Circa ſextũ qualiter iniquitas lau-
di detegetur.An vero poterit detegi ex nouis ꝓbationibus fien
dis corã iudice adito ſuper reductione.an vero debebit detegi
ex antiquis ꝓbationibus videtur qd̕ ſufficiat ex nouis.ſicut in
cauſa ap.ſ.de teſti.fraternitatis.⁊.C.de tẽpo.app.per hãc.iun-
cta.l.nõ diſtinguemus.§.cum quidã.ff.de arbi.Conclude ꝙ vbi
arguitur dolus arbitratoris dȝ detegi ex antiquis actis.alˀs nõ
cõcluderetur dolus qui nõ cadit in ignorãtem.l.j.ff.de dolo.qd̕
intellige niſi facto ipſius arbitratoris eueniſſet quominus ꝓba
tiones facte fuiſſent.arg.l.ſi dictũ.§.j.ff.de euic.⁊.ſ.de teſti.con
ſtitutus.el.ij.⁊ no.Fede.ſuo cõſi.cclxxxv.⁊ Bar.in.d.§.arbitro-
rum.alˀs ex nouis ꝓbationibus non poterit detegi,qd̕ intellige
ſm Bar.de omnino nouis.nam ſecus ſi nõ eſſent omnino noue:
vt quia volet ꝓbare per teſtes qd̕ corã arbitratore aliqd fuiſſet
ꝓbatum.de quo non habetur ſcriptura cum arbitrator non ha
beat neceſſe facere ſcripturã ſi non vult:nec teneatur ſeruare or
dinẽ iudi.vt hic dicit Inno.⁊ ſuperius eſt dictũ,⁊ ideo acta co-
ram arbitratore poterunt ꝓbari per teſtes.facit qd̕ habetur in
l.quoties.§.qui dolo.ff.de ꝓba.⁊.l.curent.ff.de teſt. ¶ Si autẽ
non arguatur dolus arbitratoris.tunc poterit iniquitas detegi
ex nouis ꝓbationibus.arg.d.l.per hãc.⁊.d.c.fraternitatis.et.ſ.
de fide inſtru.cum Ioannes.⁊ hoc etiã tenet Feder.in preallet.
cõſi.cclxxxv.vbi etiã dicit qd̕ poterunt etiã ꝓduci iura antiqua
que prius fuerãt occulta,⁊ ſuper ignorãtia vel impedimẽto ſta-
bitur iuramẽto ꝓducentis de exceptio.in.c.paſtoralis.⁊ de elec.
vt circa.lib.vj.¶ Idẽ ſi ſciebat de ipſis probationibus,ſed non
habebat illas in promptu ⁊ ob hoc nõ potuit ꝓducere corã ar-
bitratore.Idẽ ſm eum poterat ꝓducere,ſed omiſit ex negligen
tia vel ſimplicitate.ſecus ſi doloſe omiſit per id qd̕ habetur.j.
de re iudi.inter monaſteriũ.⁊.j.de excep.exceptionẽ.per locum a
ſpeciali.⁊ ſic etiã tranſit do.Anto.Subdit tñ Feder.hoc verum
niſi forte fuiſſet prelatus omittẽs quia eius dolus vel delictum
non preiudicaret eccleſie.de reg.iur.delictũ.lib.vj.ſed aduerte
qꝛ etiam ſi ſit alius qui doloſe omiſerit.videtur qd̕ poſſit poſtea
producere,ſed forte tenebitur in expẽſis aduerſario qui ſi ſciuiſſet
non litigaſſet per ea que habẽtur in.d.c.exceptionẽ.nec reperit
cõtrariũ iure cautũ,imo potius permiſſum per ea que habẽtur
in.d.l.per hãc.⁊.d.c.fraternitatis.nec obſt.c.inter monaſterium.
quia ibi loquitur quãdo ſentẽtia tranſiuit in rem iudicatam,ſed
hic a dicto arbitratoris eſt reclamatũ,⁊ ideo põt in cauſa recla-
mationis non ꝓbatum probari ſicut in cauſa appel.nec obſtat
prealleg.c.exceptionẽ.imo potius facit pro:ſi bene cõſideretur.
57 ¶ † Quis aũt habeat ꝓbare,an petẽs reductionẽ habet ꝓbare
iniquitatem,an vero dicens equum laudũ habet illud iuſtificare.
dic qd̕ petens reduci habet ꝓbare iniquitatem,ſicut allegans le
ſionẽ in cõtractu habet illã ꝓbare.facit.l.nã ⁊ poſtea.§.ſi minor.
ff.de iureiu.⁊.C.de reſti.in integ.l.ſi.⁊ qꝛ in dubio ꝓſumitur ſolẽ
nitas intrinſeca.l.ſciendũ.ff.de ver.obli.⁊ notat Inn.j.de eo qui
fur.ordi.ſuſce.c.iij.⁊ per Dy.in regula ſcienti.de reg.iur.in.vj.⁊
in ſuo conſilio qd̕ incipit Ptholomeus.⁊ no.Ioan.an.in addi.
Spe.in titu.de arbi.§.ſi.ſuper ver.Item quid ſit cõpromiſſum
⁊ hoc etiã tenet hic do.Anto.nõ ſimpliciter ex eo.qꝛ preſumatur
pro dicto arbitratoris,quia ex quo pendet reductio parum aut
nihil preſumit.ſicut nec pro ſententia,quãdo pendet appellatio
vt legitur ⁊ nota.in.l.herẽnius.§.caia.ff.de euic.vbi bonus tex.
et bona gloſſ.et facit qd̕ not.ſ.de renũtia.in preſentia.ſed ex eo
preſertim incumbit probatio petendi laudum reſcindi.qꝛ hec eſt
intẽtio ipſius agentis.⁊ ideo debet illã probare.l.ij.ff.de proba.
⁊ facit qd̕ no.gl.in clemẽtina vlti.de reſcri.⁊ qd̕ no.Inn.j.de ac-
cu.ſuper his.⁊ qd̕ nota.etiam.ſ.de proba.quoniam contra fal-
ſam.⁊ per ꝑdicta infert domi.Anto.ꝙ ſi lato laudo in quo reus
eſt abſolutus in totum,vel in magnam quantitatem ſi actor pe
tens reductionem probet de debito clare per inſtrumẽta,vel per
teſtes eo ipſo [illegible] tur leſio.niſi aliter circunſtantie apparcãt
nec preſumitur [illegible] iuſtitia laudi. [illegible] apparente dicta pro-
batione obtinebit [illegible] retractationem.licet poſſibile ſit arbi
tratorem habuiſſe probationes ſuper exceptionibus.quia non
preſumitur qd̕ habuerit ex quo nõ apparet.nec preſumitur [illegible]
do,ex quo eſt reclamatũ ⁊ pẽdet reductio,⁊ qꝛ arbitramẽtum [illegible]



Ayuntamiento de Madrid

actus extraiudicialis qui non tranſit in rem iudicatam vt nota.
per Innocen.in.c.j.ĩ.de his que fiunt a maio.parte capi.⁊ ſimili
ter ſi condẽnaſſet arbitratoꝛ.ſi poſtea in cauſa reductionis pꝛo
betur exceptio apparebit de leſione ⁊ nota bene hoc dictum.qꝛ
videtur velle do.Anto.ꝙ etiam qñ arbitratoꝛ aſſumitur ſuper
lite in ponderanda leſione haberi debeat reſpectus ad veritatẽ
rei ⁊ iuſtitie.ſed Barto.in dicto.§.arbitroꝛum.tenuit contrariũ
quia quando aſſumitur ſuper lite nõ debet haberi reſpectus ad
rei veritatem vel iuſtitiam.ſed ad eſtimationem dubij euentus
litis ſicut in tranſac.iuxta ea que not.in.l.lucius.§.fina.ff.ad tre
bel.⁊ in.l.per diuerſas.C.mandati.vnde ſcdm eũ ad concluden
dum leſionem laudi non ſufficiet pꝛobari ꝙ arbitratoꝛ nõ iudi
cauit ſm iuſtitiam.⁊ ſic non ſufficiet pꝛobare ꝙ condẽnauit vbi
debebat abſoluere:vel ꝙ condẽnauit in plus ꝙ̃ deberet : vel qd̃
abſoluit vbi debebat condẽnare in totum:vel in partem qꝛ ſm
eum nõ aſſumitur arbitratoꝛ tunc quando aſſumitur ſuper lite.
vt ſimpliciter ſm iuſtitiã iudicet:ſed vt tranſactioni immineat
inter partes ſm eũ pꝛeſuppoſita opinione ſua ꝙ leſio in.vj.par
te ad minus requiratur.⁊ non ſufficiat ꝙ arbitratoꝛ ſm iuſtitiã
leſerit in ſexta parte ſed erit expediẽs ꝙ leſerit i ſexta parte eſti
mationis dubij euentus litis.⁊ ideo debebit ſm eũ articulari ⁊
pꝛobari ꝙ ponderatis qualitatibus perſonarũ ⁊ quãtitate de
biti petiti ⁊ dubio litis euentu equũ fuiſſet arbitratoꝛem in tan
tum condemnare ⁊ non in plus:et quod multo maioꝛe quanti
tate cõdemnauit:adeo ꝙ leſit partem in ſexta parte vel maioꝛi.
⁊ vt ſupꝛa dixi mouetur quia arbitramentum cenſetur quedaꝫ
tranſactio:⁊ ita ideo ſm eũ ſicut quãdo quis pꝛetendit ſe dece
ptũ in trãſactione vltra dimidiã iuſti pꝛetij haberi debet reſpe
ctus non ad veram eſtimationem rei:ſed ad eſtimationeꝫ dubij
euentus litis ſm ea que nota.per glo.⁊ Bart.in.l.lucius.§.fi.ff.
ad trebel.ita eodẽ modo haberi debet conſideratio ad dubium
litis euentũ.Sed aduerte quia vt ſupꝛa tetigi.do.Anto.hic cir
ca iſtud ſextum mẽbꝛũ,videtur tenere oppoſitũ.videlicet ꝙ etiã
quãdo arbitratoꝛ aſſumitur ſuper lite ad oſtendendũ de leſione
haberi poſſit reſpectus ad id qd̃ de iure ⁊ ſm iuſtitiam fieri de
bebat.⁊ ſic ſufficiet apparere ꝙ enoꝛmiter leſerit habito reſpe
ctu ad id qd̃ de iure ⁊ ſm iuſtitiã pꝛonuntiari debebat.licet ipſe
do.Anto.circa quintum articulũ ſiue mẽbꝛum videatur trãſire
cum Bar.⁊ cum opi.quam hic vult do.Anto.contra Bart.etiã
trãſit Bal.⁊ Sali.in.l.ij.C.de reſcin.ven.⁊ ibi etiã tenetur ꝙ in
vero contractu tranſactionis non habeat locum remedium.d.l.
ij.C.de reſcin.ven.⁊ intelligitur glo.in dicta.l.lucius.§.fin.et ſic
etiam ibi intellexit Cy.⁊ illaꝫ opinio.etiam cõmuniter ſequun
tur antiqui docto.⁊ ſequũtur etiam canoniſte ⁊ Specu.vt plene
dixi in dicta.l.lucius.§.fi.⁊ per Jo.an.in.c.penu.⁊ fi.de emptio.
⁊ ven.allegabat pꝛo hoc qꝛ tranſactio ⁊ ſententia equiparantur
vt in.c.j.de lit.conteſt.in.vj.⁊ facit qd̃ habetur in.l.poſt rem de
re iudi.⁊ ideo ſicut contra ſententiã que tranſiuit in rem iudica
tam nõ eſt dare remedium ratione leſionis in maioꝛe.ita nec cõ
tra trãſactionem.facit qd̃ habetur in.l.ſub pꝛetextu.C.de re iu
di.¶ Item quia in actu liberatoꝛio non videtur locum habere
remediũ dicta.l.ij.alleg.l.ſub pꝛetextu ſpecierum.C.de tranſac.
⁊ re vera hec eſt cõmunis opinio ꝙ in tranſactione non habeat
locum remedium.⁊ ſic cõmuniter intelligitur glo.dicte.l.lucius.
§.fin.⁊ ſcdm iſtum intellectum,⁊ iſtam opi.non eſſet bona argu
mentatio de trãſactione ad laudum:quia in trãſactione nõ poſ
ſet peti reſciſſio ratione enoꝛmis leſionis etiã per dictã.l.lucius.
§.fi.qd̃ ſecus eſt in laudo.vt.d.l.libertus.de ope.lib.⁊ dicta.l.vn
de ſi nerue pꝛo ſo.⁊ hic cum concoꝛ.Bart.tamen aliter intelligit
illam glo.vt ſupꝛa dixi.⁊ etiam Jacob.de raue.vt refert ibi Cy.
in additio.in.d.l.lucius.§.fi.⁊ Ange.videtur ibi illam ſequi.et
verba glo.etiã foꝛte poſſent trahi ſi ponderentur ad intellectuꝫ
Bar.⁊ etiã foꝛte de iure poſſet ſuſtineri.nec obſtat ratio Bald.
quia nõ eſt eadẽ ratio per omnia in ſententia ⁊ tranſactione: qꝛ
contra ſententiã habebatur remedium appellandi.vnde impu
tet ſibi pars que nõ appellat per.l.ab eo.C.quomodo ⁊ quãdo.
⁊.ĩ.de q̃re iudi.qd̃ ad conſultationem:ſed cõtra trãſactionem nul
lum habet remediũ niſi habeat pꝛedictum cõtra enoꝛmem leſio
nem.Item nõ ob.ꝙ in actu liberatoꝛio nõ habeat locum dicta
l.ij.de rei ven.⁊ per.l.ſub pꝛetextu ſpecierum.alleg.quia illa lex
debet intelligi ⁊ limitari ſm nota.in.d.l.lucius.§.fin. ¶ Fateoꝛ
tamen ꝙ difficile erit reperire teſtes qui ſciãt deponere ſm opi.
Bar.quia opoꝛtebit ꝙ ſint valde periti.⁊ ideo puto ꝙ ſi tales re
periãtur pꝛocedat opi.Bar.qꝛ tunc indubitanter dicetur enoꝛmi
ter leſiſſe arbitratoꝛ ſi enoꝛmiter leſit reſp[illegible] matiõis dubij
euẽtus.tamẽ ſi foꝛte t[illegible] nõ reperiãtur [illegible] puto ꝙ pꝛo
cedat opinio.quã videtur hic ſequi [illegible] Bal.⁊ Sali.in
dicta.l.videlicet ꝙ ſufficiat pꝛobare [illegible] leſionem ⁊ arbi
t[illegible] enoꝛmiter leſiſſe.⁊ habito reſpe[illegible] id qd̃ de iure ⁊ ſm
[illegible] debuiſſet pꝛonũtiare.nã licet op[illegible] Bart.eſſet vera in ve
ra tranſactione.nõ tamen ſequitur ꝙ idẽ ſit dicendũ in iſta pꝛo
pꝛia tranſactione:quia vt ſuperius fuit dictũ circa pꝛincip. licet
arbitramentum lato ſumpto vocabulo cenſeatur quedam trã
ſactio.non tamen per omnia cenſetur vera trãſactio.al's nõ poſ
ſet abſoluere in toto per id quod habetur in.l. tranſactio.C. de
tranſactio.⁊ quia etiam in vera tranſactione requiritur leſio vl
tra dimidiã.vt etiã vult Bar.⁊ tamẽ hic ſcdm eũ ſufficit leſio in
vj.⁊ ſic nõ per omnia equiparatur vere tranſactioni.⁊ ideo ſatis
equa videtur opin.do.Anto.⁊ Bal.⁊ Sali.ꝙ ſufficiat pꝛobare
de leſione.etiam habito reſpectu ad id quod de iure ⁊ ſm iuſti
tiam fieri debuiſſet ⁊ potiſſime:quia non de facili reperiẽtur te
ſtes qui ſuper eſtimatione dubij euentus litis ſcirẽt deponere.
iura autẽ debemus adaptare ad ea que frequẽter,⁊ non raro ac
cidere poſſunt.l.naꝫ ad ea.ff.de leg.⁊ hic vbi arbitratoꝛ aſſumi
tur ſuper lite:vbi aũt aſſumitur cõtractu Bar.⁊ alij ſunt in con
coꝛdia ꝙ haberi debet reſpect⁹ ad verã eſtimationẽ eius de quo
58 queritur. ¶ † An autẽ arbitratoꝛ poterit eſſe teſtis in cauſa re
ductionis:conclude ꝙ in his que concernũt iuſtitiam laudi non
poterit eſſe teſtis:quia eſſet ſuſpectus.facit quod no.ij.q.vj.ſta
tuendum.⁊ C.de arbi.l.ne in arbitris.⁊ quod not.in Specul.de
teſte.§.oppo.verſic.ſed pone ꝙ adminiſtratoꝛ.⁊ qd̃ ibi nota. per
Jo.and.in addi. ¶ An autem contra iuſtitiã laudi poſſit teſti
ficari.habetur in.c.ij.⁊ ibi per Innoc.de arb.Si autẽ velit teſti
ficari de actis coꝛam eo factis:tunc communiter tenetur ꝙ ſi eſt
vnus ſolus ei nõ creditur.ſecus ſi ſunt duo per id quod no.ſ.de
teſti.cuꝫ a nobis.ſed Bar.in auf. niſi bꝛeuioꝛes.C.de ſen. tenet
ꝙ quãdo data eſt poteſtas vt poſſit de iure ⁊ de facto pꝛocede
re,tunc etiã vni ſoli arbitro erit credendum cum nõ teneatur tũc
facere cõfici ſcripturã de geſtis.⁊ ideo videtur eius dicto credẽ
dum.ſed hoc non placet hic do.Anto.facit licet nõ alleget quia
regula eſt ꝙ dicto vnius ſolius nõ debet credi.l. iuriſiurandi.C.
de teſti.canonizata.iiij.q.iij.⁊ ſi dicas aliter tũc poterũt pꝛo
bari geſta coꝛam eo.dic per teſtes qui interfuerũt.vt ipſe etiam
idem Bar.dicit in.§.arbitroꝛũ.⁊ foꝛte in dicto.§.arbitroꝛũ. vo
luit ſentire ꝙ non ſtetur dicto arbitri ſeu arbitratoꝛis : cum di
cat pꝛobationem fiendã per teſtes.⁊ hec opinio videtur verioꝛ.
¶ Item aduerte quia inquãtum Bart.dixit ꝙ.l.ij.C.de reſcin.
ven.nõ habet locum quãdo quis contrahit per alium:quia tũc
non requiritur leſio vltra dimidiam.ſed ſufficit leſio in.vj.vt te
tigi in pꝛecedẽti membꝛo videtur caſus contra eum in.l.ſi volun
tate.C.de reſcin.ven.niſi dicas ꝙ ibi loquitur quando pater ven
dit per filium.⁊ pater ⁊ filius eadeꝫ perſona cenſentur.l.fi.C.de
impube.⁊ alijs ſubſti.nõ autẽ loquitur quãdo extraneus de al
terius voluntate vẽdit.tamen hec reſpõſio nõ videtur bona : qꝛ
non ponderatur ibi ratio pꝛedicta:ſed ſimpliciter ꝙ de volũta
te ipſius partis facta fuit venditio.⁊ vt ſuperius dixi non credo
59 opi.Bar.verã de iure.⁊ hec ſufficiãt de.vj. ¶ † Circa ſeptimuꝫ
poteſtas reducendi ad arbitriũ boni viri tolli poſſit per pactum
vel iuramẽtum.fuerunt opi.Guido.de ſuza.in.l.ſi qui ex conſen
ſu.C.de epiſ.audi.tenet ꝙ tolli poteſt per pactũ ſed nõ per ſim
plicem renũtiationem:quia iuri de futuro nõ poteſt renuntiari
ſimplici renũtiationi:ſed per pactum.vt no.in.l.j.C.de pac.ĩ.de
deci.ex multiplici.Butri.in.l.ſi vnus.§.illud. ff. de pactis. dixit
quoſdã tenere ꝙ ſi deceptio eſt re ipſa tolli poteſt per pactũ.ſe
cus ſi ex pꝛopoſito:quia dolus futurus nõ poteſt per pactũ re
mitti.vt dicto.§.illud refert etiã alios dicere ꝙ ſi fiat pactum de
nõ reducendo ſeu repetendo reductionẽ ad arbitrium boni viri
ꝙ tunc nõ teneat ne detur materia delinquẽdi.⁊ quia dolus fu
turus nõ poteſt expꝛeſſe remitti.ſecus ſi fiat pactũ ꝙ nõ implo
rabitur officiũ iudicis ſuper reductione.nec intẽtabitur aliqua
actio quia tunc velate videtur remitti dolus.ideo tunc tenet pa
ctũ per dictũ.§.illud.ſed ſibi non placet hec opinio:qꝛ ibi actio
depoſiti cõpetebat pꝛincipaliter ad rẽ ⁊ acceſſoꝛie haberi debe
bat ratio doli.ideo ibi tenet pactũ ne agatur actio.depoſiti. ſed
hic officiuꝫ iudicis competit pꝛincipaliter pꝛopter leſionẽ dolo
arbitri factã:vel eius culpam.et ideo pꝛincipaliter videtur fieri
ſuper dolo ideo non tenet.⁊ hanc dicit eſſe cõmunem opi.⁊ illaꝫ
vr̃ ibi ſequi.⁊ in.§.arbitroꝛũ.licet in.l.pe.C.de arbi.videat̃ ſequi
opi.diſtinguẽtẽ inter deceptionẽ re ipſa ⁊ deceptionẽ ex pꝛopoſi
to.Guiliel.de cu.in.d.§.illud.tꝫ ꝙ nõ valet renũtiatio per pactũ
quia videtur dare occaſionem delinquendi cõtra.l. cõuenire.ff.
de pac.do.nec obſtat ꝙ poteſt renũtiari appellationi.l. fin.§.pe
nulti.C.de tempo.appella.quia iudex qui magis pꝛeſumitur pe
ritus ꝙ̃ arbitratoꝛ.⁊ ideo plus pꝛo eo pꝛeſumit̃ ⁊ pꝛeſertim etiã
quia iurat tunc.vt in auf.iuſiuran.qd̃ pꝛeſtatur ab his.col.iij.qd̃
non facit arbitratoꝛ.⁊ quia iudex datur a ſuperioꝛe ſed arbitra
toꝛ a partibus aſſumitur.⁊ ſic non eſt bona equiparatio.Cy.tan
git in.d.l.penulti.de arbi.⁊ videtur finaliter inclinare opi.Cyn.
quã ponit ſuper regu.ſcienti.de regu.iur.in.vj.vbi plene de hoc
tangit Dy.⁊ ibi concludit tale pactum vel renũtiationem non
tenere:

Ayuntamiento de Madrid

tenere:monetur quia in renuntiatione intelligitur tacite meſſe conditio ſi ceſſet dolus ex propoſito vel re ipſa:quia nō ceſetur excepta legalis diſpoſitio.vt patet in ſimili.ff.loca.l.quero.§.in ter locatorez.nā ſi promitto nō expellere te de fundo ſub pena, tacite ſubintelligitur ex legis diſpoſitione ſi ſolueris penſionē: quia ſic eſt de iure.¶Itē ſi promitto te nō exheredare intelligit̄ niſi iuſta cauſa ſubſit.l.quidā cum filium.ff.de verbo obligatio. Et ideo ſm eum nō preiudicabit dicta renuntiatio vel pactum: ſi leſio eſt magna ⁊ veriſimiliter incogitata:ſiue ſit ex propoſito arbitri ſiue re ipſa.ſecus ſi eſſet modica leſio:quia tūc nō offendi tur aliqua conditionum ſubintellectarū.facit.l.ſi de meis.§.re cepiſſe.ff.de arbit.⁊ quod habetur in.l.ſcio.ff.de reſtit.in integ. ⁊ idē videtur ſequi Fede.de ſe.ſuo conſi.cxxv.⁊.cxij.videtur ta men dicere hoc verum quādo ſimplex pactum interuenit: ſed ſi fuit pactum iuramento firmatum:tunc videtur ꝙ ſtādum ſit iu ramento ⁊ pacto.mouetur quia arbitramentū cēſetur quedam tranſactio.vt ſuperius eſt dictū.⁊ no.in.§.ſi nō cōtigerit.in auſ.
60 diffe.iu.colla.viij.¶†A tranſactione autem iurata nō eſt lici tum recedere.ſ.eo.ſi vero.⁊.j.eo.cum contingat.⁊ quia in dubio non preſumitur arbitrū dolum cōmittere :cum nō ſperet aliqđ lucrum vel cōmodum.⁊ per hoc nō obſtat ſcđm eū.l.ſi vnus.§. illud.ff.de pac.quia ibi aliquod cōmodum pertinebat ad partē. ¶Item quia iuramentū per qđ alterius iniquitas remittitur, eſt ſeruandū.ſ.eo.debitores.ex quo in obſeruatione nō peccat: quia non debet alterius perfidiam inducere ad ſuam fidem fal lendam.xxij.q.iiij.innocens.⁊ pondera bene hanc rationem q2 videtur velle ꝙ etiam ſi interueniat dolus arbitri ꝙ ex quo iura mētum interuenit nō poſſit peti reductio:quia nō peccabit ob ſeruans iuramētum:nec debebit perfidiam arbitri inducere ad ſuā fidem fallendā.Jaco.butri.in.l.penul.C.de arbi.tenet ꝙ ſi cut renūtiari poteſt remedio.l.ij.C.de reſcin.vē.licet enormiter ledat̄ re ipſa.vt ibi etiā tenet Odofre.Ita etiā poterit hic renū tiari quādo leſio eſt re ipſa:nec intelligetur cōditio ſi nō enormi ter ledatur.ex quo nō exprimitur.⁊ pro hoc etiā alleg.q2 ſtipu latio pretoria ex cōuētione poteſt alterari.l.in cōuētionalibus. ff.de verbo.oblig.ergo eodē modo poterit alterari per pactum regularis natura arbitramenti.vt ſic reducatur ad arbitriū bo ni viri:ſiue ſit equum ſiue iniquū dūmodo ceſſet dolus ex pro poſito:vt ſic tūc ſapiat naturā arbitrij,cui ſtatur etiā ſi ſit iniquū vt in.l.diē.§.ſtari.ff.de arbi.ſed vbi eſſet dolus ex propoſito poſ ſet peti reductio:quia ille nō poteſt remitti per pactū. dicta.l.ſi vnus.§.illud.Specu.tetigit de materia in titu.de arbi.§.ſi. ver. itē quid ſi cōpromiſſum.⁊ ibi videtur inclinari in opi.Dy.Joā. an.in addi.ibi tāgit.⁊ ibi poſt Jo.calde.qui diſputauit queſtio nem que incipit:duo litigātes videtur in effectu tenere opi. quā tenet Butrig.in dicta.l.penul.dūmodo renūtiatio vel pactum nō fuerit ſimpliciter: ſed late fuerit conceptum.vt quia dictum fuit ꝙ non peteret reductionē etiā ratione enormis leſionis.al's ſcđm eum ſimplex renūtiatio intelligeretur de modica leſione. vnde do.Anto.hic pro clariori intelligētia proſequitur aliquos caſus.¶Primus eſt quādo ſimplici renūtiatione quis renun tiat reductioni ad arbitrium boni viri parte abſente.⁊ hoc non nocet:quia ius de futuro ſimplici renuntiatione non tollitur. vt no.glo.j.de deci.c.ex multiplici.¶Secūdus eſt quādo renūtia tur per pactū vel parte pſente ⁊ acceptāte expreſſe vel tacite cū tunc renūtiatio habeat vim pacti.vt no.in.l.j.C.de pac.⁊ tunc ſi renūtiatio eſt ſimplex ſine iuramēto reſpectu deceptionis ꝗ fie ret ex ppoſito nō videtur nocere.per id qđ dixi.ſ.poſt But. qđ dicit pcedere ſiue magna ſit leſio ſiue modica : ex quo deceptio ſit ex propoſito qđ eſt notandū.⁊ idem videretur ſi iuramētum interueniſſet per ea que.j.dicētur.qualiter autē probetur dolus ex propoſito nō tāgit hic do.Ant.ſed dic ꝙ probari poterit ex perſpicuis indicijs.vt in.c.ij.de renun.lib.vj.in.l.dolū.C.de do lo vbi probatur dolus partis quando inebriauit alteram vt ha beretur ab ea qđ vellet.facit etiam quod habetur ⁊ ibi no.in.l. dolus.C.de rei vend.⁊.l.item ſi pretio.§.j.ff.loca.⁊ quod nota.in l.fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex qui.cau.in poſſeſ. eatur. et in regu.iur.pro poſſeſſore.lib.vj.nam ex verbis prolatis per arbi tratorē interdum poterit deprehendi dolus eius.vt dixit aliqui bus ꝙ pro certo vindicaret ſe cōtra talem partem.facit qđ not. in ſimili in.d.§.qđ ſit latitare.⁊ in.d.c.pro poſſeſſore.¶Aduer te tamē quia quādo eſt modica leſio videtur ꝙ nō poſſit peti re ductio per dictā.l.ſi libertus.de oper.liber.niſi limites illam vt videtur velle do.Ant.hic quādo dolus arbitri ex propoſito nō intercedit.¶Tertius caſus eſt quando pactum et renuntiatio eſt ſimpliciter de nō petendo reductionē:⁊ deceptio poſtea con tingit nō ex propoſito:ſed re ipſa ⁊ tūc ſi modica eſt leſio nō po teſt peti reductio:ſed pro magna ⁊ enormi leſione cōtingente re ipſa eſt dubium an poterit peti reductio Butrig.ꝙ non in.d.l. penul.Dy.in dicta regu.ſcienti.⁊ Guiliel.in.d.§.illud.ſentit op

poſitum.¶Bartol.in.d.§.arbitrorū.videtur hoc tenere per id quod habetur in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.cum glo.ina. ⁊ hanc opi.ſequitur hic do.Anto.ex eo quia illa ſimplex renun tiatio videtur inſtar donationis obtinere.⁊ ideo ad modicū de bet referri ſicut dicimus in ſimili quando quis vendit rē pro cer to pretio ⁊ donat illud quod plus valet quia refertur ad modi cum.⁊ ſic non tollitur remedium.l.ij.C.de reſcin.vend.⁊ pro hoc etiā alleg.quia renūtians videtur renūtiaſſe ſub ſpe legalitatis arbitratoris quē credidit ſe diligenter habere. facit dicta.l.ſi li bertus.⁊.ſ.eo.veniens.¶Item quia talis renuntiatio non vi detur extendi ad immoderata.ad que veriſimiliter non ſe exten dit volūtas compromittentiū.⁊ ſic tranſit domi.Ant.adde ꝙ ⁊ Jo.an.in addi.predicta.hoc idē videtur velle qđ.ſ.dixi.ſed ad uerte quia Butrig.vt.ſ.dixi videtur ſentire oppoſitū.⁊ pro hoc etiam facit quia etiā ſine aliquo pacto ⁊ renūtiatione nō poteſt peti reductio quādo leſio eſt modica.ſed demū quādo leſio non eſt modica.vt.d.l.ſi libertus.⁊.ſ.eſt dictum.ergo videtur quādo renūtiatur poteſtati petendi reductionem videtur intelligenda renuntiatio eo caſu quo poteſt.⁊ ſic quādo leſio non eſt modica. nam alias fruſtra fieret renūtiatio:quia ⁊ ſine illa non poſſet pe ti reductio quādo leſio eſt modica:ergo in dubio vt renuntiatio aliquid operetur debet intelligi etiam de enormi leſione. argu. l.ſi quādo.de lega.j.⁊ quia ex quo renuntiatur iuri petendo re ductionē videtur renuntiari eo caſu quo peti poteſt. nō eo caſu quo nō poteſt peti:ergo neceſſario debet intelligi renūtiatū etiā ſuper enormi leſione.non autē videtur poſſe referri ad modicā leſionē:quia pro illa nō competebat poteſtas petendi reductio nem ad arbitriū boni viri.vt.d.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de ar bi.cum ibi nota.abſurdum igitur videtur dicere ꝙ iſta renuntia tio de non petendo reductionem ad arbitrium boni viri intelli gatur in caſu in quo fiat modica leſio : quia ſic intelligitur facta in eo caſu in quo etiam ſine renuntiatione nō competi; ſſet pote ſtas reducendi ad arbitrium.⁊ ideo nō videtur vera opi.do.An to.licet eam ſequatur Bart.in dicto.§.arbitrorū.⁊ Bal.in.l.pe nulti.C.de arbi.⁊ Joan.an.in addi.Specu.ſuper dicto verſi.itē quid ſi compromiſſum.nec obſtat ꝙ partes veriſimiliter nō vi dentur cogitaſſe de enormi leſione.vt dicebat domi.Ant.faciat qđ habetur in dicta.l.ſi libertus.ff.de trāſac.l.cum aquiliana.et l.qui cū tutoribus.quia reſpondeo ꝙ illud procederet quando partes ſimpliciter promiſiſſent ſtare ſententie arbitratoris etiā ſi iuraſſent:quia iuramētum regulatur ſm mentem partium.l. ſina.C.de non nume.pecu.⁊ ideo nō trahitur ad enormem leſio nem:vt etiam eſt expreſſum in.d.l.ſi libertus.ſecus ſi partes ex preſſe renuntiant poteſtati petenti reductionem ad arbitriū bo ni viri:quia tunc cū ſciant vel ſcire preſumātur. argu.l. leges.C. de leg.⁊.ſ.de poſtula.prela.c.j.⁊ de cōſti.c.j.ꝙ nō poteſt peti re ductio niſi pro magna leſione.vt patet ex his que habētur in.d. l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.⁊.d.l.ſi libertus.¶Ideo tunc preſumūtur cogitaſſe etiā de magna ſeu enormi leſione renūtiā do tali poteſtati cum verba debeant intelligi ſm naturā actus de quo agitur.l.ſi vno.in princi.ff.loc.⁊.ff.de vſur.l.ſi ſtipulatus. nec obſtat etiam ſimile qđ adducit do.Ant.vnde quādo vēditur res pro certo pretio.⁊ donatur illud plus qđ res valet:q2 tūc ta lis donatio refertur ad modicum argu.ff.de verbo.ſignifi.l. hec adiectio.⁊.ſ.de ſilla.c.litere.⁊ ideo ſi leſio ſit vltra dimidiam iu ſti pretij nihilominus locū habebit remediū.l.ij.C.de reſcin.vē. ⁊ ibi etiam no.per Bar.⁊ facit etiā quod not.j.de emptio. ⁊ vē. cum dilecti.quia reſpōderi poteſt ꝙ ſimile predictum nō eſt bo num ſimile quātum ad propoſitum:quia illa verba ⁊ ſi plus va let ⁊c.licet referātur ad modicū.poſſunt tamen aliquid operari: quia vbi prius habebat rem ſimpliciter ex cōtractu emptionis. nunc habebit etiā in parte ex cōtractu donationis ſi plus valeat licet referatur ad modicū.ſed in caſu ppoſito verba renūtiatio nis referunt̄ ad modicū nihil penitus operaretur qđ eſſe nō de bet.vt.l.ſi qñ.ff.de leg.j.¶Forte tñ poſſet dici ꝙ hoc caſu licet trahatur ad magnā leſionem.nō tamen extenderetur ad maiorem vel maximā:⁊ ſic licet extēdatur ad enormē:nō tñ extēdetur ad enormiorē vel enormiſſimā cū pdicta ſint diuerſi gradus.l. vbi autē nō apparet.ff.de verbo.obli.⁊ ſatis videtur operari ſi ope retur in magna ⁊ enormi.l3 nō operet̄ in enormi vel enormiſſi ma.facit qđ inferius tanget.⁊ qđ habetur in.l.j.⁊.ij.C. ſi aduer. ven.⁊ qđ no. [illegible] l.pe.C.de arbi.⁊ qđ inferius tangit etiam hic do.Ant.¶[illegible] caſus eſt qñ renūtiatio eſt latiſſime cō cepta:q2 ren[illegible] reductioni ad arbitriū boni viri quātum cunqz conti[illegible] preiudiciū inferri:vel quia datur pote ſtas arbitratori [illegible] poſſit dare de iure vnius partis alteri in mo dica ⁊ magna qua[illegible] ⁊ moderate ⁊ immoderate.⁊ etiam dicit Hoſti.ꝙ talis renū[illegible] excludit reductionem ⁊ ſtari [illegible] di cto arbitratoris niſi dicta eſſet cōtra deum.alleg.ſ.de [illegible] di.ad aures.cum ibi not.¶Dicit tamē ꝙ iudex forte [illegible]cio

Ayuntamiento de Madrid

ex equitate poterit ſubuenire penſatis cauſis locis ꝛ tēporibus ꝛ quātitatibus perſonarū. alleg. no. ꝭ. de tráſac. c. ſi. ꝛ ꝭ. de arbi. c. ij. Bar. in. §. arbitrorū. dicit ꝙ ſi eſſet exceſſus in nimis magna quātitate ꝙ tunc poterit procedere dictū Hoſti. vt tūc poſſit pe ti reductio nō obſtāte dicta renūtiatione vel dicta lata poteſta te mouetur: quia talis exceſſus in nimis magna quātitate facit preſumi dolū. l. omnes. §. lucius. ff. de his que in frau. credi. facit qđ no. in. l. qui teſtamētū. de proba. dolus autē nō venit in gene rali renūtiatione ſeu remiſſione. vt. ff. mādati. l. lucius creditor. §. lucius. ꝛ ſic videtur velle Bar. ꝙ dicta renūtiatio operetur in magna leſione: ſed nō in maxima ſeu nimis magna. ꝛ idem vide tur velle Bal. in. d. l. pe. allega. quod habetur in ſimili in. l. i. ꝛ. ij. C. ſi aduer. ven. pig. Jo. an. in addi. Spec. in loco preal leg. ſuper dicto ver. item quid ſi cōpromiſſum. refert Joan. cal. diſputaſſe queſtionē ꝛ in effectu cōcludit ꝙ ſi renūtiatio eſt ſimpliciter ge neralis vel diffinitiua nō trahitur ad enormē leſionē. ꝛ hoc etiā tenet Jaco. de are. in. d. l. ſi quis arg. vt refert hic do. Ant. ſed de iſto dic vt dixi in precedēti caſu: qꝛ hec opinio nō videtur vera. vt ibi plene dixi. ſi autē renūtiatio ſit latiſſima quā altero reſpe ctu idem Frā. vocabat ſpecialē quia in ſe expreſſe ꝛ ſpecifice cō tinebat enormem leſionē: tunc concludit Jo. an. poſt Calde. ꝙ ſi leſio cōtingit ex ꝓpoſito ex dolo arbitratoris poterit peti redu ctio nō obſtāte dicta renūtiatione: quia dolus futurus non pōt remitti ne detur materia delinquendi. vt. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. do. ꝛ hec eſt cōis opi. nam videtur ineſſe tacita cōditio ſi do lus abfuerit. l. ita demū. ff. de arbi. ꝛ. d. l. creditor. §. lucius. ff. mā dati. nec eſt veriſimile partes voluiſſe hūc caſum includi in renū tiatione per iura predicta ꝛ ne detur materia delinquendi. facit qđ habetur in. l. ſi ꝓcurator. ff. de cōdi. inde. ꝛ in. c. ſi cōpromiſſa rius. de elec. in. vj. ꝛ ſi etiā voluiſſent includere hūc caſum nō po tuiſſent qꝛ eſſent ꝯtra bonos mores ꝛ darēt occaſionē delinquē di. vt pꝫ in dictis iuri. maxime in. d. §. illud. ꝛ in. d. l. cōuenire. er go nō debet valēre etiā ſi iuramentū interueniſſet per id qđ ha betur de regu. in. nō eſt obligatoriū. lib. vj. licet Fede. aliter ſenſe rit ſuo cōſi. cxxv. ꝛ. cxlj. ſed videtur ꝙ nō bene per rationē preal legatā. qꝛ cum iuramentū tunc cenſeatur preſtitū contra bonos mores vt eſt dictū nō debet eſſe obligatoriū per. d. regu. non eſt obligatoriū. licet Fede. voluerit oppoſitū: tamē tunc ad cautelā propter opi. vitādas poſſet peti abſolutio a iuramēto per id qđ habetur. ꝭ. eo. ſi vero. Si autē deceptio cōtingat nō ex propoſi to ſed re ipſa in enormi quātitate. tūc aut cōſtat ꝙ leſio nō cōtin git ex propoſito: ſed reipſa. aut eſt dubiū ſi conſtat ꝙ re ipſa. tūc Jo. cal. ꝛ Jo. an. poſt eū tenet ꝙ valet renūtiatio ꝛ ꝑiudicat re ſpectu talis leſionis: ex quo partes nō voluerunt. nā potuerunt ſibi preiudicare: ſicut etiā poteſt pars ſibi preiudicare qñ renun tiat remedio. l. ij. C. de reſcin. ven. qñ deceptio eſt re ipſa vltra di midiā. ve. no. Butri. poſt Odof. in. d. l. pe. C. de arbi. ꝛ pro hoc q etiā partes poſſunt ſibi preiudicare etiā in enormi leſione quan do leſio eſt re ipſa quādo cōpromittunt in arbitriū ꝛ nō in arbi tratorē. nam tenentur ſtare eius ſententie etiā inique. l. diē. §. ſta ri. ff. de arbi. ꝛ hoc etiā videtur de mēte Bar. in. d. §. arbitrorū. in rōne ſui: vcꝫ ꝙ dicta renūtiatio tūc preiudicet qꝛ ex quo preſup ponimus ceſſare preſumptionē doli videt ꝙ tūc ſeruari debeat mens partiū. nec ob. ꝙ dicta renūtiatio referatur ad modicā le ſionem. d. l. ſi libertus: qꝛ illud verū in dubio qñ renūtiatio eſſet ſimplex ſm opi. Jo. an. ꝛ do. Anto. de quā. ꝭ. vel quādo ſimplici ter partes ꝓmiſiſſent ſtare ſnīe arbitratoris vt dixi in caſu pre ceden. ſeu circa tertiū caſum. ſecus quando cōſtet de mente par tium qꝛ in incertis ꝛ nō certis locus eſt cōiecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. obli. ꝛ per hanc partē tenet hic do. Ant. cir ca iſtū ſeptimū membrū dicit tamē ꝙ putat ꝙ ſi eet aliqua legi tima cauſa deceptus fuiſſet arbiter ob quā appareret de volun tate arbitri veriſimiliter ꝙ ſi ſciuiſſet ea que ignorauit fuiſſet in ductus ad prōnūtiādum aliter ꝙ pronūtiauerit. ꝛ hoc cōſtet qꝛ tunc nō videtur fuiſſe mens arbitri in tam grauiter ledendo. ex quo conſtat eum fuiſſe deceptū ꝙ ſaltē ex clauſula generali vel iudicis officio ſubueniēdū eſſet leſo, quia arbitrator aliter pro nuntiauit errore lapſus ꝙ fuiſſet ꝓnūtiaturus ſi nō erraſſet. al legat qđ not. in Specu. de arbi. §. fina. verſi. quid ergo cū propo ſuiſſet. ad ſi. per duas chartas. ꝛ qđ no. Joā. an. ꝭ. de priuileg. c. ij. ꝛ. ff. de regu. iur. l. in ambiguo. ꝛ qđ in caſu predicto renūtiatio preiudicet. tenuit domi. Franc. de aret. vt hic [illegible] domi. Ant. Si autē arbitrator leſerit in enormi quātitate [illegible] dubium an ex propoſito: vel nō leſerit. tunc dicit [illegible] ſumitur do lus ꝛ propoſitū ledendi per. ll. allega. per Barto. [illegible] tunc po terit peti reductio ad arbitrium boni viri. vt [illegible] Bart. ꝛ ſic in telligitur dictum Hoſti. ꝛ ideꝫ tenuit Fran[illegible] in. d. l. ſi quis arbitratu. ſm do. Ant. ex eo quia ex fa[illegible]tate dolus preſu mitur [illegible] de preſumptio. c. j. ꝛ. l. j. ff. [illegible] de fica. ꝛ hoc dicit [illegible] Anto. tenendum. licet Federi. ſuo conſi. cxxv. teneat

in dubio dolum nō preſumi. per. l. dolū. C. de do. ꝛ. l. quoties. §. j. ff. de probatio. ꝛ per predicta dicebat Franciſ. de aret. ꝙ ſi nul lis factis probationibus condēnauit arbitrator ꝙ quia in toto eſt leſio nedum ꝙ ſit enormis audietur petens reductionem. al legat. l. ſumma cū ratione. ff. de pecu. dicit tamen aduertendum quia ſi in cōpromiſſo ſit dictum ꝙ arbitrator poſſit aſſignare de iure vnius alteri etiam in magna quātitate ꝙ cū aliud ſit dam num modicum: aliud magnum: aliud enorme ſeu maius ꝙ ratio ne enormis leſionis audietur tanꝗ hoc non ſit incluſum in ver bis renuntiationis. ꝛ facit ad predicta quod habetur in ſimili in l. j. ꝛ. ij. C. ſi aduer. ven. pig. ꝛ qđ not. ꝭ. eo. veniens. in gl. ſi. ꝛ quod no. per Bal. in. d. l. penul. C. de arbi. ꝛ. l. penul. C. de pact. ꝛ tandē dicit do. Anto. hec vera quando emologatio ſeu renūtiatio pre cedit laudum. ſed vbi ſequeretur tunc imputent ſibi partes vel pars que approbaret laudum per. l. penul. C. de arbi. ꝛ. l. penul. C. de pactis. qđ putat verum ſi erant certificati de leſione. al's ſe cus. argu. l. tres fratres. ff. de pac. ꝛ. l. cum aquiliana. ꝛ. l. qui cum tutoribus. ff. de tranſac. ꝛ quod habetur. ꝭ. eo. veniēs. parum ta men cautus ꝛ parū prudens eſt ille qui approbat ignorans qua litatem laudi. Et aduerte etiam quia ſm Bar. in. d. §. arbitrorū. idem dicendum eſt in emologatione facta in compromiſſo. ꝛ ſic ante laudū qđ dictū eſt. ꝭ. in renuntia. ꝛ hec ſunt que in effectu hic tangit. do. Anto. circa iſtū vltimū articulū ꝛ circa iſtud ſepti mum membrū. Sed aduerte quia ipſe in hoc articulo videtur ſi bi fuiſſe cōtrarius. nam in hoc ſeptimo dixit ꝙ vbi dolus eſt in re ipſa enormi leſione: qñ renūtiatio fuit lata ſeu ſpecifica ꝙ tunc preiudicat renūtiatio: ſed ipſe idem tenuit oppoſitum cir ca quintū membrū. vbi concludit ꝙ etiam ſi verba renuntiatio nis ſint late concepta. tamen ſi ſit deceptus in magna quātitate re ipſa non ex propoſito, etiā ſi hoc conſtet ꝙ adhuc cōpetit re medium parti leſe: quia talia verba renūtiationis ſic effuſo ſer mone videtur prolata ſub cōfidentia diſcretionis ꝛ amicitia ar bitrorum ne taliter faciat leſionem. facit qđ habetur in. d. l. ſi li bertus. ꝛ. ꝭ. eo. veniens. ꝛ ideo non videtur extendi mens intan tum ſicut verba ſonent: quia de verbis faciliter ſeruitur ad oſten dendam confidentiam ꝛ hoc potius videtur facere partes, vt ca ptēt beniuolentiā arbitrorū ꝙ ad ledēdū. facit qđ habetur in. ca. cū veniſſent. j. de inſt. ꝛ ideo ſi deceptos ſe reperiāt ſub dicta ſpe debebit eis prouideri. arg. d. c. veniēs. ꝛ. c. quāto. ꝭ. eo. ꝛ. d. l. ſi li bertus. ꝛ ſic dicit ſe cōſuluiſſe etiā de facto. ꝛ ſi reperiatur taliter eē iuratū ꝙ verba iuramenti obuient poterit dari abſolutio a iuramento vel iudex ex officio prouidere. ꝭ. e. ad noſtrā. el. ij. ta lia eñ verba ſic lata ꝛ adulatorie ꝓlata ꝛ generalia nō ſic effuſe debent obligare vt ſonāt. argu. d. c. cum veniſſent. ꝛ maxime ſm eū quia in compromiſſis apponūt hec verba multoties preter intentū compromittentiū. ꝛ ideo ſi eſt leſio in magna quātitate ſiue re ipſa, ſiue ex ꝓpoſito cōpetet leſe parti remediū. licet Jo. an. ſm cum in addi. predic. poſt Jo. cald. teneat contrariū vbi re ipſa pars eſt decepta: quia tūc excluditur a poteſtate petendi re ductionē ꝓpter renūtiationē. dicit etiā Bar. tenere ꝙ in dubio tunc preſumatur de quo ſupra dixi. ꝛ ſic patet ꝙ do. Ant. in hoc articu. expreſſe cōtradixit qđ eſt mirādum. tñ quicquid dicat in quinto mēbro. ꝛ ſic quicqd dicat in his que ꝑrime dixi. verior vi detur opi. ſua quā ponit in ſeptimo mēbro. videlicet ꝙ niſi leſio eſt re ipſa noceat renūtiatio etiā in enormi. ex quo expſſe de illa renūtiatione eſt facta mentio: qꝛ in incertis ꝛ nō certis locus eſt cōiecturis. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de ver. obli. ꝛ ideo cū ſimus cer ti de mēte partiū ꝙ voluerūt dare poteſtatē arbitratori etiā in enormi leſione. vt pꝫ ex verbis ſpecificis in renūtiatione. nō eſt dicēdū ꝙ renūtiatio ei nō preiudicet cū renūtiatiauerit expreſſe iuri peten. reductionē ad arbitriū boni viri ꝛ pro enormi leſione ꝛ potuerūt id facere. vt pꝫ ex his que habent in. l. ij. C. de reſcin. ven. ꝛ in. l. diē proferre. §. ſtari. ff. de arbi. ꝛ ideo nō obſtāt ratio nes do. Anto. qꝛ poſſent habere locū quādo verba eſſent genera lia. vt in. d. c. cū veniſſent. ꝛ. ff. de contrahen. emptio. l. ea que. nā tunc ſuccedit illud vulgatū ꝙ verba generalia nō ſunt obligato ria ſaltem cōtra veriſimilē mētē partiū. ꝛ ita etiā loquitur. c. ve niēs. ꝭ. eo. l. ſi libertus. quia in eis ſimpliciter erat cōpromiſſum ꝛ iuratū ſtari ſententie arbitratoris. ſecus vbi verba ſunt ſpecia lia: ꝛ expreſſe ac ſpecifice comprehēdunt caſum de quo queritur quia tūc videtur eſſe mens partiū talis qualē eſſe verba demō ſtrant cum nemo preſumatur verbo dixiſſe, qđ mente non cogi tauerit. l. labeo. §. tubero. ff. de ſuppel. le. ꝛ ideo licet forte puta uerint arbitratorē enormiter nō ledat. tñ videtur voluiſſe ꝙ ſi pure ꝯtingat caſualiter eū enormiter ledere ꝙ nihilominus ſta bunt dicto eius: qꝛ ſic expreſſe ꝛ ſpecifice ſonent verba a quibus nō eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iij. ꝛ. ꝭ. de deci. ad audiē tiam. ꝛ. l. j. §. ſi is qui naue. ff. de exerci. verſic. in re igitur dubia. ꝛ iſtam partem vt dixi puto veriorem. fateor tamen ꝙ ſi dictum fuit vt ſuperius dixi de enormi nō cōprehendetur enormior vel enormiſſima

Ayuntamiento de Madrid

enormiſſima:vt ſuperius dixi.ꝛ ideo vidi apponi in cõpromiſſis q̃ cõpromittunt non petere reductionẽ ratione enormis enormioris vel enormiſſimi dãni. ¶ †Qualiter aũt dolus ex ꝓpoſito poſſit ꝓbari dixi ſuperius: et qd̃ dixi.ſ.ſi fiat renuntiatio ſeu pactũ ſuper enormi:qd̃ non extẽdatur ad enormiorem vel enormiſſimã.tenuit etiã expreſſe Ang. in ſua diſput. que incipit diu litigantes,mouetur q2 pactuȝ factum in vna re non trahitur ad aliam.l.ſi vnus.§.ante oĩa.ff.de pac.ꝛ pro hoc etiã faciat qd̃ obligationes ſtricte ſunt intelligẽde ꝛ nõ ſunt extẽdende.l.quicqd.ff.de ver.obl.ꝛ.l.arrianus.ff.de act.ꝛ obl. facit qd̃ habetur.ſ.de tranſac.veniens.ꝛ eadem ratione ſi fiat de enormi ꝛ de enormiori non videtur extẽdi ad enormiſſimaȝ.facit qd̃ habetur in.l.vbi autẽ non apparet.ff.de ver.obli. que autem dicatur modica vel enormis:aut enormior vel enormiſſima.dixit Bal.in.l.pe.C.eo. hoc relinquẽdũ arbitrio iudicis inſpecta qualitate perſonarum ꝛ qualitate ꝛ quãtitate rei petite.per id qd̃ not.in auſ.qd̃ locuȝ.C.de colla.ſed melius facit qd̃ habetur in tex. ꝛ glo.in.l.ſed ſi ſuſceperit.§.ſi libertus.ff.de iudi.vbi bona gl.ꝛ qd̃ not.per gloſ.et doc.in auſ.preterea.C.vñ vir ꝛ vxor.ꝛ aduerte q2 enormis poſſet iudicari ſm opi.Bar.in.d.§.arbitrorũ.quando eſſet in ſexta parte vel in tertia ſm opi.quã.ſ.poſui circa.l.vnde ſi nerue.ff.ꝓ ſo.enormior autem poterit iudicari quãdo erat vltra dimidiam per.l.ij.C.de reſcin.vend.enormiſſima qñ in toto vel quaſi ar.l. omnes.§.lucius.ff.de his que in frau.credi.ꝛ quia nõ poteſt eſſe maior q̃ in toto:vnde tunc in ſuperlatiuo poteſt dici enormiſſima, et ad hãc partem ſcȝ quãdo ſolũ interuenit leſio re ipſa non poſſit peti reductio ratione enormis leſionis ſi in renũtiatione expreſſum fuit de enormi:nec etiã ratione enormioris vel enormiſſime ſi de illis fuit expreſſum,qd̃ expreſſe etiã tenuit Ang.in prealleg.diſpu.ex eo q2 non dicitur pars tunc enormiter ledi:ex quo expreſſe cõſenſit vt talis leſio fiat argu. de reg.iur.c.ſcienti. lib.vj. ꝛ q2 in re ſua quilibet eſt moderator ꝛ arbiter.l.in re mandata.C.manda.ꝛ licitũ eſt ſibi donare rem ſuam vel ius ſuũ alteri per ſe vel etiam per alium : vt p3 in dicta.l.in re mãdata. iuncta.l.ſi filius.ff.de dona.vbi etiã poteſt quis dare mandatũ alteri de donando rem ſuam,ꝛ pro hoc etiam:q2 partes poſſunt ſibi preiudicare etiã in enormi vel enormiſſima leſione cõpromittendo in arbitrum.l.diem ꝓferre.§.ſtari.ff.de arbi.ergo eadẽ ratione cõpromittendo in arbitratorem et renuntiando poteſtati petendi reductionem ratione enormis ꝛ enormiſſime leſionis:ſed aduerte q2 fortiter facit contra iſtum:quia iſtud pactum videtur cõtra ſubſtantiã actus.de quo queritur ꝛ ſic videtur nõ valere.l. per ſeruũ.§.j.ff.de vſu ꝛ ha.vel videtur vitiare cõpromiſſuȝ per l.cũ precario.ff.de preca.Bar.tetigit iſtud cõtrariũ ꝛ non ſoluit in dicta.l.pen.videtur eñ hoc pactũ eſſe cõtra naturã ꝛ ſubſtantiam actus arbitramẽti cũ debeat eſſe equum ꝛ non iniquum.d.l.vnde ſi nerue.ꝛ.d.l.ſi libertus.ꝛ hic.ꝛ.ſ.eo.veniẽs. Sed poteſt dici ꝙ ꝓprie nõ eſt cõtra ſubſtantiã arbitramẽti:ſed potius contra ipſius naturã:nã arbitrator poterat arbitrari eque et inique licet poſſit peti reductio ſi inique arbitraretur:vt p3 in.d.l.vnde ſi nerue.ꝛ in.l.ꝓpoſita.ff.ꝓ ſoc.ꝛ ideo ſicut pactũ cõtra naturalia cõtractus vẽditionis valet.vt plene no.in.l.pacta cõuẽta.ff. de cõtrahen.emp.vnde licet de natura cõtractus venditionis ſit ꝙ re euicta agi poſſit de euictione tamẽ valebit pactum in contrariũ factũ:vcȝ ꝙ nõ poſſit agi de euictiõe:vt not.in.d.l.pactũ. ꝛ ideo eodẽ modo videtur in ꝓpoſito qd̃ licet de natura arbitramẽti ſit ꝙ poſſit peti reductio tñ per pactũ poterit agi ꝯtrariũ. Itẽ obſt.predictis qd̃ habetur in.l.pen.C.de arbi.vbi emologatio nõ poteſt fieri ante ſniam:ſed vt dicit Bal. in.d.l.pe.vbi loquitur in arbitro.intellige electo nudo pacto non autẽ loquitur in arbitratore:ꝛ aliã rationẽ diuerſitatis nõ aſſignat : ſed tu potes aſſignare ꝙ ideo in arbitro nõ prodeſt emologatio ante ſententiã:q2 cum cõpromiſſum eſſet factũ nudo pacto ante illaȝ.l. nõ oriebatur niſi exceptio.ꝛ ideo cũ lex illa introducat actioneȝ ex ſnĩa arbitri ſi emologetur. hoc eſt ſi approbetur expreſſe vel tacite nõ cõtradicẽdo infra decẽ dies voluit lex ꝙ demũ oriretur actio:ſi emologatio fieret poſt ſnĩam ꝛ ſatis viſum fuit legi ꝓuidere.vt in.d.caſu oriatur actio faciat qd̃ nota.in ſimili in.l.precibus.C.de impu.ꝛ alijs ſubſti.in materia cõpendioſe per glo.ſed in arbitratore nõ habet locũ emologatio.vt voluit hic Inno.et Bar.in.d.§.arbitratoꝝ.ꝛ ſic eius ſnĩa nõ habet parere actionẽ de iure:ſed ei ſtari debet ex vi ſtipulatiõis ſi interceſſit vel actio ex eo cõtractu in caſu.l.ſi.C.de cõtrahen.emp.ꝛ ſicut qñ cõpromittitur in arbitrum ſub pena poſſunt partes promittere ſtare eius ſententie etiã anteq̃ feratur.d.l.diem.§.ſtari.ff.de arbi.ita eodem modo videtur ꝙ poſſint partes ꝓmittere ſtare ſnĩe arbitratoris etiã anteq̃ feratur:nec videtur ex hoc dari materia delinquẽdi cõtra decre.quẽadmodũ.j.eo.ꝛ.l.cõuenire.ff.de pac. q2 non eſt preſumendum in dubio:vt dixit Fede. ſuo conſi.cxxv. et cxlj.ꝙ arbitrator vel arbiter cõmittat dolum:ꝛ precipue cũ electus ſit vt bonus vir:nec aliquod cõmoduȝ vel lucrum ſperet ex ſua ſnĩa:ꝛ quia ſi conſtabit de dolo ipſius arbitratoris vel arbitri tunc contra petitionem pene obſtabit exceptio.l.ita demuȝ.ff.de arbi.ꝛ.l.iij.C.de arbi,pro p̃dictis etiã faciat:q2 per pactuȝ poteſt renũtiari iuri appellandi a ſnĩa ferenda.l.ij.§.penul.C.de tempo.app.ꝛ.l.j.ff.a qui.app.nõ lic.nec ob.etiam qd̃ mens partium fuerit ꝙ enormiter non lederẽtur:q2 ad illud ſatis reſpondi ſuperius,ꝛ iſtam partẽ etiam ſequitur Sali. in.l.pe.C.de arb. reperio tamẽ qd̃ do.meus do.Pe.de anch.in queſtione ſua que incipit cum.C.laicus.determinat oppoſitum dicens : qd̃ contra iſtam opi.ꝛ contra Joã.cald.ꝛ ſequaces videtur eſſe caſus in.l.ſi quis cũ aliter.ff.de ver.ob.ꝛ.l.ij.§.circa.ff.de do.excep. in quibꝰ patet ꝙ equiparari videtur dolus ex ꝓpoſito:ꝛ dolus re ipſa et ꝙ iniquitas re ipſa, inducit re ipſa:vnde etiam pro illa condemnat exceptio doli ſi agatur cõtra enormiter leſum. vt p3 in.d.legibus.ꝛ ſic ſm eum nõ videtur ꝓcedere opi.Jo.cal.ꝛ predictoꝝ dicit tamen poſſe opi.concordari vcȝ:q2 non poterit cõtraueniri propter iuramentum anteq̃ petatur abſolutio. ꝛ ſic intelligatur opi.Jo. cal. ꝛ ſequaciũ.ſed bene docto de enormi leſiõe debebit dari abſolutio ſicut datur qñ quis per dolũ eſt leſus.ſ.eo. ſi vero.nam licet ibi loquatur de iuramẽto per metum extorto: tamen etiam habet locum quãdo per dolum cũ metus includat in ſe dolum.l.ſi cum exceptione.§.eum qui.ff.qd̃ met.cau.ꝛ ideo videtur qd̃ ex quo parificãtur dolus ex ꝓpoſito ꝛ dolus re ipſa: qd̃ debeat dari abſolutio docto de enormi leſione : et ſic poterit poſtea cõueniri.ꝛ ad hoc etiam adducit dictum Vinc. qd̃ refert Jo.and.j.eo.cum contingat. vbi dicit qd̃ ſi mulier ſuper cõtractu alienationis rei dotalis iurauit non cõtrauenire poterit inſtare coram iudice vt abſoluatur ratiõe leſionis.allegat pro hoc etiam dictũ Hoſt.hic dum dicit ꝙ ſi eſt enormis leſio:licet pars non poſſit cõtrauenire quando renuntiauit etiam ratione enormis leſionis:tamen poterit iudex ex officio prouidere iniquitati circumſtantijs inſpectis,qd̃ eſt intelligendum ſm eum abſoluendo partem a iuramento.ꝛ pro parte alleg.d.l.pe.C.de arbi. vbi ante ſententiam non poteſt fieri emologatio. ꝛ etiam alleg. q2 pactũ videtur contra ſubſtantiam actus, ꝛ ſic videtur vitiari per.d.l.per ſeruum.§.j.ff.de vſu ꝛ habi.vnde etiam dicit ſe conſuluiſſe apud ciuitatem ſenarũ:ꝙ puella que renũtiauerat hereditati paterne valenti ſm quantitatẽ tria milia florenorũ ad inſtantiã patrui dotantis eam in qningentis florenis poſſet petere abſolutionẽ a ſacramento cũ eſſet enormiſſime leſa ꝛ iuramẽtum nõ debeat obligare qñ eſt dolo vel metu extortũ:quin ſaltẽ poſſit peti abſolutio:vt in.c.ſi vero.ſ.eo. ꝛ facit de pac.quãuis.lib.vj.ꝛ non diſtinguũt iura predicta inter dolum ex ꝓpoſito et doluȝ re ipſa,ꝛ ſic indiſtincte videtur intelligẽda.ꝛ ſic dicit limi quidam auſ.ſacramenta.C.ſi aduer.ven.ꝛ pro predictis etiã alleg.q2 iniquitas re ipſa iniquitas eſt:ergo iuramentũ non debet illam iniquitatẽ effectualiter fouere cũ iuramentũ non ſit inuentum vt ſit iniquitatis vinculum:vt.ſ.eo.quãto. ¶ Sed aduerte q2 do.Pe.do.meꝰ videtur nimis equitatẽ ſequutus in hac materia.vnde nõ puto deciſionẽ eius de iure ꝓcedere per rationes ꝛ iura ſuperius alleg.nec ob.l.ſi quis cũ aliter. ꝛ.d.l.ij.§.circa. q2 poteſt reſponderi dupliciter:primo qd̃ non eſt verũ qd̃ in dictis iuribus equipare[illegible] oĩa doluȝ re ipſa ꝛ ex ꝓpoſito. nã ꝓ dolo ex ꝓpoſito cõpetit actio de dolo in iudicijs ſtricti iuris:ſed vbi eſt dolus re ipſa [illegible] exceptio cõpetit:vt p3 in.d.l.ſi quis cũ aliter. cũ ibi not.Scdo dici põt qd̃ ibi ꝓmiſſio fuit ſimpliciter:nec aliqua ibi facta fuit renũtiatio,nam ibi nihil d̃r de renũtiatione:ꝛ ideo nõ faciũt ad ꝓpoſituȝ cũ loquamur in caſu in quo expreſſe facta eſt renũtiatio que etiã poteſt fieri qñ deceptio eſt re ipſa licet enormis cũ poſſit renũtiari remedio.l.ij.C.de reſcin.ven.ſm gl.ibi ꝛ doc.ꝛ ideo debile fuit fundamentũ per illas leges decidere contra opi.Jo.cald.ꝛ ſequacium. ¶ Item non ob. dictum Vincẽ.de quo in.c.cũ contingat.q2 ibi non determinat. Jo. an. an dictũ Vincen.ſit verũ:vnde non videtur ꝓcedere,nam ſi indiſtincte ipſum intelligeremus illa decre.nobis ſeruiret de vento ſi mulier iurans poſſet petere abſolutionem a iuramẽto qd̃ eſſe non debet cum iura debeant eſſe poſita rebus et non verbis. de elec.in.c.cõmiſſa.§.porro.lib.vj.ꝛ.C.de leg.l.ij. vnde dictũ illud videtur eſſe intelligẽdum qñ mulier fuiſſet inducta per metum forte ꝓpter minas ꝛ verbera viri ad iurãdũ.facit qd̃ not. Inno. in.c.cauſam ma[illegible]onij.de offi.deleg. Bar.in.l.j.§.que onerande.ff.quarum [illegible] non datur.vel qñ per aliqua mendacia fuiſſet ad hoc [illegible] nam ex illis arguitur ſeu preſumitur doloſe inducta.[illegible] notauit gl.in ſimili in.l.item ſi in pretio. ff.loca.ſecus ſi ſp[illegible] ꝛ abſq3 dolo iurauit:q2 tũc videtur ſeruandum eſſe iuramentum: [illegible] quo ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis eterne:vt dicit.d.c.cũ contingat. ¶ Itẽ non ob.dictũ Hoſt.quia ipſe mouetur per.c.ij.de arbi.ꝛ ſic debet intelligi ſm illu[illegible] licet quãdo laudũ cõtineret euidens peccatũ cui partes non poſſent

Ayuntamiento de Madrid

renuntiare vt erat ibi:q2 continebat ſimoniã. Et ſic non videtur
ꝓcedere qñ iuramẽtũ eſt interpoſitũ ſup enormi leſione cui par
tes potuerũt renuntiare: vt ſuperius ſatis dixi. ⁊ ideo cũ nõ cõ-
petat tunc actio vel ius agẽdi parti nõ poteſt iudex ſe intromit
tere niſi abſoluẽdo partẽ cõtra quã ageretur de facto: ex quo cõ
ſtaret ius agẽti non cõpetere: vt eſt tex. cũ gl. in. l. vbi pactuȝ. C.
de trãſac. ⁊ ſic nõ ꝓcedit dictũ Hoſt. ſimpliciter. vt etiã expreſſe
dicit Ang. in. d. diſputa. ſed vt dixi poteſt ſaluari in caſu. d. c. ij.
¶ Jtẽ nõ obſt. ꝙ iuramẽtũ non debet eſſe iniquitatis vinculũ:
q2 illud verũ niſi ſit iniquitas cui poſſit renuntiari. ⁊ ſic renũtia-
tum vt contingit in ꝓpoſito ⁊ ſuperius eſt dictũ: nam tunc non
cẽſetur in effectu iniquitas: ex quo fit parte cõſentiente cũ ſcien-
ti ⁊ volẽti nõ inferatur iniuria aut dolus. de reg. iur. ſcienti. lib.
vj. nec ob. etiã. l. pe. C. de arbi. vbi emologatio nõ poteſt fieri an-
te ſniam: quia loquitur in arbitro nudo pacto electo. vt. ſ. dixi.
¶ Jtẽ nõ ob. qd̃ pactũ ſit cõtra ſubſtantiã actio: q2 nõ eſt verũ:
licet ſit cõtra naturalia: vt ſuperius, ⁊ per predicta videtur ꝙ nõ
bene cõſuluerit idẽ do. meus in dicto conſilio, q2 ſi indiſtincte di
ctum ſuũ intelligatur auf. ſacra. eſſet impoſita verbis ⁊ non re-
bus. poſſet tñ dictuȝ ſuũ ſaluari: qñ puella dolo vel per metum
fuiſſet inducta ad renuntiandũ ⁊ iſtud credo verius de iure. licet
ſua opi. habeat equitatẽ. nec ob. etiã predictis qd̃ mens debeat
potius inſpici ꝙ̃ verba de fideiuſſo. ea. l. cũ viri. ⁊. j. de ver. ſign.
intelligẽtia. ⁊. c. preterea. ⁊ ſic licet v̱ba videãtur ſonare de enor
mi leſione: tñ quia arbitrator eligitur vt bonus vir: ⁊ ſub confi-
dentia ꝙ eque arbitretur. ſ. eo. veniẽs. ⁊ de opẽ. lib. l. libertus. ⁊
ſic videtur qd̃ dicta renũtiatio non noceat: ſi enormis ſit leſio at
tẽta mẽte partiũ: q2 reſponderi poteſt vt ſuperius tetigi: qd̃ licet
ſperẽt partes arbitratorẽ eque arbitrari: tñ voluerunt qd̃ etiam
poſſit enormiter ledere: ⁊ ꝙ ſtaretur eius ſniẽ etiaȝ ſi enormiter
lederet: ⁊ talis videtur fuiſſe eorũ mens: ex quo hoc [illegible]
expreſſe vel ſpecifice. l. labeo. §. tubero. ff. de ſup. leg. ⁊ ideo etiaȝ
inſpecta mẽte partiũ ſi enormis ſit leſio debet ſtari ſniẽ arbitra-
toris: ex quo expreſſe hoc voluerũt. nec obſt. d. c. veniens. ⁊. d. l. ſi
libertus. q2 loquũtur qñ ſimpliciter fuit ꝓmiſſum ſtare ſen[illegible]
arbitratoris: vt in eis patet. et pro predictis qd̃ non poſſit pe[illegible]
reductio a ſnia arbitratoris qñ leſio eſt re ipſa ⁊ renuntiatio eſt
cõcepta in latiſſima forma. bene facit vt dixi: quia ſicut partes
poſſunt ſibi preiudicare cõpromittẽdo in arbitrũ: vt cogãtur ſta
re etiã inique ſniẽ: vt prealleg. l. diẽ. §. ſtari. ita videtur etiam qd̃
poſſint ſibi preiudicare in ſnia arbitratoris: qñ renũtiatio eſt in
latiſſima forma. do. tñ Pe. de ancha. in prealleg. ſua diſpu. [illegible]
batur allegare differentiã inter arbitrũ ⁊ arbitratorẽ. per ea [illegible]
no. Bar. in. §. arbitrorũ. circa ſi. ſ. quia partes adeundo arbitr[illegible]
cũ debeat ad inſtar iudicis ꝓcedere videãtur ſpernere iudicem[illegible]
ideo non ad eum redire poſſunt litigatores. vt in. l. diem. §. ſta[illegible]
ff. de arbi. que ratio videtur ceſſare in arbitratore qui non hȝ [illegible]
inſtar iudicis ꝓcedere: ſed certe fateor qd̃ ꝓpter dictã rati[illegible]
qñ non eſt facta renuntiatio ꝓcedit dicta differẽtia, ⁊ it[illegible]
tur dictũ Bar. ſed vbi eſt facta renuntiatio non loquit[illegible] Bart.
nec videtur tunc poſſe peti reductio obſtãte renunti[illegible]: cum
partes in hoc debeãt ſibi poſſe preiudicare ex quo [illegible] ſicut
qñ compromittunt in arbitrum: licet ſecus ſit [illegible] interuenit
renuntiatio: cum partes tunc non videãtur ſib[illegible] velle preiudica-
re in enormi leſione: ⁊ notoriũ eſt etiam qd̃ q[illegible] pliciter renun
tiatur poteſtati petẽdi reductionẽ: qd̃ talis r[illegible] tiatio nõ tra-
hatur ad enormẽ ſm multorũ opi. de quibu[illegible] ſ. quã etiam
ſequitur Ange. in dicta diſpu. ſed an hoc ſit [illegible] ſuperius dixi.
nunc reſtat videre quãdo leſio eſt enormis ⁊ non apparet an ſit
leſio re ipſa tm̃: an vero ſit facta ex dolo ⁊ ꝓpoſito arbitratoris:
quid tũc erit in dubio preſumẽdum. Jo. cal. ⁊ Jo. an. poſt eũ in
prealleg. addi. ſuper verſi. itẽ quid ſi cõpromiſſum. videtur velle
ꝙ non preſumatur dolus: niſi ꝓbetur per. l. dolũ. C. de dolo. ⁊. l.
quoties. §. j. ff. de ꝓba. poterit autẽ ꝓbari ſm eum ſi ꝓbetur qd̃
arbitrator corruptus per preces: vel pecuniã tulerit ſniam ini-
quam. per ea que habẽtur in. l. venales. C. qñ ꝓuo. non eſt neceſ.
et. C. de pena iudi. qui male. iudi. l. ſi. ⁊ auf. ibi poſita. Bar. vero
in. §. arbitrorũ. dicit: qd̃ vbi leſio eſt in nimis magna quantitate
preſumetur dolus. ar. l. omnes. §. lucius. ff. de his que in frau. cre
di. ⁊ qd̃ not. in. l. qui teſtamentũ. ⁊. l. patronum. ff. de ꝓba. ⁊ iſtud
etiã ſequitur hic do. Anto. ⁊ do. Pet. in preall[illegible] diſpu. ſed cer-
te iſta opi. non videtur de iure vera: q2 certu[illegible] qd̃ vbi arbiter
fert ſniam corruptus precibꝰ vel pecunia. ⁊ [illegible] ſe obſtat ex-
ceptio ſi petatur pena. l. ita demum. ff. de [illegible] ij. C. de arbi.
⁊ tñ licet exceſſiue ledat nõ tñ preſumitur [illegible] in arbitro niſi
ꝓbetur. vt. d. l. diem. §. ſtari. ff. de arbi. ergo [illegible] modo dicemus
in arbitratore. et pro hoc faciat: quia [illegible] ſic viſum eſt arbitro
vel arbitratori vt ſic exceſſiue led[illegible] bono pacis: ſeu in cõ
cordia [illegible] partiũ: licet forte poſtea de facto non ſequatur cõ
cordia [illegible] bat: ⁊ ideo videt qd̃ licet enormiter ledat vel ex-

ceſſiue qd̃ non preſumatur dolus niſi aliter ꝓbetur. nec ob. d. l.
omnes. §. lucius. q2 poteſt rñderi vt ſuperius dixi. naȝ loquitur
qñ ſit alienatio omniũ bonorũ per debitorem ſciẽtem ſe habere
creditores: ſed hic non fertur ſnia ſuper omnibus bonis: nec ſu-
per maiori parte: preterea ibi loquitur qñ per actum qui ſit ledi
tur ius tertij a quo actum faciẽs non hȝ poteſtatẽ ſuper actu fa
ciẽdo hic ſecus: ideo ibi facilius preſumitur dolus: ⁊ eodẽ modo
poteſt rñderi ad no. in. d. l. patronũ. ⁊. l. qui teſtamentũ. Sed hic
occurrit dubiũ. An ſufficiat lata culpa arbitratoris. Bald. in. l.
pe. C. de arbi. ⁊ idem do. Pet. in dicta diſpu. tenent qd̃ cum lata
culpa equiparetur dolo. l. qd̃ nerua. ff. depoſi. qd̃ idem erit dicen
dum ac ſi eſſet dolus ex ꝓpoſito. faciat. l. j. §. j. ff. ſi mẽſor fal. mo.
di. ſed forte iſta opi. nõ eſt vera: q2 ſm illam videretur qd̃ ſi arbi
ter fuiſſet in lata culpa qd̃ non ſtaretur eius ſniẽ: qd̃ tñ videtur
eſſe falſum. per ea que habẽtur in. d. §. ſtari. ⁊ in. d. l. ita demũ. ff.
de arbi. licet enim lata culpa in cõtractibꝰ equiparetur dolo: vt pȝ
in dictis iuribus: non tñ reperitur qd̃ hoc caſu equiparetur do-
lo qñ agitur de veniẽdo cõtra ſniam arbitri vel arbitratoris: et
ideo per conſequens videtur ſtandum prealleg. §. ſtari. ⁊ preal-
lega. l. ita demũ. de quarum. l. mente videtur qd̃ demum qñ ap-
parẽt de dolo arbitri ob. exceptio pene. ⁊ iſtud etiã videtur fuiſ-
ſe de mente Jo. cal. ⁊ Jo. an. inquãtum requirunt ꝓbari dolum
per corruptelã ipſius arbitri vel arbitratoris. nec do. Ang. iſtud
de lata culpa poſuit: qualiter autẽ poſſit ꝓbari dolus arbitra-
toris vel arbitri. tangit etiã Ang. in prealleg. diſpu. ⁊ etiam do.
Pe. ⁊ cõcludit Ange. qd̃ ex perſpicuis indicijs probari poteſt.
vt. l. dolum. C. de dolo. ¶ Dicit autẽ aliqua eſſe indicia perſpi-
cua vt ſi recepit pecuniam pro ferendo laudo ab altera partium
per. d. l. venales. ideȝ ſi appareat qd̃ per preces fuerit corruptus
per ea que no. in. d. l. venales. ⁊. l. ſeruo inuito. §. cũ pretor. ad tre
bel. licet quo ad valorem ſniẽ iudicis ſit aliqua differentia inter
corruptelam pecunie ⁊ pretium. vt patet in. d. l. venales. et in. d.
§. cum pretor. cũ ibi not. tamẽ vtrobiqȝ arguitur dolus: vt hic pa
tet. Jdem dicit qd̃ ſi pars fecerit pactũ cum arbitratore vel arbi
tro qd̃ ſi contingat in eum cõpromitti ferret ſniam pro ipſo pa-
ciſcente hoc enim fieri non debet. faciat. l. obſeruandum. ff. de offi.
preſi. Jdem ſi dixerit ꝙ licet ſciret talem partẽ non fouere iuſti
tiam: tamen vult ferre ſniam pro illa vt vẽdicet ſe de alia parte.
facit qd̃ habetur per gloſſ. in. l. fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex
quibꝰ cau. in poſ. eatur. licet ſm eum ſi hoc diceretur poſt ſniam
non crederetur ſibi. ar. c. ſicut. ſ. de teſti. ſed tu de hoc dic vt habe
tur in. c. ij. per Jnnoc. ⁊ Jo. an. ſ. de arbi. ¶ Jdẽ dr̃ ſi arbitrator
vel arbiter inebriauit partẽ vt cõſentiret laudo: nam p̃ſumitur
ꝙ doloſe ſe geſſit: vt dicit gl. in. l. dolũ. C. de dolo. Jdẽ ſi per men
dacia aliqua induxit partem ad cõſentiendũ laudo. facit qd̃ ha-
betur per glo. in. d. l. item ſi pretio. §. j. ff. loca. Jdẽ dicit qñ pars
voluit oſtẽdere iura ſua: ⁊ obtulit ſe paratũ incõtinenti de iure
ſuo docere ⁊ arbitrator vel arbiter noluit audire: ſed potius le-
uato velo ⁊ capite fulminauit ſniam. per ea que habentur in. c.
interpoſita. j. de app. ⁊. ſ. de teſt. in. c. ex parte ade. Jdẽ dicit qñ
ſentẽtia cõtinet euidẽtem iniquitatẽ apud bonos et graues: vt
quia priuauit filium ſucceſſione patris non apparẽte cauſa vel
econtra. ⁊ idem dicit ſi priuauit fratreȝ a ſucceſſione fratris ſine
cauſa: nam etiã videtur debita hereditas fratris. facit. l. ſi. C. de
codi. licet magis ſit debita filio: vt. l. ſcripto. ff. vnde liberi. ⁊. l. cũ
ratio. ff. de bo. dãna. ⁊ etiã magis aſcendentibus quã collatera-
libus. faciat. l. nam et ſi. ff. de inoffic. teſta. iuncta. l. fratres. C. de
inoffi. teſta. ⁊ idem dicit do. Pe. ſi apparet per acta probatũ de
debito. ⁊ ipſe abſoluit vel ſi econtra nihil eſt ꝓbatum ⁊ ipſe con
demnauit: nam licet poſſibile fuerit ꝙ non adhibuerit fidẽ pro-
bationibꝰ ex aliqua cauſa: ⁊ ſimiliter poſſibile fuerit qd̃ licet nõ
appareat ex actis: tamen aliquas probationes exhibuerit: quia
tamen ex actis aliter hoc non apparet videtur apparere de eui-
denti iniquitate cum acta inducant notorium. vt. j. de verb. ſig.
cum olim. de coha. cler. c. ſi. ⁊ qd̃ not. per Jnno. de teſti. per tuas.
tamen dicit do. Pe. qd̃ quia vt dixi poteſt eſſe qd̃ non adhibuit
fidem probationibus quando abſoluit: vel qd̃ alias habuit pro-
bationes quando condemnauit: qd̃ tunc propter talem caſuali-
tatem non debebit contrauenire ſi eſt iuratum niſi petita prius
abſolutione a iuramento, ſed forte iſtud dictum do. Pet. ⁊ etiã
dictum Ang. quando arbitrator priuauit fratrem filium vel pa
rẽtem hereditate non probat ſi aliter non probatur dolus: quia
licet per acta appareat de leſione re ipſa: non tamẽ apparet de
leſione ex propoſito: ſeu ex doloſa mente arbitri: quia poſſibile
eſt vt eſt dictum: qd̃ forte licet non appareat ex actis alias pro-
bationes habuit: vel ꝙ ex aliqua cauſa non adhibuit fidẽ proba
tionibus: vel etiam qd̃ ſic viſum fuit ſibi: et ideo non videtur qd̃
ſufficienter probetur dolus: licet appareat leſio enormiſſima re
ipſa: ⁊ ideo non videtur tunc poſſe peti reductionẽ: ſi partes in
renuntiatione fecerunt mẽtionẽ de enormiſſima leſione, ⁊ illud
forte

Ayuntamiento de Madrid

forte verius de iure.licet equior videatur opi.Ange.z do.Pet. qui concludunt etiã qd in hoc nõ põt ben. certa doctrina dari:sed iudex ex circunstãtijs habebit hoc arbitrari.per ea que habetur in.d.l.dolum.z pro eo qd dixi qd vbi dolus ex pposito requiritur non sufficiat lata culpa.facit qd not.in.l.si plagij.C.ad.l.fal. de pla.z in.l.igitur.§.fi.ff.de libe.causa.z in.l.in actionibus.ff.de
62 in li.iurã.per gl.z in.l.lege cor.ff.de sicar. ¶ † Sed iuxta pdicta est dubiũ quid si aliqua partiũ petit reductionẽ z succũbit:an indistincte poterit peti pena:ita q aduersus petitionẽ nõ possit doceri de iniustitia.Sy.cõsuluit qd sic.per ea que habetur in.l. qui ratione.§.duo fratres.ff.de ver.obl.vnde pẽdente lite super reductione nõ poterit pena peti:sed an possit peti pena vel non declarabit euentus sñie:qz si succumbat petens apparebit ventum esse cõtra laudum z peti posse penã secus si obtineat. et intellige questionẽ eo casu quo põt peti reductio, vt qz pmissum fuit stare laudo simplr sub certa pena:nec fuit renũtiatum potestati:seu iuri petẽdi reductionẽ.Jo.and.in prealleg.addi. super versi.item quid si cõpromissum.dicit dictum Sy.procedere:nisi euidẽter appareat de iusta causa petendi reductionis:quia tunc excusatur a pena licet succũbat.arg.l.si quis forte.ff.de pe.z.l.si debitor.ff.de peti.here.et sic dicit tenuisse Guido de suza. z hoc etiã tenuit hic do.Anto. inquãtum volẽdo ostẽdere se habuisse iustam causam litigandi noluit ostendere de iniquitate laudi:qz ad hoc non admittetur fm eum:si sententia transiuit in rem iudicatã:qz sentẽtia lata super principali obstat in accessorio.l.ex diuerso.§.j.ff.de rei vẽdi. vbi sentẽtia est iniqua in principali si transiuit in rem iudicatã facit ius accessorio sumptũ z expensarum:z sic eadem ratione in accessorio pene.pro quo etiã videtur casus in.d.§.duo fratres.z cũ ista cõclusione transit Ang.in dicta disputatione.f.qd non possit peti pẽna si habuerit iustã causam litigãdi.sed ipse idẽ Ange.in.§.duo fratres. dicit qd poterit docere de iusta causa litigãdi:etiã docẽdo de iniquitate laudi:cũ nunc agatur ad alium finem.ar.l.quidã cum filium.de ver.ob.z l.cum queritur.z.l.de hoc.de excep.rei iudi.z al.c.qd habetur in l.tres fratres.de pac.per gl. z Bal. tu potes dicere concordãdo opi.vt voluit Bar.in.l.iulia.de cõdi.inde.circa primã lecturaz: quia aut pars succubuit ex eo : qz non pbauit,z tunc in iudicio bene possit docere de iniquitate:quia tunc non venit cõtra sententiã cum possibile sit q laudum fuerit iniquum:licet non fuerit pbatus:vt in simili tãgetur per glos. in.d.l.iul.aut succubuit quia laudum erat equum:z tunc nõ poterit aliquomodo de iniquitate docere:qz veniret cõtra sñiam per nota.in.d.l.iulia.nec ob, l.quidã cum filium.alleg.per Ange. qz ibi ille qui succubuit primo loco postea ex alterius psona veniebat.ideo nõ ob.exceptio hic secus:aut dubitatur ex qua causa fuerit lata:z tũc si ex actis apparet de causa.intelligetur de illa per nota.in.l.si quis ad exhibẽdũ.ff.de excep.rei iud.z in.l.hẽ em.ff.de suspe.tu.si vero nõ potest bene apparere de causa:tũc in dubio psumitur lata:quia nõ pbatũ.vt plene no.in.d.l.iul.z per hũc modũ possunt reduci opi.ad cõcor. vt dixi de quo plenius dixi in.d.§.duo fratres. Salic.tñ in.l.pe.C.de arbit.simpliciter transit cũ dicto Sy.sed
63 de iure verius videtur qd dixi.An autẽ † iudex aditus sup reductione debeat retractare totũ in quo est lesio:an vero sufficiat q reducat ad modicã lesionẽ.do.Anto.hic cõcludit q si videt causam subesse:vt p bono pacis modice ledat reformabit tollendo enormẽ lesionẽ reducẽdo ad modicã:si nõ videt causam aliquã: tũc poterit tollere totalẽ lesionẽ:z in dubio presumi dz causa:qñ modice ledit cum succedat loco arbitratoris in hoc:z habeat facere qd ille habebat fatetur tñ qd si in totũ retractaret lesionem licet equitas naturalis dictaret alterũ litigãtium ledendũ in modicũ:q ex hoc non retractabitur sñia : qz potest sequi ius si vult sicut z arbitrator licet nõ arctaretur, facit qd not.in.cle.si.ad fi. de verbo.sig.z qd not.in.c.raynutius z raynaldus.de testa.z.l.si expressim.ff.de app.in quibus patet in simili qd iudex app. potest reformare sñiam in totũ vel in partẽ.de quo hic plene p do. Anto.z per hec sunt expedita que tangit do. Ant. super hoc.c. Et licet hic do.Ant.tangat an excõicatus possit esse arbiter vel arbitrator.tamẽ Ange.tetigit in dispu.prealleg.z ibi concludit q potest esse arbiter z arbitrator saluo nisi esset excõicatus pro causa heresis:z lapsus esset annus per aut.credẽtes.C.de hereti.vel nisi coheret iuramento potestati arbitri vel arbitratoris: vt qz ex forma statuti haberet executionẽ paratã:qz tũc nõ possent per decre.ad pbãdũ.de re iudi.z lz cõis sit opi.q excõicat9 non possit esse arbiter.vt not.glo.in.l.pedius.ff.de arbi.z etiam Archi.ij.q.vj.a iudicib9.z tetigi superius.tamen forte de iure verior est opi.Ang.quia infamis potest esse arbiter.vt.d.l.pedius. z tamẽ nõ posset esse iudex:vt in.c.suscitatus.de rescript. z ideo licet arbiter ad instar iudicis pcedat.l.j.ff.de arbit. non videtur qd sit bona equiparatio de arbitro ad iudicẽ.z ideo licet excõicatus non possit esse iudex.vt in.c.ad probandũ.non tamen per hoc idẽ videtur inferri in arbitro.de quo plenius per eum in.d. disputa.z ibi tangit cui equiparandus sit excõicatus an deportato vel relegato,z tangit etiã de bannitis nostri temporis : cui equiparetur talis bannitus:z an in talem bannitum possit fieri cõpromissum.de quo similiter dic vt ibi per eum. z ibi etiã tangit an valeat cõpromissum:si cõpromittatur in aliquẽ hoc acto qd debeat pnuntiare scdm delictum z cõsilium talis religiosi de ordine minorum vel alterius,z concludit non valere tale cõpromissum.de quo in.l.item si vnus.§.põponius.ff.de arbi. z tãgit etiam quis iudex possit adiri super reductione,z cõcludit ibi qd iudex ei cõtra quẽ petitur reductio.per.l.ij.C.vbi z apud quem. z etiã iudex loci vbi initum est cõpromissum z latũ laudum.per ea que habẽtur in.l.qui certo loco.ff.de condi.indeb.z sic debet suppleri.d.l.ij.vt in simili videtur velle Bar.in.d.l.qui certo loco.videtur etiam qd superior arbitratoris possit adiri qñ ex forma statuti laudum hz executionẽ.vt not. Bar.in.d.l.ij.sed do. Pe.in preallega.dispu.hoc vltimũ non tenet per.c.venerabilibus.§.j.de sen.excõ.lib.vj.vbi per viam querele nõ potest adiri ille qui nõ est iudex partiũ : sed bene posset adiri per viã appel. vt ibi patet,z ideo videtur licet ipse non dicat,qd dictum Bar. possit saluari,si appelletur. nam tunc videtur posse appellari ex quo sentẽtia producit actio.per.l.j.a contrario sensu.C.de arbi. ¶ Ultimo potes addere:qz idem do.Pe.in.d.disputa. videtur cõcludere qd si pars ex negligentia non pduxit iura corã arbitratore:q si reperiatur ex hoc lesa non poterit postea peti reductio,sed istud non videtur verum:qz non productum z nõ pbatum videtur posse pbari z reduci in causa reclamationis cũ habeat istam appel.l.non distinguemus.§.cum quidam.ff.de arb. iuncta.l.per hanc.C.de tempo.appel. Et hec sufficiant pro modo loco repetitionis huius.c.z sic etiaz est finis pro isto anno in honorem huius.c.quintauallis.

1 ¶ Juramentum tẽdens ad separationem coniugij debet reduci in quãtũ est possibile ad separationẽ honestam z licitam.
2 Exceptio adulterij non obstat repetenti coniugẽ qñ vterq cõiugum cõmisit adulterium.

a TUa nos. Cõiuges[a] se abiurare nõ possunt. h.d.cõis est diuisio cõsultatio z responsio.secũda ibi:nos igitur.¶ Ho.q vbi iuramentum ordinatur ad separationez absq honesta causa non est obligatoriũ nec est seruãdum.¶ † Not.qd iuramẽtum tẽdens ad separationẽ cõiugij reduci dz inquãtũ est possibile ad separationẽ honestã z licitã seruata mẽte partiũ:z si hoc fieri nõ potest tũc vt temerariũ z illicitũ non est seruãdũ, et sic faciat ille [...] arg.qd iuramẽtũ habeat in se istã clausulã:qd si non valet [...] vt ago valeat vt valere põt dũmodo nõ trahat vltra mẽtẽ partiũ.facit qd habetur in.l.cũ pater.§.filius matrẽ.ff.de leg.ij. z qd ibi nõ.p Bar.z in.l.hi qui.ff.de fideiuss.z in.l.si qs p eo. eo.ti. ¶ Ho.q cõiuges possunt rõne cõtinentie ab inuicẽ separari dummodo illã seruent etiã dato q cõtinentiã non voverẽt : secus si illã nõ seruarẽt:qz tunc cõpelluntur ad inuicẽ redire. ¶ † Ho.qd
2 non ob.exceptio adulterij repetẽti cõiugem:qñ vterq cõiugum cõmisisset adulterium:secus qñ repetens tantum cõmisisset. facit qd habetur.j.de cõuer.cõiug.in.c.veniens. ¶ In glo.j.in fi.nec ob.c.veru.eo.quia ibi loquitur qñ iuramentũ fuit per metum extortum.hic autẽ qñ sponte fuit prestitũ.nec ob.qd habetur in §.criminis.quia locũ habet qñ periurãdo quis incurret veniale. de quo in.d.§.criminis.circa fi.z ibi etiã per gl. ¶ In gl.ij.ibi haberet locum qd ipsi dicunt.z sic vult gl.qd si vterq vult stare in seculo z cõseruare cõtinentiã:qd tunc possunt separatim manere:si autẽ alter vellet ingredi religionẽ:tũc alter non posset continẽtiã seruare in seculo remanẽdo nisi forte esset antiquus :ita qd non esset suspectus de incõtinentia.per ea que habetur in.c. ad apostolicam.alleg.in glo.z est ratio diuersitatis quare extra monasteriũ seu in seculo possunt ambo castitatem vouere:z nõ intrare religionẽ altero remanẽte in seculo:qz si posset alter pfiteri altero in seculo remanente, posset sequi absurdum q non cõtinente eo qui remansit in seculo esset expediẽs vel qd pfessus educeretur de monasterio vel qd alter semp viueret in adulterio.facit.j.de cõuer.cõiu.c.ex parte.z.c.plz.vbi vero ambo essent in seculo nullũ absurdũ sequitur si altero non seruãte alter cogatur adherere ei:vt hic pz dũmodo alter aliqñ nõ seruauerit:vt hic [...] in ea.glo.in fi. Idẽ dicas si iusta causa subesset vt separa[...] qz subesset impedimentum consanguinitatis:vel aliud impedimentũ canonicum.facit qued habetur.j. de consan.z [...] non debet.An autẽ si alter ipsorũ cõmitteret adulterium [...] inuicem separari.recurre ad ea que habentur.j.c.pxi.z [...] circa fi. ¶ In gl.pe.in fi. Hacr.z Goff.tenẽt cõtrariũ.sed [...] gl.pcedat qñ per lasciuiã fuerit prestitũ iuramẽtum:si vero [...] dubiũ an ppter lasciuiã : an ppter continentiam abiura[...] nunc pcedat alia opi.fm Jo.and.

a ¶ Coniuges.Hec minorib9 nec pluribus verbis summat do.Abb.B ca.z si duas vtri coniuges qui rauerũt:q nõ diuerterẽt ab inuicẽ vel qui se abiurauerũt:an talia iuramenta sint obseruãda distigne vt hic per do. Henri.bohych.i pn.c. et ista di. cadit super gl.ij.isti9.c.

Ayuntamiento de Madrid

1 Matrimonium an contrahatur per hec verba promitto te ſemper habere pro legitima vxore.
2 Contrahens ſcienter cum aliquo videtur approbare conditionem illius qui erat ſecundum tempus contractus.
3 Juramentum ſuper contractu interpoſitum recipit limitationes iuris circa contractum.
4 Arguere licet a dictis poetarum & a prouerbijs vulgatorum.
5 Matrimoniũ an dirimatur ꝓpter deformitatẽ ſuperuenientẽ.
6 Prelatus nõ poteſt repelli reſpectu criminis precedentis eius promotionem.
7 Juramentum vniuerſale de nõ accuſando mulierem de aliquo crimine eſt temerarium.
8 Adulterium vxoris poteſt vir remittere quo ad penam fori contentioſi ſed non quo ad penam fori penitentialis.
9 Comparatiuum preſupponit ſuum poſitiuum.
10 Denuntiationis euangelice finis eſt correctio & penitentia.
11 Depoſitum compenſari non poteſt inuito repetente.
12 Juramentum ſi ſit contra leges an & quando ſit ſeruandum.
13 Dictio q̃uis de ſui natura ẽ aduerſatiua: exponit̃ tñ q̃n〈que〉 ꝓ q̃.
14 Pactum de non accuſando ſuper crimine nondum perpetrato non tenet ſecus ſi ſit ſuper crimine cõmiſſo.
15 Caſtigare poteſt vir vxorem ſuam moderate & eam in vinculis tenere ſi fuerit expediens.
16 Jurans nõ denũtiare mulierẽ de adulterio quid agere debebit.

a ¶ Qui iurauit. idem ſummat. d. Abb. & ſi q̃ras vtrũ iuramẽtũ qd̃ eſt cõtra leges debeat obſuari diſtingue ſm̃ do. Hẽ. bo hych hic: & tange tres ſequentes diſtictiões q̃s idẽ bohych hic ponit.

a Quemadmodũ. Qui iurauit cũ muliere contrahare poteſt eã propter ſuperuenientẽ cauſam repellere ꝓpter precedentẽ vero nõ: & ſi vir iurauit nõ accuſare vxorẽ temerariũ eſt iuramẽtũ ſed ſi ſpecialr̃ de adulterio iurauit denũtiare poterit. Sed nõ accuſare. h. d. ſm̃ Jo. an. & do. Ant. ſed melius fuiſſet differre & tutius eſt nõ accuſare. p ea q. j. dicent. ſunt tres partes principales. quarũ prima durat vſ〈que〉 ad. §. illud. ſcd̃a a. §. illud. vſ〈que〉 ad verſum ꝙ ſi expſſe vbi eſt tertia q̃ durat vſ〈que〉 ad finẽ. prima ſubdiuidit̃ q2 primo ſubijcit ſcd̃e ſolutioni faciende, ſcd̃o ſoluit ibi ita ſi quis. tertio ꝓbat ſol. ꝓpter citationẽ abſurditatis & per rõnẽ ibi alioquin. quarto rñdet ad oppoſitionẽ iuramẽti. ibi nõ obſt. ꝙ rñſum ꝓbat ꝓpter abſurditatis euitationẽ. ſcd̃a põt ſubdiuidi. q2 primo ponit dictũ. ſcd̃o rõnẽ aſſignat: ſcd̃a ibi: q2 ſiir. tertia ſubdiuidit̃: q2 ponit caſum dubiũ. ſcd̃o ibi: cũ ſcriptura allegat ꝓ negatiua. tertia ibi: ſed nunqd allegat pro affirmatiua. quarto ibi: tutius ſoluit q̃onem.
1 ¶ No. arg. † ꝙ per hec verba ꝓmitto te ſemp habere ꝓ legitima vxore cõtrahi videtur matrimoniũ. de quo. j. de ſpon. in. c. ex parte. & lʒ do. Ant. hoc notabile colligat tñ tex. reuera nõ ꝓbat bene: q2 videbatur
2 q̃n al's ↄſtabat matrimoniũ eſſe ↄtũ: vt pʒ in littera. ¶ † No. qd̃ ↄhẽs ſciẽter cũ aliquo vr̃ approbare illi⁹ cõditionẽ que erat ſm̃ tp̃s ↄtus. & ſic de pcedẽti vitio aut inhabilitate nõ vr̃ poſſe opponere nõ aũt vr̃ approbare reſpectu vitij poſtea ſupuenientis. facit qd̃ habet̃ in. l. ſi. C. de ſpõ. & in. c. nulli. de elec. lib. vi. & facit qd̃ ↄhens cũ ſuſpecto de fuga ex eo: q2 pauper non põt rõne pcedentis paupertatis eũ allegare ſuſpectũ: ſecus ſi ex poſt facto efficiatur paup. de quo in. l. creditores. ff. de priui. cre. facit qd̃ no. Bart. in. l. ait ptor. §. ſi debitorẽ. ff. de his que in fraudem cre. & qd̃ not. plene Ang. in repe. l. nemo carcerẽ. C. de exact. tri. li. x.
3 ¶ † No. ꝙ in quolibet iuramẽto ineſt cõditio niſi ab alia parte nõ ſeruet̃ vel niſi fiat ↄtra. l. cõtractus. & ſi res in eodẽ ſtatu permãſerit. & ſic no. ꝙ iuramentũ ſup ↄtu interpoſitũ recipit limitationes iuris circa ↄtum. facit qd̃ hr̃ in. l. ſi. C. de non nu. pecu. ¶ No. qd̃ licitũ eſt arguere ꝑ locũ ab abſurdo. facit. l. nã abſurdũ. ff. de bo. libe. ¶ No. ꝙ illa que dirimũt iam facta forti⁹ impediunt fiẽda & ꝙ facilius impedit̃ id qd̃ eſt fiendũ quã dirimatur iam factũ. facit. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.
4 ¶ † No. ꝙ licitũ eſt arguere a dictis poetarũ & a ꝓuerbijs vulgatorũ. l. ſi chorus. ff. de leg. iij. & l. j. ff. ſi cer. pe. & ibi ꝑ Bar. In ↄriũ facit qd̃ habet̃ in. l. j. ff. de ↄhen. emp. ſed dic ꝙ licitũ eſt arguere a dictis approbatis: ſec⁹ a reprobatis. de quo plenius ꝑ Bar. in d. l. j. ff. ſi cer. pet. ¶ No. ꝙ ex ↄtrauẽtione iuramẽti quo ad eius corticẽ ſi implementũ & nõ implementũ põt eſſe ſine pctõ ꝓpter
5 ↄditiones ſubintellectas, nõ incurrit q̃s periuriũ. ¶ No. ꝙ † notabilis deformitas ſupueniẽs poſt ſpõſalia de futuro ꝓbet legitimã cãm ab illis diſcedẽdi: ſecus ſi ſupueniat poſt matrimoniũ cõtractũ per vba de preſenti. & ſic no. qd̃ facilius impeditur ma
6 trimoniũ ↄtrahendũ quã dirimatur iã factũ. ¶ No. arg. ꝙ platus nõ poſſet repelli reſpectu criminis pcedentis ei⁹ ꝓmotionẽ: ſed bene reſpectu ſubſequẽtis. facit. j. de pur. cano. in. c. fin. de quo dicẽdum vt Jo. and. in. c. preterea. ſ. de prog. & facit qd̃
7 no. in. c. accepim⁹. de eta. & quali. in. §. illud. ¶ No. qd̃ iuramẽtum vniuerſale de nõ accuſando mulierẽ de aliquo crimine cenſetur temerariũ & nõ ſeruandũ etiã inquãtũ excludit facultatem accuſandi ꝓpter trahere ad infidelitatẽ. ¶ No. qd̃ iuramẽtũ de nõ accuſando de adulterio excludere videt̃ inquãtum accuſatio ꝓſequeretur priuatã vtilitatẽ: ſecus inquantũ ꝓſequeretur finẽ
8 correctionis denũtiãdo. ¶ † No. virũ poſſe remittere vxori delictum adulterij quo ad penã fori cõtẽtioſi: ſed non quo ad penam fori penitẽtialis. ¶ No. ex ver. tutius qd̃ eſt cõparatiuũ. & ſic ꝓ
9 ſupponit ſuũ poſitiuũ. l. vbi autẽ nõ apparet. ff. de vo. obl. † ꝙ lʒ q̃n vir iurat vxorẽ de adulterio nõ accuſare tuti⁹ ſit: qd̃ nõ accuſet: ſed ꝙ denũtiet: tñ etiã vr̃ ꝙ poſſet accuſare ſi velit intelligere q̃n adulteriũ poſt iuramẽtum cõmittitur, nã tale iuramẽtum videretur prebere materiã delinquẽdi ſi ligaret. Jdeo tanꝙ illicitum nõ videt̃ obligatoriũ. facit qd̃ habet̃ in. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. & j. de reg. iur. nõ eſt obligatorium. lib. vj. licet. d. Ant. hic aliter videat̃ ſentire. & etiã Jo. an. dicit in v. tutius. ſʒ vbi adulteriũ pceſſiſſet iuſm̃ bene põt dici eſſe licitũ vt hic tãgit gl. in ver
10 bo crimine. ¶ † Ultimo põt notari finis denũtiationis euangelice: q2 eius finis eſt ſola correctio & penitentia pcti. vnde ꝓbato adulterio per denũtiationẽ vxor aliter nõ punit̃: niſi q2 cogitur penitere ex quo no. ſm̃ Pe. qui dicit hic melius ꝙ alibi probari ꝙ vbi ꝓbatur crimẽ alicuius clerici per denũtiationẽ ſeu etiam vie denũtiationis platus non dʒ eum nec ſuſpẽdere ne〈que〉 ab officio vel beneficio priuare: ſed ſolum vt agat penitẽtiã niſi in caſibus, de quib⁹ in. c. inquiſitionis. primo rñſo. j. de accuſ. ¶ Jn gl. ij. ibi: ſi plʒ pape. hoc intellige q̃n preſtatur iuramẽtum ſuper materia ſpectãte ad pape poteſtatẽ. de quo plene dixi in. c. quãto. ſ. e. et facit qd̃ habetur in. c. ↄſtitutis. ſ. de reſcri. in gl. ¶ Jn ea. gl. ibi: q2 ſubintelliguntur etiã alique alie ↄditiones. de quibus hic per Jo. an. & facit qd̃ habetur. j. de cẽſi. in. c. ſignificauit. ¶ Jn ea. gl. ibi: ſed aſſertorijs. & ſic videtur gl. intelligere. c. vltimũ. xxij. q. vlt. in aſſertorijs iuramẽtis. Sed certe de illis nõ loquitur cũ ꝓpria iuramẽta aſſertoria ſint de pterito et ꝓmiſſoria de futuro. facit qd̃ not. p gl. ſ. eo. ſi vero. & xv. q. ij. in. c. j. vnde dic melius qd̃ illud. c. intelligitur de ſpecialibus cõditionibus que nõ ſubintelliguntur: ſed generales ſic. vt ibi etiã no. & ſ. eſt dictũ l. etiã mulier. de iur. do. modicũ facit. nã loquitur q̃n aliqd ꝓmittitur ob dictã cauſam reſpicientẽ fauorẽ eius in cui⁹ perſonam impleri dʒ quo caſu preſumitur impulſiua & nõ finalis vt ibi etiã no. in. l. ij. §. ſi. ff. de dona. & ibi plene per Bart. in. l. titio centũ. in prin. ff. de cõdi. & demõ. & facit qd̃ no. ſ. de renũ. in. c. poſt tranſlationẽ. ¶ Jn ea. gl. in ſi. bene facit qd̃ no. Jnn. in. c. ſi. ſ. de pſum.
11 & gl. in cle. j. de offi. deleg. ¶ † Jn gl. fortius. ibi: ſed nõ cõpẽſari intellige inuito repetẽte depoſitũ. Sed eo volẽte ſic cum eius fauore ſit inductũ qd̃ nõ admittatur cõpẽſatio. facit. j. de reg. iur. qd̃ ob gratiã. li. vj. & ↄclude qd̃ vera eſt regula cui damus actionem multo fortius exceptionẽ ſaluo niſi alia rõ ſuadeat oppoſitum: vt ↄtingit iurib⁹ alleg. ¶ Jn gl. ſpõſam. ibi. §. querebatur. ibi loquitur q̃n ↄta ſunt ſpõſalia cũ illa cũ qua nõ poterãt con
12 trahi: vt ibi pʒ hic autẽ q̃n poterãt cõtrahi. ¶ † Jn glo. vel naſum. & ibi vel ſi eſſet ↄtra leges illud videtur cõtra. c. cũ ↄtingat. j. e. & c. licet mulieres. j. eo. li. vj. Jdeo dicit Hoſt. & Jo. an. qd̃ iſta gl. dʒ intelligi q̃n eſt ↄtra. l. canonicã. facit qd̃ habetur. ſ. de foro cõpe. ſi diligẽti. ſecus ſi ſit tantũ cõtra. l. ciuilẽ. q2 illi nõ eſt neceſſario ſtandũ quo ad iuramẽtũ qd̃ non cẽſetur eſſe de foro ciuili ſed eccleſie. facit qd̃ habetur. ſ. de iudi. nouit. & de elec. in. c. venerabilẽ. ad ſi. in auſ. vt cle. apud ꝓpri. epiſ. in. §. ſi vero eccleſiaſticũ. col. vj. & hoc tene mẽti diligẽter: q2 ſcd̃m hec videt̃ ꝙ non valeãt ſtatuta q̃ reprobãt iuramẽta que al's erãt valida. de quo plene dicetur in. c. cũ cõtingat. j. eo. & plene p Bar. in. l. ſi q̃s p. c. in prin. ff. de fideiuſ. gl. tñ ſingularis in. l. adigere. §. ſi. ff. de iure pa. dicit ꝙ in remiſſione iuramẽti lex obtinet vim apoſtolici. & ſic pʒ qd̃ qualiter ſit intelligẽdũ patebit ex his que dicetur in. c. cũ cõtingat. ¶ Jn ea. gl. ibi laberetur facultatib⁹. intellige hoc verũ niſi certa quãtitas vel res fuiſſet ꝓmiſſa. ꝑ id qd̃ hr̃. j. de ↄdi. appo. in. c. de illis. & facit qd̃ hr̃. xxix. q. j. §. j. ¶ Jn ea. gl. ibi: ſine culpa ſed nõ eſt ſine cã. ne. ſ. q̃s cogat̃ inuitus incurrere bigamiã. facit qd̃ habet̃. de reg. iu. ſine culpa. li. vj. & ſ. de ↄſti. c. ij. ¶ Jn gl. teneret. in ſi. adde etiã caſuʒ q̃n mulier fornicata eſt: vt pʒ. ſ. hoc eo. c. addas caſum q̃ colligitur in. c. quanto. & c. gaudem⁹. j. de di
13 uor. ¶ † Jn gl. q̃uis. in ſi. no. bñ qd̃ lʒ dictio q̃uis de ſui natura ſit aduerſatiua ſm̃ ꝓpriã ſignificationẽ: tñ ſi rõne ſubiecte materie non põt aduerſari, impropriatur & exponitur pro q2: nec mirum q2 quãtũcun〈que〉 expedit vna dictio põt poni ꝓ alia: vt not. gl. no. in. l. eas cauſas. ff. de ↄdi. & demõ. ¶ Jn gl. impedit. ibi: votũ ſimplex, ꝙ dicat̃ ſimplex votũ recurre ad ea q̃ habetur in. c. j. de
14 voto. li. vj. & ſ. & qui cle. vel vo. in. c. rurſus. ¶ † Jn glo. crimine. in ſi. not. bñ qd̃ vult gl. qd̃ vbi ſit pactũ de nõ accuſando ſup crimine nondũ ꝑpetrato qd̃ non tenet pactũ ſecus vbi ſit ſup iam cõmiſſo. & intellige ꝙ q̃n ſit ſup cõmiſſo vʒ pactũ quaten⁹ reſpicit vtilitatẽ priuatã: & ſic quaten⁹ reſpicit publicã: vt ꝓbat̃ in. l. ſi vn⁹. §. pacta. alleg. in gl. Sed vbi ſit ſup crimine nõdũ ꝑpetrato indiſtincte nõ valet q2 cẽſet̃ turpe & ↄ bonos mores: vt pʒ in. d. §. pacta.

Ayuntamiento de Madrid

§.pacta.nam preſtaret ſeu pararet viã ad delinquẽdum:et ideo
nõ debet valere.facit qd̃ hr̃ in.l.cõuenire.ff.de pac.do.nã ſm gl.
hoc reſpectu põt dici ꝯ publicã vtilitatẽ:⁊ p̱ predicta vr̃ qd̃ iura
mentũ de nõ accuſando de adulterio futuro nõ valeat:cũ cẽſea
tur eſſe turpe ⁊ ꝯ bonos mores:vt pꝫ ex predictis:⁊ ex predicto
§.pacta.⁊ ideo nõ debet eſſe obligatoriũ.vt.j.de reg.iur.non eſt
obligatoriũ.lib.vj.⁊ ibi tenet expreſſe hec glo.⁊ illud vr̃ de iure
verius licet do.Ant.hic aliter ſentiat.nã dicit ꝙ crimine nõ cõ
miſſo poteſt quis paciſci in genere ſed cõmittendo nõ poteſt pa
ciſci vt tollat facultatẽ accuſandi reſpectu publice vtilitatis: li
us ſit ſm eũ ꝙ deſiſtat vt litera dicit que ſm eũ, per hoc
includit qd̃ põt accuſare,quo aũt ad facultatẽ accuſandi inꝗtũ
intẽditur vtilitas priuata quo ad ſeparationẽ tori,iuramẽtũ in
genere ⁊ in ſpecie obligat:ſecus ſi vult denuntiare in ſi.corrigen
di pctm̃:q: tunc bene poteſt.⁊ ſic videtur velle do. Anto.qd̃ nõ
poſſit ad priuatã vtilitatẽ accuſare qñ p̃ceſſit pactũ vel iuramẽ
tum ſup crimine de futuro.⁊ aliqualiter ſenſit Jo.an.in ſi. ſum
marij vt dixi ibi ⁊ in nota. [illegible] ꝯtrariũ puto de iure verius cũ ta
le pactũ ⁊ iuramentũ ceſ[illegible]ur eſſe turpe ⁊ ꝯ bonos mores:⁊ ſic
nõ eſt obligatoriũ.per c., que habẽtur in.d.l.ſi vnus.§.pacta. et
d.c.nõ eſt obligatoriũ.in tex.⁊ gl.lꝫ tutius ſit ſuſtinere vt dicit li
tera. ¶ In gl.ethnica.ibi: gẽtiles.i.infideles ſicut ſunt gẽtes q̃
nõ credũt in chriſtũ.facit qd̃ hr̃ in.c.i.ouit.ꝫ.de iud. ¶ In gl.in
hoc caſu.in ſi.dic ꝙ p̱ crimine iã cõmiſſo põt ſe obligare ad non
accuſandũ.qd̃ intellige quaten⁹ vellet p̱ſequi priuatã vtilitatẽ:
ſec⁹ ſi publicã:ſed p̱ futuro nõ poteſt ſe obligare.vt plene dictũ
fuit in gl.in ver.crimine.ad quã gl.ſe remittit. ¶ In gl.ſi.ibi:de
p̱cur.tue.de iſto brocardo: an p̱hibitũ vna via intelligatur eſſe
p̱hibitum alia via.vide tex.⁊ gl.in regula.cũ quid vna via.de re
gu.iur.lib.vj.q: ſi.l.hꝫ reſpectũ ſimpl̃r ad p̱hibitum intelligitur
⁊ alia via:niſi alia ratio ſuadeat oppoſitũ:ſed ſi.l.hꝫ reſpectũ ad
certã viã:q: tunc alia nõ intelligitur p̱hibita ſaltẽ qñ ratio aliud
ſuadet:vt hic etiã pꝫ.de quo dic plene vt ibi. ¶ In ea.gloſ.ibi:
tacere.dicit hec videtur verior opi.de iure:q: non eſt licitũ ſepa
rare vxorẽ a ſe ſine iudicio eccleſiaſtico.j.de diuor.porro. et.c.ſi
gnificaſti.fateor tñ qd̃ forte hoc caſu ex quo eſt incorrigibilis po
terit accuſare de adulterio ad tori ſeparationẽ : vt voluit hic gl.
15 ¶ † In ea.gl.ibi:⁊ caſtigare intellige moderate ſecus ſi non mo
derate.per id qd̃ habeť in.l.p̃ceptoris.ff.ad le.aquil. ⁊ in.l.cõſen
ſu.C.de repu.⁊ no.bene gl.ꝙ licitũ eſt viro tenere vxorẽ in vincu
lis ſi expediat gl.tñ in.c.placuit.alleg.in gl.videť velle ꝙ ſit ſpe
ciale in vxore clerici:q: illud.c.in illa loquať ⁊ nõ videť reperiri
in alia p̱miſſum.ſed iſta gl.ſentit oppoſitũ.⁊ forte meli⁹ dũmo
do ſe moderate habeat q: videť p̱miſſum viro moderate corri
gere ⁊ caſtigare vxorẽ.per id qd̃ habeť in.c.duo. ⁊ in.c. ſicut alte
rius q̃ alleganť in gl.lꝫ Jo.an.nihil ſup hoc dicat. ¶ Quid aũt
ſi vir ſpecifice iurat nõ denũtiare mulierẽ de adulterio:dicit Ho
ſtiẽ.ꝙ forte egebit amico q denũtiet illã quaſi ipſe nõ poſſit.fa
cit qd̃ habeť in.c.ad audiẽtiã.ꝫ.qd̃ met.cã.ſil̃r ꝯcludit qd̃ ſi vult
denũtiare q: principal̃r cõpatitur aĩe periclitãti:tũc ſecure pote
rit denuntiare:ſecus ſi principal̃r moueť rõne priuati intereſſe:
q: tũc debet abſtinere.p̱ id qd̃ dicit gl.precedẽs. Et dictũ fuit in
gl.ſuper ver.crimine.tu potes dicere ꝙ hoc dictũ p̱cedit qñ iu
rat non denuntiare de adulterio cõmiſſo:ſed vbi iuraret ſup cõ
mittẽdo : tunc nõ ligaret iuramentũ q: nõ ligat etiã ſi ſiat de nõ
accuſando:vt.ꝫ.dixi.fateor tñ ꝙ tutius eſt abſtinere ſi rõne pri
uati intereſſe vellet denuntiare.⁊ ſic intelligo dictum Hoſt.

1 ☞ Jurari non licet ſine neceſſitate vel vtilitate.
2 Sermo duplicatus cẽſetur cũ maiori deliberatione prolatus.
3 Jurare in ſe non eſt malum.⁊ nu.11.
4 Peccatum an ſit pena.
5 Negationes due quandoq non faciunt affirmationem.
6 Jurare per creaturam prohibitum eſt ⁊ quare.⁊ nu.8.
7 Jurans per creaturam an peccet.
8 Juramẽtum continere debet veritatẽ iudicium ⁊ iuſtitiam.
9 Juramentum ad tollendam controuerſiam eſt licitum.
10 Jurandum eſt per deum.
11 Amen importat idem qd̃ in veritate.
12 Ceſſante cauſa ceſſat effectus.
13 Negationes due vbi referũtur ad idẽ faciũt vnã affirmationem.
14 Jurandum eſt per euangelia quando certa forma iuramẽti non
traditur ⁊ ſuper ipſa euangelia.
15 Jurans per deos infideliũ ſi iuramentũ eſt licitũ ſeruari debet.
16 Paciſci poteſt ne agatur depoſiti.
17 Monachi pñt aliis teſtib⁹ deficiẽtib⁹ eẽ teſtes in cã monaſterij.
a

ET ſi chriſtus. Monachi a ⁊ cõuerſi iu
rare pñt pro ferendo te
ſtimonio in cauſa ſui monaſterij.h.d. Et diuidiť in
quinq partes principales. Qr primo rñdet autori
tati euangelice qua videbatur eſſe p̱hibitũ iurm̃.ſcd̃a ibi:Jaco.
rñdet autoritati apoſtoli que videbatur ſimiliter illud p̱hibere.
tertia ibi:Ange.p̱bat multis argumẽtis veteris ⁊ noui teſtamẽ
ti qd̃ licitũ eſt iurare.quarta ibi:quedã declarat quare erat ſim
pliciter p̱hibitũ iuramentũ.quinta ibi:licet ergo dat petẽtibus
licentiã iurãdi. ¶ In text.ibi eſt eſt.i.ſimplex affirmatio. ¶ In
tex.ibi non non.i.ſimplex negatio. ¶ In tex.ibi quã culpa.ſup.
ſcꝫ incredulitas ⁊ infirmitas inſurgẽtes a pena originalis pecca
ti.facit qd̃ habetur.xv.q.j.§.j.⁊ qd̃ ibi no.per gl. ¶ In text.ibi:
facere albũ.ſup.naturaliter.lꝫ artificialiter quoq ſic vel intellige
creãdo de nouo. ¶ In tex.ibi:morior.i.paratus ſum mori.⁊ ſu
1 ſtinere periculũ mortis. ¶ † In tex.ibi:per gloriã veſtrã.i.per eũ
in quo eſt vel eẽ dꝫ gloria veſtra.facit qd̃ not.Archi.xxij.q.j.nõ
eſt.No.qd̃ non ſubſiſtẽte neceſſitate ſup.vel vtilitate.vt hic tan
git gl.in ver.neceſſitas nõ debet iurari.ſed ſimplex dꝫ fieri aſſer
2 tio affirmãdo vel negãdo.Jtẽ pꝫ qd̃ † ſermo duplicatus cẽſe
tur cũ maiori deliberatione p̱latus.facit.C.ad velle.ſi mulier. ⁊
ij.q.iij.ſi is iratus.⁊ qd̃ not.j.eo.cũ ꝯtingat.⁊ p̱pter hunc finẽ du
3 plicauit hic litera affirmationẽ ⁊ negationẽ. ¶ Not.qd̃ † iurare
in ſe non eſt malũ:ſed p̱cedit a malo pene ⁊ nõ culpe. hoc eſt ab
incredulitate exigẽtis iuramẽtum,nam ignorãtia ⁊ incredulitas
p̱cedit a pena originalis peccati.xv.q.j.in prin.quaſi per totum.
4 An aũt † pctm̃ ſit pena.no.in.§.vſq adeo. eadẽ cauſa. ⁊.q.⁊ ibi
5 cõcludiť ꝙ poti⁹ eſt culpa cõmittẽtis. ¶ No.ꝙ † due negatiões
nõ faciunt vnã affirmationẽ.de quo diceť cũ gl.j. ¶ No.qd̃ illud
dr̃ vix fieri qd̃ fit:tñ qñq nã interdum creditur ſine iuramẽto. vt
pꝫ in.c.eius.ꝫ.de teſti.⁊ de iſta dictione vix habetur in.l.vix ex
certis.ff.de iudi.⁊ in.l.vir vxori.ff.ad velle.⁊.j.de cog.ſpi.in.c.ij.
6 li.vj. ¶ No.in ver.licet enim:ꝙ † p̱hibitũ eſt iurare per creaturã.⁊
no.cãm quare:ne vꝫ honorificẽtia creatoris tranſferať ad creatu
ram.⁊ ſic facit ꝙ autoritates ordinate ad laudẽ dei ⁊ ſanctorũ:
nõ deberẽt induci ad laudẽ creaturarũ.Et ſic ex hoc text.arguit
Hoſti. ꝯ illos qui plus hoĩes quam deũ honorãt:q: ſi tranſeunt
corã altari nullã inclinationis reuerentiã exhibent:⁊ tñ qñ corã
dño tẽporali veniũt eũ quaſi idolum venerãtur genuflectẽdo et
deponẽdo pilleum aut caputiũ.cõtra quos etiã facit ſm eum qd̃
habetur Apocalipſis.xix.vbi Ange.dixit beato Joãni volenti
cadere ad pedes eius:vide ne feceris cõſeruus tuus ſum.vñ cõ
cludit ꝙ licet reuerẽtia ſit p̱ inferiores ſuperiorib⁹ exhibẽda. fa
cit qd̃ habeť de maio.⁊ obed.qd̃ ſup.⁊.c.is qui.⁊ ipſi ſuperiores
debeãt ⁊ poſſint illã recipere ne cõtẽni videãtur. vt.ff.de off.p̱ſi.
obſeruandum.tñ reuerẽtia que recipitur ⁊ exhibetur eſſet reci
piẽda ⁊ exhibẽda in reuerẽtiã dei. iuxta verbũ imperatoris Fe
[illegible] qui ſe genuflectẽdo dixit pape nõ tibi ſed Petro.facit qd̃
[illegible]ur in.d.c.is qui. ¶ No.triplicẽ creaturã.ſ.angelicam ⁊ hu
[illegible]:⁊ tertiã ab iſtis differentẽ. ¶ No. ꝙ quis nõ põt facere de
capillo albo nigrũ qd̃ intellige natural̃r:ſecus artificialiter : vt
7 [illegible] ſuper litera.vel intellige de nouo creãdo. ¶ Not.† qd̃ licet
non ſit iurãdum per creaturã ⁊ peccet ſic iurãs:tamen obligat iu
ramẽtum ſi al̃s ſit licitũ ⁊ ſic no.qd̃ licet iuramẽtum ſit illicitum
reſpectu modi iurãdi:ſi tñ al̃s cõtinet in ſe rem licitã eſt obliga
torium.⁊ ſic facit ꝯtra no.per Bar. in.l.ſi quis pro eodẽ.ff.de fi
deiuſ.⁊ auť.ſacramẽta.C.ſi aduer.ven.inquãtũ dicit qd̃ ſi lex vel
ſtatutũ prohibet perſonã cõtrahere : qd̃ tunc peccat mortaliter
contrahẽs faciẽdo contra.l.ſuperioris.ꝫ.de maio. ⁊ obe.c.ij. qd̃
tũc etiã ſi iurat cõtractũ ſeruare nõ obligatur:lꝫ ſecus ſit qñ ſolũ
inualidat cõtractum ⁊ nõ prohibet perſonã. ⁊ ſic intelligit auť.
ſacra.⁊.ꝫ.eo.cũ ꝯtingat.nã dictũ ſuũ non videtur p̱cedere:q: li
cet quis peccet iurãdo:ſi tñ al̃s ſit licitũ in ſe qd̃ iuratur dꝫ iura
mẽtum ſeruari:vt hic patet.⁊ pro hoc etiã facit qd̃ habetur.xxij.
q.j.c.mouet.vbi ſi aliquis iurat per demones aliquid facere:qd̃ a
al̃s ſit in ſe licitum:licet peccet ſic iurãdo:tamẽ ſeruare debet iu
ramẽtũ.facit etiã qd̃ habetur eadẽ cauſa.⁊.q.in.c.ſi quis per ca
pillũ.⁊ ibi etiã probatur qd̃ ſicut nõ eſt licitũ iurare per creatu
ram ſic non eſt licitũ iurare per mẽbrũ chriſti:imo grauiter tunc
peccat:vt ibi p̱batur ⁊ in auť.ne lux.cõtra naturaꝫ. ⁊ ne iuretur
per mẽbra chriſti.An aũt opi. Bar. p̱cedat vel ne dicetur.j.eo.
in.c.cũ cõtingat. ¶ In ver.Jaco.not.ꝙ p̱hibitũ eſt iurare non
8 ſubſiſtente neceſſitate:ſecus ſi neceſſitas hoc ſuadeat. ¶ † Not.
tria requiſita ad iurm̃ q: dꝫ cõtinere veritatẽ:⁊ etiã iudiciũ.i.di
ſcretionẽ.facit qd̃ hr̃ inſti.qui.nõ eſt per.ſa.te.in.§.j.⁊ qd̃ ibi no.
p̱ gl.⁊.j.de reg.iur.in iudicijs.lib.vj.ideo dꝫ eſſe factũ ab habẽte
diſcretionẽ.i.diſcreti animi iudiciũ.ſecus ſi ab infante vel furio
ſo.facit qd̃ habetur.xxij.q.ij.in.c.⁊ iurabũt. ⁊.C.de ſecũ.nup. in
auť.qd̃ eius. debet etiã habere iuſtitiã.i.qd̃ ſit iuſtum ſeu licitum
qd̃ iuratur.Nã [illegible] gat.xxij.q.iiij.c.inter. ⁊ quaſi p̱ totũ. de
quo p̱ Hoſt.in [illegible] o.ti.§.quoties comites. ¶ No.non eſſe
licitũ iurare p̱ [illegible] caturã quecunq ſit illa.qd̃ intellige vt di
9 cetur.in gl.⁊ facit [illegible] in.c.quoties.j.q.vii. ¶ † No. qd̃ licitũ
eſt iurare ad finẽ [illegible] controuerſie.⁊ ſic facit qd̃ exceptio que
oritur ex iuramẽto dicať exceptio litis finite.de quo in.c.j.de lit.

¶ a Monachi.idẽ ſummat hic.d. Abb. et ſi q̃ras verũ due negatiões equipolleãt vni affirmatiõi diſtigue vt h p.d.Ber. bohych.

Ayuntamiento de Madrid

conteſt.in.vi.ꝛ per legiſtas in.l.elegãter.§.ſi quis poſt.ff.de con
10 di.inde.❡†Ratio.per quẽ ſit iurandũ eo caſu quo poteſt iurari:qꝛ
per deũ eſt iurãdum.An tñ aliter poſſit iurari.tãgitur hic in gl.
in verbo teſtis.ꝛ facit qđ no.gl.in cle.j.§.porro.de hered. ❡In
ver.Aug.no.auctoritates noui ꝛ veteris teſtamẽti in quibꝰ pba
11 tur licitũ eſſe iuramẽtum.❡†Et not.etiã quid ſit dicere amen:
quia idem qđ in veritate.gl.tñ aliter videtur exponere:qꝛ idem
ſit dicere qđ ſine defectu ab a:qđ eſt ſine ꝛ menno defectus.facit
qđ habetur de conſecra.diſt.ij.reuera.❡In ver.quedã.Not.qđ
quedã ſunt que omnino ſunt mala:ꝛ iſta ſunt omnino precauen
da quedã vero ſunt que nõ ſunt omnino mala ſed ex eo:qꝛ ex eis
ſequitur aut ſequi poteſt malũ ſunt intantũ phibita:ꝛ per ꝯñs
cauẽda inquãtum malũ ſequitur alˀs autẽ tenetur quis illa caue
re:ꝛ ideo qꝛ iuramẽtum phibetur non qꝛ in ſe ſit malũ:ſed ex eo
quia ex aſſidua ꝛ incauta iuratione ſequitur periuriũ qđ nõ ſe-
quitur ex neceſſaria ꝛ cauta:ideo videtur permiſſum qñ ex cau-
ta ꝛ neceſſaria cauſa preſtatur.❡No.ꝙ vinũ moderate ſumptũ
12 cõfert ad ſanitatẽ.❡†Not.ꝙ ceſſante cauſa phibitionis ceſſa
re debet phibitum:ꝛ ſic etiã potes notare illud vulgatũ ꝙ ceſ-
ſante cauſa ceſſat effectus.ꝛ de quo.J.de app.cũ ceſſante.ꝛ de quo
etiã aliquid per gl.ꝛ.ŝ.de renũ.poſt tranſlationẽ.p gl.ꝛ Io.and.
ꝛ Io.cal.ꝛ Bar.in.l.ij.§.ſi.ff.de dona.ꝛ per Cy.in auſ.generali-
13 ter.C.de epiſ.ꝛ cle.❡†In gl.ij.in ſi.dic qđ vbi due negatiões a
referũtur ad idẽ faciũt vnã affirmationẽ:qꝛ ſicut prima negatio
deſtruit primã affirmationẽ:ſic ſecunda negatio deſtruit nega-
tionẽ quã alia faciebat.ꝛ ſic intelligitur.l.duobꝰ.alleg.in glo.fal
lit qñ ad oſtẽdendum exuberãtiam volũtatis pferretur,ꝛ ſic ad
oſtendendum magnã voluntatẽ negãdi:ꝛ ſic poteſt intelligi hic
ſm vnũ intellectũ:qñ vero due negationes referũtur ad diuerſa
ꝛ tunc non inducit affirmationem,ꝛ ita poteſt intelligi hic ſcđm
alium intellectũ:qꝛ vna reſpicit negationẽ cordis:alia vero nega
tionẽ oris,nã illud dꝫ quis ore exprimere qđ gerit in corde quan
tum ad deũ:ꝛ etiã quãtum ad mundũ honeſte viuẽdo:licet male
ſeruetur vt dicit Io.an.Et ſapiẽtia reputatur quo ad mundum
ſcire ſimulare illud qđ gerit quis in corde.de materia habetur p
Cy.in.l.j.C.de ſer.fug.ꝛ aliquid etiã per Bart.ibi:ꝛ in.d.l.duo-
bus.facit qđ tãgitur in gl.ſeq.❡In gl.creaturã.Dicit tñ glo.j.
q.vij.in.c.quoties.qđ qñ per creaturas iuratur in caſibꝰ etiã li
citis debet haberi reſpectus in eis:ꝛ per eas ad creatorem vt ſic
14 per creaturã ipſe creator inuocetur.dicit etiã hic Inno.† ꝙ qñ
certa forma iuramẽti non exprimitur eſt iurandũ per euãgelia.
per id qđ habetur.ŝ.de iura.calũ.in.c.vlti.xx.q.j.teſtimonium.
ſuper ipſa euãgelia debẽt iurare:gl.tñ in.d.cle.j.§.porro.de he-
re.dicit qđ etiã ſuper alia ſcriptura preſtatur iuramẽtum [illegible]
die:ſed dicit illud pcedere poſſe qñ non eſt expreſſum in iure
ſuper euãgelijs iuretur:alˀs eſſet iurandum ſuper euãgelijs:tu
potes dicere qđ etiã qñ ius exprimat ſuper euãgelia iurari:ſuf
ficit iurari ſuper alia ſcriptura:dũmodo cõſuetudo illud habeat
ꝛ tanto tẽpore ſit ſeruatum ꝙ conſuetudo ſit inducta.per id qđ
habetur in.c.ſi.ŝ.de cõſuetu.vbi autẽ conſuetudo non ſit indu-
cta tunc pcedit illa gl.ꝛ adde etiã qđ no.glo.in.c.vt circa.in ver.
corporali.de elec.lib.vi.❡In gl omnino ibi omnino non obli-
gatur ibi eſt duplex expoſitio vna ꝙ nõ obligetur omnino.i.nul
lo modo ꝛ hec approbatur ibi per Bar.ꝛ docto.cõiter qꝛ ratio-
ne forme date a iure illa obligatio cẽſetur indiuidua licet conti
neat quãtitatẽ que eſt diuidua:ideo totũ vitiatur ꝛ ſic in nihilũ
tenetur fideiuſſor:alia expoſitio eſt ꝙ omnino obligetur.i.in to
tum nõ obligatur:ſed ſolũ quatenus pmiſit principalis:ſed vt
dixi precedẽs expoſitio cõiter approbatur.facit qđ habetur in
regula vtile.de reg.iu.lib.vi.❡In glo.ſeruãdum ibi eſt ſeruan-
15 dum.vnde dixit Inno.ꝛ eſt de mẽte gloſ.† ꝙ ſi aliquis iurat per
deos infidelũ ꝙ nihilominus ſi alˀs iuramentũ eſt licitũ eſt ſer-
uãdum:licet peccet ſic iurãdo.ꝛ ſic licet chriſtianus iuraret per
machometũ aliquid facere:licet peccet ſic iurare:tñ ſeruare tene
tur iuramẽtum.dicit etiã Vinc.ꝙ non peccat ille qui recipit ab
infideli per deũ ſuũ.per ea que habẽtur in.c.mouet.allega.in gl.
❡In gl.mala ſunt ibi pro benedictionibꝰ nubentium.hec gl.
male dicit.ꝛ ſimiliter in eo qđ ſequitur de baptiſmo:qꝛ cũ talia
ſint ſacramẽta ſeu ſacre rei ſigna illa ſunt phibita:qꝛ ſunt ſimo-
niaca qñ aliquid daretur pro eis nõ aũt ſunt ſimoniaca:qꝛ phi-
bẽtur per eccleſie cõſtitutiões.❡In gl.ſequitur ibi.l.vlt.dic ꝙ
patronus phibetur ibi ſtipulari mercedẽ operarũ ab inuito li-
berto:ſed non operas,ꝛ ideo poteſt ſtipulari operas ſine merce
dem:licet poſſet ſequi ꝙ pſtabitur eſtimatio:qꝛ tñ nõ eſt phi
bitũ nec malũ vt preſtet mercedẽ volũtarie:ꝛ ſic nõ ob.
16 ❡In ea gl.ibi.§ illud.ibi videtur dici† ꝙ dolus futurus non
poteſt expreſſe remitti tñ poteſt paciſci ne agatur depoſiti:ꝛ ſic
videtur indirecte dolus futurus remitti [illegible] ſm do.Anto.
qđ inquãtũ dicit poſſe paciſci ne agatur depoſiti debet intelligi
.ſ.reſpectu doli de preterito.Sed certe illud videtur literã illam

a ❡Due negatiões.vide.ŝ.in pri.poſtillã.d.Henri.bohych.q cadit ſup hac glo.

violare ꝛ cõtra mẽtem gl.ibi poſite.vnde potes dicere qđ qñ ſit
pactũ ne agatur depoſiti debet intelligi.ſ.reſpectu doli de pteri
to:ſed certe illud videtur literã illam violare ꝛ cõtra mẽtem gl.
ibi poſite.vnde potes dicere qđ qñ ſit pactũ ne agatur depoſiti
videtur pars renũtiare omni iuri qđ hꝫ pars ex cõtractu depo-
ſiti,ꝛ ideo nõ poterit agere etiã ad rem repetendã ratione depo
ſiti:ꝛ ideo etiã ratione doli non debet poſſe agi:quia ex quo ex
toto remiſſum eſt omne ius agẽdi ex contractu ipſo non poterit
dici quodãmodo dolus cõmitti circa contractum etiã illo reſpe
ctu agi nõ poterit.❡In ea.gl.in ſi.ꝛ de materia per gl.in regu-
la.cum quis vna.de reg.iur.lib.vi.❡In gloſ.pe.in ſi.dic
de hac materia:vt habetur in remiſſionibus quas dedi in nota-
bilibus.❡In glo.ſi.in ſi.vel dic qđ papa dedit indulgẽtiam:vt
ſatiſfaceret cõſciẽtie petentiũ qui non putabãt ſe aliter ſecuros.
17 Et not.ꝙ litera hic videtur velle† ꝙ demũ in ſubſidiũ deficiẽti-
bus alijs teſtibus poſſint monachi ꝛ cõuerſi eſſe teſtes in cauſa
monaſterij.ſed Hoſt.ꝛ Pet.ſupplẽt:maxime per id qđ habetur
ŝ.de teſti.in.c.cũ nũtius.ꝛ in.c.ſupe prudẽtia.alleg.in gl.ꝛ quia
qñ quis ſe eſtimat habere plures bo[no]s teſtes quam habeat:et
ideo vtile eſt monaſterio qđ etiã poſſit pduci alijs inſiſtẽtibus.
❡An aũt monachi poſſint eſſe teſtes in alijs cauſis aliorũ:dic
ꝙ ſic de licẽtia tñ abbatis.vt no.in Spe.de teſti.§.j.ver.itẽ exci-
pit ꝙ eſt monachus.ꝛ facit qđ no.gl.in auſ.ſi dicatur.C.de teſti.

1 Iuramentum temerarium an ſit periurium.
2 Canonici non arctantur ad ſumendum ordines ſacros.

**Sicut noſtris.** Iuramẽtum qđ cõtra li
bertatem eccleſiaſticam
eſt preſtitũ non tenet.h.d.Primo ponit iuramẽtum
temerariũ.Secũdo punit iurãtem.Tertio cõmittit
inquirenda ꝛ retractãda attẽtata.ſecunda ibi:pro iuratione.ter
tia ibi:quia nõ.❡In verbo eps.dic ꝙ poſtea fuit electus ꝛ illo
tempore erat canonicus.❡No.j.qđ iuramẽtum pſtitũ per ca
nonicum ſi eſt licitũ ligare videtur eũ ep̄m:vt hic videtur colli
gi a cõtrario ſenſu:ꝛ ſic non videtur alterari rõne dignitatis qđ
intellige niſi ratio ſubiecte materie ſuaderet oppoſitum qꝛ ſi iu
raſſet ſolũ pretextu ſui canonicatus ꝛ prebẽde ſue quã perderet
poſtea creato ep̄o.ŝ.de elec.cum in cũctis.ꝛ.j.de cõceſ.preb.c.cũ
noſtris.videtur qđ tũc nõ teneretur cũ ceſſet cauſa obligatiõis.
facit qđ habetur.ŝ.tit.primo.circa ſi.❡Not.qđ iuramentũ ten
dens ad damnũ tẽporalis dignitatis vel eccleſie eſt temerarium
ꝛ non obligatorium.facit qđ habetur.ŝ.eo.c.ſi.❡Not.ꝙ teme-
rarie iurans peccat ꝛ imponi debet ſibi penitẽtia pro tali pecca
to an autẽ mortaliter peccet tangetur in gl.❡No.qđ delictum
temerarij iuramẽti non eſt delictum inducens depoſitionẽ a di
gnitate.de quo etiã tangitur in gl.que crimina inducant depoſi
tionẽ ab officio vel beneficio ꝛ ſic a dignitate.no.per glo.ꝛ doc.
in.c.ex tenore.de tẽpo.ordi.xv.q.viij.in ſumma.vbi bona gl.ꝛ fa
1 cit qđ habetur.lxxxj.diſt.c.ſi.❡†Not.qđ incautũ ſeu temera
rium iuramentũ lato ſumpto vocabulo dici poteſt periurium ꝛ
lato ſumpto vocabulo omnis mala ſeu praua iuratio dici poteſt
periurium.facit qđ no.gl.ŝ.eo.c.tua nos.ꝛ per Archid.xxij.q.ij.
2 in.c.animaduertendum.❡†No.arg.ſm Abb.qđ canonici non
arctãtur ad ſumendũ ordines ſacros:per tex.dum dicit dũ eſſet
in minoribus ꝛc.de quo in.c.queris.de eta.ꝛ quali.ꝛ eſt gl.bo na
in.c.licet canon.de elect.lib.vi.facit qđ habetur in clemen.vt hi
qui de eta.ꝛ quali.poſſet tñ dici qđ hic appellãtur minores ordi
nes preter epiſcopalem ꝛ tunc non colligeretur arg.❡Not.qđ
in criminibus ratione peccati cõmiſſi cõtra eccleſiã,videtur iu
dex poſſe inquirere ex officio.de quo per Innoc.in.c.ad noſtrã.
el.ij.ŝ.eo.facit qđ habetur in.c.j.de offi.ordi.❡An autẽ poſſet
eps rem ſpectãtem ad menſam ſuã dare capitulo vt ſic preiudi
cet etiam ſucceſſori ſuo:dic qđ non:quia non poteſt eps ſine cõ
ſenſu ſui capituli ꝛ ſine ſolennitate eccleſiaſtica talem rem alie
nare.xij.q.ij.ſine exceptione.capitulum autem non poteſt auto
rari in facto ſuo.de quo in cle.ſi vna.de rebus eccle.non alienan.
❡In gl.in mortali peccato.❡Nota qđ temerarie iurãs peccat
mortaliter in cõtrarium videtur tex.ꝛ gl.xxv.diſt.nunc autẽ.ad
finem.vbi dicitur qđ incauta iuratio eſt veniale peccatũ:ſed dic
qđ ibi loquitur quando incaute laudando quis iurauit licitũ et
poſtea non ſeruauit:ſed hic loquitur quando deliberate iurauit
id quod eſt licitum.facit qđ dictum fuit.ŝ.eo.tua.nos.vbi etiam
tetigi an ſit peccatum mortale ſi quis laudando iurauit falſum.
❡An autẽ temerarium iuramentũ infamet.glo.tenet qđ nõ in
c.archidiaconum.xxv.diſt.ꝛ not.ex his que ſequuntur in glo.qđ
demum crimina que ſunt grauia inducunt depoſitionem qđ vi
detur intelligendum quando ſunt publica.de quo plene dic vt
habetur in.c.ex tenore.alleg.in gl.❡In glo.penul.ibi:nec ipſe
eps.ſup.ſine ſolennitate canonica.de qua in.c.ſine exceptione.
xij.q.ij.ꝛ in cle.ſi vna.de rebꝰ eccle.non alie.❡In gl.penul.ibi:
tanꝙ canonicus.Idem dicas ſi tanꝙ epiſcopus ex quo illicite
conſenſiſſet.

Ayuntamiento de Madrid

conſenſiſſet.per id qð habetur in.c.ſi quis preſbyterorum.de re bus eccle.non alie.⁊.ſ.de elec.in.c.noſti.

1 ☞ Alienatio rei dotalis non valet ſm leges ⁊ idem in alienatione donationis propter nuptias.

2 Iuramētum preſtitum ſuper contractu inualido ⁊ ꝓhibito ratione furoris perſone iurātis eſt obligatorium ⁊ ſeruandum.

3 Iuramentum vi:metu:vel dolo preſtitum non valet.

4 Et iuramenti obligatio impeditur inquantum tangit preiudicium alterius ⁊ inquantum preiudicat anime iurantis.

5 Mulier conſtante matrimonio non poteſt agere pro dote.

6 Ius canonicum qñ diſcrepat a iure ciuili qð ſeruari debeat.

7 Iuramentum in aliquibus caſibus non obligat.⁊ hu.3.

8 Iuramentum ſeruari debet ſi ſine interitu ſalutis eterne ſeruari poſſit.

9 Alienatio rei ꝓhibite ꝑmittitur in certis caſib⁹ fauore perſone.

10 Iuramentum habetur pro ſecundo conſenſu.

11 Pactum legis cōmiſſorie in pignoribus eſt reprobatum.

12 Mulier iurans non venire contra alienationem rei dotalis an debeat ſeruare iuramentum priuſꝗ abſoluatur.

13 Iuramentum metu extortum an obliget mero iure.

14 Alienatio rei dotalis vbi vir ⁊ mulier iurans quando extant filij an valeat adeo qð vir non poſſit reuocare conſtante matrimonio nec etiam mulier ipſo ſoluto.

15 Mulier iurans ſuper actu a lege infirmato an contractus firmetur iuramento an vero illa ſolum obligetur ad obſeruantiam iuramenti remanente contractu nullo.

16 Iuramentum an tranſeat ad heredes.

17 Dotale prediu; ſi alienetur ⁊ poſtea repetatur an poterit fideiuſſor datus conueniri pro euictione.

18 Fideiuſſor in alienatiōe rei minoris tenet͂ l; ſuccurrat͂ pupillo.

19 Maritus ſi alienauit rem dotalem et dedit fideiuſſorem de euictione an ipſe maritus non obſtante alienatione poterit ipſam rem dotalem repetere.

20 Maritus vēdens rem dotalem an teneatur de euictione ſi ipſa res repetatur.

21 Ignorantia iuris quando preſumatur.

22 Mulier ſi alienat rē dotalē viro nō cōſentiente nō t; alienatio.

23 Et ſi alienauit cum ſacramento ⁊ poſtea ſoluto matrimonio re; repetit an poterit emptor repetere pretium.

24 Rem dotalem ſcienter emens non repetit pretium.

25 Fundus dotalis ſi a muliere conſentiente viro detur in dotem pro filia communi an teneat.

26 Et ſi vir ⁊ mulier ſimul alienant fundū dotalē ⁊ cum iuramento an ſoluto matrimonio poterit mulier repetere ab heredib⁹ viri pro dote ſua pretium receptum ex ipſa re dotali vendita.

27 Fundus dotalis ſi ab extraneo vendatur tenet contractus ad preiudicium vendentis.

28 Iuramēti effect⁹ qualis ſit inquātū non repugnat legi ſeu iuri.

29 Iuramentum ſi tendit ad confirmationem actus validi quem effectum habeat.

30 Iuramentum quando tendit ad inducendam obligationem et conſequenter actionem an tale iuramentum inducat obligationem ⁊ actionem de iure ciuili.

31 Iuramentum an habeat vim pacti.

32 Iuramentū quando repugnat legi ex eo quia eſt contra bonos mores, non obligat.

33 In carceribus eſſe eſt ſpecies ſeruitutis.

34 Pactum qð quis poſſit carcerari pro debito an valeat.

35 Teſtamentū mutare an poſſit quis licet iurauerit non mutare.

36 Iuramentum an firmet contractum quando actus reprobatur fauore publice vtilitatis principaliter.

37 Lex ſi prohibet aliquid fieri ſub certa pena an intelligatur velle qð etiam actus ſit nullus.

38 Iuramentum an poſſit lege vel ſtatuto annullari.

39 Iuramētum an validet actum qñ actus eſt ipſo iure nullus.

40 Iuramentum an poſſit a lege improbari.

41 Aduoti obſeruantiā nō tenet͂ filiuſfa.durāte patria poteſtate ſi pater cōtradicat:ſi tñ efficiatur ſui iuris debebit illud implere.

42 Donatio inter virum ⁊ vxorem an poſſit iuramento firmari.

43 Alienatio peculij aduentitij in qua pater habet vſumfructum an teneat.

44 Contractus prodigi an firmetur iuramento.

45 Ludenti ſeu ad ludū vel ludendū parato mutuare non licet.

46 Iuramentum an poſſit per ſtatutum prohiberi.

47 Pupillus ſi faciat contractum cum iuramento an poterit petere reſtitutionem in integrum.

48 Pupillus doli capax ſi contrahat cum curatore ⁊ iudicis decreto an valebit contractus.

49 Et ſi pupillus reperiatur deceptus an ⁊ qñ remediū ſit dandū.

50 Statuto ſi caueat͂ ꝙ nulla mulier maritata poſſit aliquē ꝯtractum facere ſine duox ꝓximox cōſilio vtrū ſi mulier nō ſeruata dicta ſolēnitate cōtraxerit cum iuramēto poſſit venire contra.

51 Minor ſi iurat non venire contra cōtractum etiā propter enormem leſionē an poſſit petere abſolutionem a iuramento.

52 Renuntiatio an trahatur ad non cogitata.

53 Abſolutio a iuramēto an poſſit peti ꝓpter enormē leſionem.

54 Minor ſi iurat non venire contra ratione minoris pretij an per hoc videatur renuntiatum beneficio.l.ij.C.de reſcin.vendi.

55 Cōtra iuramentū venire an poſſit qs nulla habita abſolutione.

56 Minor ſi iurauit nō venire cōtra ratione dāni modici vel enormis an ſi ſit enormiter leſus an poterit habere aliqð remedium.

57 Minor iurās per caput ſuū vel clericus per clericā ſuā nō venit cōtra cōtractū quē facit an tale iuramētū firmabit contractum.

58 Iuramentū ſi corporaliter ꝑſtetur ⁊ nō corporaliter tactis ſcripturis an habeat locum aut.ſacramenta.C.ſi aduer.vendi.

59 Iuramentum an obliget ſi non iuretur ſuper euangelio, ſed ſuper aliqua ſcriptura vel ſuper ligno.

60 Aut.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.an habeat locum in impubere doli capace.

61 Et quid de adulto curatorem habēte ⁊ contrahente ſine eo.

62 Et an dicta aut.hēat locū ī iudicijs ſi minor iurat nō venire ꝯ.

63 Minor ſi iurat generaliter non venire cōtra contractū a ſe fiendum cum titio in abſentia titij an ſi poſtea contrahit cum titio nullo preſtito iuramento an poterit contrauenire.

64 Donatio facta inter coniuges an firmetur iuramento.

65 Renuntiare an poſſit mulier velleiano.

66 Iuramētum qð tendit ad firmādum ꝯctum inualidū in odium illius cui preſtatur ⁊ qui ſuſcipit ſacr͂m an obliget iurantem.

67 Contractus qui ex ſtatuto prohibentur cum forenſibus vel nō ſubditis poteſtati an firmentur iuramento.

68 Contractus prodigi cui bonis eſt interdictum ⁊ datus curator an firmetur iuramento.

69 Iuramentū d; hr͂e tres comites ſc; veritatē iuſtitiā ⁊ iudiciū.

70 Prodigus equiparatur furioſo ⁊ non poteſt teſtari nec eſſe teſtis nec obligatur naturaliter.

71 Prodigus an poſſit cōtrahere anteꝗ ei ſit bonis interdictum.

72 Cōtractus pōt firmari iuramēto in minore ⁊ muliere iurante.

73 Contractus improbatus a iure propter defectum ſolennitatis ꝓprobatorie an firmetur iuramento.

74 Et quid ſi contractus reprobetur ratione ſolennitatis formalis an firmetur iuramento.

75 Fideiuſſor obligari non d; in plus vel in aliud ꝙ principalis.

76 Contractus ſimulatus ⁊ iuratus an debeat ſeruari et an poſſit iurans contrauenire non obſtante iuramento.

77 Simulatio an poſſit ꝯ publicum inſtr͂m probari per teſtes.

78 Venire cōtra cōtractum ſimulatum ⁊ iuratum an poſſit quis.

79 Contract⁹ iurat⁹ nō pōt dici null⁹ nec reſcindi qñ inſtr͂m eſt licitū.

80 Iurans omnia in inſtrumēto contenta vera eſſe ſi ſponte et nō per dolum iurauit non poteſt allegare ſimulationem.

81 Lex quando dicatur reſiſtere contractui vel non aſſiſtere.

82 Lex qñ ꝓhibet actū vel cōtractū ſi nō deficit in forma vel ſolēnitate vtrū ſi fiat cōtra talē ꝓhibitionem cōtractus ſit nullus.

83 Iuramentum nihil operatur qñ deficit actus rōne rei vel materie ſuper qua interponitur q; videtur interponi ſup impoſſibili.

84 Actus mere ſpiritualis qui ſit contra iuramentum eſt nullus.

85 Vendens rem duobus incidit in penam falſi.

86 Iuramentum de non cedendo bonis an valeat.

87 Iuramētum qð filius a patre non petet alimenta non valet.

88 Fideiuſſores ſi obligant ſe pro dote pro marito ⁊ iurant an iuramentum obligabit.

89 Donatio inter virum ⁊ vxorem an firmetur iuramento.

90 Donatio que eget inſinuatione an valeat ſi fiat cum iuramento licet non ſit inſinuata.

91 Donatio qñ ſit ſine iur͂o an ſufficiat dicere qð donās vult ꝙ tot intelligant͂ eſſe donatiōes ꝙ nulla intelligat͂ excedere ſummā.

92 Inſinuatio qualiter fieri debeat.

93 Inſinuatio donationis an poſſit fieri tempore feriato.

94 Rex an hoc poſſit in ſuo regno ꝙ pt̄ īperator in ſuis ſubiectis.

95 Tranſactio facta ſuper alimentis an validetur iuramento.

96 Trāſactio an valebit ſi cū iur͂o renūtietur.l.de his.ff.de trāſac.

97 Filiuſfamilias qui iurauit creditori ſuo nō recedere de loco ſine ſui licentia an ſi reuocatus fuerit per ſuum ep͂m vel per patrem poterit recedere licentia petita ſed non obtenta.

98 Debitor qui iurauit ſoluere creditori poterit non obſtante iuramento ſoluere ſi fiſco ſi bona eius publicentur.

1 Cum contingat. [a] Non auditur mulier ꝯtra alienationem rei dotalis cui ſponte cōſenſit ⁊ non cōtrauenire iurauit. Hoc eſt cōis diuiſio conſultatio ⁊ reſpōſio. ſecunda ibi: de dote. ¶ Not. ꝙ ſm leges non valet alienatio

a ¶ Cū ꝯtingat. i pñti. c.do. Io. ð imo. valðdi latauit fimbrias ſuas ⁊ acumē ingenij ſui extēdit. nā qð multi, imo pene oēs doc. tā legū ꝙ canonū diuerſis in locis ð iur͂o: deq; ꝯctib⁹ de iure ciuili reprobatis, ſ; iur͂o cōfirmatis ſparſim ſcripſere: h pene oīa in hūc locū cōgeſſit ita nō ſit neceſſe remiſſiōes ſeu additiones cōgerere: cum hec ſua ſcripta appime ſufficiāt cū et reptoriū huius voluminis ſummo digito te di

Ayuntamiento de Madrid

rigere pote
rit:vex eñ
uero q2 cer
to certi⁹ ē:
qδ iura ca-
nõica ĩ hac
materia iu
ramentoꝝ
multũdero
gāt legib⁹:
ꝛ qñ oēs le
ges q̃ opti-
mo iure ſta
tuerūt mul
tos ꝫct⁹ ir-
ritos eē vt
ita dixerāt
obrogāt:q̃-
propter in
hoc chriſtia
niſſimo re-
gno ĩ cācel-
laria regia
facilr ſolēt
admitti p̄-
ces ſuppli-
cātiū:ꝛ pe-
tentiū reſti
tui ĩ ĩtegrū
ꝫ p̄dictos
ꝫct⁹ dūmo
do cū pluri
bus ſuppli
cātib⁹ ſit di
ſpēſatū per
eoꝝ p̄latos
ſup iureiu-
rādo ĩ tali-
bus ꝫctib⁹
p̄ſtito.Qδ
ego Joan-
nes de gra-
dib⁹ in ipſa
regali cācel
laria crebro
fieri vidi.
Et hec tibi
p additio-
nibus ſatis
ſint vſq3 ad
c.ſicut.

rei dotalis.facit qδ habetur in.l.lex iulia.ff.de fundo do.ꝛ idem
videtur in alienatione donationis ꝓpter nuptias.facit qδ habe
tur in aut.ſiue a me.C.ad velleia.Aduerte tñ ꝙ ſicut dos ſoluto
matrimonio d3 redire ad mulierē.ita donatio ꝓpter nuptias ad
virū niſi ex pacto vel ex cõſuetudine aliud fuerit inductum.j.de
dona.inter vi.c.vlti.ad ſi.vnde ſi non interueniret pactū vel con
ſuetudo de lucrāda donatione ꝓpter nuptias:tūc videretur qδ
alienatio teneret ex quo nō deberet redire ad mulierē.hoc tñ for
te videtur intelligēdū niſi dos fuiſſet in quātitate:q2 tūc videtur
qδ intelligatur ſpecialiter obligata donatio ꝓpter nuptias pro
reſtitutione dotis.facit qδ habetur in.l.vbi adhuc.ꝛ in.l.reb⁹.
C.de iure do.vnde tūc videretur poſſe ꝓcedere qδ hic innuitur
vc3 nō valere vēditionē rei donate ꝓpter nuptias ad preiudiciū
mulieris.ꝛ pro hoc faciat q2 ſi eo caſu quo mulier d3 lucrari do-
natione3 ꝓpter nuptias non valet alienatio ipſius donationis
ꝓpter nuptias.vt patet in dicta aut.ſiue a me ꝛ in corpore vnde
ſumitur multo fortius ꝙ nō valeat vēditio dicte donationis in
caſu ꝓxime dicto tñ reuera.l.vbi adhuc.et.l.in rebus.C.de iure
do.non vidētur ꝓbare qδ ꝓxime dixi:quia.l.in rebus ſolū vide-
tur loqui in dote ſc3 de re dotali.ꝛ.l.vbi adhuc.ſolū videtur lo-
qui quādo conſtante matrimonio mulier vult agere ex eo:q2 vir
vergit ad inopiam quo caſu clarū eſt qδ vir non poſſet alienare
donationē ꝓpter nuptias: quia illa eſt vxoris cõſtante matri-
monio ſicut ecõtra dos eſt viri cõſtante matrimonio.vt in.l.do-
te.C.de rei ven.ꝛ facit qδ habetur in.l.ſi.C.de dona.ante nupt.
videtur tñ qδ tūc cõſtante matrimonio nō poſſit ipſa donatio
ꝓpter nuptias alienari:etiā de ꝯſenſu mulieris quo minus viro
vergēte ad inopiam poſſit peti p ipſam mulierē qñ in alienatio
ne nō interuenit iuramētū per.d.l.vbi adhuc.ꝛ per dictā aut.ſi-
ue a me.Sed vbi alienaretur cõſtante matrimonio muliere cõ-
ſentiēte ꝛ poſtea diſſolueretur matrimoniū ſi mulier non debe-
ret lucrari ipſam donationē nō reperio clare expreſſum qδ non
teneat:vñ poſſet dici tunc in dicto caſu idē qδ d2 qñ alienantur
alie res viri obligate pro dote cõſentiēte muliere.de quo habe-
tur.C.ad velleia.Cõcludit Bar.ꝙ ſi mulier cõſentit ſolū aliena-
tioni non nocet ſibi p.l.vir vxori.ff.ad velleia.ſecus ſi renuntiat
iuri hypothecarū in re illa q2 tūc nocet ſibi dūmodo tūc ſupſint
alia bona:ex quib⁹ cõſuli poſſit mulieri.ꝛ ſic intelligit.d.l.iube-
mus.ꝛ p̄dicta intellige ſemper qδ iuramētum non interuenit.p3
iſtud qδ d2 in hoc.c.ꝛ adde omnino qδ legitur ꝛ not.in.c.perue-
2 nit.j.de emp.ꝛ ven.in tex.ꝛ gl.¶†Itē no.qδ iuramentū p̄ſtitū
ſuper cõtractu inualido ꝛ ꝓhibito ratione furoris perſone in[...]
tis eſt obligatoriū ꝛ ſeruādū cum poſſit ſeruari ſine inter[...]
tis eterne.Et not.qδ hoc ſaltē videtur ꝓcedere ſm canones:[...]
etiā idē videtur ſm leges per aut.ſacramēta puberū.C.ſi adu[er].
vēdi.de quo etiā tangetur cum gl.ꝛ no.etiā qδ hic ſimpliciter di
cit ſeruādum eſſe iuramentū interpoſitum ſuper cõtra[ctum]. an
tem expreſſe validat cõtractum.vnde ſuper hoc fuerunt opi.an
validetur cõtractus in caſu iſto ꝛ ſimilibus de quo inferius dice
3 tur.¶†Item no.qδ vt talia iuramēta effectualiter obligēt ad
obſeruantiā eſt neceſſe qδ ſint preſtita abſq3 vi ſeu metu ꝛ dolo:
et ſic a cõtrario videtur:qδ ſi per dolum vel metū ſint preſtita qδ
non obligent.de quo per legiſtas in aut.prealle.[ſacra]mēta.vbi
per Bar.circa ſi.ꝛ etiā per Salic.ꝛ cõmuniter legiſte videtur te-
nere qδ ipſo iure non obliget tale iuramētum taliter preſtitum
pro quibus bene facit tex.in.d.aut.ſacramēta.vbi dicit per vim
aut per metū extortū nullius eſſe momēti iubemus:ſed canoni-
ſte cõmuniter tenēt contrariū:vc3 qδ de mero iure obliget iura-
mētum licet peti poſſit abſolutio.vt voluit Innoc.in.c.ad au-
res.qδ metus cau.ꝛ hoc dicit eſſe tutius Archi.in.c.quāuis.de
pac.in.vj.de quo plene dixi in.c.ſi vero.ꝫ.eo.ꝛ de materia etiam
in.c.autoritate.xv.q.vj.¶Poſſes dicere qδ de iure ciuili ꝓce-
deret opi.legiſtarū per dictā aut.ſacramēta.ſed opi.canoniſtarū
de iure canonico.per id qδ dictum fuit in.d.c.ſi vero.tñ quia in
materia iuramēti tanq̃ ſpirituali potius ſeruādum eſt ius cano
nicū q̃ ius ciuile etiā in foro ſeculari.vt p3 in.c.ij.j.e.in.vj.Ideo
etiā in foro ciuili ſeruādum eſt ius canonicū ꝛ non ius ciuile.fa-
cit qδ not.gl.in regula poſſeſſor.de reg.iur.in.vj.ꝛ qδ not.per le
giſtas in.l.priuilegia,C.de ſacroſanc.eccle.ꝛ Jo.an.ꝛ Jo.calde.
in.c.j.j.de noui ope.nū.ꝛ ſm hoc cõtrarius ſenſus hic debet ſu-
mi reſpectu effectus,quia tunc effectualiter non obligaret,qñ
aduerſus talia iuramenta poſſet peti abſolutio.et hoc ſequitur
hic do.Anto.etiam.Item no.qδ hic ſimpliciter loquitur de do
lo,ꝛ ſic videtur qδ cum ſit dare dolum ex propoſito ꝛ dolum re
ipſa.facit qδ legitur ꝛ notatur in.c.pe.j.de emp.ꝛ vend.ꝛ in.l.ij.
C.de reſcin.ven.ꝛ.ff.de verb.obli.in.l.ſi quis [...]aliter.videtur
qδ de vtroq3 hic ſit intelligendū qδ an[...]dat patebit ex.j.di-
4 cēdis.¶†Ite3 no.duo alia que habe[...]dire effectualiter
obligationem iuramēti.¶Primum[...]tangit preiu
dicium alterius.facit qδ habetur.ꝫ.eo.[...]ſecundum

inquantum preiudicat anime iurantis:quia non poteſt ſeruari
ſine diſpēdio ſalutis eterne,ꝛ ſic abſq3 peccato mortali:qd au-
tem ſi poſſet ſeruari ſine peccato mortali:ſed nō ſine veniali:an
tunc iuramētum obligaret:videtur ꝙ ſic per iſtū tex.a cõtrario
ſenſu.ſed cõtrarium tenuit Archi.in.c.quāuis.de pact.in.vj.q2
vt iuramentum non obliget:ſufficit ꝙ tendat in deteriorem ſeu
peiorem exitū anime.per id qδ legitur ꝛ notatur in.c.ſi aliquid.
xxij.q.iiij.ꝛ ideo ſufficit ꝙ nō poſſit ſeruari etiā ſine veniali pec-
cato cum tunc tenderet in deteriorem exitum anime.facit qδ le
gitur ꝛ notatur per gl.in.d.c.ſi aliquid.quatenus autē iuramen
tum preiudicat iurāti circa bona tēporalia ꝛ poteſt ſaluari ſine
detrimēto anime tunc iuramentū eſt obligatoriū.vt hic patet ꝛ
5 in dicta aut.ſacramēta.¶†Itē not.a cõtrario ſenſu qδ mulier
conſtante matrimonio non poteſt agere pro dote:ꝛ ideo eſt qδ
tunc non h3 actionē mulier:ſed maritus pro re dotali.l.dote.C.
de rei vēdi.niſi in cauſa.l.vbi.C.de iure do.qñ vc3 vir vergit ad
inopiam:vt ibi habetur ꝛ etiā plene in.l.ſi cõſtante.in prin.ff.ſo
lu.matr.ſoluto autē matrimonio bene cõpetit mulieri actio:vt
hic patet qδ intellige ſiue morte viri ſolutum,ſiue per diuortiū
ratione impedimēti conſanguinitatis vel alterius impedimēti
canonici per ſententiam iudicis eccleſiaſtici:nam aliter non po-
teſt fieri diuortium ſm canones.facit qδ habetur.j.de diuor.c.
porro.ꝛ.c.ſignificaſti.l3 ſm leges olim de facili poſſit fieri diuor
tium.vt patet in toto tit.ff.de diuor.ꝛ hodie etiam in certis ca-
ſibus.de quibus in.l.conſenſu.C.de repu.Sed in hoc ſeruādum
eſt ius canonicum:quia in materia matrimonij velut ſpirituali
cum ſacramētum matrimonij ſit magnum in eccleſia ſacramen-
tum.ꝫ.de biga.debitum.debet ſeruari ius canonicum.facit qδ
6 no.gl.inſti.de gradi.§.ſi.ꝛ in.l.j.C.de ſecun.nup.¶†Itē no.qδ
interdum ius canonicum diſcrepat a iure ciuili:vt hic contingit
in materia iuramenti:et an generaliter quando ius canonicum
diſcordat a iure ciuili debeat ſeruari ius canonicu3:an vero ius
ciuile:ꝛ an aliquo caſu ſeruari poſſit ius ciuile ſaltē in foro ſuo.
tāgitur per legiſtas in.l.priuilegia.C.de ſacroſan.eccl.ꝛ per Jo.
an.ꝛ Jo.cald.in.c.j.j.de noui ope.nun.ꝛ eſt bona gloſ.in regula
poſſeſſor.de regu.iur.in.vj.ꝛ in.c.ij.de arbi.eo.lib.¶Et breuis
cõcluſio qδ in materia ſpirituali vt iuramēti matrimonij vel ſi-
mili ſeruari debet ius canonicum etiam in foro ciuili ꝛ in terris
imperij.per id qδ habetur in.c.ij.j.eo.in.vj.ꝛ in.c.ſi.j.de preſcri.
ꝛ per gl.in dicta regula,poſſeſſor.ꝛ in.d.§.ſi.inſti.de gradib⁹.et
in.d.l.j.C.de ſecū.nup.alīs in foro canonico ſeruari debet ius ca
nonicum:ꝛ idē in foro ciuili in terris ſubditis eccleſie.j.de app.
ſi duob⁹.¶Sed in foro ſeculari in terris imperij ſeruari debēt
leges.vt voluit glo.notabilis in.c.ij.de arbi.in.vj.Et ad predi-
cta facit qδ not.hic Hoſt.dicens:qδ videtur etiam eſſe de mēte
legum in caſu iſto ſeruari debere ſacramētū ex quo canones vo
lunt illud ſeruari:quia etia3 ipſe leges mandant ſeruari in aut.
qño opor.epiſcopos.§.j.col.j.ꝛ.C.de ſum.tri.l.fina.in princ.ꝛ in
aut.de mand.princ.§.ſi vero.col.iij.allegat aut.ſacramenta.C.ſi
aduer.ven.quam ipſe Hoſt.hic gl.ꝛ inter cetera tenet aut.illam
habere locum etiam in impubere doli capace:q2 talis periurare
poteſt.j.de delic.pu.in.c.j.ꝛ.ij.nec obſtat ſm eum.c.paruuli.ꝛ.c.
pueri.xxij.q.v.q2 loquūtur de infantibus vel doli nō capacibus
de quo eſt opi.inter legiſtas ꝛ inferius tāgetur tenet etiā qδ illa
aut.habet etiā locum in donationibus.de quo etiā per gl.ꝛ legi
ſtas in dicta aut.ſacramenta.tangit etiam ſi minor qui iurauit
fuit deceptus vltra dimidiā iuſti pretij.de quo remittit Jo.an.
ad no.per gl.ꝛ alios in.c.pe.j.de emp.ꝛ ven.per gl.ꝛ legiſtas.C.
de reſcin.vendi.ꝛ inferius aliquid tangetur ꝛ vltimate etiam po
nit hic vnum notabile ꝛ ſingulare dictum qδ recitat gl.in.c.ij.j.
eo.in.vj.vbi gl.refert Hoſt.hic tenere qδ ſi mulier iuraſſet patri
non alienare rem dotalem quia iſtud iuramētum eſſet iuſtum ꝛ
conforme diſpoſitioni iuris,ꝙ ſi poſtea contingat qδ alienetur
cõſtante matrimonio ꝛ mulier cõſentiat ꝛ iuret non cõtraire:ꝙ
tunc preualebit primum iuramentū.facit qδ habetur.j.eo.intel
lecto.ꝛ ſic ſcδm iuramentū non obligaret mulierē ad obſeruan-
tiam,ꝛ ſic hoc caſu haberet locū iſtud.c.ꝛ eſſet ſingularis limita
tio ad hanc decretalem ꝛ ex illa etiā poſſet ſumi cautela ad im-
pediēdum alienationē rei dotalis etiā cū iuramēto,ꝛ ideo ſingu
lariter hoc dictum eſt menti tenēdum.¶An autem indiſtincte
procedat patebit ex his que inferius dicentur ꝛ qδ dixi:ꝫ.poſt
Hoſt.ꝛ gl.in dicto.c.ij.de iureiuran.in.vj.tenuit etiam Archid.
ibi in.d.c.ij.ꝛ etiam Spe.in ti.de emp.ꝛ ven.§.tertio loco.verſi.
ꝛ not.generale cõſilium.ꝛ per predicta poſſet dari cautela in ſi-
mili contra aut.ſacramēta.C.aduer.ven.nam poſſet fieri qδ mi
nor iuraret non alienare res ſuas ſine ſolēnitate legali ꝛ ſine de-
creto iudicis ꝛ autoritate curatoris:nam cū tale iuramētum ſit
iuſtum ꝛ conforme iuri cõmuni:qδ fuit ex iuſta cauſa inductum
ne minores ex facilitate etatis lederētur.l.j.ff.de mino.videtur
ꝙ ſi poſtea fiat alienatio nō ſeruata ſolenitate iuris etiā cu3 ſa-
cramento

Ayuntamiento de Madrid

iuramento ꝙ non teneat alinatio nec preiudicet ſcḋm ſacramen
tū ꝓpter primū preambulū licitum per id qḋ hꝫ in.d.c.intelle-
cto.⁊ ꝑ gl.in.d.c.ij.de iureiur.in.vj.⁊ ꝑ id qḋ ſuperius dixi. ⁊ ſic
videret ꝙ limitanda ſit dicta aut.ſi non ꝓcedit aliud iuramentū
in ↄtrariū.de quo tñ an ꝓcedat ſimpliciter inferius tangetur in
materia iuramenti.⁊ tene menti iſtā limitationē nouam q̄ non
fuit tacta per alios ad dictā aut.de hoc tñ vide.ī.in tertio mem-
bro ⁊ plenius in nono membro.vbi hec materia per eum plene
examinatur.¶ In gl.j.in ſi.⁊ habetur etiam inſti.q.alie.li.ī pn.
⁊ in.l.j.§.⁊ cū lex.C.de rei vxo.ac.⁊ facit ēt qḋ no.in glo.dictoꝝ
iuriū ⁊ qḋ habetur ēt in.l.cum vir.ff.de vſur.⁊ qḋ ibi etiam ple-
7 ne dixi facit ēt qḋ diceṫ.ī.ſub tertio mēbro materie.¶ † In gl.
ij.ibi cū ſuis cócordantiis ⁊ bene facit.ī.de reg.iur.acceſſoriū.li.
vi.¶ In ea.glo.ibi.l.adigere.¶ Potes etiā addere alios qua
tuor caſus ſm Io.an.nā etiā non obligat iuramētum,qñ aliqd
immoderate precipit.ſ.e.quintauallis.¶ Itē ſecundo qñ tol-
leretur libera facultas teſtandi.l.ſi quis.in princi.teſtamenti.de
leg.iij.facit.l.j.§.que onerande.ff.quarum re.act.non datur.⁊ ꝙ
hꝫ in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.obli.⁊ no. bene
hunc caſum propter id qḋ.ī.tangetur in materia.¶ Terti⁹ ca-
ſus eſt qñ ei qui iurauit non ſeruatur fides.vt in.c.ſeq.⁊ in.c.iij.
ſ.e. ¶ Quartus caſus eſt qñ ſeruus iurat ante manumiſſionē.
8 l.ſeruum teſtō.ff.de ma.te.¶ † In ea.gl.ibi conſiderat vtilita-
tem anime. vꝫ vt ſerueṫ iuramentū ex quo pōt ſeruari ſine inte
ritu ſalutis eterne.ne alias incurrat peccatū non ſeruando iura
mentum prout teneṫ cum ſcriptum ſit reddite deo vota veſtra ⁊
iuramenta veſtra.ſ.eo.⁊ ſi Chriſtus.vtilitas autē anime ꝓferri
dꝫ cuicunqꝫ rei temporali.l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccle.⁊.xij.
q.j.in.c.ꝓcipim⁹.diuerſus ergo eſt finis iuris canonici:quia illḋ
ius conſiderat vtilitatem anime a fine iuris ciuilis,ſed ius ciui-
le ⁊ eius finis conſiderat bonum politicum ⁊ per quod cōſerua
tur genus humanū ⁊ ēt recipiat multiplicationē non aūt cura-
uit regulariter ius ciuile de fide anime.facit qḋ notat Io.an.in
regula poſſeſſor,de reg.iur.in.vj.ī mercu.⁊ hec prima ſolutio gl.
bona eſt,ſequēs autē ſolutio non vꝫ bona per iſtū text.qui loqṫ
indiſtincte ⁊ qꝛ vtrobiqꝫ ſtat ratio hic poſita ⁊ etiam reprobaṫ
ſm archi.per id qḋ habeṫ in.c.ij.de pact.in.vj.in verbo omnino
inquantum litera vult ꝙ omnino ſeruetur iuramentū qñ poteſt
ſeruari ſine interitu ſalutis eterne.¶ In.c.gl.ibi vel licet ↄtra
ctus melius dixiſſet ⁊ licet quia in effectu videtur cōtinuari ad
proxime dicta.⁊ ponitur tertia ſolutio vꝫ ꝙ lꝫ contractus nō va
leat tñ qꝛ ſi ſine aliqua turpitudine pōt ſaluari iuramētū ſuper
eo ꝓ ſtitū dꝫ ſeruari vt ſic tenebat hoc caſu acceſſorium cū poſſit
ſeruari ſine interitu ſalutis eterne licet principale non teneat vt
in ſimili hꝫ in.c.debitores.ſ.eo.⁊ pōt eſſe ratio qꝛ non eſt eadē
rō vitiandi acceſſoriū iuramenti que eſt in vitiando principale
nam in principali agitur de querenda obligatione parti circa q̄
poteſt ſuperior ex cauſa diſponere.l.oēs populi.ff.de iuſti.⁊ iu.
⁊.l.venditio.§.conſtat.ff.cōia predi.⁊ qḋ ibi not.in.c.que in ec-
cleſiarum.ſ.de conſt.⁊ ideo nimirū ſi pōt illa inualidare ſcḋꝫ iu
ramentum principaliter obligat deo.d.c.⁊ ſi Chriſtus.ideo cir-
ca illud non ſic ſe extendit prohibitio ſuperioris.facit qḋ dictū
fuit in.d.c.debitores.¶ In eadē gl.ibi preterea hic ponīṫ in ef
fectu quarta ſolutio ita diſtinguens inter ea que habent perpe
tuā cām ꝓhibitionis vt qꝛ ſui natura ſunt turpia.⁊ tunc iura-
mentum non obliget per id qḋ habetur de reg.iur.non eſt obli-
gatorium.lib.vj.⁊ ea que non habent perpetuā cām prohibitio
nis ſed fauore perſone ſit ꝓhibitio ⁊ in certis caſib⁹ ꝑmittitur
9 vt contingit in minore ⁊ muliere.nā tales ꝓhibenṫ † fauore per
ſone alienare ⁊ permittiṫ alienatio in certis caſibus ⁊ pꝫ in mu
liere q̄ ſi conſentit poſt bienniū iterato poſt primū conſenſū ꝑ-
iudicat ſibi vt in dicta aut.ſine a me.ideo tunc iuramentū poteſt
operari ⁊ pōt confirmare qḋ prius non valebat quaſi ſecunduꝫ
gl.pro ſecundo conſenſu habeatur iuramentum.not.bene gl.in
eo qḋ dicit ꝙ iuramentuꝫ pōt confirmare qḋ prius non valebat
⁊ ſic innuit ꝙ nedū iuramētum ſit ſeruandū in caſu decretalis,
ſed etiā ꝙ firmet ipſum contractum de quo tangetur cū glo.fin.
10 ¶ † Item aduerte qꝛ inquantū dicit gl.ꝙ iuramentū habetur
ꝓ ſecundo conſenſu non videtur prodeſſe qꝛ in aut.ſiue a me.re
quiritur ꝙ conſenſus ſecundus ſit interuallūꝫ.⁊ ſic interueniat
interuallū temporis inter primū conſenſum.⁊ ſcḋm qḋ non con
tingit in caſu iſto qñ iuramentū tempore contractus interponi
tur.⁊ ſic non videtur bona conſideratio gl.niſi dicas ꝙ iuramen
tum habeatur loco ſecundi conſenſus ⁊ preſumatur tanta deli
beratio propter iuramentū quanta preſumitur per ius quādo
interuallū temporis interuenit in ſcḋo conſenſu.tñ multū facit
in contrarium ratio legis doli mali exceptio in.§.diuerſum.ff. de
noua.qꝛ ex quo incontinenti vꝫ ex eadem fragilitate fieri niſi ſu
ſtineas ꝙ propter reuerentiam iuramenti qꝛ ad illud non dꝫ qs
de facili venire vt in.d.c.⁊ ſi chriſtus.preſumaṫ maior delibera-
tio qñ preſtatur iuramētū.tñ hec conſideratio ex alio capite nō
videtur procedere qꝛ non ſufficit ſecundus conſenſus etiam in-
teruallatus.niſi etiam ſuperſint alie res ex quibus poſſit conſu
li mulieri.vt pꝫ in dicta aut.ſiue a me.tñ ſo.ita ſane intellecta
poteſt ſuſtineri vꝫ ꝙ aliud ſit in his que habent perpetuā cām
prohibitiōis ⁊ que ſunt turpia ſui natura.⁊ aliḋ in aliis que nō
habent perpetuam cauſam prohibitionis ⁊ ſic prohibitio fauo
re perſone.qꝛ tali fauori poteſt renuntiari cum ſacramento vt ħ
habeṫ.⁊ facit quod no.gl.in dicta regula non eſt obligatorium.
ī.de reg.iur.in.vj.⁊ qḋ legitur ⁊ notatur in.l.non dubium.C.de
11 legi.ꝑ gl.⁊ legiſtas. ¶ † In ea gl.ibi nec auditur volens venire
contra ſupple non petita abſolutione a iuramento nā ea peti-
ta bene vꝫ poſſe venire cum tale pactum.l.cōmiſſorie in pigno-
ribus videatur reprobatum ex eo:qꝛ cenſetur factū in fraudem
vſurarum iuxta ea q̄ leguntṫ ⁊ not.in.l.j.⁊.ij.C.de pactis pigno.
ſic odio creditoris ⁊ iō vꝫ ꝙ poſſit peti abſolutio per id qḋ legi
tur ⁊ notaṫ in decre.j.⁊ decretali debitores.ſ.eo.¶ In ea.gl.in
fi.Scḋa ſolu.valde ſingularis ⁊ notabilis datur hic ꝑ Vincē.vt
refert Io.an.lꝫ de illa non faciat mentionem do.Ant.videlicet
12 ꝙ † mulier tenetur ſeruare iuramentū anteq̄ abſoluatur tñ ſm
eum poterit inſtare vt abſoluatur.⁊ ſic limitat hanc decretalem
Io.an.ſimpliciter recitat hoc dictuꝫ aliter non approbādo nec
reprobando.⁊ ſic potius videretur cum illo tranſire.ex quo non
reprobat.⁊ do.meus do.Pet.de anch.videṫ iſtud ſequi in .c.ij.
de pac.in.vj.ſaltem qñ eſt magna leſio.ſed certe iſta limitatio vi
detur contra mentē huius tex.nam ſcḋm hoc iſte tex.modicum
operabitur quantū ad effectum ſi poteſt peti abſolutio nā veri
ſimiliter ſemper petitur.⁊ ſic in effectu vana erit prouiſio hui⁹
capituli.⁊ pro iſta pte ēt facit:quia verba debent intelligi cū ef-
fectu.ī.de cleri.non reſi.in.c. relatum.⁊ ſic debet intelligi ꝙ ſer-
uet cum effectu.¶ Preterea papa hic veriſimiliter hoc expreſ
ſiſſet ſi voluiſſet peti abſolutionē.ſicut expreſſit ī.c.ſi vero.ſ.eo.
⁊ in.c.debitores.cū ergo hic ſimpliciter dicat ſeruari deberet iu
ramētū.nec adiecerit poſſe peti abſolutionē.ergo videṫ nō vo-
luiſſe poſſe peti abſolutionē.ar.l.j.§.ſi autem ad deficientis.C.
de cadu.tōl.nam vt dixi veriſimiliter hoc expreſſiſſet vꝫ poſſe
peti abſolutionē ſi voluiſſet hoc fieri poſſe.ſicut fecit in.d.c.ſi de
bitores.⁊.d.c.ſi vero.cum ergo hoc non expreſſerit nō vꝫ hoc vo
luiſſe.⁊ hanc partem etiā tenuit Archi.in.c.ij.de pact.in.vj.di-
cēs ēt ꝑ illud.c.hanc opi.reprobari inquantū ibi dicitur ꝙ licet
ꝯtractus ſit prohibitus per leges.tñ omnino dꝫ ſeruari iuramentū
qñ poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne.nā ponderanda eſt
dictio illa q̄ue omnino eſt ꝓciſa.⁊ ſic vꝫ velle ꝙ omnimode ſerue
tur iuramētū,⁊ per ↄñs non poterit peti abſolutio:qꝛ tūc oīmo
[illegible] non ſeruatur.⁊ ideo per illum tex.dicit hanc opi.Vincen.re-
probari.⁊ ēt aliā Io.ſ.poſitam inquantum dicit tex.iſtum pro
cedere qñ aliunde poſſet conſuli mulieri. Nā ſm eum hec diſtin
ctio non procedit per dictū.c.ij.qꝛ omnino dꝫ ſeruari iuramen-
tum qñ poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne : lꝫ interponaṫ
ſuper contractu prohibito per leges . ⁊ predicta tene menti ꝑ
declaratione tex.qꝛ Io.an.non declarat nec do.meus do.Ant.
¶ Aduerte tñ qꝛ poſſet ſaluari dictum Vincentij qui dixit cre
do ꝙ mulier obligatur:ſed inſtat vt abſoluatur.⁊ ſic voluit ꝙ ſu
perius dixi.nā poteſt ſaluari,quando apparet mulierē propter
minas [illegible] p maritū eidē illata conſenſiſſe cū facto : quia
tunc videtur [illegible] cta fuiſſe ꝑ id quod notauit Inn.⁊ Io.an.ī.c.
cām matrimo[illegible].ſ.de offi.deleg.⁊ ꝑ Bar.in.l.j.§.q̄ onerāde.ff.
quarum re.ac.non datur alias precedat qḋ ſuperius dixi . ⁊ qḋ
poſſet petere [illegible] fuit coacta.pꝫ per ea q̄ habentur .ſ.eod.ſi ve-
ro.¶ Et ex predictis no.ēt ꝙ valet acceſſorium iuramēti:licet
non valeat principale.¶ Quid autem de acceſſorio fideiuſſoris.
an poſſit teneri fideiuſſor in caſu iſto lꝫ nō teneaṫ principalis.tā
git hic Io.an.⁊ vꝫ procedere queſtio qñ iuramentū nō interceſ-
ſit.Nā eo caſu non interceſſit iuramētum ex quo principalis eſt
obligatus ad obſeruantiam iuramenti adeſt obligatio cui acce
dere poteſt fideiuſſor.l.j.ff.de fideiuſſo.ſed eo caſu quo non iter
uenit iuramentum procedit tunc dubitatio. an etiā indiſtincte
intelligatur prohibita fideiuſſio ⁊ acceſſorium fideiuſſionis ſup
quo fuerunt opi. Ioā. an.hic ſatis breuiter ptranſit ⁊ ēt dcmi.
13 meus.d.Ant.ſed dicā plene poſt gl.¶ † In gl.pe.in fin.⁊ no.ꝙ
gl.in.c.Abbas. ⁊ etiā in.c.autoritatem. hic allegato tenent qḋ
de mero rigore obliget iuramentum metu extortū:lꝫ poſſit pe-
ti abſolutio [illegible] hoc ſatis vꝫ probari in.d.c.autoritatē.⁊ idē ēt vꝫ
ꝓbari in.d.c.[illegible] rea ſ.quod met.cā.⁊ ibi ēt hoc tꝫ Inno.nec
ob.illud.c.ab[illegible].inquantū videṫ facere in contrariū : quia pōt
intelligi qꝛ ib[illegible] per metū beneficio:qꝛ tñ non iurauit
poſtea non re[illegible] beneficium,ideo ſibi non nocet ⁊ ꝓcipue ex
quo per me[illegible] fuit renuntiatio poſſet etiā intelligi qꝛ fa
ctū ꝑ metū i[illegible].ſ.quo ad effectū habita abſolutione q̄
vꝫ petēda per ea q̄ [illegible] in.d.c.ad aures.⁊ in.d.c.autoritatē.⁊

r

Ayuntamiento de Madrid

rigere poterit:vel em uero q̄ certo certi⁹ ē: qd̄ iura canõica i hac materia iuramentorū multū derogāt legib⁹: ⁊ q̄ñ oēs leges q̄ optimo iure ſtatuerūt multos ɔct⁹ irritos eē vt ita dixerāt obrogāt:q̄propter in hoc chriſtianiſſimo regno i cācellaria regia facilr̄ ſolēt admitti p̄ces ſupplicātiū:⁊ petentiū reiſtitui i itegrū ɔ p̄dictos ɔct⁹ dūmodo cū pluribus ſupplicātib⁹ ſit diſpēſatū per eoꝝ p̄latos ſup iureiurādo i talibus ɔctib⁹ p̄ſtito. Quod ego Joannes de gradib⁹ in ipſa regali cācellaria crebro fieri vidi. Et hec tibi p additionibus ſatis ſint vſq; ad c.ſicut.

rei dotalis.facit qd̄ habetur in.l.lex iulia.ff.de fundo do.⁊ idem videtur in alienatione donationis ꝓpter nuptias.facit qd̄ habetur in aut.ſiue a me.C.ad velleia. Aduerte tñ q̄ ſicut dos ſoluto matrimonio dʒ redire ad mulierē.ita donatio ꝓpter nuptias ad virū niſi ex pacto vel ex ɔſuetudine aliud fuerit inductum.j.de dona.inter vi.c.vlti.ad fi.vnde ſi non interueniret pactū vel conſuetudo de lucrāda donatione ꝓpter nuptias:tūc videretur qd̄ alienatio teneret ex quo nō deberet redire ad mulierē.hoc tñ forte videtur intelligēdū niſi dos fuiſſet in quātitate:q2 tūc videtur qd̄ intelligatur ſpecialiter obligata donatio ꝓpter nuptias pro reſtitutione dotis.facit qd̄ habetur in.l.vbi adhuc.⁊ in.l.reb⁹.C.de iure do.vnde tūc videretur poſſe ꝓcedere qd̄ hic innuitur vcʒ nō valere vēditionē rei donate ꝓpter nuptias ad p̄iudiciū mulieris.⁊ pro hoc faciat q2 ſi eo caſu quo mulier dʒ lucrari donationē ꝓpter nuptias non valet alienatio ipſius donationis ꝓpter nuptias.vt patet in dicta aut.ſiue a me ⁊ in corpore vnde ſumitur multo fortius q̄ nō valeat vēditio dicte donationis in caſu ꝓxime dicto tñ reuera.l.vbi adhuc.et.l.in rebus.C.de iure do.non videtur ꝓbare qd̄ ꝓxime dixi:quia.l.in rebus ſolū videtur loqui in dote ſcʒ de re dotali.⁊.l.vbi adhuc.ſolū videtur loqui quādo conſtante matrimonio mulier vult agere ex eo:q2 vir vergit ad inopiam quo caſu clarū eſt qd̄ vir non poſſet alienare donationē ꝓpter nuptias: quia illa eſt vxoris cōſtante matrimonio ſicut ecōtra dos eſt viri cōſtante matrimonio.vt in.l.dote.C.de rei ven.⁊ facit qd̄ habetur in.l.fi.C.de dona.ante nupt. videtur tñ qd̄ tūc cōſtante matrimonio nō poſſit ipſa donatio ꝓpter nuptias alienari:etiā de ɔſenſu mulieris quo minus viro vergēte ad inopiam poſſit peti p ipſam mulierē q̄ñ in alienatione nō interuenit iuramētū per.d.l.vbi adhuc.⁊ per dictā aut. ſiue a me.Sed vbi alienaretur cōſtante matrimonio muliere cōſentiēte ⁊ poſtea diſſolueretur matrimoniū ſi mulier non deberet lucrari ipſam donationē nō reperio clare expreſſum qd̄ non teneat:vñ poſſet dici tunc in dicto caſu idē qd̄ dī q̄ñ alienantur alie res viri obligate pro dote cōſentiēte muliere.de quo habetur.C.ad velleia.Cōcludit Bar.q̄ ſi mulier cōſentit ſolū alienationi non nocet ſibi p.l.vir vxori.ff.ad velleia. ſecus ſi renuntiat iuri hypothecarū in re illa q2 tūc nocet ſibi dūmodo tūc ſupſint alia bona:ex quib⁹ cōſuli poſſit mulieri.⁊ ſic intelligit.d.l.iubemus.⁊ p̄dicta intellige ſemper qd̄ iuramētum non interuenit. p iſtud qd̄ dī in hoc.c.⁊ adde omnino qd̄ legitur ⁊ not.in.c.peruenit.j.de emp.⁊ ven.in tex.⁊ gl.

2 ¶ † Jtē no.qd̄ iuramentū p̄ſtitū ſuper cōtractu inualido ⁊ ꝓhibito ratione furoris perſone iurātis eſt obligatoriū ⁊ ſeruādū cum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne. Et not.qd̄ hoc ſaltē videtur ꝓcedere ſm canones [illegible] etiā idē videtur ſm leges per aut.ſacramēta puberū.C.ſi aduer. vēdi.de quo etiā tangetur cum gl.⁊ no. etiā qd̄ hic ſimpliciter dicit ſeruādum eſſe iuramentū interpoſitum ſuper cōtractum [illegible] tem expreſſe validat cōtractum.vnde ſuper hoc fuerūt opi. an valideatur cōtractus in caſu iſto ⁊ ſimilibus de quo inferius dicetur.

3 ¶ † Jtem no.qd̄ vt talia iuramēta effectualiter obligēt ad obſeruantiā eſt neceſſe qd̄ ſint p̄ſtita abſq; vi ſeu metu ⁊ dolo: et ſic a cōtrario videtur:qd̄ ſi per dolum vel metū ſint p̄ſtita qd̄ non obligent.de quo per legiſtas in aut.p̄realle.ſacramēta. vbi per Bar.circa fi.⁊ etiā per Salic.⁊ cōmuniter legiſte videtur tenere qd̄ ipſo iure non obliget tale iuramētum taliter p̄ſtitum pro quibus bene facit tex.in.d.aut.ſacramēta vbi dicit per vim aut per metū extortū nullius eſſe momēti iubemus:ſed canoniſte cōmuniter tenēt contrariū:vcʒ qd̄ de mero iure obliget iuramētum licet peti poſſit abſolutio. vt voluit Jnnoc. in.c.ad aures. qd̄ metus cau.⁊ hoc dicit eſſe tutius Archi. in.c.quāuis.de pac.in.vj.de quo plene dixi in.c.ſi vero.ſ.eo.⁊ de materia etiam in.c.autoritate.xv.q.vj. ¶ Poſſes dicere qd̄ de iure ciuili ꝓcederet opi.legiſtarū per dictā aut.ſacramēta.ſed opi.canoniſtarū de iure canonico.per id qd̄ dictum fuit in.d.c.ſi vero.tñ quia in materia iuramēti tanq̄ ſpirituali potius ſeruādum eſt ius canonicū q̄ ius ciuile etiā in foro ſeculari.vt pʒ in.c.ij.j.e.in.vj. Jdeo etiā in foro ciuili ſeruādum eſt ius canonicū ⁊ non ius ciuile. facit qd̄ not.gl.in regula poſſeſſor.de reg.iur.in.vj.⁊ qd̄ not.per legiſtas in.l.priuilegia,C.de ſacroſanc.eccle.⁊ Jo.an.⁊ Jo.calde. in.c.j.j.de noui ope.nū.⁊ ſm hoc cōtrarius ſenſus hic debet ſumi reſpectu effectus, quia tunc effectualiter non obligaret, q̄ñ aduerſus talia iuramenta poſſet peti abſolutio et hoc ſequitur hic do.Anto.etiam. Jtem no.qd̄ hic ſimpliciter loquitur de dolo,⁊ ſic videtur qd̄ cum ſit dare dolum ex propoſito ⁊ dolum re ipſa.facit qd̄ legitur ⁊ notatur in.c.pe.j.de emp.⁊ vend.⁊ in.l.ij. C.de reſcin.ven.⁊.ff.de verb.obli.in.l.ſi quis [illegible] aliter.videtur qd̄ de vtroq; hic ſit intelligendū qd̄ an [illegible] patebit ex.j.dicēdis.

4 ¶ † Jteʒ no.duo alia que habe[illegible] effectualiter obligationem iuramēti. ¶ Primum [illegible] tangit p̄iudicium alterius.facit qd̄ habetur.ſ.eo.[illegible] Secundum inquantum p̄iudicat anime iurantis: quia non poteſt ſeruari ſine diſpēdio ſalutis eterne,⁊ ſic abſq; peccato mortali:qd autem ſi poſſet ſeruari ſine peccato mortali:ſed nō ſine veniali:an tunc iuramētum obligaret:videtur q̄ ſic per iſtū tex.a cōtrario ſenſu.ſed cōtrarium tenuit Archi.in.c.quāuis. de pact.in.vj.q2 vt iuramentum non obliget:ſufficit q̄ tendat in deteriorem ſeu peiorem exitū anime. per id qd̄ legitur ⁊ notatur in.c.ſi aliquid. xxij.q.iiij.⁊ ideo ſufficit q̄ nō poſſit ſeruari etiā ſine veniali peccato cum tunc tenderet in deteriorem exitum anime. facit qd̄ legitur ⁊ notatur per gl.in.d.c.ſi aliquid. quatenus autē iuramentum p̄iudicat iurāti circa bona tēporalia ⁊ poteſt ſaluari ſine detrimēto anime tunc iuramentū eſt obligatoriū.vt hic patet ⁊ in dicta aut.ſacramēta.

5 ¶ † Jtē not.a cōtrario ſenſu qd̄ mulier conſtante matrimonio non poteſt agere pro dote: ⁊ ideo eſt qd̄ tunc non hʒ actionē mulier:ſed maritus pro re dotali.l.dote.C. de rei vēdi.niſi in cauſa.l.vbi.C.de iure do. q̄ñ vcʒ vir vergit ad inopiam:vt ibi habetur ⁊ etiā plene in.l.ſi cōſtante. in prin.ff.ſolu.matr.ſoluto autē matrimonio bene cōpetit mulieri actio:vt hic patet qd̄ intellige ſiue morte viri ſolutum,ſiue per diuortiū ratione impedimēti conſanguinitatis vel alterius impedimēti canonici per ſententiam iudicis eccleſiaſtici:nam aliter non poteſt fieri diuortium ſm canones. facit qd̄ habetur.j.de diuor.c. porro.⁊.c.ſignificaſti. lʒ ſm leges olim de facili poſſit fieri diuortium.vt patet in toto tit.ff.de diuor.⁊ hodie etiam in certis caſibus.de quibus in.l.conſenſu.C.de repu.Sed in hoc ſeruādum eſt ius canonicum:quia in materia matrimonij velut ſpirituali cum ſacramētum matrimonij ſit magnum in eccleſia ſacramentum.ſ.de biga.debitum. debet ſeruari ius canonicum. facit qd̄ no.gl.inſti.de gradi.§.fi.⁊ in.l.j.C.de ſecun.nup.

6 ¶ † Jtē no.qd̄ interdum ius canonicum diſcrepat a iure ciuili:vt hic contingit in materia iuramenti: et an generaliter quando ius canonicum diſcordat a iure ciuili debeat ſeruari ius canonicuʒ:an vero ius ciuile:⁊ an aliquo caſu ſeruari poſſit ius ciuile ſaltē in foro ſuo. tāgitur per legiſtas in.l.priuilegia.C.de ſacroſan.eccl.⁊ per Jo.an.⁊ Jo.cald.in.c.j.j.de noui ope.nun.⁊ eſt bona gloſ. in regula poſſeſſor.de regu.iur.in.vj.⁊ in.c.ij.de arbi. eo.lib. ¶ Et breuis cōcluſio qd̄ in materia ſpirituali vt iuramēti matrimonij vel ſimili ſeruari debet ius canonicum etiam in foro ciuili ⁊ in terris imperij.per id qd̄ habetur in.c.ij.j.eo.in.vj. ⁊ in.c.fi.j.de preſcri. ⁊ per gl.in dicta regula,poſſeſſor.⁊ in.d.§.fi.inſti.de gradib⁹. et in.d.l.j.C.de ſecū.nup.al's in foro canonico ſeruari debet ius canonicum:⁊ idē in foro ciuili in terris ſubditis eccleſie.j.de app. ſi duob⁹. ¶ Sed in foro ſeculari in terris imperij ſeruari debēt leges.vt voluit glo.notabilis in.c.ij.de arbi.in.vj. Et ad predicta facit qd̄ not.hic Hoſt.dicens:qd̄ videtur etiam eſſe de mēte legum in caſu iſto ſeruari debere ſacramētū ex quo canones volunt illud ſeruari:quia etiaʒ ipſe leges mandant ſeruari in aut. q̄ñ opor.epiſcopos.§.j.col.j.⁊.C.de ſum.tri.l.fina.in princ.⁊ in aut.de mand.princ.§.ſi vero. col.iij.allegat aut.ſacramenta.C.ſi aduer.ven.quam ipſe Hoſt.hic gl.⁊ inter cetera tenet aut.illam habere locum etiam in impubere doli capace:q2 talis periurare poteſt.j.de delic.pu.in.c.j.⁊.ij.nec obſtat ſm eum.c.paruuli.⁊.c. pueri.xxij.q.v.q2 loquūtur de infantibus vel doli nō capacibus de quo eſt opi.inter legiſtas ⁊ inferius tāgetur tenet etiā qd̄ illa aut.habet etiā locum in donationibus.de quo etiā per gl. ⁊ legiſtas in dicta aut. ſacramenta. tangit etiam ſi minor qui iurauit fuit deceptus vltra dimidiā iuſti pretij. de quo remittit Jo.an. ad no.per gl.⁊ alios in.c.pe.j.de emp.⁊ ven.per gl. ⁊ legiſtas.C. de reſcin.vendi.⁊ inferius aliquid tangetur ⁊ vltimate etiam ponit hic vnum notabile ⁊ ſingulare dictum qd̄ recitat gl. in.c.ij.j. eo.in.vj.vbi gl.refert Hoſt.hic tenere qd̄ ſi mulier iuraſſet patri non alienare rem dotalem quia iſtud iuramētum eſſet iuſtum ⁊ conforme diſpoſitioni iuris, q̄ ſi poſtea contingat qd̄ alienetur cōſtante matrimonio ⁊ mulier cōſentiat ⁊ iuret non cōtraire:q̄ tunc preualebit primum iuramentū.facit qd̄ habetur.j.eo.intellecto.⁊ ſic ſcōm iuramentū non obligaret mulierē ad obſeruantiam,⁊ ſic hoc caſu haberet locū iſtud.c.⁊ eſſet ſingularis limitatio ad hanc decretalem ⁊ ex illa etiā poſſet ſumi cautela ad impediēdum alienationē rei dotalis etiā cū iuramēto,⁊ ideo ſingulariter hoc dictum eſt menti tenēdum. ¶ An autem indiſtincte procedat patebit ex his que inferius dicentur ⁊ qd̄ dixi:ſ. poſt Hoſt.⁊ gl.in dicto.c.ij.de iureiuran.in.vj.tenuit etiam Archid. ibi in.d.c.ij.⁊ etiam Spe.in ti.de emp.⁊ ven.§.tertio loco.verſi. ⁊ not.generale cōſilium.⁊ per predicta poſſet dari cautela in ſimili contra aut.ſacramēta.C.aduer.ven.nam poſſet fieri qd̄ minor iuraret non alienare res ſuas ſine ſolēnitate legali ⁊ ſine decreto iudicis ⁊ autoritate curatoris: nam cū tale iuramētum ſit iuſtum ⁊ conforme iuri cōmuni:qd̄ fuit ex iuſta cauſa inductum ne minores ex facilitate etatis lederētur.l.j.ff.de mino. videtur q̄ ſi poſtea fiat alienatio nō ſeruata ſolenitate iuris etiā cuʒ ſa‑

cramento

Ayuntamiento de Madrid

iuramento ꝙ non teneat alinatio nec preiudicet ſcđm ſacramen
tũ ꝓpter primũ preambulũ licitum per id qđ hꝫ in.d.c.intelle-
cto.⁊ ꝑ gl.in.d.c.ij.de iureiur.in.vj.⁊ ꝑ id qđ ſuperius dixi. ⁊ ſic
videret̃ ꝙ limitanda ſit dicta auẽ.ſi non p̃cedit aliud iuramentũ
in ↄtrariũ.de quo tñ an ꝓcedat ſimpliciter inferius tangetur in
materia iuramenti.⁊ tene menti iſtã limitationẽ nouam q̃ non
fuit facta per alios ad dictã auẽ.de hoc tñ vide.j.in tertio mem-
bro ⁊ plenius in nono membro.vbi hec materia per eum plene
examinatur. ¶ In gl.j.in fi.⁊ habetur etiam inſti.q.alie.li.ſ p̃n.
⁊ in.l.j.§.⁊ cũ lex.C.de rei vxo.ac.⁊ facit ẽt qđ no.in glo.dictoꝝ
iuriũ ⁊ qđ habetur ẽt in.l.cum vir.ff.de vſur.⁊ qđ ibi etiam ple-
7 ne dixi facit ẽt qđ dicet̃.j.ſub tertio mẽbro materie. ¶ † In gl.
ij.ibi cũ ſuis cõcordantijs ⁊ bene facit.j.de reg.iur.acceſſoriũ.li.
vj. ¶ In ea.glo.ibi.l.adigere. ¶ Potes etiã addere alios qua
tuor caſus ſm Io.an.nã etiã non obligat iuramẽtum,qñ aliqd
immoderate precipit.ſ.e.quintauallis. ¶ Itẽ ſecundo qñ tol-
leretur libera facultas teſtandi.l.ſi quis.in princi.teſtamenti.de
leg.iij.facit.l.j.§.que onerande.ff.quarum re.act.non datur.⁊ ꝙ
hꝫ in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.obli.⁊ no. bene
hunc caſum propter id qđ.j.tangetur in materia. ¶ Tertiꝰ ca-
ſus eſt qñ ei qui iurauit non ſeruatur fides.vt in.c.ſeq. ⁊ in.c.iij.
ſ.e. ¶ Quartus caſus eſt qñ ſeruus iurat ante manumiſſionẽ.
8 l.ſeruum teſtõ.ff.de ma.te. ¶ † In ea.gl.ibi conſiderat vtilita-
tem anime. vꝫ vt ſeruet̃ iuramentũ ex quo põt ſeruari ſine inte
ritu ſalutis eterne.ne alias incurrat peccatũ non ſeruando iura
mentum prout tenet̃ cum ſcriptum ſit reddite deo vota veſtra ⁊
iuramenta veſtra.ſ.eo.⁊ ſi Chriſtus.vtilitas autẽ anime p̃ferri
dꝫ cuicunqꝫ rei temporali.l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccle.⁊.xij.
q.j.in c.p̃cipimꝰ.diuerſus ergo eſt finis iuris canonici:quia illđ
ius conſiderat vtilitatem anime a fine iuris ciuilis,ſed ius ciui-
le ⁊ eius finis conſiderat bonum politicum ⁊ per quod cõſerua
tur genus humanũ ⁊ ẽt recipiat multiplicationẽ non aũt cura-
uit regulariter ius ciuile de fide anime.facit qđ notat Io.an.in
regula poſſeſſor,de reg.iur.in.vj.ĩ mercu.⁊ hec prima ſolutio gl.
bona eſt,ſequẽs autẽ ſolutio non vꝫ bona per iſtũ text.qui loqt̃
indiſtincte ⁊ qꝛ vtrobiqꝫ ſtat ratio hic poſita ⁊ etiam reprobat̃
ſm archi.per id qđ habet̃ in.c.ij.de pact.in.vj.in verbo omnino
inquantum litera vult ꝙ omnino ſeruetur iuramentũ qñ poteſt
ſeruari ſine interitu ſalutis eterne. ¶ In.c.gl.ibi vel licet ↄtra
ctus melius dixiſſet ⁊ licet quia in effectu videtur cõtinuari ad
ꝓxime dicta.⁊ ponitur tertia ſolutio vꝫ ꝙ lꝫ contractus nõ va
leat tñ qꝛ ſi ſine aliqua turpitudine põt ſaluari iuramẽtũ ſuper
eo p̃ſtitũ dꝫ ſeruari vt ſic tenebat hoc caſu acceſſorium cũ poſſit
ſeruari ſine interitu ſalutis eterne licet principale non teneat vt
in ſimili hꝫ in.c.debitores.ſ.eo.⁊ põt eſſe ratio qꝛ non eſt eadẽ
rõ vitiandi acceſſoriũ iuramenti que eſt in vitiando principale
nam in principali agitur de querenda obligatione parti circa q̃
poteſt ſuperior ex cauſa diſponere.l.oẽs populi.ff.de iuſti.⁊ iu.
⁊.l.venditio.§.conſtat.ff.cõia predi.⁊ qđ ibi not.in.c.que in ec-
cleſiarum.ſ.de conſt.⁊ ideo nimirũ ſi põt illa inualidare ſcđꝫ iu
ramentum principaliter obligat deo.d.c.⁊ ſi Chriſtus.ideo cir-
ca illud non ſic ſe extendit prohibitio ſuperioris.facit qđ dictũ
fuit in.d.c.debitores. ¶ In eadẽ gl.ibi preterea hic ponit̃ in ef
fectu quarta ſolutio ita diſtinguens inter ea que habent perpe
tuã cãm ꝓhibitionis vt qꝛ ſui natura ſunt turpia.⁊ tunc iura-
mentum non obliget per id qđ habetur de reg.iur.non eſt obli-
gatorium.lib.vj.⁊ ea que non habent perpetuã cãm prohibitio
nis ſed fauore perſone ſit ꝓhibitio ⁊ in certis caſibꝰ p̃mittitur
9 vt contingit in minore ⁊ muliere.nã tales ꝓhibent̃ † fauore per
ſone alienare ⁊ permittit̃ alienatio in certis caſibus ⁊ pꝫ in mu
liere q̃ ſi conſentit poſt bienniũ iterato poſt primũ conſenſuꝫ p̃-
iudicat ſibi vt in dicta auẽ.ſiue a me.ideo tunc iuramentũ poteſt
operari ⁊ põt confirmare qđ prius non valebat quaſi ſecunduꝫ
gl.pro ſecundo conſenſu habeatur iuramentum.not.bene gl.in
eo qđ dicit ꝙ iuramentuꝫ põt confirmare qđ prius non valebat
⁊ ſic innuit ꝙ nedũ iuramẽtum ſit ſeruandũ in caſu decretalis,
ſed etiã ꝙ firmet ipſum contractum de quo tangetur cũ glo.fin.
10 ¶ † Item aduerte qꝛ inquantũ dicit gl.ꝙ iuramentũ habetur
ꝓ ſecundo conſenſu non videtur prodeſſe qꝛ in auẽ.ſiue a me.re
quiritur ꝙ conſenſus ſecundus ſit interualluꝫ.⁊ ſic interueniat
interuallũ temporis inter primũ conſenſum.⁊ ſcđm qđ non con
tingit in caſu iſto qñ iuramentũ tempore contractus interponi
tur.⁊ ſic non videtur bona conſideratio gl.niſi dicas ꝙ iuramen
tum habeatur loco ſecundi conſenſus ⁊ preſumatur tanta deli
beratio propter iuramentũ quanta preſumitur per ius quãdo
interuallũ temporis interuenit in ſcđo conſenſu.tñ multũ facit
in contrariũ ratio legis doli mali exceptio in.§.diuerſum.ff. de
noua.qꝛ ex quo incontinenti vꝫ ex eadem fragilitate fieri niſi ſu
ſtineas ꝙ propter reuerentiam iuramenti qꝛ ad illud non dꝫ quis
de facili venire vt in.d.c.⁊ ſi chriſtus.preſumat̃ maior delibera-
tio qñ preſtatur iuramẽtũ.tñ hec conſideratio ex alio capite nõ
videtur procedere qꝛ non ſufficit ſecundus conſenſus etiam in-
teruallatus.niſi etiam ſuperſint alie res ex quibus poſſit conſu
li mulieri.vt pꝫ in dicta auẽ.ſiue a me.tñ ſo.iſta ſane intellecta
poteſt ſuſtineri vꝫ ꝙ aliud ſit in his que habent perpetuã cam
prohibitiõis ⁊ que ſunt turpia ſui natura.⁊ aliđ in alijs que nõ
habent perpetuam cauſam prohibitionis ⁊ ſic prohibitio fauo
re perſone.qꝛ tali fauori poteſt renuntiari cum ſacramento vt h̃
habet̃.⁊ facit quod no.gl.in dicta regula non eſt obligatorium.
j.de reg.iur.in.vj.⁊ qđ legitur ⁊ notatur in.l.non dubium.C.de
11 legi.ꝑ gl.⁊ legiſtas. ¶ † In ea gl.ibi nec auditur volens venire
contra ſupple non petita abſolutione a iuramento nã ea peti-
ta bene vꝫ poſſe venire cum tale pactum.l.cõmiſſorie in pigno-
ribus videatur reprobatum ex eo:qꝛ cenſetur factũ in fraudem
vſurarum iuxta ea q̃ legunt̃ ⁊ not.in.l.j.⁊.ij.C.de pactis pigno.
ſic odio creditoris ⁊ id vꝫ ꝙ poſſit peti abſolutio per id qđ legi
tur ⁊ notat̃ in decre.j.⁊ decretali debitores.ſ.eo. ¶ In ea.gl.in
fi.Scđa ſolu.valde ſingularis ⁊ notabilis datur hic ꝑ Vincẽ.vt
refert Io.an.lꝫ de illa non faciat mentionem do.Ant.videlicet
12 ꝙ † mulier tenetur ſeruare iuramentũ anteꝙ̃ abſoluatur tñ ſm
eum poterit inſtare vt abſoluatur.⁊ ſic limitat hanc decretalem
Io.an.ſimpliciter recitat hoc dictuꝫ aliter non approbãdo nec
reprobando.⁊ ſic potius videretur cum illo tranſire.ex quo non
reprobat.⁊ do.meus do.Pet.de anch.videt̃ iſtud ſequi in .c.ij.
de pac.in.vj.ſaltem qñ eſt magna leſio.ſed certe iſta limitatio vi
detur contra mentẽ huius tex.nam ſcđm hoc iſte tex.modicum
operabitur quantũ ad effectum ſi poteſt peti abſolutio nã veri
ſimiliter ſemper petitur.⁊ ſic in effectu vana erit prouiſio huiꝰ
capituli.⁊ pro iſta p̃te ẽt facit:quia verba debent intelligi cũ ef-
fectu.j.de cleri.non reſi.in.c. relatum.⁊ ſic debet intelligi ꝙ ſer-
uet cum effectu. ¶ Preterea papa hic veriſimiliter hoc expreſ
ſiſſet ſi voluiſſet peti abſolutionẽ.ſicut expreſſit ĩ.c.ſi vero.ſ.eo.
⁊ in.c.debitores.cũ ergo hic ſimpliciter dicat ſeruari deberet iu
ramẽtũ.nec adiecerit poſſe peti abſolutionẽ.ergo videt̃ nõ vo-
luiſſe poſſe peti abſolutionẽ.ar.l.j.§.ſin autem ad deficientis.C.
de cadu.tol.nam vt dixi veriſimiliter hoc expreſſiſſet vꝫ poſſe
peti abſolutionẽ ſi voluiſſet hoc fieri poſſe.ſicut fecit in.d.c.ſi de
bitores.⁊.d.c.ſi vero.cum ergo hoc non expreſſerit nõ vꝫ hoc vo
luiſſe.⁊ hanc partem etiã tenuit Archi.in.c.ij.de pact.in.vj.di-
cẽs ẽt ꝑ illud.c.hanc opi.reprobari inquantũ ibi dicitur ꝙ licet
[con]tractus ſit prohibitus per leges.tñ omnino dꝫ ſeruari iuramentũ
qñ poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne.nã ponderanda eſt
dictio illa que omnino eſt p̃ciſa.⁊ ſic vꝫ velle ꝙ omnimode ſerue
tur iuramẽtũ.⁊ per ↄ̃ñs non poterit peti abſolutio:qꝛ tũc oĩmo
[no]n ſeruatur.⁊ ideo per illum tex.dicit hanc opi.Vincen.re-
probari.⁊ ẽt aliã Io.ſ.poſitam inquantum dicit tex.iſtum pro
cedere qñ aliunde poſſet conſuli mulieri. Nã ſm eum hec diſtin
ctio non procedit per dictũ.c.ij.qꝛ omnino dꝫ ſeruari iuramen-
tum ſi poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne: lꝫ interponat̃
ſuper contractu prohibito per leges . ⁊ predicta tene menti ꝑ
declaratione tex.qꝛ Io.an.non declarat nec do.meus do.Ant.
¶ Aduerte tñ qꝛ poſſet ſaluari dictum Vincentij qui dixit cre
do ꝙ mulier obligatur:ſed inſtat vt abſoluatur.⁊ ſic noluit ꝙ ſu
perius dixi.nã poteſt ſaluari,quando apparet mulierẽ propter
minas [illegible] ꝑ maritũ eidẽ illata conſenſiſſe cũ ſacro; quia
tunc videtur [illegible]cta fuiſſe ꝑ id quod notauit Inn.⁊ Io.an.l.c.
cãm matrimo[nii].ſ.de offi.deleg.⁊ ꝑ Bar.in.l.j.§.q̃ onerãde.ff.
quarum re.ac.non datur alias precedat qđ ſuperius dixi . ⁊ qđ
poſſet petere [qꝛ] fuit coacta.pꝫ per ea q̃ habentur .ſ.eod.ſi ve-
ro. ¶ Et ex predictis no.ẽt ꝙ valet acceſſorium iuramẽti:licet
non valeat principale. ¶ Quid autem de acceſſorio fideiuſſoris.
an poſſit teneri fideiuſſor in caſu iſto lꝫ nõ teneat̃ principalis.tã
git hic Io.an.⁊ vꝫ procedere queſtio qñ iuramentũ nõ intercceſ-
ſit.Nã eo caſu non interceſſit iuramẽtum ex quo principalis eſt
obligatus ad obſeruantiam iuramenti adeſt obligatio cui acce
dere poteſt fideiuſſor.l.j.ff.de fideiuſſo.ſed eo caſu quo non iter
uenit iuramentum procedit tunc dubitatio. an etiã indiſtincte
intelligatur prohibita fideiuſſio ⁊ acceſſorium fideiuſſionis ſup
quo fuerunt opi. Ioã. an.hic ſatis breuiter ptranſit ⁊ ẽt do.mi.
13 meus.d.Ant.ſed dicã plene poſt gl. ¶ † In gl.pe.in fin.⁊ no.ꝙ
gl.in.c.Abbas. ⁊ etiã in.c.autoritatem. hic allegato tenent qđ
de mero rigore obliget iuramentum metu extortũ:lꝫ poſſit pe-
ti abſolutio [et] hoc ſatis vꝫ probari in.d.c.autoritatẽ.⁊ idẽ ẽt vꝫ
ꝓbari in.d.c.[ve]rum.ſ.quod met.cã.⁊ ibi ẽt hoc tꝫ Inno.nec
ob.illud.c.abbas.inquantũ videt̃ facere in contrariũ : quia põt
intelligi ꝙ ibi renuntiauit per metũ beneficio:qꝛ tñ non iurauit
poſtea non re[pet]ere beneficium,ideo ſibi non nocet ⁊ p̃cipue ex
quo per metum facta fuit renuntiatio poſſet etiã intelligi ꝙ fa
ctũ ꝑ metũ irritum [eſſ]et.ſ.quo ad effectũ habita abſolutione q̃
vꝫ petẽda per ea q̃ habent̃ in.d.c.ad aures.⁊ in.d.c.autoritatẽ.⁊

r

Ayuntamiento de Madrid

facit quod habetur.s.eo.ſi vero.& qd ibi dictum fuit. ¶ In gl. fi.in fi.quod dicit gl.de preiudicio creditorum ſatis vr procedere per id qd habetur in.c.veniẽs.s.eo.ſed qd dicit gl.de preiudicio filiorum intelligit Jo.an.hic & in.c.quãuis.in gl.j.de pac.in vi.pcedere qñ directe & principaliter tẽderet ad pĩudiciũ filiorũ.vt qz ex teſtõ aut vel aliter res dz puenire ad illos: qz tũc eſſet eadẽ rõne ꝙ in alijs creditoribus.ſecus ſi non agere pnci.& directe de ipſorũ filiorum preiudicio:ſed indirecte & ſecũdario vt puta ratione ſpei ſucceſſionis ſi res non eſſet alienata: qz iſtud tale pĩudiciũ non dz attendi.facit licet non alleget qd le.& not. poſt emãcipationẽ.ff.de lib.le.qz etiam ſcdm hoc nunꝙ pcederet hec decretalis qñ extarent filij ex ipſo matrimonio quod vr eſſe contra metã huius decret.que ſimpliciter & indiſtincte loquitur & ſic indiſtincte vr intelligenda p id ꝙ hr in.c.qz circa.j. de priui.& qz ẽt mulieri eſt licitũ alienare res ſuas.dũmodo reſeruet legitimã filijs ſuis facit ꝙ habet l.j.& p totũ. C. de inoff. ſi.dona.& in.l.vna.C.de inoff.dotibus.vbi aũt p alienationẽ pĩudicaret filijs in legitima.tunc ſi alienatio fit ex titulo lucratiuo.puta ex cã donatiõis nõ pĩudicaret filijs quominus poſſet fieri reuocatio inofficioſe donationis.ſi autẽ fieret per titulum onerоſum.tũc eſt dubium an aliquod remediũ detur p legiſtas in.l.j.&.ij.C.ſi in frau.patr.& p canoniſtas.j.de teſt.Raynutius. Aduerte tñ qz qñ fieret alienatio in fraudẽ legitime filiorum ex propoſito vel re ipſa.tunc vr ꝙ poſſit etiã intelligi hec gl.vt ſic tunc non pĩudicet alienatio facta ẽt cum iuramento filijs.& ſic ẽt videtur hic intelligere do.Anto.& attende qz videt poſſe dici p iſtũ tex.cũ gl.ſcdm iſtum intellectũ ꝙ hoc caſu non teneat alienatio nec etiã pĩudicet ſacramẽtũ & ꝙ non erit neceſſe intẽtare querelam donationis inofficioſe.nec ob.quod habet in.l. j.& per totũ.C.de inoffi.dona. vbi ꝙ debeat agi querela ad reuocationẽ & reſciſſionẽ alienationis.qz illud põt pcedere qñ alienatur res non prohibita de iure cõi alienari.ſecus qñ alienatur res prohibita de iure cõi alienari.vt eſt res dotalis.qz tunc ſi alienaretur in preiudiciũ legitime filiorum non tz ipſo iure alienatio.nec firmatur etiã iuramẽto.vt hic eſt caſus notabilis iũcta gl.& ex hoc nõ.limitationẽ ad.l.j.de inoff.dona.& ad totã

14 illam materiam. ¶ † Item aduerte quia aliqui ſimpliciter tenẽt gl.iſtã dicentes ꝙ vbi ex matrimonio extant filij qñ alienatur res dotalis etiã ſi vir & mulier iuraſſent non valebit alienatio quominus vir poſſit reuocare conſtante matri.& ẽt mulier ipſo ſoluto p iſtũ tex.cũ gl.& per id ꝙ notauit gl.inſtitu.q.alie. licet.in prin.& hoc tenet ibi Joan.de fab.in ſua lect. ¶ Sed & ipſos facit qz inquantũ vult ſimpliciter attendi preiudiciũ ꝙ fieret filijs non videtur verũ ex eo qz filij viuente patre & matre eorũ nõ habẽt ius etiã reſpectu legitime.ſed demũ poſt mortẽ per id quod habetur in.l.non vſqz.ff.ſi quis a pa.fuit ma.& notauit Dy.& Bar.in.l.ſi.ff.de li.agn.lz gl.aliter ſenſerit & nõ bñ ſcdm pdictos in.§.ſi quis autẽ non implens.in aut. de hered. & fal.col.i.ſed ipſe rñdet primo ꝙ illa.l.non vſqz.eſt correcta ſecũdũ aliquos iuxta no.in.l.j.C.de inoff.dona.Uel ſecũdo põt dici ſm eum ꝙ aliud ſit in alijs bonis aliud in dotibus:et quibus liberi debent ali.l.vbi adhuc.C.de iure do.ſed vt dixit Jo. an.hic ſup hac gl.& in gl.c.quãuis.de pact.in.vi.non tenet ſimpliciter gl.iſtam.ſed demũ dicit illã procedere quando pn.& directe vertere in pĩudiciũ filiorum.& nõ qñ ſecundario:nã hac pte etiã facit qz poſſet mulier etiã extraneũ in dote inſtituere nedum in alijs rebus.dũmodo filio relinqueret legitimã.l.hac edictali.C.de ſecũ.nup.cũ ibi no.& facit ẽt qd no.in.l.j.C.de inoff.dona.& ſic non vr in effectu eſſe maius ius in dotalibus quã in alijs & pro predictis etiam facit:quia etiam ſolu.matri.lz extent liberi ex ipſo matrimonio tñ mulier dz habere ſuã dotem & ipſam poſſet dare ſecundo marito lz hodie deberet ſeruare ſuo derationem.d.l.hac edictali.ſi contingeret poſtea ipſam mori. nec obſtat pdictis.l.vbi adhuc.C.de iure dot.lz Joã.an.nõ rñdeat:qz fateor ꝙ mulier non reuocat dotẽ viro vergenti ad inopiã.lz dz fructus cõuertere in onera matrimonij & ꝯſequẽter etiã filios alere.vt ibi pz.nam & contra regulas iuris pmittitur ſibi tunc reuocare cum nondũ ſit ſolutum matrimonium.lz non p hoc ſequitur ꝙ filij habeant ius in dotẽ.nã etiã tenetur mater alere filiũ.qñ non poſſet alia parte vt legitur & not.in.l.alimenta.C.de nego.geſt.& in.l.neſennius.ff.eo.ti.& non videtur ꝙ nõ precedat opi.de qua.s.dixi. ¶ Aduerte tñ qz poſſet dici ſaluando illã ꝙ eo caſu quo vir vergeret ad inopiam et extarent filij qd tunc procedat dicta opin. Jo.fab.& etiã ſi ſit glo.ſimpliciter intelligendo:qz tunc ſatis agitur de preiudicio filiorũ et ꝙ dz ex illa re dotali.Ideo tunc non teneat alienatio facta etiã cum iuramento per iſtum tex.cum gl.ſi vero vir non vergeret ad inopiam tunc poſſit procedere opi.Jo.an.& quod dixi ſuperius ex predictis potes concludere ꝙ ſi agitur de preiudicio filiorum directe & prin.tũc abſqz dubio procedat gl.ſi autem nõ agatur

de tali preiudicio tunc ſi agitur de preiudicio alimentorum.qz vir vergit ad inopiã.& tunc etiã videtur poſſe procede.hec gl. Idem videtur ſi agatur de preiudicio legitime qz videtur ꝙ hoc caſu ẽt non teneat alienatio facta ẽt cum iuramento rei dotalis per id qd dixi ſuperius. ¶ Sed huic vltimo videtur obſtare quod.s.tetigi.qz filius in vita patris vel matris nõ dicit habere ius in legitima:lz poteſt reſpõderi ꝙ licet non habeat ius in legitima.vt illã poſſit petere viuẽte patre vel matre, cũ cenſetur habere ius quo ad hoc vt in eius preiudicium reſpectu legitime non poſſit fieri alienatio. vt pz ex his que habentur in l.j.& per totũ.C.de inoffi.dona.& ideo vr poſſe ſaluari etiã illud vltimum dictum & erit hic notabilis caſus ꝙ ipſo iure nõ valebit.ex quo alienatur res dotalis que iure cõmuni phibet alienari.& ſic non erit opus querela inofficioſe donationis.ſolũ autem preiudicium ſpei ſucceſſionis non videtur attendendũ vt voluit Joa.an.& bene facit qd habetur in.d.l.poſt emendationem. ¶ Itẽ aduerte inquantũ dixi ꝙ poteſt principaliter agi. de preiudicio filiorũ ſi res dotalis eſſet debita ex teſtamento aut.nam iſtud poteſt procedere quando mulier haberet legitimã vltra rẽ ipſam dotalem.nam alias non poſſet fieri ſubſtitutio vel grauamẽ in re dotali vt legitur & not. maxime p Bar.in l.ſi.§.filius.ff.de leg.ij. ¶ Item attende inquãtũ gl.loqt de preiudicio creditorũ qz poteſt dubitari qualiter poſſit hoc exẽplificari poteſt dicere ꝙ ſi conſideremus preiudicium creditorum in genere loquendo.& non referendo nos ad caſum decretalis. tũc poſſet poni exemplũ per.c.veniens.cum ibi not.s.e.lz referendo gl.ad tex.poteſt exemplificari.primo ſi mulier forte ante quã daret rem in dotem iuraſſet illã dare alteri. & poſtea dediſſet in dotẽ viro.cum ꝙ cõtraxit matrimoniũ.nam ſi poſtea alienaretur in aliũ tenderet hoc in preiudiciũ creditoris.cui mulier iurauit.facit quod habetur in.d.c.veniens.ſi autẽ ſolũ promiſiſſet ſine iuramento dare,tunc ſi poſtea dederit in dotẽ viro & demũ alienet cũ ſacramento.an tunc debeat potius ſeruaſſe ſacramẽtũ ꝙ promiſſionẽ.& ſic an attendi debeat tale pĩudicium talis creditoris pendet ex his que dixi in.d.c.veniens.nã ſm Inno.potius deberet ſeruari ſacramentum.& ſic non attenderetur tale preiudicium:lz ſm opi.Hoſt. de qua ibi dixi bene attenderetur tale preiudiciũ & ꝙ opi.ſit verior poſſet etiam conſiderari preiudicium reſpectu hypothece.& forte res dotalis fuerit obligata alicui anteꝙ daretur in dotẽ & tunc eſt dubiũ, an de tali preiudicio hic poſſit intelligi vt ſic non teneat tunc alienatio ẽt cũ ſacramento in preiudiciũ creditoris habẽtis hypothecã. & clarum eſt qd non preiudicat ipſi creditori . quominus poſſit agere hypothecaria:quia res tranſit ſemp cũ onere ſuo.j.de pigno.ex literis.& facit quod habetur in aut. hoc ſi debitor.C.de pigno. ¶ Sed dubium eſt an hoc caſu ex quo res dotalis phibita eſt alienari,an tunc remaneat prohibitio iuris.vt ſic nõ teneat alienatio etiã cum ſacramento.ex quo tedit ad preiudicium creditoris habentis rem hypothecatam nã licet creditor poſſet aduocare rem a tertio poſſeſſore non obſtante alienatiõe facta per mulierẽ cũ ſacramento. tñ oporteret pus facere executionẽ bonorum mulieris in aut.preallega.hoc ſi debitor.ſed ſi res ẽt penes mulierẽ facilius aduocabit,vnde videretur poſſe dici ꝙ hoc caſu nõ teneat alienatio.nec teneatur mulier ſeruare ſacramentum.ex quo agitur de pĩudicio creditoris. vt ſic velit iſta decretalis ꝙ demum iuramentum debeat ſeruari preſtitum ſup cõtractu prohibito p leges quando non tenderet in alteri preiudicium & ſecus quando tenderet in preiudiciũ alterius & ſic ſecundum iſtum intellectum eſſet hic caſus notabilis & ſingularis qd vbi res dotalis eſſet alteri obligata,ſi poſtea alienet non firmatur contractus iuramento,nec mulier tenetur ſeruare iuramentum qd eſſet valde notandum. Tamen iſte intellectus nõ eſt ſine dubio.ex quo creditor poſſet conſuli agendo hypothecaria contra tertium poſſeſſorẽ.Itẽ attende quia poſſet etiã intelligi hic quod mulier haberet creditores & nõ haberet niſi rem dotalẽ.& ſi alienatio fieret per mulierẽ tenderet ad preiudiciũ creditorum.Nam in effectu videretur omnia bona ſua alienare in fraudem creditorũ.l.omnes.§.lucius.ff.que in frau.credi.quo caſu poſſet agi reuocatoria p id qd legitur & notatur in.§. item ſi quis in fraudem.inſti.de actioni.Sed hoc caſu videretur ſecũdum iſtum intellectum quod ex quo res que alienatur eſt prohibita alienari de iure cõi ipſo iure non teneat alienatio nec firmetur iuramento nec mulier etiam debeat ſeruare iuramentum & ſic poſſit etiam propria autoritate venire contra alienationẽ & rem aduocare.Facit quod legitur & notatur in.l.quemadmodũ.C.de agri.& cenſ.& in.l.poſt mortem.ff.de adoptioni.& in.c. noſti.s.de electio.& quod etiam inferius dicetur. Et ſic habes ẽt limitationem ſecundum iſtum intellectũ ad ea que habentur in dicto.§.ſi quis in fraudem.quia non eſt neceſſe hoc caſu agere reuocatoria ex quo res que alienatur de iure cõmuni eſt prohibita

Ayuntamiento de Madrid

hibita alienari tutius tamen eſſet petere abſolutionē a iuramē to ſaltem ad cautelam que videtur debere concedi per id quod notauit Inno.in.c.ij.j.eod.ꝛ quod etiam.j.dicam. Et ex predictis potes notare ſi teneamus que ſuperius ſunt dicta ꝙ vbi iuramentum preſtatur ſuper re prohibita alienari de iure cōmuni fauore pſone quod tale iuramentum non obligat ſi tēdat ad piudicium alterius etiam ſi de magno preiudicio agatur. Nam ſuperius in caſibus pdictis non eſt magnum piudiciū. ¶ Tertio licet mulier tenetur ſeruare iuramētum: quia poſſet ipſi tertio ſuccurri per viam querele inofficioſe donationis vel per hypothecariam agendo contra tertium poſſeſſorem facta excuſſione bonorum mulieris per actionem reuocatoriam ſecundu; ea que habentur in.§.item ſi quis in fraudem. inſtitut. de actioni. Sed tenēdo iſtud poteſt dici qꝺ hoc contigit: quia iuramētum preſtatur ſuper re prohibita alienari de iure communi. Et ideo ius noluit quod obligaret ſi tenderet in preiudicium tertij etiā ſi non de magno preiudicio ageretur. ¶ Sed aduerte: quia poſſet etiam aliter intelligi iſte text. vt dum litera dicit quod mulieres ipſe debent ſeruare huiuſmodi iuramenta ſine vi ꝛ dolo preſtita ſuppleatur. Et ſic alienatio tenebit ꝛ non poterit reuocari. Et tunc cōtrarius ſenſus qui poteſt ſumi ex eo ꝙ ſubijcit. dū dicit cum in alterius preiudicium non redundet. poterit referri ad ſubauditum. Et erit ſenſus ꝙ ſi in alterius preiudicium redundet, tunc poterit reuocari ad inſtantiam tertij ius ſuum ꝑ ſequentis. Et ſcdm hoc mulier quantum in ſe eēt d; ſeruare iuramentum cum poſſit ſine diſpendio ſalutis eterne. Tamē tale iuramentū non preiudicabit iuri alterius. Facit quod habetur in ſimili in.c.cum tempore.coniuncta glo.ſ.de arbitris. Et quod habetur etiam in.c.cum veniſſent.j.de inſtitutio. Et iſtu; intellectum videtur hic ſentire domi. Ant.circa finem dum dicit qꝺ ſi argueretur dolus in alienando ad preiudicium ſpei filiorum vt quando mater alienaret vel donaret in fraude legitime, re tantum vel re ꝛ conſilio quod tunc filij haberent remediū contra ipſum iuramentum ꝛ ſimiliter ageretur de preiudicio filiorum reſpectu iuris realis, vt quia aliquo modo forent obligata bona que alienantur ipſis filijs vel ſubiaceret reſtitutioni ex teſtamento aui vel alterius tunc nō preiudicaret filijs iuramentum: ſubdit tamen ꝙ non preiudicabit tunc ſicut nec piudicat inquantum detrahitur iuri creditorum ꝑ ea que habētur in c.veniens.ſ.eo.ꝛ ſic in hoc vltimo videtur accedere ad precedētem intellectum primo loco poſitum: ſed in alijs videtur ſentire intellectum quem proxime dixi.ꝛ iſte intellectus videtur magis litere conformis nihil ſubaudiendo.ꝛ etiam eſt notabilior, nā iſte ſenſus minus h; dubitationis. ¶ Sed iuxta pdicta poteſt eſſe dubiu; nunquid in caſu huius.c. quando † mulier iurat

15 firmetur contractus iuramento. an vero illa ſolū obligeť ad obſeruantiam iuramenti remanente contractu nullo. ꝛ dubiu; facit. quia tex. hic iſtud dubium non decidit, ſed ſimpliciter dicit ꝙ mul er d; ſeruare iuramentum. Unde Jo. de Fab. inſtitu. q. aliena. licet. in principio. tenuit iſtam partem ꝙ contractus nō firmetur ſed ſolū mulier obligetur ex iuramento mouetur quia tex. in hoc capitu. ꝛ in.c.licet mulieres. eodem ti. in. vj. non dicit cōtractum firmari iuramento: ſed ſolum ꝙ debent ſeruare iuramentum. ꝛ ſic non contrauenirē. ꝛ ideo remanemus in iure antiquo quatenus reperitur correctū. facit quod habetur in.l.ſancimus. C. de teſta. ꝛ de electio. cum expediat. libr. vj. ex hoc infert multas illationes. nā dicit ꝙ ſecundū hoc mulier poterit a tertio poſſeſſore cui non vendidit ſoluto matrimonio rem vendicare: quia ille non eſt dominus ſicut nec ille qui emit a muliere. nā ex quo cōtractus fuit nullus iure prohibente. nō potuit trāſferri dominiū per.l.nunꝙ nuda.ff. de acquiren. reru; do. ꝛ ideo cu; mulier ſit domina. facit. C. de iure dotium.l. in rebus. cū ibi nota. poterit ab illo vēdicare. nec poterit ab eo per exceptione; repelli: quia eius reſpectu nihil iurauit: ſed emptor cui iurauit ſi poſſideret bene poſſet eam exceptione repellere. ꝛ ſic exceptio erit perſonalis ſecundum eum. ſicut in ſimili habetur in.l.militis.§.veteranus.ff. de teſta. militis.ꝛ.l.qui ex liberis.§.teſtamēto.ff. de ſecundu; tabulas. ꝛ facit quod habetur in.l. loci corp⁹. §.competenti.ff. ſi ſerui. vendi. quod intelligit eſſe verum. niſi ille tertius haberet cauſam ab eo. cui illa mulier iurauit: qa tunc poſſet etiam ſe exceptione tueri ſicut ille a quo habet cauſa; cū exceptio tranſeat etiam in ſingularem ſucceſſorem.l.etiam ſi in rem.ff. de iureiuran. ꝛ.l.ait pretor.§.fina. cum ſequen. eo. tit. allegat ad predicta.l.ſi quis emptio. C. de preſcrip. xxx. anno. vbi antiquus dominus licet non poſſit rem aduocare a male fidei poſſeſſore ſi poſſedit. xxx. annis. tamē ab alio poterit. vt ibi patet. Et ꝑ predicta etiam infert quod mortua muliere heredes eius poterunt rē aduocare etiam ab emptore q̄ emit a muliere. ꝛ cuī mulier iurauit ex eo: quia ī ipſos tranſibit dominiu; quod erat penes mulierē. facit quod habetur in.l.cū heredes.ff. de acqui-

ren. poſſeſ. cum ibi nota. ꝛ ipſi non ligantur iuramento preſtito ꝑ mulierē. quia iuramentū eſt perſonale ex parte iurantis. iuxta no. ꝑ Inn. ꝛ Jo. an. in.c. veritatis.ſ.eo. ꝛ per pdicta etiam videtur poſſe inferri. vt hic tetigit Joan. Cald. ꝛ do. Anto. quod ſi mulier cederet ius quod habet alteri qꝺ in eo caſu poſſet ceſſionarius rē aduocare in quem per ceſſionem tranſlatum eſſet dominium vel ſaltē rei vendicatio, ſecundum id quod notatur per gl. ꝛ doctores in.l. plane.ff. fami. hercīſc. ꝛ ſic poterit rē aduocare cū ipſe nihil iurauerit. ꝛ iuramētū vt dictū eſt pſonale iurantis plus etiam videtur voluiſſe Barto. in.l. ſi quis pro eo.ff. de fideiuſſo. ꝙ ſi tenemus iſtam opinionem ſequereť quod etiam ipſa mulier poſſet rē repetere: quia videretur impleſſe iuramentū tradēdo rē ꝛ ſic remaneret res poſtea ſine cauſa penes emptorē: ꝛ ideo deberet poſſe repeti ꝑ id qꝺ habetur in ſimili in.c. debitores.ſ.eo. ſed aduerte q2 ſcdm hoc iſta decretalis modici eēt effectus ꝛ de facili etiam poſſet eneruari eius diſpoſitio ſi mulier cederet ius altari vel ſi dicamus ꝙ ipſamet poſſet repetere. ꝛ propter hoc Jo. Cal. hic t; contractum firmari iuramento. ꝛ ſcdm hoc ceſſabūt illationes pdicte. ꝛ hanc partem ēt tenuit gl. in ſimili in aut. ſacramenta. C. ſi aduer. vendito. vbi l; litera non dicat contractum firmari quando minor iurat ſuper contractu ſed dicat ſacramenta preſtita ſuper rebus ſuis debere ſeruari tamen gl. dicit de mente eē quod cōtractus firmetur iuramēto q̄ſi ius velit ꝙ licet non ſit licitum contrahere ſine iuramēto. tū cū iuramento ſit licitu; ꝛ ideo teneat contractus. ꝛ iſtam partē ēt tenuit Bart. in dicta aut. ſacramenta. ꝛ etiam in dicta.l. ſi quis pro eo. ſed Joan. de lig. hic videtur tenere ꝙ contractus nō firmetur iuramēto: quia hoc non dicitur hic nec in.c.l; mulieres. ꝛ idē videtur velle hic domi. An. per rationem predictam. licet dicat Federi. velle idē qꝺ Cal. in ſuis conſilijs conſilio. cclxxi. ſ; vt dixi ipſe t; contractum non firmari iuramento: quia hoc nō reperitur iure cautū. ergo non debemus hoc dicere argumento l. illā. C. de collatio. ꝛ.ſ. de tranſlatio. plato. inter corporalia. Ad abſurditates q̄ videntur ſequi ꝛ de quibus ſuperius dixi nitiť reſpōdere. Et primo ad id quod dicitur quod poſſet mulier tradendo ꝛ ſic implēdo contractum repetere per.c. debitores.ſ.e. ꝙ iſtud non ſequitur quia iuramētum tunc impletur ex momētanea ſolutione in caſu pdicto cu; nulla adſit turpitudo ex ꝑte recipientis que ratio ceſſat in caſu.c. debitores. nec obſtat etia; ſi dicatur ꝙ adeſſe videtur turpitudo. ex quo contrahit contra legem: q2 non per hoc dicitur adeſſe turpitudo. l; temerarie videatur agere. ꝛ ſufficit h; eū ꝙ talis temeritas puniť pena nullitatis actus. ¶ Item q2 ſecundum eum recipiens iuramentū hoc caſu recipit canone ꝑmittente ipſum recipi pferēdo periculū anime fauore tpali. ¶ Ite; non obſtat ſcd; ſi dicatur ꝙ ex q̄ cōtractus eſt nullus recipiens rē t; eam ſine cauſa: quia ſcd; eū pōt dici ꝙ imo t; cum cauſa propter iuramentū preſtitū a iurāte. ꝛ ideo adeſt ius tenēdi quo ad ipſum iurantē. ex quo iurans

16 agere non pōt obſtante iuramento. ¶ † Itē non obſtat qꝺ non tranſit iuramentum ad heredes. ꝛ ſic heredes non tenebunť obſeruare. ꝛ per hoc effectualiter ꝑ ipſos heredes reuocabiť alienatio: quia reſpondet ꝙ l; iuramentum non trāſeat ad heredes quo ad penam periurij, tamen tenentur ſeruare id quod iurauit defunctus. ꝛ ſic artanť ad ſeruāda fidē qua defunctus erat aſtrictus ne ledatur anima defuncti vel periclitetur. facit quod habetur in [illegible].j. de ſepulturis. ꝛ de raptoribus. in.c. in literis. ꝛ iſtam reſponſionem ēt in effectu videtur voluiſſe Joan. de ligna. hic. ꝛ in.c. veritatis.ſ. eod. vbi dicit qꝺ ex iuramento oritur vna obligatio q̄ ligat ad periurium. ꝛ alia q̄ ligat ad obſeruantiam ꝛ hec ſin eum afficit heredes. ¶ Itē nō obſtat ſi dicatur ꝙ poterit mulier cedere ius ſibi competens. ꝛ ceſſionarius poterit venire contra: quia reſpondet dñs Anto. ꝙ iſtud non eſt veru; ſi fiat ceſſio. ex cauſa lucratiua: vel etiam ex oneroſa ſi fieret cum fraude: quia exceptio perſonalis que obſtat cedenti, obſtabit et ceſſionario.l. apud celſum.§. de autoris. ꝛ.§. ſi cum legitima.ff. de do. exceptio. vbi aūt ceſſio fieret ex cauſa onerosa ꝛ nō appareret de fraude. tunc dominus Ant. hic variauit. nam in vna parte ſub tertio membro iuramenti. quando prohibitio dirigiť ad perſonam videtur velle quod tunc nō ſit dare aliquod remediū contra talē ceſſione; quominus ceſſionarius poſſit agere dicit tū quod cedens eſſet periurus quia per aliū videtur moleſtare. facit quod habetur in.l. Numinum.§. adijcitur.ff. de damno infecto. ꝛ quod notauit in ſimili Spe. in tit. de arbitris. ſequitur videre quid ſi iurauerit quis: ſed in alia parte in eodem membro. quādo prohibitio dirigitur in rem aliter dicit. nam videtur velle qꝺ ſi remediū contra ceſſionarium. nam dicit quod licet tunc contractus non videtur ex iuramento, tamē ex illo ſurgit obligatio q̄ protegit vinculū in partē ſuper obſeruantiā contractus id eſt producet obligationē ſimilē. ꝛ illius nature cuius eſt contractus [illegible] ꝛ proficiet quibus obſtabit. ꝛ pro-

Ayuntamiento de Madrid

ficeret cõtractus. ⁊ ſic firmiter obſeruabitur iuramentum. ⁊ hãc dicit eſſe ipſam veritatem. Et ſic reſidet in hoc articulo. Sʒ certe iſta vltima reſponſio non videtur bona: qꝛ ſi qua obligatio oritur ex iuramento eſt perſonalis: ⁊ ſic non debet afficere ſingularẽ ſucceſſorem: licet afficiat vniuerſalez ſecundum ea que habẽtur in. l. j. §. ſi heres. ff. ad trebellianũ. ⁊ ideo non videt̃ affici ipſe ceſſionarius ex cauſa oneroſa ceſſante fraude. facit quod habet̃ in dicto. §. d autoris. ⁊. §. ſi cuʒ legitima, ſed aduerte: quia d iure videtur poſſe defenſari quod contractus firmetur iuramento. ⁊ ſic opinio que voluit glo. in authen. ſacramenta ⁊ etiã Bart. ⁊ Joan. cal. hic ⁊ in. c. ij. de pac. in. vj. vbi litera aperte dicit ꝙ licet pactum de quo ibi improbetur a iure ciuili. tamẽ ſi ſit preſtitum cum iuramento ſeruari omnino dʒ. ⁊ ſic pondera quod vult ipſum pactum ſeruari. et non ſimpliciter dicit de iuramento. et ſicut ibi pactum firmatur per iuramentum. vt ibi eſt expreſſum ita videtur quod eadem rõne idem ſit dicendum in caſu propoſito cũ eadem ſit ratio ⁊ per conſequens ideʒ ius dici debet per id qd habetur. s. de conſtitu. tranſlato. ⁊ in. l. que illud. ff. ad legẽ aquil. ⁊ pro hoc etiam: quia tenendo hanc partem ceſſant abſurditates ⁊ difficultates de quibus ſupra ⁊ decretalis tũc bene habebit effectum. ⁊ iſta pars de iure videtur verioꝛ per id quod habetur in. d. c. ij. licet aliter teneat hic Jo. de lign. ⁊ do. Anto. ⁊ Joan. fab. vbi. s. ⁊ hanc opinionẽ, ꝙ contractus firmetur iuramẽto etiam tenuit Jo. an. in gl. ſua oꝛdi. in verbo ſeruari in. cap. ij. de pact. in. vj. ⁊ idem etiam ibi Archid. ſuper eodem verbo. naʒ dicunt per illam decretalem approbari opin. Placen. poſitam in. l. pactum. C. de colla. ⁊ merito debuit approbari ſecundum eos. ex eo, quia qua rõne tenet contractus minoꝛis ſuper re ſua ſi iurauit, licet alias non teneret per autẽ. ſacramẽta. C. ſi aduerſus vendi. eadem ratione debet tenere pactum iuratum in caſu illius decre. ⁊ idem in ſimilibus. ⁊ etiam dicit gl. ibi idem in caſu huiꝰ. c. ⁊. c. licet mulieres. j. eo. in. vj. ⁊ ſic patet aperte qd voluit contractũ etiam firmari iuramento. ⁊ ex quo glo. iuris ciuilis, ⁊ etiam gl. iuris canonici. iſtã partem tenet vltra autoritates ſuperius allegatas in dubio in iudicando ⁊ conſulendo non eſſet recedendũ a glo. ſecundũ theoꝛicam Ja. but. in. l. vna. C. qui pro ſua iuriſdi. gl. etiam hic ſecunda. in verſi. ⁊ preterea. etiam ſentit iſtam partem. ibi vnde multofoꝛtius iuramentum poteſt confirmare, ⁊c. licet in precedentibus videatur ſenſiſſe aliã opinio. ⁊ ꝑtertim in ver. vel licet. ⁊ in verſi. ſic alias. ¶ Sed vlterius iuxta

17 ꝑdictã eſt videndum † quid iuris ſi alienetur predium dotale qd poſtea repetatur an conueniri poterit fideiuſſoꝛ datus pro euictione. ⁊ ſic an teneat acceſſoꝛium fideiuſſionis. ſicut tenet acceſſoꝛium iuramenti. de quo tetigit hic Jo. an. ſuper gl. ſcdã. ⁊ intelligenda videtur queſtio quãdo iuramentum non interuenit vt tetigi ſuper gl. dicta. ⁊ videtur ꝙ tunc non teneãt fideiuſſoꝛ. l. cũ lex. ff. de fideiuſſo. ⁊ qꝛ ex quo nõ tenet principale, ergo nec acceſſoꝛium. l. non dubium. C. de legi. ⁊. j. de reg. iur. acceſſoꝛiũ lib. vj. ¶ Jn contrarium facit qd habetur in. l. ſi pupillus. ff. de

18 arbi. vbi † licet pupillus non teneatur ad penam, tamen tenet̃ fideiuſſoꝛ. ad idem etiam quod habetur in. l. j. ⁊. ij. C. de fideiuſ. minoꝛ. vbi licet ſuccurratur minoꝛi non tamen ſuccurritur fideiuſſori ad idem ẽt bene facit qd habetur in. l. ⁊ ſi is. C. de predijs minoꝛum. vbi videtur caſus ꝙ qñ alienatur res minoꝛis, licet non teneat alienatio, tamen teneat pignus pro hoc datũ ⁊ eadẽ rõne fideiuſſiõ. ⁊ per illã. l. dicit ibi Cy. hanc queſtionem fuiſſe terminatam ꝙ fideiuſſoꝛ teneat̃. ⁊ licet ibi loquatur de re minoꝛis alienata. tamẽ idẽ vr̃ dicendũ in re dotali. vt notat ibi gl. in. l. cũ lex. ff. de fideiuſſo. vbi equiparat iſtos caſus. licet glo. aliter ſenſerit in. l. dotalem. ff. de teſtamẽto militis. vbi dicit ꝙ legata re dotali non tenet legatũ etiam vt debeatur eſtimatio. ſed illa gl. cõmuniter reprobatur. vt etiam hic tangit Jo. an. ⁊ ſic videtur tenere Cy. ꝙ teneat fideiuſſio. Spec. vero in tit. de emptio. ⁊ venditio. §. tertio loco. verſi. ſed pone vxoꝛ. ⁊ ſequẽ. ⁊ in ꝟ. ſʒ in caſu premiſſo dicit hoc verum qñ emptoꝛ ignoꝛauit rem eſſe dotalez ſecus ſi ſciuiſſet. quia tunc non tenebitur fideiuſſoꝛ. allegat ꝙ habetur in. l. predium. ⁊ qd ibi notatur per gl. C. de iure dotiũ. Jo. an. hic recitat aliam opin. diſtinguentem. ⁊ in illa reſidet quia dicunt alij ꝙ aut contractus non tenet de iure cõi, aut quia ſit ſuper re ſacra vel religioſa ignoꝛanter vendita. l. ſi in emptione. §. item ſi emptoꝛ. ff. de contrahen. emptio. ⁊ tunc non tenet fideiuſſio. aut contractus non tenet iure ſpeciali inducto fauoꝛe perſone, ⁊ aut alienatur per ipſaʒ perſonã ꝓhibitã. ⁊ ſic in caſu prohibito ⁊ tunc non tenet̃ fideiuſſoꝛ. per. l. cũ lex. ff. de fideiuſſoꝛibꝰ. aut alienat̃ in caſu conceſſo. ſed cõpetit reſtitutio rõne leſionis. ⁊ tũc qꝛ de mero iure tʒ contractus. tenet̃ etiam fideiuſſoꝛ ⁊ nõ vr̃ tũc ſuccurri fideiuſſoꝛi. ꝑ id qd habet̃ in. l. j. ⁊. ij. C. de fideiuſſoꝛibus mino. aut alienat̃ ipſa res prohibita alienari fauoꝛe perſone per extraneũ. ⁊ tunc tenetur fideiuſſoꝛ vt dicta. l. ⁊ ſi is. C. de predijs minoꝛũ. nã ibi non alienauit [illegible] eiꝰ admini-

ſtratoꝛ: vt ibi patet ⁊ per hoc vr̃ ꝙ ſi mulier alienauit ꝙ hoc caſu fideiuſſoꝛ ab eo datus non tenebitur: quia contractus nõ valet nec ipſa mulier obligatur. vnde tunc eſt eadẽ ratio vt acceſſoꝛium ẽt fideiuſſionis non teneat. ex quo non tʒ principale per dictam. l. cũ lex. ſʒ ſi maritus vel alius alienat. tunc vident velle iſti ⁊ Joan. an. ⁊ etiam Cyn. in loco preallegato ⁊ Bar. in. d. l. cũ lex qd tunc teneatur fideiuſſoꝛ qd licet non teneat cõtractus in preiudicium mulieris. tamen vr̃ tenere in preiudicium extranei contrahentis. facit quod habetur in. d. l. ⁊ ſi is. ff. de contrahen. emptio. in. l. rem alienam. ⁊ iſta vr̃ eſſe cõmunis cõcluſio doctorum quã videt̃ ẽt ſequi Joan. de lig. ⁊ domi. Anto. hic: licet pro declaratione huius articuli ipſe tangit an generaliter qñ lex reſiſtit actui oꝛiat̃ obligatio naturalis. an vero intelligat̃ prohibita, nedũ ciuilis ſed etiam naturalis. vt [illegible] neutra oꝛiatur ⁊ in effectu proſequitur verba Bart. que ipſe poſuit in dicta. l. cũ lex proſequendo quatuoꝛ caſus principales: qꝛ qñq; lex reſiſtit contractui qñq; reſiſtit obligationi, qñq; reſiſtit actioni ſeu petitioni qñq; executioni ſeu alienationi, prout iſtud vltimum contingit in materia de qua loquimur: qꝛ lex reſiſtit alienationi fundi dotalis. ¶ Jterum etiam ſubdiſtinguit qꝛ ſi reſiſtit contractui aut dirigit prohibitionem ad perſonam, aut ad contractũ. Et ſi ad contractuʒ aut in principio inualidat illũ: aut ex poſt facto. ⁊ ẽt dicit ꝙ differentia eſt an lex reſiſtat contractui vel obligationi an vero non aſſiſtat. ⁊ an quãdo dicat̃ aſſiſtere, ⁊ qñ nõ aſſiſtere etiaʒ ibi declarat ⁊ proſequitur hic dñs Anto. in effectu nihil addẽdo ⁊ cõcluſiue in queſtione ꝓpoſita tʒ cũ cõi opinione: ſʒ aduerte qꝛ pro declaratione huius queſtionis eſt videndũ

19 primo, ſi † maritus alienauit rem dotalẽ. ⁊ dedit fideiuſſoꝛez de euictione. an ipſe maritus non obſtante alienatiõe poterit ipaʒ rem dotalẽ repetere. Joã. an. videtur hic preſupponere ꝙ ſic vt pʒ ex queſtio. de quã. s. ſʒ gl. tenuit contrariuʒ in. l. cũ vir. in gl. ff. de vſuris. ⁊ illam etiam tʒ ibi Ang. qd licet venditio facta ꝑ virũ de re dotali non teneat in preiudicium mulieris. tamen bñ valet in preiudicium mariti vendentis. vt ipſe ⁊ fideiuſſoꝛes teneantur. ⁊ ideo cum teneatur de euictiõe non poterit vendicare ꝑ. l. vẽdicantẽ. ff. de euictio. ⁊ quia non dʒ poſſe venire ꝯ pactum ſuum. l. cum profitearis. C. de donatio. ⁊ ꝙ teneatur ipſe maritus ⁊ fideiuſſoꝛes allegat etiaʒ qd habetur in dicta. l. ⁊ ſi is. C. de ꝑdijs minoꝛũ. limitat tñ hoc eſſe verũ. ſi ex ſui perſona velit rẽ dotalẽ vendicare: qꝛ nõ poterit, cũ non poſſit contra factũ ſuum venire vt eſt dictũ: ſed poterit vẽdicare ex ꝑſona mulieris vt dicit gl. velle in dicta gl. penultiĩa. l. cum vir. ⁊ reſpondet ad legem vendicantem ꝙ loquitur quando ſuo nomine qs agit ſecus ſi alieno: ſeu ex alterius perſona. facit qd habetur in. l. generaliter. ff. de exceptionibus. ſʒ certe gl. ꝑallegata penul. videt̃ ſimpliciter velle ꝙ vir repellatur exceptione. An autem Ang. ex toto bñ dixerit, patebit ex ſequentibus gl. tamen in. l. prima. §. ⁊ cum lex. ff. de rei vxo. actione. tʒ ꝙ maritus poterit repetere non obſtante alienatione. ⁊ illa gl. communiter approbatur per doctoꝛ. nec obſtat. l. cum profitearis preallega. nec dicta. l. vendicantem. quia regula eſt ꝙ quis non poteſt venire cõtra factũ ſuum. fallit qñ factum eſt prohibitum a iure propter publicaʒ vtilitatẽ. nam tunc poteſt etiam ipſe idẽ venire contra vt ꝓbatur aperte in. l. quẽadmodum. C. de agricolis ⁊ cenſitis. libro. xj. ⁊ notatur ꝑ legiſtas in. l. poſt moꝛtem. ff. de adoptio. ⁊ etiam per canoniſtas in. c. noſti. s. de electione. ⁊ in. c. diuerſis fallacijs. de cle. coniug. ⁊ facit etiam quod notatur in. d. l. vendicantẽ. ⁊ in. l. prima. C. de libera. cauſa. ⁊ qd notatur per gl. in. d. l. quẽadmodum. ⁊ cum gl. dicti. §. ⁊ cum lex concoꝛdat gl. inſtit. qui. aliena. licet vel non. in principio. ⁊ ſucceſſiue erit videndum an dato ꝙ hoc ſit verum an ex perſona mulieris veniat ad reuocandum ⁊ penitus an maritus vendens teneatur de euictione. Circa primũ gl. in dicta. l. vir. videtur velle ꝙ vir non reuocet ex ſua perſona ſed mulieris. ⁊ idẽ Ang. ibi vt. s. dixi. ſed certe iſta opinio nõ vr̃ vera: qꝛ mulier non eſt domina rei dotalis conſtante matrimonio: ſʒ ipſe vir. l. doce. cum ibi notatis. C. de rei vendica. ⁊ iõ cũ ſit dominus ipſo iure vendicabit non obſtante alienatione ꝑ eũ facta ex quo eſt prohibita propter publicã vtilitatẽ vt pʒ in. l. j. ff. ſoluto matrimonio. iũcta. l. lex iulia. ff. de fundo dota. ⁊ facit qd habetur in. l. de die. ff. de pac. dota. Mulier autẽ demũ ſoluto matrimonio vel quando vir vergeret ad inopiam videt̃ poſſe vendicare. l. in rebus. ⁊ in. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. ⁊ ſic etiam voluit gloſ. notabilis ⁊ ſingularis melioꝛ de coꝛpoꝛe iuris. inſtit. qui. aliena. lʒ in principio. ⁊ no. Spec. in. §. dicto tertio loco. verſic. quid ergo ſi vir ad finem. ibi conſueuit autem notari, ⁊c. ⁊ intelligo ꝑdicta vera etiam ſi venditio ſit facta emptoꝛe ignoꝛante rem dotalẽ: quia nihilominus ſtat cadeʒ rõ qꝛ alienatio non valet propter publicam vtilitatem. ⁊ ideo debet admitti ad reuocandum. ⁊ intelligo ꝑdicta procedere etiaʒ ſi maritus iuraſſet non contrauenire: quia talis alienatio nõ eſt prohibita in ſui

Ayuntamiento de Madrid

in ſui fauoꝛē:ſed in fauoꝛem tertij,ne remaneat indotata.⁊ ideo
tale iuramentum non videtur ligare per illũ tex. a cõtrario ſen
ſu,nec obſtat ſi dicatur ꝙ iuramentum videaꝛ ſemꝑ hoc caſu tē
dere in pꝛeiudicium alterius qa reipublice. ⁊ ſic etiam ſi mulier
iurauit non videtur ligare.qḋ eſt cõtra iſtud.c.qꝛ reſpondeo qḋ
inquantũ hic dicitur ꝙ iuramentum non ligat.ſi vertitur in pꝛe
iudicium alterius dꝫ intelligi pꝛiuati.ſecus ſi reipublice ſecun
dario ⁊ nõ pꝛincipaliter vt eſt quando mulier iurat ſuꝑ re dota
li ſecũdũ not.plene per Bar.in.l.j.ad ſi.ff.ſoluto matrimo.⁊ in
l.ſi quis pꝛo eo.ff.de fideiuſſoꝛibus.Si anteꝫ eſſet in pꝛeiudiciũ
reipublice pꝛincipaliter.tunc non obligaret vt in.c.quanto.ꝭ.e.
⁊.ꝭ.de foꝛo compete.ſi diligenti.qḋ tamen qualiter ſit intelli
gẽdũ declarabitur in materia iuramenti ſub ſcḋo membꝛo prin
cipali.¶ Itẽ nõ obſtat pdictis ſi dicatur ꝙ ſi maritus cõſtante
matrimonio eſt dñs rei dotalis ⁊ põt pcipere fructus vt.d.l.do
te.C.de rei vendica.⁊ ſic de eius pꝛeiudicio tãtũmodo vꝛ agi cõ
ſtante matrimonio ⁊ per cõſequens non deberet poſſe repete
re ſaltẽ qñ pꝛeſtitit ſacramentum.qꝛ reſponderi poteſt qḋ licet
ſit dominus ⁊ fructus debeat percipere.tñ teneꝛ conuertere in
onera matrimonij.l.pꝛo oneribus.C.de iure dotium.⁊ cõſequē
ter ſubuenire mulieri in oppoꝛtunis.ideo nõ ſimpliciter eſt pꝛiu
diciũ viri ſi non reuocaꝛ fundus dotalis,imo etiã mulieris. Iḋ
pꝛopter tale pꝛiudiciũ admittitur ad reuocandũ.licet etiam ipſe
in conſequentiã quandam vtilitatem percipiat: ſed hoc non dꝫ
obſtare arg.eius qḋ habetur in.l.j.in ſi.ff.de autoꝛi.tut. ⁊ ꝑ hoc
poteſt dici quodãmodo ex perſona mulieris recuperare dicta
decẽ. ⁊ hoc mõ poſſet ſaluari id qḋ ſenſit gl.i dicta.l.cũ vir.⁊ ẽt
Ang.inquantum dicunt quod vir reuocat ex perſona mulieris
nõ ex ſua.nã dicta ex reſpectu poſſet ſaluari.tñ recte conſiderã
do ex iure.i.pꝛopter ſuũ dominium reuocat ipſe vir,⁊ hoc reſpe
ctu poteſt dici ex ſua perſona reuocare qꝛ ex iure in ſua perſo
na reſcindente.¶ Item aduerte quia pꝛedicta etiam videntur
pcedere ẽt ſi maritus eſſet alias locuplex ⁊ ſoluẽdo.⁊ bñ poſſet
deſeruire oneribus matrimonij,ex eo qꝛ pinguius poterit ſub
uenire ſi habebit ẽt fructus rei dotalis qui debent eſſe penes il
lũ q ſuſtinet onera mrĩmonij.l.ſi is qui.§.qḋ dicit.ff. de iure do
tiũ.⁊ qꝛ ẽt facilius aduocabit mulier ab herede viri ſoluto mrĩ
monio ꝙ̄ ab alio extraneo: nã ⁊ ẽt non poterit referre queſtio
nẽ dominij.ſecus in extraneo vt in.l.ſi quis conductionis.C.lo
ca.cũ ibi notatis.⁊ facit qḋ habetur in aut. vt immobi. añ nu
ptia.dona.§.j.⁊.§.fin.colla.v.⁊ pꝛo eo qḋ dixi.ꝭ. ꝙ maritus qui
alienat ⁊ ſolus iurat poſſit reuocare non obſt.iuramento.bñ fa
cit qḋ habeꝛ in.c.peruenit.el.j.⁊.c.ſicut nr̃is.ꝭ.e.vbi pꝫ ꝙ ſi pla
tus alienauit rẽ eccleſie.⁊ iuret non contrauenire non obſtante
ſacramento poterit reuocare.⁊ repetere rem alienam ꝑpter vti
litatem eccleſie.licet ipſe habeat vti fructibus pꝛo alimentis fa
cit qḋ notat gl.in.c.pſenti.de offico oꝛdi.in.vj.⁊ hoc etiã aperte
⁊ clarius tenuit do.Ant.in.c.cũ veniſſent.ſuꝑ gl.ꝭ.de inſt.⁊ idẽ
etiã videtur tenere Ioã.de fabꝛis.in loco ſuperius allegato. tu
tius tñ eſſet petere abſolutionẽ a iuramento.ſaltem ad cautelã
que ſine dubio deberet concedi ꝑ id qḋ legitur ⁊ notatur in di
20 cto.c.ꝑuenit.¶ †Sed iuxta pdicta inſurgit dubiũ, an marit⁹
vendẽs teneatur de euictione ſi ipſa res petatur reperio tripli
cẽ fuiſſe opinionem.Una fuit indiſtincte ꝙ non ꝑ.l.cum lex.ff.
de fideiuſſoꝛibus.coniuncta.l.non dubium.C. de legibus.ff. de
fundo dot.in.l.lex iulia.Et hanc tetigit Specu.in dicto.§.ter
tio loco.verſi.ſed pone vxoꝛ.⁊ verſi.ſed in caſu pꝛemiſſo.Secun
da fuit opinio ꝙ ſimpliciter teneret per.l.⁊ ſi is.C. de pdijs mi
noꝛum, ⁊ hec vꝛ fuiſſe cõis.nã idẽ videꝛ ſequi Cy. in dicta.l.⁊ ſi
is.⁊ ẽtiã Io.an.hic ⁊ Ioan.de ligna.⁊ Bart.in dicta.l.cum lex
⁊ do.Anto.hic qꝛ cum pꝛohibeatur alienatio fundi dotalis fa
uoꝛe mulieris , demũ impeditur naturalis ⁊ ciuilis obligatio
qñ ipſa mulier cuius fauoꝛe facta eſt pꝛohibitio alienatiõis, iḋ
tunc non teneꝛ de euictione,nec obligatur etiam fideiuſſoꝛ: qa
non ſubeſt cui poſſet accedere ex quo ipſa mulier etiã naturali
ter obligatur per dictam.l.cum lex.cum ibi not. ſecus qñ alius
alienat:qꝛ tũc licet ſit pꝛohibita alienatio in pꝛeiudicium mu
lieris,⁊ iḋ nõ trãſferaꝛ dñiũ in emptoꝛẽ.tñ non itelligiꝛ eſſe tũc
pꝛohibitus contractus vel obligatio ipſius tertij.⁊ ideo ex ipo
contractu teneꝛ de euictione.⁊ per conſequens etiam tenetur fi
deiuſſoꝛ per id quod habetur in dicta.l.⁊ ſi is.C.de pꝛedijs mi
noꝛuꝫ.aliqui tñ videntur hoc limitare quod teneaꝛ ſaltem ꝗ ad
pꝛetium per id qḋ habeꝛ in.l.ſi.§.emptoꝛ.C.communia de leg.
vbi in ſimili vendens rem ſubiectã reſtitutioni.teneꝛ ſolũ ad pꝛe
tiũ.⁊ ſic videreꝛ dicendũ eodem modo ex pꝛopoſito,nã ſicut ibi
res erat vendentis,ſꝫ ſubiecta erat reſtõni.ita ⁊ hic erat res ma
riti:ſed ſubiecta reſtitutioni,⁊ iſtã opinio.ẽt tetigit Barto. in
l.cũ vir.ff.de vſur.in quarta oppoſitiõe.⁊ hoc poſſet dici tertia
opin.Alia opin.fuit que ſcḋm pꝛedicta poſſet dici quarta qḋ ſi
emptoꝛ fuit ignoꝛans.tunc non teneaꝛ maritus de euictiõe.ſe
cus ſi fuit ſciens.⁊ iſtam tangit gl.in ſimili in.l.ſi pꝛedium.C.de
iure dotium.⁊ in ipſa videꝛ reſidere Spec.in dicto verſi.ſed po
ne vxoꝛ.⁊ in verſic.ſed in caſu permiſſo. ⁊ expꝛeſſe etiam ſequiꝛ
Io.de fabꝛ.in ſua lectu.in loco pꝛeallegato videlicet in tit.inſti.
q.alie.licet.in pꝛin. ⁊ ibi etiã concludit q̇ ẽt ſi emptoꝛ fuit ſciẽs
tenebitur marit⁹ de euictione ſi expꝛeſſe ipſe emptoꝛ fuerit ſti
pulatus de euictione ꝑ.l.ſi fundũ.C.de euictione.¶ Tu potes
cõcludere ꝙ aut queriꝛ nunqd ipſe maritus vendens teneatur
ad pꝛetiuꝫ re ipſa euicta,aut nunquid vltra teneatur etiam pꝛo
euictione.pꝛimo caſu ſi emptoꝛ fuit ignoꝛans ius ⁊ factũ:vt qꝛ
ignoꝛauit fundũ eſſe dot. ſine dubio poterit repetere,ex quo
fuit bonefidei.vt voluit gl.in dicta.l.quẽadmodũ. ad finẽ.C. de
agrico.⁊ cenſi.⁊ in.l.imperialem.in ſi.pꝛincipij.de pꝛohibita feu.
alienatione.⁊ per Federi.in vſi.feudo.idẽ ſi ſciuit factũ, ſꝫ igno
rauit ius vt voluit gl.in dicta.l.quemadmodũ.nam licet nõ cen
ſeaꝛ bone fidei quoad vſuras,tamẽ ſec⁹ eſt quo ad alia.l.ſi fur.
§.j. cũ ibi notatis.ff.de vſuris. Pꝛeſumitur autem ignoꝛantia
21 †iuris ſi erat perſona ruſtica,vel alia cui liceat ius ignoꝛare per
id qḋ legitur ⁊ notatur in.l.cũ de indebito.ff. de pꝛobationib⁹.
⁊ in.l.regula.§.pꝛimo.ff.de iuris ⁊ facti igno.⁊ facit quod habe
tur de reg.iu.pſumiꝛ. li.vj.alr̃s nõ pꝛeſumeꝛ niſi aliud appareat
per id quod legiꝛ ⁊ notatur in.l.leges ſacratiſſime.C.de legib⁹.
⁊ per id qḋ plene notatur per Bar.in.l.quod nerua.ff.depoſiti.
ſi autem ſciuit ius,⁊ factum ipſe emptoꝛ.tunc non videtur etiã
quod poſſit recuperare pꝛetium per dictam.l.ſi.§.emptoꝛ.C.cõ
munia de lega.vbi etiã ſciens recuperat pꝛetium in caſu illo.⁊ ꝑ
id qḋ habetur in auten.qui res iam dictas.cũ gl.ſua.C.de ſacro
ſan.eccle.⁊ iſtam partem tenuit Iac.de rauen.in dicta.l.cũ vir.
⁊ reſpõdebat ad.l.quemadmodum.ſuperius allegatam que in
nuit oppoſitum quod ibi pꝛohibetur res de iure cõmuni aliena
ri.ideo tunc non reperitur pꝛetiũ per emptoꝛem ſcientem. ſec⁹
qñ pꝛopter ſpecialem fauoꝛeꝫ perſone pꝛohibetur alienatio.vt
contingit in dicta autentica,qui res.vbi pꝛopter fauoꝛem eccle
ſie pꝛohibetur alienatio.⁊ etiam in caſu de quo queritur.qꝛ pꝛo
hibetur alienatio fundi dotalis,in fauoꝛem mulieris,iḋ tunc dꝫ
poſſe peti pꝛetium per ea que habentur in dicta autentica, qui
res.⁊ etiã ex eo qꝛ res dotalis eſt viri conſtante matrimonio. lꝫ
ſubiecta ſit reſtõni. ergo debet poſſe agi ad pꝛetiũ etiã per em
ptoꝛem ſcientem.per ea que habenꝛ in dicta.l.fin.§.emptoꝛ. C.
cõia de lega. ſed certe contrarium de iure videtur per dictam.l.
quẽadmodum,in ratione ſui.nam imputandum videtur ei qui
contra legem interdicta ſcienter mercatur,vt ibi dicit.vnde vi
[illegible] emptoꝛ delinquere contra interdictum legis Ihẽdo ſciẽ
[illegible] iḋ puniaꝛ vt perdat pꝛetiũ, vt ibi dicitur. ⁊ hanc partẽ vꝛ
[illegible]re ibi Io.añ. de fab.in loco pꝛeallegat.nec obſtat quod ha
[illegible]tur in dicto.§emptoꝛ.qꝛ ibi interim ante euentum conditio
nis non ĩpediꝛ trãſlatio dominij.⁊ ſic non eſt ibi omnino ibi in
terdictum cõmercium. ideo tunc magis ſubueniꝛ emptoꝛi, hic
ſecus.quia omnino impeditur trãſlatio dominij rei dotalis di
cta.l.iulia.⁊ facit qḋ habeꝛ in.l.j.⁊.ij.C.de fundo dota.¶ Iteꝫ
non obſtat qḋ hꝛ in dicta autentica qui res.qꝛ licet gl.ibi videa
tur tenere illam opinionẽ qḋ emptoꝛ ſciens recuperet pꝛtiuꝫ ab
economo,licet non ab eccleſia.⁊ videatur etiam ſequi Innoc.in
c.ſi quis pꝛeſbyteroꝝ.ꝭ.de rebus eccle.non alienã. tamẽ contra
riuꝫ tenuit gl. in.§.ſi quis igitur.in autentica:de non alienã.col
latio.ſcḋa.⁊ eam ſequuntur doctoꝛes cõiter:maxime Cy.⁊ Bar
to.in dicta auten.qui res.⁊ etiam gloſſ.in.c.ad audientiam.ꝭ.de
rebus eccle.non alienã.⁊ hec pars videtur veriox per dictam.l.
quemadmodum. que fundatur ex ratione illa quã dixi ſcilicet
qꝛ ſcienter contra interdicta legum contraxit non autem funda
tur ſuper ratione Iaco.de rauen.dicta auten.ratio:locũ hꝫ etiã
in caſu dicte autẽ.qui res. credo tñ quod non remanebit pꝛetiũ
penes murituꝫ cũ ſit in pari cã turpitudinis cum emptoꝛe. ⁊ iḋ
aufertur ab eo per fiſcum tanꝙ̄ ab indigno.vt voluit glo.in di
cta.l.quemadmodũ.⁊ facit quod habetur in.l.lucius.ff.de iure
fiſci.⁊ qḋ notatur in.l.ij.C.de conditione ob tur.cãm.¶ Si au
tem queritur an ad aliud vltra pꝛetium poſſit agi de euictione
conclude ꝙ ſi fuit emptoꝛ ſciens,ius ⁊ factũ videꝛ dicendum ꝙ
non:qꝛ etiam tunc non agit ad pꝛetium vt eſt dictum.ergo mul
to minus poterit agere ad aliud quod intelligo etiam ſi ille em
ptoꝛ fuiſſet ſtipulatus de euictione,vel pꝛetium ſibi reddi in ca
ſu euictionis[illegible] gl.ſenſerit contrariũ in dicta.l.quẽadmodũ ⁊ ẽt
Io.de fab.in loco pꝛeallegato ⁊ Specu.ſimiliter in loco ſuperius
allegato.ſed [illegible] non bene:qꝛ talis ſtipulatio videtur foue
re cauſam turp[illegible] ea que ſupꝛa dixi ⁊ que habentur in di
cta.l.quẽadmo[illegible] nõ dꝫ tenere per id quod legitur ⁊ no
tatur in.l.ſi pla[illegible]erbo.obligati.ſi autem emptoꝛ fuiſſet
ignoꝛans.[illegible] videtur velle Ioan.de fab.pꝛedictus ⁊ ſimiliter
Spec.in [illegible] pꝛeallegatis ⁊ gl.in.d.l.ſi pꝛtiũ. q̇ teneatur de eui
ctione ad intereſſe [illegible] vltra pꝛetium:ſꝫ foꝛte poſſet dici oppo

Ayuntamiento de Madrid

ſtum: quia ex quo lex dimittit maritum venire contra contra-
ctum ad ipſam rẽ vendicanda non debet p viam indirectam p-
hibere ipſum a vendicatione p. d. l. cum lex. ff. de fideiuſſo. ⁊ qd
habetur. j. de reg. iur. cũ quid vna via lib. vj. fateor tñ ꝙ ſi res eſ-
ſet meliorata p viã eſtimationis ſaltem poſſet emptor conſequi
meliorationem ſeu eſtimationem illius. argu. l. in fundo. ff. d rei
vẽd. ⁊ forte etiã ad aliud competeret actio ſicut ad pretiũ. ſed ſi
vellet agere quatenus res non eẽt meliorata nec vir locupleta-
tus tũc videtur ꝙ non poſſit per id qd ſuperius dixi. ⁊ per id ẽt
quod ſtatim dicã, ⁊ per predicta v[illegible]tur poſſe decidi quid ſi ipſe
emptor fuiſſet ſtipulatus duplam vel aliã penam nomine eui-
ctionis; an poterit illam petere. Spe. in loco prealleg. tenut qd
non ſi fuit ſciens: qr tunc nĩl poterit petere vltra pretiũ p. l. ſi. §.
emptor. ſuperius allegatam. ſecus ſi fuit ignorans ſm eum ſed
gl. in. d. l. quẽadmodum. ⁊ Joan. de fab. in loco prealleg. viden-
tur velle qd poterit petere etiã ſi fuit ſciens ſed certe videt poſ-
ſe dici ꝙ ſi emptor fuit ſciẽs non poterit agere: quia dicta ſtipu
latio videtur fouere cauſam turpem, vt ſuperius dixi: ⁊ qr ſi nõ
poteſt tunc agere ad pretiuz vel ad aliud intereſſe vt ſuperi⁹ eſt
dictũ multominus debebit poſſe agere ad penã, facit qd no. gl.
in. l. imperialẽ. in ſi. princ. de prohi. alie. feu. p Federi. in vſi. feu.
¶ Idez videtur ſi fuit ignorans, quia non poterit petere penã
licet poſſit petere ptiũ: vt. ſ. dixi. ⁊ eſt ratio quia ex quo lex per-
mittit ipſi marito ex ſuo iure vendicare non dz per indirectum
impediri per aliã viam per id quod habetur in. d. l. cum lex. ⁊ in
dicta regula cũ quid vna via, nec obſtat pdictis. d. l. ⁊ ſi is. C. d p-
dijs mino. quia ibi non recuperabat adminiſtrator minoris rez
ex iure ſuo ſed ex iure minoris, ideo ibi bene teneretur ad penã
hic autẽ ex iure ſuo recuperat, ideo non videtur incõueniens ꝙ
teneatur ad penã per rationẽ in. d. l. cum lex. ⁊ eodez mõ põt re
ſponderi ad. §. ſi quis igitur, in aut. de non alienã. ⁊ ad id quod
habetur in. l. iubemus. §. ſane. ⁊ in auten. qui res. C. de ſacroſan.
eccle. ⁊ pdicta procedunt, quando vir vendidit rẽ dotalẽ ſine cõ
ſenſu mulieris, idem dicas ſi cũ ꝯſenſu ſi non interuenit iuramẽ
tum mulieris per. d. l. j. §. ⁊ cum lex. ſec⁹ de iure canonico. quod
in hoc pualeret iuri ciuili. vt patet in hoc. c. ⁊. j. e. licet mulieres,
lib. vj. vnde tunc qñ mulier iuramento conſenſit tutus eſſet em-
ptor, nec poſſet vir qui alienaſſet muliere conſentiente ⁊ iuran-
te ipſam rẽ repetere, nec etiam ipſa mulier ſoluto matrimonio
⁊ p hec expeditus eſt articulus qñ vir alienanit rẽ dotalẽ con-
22 ſtante matrimonio. ¶ † Nunc reſtat videre quid ecõtra qñ mu
lier alienat rem dotalem. potes concludere ꝙ ſi alienat vi[illegible]
conſentiente non valet alienatio. nec piudicat viro vt eſt [illegible]
expreſſus in. d. l. ſi pdium. C. de iure dotiũ. ſi aũt vir conſen[illegible]
videret ſecus per dictam. l. ſi predium a contrario ſenſu. qd [illegible]
tur ibi Jaco. de are. ſed tene contrarium ſm Bart. ibi ⁊ Cy. ⁊ [illegible]
muniter doc. quia non dz ibi ſumi argumentũ a contrario ſenſu
p id qd habetur in. d. §. ⁊ cũ lex. inſti. qui. alie. li. in prin. Jdeo te
ne ſecure ꝙ vir poterit rẽ aduocare conſtante matrimonio [illegible]
obſtante conſenſu p eũ preſtito p dictam. l. quẽadmodum. ⁊ per
id qd. ſ. dixi. Sed tunc inſurgit dubium: an ſoluto matrimonio
poterit mulier rem aduocare. Uidi iſtam queſtionẽ de facto ci-
uitate iſta ⁊ dicebatur ꝙ non: quia confirmabatur alienatio p
ius ſuperueniens mulieri p id qd habetur in dicta [illegible] vir. ff.
de vſuris, ⁊ p hoc ẽt vr gl. ſingularis q non eſt alibi [illegible] l. ꝯſtante.
C. de donationibus, ⁊ eam videtur ſequi Cyn. Bald. ⁊ Saly. in
dicta. l. ſi predium. ⁊ Specu. in dicto. §. tertio. verſi. ſed nunquid
poteſt confirmari. ¶ Contrarium voluit gl. valde notabilis, in
dicto titu. inſtitu. quibus aliena. lz. in princip. vbi dicit ꝙ ſolu-
to matrimonio mulier reuocat rem. ⁊ idem Specu. in. d. §. iij. v.
conſueuit aũt notari. ⁊ hanc partem puto de iure veriorẽ: quia
non ceſſat ratio legis prohibentis alienationẽ, intereſt eñ mu-
lieris ſibi conſeruari rẽ dotalẽ. etiã ſoluto matrimonio. vt ſic poſ
ſit iterato nubere. facit qd habetur in. l. j. ff. ſolu. matri. ⁊ hoc pu
to verũ, etiam ſi emptor fuerit ignorans: quia adhuc ſtat ratio
pdicta. ⁊ quia etiam tunc non videtur obligata de euictione p
rationem. d. l. cum lex. ⁊ voluit etiam ibi Bart. ⁊ Jo. de fab. i lo
co preallegato. Jdeo non eſt ratio quare debeat confirmari ex
quo alienatio eſt nulla nec obligatur mulier de euictione. nec ẽt
ceſſat ratio legis. facit quod habetur. j. de reg. iur. ꝙ ab [illegible] rio. li.
vj. nec obſtat pdictis dicta. l. cũ vir. qr ibi loquitur [illegible] viro cuius
fauore non eſt prohibita alienatio. ſecus in muliere. cuius fauo
re eſt prohibita ⁊ in qua non ceſſat ratio legis prohibentis ſo-
luto matrimonio p legẽ primã. ff. ſoluto [illegible] ¶ Jtẽ non ob-
ſtat pdictis. l. ⁊ heredi. §. filie. ff. de pactis [illegible] §. dz itelligi qñ
diſſoluto iã matrimonio ſit pactum p[illegible] doti. ſecus ſi eo
conſtante. etiaz ſi conferat in tempus ſoluti matrimonij p id ꝙ
habetur in. l. de die. ⁊ in. l. attilicinus. ff. de pac. dotalibus. ⁊ for
te etiã non noceret ſi fieret ante matrimoniũ [illegible] gl. [illegible] in. d. §. ſi
lia de quo dicenduz. vt plene dixi in. l. ſi ſocer. §. lucius. ff. ſoluto

matrimo. ¶ Jtẽ nõ obſtat pdictis qd habetur in. l. ſpem. C. de
donatio. quia loquitur quando donatur ſpe actionis rei non
prohibite alienari. ſecus quando eſſet prohibita per id qd legit
⁊ notatur in. l. ſi ad reſoluendum. C. de pdijs minor. ⁊ in. l. j. ⁊. ij.
C. ſi aduerſus tranſactio. ¶ Et predicta intelligo qñ mulier nõ
iurauit. ſi aũt mulier iuraſſet non contrauenire. tunc tale iura-
mentum nõ piudicaret marito. ſi non conſenſit per iſtũ tex. a cõ
trario ſenſu. ⁊ per id qd habet in dicta. l. ſi predium. tamen tunc
ſoluto matrimonio in effectu confirmaret alienatio: qr mulier
obſtante ſacramento non poſſet contrauenire. vt pz in hoc. c. ⁊
hoc caſu poſſit ſeruari gl. in dicta. l. conſtate. ⁊ opinio. Cy. Bal.
⁊ Sali. Si aũt mulier alienauit cum ſacramento cõſentiente vi
ro: tunc neq; vir neq; mulier admittetur ad reuocandum per id
qd habetur in hoc. c. maxime ſi vir etiam iurauit. Jdẽ tñ credo
⁊ ſi non iuraſſet. ex quo mulier iurauit cuius fauore lex phibuit
alienationẽ. vt in hoc. c. patet. vbi autem mulier alienat non in-
teruenīente ſacramento ipſius mulieris. tunc vt ſuperius dixi
non impeditur reuocatio per virum conſtante matrimonio ẽt
ſi ipſe iuraſſet ex quo mulier non iurauit, nec ſimiliter impedit
23 mulier ſoluto matrimonio. ¶ † An autez qñ mulier alienauit
cuz ſacramento ⁊ poſtea ſoluto matrimonio rẽ repetit poterit
emptor petere pretium conclude qd non ſi fuit ſciens, etiã ſi ex-
preſſe fuiſſet ſtipulatus eo caſu quo alienatio nõ teneret per ea
que ſuperius dixi quando vir alienat. ſecus ſi ignorauit: qr tunc
poterit petere pretiũ non tñ penã per dictam. l. cum lex in rõne
ſui. etiã ſi fuiſſet ignorans emptor ⁊ hoc etiã voluit Jo. de fab.
in loco prealleg. qui reſpondet ad. l. ⁊ ſi is. C. de predijs minorũ.
quod ibi adminiſtrator non reuocat ex iure ſuo. ſecus in mulie-
re. Jdeo tunc ſuccedit ratio. l. cum lex. ff. de fideiuſſoribus. ⁊ fa-
cit qd ibi notatur per Barto. ⁊ ideo etiam tunc nõ vr teneri de
euictione eadem rõne vltra ipſum pretium. ⁊ per hoc poteſt in-
ferri qd gl. in dicta. l. ſi predium, inquantũ dixit mulierẽ teneri
de euictione, ſi emptor fuit ignorans non bene dixit ⁊ hoc ẽt ſa
tis videtur fuiſſe de mente Bart. in dicta. l. cum lex, niſi intelli-
24 gas gl. ⁊ illã ſalues reſpectu pretij. ¶ † Ex predictis ẽt petere
pt qd ſi vir ⁊ vxor ſimul vẽdãt rẽ dotalẽ ſiue qlibet ſolũ pro pte
ſe obliget, ſiue quilibet inſolidũ. ⁊ ſiue vterq; iuret, ſiue alter tã-
tum. nec obſtat pdictis inquantũ dixi qd ſi emptor emit ſcien-
ter rẽ dotalẽ non petit pretium, nec penã ẽt ſi fuerit ſtipulatus
qd habet in. l. ſi fundum. C. de euictio. vbi vr probari oppoſitũ:
quia ibi loquitur quando venditur res aliena que non eſt prohi
bita alienari. facit quod habetur in. l. rem alienam. ff. de contra
hen. emptio. ſecus qñ prohibita eſt alienari vt. d. l. quẽadmodũ.
C. de agri. ⁊ cenſi. ⁊ ſic ẽt ſoluit glo. valde notabilis. in. l. imperia
lẽ. circa finẽ princi. de prohi. feu. alie. p Feder. in vſibus feudo. q
videtur melius dicere ꝙ. gl. in dicta. l. quẽadmodũ. ⁊ quã etiã di
cant Spec. ⁊ alij tenentes oppoſitũ. ⁊ bene facit quod habetur
in tex. in. d. l. imperialem. circa finem prin. ¶ Jtẽ non obſtat ꝙ
habet in. l. ſi. C. de fundis limitrophis. li. xj. quia dz intelligi qñ
emptor fuit ignorans ſaltẽ ius. ⁊ ſic fuit in bona fide. vt ibi tan-
gitur in. d. l. quemadmodum. ¶ Sed iuxta predicta põt dubita
ri quid ſi viri ⁊ vxor vendunt alteri rem dotalẽ an ſaltẽ pro di-
midia tenebitur mulier ad ptiũ eo caſu quo venditio nõ tz ⁊ res
repetatur vr ꝙ ſic ex quo vterq; vẽdidit ⁊ vtriq; dicitur pretiũ
ſolutũ argu. l. res. §. cum in tabulis ⁊ quod ibi not. ff. de duobus
reis. ⁊ hanc ptẽ videtur tenere Bar. in quodam ſuo conſilio qd
incipit punctus queſtionis talis eſt. dña. P. nupſit cuidã. M. ⁊
ſic in queſtione de facto vidi dictum conſilium allegari. Jn con-
trarium fortiter facit qd habetur in autenti. ſi qua mulier. C. ad
velleia. vbi qñ vir ⁊ mulier in eodẽ inſtrumento ſe obligant non
tenetur mulier niſi quatenus docetur verſum eſſe in vtilitatem
mulieris ⁊ hanc partem etiam videtur tenere Spec. in ti. de ſo-
lu. ⁊ libera. §. ante omnia. verſi. ſed pone vir. ⁊ hanc partem pu-
to de iure veriorẽ per dictã auten. ſi qua mulier, ⁊ qr docet expe-
rientia maritus vero percipit totam pecuniam, ſed pro cautela
emptoris quãdoq; mulier principaliter ſe obligat ⁊ cõfitetur ſe
ptiũ recepiſſe, nec cõmode ẽt mulier bñ poſſet reſiſtere volunta
ti viri. ⁊ ideo ſatis eſt iuſtum qd non teneatur etiam ſi i iſtrumẽ
to dicatur ꝙ pecunia fuit ſibi numerata prout notabiliter vide
tur ſentire Spec. in dicto verſi. ſed pone vir, ⁊ vr ſatis de mẽte.
d. aut. ſi qua mulier. que veriſimiliter fuit facta propter rationẽ
ſuperius tactã. nec obſtat dictus. §. cum in tabulis. qr qd ibi dr
procedit regulariter in his qui poſſunt ſe obligare: ſed fallit in
muliere que non poteſt ſe obligare pro viro, nec etiam regulari
ter pro alijs per id ꝙ habet in dicta aut. ſi qua mulier, ⁊ in. l. j. ⁊
per totum. ff. ad velleia. ⁊ hanc queſtionem, vt pdixi vidi etiam
de facto in ciuitate iſta. ⁊ ſic videtur ꝙ ad hoc vt mulier obliga
tur quando obligat ſe cum viro ꝙ ſit neceſſe aliter apparere pe
cuniam eſſe verſam in vtilitatem mulieris ꝙ per id ſolum quod
dicatur in ſcriptura inſtrumenti per id quod habetur in dicta
auten. ſi

Ayuntamiento de Madrid

auten.ſi qua mulier,τ quod notauit Spec.in loco palleg.quod eſt diligenter notandũ τ valde etiã videtur rationi conſonum,τ adde etiam pdictis qḋ ſi emptor fuit ignorans rẽ eſſe dotalez ſi apparet mulierem conſenſiſſe animo decipiẽdi:vt quia aſſeruit rem non eſſe dotalẽm cũ vere eſſet,videretur ꝙ tunc non ſubuc- niatur ſibi ꝑ id qḋ habetur in.l.ſi ſine.C.ad velleia.τ in.l.iij.C.ſi mi.ſe ma.di.de cantela autem quando mulier primo iurauit,nõ iurauit alienare rem dotalem,τ poſtea alienat cum ſacramento de qua tetigi in notabilibus an indiſtincte procedat tangã i ma teria iuramenti ſub tertio mẽbro.❡ Quid autẽ ſi ſtatutum ex preſſe dicat ꝙ non poſſit mulier alienare fundum dotalem ẽt cum iuramento prout viget ſtatutũ in ciuitate iſta,an tunc fir- mabitur contractus iuramento dicam ſimiliter i materia iura- mẽti ſub tertio mẽbro,vbi ẽt tangam an tale ſtatutũ valeat vel ſaltem prebeat iuſtam cauſam abſolutionis petende a ſacramẽ

25 to.❡ †Quid autẽ ſi mulier cõſentiẽte viro vel ambo dant i do tem pro filia cõmuni fundum dotalem,tangit Spec.in.d.§.iij. loco.verſi.quid ergo ſi vir,τ ibi vr̃ concludere ꝙ non teneat,niſi

26 interueniat iuramẽtũ mulieris ꝑ iſtud.c.qḋ tene mẽti.❡ †Itẽ aduerte qꝛ poteſt eſſe dubiũ quando vir τ mulier ſimul alienãt predium dotale,τ cũ iuramento,an tunc ſoluto m̃rimonio po- terit mulier repetere ab heredibus viri pro dote ſua ꝓtiũ rece- ptũ ex ipſa re dotali vendita.Bar.in conſilio ſuperius allegato concludit qḋ pro dimidia pro qua pretiũ vr̃ peruenîſſe ad virum lʒ ambo ſe inſolidũ obligaſſent de euictione,τ confeſſi fuerint pretium ſe recepiſſe propter id qḋ cõſueuit dici i materia duo- rũ reorum in.l.vir vxori.§.ſi.ff.ad velleia.τ in.l.reos.§.cũ tabu- lis ff.de duobus reis.τ in.l.eadẽ.eo.tit.poterit agere contra he- redes viri:quia tale ꝓtiũ in dote ſuccedit loco rei.ff.de verbo.ſi- gnifi.in.l.labeo.§.item ſi dominus,cũ ibi notatis per gl.Et qa dos eſt nomen vniuerſale iuxta id qḋ legitur τ notatur in.l.qḋ dicitur.ff.de impen.per gl.τ Barto.τ per eundẽ Bart.in rubri ca.ff.ſo.matrimo.τ ideo ibi ſuccedit ꝓtium loco rei ſicut in indi cijs vniuerſalibus,vt patet in.l.ſi rem τ ꝓtiũ cum ibi notatis. ff.de petitio.heredi.pro alia autem dimidia dicit non poſſe agi cũ illa ſm̃ cum videatur perueniſſe ad mulierẽ,ſed certe contrariũ vr̃ poſſe dici de iure per id quod ſuperius dixi:quia ex quo vir τ vxor ſunt obligati in eodẽ inſtrumento,niſi probetur manifeſte aliter quã ex tenore inſtrumenti pecuniã eſſe verſam in vtilitatẽ mulieris non vr̃ mulier teneri per id quod habetur in dicta au- ten.ſi qua mulier.C.ad velleia.τ per id qḋ notauit Specu.in di to.§.ante oĩa.verſi.ſed pone vir,τ hoc credo verum qñ vterque ſe inſolidũ obligauit de euictio.licet Barto.aliter ſentiat in di cto conſilio,ſi aũt ſolum pro dimidia ſe obligaſſet de euictione mulier,τ pro alia vir tunc poſſet procedere opinio Bart.quia ſatis eſt veriſimile ꝙ ſi pecunia debuiſſet inſolidũ ad manus vi ri peruenire ꝙ emptor voluiſſet virũ inſolidum obligari.❡ Itẽ quia tunc non reperitur mulier obligata in dicta dimidia ſimul cũ viro,τ ideo videtur tunc ceſſare dicta auten.ſi qua mulier,ſi aũt vir alienaſſet conſentiente muliere,τ iurante τ ipſe pretiũ rece- piſſet tunc clarum ꝙ ab heredibus eius poſſet peti dos,τ cõſe- quenter ꝓtiũ receptuʒ ꝑ rationẽ ſuperius allegatam q̃ colligit̃ ex dicta.l.qḋ dicitur,cũ ibi nota.τ ex dicto.§.item ſi dñs cũ glo. ſua.Si aũt econtra mulier alienauit tunc ſi quidem hoc fecit ſi ne conſenſu viri,clarum eſt qḋ ẽt ab herede viri nil petet,ſi au- tem alienauit cũ conſenſu viri τ etiam iurauit tunc ſi mulier ſo la eſt obligata de euictione,τ pretium recepit,vt dr̃ in iſtrumẽ- to non poterit aliquid petere,ſi autẽ vir inſolidũ ſe obligaſſet de euictione cum eo,tunc ſatis dici poteſt quod licet dicatur in inſtrumento mulierem pretiũ recepiſſe niſi aliter probetur pre- tiũ verſum in eius vtilitatem preſumatur veniſſe ad manus vi ri per id qḋ habetur in dicta aut.ſi qua mulier,τ quod notauit Spec.in dicto.§.ſi ante omnia.verſi.ſed cum τ vir.Et ex predi- ctis plene pʒ quid iuris ſiue mulier ſiue maritus alienet fundũ dotalez,τ intellige vt etiam voluit Ang.in.d.l.cum vir,qñ fun- dus dotalis eſt ineſtimatus,nam ſi eſſet eſtimatus ea eſtimatio ne que faceret emptionẽ non eſſet proprie fund⁹ dotalis iuxta ea que leguntur τ notantur in.l.ſi inter virũ.C.de iure dotiũ,ſi autem eſſet eſtimatus ea eſtimatione que non facit emptionez: ſed vt videatur an ſit melioratum vel deterioratũ ipſum prediũ dotale tunc eſt caſus ſingularis coniuncta gl.non eſt alibi ſcḋm Ang.in.l.ſi eſtimatis.ff.ſoluto matrimonio,qḋ tũc põt vendi per maritum conſentiente vxore,τ ſic in illo non habet locũ.§. τ cũ lex.de rei vxo.actio.ſed ſolũmodo in omnino eſtimato qḋ eſt notandũ ꝓ limitatione dicti.§.nam videtur ꝙ ille.§.τ cum lex habeat locũ ſolũ quãdo fundus datus fuit in dotem,ſeu res imobilis.τ non fuit facta aliqua eſtimatio.vnde aduerte quod aut res immobilis data in dotẽ nullatenus fuit eſtimata,τ tũc illa ꝓprie dr̃ res dotalis,τ in illa habẽt locũ iura q̃ ꝓhibẽt alie- nationẽ rei dotalis,adeo qḋ non poterit fieri alienatio etiã cõ-

ſentiente muliere τ etiã ſi interueniat iuramẽtũ de iure ciuili vt legit̃ τ notat̃ in.d.§.τ cũ lex.lʒ ſecus ſit de iure canonico qñ mu lier iurauit vt hic pʒ.❡ Interdũ autẽ datur res in dotẽ τ eſti mat̃ ea eſtimatione q̃ facit emptionẽ,τ tunc illa non cenſet̃ res dotalis:ſed cenſetur eſſe ꝓpria ipſi⁹ viri τ empta ꝑ eũ,τ in effe- ctu ꝓtiũ eſtimationis vr̃ recepiſſe in dotem per id qḋ legit̃ τ no tatur in.d.l.ſi inter virũ.C.de iure dot.τ in.l.plerũq̄.ff.eo.tit.τ ideo talis res poſſet alienari per virũ etiam ſine conſenſu mu- lieris,ſicut quelibet alia res propria ipſius viri,τ ideo non cen- ſetur dicta res eſſe dotalis,aut fuit ipſa res eſtimata ad finẽ vt videretur an res eſſet deteriorata vel meliorata non ad finẽ vt fa ceret emptionẽ,τ tunc vr̃ ꝙ in hac re eligatur media via:quia ſi alienatio ſit ſine conſenſu mulieris non videtur valere,ſicut nõ valeret ſi nulla eſſet facta eſtimatio,τ ſic hoc reſpectu cenſet̃ res dotalis,facit qḋ habet̃ in.l.ꝙ ſi fundus.ff.de fundo do.lʒ ſi alie netur cũ conſenſu mulieris:tunc vr̃ ꝙ teneat̃ alienatio.per id ꝙ habetur in.d.l.ſi eſtimatis,ſcḋm vnam lecturã quam communi ter ſequuntur doctores,τ non cenſetur ſimpliciter dicta res do talis qꝛ tunc poſſet alienari etiam cũ conſenſu mulieris τ dicto §.τ cũ lex.lʒ aduerte:qꝛ licet hec videatur eſſe cõmunis opin.tñ de iure vr̃ tenẽdũ oppoſitum ex eo qḋ inducta ad vnum effectũ nõ debent aliud operari.l.legata inutiliter.ff.de legata.j.τ.l.nõ oĩs.ff.ſi cer.pet.τ.l.obligationum ſubſtantia.§.fin.ff.de actio.τ obligatio.Et ideo cũ eſtimatio fuerit facta ad finẽ tantũmodo vt videatur an res ſit meliorata vel deteriorata.ergo aliũ effectũ dʒ operari.τ per cõſequens vr̃ ꝙ debeat cenſeri res dotalis ex q̃ res mobilis data in dotem,τ que dʒ reddi ſoluto matrimonio ipſi mulieri,nec obſtat dicta.l.eſtimatis,qꝛ a cõtrario ſenſu col- ligitur intellectus docto.vt ibi patet:talis aũt intellectus non videtur ſumendus,tanq̄ rationi contrarius,τ qꝛ etiam talis in tellectus ſatis videtur eſſe contra.d.§.τ cum lex.τ ideo non vr̃ ſumendus ꝑ id quod habetur in.l.ij.C.de conditio.inſer.vñ alia lectura eſſet tenenda quã ſequitur ibi Dyn.τ ſic non obſtaret.τ ꝑ hoc etiam faciat ꝙ licet ante ius.C.valeat quoq̄ alienatio cõ- ſentiente muliere,τ ita etiã poſſet intelligi dicta.l.eſtimatis,tñ hodie iſtud eſt correctum,vt patet in.d.§.τ cũ lex.τ inſtit.quib. alie.li.in princ.τ hec opinio videtur magis rationi conſona.lʒ il la quã dixi.ſ.poſt Ang.communiter teneatur.❡ Itẽ aduerte qꝛ lʒ Hoſt.hic dixerit vt tetigi circa principiũ decre.ꝙ ex men- te iuris ciuilis ſatis poterat colligi ꝙ contract⁹ deberet firma- ri iuramento in caſu decretalis:tñ legiſte communiter tenent ꝯ trium,nec obſtat auten.ſacramenta.C.ſi aduerſus venditorẽ,qa reſpondet gl.in.l.ſi predium.C.de iure dotiũ,ꝙ id ibi ſacramen tum operatur preſtitũ ꝑ minorẽ:quia facit ipſum haberi ꝓ ma iore,τ ideo ſicut ſi eſſet maior teneret contractus.ita etiã tʒ qñ preſtitit iuramentum,licet ſit minor q̃ ratio ceſſat qñ alienat̃ res dotalis per mulierẽ,τ ideo non obſtante auten.ſacramenta.vi- detur ꝙ non valet ſcḋm legem alienatio rei dotalis,etiaʒ ſi fiat cum ſacramento propter ea que habentur in.l.non dubiũ.C.de legibus,τ ſic etiam tenuit gl.in dicto.§.τ cum lex.τ tenent cõi- ter legiſte.τ hoc etiã tenuit Bal.in.l.pactum.C.de collatio.cir ca prin.quinimo τ tex.hic vr̃ ſatis probare hoc.dum dicit qḋ ſi caſu iuramentũ non erat obligatorium:ſecundũ legitimas ſan- ctiones.lʒ ſecus ſit de iure canonico,τ que ſit ratio diuerſitatis dictum ꝑ eũ gl.ij.nec obſtãt alia iura ciuilia allegata ꝑ Hoſti. quia debẽt intelligi caſibus in quibus ius ciuile non induxit prohibitionẽ actus gerendi,alſ ſecus per regulã.d.l.nõ dubiũ. C.de legibus.alſ dicta iura contradicerent dicte.l.quod in du- bio non eſt dicendũ:qꝛ generalis diſpoſitio vel locutio non dʒ trahi ad ſpecialiter puiſa vt in.c.j.de reſcriptis.τ.ff.de pe.l.ſan ctio legũ,τ prom pti eſſe debemus ad iura concordanda.l.vna.

27 C.de inoffi.dona.τ in.c.cũ expediat.de ele.in.vi.❡ †Quid au- tem ſi extraneus vendit fundum dotalem nõ autem ipſe vir vel vxor videretur dicendũ quod idem eſſet quod in vẽdente rẽ alie nam.τ ſic quod tʒ contractus ad preiudicium vendentis lʒ non ad preiudicium viri vel mulieris.per id quod notauit Bart.in dicta.l.cum lex.ff.de fideiuſſo.τ quod habetur in.l.rem alienaʒ. ff.de contrahen.emptio.τ iſta etiam videtur eſſe cõmunis opi- nio ꝑ id qḋ legitur τ notatur in.l.ſi is.C.de predijs mino.cũ ibi notatis.ſed forte diſputationis gratia ꝑ eſſet dici hoc verum quando [illegible] eſſet ignorans,ſi autem fuerit ſciẽs,tunc videt̃ quod non [illegible] agere ad pretium etiam ſi eſſet ſtipulatus cum videtur qui [illegible] delinquere contra interdictũ.in.l.emendo. per id quod [illegible] notatur in dicta.l.quemadmodum.C.de agrico.τ cenſ [illegible] quod habetur in.c.j.in fine princip.cum gl.ſua.de proh [illegible] alienatione per ſederi.in vſi.feu.nec ob ſtat quod habe [illegible] dicta.l.rem alienam.ff.de contrahen.ẽpt. quia debet i[illegible] in rẽ non prohibitam per legẽ alienari ꝑ id. qḋ hab [illegible] dicta.l.quemadmodum.τ in.d.c.j.❡ Item non obſtat quod habetur in.l.ſi fundus.C.de euic.quia ſimiliter vi-



Ayuntamiento de Madrid

detur illud intelligendum quando alienaretur res non prohibi ta alienari, alias ſecus per ea que habentur in dicta. l. queadmo dum, et in dicto. c. j. ¶ Jtē non obſtat quod habetur in. l. et ſi is. C. de predi. mino. quia videtur qđ debeat itelligi quando ēptor fuit ignorans ſaltē ius per id quod ſuperius dixi in ſimili. nam ſi ſciuiſſet ius et factum vř qđ non deberet poſſe agere aliq̄ mo do de euictione etiam ſi ſit ſtipulatus per rationem dicte. l. quē admodum, et per id qđ habetur in dicto. c. j. cum ꝓhibita ſit res minoris alienari vt patet in. l. j. et per totum. ff. de reb. eorū. et C. de prediis minorum, et per totum. nec obſtat etiā ſi dicař ꝙ lex videtur prohibere alienationē rei dotalis, et rei minoris, et non contractum vt voluit ſentire Bar. in dicta. l. cū lex. ff. de fideiuſ. quia reſponderi poteſt quod imo prohibet etiam contractum ſup re dotali vt pꝫ in. l. ij. ff. de fundo dota. et quod ſimiliter ſup re minoris. l. non ſoluꝫ. C. de prediis minorum. et. l. j. ff. de rebus eorum, inquantum prohibet, ne ipſe res diſtrahantur, nam di ſtrahere ſm Hugoli. ſub verbo trahere idem eſt quod remoue re vel donare, et ſic videtur quod dictum Bar. ſimpliciter non ſit verum aduerte tamen quia dicta. l. et ſi is. multum facit pro cō muni opinio. cū indiſtincte videatur loqui. Jdeo tutius eſſe vi detur tenere cōmuniorem opinio. licet ſuperius dicta videntur etiā poſſe de iure defenſari, et de materia etiā dixi in. l. cū vir. ff. de vſur. et hec ſufficerent ꝓ cōmuni lectura huius decretalis tū quia Joā. de ligna. hic poſuit materiam iuramenti et ſucceſſiue dominus Anto. quam Bart. ante alios per prius tractauit in l. ſeius et augerius. ff. ad. l. falcid. et plenius in. l. ſi quis pro eo. in principio. ff. de fideiuſſo. et ibi dicit ſe dicere illa que ab aliis non ſunt tacta et Jo. de ligna. hic ſecutus fuit ordinem Barto. in. l. ſi quis pro eo, et ſimiliter dominus Anto. hic. Et ideo reſtat de ſcendere ad ipſam materiam iuramenti que valde quotidiana eſt, et ideo plenius attingenda iuxta Rhetoricam iuriſconſulti Pauli in. l. legaui. ff. de liber. lega. et eſt etiam materia huius gl. quia in ea tractatur de preiudicio ſeu ligamine anime et an lige tur vel non ligetur per iuramentum et in ipſa vario modo loquu ti ſunt docto. vt patebit ex ſequentibus, et hanc materiam pro miſi me dicturum in dicta. l. ſi quis pro eo, dum legerem: ſed hic dicam quod ibi eram dicturus, et pluries fui ſtimulatus, vt hanc materiam ptractarem, et illā diſpoſueram pertractare tēpore q̄ poſtea ſuperuenit interdictū hoc. vnde propter ſuperuenientis interdicti hoc facere non potui. et ſic dilatata eſt vſq; in hodier num diem. Ueniendū eſt igitur cum dei adiutorio ad ipſaꝫ per tractandam in qua vt predixi Bart. pre ceteris dedit principiū in dicta. l. ſi quis pro eo, vbi dicit ſe dicere que alibi non reperiun tur, et Joan. de lig. hic ſecutus eſt ordinem eius, et in paucis diſ ſcrepauit ab eo dominus et preceptor meus dominus Anto. audiente ſub eo preciſe in lectura huius capituli ſequebat̃ Bar to. in omnibus per eum poſitis in dicta. l. ſi quis pro eo. prout habebam in recollectis per me ſub ipſo reportatis que poſtea perierunt cum aliis propter caſum incendii mihi occurſum. ſed demum dū cōmentaret hanc decretaleꝫ aliter fuit loquutus et in multis diſcrepauit a Barto. vt patet in eius lectura, ego au tem conabor iuxta mei ingenii paruitatem dicere quod mihi vi

28 ſum fuerit iuri et rationi conſonum. ¶ † Pro declaratione igit̃ hui⁹ materie duo ſunt principaliter videnda primū quis ſeu q̄ lis ſit effectus iuramenti, inquantum non repugnat legi ſeu iu ri, ſecundo erit videndum de effectu iuramenti inquantum re pugnat legi aut iuri. ¶ Circa primū eſt aduertēdum vt tetigit Bar. in dicta. l. ſi quis pro eo. et Joan. de ligna. et domi. Ant. hic quod triplex eſt ſpecies iuramenti, nam quoddā eſt iuramentū declaratorium et litis deciſorium, et ſic tendēs ad litis deciſoriū, quoddā eſt iuramentū tendens ad confirmationem actus geſti quoddam vero eſt iuramentum tendens ad inducendā obliga tionē. ¶ Circa primā ſpecieꝫ eſt dicendū ꝙ magnus eſt effect⁹ talis iuramenti tēdētis ad litis deciſionem, nā habeř pro veri tate. l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. et imponit fineꝫ liti. l. j. ff. de iureiuran. et etiam inducit obligationeꝫ, et conſequēter actio nē. l. actori. C. de iureiuran. et aduertendū ꝙ ſi iuramentū preſte tur ſuper aliquo facto informi. vt non exprimiř aliqua cauſa, vt ſi aſſeris non debere tibi decē; et ego contētor ſtare tuo iuramē to et tu iuras me tibi debere decem tunc oritur actio in factū ex ipſo iuramento p ea q̄ habentur in. d. l. actori, nec aliqua actio oriř ex quo eſt ſic informiter preſtitum qꝛ non eſt aliqua obligatio nis expreſſa, et ſic non adeſt materia alia aliqua ad inducen dum aliā obligationē non vitiař tū obligatio, hoc caſu deſcen dens ex iuramento, lꝫ cauſa non ſit expreſſa, ſed auctoritate iuramenti, ſicut nec etiā vitiatur confeſſio iudicialis facta in iu dicio p quā qs cōfiteř actori ſe debere decē, ſine cā expreſſa vt eſt gl. notabilis, in. l. j. ff. de interro. actio. et ſic oritur tūc actio in factū, ſicut ex ſententia cū ipſum iuramentū habeat vim ſen tentie. l. j. ff. de iureiuran. et ſimiliter ipſa confeſſio. l. j. ff. de con

feſſis, ſi autem iuramentum fuerit pſtitū: qꝛ ſup aliq̄ cauſa apta ad inducendā obligationē, puta ſi iuraui te debere mihi decem ex cauſa venditionis talis rei tibi facte, tunc iuramētū facit qđ pſumiř factū fuiſſe vt eſt iuratū, et ſic preſumi facit materiam iu per qua iurař. et tali pſumptione que non admittit probationē in contrariū vt dicta. l. non erit. §. dato. et ideo agi poterit actio ne deſcendente ex ipſo contractu iurato probato per iuramen tum. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. et. §. marcellus. ff. de iureiur. fa cit etiam qđ habetur in. l. certum. §. ſi. ff. de confeſſ. cū ibi not. p glo. et de hac ſpecie iuramenti plene habeř. C. et. ff. de iureiuran.

29 ¶ † Circa ſecūdā ſpeciē eſt aduertendū ꝙ ſi iuramentū tendit ad cōfirmationē actus validi vř habere effectum: qꝛ adiicit vin culū ipſi actui, facit qđ habeř in. c. vltimo. de foro cōpe. in. vi. et ēt adducit ꝙ accumulat forū. vt ibi pꝫ. nā vbi alřs ſi iuramentū non interueniſſet non potuiſſet qs tanq̄ laicus conueniri corā iudice eccleſiaſtico de forō cōpe. cū ſit generale, tū modo ꝓpter adiectionē iuramenti, poterit etiam conueniri coram iudice ec cleſiaſtico. vt in dicto. c. ſi. de foro cōmp. in. vj. et ſic electio erit a ctoris corā quo velit conuenire ipſum reum, et nota bene hūc ef fectum: qꝛ vt plurimū hodie in quolibet contractu interponiř iuramentū et electio erit actoris corā quo iudice velit reum con uenire: licet vterq; contrahens ſit laicus, et etiam ſit de terris im perii qđ diligenter eſt notādū, nā intereſt noſtra habere electio nē iudicum propter arbitria que occurrunt in iudicio. ſeu in q̄ bus iudex hꝫ arbitriū. nam interdū vnus iudex erit magis fauo rabilis actori q̄ alteri, et in talibus expedit hře iudicē gratioſuꝫ iuxta id qđ legiř et notatur in. c. conſuluit, de offi. d. leg. interdū vero adiicitur actui inualido ad confirmationem ipſius, et tunc iſtud proprie venit examinandum ſub ſecundo membro princi pali qđ iuramentū interponitur ſuper eo qđ repugnat iuri, vñ quis ſit effectus in dicto caſu et an et qñ poſſit confirmare ipſuꝫ actū inualidū, et an ipſum actuꝫ confirmet an vero ſolū obliget iurantem ad obſeruantiam iuramenti tangetur plene i dicto ſe cūdo membro, et ēt aliqd ſuperius eſt dictū cum gloſ. ii. et ſup gl.

30 ſi. et hoc ſufficiat pro nunc de hac ſecunda ſpecie. ¶ † Circa ter tiam ſpeciem iuramenti, quando tendit ad inducendam obliga tionem, et q̄nter actionē, eſt videndū, an tale iuramentū inducat obligationē, et actionē de iure ciuili. ſcđo quid iuris et de iure ca nonico. ſi queriř de iure ciuili eſt attendendū ꝙ fuerunt opinio. nā gl. iuris ciuilis, et cōiter doctores maxime citramon. tenent ꝙ de ciuili regulariter iuramentum non inducit obligationem etiam naturalem, fallit in liberto qui obligatur ex iuramento ſi poſt manumiſſionem iurat operas dare dño manumittenti ſeu danti libertatē. nā tunc bene obligatur ex tali iuramento. l. iuriſ iurandi. in princip. ff. de oper. liberto. ff. de liber. cauſa. et not. per glo. et doctores in. l. j. C. de oper. liber. ſed doctores aliqui vltra montani tenuerunt contrariū dicentes ꝙ iuramentuꝫ tendens ad inducendā obligationē hꝫ obligare quēlibet ēt libertū, vt ēt refert Bal. in. d. l. j. mouentur p. l. actori. C. de reb. credi. et iureiu ran. et per dictā. l. vt iuriſiurandi. ¶ Jtem qꝛ ſi iuramentū ten dēs ad cōfirmationē contractus et ſic indirecte ad obligationeꝫ inducit obligationem, vt pꝫ ex his que legunř et notanř in auť. ſacramenta. C. ſi aduer. vendi. p gl. et doctores, ergo pꝫ eos vř ꝙ multofortius debeat inducere qñ directe tendit ad inducenduꝫ obligationē: ſed vt dixi cōis opi. gl. iuris ciuilis et doc. eſt in con trariū p. l. ſi qs pro eo in princi. ff. de fideiuſſori. vbi pꝫ quod iu ramentum pſtitū p aliū ꝙ per liberū nullā obligationē inducit ēt naturalē qđ pꝫ: qꝛ ibi non pōt accedere fideiuſſor cuius ꝯtra rium eſſet ſi iuramentū induceret obligationē ſaltē naturalē vt pꝫ in. l. j. et. ij. ff. de fideiuſſ. et. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. e. ti. et etiā pro hoc bñ facit qđ habetur in. d. l. vt iuriſiurandi. vbi ex preſſe dř ꝙ vt iuriſiurandi obligatio contrahař opꝫ iurātē eē li bertū, et de operis iurareꝫ, et ſic aperteuř velle ꝙ alius q̄ libertus nō obligeř ex iuramēto, nec obſt. pdictis qđ hř in. l. actori qꝛ ibi loquiř in iuramento litis deciſiuo, in quo aliud eſt fauore litiuꝫ dirimendarū facit. l. j. ff. de iureiur. et qꝛ etiam ibi non tēdit iura mentū princi. ad obligandū ſꝫ ad litē decidendā et ad declarādū aliquid de quo eſt contentio debeat. ¶ Jtē nō ob. ꝙ hř i. d. l. vt iu riſiurandi: qꝛ imo facit ꝙ ſic ſi bñ pondereř vt pꝫ ex ſuperius di ctis. ¶ Jtē nō obſt. ꝙ inducit obligationē qñ tendit ad confir mationē actus geſti vt in auť. ſacra. qꝛ illud eſt ſm Bal. in. d. l. et ēt in dicta auť. ſacra. qꝛ iuramētū ibi repreſenſat iurantē. et ideo nimirū ſi poſtea obligař ſicut obligareř maior: ſꝫ hic nō obliga reř maior p iuramētū vt pꝫ in. d. l. ſi qs pro eo. et in. d. l. vt iuriſiu randi. ſꝫ aduerte qꝛ iſta rñſio vř concludere ſi ſup contractu va lido preſteř iuramētū. nā tunc nō vř adaptari poſſe dicta reſpō ſio, ſed forte Bal. voluit ꝙ tunc iuramentū de iure ciuili nō ob ligaret qđ an ſit verū patebit ex ſequentibus, et ſic ex predictis videtur reſtare concluſio ꝙ vbi iuramētum tendit ad obligatio nē inducendam quod de iure ciuili in alio quam in liberto non inducit

Ayuntamiento de Madrid

inducit obligationē etiā naturalē ꝑ id qđ habetur in.d.l.ſi qs pro
51 eo.vbi non pot accedere fideiuſſor.¶ †Et ex hoc inferri pōt.vt
tāgit Bar.in.d.l.ſi qs ꝓ eo.ꝙ iuramentū nō vr̄ habere vim pa-
cti qđ pꝫ q2 ꝑ pactū inducit obligatio naturalis.l.j.⁊.l.iuriſgē
tiū.ff.de pac.qđ ſecus eſt in iuramēto.⁊ ideo eſſe pōt ſm eū q2ꝑ
iuramētū qs potius vr̄ obligari deo ꝙ̄ parti ⁊ ſic non videt ibi
eſſe pactū:cū pactū ſit duoꝝ in idē placitū ⁊ cōſenſus.l.j.ff.de
pac.vt dicit hic do.Ant.de obligatione dei lex nō videt iuraſſe
q2 finis legis ciuilis non fuit principaliter de aīa ꝓuidere.facit
qđ dictū fuit cū gl.ij.⁊ qđ no.etiā ꝑ Jo.an.j.de reg.iur.poſſeſ-
ſor.lib.vj.in mercurialibus:adducit etiā ad pdicta ſimile de pol
licitatiõe q̄ ē ſolt⁹ offerētis ſpōſio ⁊ ſic nō eſt actū:cū nō pſup
ponat cōſenſuꝫ duoꝝ.facit qđ habet in.l.j.⁊.ij.ff.de pollici.qđ
videt intelligendū qñ pollicitatio fit in partis abſentia: ſi autē
fiat preſenti ⁊ acceptanti prout in dubio etiā videtur acceptare
per.l.qui patitur.ff.mandati.tūc ſatis videt habere vim pacti.
facit qđ legitur ⁊ no.ꝑ Cy.in.l.j.C.de pac.ſed lꝫ regulariter de
iure ciuili iuramentū nō inducat obligationē:tū vt dixit fallit
in liberto iurante ſe preſtaturū operas patrono qui eū manu-
miſit.d.l.vt iuriſiurādi.⁊ eſt ratio ſm Bal.in.d.l.j.C.de ope.li.
⁊ in.d.aut.ſacramenta.circa finē ꝓpter priuilegiū manumiſſio
nis ⁊ libertatis.quā recipit libertus.nā maximū eſt cōmodū li
bertatis ⁊ infinita eſt libertatis eſtimatio.l.libertas.ff.de reg.
iur.ſed do.Ant.hic dicit.qđ ideo in dicto caſu eſt ſpeciale q2 ibi
precedit quedā obligatio naturalis quo ad antidora eſt obliga
tus libertus.⁊ vt preſtet operas.habet in.l.ſed ſi lege.§.conſu-
luit.ff.de peti.here.q̄ naturalis obligatio predicta ꝓpter re-
munerationē libertatis hꝫ quodāmodo anexā neceſſitatē pſtādi iuxta
ea que habent in.l.ſi nō ſortē.§.libertus.ff.de cōdi.inde. Ideo
tūc ſm eū iuramētū ꝓpter naturā cauſe pambule inducit obli
gationē.⁊ ex hoc infert idē eſſe dicendū vbicūqꝫ al's precederet
obligatio naturalis:q2 tūc ſm eū iuramentū etiā de iure ciuili
ſuper illa preſtitū induceret obligationē.allegat qđ habetur in
ſimili in.l.j.§.ſi debitū.ff.de cōſti.pe.vbi etiā in ſimili cōſtituēs
ſe ſoluturū id qđ prius debebatur etiā naturaliter tm̄ obligat
naturaliter ⁊ ciuiliter.adducit etiā ad pdicta qđ no.ꝑ Hoſti.ſ.
de arbi.ꝑ tuas.vbi dicit qđ obligatio ex cōpromiſſo iurato orit
ꝙ ibi adeſt cōſenſus.facit qđ habet in ſimili in aut.ſiue a me.C.
ad velleia.⁊ ſecundū hoc videret quod ſi precedēte pacto nudo
qs iuraret dare qđ deuenit in pacto vel iuraret ſeruare pactuꝫ
quod de iure ciuili talis iurās obligaret ſm do.Ant.ſed contra
rium aperte fuit de mente gl.in.l.j.C.de oper.liber.que voluit
quod iuramento non ſit ſufficiens veſtimentum ad inducendā
obligationem niſi in liberto.⁊ expreſſe etiā ibi hoc tenet Bal.
dicens quod pactum nudum non veſtitur iuramento de iure
ciuili.idem etiā ipſe voluit in aut.ſacramenta.C.ſi aduerſus vē
di.⁊ idem etiā ibi voluit Sali.vnde dicūt predicti Bal.⁊ Sali.
ꝙ interdum interponitur iuramētum ſuper actu in quo deficit
ſolēnitas extrinſeca.⁊ tūc bene poteſt operari ⁊ inducere obli-
gationē.vt in dicta aut.ſacramenta.aut interponitur ſup actu
in quo deficit ſolēnitas intrinſeca vt contingit in caſu iſto quā-
do interponitur ſuper pacto nudo.⁊ tunc non inducit obliga-
tionē.⁊ iſta pars videt verior de iure pro cuius declaratione eſt
vidēdum que potuit eſſe ratio quod ius ciuile noluit obligatio
nem oriri ex iuramēto in alio ꝙ̄ in liberto:poteſt dici qđ ratio
potuit eſſe q2 ius ciuile conſiderauit qđ proni ſunt homines ad
male ſeruandū iuramentū ⁊ per cōſequēs ad periuria.⁊ ideo vt
tolleret materiam periurandi, voluit quod non obligaretur
quis ex iuramento.⁊ ſic videntes homines ꝙ iuramentum nō
erat ſpecies obligationis inducende cōſequenter ſed de iuramē
to non intromitterent nec inducerent aliū ad iurādum ex quo
viderant ꝙ tale iuramentū non haberet effectū.facit ad predi-
cta quod habetur in.l.j.⁊.ij.C.de indi.vidui.⁊ hac ratione etiā
remiſit pretor conditionem iurandi.ſi in teſtamento apponat
puta ſi relinquitur.⁊.titio ſi iurauerit aſcendere capitolium. nā
non cogitur iurare.ſed ſufficit ꝙ aſcendat capitolium ⁊ nihilo
minus habebit legatum.vt patet ex his que habētur in.l. que
ſub cōditione.ff.de cōdi.inſti.⁊ ideo cum iſta ratio vigeat ⁊ ha-
beat locū etiā ſi precedat pactū nudū vr̄ ꝙ de iure ciuili etiam
tunc nō inducat obligatio per iuramentū.⁊ eadem ratione vide
retur ꝙ etiā ſi precedat ſtipulatio iuramētū ſup ea interpoſitꝫ
non inducat obligationem.nec ob.predictis autē.ſacramenta.
quia potius facit ꝙ inquātū vult ibi ſeruari iuramentū ne ape
riatur via periurijs.facit qđ habet in.l.j.C.aduerſus vendi. al's
forte poſſet dici.ꝙ qñ ſuper contractu etiā al's valido interpo-
nitur iuramentū ꝙ tunc debeat ſeruari ne aperiatur via piurijs
⁊ quia ex quo precedit alia obligatio valida videt ꝙ veriſimi-
liter inducatur pars ad obſeruantiā cōpromiſſi.⁊ ſcđm iſtā vlti
mā ſolutionē videtur ꝙ iuramētum interpoſitū ſup contractu
valido inducat obligationē.ſꝫ certe iſtud nō videt bene de iure

eſſe clarū imo potius videtur dicendū oppoſitū:q2 regula eſt ꝙ
iuramentū tēdens ad inducendā obligationeꝫ i alio ꝙ̄ liberto
nō videt illā inducere per id qđ habet in.d.l.ſi quis pro eo.⁊ in
d.l.vt iuriſiurādi.nec videt eſſe bona reſponſio ſi dicatur quod
in.d.l.ſi quis pro eo.ideo non oritur obligatio:q2 ibi iurauit qs
dare operas.⁊ ſic videtur ſuper incerto fuiſſe interpoſita.⁊ ideo
in alio ꝙ̄ in liberto tunc nō valet vt ibi.licet ſecus videatur in li
berto per.l.ſi nō ſortē.§.ſi libertus.ff.de cōdi.inde.cum ibi not.
nā poteſt dici ꝙ etiā ingenuus pōt operas promittere.⁊ intelli
git de illis operibus que ſcđm qualitatē perſone ipſi⁹ ꝓmittē
tis poſſunt preſtari.vt ſi eſt pictor pſumit de talib⁹ operib⁹ fuiſ
ſe ſenſum ſi agoniꝫator de operibus agoniꝫatorijs.⁊ ſic de ſimi
libus.facit qđ habet in.l.plenū autē.§.equitij.ff. de vſu ⁊ habi.
⁊ expreſſe etiā voluit Bar.in.d.§.ſi libertus.⁊ ideo videt ēt in
ingenuo tenere ꝓmiſſio.facit qđ habet in.l.in ſtipulationibus.
§.operarū.ff.de ver.obli.⁊.l.operas.ff.loca.preterea ibi in.d.l.ſi
quis pro eo.dicit ſi quis iurauerit ſe daturū operas. vnde pōt
intelligi certas vel incertas.⁊ ideo vtrobiqꝫ videt habere locuꝫ
arg.l.de precio cum ibi no.ff.de publi.j.de priuile. q2 circa.⁊ ꝑ
hoc etiā videt tex.in.d.l.vt iuriſiurādi nō cauillādo.vbi aperte
litera dicit ꝙ vt iuriſiurādi obligatio cōtrahatur opꝫ iurantem
libertū eſſe.⁊ ſic vult ſecus eſſe in ingenuo preſtāte iuramentuꝫ.
Cum igit regula eſſe videatur ꝙ ingenuus nō obliget ex iura-
mēto videt ꝙ ſtandū ſit dicte regule in caſibus in qb⁹ aliud nō
reperit expreſſum.per id qđ legitur ⁊ no.per gl.in.l.oīs diffini-
tio.ff.de reg.iur.⁊ ideo videt ꝙ ſiue iuramentū ſit preſtitū ſup
obſeruantia pacti veſtiti ſiue ſuper obſeruantia pacti nudi ⁊ ſic
ſuper contractu alias valido ꝙ iuramentū nō inducat obliga-
tionem in ingenuo de iure ciuili.licet do.Ant.in vtroqꝫ hic ve
lit contrarium.ſed vt dixi Bal.⁊ Sali.in dicta aut. ſacramēta.
⁊ etiā in.d.l.j.de ope.liber.volunt cōtrariū quādo interponitur
ſuper pacto nudo.⁊ idē etiā videtur ſentire quādo interponit
ſuper contractu valido in reſponſione ad aut.ſacramenta vt ſu
perius tetigi:ſꝫ aduerte q2 huic opi.videt obſtare primo.d.aut.
ſacramenta ſed poſſet reſponderi.vt.ſ.tetigi poſt Bal.⁊ Sali.
vel poteſt dicere ꝙ illa authen. habet duplicem intellectum.
vnus eſt ꝙ loquatur quando iuramentum interponitur ſuper
cōtractu inualido ratione ſolēnitatis extrinſece.lꝫ alias de ſe
haberet ſolēnitatē intrinſecā. ali⁹ eſt intellectus ꝙ loquat quā
do interponit ſuper contractu valido:ſed poterat peti reſtitu
tio ratione leſionis.⁊ poteſt dici ꝙ in dictis duobus caſib⁹ fuit
ſpecialiter inductū ꝙ iuramētū obligaret ex eo q2 homines
[illegible] alia veſtimenta pactoꝝ non poterāt ſibi plene prouidere in
[illegible] caſibus.⁊ ideo tunc nō poterant prouidere in dictis caſi
[illegible] ſaltē ſemper.⁊ ideo recurrebant ad ſacramenta vt ſic metu
[illegible] amenti induceret iurans ad obſeruantiam.licet de iure di-
cte aut.non obligarentur.⁊ propter hoc deueniebatur ad periu
rium.⁊ ideo vt tolleret materia periurandi ſuperuenit illa aut.
que voluit ſacramentū debere ſeruari,ſed vbi alias homines
poterant ſibi prouidere cōmode ⁊ faciliter per alia veſtimenta
pactorū.de quibus plene in.l.iuriſgētiū.§.quinimo.ff. de pact.
non curauit ius ciuile inducere obligationem ex iuramento:q2
non erat veriſimile ꝙ homines recurrerent ad iuramentū pro
obligatione vel obſeruantia:ex quo regulariter non obligabāt
⁊ poterāt recurrere ad alia veſtimenta pactorum.⁊ ſi dicas eadē
ratione potuiſſet ſtatui per ius ciuile qđ ſi mulier alienaret pre
dium dotale cum ſacramento qđ tunc iuramētum obligaret:q2
videt eadē ratio:q̄ eſt in dicta aut.ſacramenta.ex eo q2 ꝑ alia ve
ſtimenta pactoꝝ nō pōt bene conſuli in dicto caſu pōt reſpōde
ri ꝙ ius ciuile illud non induxit in dicto caſu propter publicaꝫ
vtilitatem ne mulieres remaneant indotate facit quod habetur
in.l.j.ff.ſolu.matri.⁊ quod notauit etiam gl.in.l.ſi predium.C.
de iur.do.nec etiam poterat fieri extenſio in iſtis exorbitātib⁹
per hominem.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.nec obſt.etiam ſi
dicatur qđ in.d.aut.ſacramenta.poterat fieri ꝓuiſio faciēdo ſie
ri contractum cum ſolēnitate requiſita ad alienationem rei mi
noris:quia illud nō poterat de facili fieri ſine magna diſcuſſio-
ne vt patet ex his q̄ habētur in.l.magis puto.ff.de re.eorum.⁊
ſic nō faciliter poterat fieri prouiſio etiam per alia veſtimenta
pactorū.⁊ ideo propter hoc recurrebatur ad ſacramenta.vt ſic
propter [illegible] iam dei ſaltem quis induceretur ad obſeruan
ti [illegible] quis nō obligaret ante dictaꝫ aut.⁊ ideo vt
dixi vt obuia [illegible] urijs prouidit illa aut.qđ ſeruetur iuramen
tum.Item no[illegible] edicte opi.quod habetur in.l.ſi qs maior.
C.de tranſac.[illegible] n inducit actio ex iuramēto:ſed imponit
pena non ſerua[illegible] tum interpoſitum ad obſeruantiaꝫ
pacti:vel tran[illegible] qđ interpoſituꝫ eſſet ſuper pacto nu-
do non dicitu[illegible] roducat actionem:ſed notatur infa
mia nō ſer[illegible] ⁊ ſi interpoſitum ſit ſup tranſactiōe
habet [illegible] bi dicitur.⁊ ſic ex predictis videtur

Ayuntamiento de Madrid

remanere concluſio ꝙ de iure ciuili ex iuramēto preſtito ab in-
genuo non oritur obligatio ſiue per iuramentum iurauerit ali
quid dare ſiue fuerit interpoſitū ſuper pacto nudo vel etiam ſu
per contractu veſtito ad eius obſeruātiam. fallit in caſu aut. ſa
cramenta. vt pꝫ ex his que dicta ſunt ſuperius: iſte tamē arti-
culus nō eſt ſine dubitatione de iure autem canonico an ex iura
mento producatur actio fuerūt opinio. nam quidā tenuerūt qd̄
ſic per id qd̄ legtur ⁊ notatur. xij. q. ij. quicūq. ⁊. q. v. qꝛ Joānes
⁊. xxij. q. v. iuramēti Jnno. tenuit contrariū in. c. nouit de indi.
⁊ de iudi. cum veniſſent: vbi aperte tenet ꝙ ex iuramento non
oritur actio: fatetur tamen ꝙ agi pōt ad obſeruantiam per viā
denuntiationis per id quod habet̄ in. d. c. nouit. ipſe etiā Jnn.
in. c. quintauallis. ſ. eo. videtur velle ꝙ implorari poſſit officiū
iudicis pro obſeruātia iuramenti. Hoſt. ⁊ Jo. an. in. d. c. cum ve
niſſent vbi per Jo. an. ſuper glo. ⁊ Archi. in. d. c. iuramenti. te-
nent ꝙ de iure canonico oriat̄ actio ex iuramento per ea que ha
bētur in iuribus ſuperius allegatis. ⁊ qꝛ ex pacto nudo videtur
oriri actio de iure canonico vt legitur ⁊ notat̄ in. c. j. ſ. de pact. ⁊
ſic multo fortius videt̄ ꝙ oriatur ex iuramēto qd̄ videtur eſſe
maioris potentie per id quod habet̄. ſ. eo debitores. ⁊ iſtā opi-
nio. etiam ſequitur Bar. in. d. l. ſi quis pro eo. ⁊ ſic ius canonicū
mandat ſeruari iuramentū quod ſeruari poteſt ſine interitu ſa
lutis eterne. ⁊ ideo ne inane ſit mādatum inducitur ⁊ exceptio
per id qd̄ legitur ⁊ notatur in. l. ſtatuas. ff. de acqui. re. do. ⁊ iſtā
opinio. etiā tenet hic do. Ant. dicens ꝙ ex iuramēto duplex ori
tur obligatio vna principaliter deo, facit quod habet̄. ſ. eod. ⁊
ſi Chriſtus. alia que ſecundario oritur parti quicquid ꝓmittat̄
ſcdm̄ eum per id qd̄ no. gl. notabilis que reputat̄ etiā ſingula.
in. j. q. vij. in. c. quoties cordis. vbi gloſſ. vult ꝙ ſi iuro titio dare
ſeio. x. qd̄ pōt ipſe ſeius agere ex iuramento. licet nō fuerit pre-
ſtitum ſeio: ſed alteri tertio. vcꝫ ipſi titio. ⁊ ſecundū canones nō
dicitur habere locū ſaltē in hoc caſu. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff.
de ver. obl. nec ob. ei quod dixi ſecūdario oriri obligationē par-
ti ex iuramento quod habet̄ in. c. debitores. ſ. eo. quia reſpon-
det do. Ant. ꝙ ibi ſi iuramentum induceret ſecūdario obliga-
tionem parti induceret obligationē. circa id qd̄ eſt turpe ex p-
te recipientis. ⁊ ideo non inducit obligationē parti in caſu illo.
vt etiā dictū fuit in. d. c. debitores. ſecus vbi nulla verſaret̄ tur-
pitudo: qꝛ tūc obligat etiā ſecūdario parti ſm̄ eum. Sed aduer
te qꝛ de iure videt̄ poſſe defenſari opinio Jnn. in. c. quintaual-
lis. ⁊ cōſequēter in. d. c. nouit. ⁊. c. cū veniſſent. nā illud qd̄ eſt in
officio nō eſt in obligatione. l. q per colluſionē. ff. de act. [illegible]
⁊. l. quintus. ff. de an. le. ⁊ etiā officio iudicis nō eſt actio vt [illegible]
ne dictū fuit in. c. fi. ſ. de offi. iudi. ꝙ aūt cōpetat officiū iu[illegible]
pro obſeruantia iuramēti videt̄ eſſe tex. in. c. fi. de fo. cōpe. [illegible]
vi. vbi vult ꝙ monitione premiſſa per iudicē eccleſiaſticū cō[illegible]
iurans per cenſurā eccleſiaſticā ad obſeruātiā iuramēti. ⁊ ſic ver
ba vident̄ dirigi ad iudicem. ⁊ ideo erit tunc officiū iudicis p id
quod no. per glo. in. l. ſi ſoror. C. de colla. ⁊ quod no. Barto. in. l.
vna. ff. de de condi. ex lege. nec ob. quod habetur in. d. l. ſtatuas.
qꝛ illa. l. poteſt habere locum vbi non reperiret̄ prouiſum quali
ter deberet fieri obſeruātia iuramēti qd̄ ceſſat in caſu iſto: qm̄
reperiat̄ ꝓuiſum qualiter ſeruari debeat in. d. l. fi. Jtem nō obſt.
ꝙ habet̄ in iurib⁹ ſuperius allegatis: qꝛ nō ꝓbat in illis ꝙ oriat̄
obligatio ⁊ actio. ſed ꝙ eſt bene cōueniēs ꝙ qs ſeruet ꝓmiſſa.
nec ob. etiā qd̄ habet̄ in. c. j. de pac. qꝛ ibi etiā aperte nō dicit̄ ꝙ
oriat̄ actio ex pacto nudo. lꝫ canoniſte cōmuniter vident̄ ſic itel
ligere. Unde pōt dici ꝙ poti⁹ cōpetit ibi iudicis officiū per id
etiā qd̄ ponitur ibi in tex. dum dicit ꝙ per eccleſiaſticam diſci-
plinā dꝫ quis cogi ad obſeruātiā pacti. ⁊ ſic videt̄ ꝙ per cenſu-
ram eccleſiaſticam: ſicut etiam dicit̄ de iuramento in. d. c. fin. de
fo. cōpe. lib. vi. ⁊ ſic pꝫ ꝙ de iure canonico ſecundū opi. Hoſt. ⁊
ſequaciū orit̄ actio ex iuramēto vel ſecundū opi. Jnno. in. c.
quintauallis. ſaltē pōt implorari officiū iudicis pro obſeruātia
iuramēti quandocūq ſeruari pōt ſine interitu ſalutis eterne. ⁊
ſic ſiue tendat ad inducēdā obligationē ſiue interponat̄ ſup pa
cto nudo ſiue ſuper pacto veſtito ſeu cōtractu valido: vel etiam
ſuper inualido in caſu huius. c. ⁊ aut. ſacramenta. licet de iure ci
uili aliter videatur dicendū. vt ſuperius tetigi. ⁊ ſecūdum predi
cta etiam videtur intelligendū qd̄. ſ. dixi. circa ſecundā ſpeciez
iuramenti. ⁊ hec ſufficiāt de iſto primo dubio [illegible] ali qñ q̄-
ritur de effectu iuramēti inquātum nō repugnat legi ſeu iuri.

¶ Nunc reſtat deuenire ad ſecūdū mēbrū principale: qñ queri
tur de effectu iuramēti inquātū repugnat [illegible] ſeu iuri. ⁊ iſtud
mēbrum ꝓſequit̄ per decem caſus in. d. l. [illegible] pro eo. ¶ Pri
mus eſt qñ iuramentū repugnat leg[illegible] eſt cōtra bonos
mores. ⁊ ſic interponit̄ ſup actu q improba[illegible] iure: qꝛ eſt cōtra
bonos mores. ¶ Scd̄s eſt qñ iurament[illegible] ad firmandum
actū q p legē reprobat̄ fauore publice vtil[illegible] principaliter.
¶ Tertius caſus eſt: qñ tendit ad firm[illegible] q [illegible] probat̄
a lege principaliter ratiōe vtilitatis priuate. ⁊ ſecūdario publi
ce. vt in alienatiōe rei dotalis. ¶ Quartus qñ interponitur ad
firmandū actū qui improbat̄ a iure odio creditoris: vt qñ inter
ponitur ad firmandū pactū. l. cōmiſſorie. appoſitū in pignorib⁹
facit. j. de pig. ſignificante. ¶ Quintus eſt qñ tēdit ad firmādū
actū q improbat̄ ex fauore pſone. vt in alienatiōe rei minoris.
¶ Sextus qñ interponit̄ ad firmandū actū qui improbatur a
iure rōne defectus ſolēnitatis ꝓbatorie. ¶ Septimus eſt quā
do interponit̄ ad firmandū actū q improbat̄ a iure rōne ſolen-
nitatis formalis deficiētis. ¶ Octau⁹ eſt qñ interponit̄ ad fir-
mandū actū q improbat̄ a iure ex eo qꝛ lex nō aſſiſtit. ¶ Non⁹
eſt qñ improbat̄ actus ratione rei de qua agitur. ¶ Decimus
⁊ vltimus eſt qñ improbat̄ actus ꝓpter aliquas al's vtilitates
32 ſubditoꝝ. ¶ † Circa primū eſt aduertēdū: qꝛ ſm̄ eum quo act⁹
reprobat qꝛ cōtra bonos mores iuramentū tunc non obligat p
id qd̄ habet̄. j. de reg. iur. nō eſt obligatoriū. lib. vj. ⁊ qd̄ habet̄. ſ.
eo. quanto. ⁊. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. obliga.
⁊ ex hoc infert ꝙ iuramentū interpoſitū ſuper futura ſucceſſio
ne affirmatiue ⁊ nō negatiue ꝙ nō valet per id quod habet̄ in. l.
fi. C. de pac. qꝛ tale pactum ſuper futura ſucceſſione certo mo-
do diſponēda ſine cōſenſu illius de cuius ſucceſſione agit̄ cenſe
tur eſſe cōtra bonos mores. nā videt̄ etiā inducere votū captā-
de mortis alterius. iō non valet vt. d. l. fi. C. de pac. ⁊. d. l. ſtipula
tio hoc modo cōcepta. Jtē per hoc etiā infert ꝙ non valet pa-
ctū ⁊ cōſequēter iuramentū per qd̄ tollitur libertas cōtrahen-
di ⁊ diſſoluēdi matrimoniū: qꝛ videt̄ eſſe cōtra bonos mores p
id qd̄ habet̄ in. l. titia. ff. de ver. obli. ⁊ in. c. gēma. de ſpon. j. ⁊ ſic
reſidet hic do. Ant. idē dicit Bar. in. d. l. ſi quis pro eo. ſi iura-
mentū interponat̄ ſup re turpi. per. l. generaliter. ⁊. l. ſi plagij. ff.
de ver. obl. Si aūt nō eſſet interpoſitum ſuper re turpi: ſed eſſet
turpiter preſtitū. vt quia dolo vel metu tunc remittit ad. c. ſi ve
ro. ſ. eo. ⁊ ſic videt̄ velle ꝙ iuramentū preſtitū dolo vel metu ha
beat obligare: ſed peti poſſit abſolutio. nā ſic cōcludit gl. in. d. c.
ſi vero, ⁊ eſt cōis opi. canoniſtarū. vt ibi dictum fuit. ⁊ eo. tit. in
c. verū. ⁊. ſ. ſuper gl. pe. ipſe tñ Bar. expreſſe tenuit cōtrarium.
vcꝫ ꝙ iuramentū per metum extortū ipſo iure nō obliget vt in
aut. ſacramenta. ad fi. C. ſi aduerſus vend. ⁊ ſic in hoc videt̄ ſibi
fuiſſe contrarius: ſed potes concordare vt. ſ. tetigi. qꝛ de iure ci
uili videtur iuramentum non valere vt per dictam aut. ſacra-
menta. ⁊ ſic intelligat̄ dictum Bar. ibi ſecus de iure canonico. ⁊
ſic intelligat̄ dictum Bar. in. l. ſi quis pro eo. ⁊ ius canonicum
in hac materia preualet iuri ciuili, vt hic patet. ⁊. j. eo. in. c. ij. in
vj. Ang. in. d. l. ſi quis pro eo. circa hoc dicebat ꝙ quando iura
mentaꝫ extorquetur dolo vel metu cum iuret̄ de non committ
tendo dolum vel metum. ⁊ periurando offendatur deus bona
eſt abſolutio a iuramento. vt in. d. c. ſi vero. ⁊ ideo ſecundū eum
minor iurās ſup cōtractu per dolū vel metū debet petere abſo-
lutionē ſaltem ad cautelā per. d. c. ſi vero nec ob. aut. ſacramen-
ta ſecundū eū qꝛ reſpondet fatendo ꝙ vbi iuramentū extortum
eſt dolo vel metu nō eſt obſeruādum. vt ibi tamē petēda eſt ab-
ſolutio ſecundū eū: ſed certe iſtud dictū angeli nō bñ declarat. ⁊
etiā non vr̄ bene dicere: qꝛ ſi iuramentum dicto caſu nō eſt ſer-
uandū: nec obligat tunc nō eſt neceſſe petere abſolutionē p id
qd̄ habet̄ in. l. q̄ ſub cōdi. ff. de cōdi. inſti. ⁊ in. c. ſolet. de ſen. exc.
in. vj. licet volūtarie ad cautelā poſſet peti per id quod habetur
in. d. c. ſolet. ⁊ de ſen. excō. per tuas. Et ideo dictum Ang. nō vi
det̄ procedere. ¶ Jtē aduerte inquātum dixi ꝙ iuramentū per
qd̄ tollit̄ libertas cōtrahendi vel diſſoluēdi matrimonium ſeu
ſpōſalia nō valet tanꝗ cōtra bonos mores. lꝫ Bar. in. d. l. ſi qs
pro eo. ⁊. d. Ant. hic ſic pertrāſeāt: tñ iſtud nō videt̄ ſimpliciter
ſeu indiſtincte verum propter id quod habet̄ in. c. ij. ⁊. c. ex lite-
ris ſiluacenſis. j. de ſpon. vbi pꝫ ꝙ ſi quis iurat cōtrahere ma-
trimoniū cum alia dꝫ obſeruare iuramentū. ⁊ pōt etiā cogi p cē
ſurā eccleſiaſticā. ⁊ tñ tunc ſe aſtringit ad matrimoniū cōtrahen
dum, ⁊ ſic tollit ſibi libertatē matrimonij cōtrahendi. iō iſtud
dictum non indiſtincte ꝓcedit: ſed ſaluando dictum eoꝝ vide-
ret̄ poſſe dici ꝙ procedat qñ appoſita eſſet pena ⁊ promiſſa cuꝫ
iuramento. nam videtur ꝙ tunc non valeat per id qd̄ habet̄ in
d. c. gēma. de ſpon. ¶ Aduerte tñ: qꝛ hoc non eſt ſine dubitatio
ne ex eo qꝛ nihil ibi dr̄ de iuramēto: ſed ſolum de ſtipulatiōe pe
nali nec videt̄ bona conſequētia nō valet ſtipulatio penalis in
dicto caſu ergo iuramētum ſup dicta pena non eſt ſeruandum
qꝛ pꝫ inſtantia. ſ. eo. debitores. ⁊ ſufficit dare inſtantiā ad tol-
lendū argumentū. vt le. ⁊ no. p gl. in. c. ſicut vrgeri. j. q. j. niſi ſal-
uando dicas ꝙ ideo ibi improbatur ſtipulatio penalis: qꝛ cenſe
tur eſſe contra bonos mores. vt habet̄ in. d. l. titia. de ver. obli.
⁊ tunc eadē eſt ratio improbādi iuramentum p id qd̄ habetur
in dicta regula non eſt obligatorium. de reg. iur. in. vj. tñ hoc nō
eſt ſine dubitatione propter ea que inferius tangētur. ¶ Jtem
aduerte quia per predicta videtur poſſe inferri an valeat pactū
iuratum

Ayuntamiento de Madrid

iuratum de nõ cedendo bonis.ꝛ ſic pactum per qđ renuntiatur beneficio ceſſionis.nã videret ꝙ non: qꝛ videtur eſſe contra bonos mores per id qđ habetur in.l.alia.§.eleganter.ff.ſol.mat.ꝛ ibi etiã per Dy.ꝛ Bar.ſed cõtrariũ tenuit Fede.in ſuis cõſilijs cõſil.ꝙ tale pactũ ſm eũ nõ eſt cõtra bonos mores nec hꝫ ppe tuam cãm prohibitionis:cum etiã aliquibus caſibus nõ poſſit quis vti tali bñficio per id qđ leg.ꝛ no.in.l.fi.C.qui bo.ce.pñt. de quo etiã p Cy.in.l.j.C.qui bo.ce.pñt.vbi refert Jac.de are. idem tenuiſſe:qñ tpe cõtractus renũtiat.ꝛ idem ꝙ teneat renuntiatio cũ iuramẽto precipue voluit Spe.in ti.de re.ꝛ cõcl. §.j.ver.Jtẽ eſt beneficiũ.ſed Richar.de malũbꝛis tenuit dicto beneficio non poſſe renuntiari per id qđ no.per gl.in auf.imo. C.de act.ꝛ obli.ꝛ iſtã partẽ etiã videt tenere Cy.in.l.j.Bart. in.d.§.eleganter.videt etiã iſtã partẽ tenere ꝙ nõ valeat renũtiatio regulariter.fallit ſm eũ in duobus caſib⁹ primus eſt qñ quis diſſipaſſet bona in fraudẽ ſuoꝝ creditoꝝ.l.ſed ꝛ ſi.ad fi.ff. que in frau.cred. ¶ Jtẽ fallit ſcđo ſi tẽpore renũtiationis ꝛ cõtractus ſciebat ſe nõ eſſe ſoluẽdo.p id quod habetur in.l.pe.ff. de iure do.ꝛ hãc partẽ tꝫ hic do.Ant.ſequẽdo vcꝫ opi. Barto. per quã alie pñt concordari intelligẽdo illas in caſib⁹ exceptis p Bar.ſꝫ aduerte qꝛ de iure videtur poſſe defenſari opi.Fed.ꝛ Spe.qꝛ de ſe nõ videt turpe nec cõtra bonos moresꝙ qs i carceretur pro debito.alr̃s nõ valeret lex hoc dicẽs neqꝫ ſtatutũ:qđ eſt falſuꝫ p ea que habet in.d.l.j.qui bo.ce.pñt.ꝛ in.l.nemo carcerẽ.C.de exac.tribu.li.x.ꝛ facit etiã qđ no.Bar.in.l.ſacrilegij. ff.ad.l.iul.pc.ꝛ docet etiã experiẽtia ſtatuta quotidie ſup hoc prouidere ꝛ quotidie etiã ſeruant.ꝛ ideo videt ꝙ poſſit renuntiari tali beneficio p regulã.l.ſi quis in conſcribẽdo.C.de pac.ꝛ j.de reg.ad apoſtolicã.nec ob.qđ habet in.d.§.eleganter.qꝛ ibi loquitur qñ bñficiũ eſt cõceſſum ob reuerẽtiã pſone ne cõuenia tur vltra ꝙ facere poſſit quo caſu bñ eſt cõtra bonos mores ſi aliquis vellet tollere illud bñficium.ꝛ ita loquitur ibi.nã loquitur de bñficio ꝯceſſo marito ne cõueniatur ſo.ma.vltra ꝙ facere poſſit.vñ ſecus eſſet ſi bñficiũ nõ eſſet cõceſſum ob reuerẽtiã pſone ſed alr̃s ex natura actionis ſeu cõtractus:qꝛ tũc bñ poſſet renũtiari nec cenſeret ꝯ bonos mores.vt legit ꝛ no.p gl.ꝛ doct. in.l.ſi quis crediderit.ff.de pac.ꝛ in.l.ſi quis cõuenerit.ff.de re iu.nec ob.ẽt qđ habet in.d.auf.imo.ꝛ in.l.ob es.eo.ti.qꝛ ibi loquit qñ per pactũ ageret vt creditor poſſet cõſtringere debitorem ppria autoritate ad ſibi ſeruiendũ pro debito:qꝛ illud fieri nõ põt:nec tali iuri põt renũtiari.vt ibi dt gloſ.ꝛ hoc ne detur materia rixis.facit qđ habet in.l.nõ eſt ſingulis.ff.de regu.iur. ꝛ qđ no.Bar.in.l.iij.C.de pig.ſed hic nõ venit capiẽdus ppria

33 autoritate,ſꝫ autoritate iudicis. ¶ †Jtẽ nõ ob.ſi dicat ꝙ ſtare in carceribus eſt ſpecies ſeruitutis.ꝛ ſic videt ꝙ non poſſit qs ſe obligare p id qđ habet in.l.j.ꝛ.ij.ff.de li.ho.exhi.ꝛ facit qđ habet in.l.titio cẽtũ.§.j.ff.de cõdi.ꝛ demõ.qꝛ lꝫ ſtet in carceribus nõ per hoc ſeruit creditori.facit qđ no.Cy.in.l.j.C.q bo.ce.pñt. ꝛ qꝛ talis ſpẽs ſeruitutis nõ videt a iure reprobata,cũ etiam in certis caſibus de iure põt quis capi ꝛ incarcerari.vt ptꝫ ex his q̃ habent in.d.l.j.ꝛ.l.fi.C.q bo.ce.pñt.ꝛ que no.in.d.l.nemo carcerem.ꝛ in.d.l.ſacrilegij.ꝛ ideo cum in ſe non videat in hoc turpe ſaltẽ cũ iuramẽto videt poſſe renũtiare dicto bñficio ꝛ iſtud videtur de iure verius.lꝫ vt dixit Bar.in.d.§.elegãter.ꝛ domi. Ant.hic aliter dicãt.ad predicta bñ facit qđ no.glo.in.d.l.j.C. qui bo.ce.pñt.ꝛ in.l.fi.in glo.fi.eo.ti.ꝛ p pdictis etiã bene facit qꝛ hoc caſu agitur de renũtiando beneficio ceſſionis principaliter qđ fuit inductũ ex humanitate in fauorẽ cedentiũ.ideo illi debet poſſe renuntiare per regulã.l.pe.C.de pac.ꝛ.j.de regu.ad apoſtolicã.ꝛ lꝫ in cõſequẽtiã ſurgat diſpoſitio legis ꝙ poſſit p debito carcerari:ex quo non habebit beneficiũ ceſſionis p id ꝙ le.ꝛ no.in.d.l.j.ꝛ in.l.fi.in gl.fi.qui bo.ce.poſ.ꝛ lꝫ etiã nõ debeat deueniri ad carcerationẽ:niſi in ſubſidium facta prius excuſſione bonoꝝ ſi nil reperiatur in bonis per id qđ le.ꝛ no.per gloſ.ꝛ Bar.in.l.iij.§.pe.ff.de ſuſpec.tu.tñ id nõ videt ponderandum:ex quo venit in ꝯſequẽtiã actus permiſſi p id qđ habet in.l.j.in fi.ff.de auto.tu.lꝫ ſecus eſſet ſi vellet quis principaliter ſe obli

34 gare per pactum vt poſſit capi pro debito.†qꝛ tale pactũ nõ videtur valere,cũ reducat quãdam ſpeciẽ ſeruitutis qđ principaliter nõ vr̃ poſſe fieri p pactum p id qđ habet in.d.l.titio.§.j.ff. de condi.ꝛ demon.ꝛ in.l.ij.ff.de lib.ho.exhi.lꝫ p ſtatuta poſſit induci ꝙ quis poſſit capi p debito de quo ꝯſtat p inſtrumẽtũ. nã aliqua poſſunt fieri p ſtatutũ que nõ poſſunt fieri p pactuꝫ per id qđ no.p gl.in.l.neqꝫ pignus.§.priuatoꝝ.ff.de reg.iur.ꝛ p Bar.etiã in.l.oẽs pp̃li.ff.de iuſti.ꝛ iu.vbi etiã tractat an ꝛ qñ licita ſit argumẽtatio de pacto ad ſtatutũ.ꝛ p gl.in rub.de decr. decu.li.vi.ꝛ p predicta videtur poſſe inferri ꝙ renũtiari poſſit beneficio ceſſionis nedũ quo ad hoc vt cõuenietur vltra ꝙ facere poſſit deductis preciſe alimẽtis:ſed etiam vt poſſit carcerari. lꝫ Bal.in.d.l.ſi.dixerit cõcordãdo opiniones renũtiari poſſe be

neficio ceſſiõis quo ad primũ effectũ ꝛ nõ quo ad ſecundũ ꝛ mouet:qꝛ nõ videt intereſſe creditorũ vt maceret debitor in carcere ꝛ qꝛ carcer eſt inductus ad cuſtodiã ꝛ nõ ad penã.facit qđ habetur de pe.in.c.quis.in.vj.ꝛ qꝛ nõ vr̃ poſſe ſe obligare vt in carcerei:cũ inducat ſpecies ſeruitutis qđ nõ videt pone fieri.facit ꝙ habet in.l.iubem⁹.in.l.interrogata.C.de li.cau.ꝛ in.d.l.ij.de li. ho.exhi.ꝛ qꝛ nemo eſt dñs mmebroꝝ ſuoꝝ.l.li.ho.ff.ad.l.aq. uã iſte rõnes poſſent pcedere qñ principalr̃ qs ſe obligare vellet vt poſſet p debito carcerari ſecus qñ nõ obligat ſe pncipalr̃ ad pdicta ſꝫ in cõſequẽtiã actus pmiſſi.vt eſt in caſu iſto:qñ renũtiat bñficio ceſſionis.nã tunc nõ vr̃ attẽdi ꝙ in cõſequẽtiam ſurgat diſpoſitio legis p quã qs poſſit carcerari p id qđ.s.dixi. ꝛ qꝛ ẽt hoc pmittit qñ ceſſat bñficiũ ceſſiõis.vt ptꝫ ex no.p glo. in.d.l.fi.ad fi.C.qui bo.ce.poſ.nec ob.ꝙ nõ videt intereſſe creditorũ debitorẽ macerari in carcere:cũ ex hoc nõ videat eſſe aliqd cõmodi allegatũ:ſed poti⁹ vt officiat ſeu noceat cõtra.l.in fundo.ff.de rei vẽ.qꝛ hoc nõ dꝫ attẽdi in caſu iſto in quo iſtud fit ex legis diſpoſitiõe p ea q̃ habent in.d.l.j.ꝛ.l.fi.ꝛ qꝛ põt dici intereſſe creditoꝝ ipſum debitorẽ eſſe in carcere qꝛ forte aliqs amic⁹ debitoris duct⁹ pietate mouebit ad ſatiſfaciendũ pro eo.vt docet experiẽtia q̃ eſt efficax rerũ magiſtra.de elec.ꝙ ſit.in.vj.Jtẽ nõ ob.ꝙ carcer inductus eſt ad cuſtodiã.ꝛ nõ ad penã:qꝛ verum eſt perpetuã:ſed hoc caſu ſolũ erit in carcere quouſqꝫ ſatiſfiat d debito preterea illud dꝫ intelligi:niſi in caſu expreſſe a iure permiſſo vt ꝯtingit in caſu iſto in quo ius pmittit carcerari p debito illũ q nõ hꝫ bona,niſi habeat bñficiũ ceſſiõis.vt ptꝫ ex his q̃ habẽtur in.d.l.j.in fi.in gl.fi. ¶ Jtẽ nõ ob.vltimũ:qꝛ pcederet qñ p pactũ principaliter debitor ſe vellet obligare,vt poſſet capi.vt ẽt.s.tetigi.ſed hoc caſu obligaret ex iuris diſpoſitione in conſequẽtiã actus pmiſſi.ꝛ p hoc etiã videt ꝙ p ſimplex pactũ etiã non iuratũ,ꝛ multo fortius ſi interueniat iuramentum po

35 terit renũtiari beneficio ceſſionis. ¶ †Jtem p pdicta vr̃ poſſe

a inferri ad aliã qõnẽ ſi teſtator[a] fecit teſtamentũ ꝛ iurauit nõ mutare an poterit mutare non obſtãte iuramẽto.ꝛ ſi mutet an erit periurus.nã cõiter oẽs cõcordãt ꝙ poterit mutare:qꝛ non potuit ſibi legem imponere a qua non liceat diſcedere.l.ſi quis in principio teſtamẽti.ff.de leg.iij.ꝛ facit etiã qđ not.gl.xiij.qđ.ij. in.c.vltima volũtas.ꝛ qđ no.Cy.in.l.j.ad fi.C.de ſacroſan.ecc.ꝛ Bar.in.d.l.ſi quis in principio teſtamẽti.ꝛ Jo.an.in regula.qđ ſemel.in mercu.de reg.iur.in.vj.ſed dubiũ eſt an erit periurus ſi mutat.Jo.an.tenuit ꝙ ſic.in pall.c.qđ ſemel.qꝛ lꝫ potuerit mutare.d.l.ſi quis in principio teſtamẽti.ꝛ qꝛ ambulatoria eſt vl voluntas vſqꝫ ad mortẽ.l.iij.in fi.cũ.l.ſeq.ff.de adi.leg.tñ debuit mutare pter iuramẽtũ.ꝛ ideo ſi mutauit incurrit periuriũ.Facit qđ no.in ſimili per gloſſ.in.c.fina.de procu.in.vj. Ubi ſi quis conſtituit procuratorem.ꝛ iurat eum non reuocare nihilominus põt reuocare.lꝫ non debeat nõ ſuperueniente iuſta cauſa.nã tunc bene eſſet licitũ p id qđ habet.s.eo.queadmodum.l.qui iurato.ff.qui ſatiſ.cog.alr̃s non deberet mutare tamẽ ſi mutat tenet mutatio intellige añ li.ꝯte.p ea q̃ habet in.l.ante litẽ.ff.de pcu.ꝛ in.c.ij.de pcu.in.vj.ꝛ.s.de pcu.mãdato.ſed tñ erit periurus:ad idem etiam qđ habet.j.de ſpõ.ſicut ex litteris.vbi ſi quis iurat contrahere cum aliqua ſi poſtea contrahit cũ alia tenet contractus:ſꝫ incurrit periuriũ.ita eodem modo videt dicẽdũ in propoſito.ſed Bar in.d.l.ſi quis in principio teſtamenti.tꝫ ꝙ iuramentũ ipſo iure non obligat:ꝙ ſecundum eum cenſet eſſe contra bonos mores.cum videatur auferre liberam facultatẽ teſtandi allegat qđ habet in.l.ſtipulatio.hoc modo concepta.ff.de ver.obli.ꝛ ideo non videtur obligatorium p preallegatam regulam non eſt obligatorium.de regu.iur.in.vj.adducit etiam ad predicta qđ habet in.l.cum duabus.§.idem reſpõdit.ff.pro ſo.ſed aduerte qꝛ pro opi.Joan.and.facit qꝛ in caſu iſto teſtator nõ fuit coactus ad faciendum teſtamentũ.imo libere fecit teſtamentũ prout voluit.lꝫ poſtea iurauerit nõ mutare. ꝛ ideo non videt ꝙ hoc caſu nõ ſit cõtra bonos mores.ſꝫ ſolum contra legem dicentem ꝙ nõ eſt licitũ ſibi imponere legẽ a qua non liceat diſcedere,vt ptꝫ in.d.l.ſi quis in pncipio teſtamenti, ꝛ per hoc non ob.l.ſtipulatio hoc modo ꝯcepta.ſuperius alle. nec.§.idem reſpondit.preallega.qꝛ in illis iuribus loquitur qñ per contra[illegible] quis vellet aſtringere aliũ vt certam pſonam cogatur inſti[illegible] ſibi her[illegible]em facere quo caſu bene dicũt iura illa ꝙ id [illegible] cõtra bonos mores.nã tunc non hꝫ libertatẽ in inſtitue[illegible] in faciendo ſibi heredẽ.ſec⁹ in qõne propoſita.[illegible] dubium an ſemp qñ ius ciuile dicit aliquid [illegible] bonos mores:an illud cpetatur ꝙ etiã ſcđm iuramentũ [illegible] non obliget ſi aliter non appar t ꝙ ea non illud re[illegible]tra bonos mores.nã vt dixit Bal.in.l. pactum.in.[illegible]C.de colla.aliquid põt dici eſſe cõtra bonos mores [illegible] de cauſa.vno modo qꝛ eſt cõtra ius naturale [illegible] quis nõ debeat alere parẽtes vl̃ filios.

a ¶ Teſtator ſi fecit teſtamentũ ꝛ iurauit nõ mutare an poſſit aliud facere.bart. tãgit hanc q.in.l.ſi qs in pncipio.ff.de leg.iij. in vlt.colũ. ver.q̃ro qđ ſi teſtator.ꝛ in.l.cũ duobus.ꝛ ibi Alexan.de Jmol.poſt Bar.§.idẽ reſpõdit.s.p ſocio.vid Alex.in ad dit.ad bar. in.d.l.ſi qs in pn.in loco.s.alleg. vbi ponit remiſſiões p hac.q.

Ayuntamiento de Madrid

facit qđ habeť i.c.cū quidā.§.eo.q̄nq̄ ꝛ ſcđo dicit̃ aliqđ turpe. vel cōtra bonos moꝛes ex ipſo facto, vt q2 factū de ſe eſt turpe. vt ſi qs iuraret occidere vel vulnerare hoīem:vel fieret pactum per quod inuitareť qs ad delinquēdū.facit qđ habeť in.l.ſi vn⁹. §.illud.ꝛ.§.generaliter.ff.de pac.ꝛ.l.ꝯuenire.ff.de pac.do.ꝛ qđ no.in.d.regula nō eſt obligatoꝛium.q̄nq̄ ꝛ tertiodꝫ aliqđ turpe vel cōtra bonos moꝛes iuris artificio.vt q2 ius ſic diſponit vel etiā ex eo ꝙ aliquid ꝓhibet pōt quodāmodo dici ꝯtra bonos moꝛes:ſi cōtra fiat.vnde dicit ꝙ ſi fiat pactū de nō ſuccedēdo:q2 illud eſt impꝛobatū a iure ciuili pōt quodāmodo dici eſſe cōtra bonos moꝛes ex iuris artificio.ꝛ ideo a iure ciuili nō firmareť iuramēto:ſꝫ de iure canonico qđ inſpexit fauoꝛē religionis et ipſius iuramēti.eſt ſecus vt in.c.ij.de pac.in.vj.ꝛ pt dici ius ciui le dicto caſu fuiſſe inductū ad euitādū incōueniēs qđ videbať poſſe ſequi:ſi tale pactū de nō ſuccedēdo valuiſſet.nam videba tur ſeu poterat ſequi incōueniēs:q2 filius ſi videret pactum va lere.ꝛ cōſequēter ſe priuatum ſpe ſucceſſionis paterne nō curaret pꝛeſtare obſequia patri:pꝛout alias deberet pꝛeſtare.ꝛ ideo vt fili⁹ potius pꝛouoceť ad pꝛeſtādum obſequia patri ſperans etiam ſucceſſionē:ſi pactū nō valet vt incitetur etiam ad viuendum honeſte,ꝛ ſecundum deſiderium paternū noluit ius ciuile ꝙ dictū pactū valeret pꝛopter dictas incōueniētias vitādas tamen ius canonicū fauoꝛe religiōis ſacramēti de illis nō curauit.ꝛ ꝓſertim q2 filius ex iure naturali teneť ad pꝛeſtādum obſequia patri.facit ꝙ habetur in.l.j.§.ſi.cū.l.ſequēti.ff.de iuſti. ꝛ iure.ꝛ teneť ad illa pꝛeſtanda eo q2 pater,non autem ex eo,q2 diues:q2 etiā inopi pꝛeſtare tenetur.ꝛ ſic videť ſentire Bal.qđ vbi aliquid eſt turpe:q2 cōtra ius naturale vel diuinum qđ etiā interdū naturale appellať.ideſt diuinum humanū genus:vel q2 in ſe ſit turpe.qđ tūc iuramentū nō habeat operari:ſꝫ vbi al's ex iuris ciuilis artificio,ſeu ſenſura aliqđ reputeť cōtra bonos moꝛes:tūc videť velle ꝙ nō habeat locum regula nō eſt obligatoꝛium:ſi aliter per canones nō eſt impꝛobatū tanq̄ contra bonos moꝛes.faciat quod no.Jo.an.poſt Hoſt.ꝛ qđ ibi dixi.§. eo.queadmodum.ſuper glo.in ver.vel naſum.ipſe tamen Bal. aliter videť loqui ꝛ ſentire in eadē.l.pactum.ꝛ in.l.neq̄ patronis.C.de ope.liber.ꝛ in.l.nō dubium.C.de legi.in quibus videť velle ꝙ ius ciuile habeat potētiā diſponēdi ſup iuramento:qđ qualiter pꝛocedat ꝛ quomodo debeat intelligi tangā.ī.ſub tertio mēbꝛo:tamen quatum ad pꝛopoſitum eius de quo querit attinet:foꝛte videť bene dixiſſe in.d.l.pactū.nā non video qua re ſi iurauero tibi ꝙ te inſtituā heredē ꝙ illud iuramentū non debeat obligare cum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne nec i ſe cōtineat aliqđ turpe,lꝫ lex ciuilis ī.d.l.ſtipulatio.reputetur eſſe cōtra bonos moꝛes ꝙ quis aſtringať ad alium inſtituēdum:tamē ex quo nō reperiť expꝛeſſum de iure canonico hoc eſſe cōtra bonos moꝛes:nec eſt de ſe turpe.videť ꝙ tale iuramētum obliget;fateoꝛ tū ꝙ potero aliū inſtituere:q2 in ꝑtāte mea eſſe dꝫ quē inſtituā ꝛ in libertate mea eſt inſtituere quē velim cum ambulatoꝛia ſit volūtas vſq̄ ad moꝛtē in vltimis volūtatib⁹.vt in.d.l.iij.in ſi.ꝛ.d.c.vltima voluntas.ꝛ in.l.j.C.de ſacro ſan.ecc.fateoꝛ tū ꝙ ſi aliū inſtituā incurrā periurium : ſicut qñ iuraui nō mutare ꝓcuratoꝛē.nā nihilominus poſſum mutare cum iuramentum ſit interpoſitum ſup pendētib⁹ ex volūtate mea.lꝫ incurrā periuriū.vt ptꝫ ex no.ī.d.c.ſi.de pꝛocu.in.vj.et per ꝓdicta videť ꝙ de iure opi.Jo.an.in dicta reg.ꝛ qđ ſemel. ſit veriꝛ q̄ opi.Bar.lꝫ legiſte cōiter trāſeāt cum opi.bar.ꝛ videtur ꝓcedere opi.Jo.an.etiā de iure ciuili.q2 ī caſu nō aſtringitur quis ad inſtituendā certā ꝑſonā quo caſu pꝛopꝛie loquitur.l.ſtipulatio hoc modo cōcepta.ff.de vbo.obli.que dicit ꝙ id cenſeť eſſe cōtra bonos moꝛes ſi ſponte ꝛ libere inſtituit quē voluit.licet poſtea iurauerit nō mutare teſtamētum.vnde tūc ſumus in caſu.l.ſi quis in pꝛincipio teſtamenti de leg.iij.quo caſu videť dici ꝙ in.d.l.non poſſit teſtatoꝛ aſtringere ſe quominus non poſſit mutare teſtamētū : quia non eſt licitum impo nere legem a qua non liceat diſcedere.ꝛ iō hoc caſu videtur qđ poſſit mutare.licet incurrat periuriū ſi ſine cauſa faciat per id quod notatur in glo.in.d.c.ſi. de pꝛocu.in.vj.vbi dicit in ſimili qđ licet quis cōſtituerit pꝛocuratoꝛem ꝛ iurauerit non mutare poteſt nihilomin⁹ mutare:ſed incurrit periurium ſi hoc faciat ſine cauſa,ꝛ plus videť poſſe dici de iure can[illegible] qđ licet iurem te inſtituere heredem non videatur i[illegible]m aſtringere: ꝙ videtur eſſe contra bonos moꝛes.[illegible]latio , tū licet illud ſecundū leges pꝛocedat:q2 ſecun[illegible]nones nō repeꝛitur hoc eſſe cōtra bonos moꝛes.ꝛ pot[illegible] ſine interitu ſalutis eterne videtur ꝙ quis debeat ſer[illegible]tū:niſi iuſta cauſa ſupueniret.facit quod habetu[illegible]modū.ꝛ hoc etiam tꝫ Spe.in titu.de inſtru.edi.§.[illegible]ſe,verſ. quid ſi quis iurauerit:videť tamen ꝙ ſi alium [illegible] ſic iurauit tenebit inſtitutio licet incurrat peri[illegible]iniuſti

tuit alium per ea q̄.ſ.dixi licet Spe.in.d.ver.ſi quis iurauerit videatur velle ꝙ nō valeat inſtitutio facta cōtra iuramentū, et ꝙ etiā qñ quis fecit pꝛimū teſtamentū ꝛ iurauit nō mutare ꝙ ſi facit ſcđm nō valet:ſed illud cōiter nō teneť.vt ibi etiam tangit Jo.an.in addi.nā videť ꝙ valeat.lꝫ incurrat periuriū ſi ſine cauſa mutet vt eſt dictū,ꝛ hec ſufficiāt de pꝛimo caſu.ꝛ ꝓ opi. Jo. an.facit q2 in his q̄ tēdunt ad periculum aīarum.vbi ſunt opiniones tuti⁹ eſt tenere opi.ꝑ quā periculū aīe euitať ꝑ id ꝙ habetur in.c.iuuenis.de ſpon.ꝛ qđ no.Jo.an.in.c.ij.d. cogna.ſpi. cum Bar.tamē cōcoꝛ.Ang.in.l.ſi quis pꝛo eo.circa ſi.ff.de fide iuſ.dicēs qđ iuramētū debet habere tres comites ſcꝫ veritatē iuſtitiā ꝛ iudiciū ꝛ ſi qđ iſtoꝛū deficit non videť obſeruandū per id qđ no.gloſſ.in auť.ꝙ eis.§.de nup.ꝛ iō ꝙ nō videtur iuſtum vt quis poſſit legē cōdere a qua nō poſſit recedere vel teſtamentum ſeu vltimā voluntatē,vel taliter paciſci ꝙ auferať libera teſtamēti factio nō ſeruabiť iuramentū circa pꝛedicta interpoſitum velut temerariū ꝛ non iuſtum.ꝛ ſimiliter vbi caret iudicio ideſt diſcretione nō ligat iurātem.ꝛ ideo nō ligabit eū qui bonis ceſſit:nec ligabit populū quē lex nō reputat habere ſtabilē mēte ſeu ſentētiā.vt.l.ſi.C.de teſt.mili.ꝛ qđ no.in auť.ſacramēta .C.ſi aduerſus ven.dicit tamē ꝙ ſi pupillus doli capax iuraret vel periurat ꝙ de iure canonico eſt punied⁹ per id qđ habetur in.c.j.ꝛ.ij.ī.de delic.pu.ꝛ idē dicit in pꝛodigo;q2 ſi iurando deierat puniť qſi obligatur ex delicto.licet nō obligetur ex contractu q̄uis glo.que nō eſt alibi ſecundum eum dicat cōtrariū in.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.¶ An autem pꝛocedat dictū Ang.in pupillo ꝛ ꝓdigo.ī.tāgetur ſub tertio membꝛo.In eo autem qđ dixit de eo qui ceſſit bonis videtur male dixiſſe:quia poteſt fieri ceſſio etiam ab homine ſane mētis ꝛ bone diſcretionis,ꝛ ſimiliter fieri renuntiatio beneficio ceſſionis.ꝛ ideo eius opinio nō videtur vera,per ea que ſuperius dixi.Item non videtur bene dicere inquantū tenet opi.Bar.quam ponit in.l.ſi quis in pꝛincipio teſtamēti.ff.de leg.iij.per ea que ſuperius dixi.nec ob.ꝙ iuramentū debet habere tres comites:veritatem, iuſtitiā et iudicium ſeu diſcretionem:quia ſatis dicitur habere iuſtitiam dummodo id quod iuratur non ſit turpe:vel non tendat ad obſeruātiam peccati.al's ſequeretur ꝙ cum iuſtū ſit minoꝛem nō obligari ſine debita ſolēnitate.ꝛ ſimiliter mulierē nō alienare fundum dotalē.ꝛ per conſequens iniuſtum videatur oppoſitū.facit qđ habetur in.l.j.ff.de.mi.ꝛ.l.lex iulia.ff.de fun. do.ꝙ iuramētum pꝛeſtitum ſuper cōtractu rei minoꝛis:vel per mulierē ſuper alienatione rei dotalis non obligaret qđ aperte eſt falſum ꝛ contra auť.ſacramēta ꝛ cōtra hoc.c.¶ † Circa ſecūdum qñ ido actus impꝛobatur fauoꝛe publice vtilitatis pꝛincipaliter ꝛ tunc cōiter oēs dicunt poſt Bar.ꝙ iuramētum interpoſitum ad firmandum talē actum,impꝛobatum a iure ꝓpter publicam vtilitatē pꝛincipaliter nō firmat actum.nec obligat ꝛ ſic nō valet per id qđ habetur in.c.ſi diligenti.de fo. cōpet.ꝛ. l.ij.ꝛ.l.quēadmodum.C.de agri.ꝛ cenſi.lib.xj.ꝛ per hoc infert Bar.in.d.l.ſi quis pꝛo eo.ꝛ do.Anto.hic poſt eum ꝙ iuramētum interpoſitum ſuper alienatione illarum rerū q̄ ſunt affixe edibus nō firmaret contractum:nec eſſet ſeruandum q2 pꝛohibitum eſt pꝛopter publicā vtilitatē,pꝛincipaliter detrahit illa que ſunt edificiis affixa,ne vrbs defoꝛmeť.l.cetera.ff.de.leg.j. ꝛ facit quod habetur in.l.ſenatus.ff.de contrahen.emp.Item ꝓ hoc infert ꝙ iuramētū interpoſitū ad firmandā pꝛoꝛogationē inſtātie nō habet obligare:q2 tēdit ad firmādū id qđ eſt pꝛohibitū ꝛ cōtra publicā vtilitatē pꝛincipaliter.l. pꝛoperandū. in pꝛin.C.de iudi.ꝛ ibi etiā ꝑ glo.ꝛ Bar.Itē dicit do.Anto.ſi iuramentū tēdat ad firmādum cōtractū alienatiōis rei eccleſiaſtice initū non ſeruata debita ſolēnitate:q2 tūc tale iuramentū eadem ratione nō obligaret iurātē:allegat quod habeť ꝛ qđ dictū fuit.ſ.eo.c.ij.ꝛ qđ dictū fuit.ſ.eo.c.ſicut.lꝫ ſecūdum eū poſſit iuramentum valere inquantum tāgeret aliquod pꝛeiudicium perſonale iurātis per id qđ dictum fuit in.d.c.ſicut.ꝛ in.d.c.ij.ꝛ qđ legitur ꝛ notatur.ī.de inſti.cū veniſſent.ꝛ.ī.de reb⁹ eccle. nō alie.ſi quis pꝛeſbyteroꝛū.ꝛ cū hac opi.Bar.cōmuniter trāſeūt oēs docto.canoniſte ꝛ legiſte.ſed aduerte:q2 inquātum Bart. dicit ꝙ iuramentum tendens ad cōfirmādum pꝛoꝛogationē inſtantie non obligat ꝛ eſt nullum non videtur pꝛocedere de iure canonico licet poſſit pꝛocedere de iure ciuili,ꝑ id quod habetur in.l.nō dubiū.C.de leg.nā licet de iure ciuili cenſeať eſſe ſupꝛa publicam vtilitatē pꝛoꝛogare inſtantiam:tamen de iure canonico nō videť hoc eſſe contra publicā vtilitatem:cum de iure canonico non ſit pꝛefixa inſtātia in cauſa pꝛincipali. vt legiť ꝛ notatur in.c.pe.ꝛ.ī.de iudi.ꝛ ſic videtur ꝙ ſecūdū canones tale iuramētum licet tēdat ad pꝛoꝛogationem inſtantie ſtatute ꝑ ius ciuile:etiāꝫ pꝛopter publicāꝫ vtilitatē pꝛincipaliter debeat ſeruari:ex quo ſeruari pōt ſine iteritu ſalutis eterne.ꝑ id qđ habeť in hoc.c.ꝛ.ſ.eo.ſi vero.ꝛ.ī.eo.c.ij.in.vj.nec ob.c.ſi diligēti. de fo. compe.

Ayuntamiento de Madrid

de fo.cõpe.qꝛ ibi loquit̃ quando actus nedum eſt approbatus propter publicam vtilitatē:ſed etiã reperit̃ expreſſe improbatꝰ a canonibus.vnde in fine ibi dicitur ꝙ iuramentũ licite ſeruare non potuit:qꝛ cõtra ſtatuta canonica illicitis pactionibus in formatur.⁊ ſic videt̃ ꝙ vt iuramentũ non obliget in dicto caſu qñ eſt contra publicã vtilitatē ꝙ ſit etiã cõtra ſtatuta canonica alr̃ videt̃ ꝙ remaneat regula ꝙ ſi põt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne ſit ſeruandũ.⁊ per hoc etiã videt̃ poſſe dici ꝙ lʒ de iure ciuili ſi alienet̃ ſeruus aſcriptitius fundi ſeu poſſeſſiõis nõ teneat alienatio ſecundũ leges etiam ſi fiat cum iuramento:qꝛ ibi videtur eſſe prohibitũ propter publicam vtilitatem principaliter vcʒ ne deſeratur cultura agroꝝ.vt voluit gl.in.d.l.ij.C.de agri.⁊ cenſi.tamen qꝛ hoc non reperit̃ a canone improbatũ videtur ꝙ alienatio firmaretur iuramēto ſecũdum canones:cum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne.⁊ etiam poterit agriculture ꝓuideri locando alteri.Per ꝓdicta etiã videt̃ poſſe inferri ad id qđ etiã dicit Bar.in.d.l.ſi quis pro eo.vbi dicit ꝙ ſi fiat ſtatutũ vt deberes ſoluere frumētum liberetur ſoluendo tãtum pro corbe.⁊ hoc vt ciuitas abundet q poſſint ſoluere collectas ⁊ vacare agriculture ꝙ qꝛ tale ſtatutũ videtur inductũ ob publicam vtilitatem principaliter ꝙ tali ſtatuto non poterit renuntiari etiã cum iuramento,per ea que habentur in.d l.ij.đ agri.⁊ cenſi.nã illud videtur poſſe procedere de iure ciuili. ſʒ de iure canonico videt̃ dictum iuramentũ eſſe ſeruandum:cũ poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne:nec reperiatur a canone id ſuper quo fit renũtiatio.⁊ ad predicta bene facit qđ no. Jo.an. poſt Hoſt.in.c.quēadmodum.ſup glo.in verbo vel naſum. vbi dicit ꝙ non ſufficit vt iuramentũ inualidet̃ qđ ſit preſtitũ cõtra leges ciuiles:ſed requirit̃ ꝙ ſit preſtitũ cõtra canones, ⁊ ꝑ hoc etiã videret̃ ꝙ iuramentũ interpoſitũ ſup alienatione rerũ que ſunt edibus affixe.lʒ no obliget de iure ciuili:tamē cum poſſit ſeruari de iure canonico:nec reperiatur a canone improbatũ id ſuper quo interponitur ꝙ debeat ſeruari:nã etiã in certis caſibus licitum eſt detrahere affixa domui:puta ſi detraherent̃ colũne marmoree vt ponerētur in aliquo edificio publico.vt habetur in.d.l.cetera.cũ ibi no.ff.de leg.j.⁊ ſic nõ habet ꝑpetuã cauſam ꝓhibitionis diſpoſitio legis facta ſup dictis rebus.iđ videtur ꝙ iuramentũ operet̃ ꝑ id qđ dictũ fuit in gl.magna.⁊ hoc ſufficiat de iſto ſecũdo caſu.cũ Bar.tamen tranſeũt cõiter legiſte.⁊ Jo.de lig.hic.⁊ do.Pe.de anch.⁊ Ang.in.l.ſi quis pro eo vbi dicit ꝙ vbi diſpoſitio cõtradicit principaliter publice vtilitati nõ eſt ſeruandũ iuramentũ per.c.ſi diligenti,ſʒ ad illud ſuperius eſt reſponſum.alle.etiã ꝙ iniquũ eſſe videtur obſeruari iuramentũ afferēs alteri dãnum tēporale.⁊ qꝛ iuramētũ non dʒ eſſe iniquitatis vinculũ allegat qđ habet̃ in hoc.c.⁊.xxij.q.iiij. inter cetera.⁊ qꝛ etiã nõ eſt ſeruãdũ ſi afferret dãnum priuato.ꝑ id qđ hic habet̃.⁊.ſ̃.eo.c.ſicut.⁊.j̃.e.intellecto.ſed potes reſpõdere tenēdo id quod ſuperiꝰ dixi.qđ hoc caſu iuramētum non hʒ preiudicare iuri reipublice cõpetenti ſed potius preiudicat diſpoſitioni facte propter publicã vtilitatem:qđ nõ videt̃ eſſe prohibitum.nam firmat iuramentũ contractum ſup re dotali initũ.licet propter publicã vtilitatē fuerit prohibitus, ⁊ etiaʒ qꝛ licet ius ciuile aliquid reputet eſſe contra publicam vtilitatē principaliter non per hoc ſequit̃ ꝙ de iure canonico illud ēt debeat reputari contra publicam vtilitatē principaliter niſi h̃ exprimatur.vt patet in eo qđ dixi de iuramēto interpoſito circa prorogationē inſtantie.nec ob.ſi dicatur ꝙ ius canonicũ videtur reprobare diſpoſitionē iuris ciuilis:ſi illam nõ improbat per id qđ no.in.c.j.ĩ.de ope.no.nũ.qꝛ illud videt̃ verum quo ad hoc vt ſeruetur diſpoſitio iuris ciuilis qñ nõ interuenit iuramentum.⁊ ideo etiã in terris eccleſie videtur ꝙ alienatio fundi dotalis non interueniēte iuramēto nõ teneat.⁊ idē in ſimilibꝰ. tñ nõ videt̃ approbare qñ interuenit iuramentũ qđ eſt ſeruandum vbi ſeruari põt ſine interitu ſalutis eterne.⁊ nõ tendit in preiudiciũ iuris alterius nec videt̃ curandũ. lʒ tendat contra publicã vtilitatem põderatã a iure ciuili:ſi alr̃ nõ ſit ponderata a canone.ꝑ id qđ habet̃ in.c.ſi diligēti.circa fi.de fo.cõpet.⁊ qđ dixi.ſ̃.⁊ qđ no. Jo.an.poſt.Hoſt.in.c.quēadmodũ.ſup gl.ſ̃.e. vbi aũt iuramētum preiudicaret alicui iuri cõpetēti reipublice: tũc multo minus preiudicaret ꝙ̃ preiudicet vbi preiudicaret iuri priuate perſone. ¶ Nũc reſtat venire ad tertiũ qui difficilior eſt pre ceteris: qñ vcʒ actus improbatur a lege principaliter ratione vtilitatis priuate.⁊ ſecundario ratione publice vtilitatis vt cõtingit in alienatione rei dotalis:que eſt prohibita ne mulier careat dote.⁊ cõſequēter nõ poſſit nubere ⁊ ex hoc impediatur liberorũ procreatio,⁊ repletio ciuitatum ex liberis hominibus iuxta.l.j.ff.ſol.ma.⁊ facit qđ habet̃ in.l.lex iulia.ff.de fun. do.⁊ qđ habet̃ in.l.j.§.⁊ cũ lex.C.de rei vxo.act. hoc caſu Bar. multũ no.in.l.ſi quis pro.eo.pre alle.ff.de fideiuſ.⁊ in aut. ſacramenta.C.ſi aduerſus ven.dicit diligenter aduertendum quod aut lex vel ſtatutũ dirigit prohibitionē ad perſonã: puta quia ſtatuit ne mulier alienet.⁊ idē etiã videt̃ cõſiderandũ in quinto caſu qñ improbat̃ actus fauore perſone vt cõtingit in minore: nã erit attendendũ an lex vel ſtatutũ dicat ſtatuimus qđ nullꝰ minor contrahat ſine tali ſolēnitate vel ꝙ nullus minor poſſit ſe obligare ſine tali ſolēnitate.nã tũc qꝛ dirigit̃ ꝓhibitio ad pſonã intēdit diſponēs ꝓhibere pſonã.⁊ ideo ſi cõtra fiat ⁊ veniatur cõtra talē legē vl̃ cõtra tale ſtatutũ icurrit cõtra faciēs peccatũ inobediētie:ex quo venit cõtra legē vel ſtatutũ factã ex iuſta cauſa.⁊ ſic cõtra ꝓceptũ ſupioris iuſtũ.⁊ ex iuſta cauſa factuʒ facit qđ habet̃.ſ̃.de ma.⁊ obe.in.c.ij.vbi nõ obediēs iuſto ꝓcepto ſuperioris videt̃ incurrere mortale pctm̃:ad idē etiã qđ habet̃ ad roma.xiij.⁊ in.c.q reſiſtit.xj.qõ.iij.vbi dicit ꝙ qui reſiſtit ptãti ſupioris,dei ordinatiõi reſiſtit:⁊ dãnationē ſibi acqrit.facit qđ habet̃.xiiij.q.j.qđ ꝓcipit̃.⁊ ideo tũc iuramētũ nõ videtur obligare:qꝛ videt̃ nutrire pctm̃.⁊ qꝛ cõſequens nõ videt̃ poſſe ſeruari ſine ꝑiudicio ſalutis eterne.⁊ ꝑ cõſequēs videtur ꝙ nõ obliget.ꝑ id qđ habet̃ in tex.iſto.⁊ in.c.ij. de pac.in.vj.cum ſi.ſi aũt lex vel ſtatutũ inhibēs cõtractũ nõ loquat̃ in pſonã : ſed in rē,puta qꝛ ſtatuit ꝙ res nõ alienet̃ vel ꝙ ſi fiat cõtractus certa forma nõ ſeruata nõ valeat tũc hoc caſu dicit Bar.ꝙ qꝛ intētio diſponētis nõ videt̃ fuiſſe ligare perſonã:ſʒ ſolũ annullare actũ: tunc hoc caſu ſm eũ ſi iuramētũ interponat̃ ſup actu inualido dicta de cauſa obligabit:qꝛ põt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne ꝑ id qđ habet̃ in aut.ſacramēta.C.ſi aduerſus vēdi.⁊ in hoc. c.⁊ in.d.c.ij.de pact.in.vj. ¶ Et dicit ꝙ hoc caſu nõ tantũ obligatur iurãs ad ſeruandũ iuramētũ:ſed etiã validat̃ cõtractus qđ ptʒ ſm eũ:qꝛ alias ſi ex cõtractu ſolueret:qꝛ nõ haberet ius retinēdi ſi cõtractꝰ eſſet inualidus poſſet repeti. ꝑ id qđ habet̃ in.c.debitores.ſ̃.eo.qđ videt̃ eſſe contra dictã aut.ſacramenta. ¶ Jtē ꝙ cõtractꝰ firmet̃ iuramēto qñ ꝓhibitio dirigit̃ in rē ⁊ nõ ad pſonã.facit qꝛ ſi cõtractꝰ nõ teneret videret̃ ꝙ ille q recepit rē ex tali cõtractu teneret illã ſine cauſa.lʒ.iuramētũ ſit preſtitũ qꝛ illud ordinari videt̃ potius ad obligãdũ deo ꝙ̃ parti.et qꝛ vt dicit hic Cal.alr̃ deciperent̃ cõtrahētes interueniēte iuramēto ꝑ.l.canonicã.ſi res trãſiſſet ꝑ multas manus cũ iuramentũ nõ obliget ſucceſſores ipſiꝰ iurantis.vt no.ſ̃.eo. veritatis.⁊ ſic ꝑ ſucceſſores poſſet repeti.⁊ ideo videt̃ ꝙ cõtractus firmet̃ iuramento.⁊ hoc etiã tenuit Fed.ſuo cõſi.cclxxj.de hoc tñ an cõtractꝰ firmet̃ iuramēto in caſu huiꝰ.c.⁊ aut.ſacramēta an vero ſolũ obliget̃ iurãs ad obſeruãtiã iuramēti fuerũt opi.de quibus ſuperiꝰ ſatis dixi:vbi etiã dixi qd in hoc teneat do. Ant.q hoc ponit ſub iſto tertio mēbro. ¶ Jtē aduerte.qꝛ Bar.ꝓ ſua opi:ꝙ qꝛ ꝓhibitio dirigit̃ ad pſonã, iuramētũ nõ obliget ꝑ ſuperiꝰ allegata.allegat etiã qđ habet̃ in rub.in.l.j.C.ne fideiuſ. dotent̃.⁊ qđ ibi no.per glo.alle.etiã qđ no.per glo.in.c.ij.j̃.eo. li.vj.inquãtũ dicit poſt Hoſt.ꝙ ſi mulier prius iuraſſet nõ alienare fundũ dotalē.lʒ poſtea alienaret cũ iuramēto ꝙ tũc ſcđm iuramētũ nõ obligaret:qꝛ tēderet ad obſeruãtiã pcti:cum eſſet contra primum preſtitũ.⁊ hoc tangit in.d.l.ſi quis pro eo.⁊ ſic videtur approbare gloſ.dictũ Hoſt.in.d.c.ij.de quo.j̃.tangam. ¶ Jtē aduerte qꝛ Bart.in aut.ſacramēta:ſi bene põderet̃ non videt̃ facere differētiã:an ſtatutũ dicat ſtatuimꝰ vt nullꝰ minor cõtrahat ſine tali ſolēnitate vel nulla mulier poſſit alienare rē dotalē ſine tali ſolēnitate:an vero dicat ſtatuimꝰ ꝙ nullus audeat ꝯtrahere cũ minori ſine tali ſolēnitate : vel vt nullus audeat cõtrahere cũ muliere ſine tali ſolēnitate. nã cũ vtrobiq̃ dirigatur ꝓhibitio ad pſonã nõ videt̃ ꝙ iuramētũ habeat firmare cõtractũ:nec obligare ꝑpter rõnes ſuperiꝰ tactas.ſed in.l.ſi quis pro eo.ſi bene põderet̃ videt̃ facere differentiã inter ꝓdicta.nã vbi ſtatutũ dicit ſtatuimꝰ vt nullus minor cõtrahat ſine tali ſolēnitate vel vt nullus minor poſſit cõtrahere ſine tali ſolēnitate:vel vt nulla mulier poſſit ſe obligare ſine tali ſolēnitate:dicit ꝙ tũc iuramentũ interpoſitũ ꝑ minorē vel mulierē non eſt obligatoriũ ꝑpter rõnes ſuperius tactas:qꝛ vcʒ minor vel mulier cõtrahēdo cõtra preceptũ ſuperius videt̃ incurrere pctm̃, ⁊ ſic iuramētum non dʒ tũc obligare ſm eum:qꝛ tēderet ad obſeruãtiã peccati.ſed vbi ſtatutũ dicit ꝙ nullus audeat vel pſumat vel poſſit contrahere cũ minore:vel cũ muliere ſine tali ſolēnitate dicit ꝙ tunc:qꝛ ꝓhibitio nõ dirigit̃ ad perſonaʒ mulieris vel minoris:tũc ſi iurat minor vel mulier obligatur ex iuramēto.⁊ ille qui contrahens ſecum peccat cõtrahēdo cõtra preceptũ ſuperius poterit agere minor ⁊ mulier vt abſoluantur a iuramēto.per id qđ habetur in.c.debitores.ſ̃.eo.⁊ qđ.j̃.etiam dicetur ſub quarto mēbro qñ actus ꝓhibet̃ odio pſone.⁊ hãc opi. Bar.ſequitur Ang.in.d.l.ſi quis pro eo.⁊ cõiter legiſte cõſueuerunt cũ illa tranſire.Jſtã etiã opi.ſequitur hic do.meus do. Pe.de anch.hãc opi.etiã ſequebat̃ do.meus do.Anto.me audiente vt habebã in reportatis ſub eo que vt.ſ̃.dixi perierunt per caſum incēdij mihi occurſum.⁊ tunc etiã paſſus fui dãnũ

Ayuntamiento de Madrid

maximum,⁊ in rebus ⁊ in libꝛis ⁊ potiſſime in libꝛis qꝛ perdidi
multa que ſcripſerā ſuper decretalibus ⁊ ſuper.vj.⁊ etiā aliqua
in iure ciuili,⁊ etiā multos libꝛos ſingulares quos difficile erit
reperire:ſed de oībus laudet altiſſimus qui poſt caſum infini-
tam gratiā dedit ⁊ pꝛecipue ꝙ nō perdiderim animū ꝓſequen-
di lecturā:ac etiā pꝛeſtitit mihi gratiā vltra ſperatum, ⁊ ꝙ tūc
ſperarem circa refectionē domus,⁊ etiā circa recuperationē li-
bꝛoꝝ ⁊ alioꝝ poſtea emptoꝝ. ¶ Jtē aduerte:qꝛ iſtā opi. Bar.
nō ſeqt̄ hic Jo.de lig.ex eo qꝛ lȝ verba dirigāt in reȝ:tñ videtur
dici tranſgreſſoꝛ legis faciens contrariū.l.non dubium.C. de le
gi. Adde ꝙ ſic videretur debere etiā incurrere peccatum inobe-
dientie.facit qd̄ habetur in.c.generali.ꝑ gl.in.vj.⁊ tñ ſm Bar.
firmatur cōtractus iuramēto qñ dirigit ꝓhibitio in rem:alleg.
etiā qꝛ nō videt eſſe ꝑpetua cā ꝓhibitionis ex quo pōt cū certa
ſolēnitate fieri cōtractus.⁊ ſic videtur ꝙ debeat firmari iura-
mento per id quod voluit gl.magna Bal.in aut.ſacramēta nō
tangit hunc articulum:de quo miroꝛ,⁊ ſic videtur traſiſſe cum
Bar. Sali.ibi nō tenet opi. Bar.mouet qꝛ diſpoſitio facta ſup
effectu intelligitur etiā facta ſuper cauſa inducente effectū:qꝛ
qui vult cōſequēs videtur velle ⁊ antecedens.l.ad rem mobilē.
⁊.l.ad legatū.ff.de pꝛoc.⁊ facit qd̄ habet.s̄.de offi.dele.in.c.pꝛe-
terea.⁊ in.c.ex literis.⁊ ideo ex quo ſtatutū annullat cōtractuȝ,
⁊ annullatio eſt effectus ꝓhibitionis.vt ptȝ in.l.non dubiū.C.
de le.facit.x.di.in.c.vides videt in cōſequētiā ꝓhibere cōtractū
⁊ qꝛ ꝓhibet effectum,videtur etiā ꝓhibere cām efficientem.⁊
per cōſequēs ipſos contrahentes cōtrahere ex quo ꝓhibet ipȝ
contractum:vel annullat illū.⁊ ideo videtur ꝙ non ſit facienda
differentia ſm eū an verba dirigantur in ꝑſonā,an in rē.⁊ qua
liter reſpondeat ad rōnes Bar.dicā.j.ſub qōne illa qñ ſtatutuȝ
pꝛohibet.⁊ expꝛeſſe etiā iuramētum ſi interponat.do.meus do.
Anto.hic qñ cōmentauit hāc decret.mutauit opi:ab eo qd̄ alʾs
tenuerat legendo iſtud.c.me audiente.⁊ in effectu nō videt tene
re opi.Bar.ex eo potiſſime ꝙ vbi lex vel ſtatutū emanat ꝑ viā
pꝛecepti fauoꝛe perſone:cui fit pꝛeceptum:tūc trāſgreſſio talis
pꝛecepti non obligat ad peccatum:qꝛ tale pꝛeceptū ſapit naturā
cōſilij.per id qd̄ habet in.l.j.ff.man.⁊ in.l.cum pater.§.mando.
ff.de leg.ij.⁊ in.l.titio.in pꝛin.de cōdi.⁊ demō.⁊ qꝛ pꝛecepta in-
telligūtur ſm naturā materie per id qd̄ legi.⁊ no.in.c.⁊ ego.xi.
q.iij.⁊ qd̄ no.ipſe do.Anto.in.c.nā cōcupiſcētia.s̄.de cōſti.vbi
cōcludit ꝙ in materia qui ſui natura eſt pꝛecepti ꝑ quecūqȝ ver
ba fiat diſpoſitio intelligitur eſſe ꝑcepti.Sed vbi materia de ſe
eſt materia cōſilij:tūc quecūqȝ verba apponantur nō inducunt
ꝑceptū ſed cōſiliū.vbi aūt materia eſt indifferēs,tūc ſi appa[r]et
de mēte,illud ſeruetur:ſi aūt nō apparet dicit attēdenda verb[a].
nā ſi dicitur ſtatuimus:tunc nō videt eſſe ꝑcepti ſecundū eū:q[d̄]
tñ an procedat dixi in.d.c.nā cōcupiſcētia.ſecus ſi dicat ꝑci[pi]-
mus:ſaluo niſi pꝛeceptū fiat fauoꝛe perſone:quia tunc potiꝰ ſa-
pit naturā cōſilij per.d.l.cum pater.§.mando.vbi aūt ſunt ver-
ba imperatiui modi:tunc dicit ꝙ ſi materia eſt grauis.⁊ ponde
roſa inducit pꝛeceptū.alʾs conſiliū.ꝑ id qd̄ habet in cle.exiui.§.
item pꝛeterea.de verb.ſigni.in.⁊ cle.vñ ſecūdū eū.lȝ Bar. poſſit
dicere verū:qñ pꝛeceptū vel ſtatutū fieret in materia cuius traſ
greſſio obligaret ad peccatū,vt ꝙ induceret pꝛeceptū qd̄ quan-
do ſit ptȝ ex pꝛedictis.⁊ iduceret tale qd̄ nō eſſet factū in fauo-
rem ꝑſone,tñ vbi emanat lex vel ſtatutū etiā per viā pꝛecepti in
fauorē perſone:qꝛ tūc ſapit potiꝰ naturā ꝯſilij vt eſt dictū ſecū
dum eū tranſgreſſio tunc non obligat ad peccatū.⁊ ideo videt
tunc valere iuramentū interpoſitū ſuper actu etiā ꝓhibito per
pꝛeceptum ipſius ſtatuti vł legis.⁊ ideo ex pꝛedictis infert qd̄
lȝ Bar.teneat in.d.l.ſi quis ꝓ eo,iuramēta nō obligant vbi di-
riguntur ad perſonam minoꝛis vel mulieris:tñ iſtud non vide-
tur verum ſm eū:qꝛ ex quo ſtatutum eſt fundatum ſuper fauoꝛe
ipſius qui iurauit.videt ꝙ iuramentū ſemꝑ obliget etiam ſi in
conſequētias remotas adſit in pꝛohibitione fauoꝛ publicꝰ pu-
ta ꝙ liberi pꝛocreentur vel ꝙ ciues diuites maneant ⁊ locuple-
tes,⁊ non depauperentur qꝛ dȝ poſſe tali ſtatuto renūtiare ſal-
tem per iuramentū:ex quo fauoꝛe ipſius perſone iurantis eſt in
ductū. Aduertēdū tñ qꝛ ſm do. Ant. Fede.in ſuo cōſ.cclxxij.ſȝ
quotā que cōiter hodie habet.lȝ aliqui aliter habeāt.⁊ forte ali-
ter habuit do. Anto.qui aliā quotā allegat:videt velle in ratio
ne ſui ꝙ iuramētum obliget iurantem:ſed creditoꝛ teneat ad re-
laxandum ipſum iuramentū.per id qd̄ habet [illegible]
.s̄.eo.ſed certe Fede.non loquitur hoc caſu:ſed [illegible] per
ſtatutū pꝛohibetur contractus etiā cū iura[illegible] etiam qñ
expꝛeſſe ſtatutū ꝓhibet iuramentū.nā tunc [illegible]iter reci
pere iuramentū ille qui recipit ꝯ ſtatutū ſu[illegible] cā legiti
me factū.de quo an ꝑcedat.j.dicā.tñ pōt eſſe dubiū i caſu bar.
qñ ꝓhibitio dirigitur ad ꝑſonā:nec expꝛeſſe ꝓhibetur iurame-
tū:an saltē poterit agi vt creditoꝛ relaxet iuramentū ſeu ipſe
contrahens cum minoꝛe vel muliere:etiā ſuppoſito ꝙ iuramē-
tum obliget iurantē.do. Anto.hic videt velle ꝙ nō cogat etiā
ipſe cōtrahēs ad relaxationē iuramēti.lȝ aliter ſenſerit. Sed ſe
cundū eū.nec ob.ſm eū ꝙ contrahēs cū ipſo minoꝛe vel mulie
re turpiter vꝛ̄ agere quaſi veniat ꝯtra legem:que eſſet pꝛecepti.
⁊ ſic videtur peccare recipiens ipſum iuramentū:qꝛ reſpondet
do. Ant.ꝙ iſtud nō hȝ obſtare ex eo qꝛ in caſu pꝛemiſſo lex vel
ſtatutū nō intelligitur quo ad effectū eſſe pꝛecepti:nec etiā intel
ligitur eſſe obligatoꝛiū:ſed potius intelligit eſſe conſultoꝛiā vł
cōſultoꝛiū.⁊ ideo ſecū contrahēs nō dȝ ligare ad peccatū.⁊ pꝛo
tāto talia iuramēta ſimpliciter ſunt ſeruāda:niſi lex ſtatuens in
ꝓhibēdo habeat reſpectū ad aliud ꝙ̄ ad fauoꝛē ⁊ fragilitatē iu
rantis alʾs iuramentū dȝ ſeruari:dū tñ pꝛeſtans ſit doli capax
per id qd̄ habetur in.c.j.⁊.ij.de delic.pu.⁊ ſic videt ſentire etiaȝ
impuberem doli capacē equiparari puberi in caſu aut.ſacramē
ta.ſed gl.ibi cōtra.⁊ Ang.in.l.ſi quis pꝛo eo.vt.s̄.tetigi.de quo
j.tāgam.⁊ pꝛedicta dicit vera.⁊ ꝑcedere etiā ſi ſtatuta annullēt
iuramēta vel ꝓhibeāt mouetur:qꝛ ꝓhibere iuramenta nō videt
ſpectare ad iudices ſeculares,nec ad.l.ciuilē.ſed potius ad iudi
cē eccleſiaſticū.⁊ ad.l.canonicā.alle.qd̄ no.Hoſt.in.c.quēadmo
dū.s̄.e.⁊ ibi.ꝑ Jo.an.in gl.ſuꝑ verbo vł naſum.⁊ ſic ſubijciat ar
ticulū:an ſtatutū expꝛeſſe poſſit ꝓhibere iuramētū.de quo.j.di
cetur. Et ex pꝛedictis dicit poſſe inferri qd de iuramētis q̄ pꝛe
ſtant ꝑ mulieres ſuꝑ rebus dotalibꝰ:vel ꝑ mulieres renūtiātes
velleiano:vel obligātes ſe nō ſeruata foꝛma ſtatuti:vł ꝑ mino-
res in contractu inito ſine ꝑſentia conſanguineoꝛū,vel ſine alia
ſolēnitate per ſtatutū vel ꝑ filiofa.ſine ꝯſenſu patris:vbi ſtatu-
tū diſponat filiūfa.nō poſſe obligari ſine ꝯſenſu patris.nam ſȝ
eū lȝ ſtatutū dirigat ꝓhibitionē ad perſonā obligabit iuramen
tum ⁊ debebit ſeruari per rationē ſuperius tactā.lȝ Bar. aliter
dixerit in.d.l.ſi qs pꝛo eo.⁊ in aut.ſacramēta.nec dicet etiā con
trahēs cū ipſo minoꝛe muliere vel filiofa.turpiter agere vel reci
pere ꝑ ea q̄.s̄.dixi poſt eū.lȝ Fede.videat ſentire cōtrariū in di-
cto cōſilio.cclxxij.⁊ aduerte:qꝛ etiā ſi opi.do.Anto.eſſet vera in
minoꝛe ⁊ muliere:tñ nō videret vera in filiofa.qꝛ in eo ꝓhibitio
nō vꝛ̄ fieri ſimpliciter quo ad fauoꝛē ipſius filij ſȝ fauoꝛe patris
per id qd̄ habet in.l.ſi.§.filius aūt.C.de bo.que lib.vel in odiū
creditoꝝ per id qd̄ habet in.l.j.ff.ad mace.⁊ ideo videtur quod
tunc iuramentū nō deberet ligare ex quo eſſet ſtatutū:vel lex ꝑ-
cepti facti nō ſimpliciter in fauoꝛē iurātis:ſed in fauoꝛē alteriꝰ
vel in alterius odiū.nā tūc ceſſat rō ſua:ꝙ debeat cenſeri pꝛe-
ceptum ſapere naturā cōſilij:ex quo nō ſit mere fauoꝛe perſone.
Preterea nō videt etiā procedere opi.do. Ant.etiā qñ ꝑceptū
ſit mere in fauoꝛē perſone:qꝛ ſi tūc ſapit naturā conſilij:ergo nō
cōpelleret quis ad obſeruantiā talis pꝛecepti:ſicut nō tenetur
quis ad obſeruantiam conſilij,vt ptȝ ex his que habentur in.d.
§.mādo.⁊.l.j.ff.man.⁊.xiiij.q.j.in.c.qd̄ pꝛecipit.⁊ per cōſequēs
non deberet inualidari diſpoſitio.lȝ quis nō ſeruaret pꝛeceptū,
etiam ſi nō interueniret iuramentū per ea que habentur in iuri
bus pꝛealleg.qd̄ tñ conſtat eſſe falſum per id quod habetur in
l.non dubium.C.de legi.nec ob.qd̄ habet in.l.j.ff.man.quia ibi
loquitur qñ ſit mandatū per viam contractus per illū qui non
habet poteſtatē in illum cui mandat.ideo ſi tūc mādatum fiat
gratia mandatarij iudicatur cōſilium. Jtē non ob.ꝙ habet in
§.mādo.qꝛ ibi loquitur qñ ꝑ teſtatoꝛē ſit mādatū in fauoꝛē eius
cui mandatur:quo caſu tale mandatū neceſſario nō eſt ſeruan-
dum per id quod habet in.l.filiuſfa.§.diui.de leg.j.vbi nudū ꝑce
ptum teſtatoꝛis factū mere in fauoꝛē heredis neceſſario non eſt
ſeruandū.ſecus ſi fieret in fauoꝛē alterius.vt ibi ptȝ.⁊.l.peto.§.
fratre.de leg.ij.ſed hic loquimur qñ ꝓhibitio ſit a lege cōi vel mu
nicipali:quo caſu ꝑceptū eſt ſeruādū.alʾs nō valet qd̄ agit,vt eſt
expꝛeſſum in.d.l.nō dubiū.⁊ in.c.vides.x.di.⁊ ſic nō videt ꝓce-
dere ſimpliciter ratio do. Ant.tñ aduerte qꝛ cōtra bar.facit qd̄
habet in.l.lex iulia.ff.de fundo.do.iuncto hoc.c.nā ibi dirigit
ꝓhibitio legis ad perſonā mariti ne alienet rē dotalē.vt ibi
[illegible] ptȝ.⁊ tñ ſi alienet cōſentiente muliere cū iuramēto tȝ iura
mentū.vt hic ptȝ.lȝ poſſet dicere ꝙ ibi ꝓhibitio nō dirigit ad
perſonā mulieris iurantis:tñ attētis his que dixit Bar.in aut.
ſacramenta:videret ꝙ marito alienante iuramētū non obliga
ret:etiam ſi pꝛeſtetur iuramētū per mulierē.lȝ aliud eſſet dicen
dum attentis his que dixi in.l.ſi quis pꝛo eo:ex quo pꝛohibi-
tio non dirigit ad iurantē.vt tetigi.s̄.circa pꝛin.huius articu-
li. Jtē contra Bar.videtur facere qd̄ habet in aut. ſacramenta
iuncta.l.j.ff.de re.eoꝛum.vbi pꝛohibitio dirigit ad perſonā tu-
toꝛis vel curatoꝛis.⁊ tamē ſi alienēt cum conſenſu minoꝛis iurā
tis tȝ contractus. vt ptȝ in aut.ſacramēta. ſed poſſes reſpon-
dere eodem modo quo reſponſum eſt ad.l.lex iulia.vcȝ.qd̄ ꝓhi
bitio in.d.l.j.de re.eoꝝ.non dirigit ad perſonam minoꝛis,ſed
ipſius tutoꝛis vel curatoꝛis.⁊ qd̄ plus eſt videt ꝓhibitio ibi tu
toꝛi vel curatoꝛi fieri ſolū ad finē ne pꝛeiudicetur minoꝛibus.⁊
ideo quantum ad pꝛeiudicium tutoꝛis vel curatoꝛis alienātis
non videtur

Ayuntamiento de Madrid

non videtur facta probatio.per id qđ habetur in.l.ꝛ ſi is. C. de pręđi.mi.vbi tales adminiſtratores alienātes res minoꝛis obligantur.lꝫ non preiudicēt minori. Itē cōtra Bar.facit qꝛ lex ꝓhibet rem alienari ſi eſt res minoris:cum alienatio nō poſſit fieri niſi per perſonas cōtrahentes videtur ꝙ ex quo lex vel ſtatutum ꝓhibet alienationē vel cōtractum intelligať etiā ꝓhibere perſonas cōtrahere:qꝛ aliquo prohibito intelligūť oīa prohibita ꝑ que peruenitur ad illud.l.oīno.ff.de deſpon. ꝛ ſic nō vř ſienda differentia an prohibitio dirigať in perſonā,an vero in rem prohibendo cōtractum vel alienationē: niſi voles ſaluare Bar.dicendo vt hic voluit ſentire do.Ant.ꝙ lꝫ.prohibēdo cōtractū vel alienationē videatur prohibere etiā perſonas contrahere vel alienare quo ad finē nullitatis actus.ꝛ ſic ſi ꝓcedat ratio ſuperius facta nō tñ intelligeť prohibere pſonā ad finē illaqueandi ad peccatū niſi expreſſe ꝓhibeat ꝛ hoc modo poſſet ēt reſponderi rōni Jo.de lig.qꝛ verū ꝙ etiā qñ ꝓhibitio ſit in rem lꝫ non dirigatur ad perſonā ꝙ cōtraueniens dicať tranſgreſſor legis:qꝛ illud verū erit quo ad penā nullitatis actus vt in.d. l. nō dubium.ꝛ eodē modo videreť poſſe reſponderi ad rationes Sali.quas ponit in auť.ſacramenta.ꝛ ſuperius recitaui.Item aduerte qꝛ cōtra Bar.videtur facere.nam nō videtur ſequi,contrahens peccat faciēdo cōtra prohibitionē ſuperioris:ergo non tenetur ſeruare iuramentū ſi iurauerit ſeruare cōtractum ꝓ id qđ habeť in.c.ꝛ ſi chriſtus.ſ.eo.ꝛ.xxij.q̄.j.in.c.mouet. vbi ptꝫ ꝙ lꝫ qs peccet iurādo per demones:vel ꝑ creaturā:tñ teneť ſeruare iuramentū.ꝛ ſic videť in propoſito ꝙ licet peccet contrahens ꝛ iurās qñ preceptū dirigiť ad perſonā ꝙ tñ debeat iuramētum ſeruari:ſꝫ poſſes dicere ꝙ ſimile nō videtur ex toto bonum.nā qui iurat dare titio decē ꝑ demones vř per creaturā.lꝫ peccet in forma iurādi:tñ qđ.iurat eſt licitū.ſ. dare titio decē.ſꝫ in caſu propoſito videtur iuramētū interponi ſuper illicito: qꝛ ſup ꝓhibito per ſuperiorē.Itē contra Bar. videtur facere : qꝛ lꝫ quis iurat in dicto caſu cōtrahendo nō tñ videtur peccare ſeruādo cōtractū:qꝛ ſtatutū vel lex id nō prohibet: ſed videtur ſe referre ad initium.facit ꝙ habetur in.l.quid ergo.ff.de his qui no.infa.ꝛ qđ habeť in cle.eos qui.in tex.ꝛ glo.de cōſan. ꝛ affin. vbi ptꝫ ꝙ ſi quis cōtraxit matrimoniū ſciēter a principio in caſu illius cle.incurrit penā excōicatiōis.ꝛ tñ ſi prius cōtraxiſſet ignoranter ꝛ poſtea perſeueraret non incurreret excōicationeꝫ ſed poſſes dicere ꝙ ibi in pena excōicationis.ꝛ itē in alia pena in qua lex cōſideraret initiū vt ptꝫ in.d.l.quid ergo.ſed hic prohibeť initiū.ꝛ cōſequēter videť prohiberi etiā obſeruātia : nec agimus de pena alia extrinſeca:ſed ſolum de pena peccati.ꝛ ſic videreť poſſe defenſari opi. Bar.attentis ſuperius dictis ſꝫ tñ ex alio capite nō videť ꝓcedere:qꝛ lex ciuilis nō videť in dubio velle illaqueare ad peccatum:ſꝫ nō cōſiderat aīam nec bonū vř malum aīe ſed potius bonū ciuile tendens ad cōſeruationē ſocietatis humane.lꝫ ſecus ſit in iure ca.vt dictū fuit ſuper gl. ij. ꝛ ideo videtur ꝙ licet lex ciuilis dirigat prohibitionē ad perſonam non tñ videtur velle illaqueare perſonā ad peccatum: ſed potiꝰ inducere penā nullitatis actus.ꝛ hō ſatis videtur probari in.l.non dubium.ſuperius allega . ꝛ ideo videtur ceſſare ratio Bar.etiā qñ prohibitio dirigiť ad perſonā per legem vel ſtatutum imo plus videtur eſſe dubiū an ſi conſtaret expreſſe ꝙ lex vř ſtatutū vellet illaqueare trāſgreſſorem ad pctm an poſſet qꝛ ptās ligandi alam tanꝙ rem ſpiritualem nō videtur eſſe penes laicū qui nō hꝫ poteſtatē ligādi neqꝫ ſoluendi aīam vt dictum fuit.ſ.de offi.ordi.paſto.§.ſi.in glo.ꝛ ſuper ea . nam illa ſolū eſt data Petro ꝛ ſucceſſoribus.j.de peni.ꝛ re.in.c.noua quedā . ꝛ pro hoc etiā bene facit qđ habeť in.c.qui reſiſtit.xj.q.iij.vbi littera dicit ꝙ imperator vel iudex ſecularis hꝫ poteſtatem imponendi penaꝫ carceris vel tēporalē nō aūt penā gehēne ſeu mortis eterne ꝛ ſic ſatis innuiť ꝙ nō hꝫ ptātē ligādi aīam.nec obſt. qđ habeť in.c.ij.de maio.ꝛ obe.qꝛ quatenꝰ ibi dicitꝰ qui nō obedierit principi morte moriatur ſi intelligatur de eterna . ꝛ ſic de illaqueatione ad peccatū mortale dꝫ exponi principi.ideſt pape.vt ibi voluit gl.vel intelligatur de morte tēporali tunc non obſtabit cōtrariū:qꝛ tāta pōt eſſe inobedientia.ꝛ in tanto negotio ꝙ poterit damnari ad mortem non obediens principi ſeculari.facit ꝙ habeť in.l.ſi.ff.de re.diui.fateor etiā ꝙ ſi preceptuꝫ iudicis ſecularis eſſet iniuſtū.ꝛ ſubditꝰ eſſet inobediēs poſſet ēt implorari auxiliū iudicis eccleſiaſtici per ea que habentur in.c. j.ſ.de offi.ordi.ꝛ qđ ibi dictum fuit.ꝛ ſi ſubditus tūc monitus per eccleſiaſticū iudicē perſeueraret in cōtumacia poſſet excōicari:qꝛ tūc peccaret nō obediēdo iudici eccleſiaſtico ꝛ ſic ēt pōt intelligi qđ habeť in.d.c.ij.non ob.etiam qđ habetur ad roma. xiij.ꝛ qđ habeť in.d.c.qui reſiſtit.vbi dicitur ꝙ qui poteſtati id eſt ſuperiori habēti poteſtatē reſiſtit dei ordinationi reſiſtit: qꝛ dꝫ exponi ideſt ptāti ordinate a deo ſeu habēti ptātē ex ordinatione dei.cū oīs ptās a deo ſit ipſo iubente vel pmittēte.xiij.

q.j.in.c.qui culpatur.ꝛ ſic etiā videť exponere Archi.in.d.c. qui reſiſtit.nec obſt.qđ ſubditur dū dicit ꝛ dānationē ſibi acqrit:qꝛ pōt exponi.ideſt ꝓpter inobedientiam pōt licite dānari intelligo ad penā temporalē que cōgruit iudici ſeculari non autē ad penā ſpiritualē que ſibi non cōgruit:ſed iudici eccleſiaſtico. facit qđ habeť.ſ.de ordi.cog.tuam.ꝛ ſic nō intelligeť de pena peccati velut ſpirituali.ꝛ ſic per predicta videť ꝙ lꝫ ſtatutū vř lex dirigat prohibitionē ad perſonā nō per hoc ſeqtur ꝙ iuramentum nō habeat ligare:qꝛ vt dixi nō videť in dubio eſſe de mēte legis vel ſtatuti illaqueare aliquē ad peccatum: ſed ad penam nullitatis actus.ꝛ etiam expreſſe non poſſet:ex quo eſſet lex ciuilis.ꝛ ſic edita per ſeculares per ea que ſuperius dixi:fateor tñ ꝙ ſi ſtatutū emanaret in materia in qua alias ſecūdum ius diuinum vel canonicum tranſgreſſio obligaret ad peccatum, tūc ēt incurrat peccatum cōtrafaciēs ſed non vi ſtatuti:ſed vi legis diuine vel canonice etiā no.diligenter conſiderationē predictam que noua eſt,ꝛ non tacta per alios.ꝛ meo iudicio videtur vera, ꝛ ratiōi conſona.ꝛ per eā videť aperiri via veritati,in hoc articulo.nec ob.predictis ſi dicatur ꝙ licet lex vel ſtatutū prohibendo perſonā non videatur illaqueare contrafacientem ad peccatum:qꝛ ad hoc nō tēdit finis legis ciuilis.vt.ſ.dictū.ē tñ videť ꝙ ex quo lex canonica ꝛ diuina dicunt obediendum eſſe iuſto precepto ſuperioris.vt ptꝫ ex his que habenť in.c.qui cōtra mores.viij.diſt.ꝛ.xj.q.iij.qui reſiſtit.ꝛ.ſ.de maio.ꝛ obe.c.ſolitꝰ.videť ꝙ nō parēs dicto caſu incurrat peccatū ſaltē attēta diſpoſitione predicta legis diuine ꝛ canonice: qꝛ pōt reſponderi qđ licet ſecundum legē diuinam ꝛ canonicam obediendū ſit iuſto precepto ſuperioris illud eſt verū quo ad hoc vt ſuperior iuſte poſſit punire ſubditū inobediētē per ſuas penas tēporales.facit qđ habeť in.d.c.qui reſiſtit.nō autē ſequiť per hoc ꝙ peccet cōtraueniens.ꝛ ſic etiā pōt intelligi qđ habeť in.c.quis neſciat. xj.diſt.gl.tamen ibi coniuncta cum tex.videť velle quod peccet inobediens legi.ſed poteſt dicere ꝙ illud poteſt procedere quādo preceptuꝫ emanaret in materia.de cuius natura eſſet quod tranſgreſſio induceret peccatū.facit qđ no.Bal.in.l.nō dubiū. in.xvij.op.C.de legi.vel pōt intelligi quādo ex contēptu quis faceret contra legē ſuperioris.ꝛ ſic videtur loqui dictū.c. quis neſciat.ꝛ dicitur ex contemptu quis facere cōtra legē qñ ꝓpter elationē ꝛ ſuperbiam non vult obedire legi.ꝛ nō vult diſpoſitioni legis ſubijci.facit qđ no.Archi.lxxxi.di.quicūqꝫ.ꝛ. lxxvi.di. c.vtinā.ſecus videť qñ ex cōtēptu non venit contra legē poſitiuam.nam tunc videť ꝙ nō incurrat peccatum.lꝫ poſſit puniri per ſuperiorē.ꝛ que ſit pena trāſgredientis legem tetigit Jac. de bel.ꝛ Bal.poſt eum in.d.l.non dubium.vbi concludit quod vltra penā nullitatis actus habebit locum alia pena:ſi ſpeciali ſtatuenti tur impoſita:alš poterit puniri pena arbitraria.facit qđ habeť in.l.ſanctio legū.ff.de pe.ꝛ in.l.j.§. expilatores. ff.
37 de effra.ꝛ qđ habetur.ſ.de offi.deleg.de cauſis. ¶ †An tñ ſi lex prohibeat aliquid fieri ſub certa pena,intelligatur velle ꝙ etiā actus ſit nullꝰ:ſi cōtra fiat licet aliter nō exprimat.ꝛ tāgit bar. in.l.prima.in prin.ff.de no.ope.nū.ꝛ Bal.in.d.l.nō dubiuꝫ. circa ſi.ꝛ ſic ex predictis videť cōcludendū ꝙ lꝫ quis non obediat iuſto precepto legis poſitiue nō incurrat penam:niſi contra faceret ex contēptu:vel niſi emanaret in materia cuius trāſgreſſio ſui natura induceret peccatum. ¶ Item aduerte qꝛ rationi Bar.etiā poſſet reſponderi.nam etiā ſuppoſito ꝙ vbi prohibitio dirigať perſonam peccaret contra faciēs:tñ vt ſuperiꝰ tetigi:nō videtur ꝙ peccet ſeruans contractum quem ꝓhibitus eſt facere:qꝛ ſtatutū vel lex hoc non dicit:nec prohibet qđ ille ſe obliget ad obſeruantiam ſed ſolū prohibet ne cōtrahat ꝛ ideo videtur ꝙ ſi iuret ſeruare contractum:vel nō cōtrauenire non peccet ſic iurando,lꝫ peccauerit cōtraueniendo.facit qđ habetur.ſ.eo.debitores.ꝛ in.c.ad audientiam.ſ.quod me.cau. Item videtur poſſe reſpōderi prout reſpondet Sali.in auť.ſacramenta.circa ſi.de qua reſponſione faciam mentionem in articulo.ij.ꝛ aūt etiaꝫ dicta reſponſio procedat de iure.Item etiā aduerte:qꝛ videtur ꝙ qñ ſtatutum dirigit verba prohibētia ad contrahentē cū minore vel muliere:vbi adijcit nullꝰ audeat cōtrahere cum muliere vel minore ſine tali ſolēnitate:cū tale preceptum nō fiat fauore prohibiti ſed minoris vel mulieris videť ceſſare ratio do.Anto.ꝛ ſic.videť ꝙ in hoc caſu ſua opi.nō procederet.ſed quia tetigi que ſit pena tranſgredientis legē canonem habetur.iiij. diſtin.§. vlti.ꝛ per Jo.an.de elec.generali.li.vj.ꝛ per ea que habentur in dictis iuribus videtur ꝙ tranſgrediens canonē precepti peccet nec mirum canon emanat a ſuperiori eccleſiaſtico q habet poteſtatem ligandi aīam.ꝛ ſic pōt intelligi qđ habetur j.c.ij. ſ.de ma.ꝛ obe.ꝛ qđ no.Archi.lxxxi.di.c.quicūqꝫ.qđ tēgit etiā in.c.vtinā.lxxvi.di.ꝛ quatenus quātum ſentit ꝙ veniens cōtra canonem precepti peccet licet non faciat ex cōtemptu.facit etiā qđ

Ayuntamiento de Madrid

58 no.p gl.ꝛ Jo.an.ꝛ Jo.ꝛ al.in.c.ij.s.de treuga ꝛ pace. ¶†Nūc reſtat videre an ſtatutū vel lex poſſit expreſſe annullare iuramētum ꝛ hic aduertēdū:q2 eſt caſus valde quotidianus. Bar. in.l. oēs populi.in.iij.q.principali cōcludit ꝙ non:q2 cū iuramentū ſit res ſpiritualis no poteſt ſe intromittere iudex ſecularis.facit qđ habeť in.c.tuam.de ordi.cog.ꝛ q2 ſcriptum eſt de iure diuino reddite deo iuramenta ꝛ vota veſtra.s.eo.ꝛ ſi chꝛiſtus. cōtra ius aūt diuinū nō videtur poſſe fieri ſtatutū vel legē per ſeculares.ꝛ hoc dicit eſſe verum niſi p ſtatutum excluderetur cā peccati.ꝛ p hoc dicit ꝙ ſi ſtatutū dicat ꝙ non valeat contract⁹ minoris ſine tali ſolēnitate etiā ſi fuerit iuratus ꝙ tale ſtatutū nō valet per.ea q.s.dixi.ſed ſi ſtatutū diceret.ꝛ ſi aliter fiat cōtractus preſumať per dolum ꝛ metuʒ extortus tūc q2 ſtatutum videť excludere cauſam peccat inquātum preſumit extortum eſſe cōtractum ꝛ iuramētum per metum vel dolum:tūc nō ligabit ſacramētum ſicut non ligaret quādo per dolum vel metū eſſet extortū.vt pʒ in auť.ſacramenta.ꝛ ſic videť ſeq opi.ꝙ iuramentū p dolū vel metū extortū ipſo iure nō obliget qđ eſt verū ſm leges:ſed ſm canones cōiter teneť cōtrariū.vt dixi ſuper gloſſ. pe.Ideo videť ꝙ tunc obligaret ſʒ poſſet peti abſolutio p ea q habetur in.c.ſi vero.s.e.Ray.de for.in repetitione.d.l.oēs populi.nō vř tenere iſtud dictū inquantum dicit Bar.ꝙ ſi ſtatutum preſumat actum extortū per dolum vel metum ꝙ tūc iuramētum nō obliget:q2 pʒ eū hoc videť fieri i fraudē iuris canonici ꝛ in fraudē iuris diuini volētis iuramētum ſeruari.ꝛ ideo tale ſtatutū nō dʒ tenere tanꝙ factum in fraudē legis ſuperioris facit qđ habeť.de reg.iur.certū.lib.vj.ꝛ in.l.fraus.cū.l.ſeq.ff.de leg.ꝛ.j.de priui.quāto.ꝛ cū qđ pꝛohibetur vna via nō dʒ per viā indirectā cōcedi.j.de reg.iur.cū qđ vna via.lib.vj.ꝛ facit etiam quod habeť in.d.l.nō dubiū.Bar.tū in.d.l.oēs populi.in loco ſuperius alle.dicit ſe vidiſſe ſm ſuam opi.iudicari.Bal.de materia iſta tetig.t in pluribus locis videlicet in.l.pactū.C.de colla.in.l.nec patronus.C.de ope.lib.in.l.non dubiū.C.de leg.ꝛ in auť.ſacramenta.C.ſi aduerſus vendi.ꝛ aliquid etiam tangit Bal.in.l.ij.C.de reſcin.vē.in.ix.q.ꝛ aduerte q2 in.l.pactū.C.de colla.dicit certa notabilia.¶No.ꝙ ſi ſtatutū pꝛohibet iuramētum excipi non poteſt ex illo iuramento agi vel excipi p id qđ habeť in.l.ij.C.ne fideiuſ.do.den.ꝛ in.l.inuitus.§.fi.ff.de re.iu. demū.in eadē.l.in.v.q.querit.an per ſtatutum poſſit pꝛohiberi ꝙ nō valeat iuramētum.ꝛ dicit ꝙ ſic:q2 lex videť obtinere vim apoſtoli ſeu pape in remiſſione iuramenti.vt.l.adigere.§.fi.ff. de iurepatr.vbi eſt gl.fin.ꝛ no.ꝛ idē videť velle in eadē.l.i.xxi. q.vbi videť velle ꝙ valeat ſtatutū diſponēs ꝙ mulier nō poſſit contrahere ſine cōſenſu duorū cōſanguineoꝝ nec obligeť alter etiam ſi iurauit ꝛ poteſtas teneať cogere illum qui aliquid recepiſſet ex tali contractu reſtituere mulieri. Idē videť velle in.l. nec patronus.C.de ope.lib.vbi cōcludit ꝙ lex ciuilis pōt remittere iuramētum ſicut papa q2 lex obtinet in hoc vim apoſtoli. vt no.in pꝛealle.l.adigere.§.fin.vnde ſecundum eum pōt legem interpꝛetari ꝛ ſtatuere ꝙ iuramētum nō extēdatur ad caſus illicitos.ꝛ alle.qđ habeť in.l.non dubiū.C.de leg.ꝛ.l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.j.ꝛ ſubdit etiam ꝙ in contractu ſemp videtur exceptū ius cōe niſi illi fuerit ſpecialiter renūtiatū.alle. qđ habeť in.l.ſeq.C.de inoffi.teſta.dicit etiā ibi ꝙ in caſibus in quibus iura pꝛeſumunt ſimulationem non eſt neceſſaria pbatio hominis nec etiā eſt neceſſe adire epiſcopū pro [illegible]ratione alleg.quod habetur in.l.que ſub conditione.§.fin.[illegible] de condi. inſti.alle.etiā quod habetur in.l.qui teſtamentum.ff.de.pb.ꝛ ff.de leg.iij.l.cū quos.§.codicillis.ꝛ.§.titia.ꝛ qđ habeť in.l.iuris gentiū.§.ꝛ generaliter.ff.de pac.ꝛ in.l.ſi.ff.ad [illegible] ¶Idē videť velle in.l.non dubium.C.de legi.nam ibi dicit in notabilibus ꝙ vbi lex pꝛohibet iuramētum nō tenetur quis illud ſeruare.ꝛ ſic no.ꝙ lex ciuilis poteſt phibere iuramētum ꝛ ex hoc infert ꝙ valent ſtatuta q in certis caſibus pꝛohibēt iuramenta alleg.qđ habetur in.l.ſi quis inquilinos.§.fi.ꝛ.l.adigere.§.fi.de. quo remittit ad ea que tangit in eadē.l.in.xvij.op.vbi tāgit primo an iuramētum interpoſitū ſup actu inualido de iure ciuili ipſum actum validat.Secundo tangit quid de iure canonico.

59 ¶†Circa primū variat aliqualiter.nā primo videtur dicere ꝙ vbi actus eſt ipſo iure nullus:tunc iuramētū non validat actū per id qđ habetur in.l.nō dubium.ꝛ.l.antique.ꝛ in auť.ſi qua mulier.C.ad velleia.ꝛ ſecus vbi act⁹ eſt inualid[illegible] ad effectum vt q2 de mero iure tenet.ſed poteſt reſ[illegible] beneficium reſtitutionis:q2 tūc bene valet p hoc iur[illegible] Sʒ certe vt ipſe etiā tāgit primū dictū videť cōtra [illegible]amēta. ſm cōem opi.q2 etiā illa hʒ locū qū interponitur iuramētū ſuper actu nullo ſm cōem opi.ꝛ ideo poſtea aliter [illegible]it. nā aut actus eſt phibitus eo caſu quo hʒ in ſe equitatē naturalē ſʒ phibeatur per ius poſitiuum.ꝛ tūc iuramētum operatur ſi īterponatur ſup actu nullo de iure poſitiuo exceptū [illegible] minoꝛ ppter neceſſitatem ſibi imminētem alienet rem ſine decreto:tūc q2 ſecūdum equitatē naturalē actus deberet tenere ex quo imminet neceſſitas minori.ideo dicit ꝙ ſi tūc cōtraxerit ſine decreto ꝛ iurauerit tunc iuramentū operabiť.lʒ poſtea minoꝛ pecuniā luſerit.ꝛ ſic poterit intelligi auť.ſacramenta.ſm eum.ꝛ opi illoꝝ q tenēt ꝙ validať act⁹ per ſacramentū in caſu.d.auť.ſʒ vbi actio nō hʒ in ſe equitatē naturalē.vt q2 minoꝛ nō ſubſiſtēte aliqua neceſſitate alienaret rē ſine decreto.tūc iſto caſu iuramētuʒ interpoſitum ſuper actu nullo nō obligabit.ꝛ ſic hoc caſu non habebit locū auť.ſacramēta.C.ſi aduer.vē.ſed certe iſta diſtinctio iure nō pbatur ꝛ eſt cōtra tex.in auť.ſacramēta. que indiſtincte loquitur ꝛ ſimpliciter.ꝛ ſic indiſtincte dʒ intelligi.l.de ptio.ff.d publi.ꝛ.c.q2 circa.j.de priui.ꝛ q2 vtrobiqꝫ eſt eadē rō ne via aperiať periurijs.vt in.d.l.j.ꝛ ſic eadeʒ dʒ eſſe iuris diſpoſitio.vt.l. illud ad.l.aqui.ꝛ.s.de cōſti.trāſlato.De iure vero canonico cōcludit ꝙ ſi iuramētum tollit cauſam phibitionis:tūc ſeruādū eſſet iuramentū.verbi gratia ſi cā phibitionis eſt minoꝛ etas q2 iuramētum repꝛeſentat eū maiorē.idō tenet cōtractus ſi fuerit iuratū.vt in.d.auť.ſacramēta.ſi iuramentū nō tollit cāʒ phibitiōis.verbi gratia:q2 ſtatutū phibet minorē ʒhere ſine certa ſolēnitate.al's fingit dolū interueniſſe:tūc q2 iuramentū nō tollit cām doli pſumpti.ideo nihil operať.arg.l.ſi qs inquilinos.§.fi. ff.de leg.j.ꝛ ſic tantū operať iuramētū in cauſato quantū poſſet operari cā.ꝛ non in plus ſʒ cōtra hoc videť facere.c.ij.de pact. in.vj.ꝛ hoc.c.ꝛ.j.eo.lʒ mulieres.in.vj.vbi cā phibitionis nō remoueť p iuramentū.ꝛ tū remoueť phibitio p ipſum iuramētū ideo in hoc caſu ſubdiſtinguiť:q2 aut iuramētum emanat ſup actū phibito ex iuſtitia poſitiua ꝛ ſic cōmutabili.ꝛ tūc ſeruari dʒ iuramētū ex quo ſeruari pōt ſine interitu ſalutis eterne p id qđ habeť in.d.auť.ſacramēta.ꝛ in.c.iſto.ꝛ de pac.ꝙuis i.vj. Sʒ ſi emanat ſup materia phibita ex iuſtitia nō ſimpliciter poſitiua,ſʒ imutabili ꝛ dr ſm eū imutabilis qū eius trāſgreſſio induceret peccatū ꝛ tūc iuramētū nō obligaret:q2 nō dʒ eſſe iniquitatis vinculū.s.eo.quarto.ꝛ.xxij.q.iiij.inter cetera.ꝛ ſup hāc dt fundatā regulā.c.non eſt obligatoriū.de reg.iur.lib.vj.ꝛ pdicta dicit pcedere vbi ageret de piudicio iurātis ſʒ de piudicio tertij.tūc nō tenet iuramētū p id qđ habeť in.l.ſi.§.filijs aūt.C.de bo.q lib.cū ibi no.p gl.ꝛ ipſum Bal.ꝛ etiā dicit in.xvij.op.ꝙ interdū iuramētum eſt cōtra ius iurātis ſi eſt cōtra ius cōſtitutionis interdū cōtra ius tertij.Qū autē eſt cōtra ius iurātis ſi eſt cōtra ius cōſtitutionis:tunc diſtinguit an illa ꝯſtitutio ſit ex iuſtitia poſitiua ꝛ cōmutabili:an vero ex iuſtitia incōmutabili p ea q pꝛime dixi.Si aūt ſit cōtra ius tertij nō piudicat vt eſt dictū ſec⁹ qū ē cōtra ius iurātis.vt i.d.auť.ſacramēta.¶Itē idē dicit ꝙ interdū.l.diſponit circa iuramentū phibēdo pꝛeſtari ꝛ tūc valet legis diſpoſitio.vt pʒ in.l.q ſub cōditione.ff.de cōd. inſti.Interdū vero lex deſtruit iuramētū.ꝛ tunc ſi deſtruit dando remediū puta vt petať abſolutio.ꝛ tūc deberet peti.ꝛ dʒ forma data ſeruari:nec pōt cōtra iuramētum ppria autoritate cōtrauenirí.vt no.Inno.in.c.venerabilē.de elec.ſaluo niſi non adeſſet iudex a quo peteretur abſolutio.qđ dicit eſſe notandū ſm Inno.nil allegat.Sʒ bene facit qđ habeť in.l.nullus.C.de iudeis.ꝛ qđ no.ipſe Inn.in.c.olim cauſam de reſti.ſpo. Si vō deſtruit miniſterio iudicis:tūc dicit ꝙ faciens incurrit piuriū: tū iuris fictione nō cenſeť periurus.l.q iurato.ff.qui ſatiſda. cog. ꝛ.l.ſi.ff.ad muni.Interdū aūt diſponit interpꝛetādo. ꝛ tunc lʒ quis veniat cōtra iuramētum ſi tū nō venit contra interptationem nō cenſetur periurus per id qđ habetur in.l.ſi.C.de nō nu. pecu.ꝛ ſic videť cōuertere ibi caſum qū lex phibet ſimpliciter ꝛ inualidat iuramētū ſine diſtinctione:tū iſtud mēbrum ſatis poteſt colligi ex his que dicit in notabilibus in.d.l.nō dubium. ꝛ qđ.s.dixi poſt eū qū iuramentum pꝛeſtatur contra ius conſtitutionis ſubdit etiam poſt pꝛedicta ꝙ qū forma iuramenti reſpicit merū factū dʒ ſeruari forma ſpecifica.Secus qū reſpicit iuris miniſterium quia tūc iuramentum nō ligaret vbi contra iuris miniſterium non fieret.alle.qđ habeť in.l.ea quidem. §. ſi manci.ita fue.alie.ꝛ qđ no.in.l.quidā cum filium.ff.de verbo. obli.ꝛ in.l.qui rome.§.flauius.ff.eo.ti.ꝛ ſic ſi bene ponderentur dicta Bal.videtur velle ꝙ ſtatutū poſſit phibere iuramentum idem etiā videtur velle in.l.ij.in.viij.qđ. C.de reſcin.ven.ſed in auť.ſacramenta.C.ſi aduerſus ven.querit nunqđ p ſtatutū poſſit fieri ꝙ valeat contractus ſine decreto etiaʒ ſi nō interueniat iuramētū.ꝛ inducit tres rationes ꝙ nō.Pꝛima eſt q2 ſacramētum eſt quid ſpirituale.ꝛ ſic videtur ꝙ ſtatutū laicoꝝ nō poſſit ſuper illo diſponere p id qđ habeť in.c.tuam.de or.cog. Secunda eſt q2 tale ſtatutū videtur aperire viā periurijs cōtra.l.j.C.ſi aduerſus ven.¶Tertia q2 tale ſtatutū videtur eſſe cōtra legē ſuperioris.q2 cōtra.d.auť.ſacramēta factam ab iperatore .ꝛ ſic videtur ꝙ inferioꝛ nō poſſit cōtra diſponere.facit qđ habeť in §.interim.in auť.d defen.ciui.colla.iij.ꝛ.xxj.di.inferioꝛ.ꝛ.s.de maio.

Ayuntamiento de Madrid

malo.⁊ obe.in.c.cū inferioꝛ.⁊ ſic videtur ꝙ ꝓpter predicta dictuȝ
ſtatutuȝ non valeat:ſed ipſe refert ꝙ antiqui aduocati dicebant
ſtatutum valere per.l.ſi quis inquilinos.§.ſi.ff.de leg.j.ſed ipſe di
cit ꝙ illa lex pro hoc non facit:qꝛ ibi loquitur quando iuramen
tum interponitur ſuper reprobato a iure cōi ⁊ quando iuramen
tum reprobatur per ius commune ſed in caſu iſto iuramentum
interponitur in caſu permiſſo a iure cōi:vt patet in.d.auꝰ.ſacra
menta ⁊ ſic non facit ad dictam.l.ſi quis inquilinos.§.fin.pro eis
vnde dicit ꝙ ꝓpter hoc ſtatuta interdum diſponunt:ꝙ ſi fiat cō
tractus ſine tali ſolēnitate nō valeat etiā ſi iuret ⁊ ſi aliter fuerit
factuȝ preſumatur dolo vel metu extortū:nam ſm eum poſſunt
ſtatuta inducere preſumptionē cui ſit ſtandum.facit quod no.in
l.ſiue poſſidetis.C.de proba.⁊.j.de ſpon.c.is qui.qua inducta ſm
eum apparet ꝙ tunc iuramentum nō habet ligare ſicut quando
eſt dolo vel metu extortum.vt in.d.auꝰ.ſacramēta.⁊ ſic videt po
nere cautelam quam poſuit Bart.in.l.omnes populi.licet de eo
non faciat mentionē.⁊ etiā eam ponit Sali.in.d.auꝰ.ſacramēta.
⁊ ponit eam aliqualiter amplioꝛē:nam ponit quando ſtatutū di
cit ⁊ ſi aliter fiat preſumat contractum fuiſſe per doluȝ metu ex
toꝛtum:nec poſſit probare contrariū ⁊ ponit etiam cautelā ſi non
iudicat preſumptionem ſed fictionem:vt qꝛ dicat ſi aliter factuȝ
fuerit fingatur contractus ꝑ dolum metu extoꝛtus:nam cōtra fi
ctionem iuris nulla admittitur probatio.facit qd̄ plene ꝯſueuit
dici in.l.ſiue poſſidetis.⁊.l.ꝓ emptoꝛe.maxime ꝑ Bar.ff.de vſu.
⁊ quod no.gl.in.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.act.⁊ qd̄ no.ꝑ glo.
⁊ doc.in.d.c.is qui.j.de ſpon.dicit etiā Bal.in.d.auꝰ.ſacramēta.
ꝙ etiamſi ita tutū non inducat dictaȝ preſumptionē vel fictionē
predictam:tamen ſi habeat in ſe rationē ⁊ equitatem valebit ſta
tutum.Exemplū ponit ſi dicat ſtatutū:qꝛ malitia hominū adeo
excreuit ꝙ prompti ſunt hoīes ad decipiendum minoꝛes.Jdeo
ſtatuimus vt nō obligetur minoꝛ ſine tali ſolennitate ſm euȝ qui
ſtatutū habet in ſe ⁊ omnē equitatem valebit ſtatutū etiā prohi
bens iuramentū ⁊ ſic dicit de facto ſeruari.⁊ idem dicit.l.ij.C.de
reſcin.ven.in.ix.q.vbi cōcludit ꝙ qꝛ minoꝛes ⁊ mulieres de facili
ſubducunt quādoqꝫ minis quādoqꝫ blanditijs ſeu adulationibꝰ
⁊ pollicitationibus.facit quod habetur in auꝰ.vt imo.ante nupt.
do.colla.v.Jdeo ſm eū equiſſima ſunt ſtatuta que in cōtractibꝰ
mulierū ⁊ minoꝝ exigunt cōſenſum coniunctoꝛum quibus ſtatu
tis etiā cū iuramento renuntiari nō poteſt.vt plene no.Bart.in
l.ſi quis ꝓ eo.ff.de fideiuſſo.⁊ dicit etiā ſe notaſſe in.l.non dubiū.
C.de legi.Sali.in.d.auꝰ.ſacramēta.circa ſi.ponit arg.ꝓ ⁊ contra:
que ſunt ſuperius tacta.concludit finaliter per ſtatutū poſſe ꝓhi
beri ſacramentū.mouetur primo per.d.l.non dubiū.⁊.d.§.ſi quis
inquilinos.§.ſi.de leg.j.alleg.etiā ſecundo pro hoc qꝛ non dicitur
periurus qui ex iuſta cauſa deſerit iuramentum.l.ſi.ff.qui ſatiſd.
cog.Item allegat ꝓ hoc tertio:qꝛ iuramentū poteſt remitti per
illum cuius fauoꝛe eſt preſtitum.alleg.qd̄ habetur in.l.ſi libertus
non aluerit.ff.de bo.li.⁊ in.l.ſi.ff.qui ⁊ a quibus.ſed melius pro
batur per ea que habentur in.c.ij.cuȝ ibi no.per Jo.an.j.de ſpō.
⁊ in Spe.tit.ij.§.nunc oſtendendum.xv.hoc quoqꝫ.ſi ergo poteſt
remitti per pactū:ergo ⁊ per ſtatutū cum illa videantur purifica
ri.per id qd̄ no.glo.in rub.C.de decre.decu.li.vj.confirmat etiam
iſtam rationē qꝛ in eo qd̄ ſit per ſtatutum cenſent oēs conſentire
etiam qui non interfuerunt in ſtatuendo.allegat no.in.l.omnes
populi.ff.de iuſti.⁊ iu.ſed melius facit qd̄ habetur in.l.quod ma
ioꝛ.⁊.l.municipes.ff.ad muni.⁊ qd̄ no.etiam in rub.C.que ſit lon.
conſue.⁊ ideo cum contrahens cū minoꝛe videatur conſenſiſſe ꝙ
iuramentū ſibi nō proſit:nec etiā alteri videtur ꝙ tale iuramen
tum preſtitum per minoꝛē in contractu non habeat ſibi nocere.⁊
per predicta dicit poſſe reſponderi ad rationes in contrarium.nā
primo non obſt.dum dicitur ꝙ ſacramentum eſt res ſpiritualis.
⁊ ſic ſtatutum laicoꝛuȝ non videtur poſſe ſuper illo diſponere:qꝛ
reſpondet qd̄ licet ſit res ſpiritualis:tamen poteſt remitti ꝑ illuȝ
cuius fauoꝛe eſt preſtitum vt ſuperius eſt dictum.et ſic videt eſſe
remiſſuȝ hoc caſu attenta foꝛma ſtatuti ⁊ eo quod ſuperius dixi.
¶ Item nō ob.ſi dicatur ꝙ aperitur via periurijs qꝛ reſpondet
hoc non eſſe verū ex eo qꝛ non dicitur periurus qui ex iuſta cau
ſa deſerit iuramentū:vt ſuperius eſt dictū.¶ Itē non obſtat ꝙ
iſtud ſtatutum videtur contrarium iuri:vt patet in.d.auꝰ.ſacra
menta.⁊ ſic videretur ꝙ nō deberet valere.vt in auꝰ.nauigia.C.
de fur.⁊.C.cōmu.de ſuc.in auꝰ.oēs peregrini.⁊ per id etiā quod ſu
perius tetigi:qꝛ reſpondet ꝙ iſtud ſtatutū non debet dici contra
ius:qꝛ habet in ſe rationem ⁊ equitatem ne minoꝛes decipiātur:
⁊ quia propter ſtatutum cenſetur conſenſiſſe vt iuramentum nō
obliget quādo eis preſtatur ꝙ ratio ceſſat in caſu.auꝰ ſacramen
ta.ſed aduerte qꝛ iſta cōſideratio Sali.licet fuerit ſubtilis.tamen
non videt ſimpliciter procedere.primo qꝛ ſic cōtingeret aliquem
foꝛenſem contrahere cū minoꝛe ceſſat rōne Sali.qꝛ ille non fingit
conſenſiſſe ex quo eſt foꝛenſis:⁊ ſic videretur ꝙ tunc iuramentuȝ
haberet ligare non obſtante ſtatuto.Preterea licet ille cui vere eſt
preſtitum ſacramentū ob eius fauoꝛem poſſit illud remittere:vt
ptȝ ex his que habentur in.d.c.ij.de ſpon.ꝑ Jo.an.tamē nō repe
ritur ꝙ ille qui vere non conſentit in relaxatiōe iuramēti:licet fin
gatur cōſenſiſſe ex iuris ciuilis cēſura nō poſſit petere obſeruan
tiam iuramēti:ergo nō vr̄ ꝙ hoc dictū procedat cū iure canonico
non videat approbatū.facit qd̄ habetur in.c.ij.ē.de trāſla.prela.
⁊ qd̄ habet in.l.illam.C.de colla.⁊ in.l.iij.§.hec verba.ff.de nego.
geſt.vbi ſtatutum in caſu vero nō trahitur ad caſum fictum.et ſic
non videt ſimpliciter ꝓcedere ratio Sali.Fede.de ſenis ſuo ꝯſil.
cclxxij.foꝛmat queſtionē ſi ſtatuto cauet ꝙ non valeat ꝓmiſſio fa
cta per filiumfa.ſine ꝯſenſu patris ſi fuerit iurata:⁊ in effectu cō
cludit ꝙ ſi interueniat iuramentū obligabitur filius non obſtan
te ſtatuto mouet:qꝛ iuramentū obligat etiā in caſibus vbi minꝰ
deberet obligare.⁊ ſic foꝛtius obligabit hoc caſu.ar.eoꝝ que ha
bentur in.c.cū in cūctis.in prin.ē.de elec.⁊ in auꝰ.multo magis.
C.de ſacroſan.ecc.nā iuramentū obligat in caſu auꝰ.ſacramenta.
⁊ etiā in caſu huius.c.⁊ tamen cōſtat ꝙ obligatio erat ꝓhibita de
iure cōi vbi iuramentū non interueniebat.⁊ ſic multofoꝛtius dȝ
iuramentū obligare in caſu predicto qꝛ filiusfa.de iure cōi obliga
ri poteſt ſine conſenſu patris excepto macedoniano ⁊ voto.l.fi
liusfa.la.ij.ff.de polli.nec ob.ſi dicat ꝙ nō debet filiusfa.obligari
iuramento ſicut nec obligatur voto.vt ptȝ in.d.l.ij.§.j.ff.de polli.
⁊ facit quod no.Inn.⁊ Jo.an.in.c.ſcripture de voto.qꝛ reſpōdet
Fede.in dicto conſilio.⁊ ſequit hic do.Ant.ꝙ nō valēt ille leges
inquantū infringūt votū.ꝑ id qd̄ no.gl.in.c.ſi mulier.xxxij.q.ij.in
glo.pe.⁊ vlti.ſed certe Inn.vr̄ velle contrarium in.d.c.ſcripture.
vbi vr̄ velle ꝙ qn̄ votum poteſt tendere ad preiudicium iuris pa
trie poteſtatis ꝙ tunc non poſſit facere votum ſine conſenſu pa
tris.de quo tn̄ plenius dicendū.vt no.per eum in.d.c.ſcripture.⁊
per Jo.an.ibidem.dicit tn̄ Fede.in.d.ꝯſi.ꝙ qꝛ debuit obediri ſta
tuto facto ex cauſa per ſuperioꝛē.ꝑ id qd̄ habet.ix.diſt.que cōtra
moꝛes.⁊.xj.q.iij.qui reſiſtit.⁊ talis inobediens potius meretur
penā ꝙ premiū.facit quod habet in.c.eum qui.de prebend.in.vj.
Jdeo dicit ꝙ poterit peti relaxatio iuramenti ſeu vt cogatur ad
relaxandū iuramentū cum indebite videat recepiſſe recipiendo
contra legē ſuperioꝛis cui debuit obedire.alleg.qd̄ habet in ſimi
li in.c.debitoꝛes.ē.eo.nec dicet tunc venire contra iuramentum
qꝛ imo potius fatetur ſe obligatū ad obſeruātiā:ille qui petit vt
relaxetur iuramentū ⁊ dicit ꝙ ad relaxandū poterit cogi ille qui
iuramentū recipit per iudicē eccleſiaſticū ratione peccati:⁊ etiam
per iudicē ſecularē cū ipſe recipiens ſit laicus ⁊ de eius foꝛo.facit
quod habetur de foꝛo cōpe.cū ſit generale.⁊ in.c.fin.de foꝛo cōpe.
li.vj.⁊ ſubdit etiā ꝙ ſi ageretur in caſu p̄dicto contra illū q preſti
tit iuramentū poſſet excipere dicendo nō potes me cōuenire vel
aſtringere:qꝛ poſſum petere ꝙ relaxes iuramētū ⁊ ſic etiam peto.
facit qd̄ habetur in.l.papinianꝰ.§.ſi filius.ff.de inoffic.teſta.facit
etiam qd̄ no.gl.in.c.paſtoꝛalis.circa ſi.ē.de cauſa poſſeſ.vbi gloſ.
vult ꝙ licet per.l.ſi quis in tantam.ſpolians aliū debeat perdere
per ſuiam ferendam ius qd̄ habet.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi,
tamen ſi ſpoliatoꝛ agat rei vendicatione eo caſu quo poſſet po
terit obijci exceptio ꝙ perderet ius qd̄ habet.⁊ ſic eodem modo
in ꝓpoſito poterit opponi exceptio.de qua.ē.⁊ ſic ptȝ Fede.velle
ꝙ ſtatutū non poſſit expreſſe ꝓhibere iuramētū quominus obli
get:tamen bene operat ꝓhibendo iuramentuȝ ꝙ recipiens iura
mentum illicitū illud videt recipere.⁊ ꝑ conſequens poteſt cogi
ad relaxationē iuramēti.⁊ hec opi.prima facie videt multum ra
tionabilis.ſed an procedat patebit ex.j.dicendis.do.meus do.
Pe.de anch.tangit de materia in regula.ea que fiunt a iudice.de
reg.iur.in.vj.in.iij.q.in repe.dicte regule.Item tangit de eadem
materiā in repe.c.j.de conſti.in.iij.q.⁊ in.xj.q.in ver.item ſi ſtatu
tum.⁊ etiam circa finem ipſius qōnis.⁊ in oībus iſtis locis videt
in effectu ſequi Bal.nam in dicta regula ea que.dicit ꝙ qꝛ cauſa
iuramenti nedum eſt de foꝛo eccleſie ſed etiā de foꝛo ciuili:vt ptȝ
ex his que habētur in.c.ſi.de foꝛo compe.in.vj.dicit ꝙ leges pſſit
diſponere ſup iuramentis vnde quandoqꝫ reprobāt in certis ca
ſibus iuramenta ⁊ quandoqꝫ remittunt.allegat qd̄ habetur in.l.
adigere.§.ſi.ff.de iure patro.vbi glo.notabiliter dicit ꝙ lex obti
net vim apoſtolici hoc eſt pape in remiſſione iuramenti.⁊ in effe
ctu ponit verba Bal.que poſuit in.l.nec patronus.C.de ope.lib.
que ſuperius recitaui.⁊ etiam ponit dictū Bald.in.l.pactū.C.de
colla.circa notabilia.Et ex predictis concludit ꝙ leges ⁊ ſtatuta
poſſunt diſpōnere ſuper iuramentis ſubditoꝝ.⁊ per conſequens
[illegible] ⁊ legū miniſtri ſunt in ipſis iudices cōpetentes ad quoꝛū
officiū ſpectat leges ⁊ ſtatuta tueri.l.ij.§.poſt originis.ff.de orig.
iur.ſicut [illegible] officiū prelatoꝛū ſpectat tueri canonicas ſanctiones.
ē.de o[illegible] archipreſby.in.c.fina.cum ibi nota.in nouella.⁊ ſic reſi
det ſup[illegible] dicta regula in repetitione.c.j.de conſtitu.in.iij.q.reuo
cat in dubium an leges ſuper iuramētis poſſint diſponere ⁊ du
bium facit [illegible] quia iuramenta concernunt religionem ⁊ reuerētiam
diuini cultus ⁊ tranſgreſſio eoꝛum inducit peccatum moꝛtale.ē.

Ayuntamiento de Madrid

eo.⁊ ſi chriſtus.⁊.xxij.q.ij.in.c.j.⁊.c.animaduertendum.⁊ finaliter remittit ad ea que tangit ſuper dicta regu.ea que fiunt. in.iij.q. concludens ꝙ principaliter ⁊ incidenter iudex laicus poteſt cognoſcere de queſtione iuramẽti.per id quod no.per Jo.an.in.d.
40 c.ſi.de foro compe.in.vi. ¶ †Sed an poſſit improbare lex vel admittere iuramentum vel impedire obligationẽ a iuramento vallatam cũ iuramentũ obliget deo.facit qḋ habetur in.d.c.⁊ ſi chriſtus.⁊.ṡ.eo.debitores non videretur qḋ hec obligatio poſſit impediri per.l.humanã.ſicut nec impediri poteſt obligatio naturalis.inſti.de iure na.gen.⁊ ciui.§.ſed ⁊ naturalia.tamen finaliter tenet contrarium q꞉ lex reprobat iuramentum in multis caſibus: vt patet in.d.l.non dubium.C.de legi.⁊ in.d.l.ſi quis inquilinos. de lega.j.⁊ in.d.l.adigere.ṡ.pxi.alleg.⁊ in.l.que ſub conditione.§. fin.ff.ad muni.⁊ ratio ſm eum colligitur ex no.in.l.cum lex.ff.de fideiuſſo.⁊ ſimiliter dicit ꝙ poteſt etiam remittere iuramentum in hoc obtinet.l.vim apoſtolici.per notata in.d.l.adigere.⁊ proſequitur verba Bald.in dicta.l.nec patronus.fatetur tamen qḋ in certis diſpoſitionibus initis contra legẽ iuramentũ interpoſitũ operatur qḋ valet diſpoſitio.vt plene no.Bart.in.l.ſi quis p eo. in quibus caſibus lex ſuccumbit canoni:etiam in foro ſeculari.et hoc propter periculum anime.vt in.c.licet.de iureiur.in.vj.et in hoc.c.⁊ ſic reſidet in dicta.ij.q.in.ꝓ.vero.q.in verſi.item ſi ſtatuto caueatur.impugnat opi.Bar.in.l.omnes populi.inquantum dicit iuramentum non obligare quando ſtatutum preſumit dolũ vel metum.nam dicit quod Bald.in.d.l.omnes populi.deridet iſtam conſiderationẽ:q꞉ fictio ſiue preſumptio ſtatuti nõ liberat a peccato.ſubdit tamen quod Bal.ibi tenet:ꝙ ſtatutum valet reprobans iuramentũ in certo caſu:ex eo quia ius ciuile poteſt ex cauſa iuramentũ reprobare.⁊.l.in hoc obtinet vim apoſtolici.vt ſuperius eſt dictum.⁊ no.in dicta repeti.ea que fiunt a iudice.ſed in ea.q.xi.circa fi.in ver.quid dices.in materia iuramenti reuocat in dubium nunquid per ſtatutũ poſſit derogari iure canonico:quo cauetur qḋ omne iuramentum qḋ non vergit in diſpendium ſalutis eterne ſit ſeruandum.verbi gratia:ſi ſtatutũ reprobat contractum minoris vel mulieris etiã iuramento vallatum: niſi interueniat decretum iudicis vel conſenſus duorum conſanguineorum.⁊ in effectu arguit qḋ non per rationes quas tangit Bald.in auť.ſacramenta.de quibus dixi.ṡ.⁊ finaliter concludit poſt Bal.ibidem ꝙ ſi ſtatutum habeat actionem annexã.puta propter multas deceptiones quas patiuntur mulieres ⁊ minores:tunc tale ſtatutum valeat ⁊ habet pro ſe rationẽ naturalẽ ⁊ equitatem.⁊ ſic videť ꝙ non poſſit dici contra iuramẽtũ.fatetur tamen qḋ in multis ciuitatibꝰ ſtatuta fingunt in ſuis cõtractibꝰ minores videri ⁊ fingi dolo ⁊ metu ĩductos ſi ſine ſolẽnitate ſtatuti minor contrahat qḋ videtur poſſe fieri ſm eum.nam poteſt ſtatutum inducere fictiones.⁊ ita voluit Bal.in dicta auť ſacramenta.ſm eum.⁊ Bar.plenius in dicta.l.cum lex.⁊.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.ſm eum. Sed certe quo ad hoc expreſſius dicit in dicta.l.omnes populi.in.iij.q.⁊ ſic reſidet.ſed ſi bene põderes Bal.in eo qḋ dicit in dicta auť.ſacramenta.inquantum approbat fictionem vel preſumptionem ſtatuti.quã etiam ibi Sali.videtur approbare.⁊ etiã do.Pe.in loco ſtatim dicto.videtur ipſe Bal.ſibi contrariari ⁊ in eo qḋ dixit in.l.oẽs populi.vbi videtur reprobare has fictiones ⁊ preſumptiones reprobando doctrinã ⁊ practicam ibi ⁊ tetigi ſuperius.⁊ tangit idem do.Pet.in dicta xi.q.in ver.item ſi ſtatuto.licet de iſta cõtrarietate non facit mentionem.ſed quid in hoc tenendũ patebit ex ſequẽtibus.⁊ ſic per predicta videť dicendũ Pe.fuiſſe ſecutum in materia iſta dicta Bal.Jo.an.etiã tetigit de materia in tit.de ſen.prola.§.vt autẽ. ſuper ver.hoc autem.not.poſt Nicola.de mata.⁊ Jaco.de belui. vbi tangũt queſtionẽ quid ſi ſtatuto cauetur ꝙ filiuſfa.nõ poſſit obligari ſine expreſſa licentia patris:nec adultus ſine expreſſa licentia ſui curatoris vel duox proximox conſanguineorum ſi curatorem nõ habeat ⁊ ꝙ cõtractus aliter factus nõ valeat nec teneat:an ſi poſtea cõtraxerit filiuſfa.ſine licentia patris vel ſine licentia curatoris ⁊ conſanguineox ⁊ iurauerit contractum ſeruare:an tunc iuramentum obligabit.⁊ diſtinguit poſt Jac.de bel. in ſua.q.que incipit lege perußina inter filiumfamil.et adultum. nam dicit ꝙ in filiofa.non valebit contractus nec obligabit iuramento:ex eo q꞉ principale non veſtitur nec regulatur a ſuo acceſſorio.l.ex pupillari.ff.de vulg.⁊ pupilla.⁊ quia tale iuramentum non videtur eſſe contra bonos mores.per id qḋ habetur in l.i.ff.ad macedo.inſti.quod cum eo.§.pe.vbi dicitur ꝙ ſepe filii onerati ere alieno inſidiantur vite parentum.⁊ ſic preſtatur materia peccandi malis moribus:⁊ iuramentum non [illegible] obligatoriũ.per id qḋ habetur de reg.iur.non [illegible] lib.vj.in adulto autem dicit ꝙ aut queritur de iure [illegible] tunc iuramentum non obligat ex eo q꞉ cum ſtatutum [illegible] cõtractum ſi non interueniat ſolennitas ſtatuti:videtur [illegible] ꝙ contractus non valeat nec operetur ſi ſolennitas ſtatuti [illegible] interueniat:etiam ſi alia ſolennitas interueniat:⁊ ſic etiam ſi interueniat ſolennitas iuramenti.facit qḋ habeť in.l.non dubiũ.C.de legi. nec obſtat auť.ſacramenta.C.ſi aduer.vendi.q꞉ ſm eum ibi loquitur quando iuramentum interponitur ſuper contractu qui ſolum erat prohibitus de iure communi. Sed in caſu iſto erat etiã prohibitio ſtatuti.ideo tunc non habet l.cum dicta auť.ſed ei.quo ad effectum videtur per ſtatutum loci derogatum ſi autem queritur de iure canonico:tunc dicit ꝙ iuramentũ obligabit:ex quo cõtractus eſt ꝓhibitus fauore perſone:q꞉ iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne per hec.c.cum contingat. ⁊ ſic reſidet ibi Joan.an.⁊ pondera ꝙ queſtio non videtur loqui quãdo ſtatutũ expreſſe prohibet iuramentum:vt patet ex titu. queſtionis quem poſui. Dñs tamen Anto.hic non tenet diſtinctionem predictam inter filiumfa.⁊ adultum:imo vtrobiq꞉ dicit iuramentũ obligare:quia ſtatutũ videtur factũ in fauorem ipſiꝰ adulti ⁊ filijfami.⁊ ideo debet poſſe ei renuntiari cũ iuramento. non reſpondet tamen aliter ad rationem Jacob.de belui.ſed an aliqua ſit differentia inter predictos ſienda patebit ex inferius dicendis in articulo antẽ de quo principaliter eſt queſtio vz:an per ſtatutum poſſit annullari vel prohiberi iuramentum.domi. Ant.hic tenet ꝙ non ex eo q꞉ prohibere iuramenta non ſpectat ad iudices ſeculares:nec ad legẽ ciuilẽ.alleg.qḋ not.Jo.and.poſt Hoſti.in.c.quẽadmodũ.in ver.vel naſum.ṡ.eo.⁊ quod no.Fede. in dicto conſilio.cclx.ij. Item pro hoc allegat:quia cum talia iuramenta principaliter dirigantur in deum nõ ſunt ſubiecta legi precipue ciuili.alleg.j.de regula.lꝫ allegat etiam ſimile quod dicimus de diſpoſitionibus ad piam cauſam que nõ videnť ſubijci legi ciuili.per id qḋ legitur ⁊ notať in.l.j.maxime per Bart.C.de ſacroſan.eccl.⁊ quod no.in.c.cum eſſes.et in.c.relatum.j.de teſta. et idem putat ſi iuramentis daretur aliqua ſolennitas a ſtatuto q꞉ talibus lex ciuilis non poteſt addere ſolennitatem inquantum obligatio dirigitur in deum:ſicut dicimus in diſpoſitionibus ad pias cauſas ſm ea que not.in.d.l.j.⁊.d.c.cum eſſes.⁊.c.relatum. Idem dicit ſi ſtatuta annullarent inſtrumenta vel fraudẽ preſumerent alia non apparente cauſa preſumendi vel ſi imponerent penas venientibus ad contractum etiã iuratum:q꞉ omnia talia poſſent fingi ad excludendam obligationem iuramentalem per viam indirectam:vbi directe fieri non poſſet.contra id qḋ habeť in regula.cũ quid vna via.de reg.iur.in.vj.⁊.j.de priui. quanto.⁊ per hoc dicit ꝙ licet ſtatutũ dicat ꝙ non valeat promiſſio facta per filiumfa.ſine licentia patris etiã ſi fuerit iuratum:nec cõtractus factus cũ minore:vel muliere ſine conſenſu duorũ conſanguineorum etiã cũ iuramento cũ nihilominus ſi predicti contrahant cũ iuramento licet non ſeruata ſolennitate ſtatuti obligabuntur propter iuramentum.nec obſtat ei qḋ dixit de filiofa.qḋ habeť in.l.ij.ff.de polli.vbi filiuſfa.non obligať ex voto ſine licentia patris.⁊ ſic vr ꝙ non obligeť ex iuramento.cũ illa videantur parificari.ṡ.eo.⁊ ſi chriſtus.nã reſpondet poſt Fede.in ſuo conſil. prealleg.cclxxij.ꝙ non valent leges inquantũ infringunt votũ. vt no.glo.quam reputo ſingularem in.c.mulier.xxxij.q.ij.in gloſ. penulti.⁊ vlti. ¶ Sed aduerte lꝫ do.Anto.⁊ Fede.ſic ſimpliciter dicant.tamen Inno.aliter videtur dicere in.c.ſcripture.de voto. nã licet votũ religionis poſſit filiuſfa.ſine licentia patris facere. xx.q.ij.c.j.⁊.ij.tamen dicit Inn.qḋ votum abſtinentie vel peregrinationis non poteſt facere filius ſine licentia patris expreſſa vel tacita.per id qḋ habeť.xxxij.q.iij.tribus.⁊.q.v.paruuli.dicitur tamen tacite conſentire ſi ſcit ⁊ nõ contradicit:vt ibi no.per eũ.⁊ idem videť etiam ſentire de alio voto propter patriã poteſtatẽ ⁊ dicit ꝙ nõ peccat pater cõtradicens nec filius tunc non ſeruans ad preceptũ patris cũ hoc autoritate canonis faciat.pro hoc poſſet allegari qḋ habetur.xxiij.q.iiij.qui peccat.⁊ ſic videntur reſidere Jo.an.⁊ Hoſti.in dicto.c.ſcripture.non tangunt tamen ibi aliquid de iuramento:ſed poſſet dici ꝙ ſi iuramentũ cõcerneret reuerentiam diuini numinis vt q꞉ in iuramento contineret tendens ad reuerentiã ⁊ curtũ diuini numinis:tunc videret idem dicendũ qḋ in voto:q꞉ eadem eſt ratio.⁊ per conſequens idem ius videtur dicendum.argu.ṡ.de conſti.tranſlato.ſed ſi iuramentum reſpiceret vtilitatẽ priuatã:vt q꞉ iuraſſet aliquid dare alicui:tunc videť ꝙ ſicut filiuſfa.poteſt ſe obligare ſine ꝯſenſu patris p alios cõtractũ preterꝙ in mutuo.l.filiuſfa.la.ij.ff.de actio.⁊ obli.ita videtur ꝙ eadẽ ratione poſſit ſe obligare per iuramẽtũ:imo multofortius cũ ſit maioris autoritatis.⁊ ſic hoc caſu iuramentũ nõ equiparať voto:⁊ per ꝯſequens non obſtaret cõtrariũ. ¶ Item attende q꞉ dixit Inno.in.d.c.ſcripture.ꝙ lꝫ filiuſfa.durante patria poteſtate non teneť ad obſeruantiã voti vbi pater cõtradi-
41 xiſſet:tñ ſi efficiať ſui iuris debebit illud implere:q꞉ ſicut p delictum poſſet obligari demoni.facit qḋ habeť de delict.pu.c.j.⁊.ij. ita multofortius debuit poſſe obligari deo lꝫ durãte patria poteſtate fuerit excuſatus patre contradicẽte in alio voto quã religionis:vt.ṡ.tetigi. ¶ Itẽ aduerte q꞉ licet ſic pertranſeat Inn.et Jo.an.in-

Ayuntamiento de Madrid

Jo.an.in.d.c.ſcripture.ta men videreꝛ dicendum ꝙ vbi ꝑ votū
non perderetur ius patrie poteſtatis ꝙ tūc teneret.per id quod
nota.Hoſt.in ſumma de voto.§.ij.¶ Quid em̄ ſi voluiſſet omni
die dicere ſeptem pſalmos penitentiales nō videꝛ ꝙ tale votū
in aliquo preiudicet iuri patrie poteſtatis.⁊ ideo videtur ꝙ de-
beat valere:ex quo ceſſat preiudiciū iuris patrie poteſtatis.arg.
j.de appel.cū ceſſante.⁊ idem in ſimilibꝰ ⁊ tene mēti predicta:qꝛ
quotidiana ſunt.⁊ Jo.an.nō bene declarat in.d.c.ſcripture.Nec
ob.etiam predictis ſi dicatur qđ legis reſiſtentia impedit natu-
ralem obligationē.ff.de fideiuſſo.l.cū lex.⁊.l.ſi non ſortē.in prin.
§.j.ff.de condi.inde.⁊ ſic pari ratione iuramentū videꝛ poſſe im-
pedire cū canon dicat inter ſimplicem loquelam ⁊ iuramentum
non fiendam differentiā.xxij.q.v.iuramenti.qꝛ rn̄det do.Anto.
ſequendo ſuam opi.ꝙ illud eſſet verum qn̄ ꝓhibitio legis cō-
ſonaret iuri diuino vt ſi ſtatutū vel lex ꝓhiberet vſuras al's vide
retur ſecus ſm eum:preterea poſſet dici ſm eum ꝙ lꝫ ſtatutum
poſſet infringere naturalem obligationē inquantū ex cōtractu
al's haberet oriri ⁊ etiam iuramētale quo ad ſecūdariam obliga-
tionem que dirigiꝛ in partē ad cuius cōmodum tēderet obliga-
tio poſſit etiā impedire.facit qđ habeꝛ.s̄.eo.debitores.et in hoc
poſſunt dici paria eſſe ſimplex loquela ⁊ iuramentū:valet reſpe-
ctu ſecundarie obligationis querende parti ex iuramento vt ſic
vtrāqꝫ poſſit ꝓhibere ſtatutum nō tamē poteſt ꝓhibere obliga-
tionē que principaliter oriꝛ ex iuramento per quā obligeꝛ deo:⁊
ſic remanebit virtus ſacramēti ſaltē ꝓpter obligationē que in
deū dirigitur:vnde concludiꝛ qđ hoc caſu iuramentū obligabit
iurantem ſed nō firmabit cōtractū vt ex eo poſſit agi vel excipi.
⁊ ſic vult do.Ant.ꝙ vbi ſtatutū dirigit verba ꝓhibitiua ad pſo
nam non valet actus nec obligaꝛ prohibitus ex ꝯtractu nec etiā
ex iuramento reſpectu ſecundarie obligationis querende parti:
ſed ſolum obligatur ad obſeruantiam iuramenti propter obli-
gationē que principaliter deo acquiriꝛ ⁊ in deum dirigiꝛ.⁊ nota
qđ hec diſtinctio de obligatione principali ⁊ ſecundaria videtur
procedere tenendo ꝙ ex iuramento oriatur obligatio ⁊ actio ſꝫ
canones:ſed tenendo ꝙ ſolum oriatur officiū iudicis.de quo di-
xi in primo principali membro.materia non videreꝛ ꝓcedere:qꝛ
iudicis officiū nō preſupponit obligationē.l.qui per colluſionē.
§.j.de acti.empti.¶ Quis autē erit effectus validitatis iuramē
ti in caſu predicto:ex quo nō oritur obligatio ſecūdaria parti di
cit qđ effectus erit ꝙ poterit cogi ad obſeruantiā iuramenti per
viā denuntiationis vel officio iudicis vel alijs remedijs quibus
cogitur iurans de ſoluendis vſuris.de quibus.s̄.eod.debitores.
¶ An autē in caſibus predictis habeat iurās aliquod remediū
contra iuramentū dicit ꝙ nō ſi nō arguitur aliqua deceptio que
habet in ſe dolum annexum ſaltem preſumptū:nec fuerit cū ſta-
tim ꝯſumpturo:nā nō habebit etiā remediū ꝙ poſſit repetere
poſtꝙ ſoluerit ex quo tenetur ſeruare iuramentū in caſibus ſta-
tutis.de quibꝰ.s̄.dixi ſm eum.nec habet obſtare.c.debitores.s̄.
eo.qꝛ reſpondet qđ ibi arguiꝛ turpitudo ex parte eius cui ſoluiꝛ
ideo datur repetitio qꝛ tūc iuramentū nō obligat niſi vt momen
to ſoluat hic nulla adeſt turpitudo in recipiēte:⁊ ideo nō impleꝛ
obligatio iuramenti qua tenetur deo ad obſeruantiā ex momen
taneo implemento qꝛ momentaneū implementū nō ſufficit niſi
arguaꝛ turpitudo in recipiente.vt in.c.debitores.vel niſi ex hoc
maius bonū impediatur.per id qđ habeꝛ.j.de ſpon.commiſſum.
nec ob.etiā ſi dicaꝛ ꝙ debet poſſe repetere qui ſoluit ſaltem ꝯdi.
ſine cauſa cū ſine cauſa videaꝛ eſſe penes eū cui facta eſt ſolutio:
ex quo oriꝛ obligatio ex cōtractu nec etiā ex iuramēto quo ad ſe-
cundariā obligationē querendā parti:qꝛ rn̄det ꝙ poteſt dici ꝙ
nō eſt ſine cauſa penes recipientē ex eo qꝛ tenet.ideo qꝛ obligatꝰ
erat ſoluens deo ad ſibi dandū vel tradendū ipſi recipienti:⁊ ſic
nō debet poſſe repetere:qꝛ quantū ad ipſum iurantē vr̄ licite te-
nere:cū nō debeat repetere obſtante iuramento:⁊ nō impleatur
obligatio iuramenti hoc caſu ex momentaneo implemēto vt eſt
dictū.¶ Itē etiā nō ob.ſi dicaꝛ ꝙ heredes iurātis poterūt repe-
tere:qꝛ ipſi nō iurarunt:⁊ iuramentū defuncti nō videꝛ eos obli-
gare:qꝛ iuramentū eſt pſonale ex parte preſtantis.vt no.s̄.eo.ve-
ritatis.na rn̄det ꝙ imo heredes iurantis tenebunꝛ ad obſeruan
tiam iuramēti:non quaſi cōtraueniendo ſe illaqueant ad periu-
rium qꝛ iuramentū eſt pſonale effectū vt eſt dictū:ſed quaſi ꝯue-
niendo illaquearēt aīam defuncti ad quā exonerandā tenenꝛ.j.
de ſepul.c.ſi.⁊ de rap.in literis.Nec ob.etiam ſm eum ſi dicaꝛ qđ
ex quo ꝯctus eſt nullus ⁊ impedita tranſlatio dn̄ij ꝙ poterit iu-
rans cedere ius ſuum alteri qui nō repelletur ex quo nō iurauit
⁊ ſic erit tale remediū non obſtante iuramēto:qꝛ dicit ꝙ ſi ceſſio
fit ex cauſa lucratiua obſtaret exceptio ceſſionario ꝗ obſtaret ce-
denti per.l.apud celſum.§.de auto ris.⁊.§.ſi cū legitima.ff.de do.
excep.ſi aūt fit ex cauſa oneroſa vr̄ dicere ꝙ tūc bonū eſſet reme
dium:qꝛ nō obſtaret exceptio ceſſionario.que ob.cedēti.per no.
in iuribus prealleg.ſed tn̄ cedens eſſet periurus qꝛ per aliū mo-
leſtaret per no.in Spe.in ti.de arbi.§.ſequitur.v.quid ſi iurauit
quis.⁊ ſic tranſit in hoc mēbro qn̄ ꝓhibitio dirigiꝛ in rem videꝛ
velle ꝙ etiā obſtet exceptio ſi fiat ceſſio ex cauſa oneroſa.vt teti-
gi poſt gl.⁊ ibi etiam declaraui qđ dictū ſit verꝰ vbi antē ꝓhibi-
tio dirigiꝛ in rem fauore pſone vt qꝛ ꝓhibet ꝯctum vel aliena-
tionē rei minoris vel fundi dotalis:tunc dicit ꝙ annullaꝛ ꝯctus
⁊ obligatio ex vi legis vel ſtatuti:ſꝫ ſi iuramentū fuerit interpoſi
tum obligat iurantem an tunc firmet ꝯctum.refert opi.Bart.q
tenuit ꝙ ſic per auꝛ.ſacramēta.⁊ iſtā opi.etiā multi tenuerūt:vt
dixi poſt gl.⁊ illam etiā ſequiꝛ Ang.in.l.ſi quis ꝓ eo.⁊ lꝫ iura ca-
nonica ſimplr̄ videanꝛ velle ſeruari iuramentū:vt hic ptꝫ ⁊.j.eo.
c.ij.in.vj.⁊ in auꝛ.ſacramenta.etiā dicat ſeruari debere ſacramen
ta nec dicat aliquid de ꝯctu:tamē debēt intelligi ꝙ ꝯctus robo-
retur ꝑ iuramentū qꝛ ſi iuramentū nō firmaret cōtractꝰ videreꝛ
ꝙ poſſet ſolutū repeti.⁊ viderentur ſequi multa abſurda que do.
Ant.hic tangit ⁊ Jo.cal.de quibꝰ plene dixi poſt gl.⁊ tetigit ēt
Fede.in ſuo cōſi.cclxxxi.vbi etiā tenet hāc partē ꝙ ꝯctus firmeꝛ
iuramēto in caſu huius.c.⁊ auꝛ.ſacramenta.ſed do.Anto.hic te
nuit oppoſitū dicens:ꝙ nō firmatur cōtractus iuramento.nam
lex ciuilis pōt inhibere cōtractū ⁊ impedire oēm obligationē.l.
ſi non ſortem.in princ.⁊.§.j.ff.de condi.inde.⁊ cū lex canonica nō
dicat ꝯctus firmari ex iuramento:ſꝫ ſolum dicat iuramentū eſſe
ſeruādum dicit ꝙ nihil eſt qđ ſtringat dicere ꝙ cōtractꝰ valideꝛ
ex iuramēto ⁊ nititur rn̄dere ad abſurditates que adducunꝛ ad
ꝓpoſitum eo modo quo dixi poſt glo.vn̄ hic non repeto ⁊ an ſua
opi.in hoc ꝓcedat ibi etiā dixi ⁊ tandem concludit ꝙ in hoc caſu
ex quo lex nō reſiſtit pſone lꝫ ꝓhibeat contractū vel alienationē
ex iuramento oritur obligatio nedum reſpectu obligatiōis que
dirigitur in deū:ſed etiā reſpectu ſecūdarie obligationis que di-
rigitur in partē:ex quo nō adeſt in recipiente alia turpitudo qđ
dicit ꝓcedere etiā ſi ſtatutū det ſolennitatē ꝯtractui:⁊ illū annul
let ceſſante ſolennitate.lꝫ Fede.aliter ſenſerit ſm eum in.d.cōſi.
cclxxij.qꝛ vt dixi lex ciuilis poteſt ꝓhibere contractū ⁊ impedire
oēm obligationē.d.l.ſi nō ſortem.⁊ ꝑdicta dicit ꝓcedere etiam ſi
ſtatutum dicat ꝙ nō valeat cōtractus ꝓmiſſio vel iuramentū ꝗ
fiant per filiumfa.abſqꝫ cōſenſu patris vel per minorē ſine con-
ſenſu conſanguineorū:⁊ qꝛ ſm eum:vt.s̄.dixi lex ciuilis non pōt
annullare iuramētū:⁊ ex quo ꝓhibitio fit fauore pſone videꝛ ceſ-
ſare turpitudo in cōtrahente ſi alia non appareat deceptio:licet
fiat cōtra legē ciuilem.nam non fit contra legē dei inquātum in
dicto caſu recipitur iuramentū:⁊ ideo iuramentū erit obligato-
rium:nec annullabiꝛ ex turpitudine:qꝛ lex dei non habet hoc ꝓ
turpi qđ iurans ſeruet in caſu predicto iuramentū parti:licet lex
ciuilis aliud velit.¶ Et no.ſm eum ꝙ differentia eſt an lex vel
ſtatutum dirigat prohibitionē ad perſonā:an vero in rem licet
vtroqꝫ caſu actus non firmetur iuramēto:ſed teneaꝛ iurans ad
obſeruantiā iuramenti ⁊ ſi dirigitur ꝓhibitio ad perſonam non
oritur ex iuramento obligatio ſecūdaria querenda parti:ſecus
quādo prohibitio dirigitur in rem:qꝛ tunc bene queritur ex iu-
ramento obligatio ſecundaria que dirigitur in partem.Nec ob.
ſm eum ſi dicatur ꝙ non videtur referre an lex vel ſtatutū prohi
beat cōtractū vel alienationē:⁊ ſic diſponat in rem an vero ꝓhi-
beat perſonam:qꝛ ꝓhibendo contractum vel alienationē videꝛ
etiam prohibere perſonas contrahentiū:qꝛ reſpondet qđ illud
eſt verum ſolum ꝓpter finem cōtractus ⁊ ſolum ꝓpter fauorem
perſone quā attendit lex ciuilis non ꝓpter peccatū inducendū
qđ peccatū attendit lex canonica que cōſiderat bonū anime po-
tius ꝙ corporis:vt dixit glo.nā debet potius quis oīa mala pati
temporalia quā agere aliqđ cū anime detrimento.s̄.qđ met.cau.
in.c.ſacris.⁊ per hoc patet ſm eum:ꝙ quādo prohibitio dirigiꝛ
in rem:nedum habebit locū via denuntiationis vel officio iudi-
cis ꝓ obſeruantia iuramenti:ſꝫ etiā poterit agi ex ipſo iuramen
to propter obligationem ſecundariā ipſi parti poſitam:licet hec
vltima via nō haberet locū quādo ꝓhibitio dirigitur ad perſo-
nam ſm eum:⁊ etiam nō haberet locū quando dirigitur in rem
ſi ſtatutū annullet iuramentū:ſed poſſet tunc cogi quis ad obſer
uantiam iuramenti per viā denuntiationis vel per officium iu-
dicis non tamen poterit peti relaxatio a iuramento:ex quo iura
mētum nihil turpe contineꝛ etiā ſi ſtatutum ꝓhibuerit iuramē-
tum:vt eſt dictū.⁊ per hoc dicit patere Fed.in dicto cōſil.cclxxij.
non ex toto bene dicere.dicit etiā ſe non diſtinguere adultum ſa
filiofa.lꝫ aliter voluerit Jo.and.poſt Jaco.de bel.in addi.Spe.
in tit.de ſen.prola.§.vt autem.ver.hoc antē notandum.⁊ ſic non
erit aliquod remediū aduerſus iuramentum niſi alia arguatur
deceptio,vbi autem argueretur deceptio in cōtractu:⁊ aliter nō
obuiaret iuramento:vt qꝛ eſſet iuramentū interpoſitum ſuper
obſeruantia cōtractus:tūc dicit qđ haberet remediū ſi exceptio
eſſet enormis.per ea que habentur in.c.quintauallis.s̄.eo.⁊ que
ibi dicta fuerent poſt eū:vnde tunc haberet remedia.de quibus
in prealleg.c.debitores.ſm eum ad hoc etiam allega.qđ habetur



Ayuntamiento de Madrid

.ſ.eo.veniens.in glo.ſi.cum iuribus ibi alleg. ¶ Item qꝛ in enoꝛmi leſione preſumitur dolus ꞇ cenſetur eſſe cauſa ſic preſumendi.l.oēs.§.lucius.ff.de his q̄ in frau.credi.ꞇ.l.qui teſtamētū.cū ibi notatis.ff.de pbat.vnde tunc adeſſet turpitudo ex parte eius cum quo contrahitur ꞇ cui preſtatur iuramentū:ideo tunc haberent remedia locū.de quibꝰ in.d.c.debitores.ſm eum:ꞇ idem putat ſi contractus iniretur cum ſtatim veriſimiliter conſumpturo:vbi hoc conſtaret ex euidentia facti vt qꝛ notoꝛie eſſet prodigus vel eius bonis vt prodigo fuiſſet interdictū:qꝛ tūc aliqualis eſt turpitudo ex parte cōtrahentis qui dat materiā iuueni cōſumptuꝛo vt propꝛiū patrimoniū cōſumat:ꞇ lex ex cauſa legitima fraudem in tali preſumit.ff.p emp.l.ſi quis cum ſciret.et.ff.de mino.§.ſi.ꞇ.l.ſi vero non remunerandi.§.adoleſcens.ff.manda.ꞇ.l.ij.ff.quaꝝ re.ac.non datur.vnde concludit per predicta ꝙ ſi aliquis mutuaret parato ad ludum vł coꝛrupto notoꝛie in actu ludi vel in voluptatibus mulierū:ꝙ tunc bene eſſet remediū aduerſus iuramenta preſtita per dicta iura:qꝛ ſatis videt̄ tunc adeſſe turpitudo:vel fraus preſumpta ex parte recipientis per iura pallegata:ſed alꝰ non putet ſufficere ſi ſtatutum pꝛeſumat dolū fraudem vel deceptionē:aut metum ad finem euertendi iuramenta:niſi ſtatutū habeat aliquā aliam cauſam promptam ꝑpter quaꝫ predicta preſumi poſſint alias aperte eſſet de facili via legi ciuili ad prohibenda iuramenta indirecte.qḋ non eſt concedendum ſm eū per ea que ſuperius dixi.ꞇ hec ſunt in effectu que ipſe tangit circa iſtū articulum quo ad eius mentē lꝫ ipe per aliū oꝛdineꝫ ꞇ magis cōfuſe ꞇ nō ſic clare poſuerit. ¶ An autē bene dicat patebit ex his que.ſ.dicent̄.vnde eſt aduertendū.pꝛimo inquantuꝫ facit differentiā an ꝓhibitio dirigat̄ in perſonā:an vero in rem vt pꝛimo caſu impediat̄ obligatio ſecundaria ex iuramento:ſed non in ſecūdo.nam hec differentia nō videt̄ vera nec procederet etiam ſuppoſita ſua opi.qꝛ ex quo ſm eū qſi preceptum ſit fauoꝛe perſone ſapit naturaꝫ conſilij videtur ꝙ poſſit tunc prohibitus ꞇ iurans renuntiare ſuo fauoꝛi:ꞇ per conſequens ex iuramento debet etiā oꝛiri obligatio ſecundaria querenda parti ſicut et qn̄ pꝛohibitio dirigit̄ in rem:qꝛ videt̄ eadem ratio vtrobiqꝫ ex quo preceptū vel ꝓhibitio reſpicit fauoꝛē pſone ꞇ ſic vtrobiqꝫ debet poſſe renuntiare ꞇ obligare iuramentum iurantē pariformiter.arg.eoꝝ que habētur in.c.tranſlato.ſ.de conſtit.ꞇ.ff.ad le.aquil.illud.cū ſi. ¶ Itē aduerte ſecūdo inquantū nō diſtinguit filiūfa.ab adulto.nam contra eū facit qꝛ in adulto ſeu minoꝛe prohibitio videt̄ fieri fauoꝛe ipſius minoꝛis:ſed in filiofa.non videt̄ fieri ſimpliciter ipſius fauoꝛe:imo etiā ꝑpter fauoꝛem patris.per id qḋ habet̄ in.l.ſi.§.filijs autē.C.de bo.que lib.vel odio creditoꝝ.per id qḋ habet̄ in.l.j.ff.ad mace.ꞇ inſti.qḋ cū eo.§.pe.vn̄ aduertendum qḋ in filiofa.vbi pꝛohibet̄ obligari per ſtatutū ſine conſenſu patris ſi poſtea ſe obliget cū iuramento reperio triplicem opi.etiā ſi ſtatutū nō dirigat verba ad perſonā ſed in rem diſponat:vt qꝛ dicat ꝙ non valeat ꝓmiſſio vel obligatio facta per filiūfa.ſine conſenſu patris.nam vna fuit opi.Jac.de bel.in ſua q̄one que incipit lege peruſina.ꞇ etiā per Jo.an.in addi.Spe.in loco ſuperius alleg.vbi concludit ꝙ non obligetur etiā de iure canonico.lꝫ iurauerit per rationes quas tangit Jo.an.in dicta addi.ꞇ.ſ.recitaui.Alia fuit opi.Bar.in.l.ſi quis ꝓ eo.qui videt̄ velle ꝙ ꝓhibitio q̄ dirigitur ad perſonā nō obligat iuramētum:etiā de iure canonico per ratione q̄ ſequit̄ ibi:qꝛ tūc veniendo contra preceptū ſuperioꝛis videt̄ peccare moꝛtaliter:vt ſuperius etiā tetigi in precedenti articulo poſt eum quando ſtatutū expꝛeſſe non ꝓhibet iuramentū:ſi antē ꝓhibitio dirigatur in rem tunc videt̄ velle ꝙ obligetur ſi iurauit:ſed qꝛ tunc videtur cōtractus ꝓhiberi odio creditoꝛis poſſit peti abſolutio.per id quod habetur in.c.debitoꝛes.ſ.eo.ꞇ hoc etiam tenuit Fede.quādo ſtatutum dicit ꝙ non valeat obligatio filijfa.ſine conſenſu patris etiam iurantis in conſilio.de quo.ſ.feci mentionē. ¶ Tertia eſt opi quam ſequitur do.Anto.ꝙ ſi interueniat iuramentum ſiue pꝛohibitio dirigat̄ in rem ſiue in perſonam efficaciter obligetur ex iuramento nec poſſit peti aliqua abſolutio:licet quo ad obligationem ſecundariam faciat differentiā:an pꝛohibitio dirigat̄ in rem vel in perſonā:vt.ſ.tetigi.ꞇ motiuum ſuum quare obligetur efficaciter filiusfamilias ſi iurauit in dicto caſu eſt iſtud:quia ſm enim pꝛohibitio videtur fieri fauoꝛe ipſius filijfami.ꞇ ideo debet poſſe renunciare cum iuramento. Sed certe iſta ratio nō videtur bona:qꝛ dictū ſtatutū videt̄ etiā reſpicere fauoꝛem patris.per ea que habent̄ in.d.l.fina.§.filijs autem.ꞇ etiam odium creditoꝛum.per ea que habentur in.d.l.j.ad macedo. Unde videtur dicendum ꝙ iuramentū obliget ipſum filium:ex quo poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne:ſed tunc eſt dubiū an poſſit peti abſolutio.ꞇ lꝫ Bar.in.d.l.ſi quis pꝛo eo.ꞇ etiā Fede.in conſilio pꝛealleg. videantur velle ꝙ poſſit peti [illegible] in contrarium facit qꝛ hoc caſu creditoꝛ non [illegible] id qḋ ſibi [illegible]tur:nec peccat in recipiendo:ꞇ ideo videt̄ ꝙ non poſſit peti abſolutio.Nec obſt.qḋ habetur in.c.debitoꝛes.qꝛ in caſu illo recipiens videt̄ turpiter recipere cū recipiat cōtra diſpoſitionē iuris diuini pꝛohibentis vſuras.vt in.c.j.ꞇ in.c.que in omnibus.ſ.de vſur.ꞇ pꝛo hoc etiā facit:qꝛ licet cōtractus mutui ſit pꝛohibitus odio creditoꝛis qn̄ fit cū filiofa.tamē ſi ſoluat̄ creditoꝛi licite recipit:nec poteſt etiā repeti.l.qui exceptionē.ff.de cōdi.indebi.ergo vł ꝙ ſi filiusfa.in cōtractu mutui obliget ſe per iuramentū ꝙ tūc poterit cogi ad obſeruantiam iuramenti:nec etiā poterit repeti ſi ſoluat̄.lꝫ Bar.aliter videat̄ velle in.d.l.ſi quis pꝛo eo.nō enī video quid repugnet quin efficaciter debeat tunc filiusfa.ſeruare iuramentū.ex quo poteſt ſeruare ſine interitu ſalutis eterne:ꞇ etiā recipiens videat̄ ſibi debitū recipere.nec obſt.qḋ habet̄ in.d.l.ſi.§.filijs autem.qꝛ ibi loquitur qn̄ filiusfa.alienaret rem in qua pr̄ haberet vſūfructū.hic autē qn̄ ſe obligabat nec alienabat rem ſpectantem ad patrē vel in qua haberet vſumfructum. ¶ Item etiā nō ob.ratio Ja.de bel.inquantū dicit ꝙ iuramētū videt̄ eſſe cōtra bonos moꝛes per.l.j.ff.ad maced.qꝛ pōt dici pꝛimo ꝙ illa lex loquit̄ in mutuo:nō autē loquit̄ in alijs caſibus:vt ibi patet.preterea etiā poteſt dici qꝛlꝫ occaſionaliter q̄nqꝫ filijfa.inſidiarent̄ vite parentū.tamen ex quo illud qḋ iurat de ſe eſt licitum nō debet attendi talis occaſio ad inualidandū iuramētū.per id qḋ no.per gl.in.c.ſi vero.ſ.eo.ꞇ p id etiā qḋ dicā poſt Fed.
42 in q̄one illa:an † donatio inter virū ꞇ vxoꝛē firmari poſſit iuramēto.ꞇ per hoc etiā qꝛ nō reperit̄ iure canonico impꝛobatū tale iuramentū:ergo debet obligare ex quo ſeruari pōt ſine interitu ſalutis eterne.facit qḋ habet̄ in.c.ſi diligēti.circa ſi.ſ.de fo.cōpe.ꞇ ſic vł ꝙ opi.do.Anto.poſſit ſuſtentari.per ea que ſuperius dixi.lꝫ nō ſit ſine dubitatiōe:tamē in dubio tutius eſt fauere opi.que fauet iuramēto per ea que habent̄ in.c.iuuenis.ſ.de ſpō.ꞇ ꝑ predicta etiā opi.facit qꝛ aut conſideramus cōtractus alios quā mutui:ꞇ tūc certū eſt ꝙ de iure cōi filiusfa.poteſt ex illis obligari.l.filiusfa.ff.de actio.ꞇ obli.ꞇ ſuperius eſt dictū.lꝫ ergo per ſtatutum pꝛohibeat̄ filiūfa.cōtrahere ſine cōſenſu patris videt̄ ꝙ ſi interueniat iuramentū debeat efficaciter obligari:qꝛ per hoc vł rediri ad diſpoſitionē iuris cōis ſm quā vt predixi filiusfa.obligatur etiam ſine cōſenſu patris in alio cōtractu q̄ mutui.ꞇ ſic vł quodāmodo per iuramentū res redire ad naturā ſuā ꝙ de facili iura permittunt.l.ſi vnꝰ.§.pactus.ver.qḋ ꞇ in ſpecie.ff.de pact.ꞇ xxxv.diſt.ab exoꝛdio.ꞇ ſic nō poteſt dici ꝙ iuramentū hoc caſu aliquā turpitudinē in ſe cōtineat ex quo tēdit ad obligandum filiumfa.ꞇ eo caſu in quo de iure cōi obligaret̄:aut conſideramus contractū mutui.ꞇ adhuc videt̄ ꝙ etiā iuramentum debeat obligare nō obſtante ſtatuto qꝛ certū eſt ꝙ anteq̄ inductū eſſet ſenatuſconſultū macedonianū filiusfa.obligabat̄ ex mutuo:ergo vł ꝙ de ſe talis obligatio non ſit turpis:alias nulla fuiſſet inducta obligatio.l.generaliter.ꞇ.l.ſi plagā.ff.de verb.obli.ꞇ.l.ſi remunerandi.§.rei turpis.ff.man.pꝛo hoc etiam facit:qꝛ etiā poſt introductum ſenatuſcōſultum macedonianū ſeu beneficiū ipſius ſenatus obligat̄ de mero iure:lꝫ poſſit obijcere exceptionē:vt ptꝫ in.l.j.ff.ad maced.ꞇ no.Bar.in.l.cum lex.circa ſi.ff.de fideiuſ.ꞇ ſic ptꝫ ꝙ de ſe obligatio nō eſt turpis:qꝛ alꝰ etiā ipſo iure non obligaretur vt dixi. Preterea licet ꝓhibeat̄ obligatio odio alterius tamen ſi interueniat iuramentū obligatur iurans.per id qḋ habetur.ſ.eo.debitoꝛes.ſ.de pigno.ſignificante.ꞇ no.Bart.in.d.l.ſi quis pꝛo eo.ergo in pꝛopoſito nō eſt abſonum ꝙ etiā in ꝯtractu mutui obligetur filiusfa.iurans nō obſtante ꝓhibitione ſtatuti ꞇ qꝛ non vł peccare creditoꝛ recipiens ſibi debitū.facit qḋ habet̄ in.l.qui exceptionē.ff.de cōdi.inde.videt̄ ꝙ efficaciter obligetur nec habet obſtare.c.debitoꝛes.qꝛ ibi peccabit recipiens vſuras.ideo tunc bene poteſt peti abſolutio a iuramento:ſed hic nō peccat recipiens ſibi debitū:ꞇ ideo ſecus.ꞇ per hoc reſpōdetur rationi quā tangit Bar.in.d.l.ſi quis pꝛo eo. Et ex predictis vł defenſabilis opi.do.Ant.lꝫ ratio ſua nō videat̄ ſimpliciter vera.p ea que ſuperius ſunt tacta. ¶ Itē aduerte qꝛ dixit Bald.in.l.ſi.§.fi
43 lijs autē.C.de bo.que li.ꝙ ſi filiusfa.alienet † rem peculij aduentitij in qua pater habet vſumfructū nō valet alienatio etiā ſi iurauerit illā ſeruare:nec obligabit̄ ex iuramento ſm eum:adeo ꝙ etiā poſt moꝛtē patris non tenebitur ſeruare iuramētū.mouet̄ qꝛ videt̄ facta ꝓhibitio ipſi filiofa.in dicto caſu ad inſtar pdigi.p id qḋ habet̄ in.d.§.filijs.in ꝟ.melius eſt enī.vnde ſicut iuramentum preſtitū ſup contractu nō obligat.vt not.Ja.de are.in.l.qui habet.ff.de tute.ꞇ Bar.ff.de ver.obli.l.is cui.ita nō obligabit filiumfa.in dicto caſu.alleg.etiam qḋ nota.Spe.in ti.de actoꝛe.§.j.ver.ſed quid ſi ſup hoc iurauerit.ſed certe ibi Spe.vł ſentire cōtrariū.ꞇ idē etiā videtur ſentire gl.in.d.§.filijs.in ꝟ.voluntatis.ꞇ iſta pars videtur de iure veriorꝛ per regulam iſtius.c.cum ſi.quia debet ſeruari iuramentum ꝙ ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis eterne.Fateoꝛ tamē ꝙ non tenebit ad preiudiciū patris.p id qḋ habet̄ in hoc.c.ſed bene videt̄ ꝙ ſibi pꝛeiudicabit poſt moꝛtē patris:ſaltem vel poſtq̄ factus fuerit ſui iuris.facit qḋ no.Inno.in ſimili de

Ayuntamiento de Madrid

ſimili de voto facto p filiumfa.in.c.ſcripture.ſ.de voto.vbi licet nõ obligetur durante patria poteſtate in preiudiciũ patrie poteſta tis:tamẽ poſtea tenet̃ ſeruare ſi factus ſit ſui iuris.facit etiam qd̃ dixi.ſ.de muliere alienante rem dotalẽ vel conſentiente aliena tioni cũ iuramento cõſtante matrimonio.facit qd̃ no.gl.in.l.con ſtante.C.de dona.Nec ob.ratio Bal.q2 nõ clare probat̃ ex dicto tex.Preterea eſt dubiũ an contractus prodigi firmet̃ iuramen to.de quo.ſ.dicet̃. ¶ Itẽ aduerte inquãtũ do.Anto.dixit:q2 vbi datur aliqua deceptio enormis in cõtractu q2 tunc videntur eſſe remedia contra iuramentũ.de quibus in.d.c.debitores.ſ.eo.nã non videtur bene dicere ſi eſt minor phibeatur contrahere ſine certa ſolennitate:ſi poſtea contrahat cũ iuramento non ſeruata dicte ſolẽnitate tunc aut interuenit deceptio.ſ.dimidiã iuſti ptij z tunc videtur q2 non ſit remediũ q2 licitum eſt contrahentibus ſe taliter decipere:dũmodo nõ interueniat dol9.l.in cauſa.§.pe. ff.de mino.z p hoc etiã videt̃ caſus in auf.ſacramenta.Aut dece ptio eſt vltra dimidiã.z tũc q2 ſm eũdem opi.iuramentum habet repreſentare ipſum minorẽ iurantem p maiori lz non poſſet cõ trauenire rõne minoris etatis:tamen ſicut poſſet cõtrauenire ſi eſſet maior intentando remediũ.l.ſi.C.de reſcin.ven.ita poterit hoc caſu qñ ſimpliciter iurauit nõ cõtrauenire:vt not.per gloſ.z doc.in.d.l.ij.z etiã p Sali.in auf.ſacramẽta.ſecus ſi iuraſſet non contrauenictẽ rõne minoris etatis vel alia quacũq3 rõne:q2 tunc non poſſet intentare remediũ.d.l.ij.vt no p glo.z doc.in.d.l.ij.z ſic non vĩ dictũ do.Anto.procedere.Nec ob.qd̃ habetur in.c.ve niens.in gl.ſi.cum iuribus ibi alleg.q2 ibi loquit̃ quãdo quis le ditur ex facto tertij p eũ electi in arbitratorẽ hic quãdo ex pprio contractu per ſe inito quis leditur quo caſu eſt ſecus:vt patet ex ſupradictis. ¶ Itẽ non' obſt.qd̃ habetur in.l.oẽs.§.lucius.ff.de his que in frau.credi.z.ff.de pba.qui teſtamentum.cũ ibi no.per gl.q2 ibi loquitur quando contractus qui geritur tendit ad pre iudicium tertij:puta creditoris ſed hic loquitur quãdo contractus qui ſit tendit in preiudiciũ ipſius contrahentis.z ſic caſus eſt di uerſus.nã facilius quis poteſt ſibi preiudicare quã tertio.per id qd̃ habet̃ in.l.pe.C.de pac. ¶ Item aduerte q2 inquantum dicit q2 vbi cõtractus iniretur cũ ſtatim veriſimiliter ↄſumpturo vbi hoc conſtaret ex euidentia facti:vt q2 eſſet notorie prodigus:vel ei bonis vt prodigo eſſet interdictum q2 tunc poſſet peti abſolu tio a iuramento quaſi turpitudo eſſet ex parte contrahentis cũ tali.nam aduertendum eſſet primo:an non interueniente iura mento teneret contractus factus cũ tali.qd̃ pẽdet ex intellectu.l. ſi quis cũ ſciret.ff.pro emp.que ſingularis eſt ſm Ange.et habet tres intellect9.vt ibi plene declaraui.z ſm vnũ intellectum licet quis contrahat cũ conſumpturo in malum vſum ſi neſciat certũ z determinatũ vſum in quẽ vellet conſumere teneret cõtractus: z ſic fortius tunc obligat iuramentũ:ſecus quãdo ſciret q2 in cer tum malum vſum eſſet ↄſumpturus q2 tunc nõ obligatur.z iſte intellectus cõiter ibi tenetur:tamen vt ibi dixi etiã quãdo quis neſcit certum malum vſum:tamen ſi videat eũ paratum in gene re ad male cõſumendum z in malos vſus videt̃ eadem ratio:q2 videtur iſte cõtrahẽs participare cũ illo in re illicita.facit qd̃ ha
44 betur in.c.ſi cõcubine.ſ.de ſen.excõ. ¶ † An autẽ ↄtractus pdi gi firmet̃ iuramẽto tanget̃.Item attẽde inqñtũ dicit q2 ſi quis mutuaret vel contraheret cũ parato ad ludum ſeu ludendum q2 etiã hoc caſu eſſet remediũ aduerſus iuramentum:quaſi tunc vi deatur verſari turpitudo ex parte cõtrahentis z ſic videat̃ poſſe
45 peti abſolutio.z ſic videt̃ velle q2 † nõ ſit licitũ mutuare exiſtenti in ludo ſeu parato ad ludendũ.lz hoc plene dixi in.d.l.ſi quis cũ ſciret.nã licet nõ videat̃ bene declaratũ per doct.tamen p ea que habent̃ in.l.j.z in.l.ij.ff.de aleato.z.l.ij.ff.quar rerũ act.nõ dat̃.z l.qd̃ ſi minor.§.ſi.et qd̃ ibi notat̃.ff.de mino.videt̃ colligi q2 mu tuans poſſit repetere niſi in quatuor caſibus.de quib9 dixi in.d. l.ſi quis cũ ſciret.z ibi etiã dixi:an in foro cõſcientie teneat̃ quis ad reſtituendũ illud qd̃ vincit ex ludo ſiue ſit ludus ſcachor ſiue ludus azardi ſiue ludus tabularum:z an tales ludi ſint liciti.de quo etiã tetigit Jo.and.in.c.clerici.ſ.de vita z hone.cleri.ſed ple nius dixi in.d.l.ſi quis cum ſciret.vnde hic vlterius non inſiſto. ¶ Iſtis ſic declaratis quo ad ea que tangit do.Ant.nũc p decla
46 ratione materie:an p ſtatutum poſſit prohiberi † iuramentũ eſt aduertendum q2 interdum ſtatutũ vel lex ſimpliciter phibet cõ tractũ vel perſonã nec aliquid dicit de iuramento. ¶ Interdũ vero phibet cõtractũ ſine certa ſolennitate:z dicit illum nõ va lere aliter etiam ſi interueniat iuramentũ.Interdũ z tertio ſta tutũ phibet cõtractũ ſine certa ſolennitate:z etiã dicit q2 ſi aliter ſiat cõtractus nõ valeat nec etiã iuramentũ ſi fuerit interpoſitũ. Primo caſu eſt aduertendũ q2 lz Bart.in.d.l.ſi quis p eo.faciat differentiã an phibitio dirigat̃ ad pſonã:an vero in rẽ ſeu ad cõ tractum vel alienationẽ:tamẽ illa diſtinctio non vĩ vera q2 ſi p hibetur cõtractus vel alienatio vident̃ etiã phiberi ea q̃ que ad illa perueniũt.per id qd̃ habet̃ in.l.oĩno.ff.de ſpon.z per ↄñs etiã

vĩ phibere perſonas cõtrahere vel alienare.facit qd̃ ipſe etiam no.in.l.cũ lex.ad ſi.ff.de fideiuſ.vbi etiã in ſimili hoc ipſe vĩ velle vnde ſua diſtinctio non videt̃ bona.z illam etiã reprobat Jo.de lig.hic.z etiã Sali.in auf.ſacramenta.in vlti.q.Nec ob.ratio ſua quã fecit in.d.l.ſi quis pro eo.q2 poteſt multipliciter reſponderi: vt dixi in alio articulo quãdo ſtatutum non phibet expreſſe iu ramentum:vnde videndum eſt an hoc caſu ſi interueniat iura mentũ habeat obligare z certe videt̃ dicẽdum q2 ſic per id qd̃ ha betur in hoc.c.z in auf.ſacramenta.vnde vĩ q2 intelligẽda ſit p hibitio ſtatuti inquãtum nõ interueniat iuramẽtum:ſecus ſi in terueniat quaſi tunc ſit licitus cõtractus:z nõ habeat locũ phi bitio.vt in ſimili dixit gl.in.d.auf.ſacramenta.nam ſtatuta reci piunt interpretationẽ a iure cõmuni:vt legitur z notat̃ in.l.ij.C. de noxa.z plene in.l.omnes populi.Jac.tamen de bel.in ſua.q. que incipit lege peruſina.ſuperius allega.videt̃ velle q2 ſi ſtatuto prohibetur contractum fieri ſine certa ſolennitate:z ſi aliter ſiat nõ valeat q2 tunc videt̃ velle prohibere omnẽ aliam ſolennitatẽ vt illa nõ ſufficiat etiã ſi ſit ſolennitas ſacramẽti niſi interueniat ſolennitas ſtatuti:z ideo tunc de iure ciuili ſm eum nõ firmaret̃ contractus iuramento licet videret̃ ſecus per auf.ſacramenta. ſed ipſe reſpondet q2 illa non habent locũ vbi adeſt phibitio ſta tuti:ſed ſolum vbi habet locum prohibitio iuris cõmunis.fatet̃ tamen q2 de iure canonico nõ obligaret iuramẽtum per iſtud ca pitulum qñ contract9 per ſtatutum prohibebat̃ vt nõ fieret per minorẽ ſine certa ſolennitate:ſed certe non videret̃ abſonum q2 ex quo ſtatutũ nihil dicit de iuramento debeat intelligi vel in terpretari:etiam de iure ciuili vt non habeat locum ſi iuramẽtũ interuenit.p id qd̃ no.gl.in ſimili.in dicta auf.ſacramenta.nam eadem eſt ratio.z ſic idem ius videt̃ dicendum.ſ.de conſti.trãſla to.z ſatis videt̃ qd̃ hoc caſu firmet̃ cõtractus iuramento.p id' qd̃ nota.gl.in.d.auf.ſacramenta.z qd̃ habet̃ in.c.ij.de pac.in.vj.z vi detur etiam eſſe communis opi.vt tetigi poſt gl.nam illam etiã ſequitur Barto.Ange.Joan.cald.hic Joan.and.z Archi.in.d. c.ij.z Federi.in conſilio.cclxxxi.lz do.Anto.aliter dixerit:vz q2 non validetur cõtractus:ſed ſolum teneatur quis ad obſeruan tiam iuramenti.de quo plene poſt gl.Secundo caſu quando di ſponit ſtatutum q2 cõtractus aliter factus non valeat:etiã ſi in terueniat iuramẽtum tunc videt̃ dicendum q2 contractus nõ fir metur iuramento:ex quo expreſſe ſtatutum annullat illum etiã ſi interueniat iuramentũ.nam poteſt lex ciuilis z ſic ipſum ſtatu tum ſup ipſo contractũ diſponere z prohibere etiam obligatio nem z illam inualidare.p id qd̃ habet̃ in.l.cum lex.ff.de fideiuſſ.z ff.de condict.indebi.l.ſi non ſortem.vnde hoc caſu non poterit aliquo modo agi ex ipſo cõtractu:ex quo inualidus eſt propter diſpoſitionem ſtatuti:nec poterit etiam corã iudice ſeculari agi ex iuramento:q2 de iure ciuili iuramentum de ſe non eſt obliga torium regulariter vt inducat obligationem:vt legitur z not.in l.j.ff.de ope.liber.z ſatis dictum fuit in primo principali mẽbro materie z ſic videretur q2 in foro ciuili nullum haberet tunc con trahens contra formã ſtatuti remediũ:ſed ſolum videt̃ q2 poſſet recurrere ad forũ eccleſiaſticum vt cogeret̃ iurans ad obſeruan tiam iuramẽti.facit qd̃ habetur in.c.ſi.de foro cõpe.in.vj.poſſet tamen eſſe dubiũ:ex quo ſtatutum expreſſe non inualidat iura mentum.et ſic videatur ſeruandum an debebit iudex ſecularis illud facere ſeruari cum ius canonicum in hoc preualeat iuri ciui li inquantum vult iuramentũ habere efficaciã etiã ſi tendat ad inducẽdam obligationẽ:lz aliud velit ius ciuile z videret̃ q2 ſic. per id qd̃ habet̃ in.c.ij.ſ.eo.in.vj.tamen credo q2 cõiter in foro ſe culari non audiret̃ agens in caſu predicto ꝓpter ſtatutum q2 nõ inualidat iuramentum:licet inualidet intantum q2 contractus remanebit nullus z ſolum remanebit iuramẽtũ nec hoc caſu vi detur tractandum an ſtatutum poſſit prohibere iuramẽtum:ex quo expreſſe illud non prohibet ſeu non infringit. Tertio caſu quãdo ſtatutum expreſſe diſponit ſup iuramento:vt q2 dixit q2 ſi contractus aliter ſiat non valeat contractus:nec etiam iura mentum ſi interponat̃:z tunc eſt aduertendum q2 varie fuerunt opi.vt patere poteſt ex ſuperius dictis.nam vna fuit qd̃ ſimpli citer tale ſtatutum valeret.z hanc ſequitur Bal.in.l.pactum.C. de colla.in nota.z clarius z expreſſius in.v.q.vbi ad literam hoc decidit q2 ſtatutum poteſt prohibere:vt non valeat iuramentũ. per id qd̃ habetur in.l.adigere.§.ſi.cum gloſ.ſua ſingulari.ff.de iure patro.q2 in remiſſione iuramenti lex obtinet vim apoſtolici z ſic pape.z hanc opi.etiam videtur ſentire in.l.nec patronus.C. de oper.liber.hanc etiam ſequitur Salice.in auf.ſacramenta.in vlti.q. ¶ Alia et ſecunda fuit opi.q2 ſtatutum non poſſit inuali dare ſacramentum ſaluo niſi vel fingat dolum vel fraudem aut metum.z iſtam ſequitur Bald.in.l.oẽs populi.in.iij.q.ſed vt.ſ. tetigi Ray.in.d.l.ſimpliciter tenet ſtatutũ non valere q2 ſemp ſtatutum preſumendo vel fingendo fraudem vel dolum in fraudem iuris diuini z canonici eneruare iuramẽtũ:z ſic ape



Ayuntamiento de Madrid

riretur via fraudib⁹ cõtra ea que habentur.§.de diuor.quanto. ¶ Tertia fuit opi.φ nõ obſtante ſtatuto iuramentũ obligaret: q2 nõ potuit ſup illo diſponere tanq̃ ſup re ſpirituali:tamen q2 tunc recipiẽs iuramentũ cõtra formã ſtatuti vr̃ illicite illud reci pere q2 cõtra iuſtũ mandatũ ſuperioris cui debuit obedire.vi.di.que cõtra mores.z d:ma.z obe.c.ij.z.c.ſolite.vr̃ φ poſſit cogi ad relaxationẽ iuramenti.z iſtam opi.tenuit Feder.in ſuo conſi. clxxij.z ibi etiã vr̃ velle idem in caſu precedenti qñ ſtatutũ dicit φ non valeat cõtractus factus aliter etiã ſi interueniat iuramẽ tum:quaſi ſm eum tacite videat̃ ſtatutũ tunc velle φ ille nõ de beat ſine ſolẽnitate ſtatuti recipere iuramẽta.Dñs Ant.hic vt pz ex ſuperius dictis poſt eũ ſimpliciter tenet φ ſtatutũ nõ põt prohibere iuramentũ:q2 iſtud non ſpectat ad iudices ſeculares nec ad legẽ ciuilem vel ſtatutariã ſed ad legẽ canonicã.z pſertim alleg.not.in.c.quẽadmodum.ſuper glo.per Jo.and.poſt Hoſti. §.eo.quid igitur tenendũ in hac varietate.vr̃ poſſe dici φ illa ſit vera opi.q̃ habet φ ſtatutũ vel lex nõ poſſit phibere vel annul lare ſacramẽtũ q2 ipſum ſacramentum vt eſt dictum eſt res ſpiri tualis:z per cõſequens videt̃ φ ſtatutũ laicoꝝ nõ poſſit ſup illo diſponere. ¶ Sed illud potiſſime vr̃ dubiũ an ſaltẽ poterit peti abſolutio a iuramẽto.prout voluit Fede.cuius opi.prima facie videt̃ ſatis equa z rationabilis:q2 licet ſtatutũ nõ poſſit eneruare efficaciam iuramenti:tamẽ videtur φ poſſit phibere ſubditũ ne recipiat ſacramẽtũ ſine certa ſolennitate cum tale ſtatutũ ex iuſta cauſa ſit factum.z ſic videt̃ q̃d ei deberet obediri q2 de ſe nõ ɔtinet quid illicitũ:imo prima facie valde iuſtum z equum:vcꝫ φ non recipias ſacramentũ ſine ſolennitate ſtatuti:nam etiã vide mus φ ius ciuile anteq̃ preſtitum ſit ſacramẽtũ prohibet illud interdum preſtari z ſeruat̃ eius diſpoſitio:vt in.l.que ſub condi tione.ff.de condi.inſti.nam ibi dicitur φ ſi teſtator legauit titio decẽ ſi iurauit aſcendere capitolium φ nõ debet cogi preſtare iu ramentũ:imo ſufficit φ aſcendat etiã nõ preſtito iuramento ad hoc vt habeat legatũ.z ſic videtur φ in ſe videat̃ iuſtũ ſtatutum inquantũ videt̃ prohibere recipi iuramentũ ſi nõ interuenerit ſo lennitas ſtatuti:z per ɔſequẽs φ illicite faciat aliter recipiẽdo: z ſic ſi aliter recipiatur licet iuramentũ obliget q2 poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne obligat efficaciter qñ ſpõte eſt preſti tum z non per dolum vel metũ poteſt dici q̃d illi cui eſt iuratum ſit queſita efficax obligatio ex iuramento z in eo q̃d cõtinet iura mentum:z ſic videtur φ nõ poſſet cogi ad relaxationẽ ipſius iu ramenti:q2 imputãdum videt̃ illi qui ſponte iurauit videret̃ ta men poſſe dici φ forte poſſet pena arbitraria puniri ille qui reci pit iuramentũ ſine ſolẽnitate ſtatuti:ex quo talis phibitio ſatis erat rationabilis.per id quod no.Jac.de bel.z Bal.poſt eum in l.non dubiũ.C.de legi.z p hoc videret etiã poſſe dici φ ſi ſtatutũ imponeret penã aliquã recipienti ſacramentũ ſine ſolẽnitate ſta tuti in cõtractu φ tale ſtatutum valeat.lꝫ do.Ant.hic videat̃ in nuere contrariũ.ſed vr̃ q̃d non bene p predicta:q2 etiã hoc tenen do non per hoc eneruatur virtus ſacramenti quin ſi ſponte pre ſtetur non debeat ſeruari in eo q̃d preſtatur.z iſta opi.ſatis vr̃ de iure defenſari.z p hoc habes quartã opi.in materia q2 iuramen tum nõ obſtante ſtatuto efficaciter obligabit:ſꝫ tamẽ recipiens illud ſine ſolennitate ſtatuti puniet̃ pena ſtatuti:ſi certa erit ſta tuta alr̃s puniri poterit pena arbitraria per nota.per Baldũ in dicta.l.nõ dubiũ. ¶ Et ex predictis patet φ ſtatutum nõ poteſt eneruare vires iuramẽti:tamẽ vr̃ poſſe imponere penã recipien ti iuramentũ ſine ſolẽnitate ſtatuti ex legitima cauſa facti.Un de põderãda ſunt verba ſtatuti:nã aut ſtatutũ phibet tñ ɔctũ fieri per minorem vel mulierẽ aut filiumfa.ſine certa ſolẽnitate etiã ſi interueniat iuramẽtũ:z ſi aliter qs cõtraxerit ponit penã: z tunc cõtrafaciens incurrat penã illam.Aut aliam penam non imponit z poterit puniri pena arbitraria aut ſtatutũ phibet cõ tractum fieri ſine certa ſolẽnitate etiã ſi interueniat iuramentũ: z ſi aliter fiat annullat contractũ z iuramentũ:z tunc inquantum annullat ɔctum tenet ſtatutũ inquãtum autẽ annullat iuramen tum nõ tenet q2 iuramentũ eſt res ſpũalis:z etiã inducit obliga tionẽ de iure diuino.§.e.z ſi chriſtus.z ſic nõ poteſt ſtatutũ illud inualidare.hoc tamẽ caſu poſſet habere locũ pena arbitraria in taliter cõtrahente ſine ſolẽnitate ſtatuti p ea que ſunt dicta. In terdum vero dicit ſtatutũ φ nõ poſſit fieri ɔctus ſine certa ſolẽ nitate:etiã ſi interueniat iuramentũ:z ſi aliquis vtat̃ inſtrumen to in quo talis ɔctus contineat̃ incurrat penã centũ:tunc vr̃ φ ſi vtatur inſtrumẽto pp̃ter ɔctum poſſit incurrere penã ſtatuti:ſꝫ ſi vtat̃ inſtrumẽto pp̃ter ſacramentũ q̃d petit obſeruari tunc vr̃ φ non incurrat penã ſtatuti:q2 ſicut ſtatutũ nõ poteſt eneruare vires iuramenti:ſic nec poteſt imponere penã vtenti ipſo ſacra mento.per id q̃d habet̃ in.l.ſeius z augerius.ff.ad le.falci.z in.l. q̃d de bonis.§.j.eo.ti.nec poteſt etiã ſtatutũ adijcere ſolennitatẽ iuramento:quo ad infringendũ vires iuramenti:dicta ſolenni tas nõ interueniat per iura prealleg.z ſic poſſit [illegible] dictum

do.Ant.circa hanc materiã.lꝫ videat̃ poſſe punire recipientem ſacramentũ ſine ſolennitate ſtatuti ex iuſta cauſa facti:q2 in hoc debuit obedire ſtatuto φ in ſe habet rationẽ z equitatẽ.facit q̃d habet̃ in prealleg.l.que ſub cõditione.ff.de ɔdi.z inſti.z in.l.ocꝰ

47 populi.de iuſti.z iur. ¶ † Juxta pdicta poteſt queri:an ſi pupil lus faciat ɔctum cũ iuramento vel non.z per ɔñs in auẽ.ſacra menta.C.ſi aduer.vendi.habeat locũ in pupillo.glo.ibi z in cor põre vñ ſumit̃ tenet q̃d non p illum tex.qui ſolũ vr̃ loqui de pu bere.iurante.z intellige q̃d nemo de pupillo proximo pubertati z doli capace.nã alr̃s queſtio non habet dubiũ.facit q̃d habet̃ xxij. q.v.paruuli.z q̃d habet̃ in.c.j.z.ij.de deli.pucr.z iſtã partẽ tenuit Pe.z Cy.per rationẽ predictã.z q2 illa auẽ.vr̃ corrigere ius an tiquũ.et ideo nõ eſt extendenda per id q̃d habet̃ in.l.ſancimus.C. de teſta.cũ ſi.de eleccũ expediat.in.vj. ¶ Item q2 odia debẽt re ſtringi de lib.z poſth.in.l.cũ quidã.ſed ſm eos illa auẽ.vr̃ odioſa inquantum per ea interdũ minores priuant̃ bonis ſuis.ergo zc. fatent̃ tamẽ iſti φ ſi alr̃s impubes ſit doli capax:z periuriũ com mittat videt̃ φ de periurio poſſit puniri:z penitentiã agere de beat de ipſo.per id q̃d habet̃ in.c.j.z.ij.de delic.pue.z iſtam partẽ etiã vr̃ tenere Bal.in.d.auẽ.ſacramenta.z etiam Ang.in.l.ſi qs pro eo.circa ſi.ſed Hoſti.z Jo.andr.hic tenent illam auẽ.habere locum in pubere doli capace:q2 ratio illi⁹ auẽ.videt̃ eſſe ne ape riatur via periurijs:vt patet in.l.j.eiuſdem ti.ſed iſta ratio etiam videtur habere locum in pupillo doli capace:ergo etiam in eo habebit locum diſpoſitio dicte auẽ.ſacramenta. Jacob.de butr.

48 in.d.auẽ.videtur concordare opi.nam dicit φ † ſi pupillus doli capax cõtraxerit cũ curatore z iudicis decreto:q2 tunc valet con tractus z ſic non poterit petere reſtitutionẽ pp̃ter iuramentũ ne aperiat̃ via periurijs per.d.l.j.C.ſi aduer.ven.q̃ non videt̃ diſtin guere puberẽ ab impubere.Si autem cõtractus eſſet nullus:vt q2 fact⁹ a pupillo ſine curatore vel ſine decreto iudicis:z tunc nõ habeat locũ dicta auẽ.que ſolum videt̃ loqui de pubere.z p hoc etiam facias q2 vt dicebat Pe.z Cy.non videtur eadem ratio in pupillo doli capace que eſt in pubere:q2 pubes eſt maioris diſcre tionis quã impubes:lꝫ doli capax.Bar.in.d.auẽ.ſacramenta.te net opi.Hoſti.z Jo.an.vcꝫ quod dicta auẽ.habeat locum in im pubere doli capace ſicut z in pubere:quia eadem ratio videtur vtrobiq̃ ne vcꝫ aperiat̃ via periurijs:vnde in fauorem anime ſm eũ fuit illud ſtatutũ vt potius euitaret̃ periculũ animarũ quã dã num rerũ.nã anima pretioſior eſt cũctis rebus.l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccle.z.xj.q.ij.precipim⁹.z ideo diſpoſitio.d.auẽ.ſacra menta.tanq̃ fauorabilis eſt extendenda.z per hoc nõ ob.rõnes in cõtrarium facte.nam etiã ſi agatur de correctione iuriũ.tamẽ hoc caſu fienda vr̃ extenſio pp̃ter periculũ animarũ vitandum.z ex hoc habes limitationẽ ad not.in auẽ.quas actiones.C.de ſa. ſan.eccl.vbi conſueuit notari φ etiã ex idẽtitate rõnis nõ eſt fiẽ da correctio.nã fallit in hoc caſu qñ agitur de euitando periculo animarum.de quo plene dixi in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.mat.in materia extenſionis quã ibi pleniſſime tractaui.z iſta pars vr̃ de

49 iure verior:lꝫ alia equior videatur. ¶ † An aũt ſit dare aliquod remediũ hoc caſu ſi pupillus reperiat̃ deceptus vel etiã in caſu auẽ.ſacramenta.ſi puber etiam reperiat̃ deceptus do.meus do. Pet.de ancha.in repe.c.j.de conſti.in.xj.q.circa ſi.vr̃ velle φ ſic. nam dicit ſe cõſuluiſſe de facto in ciuitate ſenarũ:vbi eſt ſtatutũ φ nullus contractus finis vel quitantia qui fieret per minorem xxv.an.valeat nec de eo ius reddat̃:niſi interceſſerit certa ſolen nitas.nam ſtante dicto ſtatuto euenit caſus φ patruus quidam habẽs neptẽ ex fratre tradidit illam nuptui datis ſibi in dotem quingentis.z iſta neptis minor renuntiauit dicto patruo omni iuri ſibi cõpetenti in paterna hereditate q̃ valebat plus in qua druplo:z iurauit nõ ɔtrauenire z querebat̃ ſi aliquod eſſet reme dium reſciſſiũ talis contractus finis z quietationis:z dicit ſe de facto conſuluiſſe φ poterat peti abſolutio a iuramento ſine rela xatio ab eo.z p hoc inducebat primo regulam φ iuramentũ nõ debet eſſe iniquitatis vinculum.§.eo.quãto.z.xxij.q.iiij.inter ce tera φ verbũ iniquitatis dicit eſſe multũ ponderandũ.ſcdo pro hoc allegat q2 iuramentũ debet habere tres comites vcꝫ verita tem iudiciũ atq̃ iuſtitiã.§.eo.z ſi chriſtus.z.xxij.q.ſ.animaduer tendum.z facit q̃d habet̃ in auẽ.q̃d eis.C.de nupt.ſed ſm eum in q̃ne predicta euidẽs apparet iniquitas.z per ɔñs iniuſtitia cũ p modico quis renuntiet hereditati paterne tã locupleti.tertio p hoc alle.q2 paria videntur eſſe in diſpoſitiõe dolum adeſſe ex ppoſito vel re ipſa.z videt̃ eſſe caſus in.l.ſi quis cũ aliter.ff.de v. obli.z.l.ij.§.circa de doli excep.z ideo cum iuramentũ non obli get interueniente dolo:vt hic innuit videt̃ φ cum ſimpliciter lo quatur intelligat etiã de dolo re ipſa in caſu autẽ premiſſo ſatis videt̃ eſſe dolus re ipſa ſaltem pp̃ter graue dãnum.nam nedum vſq̃ ad quadruplum deceptis:ſed etiam vltra dimidiã vere eſti mationis etiam maioribus deceptis iura ſubueniunt.l.ij.C.de reſcin.vend.z ſic multo fortius ſuccurri debet in caſu premiſſo in quo cum

Ayuntamiento de Madrid

quo cum enormi deceptione cõiuncta eſt minor etas:⁊ ſexus fra
gilitas quibus iura multipliciter ſubueniunt ⁊ medẽtur ꝓpter
naturalẽ equitatẽ ⁊ deceptionẽ vel ſimilem tam in cõtrahẽdo ꝙ̃
in ſolennitatib⁹ adhibendis.iuxta id qđ habeť in.l.j.ff.de mino.
⁊ in.l.doli exceptio.§.diuerſum.ff.de nouatio.vnde ex qualitate
perſonarũ ⁊ ipſius facti natura vř cõtrahentem cũ tali ſua nepte
de dolo argui poſſe preſumptiue.alleg.qđ habeť in.l.j.cũ ibi no.
ff.de doli excep.⁊ ideo concludit ꝙ rõne euidentis iniquitatis ⁊
doli ſaltem re ipſa inherentis illi renuntiationi vř iuramẽtum
eſſe relaxandũ ſicut qñ ꝑ metũ quis renũtiat bonis cũ iuramen-
to.ſ.eo.ſi vero.nam paria ſunt quo ad reſciſſionẽ ꝯtractus do-
lus vel metus.vt hic pꝫ ⁊.d.c.ſi vero.ſ.qđ metus cã.c.pe.⁊.c.ab-
bas.⁊ pro predictis etiam alleg.dictum [illegible]inc.qđ ponit hic Jo.
an.ſup gl.nam dicit ꝙ lꝫ in caſu huius.c.iuramẽtum obliget mu
lierẽ ad obſeruantiã cõtractus:tamẽ dꝫ inſtare vt abſoluať.⁊ ſic
videť cõcludere ꝙ debeat cõſequi abſolutionẽ in caſu huius ca-
pituli.multo ergo fortius in caſu ꝓmiſſo debebit fieri abſolutio
vbi etiã concurrit ſexus fragilitas minor etas ⁊ enormis leſio:et
etiam reuerentia quã puella habere debebat ad patruum ſuum
in cuius domo,⁊ ſub cuius gubernatione remãſerat poſt mortẽ
patris.facit qđ habeť in.l.j.§.que onerande.ff.quarũ re.act.non
datur.cũ ibi no.per Bar.⁊.xxij.q.iiij.vnuſquiſqꝫ,⁊ pro predictis
etiam alleg.qđ no.Fede.in cõſi.cclxxij.ſerius alleg.lꝫ ipſe aliam
quotã habuerit.ſcđm ꝓdicta dicit debere limitari auť.ꝓdictã ſa-
cramenta puberũ.vt ſic non habeat locum in caſibus in quibus
cõtractus vel diſtractus poteſt argui de iniquitate euidenti ⁊ de
dolo re ipſa ex ꝑſpicuis indicijs.facit.l.dolum.C.de dolo.que eſt
valde notabilis ⁊ ſingularis limitatio ſi eſt vera.alleg.etiã ꝓ ꝓdi
ctis:qꝛ iſte patruus cõtrahendo cũ nepte nõ ſeruata ſolennitate
ſtatuti poteſt dici ipſius ſtatuti tranſgreſſor.vt dixit Fede.in ꝓal
lega.conſi.nec eſt ſm eum faciendum ius vtrũ ſtatutum dirigat
verba ꝓhibitionis ad contrahentes an in rẽ.put dixit Bar.in
l.ſi quis ꝓ eo.⁊.l.cũ lex.ff.de fideiuſſo.nam de hac differentia ver
bali ſm eum nõ curat:⁊ Fede.in loco prealle.⁊ ꝓ hoc etiã allegat
cõtra dictã differentiã:qꝛ ſtatutũ annullando ꝯtractum ſatis videť
ꝓhibere cõtrahentib⁹ ne attẽtent cõtrahendo.ar.c.q ꝯtra iura.
de reg.iur.in.vj.⁊ qꝛ verba ꝓlata in rem potius ꝯcernũt ꝑſonas
quã res ipſas alleg.c.tanta.de exceſ.prela.⁊ qꝛ non refert cũ quo
quis loquatur.l.cũ pater.§.donationis.ff.de leg.ij.⁊ ideo conclu-
dit iuramentũ eſſe relaxandũ.ſicut in ſimili dixit Fede.in filiofa-
mil.in conſi.prealleg.nec obſtat predictis quod no.per Jo.an.in
addi.in Spe.in tit.de ſen.§.vt autẽ.ver.hec auť.poſt Jac.de bel.
vbi dicit ꝙ ſi filiuſfami.⁊ minor ꝓhibetur ꝯtrahere ſine certa ſo
lennitate ꝙ ſi minor contraxerit ſine illa cũ iuramẽto ꝙ tale iu-
ramentum obligat de iure canonico qꝛ reſpõdet ꝙ licet obliget
tamẽ poterit peti relaxatio iuramẽti probata aliter leſione enor
mi.nam ſm eum de hoc non tangit ibi Jo.and.nec Jac.de bel.
ſed ſolum an quando ſolennitas ſtatuti omittiť ſuppleať per iu
ramentum ⁊ ius canonicum qđ dicit ſe negare:ſaluo niſi eſſet ſo
lennitas formalis quã iuramentum nõ videtur poſſe ſupplere.
iuxta no.per Bar.in.l.ſi quis ꝓ eo.ſuperius alleg.recitat etiam
dictum Jac.de bel.in filiofa.cõtrahente ſine ſolennitate ſtatuti
qui dixit ꝙ non obligatur:tunc etiã cũ iuramento cũ videať iu-
ramentũ eſſe tunc cõtra bonos mores:qꝛ tales cõtractus filiorũ
videnť prebere cauſam depredandi parẽtes ⁊ peccandi.iuxta.l.j.
ff.ad mace.iuncta regula.non eſt obligatorium.⁊ aliter nõ decla
rat que ſit verior opi.an opi.Fede.an opi.Jaco.de bel.⁊ Jo.an.
50 in ipſo filiofa.ſed hoc declaraui plene ſuperius.¶ † Per predi-
cta etiã dicit inferri poſſe ad aliã queſtionẽ ſi ſtatuto cauetur qđ
nulla mulier maritata poſſit aliquẽ cõtractum facere ſine duorũ
proximiorum conſilio.vtrum ſi mulier cõtraxerit nõ ſeruata dicta
ſolennitate cũ iuramento poſſit venire contra.⁊ alleg.primo ꝙ
poſſit:qꝛ multa ſunt in iure ꝓhibita ꝑſonis:⁊ tamen vꝫ contra-
ctus initus cum perſona ꝓhibita:vt pꝫ in excõicato cuius cõio
ꝓhibita eſt a iure:⁊ tamen ꝯtctus per eum factus:⁊ ſimiliter ma-
trimoniũ per eũ cõtractũ:⁊ etiã ꝓfeſſio facta per eũ tenet.iuxta
ea que habenť in.c.veritatis.de dolo ⁊ contu.per Inn.⁊ qđ not.
etiã in.c.ſignificaſti.de eo qui du.in ma.⁊.ſ.de ſen.excõ.cũ illorũ.
Item qꝛ periuria ſunt in iure prorſus ꝓhibita:⁊ tamẽ actus qui
geritur contra iuramentũ valet.facit qđ no.Inno.⁊ Jo.an.in.c.
dilectos.de preben.⁊ qđ not.Jo.and.in regu.qđ ſemel.in mercu.
de reg.iur.in.vj.Item matrimonium contractum ⁊ alia quedaꝫ
contra ꝓhibitionem legis vel canonis geſta valeant:lꝫ fieri non
debuerint.ſ.de ma.contracto contra interdictum eccleſie in.c.ſi.⁊
facit qđ no.ſ.de fer.capellanus.tandem dicit quendam diſputã-
tem inclinaſſe in contrariũ.nam videť iſto caſu ſtatutum prohi-
bere tam mulierẽ cõtrahere ꝙ̃ etiã cõtrahentẽ ſecum.per id qđ
habetur in.l.j.C.de cupreſ.ex lu.dã.li.x.facit qđ habetur in.l.fin.
ff.de accepti.⁊ ſic cõtrahens cõtra preceptum legis municipalis
peccat mortaliter.alleg.de maio.et obedi.c.ij.⁊ de offi.ordi.inter

cetera.⁊ ſic reſidet.vnde videť velle ꝙ hoc caſu iuramentum non
obligetur.⁊ videtur tenere rationẽ Bar.ꝙ veniens cõtra prece-
ptum legis municipalis peccat mortaliter.⁊ ſic ꝓ hoc caſu nedũ
ꝙ poſſit contrauenire:ſed etiã nõ erit periurus.ſed de iſto plene
ſuperius dixi.Ideo hic non inſiſto:nõ omitto tamẽ ꝙ ꝓ eo qđ
dictũ eſt.ſ.ꝙ ſtatutum annullando contractum videť ſatis ꝓhi-
bere cõtrahentibus ⁊ ſic perſonas:⁊ ne cõtrahant videť benefa-
cere.l.j.⁊.ij.ff.ad velleia.vbi lex dicit ꝙ mulierib⁹ eſt interdictuꝫ:
ne ſe obligent pro marito vel alio:⁊ tamẽ verba ſenatuſconſul.
velleia.non referunť ad perſonã:ſed potius ad ipſum contractũ
ſeu ad obligationẽ vel actionẽ ex ipſo cõtractu:vt pꝫ in.d.l.ij.et
ſic ille due leges videnť deſtruere etiã diſtinctionẽ Bar.¶ Item
aduerte qꝛ do.Anto.hic in quarto caſu principali poſito per eũ
qñ videlicet contractus annullatur vel reſcinditur ex legis reſi-
ſtentia ex eo:qꝛ datur leſio vel deceptio in contractu quẽ caſum
non poſuit Bar.de per ſe ab alijs qꝛ ſatis cõprehendebatur ſub
tertio quarto ⁊ quinto caſu poſitis per eũ in.d.l.ſi quis ꝓ eo.vi-
detur in effectu circa intellectum auť.ſacramenta.⁊ circa id quod
dixit do.Pe.ſe cõſuluiſſe.Idẽ etiã i effectu velle:⁊ de facto etiã
idem in effectu conſuluiſſe:vt patebit ex ſequentib⁹.Unde in di
cto caſu quãdo ꝯtractus annullatur vel reſcinditur ex legis reſi-
ſtentia:qꝛ datur leſio vel deceptio in cõtractu dicit aduertendũ:
ꝙ ſi quis iurat ſimpliciter contractum vel iurat obſeruare con-
tractum ⁊ nõ contrauenire ꝙ iſto caſu aut vult redarguere con-
tractum ex deceptione doloſa:aut ex deceptione re ipſa.Primo
caſu ſi de illa conſtat dicit ꝙ poterit non obſtante iuramento:qꝛ
iura firmant talia iuramenta quãdo non ſunt dolo vel metu ꝓſti
ta:vt hic patet.et de pact.quãuis.in.vj.⁊ in auť.ſacramenta.C.ſi
aduer.vendi.⁊ ideo putat ꝙ vbi dolus excludat mentẽ iurantis
in eo qđ eſt deceptus cum cenſeatur a iuramento delictum exce-
ptum.⁊ id qđ doloſe eſt actum.ff.de pac.in.l.tres fratres.⁊ etiam
legitima cauſa.l.ſi.ff.qui ſatiſda.cog.⁊.l.ſi.C.de non nume.pecu.
ꝙ tunc abſqꝫ alia abſolutione poterit venire contra:licet tutius
ſit petere abſolutionem ſm eum:ſi autem dolus non excluderet
conſenſum:tunc bene exigeretur abſolutio.per ea que habẽtur
ſ.eo.c.ſi vero.⁊.c.debitores.Et ſi dicas qñ diceť dolus excludere
conſenſum dicit hoc eſſe qñ fallacijs ſeu mendacijs inducitur qs
ad aliquid agendum de dolo dante cãm contractui ⁊ ſic inducit
ad cõtrahendũ:licet per quãdam artem:ſed vbi dolus incidit in
cõtractu vt qꝛ volebã vendere:ſed credebã rem eſſe valoris certi
pretij ⁊ ſuadeſ ꝙ non eſt tanti pretij:tunc in eo ſaltẽ cõſentio:de
quo cõueni vẽdere.modo ſi volo emere credens ꝙ valeat decẽ ⁊
non vltra:⁊ inducis ad credendum ꝙ plus valeat ſaltẽ cõſentio
in partẽ:lꝫ non in illo pluri in quo fuit dolus.⁊ ſic vř velle ꝙ vbi
dolus dat cauſam cõtractui.ibi non dicať eſſe conſenſus aliquo
modo:ſecus qñ incidit in ꝯtctum:qꝛ tunc ſaltẽ in parte adeſt con
tractus:ſed certe lꝫ cõſueuerit fieri differentia an dolus det cãm
contractui bone fidei:vt tunc ipſo iure ſit nullus:an vero incidat
in ꝯtctum:vt tunc ſit aliquis:ſed poſſit agi vt quis decipiatur.vt
no.in.l.eleganter.ff.de dolo.tamẽ nõ põt negari quin vtrobiqꝫ
cõſenſerit quis in cõtractu faciendo:lꝫ ad hoc fuerit inductus ꝑ
dolum.⁊ ideo vř ꝙ ſemꝑ debeat peti abſolutio:lꝫ ipſe aliter ſen-
tiat.⁊ ꝓdicta procedunt qñ allegať exceptio doloſa ex ꝓpoſito:ſi
autẽ nõ conſtet de tali deceptione doloſa:ſꝫ ſi alr̃ allegetur dol⁹
ſiue deceptio re ipſa:tunc cõcludit ꝙ ſiue ſit maior ſiue minor:ſi
deceptio eſt in magna quãtitate:qꝛ tunc videtur ꝙ preſumatur
dolus.per id qđ habeť in.l.oẽs.§.lucius.ff.de hijs qui not.infa.⁊
in.l.qui teſtamentum.ff.de ꝓba.poterit tunc reſilire a contractu
per ſua remedia non obſtante iuramento.⁊ hoc caſu ſm eum nõ
erit neceſſaria abſolutio a iuramẽto:qꝛ tales enormes deceptio
nes,⁊ conſequẽter remedia illarũ vigore cõpetentia videnť a iu-
ramento excepta.per ea que dicit ſe notaſſe in.c.quintauallis.ſ.
eo.fatetur tamẽ ꝙ tutius eſt ꝙ petať abſolutio ꝓpter ſimplicia
verba iuramenti que notabũt ſaltem de facto cõtrauentionem:
⁊ etiã ꝓpter dubiũ voluntatis cum verba ſint indiſtincte conce-
pta ⁊ iuramentũ dirigať ad factum.qđ poteſt oĩa predicta cõpre
hendere.vt dicit Bart.in.l.ſciendum.ff.de ver.obli.⁊ in.l.ij.C.de
reſcin.ven.ad predicta vcꝫ ꝙ hoc caſu ſuccurratur ratione enor-
mis leſionis:etiã adducit ꝙ lꝫ text.hic.⁊.ſ.eo.c.ij.in.vj.⁊ de pact.
quãuis [illegible]ib.dicant iuramentũ eſſe ſeruandum:tamen hoc ex-
cludunt [illegible]ramentũ preſtitum eſſet.ſic ſimpliciter excludunt
⁊ indiſ[illegible]amentum dolo preſtitum:⁊ ideo videť ſm euꝫ ꝙ
ſiue dolus [illegible]ctu ſiue ex ꝓpoſito ſiue re ipſa ratione enormis
leſionis.fa[illegible]iť ⁊ no.in.l.ſi qs cum aliter.ff.de ver.obl.⁊ in
l.ij.§.circa.[illegible]excep.non obuiet tunc iuramentũ tale pote
ſtati reſcinde[illegible]ctum:⁊ hoc putat etiã ꝓcedere nedum ſi
verba ſint in[illegible]pta qꝛ iurat ſimpliciter nõ contrauenire:
ſꝫ etiã ſi ſint g[illegible]t qꝛ iurat nõ venire cõtra aliqua ratiõe:
vel ex quacunqꝫ cauſa qꝛ a predictis verbis ciuili modo intelle-
ctis tales deceptiones poſſunt ⁊ debẽt excipi.alleg.l.creditor.§.



Ayuntamiento de Madrid

lucius.ff.mandati.et.l.tres fratres.ff.de pac.ſi vero verba eſſent magis ſpecifica ita q̄ aperte videant excludere remedia p̄dicta: vt q2 iurat non venire cõtra rõne enormis deceptionis:tunc ſm eum eſt aduertendum q2 aut cõcludunt ad vnũ remedium tñ:et nõ ad aliud vt q2 iurat nõ venire cõtra rõne minoris etatis etiã ꝓpter enormem deceptionẽ:ꝛ tunc ſolum excluditur beneficiũ cõpetens rõne minoris etatis:ꝛ ideo ſi eſſet deceptus vltra dimidiam iuſti p̄cij:q2 tunc cõpetit remediũ.l.ij.C.de rei vendic.etiã maior excludetur a dicto remedio.per id qd̄ not.per gl.ꝛ Jo.an. ſ.de emp.ꝛ vendi.in.c.pe.ꝛ per glo.ꝛ Bar.in.d.l.ij.de rei vendic. et ideo a tali remedio non excludit minor etiã in caſu p̄dicto. Aut verba cõcludũt ad oĩa remedia:vt q2 iurat nõ venire contra etiã ꝓpter enormem leſionẽ ratiõe minoris etatis:nec alia quacunq3 de cauſa.ꝛ hoc caſu cõcludit.q̄ ſi maior iuraret nõ venire contra:etiã ratione enormis leſionis:tunc ɔtus remanebit validus:nec poterit infringi ex quo aliter non annullat a iure.In minore vero cõcludit:q̄ ſi ſolũ appareret de leui leſione non audiretur ꝛ remaneret cõtract9 validus:ſi autẽ leſio eſſet enormis ꝛ tunc licet valeat ɔtus ꝛ iuramentũ poterit peti abſolutio a iuramẽto in caſu enormis vel enormiſſime leſionis:l3 non in caſu leuis leſionis:etiã ſi dictũ fuerit ſpecifice in iuramento q̄ nõ veniet contra contractũ:etiã rõne enormis leſionis:q̄ eſt ſingulariſſime notandum ſi eſt verum,fatetur tamẽ qd̄ Bar.ꝛ alij tenẽt contra in.d.l.ij.plus etiã dicit ſe putare in minore q̄ etiã ſi adijceretur q̄ omne id ꝛ totum qd̄ plus valere res donat:et donare intendit cõtrahenti ſecũ:ꝛ multofortius ponitur in cõtractu q2 adhuc idem erit dicendũ:q̄ eſt ſup̄adictũ.ꝛ ratio ſm eum:q2 l3 cõtractus ſit validus ꝛ iuramentũ tamẽ ex quo in tm̃ ledunt minorem cõtrahentẽ non vr̄ eſſe id abſq3 fraude:ꝛ dolo eius q con trahit cũ ipſo,minore:ꝛ nedum cõſumpturo:ſed etiã cu3 actualr̄ male cõſumente.facit qd̄ habet in.l.ſi quis cũ ſciret.ff.pro empt. ꝛ in.l.ſi vero non remunerandi.§.adoleſcens.ff.manda.ꝛ.l.qd̄ ſi minor.§.penul.ff.de mino.ꝛ.ff.quarũ re.act.non datur.l.ij.vnde cum fraus videatur tunc eſſe ex parte recipiẽtis dicendum videtur q̄ iura canonica non aſſiſtant talibus iuramẽtis.p id quod hic habet ꝛ.ſ.eo.de bitore.ꝛ p̄dicta etiã dicit p̄cedere:etiã ſi minor iurauerit oĩa ꝛ ſingula in ɔtu contenta vera eſſe:ꝛ illud eſſe verũ p̄ciũ rei de quo in inſtrumẽto ſit mentio:q2 ſi poſtea ɔſtat de oppoſito talia poterunt reuocari.per id qd̄ legit ꝛ notat.ſ.eo. cũ in poſitionibus.lib.vi.ꝛ q2 iuramentũ taliter p̄ſtitũ cẽſetur p̄ſtitũ ſub ɔfidentia:vt illud ſit verũ p̄ciũ.de quo in inſtrumẽto ſit mẽtio:vnde ſi reperiatur rem aliter ſe habere vr̄ q̄ non ſit periurus:l3 temere iurauerit:ex quo in rei veritate p̄cium erat maius.alleg.qd̄ habet.ſ.eo.quẽadmodũ.ſed facit melius.ſ.eod. veniens.allegat etiã qd̄ habet.xxij.q.ij.per totũ.ꝛ ſic dicit de facto ſe cõſuluiſſe in qõne cuiuſdã puelle:que a quodam ſuo attinente ſic fuerat inducta ad iurandum:ꝛ dicit qd̄ equitatẽ habet. qd̄.ſ.eſt dictũ.ꝛ p̄ſertim q2 talia verba ſepe apponunt per notarios a ſeipſis:ꝛ aliq̃ ſub inuolutione verbor obrepiunt talia iuramenta a minorib9:maxime feminis que nõ bene intelligunt quid agant.ꝛ ſic reſidet hic in quarto caſu principali poſito per eum.¶ Et ex p̄dictis no.diligẽter p̄imo limitationẽ ad aut. ſacramenta.quã voluit do.Pẽ.de anch.nã illa aut.ſm eũ.debet intelligi ꝛ limitari:niſi appareat de enormi leſione.nam tũc ſm eum ſaltem poterit peti abſolutio a iuramẽto per ratiões quas poſt eũ tetigi ꝛ quas narraui in repe.c.j.de conſti.in.xj.q.circa ſi. ¶ Item no.diligẽter ſm eũ q̄ in caſu huius.c.poſſet peti abſolutio ſm opi.Vin.quã ipſe vr̄ ſequi.Illã tamen nõ tenet Arch. in.c.ij.in.vj.de pac.nec etiã Ang.in.l.ſi qs p eo.l3 de illa non faciat mentionẽ.tamẽ dicit q̄ in caſu huius.c.ꝛ aut.ſacramẽta.valet cõtractus nec poteſt peti abſolutio.¶ Item diligẽter no.ſm do.Anto.q2 per ea que.ſ.dixi.ꝛ que tangit circa quartum caſum principalẽ vr̄ adhuc magis fauere minorib9 quã faciat do.Pe. nã attende q2 vult p̄imo q̄ vbi iuramentũ ſimplr̄ interpoſitũ:et q2 iurat qs non venire cõtra cõtractũ vel etiã generaliter q2 iurat nõ venire contra aliqua rõne:vel ex aliqua cauſa q̄ hoc caſu etiã maior poterit cõtrauenire ratiõe enormis leſionis ſi fuerit deceptus vltra dimidiã iuſti p̄cij.ꝛ ſic tale iuramentum in dubio nõ excludet maiorẽ a remedio.d.l.ij.ꝛ multominus minorẽ. gl.tamen ꝛ cõiter doc.oẽs in.d.l.ij.ꝛ etiã in.c.pe.ſ.de [illegible] ven. tenent cõtra p quib9 facit:q2 certũ eſt q̄ etiã ſi nõ [illegible] et nõ cõtrauenire nõ tñ poſſet venire ɔtra ſi eſſet maio[illegible] dolo ex ꝓpoſito:niſi reperiret deceptus vltra dimi[illegible] p̄cij:ergo in dicto caſu ſi iuramentũ nõ excludit tale re[illegible] nihil operabitur contra ea que habent in.c.ſi papa.de p[illegible]m.vi.ꝛ.l.ſi q̃.ff.de lega.j.ꝛ p hoc etiã qd̄ habetur in.l.ſi d[illegible] marcellus.ꝛ.§.ſi quis iurauerit.ff.de iureiur.nã ex quo i[illegible] non ɔtrauenire iurat ſup facto contrauẽtionis que [illegible] eri rõne enormis leſionis:ergo illã includet iuramen[illegible] que habent in dictis iurib9.nec ob.qd̄ habet in [illegible] ibi loquit q̃

quis leditur per arbitratorẽ a ſe electũ.ꝛ ſic per actum tertij non repreſentantis perſonã eligentis.hic autẽ ledit quis ex ɔtractu per ſe inito:ideo hoc caſu facilius p̄iudicat iuramentũ.¶ No. tamen limitationẽ do.Ant.pro limitatione eor que habent in d.l.ij.q2 ſm eum ſolũ p̄cederet q̃ quis iuraret non cõtrauenire rõne enormis leſionis etiã ꝛ non q̃ ſimplr̄ non facta mentione de enormi leſiõe.ꝛ eſt notabilis limitatio ſi eſt vera:ſ3 vt dixi nõ videt procedere.ꝛ eſt contra opi.glo.ꝛ doct.ideo difficile eſſet in practica illã obtinere:ꝛ etiã de iure nõ videt p̄cedere:per ea que

51 dixi.¶ †Item etiã no.diligenter q2 voluit hic do.Ant.vt p3 ex p̄dictis q̄ etiã ſi minor iurat nõ venire contra cõtractum etiã ꝓpter enormem leſionẽ ratione minoris etatis vel alia quacũq3 q̄ nihilominus poterit petere abſolutionẽ a iuramento ſi appareat de enormi leſione.ꝛ ſm docto.debet limitari aut.ſacramenta.quia deberet intelligi q̃ non interueniret enormis leſio:al's poſſet peti abſolutio:etiã ſi iuraſſet nõ contrauenire rõne enormis leſionis:qd̄ eſt ſingulariſſime notandum ſi eſſet verum.ꝛ in hoc videt magis fauere minoribus quã fecerit do.Pet.q2 vult q̄ ſuccurrat minori ꝓpter enormẽ leſionẽ etiã ſi iurauerit nõ venire contra ratiõe enormis leſionis vbi aũt minor ſimpliciter iuraſſet non venire contra contractu3:tunc indubitanter ſm eum videret q̄ ratione enormis leſionis poſſet contrauenire q2 ſimplex iuramentũ.vt.ſ.dixi ſm eum etiã in maiore nõ extẽditur ad enormem leſionem:ergo multominus extenderet in minore. ꝛ ſcdm hoc etiã non petita aliqua abſolutione ſuccurreretur minori propter enormẽ leſionem:etiam ſi iuraſſet nõ cõtrauenire:ſi ſimpliciter iuraſſet:vel etiam ſi iuraſſet non cõtrauenire aliqua ratione vel cauſa.ꝛ ſic videt qd̄ poſſet petere reſtitutionẽ aduerſus contractũ ratione enormis leſionis:ex quo iuramentum ad ipſam enormem leſionẽ non trahit.per ea que habent in.l.ſi.C. de in integ.reſti.ꝛ ex hoc habes aliam limitationem ſm eum ad dictam aut.ſacramenta.q2 non habebit locum quando ſimplr̄ eſt iuratum ſi appareat de enormi leſione:q2 tunc ſuccurret etia3 nulla abſolutione petita a iuramento:vt ſic poſſit petere reſtitutionem in integrũ ratione enormis leſionis.¶ Item etiam nõ habet locum quãdo apparet de enormi leſione:etia3 ſi fuerit iuratum nõ cõtrauenire ratione enormis leſionis ratiõe minoris etatis vel alia quacũq3:q2 tunc licet valeat cõtractus ꝛ iuramentum.ꝛ ſic poſſit ſaluari dicta aut.ſacramenta.tamẽ poterit peti abſolutio a iuramẽto:ꝛ licet iſta videant in ſe habere magnam equitatem:tamẽ non vident de iure p̄cedere.ꝛ videt cõtra dictã aut.vbi ſimpliciter iuramentũ fuit interpoſitũ de nõ retractando ꝛ ſic de nõ veniendo cõtra ɔtum:ꝛ tamẽ ibi indiſtincte dicit q̄ tale iuramentum eſt ſeruandum:nec iuuabit ꝓpter leſionem nam non poterit petere ſe reſtitui vt vr̄ eſſe de mente illius tex. ꝛ etiam glo.ibi.ꝛ.l.j.co.ti.ꝛ.d.l.ij.de reſcin.vendi.ꝛ in.c.penul.ſ. de empt.ꝛ vendi.ꝛ etiã in corpore vnde ſumitur dicta aut.ſacramenta.ꝛ conſtat q̄ nõ datur reſtitutio ꝓpter leuem:ſed propter enormem leſionem.l.ſcio.ff.de reſti.in integ.ꝛ ideo vr̄ eſſe q̄ per tale iuramentũ etiã ſimplr̄ p̄ſtitũ excludat a bñficio reſtitutionis in integrũ.ꝛ p hoc etiam facit qd̄ habetur in.l.ſi duo.§.marcellus.ꝛ.§.ſi quis iurauerit.ff.de iureiu.inducendo put ſuperius induxi.eſt tamẽ verũ qd̄ Dy.quem ſequit Jo.an.in.d.c.pe.ſ.de emp.ꝛ vendi.dixit hoc verum ſi minor fuit certificatus de beneficio reſti.al's non nocebit ſibi iuramentu3 ꝛ mouet per id quod habet in ſimili in.l.ſi.§.penul.ff.ad velleia.vbi nõ nocet mulieri renuntiatio:niſi fuerit certificata de bñficio velleiani:ergo codẽ modo idem dicendum in minore quoad beneficium reſti.in integ.ꝛ p hoc etiam allegat q2 iuramẽtum nõ extenditur ad id qd̄ veriſimile eſt mentẽ iurantis non extendi.l.ſi.C.de non nume.

52 pecu.¶ †Itẽ renuntiatio non trahit ad veriſimiliter ignorata l.mater.ff.de inoffi.teſta.ſed in minore p̄ſumenda vr̄ ignorantia ſicut in muliere ꝛ ruſtico.p id quod habet in.l.regula.§.j.ff.de iur.ꝛ fac.igno.ꝛ in.l.j.§.ſi.ff.de eden.ꝛ.l.ij.§.ſi.ff.de iureiuran.ſic ergo vr̄ q̄ dicta renũtiatio non nocet quo ad beneficiũ reſti.ſi de illo nõ fuit certificatus.ꝛ p hoc q2 ſolennitas extranea nõ p̄ſumitur.l.quecũq3.§.ſi.ff.de publi.ꝛ.l.ſciendũ.ff.de ver.oblig.ꝛ ibi per glo.ꝛ Bart.ꝛ ibi etiam ad hoc dixi.¶ Sed aduerte q2 Bar. tenet ɔtra.ꝛ ſic dicit ſe de facto cõſuluiſſe in.d.l.ij.de reſcin.ven. p̄imo p dictã aut.ſacramẽta.vbi nil d3 de certioratione:ꝛ tamen ſm gl.ꝛ doc.excluditur ꝓpter iuramentũ p̄ſtitũ ſuper ɔtractu de nõ contrauenièdo a remedio reſtitutionis.ſcdm etiam p hoc adducit q2 l3 renũtiatio non trahatur ad oĩa ignorata.trahitur tñ ad illa de quib9 ſaltẽ in genere cogitauit.vt plene legit ꝛ not. in.l.ſub p̄textu ſpe.C.de tranſac.ſed hic ſaltẽ in genere vr̄ cogitaſſe.ex quo iurauit nõ cõtrauenire:ꝛ ɔuenire poterat rõne reſtitutionis:ergo iuramentũ ſibi d3 nocere.p id qd̄ habet in.d.l.ſub p̄textu.ꝛ.l.ſi duo.§.marcellus.ꝛ.§.ſi qs iurauerit.ff.de iureiur. vbi iuramẽtũ ſimplr̄ p̄ſtitũ ſup facto p̄iudicat in omni iure deſcendente:ſeu q̄ poteſt deſcẽdere ex ipſo facto:ꝛ hanc partẽ q̄

non requiratur

Ayuntamiento de Madrid

nõ requiraẜ certificatio in minore quo ad excludẽdum eũ a bene
ficio reſtitutionis ſi iurat non venire cõtra tenuit Archi.in.c.ij.
de pac.in.vj.ꝛ idẽ etiã dicit tenere Hoſtiẽ.ꝛ in practica nõ fit iſta
certioratio in minore ſ3 fiat in muliere.ꝛ ſic videẜ qđ cõſuetudo
approbet opi.Bar.Jdeo videẜ ꝙ difficile eſſet obtinere ↄtra.tñ
ſi tenemus ꝙ de iure mulier debeat certificari.forte poſſet de iu-
re defenſari qđ eadẽ ratione deberet minor certificari de bñficio
reſtitutionis,de quo plene dixi i.d.l.ſciẽdum.vnde hic vlterius
nõ inſiſto.nam nõ videreẜ abſurdũ ꝙ ſicut ſ3 lex expreſſe non di-
cat de certioratione bñficij velleia.ſed dicat ꝙ mulier põt renũ-
tiare velleia.ꝛ tñ interp̃tamur qđ reqraẜ certiorator.ita eodẽmõ
interpretamur auẜ.ſacrã qđ ſ3 minor poſſit ſibi preiudicare per
iuramẽtũ,vt ibi dr.tñ hoc intelligaẜ ſi fuerit certiorat⁹ de bñficio
reſtõnis,ꝛ hec opi.h3 equitatẽ ꝑpter deceptiones q̃ ſiunt mino-
ribus,tñ vt dixi practica videẜ obſeruare opi.Bart.quã etiã fuit
33 ſecut⁹ Archi.ꝛ Hoſti.¶†Jtẽ attẽde inquãtũ voluit do.Ant.ꝙ
poſſit peti abſolutio a iuramẽto propter enormẽ leſionẽ.ſ3 mi-
nor iurauerit nõ cõtrauenire etiã rõne enormis leſionis nõ vide
tur de iure vex.qꝛ ex quo expreſſe iurat nõ venire contra ratione
enormis leſionis d3 ſeruare iuramẽtũ ex quo põt ſeruari ſine in
teritu ſalutis eterne,ꝛ eſt ſpõte preſtitum.ſicut etiã ſi donaret rẽ
aliquã ꝛ iuraret non cõtrauenire qꝛ non audieẜ poſtea ſi non ar-
guaẜ dolus ex propoſito vt no.p glo.ꝛ doc.in dicta auẜ.ſacramẽ-
ta.ꝛ propter hoc non obſtat rõ do.Lato.dum dicit qđ nõ videẜ
eſſe abſq3 dolo ꝛ fraude ille qui contrahit cũ minore.nedum cõ-
ſumpturo,ſ3 cum actualiter conſumẽte male,ex quo eſt enormis
leſio:qꝛ iſtud non vr̃ vex ſi alr̃ nõ appareat de dolo vel fraude nã
alias eadẽ rõne non poſſet donare rẽ aliquam iurando nõ ↄue-
nire qꝛ tunc videẜ actualiter male conſumere patrimonium.ꝛ tñ
hoc eſt falſum,vt pt3 ex no.p gloſſ.ꝛ doct.in.d.auẜ.ſacramenta.ꝛ
ſic ratio ſua non videẜ procedere.nec etiam vr̃ vex ꝙ iſtud.c.ꝛ ſi-
milia iura intelligant excludere dolum re ipſa.imo potius vide-
tur oppoſitum p ea que no.p gl.ꝛ doct.in.d.l.ij.C.de rei vẽdi.ꝛ in
c.pe.j.de emptio.ꝛ ven.vbi patet ꝙ iuramẽtũ de nõ cõtrauenić-
do preſtitum p maiorẽ preiudicat ſibi quo ad remedium.d.l.ij.et
ſic etiã ſi enormis ſit leſio,ꝛ p cõſequẽs dolus re ipſa.d.l.ſi qs cũ
aliter.de v.obli.ꝛ ideo de tali dolo nõ vr̃ hic intelligendũ quan-
do interuenit iuramẽtũ nõ obſtat etiam p̃dictis,ꝙ habeẜ in.d.l.
ſi quis cũ ſciret.cum ſimilibus ſupra allega.qꝛ loquiẜ qñ ↄhereẜ
cum illo qui in turpẽ cauſam eſſet conſumpturus:quo caſu vide-
tur contrahẽs ſecum participare in delicto.facit.j.de ſen.excom.
ſi concubine,ideo tunc videreẜ ꝙ turpiter reciperet ipſe contra-
hens rẽ a minore,ꝛ pro tanto tũc bene ſuccurreẜ minori.ꝛ forte
in dicto caſu poſſet peti abſolutio a iuramento p id quod habe-
tur.s.eo.debitores,ſ3 in caſu iſto non apparet ꝙ minor eſſet cõ-
ſumpturus in turpem,vel in malũ vſum qđ accipiebat,ſ3 ſolum
apparebat qđ volebat ſibi p̃iudicare ne poſſet venire cõtra con-
tractũ etiam ratione enormis leſionis ꝙ videẜ facere potuiſſe.ſi-
cut ꝛ potuiſſet totam rem donare.vt ſuperius tetigi ꝛ nota.i.d.
auẜ.ſacramenta,ꝛ ſic multo fortius d3 ſibi p̃iudicare poſſe in par
tiali leſione etiam enormi.ꝛ ideo non videẜ ꝙ dictum do.Anto.
procedat,licet magnam equitatem habeat,nec videẜ etiam pro-
cedere dictum do.Petri circa auẜ.ſacramenta.quia vt dictũ eſt
s.non videẜ attẽdi dolus re ipſa.ex quo iuratum eſt non contra-
uenire,vt ſuperius dixi.Et qꝛ ſcđm ſentẽtiam glo.ꝛ docto.p iu-
ramentum in caſu dicte auẜ.colligitur remedium reſtitutionis.
ꝛ tamẽ conſtat ꝙ illa non datur propter leuem:ſed propter enor
mem leſionẽ.l.ſcio.ff.de in inte.reſti.nec poteſt etiam tũc peti ab-
ſolutio.qꝛ alias dicta auẜ.eſſet impoſita vbis ꝛ non rebus con-
tra ea que habẽtur in.c.commiſſa.§.porro.de elec.in.vj.ꝛ.l.ij.§.fi-
na.C.cõmunia de lega.ꝛ etiã tenet expreſſe Ang.in.d.l.ſi qs pro
eo.ad ſi.ꝛ voluit etiã Archi.in.c.ij.de pactis.in.vj.nec obſtat opi.
Vincen.quia illa non videẜ vera vt tetigi ſuper gloſſ.ij.ꝛ ſi dicas
ſaltem ſi leſio eſt vltra dimidiã iuſti pretij debet ſubueniri.reſpõ-
deo ꝙ ſi fuit iuratum p minorem non venire contra ratione mi-
noris etatis,fateor qđ poterit tunc minor intentare remedium.
l.ij.de rei ven.ex quo illi non eſt renuntiatũ.Si vero iuraſſet non
venire contra ratione minoris etatis,vel alia quacunq3 de cauſa
ꝛ tũc non poſſet venire cõtra etiã ſi eſſet deceptus vltra dimidiã
iuſti pretij,vt no.p gloſſ.ꝛ doc.in.d.l.ij.ꝛ etiã in.d.c.penul.de em-
ptio.ꝛ ven.ſi vero iuraſſet ſimplr̃ nõ venire contra tũc ſm Bar-
to.ꝛ etiã ſequitur Bal.in.d.l.ij.intelligeẜ iuraſſe non venire con-
tra rõne minoris etatis:qꝛ iuramentum in dubio repreſentat eũ
maiorem,vt no.glo.in.d.l.ij.ꝛ ſic non excludeẜ a remedio qđ cõ-
peteret maiori.Sali.aũt.in auẜ.ſacramenta.C.ſi aduerſus ven-
ditio.alr̃ loquiẜ in iſta materia ꝛ videtur tenere contrarium eius
quod vltimo dixi.vnde dicit qđ aut renuntiatio ꝛ iuramentum
reſtringitur ad beneficium competens ratione minoris etatis,
vt quia iurat non contrauenire ratione minoris etatis.ꝛ tũc cla-
rum quod non preiudicat in remedio iuris communis compe-
tenti rõne minoris pretij ſeu deceptionis vltra dimidiã iuſti pre
tij.qꝛ renũtiatio limitata limitatũ parere d3 effectũ.argumẽ.l.in
agris.ff.de acq.re.do.ꝛ.ff.de admi.tu.in.l.ita autẽ in prin.ſi autẽ
ſit renũtiatũ ꝛ iuratum nõ venire contra rõne minoritatis ꝑtij.
ꝛ ſic ratione remedij iuris cõmunis.d.l.ij.de rei vend.ꝛ tunc non
ꝓhibetur petere reſtit.in inte.ratione minoris etatis,ex quo iu-
ramentum eſt limitatum ad remedium iuris communis per ra-
tionem tactam in ſuperiori caſu,et ideo poſſet tunc petere reſti-
tutionem in integrum ratione minoris etatis.Si autem iurat
non contrauenire ratione minoris etatis:vel etiam ratione mi-
noritatis pretij,tunc quia vtriq3 remedio renuntiat non po-
terit contrauenire beneficio etatis.nec etiam per remedium di-
cte.l.ſecunde.ſi autem iurat ſimpliciter non contrauenire.tunc
ſm eũ debet conſiderari,an ex preambulis vel annexis iuramẽ-
to videatur ex mente facta reſtrictio ad certum remedium.nam
tunc illi ſoli intelligeẜ eſſe renuntiatum.arg.l.ſi ſeruus plurium
§.ſi.cum ibi nota.ff.de leg.j.ꝛ.l.titia.§.idem reſpondit.ff.de ver-
bo.oblig.exemplum ponit ſi dicatur in inſtrumento ꝛ talis ven-
ditor ſciens ſe minorem iurauit non contrauenire.nam tunc ex
mente ex quo facta eſt mentio minoris etatis videtur facta reſtri
ctio ad beneficium competens ratione etatis ꝛ plus dicit videl3
hoc procedere etiam ſi ſic dictum fuit:ꝛ talis ſciens ſe minorem
iurauit nullo modo contrauenire:quia intelligetur ſcil3 ratione
etatis.argu.d.l.ſi ſeruus plurium.ꝛ.d.l.titia.ſed melius facit qđ
habetur in.l.ſi de certa.C.de tranſactio.ſi autem ex preambulis
geſtis inter partes vel annexis iuramẽto nõ poſſit colligi reſtri-
ctio ꝛ ſimpliciter fuerit iuratum non contrauenire,tunc dicit ꝙ
ſm docto.videtur renũtiatum eſſe vtriq3 remedio,intelligit ta-
men Dy.ſm eum.ita demũ videri renuntiatum beneficio reſti-
tutionis competẽtis ratione minoris etatis ſi de illo fuerit certi
ficatus,licet ſm opi.Bart.de qua in.d.auẜ.ſacramẽta.ꝛ in.d.l.ij.
non requiratur certificatio.ꝛ pro iſta opinio.qđ vtriq3 remedio
intelligaẜ renuntiatum allegat quod legitur ꝛ notatur per gloſſ.
in.l.j.§.ſ3 videndum.ff.de ſucceſ.edic.vbi quãdo alicui competũt
plura remedia:ſi ſimpliciter renũtiat videẜ omnibus renuntia-
re,ſecus ſi limitate fiat renuntiatio.Sed aduerte inq̃tum tetigi
an requiraẜ minorem eſſe certificatũ de beneficio reſtitutionis.
Bal.in.d.auẜ.ſacramẽta.ꝛ etiã in.d.l.ij.de reſcin.vendi.concor-
dat opi.nam dicit ꝙ opi.Bar.poteſt ꝓcedere quãdo minor ↄxit
cũ curatore,qꝛ ſciẽtia curatoris cẽſeẜ eſſe ſciẽtia ipſius minoris,
allegat qđ legitur ꝛ notaẜ in.l.pupillus.ff.de acqui.here.ꝛ ideo
tunc preiudicat renũtiatio,ſ3 nõ fuerit certificatus.ſecus quãdo
ↄheret ſine curatore ſ3 ↄheret etiã cũ decreto iudicis quia minor
preſumitur ignorare per id qđ habeẜ in.l.j.in ſi.ff.de eden.ꝛ in.l.
regula.§.j.ff.de iuris ꝛ facti igno.nec eſt qui tunc ſuppleat ſcien-
tiam que nõ ſuppleẜ etiã ex facto iudicis cũ hoc nõ reperiaẜ iure
cautũ.ꝛ ideo hoc caſu ꝓcedat opi.Dy.quia cũ vt dixi minor pre-
ſumaẜ ignorare beneficiũ ſibi competens ratione minoris eta-
tis nõ videẜ ꝙ trahaẜ renũtiatio ad tale beneficiũ:niſi fuerit cer-
tioratus p ea que habenẜ in.l.qui cũ tutoribus.ꝛ in.l.cũ aquilia-
na.ff.de tranſac.ꝛ in.l.legitimã.ff.de peti.here.ꝛ in.l.mater.ff.de
inoffi.teſta.ꝛ quod notaẜ p glo.in auẜ.quõ oportet epiſ.§.ſ3 neq3
eſt eruditus.circa ſi.in gloſſ.que incipit no.ꝛc.ſed Salic.in.d.auẜ.
ſacramẽta.nõ placet hec diſtinctio:quia ſm eũ reperiẜ iure cau-
tum ꝙ iudex põt ſupplere defectũ tutoris ꝛ curatoris.l.bonorũ.
C.qui ad bo.poſ.ꝛ.l.ſi infanti.circa ſi.C.de in.delibe.ꝛ eadẽ rõne
videẜ ꝙ ſcia iudicis poſſit ſupplere id qđ ſupplet ſciẽtia curato-
ris.Preterea vt ipſe etiã tãgit ſ3 curator ſciat ipſe minor neſcit
qui eſt ille qui principaliter renũtiat.ꝛ ſic vr̃ qđ cũ ipſe preſumaẜ
ignorare vt eſt dictũ qđ nõ deberet nocere etiã qñ interuenit cu-
rator.aliter tñ nõ declarat q̃ opi.ſit verior de iure,ſed de hoc teti
gi plene ſuperius.nam tunc cum Bar.concordat Jo.an.Hoſti.
ꝛ Archi.vt patet ex his que notauit Joã.and.ꝛ Archi.in.c.ij.de
pac.in.vj.ꝛ cõiter etiam videẜ practicari opi.Bart.quia cõmuni-
ter nõ certificanẜ minores qñ preſtant ſacramẽta.ꝛ tñ nõ audiũ-
tur ſi poſtea velint ↄuenire,ꝛ ſic ↄſuetudo videẜ approbare opi.
Barto.ꝛ ideo practica veriſimiliter ſaluaretur.licet Cyn.videa-
tur ſequi opinio.Dy.in.d.l.ij.ꝛ etiã Joã.an.videaẜ tranſire cum
illis in.d.c.pe.aliter tñ loquiẜ in.d.c.ij.de pac.in.vj.de iuris tñ ri-
gore [illegible] tenendũ recurre ad ea que ſuperius dixi in vſic.ſ3 ad-
uerte q[illegible]r.tenet ↄtrariũ ꝛc.ꝛ pro opi.etiã Dy.facit qꝛ minor ne-
ſcit vir[illegible]mẽti niſi ſit certioratus excludiẜ p iuramentum
ꝛ ideo vi[illegible]uo p̃iudicio cõſentire:qꝛ iuramẽtũ eſt de iure na-
turali ſeu [illegible] reqrit cõſenſum.l.ſi.C.de non nu.pecu.ꝛ facit
qđ not.Ba[illegible]in.viij.q.ꝛ ſeq.¶ Jtem aduerte qꝛ Ange.in
dicta auẜ.ſa[illegible]ã.cõcludit circa iſtum articulum quãdo mi-
nor iurat n[illegible]ire ꝙ aut iurat nõ venire cõtra ratione mi
noris etatis [illegible] impediẜ intẽtare remedium.l.ij.aut iurat
nõ venire co[illegible]a de cauſa.ꝛ tunc nõ poterit venire contra
rõne etatis [illegible]per remedium dicte.l.ij.Jdem dicit ſi ſimplr̃

Ayuntamiento de Madrid

iuret nõ cõtrauenire.⁊ ſic dicit eſſe de mente doc.ꝙ tale iuramẽtum generale preiudicet in vtroq; remedio,⁊ idẽ etiã voluit Salice.in hoc vltimo,vt.ſ.tetigi quãdo nõ apparet ex preambulis vel annexis iuramento qđ fieri debeat reſtrictio.Sed certe licet Ange.⁊ Sali.dicant docto.hoc velle ꝙ quãdo ſimpliciter iurat nõ cõtrauenire ꝙ ꝓiudicat in vtroq; remedio:tñ hoc non videt̃ verũ q̄ Bar.⁊ Bal.expreſſe dicunt cõtrarium,vt patet ex nota.ꝑ eos in.d.l.ij.⁊ videtur etiam fuiſſe de mẽte glo.ibi ⁊ etiã i.c.penul.de emptio.⁊ vendi.inquãtum volũt ꝙ vbi iurat minor ſimpliciter non contrauenire iuramẽtum repreſentet eum maiorẽ.⁊ ideo nõ excludat̃ a beneficio.d.l.ij.⁊ hec opi.videt̃ equior.⁊ videtur etiã ſatis de iure ꝓcedere ſi ipſe qui re vera erat minor apparebat etiam minor ex aſpectu.nam tũc videtur ꝙ iuramẽtũ intelligat̃ preſtitum ſm̃ qualitatẽ perſone.⁊ ſic tanq̃ a minore argu.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu ⁊ habi.⁊ qđ legitur ⁊ notat̃ in.c.ſolite.de ma.⁊ obe.¶ Si autẽ nõ eſſet facta mentio minoris etatis nec ex aſpectu etiã appareret minor:tunc forte poſſet dici qđ ꝓcedat opi.Sali.ꝑ ea que habent̃ in.d.l.j.§.ſed videndum.q̄ non videt̃ tunc ſubeſſe coniectura ꝑ quam videatur ꝙ iuramentum reſtringat̃ ſolũ ad beneficiũ competens ratione etatis,⁊ ſic videtur ꝙ iuramẽtum tunc comprehendat vtrũq; remedium:q̄ preſtatur ſimpliciter ſuꝑ facto cõtrauentionis:⁊ ſic omnẽ viam contraueniendi videt̃ comprehendere per id quod legit̃ ⁊ notat̃ in.l.ſi duo.§.marcellus.⁊.§.ſi quis iurauerit.ff.de iureiuran.⁊ ꝙ trahatur ad vtrũq; remediũ tenuit Pet.vt refert Cyn.in.l.ij.in.q.v.C.de reſcin.vendi.tamẽ glo.in.d.l.ij.⁊ in dicto.c.penul.⁊ etiam Bart.⁊ Bal.vt ſupra tetigi volunt indiſtincte qđ ex quo re vera iurans eſt minor ꝙ tunc tale iuramentũ ſatis operetur qđ facit eum haberi pro maiore: et ideo non tolletur in dubio beneficio dicte.l.ij.⁊ hanc opinio.etiam tenuit Nico.de mat.vt refert Bal.in.d.l.ij.ante.x.q.pro qua alleg.quod habetur in.l.j.C.ſi ma.fac.vbi patet qđ minor factus maior ſi ratificat venditionem factã i minoritate ſine ſacramẽto nõ tollit ſibi beneficiũ.d.l.ij.⁊ ſic eodẽ modo nõ tollet ſibi dictũ remediũ minor ſi cõtrahit cũ ſacramẽto:niſi ſpecialiter hoc exprimat eadẽ ratione.vnde vt dixit Ange.in.d.aut.ſacramẽta.de cautela eſt ad omne dubium tollendũ qđ quis faciat exprimi ꝙ iurat nõ venire cõtra ratione minoris etatis aut alia quacũq; de cauſa.⁊ qđ etiam faciat exprimi ꝙ minor fuit certificatus de beneficio reſtitutionis,⁊ ſic minoris etatis ꝓpter opi.Dy.de qua ſuperius dixi.⁊ hec opinio eſt equior:⁊ forte ſeruaretur in practica propter autoritatem gloſſ.⁊ Bar.⁊
34 Bal.lʒ de iure forte ꝓcederet id qđ ſuperius dixi.¶ † Itẽ aduerte inq̄tũ dixi ꝙ ſi iurat nõ venire cõtra ratiõe minoris pretij poteſt eſſe dubium an ꝑ hoc videatur renuntiatum remedio.d.l.ij.nam Salic.declarat quia non ita ſpecifice exẽplificat vt.ſ.feci.vt patet ex lectis eius in.d.aut.ſacramenta.in ver.quero.cum gloſſ.quid ſi iſte minor fuit deceptus.nã ſolũ dicit aut quis iurando ſe reſtringit ad beneficiũ etatis aut ad beneficiũ iuris cõis aut ſuper vtroq; expreſſim iurauit nõ venire cõtra.ſed Bal.in.d.l.ij.C.de reſcin.ven.in.viij.q.⁊ etiã circa ſi.ſeq.ante.x.⁊ etiam glo.i.d.l.ij.in gloſſ.mag.in verſi.niſi ⁊ ipſe iuraſſet ⁊c.videtur velle qđ ſic.ſed in contrarium facit:quia poteſt eſſe minus pretium etiã iter dimidiã cuius vigore competeret reſtitutio in integrũ.⁊ ſic ſatis videtur ꝙ operetur tunc iuramentum ſi operetur ꝙ tollatur remedium in integrũ reſtitutionis competens ratione minoris leſionis pretij ſi ſit leſio in dimidia vel intra dimidiam.⁊ ideo videtur ꝙ nõ retrahatur ad enormẽ leſionem quãdo videlʒ eſſet leſio vltra dimidiã.⁊ pro iſta parte facit qđ not.per doc.maxime Barto.in.d.l.ij.vbi dicit ꝙ ſi dicatur in inſtrumento venditionis qđ talis vendidit rem pro tãto pretio:⁊ ſi in aliquo plus valet illud donat.⁊ pro hoc nõ intelligitur renuntiatum beneficio dicte.l.ij.quia talis adiectio refertur ad modicum per ea que habentur in l.hec adiectio.ff.de verbo.ſigni.⁊.l.cum filius.§.cum pater.ff.de lega.ij.⁊ hoc etiam ſequitur ibi Bald.in.d.l.ij.licet dicat Nico.de ma.tenuiſſe contrarium:ſed ipſe dicit opinio.eius ſaluari poſſe quando dictum eſſet.⁊ ſi in aliquo plus valeret etiam id ⁊ totum quantũcũq; ſit illud donat facit quod habetur in.l.iulia.in princi.de leg.iij.ſecus quando ſimpliciter dicitur ⁊ ſi plus valet illud donat.quia tunc procedit opinio Barto.⁊ non per hoc excluditur remedium.d.l.ij.⁊ per hoc vt dixi ſatis videtur p[illegible]nferri ꝙ ſi ſimpliciter fuerit iuratum nõ venire cõtra rati[illegible]minoris pretij nõ trahatur dicta renũtiatio:quãdo eſſet v[illegible]ormis,⁊ ſic vltra dimidiam iuſti ꝑtij.licet Bal.aliter vi[illegible]enſiſſe in dicta.l.ij.in.viij.q.quod tene menti.¶ Aduer[illegible] quia poteſt dici ꝙ Bal.loquitur quando ex certa ſ[illegible] minor nõ cõtrauenire ratione etatis nec ratione m[illegible]ij,ſecus ſi ꝑ errorẽ facti:quia ignorat verum pretium [illegible]enire contra ratione minoris pretij.¶ Item etiam po[illegible] gloſſ.poſita in dicta.l.ij.loquit̃ quando minor iurat no[illegible]ontra ratione minoris etatis:nec ratione mi[illegible]c cũ ex pri-

ma ꝑte renuntiationis ſeu iuramẽti tollat̃ remedium reſtitutionis cõpetẽs ꝑ leſione infra dimidiã vel in dimidia.ſcđa pars iuramenti neceſſario erit intelligenda vt aliquid operet̃ de minori pretio vltra dimidiam.ſecus videt̃ ſi minor ſolum iuraret non venire contra rõne minoris pretij:q̄ tunc videt̃ poſſe procedere dubiũ.de quo ſuperius dixi.Si aũt maior iuraret nõ venire contra rõne minoris pretij ſatis videt̃ ꝙ ſufficiat ad tollendũ remedium.d.l.ij.q̄ maior non competit remedium rõne minoritatis pretij:niſi ſit vltra dimidiã.vt ptʒ ex his que habẽtur in.c.in cauſe.§.idem pompo.ff.de mino.iuncta.d.l.ij.¶ Ideo tunc neceſſario comprehẽdit remediũ.d.l.ij.facit quod habet̃ in.l.ij.ff.de lib.⁊ poſthu.⁊ qđ no.per Bar.in ſimili in.l.ſi quis.in princ.ff.de leg.iij.¶ Et aduerte etiã quia notabiliter dixit Bal.ꝙ licet qs promittat nõ cõtrauenire vel generaliter renuntiet omni beneficio competẽti non videtur per hoc renũtiaſſe remedio.d.l.ij.⁊ ſic dicit etiam tenuiſſe Nico.de ma.quia nõ videt̃ hoc caſu ſufficere generalis renũtiatio que non trahit̃ in dubio ad ea que quis veriſimiliter preſumitur ignorare ꝑ ea que habẽtur in.l.qui cum tutoribus.⁊.l.cum aquiliana.ff.de tranſac.⁊ in dubio nõ preſumit̃ quis ſciuiſſe pretiũ rei quando reperitur deceptio vltra dimidiã iuſti pretij,vt eſt text.cum gloſ.in.l.quiſquis.C.de reſcin.vendi.⁊ ibi etiam no.ꝑ Bart.⁊ pro hoc etiã facit quia cũ cõiter in inſtrumentis apponat̃ illa clauſula qđ ꝑtes ꝓmittunt predicta obſeruare ⁊ nõ ꝯtrafacere vel nõ ꝯuenire nũq̃ haberet locũ remediũ d.l.ij.ſi eo ipſo ꝙ ꝓmittit nõ ꝯtrauenire intelligit̃ quis renũtiaſſe remedio.d.l.ij.ꝙ tene mẽti.Sʒ ꝯtra hoc fortiter facit q̄ ſi tenemus iſtã opi.vr̃ ꝙ etiã ſi iuramentũ interponat̃ ⁊ iuret̃ nõ cõtrauenire ꝙ non ꝑ hoc ꝑdatur remediũ.d.l.ij.quia iuramentum nõ extendit̃ vltra mentẽ ꝑtium.per id qđ habet̃ in.l.ſi.C.de nõ nu.pecu.⁊ qđ nota.Bar.in.l.ſi quis ꝓ eo.circa ſi.ff.de fideiuſ.⁊ tamẽ glo.cũ q̄bus tranſeunt doc.vident̃ velle ꝙ qñ maior iurat ſimpliciter nõ cõtrauenire ꝙ iſto caſu nõ habeat remedium.d.l.ij.vt pʒ ex not.ꝑ glo.in.d.l.ij.⁊ in.d.c.pe.de emptio.⁊ vendi.⁊ ſi ſuſtinẽdo opi.Nico.vellẽs dicere ꝙ hoc operet̃ autoritas ſacramẽti nõ videret̃ bene dictum ꝑ rõnem quam ſupra tetigi:q̄ iuramentũ nõ dʒ extendi vltra mentẽ ꝑtium.⁊ ſic mens partiũ nõ videt̃ in dubio eſſe qđ velint ſibi ꝓiudicare:qñ enormis eſt leſio q̄ vltra dimidiã nõ debebit ſimiliter ſacramentũ ad talẽ caſum ſe extendere.Iſte articulus nõ vr̃ bñ declaratus per docto.de materia tetigit Bal.in.d.l.ij.in.iiij.q.⁊ ſeq.vſq; ad decimã.potes cõcludere quãdo qs vendit rem minus dimidia iuſti pretij qđ aut vẽdidit ſine ſacr̃o:aut cũ ſacramẽto primo caſu aut quis ſciẽter vẽdidit ſciẽs verũ pretiũ rei,aut vẽdidit ignoranter ignorans videlʒ verũ pretium rei:aut dubitatur an ſciuerit vel ignorauerit, primo caſu qñ ſciẽter vẽdidit minus dimidia iuſti pretij,tũc nõ hʒ remediũ d.l.ij.q̄ deceptio re ipſa que ſurgit ex leſione vltra dimidiã.facit qđ legit̃ ⁊ notat̃ in.l.ſi quis cũ aliter.ff.de verbo.obli.nõ hʒ locum hoc caſu quia ſciẽti ⁊ volenti non videt̃ inferri iniuria vel dolus.facit.l.cũ donationis.C.de trãſac.⁊ de reg.iur.ſciẽti.lib.vj.⁊.l.j.i ſi.de actio.empti.⁊ q̄ ex quo ſcienter vẽdidit videtur velle donare quatenus plus valet per id qđ legit̃ ⁊ notat̃ in.l.j.ff.de condi.indebi.⁊ videt̃ etiã ex quo ſcit tacite renuntiare remedio.d.l.ij.ꝑ id qđ habet̃ in.l.q̄rit̃.§.ſi vẽditor.ff.de edi.edic.⁊ idõ non habebit remediũ.d.l.ij.hoc autẽ limitat Bal.notabiliter in.l.ij.in.iiij.q̄ō.procedere niſi qualitas ꝑſone ſuaderet qđ potius ex ſimplicitate q̃ liberalitate facta eſſet venditio.argu.l.cum de indebito.§.i.ff.de proba.⁊ ideo ſm̃ eum in muliere ⁊ minore requiritur ꝙ ſint certiorati de beneficio.dicta.l.⁊ idem dicit in ruſtico qui circa ruralia verſatur ⁊ operatur.allegat quod habetur in.l.athlete.§.de ruſticis.ff.de excuſa.tuto.⁊ in.l.fina.C.de teſta.⁊ hec limitatio eſt valde equa.⁊ notanda tamen videtur qđ de iure nõ procedat.quia ſi ſcit mulier verum pretiũ rei,⁊ nihilominus vẽdit pro minori videt̃ ꝙ velit donare reſiduũ per id qđ habet̃ in.d.l.j.⁊.ff.de regu.iu.in.l.cuius ꝑ errorem.Ita videt̃ ꝙ hoc caſu ſibi non ſubueniat̃,⁊ pro hoc etiã quia non ſubuenit̃ maſculo.vt patet ex ſuperius dictis.ergo nec mulieri cum non reperiat̃ hoc expreſſum ꝑ ea que leguntur ⁊ notantur in.l.fin.C.de iu.⁊ facti igno.nec ob.dicta.l.cum de indebito:quia loquit̃ quando eſt dubium: an ſciuerit indebitũ vel non.vnde tunc mulier ⁊ etiã ruſticus preſumitur putaſſe fuiſſe debitum id qđ ſoluit ⁊ ſimiliter minor.Ideo ſibi nõ incumbit probatio:ſed aduerſario.ſecus in maiore qui nõ ſit ruſticus:quia preſumptio eſt cõtra ipſum tunc.Ideo tunc debet ꝓbare qđ ſit indebitũ,vt ibi dr̃.⁊ ſic dicta lex non facit ad caſum qñ mulier ſciẽter indebitũ ſoluerit.tene tñ mẽti dictũ Bal.Scđo caſu qñ ignoranter vẽdidit:tũc clarũ qđ hʒ remediũ.d.l.ij.qđ dicit Bal.notabilr̃ ꝓcedere etiã ſi renũtiatũ ſit generalr̃ omni bñficio cõpetẽti:q̄ ſm̃ eũ talis renũtiatio nõ hʒ ꝓiudicare in beneficio qđ cõpetit rõne ignorãtie facti ſm̃ Nico.de mat.alleg.qđ hʒ in.l.cũ aquiliana.ff.de trãſac.⁊ in.l.j.ff.ſi qs in ius vo.nõ ierit.⁊ ꝑ iſta ꝑte etiã põt allegari qđ legit̃ ⁊ no.in.l.ſed ⁊ ſi quis.§.queſitum.

Ayuntamiento de Madrid

ſitum.§.ſi quis cauti.ꝛ per hoc etiã videt eadem ratione qđ ſi vẽ-
dens ſimpliciter promittat nõ venire cõtra qđ nõ preiudicet ſibi
in remedio.d.l.ij.ꝛ iſtud videtur ſcđm Butrig.in.d.l.ij.eſſe de mẽ
te glo.ibi ex quo nõ interuenit iuramẽtum:ſed qđ iſta opinio ſit
vera patebit ex ſequẽtibus.¶ Tertio caſu quãdo dubitatur di-
cit poſt Nico.de ma.recurrẽdum ad coniecturas:quia ſi conſue-
tum ſit verſari circa agriculturã preſumitur ſcire.ſecus ſi res ſit
forte in longinquo poſita vel habet latũ patrimoniũ,ita ꝙ veri-
ſimiliter nõ habet notitiã dictaꝝ rerũ,tunc preſumetur ignorãs
ſi aũt non adſint coniecture tunc in dubio ex quo leſio eſt vltra di
midiam preſumit potius ignoraſſe argu.l.cum de indebito.ff.de
proba.ꝛ de hoc eſt tex.cum glo.in.l.quiſquis.C.de reſcin.vendi.
ꝛ ibi nota.ꝑ Barto.ſi aũt adijciatur ꝛ illud quod plus valet do-
nat quid tenẽdũ dixi.ſ.q: ſcđm Nico.tunc tollitur remedium.d.
l.ij.ſ; Bar.contra Bal.cõcordat opi.vt ſupra tetigi:ꝛ etiam ſub-
dit quid iuris ſi aliquis vendit rẽ pro minus dimidia iuſti pretij
cum pacto qđ infra certum tempꝰ poſſit redimere an ſi infra tẽ-
pus nõ redimat poterit poſt tempus habere remediũ.d.l.ij.ꝛ fi-
naliter concludit qđ ſic:q: tunc duo remedia ſibi competebant.ſ.
remedium redimendi infra tempus ꝛ remedium.d.l.ij.ꝛ ideo li-
cet excludatur ꝑ lapſum termini a primo,facit qđ habetur in.l.
ſtatuliberũ.§.ſtichũ.ff.de leg.ij.tñ non excluditur a ſcđo.facit qđ
habetur in.c.paſtoralis.ĩ.de priuileg.ꝛ in.l.ſi ſeruitus.ff.de ſer-
uitu.vrb.predio.¶ Scđo caſu quando vẽdidit cum iuramento
tũc concludit Bal.ꝙ ſi eſt minor nõ perdit beneficiũ.d.l.ij.ꝛ hoc
ſi iurat non venire contra ratione minoris etatis,ꝛ idem dicit ſi
iurat non venire contra ratione minoris pretij ſi erat in ignorã-
tia facti,ſecus ſi ex certa ſciẽtia iuret nõ venire cõtra ratione eta
tis:nec ratione minoris pretij:tũc nõ poſſet cõtrauenire niſi do-
lus aduerſarij probaret.ſi aũt ſimpliciter iurat minor nõ contra-
uenire.tenet poſt Nico.quod ſupra dixi ꝙ nõ perdit beneficium
d.l.ij.ꝛ ſic in maiore iurantẽ videtur remanere cum gloſſ.d.l.ij.
que vult qđ excludatur ꝑ iuramentum a beneficio.d.l.¶ Sed ad
uerte quia ꝯtra iſtam cõmunem opinionẽ que habet qđ ſi maior
iurat nõ cõtrauenire non habet remediũ dicte.l.ij.C.de rei ven-
di.ſiue nullo modo iurauerit contrauenire,vt dixit gloſ.in dicta
l.ij.ſiue iurauerit ſimpliciter non cõtrauenire.vt dixit gloſ.in di-
cto.c.penul.fortiter facit qđ ſuperius tetigit poſt Bal.ꝛ Nico.de
ma.nam ſi quando maior ꝓmittit non contrauenire vel renun-
tiet omni beneficio ſibi competẽti non excluditur a remedio di-
cte.l.ij.quia dicta promiſſio ꝛ renũtiatio non trahũtur ad reme-
dium quod quis ignorat vel preſumitur ignorare per iura que ſu-
perius allegaui eadem ratione videtur dicendum qđ iuramen-
tum preſtitum ſuper dicta promiſſione vel renũtiatione:vel etiã
ſi ſimpliciter iuretur non contrauenire videt ꝙ non trahatur ad
dictum remedium qđ quis ignorat vel preſumitur ignorare ar-
gu.eorum que habentur in.l.fin.C.de non nume.pecu.vbi iura-
mentũ ſe non extẽdit ad id qđ ſe non extendit mens partiũ.ꝛ no
tauit etiã Bar.in.d.l.ſi quis pro eo.circa fi.ꝛ facit etiã quod nota
uit Bar.in.l.ſed ꝛ ſi quis.§.queſitũ.ff.ſi quis cau.vbi cõcludit qđ
ad quẽcũꝗ caſum non extẽdit renunciatio,nõ extẽdit etiam iu-
ramentũ,ꝛ iſtam partẽ etiam videt tenuiſſe Rofre.vt refert Ja
co.de butri.in.d.l.ij.vbi dicit ꝙ tale iuramentũ recipit conditio-
nem niſi appareat de enormi leſione ꝑ id quod habetur in.l.ſi li-
bertus.ff.de ope.libẽ.ꝛ ſic no videtur preiudicare quando eſt de-
ceptio vltra dimidiam.ꝛ pro iſta pte etiam faciat q: ſi quis renũ-
tiat reductionẽ ad arbitriũ boni viri vel promittit nõ petere re-
ductionẽ nõ preiudicat ſi ſequat enormis leſio,vt voluit Bart.
in.l.ſocietatẽ.§.arbitroꝝ.ff.pro ſocio.ꝛ Joã.and.in addi.Specu.
in tit.de arbitro.§.ſi.ſuper ver.item quid ſi compromiſſum.ꝛ pro
iſta pte etiam facit quod notauit idem Bar.in.l.ſi.ff.de preto.ſti
pu.vbi ſi quis cõpromittit vel iurat ſtare dicto alterius,intelligi
tur niſi enormiter ledat:ꝛ ſic non preiudicat ſi appareat de enor-
mi leſione.Jdẽ videt velle Bal.in titu.de pac.iura.fir.in.§.item
ſacramenta.in vſibus feudoꝝ.ad dictã tñ.l.ſi libertus,ꝛ ad id qđ
dixi de renũtiante ad arbitriũ boni viri poſſet reſpõderi vt teti-
git Jacob.butri.in.d.l.ij.qđ loquũtur qñ quis ledit per alium:q:
ex facto arbitratoris,hic aũt qñ ledit ꝑ ſeipſum.ꝛ ex ſuo contra-
ctu.quo caſu non eſt ſiẽda oĩmoda equiparatio.nam maior leſio
requirit qñ quis leditur per ſeipſum:quia requiritur qđ ſit vltra
dimidiam.vt ptꝫ in.d.l.ij.quã requirat qñ quis leditur per alium
quia ſufficit minor leſio,ꝛ ſi ſit intra dimidiã.vt patet ex his que
habent in.d.l.ſi quis ſocietatem.§.arbitroꝝ.per Bart.ff.pro ſo-
cio.ſed pro glo.facit quia ſicut iuramentũ preſtitũ per minorem
de nõ cõtraueniẽdo rõne minoris etatis preiudicat ſibi ꝛ ſimili-
ter quãdo ſimpliciter iurat nõ cõtrauenire:q: preiudicat ſaltem
rõne minoris etatis,ꝛ ſic in beneficio qđ competere poteſt ratio
etatis,vt in auť.ſacramenta.C.ſi aduer.vendi.ꝛ facit qđ ibi not.
ꝑ Bar.in.d.l.ij.¶ Item videtur ꝙ ſi maior iurat non contraue-
nire preiudicet in beneficio qđ ſibi cõpetit ratione maioris eta-
tis:ſeu etiã ſi ſit maioris etatis ratione deceptionis vltra dimi-
diam.cum eadem videtur ratio:ꝛ ꝑ conſequẽs idem ius dici de-
beat arg.c.tranſlato.ſ.de cõſtitu.ꝛ.ſ.de tranſla.in.c.ij.ꝛ.ff.ad le.
aqui.l.illud.cum ſimi.Jtem etiã quia ſicut ſi maior promittit nõ
cõtrauenire,etiam non appoſito iuramẽto videtur ꝙ obſtet ſibi
exceptio ſi velit intentare remediũ dicte.l.ij.quia tunc videt ve-
nire cõtra ſuam promiſſionẽ,vt ibi voluit Jaco.butr.ꝛ etiã glo.
in.d.l.ij.ꝛ Rofre.in ſuis libellis,in rubri.ſi aliquis emerit ſeruũ
vel liberũ.in penul.col.pro precedenti tamen parte fortiter facit
quod habetur in.l.ſi.§.idem queſijt.ff.de condi.indebi.vbi patet
ꝙ quãdo ex errore deducitur quis ad aliquẽ actum:licet promit
tat nullo modo cõtrauenire nõ ſit ſibi preiudiciũ.vt ibi eſt caſus
ſingula.vel valde notabi.vnde ſi quis per ignorantiam ſoluit in-
debite.ꝛ promittit nullam controuerſiã mouere:ꝛ ſic nullo mo-
do contrauenire nõ preiudicat ſibi quominus poſſit repetere ſo
lutum ꝑ condictionem indebiti.ꝛ ratio eſt ſcđm Bart.ibi quia ex
eodẽ errore ex quo inducitur ad ſoluendum indebitum videtur
induci etiã ad faciendã dictam promiſſionẽ.ꝛ ideo nõ debet pre-
iudicare argu.l.doli except.§.diuerſum.ff.de noua.ꝛ qđ habetur
in.l.ſi mulier.C.ad velleia.facit etiã qđ nota.idem Bart.in.l.qui
rome.§.duo fratres.ff.de verbo.oblig.ſcđm vnum intellectũ.ꝛ plus
notabiliter dixit Bar.in.d.§.idem queſijt.qđ etiam ſi renuntia-
ret condic.indebi.ꝛ ſine cauſa,ꝛ omni alij auxilio qđ non preiu-
dicabit talis renuntiatio per rationem predictam,ſ; certe iſtud
vltimum videt valde durum:quia ſi expreſſe renuntiat cõdictio-
ni indebiti apparet aperte ꝙ in renuntiatione cogitauit de ipſa
condictione debiti ſpecifice:ergo videtur ꝙ tunc fiat ſibi preiudi
cium:ex quo illi expreſſe renũtiat arg.l.penul.C.de pac.ꝛ.ĩ.de re-
gu.ad apoſtolicam.ꝛ quia forte non putaret illam ſibi compete-
re,tamen quia in genere potuit cogitare illam ſibi poſſe compe-
tere:ex quo ſpecifice renuntiat dicte cõdictioni indebiti videtur
ꝙ ſibi preiudicet per id quod habetur in.l.qui iure.ff.de milita-
ri teſtamen.ꝛ quod nota.Barto.in.l.ſi de certa.ꝛ.l.ſub pretextu.
C.de tranſac.ꝛ ſic per illa que habẽtur in.d.§.idem queſijt.et per
ea que ſuperius tetigi videret ꝙ iuramentum de nõ cõtrauenien
do nõ excludat a remedio dicte.l.ij.quia ex eodem errore ex quo
inducitur ad vendendum rem valentem vltra dimidiam pro mi-
nori pretio ex eodem videtur induci ad preſtandum iuramentũ.
ſed pro gloſſ.faciũt rationes quas.ſ.tetigi.ꝛ quia ex quo iuratur
ſimpliciter ſuper facto non contrauentionis videtur per tale iu
ramentum excludi omne remedium tendẽs ad contrauentionẽ
argu.l.ſi duo patroni.§.marcellus.ꝛ.§.ſi quis iurauerit.ff.de iu-
reiuran.ꝛ quod nota.Bart.in.d.l.ij.ꝛ.d.auť.ſacramenta.ꝛ ſic vi-
detur ꝙ per ſacramentum excludatur remedium.d.l.ij.cum per
tale remedium dicatur quis venire contra cõtractum,vt aperte
voluit gloſ.in.d.l.ij.licet Plac.tenuerit contrarium vt ibi refert
glo.quid igitur dicendum in hoc articulo non poteſt negari hũc
paſſum eſſe dubium propter ea que ſuperius ſunt tacta videret
poſſe dici ꝙ ſi maior iurãs eſt perſona que preſumitur ius igno-
rare vt eſt mulier ꝛ ruſticus.l.regula.§.j.ff.de iur.ꝛ facti ignoran.
ꝛ.l.j.ad finẽ.ff.de eden.ꝛ.l.ij.§.ſi.ff.de iu.fiſci.tunc q: nõ preſumi-
tur habere notitiam remedij dicte.l.ij.tempore quo contrahit vi
detur ꝙ tunc non excludatur a dicto remedio per dictum iura-
mentum:quia ex quo preſumitur illud ignoraſſe non videtur ve
riſimiliter voluiſſe illi renuntiare per tale ſacramentum.ſed vbi
eſt perſona que non preſumitur ius ignorare,vt eſt regulariter
quilibet maior.l.leges.C.de legibus.ꝛ.ſ.de conſtitu.in.c.j.et fa-
cit quod notat per Barto.plene in.l.quod nerua.ff.de poſitu.tũc
quia talis preſumit habere notitiam remedij dicte.l.ij.videt qđ
ex quo ſimpliciter iurat non contrauenire ꝛ veriſimiliter potuit
cogitare qđ poſſet eſſe caſus in quo competeret remedium dicte
l.ij.cum vt dixi preſumat veriſimiliter ſcire illud remedium eſſe
proditum a iure videt quod tũc ſibi preiudicet per dictum iura-
mentum.argu.dicte.l.qui iure.ff.de milita.teſtamen.ꝛ quod ha-
bet in dicta.l.ſi duo.§.marcellus.ꝛ.§.ſi quis iurauerit.ꝛ hoc mo-
do videretur poſſe intelligi quod notauit Bald.in.d.l.ij.in.iiij.
q.licet in alio caſu loquatur,tamẽ inquantum facit ad differen-
tiam inter mulierem ꝛ ruſticum ex vna parte,ꝛ alios ex alia facit
pro eo quod dixi.tamẽ contra iſtam opinio.facit quod habetur
in.d.§.idẽ queſijt.nam videt ꝙ ibi dicitur procedere in quocunꝗ
ſoluente indebite et promittente nullam mouere queſtionem:
quia non videtur ſibi talis promiſſio preiudicare cum videatur
veriſimiliter facta ex eodẽ errore ex quo ſolutum eſt indebitum.
ꝛ ſic eadem ratione videretur ꝙ etiam in quocunꝗ non preiudi-
cet iuramentum ad tollẽdum remedium dicte.l.ij.cum errore in
ducatur ad vendendũ minus dimidia iuſti pretij.ꝛ ſic veriſimili-
ter ex eodẽ errore ad iurandum ꝛ ꝑ predicta videretur ꝙ de iure
non haberet [illegible] tale iuramentum maiori iuranti non con-
trauenire quominus poſſit intentare remedium dicte.l.ij.ſi re-
periatur deceptus vltra dimidiam iuſti pretij.communis tamẽ

Ayuntamiento de Madrid

opi.glo.⁊ docto.eſt in oppoſitũ.⁊ per predicta etiã videretur poſſe dici qꝺ de iure ſi minor iurat non contrauenire ratione minoris etatis aut alia de cauſa ꝙ tale iuramẽtum nõ preiudicaret ſibi circa remediũ dicte.l.ij.per rationem ſuperius tactã ⁊ que colligitur ex nota.per Bar.in.d.l.ij.⁊ etiã per Bald.⁊ alios ſcribentes.ſi tamen volumus ſuſtinere opinionem cõmunem videtur poſſe dici qꝺ aliud ſit in promiſſione non contraueniendi ⁊ aliud in iuramento ⁊ ratio diuerſitatis ſit quia in pmiſſione preſumitur quis ex eodem errore ductus ad promittendum.⁊ ideo licet de mero rigore ſit obligatus non contrauenire ⁊ per hoc poſſit excipi contra eum:tamen replicari poteſt ꝙ dicta promiſſio nõ habet preiudicare cum ex errore videatur facta per id qꝺ habet in.l.ij.§.circa.ff.de doli excep.ſed licet iuramentum preſumeretur ex errore preſtitum.tamen obligat nec videtur ꝙ poſſit contra illud venire quia eſt periurus veniendo contra ipſum iuramentũ.ſicut etiam de mero rigore obligat iuramentũ per dolum extortum,ſm ea que habentur in.c.ſi vero.J.de iurein.⁊ ideo videtur ꝙ non poſſit ꝑpter iuramentum intentare remediũ dicte l.ij.quia ipſum intẽtando veniret contra contractũ ⁊ conſequenter cõtra iuramentũ.poſſet tamen ſecũdum hoc eſſe dubiũ.an a tali iuramento poſſet peti abſolutio ſicut poteſt peti quando eſt per dolum preſtitũ,vt habet in.d.c.ſi vero.⁊ not.ſ.quod metus cau.ad aures.per Jnnocẽ.⁊ de elec.venerabilem.⁊ dubium facit quia non reperitur bene hoc iure expreſſum.⁊ quia videt imputandum iurãti quare preſtat ſacramentũ de nõ contraueniendo cum potuerit cogitare ꝙ aliquod remediũ ſibi competeret ⁊ precipue remediũ dicte.l.ſecũde.Jn contrariũ facit quia ex quo errore preſumitur inductus ad iurandum ſatis videretur qꝺ debeat dici ſubeſſe iuſtam cauſam propter quam fieri debeat abſolutio.ex quo ex errore facti inductus eſt ad preſtandũ iuramentum.argu.l.ij.ff.de iur.⁊ fac.igno.⁊ hec pars ſatis videret equa: tamen difficile eſſet contineri.quia cõmunis opi.glo.⁊ docto.videtur ſimpliciter habere ꝙ tale iuramentum preiudicat maiori vt non poſſet intentare remedium.d.l.ij.Poſſet tamẽ dici ꝙ gl. ⁊ docto.nihil dicunt de abſolutione a iuramento.⁊ pro eo quod dixi de abſolutione,bene facit qꝺ nota.glo.in.c.quanto.ſ.eo.ſm opinio.Tancre.quã ibi ſequitur Hoſtien.vt ibi refert Joã.and. et ad materiam facit quod not.Jnnocen.in dicto.c.quanto.⁊.ſ. eod.debitores,⁊ quod metus cau.ad aures.⁊ de electio.venerabilem,⁊ quod nota.per gloſſ.⁊ Archidia.xv.q.vj.autoritatem.⁊ quod nota.in Specu.titu.ij.§.oſtendendum.verſiculo.xxiiij.per totum illum verſic.Ad id autem quod.ſ.tetigi de renuntiatione generali.facit quod notatur in Specu.de renuntia.§.j.verſic. ⁊ quia.⁊ verſi.quid ſi quis.Bart.tamẽ in dicto.§.queſitũ.in.l.ſed ⁊ ſi quis.ff.ſi qs cautio.dixit quod de iure in ſtipu.pretoris renũtiatio generalis non preiudicat quia pretor noluit ſub inuolucro verborum alicui preiudicari.ſecus in conuentionibus,gloſſ. tamen ibi dicit de cõſuetudine ſeruari ꝙ ſi eſt generalis renuntiatio nõ valet,ſecus ſi aliqua ſint ſpecialiter ennumerata ⁊ ſubiecta clauſula generali:quia tunc bene preiudicat pro quo facit qꝺ habetur in.c.qui ad agendum,de procurato.in.vj.et hoc etiam
55 tenuit Dy.in regu.contractus.de regu.iur.in.vj.¶†Jtem aduerte inq̃tum dixi ꝙ quis non poteſt venire contra iuramentũ ſaltem nulla habita abſolutione non habet obſtare quod habetur,in.l.fina.C.de non nume.pecu.⁊ quod habetur in.c.quẽmadmodum.ſ.eod.⁊ per Barto.in.l.ſi quis pro eo.de fideiuſſoribus ad ſi.quia contraria procedunt quando ex mente partium ineſt aliqua conditio ipſi diſpoſitioni,⁊ conſequenter iuramẽto.nam tunc ſi non euenit conditio iuramẽtum non obligat,vt in dicto c.quẽadmodum.⁊ patet in dicta.l.fina.quia ſi quis confitetur ſe habere decem ſub ſpe future numerationis,et promittit ⁊ iurat ſoluere intelligitur ſi ſequatur numeratio:ſed ĩ caſu de quo dixi quãdo maior iurat non contrauenire.ſtatim obligatur ex iuramento licet ex errore ſit inductus ad preſtandum iuramentum. et ideo nimirum ſi tunc non poteſt venire contra.et adde etiam predictis quod licet renuntiatio generalis non valeret.tamẽ videtur quod valeat ſi interuenit iuramentum:quia tale iuramentum ex quo poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne videt ſeruandum per iſtum tex.⁊ imputet ſibi qui renũtiationem generalem confirmat iuramento. vnde hoc caſu puto ꝙ non procedit dictum Bar.poſitũ in.d.l.ſed ⁊ ſi quis.§.queſitũ.circa ſi.ſed poſſet procedere quãdo ex mente partium renuntiatio eſſet limitata ad certos caſus.nam tunc iuramentũ veniens ad [illegible]dum talem renũtiationem ſimiliter reſtrĩgeretur ad caſus predictos per ea que habentur in.d.l.fina.C.de non nume.[illegible] ¶ Jtem attende quia pro eo quod dixi ſupra ꝙ contra pro[illegible]nem factam per errorem ſubueniri poteſt per exception[illegible] replicationem.licet ſecus ſiti iuramẽto.bene facit q[illegible]a.per Jnno.in.c.ij.ſ.eo.vbi dicit ꝙ contra iuramentũ [illegible]tũ nõ datur reſtitutio aliquo caſu:ſed ſolum ſubuenit[illegible]ſolutionem

⁊ per hoc etiã videtur qꝺ quãdo iuramentũ eſt extortũ per metũ ꝙ poſſit excipi ſeu opponi exceptio ex titu.quod metus cau.ſed debet peti abſolutio.glo.tamen de hoc dubitauit in.c.autoritatem.xv.q.vj.vbi dicit ꝙ quando iuramentũ eſt per metum extortum.licet videatur cõpetere exceptio quod metus cau.non poterit illa vti virtute iuramenti.facit quod legitur et nota.in.l.nec non.§.exemplo.ff.ex quibus cau.maio.et in.l.nam et poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiuran.et ideo videtur qꝺ debeat petere abſolutionem vt illa vti poſſit,⁊ ſic etiã videtur ibi velle Archidia.videtur tamen ꝙ poſſet dicere dico ꝙ iuramentum fuit preſtitum per metum ⁊ ſic effectualiter non debet me ligarẽ titulo.⁊ vt hoc poſſim melius allegare peto me abſolui.facit qꝺ nota.in ſimili. in.l.papinia.§.ſi filius.ff.de inoffi.teſtã.⁊ qꝺ nota.in.d.§.exẽplo. ⁊ in.d.§.ſi minor.⁊ q[illegible] etiã Fede.de ſenis.in ſuo ꝯſi.lx.circa ſi. ¶ Jtem aduerte q[illegible] quãdo minor leditur ſubuenitur ſibi regulariter etiam ſi ſit modica leſio.dũmodo nõ ſit minima.vt pꝫ ex his que leguntur ⁊ notãtur in.l.ſcio.ff.de in integ.reſti.⁊.l.ſi ex cauſa.in princ.ff.de mino.⁊ in l.ij.C.ſi aduer.ven.pig.Jn aliquibus tñ caſibus requiritur enormis,vt pꝫ ex no.in.d.l.ſi ex cauſa.⁊ in d.l.ij.ſi aduer.ven.pig.⁊ tunc videtur ꝙ enormis leſio ſit etiam ſi ſit in dimidia vel etiã intra dimidiã,vt in hoc differat a maiore. nam in maiore enormis leſio dicit quãdo eſt leſus ſupra dimidiam. vt patet ex.l.ij.C.de reſcin.vendi.⁊ notatur ꝙ ſit leſio vltra dimidiam etiã ſi eſſet in vno nũmo tm̃.quia lex ſic ſingit pedes ſuos. vt in ſimili dicit glo.in.l.ſi [illegible]n fuerint.ad ſi.ff.pro ſo.⁊ hoc etiam tenet Bal.in.d.l.ij.de reſcin.vendi.in.xij.q.quod tene menti.⁊ intellige ꝙ enormis leſio in maiore dicit eſſe quando eſt vltra dimidiã:quando leditur ex cõtractu per ſe inito vel etiã per alium de eius mandato,ſecus quando lederetur ex facto arbitratoris: quia tũc etiã minor leſio dicitur enormis,vt poſſit peti reductio ad arbitriũ boni viri.vt nota.p Barto.in.l ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.⁊ quod plene dixi in.c.quintauallis.ſ.eo.tit.
56 ¶†Sed iuxta predicta poteſt eſſe dubiũ quid ſi minor iurauit non venire contra ratione dãni modici vel enormis.an ſi valde enormiter ſit leſus,forte qꝛ vendidit rem valentẽ.cc.pro.l.an tũc poterit habere aliqꝺ remediũ.vr ꝙ non ex quo iurauerit nõ cõtrauenire ratione modici dãni vel enormis:ſed in contrariũ facit quod nota.Bart.in.d.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ.vbi dicit poſt Hoſti.qꝺ licet quis pmiſerit vel iurauerit nõ petere reductionẽ ratione enormis leſionis:tamen ſi erit nimis magna poterit petere:qꝛ licet eſſet data poteſtas arbitro ledendi in paruа ⁊ magna quãtitate:nõ tamen intelligitur data in nimis magna.nam ⁊ tunc quando eſt nimis magna videtur ibi ineſſe dolus.argu.l. oẽs.§.lucius.ff.de his que in frau.credi.⁊ pro iſta parte etiã bene facit quod nota.Ange.in ſua q̃ſtione que incipit:duo litigantes vbi dicit qꝺ eſt conſiderare enormẽ leſionẽ enormiorẽ ⁊ enormiſſimã.⁊ ſic in poſitiuo comparatiuo ⁊ ſuperlatiuo.facit quod habetur in.l.vbi autem nõ apparet.ff.de verbo.oblig.⁊ ideo concludit qꝺ ſi iuratum fuit nõ contrauenire ratione enormis leſionis nõ impedietur venire cõtra ratione enormioris vel enormiſſime ⁊ in maiore quãdo cõpromiſit quando dicatur enormis leſio.patet ex his que nota.Bar.in.d.§.arbitrorũ.⁊ que plene dixi in dicto.c.quintauallis.⁊ ex ibi nota.poſſet colligi etiam que dicatur enormior vel enormiſſima.Sed in minore videretur quod enormis dicatur quando eſſet in dimidia vel iuxtã dimidiã.Sꝫ enormior quãdo eſſet vltra dimidiã enormiſſima quãdo multo vltra dimidiã.facit quod ſuperius dixi ⁊ ſic videtur qꝺ non debeat impediri minor in caſu predicto nõ obſtante iuramẽto.ex quo leſio eſt valde enormis,⁊ quodãmodo enormiſſima:nec videtur trahi ad predictũ caſum per ea que dixi poſt Bart.⁊ Ange.⁊ ꝑ conſequẽs nõ videt neceſſaria abſolutio a iuramento:licet ad cautelã poſſet peti arg.eorũ que habentur in ſimili in.c.cũ cõtingat.ſ.de offi.delega.⁊ de ſentẽ.excõ.in.c.ſolet.lib.vj.⁊ bene facit etiam quod nota.in.c.ij.⁊.c.cum quidam.ſ.eod.nec habet obſtare predictis quod nota.per gloſſ.⁊ docto.in.l.ij.C.de reſcin.vendi.⁊ in.c.penul.de emptio.⁊ vendi.quia loquitur quando iuramẽtum non eſt limitatum ad certam leſionem.Puta qꝛ dictum fuit quod minor iurauit non contrauenire ratione minoris etatis.Uel alia de cauſa ſed hic quãdo iuramẽtum fuit limitatũ ad leſionem modicam,vel enormẽ.⁊ ideo videtur qꝺ nõ extendatur ad minus exceſſiuam cum limitata diſpoſitio non extendat vltra limites ipſius diſpoſitionis.l.in agris.ff.de acqui.rerum do.mi.⁊.l.ita autem.in princi.ff.de adminiſtra.tuto.⁊ propter predicta forte Joan.and.in addi.Specu.in titu.de arbitro.§.fina.ſuper vbi.item quid ſi compromiſſum ponit formam quãdo iuratur non contrauenire ratione cuiuſcũqꝫ enormis damni.Et per predicta etiã videretur qꝺ ſi minor iurat nõ contrauenire ratione dãni modici vel enormis vel alia de cauſa quod etiã tunc non preiudicet ſi leſio ſit nimis exceſſiua:quia illa clauſula vel alia de cauſa videtur referri ad ſimilia vel ſaltem non multo maiora

Ayuntamiento de Madrid

milia quia non debet comprehendere multo maiora per id quod
habetur in.c.ſedes.de reſcriptis.⁊ in clemen.non poteſt.de pro-
cura.⁊ in.l.fina.§.cui dulcia.ff.de vino trici.⁊ oleo lega.⁊ pro iſta
parte bene facit etiã quod dixi ſuperius poſt domi.Anto.⁊ do.
Petrũ.Et propter predicta inoleuit practica ꝙ iuratur non ve-
nire contra ratione damni modici vel enormis vel etiã enormiſ-
57 ſimi.⁊ tene menti predicta quia quotidiana ſunt.¶†Et quia fa
cta eſt mentio de auť.ſacramenta.C.ſi aduer.vendi.poteſt dubi-
tari de aliquibus circa illã videlicet an ſi minor iurat per caput
ſuum:vel clericus per clericam ſuam non venire contra contra-
ctum quem facit ipſe minor.an tunc tale iuramentum firmabit
contractum legiſte cõmuniter dicũt ꝙ non.⁊ precipue Iaco.bu-
trig.Bal.⁊ Salice.ex eo quia illa auť.loquitur quando interue-
nit ſacramentum quod eſt ſacre rei ſignum:⁊ ſic videtur quod
debeat intelligi de iuramento quod tendat ad religionem dei.⁊
per conſequens videtur qꝺ dicta auten.non habeat locum in di-
cto ſacramento.dicit tamen Bald.ꝙ ſi eſſet clericus minor.xxv.
annis qui haberet ordines ſacros:quia tunc ordo ſacer potiſſi-
me conſiſtit in capite ꝙ tũc videtur ꝙ ſufficiat ſicut ſi iuraſſet ſu-
per alia re ſacra.per ea que habentur in.l.generaliter.§.fina.C.de
rebus credi.⁊ per predicta etiam videretur quod cum ſit prohibi-
tum iurare per membra Chriſti.vt patet in auten.vt non lu.con-
tra natu.colla.vi.ꝙ etiam tunc non haberet locum dicta auten.
ſi quis forte iuraret per caput vel per viſcera dei.Sed aduerte
quia licet legiſte ſic communiter tran. at tamen contrariũ vi-
detur de iure dicendum:quia licet non ſit iurandum per creatu-
ram vel per membra dei.vt in.c.⁊ ſi Chriſtus.ꝫ.eod.⁊ in auten.
prealléga.tamen ſi iuretur obligatur iurans ad obſeruantiam
iuramẽti,vt patet in dicto.c.⁊ ſi Chriſtus.⁊ plus videtur qꝺ etiã
ſi quis iurauerit per demonem aliquid facere:licet peccet ſic iurã
do ſicut peccat iurando per creaturam vel per membra Chriſti.
tamen obligatur ad obſeruantiam iuramenti.vt eſt tex.in.c.mo
net.xxij.qꝺ.i.⁊ ideo cum illa auten.facta fuerit ne aperiatur via
periurijs,vt patet ex his que habentur ibi.⁊ in.l.i.eod.titu.⁊ hec
ratio etiam procedat in caſu predicto quando quis iurat per ca-
put ſuum vel per membra Chriſti.quia iuramentum obligat ad
obſeruantiam:⁊ ſic ad periurium ſi contra fiat videtur qꝺ etiam
in caſu predicto habeat locum dicta auť.⁊ adde ꝙ licet Bald.vi-
deatur innuere ordines minores non eſſe ſacros:tamen contra-
rium eſt verum quia ſunt ſacre rei ſignum:licet ſacri ordines vl-
tra minores magis appellentur ſacri propter maiorem caſtita-
tem ad quã magis ſunt ligati habentes ordines ſacros.vt nota
uit glo.xxxij.diſtin.in ſumma.⁊ ſic videretur qꝺ etiam Bald.de-
buiſſet idem dicere in minoribus ordinibus qꝺ dixit in ſacris:
58 quia illi etiam dicitur ſacri vt ſuperius dixi.¶†Item ſecundo
poteſt dubitari an ſacramentũ verbaliter preſtetur ⁊ non corpo-
raliter tactis ſcripturis an tunc habeat locum dicta auť.legiſte
cõmuniter tenẽt ꝙ nõ ⁊ potiſſime Butri.Bal.⁊ Sali.mouẽtur:
quia.d.auť.venit ad interpretationẽ.l.eod.titu.que loquitur de
corporali iuramẽto,vt ibi ptꝫ.ergo eodẽ modo debet intelligi di
cta auť.quia lex interpretans debet intelligi ſm terminos legis
interpretate.vt habetur in auť.de ſi.ante do.inſtrumenta na.§.
i.colla.iij.⁊ do.per gloſſ.in cle.ſtatutũ.de elec.⁊ ꝓpter hoc notarij
ſemper apponũt ꝙ iurauit corporaliter manibꝰ tactis ſcriptu-
ris,⁊ pro hoc etiã facit qꝛ plus videtur obligare corporale iura-
mentũ ꝙ̃ verbale.l.ſi alterius.C.ſi mi.ſe ma.di.⁊ quomõ nõ ſuffi
cit tangere ſcripturas cũ pectore vel cubito vel illas videre.not.
per gloſ.in decreta.vt circa.de elec.in.vi.vbi eſt bona gloſſ.⁊ facit
etiã qꝺ nota.glo.in clemẽ.i.de hereti.in verbo tacta.vbi eſt bona
gloſſ.in hac materia.Sed certe videtur ꝙ de iure dicendũ ſit op-
poſitum ſaltẽ inſpecta diſpoſitione iuris canonici que in mate-
ria iuramenti eſt ſeruãda.vt in.c.ij.ꝫ.eod.in.vi.ex eo qꝛ iuramen-
tum licet verbaliter preſtitũ eſt ſeruãdum ⁊ ligat ad periurium,
vt patet ex his que habentur in.c.⁊ ſi Chriſtus.ꝫ.eod.⁊ per hoc
etiã facit tex.iſte qui ſimpliciter dicit ꝙ iuramentũ qꝺ poteſt ſer
uari ſine interitu ſalutis eterne debet ſeruari.licet ergo ꝙ debeat
corporaliter preſtari:tamen videť ꝙ etiã ſi verbotenus ſit preſti-
tum debeat ſeruari per id qꝺ hꝫ in iſto.c.⁊ i.c.ij.de pac.in.vi.In q
bus autẽ caſibus debeat iuramentum preſtari:arctari poſſet ad
preſtandũ iuramentũ tactis ſcripturis,vt not.gloſ.in.d.cle.i.pu-
to tñ ꝙ licet in dictis caſibus nõ fuerit arctatus ſi iurauit ꝙ de-
beat iuramẽtum ſeruari per ea que habentur in hoc.c.⁊ in.d.c.ij.
59 ¶†Item tertio poteſt dubitari quid ſi nõ iuretur ſuper euãge-
lio ſed ſuper aliqua ſcriptura vel ſuper ligno an iuramentũ obli-
get.gloſſ.tenuit ꝙ ſic in auť.iuſiur.qꝺ preſtatur ab his.col.ij.⁊ in
titu.de pa.iuramento fir.§.item ſacramenta.⁊ ſic etiã ſeruat con
ſuetudo ꝙ ſufficiat iurari ſuper aliqua ſcriptura etiam ſi ibi non
ſint euãgelia.dicit tamen Butrig.in.d.auť.ſacramenta.quando
in illa ſcriptura aliqua verba euãgelij continerenť.⁊ dicit Bald.
ibi ꝙ etiam in rebus arduis vidit portari codicem euãgeliorum
ſuper quo debeat iurare tamen ſatis videtur ꝙ ex quo etiam ſi
preſtetur verbotenus obliget iuramẽtum ꝙ ſufficiat etiam ſi ſu-
per alia ſcriptura vel ſuper ligno preſtetur vt voluerunt gloſ.ſu-
60 perius alleg.¶†Itẽ poteſt dubitari quid de impubere doli ca-
pace.Bal.in.d.auť.ſacramẽta.⁊ in.§.itẽ ſacramenta.vnde ſumiť
dicta auť.tenuit ꝙ non habet locũ:qꝛ illa auť.loquitur in pube-
re.⁊ ſic cum reſpiciat determinatã etatem videť ꝙ nõ habeat lo-
cũ in pupillo:lꝫ ſit doli capax ⁊ proximus pubertati.⁊ idem tenuit
Ange.in auť.ſacramenta.dicẽs ꝙ etiã ſi eſſet iuxta pubertatem
per vnã horã non habet locũ dicta auten.qꝛ adhuc non eſſet pu-
ber.ſicut etiã tunc teſtari nõ poſſet cũ lex requirat certã determi-
natã etatem.l.qua etate.cũ ibi no.ff.de teſta.⁊ ſic dicit ſuper acta
teſtamẽti ſic fuiſſe hic Bono.diſputatum,⁊ idem etiã tenuit ipſe
Ange.in.l.ſi quis pro eo.circa fi.licet dicat qꝺ peccaret ⁊ incurre-
ret periuriũ ſi eſſet doli capax per ea que habenť in.c.i.⁊.ij.de de-
licto pu.Bar.tenuit contrarium in.d.auť.ſacramenta.qꝛ in impu-
bere doli capace eſt eadem ratio que in pubere: ſcꝫ ne aperiatur
via periurijs,vt in.l.i.eod.titu.Butri.ibi videtur concordare opi.
prerecitatam ſuperius,ibi etiã de hoc articulo tetigi.videretur poſ-
ſe dici qꝺ de iure ciuili procedat opi.Bald.⁊ Ang.ſed opi.Bar.
de iure canonico,tamẽ in materia ſacramenti ſeruari debet ius
canonicum etiam in foro ciuili.vt habetur in.c.ij.ꝫ.eod.in.vi.ve-
rior videtur opi.Barto.quã etiã ſequitur hic Io.and.⁊ Hoſtiẽ.
⁊ illam etiam ſequitur Salic.in dicta auť.ſacramenta.equius ta-
men fuiſſet prouidere qꝺ in ipſo impubere non haberet locũ ta-
men quia obligatur ad periurium ex quo eſt doli capax videtur
61 quod etiam in eo habeat locum dicta auť.ſacramẽta. ¶†Item
iuxta predicta poteſt dubitari quid de adulto habente curatorẽ
et contrahente ſine illo cum iuramento.An illa auť.habeat lo-
cum.Salice.ibi tenuit ꝙ non:quia ſm eum per donationem cu-
ratoris videtur interdicta adminiſtratio:⁊ ideo videtur qꝺ non
firmetur cõtractus iuramẽto.ſicut nec firmetur cõtractus prodi-
gi cui eſt bonis interdictum,vt no.in.l.is cui bonis.ff.de verbo.
oblig.ſed docto.cõiter tenent cõtrariũ in.d.auť.quia ſm cõmu-
nem opi.licet cõtractus ſit nullus quãdo adultus contrahit ſine
curatore ſi habet illũ ſm ea que habẽtur in.l.ſi curatorẽ.C.de re-
ſti.in integ.tñ validatur cõtractus per ſacramentũ.nec ob.ꝙ per
dationem curatoris videatur interdicta adminiſtratio:qꝛ iſtud
nõ videtur verũ ſimpliciter.Nam ſm hoc ſequeretur ꝙ ſicut ille
cui bonis eſt interdictũ nõ obligatur etiã naturaliter.l.is cui bo-
nis.ff.de verb.obli.Ita nec obligaretur adultus habẽs curato-
rem ſi cõtraheret ſine eo.qꝺ tñ nõ videtur verũ:qꝛ etiã pupillus
ſi habeat tutorẽ ⁊ contrahat ſine illo obligatur naturaliter,vt le
gitur et not.in.l.i.ff.de noua.ergo multofortius debet obligari
adultus naturaliter,licet contrahat ſine curatore quem habet.
Preterea eſt dubiũ etiã an cõtractus prodigi firmetur iuramen
to.de quo tangit hic do.Anto.ſub hoc mẽbro.⁊ finaliter conclu-
dit cõtra Bar.ſed de hoc plene dicã ſub quinto mẽbro principa-
62 li quãdo videlꝫ cõtractus prohibetur fauore alicuius.¶†An au-
tem.d.auť.habeat locũ in iudicijs ſi minor iurat non venire con
tra cõmuniter tenetur ꝙ ſic.⁊ maxime per Bal.⁊ Sali.in.d.auť.
⁊ idẽ etiã Ang.ꝙ licet iudiciũ reddať in inuitũ.l.inter ſtipulãtẽ.
§.i.ff.de ver.ob.tñ tale iuramentũ ſponte preſtať ſi iurat nõ veni
re cõtra ea que fiunt in iudicio ſiue agatur ciuiliter ſiue crimina-
liter.⁊ facit ad materiã qꝺ habeť in.l.clarũ.C.de au.preſtan.⁊ in
l.certũ.§.ſed an ipſos.ff.de cõfeſ.⁊ pro hoc etiã qꝛ maior.xiiij.an-
nis in ſpũalibus cenſetur habere legitimã perſonã.vt in.c.ſi.de
iudi.in.vi.⁊ facit etiã qꝺ habeť.ꝫ.de reſtit.ſpolia.ex parte.ſacrm
ẽtũ eſt res ſpũalis ⁊ facit eũ repreſentari maiorẽ.vt not.in.l.ij.C.
de rei ven.licet Butri.aliter videať dixiſſe in.d.auť.ſacramenta.
63 ¶†Item vlteriꝰ poteſt dubitari quid ſi minor iurauit genera-
liter nõ venire cõtra contractũ ad ſe ſiendũ cum titio in abſentia
titij.an ſi poſtea contrahat cũ titio nullo modo preſtito iuramẽ-
to poterit contrauenire:videreť ꝙ ſic per regulã res inter alios
acta.C.res inter alios ac.per totum.Item videť qꝺ debeat pre-
ſtari parte preſente.l.iij.ff.de iureiur.Item qꝛ videť preſtitum ſu
per cõtractu ſed ſeorſum ab ipſo cõtractu.dicta auť.loquiť quã-
do ſuper cõtractu iuratur.vt patet ex verbis illius auten.Item
quia ad tollendum iſtam defenſionem videtur qꝺ tale iuramen-
tum generale nõ ſufficiat per ea que habentur.l.l.⁊ ſi quis.§.que
ſit[illegible].ff.ſi quis cau.Item qꝛ tale iuramentũ videť quodãmodo
in[illegible]m.ex quo ſic indeterminate eſt poſitum.facit qꝺ habe
tur i[illegible] in.l.cum de indebito.§.ſi.ff.de proba.⁊.ꝫ.de fide in-
ſtru.ſi [illegible] ⁊ ſic videtur qꝺ non obliget propter tres comites.
quos de[illegible]abere ſacramentũ.de qbus in auť.qꝺ eis.C.de em-
ptio.⁊.[illegible] Chriſtus.Itẽ qꝛ nõ iuratur parti.vnde licet for-
te in foro [illegible]ten.quo ad deũ videatur obligare.tamẽ videť qꝺ
in foro con[illegible]oſo nõ obliget parti.⁊ propter predicta hãc par-
tem tenui[illegible] dicta auť.ſacramenta.ſed gl.ibi quem etiam
ſequitur [illegible]ald.tenet contrariũ.⁊ pro iſta opi.facit regula

Ayuntamiento de Madrid

vulgata: q2 cū tale ſcđm poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eter ne debet ſeruari. vt in hoc. c. ⁊ in. c. ij. de pact. in. vi. ⁊ q2 etiā videt obligare iuramentū in abſentia partis p̄ſtitū, vt etiam not. gl. que reputatur ſingu. in. c. quoties. j. q. vij. ⁊ hec opi. verior videtur de iure p̄ rationes p̄ealle. ⁊ de facili pōt reſponderi ad rationes factas in contrariū. nam ad primā pōt dici q2 d. l. iij. loquit de iuramēto litis deciſiuo. Jtem pōt dici qđ p̄cedit de iure ciuili: ſed de iure canonico qđ debet ſeruari in materia iuramēti. nō requirat p̄ſentia partis, vt eſt dictū. ⁊ no. in d. c. quoties. Jtem non ob. ſcđo q2 licet nō ſit ſpecifice iuramentū p̄ſtitū ſuper dicto cōtractu. tñ ſaltem in genere dici poteſt p̄ſtitum ſup dicto cōtractu. arg. eo2 que habent in. l. oēs. C. de qua. p̄ſcrip. Jtē non ob. tertio, q2 poteſt dici primo q2 §. queſitum loquitur in p̄toriis ſtipulationibus, vt ibi nota. Bar. vel ſecundo poteſt dici q2 licet renuntiatio generalis nō valeret tñ ſacramentū generale bene valeret cū ſeruari poſſit ſine interitu ſalutis eterne. vt etiā ſuperi tetigi. Jtem nō obſtat quarto q2 licet iuramētū fuerit generale non p̄ hoc debet dici indiſcretum. ex quo ſit ab habēte diſcretionem quo ad materiā iſtā iuramenti, vt p2 ex notatis. in. d. c. et ſi Chriſtus. ⁊ d. auſ. ⁊ qđ ets, ſed. d. l. cū de indebito. ⁊. c. ſi cautio. loquuntur in cautione indiſcreta facta ſine iuramento. Jtē nō ob. vltima q2 vt dixi iuramentū neceſſariū non requirit partis p̄ſentiam p ea que habent in. d. c. quoties. ⁊ facit etiā qđ conſueuit dici in. l. labeo. ff. de iureiurā. de reliquis autē pertinentibus, ad d. auſ. ſacramenta. dicendum eſt, vt no. per gloſſ. ⁊ docto. in dicta

64 auten. ſacramenta. ⁊ in corpore vnde ſumitur. ¶ † De donatione autē facta inter cōiuges an firmetur iuramento ⁊ ſimiliter ad de trāſactione alimento2 facta cū iuramento ⁊ etiā an valeat iuramentū de nō cedendo bonis, de quo etiā tetigi ſub primo mēbro principali qñ improbat actus contra bonos mores, ⁊ etiam quid de prohibitione ne fideiuſſores dotiū dētur: an ſi obligent ſe fideiuſſores cum iuramēto valebit obligatio, de iſtis tāgit hic do. Anto. ſub iſto mēbro, ſed de iſtis dicam ſub. x. ⁊ vlti. ⁊ de iuramento p̄ſtito p prodigum. licet hic vt ſupra dixi tangat, dicam ſub quinto mēbro. An aūt actus qui fieret cōtra ſacramentū valeret vel non tangam ſub nouo mēbro, ⁊ p hec ſit expeditū tertiū principale mēbrum huius materie qđ difficilius eſt p̄e ceteris vnde alia facilius ⁊ multobreuius expedictur. ⁊ adde inquātum dixi q2 vbi iuramētum p̄ſtatur in abſentia partis obligat nam pro hoc bene facit qđ iuramētum principaliter p̄ſtatur deo. ſ. eod. ⁊ ſi chriſtus. ibi reddite deo vota veſtra ⁊ iuramenta veſtra. deus autē eſt vbiq2. facit quod nota. Cy. in. l. illud. ad ſi. C. de ſac. ſan. eccle. ⁊ ideo nimirū ſi tunc obligat. Jtem adde inquātum dixi qđ hodie p̄ſtat iuramentū ſuper qualibet ſcriptura. nam notarij caute nō dicunt qđ iurauit ad iſta ſancta dei euāgelia. ſed dicunt qđ iurauit ad ſancta dei euangelia manibus tactis ſcripturis, vt nota. Jaco. de butri. ⁊ Salic. in auſ. ſacramenta. ¶ Jtem adde quid iuris ſi adulta iurauit nō cōtrauenire ratione minoris etatis vel etiā ratione deceptionis vltra dimidiā iuſti p̄tij. an ſi poſtea intentauerit remediū. l. ij. C. de reſcin. ven. ⁊ obtinuerit quia forte nō fuit appoſita exceptio iuramēti ⁊ trāſiuerit ſententia i rem iudicatam. an coram iudice eccleſiaſtico poterit agi vt cogatur ad obſeruantiam iuramēti. de quo tetigit Lapus de caſtiglione in ſuis allegationibus. alleg. xxv. vbi videtur concludere q2 non ex eo quia ſententia lata videt valuiſſe cū non fuerit cōtra ius conſtitutionis ſed ius patris, vt in. c. cū inter vos. j. de re iudi. ⁊. c. j. cū ibi no. eo. ti. ⁊. l. ij. C. quando prouoc. nō eſt neceſ. ⁊ ſic videtur claudere os parti aduerſe volenti venire cōtra ipſam ſententiā. ⁊ ſic videtur q2 non ſit audiendus volens docere de ſacramento. facit quod nota. Jnno. ſ. de proba. quoniā contra falſam. circa ſi. pro hoc etiam allega. quia ille qui nō oppoſuit exceptionem iuramenti videtur illi renuntiaſſe. facit quod habetur j. de iudi. inter monaſterium, ⁊ videtur ſibi imputandum quare nō oppoſuit per ea que ibi habentur. ⁊ de electio. ſi forte. lib. vi. nec obſtat ſi dicatur qđ proceſſus factus fuit cum periuro: quia reſpondetur q2 nihilominus valet ex quo non fuit oppoſita exceptio. ſicut etiam valet actus cū excōmunicato ſi nō excipiatur de exceptione. c. pia. lib. vj. ⁊ pro hoc etiā allegat: quia videtur qđ autoritate ſententie poſſet contra iuramentum venire. per id q2 nota. in ſimili. per Jnno. j. e. mulieri. ⁊ ſic reſidet, ⁊ videtur poſſe dici qđ iſta procedant in foro contētioſo. tamē in foro conſcītie videtur q2 ſentētia iniuſta non habeat proficere quominus quis debeat aduerſario facere quod iuſtum eſt ſaltem ſi ab eo requiritur, vt voluit Jnnoc. j. de immu. eccle. quia plerīq2. ſi tamen eſſet caſus in quo poſſet peti abſolutio a iuramento videretur q2 tūc cautela eſſet illam petere: quia non videtur ſufficere ſnodo que lata eſt per iudicem ſecularem qui non habet poteſtatem abſoluendi a iuramento. Et no. diligenter propter ea que ſuperius tetigi de abſolutione quod vbicūq2 eſt probabile dubium an abſolutio debeat concedi vel non, illam non poteſt concedere inferior a papa, nec poteſt hoc declarare: ſed ſolus Papa vt fuit de mente Jnnoc. in. c. venerabilem. de electio. ⁊ gloſſ. ſuper ſumma Raymundi in titu. vtrum poſſit diſpenſari in votis, hoc etiam expreſſe tenet quod tene menti. ſed vbi p̄babiliter certum eſt debere dari abſolutionem, vt cōtingit quādo eſt p̄ſtitum per dolum vel metum, tunc bene poteſt epiſcopus abſoluere per ea que nota. Jnnocen. ſ. eod. debitores, quod metus cau. in. c. ad aures. Jtem ei qđ tetigi de filioſfami. ſuperius adde qđ dicetur in ſequenti mēbro. Et adde etiam qđ licet minor poſſit renūtiare beneficio minoris etatis vel reſtitutionis in integrū cum iuramento. vt patet in. d. auſ. ſacramenta. tamen ſecus eſt ſine iuramēto

65 vt. l. ſi iudex circūuento. ff. de mino. ¶ † An autem ſine iuramento mulier poſſit renūtiare velleia. no. per docto. in. l. ſi. C. ad velleia. ⁊ per gloſſ. in. l. ſi ſponſi. ff. ad velleia. ⁊. l. doli mali. §. diuerſum. ff. de nouat. Jtem inquātum dixi circ intellectum auſ. ſacramenta. quia iuramētum verbaliter p̄ſtitum videtur ſufficere. Jntellige illud verū de iure canonico quod ſeruari debet in iuramento, vt ſepe dictum eſt, vt in. c. ij. eo. ti. in. vi. ſed de iure ciuili poſſet procedere opi. docto. tenētium cōtra ⁊ volētium q2 requiratur iuramētum perſonale ſeu corporale per iura per eos allegata. ⁊ intellige etiam qđ dixi de iuramento verbali quādo eſt iuramentum p̄miſſoriū ſeu concernēs futurū: ſed ſi eſſet aſſertorium ſeu concernens p̄ſens vel preteritum, facit qđ no. ſ. eo. ſi vero. videtur q2 etiā ſit differentia an fuerit verbaliter: an vo corporaliter p̄ſtitū per ea. q habentur in. l. ſi alterius. C. ſi minor ſe ma. di. vbi apparet q2 ſi minor cū iuramento verbaliter p̄ſtito aſſeruit ſe maiorem admittitur ad p̄bandum cōtra etiā per teſtes, ſecus ſi fuerit vt ibi p2. ⁊ illa differētia ſine dubio p̄cedit de iure ciuili. ⁊ poteſt etiā procedere de iure canonico: quia hoc caſu iuramentum nō tendit ad obligandū in futurum ſi fuit aſſertorium ⁊ ſuper falſo ſi vere erat minor, ⁊ ideo videtur q2 poſſit p̄bare contrariū ne iuramentū p̄ſtitum ſuper falſo habeat nocere minori que eſt perſona fauorizata nedum a iure ciuili: ſed etiā a iure canonico, vt patet. ff. de mino. per totū. ⁊ in titu. ſ. de reſtitu. in integrū. ⁊ ſic videtur q2 fauore minoris etatis licet allegare turpitudinē ſuam: ſicut al's etiam interdū licitum eſt eam allegare ſēm ea que habentur in. c. inter dilectos. j. de donat. ⁊ in. l. j. C. de libe. cau. ⁊ in. l. iubemus. ⁊ in. l. interrogatam. ⁊ ideo cum in caſu. d. l. ſi alterius nō reperiat diſcordantia iuris canonici a iure ciuili videretur q2 dicta lex procedat etiam de iure canonico.

66 ¶ † Nunc igitur reſtat deſcēdere ad quartū membrū principale: quādo videl3 actus improbat a iure odio pſone: ⁊ ſic quando iuramentū tendit ad firmandū contractū inualidum in odiū illius cui p̄ſtatur ⁊ qui ſuſcipit ſacramentū. ⁊ hoc caſu ɔcludit Bart. in. d. l. ſi quis pro eo q2 iuramentū obligat iurantem quia pōt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne. tamē non firmat cōtractum. per id quod legitur ⁊ notatur in. c. ſignificante. j. de pigno. ⁊ ſ. eo. debitores, ⁊ in hoc differt a caſu quādo improbatur actus propter publicam vtilitatem ſecundario vel quando improbatur fauore perſone. nam tunc iuramentū nedum obligat iurantē: ſed etiam firmat ipſum cōtractū ſēm Bar. ⁊ communem opi. licet do. Ant. aliter dicat, vt dixi. ſ. in precedenti membro. Exemplū autē quādo improbatur actus odio perſone ponit in pacto legis cōmiſſorie i pignoribus, q2 illud improbatur odio creditoris qui preſumitur illud apponere in fraudem vſurarū. l. j. ⁊. ij. C. de pac. pigno. ⁊ no. in. c. ſignificante. j. de pigno. ideo tale pactū non firmet iuramēto. licet obliget iurantē: poteſt etiam poni exemplū i pacto de vſuris p̄ſtan. ſ. eod. debitores, ⁊ quia non firmatur iuramento magnus eſt effectus ſēm Barto. quia ſi iuramentum impleatur ſoluendo ex quo contractus non eſt firmatus iuramento: ⁊ ſic non eſt validatus per iuramentum remanebit ſolutum ſine cauſa penes eū cui facta eſt ſolutio ideo poterit repeti. ſ. eo. debitores, ⁊ hoc ſi nō obſtat iuramentum vt quia ſimpliciter iurauit ſoluere, ſed ſi iuraſſet ſoluere ⁊ nō repetere, tunc poteſt dici qđ remediū eſſet qđ poſſet peti qđ abſoluat a iuramento. ſ. eo. c. j. vel ſi creditor peteret obſeruari iuramentū poterit peti vt deſiſtat a tali petitione ⁊ abſoluat per id qđ habet. j. de vſu. tue nos. ⁊ quod nota. glo. xv. q. vi. autoritate, ⁊ quod plene dictum fuit ſ. eod. c. j. ⁊. c. debitores. Et per predicta etiam dicit idem dicendum ſi filiuſfami. renuntiat macedoniano cum iuramento. cum tunc prohibeatur contractus odio creditoris. l. j. ff. ad mace. ⁊ idē dicit ſi cōtractus fiat cum officiali cū iuramento: quia talis contractus videtur improbatus odio ipſius officialis. l. non licet. ff. de cōtrahen. emptio. ⁊. l. ſi. C. ſi quis alteri vel ſibi. ⁊ idem dicit ſi per ſtatutum prohibeatur contractum fieri cum magnatibus, et poſtea fiat cum iuramento quia eadem videtur ratio. ⁊ hec eſt cōcluſio ſua in hoc membro i dicta. l. ſi quis pro eo. Jdem ibi in effectu. tenet Ange. dicens qđ vbi iuramentum poteſt ſeruari ſine preiudicio alterius ⁊ ſine diſpēdio ſalutis iurantis, ſi tamē ipſa obſeruantia eſt nutritiua peccati eius cui iuratur: tunc iuramentum non

Ayuntamiento de Madrid

tum nõ cõfirmat diſpoſitionẽ cui adhicitur:ſed ſolum ligat iuran tem ad obſeruãtiam iuramenti:ne per periuriũ ipſius anima inficiatur.tũ tũc ad euitandũ dictũ nutrimentũ peccati peti poteſt abſolutio a iuramento.exemplũ ponit in eo qui iurauit ſoluere vſuras.vt hꝫ in.c.debitores,⁊ etiã in pacto.l.cõmiſſorie i pignore.qꝛ vtrobiqꝫ peccat creditor videlꝫ retinẽdo vſuras ⁊ etiã retinendo pignus.d.c.debitores.⁊.c.ſignificãte.tũ non peccat cõtrahens cũ illo ponit etiã exemplũ in creditore mutuãte filioſa.contra ſenatuſcõſultũ macedo.⁊ generalr cõcludit qđ vbicũqꝫ creditor ſui odio prohibetur cõtrahere ibi retinẽdo illud qđ in contractu deuenit peccat ⁊ impeccato nutritur:ſꝫ qñ debitor obſeruans in nullo peccat ⁊ nemini affert preiudiciũ neceſſaria eſt abſolutio ⁊ peti poteſt.ſecus dicit qñ iuramentũ cõfirmaret contractũ: vt cõtingit in min... in muliere contrahẽte cũ iuramẽto qꝛ in dicto caſu nõ ꝓhibetur cõtractus ex odio ſeu ĩ fauore perſone: qꝛ cõtractus confirmaꝛ iuramento.vt in.d.auꝰ.ſacra.C.ſi aduer. ven.⁊ ſic contrahẽs ſe inuenit obligatũ.ideo nõ eſt in poteſtate alicuius iudicis eneruare obligationem illam.⁊ ideo nõ põt tũc peti abſolutio a iuramẽto,licet ſit ſecus qñ iuramentũ nõ firmat diſpoſitionẽ:ſed ſolum ligat iurantẽ ad obſeruandum iuramentum:qꝛ tunc obſeruãtia eſt nutritiua peccati poteſt peti abſolutio.alias aũt nõ poteſt peti cum tractetur ſolũ de preiudicio iurantis,⁊ no.bene hoc dictum Ang.or... aperte vult ꝙ i caſu huius.c.⁊ in caſu.auꝰ.ſacramenta nõ po... peti abſolutio.Uincen. tñ hic videꝰ voluiſſe contrariũ.⁊ etiã do.meus Pet.de ancha.de quo plene dixi ſuperius in precedẽti membro,ideo hic non inſiſto. ¶ Do.Anto.hic ſuper hoc membro qñ iuramẽtum tendit ad firmãdum contractũ inualidũ in odium eius qui ſuſcipit iuramentũ,concludit in effectu cũ Bar.quo ad pncipale dictũ.vi delꝫ qđ contractus nõ validatur iuramento:ſed bene obligabit iurantẽ.ſi turpitudo nõ ſit ex parte iurantis,licet ſit ex parte recipientis turpitudo vel odiũ.quo caſu ſm eum vbi non interuenit iuramentũ contractus oĩo eſt nullus:qꝛ cum cõtractus debeat eſſe ex parte vtriuſ.ꝫ.l.labeo.§.cõtractum.ff.de verb.ſigni. ex quo annullatur ex parte ſuſcipiẽtis in conſequentiã annullatur ex parte alterius.arg.l.ſi.ff.de acceptil.ſed vbi interuenit iuramentũ ex iuramẽto obligatur iurans deo ad obſeruãdum qđ iurat,licet ſm eum ſecũdario obligatio iuramenti put ptendiꝰ in partẽ ſeu prout tendit ad querendã obligationẽ parti annulletur per ea que habentur.ſ.eo.debitores,vnde hoc caſu ex iuramẽto competerẽt remedia que habentur in.c.debitores.⁊ etiã cõtra ipſum iuramẽtum cõpetent remedia de quibus ibi.⁊ in.c. ſ.ſ.eo.⁊ per predicta in pacto.l.cõmiſſorie in pignore.Puta ſi fecit pactũ cũ creditore mutuãte ꝙ ſi nõ redimat pignus infra tantum tẽpus pignus ſit ſuũ pro debito ꝙ iſto caſu cũ odio creditoris lex ꝓhibeat tale pactũ vt ſuperius eſt dictũ iuramentum nõ firmabit ipm pactũ,ſed bñ obligabit adimplendũ cõpetũt tñ remedia cõtra iuramentũ,de quibus in.c.debitores,⁊ ratio ſm eũ ꝙ cõiter cõtingit tale pactũ fieri cõtra charitatẽ debitore haben te neceſſitatẽ ⁊ anxietatẽ habendi pecuniam ⁊ creditore habente animũ lucrãdi vltra ſortem,⁊ ſic habet turpitudinem annexã ex parte recipientis ſacramentũ:qꝛ ſapit ſpeciẽ vſure.⁊ ideo idẽ dicẽdum qđ dicit in.d.c.debitores,qꝛ cõtractus nõ firmatur iuramento.licet iuramentũ obliget per reſpectum ad obligationem que dirigitur in deum nõ reſpectu ſecũdarie que ꝓtenditur ad partẽ per predicta etiã poteſt inferri ad caſum quãdo filiuſfa. renũtiat macedoniano ⁊ iurat nõ cõtrauenire.nã videreꝰ ꝙ iuramentũ obliget licet poſſet peti abſolutio.vt dixit Bar.⁊ etiã voluit Ang.vt ſuperius dixi.ſed do.Anto.hic dicit aduertendum ꝙ ſi lex ꝓhibens habeat rationale odiũ in recipiente propter qđ prohibeat ipſum actũ,⁊ ipſe recipiens recipiendo turpiter recipiat.tũc dicit qđ procedere poteſt dictũ Bart.inquãtum dicit ꝙ iuramentũ obligat:ſed peti poteſt abſolutio,ſecus dicit ſi nõ habet rationale odium qꝛ tunc nõ recipit turpiter:⁊ licet faciat cõtra legem:nõ tñ peccat cũ lex nõ habeat rationalẽ cauſam phibendi.⁊ per hoc dicit ꝙ ſi ſtatutũ prohibeat aliquẽ cõtrahere cũ minore ſine certa ſolẽnitate ꝙ ex hoc annullabitur contractus: ſed nõ iuramẽtũ,ſed ex quo tũc turpiter ſm deũ nõ recipit qꝛ totum quod ſit fauore minoris obligatio aderit reſpectu dei.⁊ etiã reſpectu ſecũdarij vinculi qđ dirigitur in partem.⁊ ideo ſm eum non poterit peti abſolutio.licet Bar.velit cõtrariũ in.d.l.ſi quis pro eo.in quinto mẽbro inꝑtũ decidunt hũc caſum ſm caſum.c. debitores.Per predicta etiã dicit inferri poſſe ad dubiũ de filio fa.mutuũ recipiẽte ⁊ iurãte vel renũtiante macedoniano cũ iuramẽto.nã Bar.tenuit qđ.ſ.dixi.cũ ſm do.Anto.videꝰ adherere Jo.an.i addi.ſpec.in ti.de ſen.pla.§.vt aũt.xv.hoc aũt.poſt Jac. de bel.⁊ plus ibi videꝰ ſentire qđ iuramentũ nõ teneat quaſi videatur ꝯ bonos mores per ea que habenꝰ in.l.i.ff.ad ma.do.Anto.hic cõcludit ꝙ ſi ſtatutũ vel lex eſſet in loco vbi frequẽtaretur ꝙ filij inducerenꝰ ad occidẽdos patres ꝓpter mutua que recipe-

rent vt poſſent ſatiſfacere creditoribus ꝙ tunc qꝛ talia iuramenta velut turpiter pſtita ⁊ ꝯtra bonos mores nõ obligarẽt iurantem ſaltẽ reſpectu ſecũdarie obligationis ꝗ dirigitur in patrem poſſet peti abſolutio anteꝗ̃ ſolueret ⁊ qꝛ creditor turpiter peteret ſꝫ ſubeſſet cã ꝓhibitionis,dicit tñ ꝙ forte ſolutũ ⁊ ſic ſi ſoluat ipſe filiuſfa.creditori non poterit repeti obſtãte iuramẽto quaſi tunc ceſſaret cauſa qꝛ veriſimiliter ex verecũdia nõ ſoluẽdi non induceretur ad interfectionẽ patrũ:ex quo iã ſoluit ⁊ licet creditor turpiter peteret:nõ tñ turpiter retineret.facit qđ habeꝰ in.l.iiij.§.ſꝫ qđ meretrici.ff.de condi.ob tur.cau.vbi autẽ eſſemus in loco vbi cõiter ex mutuo nõ induceretur filiuſfa.ad tantũ malũ:vt veriſimiliter ſm eũ cõtingit hodie in oĩ loco Chriſtianorũ qui talia mala abhorrerent videlꝫ interfectiones parẽtum.tunc ſm eũ poteſt dici ꝙ iuramentum obligat ne poſſit peti abſolutio.alleg.qđ no. in.c.quia pleriqꝫ.de immu.eccle.⁊ maxime dixit hoc pcedere vbi euidẽs neceſſitas adeſſet in filioſa.ſuſcipiendi mutuũ.dicit etiã ꝙ ſenatuſconſultũ maced.preſumebat talia delicta:qꝛ tũc ſi agebatur ⁊ frequẽtabatur.⁊ ideo quo ad vinculũ dei debet ceſſare pſumptio legis ⁊ attendi veritas quã imitatur obligatio que dirigitur in deũ.⁊ iſta eſt in effectu cõcluſio ſua.Sed aduerte pmo inꝑtũ do.Anto.dixit.ſecus ſi lex nõ habeat rõnale odiũ.vt ſuperius tetigi poſt eũ.nam melius ⁊ apertius dixiſſet,ſecus ſi recipiens turpiter nõ recipiat quia poſſibile eſt ꝙ lex habeat rõnale odiũ.⁊ tñ recipiẽs turpiter nõ recipiat vt cõtingit qñ ꝓhibet cõtrahẽtem cũ minore ſine certa ſolẽnitate ⁊ etiã i mutuãte filioſa. vt ptꝫ ex.d.l.i.ff.ad macedo.iuncta.l.ſꝫ ſi pater.§.ſi.eo.tit.⁊ in.l.ꝗ exceptionẽ.ff.de ꝯdi.inde.in qbus.ſi.aperte dr ꝙ licet filiuſfa.cõtra creditorẽ mutuantẽ habeat exceptionẽ mace.tñ ſi ſoluat non reperit ⁊ loquũtur illa iura etiã ſi nõ interuenerit iuramẽtũ inul toſortius ergo debet impediri repetitio ſi interuenerat iuramẽtum contrariũ.voluit Bart.⁊ Ang.de quo eſt mirandum ꝓpter caſus dictarꝫ legũ.Et aduerte etiã quia licet Jac.de bel.⁊ Jo.an. in addi.prealleg.videantur velle qđ iuramẽtum ſit cõtra bonos mores,⁊ etiã do.Anto.hic videatur hoc dicere ꝓpter ꝙ ipſe do mi.Anto.videtur quodãmodo implicare cõtradictionẽ quia ſi eſſet cõtra bonos mores nullatenus debent obligare.ſ.de regu. iur.nõ eſt obligatoriũ cuius contrariũ ipſe dicit qꝛ vult qđ obliget ſaltẽ reſpectu obligationis que dirigiꝰ in deũ.tñ reuera videtur ꝙ nõ ſit cõtra bonos mores,qꝛ preſtatur ſup re licita.nam iuratur reddere qđ mutuatũ eſt.hoc aũt de ſe eſt licitũ.l.i.⁊ per totum.ff.ſi cer.peta.licet lex introduxerit exceptionẽ ex eo:quia occaſionaliter dabatur materia quãdoqꝫ occidendi parẽtes,vt patet in.d.l.i.vnde quia pncipalis obligatio de ſe erat licita.dabatur actio de mero rigore,ſꝫ ob.exceptio macedo.vt tolleretur occaſio.de qua.ſ.⁊ ſic patet ꝙ in filioſa.recipiente mutuũ contractus nõ eſt oĩo nullus,ſed ſolũ ob.exceptio.⁊ ideo nõ mirum ſi iuramẽtũ preſtitum ſuper tali cõtractu mutui obligabit filiũſa. ad ſeruãdum iuramẽtum.fateor tñ ꝙ ſatis videꝰ equum ꝙ ſi eſſemus in loco vbi filij inducerẽtur per hoc ad parentes occidẽdos ꝙ tunc daretur abſolutio a iuramento ſi peteretur.vt voluit do. Anto.ſed ſi eſſemus in loco vbi veriſimiliter de hoc nõ timereꝰ ſicut cõiter contingit.videtur qđ iuramẽtum efficaciter obliget nec poſſit peti abſolutio ex quo recipiens turpiter nõ dicit recipere.ſed potius ſibi debitum licet contra illud obſtaret exceptio odioſa.vt habeꝰ in.d.l.ſed ſi pater.§.ſi.e.l.eã et ſi.ff.ad macedo.et d.l.qui exceptionem.ff.de cõdi.indebi.licet Fede.de ſenis in ſuo conſi.cclxxij.videatur velle ꝙ poſſet peti abſolutio ſeu in conſilio.cclxxi.de quo plene dixi ſub precedẽti membro.Per predicta etiã poteſt inferri ad id qđ dictum eſt de officiali qui prohibetur emere tempore officij.nunquid iuramẽtum obliget.Bart.dixit idem quod dictum eſt ſupra in ſummario vt ſuperius eſt dictum. ⁊ facit quod habetur in.d.l.nõ licet.⁊.l.ſi.C.ſi quis preditus po.et hoc ſequitur do.Anto.ex eo quia talis contractus habet in ſe tacitum metũ preſumptũ a lege ex veriſimili cauſa:⁊ ideo videꝰ ſubeſſe cauſa petẽdi abſolutionẽ a iuramẽto,licet forte ſm eum ſi impleret quis cõtractum nõ poſſet repetere nec haberet locũ. c.debitores:quia turpiter non tẽderet ceſſante metu vel alia turpitudine.potes dicere ꝙ hoc vltimũ dictum non videtur procedere ſi impletus fuerit contractus durante officio.qꝛ tunc videtur durare eadem cauſa metus.facit quod legitur ⁊ notatur in.l. ij.C.quod metus cau.⁊.ſ.quod metus cau.c.i.⁊ ideo videtur qđ tunc poſſet peti abſolutio in foro contẽtioſo.tamẽ quo ad deum in foro conſcientie ſi reuera contractus ſponte fuiſſet initus:et ſponte preſtitum iuramentum ligaret quia in foro conſciẽtie attenditur veritas.vt legitur ⁊ notaꝰ in.c.tua nos.ſ.de ſpõſa.Per predicta etiam poteſt patere quid de contractibus qui prohibẽtur fieri cũ magiſtratibus a ſtatutis:quia idem videtur dicendum qđ de contractibus qui cum officialibus fiunt cum eadem videatur ratio. ¶ Quid de contractibus qui prohibentur cum foreſibus vel non ſubditis poteſtati.dicit domi.Antonius ꝙ ſi ſta-



Ayuntamiento de Madrid

tutum in hoc attenderet publicã vtilitatem:tales cõtractus nõ firmarentur iuramento.facit quod habetur in.l.ij.z.l.quẽadmodum.C.de agri.z cenſi.¶ Sed tu dic de hoc,vt plene dictum fuit ſub ſecũdo mẽbro:ſi autẽ alias propter odium fieret ꝓhibitio. tunc dicit qð iuramentũ obligaret z firmaret cõtractum tenẽdo Bart.ſed certe imo tunc ſm Bar.nõ firmaret cõtractum ex quo odio ꝑſone prohiberetur:ſed ſecũdũ que dixi poſt do.Ant.bene firmaretur quia nõ eſſet turpitudo ex parte recipientis.vnde dicit idem do.Anto.ꝙ ſaltem obligaret in effectu iuramentũ z eccleſia nõ audiret petẽtem abſolutionẽ.Et per predicta etiam patere poteſt quid de cõtractibus qui interdum prohibentur inter partiales ſcdm do.Anto.z hec ſufficiant de iſto quarto membro. Et adde inquãtum dixi ꝙ quando filiuſfa.renũtiat cũ iuramento:ſi poſtea ſoluat videtur ꝙ multo fortius impediatur repetere ꝙ ſi nõ iuraſſet quo caſu clarũ eſt qð nõ repetit,vt ptʒ in preallegata l.ſed z ſi patet.§.ſi.ff.ad macedo.z in.l.qui exceptionẽ.ff.de cõdi.inde.niſi forte fuiſſent in errore facti,vt habet in.l.ſi.ff.ad macedo.z.l.cũ quis.C.de iur.z fac.igno.nam illud non videt procedere.imo qð potius debeat repetere quãdo interuenit iuramẽtum ꝙ quãdo nõ interuenit ex eo:quia vbi interuenit iuramentũ videtur ſoluiſſe timore iuramẽti qui videtur eſſe iuſtus timor per ea que habẽtur.ʒ.eo.debitores,z ideo videtur qð tunc poſſet repetere per ea que ibi habẽtur.z bene facit etiam ꝙ nota.Bar.in l.j.§.j.ff.quod vi aut clam.que ratio ceſſat quando ſponte ſoluit ipſe filiuſfa.nõ interueniente iuramẽto.Jdeo nimirum ſi tũc repetit z ꝓpter hoc forte Bar.z Ange.in.d.l.ſi quis pro eo voluerunt filiumfa.renũtiantẽ macedo.cũ iuramẽto z ꝓmittentẽ z iurantem ſoluere implere poſſe iuramentũ ſoluendo z poſtea repetere.Sed certe ad hoc poteſt reſpõderi ꝙ nõ eſt verũ ſemper qð vbi interuenit iuramentũ preſtitũ ab illo qui tutus eſt exceptione ꝙ poſſit repetere:z ſic dictorũ opi.nõ videtur ꝓcedere qꝛ ſufficit dare inſtãtiam ad tollendũ argumentũ,vt habetur in tex.z glo.in.c.ſicut vrgeri.j.q.j.exemplũ patere poteſt in muliere fideiubẽte pro alio cũ iuramẽto.nam clarũ eſt ꝙ ipſa erit tuta exceptione ſi nõ interueniſſet iuramẽtũ.z ideo ex quo interuenit iuramentũ videtur ꝙ deberet repetere poſſe ſi ſoluat attẽta ratione facta in contrariũ:qꝛ videtur tunc ſoluere timore ſacramenti: z tñ hoc eſt falſum,qꝛ per tale iuramentum tollitur ſibi exceptio. vt etiã voluit Bart.in.d.l.ſi quis pro eo.ſub quinto mẽbro.z ſatis ꝓbatur per id qð habetur in hoc.c.in ratione ſui.z recipiens, nõ turpiter recepit.z ſic eodẽ modo videtur dicẽdum in ꝓpoſito quia filiuſfa.renũtiando exceptioni mace.cũ ſacramento,vel recipendo mutuum z iurando ſoluere perdit ꝓpter ſacramentum dictã exceptionẽ ex quo iuramentum ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis eterne z recipiens non peccat recipiendo nec turpiter dicitur recipere qð ptʒ ex eo:maxime quia ſi turpiter diceretur recipere filiuſfa.ſoluens nõ dicatur turpiter ſoluere:z ſic turpitudo eſſet ſolũ ex parte recipientis deberet indiſtincte repeti ſolutio poſſe per filiũfa.qui ſoluit pecuniã mutuatam per id qð habetur in.l.pe.ff.de condi.ob tur.can.cuius tamen cõtrarium eſt verũ,vt ptʒ in.d.l.ſed z ſi pater.§.ſi.z per predicta nõ obſt.qð habetur in.c.debitores,quia ꝓcedit quãdo recipiẽs turpiter z cum pacto recipit vt ibi patet in recipiẽtes vſuras.hic ſecus vt ſuperius eſt dictũ.¶ Jtem nõ ob.no.per Barto.in.d.l.j.§.j.ff.qð vi aut clã.qꝛ loquũtur quãdo funditus nõ eneruatur ius partis,licet ſuſpendatur in illo iudicio:ſed in caſu iſto qꝛ per iuramẽtum tollitur exceptio competẽs:ideo nimirũ ſi dixi qð multo fortius dʒ impediri repetitio ꝙ eo caſu quo nõ interuenit iuramẽtum. cũ tunc nõ fuerit ſublata exceptio ante ſolutionẽ.¶ Aduerte tamen qꝛ vno caſu forte poſſet ſeruari opi.Bar.z Ange.quãdo videlʒ eſſemus in loco vbi frequẽtaretur qð filij inducerent ad occidendos parẽtes.nam tunc per iuramentũ nõ tollitur effectualiter ipſa exceptio per ea que ſuperius dixi poſt do.Anto.ideo tunc videret ſoluere timore iuramenti z per cõſequẽs poſſet tũc dici ꝙ ſoluẽdo impleret iuramentũ z poſtea daret repetitio ꝓut voluerũt predicti.lʒ ſecus ſit ſi ſpõte ſolueret nõ interueniẽte iuramẽto.z per hoc habes declaratũ iſtum articulum.Et adde his que ſuperius dixi inquãtum feci differẽtiam an filiuſfa.recipiat mutuũ cũ iuramento in loco vbi cõſueuerunt filijfa.occidere parentes:vt poſſint mutua reddere,vt tũc iuramentũ nõ tollat effectualiter exceptionẽ maced.z poſſit peti abſolutio a iuramẽto z ſi ſoluat ante abſolutionẽ qꝛ videtur ſoluere timore iuramenti poſſint repetere,ſecus qñ recepit mutuũ in locis in quibus talia fieri nõ conſueuerũt.nam differẽtia procedit quãdo interuenit iuramentũ:ſed vbi nõ interuenit tũc in omni loco de iure cõmuni ſeruari debet diſpoſitio.l.j.ff.ad mace.vt ſi mutuetur filiofa.habeat exceptionẽ mace.z ſic ſeruari debet.d.etiã in locis in quibus talia fieri cõſueuerũt qꝛ illa.l.nõ reperitur correcta.Et ſic remanet in ſuo eſſe.l.ſancimus.C.de teſta.z qꝛ cauſa illius.l.fuit qꝛ ſepe dabatur materia peccãdi:z ſic locum habet etiã quãdo

nõ dabatur materia peccandi.facit qð habet in ſimili in cle.j.de ap.in text.z glo.z ideo licet hodie nõ detur materia peccandi nõ per hoc ceſſat illa.l.facit ꝙ habetur in.d.cle.j.z attende etiam qꝛ licet quis poſſit petere abſolutionẽ.tamẽ ſi ſoluat illa nõ petita videt ſoluere timore iuramenti.vt ſatis ꝓbatur.ʒ.eo.debitores, cũ ibi nota.z pro hoc etiã facit qꝛ multi ſunt qui timent ne de facto etiã notent de periurio.ſi illud iuramentũ nõ ſeruẽt.facit qð habet in.l.ſi.C.de ſi.inſtru.z quod nota.Jnnoc.in.c.ad aures.ʒ. qð me.cau.¶ Deſcẽdo igit ad quintũ mẽbrum principale quando actus improbatur fauore pſone.Et hoc caſu cõcludit Barto. in.d.l.ſi quis ꝓ eo ſub quinto mẽbro ꝙ iuramentũ obligat z firmat cõtractũ per ea que habent in aut.ſacramẽta.C.ſi aduer.vẽdi.vbi ptʒ ꝙ contractus ꝓhibitus a iure fauore minoris firmat iuramẽto.ad hoc etiã bene facit iſtud.c.z per hoc dicit Barto.in loco preallegato.qð ſi mulier fideiubet cũ iuramẽto ꝙ obligatur efficaciter nec poteſt opponere exceptionẽ velle.z ſic firmatur contractus fideiuſſionis per iuramentũ.nam ſm eũ nõ ꝓhibet mulier fideiubere.ſed dicit ꝙ ſi fideiubeat nõ datur actio ꝯtra illã.l. ij.§.cuius.ff.ad velle.nec ob.licet ipſe tangat qð habet in.l.j.eod. tit.z in.l.ij.in prin.in qbus videt ꝓbari ꝙ mulieres ꝓhibeantur introducere ſeu fideiubere:qꝛ dicunt interdictũ eſſe mulieribus ne pro viris vel ꝓ alio fideiubeant qꝛ reſponderi põt ꝙ illa non ſunt verba originalia ſed iuriſcõſulti inducentis beneficiũ velle. ſed habent in.d.l.ij.§.cu.ſs.Jdeo illa nõ ſunt attendẽda ſed potius verba ipſius ſenatus,z dicit Bart.in loco preallegato ꝙ ponderandũ eſt an lex vel ſtatutũ ꝓhibeat perſonã cõtrahere.vnde dicit qð ſi ſtatutũ dicat ꝙ nullus audeat cõtrahere cum minore vel muliere ſine conſenſu duorũ cõſanguineorũ ꝙ iſto caſu ſi mulier vel minor cõtrahat cũ iuramẽto ſine dicta ſolẽnitate.licet dicta ꝓhibitio videatur fieri fauore minoris z mulieris tñ qꝛ recipiẽs iuramentũ recipit ꝯtra ꝓhibitionẽ ſtatuti ꝙ iſto caſu erit idem dicẽdum qð dictũ fuit in precedẽti mẽbro qñ actus improbatur odio perſone,z ſic videtur velle ꝙ hoc caſu mulier z minor poterunt ſoluere z poſtea repetere:z etiã ante ſolutionẽ poterunt petere abſolutionẽ a iuramẽto.Si aũt ſtatutum ꝓhiberet minorẽ cõtrahere vt qꝛ dicat ꝓhibemus vt nullus minor poſſit ſe obligare vel nulla mulier ſine tali ſolẽnitate tunc dicit ꝙ ſi minor vel mulier cõtrahat ſine dicta ſolẽnitate z iuret nõ contrauenire qð tunc iuramẽtum non obligat mulierẽ nec minorẽ.ex eo qꝛ minor z mulier nõ contrahẽs contra formã ſtatuti venit cõtra iuſtũ preceptum ſuperioris.z ſic peccarẽt mortaliter per id qð habetur in c.ij.de ma.z obe.z ideo nõ videntur obligari qꝛ tunc iuramentũ videt eſſe quodãmodo cõtra bonos mores cum videatur nutrire peccatum.z ſic nõ debet obligare per id qð habet in regu.non eſt obligatorium.de reg.iu.in.vj.z iſta eſt cõcluſio Bar.in.d.l.ſi quis pro eo i hoc membro.¶ Sed aduerte z no.primo ꝙ Bar.voluit qð mulier fideiubẽdo ꝓ alio cũ ſacramẽto obligetur efficaciter z ſic perdat exceptionẽ velle,qð no.ꝓpterea que dixi in fine precedentis mẽbri.¶ Jtem ſcdo pondera quia voluit qð qñ ſtatutũ dicit ꝙ nullus audeat cõtrahere cũ minore z muliere ſine tali ſolennitate qð tunc mulier z minor contrahens ſine tali ſolẽnitate z iurans obligatur ꝓpter iuramentũ tamẽ nõ firmatur contractus iuramẽto.z ſi ſoluat poterit repetere.nam videt cõtrarium dicendũ qꝛ cũ prohibeatur cõtractus fauore minoris vt ipſe etiã dicit videtur qð cõtractus firmetur iuramẽto.per aut.ſacramenta ꝓ hoc etiam videtur ꝙ ſi ſoluat ꝙ nõ poſſit repetere.z hoc etiã tenuit do.Anto.ſub quinto caſu quem hic ponit z dixi ſub precedẽti mẽbro.¶ Jtem etiã aduerte qꝛ Bar.facit hic differentiam an ꝓhibitio dirigat ad cõtrahentẽ cũ minore,an vero dirigatur ad ipſum minorẽ,ſed cõtrarium ipſe videt voluiſſe in aut. ſacramẽta.C.ſi aduer.ven.vbi nõ videtur facere differentiã an ꝓhibitio dirigat ad ꝯtrahentẽ cũ minore vel ad minorẽ,z vŭ velle vtrobiq ꝙ iuramẽtũ nõ obliget ipm minorẽ.¶ Jtem aduerte qð licet Barto.fuerit in hac ſua opi.ꝙ vbi ꝓhibitio dirigitur ad perſonã minoris ꝙ tunc iuramentũ nõ firmaret cõtractũ tñ non videtur procedere de iure per ea que dixi plene ſuperius ſub tertio mẽbro principali:qñ valet actus ꝓhibet a iure qꝛ eſt cõtra publicã vtilitatẽ ſcdario.vnde de hoc an dictũ Bar.ꝓcedat z an aliquo caſu poſſet habere locũ.recurre ad ea q dixi ſub dicto membro.Aduerte tñ qꝛ videtur ſue opi.obſtare qð habet in.l.nõ poſſit.C.de ꝑdi.mi.ſed reſpõdet Ang.in.d.aut.ſacramẽta.ꝙ ibi prohibitio nõ dirigitur ad pſonam minoris qꝛ nõ dicit ibi ꝙ minor nõ poſſit cõtrahere ſed dirigit ad res:qꝛ dicit qð nõ poſſunt res minorꝝ alienari.z ideo ſm eum nõ habet obſtare,z ſic videt tenere opi.Bar.qui fecit differentiã.an lex ꝓhibeat perſonã,an vero contractum z illam etiã ſequitur hic do.meus do.Per.de anch. z etiam ſequebat do.meus do.Anto.in recollectis vt audiui ab eo,dum legeret hoc.c.licet poſtea.in lectura huius.c.aliter dixerit legiſſe communiter conſueuerunt tranſire cum dicto Barto. ¶ Joan.tamen de ligna.hic non tenuit opi.Bart.quia prohibendo

Ayuntamiento de Madrid

bendo contractũ in conſequentiã etiã videtur prohibere perſo-
nas.arg.l.omnino.ff.de ſponſa.⁊ facit qđ notauit idẽ Bar.in.l.
cũ lege.circa fi.ff.de fideiuſ.⁊ ideo videtur ꝙ ſicut firmatur con-
tractus iuramẽto qñ prohibetur contractus fauore perſone.ita
etiã qñ ꝓhibetur perſona ipſius fauore cõtrahere nõ tñ reſpon
det ad rationẽ Bar.ſed de hoc dic vt plene dixi ſub dicto tertio
mẽbro,⁊ q2 plenarie ibi examinaui vlterius nõ inſiſto.⁊ ibi non
tenui opinionẽ Bar.quã etiã in lec.huius.c.nõ tenet do.Anto.
68 ¶†Sed iuxta predicta põt eſſe dubiũ an cõtractus ꝓdigi cui
bonis eſt interdictũ,⁊ datus curator firmetur iuramẽto.Bart.
in.l.is cui bonis.ff.de verb.obli.tenet qđ cõtractus prodigi non
firmetur iuramẽto. Et idem dicit tenuiſſe Jaco.de are.in.l.qui
habet.ff.de tute.Dicit etiam ſe de facto ſic cõſuluiſſe,⁊ etiã di-
cit quendam valentem canoniſtam tunc etiaꝫ idem conſuluiſſe.
et forte loquitur de Fede.de ſe.qui de hoc poſuit in cõſilijs ſuis
conſi.xxxj.⁊ forte ab eius dictis ſumpſit opi.ſuam quaꝫ poſuit
in iſta materia an ſtatutũ vel lex ꝓhibeat perſonã vel non,⁊ qđ
69 non firmetur iuramẽto cõtractus ꝓdigi.allegetꝯ q2 iuramentũ
debet habere tres comites de quibꝰ.ſ.eo.⁊ ſi Chriſtus.⁊ in auẽ.
qđ eis.C.de nup.vcꝫ veritatẽ iuſtitiã ⁊ iudiciũ ſeu diſcretioneꝫ,
ſed iſto caſu videtur qđ iuramẽtũ careat diſcretione:ex quo ſit a
ꝓdigo qui non cẽſetur habere diſcretionẽ: faciat qđ habetur in
l.j.ff.de cur.Jdeo videtur qđ iuramẽtũ nõ liget.Jtẽ pro hoc al-
legat.ſcđo q2 veniẽs ꝯ iuſtũ preceptũ ſuperioris videtur pecca-
re.per id qđ habetur in.c.ij.de maio.⁊ obe.⁊ videtur etiam illud
ꝓcedere ſcđm eũ in ſuperiore ſeculari.per id qđ habetur in.d.c.
ij.⁊.ff.de legi.in.l.j.⁊.ij.et.xj.q.iij.c.qui reſiſtit.et ideo ex quo iu-
dex interdixit adminiſtrationẽ bonoꝝ ipſi ꝓdigo ſi veniat ꝯtra
preceptũ ipſius iudicis ſui ſuperioris cõtrahẽdo videtur pecca
re,⁊ ideo videtur qđ actus nõ firmetur iuramẽto.per id qđ ha-
betur in regula nõ eſt obligatoriũ.de reg.iu.in.vj.nec ob.ſi dica
tur qđ ꝓdigus obligatur delinquẽdo.licet nõ obligetur cõtra-
hẽdo.vt no.ꝑ doc.in.l.ſi quis in tantã.C.vnde vi.licet gl.ibi ali-
ter dicat.q2 reſpõdet qđ iſte ſic iurãdo qui temerarie iurauit,et
ſic delinquit poterit puniri pro temerario iuramẽto.et iſtã opi.
etiã ſequitur Ange.in.d.l.is cui bonis.⁊ etiã in.d.l.ſi quis ꝓ eo.
circa finẽ dicẽs ꝙ cõtractus ꝓdigi nõ firmatur iuramẽto tñ ſi iu
rãdo deierat puniri poterit q2 obligatur ex delicto.licet nõ obli-
getur ex cõtractu ꝗuis gl.dicat cõtrariũ.⁊ not.bene ſcđm eũ.in
d.l.ſi qs in tantã hanc opi.etiã ſequitur Sali.in auẽ.ſacrã.hanc
opi.ſequitur Bal.in.l.ij.C.de reſcin.vẽ.in.x.q.allegat.q2 licet re
periatur qđ iuramẽtũ preſtitũ a minore repreſentet eũ maioreꝫ
vt ptꝫ ex his que not.in.d.l.ij.et que habẽtur in dicta auẽ.ſacrã.
tñ nõ reperitur qđ iuramẽtũ ꝓdigi faciat eum cẽſeri non prodi
gum cum iſta opi.tranſeunt cõmuniter legiſte.⁊ etiã do.Pe.de
ancha.hic.⁊ cõmuniter etiam canoniſte,⁊ hãc partem etiam te-
nuit Fede.de ſe.in prealle.conſil.xxxj.mouetur primo per duas
rationes ſuperius tactas per Bar.⁊ forte Bar.ab eo recepit.vn
de allegat primo.q2 videtur peccare veniẽs cõtra iuſtum prece-
ptum ſuperioris,nã dicit ꝙ iuramentũ nõ fuit inuẽtum,vt eſſet
iniquitatis vinculũ.alleg.xxij.q.iiij.c.inter cetera.⁊.ſ.eo.quan-
to.⁊ qđ no.in ſimili in.c.iij.de app.ſed dictum iuramentum eſt
contra iuſtum preceptuꝫ ſuperioris cui eſt obtemperãdum.viij.
di.que cõtra.xj.q.iij.qui reſiſtit.de maio.⁊ obe.c.ſolite.⁊ q2 ordi
nationi dei reſiſtit qui poteſtati ſuperioris reſiſtit.d.c.qui reſi-
ſtit.⁊ ad romanos.xiij.¶Jtẽ ſcđo quia videtur deficere diſcre
tio,⁊ ſic non videntur interuenire oẽs comites iuramẽti.Jtẽ al
legat tertio quia prodigus videtur equiparari furioſo.[illegible]n.l.is
cui.ad fi.ff.de tut.⁊ cura.da.ab his.ibi furioſi exitũ [illegible] idẽ
etiã qđ habetur in.d.l.is cui bonis.in text.ad idẽ q[illegible]tur in
l.j.ff.de cur.tuto.vbi exẽplo furioſi datur curator ꝓdigo.¶Jtẽ
allegat quarto quia per interdictum iudicis videtur ſibi ablata
adminiſtratio.¶Jdeo videtur qđ non valeat qđ agitur.ex quo
non habet adminiſtrationem per ea que habentur.ſ.de dolo ⁊
contuñ.veritatis.⁊.j.de accuſa.in.c.ſi.⁊ qđ habetur etiam in.c.
j.de ſup.negli.prela.in.vj.⁊ in.c.ſi ſoli.de cõceſ.prebẽ.in quibus
videtur probari qđ actus qui ſit contra interdictum ſuperioris
ſit nullus:nec debet poſſe prodigus per ſuum iuramẽtum recu-
perare bonorũ adminiſtrationẽ in eluſioneꝫ legis ⁊ ſui ſuperio-
ris ne leges ⁊ interdicta pretorũ ſint ludibrio.argumẽto eorũm
que habẽtur in.c.bone.ver.nec nocebat.ſ.de poſtu.⁊ de elec.⁊ õ
miſſa.lib.vj.⁊.ſ.eo.ſicut ex literis.facit etiã quod habetur in.l.ſi
pretor.ff.de iudi.¶Jtem allegat quinto quia videtur equipa-
ri pupillo.l.certi cõdictio.§.idẽ querit.ff.ſi cer.peta.ſed ſm eum
contractus pupilli non firmatur iuramẽto.vt not.in auẽ.ſacra-
menta.per gl.multominus cõtractus ꝓdigi:quia pupillus obli
gatur naturaliter vt no.in.l.j.ff.de noua.⁊ tamen prodigus non
obligatur etiã naturaliter.vt patet in.d.l.is cui bonis.⁊ per has
rationes tenet hanc partẽ qđ contractus prodigi non firmetur
iuramẽto,⁊ ponebat.q.quãdo erat minor.xxv.an.⁊ ꝓdigus cui

fuerat bonis interdictũ ⁊ datus curator et poſtea cõtraxerat ſi-
ne curatore eum iuramẽto:an firmetur cõtractus iuramento et
cõcludit qđ non:tene mẽti inquantũ vult qđ auẽ.ſacramẽta non
habeat locũ in pupillo doli capace,ſed de hoc dic vt dictuꝫ fuit
ſub tertio mẽbro.¶Sed aduerte quia contra predicta facit pri
mo.vt tetigit Fede.q2 ꝓhibitio legis et hominis videtur equi-
parari.l.ſi.C.de reb.alie.non alie.ſed vbi cõtractus prohibetur
a lege firmatur contractus iuramẽto vt patet in auẽ.ſacramẽta
puberũ et in hoc.c.cum cõtingat.ergo videtur qđ eodem modo
debeat firmari cõtractus per iuramẽtum quãdo eſt prohibitus
per iudicem.vt contingit in caſu.¶Jtem ſecundo facit contra
predicta ſuppoſito caſu Fede.de quo.ſ.tetigi:quãdo ſcilicet mi
nori fuit interdicta adminiſtratio tanꝗ prodigo,nam aut dice-
mus cõtractum non firmari iuramẽto ratione etatis,⁊ hoc non
videtur verũ per auẽ.ſacramẽta.aut dicemus nõ firmari ratio-
ne ꝓdigalitatis.⁊ iſtud etiã non videtur verũ:quia ante interdi
ctionem iudicis videtur qđ poterat cõtrahere.l.j.ff.de cur.fur.
et ſic videtur qđ ſola ꝓhibitio iudicis erit cauſa quare iuramen
tum non valebit:ſed hoc etiã videtur eſſe falſum:quia precepta
ſuperioris non vidẽtur poſſe infringere iuramentum niſi fiat ex
cauſa ex qua iuramẽtum reddatur illicitũ per ea que habẽtur in
c.ſignificauit.j.de cenſi.⁊ ſic per predicta videtur qđ contractus
prodigi debeat firmari iuramẽto,ſed predictis non obſtãtibus.
Fede.tenuit cõtrariũ vt ꝓdixi per rationes ſuperius in alia par
te allegatas ⁊ ad contraria rñdet.Et primo ad id qđ dicitur qđ
equiparatur ꝓhibitio legis et hominis qđ illud nõ eſt verũ per
omnia,nã ꝓhibitio cõtrahentiũ non inuadit actum licet ꝓhibi
tio legis ⁊ teſtatoris ſic vt not.in.d.l.ſi.⁊ in.l.ea lege.C.de cõdi.
ob cau.hic autẽ agitur de ꝓhibitione iudicis ex cauſa facta que
videtur fortius operari quã ꝓhibitio.l.quia durius agitur cum
miniſtro legis ꝗ cum ipſa lege vt in.l.celſus.ff.de arbitr.⁊ bene
dixi de precepto iudicis ex cauſa facto ꝓpter ea que cõſueuerũt
dici in.c.ij.cum ibi not.per Jnnoc.ſ.de reſtit.in integ.et in.c.ad
diſſoluendum.j.de deſpon.impube.¶Jtem ad auẽ.ſacremẽta
et ad illud.c.reſpondet dupliciter.Primo qđ illa iura loquun-
70 tur in minore,⁊ muliere hic † in ꝓdigo qui eſt magis ꝓhibitus
quã ſint predicti cum equiparetur furioſo,vt patet in legibꝰ ſu-
perius allegatis pro hac parte,⁊ nõ poſſet teſtari nec eſſe teſtis
l.is cui.ff.de teſta.ſecus in predictis.¶Jtẽ non obligatur etiaꝫ
naturaliter.vt patet in.d.l.is cui bonis.de ver.obli.ſecus in pre-
dictis perſonis.Secũdo reſpondet qđ in dicta auẽ.ſacramẽta.
⁊ in hoc.c.cum contingat.eſt ſola prohibitio iuris cõmunis,ſed
in ꝓdigo vltra prohibitionẽ iuris eſt prohibitio iudicis,et ideo
fortius debet operari,nam videmus in ſimili qđ licet prelatus
qui de iure cõi eſt prohibitus alienare rem eccleſie poſſit aliena-
re in caſu neceſſitatis vel vtilitatis.xij.q.ij.ſine exceptione:tamẽ
ſi per ſuperiorem interdicatur ſibi adminiſtratio tunc non pote
rit etiaꝫ alienare in caſu neceſſitatis vel vtilitatis:vt ex his que
habentur in.c.ſi.j.de accu.⁊.ſ.de dolo ⁊ contu.veritatis.circa ſi.
Bart.autem in.d.l.is cui bonis.aliter reſpondet ad dicta iura.
nam dicit qđ lex non prohibet perſonã minoris cõtrahere:ſed
non aſſiſtit ſi non cõtrahat cum debita ſolẽnitate,ideo nimiruꝫ
ſi firmatur cõtractus iuramento,ſed hic ꝓdigus eſt prohibitus
cõtrahere per ſuũ ſuperiorẽ etiã ideo ſi cõtrahit videtur peccare
per ea que ſuperius fuerũt dicta,⁊ ſic videtur qđ non obligetur
ſacrõ.Ad hoc.c.reſpõdet qđ hic non prohibetur cõtractus nec
obligatio:ſed ꝓhibetur vir alienare rem dotalẽ.facit qđ ipſe no
tauit in.l.cũ lex.de fideiuſ.Jdeo nimirũ ſi cõtractus factus per
mulierẽ firmatur iuramento,q2 non eſt prohibita cõtrahere.ſe-
cus in ꝓdigo.Ad aliam autẽ rationẽ inquãtum dr̃ qđ aut ꝓhi-
betur iuramẽtum ratione etatis aut ꝓdigalitatis ⁊c.reſpondet
Fede.qđ verũ eſt qđ non prohibetur rõne:nec ex eo qđ datus ſit
curator:q2 tunc bene firmaretur iuramẽto per auẽ.ſacramenta.
nec etiã ex eo,quia intereſt reipublice locupletes habere ſubie-
ctos.facit qđ habetur inſti.de his qui ſunt ſui iu.§.ſi.q2 etiã in-
tereſt reipublice mulieres nõ eẽ dotatas.l.j.ff.ſo.ma.⁊ tñ firma
71 tur cõtractus iuramẽto.vt ptꝫ in hoc.c.¶†An aũt ante inter-
dictionẽ poſſet ꝓdigus cõtrahere cõcludit qđ ſi notorium eſſet
eum eſſe ꝓdigum per notoriũ facti:tunc non poſſet cõtrahere et
equipararetur furioſo per iura superiꝰ allegata.⁊ per id qđ le.⁊
not.in.l.j.ff.de cu.fu.Jdeo cõtractus non firmaretur iuramẽto.
¶Jdẽ dicit ſi eſſet notoriũ iuris,vt q2 per ſñiaꝫ cauſa plene co
gnita declaratũ eſt eũ eſſe ꝓdigũ.facit qđ habetur in.l.emptorẽ.
ff.de [illegible].emp.⁊ in.l.iulianus.ff.de cur.fur.Si autẽ nõ eſſet noto
rium iuris nec facti:tunc ante ꝓhibitionem iudicis poteſt con-
trahere per ea que legũtur ⁊ not.in.d.l.j.C.de cura.fu.Sed poſt
interdictum factum per iudicẽ cauſa cognita non poterit cõtra-
here,⁊ ſi cõtrahat tunc non tenebitur contractus etiam cũ iura
mẽto:nec videtur poſſe per ſuũ iuramentũ cõtra iuſtũ preceptũ
ſuperio[illegible]uenire nec eludere diſpoſitionẽ ſuperioris q. interd[illegible]

Ayuntamiento de Madrid

git ſibi adminiſtrationē per ea que habētur in.c.ciuitatis.de do
lo ꝛ cōtu.ꝛ in.d.c.ſolite.ꝛ.ſ.eo.ſicut.ꝛ.c.ij.ꝛ ſi dicatur non videt
qḋ ꝓhibitio iudicis poſſit inualidare sacrm̄ per ea que habētur
in.c.ſignificauit.de cēſi.rn̄det ꝙ ibi loquitur qn̄ preceſſit iuramē
tum illicitū,ꝛ poſtea ſit preceptū cōtra ipſum iuramentū. Jdeo
tūc preceptū non tollit vires ipſius iuramēti:ex quo cōſtat illud
eſſe licitū:ſed vbi dubitaretur an eſſet licitū vel non tūc obedien
dum eſſet precepto ſuperioris.ꝛ facit qḋ not. in.c.ad aures.ſ.de
tēpo.ord.ſed in caſu ꝓpoſito precedit iuſtum preceptū ſuperio
ris,ꝛ ſequitur iuramentū. Jdeo videtur qḋ tale iuramentū non
obliget ne ſit in poteſtate ꝓdigi eludere p̄ceptū iuſtū ſuperioris
recuperare bonoꝝ adminiſtrationē,ꝛ iſta in effectu eſt cōcluſio.
Fede.qui tn̄ vltimate dixit qḋ qn̄ non erat notoria ꝓdigalitas:
ſed facta eſt interdictio per iudicē qḋ licet impediatur trāſlatio
dominij ꝛ vſucapio.facit qḋ habetur in.c.ij.de reb.eccl. nō alie.
in.vi.tn̄ videtur qḋ hoc caſu ſi talis ꝯtrahat cū iuramēto ꝙ obli
getur ꝑ.c.cū veniſſent.j.de inſti. ꝛ per ꝯn̄s ille qui haberet rē ex
tali ꝯtractu poſſet repellere ipſum q iurauit dicēdo quātū ad te
liberas edes habeo vt habetur in ſimili in.l.loci corpus.§.cōpe
tit.ff.ſi ſer.vē.neſcio ſi iſtud vltimū fuit additio alteri⁹ An vero
fuerit dictū ipſius Fede.q2 rōnes ſuperi⁹ facte ꝑ eū videtur etiā
iſto caſu cōcludere qḋ non obligetur iuramēto cū cōtrariū ipſe
vltimate in hoc caſu dixit,lꝫ videatur velle qḋ qn̄ p̄ceſſit ꝓdiga
litas notoria qḋ tūc ſine dubio non firmetur ꝯtus iuramēto tn̄
etiā ſi nō p̄cedat ex quo facta eſt interdicto ꝑ iudicē cauſa cogni
ta videtur rōnes ſue cōcludere qḋ etiā tūc nō firmetur cōtractus
iuramēto do.Ant.hic ſub ſcḋo caſu teneret cōtra Fede. ꝛ Bar.
vbi cōcludit qḋ alio extrinſecus nō accedēte ſeu nō interueniēte
iuramentū obligabit ꝓdigum dum tn̄ ſit capax ſenſus mouetur
q2 equiparatur pupillo pubertati ꝓximo in acquirēdo. vt legi
tur ꝛ no.in.d.l.is cui bonis.ꝛ etiā obligatur ex delicto:ſicut etiā
pupillus doli capax.vt etiā no.Bar.met in.d.l.is cui. ꝛ not.etiā
ꝑ doc.in.l.ſi qs in tantā.C.vn̄ vi.lꝫ gl.aliter ibi dicat:ergo eodeꝫ
modo dꝫ obligari iurō ſicut ꝛ pupillus doli capax,ꝛ dꝫ poſſe in
currere periuriū ſicut ipſe pupillus de quo ꝓbatur in.c.j.et.ij.j.
de deli.pu.ſicut ergo aut.ſacra.habeat locum in pupillo doli ca
pace:ne incurrat penā periurij vt voluit Bar. ꝛ Jo.an. ꝛ Hoſt.
hic ergo eodē modo dꝫ firmari cōtractus prodigi iuramēto cuꝫ
eius fauore ꝓhibitus ſit cōtractus:ſicut ꝛ fauore minoris,ꝛ per
ꝯn̄s eadē ratio videtur vtrobiqꝫ, ꝛ ideo idē ius debet eſſe.ſ.de
tranſla.c.ij.ꝛ.ff.ad legē aqui.in.l.illud.nec ob.qḋ interdicta ſit ei
adminiſtratio,q2 nō per hoc eſt interdictū ſibi iuramentū vt pa
tere pōt ex predictis nec etiā ipſe iudex ſecularis potuit ipſum
sacrm̄ interdicere quia ſuper ſacramēto velut ſuper re ſpirituali
non videtur habere poteſtatem.facit qḋ habetur.ſ.de ordi.co
gni.in.c.tuam.ꝛ ideo in materia iuramēti ſtatur diſpoſitioni iu
ris canonici potius quam iuris ciuilis vt habetur in.c.ij.j.eo. in
vi.ꝛ de pac.c.ij.eo.lib.ꝛ ꝓbatur etiā in hoc.c. Jtē non ob. qḋ lex
videtur equiparare ipſum prodigum furioſo quia reſpondet ꝙ
quo ad iuramentum non debet attendi talis equiparatio legis
per id qḋ proxime dixi,ꝛ quia omnis prohibitio que reperiatur
72 in ipſo ꝓdigo videtur eſſe facta eius fauore. ¶ † Jdeo videtur
qḋ poſſit contractus firmari iuramento ſicut dicimus in mino
re ꝛ muliere iurante,ꝛ pro predictis etiā faciat quia ipſe prodi
gus obligatur delinquēdo vt ſuperius eſt dictum qḋ non cōtin
git furioſo.l.infans.ff.de ſica.ꝛ facit etiam qḋ habetur in.c.dile
ctus.j.de ſpon.cum ſimi.ꝛ ſic patet qḋ non per omnia equipara
tur furioſo. ¶ Jtem etiā non ob.qḋ dicatur peccare cōtrahens
cum contra interdictum ſuperioris : quia reſpondet quod licet
cōtractus a lege annulletur,quia tn̄ hoc ſit fauore ipſius prodi
gi non dicetur peccare contrahens cum eo contra interdictū ſu
perioris quia reſpondet qḋ licet contractus a lege annulletur,
quia tamen hoc ſit fauore ipſius ꝓdigi non dicetur peccare con
trahens cum illo ſecundū eum ſed ad iſtam rationē melius poſ
ſet reſpōderi per ea que plene dixi ſuperius ſub tertio mēbro.
¶ Jtē non ob.ſi dicatur qḋ legis reſiſtentia impedit naturalem
obligationem.l.cum lex.ff.de fideiuſſ. ꝛ.l.ſi non ſortem.§.j.ff.de
condi.indebi.cum ibi notatis.ꝛ ſic pari ratione videtur ꝙ impe
diat iuramentum per id qḋ habetur.xxij.q.v.iuramēti. vbi in
ter ſimplicem loquelā ꝛ iuramentū non facit deus differentiam
quia reſpondet qḋ illud verum quando prohibitioni conſonat
ius diuinum vt contingit in vſuris dicit etiam qḋ licet legis reſi
ſtentia poſſit infringere naturalem obligationē inquātum quis
per eam obligatur per tit.ꝛ ſimiliter etiā iuramentalem quo ad
ſecundariam obligationem que dirigitur in partē non tn̄ infrin
git nec pōt infringere obligationē iuramenti inquātum princi
paliter dirigitur in deū,ꝛ ſic licet reſpectu obligationis que diri
gitur in partem ſimplex loquela ꝛ iuramētum poſſint parifica
ri tamen non parificantur quo ad obligationē que ex iuramēto
principaliter dirigitur in deum. ¶ Et ex predictis [illegible]udit qḋ

hoc caſu iuramētum obligabit iurantem:ſed non firmabit con
tractū vt ex eo poſſit agi vel excipi:ſed ſolum ex iuramēto ꝛ hoc
vltimū dixit quia tenuit ꝙ etiā in minore ꝛ muliere nō firmetur
contractus iuramēto.licet obligetur ad obſeruandū iuramentū
vt ipſe tangit hic ſub ſecūdo caſu.ſub tertio mēbro ſed cōis opi
nio eſt in contrariū in hoc quia cōiter tenetur qḋ cōtractus mi
noris ꝛ mulieris firmetur iuramēto vt plene dixi ſub tertio mē
bro,ꝛ ſic idē videretur dicendū in ipſo prodigo cum equipare‍tur
pupillo pubertati ꝓximo.vt no.per Bar. in.d.l.is cui bonis.ff.
de ver.obli.tn̄ ſcḋm opi.do.Ant. licet nō firmaretur cōtractus
iuramēto:ex quo tamē iuramentū valeret poſſet per viā denun
tiationis vel officiū iudicis agi ad obſeruātiā iuramēti vel alijs
remedijs quis cogitur ad ſeruādum iuramentū. de quibus in.c.
debitores.eo.ti. An aūt poſſet habere aliqḋ remediū cōtra iura
mētū cōcludit qḋ ſi interuenit dolus aduerſarij vel aliqua dece
ptio que habeat in ſe dolū annexū ſaltē preſumptiue poſſet ſibi
ſuccurri:ſicut plene dictum fuit in ſimili ſuperius de minore qḋ
proſequitur hic do.Ant. ſub ſcḋo caſu ſed plene dixi ſub tertio
mēbro ſuperius. Et ex predictis videtur remanere do.Anto. ꝙ
prodigus iurās cōtractū factū ſine curatore obſeruare teneatur
ad obſeruantiā iuramēti,ſed tn̄ cōtractus nō firmetur iuramē
to,ſed certe ſi teneremus opi.aut.ſacramēta.habeat locū in pu
pillo doli capace:quā tenuit Bar.ibi ꝛ etiā Joan.an. ꝛ Hoſt.in
hoc.c.equiparetur ipſi pupillo pubertati ꝓximo.vt pꝫ ex nota
tis per Bar.in.l.is cui bonis.ꝛ ex.d.l.iuncto eo qḋ habetur. in
ſti.de inuti.ſtipula.§.ſed qḋ diximus.ꝛ ipſe pupillus pubertati
proximus obligetur ex delicto.l.pupillū.ff.de reg.iur.ꝛ cōſequē
ter ad periuriū.j.de delic.pu.c.j.ꝛ.ij.ꝛ per cōſequēs ad obſeruā
tiā iuramēti ne incidat in periuriū videtur qḋ idem ſit dicendum
etiā in ipſo prodigo,ꝛ ꝯn̄r qḋ ſicut firmatur cōtractus iuramen
to in ipſo pupillo doli capace ſcḋm cōem opinioneꝫ quā ſequi
tur etiam Bar.ꝛ Ang.ꝛ Jo.an.in.c.ij.de pac.in.vj.ſimiliter fir
mabitur cōtractus prodigi iuramento ꝛ tenendo iſtam opinio.
poſſet reſponderi ad rationes Fede.ꝛ etiam Bar. Primo dum
dicitur qḋ obediēdum eſt iuſto precepto ſuperioris, ꝛ per conſe
quens ſi nō obediatur peccat non obediēs. Poteſt dici vt tetigi
poſt do.Anto.ſuperius ꝙ illud non procedit qn̄ preceptum ſit
fauore perſone poteſt etiā dici qḋ faciens contra preceptū iudi
cis ſecularis nō peccat mortaliter.vt plene declaraui ſub tertio
mēbro. ¶ Jtē non ob.qḋ non videtur iuramentū habere diſcre
tionē:q2 imo habet ex quo eſt doli capax,licet nō habeat ita ple
nam ſicut alius,ꝛ hoc nō habet infringere iuramētum vt pꝫ in
pupillo doli capace qui ſimiliter nō habet ita plenaꝫ diſcretio
nem ſicut alius,ꝛ tn̄ obligatur iuramēto. ¶ Jtē nō ob.ꝙ inter
dicta eſt ſibi adminiſtratio:quia ſatis eſt reſponſum.ſ.poſt do.
Anto.ꝛ ſimiliter non obſt. inquantū dr̄ qḋ equiparatur furioſo
quia non eſt verū ꝙ per oīa equiparetur,vt ſuperius eſt dictuꝫ.
¶ Jtē non ob.ꝙ equiparatur pupillo:quia imo facit pro tenē
do qḋ in pupillo doli capace habeat locū aut.ſacramēta.ſed te
nēdo ꝙ aut.ſacramēta.non haberet locum in pupillo etiā doli
capace.prout tenuit gl.in aut.ſacramēta. ꝛ in corpore vnde ſu
mitur ꝛ etiā Ang.ꝛ Bal.in dicta aut.ſacramēta.ꝛ etiā Fede. in
dicto cōſilio.tūc ſatis videtur dicendū ꝙ nō haberet locū etiā in
prodigo:cū equiparetur pupillo.vt pꝫ in.d.l.certi cōdi.§.item
quenit.tn̄ verior videtur opi.qḋ dicta aut.habeat locū in pupil
lo doli capace attēta diſpoſitione iuris canonici,que in hac ma
teria dꝫ ſeruari vt ſepius eſt dictū:ex quo obligari pōt ad periu
rium,[illegible] ex quo ratio illi⁹ aut.ne vcꝫ aperiatur via periurijs.
facit [illegible] habetur in.l.j.C.ſi aduer.vend. habet locum in pupillo
doli capace videtur qḋ etiam habeat locum ipſius aut. diſpo,li
cet forte de iure ciuili non haberet locum:tn̄ in hoc ius ciuile nō
debet cōſiderari,ſed potius canonicum per ea que habentur in
d.c.ij.j.eo.in.vj. ¶ Aduerte tamen qḋ licet pupillus doli capax
obligetur ex iuramento,ꝛ ſic obligetur ad obſeruantiā iuramē
ti,tamen videtur qḋ ex quo non habet plenum animi iudicium
cum impuberes non multa cognoſcant propter inexperiētiam,
videretur qḋ eſſet cauſa iuſta abſoluendi a iuramento impoſita
penitentia cōgruenti propter ea que no. Jnno.in.c.ſcripture.j.
de voto.vbi dicit qḋ in votis ꝛ iuramentis ab impuberib⁹ pre
ſtitis facilius diſpenſatur ꝛ ſit cōmutatio propter qualitatē eta
tis.licet ſic non fiat in pubere ad qḋ bene facit quod habetur in
c.j.ꝛ.ij.j.de delic.pu. ꝛ ideo ſatis videtur equum qḋ ſi appareat
ipſum eſſe leſum ſaltē enormiter qḋ dari debeat abſolutio impo
ſita penitentia congruenti vt poſſet poſtea venire contra cōtra
ctum ſaltem petendo reſtitutionē in integrū. non audeo tamen
hoc firmare quia a nemine reperio tactū:tamen meo iudicio eſt
ſatis equum.ꝛ pro ipſo bene facit quod no. Jnno.in.d.c.ſcriptu
re.do.Pet.de ancha.vt ſuperius tetigi ſub tertio mēbro tenuit
qḋ nedum in pubere ſeu pupillo doli capace. Sed etiam in pu
bere iurante ſuper contractu ſi enormis ſit leſio qḋ dari debeat
abſolutio

Ayuntamiento de Madrid

abſolutio ꝛ eius dictum ſatis videtur equuʒ in ipſo pupillo per
no.per Inno.in.d.c.ſcripture.ꝛ per predicta ſit expeditũ quintũ
73 membrũ principale.¶ †Nunc reſtat deſcẽdere ad ſextum mem
brum:qñ vcʒ actus improbatur a iure ꝓpter defectũ ſolẽnitatis
probatorie.ꝛ hoc caſu cõcludit Bar.in.d.l.ſi quis pro eo. qd nõ
firmatur talis cõtractus vel actus iuramẽto: quia talis ſolẽni-
tas videtur eſſe inducta fauore publice vtilitatis cui per pactuʒ
aut iuramentũ priuatoꝝ nõ videtur poſſe preiudicari et ꝯñr nõ
videtur poſſe tolli.l.ius publicũ.ff.de pac.ꝛ.l.nemo poteſt.ff.de
leg.j.dicit tamẽ qd ſi iuramẽtum ſit interpoſitum ſuper aliquo
contractu habet vim illius clauſule ſi actus nõ valet vt agit qd
valeat vt valere põt per ea que habẽtur in.l.cũ pater.§.fili⁹ ma-
trẽ.vbi eſt tex.notabilis ꝛ ſingularis.ff.de leg.ij.ꝛ ideo ſi quis fa
ceret teſtm̃ corã quinqꝫ teſtibus,ꝛ ſuper illo teſtamẽto interpo-
neret iuramentũ,licet tunc non valeret vt teſtamẽtum:quia ibi
non eſt ſolẽnis numerus teſtium cum requirantur ſeptem.l.hac
cõſultiſſima.C.de teſta.valebit tñ vt codicillus in quo ſufficiũt
quinqꝫ.l.fi.C.de codi. ꝛ ſic perinde erit ac ſi dixiſſet ſi non valeat
iure teſtamẽti valeat iure codicilloꝝ. facit qd legitur ꝛ no.in.d.
l.fi.ꝛ.l.j.ff.de iure codi.maxime per Bar.ꝛ idem in effectu tenet
hic do.Ant.ſub ſeptimo caſu.dicit tñ qd ſi ſolẽnitas nõ funda-
tur omnino ſuper publica vtilitate qd nõ impediret obligatio-
nem iuramẽti exemplũ ponit in cõtractibus in quib⁹ daretur ſo
lẽnitas per ſtatutũ ad fauoreʒ minorũ ꝛ mulierũ,ꝛ idẽ dicit etiã
in illis caſibus in quibus ſolẽnitas eſſet inuẽta ob publicã vtili-
tatem:qñ ſi non impleretur diſpoſitũ lederetur anima.vt cõtin-
git in legatis ad pias cauſas.facit qd habetur.j.de teſta.c.cum
eſſes.ꝛ.c.relatum.tu potes addere qd licet a iure ſit introducta
ſolẽnitas probatoria vltra ſolẽnitatem iuris diuini que vult qd
in ore duoꝝ vel trium ſtet omne verbum.ſ.de teſti.c.in omni.vt
cõtingit in certis caſibus de quibus habetur in.l.fi.ꝛ aut.ibi po
ſita.C.ſi cer.peta. videtur qd talis ſolẽnitas non habeat locum
quãdo interuenit iuramẽtũ ſaltem ſi agatur de ꝓbatione ipſius
iuramenti.nã videtur qd quo ad ipſum iuramẽtum ſufficiat ꝓ-
batio iuris diuini,ꝛ ſic per duos vel tres teſtes idoneos:quia.l.
ciuilis non videtur habere poteſtatem ſuper ipſo ſacramẽto ve
lut ſpirituali per ea que habẽtur in.c.tua.de ordi.cogni.ꝛ eadem
ratione:nec ſtatutum editum a laicis.facit qd notauit do.Ant.
hic ſub ſecũdo caſu,ꝛ qd dixi ſuperius ſub tertio membro, ꝛ ſic
videtur qd etiam in caſibus in quib⁹ requirerentur quatuor aut
quinqꝫ teſtes ex forma iuris cõmunis:vel etiam ſtatuti,qd licet
non poſſet fieri ꝓbatio.vbi non interuenit iuramentũ niſi pro-
betur per numerum ſtatutũ a lege vel ſtatuto tamen non inter-
uenit iuramentum poterit probari ipſum iuramentũ per duos
teſtes idoneos maxime coram iudice eccleſiaſtico coraʒ quo agi
poteſt ad obſeruãtiam iuramẽti.vt in.c.cum.C.laicus. de fo.cõ
pe.lib.vj.ꝛ eadẽ ratione videretur qd ſi per legẽ vel ſtatutuʒ re-
quiratur ſcriptura ad probationẽ cõtractus qd interuenerit iu-
ramentũ licet ipſe cõtractus non poſſet probari niſi per ſcriptu
ram tamẽ videtur qd poſſet iuramẽtũ ipſum probari per teſtes
idoneos,quia lex vel ſtatutũ nõ videtur potuiſſe diſponere quo
ad iuramentum per ea que ſuperius dixi ꝛ predicta tene menti:
quia poſſunt de facto contingere ꝛ videtur qd ſaltem coram iu
dice eccleſiaſtico ad obſeruantiam iuramenti agi poterit, ꝛ fieri
poterit probatio per duos vel tres teſtes idoneos qd diligẽter
tene mẽti,quia per alios hoc non tãgitur ꝛ aduerte:quia ſi iura-
mẽtum eſt explicitũ,vt quia iuratum eſſet tale quid facere:tunc
ꝓcedere põt qd dixi,quia probatio talis ſacramẽti fieri põt per
duos teſtes idoneos ſaltẽ corã iudice eccleſiaſtico, ſed vbi iura-
mentũ eſſet implicitũ,vt qꝛ factus eſſet ꝯtus ꝛ iuraſſet pars cõ
tractũ ſeruare tñc non poſſet ꝓbari iuramentũ ad finem vt ſor-
tiatur effectũ niſi etiã probetur cõtractus qui non põt probari
ſm ſtatutũ per duos teſtes.vñ tunc eſt magis dubiũ: ſed dicere
potes qd etiam tñc poterit ꝓbari cõtractus eo modo quo ꝛ iu-
ramentũ,qꝛ ex quo iuramentũ põt probari per duos teſtes ido-
neos,ꝛ talis ꝓbatio non haberet effectũ niſi etiã ꝓbetur ꝯtus
in ꝯñam etiã debet permiſſa ꝓbatio ꝯtus arg.l.j.ad fi.ff.de au
to.tuto.ꝛ vt euitetur periculũ anime qd imminet ſi nõ ſeruetur
iuramẽtũ.ſ.eo.ꝛ ſi Chriſtus.ꝛ pro hoc etiã faciat quia ſtatutuʒ
laicoꝝ circa deciſoria nõ videtur facere preiudiciũ qñ ꝯcernit rẽ
vel perſonã nõ ſubiectã vt voluit Jo.cald.in ſua qõne que inci-
pit ſtatuto ciuitatis vbi cõcludit qd ſtatutũ diſponens qd ſolu-
tio debiti non poſſit ꝓbari per teſtes non arctat clericũ cõtra-
hentẽ cũ laico,ꝛ ſic eadẽ rõne non videtur aſtringere ꝓbationẽ
fiendã in ſacramẽto qd eſt res ſpiritualis.arg.eorũ que habẽtur
in.c.tuam.de ordi.cogni. et in.c.ij.j.eo.in.vj. ꝛ hec ſufficiant de
74 ſexto mẽbro.¶ †Septimũ membrũ eſt quãdo actus improba
tur ratione defectus ſolẽnitatis formalis,et hoc caſu concludit
Bart.in.d.l.ſi quis pro eo. qd iuramentum non poteſt operari
in ſupplendo ipſam formã:quia forma dat eſſe rei et illa deſtru-
cta deſtruitur res.l.ſi is qui.cccc.§.quedã.ff.ad.l.falc.exemplum
ponit in ſtipulatione que ex ſui forma requirit interrogationeʒ
precedere ꝛ reſpõſionẽ ſequi.l.j.ff.de verb.obli.ꝛ ideo ſi in ꝓmiſ-
ſione forma nõ fuerit ſeruata licet interuenerit iuramentuʒ non
per hoc ſupplebitur forma ſtipulationis ex quo nõ interuenit.
dicit tñ ꝙ iuramẽtũ hʒ vim clauſule ſi nõ valet qd ago vt ago va
leat vt valere põt per id qd habetur in.l.cũ pater.§.fili⁹ matrẽ.
de leg.ij.ꝛ dictũ fuit in precedẽti mẽbro,ꝛ ideo tũc valebit vt pa
ctũ licet nõ valeat vt ſtipulatio. facit qd habetur in.l.j.§.ſi quis
75 ita.ff.de ver.obl.cũ ibi no.¶ †Per ꝓdicta etiã infert ꝙ licet de
forma fideiuſſionis ſit ꝙ fideiuſſor non obligetur in plus vel in
aliud ꝙ̃ principalis.l.ſi qui.ꝛ.l.grece.§.illud.ff.de fideiuſ.tñ ſi in
plus vel in aliud ſe obliget.lʒ nõ valeat qd agit ſi non interuenit
iuramẽtũ,vt ptʒ in dictis iurib⁹ tñ ſi iuramẽtũ interuenerit va-
lebit actus eo modo quo valere poterit ꝛ ſic obligabitur tanꝙ̃ prin
cipalis lʒ nõ tanꝙ̃ fideiuſſor qd eſt valde notandũ.¶ Et predi-
cta inquantũ eſt dictũ iuramentũ nõ operari limitat procedere
niſi actus deficeret rõne cõſenſus qꝛ ſi deficit ex toto ꝯſenſus vel
eſt limitatus iuramentũ nõ obligaret vltra ipſum cõſenſum,nã
iuramẽtũ regulatur ſm metas ipſi⁹ ꝯſenſus ꝛ ſm mentẽ ipſius
principalis ꝯtus ſup quo iuratur per.l.fi.C.de nõ nume.pec.et
l.fi.ff.qui ſatiſ.cogã.ꝛ.ff.ad muni.in.l.fi. ꝛ.l.ſi libertas.ff.de ope.
76 libe.ꝛ idẽ in effectu voluit hic.d.Anto.ſub.vj.caſu. ¶ †Juxta
predicta põt eſſe dubiũ an ꝯ cõtractũ ſimulatũ et iuratum quis
poſſit venire ꝯ non obſtãte iuramẽto:an vero dʒ ſeruari iuramẽ
tum gl.in.l.emptione.C.plus valere qd agitur tenet iuramentũ
nõ obſtare quin poſſit opponi de ſimulatione quare actus ſit ꝯ
legẽ allegat qd habetur.C.de legi.non dubiũ.ꝛ.C.de cõtrahen.
emp.ſi ancillã.cum illa gl.trãſeunt cõiter legiſte ſed Bal.in.d.l.
emptione.dicit illã ꝓcedere qñ cõtractus fuit ſimulatus qꝛ tñc
ſicut ſe nõ extendit cõſenſus ad contractũ ſimulatum ſic nec iu
ramentũ.per id qd habetur in.d.l.fi.C.de non nu.pec. Secus di
cit ſi cõtractus eſſet verus, licet in fraudẽ factus, vt qꝛ dũ pete-
retur pecunia mutuo a creditore et offerret debitor ſibi dare in
pignus vnã poſſeſſionẽ dixit creditor ego nolo mutuare iſta for
ma,ſed ſi tu vis mihi vendere ipſam poſſeſſionẽ ego ſum cõten
tus emere eã tali pacto ꝙ ſi poſtea velis reemere poſſis, nã hoc
caſu dicit ꝙ ſi fiat vẽditio ꝛ iuret vẽditor nõ cõtrauenire nõ po-
terit venire ꝯ nõ petita abſolutione tñ dicit qd videtur qd pote
rit peti abſolutio cũ ꝯtractus fuerit factus in fraudẽ vſurarum
ne vcʒ ipſe recipiens poſſet notari de vſuraria prauitate ꝛ vt poſ
ſet lucrari fructus.facit qd habetur in.c.ad noſtram.ꝛ.c.debito-
res.ſ.eo.ꝛ dicit hoc ꝓcedere etiã ſi dictũ fuerit qd talis vẽdidit
rem talem vere ꝛ non in fraudem vſurarũ,nã ꝓpter talẽ clauſu-
lam maior ſuſpicio reſultat.per id qd notauit gl.notabilis in.l.
ſi ſub cõdi.ff.de cõdi.inſti.dicit etiã qd vbi agitur de ꝓbanda ſi-
mulatione ſi tertius ſit de cuius preiudicio agatur vel fiſcus ſa-
tis ꝓbabitur eo ipſo qd cõtinue poſt venditionem ipſe venditor
poſſedit.l.ſicut.§.ſuperuacuũ.ff.qui.mo.pig. vel hyp.ſolu. Se-
cus qñ ipſe cõtrahens vellet ꝓbare ſeu allegare, nam ipſe ven-
ditor contra emptorem non ꝓbabit ſimulationem ſcdm cum li-
cet poſſederit per longũ tẽpus quia actio ex empto durat.xxx.
an.l.ij.C.de conſti.pecu.ꝛ.l.ſicut.C.de preſcript.xxx.an. ꝛ ideo ſi
alia coniectura non ſubſit illa ſola non ſufficiet qd ipſe vẽditor
poſſederit loca longo tẽpore licet ſit aliqualis preſumptio pro
ipſo venditore allegãte ſimulationem vnde recurrendum eſſet
ad nota.per Bart.in.l.poſt cõtractum.ff.de dona. tangit etiam
Bal.in.d.l.emptione.an ex cõtractu ſimulato transferatur poſ
ſeſſio ꝛ concludit qd ſi queritur an transferatur per conſtitutum
vel precariũ,ꝛ dicit qd non quia illud intelligitur eſſe ſimulatũ:
ſicut ꝛ ipſe cõtractus ꝛ quia ex quo remanet dãnum penes illuʒ
qui facit cõſtitutum vel precarium:ex quo cõtractus eſt ſimula-
tus non tenet in re propria precarium vel conſtitutio.l.neqꝫ pi-
gnus.ꝛ.l.neqꝫ ex pretorio.ff.de reg.iur.ſi autem interueniat tra-
ditio tunc dicit Bar.tenere in.l.emptor.ff.de aqua plu.arcẽ. qd
ſi conſtat de animo transferende poſſeſſionis tunc transfertur:
quia illa etiã ſine titulo poteſt transferri.l.j.§.ſi vir.ff.de acquir.
poſſeſ.licet ſecus in dominio.l.nunquam nuda.ff.de acqui.rerũ
do.ſed in dubio ſm Bart. non videtur transferri poſſeſſio quia
preſumitur traditio ſimulata : ex quo contractus eſt ſimulatus
per ea que habentur in.d.l.emptor.ſed Bal. dicit hoc verum ſi
tradens remanet poſtea in poſſeſſione.Secus ſi dimiſit illam al
teri contrahenti qui ipſam accepit ꝛ ipſam poſtea tenuit per id
quod habetur in.l.cum quis.ff.de dolo. ꝛ.l.fiſtulas.§.j.ff.de con
77 trahen.emptio.¶ † Et ex predictis patet de mente Bal.fuiſſe
poſſe probari ſimulationem per teſtes etiam contra inſtrumen
tum publicum,ſed contra hoc facit quod habetur in.l.genera-
liter.C.de non numera.pecu.vbi videtur qd quãdo in contractu
interuenit ſcriptura quod non poſſit fieri probatio cõtra illum
contractum niſi per contrariam ſcripturam, ſed ipſe reſpondet

Ayuntamiento de Madrid

in.l.i.C.plus valere qḋ agitur qḋ.d.l.generaliter. locū habet qñ
quis vellet facere ꝓbationē ad remotionem cauſe contente in
inſtrumēto. Secus ſi vult facere probationē ad probādum defe-
ctum cōſenſus,⁊ ſic ad remouendum conſenſum ſed Butri. cla
rius reſpondet in.d.l.generaliter. nā dicit qḋ qñ quis vult ꝓba-
re falſitatem inſtrumēti ⁊ clarū eſt qḋ poteſt nec hoc caſu loqui-
tur.d.l.generaliter.aut vult ꝓbare cōtra preſumptionē reſultā
tez ex inſtrumēto ex preſumptione iuris tantū ⁊ idē per ea que
habentur in.l.iuriſgen.§.qḋ fere.ff.de pac.aut quis cōfitetur in
ſtrumentū eſſe verum ⁊ cauſam in ipſo appoſitā fuiſſe de volun-
tate partium appoſitā:ſed dicit illā non eſſe verā, et tūc proprie
loquitur.d.l.generaliter. aut quis fatetur inſtrm̄ fuiſſe ſic ſcri-
ptum de volūtate partium tñ dicit qḋ ſimulate illud fuit factū,
et tunc bene poterit probare ſimulationē per teſtem per ea que
habentur in.l.i.⁊ per totū.C.plus valere qḋ agitur. ⁊ bene facit
qḋ no.per gl.in.l.illicitos.§.i.ff.de offic.preſi.⁊ hoc caſu non lo-
quitur.d.l.generaliter.⁊ tene mēti predicta quia ſic prius vidi in
practica in dubium reuocari an poſſit ſimulatio probari per te
ſtes contra inſtrm̄ publicum Bart.tñ in.d.l.generaliter.videtur
velle qḋ non ꝓbetur ſimulatio per teſtes q̄ꝛ ſolum ponit tres ca
ſus ſcꝫ qñ quis vult probare falſitatē inſtrumēti ⁊ qñ quis vult
probare cōtra preſumptionē iuris reſultātem ex inſtrumēto,et
qñ vult alias probare cōtra inſtrumentū ⁊ hoc vltimo caſu di-
cit non poſſe fieri probationē per teſtes per.d.l.generaliter.Se-
cus in duobus primis.ſed certe Butri. ⁊ Bal. videntur melius
dixiſſe per ea que habētur in.d.l.i.⁊ per totū.C.plus valere qḋ
agitur.⁊ ad.d.l.generaliter.poteſt reſponderi vt ſuperius eſt di
ctum pōt etiā dici vt ſenſit gl.in.d.l.generaliter. qḋ ibi loquitur
qñ ſcriptura eſt de ſubſtantia , quia ſic actum fuit inter partes.
Secus qñ non eſt ſcriptura de ſubſtātia prout in dubio non vi-
detur eſſe ſed potius ad ꝓbationē.l.contrahitur.ff.de pig. tñ ſi
ſcriptura eſſet de ſubſtātia videretur ſentire Bal.⁊ Butri.ꝓce-
dere qḋ ſuperius dixi poſt eos.dicit tñ Bal.in.d.l.i.qḋ ſi ſtatu-
tum dicat qḋ contra inſtrumentuꝫ non admittatur aliqua exce-
ptio niſi ſolutionis qḋ iſto caſu videtur qḋ non poterit opponi
exceptio ſimulationis vt voluit Bart.in.d.l.i.ff.qḋ vi aut clā.tñ
ipſe limitat hoc verū qñ opponitur exceptio ſimulationis con-
tractus.Secus ſi opponeretur exceptio ſimulationis inſtrumē
ti vt q̄ꝛ ſimulaſſent notariū eſſe rogatū,⁊ tñ voluiſſent ⁊ egiſſent
qḋ in rei veritate nō eſſet rogatus, nam tūc talis exceptio bene
poterit opponi q̄ꝛ per illā in effectu dꝛ qḋ nō eſt per id qḋ habe-
tur in.l.i.⁊ per totū.C.plus va. qḋ agitur. ⁊ ideo nō habebit lo-
cum ſtatutū qḋ loquitur de inſtrō, et ſic preſupponit ſubeſſe in-
ſtrumētū quo ad veritatē.facit qḋ no.Bar.in.l.diuus.ff.de teſt.
78 mili.⁊ qḋ no.ipſe idē in.d.l.i.§.qḋ vi aut clam.† do.Ant.hic ſub
octauo caſu ſuper hoc articulo,an quis poſſit venire cōtra con
tractū ſimulatū ⁊ iuratū non obſtāte ſacro cōcludit conſideran-
dum eſſe modū ſimulādi,nā interdū ſimulant ſe agere qḋ inten-
dunt nō valere.Interdū fit ſimulatio de vno cōtractu ad alium
cōtractum. ¶ Primo caſu qñ ſimulāt ſe agere qḋ intendūt nō
valere licet iurēt:⁊ ſic ſimulent iuramentū. exemplū ponit ſi ali-
quis vt euitet collectas vel aliquā condēnationē fingat ſe bona
ſua titio vēdidiſſe actū tñ eſt inter eos qḋ cōtractus nō valeat ⁊
qḋ nō ſit vera vēditio tunc cōcludit qḋ talis cōtractus nō valet
l.nuda.ff.de cōtrahen.emp.nec etiā iuramentū tunc obligat ſm
eum q̄ꝛ deficit volūtas ⁊ cōſenſus iurātis ⁊ recipiētis iuramen-
tum licet aliter finxerit.Ideo ex quo deficit ꝯſenſus nō obligat
iuramentū per ea que habētur in.d.l.ſi.C.de nō nume.pec. alias
iuramentum ſm eum eſſet cōtra intentionē partium ſi obliga-
ret ⁊ haberet in ſe quandā cōtrarietatē.facit qḋ no.Bar.in ſimi-
li in.l.nemo pōt.ff.de leg.i.vbi dicit qḋ ſi ſimulatur cōtractus ta
men reuera agitur ꝙ nō ſit cōtractus,licet renūtietur exceptio-
ni ſimulationis in ipſo contractu nihilominus poterit opponi
de ſimulatio:q̄ꝛ talis renuntiatio preſumitur ſimulata ex quo in
ipſo cōtractu apponitur.Secus dicit ſi forte ex interuallo fieret
talis renūtiatio.facit qḋ no.in ſimili.C.de vſur.l.per retētionē.⁊
in.l.cūmis.alias incipit calipodius.ff.de ſolu. videtur tamē licet
do.Anto.non dicat ꝙ tunc ipſi cōtrahentes peccent apponēdo
iuramētum quia videtur in vanum aſſumere religionē diuinam
⁊ ſic eis penitētia poſſet imponi per ea que habētur.xxii.q.iiii.c.
qui ſacramēto.⁊ facit qḋ no.in.c.tua nos.ſ.eo.⁊ pro eo qḋ dictū
eſt qḋ iuramentū non obliget facit quia vbi iuramētum preſta-
tur parti ad vtilitatē partis pōt pars ad cuius vtilitatē tendit
abſoluere a iuramento vt no.per Jo.and.in.c.ii.ſ.de ſpon. et in
Spec.in tit.ii.§.nunc oſtendendū. ver.xxiiii.in verſi. hoc etiam.
¶ Secūdo caſu qñ ſimulatio fit de vno cōtractu ad alium tunc
cōcludit qḋ ſi partes agunt qḋ verus contractus ſubſiſtentiam
habeat ⁊ ille ſeruetur,⁊ nō cōtractus apparēs ⁊ ſimulatus tunc
idem dicit qḋ iuramētum non obligat reſpectu apparētis ⁊ ſi-
mulati,ex eo q̄ꝛ in illo deficit conſenſus ⁊ voluntas ſe obligan-
tis.Exemplū ponit ſi de cōtractu venditionis non ſoluātur ga
belle,ſed de ꝯtractu donationis ſic ⁊ pars agit donare, ſed ſimu
lat vēditionē vt ſic nō ſoluatur gabella, nā tūc licet interueniat
iuramentū nō obligabit reſpectu vēditionis q̄ꝛ in illo contractu
deficit cōſenſus,⁊ ideo poterit veniri cōtra ipſum cōtractū ven
ditionis probādo ſimulationē nō obſtāte iuramēto ſi vero par-
tes agūt qḋ ſeruetur cōtractus apparēs ⁊ non ille cuius loco ſi-
mulatur exēplū ſi ſimulat vſurarius de cōtractu pignoris vēdi
tionem vt lucretur fructus pro vſuris ⁊ tūc dicit qḋ cū iſte con-
tractus ſurrogatus ſuccedat loco veri licet qñ vterqꝫ cōtractus
per ſe poſſet ſeruari ab vtraqꝫ parte abſqꝫ pctō vel turpitudine
iuramentū haberet obſtare ⁊ deberet ſeruari id qḋ iuratur tñ ſi
ſurrogatur loco contractus turpis vel qui non poterat ſeruari
abſqꝫ periculo anime ſaltē reſpectu recipiētis iuramentū vt cō-
tingit in caſu ꝓpoſito tūc dicit qḋ q̄ꝛ iuramentū ⁊ ſimulatio ten
dunt ad implementū primi cōtractus illiciti ergo non obligabit
iuramētū effectualiter ſicut nec obligaret reſpectu primi ꝯtra-
ctus illiciti ⁊ ſic illa remedia habebit ꝯ iuramētū preſtitū ſuper
ipſo cōtractu ſimulato que haberet ꝯ primū verū cōtractum ſi
fuiſſet iuratus Bal.tñ vt ſuperiꝰ tetigi in.d.l.emptiōe. videtur
in effectu idē velle,ſed tñ videtur ponere caſum qñ agitur qḋ ſit
verus cōtractus vēditionis in fraudē vſurarū.lꝫ do.Ant.ponat
qñ cōſtat partes velle iuramentū cōcernere ipſum ꝯtractū ſimu
latū ⁊ vterqꝫ in ſe videtur bene dicere.Et ṗdicta ꝓcedūt ſm do.
Ant.inquātū dictū eſt poſſe allegari ſimulationem non obſtāte
ſacro qñ quis ſimplr̄ iuraſſet de nō veniēdo ꝯ cōtractū qui ſimu
labatur ⁊ de illo ſeruādo,ſed ſi preſtitiſſet iuramentū prout cō-
muniter preſtatur vt quia iuraſſet oīa ⁊ ſingula vera eſſe que in
inſtrō ſunt cōtenta,⁊ in nullo cōtra facere:ſicut cōiter hodie no
tarii apponūt tūc iuramentū excluderet iurātem inquātū vellet
oſtēdere ſimulationē:q̄ꝛ veniret ꝯ iuramentū ⁊ detegeret ſe per-
iurū ⁊ ſic repelleret tanꝙ detegēs ſuā turpitudinē per ea que ha
bētur.ſ.de dona.inter dilectos ſaluo niſi veniret per viā denun
tiationis euāgelice ad exonerandū cōſcientiā aduerſarii,q̄ꝛ tunc
nō obſtaret turpitudo inquātū ſalutē anime ꝓſequeretur. facit
qḋ no.in preal̄leg.c.inter dilectos.⁊.ſ.eo.quēadmodū.circa ſi. et
79 qḋ no.ſ.de teſti.ex tenore. ¶ † Item aduerte inquātum dixi.ſ.
cōtractum iuratum non poſſe dici nullum:nec reſcindi qñ iura-
mentum eſt licitum procedit vt tangit hic do. Ant. ſub octauo
caſu quādo quis vellet arguere nullitatem ſurgentem ex cauſa
ſubſiſtente ſcḋm tempus iuramenti.Secus ſi cauſa de nouo ſu-
peruenerit:q̄ꝛ tunc iuramentū nō excluderet iurātem ex eo quia
iuramentū in dubio refertur ad cauſam ſubſiſtentem ſcḋm tem
pus iuramēti vt legitur ⁊ no.ſ.de renun.in.c.cū inter ꝑ. et per
hoc dicit qḋ ſi iurauit ſeruare cōtractū vēditionis non excludi-
tur veniēdo cōtra cōtractū ſi poſtea contractus per ſtatutū an-
nulletur ex poſtfacto ex eo q̄ꝛ donatarius infra certū tēpus non
ſoluit gabellā vel q̄ꝛ non fecit infra certum tempus vt debebat
ex forma ſtatuti inſinuari ipſam donationem,nā talia iuramen
ta intelligūtur ſi res in eodē ſtatu durauerit per id qḋ legitur et
no.in.c.quēadmo.ſ.eo.et.ſ.de cenſi.ſignificauit. ⁊.xv.q.vi.in.c.
nos ſanctorum.⁊ in.c.iuratos.⁊ facit qḋ habetur.ſ.de elec.c.ve
nerabilē.circa ſi.⁊.l.cum quis.in princ.⁊ in.§.ſi debitorem.et.l.ſi
cum cornelius.ff.de ſolu.⁊ qḋ no.etiā Fede.in ſuo conſi.cclxxxi.
vbi aperte tenet qḋ proxime dixi ⁊ illud tamen limitat niſi eſſet
expreſſe renūtiatum tali ſtatuto loquēti de inſinuatione cū iu-
ramēto,quia tunc non poſſet venire cōtra donationē licet dona
tarius non faceret inſinuari quia tunc propter talem renuntia-
tionem cum ſacramento non poſſet contrauenire per id qḋ ha-
betur in auť.ſacramēta.⁊ qḋ habetur in hoc.c.⁊ nedum ipſe do
nator iurās poterit contrauenire nec etiam eius heredes ſcḋm
eum q̄ꝛ licet heredes non ligentur ad penā ſpiritualem periurii
ligātis animam ex iuramēto defuncti per id qḋ no. per Inno.ſ.
eo.veritatis:tamen licet non ligentur ad tale vinculū ſpirituale
ligantur tamen temporali vinculo quo fuit ligatus defunctus
cum propter iuramentum valida fuerit donatio ⁊ non potuerit
cōtrauenire quia per ſacrm̄ preſtitū ſuper cōtractu nedum obli
gatur iurans ad obſeruantiam iuramēti ſed etiam firmatur con
tractus vt notatur in dicta auť.ſacramenta.⁊ ideo talis obliga
tio afficit etiam heredes.facit licet non alleget quod not.Jo.an.
80 an.in.c.cum.C.laicus.de fo.compe.in.vi. ¶ † Item adde inquā
tum dixi ſupra quod vbi quis iurauit omnia ⁊ ſingula in inſtru-
mento contenta vera eſſe ſi ſponte ⁊ non per dolum iurauit nō
poteſt allegare ſimulationem.nam etiam hoc tenuit Bart. in.l.
fina.C.de non nume.pecu. ¶ Item adde ſuperius dictis quod
no.Lapus in ſua allegatione decima vbi tangit an ſi bononien
ſis contraxerit hic; bononie cum mutinenſi. et iurauit contra-
ctum ſeruare an ſi bononienſis dicat ⁊ velit petere declarari in-
ſtrumentum vſurarium ⁊ petere ſe abſolui a iuramento:an po-
terit petere coram bononienſi epiſcopo.⁊ an] bonoñ. epiſcopus
poterit

Ayuntamiento de Madrid

poterit procedere in abſentia ipſius mutineſis intellige ipſo tñ citato per regulã que habetur in.c.inter quatuor.de maio.7 obe. 7 in.l.de vno quoq3.ff.de re iud.7 cõcludit qd ſic qr nihil poterit dari;vel fieri ab aduerſario et agitur de periculo anime et etiam cauſa eſt ſummaria 7 põt procedi lite nõ cõteſtata.vt in cle.ij.de iudi.iuncta cle.ſepe.de ver.ſig.facit qd no.Jac.de but.7 Bar.in aut.qui ſemel.C.quõ 7 quando iudex.7 qd habetur in.c.qm̃ frequenter.§.ſi autem.7.§.porro.vt lite non cõteſt.de quo plenius per eum in dicta allegatione decima. ¶ Item aduerte qr Bar. in.d.l.ſi.C.de non nume.pec.cuius dictũ ſuperius allegaui non videtur proprie loqui quãdo quis iurat cõtenta in inſtrumento vera eſſe ſed loquitur quãdo quis renuntiauit exceptioni nõ nu me.pecu. et iurauit non contrauenire quo caſu dicit qd poterit ſoluere 7 poſtea repetere.argu.c.debitores.eo.7 per hoc etiã videtur velle qd ex quo poſt ſolutionem poteſt repetere abſolu tionem a iuramento per ea que habẽtur in.d.c.debitores.et per hoc etiam videretur qd ſi quis renuntiaſſet exceptioni ſimulationis 7 iuraſſet contrauenire quãdo reuera cõtractus fuit ſimu latus qr tunc ſimiliter idem eſſet dicendum,vc3 vt poſſit fieri ſolutio obſeruãdo iuramentum vel etiam ante peti abſolutio.facit qd no.idem Bar.in.l.non poteſt.ff.de leg.j.7 idem etiam videretur dicendum eadem ratione quãdo pars iurauit contenta in inſtrumento omnia 7 ſingula contẽta in inſtrumẽto vera eſſe 7 non cõtrauenire ſi reuera cõtractus eſſet ſimulatus, ſed atten de quia dictum Bar.in.d.l.ſi.non videtur procedere quia ſecundum eum in.l.ſi ex cautione.C.de nõ nume.pecu. non poteſt renuntiari exceptioni non numerate pecunie ex eo quia nõ eadem fragilitate videlicet cauſa habendi pecuniam vel ſpem pecunie recipiende induceretur ad renuntiãdum qua etiam inducitur ad confitendum ſe recepiſſe 7 ſic videtur qd vbi interuenit iuramẽ tum nõ poſſit cõtrauenire ſicut in ſimili videmus in minore qui non poteſt renuntiare beneficio minoris etatis ſine ſacramento quia eadẽ facilitate induceretur ad renũtiandum qua induceretur ad contrahendum.l.ſi iudex circũuento.ff.de mino. 7 bene ſi renũtiat cum ſacramẽto non poteſt cõtrauenire.vt in auf. ſacra mẽta.7 idẽ etiã videmus in muliere que ſcõm cõem opi.licet gl. aliter dicat in.l.ſi.§.pe.ff.ad velle.regulariter non poteſt renuntiare velle.quia eadẽ fragilitate induceretur ad renũtiãdu3 qua induceretur ad cõtrahẽdum pro alio.facit.l.doli mali exceptio. §.diuerſum.cũ ibi no.ff.de noua.7 no.etiã Bar.in.l.ſi.C.ad velle.7 tñ renũtiare poteſt cum ſacramẽto vt etia3 voluit Bar.ſub quinto mẽbro in.l.ſi quis pro eo.Nec ob.qd no.gl.in.§.itẽ ſacra mẽta.in tertia gl.magna que videtur velle cõtrarium vc3 qr etiã cum ſacramẽto nõ poſſit renũtiare quia loquitur qñ mulier erat minor quo caſu ſatis operatur iuramẽtum qd facit illam repreſentari maiorẽ quãdo ſimpliciter iuraſſet non ꝯtrauenire ratione minoris etatis vel alia quacũq3 per no.in.l.ij.C.de reſcin.vẽ. et ſic videtur qd nõ procedat dictũ Bar.in.d.l.ſi.C.de nõ nume. pecu.tenẽdo opinionẽ ſuam circa renũtia.exceptionis non nume.pecu.quã ponit in.d.l.ſi ex cautione.ſed tenẽdo opi. gloſ.ibi poſitam.qd vbi renuntiatur exceptioni non nume.pecu. ſolum preiudicet renũtiatio debitori vt ammodo creditor nõ cogatur probare remunerationẽ prout cogebatur ſi non eſſet facta renũ tiatio,ſed nõ preiudicat quo minus ipſe debitor ſi velit pbare nõ numeratã, poſſit tunc iuramẽtum de non cõtrauenien̄do intelligi eodem modo quo 7 ipſa renũtiatio arg.d.l.ſi.de non nume.pecu.7 ideo illa non obſtãte poſſet debitor aſſumẽdo onus probãdi probare nõ numeratã qd poterit fieri negatiua coarcte tur loco 7 tpe per ea que habẽtur in.l.optimam.C.de cõtrahẽ. 7 cõmit.ſtip.7 in.c.bone.el.j.ſ.de elec.vel per cõfeſſionẽ3 ipſius creditoris reſpõdendo poſitioni debitoris. vt in.c.j.de cõfeſſis. in.vj.licet cõtra iſtud vltimũ faciat.l.in cõtractibus.§.illo.C.de non nume.pecu.vbi videtur qd non cogatur creditor iurare, et ideo tutius eſſet facere pbationẽ per teſtes.Item etiã 7 per ea que ſuperius dixi ſi tenemus opi.Bart.in.l.ſi ex cautione vide tur qd nõ procedat dictũ eius in.d.l.ſi.adeo qd nõ videtur poſſe repeti tunc ſolutũ nec peti abſolutio 7 imputet ſibi qui ſic iurauit nec videtur habere locũ.c.debitores.quia hic nõ videtur tur piter recipere creditor cũ iuramẽtu3 faciat debitũ 7 videatur voluiſſe obligari debitor etiã nulla ſecuta numeratione equitatem tñ habet dictũ Bart.quia videtur debitor inductus ad renunciãdum 7 iurandũ propter ſpem habẽdi pecuniam 7 in foro cõſcientie ſi ita fuiſſet qd debitor aliter noluiſſet reuera obligari creditor in foro conſciẽtie non licite exigeret licet in foro cõtentioſo ſic:ex quo renũtiatem cum iuramẽto per illum qui potuit taliter renũtiare. ¶ Item attende quia inquantum dixi qd vbi pars iurat omnia 7 ſingula contẽta in inſtrumẽto vera eſſe 7 nõ cõtrauenire qd non poteſt poſtea allegare ſimulationẽ propter periurium qd videretur incurrere pro iſta parte facit quia videtur tunc quodãmodo eſſe proteſtatio cõtraria facto inquãtum voluit qd ſit ſimulatio et nihilominus qd iuretur predicta oĩa vera eſſe,7 ideo videtur qr nõ habeat prodeſſe per ea que habẽn tur.ſ.de conſtit. cum M.7 in.l.cũ in plures.§.locator horrei.ff. loc.vel poſſet dici qd cũ quis poſſet remittere parti iuramẽtum ſibi preſtitum ad ſuã vtilitatẽ vt not.de ſpon.j.c.ij.eadẽ ratione videtur qd poſſit remittere exceptionẽ periurij ſurgentem ex iu ramẽto preſtito ad eius vtilitatẽ,arg.c.tranſlato.ſ.de cõſtit.7.ff. ad.l.aqui.l.illud.7 ideo videtur poſſe dici qd ſi pars voluit pba re oĩa contẽta in inſtro fuiſſe ſimulata ſeu facta ad colorandam ſimulationẽ,7 per ꝯñs qd dictũ iuramẽtum fuerit preſtitum ad colorãdam ſimulationẽ qd debeat admitti quia ſi pars aduerſa excipiet de periurio poterit replicare qr remiſit ſeu remittit videtur ſibi periurium inquãtum voluit cõtractũ eſſe ſimulatum 7 talia opponi ad colorãdam ſimulationẽ,nam hic videtur ſatis fuiſſe mens partium ſi reuera voluerũt cõtractũ eſſe ſimulatu3 non obſtãte dicto iuramẽto,7 ideo debemus illa ſeruare quatenus fieri poteſt cum magis mens q̃ verba debeat attendi.j.de verbo.ſig.intelligẽtia.7.c.preterea. 7 pro hoc bene facit qd not. Bar.in.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.7 hec opi. videtur rationabilior:peccare tñ vidẽtur partes tale ſacramẽtum apponẽdo cum videãtur nomẽ dei in vanum aſſumere cõtra id qd habetur Exo di.xx.7.ſ.eo.7 ſi Chriſtus.Nec ob.huic opi. ſi dicatur qd proteſtatio cõtraria facta nõ iuuat quia hic nõ videtur factũ contrarium cõtra proteſtationẽ ſimulationis ex quo actum eſt qd oĩa tẽdunt ad colorãdam ipſam ſimulationẽ per ea que ſuperius dixi 7 hec ſufficiãt de hoc ſeptimo mẽbro. ¶ Octauum mẽbrũ eſt quãdo lex nõ reſiſtit cõtractui,ſed non aſſiſtit ſicut contingit qñ quis ſtipulatur alteri aliquid dari.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de ver.obli.7 etiã in pacto nudo ſcõm ius ciuile.l.iuriſgẽ.§.ſed cũ3 nulla.ff.de pac.7.l.legem.cum ibi not.C.de pac.7 hoc caſu cõclu dit Bar.in.l.ſi quis pro eo.qd iuramẽtum operatur 7 ſic validat dictã ſtipulationẽ 7 ſimiliter pactum,quia tale iuramẽtum obli gat iurãtem ſicut etiã ſtipulatio penalis inducta tali ſtipulationi,vel pacto obligaret vt habetur in.d.§.alteri.7.C.de cõtrahẽ. 7 cõmit.ſtip.l.nuda.facit optime qd habetur per gl.j.q.vij.in.c. quoties.7 qd no.in Spe.de lega.§.nunc oſtẽdendum.ver.xxiij. circa fi.7 qd no.Ray.in ſumma de iuramẽto 7 periurio.circa finem.7 idem tenet hic do.Anto.ſub ſexto caſu dicẽs idem dicẽdum ſi deficit alia ſolẽnitas legalis vel ſtatuti dũtamẽ adſit conſenſus obligãdi dicit tamẽ qd ſi lex alicui actui ad ſolẽnitatẽ dat aliquod robur vltra vim cõſenſus iuramẽtum non dabit ſibi illã vim,7 ideo non faciet qd vbi nõ ſtipulatio ſit ſtipulatio : operabitur tñ qd valeat vt pactũ nudum quia iuramentum habet in ſe clauſulã qd ſi non valet qd ago vt ago valeat vt valere poteſt. vt habetur in.l.cũ pater.§.filius matrẽ.ff.de leg.ij. 7 dictu3 fuit in precedẽti mẽbro. ¶ Et aduerte quia longa videtur eſſe differẽtia an lex vel ſtatutũ reſiſtat cõtractui vel actui an vero nõ aſſi ſtat quia primo caſu nõ oritur obligatio etia3 naturalis.l.ſi non ſortem.§.j.ff.de cõdi.inde.7.l.cum lex.ff.de fideiuſſo. 7 ideo non poſſet accedere fideiuſſor per ea que habẽtur in.l.fideiuſſor.§.ſi deiuſſori.ff.de fideiuſ.qr fideiuſſor non põt obligari vbi nõ repe ritur principalis obligatus vt ibi patet, ſed in ſcdo caſu oritur obligatio naturalis vt patet ex his que habentur in.d.l.ſtipula tio.§.iſta alteri. 7 ideo tali obligatiõi bene poſſet accedere fide

81 iuſſor.l.j.ff.de fideiuſ. ¶ † Sed iuxta predicta poteſt eſſe dubiũ quando dicatur lex reſiſtere,7 qñ ſimpliciter non aſſiſtere Bar. de hoc tetigit in.d.l.cum lex.ff.de fideiuſ.7 etiam tetigit hic do. Anto.circa finẽ huius.c.ſequẽdo in effectu dicta Bart.in.d.l.cũ lex.Unde aduertẽdum qd interdum lex prohibet cõtractum interdum actionẽ ſeu petitionẽ.Interdum effectum ſeu executionem.Primo caſu quãdo prohibet cõtractum cõcludit qr ſi prohi bet perſonas cõtrahere intelligitur reſiſtere, 7 nõ oritur obliga tio etiã naturalis nedum ciuilis per ea que habẽtur in.l.j.7 per totum.C.que res vendi.non poſ. 7.C.de ſacroſan.eccle.7 in.l.iu bemus nulli.7 in auf.hoc ius porrectu3.C.de agri. 7 cenſi. 7 in.l. quẽadmodũ.lib.xj.7 in.d.l.cum lex.ff.de fideiuſſ. Idem videtur dicere ſi lex prohibeat cõtractum fieri per.d.l.cum lex. nam licet contractum prout eſt facti.l.cõſilio.§.ſi.ff.de cur.fur. non poſſit facere infectum.l.in bello.§.facte.ff.de cap. tamẽ poteſt tollere eius effectum.facit qd legitur 7 notatur in.l.non dubium.C.de legi.Idem dicit ſi lex prohibeat alterum ex contrahẽtibus con trahere.l.non licet.ff.de contrahen.empt.7 qd habetur in.l.j.C. non li.ha.metrocomie loca ſua ad extraneum transferre.lib.xj. et eſt ratio ſecundum eum quare non oritur etiam naturalis in caſibus predictis qr obligatio naturalis eſt de iure gen.l.ſi ſchũ. §.naturalis.cõiuncta gl.ff.de ſolu.ſed iure gẽtium pareri debet magiſtratibus.l.veluti.ff.de iuſti.7 iure.et ideo videt qd ex quo magiſtratus ſeu ſuperior prohibet actum non oriatur naturalis.7 pro hoc etiã bene facit quod habetur in.l.eos.§.j.C.de vſu. iuncta.l.ſi non ſortẽ.§.j.ff.de cõdi.inde. Itẽ etiã qr interdictum



Ayuntamiento de Madrid

iudicis impedit naturalem.l.is cui.ff.de verb.obli. ergo eadē ratione interdictū.l.per id qd̄ habetur in.l.fi.C.de re.alie.nō alie. ¶ Itē quia ſcd̄m eū peccare videtur faciēs cōtra ꝓhibitionem ſuperioris.ſ.de maio.ꝛ obe.c.ij.et.c.ſolite.ꝛ.xj.q.iij.qui reſiſtit. ſed de hac vltima rōne dic vt dictū fuit ſupra ſub tertio mēbro ad pdicta etiā allegat qd̄ habetur in.l.ſi in emptione.§.j.ff.de cōtrahen.emp.ꝛ per predicta videtur qd̄ ſi ſtatutū dicat qd̄ minor vel mulier nō poſſit cōtrahere ſine tali ſolēnitate qd̄ ſi cōtrahat ſine illa nō oritur obligatio etiā naturalis.Nec ob.qd̄ habetur in.l.ſtipulatio.§.alteri.ſuperius allegata vbi lex dicit qd̄ alteri ſtipulari nemo pōt ꝛ tñ oritur naturalis qꝛ reſpondet Bar.qd̄ ibi ponūtur verba pſentis tēporis que ſunt ſimpliciter declaratoria ꝛ nō prohibitoria reſpectu futuri.Secus in caſu predicto qñ verba ſtatuti reſpiciūt futurū qꝛ dicit qd̄ nō poſſint cōtrahere ſine tali ſolēnitate.Idē dicit ſi ſtatutū dicat ꝙ nō valeat contractus qꝛ tunc nō oritur etiā naturalis per id qd̄ habetur in.l.j.ꝛ.ij.ff.de dona.inter vi.ꝛ vxo.iuncta.l.iij.§.ſi vxor.eo.tit.in quibus ptꝫ qd̄ lex dicit donationē inter vi.ꝛ vxo.nō valere ꝛ ꝑ hoc etiā dr̄ in.d.§.ſi vxor.qd̄ non pōt accedere fideiuſſor ꝛ ſic nō oritur etiā naturalis ꝛ hoc qñ lex vel ſtatutū dicit contractū ab initio non valere.Secus ſi dicat qd̄ ſi ex poſt facto aliquid fiat non valet ipſe contractus.puta ſi dicit ſtatutum ꝙ ſi nō ſoluatur gabella vel ſi non inſinuetur infra tantū tēpus non valeat contractus.nam intelligitur tunc ope exceptionis.ꝛ ſic ita demū ſi opponatur per id qd̄ legitur ꝛ not.in.l.quoties.et.l.vniuerſa.C.de preci.impe.offe.Idē ſi dicat qd̄ caſſat ipſum cōtractū quia intelligetur quo ad effectū ſi opponatur exceptio.per ea que habentur in.l.vbicūqꝫ.cū ibi notatis.per Ber.ff.de fideiuſ.¶ Secundo caſu quādo lex prohibet obligari perſonā ꝛ tūc dicit idēꝫ qꝛ nō oritur obligatio etiā naturalis,vt.ptꝫ in ſeruo qui ꝓhibetur obligare ex fideiuſſione.ff.de fideiuſ. in.l.ſed et ſi ſerui.facit etiā qd̄ habetur in.l.antiqua.circa fi.ꝛ in auf.ſi qua mulier.C.ad vel le.Nec ob.predictis qd̄ habetur in.l.obligari.ff.de auto.tut.vbi dr̄ qd̄ pupillus obligari non pōt ſine tutore ꝛ tñ oritur naturalis.vt legitur ꝛ no.in.l.j.ff.de noua.qꝛ reſpōdet qd̄ ibi ſunt vba pſentis tēporis,que ſunt ſimpliciter declaratiua:nō aūt ꝓhibēt in futurū.Secus qñ ꝓhibitio legis vel ſtatuti reſpicit factum vt ſuperius in ſimili etiā dictū fuit qꝛ tūc nō oritur etiā naturalis. ¶ Tertio caſu qñ lex reſiſtit actioni ſeu petitioni, vt quia dicit actionē vel petitionē nō dari ꝛ tūc ſi actus alias de ſe ꝓducebat actionē ſui natura tunc nō impeditur obligatio ciuilis nec naturalis,ſed ſoluꝫ inducitur exceptio.l.ij.§.j.ff.ad velle.ꝛ.l.j.ff.ad mace.Si vero ex illo actu nō oriebatur ſui natura actio. ſed ſolum dabatur officiū iudicis tūc dicta verba impediunt eū audiri,ꝛ ſic nullo modo dꝫ admitti:nec eſt ibi tractandum de obligatione:qꝛ iudicis officiū nō preſupponit obligationē.l.qui cōcluſionē.ff.de act.emp.ꝛ.l.quintus.ff.de annu.leg. ꝛ facit qd̄ habetur in.l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccl.cōfu.ꝛ qd̄ legitur ꝛ not. in l.j.§.qd̄ autē.ff.de alea.Et an hoc caſu ſi ꝓcedatur valebit iudicium plene dixi in.l.j.§.j.ff.ad treb.ꝛ facit etiaꝫ qd̄ dixi in.l.quidam cōſulebant.ff.de re iudi. ¶ Quarto caſu qñ lex reſiſtit executioni ꝛ effectui cōtractus vt quia prohibet alienationē rei ſurgentem ex cōtractu non autē expreſſe prohibet contractum vel obligationem aut actionē vt cōtingit in re dotali,ꝛ in re immobili minoris ꝛ etiā mobili que ſeruādo ſeruari poteſt vt habetur in.l.lex que tutoris.C.de admi.tuto.ꝛ etiā contingit in re in qua non cadit commercium in.l.inter ſtipulātem.§.ſacramēta.ff.de ver.obli.iſto caſu cōcludit qd̄ ſi alienatio ꝓhibetur rōne ipſius rei,vt quia in eo nō cadit cōmercium tunc recurrendū eſt ad diſtin.que habetur in.l.ꝛ liberi.ff.de cōtrahen.emp.ꝛ in.l.ſi in emptione.§.j.in eo.ti.ꝛ facit qd̄ habetur in.l.emptorē.§.ſi.ff.de act. emp.nam clarū eſt qd̄ tunc prohibita eſt ipſa alienatio.ꝛ nō ſortitur effectū:ſed an cōtractus ſuper dicta re aliquē ſortiatur effectum aliquo caſu patet ex dictis iurib⁹.Si vero alienatio eſt ꝓhibita fauore perſone vt cōtingit in minore ꝛ etiā in muliere tūc dicit qd̄ licet expreſſe non prohibeatur contractus vel actio:tamen quia non poteſt deueniri ad alienationeꝫ niſi mediāte ipſo cōtractu ꝛ obligatione in cōſequētiam videtur prohibitus contractus etiam obligatio.argu.l.omnino.ff.de ſpon.qd̄ intelligit quatenus ratio legis ſe extendit,ꝛ ſic reſpectu perſone minoris cuius fauore ꝓhibita eſt alienatio intelligetur etiā eſſe prohibitus cōtractus ꝛ obligatio reſpectu ipſius minoris vt non poſſit cōtrahere nec ſe obligare ſuper dicta re prohibita alienari,ideo non obligabitur ipſe minor etiā naturaliter : nec per cōſequens fideiuſſor pro eo datus.Secus ſi tertius alienaret cum illius fauore non ſit ꝓhibita alienatio,ideo bene obligabitur ipſe alienans ad ſui preiudiciuꝫ,ꝛ ſimiliter fideiuſſor pro ſe datus:per ea que habētur in.l.ꝛ ſi is.C.de predi.mi.ꝛ qd̄ dixi pe[...] in aliena tione rei minoris, ſed dubium eſt de alienatione rei dotalis an ſit idem in illa qd̄ in alienatione rei minoris gl.in.l.cum lex.ff.de

fideiuſ.dicit qd̄ ſic quia vtrobiqꝫ videtur prohibita alienatio fauore perſone ꝛ ſic videtur eadem ratio vtroqꝫ caſu.ſed gloſ.in.l. dotalē.ff.de teſt.mili.videtur velle cōtrarium.nam videtur velle qd̄ rei dotalis non ſit cōmercium,ꝛ per ꝯñs videtur qd̄ extraneus nō obligetur,ꝛ hoc etiā tetigit glo.in.l.ſi prediū.C.de iure dot.ſed Bar.in.d.l.cum lex.tenet primā partē per ea que habētur in.l.cū vir.ff.de vſur.ꝛ idē Cy.in.d.l.ſi predium. ꝛ ſic videtur qd̄ ſi mulier alienet non oriatur naturalis nec ciuilis : quia eius fauore ꝓhibita eſt alienatio.Secus ſi extraneus alienet vt ſuperius dixi in minore et iſta eſt cōis opinio.de qua plene dixi ſup gl.magna.ꝛ etiā poſt glo.Et aduerte quia per ſuperius dicta videtur Bart.velle in.d.l.cum lex.qd̄ vbi lex nō reſiſtit actui licet non aſſiſtat qd̄ tunc iuramē[...] per illo actu preſtituꝫ operetur ꝛ valeat.Secus videtur velle qñ lex reſiſtit quia videt[...] tūc peccare faciens contra legem,ꝛ ſic contra preceptum ſuperioris per ea que habētur in.c.ij.de maio.et obe. hoc etiā videtur velle in.l.is cui bonis.de verb.obli.ꝛ in auf.ſacramēta.ſed in.l.ſi quis pro eo.videtur facere differētiam an lex prohibeat cōtractū vel alienationē vt tunc cōtractus firmetur iuramēto vt patet in cōtractu inito per minorē vel mulierē ſuper alienatione rei ſue, et per mulierem ſuper alienatione rei dotalis.Secus qñ lex vel ſtatutum prohiberet perſonā cōtrahere quia tunc non firmatur iuramēto,ſed certe vtrūqꝫ dictū non videtur ꝓcedere quia primū videtur impugnari per dicta ſua met in.l.ſi quis pro eo. ſub tertio mēbro.¶ Itē ſcd̄m non videtur ꝓcedere quia ꝓhibēdo contractū vel alienationem ſatis in conſequētiam videtur perſonā prohibere arg.l.oratio.ff.de ſpon.et facit qd̄ ſuperius dixi poſt eum.ꝛ qd̄ ipſe no.in.d.l.cum lex.ad fi.nec videtur etiā eſſe veruꝫ ſimpliciter qd̄ faciēs cōtra legē ſeu cōtra preceptum iudicis ſecularis qd̄ peccet mortaliter vt plene dixi ſuperi⁹ ſub tertio mēbro principali.vnde licet legiſte cōmuniter tranſeant cum opinione Bar.cū dictis eius in.d.l.ſi quis pro eo.ꝛ ſequitur etiaꝫ hic do.Pet.de ancha.ꝛ ſequebatur do.Anto.in recollectis.tamen Jo.de lig.hic tenuit contrarium ꝛ etiam do.Anto.hic ſub ſecūdo ſeu tertio caſu.ꝛ etiam Sali.in auf.ſacramēta. ꝛ de hoc plene dixi ſub predicto tertio mēbro,ideo hic non inſiſto ꝛ ſic videtur qd̄ dicta diſtinctio Bart. in.d.l.cū lex.an lex reſiſtat actui an vero non aſſiſtat videtur ꝓcedere qñ iuramentū non interuenit.Sed aduerte:quia poſſes dicere quare lex poteſt tollere naturalem obligationē vel impedire ꝛ non impedire ipſum iuramētum cum inter ſimplicē loquelam ꝛ iuramentū deus non faciat differētiam.xxij.q.v.iuramenti reſpondet hic do.Anto.qd̄ iſtud ideo cōtingit:quia obligatio naturalis principaliter obligat partē parti,ideo cum lex poteſt ſtatuere ad cōmodum ꝛ incōmodum ſubditorū.facit qd̄ habetur ꝛ no.in.l.omnes populi. de iuſti.ꝛ iure.ꝛ in.l.ij.C.que ſit lon.cōſue.ꝛ qd̄ not. per Inno.j. de iniur.in noſtra.ꝛ in.l.fi.C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam.ideo nimirum ſi poteſt lex tollere ipſam obligationem naturalem que eſt de iuregentiū vt dixi ſuperius ꝛ habetur in.l.ſtichum.§.naturalis.ff.de ſolu.ꝛ ſcd̄m ius gētium parendū ſit magiſtratibus ꝛ ſuperius.l.veluti.ff.de iuſti.ꝛ iure. ſed iuramētum principaliter ordinatur ad obligandum quem deo. vt.ſ.eo. et ſi Chriſtus.ideo lex tale vinculum tollere non poteſt. Nec obſt.qd̄ non ſit differētia inter iuramentū ꝛ ſimplicē loquelā : quia illud nō eſt verū per omnia vt no.in.d.c.iuramēti. Preterea illud poteſt procedere quādo inductūꝫ eſt vinculum in vtroqꝫ quia tunc vtrūqꝫ debet ſeruari,ſed quo ad inducendū vinculū ꝛ impediēdam oriri bene poteſt eſſe differētia per rationē ſuperius dictā. ¶ Itē aduerte qꝛ pōt eſſe dubiū:an etiā eo caſu quo non interuenit iuramentū ꝓcedāt que ſuperius dixi poſt Bar. ꝛ que ipſe no.in.d.l.cum lex.nam videtur velle in effectu qd̄ lex vel ſtatutū dicatur reſiſtere actui quādo prohibet cōtractum fieri vel prohibet perſonas contrahere vel illas obligari, ꝛ idem quando dicit cōtractum non valere ꝛ etiā quādo prohibet alienationem ꝛ ſic effectū reſpectu illius cuius fauore prohibet. Secus videtur velle quādo lex per verba preſentis tēporis declarat non poſſe aliquid fieri vel etiā quādo reſiſtit actioni vel petitioni ſeu prohibet vel dicit ꝙ non audiatur agens vel petens qꝛ tūc cēſetur non aſſiſtere non autē reſiſtere: ſed aduerte inquantum dicit qd̄ ſi lex vel ſtatutū dicit cōtractū vel actū non valere ab ipſo initio ꝙ videtur reſiſtere ꝛ ꝙ impeditur etiā naturalis nō videtur indiſtincte verū:qꝛ lex dicit ꝙ nō valet ꝯtractus factus,per minorem habentē curatorem ſine curatore vt ꝓbatur in.l.ſi curatorē habens.C.de reſtitu.in integ.et tamen ſi cōtrahat ſine curatore obligatur naturaliter.vt patet ex his que habentur in.l.j.ff.de noua.ꝛ facit qd̄ ipſe no.in auf.ſacramēta.Ange.in.d.l.cum lex. dixit ꝙ dictum Bar.pōt procedere quando lex annullat actum propter defectum forme.ſecus ſcꝫ propter defectū materie. per ea que habētur in.l.j.§.ſi quis ita.ff.de verb.obl. coniuncta glo. et ex eo quod legitur ꝛ notatur in.l.ſi vnus.§.acceptilatio.ff.de pac.ꝛ

Ayuntamiento de Madrid

pac.ꝛ in.l.an inutilis.ff.de accepti. ¶ Item dicit dictum Bart. procedere niſi diſpoſitio ſit iuramento firmata per ea que habētur in.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij.ꝛ in.c.licet mulieres.de iureiur.in.vj. ¶ Item dicit predicta procedere in diſpoſitionibus inter viuos, nam in vltimis volūtatibus hoc videtur eſſe precipuum ſcdm eum, vt licet diſpoſitio non teneat ppter defectū ſolēnitatis inductū a ſolo iure ciuili nihilominus oritur naturalis obligatio. Unde dicimus ꝙ ex teſtamēto nō ſolēni oritur naturalis, ꝛ tñ lex dicit diſpoſitionē talem non valere deficiente ſolēnitate vt patet ex his que habentur in.d.l.hac cōſultiſſima.C.de teſta.ꝛ que plene no.in.l.cum quis.C.de iuris et fac.igno.ꝛ in.l.j.ff.de codi. tamē dici ꝙ ibi eſt defectus ſolēnitatis pbatorie: ſed ... per predicta nō videtur reſpōſum ei qđ tētigi de minore. do.Anto. hic ſimpliciter circa finē huius.c.tranſit cū dictis Bart.in.d.l.cum lex. ſed pro dicto Bar.facit multum.l.iij.§.ſi vxor.ff.de dona.inter. vi. ꝛ vxo.alle. per eum.ſed poſſet dici qđ illud ideo qꝛ lex vltra proceſſit declarando etiā fideiuſſorem non poſſe accedere.facit qđ no. in ſimili in.l.non dubium.C.de legi.vnde ſecus videretur qñ ſimpliciter diceret cōtractum non valere quia videtur qđ ſolum tollatur ciuilis nō naturalis per qđ, igi de minore ſaluo niſi propter defectum forme inualidaret actum, per ea que habentur in.d.l.j.§.ſi quis ita.de ver.obli.ꝛ qđ dixi ſuperi... poſt Ang. ¶ Itē etiam aduerte inquātum Bar.dixit qđ vbi lex reſiſtit potentie cōtrahendi per verba futuri temporis nulla oritur obligatio, ſed vbi per verba preſentis tēporis vt quia dicit non poteſt tunc oritur naturalis obligatio quia talia verba non tollunt potentiā contrahendi in futurū,ſed ſolum declarant ꝙ lex non aſſiſtit cōtrahenti.licet ſecus ſit quādo dicit per verba futuri tēporis.puta nō poſſit cōtrahere.Ang.in.d.l.cum lex.reprobat dictum Bar. inquātum dicit qđ ſi lex dicit per verba preſentis tēporis.puta nō poteſt ꝙ tūc oritur naturalis.nam dicit ꝙ hec opi.videtur contra caſum.l.j.in prin.ff.de ver.obl.coniuncto.d.§.ſi quis ita. naꝫ ibi dꝛ qđ ſtipulatio nō poteſt cōfici niſi vtroqꝫ loquente, ꝛ tñ in d.§.ſi quis ita.dicitur aliter facta non valet nec pducit naturalem vnde cōcludit qđ dictū Bart. non pcedit qñ actus deficeret propter defectū forme per ea que habētur in.d.l.j.ꝛ in.§.ſi quis ita.ſecus ſi ppter defectū vel qualitatē perſone vel ſubiecte materie non poſſit ſubſiſtere obligatio:qꝛ tūc procedat dictū Bar. ꝛ ſic intelligatur qđ habetur in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de verb. obli.ꝛ in.l.obligari.ff.de auto.tuto. quod videtur intelligēdum niſi lex vlterius procederet per ea que habētur in.l.pupillus.ff. de auto.tuto.ꝛ addidit ꝙ verbum non poteſt operetur idē qđ verbū non poſſit qñ eſt defectus forme facit quia illud verbum conſueuit dici eſſe extenſiuum ꝛ trahi etiā ad futurum. vt no. in l.ſi ita quis.in prin.ff.de leg.ij.ꝛ facit etiā qđ habetur in.l.nemo poteſt.ff.de leg.j.do. vero Ant. hic circa finem huius.c.dicit qđ verba legis vel ſtatuti phibent perſonā contrahere vel tollunt poteſtatem cōtrahendi prout cōtractus eſt in fieri. vt qꝛ dicunt minor non poſſit cōtrahere ſine tali ſolēnitate ꝛc. nō oritur etiā tunc naturalis allegat.l.iubemus.C.de ſacroſan.eccl.ꝛ.l.non dubium.C.de legi. ſecus dicit ſi declaret impotentiam ſimpliciter vt quia lex dicit poteſt alteri ſtipulari tunc dicit ꝙ attēdēda eſt cauſa.nam ſi cauſa non eſt ppter non aſſiſtentiā tunc cōtractus redditur nullus nec oritur etiam naturalis,ſed ſi ſit propter non aſſiſtentiam tūc impeditur ciuilis,ſed oritur tñ naturalis.d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de ver.obli. Secus ſi cauſa concluderet ad reſiſtentiam quia vt dixi tunc impediretur etiā naturalis. idē dicit ſi lex ſimpliciter pcedit aſſerendo nullitatem cōtractus vt ſi dicat non valeat cōtractus,nam tunc ſi cauſa nullitatis concludit ad prohibitionem ꝛ reſiſtentiam,ꝛ ſubeſt cauſa prohibendi ſcdm tempus contractus tunc non oritur etiam naturalis.l.iij. §.ſi vxor.ff.de dona.inter virū ꝛ vxo.ꝛ.C.ad velle. in aut. ſi qua mulier. Secus dicit ſi ex cauſa que debeat intercedere poſt contractum dicat lex vel ſtatutum contractum non valere quia tūc actus non erit nullus,ſed poterit opponi exceptio ſi non interueniat poſt contractū id qđ lex diſponit per ea que habētur in l.vniuerſa.C.de preci.impera. offe. ꝛ poteſt poni exemplū in ſtatuto dicēte qđ cōtractus non valeat ſi non ſoluatur gabella vel ſi non inſinuetur infra certū tēpus.de quo etiā ſuperius tetigi et per dicta do.Anto.habes limitationē ad dicta Bar.inquātum dixit ꝙ verba preſentis tēporis inducunt declarationem ꝛ non reſiſtentiā,qꝛ licet ſimpliciter ſic dicat debet attēdi cauſa ipſius legis vel ſtatuti vt predixi ꝛ eodem modo quādo dicit a principio cōtractū non valere dicat ſimpliciter qđ nō oriatur naturalis:ꝛ ſi videtur ſm do.Anto.ꝙ debeat ponderari cauſa propter quā lex annullat cōtractū an cōcludat ad reſiſtentiā ita ꝙ veriſimiliter velit impedire etiā naturalem an non ſed ſolum ad ſimplicē nō aſſiſtentiā qđ tene menti.facit qđ legitur ꝛ no.in.c.cū dilecti.j.de accu.vbi ptꝫ qđ de actu iudicamus ſcdm ſuā cauſam.

82 ¶ † Item aduerte:quia qñ lex prohibet actum vel contractū ſi non deficit in forma vel ſolēnitate poteſt eſſe dubiū an ſi fiat cōtra talem phibitionē cōtractus ſit nullus.nam dicta Bar.in.d. l.cum lex pcedunt eo caſu quo actus eſt nullus,ſed per prius eſt videndū an indiſtincte ſi fiat cōtractus cōtra prohibitionem legis vel ſtatuti non deficiēte forma vel ſolēnitate que alias ſcdm naturā actus requireretur an actus ſit nullꝰ de quo tetigit Bar. in.l.non dubiū.C.de legibꝰ,vbi ... per gl.ꝛ doc.ꝛ per gl.que reputatur notabilis ꝛ ſingularis in cle.j.de iure patro. ꝛ facit etiā ad materiā qđ no. Bar.in.l.pretor.in prin.ff.de ope.no.nun. potes cōcludere latius quā tangāt doc.qꝛ cōſiderandi ſunt duo caſus principales,nā aut lex inhibēs procedit vltra:aut nō procedit vltra ſed ſimpliciter inhibet. Primo caſu conſidera quatuor mēbra:qꝛ aut pcedit vltra actū cōfirmādo: aut pcedit vltra actū infirmādo:aut pcedit vltra dādo remediū contra factū:aut procedit vltra penā imponēdo. Primo caſu valet actus ꝛ ſic intelligitur.l.j.§.biduū.ff.qñ appel.ſit. ¶ Scdo caſu non valet:qꝛ tunc in effectu videtur apponi decretū decernēs irritū ꝯ factuꝫ. facit qđ habetur in.l.iubemus.§.ſane.C.de ſacroſan.eccl.ꝛ in.c. ad diſſoluēdum.circa fi.j.de deſpō.impu.ꝛ de prebē.apoſtolice. lib.vj. ¶ Tertio caſu ſi eſt remediū tēdens ad reſciſſionē actus valebit actus,ſed poterit reſcindi.vt ptꝫ in toto tit.qđ met.cau. facit qđ no.per Bar.in.d.l.nō dubiū.circa fi. ¶ Quarto caſu cōſidera duos caſus qꝛ aut imponitur pena inferēs neceſſario nullitatē actus,ꝛ tunc clarū qđ actus erit nullus. exēplū in.l.j.ff.de ope.no.nun.ꝛ.j.de ope.no.nūtia.c.j.ꝛ.ij.nā ius inhibet edificari poſt nūtiationē no.ope.ꝛ ſi ꝯ fiat pcipit deſtrui opus ꝛ ſic infertur neceſſario qđ edificatio de iure fuit inualida aut non infert neceſſario nullitatē actus,ꝛ tunc ſi actus eſſet nullus pena non poſſet habere locū tūc remanet actus validus exēpluꝫ in.l.fi.ff. de diuor.vbi lex inhibet liberte nupte patrone ne ſine eiꝰ cōſenſu diuertat ꝛ ſi diuertit imponit penā ne alteri nubat,nam ſi diuortiū nō teneret tūc illa pena nō haberet locū,nā ex alio capite phiberetur alteri nubere ſcꝫ qꝛ habēs viuū virū non pōt habere aliū eodē tpe.l.eū q duas.C.de adulte. Si vero diuortiū teneat tūc bene pena eſt nō poſſe alteri nubere: aut pena pōt ſic cōpati cū nullitate actus,ꝛ tūc aut actū eſſe nullū ſolū tēdit ad preiudiciū phibiti.ꝛ tūc nō valet actus.l.j.ff.de his que pro non ſcrip. ha.aut tēderet ad preiudiciū alterius quā phibiti ꝛ tunc remanet actus validus:ꝛ exēplū in illo qui vēdidit rem vni ꝛ poſtea eādem vēdidit alteri ignorāti primā vēditionē ꝛ ei tradidit,nā hoc eſt phibitū ſcꝫ vēdere rem duobꝰ ꝛ incidit vēdens in legē cor.de fal.l.qui duobꝰ.ff.de fal.ꝛ tñ vēditio ſcda tenet.l.quoties.C.de rei vē.ꝛ facit qđ no.gl.in.l.non videtur dolo facere.ff.de reg.iur. ꝛ qđ habetur in.l.filius.§.fin.ff.de fal.ꝛ qđ habetur in.d.cle.j.de iure patro.ſcdm vnum intellectum. ¶ Scdo caſu principali qñ lex inhibet ſimpliciter,ꝛ plus non dicit ꝛ tunc conclude qđ aut ille cui ſit inhibitio recipit poteſtatē ab ipſa lege inhibēte, ꝛ tūc non valet actus,ꝛ ſic loquatur.d.l.non dubiū. vt no.gl. in.d.cle. j. Aut non recipit poteſtatē ab illa.l.inhibente ꝛ tūc aut ſumus in habēt.bꝰ perpetuā cauſam inhibitionis,ꝛ tūc actus erit nullus ꝛ ſic etiā loquatur.d.l.non dubium. ſcdm alium intellectuꝫ. facit qđ habetur in.d.c.tua.de ſpō.du. Aut ſumus in alijs ꝛ tūc aut per inhibitionē erat queſitū ius tertio, aut non erat queſitū ſi erat queſitū ꝛ tūc ſi actū eſſet nullū tendit ad fauorē ipſius tertij cui eſt ius queſitū,ꝛ tūc actus erit nullus. Exemplū in.c.fi ſoli.de conceſ.preben.in.vj. Et ita etiā poteſt intelligi.d.l.non dubium.vt no.gloſ.in.d.cle.j.ſi vero actū eſſe nullum non eſt fauor ipſius tertij:vel ſi non eſt tertio ius queſitū ꝛ tunc valebit actus et iſte eſt caſus notabilis coniuncta gl.ſua ſingulari in.d.cle.j.de iure patro.nam ibi ex inhibitione non eſt tertio ius queſitū vel ſi eſt queſitū alicui eſt queſitū preſentato cui nō eſt fauor actum inſtitutionis ibi prohibitū eſſe nullū,ſed intereſt potius qđ valeat. Ideo nō eſt nullus ꝛ hec ſunt de mēte gl.preallc. capituli ſi diligēter aduertatur. Sed attēde quare ꝯ iſtud vltimuꝫ videtur caſus in.c.fi.de elec.ꝛ videtur etiā ꝯ no.t.in.c.ſi eo tpe. de elec. in vj.vbi ptꝫ ꝙ ſi fiat inhibitio habētibꝰ eligere ne eligāt ſine licentia pape nō valebit electio ꝛ tñ nō erat ibi queſitum ius tertio. Potes rūdere dupliciter. Primo qđ illa gl. in.d.cle.j.loquatur qñ inhibitio ſit a lege, cōtrariū pcedat qñ ab hoīe qꝛ mitius agitur cū lege ꝙ cū hoīe arg.l.celſus.ff.de arbi. ꝛ bene facit qđ no. Jo.an.poſt Hoſ.in.c.fi.ꝫ.de reſtit.ſpo. Sed cōtra iſtā ſolutionē facit quia gl.in.d.cle.j.vidētur loqui etiam de prohibitione hominis,vt patet in.c.fi ſoli.quod ibi allegat ſed poſſes dicere qđ licet gl. illud videatur ſenſiſſe tamen limitari debet eius dictum in inhibitione legis alias videretur male dicere vel ſecundo poteſt dicta gloſ.ſaluari in caſu dicte cle.j.quando intereſt eius in cuius fauorem facta eſt inhibitio qđ actus potius valeat ꝙ qđ ſit nullus alias non procedat. Et per predicta habes hunc articulum expeditum, ꝛ hec ſecunda ſolutio videtur tutior quia licet

Ayuntamiento de Madrid

pro prima multū faciat qͦ no.Jo.an.poſt Hoſ. in.d.c.fi.tñ for‑
titer facit ↄ illud qͦ legitur ꝛ not.in.l.ſi libertus.ff.de iure patr.
vbi ptꝫ qͦ reſpectu nullitatis actus potētius operatur lex quā
homo vt etiā no.Bar.in.l.ſi inſulā.in.viij.op.ff.de ver.obl. facit
qͦ dixi in dicta cle.j.de iure patro. Et potes addere his que ſu‑
perius ſunt dicta qͦ qñqꝫ ꝓhibetur cōtractus vel alienatio ra‑
tione publice vtilitatis principaliter ꝛ de hoc ꝓprie loquitur.l.
quēadmodū.C.de agri.ꝛ cenſi.lib.xi.qñqꝫ ꝓhibetur ratione pu‑
blice vtilitatis ſecūdario.ꝛ hoc ꝓprie loquitur qͦ habetur in.l.
lex iulia.ff.de fun.do.iuncta.l.j.cum ibi no.ff.ſol.ma.ꝛ qͦ habe‑
tur in.l.cum vir.ff.de vſur.quādoqꝫ prohibetur fauore eccleſie.ꝛ
de hoc ꝓprie loquitur.l.iubemus.§.ſane.C.de ſacroſanc.eccle.
quādoqꝫ ꝓhibetur fauore perſone ꝛ de hoc ꝓprie loquitur.l.j.ꝛ
per totū.ff.de re.eorū.ꝛ.C.de predi.mino.qñqꝫ prohibetur quia
res non eſt in cōmercio.ꝛ de hoc habetur in.l.inter ſtipulātem.§.
ſacramēta.de ver.obli.ꝛ in.l.ſi in emptione.§.j.ff.de contrahen.
emp.ꝛ in.l.apud iulianum.§.fi.ff.de leg.j.ꝛ quādoqꝫ prohibetur
propter vitium rei puta qꝛ eſt furtiua vel violēta ꝛ de hoc pro‑
prie loquitur qͦ habetur in.l.ſi emptionē.§.iteꝫ ſi emptor.ff.de
cōtrahē.emp.ꝛ ſic ptꝫ qͦ ſex modis predictis prohibetur a iure
alienatio rei ſui cōtractus ſuper illa,ꝛ an actus valeat qñ fit con
tra prohibitionē legis ꝛ ſtatuti.dixi etiā in.d.l.cum lex. ꝛ etiam
in.d.cle.j.de iure patro.ꝛ hec ſufficiant de iſto octauo membro.
83 ¶ † Nonum membrum eſt qñ deficit actus rōne rei vel materie
ſup qua interponitur vt qꝛ ſup illa nō eſt cōmerciū, ꝛ tunc dicit
Bar.in.d.l.ſi quis pro eo.qͦ iuramentū nihil operatur qꝛ vide‑
tur interponi ſup impoſſibili de facto vel de iure per ea que ha‑
betur in.l.apud iulianum.§.fi.ff.de leg.j.ꝛ.l.inter ſtipulātem.§.
ſacra.ff.de ver.obl.qꝛ cōſenſus priuatoꝝ non pōt ſupplere defe
ctū rei ipſius ideo nihil opatur.et ſic etiā trāſit hic do.Ant.ſub
octauo caſu,ꝛ videtur etiā velle qͦ idē ſit in re fiſcali qͦ in re ſa‑
cra vel in re deputata ad publicū vſum vt platea ꝛ cāpus fori cū
ſi.facit qͦ habetur in.d.l.apud iulia.§.fi.ſed certe qͦ dicit de re
fiſcali:nō videtur bene dicere.dūmodo nō ſit in vſu publico qꝛ il
la videtur eſſe in cōmercio,nam lꝫ poſſit vſucapi triēnio inſti.de
vſuca.§.res fiſci.tñ pōt pſcribi ſpatio.xxx.an.l.ſicut.ꝛ.l.oēs.C.
de preſcri.xxx.an.ꝛ etiā qñqꝫ minori tpe vt ptꝫ ex his q̄ no.in.d.
§.res fiſci.ꝛ in.l.inter quatuor.ff.de diuer.ꝛ tēpo.pſcri. ſed circa
iſtud mēbrū pōt dubitari:an ſi actus vel ↄtractus fiat ↄ iuramē
tum preambulū valeat.an vero nō valeat rōne materie pceden‑
tis:iſte paſſus videtur aliqualiter dubius.lꝫ do.Ant.hic nō tā‑
gat nec etiā Bart.in.d.l.ſi qs pro eo.videretur primo dicēdū qͦ
actus nō valeat qui fit ↄ iuramentū,nā de hoc videtur eſſe text.
in.c.dilecto.j.de prebē.¶ Jtē pro hoc videtur eſſe gl.ord.ꝛ val‑
de notabilis in.c.ij.in gl.fi.j.eo.lib.vj.vbi gl.notabiliter dicit qͦ
ſi mulier iurauit:nō alienare dotē niſi ex cauſa neceſſaria ꝛ cū au
toritate iudicis ꝛ ſi ↄtra faceret pro poſſe reuocabit ꝙ ſi poſt ea
alienat ſine autoritate iudicis etiā cū iuramēto qͦ non valet qꝛ
ſeruari dꝫ primū iuramentū qͦ fuit licitū.j.e.intellecto. ſecus ſi
fuiſſet illicitū vt.s.co.tua.ꝛ illā gl.etiā tenuit Hoſti. vt ibi tāgit
Jo.an.ꝛ etiā Jo.mona.ꝛ Archi.ꝛ idē Spe.in ti.de emp. ꝛ ven.
§.tertio loco.ver.ꝛ no.gñale vbi Spe. dat cōſilium qͦ qñ pater
vel alius dat dotē pro filia faciat ipſam pſtare dictū iuramentū
vt ſic poſtea de facili non poſſit ſibi preiudicare alienatio qͦ te‑
ne mēti ꝛ illam gl.etiā tenuit Bar. in.d.l.ſi quis pro eo. in tertio
mēbro.ꝛ etiā in.l.is cui.ff.de verb.obli.ꝛ pro dicta gl. bene facit
prealle.c.intellecto.ꝛ qͦ habetur.s.eo.veniēs.¶ Jn cōtrarium
videtur eſſe caſus in.c.ſicut ex literis.j.de ſpō.vbi valet contra‑
ctus matrimonij factus poſt ꝛ ↄ iuramētū prius preſtitū.¶ Jtē
hoc videtur tenere Jnnoc.in.d.c.dilecto. vbi cōcludit qͦ actus
tēporalis qui fit cōtra iuramentū valet,lꝫ ſecus ſit in actu ſpiri‑
tuali:qꝛ videtur ꝙ ſi actus ſpūalis fiat cōtra iuramentū non va
let per ea que habētur in.d.c.dilecto.j.de preben.vbi videtur ca
ſus dicit tñ aliquos tenere ꝙ etiā actus ſpūalis q̄ fit cōtra iura‑
mentū valet.facit qͦ habetur in prealle.c.ſicut ex literis.de ſpō.
vbi matrimoniū qͦ eſt res ſpūalis valet ↄ iuramentū preambu
lum.ꝛ ad.d.c.dilecto reſpōdet ꝙ inquātū ibi innuitur cōtrarius
veꝫ qͦ exceptio canonicoꝝ ↄ iuramentū nō valeat eſt quedā al‑
legatio partis que nō ponit ius.ꝛ iſtā opi.tenuit ibi Jo.and.veꝫ
qͦ etiā actus ſpiritualis factus ↄtra iuramētū tenet, ꝛ hoc etiā
tenuit Spe.in ti.ij.§.nūc tractemus.ver.ſed ſi legatus.ꝛ ibi etiā
idem tenuit Jo.an.in addi.Spe.vbi cōcludit qͦ electio vel rece
ptio facta in canonicū cōtra iuramētū ſeu cōtra matrimonium
iuratum qͦ valet ſaluo niſi ille qui fuiſſet electus vel receptus
cōtra matrimonium iuratum pcuraſſet ſe eligi qꝛ tūc [illegible]deretur
eſſe particeps periurij per id qͦ habetur in.c.j.s.de [illegible].dele.ij.
q.j.in.c.notum.ideo nō teneret electio cū periuri [illegible] ſint habi‑
les ad beneficia,imo ſi illa habeāt debeāt illis priuari[illegible].eo.que‑
relā.ꝛ ſic idem dicēdum de eo qui participaret in crimine periu‑
rij facit qͦ habetur.j.de ſen.exco.[illegible] cubine aliter [illegible]

det Jo.and.ad.c.dilecto.niſi quia dicit qͦ ibi fuit allegatio par‑
tis nec etiā reſpōdet ad gl.ſuā in.d.c.ij.quinimo nec de illa facit
mentionē,ſed ſi velles tenere opi.Jo.and.quā ponit in.d.c.dile
cto.ꝛ etiā in addi.Spec.ſuper.d.ver.ſed ſi legatus poſſes dicere
qͦ dictū ſuū ꝛ [illegible] Jnno.in.d.c.dilecto. inquantū dicunt tene
re actum qui fit cōtra iuramētum precipue tēporalē,dꝫ limitari
ſaluo niſi iuramentū habeat ſecum cōcurſum iuris cōis vt con
tingit in caſu:d.gl.c.ij.j.eo.in.vj.nā de iure cōi ꝓhibita eſt alie‑
natio rei dotalis.vt pꝫ in.l.lex iulia.ff.de fun.do.ꝛ.l.j.§.ꝛ cū lex.
C.de rei vxo.act.Jdeo qꝛ iuramentum hꝫ tunc concurſum iuris
cōis.ſecus aūt ſi nō hꝫ curſum iuris cōis qꝛ tunc nō inualidatur
actus factus cōtra iura[illegible]tur qͦ no. Jo.an.in.d.
c.dilecto.ꝛ in addi.prealle.ꝛ [illegible] diſtinctionem bene facit qͦ
no.in ſimili per legiſtas in.l.ij.C.de vſuca.pro emp. vbi qñ ꝓhi‑
bitio teſtatoris hꝫ concurſum cum ꝓhibitione iuris cōis valet
vbi alias nō valeret,ꝛ ꝓ hoc etiā faciat gl.in.l.ea lege.C.de ↄdi.
ob cau.circa cōtrariū.§.ſanctiſſimas.de aliena.ꝛ emphy.vbi ſi‑
militer dicit qͦ pactū cōtrahentiū habēs concurſum iuris cōis
operatur vbi alias nō oparetur inualiditatē actus ꝛ iſto modo
cōſueui ſaluare gl.in.c.ij.que cōiter videtur approbari vt ptꝫ ex
ſuperiꝰ dictis.Aliqui tñ illā reprob t.per ea que habētur in.d.
c.ſicut ex literis.ꝛ que no.per Jo.an ꝛ Jnnoc.ꝛ in.c.dilecto.ſed
equius videtur ſaluare gl.eo modo quo dixi ex quo cōiter tene‑
tur.¶ Aduerte tñ qꝛ videtur caſus in.d.c.dilecto. qͦ actus ſpi
ritualis qui fit ↄ iuramētū nō valeat,nā videtur eſſe violatio di
cere qͦ ibi ſit allegatio partis ↄſiderato ꝙ ex illa videtur ſe fun
dare,ꝛ ſic videtur ꝙ ponat ius etiam ſi fuerit allegatio partis,ꝛ
iſtud etiā videtur voluiſſe ibi Jnno.nā videt inclinare Jnno.in
84 hāc partē licet recitet vltimo loco opi.alioꝝ.¶ † Unde videre‑
tur poſſe in hac materia diſtingui,qꝛ aut loquimur in actu mere
ſpūali aut loquimur in actu non mere ſpirituali. Aut loquimur
in actu mere tpali.¶ Primo caſu videtur ꝙ actus qui fit ↄ iu‑
ramētū ſit nullus vt videtur eſſe caſus in.d.c.dilecto.nō cauillā‑
do ꝛ vt dixi in hāc partē etiā videtur inclinare Jnno. licet Spe.
aliter dixerit vt.s.tetigi. nec ob.c.ſicut ex literis. per qͦ mouet
Jo.an.qꝛ nō loquit in actu mere ſpirituali vt dicetur in ſequēti
mēbro. ¶ Scđo caſu qñ loquimur in actu nō mere ſpūali vt eſt
matrimoniū carnale,nā non eſt oīno mere ſpirituale qꝛ pōt pro
eo interuenire pecunia,nam datur dos pro illo.j.de do.poſt di‑
uor.reſtituēda in rubro ꝛ nigro.ꝛ.l.j.ꝛ per totū.ff.de iure dot.et
C.ſecus in matrimonio mere ſpirituali vt qñ quis eligitur in ca
nonicum vel prelatū.s.de elec.cū inter canonicos.ꝛ de trāſlatio
ne in.c.fi.nam nō pōt ibi interuenire pecunia.imo eſſet ſimonia.
s.de pac.cū pridem.ꝛ.j.de ſimo.in.c.iacobus.ꝛ.c.mattheus.ꝛ.c.
dilectus.ꝛ in pluribꝰ alijs titulis. ꝛ hoc caſu qñ agimus de actu
nō mere ſpirituali vt eſt matrimoniū carnale potes concludere
ꝙ aut actus qui ſequitur iuramentū nō eſt plenior actu qui cōti
netur ſub iuramēto.Exēplū ſi quis iurauit accipere Bertam in
vxorem ꝛ poſtea iurat accipere Margaritam.nam vtrūqꝫ iura‑
mentū reſpicit ſponſalia de futuro ꝛ tunc primū iuramētū cum
ſit licitū eſt ſeruādum nō ſcđm et pro ſcđo dꝫ imponi penitētia.
vt habetur in.d.c.ſicut ex literis.circa fi.ſi autē actus qui ſequi‑
tur poſt iuramentū eſt fortior illo qui cōtinetur ſub ſacro,vt qꝛ
iurauit accipere Bertā in vxorē poſtea ↄtrahit per vba de pre‑
ſentit cū Margarita,ꝛ tūc tenet actus qui fit cōtra ſacrm,nam
fortius eſt matrimoniū de preſenti quā ſpōſalia de futuro vt de
ſe ptꝫ ꝛ ꝓbatur etiā ex his que habētur.j.de cōuer.cōiug. ex pu
blico.ꝛ in.c.ij.de ſpon.nā partes poſſunt recedere a ſpōſalibus
de futuro etiā iuratis vt habetur in.d.c.ij.de ſpō. ꝛ tñ non poſ‑
ſunt recedere a cōtractu matrimonij per verba de preſenti etiā
ſi nō interueniret iuramentū.ꝛ ita loquitur.d.c.ſicut. ¶ Tertio
caſu qñ interponitur iuramentū ſup re mere tēporali ꝛ tunc aut
interponitur affirmatiue aut negatiue ſi interponit affirmatiue
tūc ſatis videretur diſtinguendū an actus ſequēs nō ſit fortior
eo qui cōtinetur ſub ſacro an vero ſit fortior.nā ſi non eſt fortior
videtur ꝙ ſeruādū ſit primū iuramentū.Exēplū ſi quis iurat vē
dere titio rē aliquā demū iurat rem illā vēdere ſeio,nam videtur
ꝙ primū iuramētū ſit ſeruandū ex quo fuit licitū. facit qͦ habe
tur in.d.c.ſicut ex literis.circa fi.ꝛ qͦ legitur.ꝛ no. in.l.operis.ff.
loca.ſi vero ſolū ꝓmitteret ꝑ ſtipulationē abſqꝫ iuramēto vēde‑
re ſeio vbi prius iuraſſet vēdere titio.adhuc videretur idē ſaltē
de iure canonico qͦ nō facit differētiā inter iuramētū ꝛ ſimplicē
loquelā ſeu ꝓmiſſionē.xxij.q.v.iuramēti.Jdē tñ videretur de iu
re ciuili per no.in.d.l.in operis ſaluo quia cōis opi. eſt legiſtarū
qͦ iuramentū nō inducit obligationē niſi in liberto vt not.in.l.
ſi qs pro eo.ff.de fideiuſ.ꝛ in.l.j.de ope.lib. ꝛ etiā tetigi ſuperius
circa principiū materie,ſed poſſet pcedere de iure ciuili qñ per
ſtipulationē primo ꝓmiſiſſet titio vēdere demum ſecundo pro‑
mitteret per ſtipulationem vendere ſeio,nam videtur qͦ prima
promiſſio deberet ſeruari per ea que habentur in.d.l.in operis.
videretur

Ayuntamiento de Madrid

videretur tñ ꝙ ſeius cui ſecundo loco facta eſt pꝛomiſſio poſſet
agere ad intereſſe contra pꝛomittentē ſi intereſſet ſuā pꝛomiſſio
nē ſeruari. Si aũt actus qui fit cõtra iuramētũ ſit foꝛtioꝛ eo qui
cõtinetur ſub iuramento tunc vĩ ꝙ teneat actus qui fit cõtra iu
ramentũ per ea que habentur in. d. c. ſicut ex literis. Exēplum ſi
aliquis iurauit vendere rē titio demum poſtea vendidit illā ſeio
ꝛ ei tradidit. facit qꝺ habetur in. l. quoties. C. de rei vendi. nã vĩ
ꝙ tunc ſtandũ ſit ipſi vēditioni. licet facta ſit contra ſacramentũ
tamen cũ de iure canonico iuramentum pꝛoducat actionem vel
ſaltem officiũ iudicis. vt notat Jo. an. ſ. de inſti. cum veniſſent ꝛ
facit qꝺ notauit Inno. ꝫ. eo. quintanallis ꝛ quod dixi circa prin
ci. materie videretur [illegible] agere poſſet ad intereſſe. ſi ſua in-
tereſſet iuramentũ fuiſſe ſer[illegible]que habētur in. l. ſtipula
tio. non diui. ver. celſus. ff. de [illegible]. ob. ꝛ [illegible] deberet imponi pe-
nitētia de periurio per ea q̃ habenĩ in. d. c. ſicut ex literis. Si ve-
ro iuramentũ fuit negatiue conceptũ ꝛ tunc poteſt dicere ꝙ aut
habet cõcurſum iuris cõis ꝛ tũc actus qui fit cõtra iuramētum
nõ valet. ꝛ ſic intelligaĩ gl. in. c. lꝫ mulieres qꝺ eſt. c. ij. ſ. eo. in. vj.
que cõiter appꝛobaĩ vt dixi ꝛ facit qꝺ hĩ. ſ. e. intellecto. aut non
habet cõcurſum iuris cõis ꝛ tũc vĩ ꝙ actus qui fieret ꝯ iuramē
tũ valeret ꝑ ea que habenĩ in. d. c. ſicut ex literis. ꝛ ꝑ Inno. in. d.
c. dilecto. ſaltē qñ actus ſequēs eſſet perfectus vt ſi quis iuraſſet
nõ vēdere domũ alicui de tali familia ꝛ tñ poſtea vēderet ꝛ tra-
deret. nã valeret ꝯctus licet incurreret periuriũ facit qꝺ legitur ꝛ
no. in. c. ſi. per gl. de pꝛocu. in. vj. ¶ Aduerte tñ ad vnum ꝙ in. c.
intellecto erat concurſus iuris cõis tendens ad publicā vtilita-
tem pꝛincipaliter. vꝫ ad conſeruationē regni ꝛ rerum in ipſo re
gno: ſed in muliere iurante non alienare rē dotalē eſt concurſus
iuris cõis concernentis publicā vtilitatē ſecundario ꝛ non pꝛin-
cipaliter. ꝛ ideo cũ tali iuri poſſit renũtiari cũ ſacramēto vt pa-
tet in hoc capitulo nõ vĩ ꝙ gl. pꝛedicta pꝛeciſe ꝓbeĩ per p̃alleg.
c. intellecto. vñ videretur diſputatiue poſſe teneri contrariũ. tñ
vt dixi gl. cõiter appꝛobatur. Et hec ſufficiāt de nono membꝛo.
85 ¶ Et adde ꝙ vbi quis † vendit rē duobus incidit in penā falſi
vt. l. qui duobus. ff. ad. l. coꝛ. de falſis. quantũ aũt ad ipſam rem
habendā potioꝛ eſt ille cui ſit res tradita etiā ſi pꝛima venditio
fuiſſet facta cũ iuramēto ꝑ ea que habenĩ in. l. quoties. C. de rei
vēdi. iũcto eo qꝺ habetur in. c. ſicut ex literis. ꝗ. de ſpõ. ¶ Si au
tem neutri ſit tradita res ꝛ concurrāt ambo vĩ ꝙ pꝛeferēdus ſit
ille cui pꝛimo facta fuit vēditio per ea que habentur in. d. l. ope-
ris. ff. loca. ſiue pꝛima fuerit iurata ſiue non. Secus vĩ ſi pꝛimo
ſolũ ꝓmiſiſſet vel iuraſſet ꝛ ſcꝺo vēdidiſſet licet nõdũ tradidiſ-
ſet qꝛ vĩ qꝺ ſecundus debeat pꝛeferri qꝛ potētius ius vĩ habere
ex quo vēditio ſibi facta eſt. ꝛ pꝛimo ſolũ facta eſt pꝛomiſſio vel
iuratum de vendendo nã poteſt cogi ad inſtantiā ſecũdi cui ven
dita eſt vt pꝛeciſe rē tradat ſi habet facultatē ipſam dādi vt no.
gl. fin opi. Bar. inſti. de cõtrahē. emp. ꝗ. p̃tiũ. que opi. cõiter te
netur ꝛ illā etiā tenet Bar. in. l. ſtipu. nõ diuiduntur. ver. celſus.
de verb. obli. ꝛ etiā in. l. certi condictio. in pꝛin. ff. ſi cer. pet. ꝛ etiā
Inn. ꝛ Jo. an. ſ. de ſen. excõ. ſacro. ¶ Itē adde tenendo opi. gl.
de qua in. c. ij. ſ. eo. in. vj. vꝫ ꝙ ſi mulier iurauit non alienare rem
dotalē nec alienationi conſentire niſi cum autoꝛitate iudicis ex
cā neceſſaria ꝙ ſi poſtea alienet etiā cum iuramēto nõ valet alie
natio dicta opin. vĩ pꝛocedere qñ contrahens cum muliere ſcit
ſiue habeat notitiā pꝛedicti iuramēti. nā tunc imputet ſibi quare
tunc contrahit. argu. l. j. in ſi. ff. de actio. emp. ꝛ. ſ. de reg. iur. in re
gula damni. lib. vj. Si autem ignoꝛauit tunc videtur magis du-
bium. an valebit contractus tñ poteſt dici ꝙ ſi mulier doloſe ta
cuit ipſum iuramentũ pꝛeambulũ cauſa decipiendi ēmptoꝛem
tunc vĩ ꝙ contractus valeat qꝛ deceptis ꝛ nõ decipientibus iu
ra ſubueniũt. l. iij. C. ſi mi. ſe ma. di. ꝛ. C. ad velle. in. l. iij. ſecus vĩ
ſi ex ſimplicitate vel qꝛ tunc foꝛte non habuit bene memoꝛiā per
ea que habenĩ in. d. l. iij. ꝛ imputādũ vĩ emptoꝛi ex eo qꝛ vult fa-
cere cõtractũ qui eſt in ſui genere pꝛohibitus vꝫ emere rē dota
lē cõſtāte matrimonio vt patet in. d. l. lex iulia. C. de fun. do. ꝛ. d.
ꝗ. ꝛ cũ lex. C. de rei vxo. actio. nā ꝛ potuit etiā pꝛecogitare an iu-
ramentũ pꝛeceſſiſſet cũ debuerit eſſe cautus ex quo contractus
eſt de genere ꝓhibitoꝛũ argu. eoꝝ que habenĩ in. l. qui cũ alio.
ff. de reg. iur. ꝛ facit etiā qꝺ habeĩ in. c. is q̃. de homi. in. vj. et in. l.
qñ multa. C. ad. l. iul. de vi. ꝛ in dubio nõ vĩ dolus mulieris pu-
niendus niſi pꝛobeĩ ꝑ ea que no. gl. in. l. iij. C. ſi alie. res pi. da. ſit.
¶ Itē adde inquantũ poſt id qꝺ tangit Jo. an. in. c. dilecto. ſ. de
pꝛeben. ꝛ in addi. Spe. in ti. ij. ꝗ. nunc tractemus. ver. ſed ſi lega-
tus ꝙ electio facta de periurio non vꝫ nec ſimiliter collatio de
beneficio ſibi facta. nā idē vĩ velle Fede. de ſen. ſuo cõſilio. l. Sed
Lapus abbas ibi in additione vĩ ſentire cõtrariũ vꝫ ꝙ electio
ꝛ collatio ſit aliqua lꝫ veniat caſſanda ꝑ ea que habenĩ in ca. in-
ter dilectos. ſ. de exceſ. p̃la. vbi collatio facta vſurario nõ eſt nul
la ſed venit irritanda ad idē etiā qꝺ no. Jo. and. in. c. auditis. ſ.
de elec. ſuper gl. ſi. ꝛ qꝺ no. Inno. ſ. de conceſ. p̃ben. in. c. quo[illegible]

ſtris. ꝛ ſic vĩ ꝙ non pꝛocedat dictũ Jo. an. in. d. c. dilecto. ꝛ in. d.
addi. niſi foꝛte ſaluando velis dicere ꝙ ſit ſpeciale in illo q̃ pꝛo-
curauit ſe eligi vltra numerũ iuratum. faciat qꝺ hĩ in. l. ꝛ qui da
ta opera. ff. ex quib. cau. ma. illud aũt eſt certum ꝙ collatio facta
excõicato non vꝫ. vt. ſ. de cleri. excõ. mi. in. c. poſtulaſti. ꝛ facit qꝺ
habetur. ꝫ. de elec. in. c. illa quotidiana. cũ ibi notatis. de conſue.
cũ dilectus. ¶ Nunc reſtat deſcendere ad decimũ ꝛ vltimũ mem
bꝛum qñ actus pꝛohibetur a iure propter aliquas ſubditoꝝ vti
litates nõ aũt ex eo qꝛ ſit cõtra bonos moꝛes vel qꝛ ſit cõtra pu-
blicam vtilitatē pꝛincipaliter. Exemplũ põt poni in. l. cum hi. ff.
de tranſ. ꝛ in. l. pactũ. C. de collatio. in q̃bus patet ꝙ ꝓhibeĩ q̃s
remittere ius futurum ex eo qꝛ interdũ quis pꝛo modica quan-
titate de pꝛeſenti data de facili repꝛomitteret magnā quātitatē
in futurũ debendā ꝛ ideo noluit lex ꝙ valeret trāſactio ſuper ali
mentis futuris ſine autoꝛitate iudicis. l. cum hi. ff. de tranſa. ſal-
tem qñ debētur ex vltima volũtate vt ibi patet nec ſimiliter pa-
ctum de non ſuccedendo vt in. d. l. pactum. ꝛ hoc caſu concludit
Bar. in. l. ſi quis pꝛo eo. ꝙ valet iuramentũ ſuper tali actu inter
poſitũ ꝛ validat ipſum actũ per ea que habentur in. c. quāuis. de
pac. in. vj. nā vt dixi non impꝛobatur actus tunc qꝛ ſit cõtra bo-
nos moꝛes nec qꝛ ſit contra publicam vtilitatē pꝛincipaliter ſed
pꝛopter vtilitatē ſubditoꝝ ne pꝛo modico de p̃ſenti dato ꝑdat
ius futurũ in magna quantitate. nam intereſt reipublice ne quis
re ſua vel ſuo iure male vtaĩ. inſti. de his q̃ ſunt ſui vel alie. iur. in
ꝗ. j. ꝛ facit quod hĩ in. ꝗ. cogitatio. in auten. vt iu. ſi. quoquo ſuf.
¶ Et ꝑ p̃dicta dicit Bar. in. d. l. ſi q̃s pꝛo eo. ꝙ donatio facta in-
ter virũ ꝛ vxoꝛē cõſirmabitur iuramento ex eo: qꝛ nõ pꝛohibeĩ ꝙ
ſit cõtra bonos moꝛes: ſed pꝛopter vtilitatē ſubditoꝝ ne vꝫ al
ter coniugũ efficaĩ pauperioꝛ. ꝛ alter ditioꝛ. l. j. ꝛ. ij. ff. de do. in-
ter vi. ꝛ vxo. ꝛ idē dicit tenere Guil. de cu. in. l. ſed ꝛ ſi poſſeſſoꝛi. ꝗ.
itē ſi iurauero. ff. de iureiur. ꝛ plus nõ dicit in. d. l. ſi quis pꝛo eo.
Et an in hoc bene dicat inquantũ vult donationē inter virum ꝛ
vxoꝛē firmari iuramento patebit ex. ſ. dicendis. ¶ Unde aduer
te: qꝛ ſub hoc decimo mēbꝛo eſt videndũ p̃cipue de ſex q̃onibus
que tñ nõ erunt minus pꝛolixe. ¶ Pꝛima qꝺ an valeat iuramē
tum de non credēdo bonis. vt ſic poſſit quis pꝛo debito capi ſm
ea que habenĩ in. l. j. C. qui bo. ce. poſ. ¶ Scꝺa eſt q̃d de pꝛohibi
tione. ne fideiuſſoꝛes do. dētur. an iuramētũ obligabit ſi fideiuſ-
ſoꝛes obligāt ſe pꝛo dote pꝛo marito ꝛ iurent. ¶ Tertia queſtio
erit an donatio facta inter virũ ꝛ vxoꝛem firmetur iuramento.
¶ Quarta erit an donatio que eget inſinuatiõe valebit ſi fiat cũ
iuramēto etiā dato ꝙ nõ fuit inſinuata. ¶ Quinta erit an trāſ-
actio facta ſuper alimētis valideĩ per iuramētũ. ¶ Sexta ꝛ vlti
ma erit an ſi renũtietur legi de his. ff. de trāſ. cũ iuramento vale-
86 bit trāſactio. ¶ † Circa pꝛimũ videreĩ dicendũ ꝙ nõ: qꝛ iuramē
tũ vĩ tũc eſſe cõtra bonos moꝛes per ea que habentur in. l. alia.
ꝗ. eleganter. ff. ſol. mat. ꝛ qꝺ hĩ in auĩ. imo. C. de actio. ꝛ ob. ꝛ fa-
cit qꝺ dictũ fuit. ꝫ. e. ex reſcripto. ꝛ qꝺ hĩ in. l. j. ꝛ. ij. C. qui bo. ce.
poſ. ¶ In cõtrariũ facit: qꝛ vĩ valere pactũ vt q̃s poſſit pꝛo de-
bito detineri ꝑ ea que habenĩ in. d. c. ex reſcripto. ꝛ no. in Spec.
de renũ. ꝛ cõclu. ꝗ. j. ad ſi. in ver. Itē eſt bñficiũ. ꝛ hoc etiā tꝫ Fed.
in ſuo conſi. lx. dicens ꝙ valebit pactũ ꝛ iuramētũ qꝛ nõ eſt con-
tra bonos moꝛes. nec hꝫ perpetuo cām ꝓhibitionis ꝑ ea que ha
benĩ in dicto ver. itē eſt beneficiũ. ꝛ p̃cedēti. ꝛ in. l. ſi. C. qui bo. ce.
pñt. hoc tñ limitat ꝓcedere. niſi eſſet notoꝛia ꝛ manifeſta mendi
citas ꝛ paupertas ipſius renũtiātis. quo caſu iuramētũ non ob-
87 ligaret. ſicut nec † pactũ ꝛ iuramētũ ꝙ filius nõ petet alimenta.
ꝫ. e. cũ quidā. ꝛ facit qꝺ hĩ in Spe. qui ſi. ſint legi. in ver. ſed pone.
ꝛ cũ iſto dicto tranſit do. Ant. ſub tertio caſu quē hic ponit cir-
ca ſinē. ſed ſub pꝛimo caſu vbi tangit etiā iſtud iuramentũ trāſit
cũ opi. quā Bar. ponit in. l. alia. ꝗ. eleganter. ff. ſol. mat. tu potes
tenere opi. Fede. licet ipſe Fede. nõ rñdeat ad. ꝗ. elegāter. nec ad
alia iura alle. in cõtrario. ſed potes rñdere per ea que plene dixi
ſuper hoc articulo ſupꝛa ſub pꝛimo mēbꝛo pꝛincipali qñ vꝫ ꝓ-
hibeĩ actus qꝛ eſt cõtra bonos moꝛes. ideo vlterius hic nõ inſi-
ſto. ꝛ ibi etiā recitaui opin. Bal. quā ipſe poſuit in. l. j. C. q̃ bo. ce.
88 poſ. ꝛ hec de pꝛima q̃one. ¶ † Circa ſcꝺam queſtionem aduerte:
qꝛ cõis videĩ eſſe opi. ꝙ fideiuſſoꝛes nõ poſſint dari pꝛo dote cõ-
ſeruāda. ꝛ pꝛo hoc facit qꝺ habeĩ in. l. j. C. ne fide. do. den. ſed an
poſſit dari ꝑ dote reſtituēda fuerũt opi. Odof. tenuit ꝙ ſic ꝛ te
nuerũt aliqui gloſſatoꝛes. vt refert gl. in. d. l. j. ſed gl. ibi tenet op
poſitũ pꝛo qua facit generalitas rubꝛi. ꝛ qꝺ habeĩ etiā in. l. ij. eo.
ti. de quo etiā conſueuit dici in. l. ſi cõſtante. ꝗ. quoties. ꝛ ibi etiā
per Bar. ff. ſol. ma. ꝛ ibi etiā de hoc dixi ꝛ tāgiĩ etiā per Jo. and:
in addi. Spec. in ti. de do. in. c. vj. ꝗ. ij. ver. illud quoq; pꝛeſuppoſi
to aguntur pꝛo modo ꝙ pꝛohibeanĩ fideiuſſoꝛes dari pꝛo ipſa do
te conſeruanda vel reſtituenda eſt dubiũ an ſi obligant ſe cũ iura-
mento [illegible]ne obligētur: licet vbi nõ interuenit iuramentũ vi-
de[illegible] non obligenĩ: qꝛ videĩ dari lege pꝛohibente. ꝛ ſic videtur
[illegible]eat qꝺ agitur. l. non dubium. C. de legi. nec videtur

Ayuntamiento de Madrid

etiã poſſe renũtiari diſputationi dicte.l.j.⁊.ij. quia prohibitiue procedit.vt pʒ ex ipſa rubrica a qua licitũ eſt arguere ꝑ id qḋ le. gi.⁊ no.in.l.fi.ff.de eo per quẽ fac.erit.⁊ etiã in proemio ſexti.⁊ facit qḋ plene dixi ſuper rubrica de ver.ob.⁊ ideo vꝫ ꝙ nõ poſſit renuntiari.ſicut etiã cõtingit in caſu.l.j.C.ne chriſtia. ma. here. vel pag.⁊ in.l.j.⁊.ij.ff.ne quid in loco publico.⁊ qꝛ prohibitio vꝫ dirigi ad perſonã ⁊ ideo vꝫ ꝙ nõ valet actus.⁊ iſtud cõiter tene. tur qñ no interuenit iuramẽtũ.licet aliqui dixerũt contrarium dicentes qḋ.d.l.j.⁊.ij.ff.ne quid in loco publico.prohibet quem cogi ad dãdã fideiuſſorẽ.ſed nõ prohibet dare volentes.vt tan. git Cy.in.d.l.j.tñ cõis opi.eſt qḋ etiã ſponte non poſſit dari fide iuſſor nec conſequenter dictis iuribus renuntiari:ſed dubiuʒ eſt qñ interuenit iuramentũ.Bar.vꝫ velle ꝙ nõ firmetur obligatio iuramẽto ꝑ ea que ipſe tãgit in.d.l.ſi qs ꝑ eo.ſub tertio ⁊ qnto mẽbro.vbi ↄcludit ꝙ qñ ꝓhibitio legis dirigiꝫ ad pſonã.tũc cõ trafaciẽs peccat ⁊ tanꝙ nõ obediens iuſto precepto ſuperioris facit qḋ hꝫ in.c.ij.de ma.⁊ obe.⁊ ideo vꝫ ꝙ non firmeꝫ iuramẽto do.Ant.hic ad finẽ tertij caſus tʒ idẽ non tñ ꝑ rõnẽ Bar.qꝛ illa nõ ſimpliciter ſibi plʒ ꝑ ea que tãgit ſub tertio caſu dicto.⁊ facit qḋ plene dixi ſub tertio mẽbro ꝑncipali:ſed ex eo:qꝛ ſm eũ ideo ꝓhibeꝫ dicta obligatio:qꝛ ꝓpter illã ſurgit ſeu ſurgeret quedaʒ differẽtia.⁊ nõ cõfidẽtia inter cõiuges qui ſibi inuicẽ cõmittunt pſonas.⁊ pcipue ipſa mulier cõmittit pſonã ⁊ dotẽ.l. hac lege. C.de pac.cõuẽ.⁊ ſic debẽt eſſe vnius cordis.⁊ ideo dicta promiſ. ſio vꝫ quodãmodo eſſe cõtra bonos mores.⁊ per ↄ̃ñs nõ vꝫ vali dari per iuramẽtũ faciat qḋ hꝫ.j.de reg.iur.non eſt obligatoriũ in.vj.vꝫ enim mulier exigẽdo fideiuſſores a viro non cõfidere de ipſo.⁊ ſic vꝫ dari cã perfidie inter cõiuges ꝑ.d.l.ij.C. ne fide. do. den.que occaſio tolli dʒ ꝑ ea q̃ habenꝫ in.l.in reprehẽdẽda.C.de inſti.⁊ ſubſti.⁊ facit qḋ notauit Cyn.in.d.l.j.C.ne fide.do.den.⁊ no.ꝑ Cy.ibi vꝫ tenere opi.Oldof.quã etiã tenuit Dyn.vcʒ ꝙ ſit differẽtia an fideiuſſores dẽtur ꝑ dote cõſeruãda.an vero ꝑ do te reſtituẽda. Bar.tñ in.l.ſi cõſtante.§.quoties.tenuit opi.quã tenet gl.in.l.j.vcʒ ꝙ nõ poſſit dari etiã ꝑ dote reſtituẽda per di. ctã.l.ij.que gñaliter loquiꝫ ⁊ vꝫ ampliare primã per id qḋ habeꝫ in rubro qḋ etiã indiſtincte loquiꝫ ſuper quo ad pſens nõ inſiſto qꝛ dixi in.d.§.quoties.¶ Sed aduerte qꝛ inquantũ Bart.⁊ do. Ant.volunt ꝙ nõ poſſit dari fideiuſſor pro dote etiã cũ iuramẽ to vꝫ de iure dici poſſe cõtrariũ ex eo qꝛ licet inhibeat contractũ tñ ſi iuramẽtũ poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne vꝫ ꝙ ſit ſeruãdũ per ea que habenꝫ in hoc.c.⁊ in aut.ſacra.in quibus ꝙ licet lex ꝓhibeat alienationẽ rei dotalis etiã cõſentiẽte muliere vt pʒ in.§.⁊ cũ lex.in.l.j.C.de rei vxo.acti.⁊ facit qḋ hꝫ in.l.lex iu lia.ff.de fun.do.tñ ſi alienetur cũ iuramẽto ipſius mulieris iurã. tis nõ cõtrauenire.licet de iure ciuili non valeret.vt hic patet ⁊ no.in.d.§.⁊ cũ lex.tñ de iure canonico qḋ in hac materia ſerua. ri dʒ vt ſupius eſt dictũ ⁊ probaꝫ.j.e.ca.ij.in.vj.teneꝫ mulier ob. ſeruare ſacramẽtũ ⁊ firmatur cõtractus ſacramẽto.vt ſuperius eſt dictũ.⁊ notauit etiã Fede.in cõſi.cclxxxj.circa fi.⁊ ſimiliter vi demus ꝙ lʒ lex prohibeat alienari res minorũ immobiles ⁊ etiã mobiles q̃ ſeruãdo ſeruari non põt.l.j.ff.de re.eorũ.⁊.l.lex q̃ tu. C.de admi.tu.⁊.l.nõ pñt.C.de pdi.mi.tñ ſi minor alienat cũ ſa. cramẽto tenet iuramẽtũ.⁊ ↄctus vt legiꝫ ⁊ no.in.d.auꝫ.ſacramẽ ta ⁊ ſic etiã vꝫ eodẽ modo ⁊ eadẽ rõne dicẽdũ in caſu ꝓpoſito fa ciat etiã qḋ habetur in.c.quãuis.de pac.in.vj.nec obſtare viden tur allegata in cõtrariũ.⁊ primo nõ obſt.rõ Bar.inquãtũ vult ꝙ vbi lex prohibet perſonas cõtrahere ꝙ ſi cõtra fiat tũc contra. hens peccat mortaliter.⁊ per ↄ̃ñs nõ obligetur per iuramẽtũ:qꝛ iſta rõ non eſt ſimpliciter vera.nec ipſam etiã tenuit ſimpliciter d.Ant.hic ſub tertio caſu ⁊ plene dixi ſub tertio membro.ideo hic nõ inſiſto.Itẽ nõ ob.ꝙ videaꝫ eſſe ↄ bonos mores:quia hoc nõ dꝛ in.d.l.j.⁊.ij.¶ Itẽ nõ ob.ꝙ videatur dari occaſio perfidie inter cõiuges vt vꝫ ꝓbari in.d.l.ij.qꝛ nõ dꝛ ibi ꝙ directe ⁊ ſemp detur occaſio perfidie:ſed qḋ interdũ ⁊ occaſionaliter poſſet eſſe occaſio perfidie.talis aũt occaſio caſualiter cõtingere potens nõ hʒ impedire vires iura.per ea que notauit gl.in decr.ſi vero.ꝫ.e. ⁊ facit qḋ dicꝫ in ſe.q.ex pdictis tñ no.qḋ vbi lex ꝓcedit.prohi bendo vꝫ ꝙ non poſſit renuntiari ſine iura.⁊ iſtud ſatis vꝫ velle glo.in.d.l.j.C.ne fideiuſ.do.den.⁊ etiã Bar.in.l. modeſtinus.ff. de dona.⁊ in.d.l.ſi quis pro eo.⁊ etiã Jo.an.in addi. Spe.in tit. de inſtr.edi.§.porro.circa finem.⁊ etiã idẽ Bar.in.l.de his.ff. de trãſac.⁊ facit etiã quod notauit Bal.in.l.illud.C.de ſacraſan. ec cle.ſed vbi interuenit ſacramentũ tunc eſt magis dubiũ propter ea que dixi.tñ Jo.and.in addi.proxi.allega.ſuper.d.§.porro.vꝫ tenere in ſimili quod ſuperius dixi vcʒ quod licet non poſſit re. nuntiari legi prohibitiue ſine iuramento tñ renuntiari poſſit cũ iuramento dũmodo non ſit extortũ per dolum aut metum [illegible] quod dicã.j.in.iiij.q.⁊ hec ſufficiant de iſta ſecunda.¶ Circa tertiã an vcʒ donatio inter virũ ⁊ vxorẽ firmetur iuramẽto [illegible] runt opi. Bar.in.d.l.ſi quis pro eo.tenet qḋ ſic vt ſuperius [illegible]

89

Idem Guil.de cu.in.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iureiu.allegat qꝛ donatio inter virũ ⁊ vxorẽ eſt permiſſa cã reli. gionis allegat.l.ſi ſponſus.§.conceſſa.ff.de dona.inter vi. iura. mẽtũ aũt eſt magna religio.l.j.⁊.ij.ff.de iureiur.ergo videꝫ per. miſſa iuramento.hec tñ ratio potius ſuaſiua eſt.quã concludẽs vt patere poteſt intuẽti.tñ ꝙ teneat tenuit ipſe Bar.in.l.ſeius ⁊ augerius.ff.ad.l.fal.vbi tãgit etiã de materia.l.ſi quis pro eo.et ibi etiã tenet qḋ ſi filiuſfa.recipit mutuũ cum iuramento iuran. do vcʒ reddere qḋ tũc obligatur ſed poteſt poſtea repetere.ſi ſol uat de quo plene dixi ſub quarto membro.⁊ ibi etiã dicit vnum notabile verbũ videlicet qḋ vbi inſtãtia periret iudex ex officio poteſt procedere ad ſniam requiſitis [illegible] etiã ſi hoc non fe cerit ad inſtantiã alicuius [illegible] que habentur in.l. prope randũ.ff.C.de iudi.qḋ [illegible] tione.l.iiij.§.hoc aũt iudi. ciũ.ff.de dam.infecti ibi dicitur qḋ regulariter iudex non debet officium impartiri niſi ſit petitũ.¶ In cõtrariũ videtur vcʒ qḋ donatio non firmetur iuramento ,tenuit ipſe Bart. in.l.j.ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.per illũ tex.qui videtur velle quod talis do natio non ſit cõtra bonos mores.⁊ ſic videtur qḋ nõ firmetur iu ramento.facit qḋ habetur in regula non eſt obligatorium de re. gu.iur.in.vj.idẽ vꝫ velle in.l.cum quis decedens.§.titia.de le.iij. Idem Cy.in.l.j.ad fi.C.de ſacroſan.eccle.Idem videtur ſentire Jo.an.in addi.Spec.ſuper rubri.de do.poſt diuor.reſti.⁊ de do na.inter vir.⁊ vxo.circa finem.hanc partem etiã tenuit Ang.in l.ſi quis pro eo.mouetur:qꝛ lex videtur reſiſtere potentie donãdi ⁊ dirigere verba prohibitiua in perſonas cõiugum.⁊ ſic ipſi do. nantes videntur peccare nõ obediendo precepto ſuperioris ⁊ ſic cum in ipſa preſtatione iuramẽti peccetur videꝫ qḋ nõ firmetur talis diſpoſitio iuramẽto per theoricã ipſius Bar.in.d.l.ſi quis pro eo.⁊ maxime inquantum vult quod ſi obligenꝫ fideiuſſores pro dote.cum iuramẽto non firmetur obligatio ex eo qꝛ verba ſunt prohibitoria.vt pʒ.C.ne fideiuſ.do.den.in rubro ⁊ nigro.⁊ etiã videtur notari per gl.in.d.l.j.pro iſta opin.poſſet adduci:qꝛ videtur quod cẽſeatur eſſe contra bonos mores per id quod ha betur in.d.l.j.ff.de dona.inter vi.Itẽ ex eo quia videtur eſſe cõ tra bona matrimonij.que ſunt tria vcʒ proles fides ⁊ ſacramen tũ.vt legitur ⁊ not.per gloſ.in.c.fi.j.de condi.app.videtur enim per ipſam donationem ſi valeret impediri educatio prolis ſeu filiorum ſi vacarent potius circa tales donationes quam circa educationẽ prolis ſeu filiorum vt etiã videtur colligi ex.d.l.j.et ij.de dona.inter vi.et per hoc vꝫ impediri bonum prolis. Item etiã videtur impediri ipſum ſacramentum:qꝛ per hoc matrimo nia fiebant venalia.nã ſi nõ fiebant donationes inducebatur di uortium.vt etiã colligitur ex dicta.l.j.⁊.ij.cũ tñ debeat eſſe per. petuũ ipſum matrimoniũ.l.j.ff.de ri.nup.⁊ facit quod habeꝫ.ꝫ. de preſump.illud,et ſic videtur eſſe prohibita dicta donatio. ex eo quia videretur quod inducerentur coniuges ad predicta que ſunt contra bona matrimonij.⁊ per conſequens videtur qḋ cen ſeatur contra bonos mores.facit qḋ notauit Bal.in.l.cũ multe. C.de dona.ante nup.Fed.de ſeñ.ſuo conſi.cxl.tenuit primã par tẽ videlicet ꝙ talis donatio firmetur iuramento per id qḋ habe tur in hoc.c.⁊ in aut.ſacramenta.⁊ in dicto.c.quãuis.de pact. in vj.in quibus patet qḋ licet lex prohibeat actũ tamẽ firmatur iu ramento ſi poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne.⁊ ſic eodem modo videtur dicendũ in propoſito.⁊ pro hoc etiã allegat: quia non videtur ꝙ ſit contra bonos mores.cum morte confirmetur vt patet in.l.donationes.C.de dona.qḋ nõ fieret ſi eſſet contra bonos mores de reg.iur.nõ firmatur.lib.vj.iũcto.c.nõ eſt obli gatorium.facit qḋ circa hoc notauit Bal.in.d.l.cũ multe.⁊ ideo cum non ſint contra bonos mores.nec habeant perpetuam cãm prohibitionis:qꝛ non ſemper eſt prohibita.imo certis caſibus permittitur vt patet ex his que habẽtur in.c.fi.j.de dona. interꝫ vi.ideo dʒ firmari iuramento.facit qḋ legitur ⁊ notatur in.l.nõ dubiũ.C.de legi.⁊ qḋ hꝫ in hoc.c.cũ iuribus ſuperius alleg.non rñdet tñ ad.l.j.in princ.de dona.inter vi.ſed potes rñdere qḋ ibi nõ dicitur ꝙ ſit contra bonos mores.ſed qḋ moribus hoc eſt iu re ciuili inducto a moribus.i.conſuetudine prohibetur donatio inter vi.⁊ vxo.vt ibi etiã voluit glo.⁊ facit qḋ habetur in.§.⁊ nõ elegãter.inſti.de iu.na.gen.⁊ ciuili.Itẽ non ob.ſi dicatur ꝙ fuit prohibita ne matrimonia eſſent venalia.ſeu ne daretur cauſa di uortio qꝛ vt dicit Fede.de iure canonico diuortium prohibetur ꝫ.de diuor.gaudemus.qḋ in hoc dʒ ſeruari quicquid dicat ius ci uile quia in materia matrimonij tanꝙ ſpirituali ſeruari debet ius canonicum no.per glo.in.§.fi.inſti.de gradi.⁊ in.l.j.C.de ſe. cundis nup.¶ Item non obſt.ꝙ per talem donatione videtur ceſſare ſtudiũ alimentationis ſeu educationis liberorũ.vt videꝫ colligi ex.d.l.ij.de do.inter vi.qḋ ſtudiũ eſt de iure naturali.pri ma.diſ.c.ius naturale.⁊ ſic videꝫ ꝙ nõ valeat iuramentũ per ea que habenꝫ.ꝫ.eo.cũ quidã.⁊.c.quintauallis.⁊ qḋ habeꝫ in Spe. [illegible] ſi.ſint legi.in ver.ſed pone quidam.qꝛ rñdet Fede.in lo. o preallegꝫ

Ayuntamiento de Madrid

pꝛealle.ꝙ per tales donationes nõ directe nec ſemper hoc indu
citur qđ ceſſet ſtudiũ educationis liberoꝛũ.licet interdum poſſit
contingere occaſionaliter.vt habetur in.d.l.ij.tales aũt occaſio
nes ſic remote nõ vidẽtur attendi quominus ſeruari debeat iu⸗
ramentũ qđ alias ſeruari põt ſine interitu ſalutis eterne.vt no⸗
tauit glo.in.c.ſi vero.§.eo.⁊ facit etiã qđ no.per gl.⁊ Jo.an.in.c.
ij.de pac.in.vj.⁊ hãc partẽ tenuit etiã hic do.Ant.ſub tertio ca⸗
ſu circa fi.vcꝫ ꝙ iurans ſeruare donationẽ factã inter virũ ⁊ vxo⸗
rem obligetur ex iuramento:ſed tñ dicit ꝙ non firmatur dona⸗
tio iuramento pꝛopter legis reſiſtentiã.ſed ſolũ tenetur donans
ad obſeruantiã iuramenti.Fede.tñ in loco pꝛealleg.⁊ etiã Bart.
in.d.l.ſi quis pꝛo eo.circa fi.volunt ꝙ nedũ obligetur iurans
ex iuramento:ſed eti[illegible] ipſa donatio iuramẽto.⁊ ſimiliter
firmeť ꝯtractus vt in[illegible] etiã in hoc.c.tñ do.Ant.
tenuit ꝯꝛiũ.ſed cõis opi.[illegible] vr verioꝛ vt plene
dixi.§.circa pꝛin.c.in gl.m[illegible] glo.non obſtat etiã tenendo
iſtã partẽ rõ Ang.qꝛ poteſt rñderi per ea que plene dixi ſub ter
tio mẽbꝛo.nã non eſt verũ ꝙ ſimpliciter pꝛoce[illegible] ratio Bar.per
quã facit fundamẽtũ in hac materia videlicet ꝙ peccare dicatur
qui facit ꝯ legẽ ſeu pꝛeceptũ ſuperioꝛis.⁊ per hoc non firmetur
actio iuramento:⁊ qꝛ plene de hac rõne dixi.an pꝛocedat ſub di
cto tertio mẽbꝛo hic vlterius nõ inſiſto.⁊ ſic ex p̃dictis videtur
defenſata eſſe opi.que habet ꝙ donatio facta inter virũ ⁊ vxoꝛẽ
firmetur iuramẽto ⁊ qđ obligetur iurãs.⁊ ad ꝯꝛia patet reſpon⸗
ſio ex ſuperius dictis.Sed aduerte qꝛ poſſet dici ꝙ Bar.in.l.cũ
qs.§.titia.ff.de leg.iij.⁊ Cy.in.l.j.ad fi.C.de ſa.ſan.ecc.non pꝛo⸗
pꝛie loquuntur.qñ fit donatio per virũ ⁊ vxoꝛẽ vel ecõtra.⁊ do⸗
nans iuret nõ cõtrauenire ſed loquũtur qñ teſtatoꝛ in teſtamen
to dixit ꝙ relinquebat vxoꝛi mille vltra dotes que ab ea recepe
rat.⁊ iurauit ita fuiſſe.⁊ ſic ibi loquitur in iuramento aſſertoꝛio
ſuper facto de pꝛeterito nõ aũt in iuramẽto ꝓmiſſoꝛio ſuper fa
cto de futuro.⁊ bñ dixi in teſtõ.qꝛ ſi inter viuos in inſtrumento
cõfiteretur ſe habuiſſe mille.⁊ iuraret tunc qꝛ non apparẽte alia
cã videreť eſſe cã mutui.facit qđ no.in.l.cũ quid.ff.ſi cer.pe.tunc
infra tp̃s opponẽdi exceptionẽ nõ nume.pecu.poſſet obijci ex⸗
ceptio non obſtãte iuramẽto per ea que habẽtur in.l.fi.C.de nõ
nu.pecu.⁊ facit qđ notauit Jo.an.in addi.Spe.ſuper rub.de do
na.inter vir.facit qđ dixi ſub ſexto membꝛo.vbi declaraui intel⸗
lectum.d.l.fi.de non nu.pec.Et per ea que ibi dixi potes collige
re quid dicẽdũ in caſu pꝛoximo.vbi aũt fit in teſtõ relictũ pꝛout
dixi ſeu cõfeſſio.qꝛ teſtatoꝛ reliquit vxoꝛi ſue vltra dotes mille
que confeſſus fuit.ſeu dixit ſe ab illa habuiſſe.⁊ ſic iurauit tunc
licet alias qñ iuramẽtũ pꝛeſtať per teſtatoꝛẽ p̃iudicet heredi iu⸗
ramentum,vt ſtari debeat ipſi iuramento ad pꝛeiudiciũ heredis
pꝛout habeť in auť.qđ obtinet.C.de ꝓba.⁊ in coꝛpoꝛe vnde ſu⸗
miť.⁊ in.l.cũ quis.§.codicillis.de le.iij.tñ dicit Bar.⁊ Cy.in lo⸗
co pꝛealle.ꝙ hoc caſu nõ ſtabitur iuramẽto:qꝛ videtur pꝛeſtitũ
in fraudẽ legis pꝛohibentis donationẽ inter virũ ⁊ vxoꝛẽ.⁊ hoc
caſu iuramẽtũ nõ operať.licet alias qñ ceſſaret ſuſpicio fraudis
opereť.⁊ ſic loquiť.§.codicillis.⁊ ideo dicebat Cy.in.d.l.j.qđ li⸗
cet videať hoc caſu voluiſſe donare non cõfirmabitur moꝛte:qꝛ
nõ interuenit traditio.nec aliquid qđ ſit loco traditionis per ea
que legũtur ⁊ notãtur in.l.pap.ff.de dona.inter vir.⁊ vxo.⁊ hoc
clarũ etiã videretur ſi vxoꝛ nõ fuiſſet pꝛeſens:qꝛ donatio nõ po⸗
teſt fieri abſenti niſi mediante nuntio vel epiſtola.l.abſenti.ff.de
dona.⁊ facit etiã qđ hr̃ in.l.inter moꝛtis.ff.de do.cã moꝛ.⁊ aduer
te qꝛ voluit ſentire Cyn.in.d.l.j.qđ ſit differentia inter iuramen⸗
tum pꝛomiſſoꝛiũ quod reſpicit futurũ.⁊ iuram[illegible] aſſertoꝛium
quod reſpicit pꝛeteritum.nã dicit ꝙ in pꝛomiſſoꝛio nõ ineſt pec
catum iurando.qñ quis iurat ſeruare contractũ.ſed in aſſerto⸗
rio ineſt periuriũ.ſi iurat falſum.ideo vr ꝙ non adeo ſit fauoꝛa⸗
bile.⁊ per pꝛedicta vr ꝙ licet dicamus ꝙ iuramẽtũ habeat vim
clauſule ꝙ ſi non valet actus vt agitur valeat vt valere põt ſm
ea que habentur in.l.cũ pater.§.filius matrẽ.de leg.ij.cũ ibi not.
per Bart.tñ videtur ꝙ ſolũ habeat vim qđ valeat vt valere po⸗
teſt ſine iuramẽto vbi videtur poſſe colligi ex dictis Cy.⁊ Bar.
in.d.§.titia.naꝫ haberet vim clauſule ꝙ valeat vt valere poteſt
etiã cum iuramento.tunc videretur ꝙ cum donatio inter virum
poſſit valere cũ iuramento quod tũc pꝛeiudicaret dictum iura⸗
mentũ in caſu quẽ poſuit Bar.in.d.§.titia.attẽto eo qđ ipſe di
cit in.d.l.ſi qs pꝛo eo.circa fi.vbi tenet donationẽ talẽ iuramẽto
firmari cuius tñ cõtrariũ dicit in.d.§.titia.⁊ hoc modo intelligẽ
do ſaluaretur Bart.in cõtrarietate:qꝛ alio caſu loquereť in.d.§.
titia.vcꝫ in iuramento pꝛomiſſoꝛio attende tñ:qꝛ poſſet etiã at⸗
tentari ꝙ inquantũ Barto.dicit in.d.§.titia.quod iuramentum
aſſertoꝛiũ non operatur vbi põt eſſe ſuſpicio fraudis.ſeu ꝙ in
fraudẽ iuris ſit pꝛeſtitũ qđ illud ꝓcedit qñ perſona eſſet omni⸗
no incapax ita ꝙ non poſſet etiã cum iuramento ſibi aliqd que
ri.ſecus quãdo non eſt omnino incapax:qꝛ ſaltem cũ iuramen[illegible]
poſſet capere vt cõtingit in vxoꝛe q̃ capere põt a viro per don[illegible]

tionẽ factã cũ iuramẽto.vt patet ex ſuperius dictis.⁊ ideo vide
retur ꝙ tunc ſtandũ eſſet iuramẽto teſtatoꝛis ne redarguamus
ipſum in dubio de periurio.argu.eoꝛũ que habentur in.l.ſanci⸗
mus.C.ad.l.iul.repe.hoc tñ non eſt ſine aliquali dubitatione et
90 hec ſufficiant de iſta tertia q̃one.¶ †Circa quartã qñ fit dona⸗
tio ſine inſinuatiõe vltra ſummã ꝑmiſſam a iure cũ iuramẽto an
tunc valebit etiã ſi non fuerit inſinuata.⁊ hic pꝛimo eſt vidẽdum
an legibus loquẽtibus de inſinuatione fienda poſſit renuntia⸗
ri per pactũ ſine iuramẽto.Guid.de ſuza.in.l.illud.C.de ſacro⸗
ſan.eccle.⁊ in.l.pe.C.de dona.⁊ refert Jo.an.in addi.Spe.in ti.
de ſi.inſtru.§.poꝛro.in vltima addi.tenuit ꝙ valeat renuntiatio
qꝛ auſteritas legũ poteſt per pactum remitti.l.queritur.§.ſi ven⸗
ditoꝛ.ff.de edil.edic.⁊.l.fi.circa fi.C.de temp.ap.⁊.l.pe.C.de pac.
Simõ vince.ſuper.l.ſancimus.C.de dona.vt refert Jo.an.ſup
dicta addi.⁊ Ja.de bel.in quadã.q.tenuerunt contrarium.⁊ hec
etiã vr eſſe cõis opi.quã ſequitur in dicta addi.⁊ Bar.in.d.l.mo
deſtinus.ff.de dona.⁊ in dicta.l.ſancimus.⁊ Sal.in.d.l.pe.C.de
do.⁊ Bal.in.d.l.illud.in quinta queſtione ⁊ pꝛo iſta opi.facit qꝛ
nõ vr ꝙ partes poſſint renuntiare.ll.inducentibus certã ſolẽni
tatẽ in actu.l.nemo poteſt.ff.de le.j.¶ Itẽ ſecũdo qꝛ ꝙ inſinua
tio fieri debeat nõ videť inductũ in fauoꝛẽ donantis:ſed in odiũ
alioꝛũ vcꝫ ne fraudes fiãt.l.data opa.⁊.l.donatio ſiue.C.de do⸗
na.⁊ ſic vr ꝙ tali iuri renũtiari nõ poſſit ꝑ ea que habenť in.l.ta⸗
metſi.ff.ad maced.⁊ que no.in.§.qꝛ vero.in auť.vt ſine ꝓhi.debi.
ma.col.vij.ꝑ gl.⁊ ꝓ hoc facit tertio:qꝛ lex pꝛohibet fieri donatio
nẽ vltra certã ſummã ſine inſinuatione.⁊ ſic vr ꝙ tali iuri renũtia
ri nõ poſſit per id qđ legitur ⁊ notať in.l.ij.C.ne fideiuſ.do.den⸗
tur.⁊ qꝛ in ſimili videmus in.l.pꝛohibente rem minoꝛis vel dota
lem alienari ⁊ donationẽ inter cõiuges:qꝛ per pactum non inter
ueniente iuramento non poteſt renũtiari.Item pꝛo hoc faciat
quarto qꝛ pꝛohibitũ vna via nõ debet alia eſſe cõceſſum de reg.
iur.cũ quid vna via.lib.vj.¶ Itẽ quinto qꝛ vr eſſe publice vtili⸗
tatis ne.ſ.donãtes per metũ vel fraudẽ grauiter ledanť que duo
coꝛã iudice ceſſare pꝛeſumũtur coꝛã quo habet fieri inſinuatio in
l.in donationibus.C.de do.Facit lex fi.ff.qđ met.cã.¶ Itẽ qꝛ
intereſſe vr reipublice ne qs re ſua ꝓdigaliter ⁊ male vtať.facit
qđ hr̃ in.l.imperatoꝛ.ff.ad treb.⁊ inſtit.de his q ſunt ſui vel ali.
iu.§.j.male aũt vr vti qui donat.cũ donare ſit perdere.l.filius.ff.
de dona.vñ nõ cẽſeť eſſe donatio in adminiſtratione patrimo⸗
nij per ea que habenť in.d.l.filius.⁊ que habenť in.l.ab agnato.
⁊.l.fi.ff.de cura.fu.in quibus patet qđ nõ poſſet res minoꝛis do
nari etiã cũ decreto ⁊ autoꝛitate iudicis lꝫ poſſet vendi.niſi foꝛte
eſſet donatio a iure ꝑmiſſa ſm ea q̃ habẽtur in.l.lex q̃.C.de ad⸗
mi.tu.⁊.l.j.§.ſed nõnullos.ff.de tut.⁊ ra.di.vt quia eſſet donatio
foꝛte ꝓpter nupti.vel que fieret bñ merẽti.vt hr̃ in dictis iurib⁹.
⁊ vt dixi hec eſt cõis opi.ꝙ nõ valeat renũtiatio ſine iuramẽto.
¶ Sed dubiũ eſt quid iuris ſi interuenit iuramẽtum.an valebit
tũc donatio ſine inſinuatione vltra ſummã a iure taxatã.Bart.
de hoc queſiuit in.d.l.modeſtinus.⁊ ibi non decidit.ſed remittit
ad no.per ſe in.l.ſi quis pꝛo eo vbi de hoc nihil dicit Jo.and.in
addi.ꝓalle.tenet ꝙ cõfirmeť ſacramento ꝑ ea que habenť in hoc
c.⁊ in auť.ſacramenta.⁊ in.d.c.quãuis.⁊ qꝛ talis donatio non eſt
in toto ꝓhibita:qꝛ valet ſaltẽ vſqꝫ ad ſummã ꝑmiſſam ſine inſi⸗
nuatione.vt patet in.d.l.ſancimus.⁊ qꝛ nõ hꝫ ꝑpetuã cãm pꝛo⸗
hibitionis:qꝛ in certis caſibus vcꝫ etiã ſine inſinuatione de qui⸗
bus hr̃ in.d.l.pe.C.de do.⁊ ideo vr ꝙ firmeť iuramẽto.nec obſt.
ſm eũ ꝙ donare ſit perdere.nec etiã qđ notauit gl.tertia in pꝛin⸗
cipio in.§.item ſacramẽta in tit.de pa.iura.fir.in vſibus feudo⸗
rũ:qꝛ ſm eũ rñderi põt ꝑ ea que habenť in regula ſcienti de reg.
iur.in.vj.qꝛ imputet ſibi qui ſcienter talẽ donationẽ facit ſine iu
ramento Bald.in.d.l.illud.C.de ſacroſan.eccle.tenuit oppoſitũ
non facta mẽtione de dicto Jo.an.nã dicit qđ ad hoc vt iuramẽ
tũ operetur pꝛecipue requirũtur tria.pꝛimo qđ perſona ſit habi
lis ſeu habilitata per iuramẽtũ.¶ Secũdo qđ generalis foꝛma
ſit ſeruata.¶ Tertio ꝙ nõ fiat ſuper re pꝛohibita allegat quod
habeť in.l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de le.j.⁊ ideo cũ hoc caſu vi⸗
deatur fieri ſuper re pꝛohibita cũ pꝛohibeantur donationes vl⸗
tra ſummaꝫ a iure taxatã.ſi non inſinuentur cũ cẽſeantur oculte
⁊ ſuſpecte.d.l.donatio ſiue.⁊.l.data.⁊ ſic non videtur ꝙ iuramẽ
tum operetur.⁊ qꝛ etiã non videtur poſſe renuntiare cum lex vi⸗
deatur pꝛohibere talem donationẽ in odium pꝛocurantium il⸗
las fieri occulte vel ꝑ fraudẽ.vt in dictis.ll.⁊ etiã ne quis pꝛodi⸗
galiter vtatur re ſua.faciat.l.imperatoꝛ.ff.ad trebel.⁊ etiã qꝛ nõ
poſſet renuntiari legi data ſolẽnitate.l.nemo poteſt.ff.de leg.j.
Sali.tangit de materia in.l.pen.C.de donatio.⁊ ibi allegat ali⸗
qua pꝛo opinio.Bal.nã dicit qđ pꝛo illa facit qđ habeť per gl.in
§.itẽ ſacramenta.in gloſſ.iij.circa pꝛincipium.⁊ etiã inquantum
tang[illegible]untianti velleiano.Itẽ allegat pꝛo illa:qꝛ vt ſuperius
tactũ [illegible]onare eſt perdere.⁊ ſic videtur eſſe patens leſio.⁊ con
[illegible] videtur indiſcretum iuramentum ſuper hoc interpo⸗

Ayuntamiento de Madrid

ſitũ.⁊ ideo non videt̃ obligare per ea que habẽtur in aut̃.qḋ eis
C.de nup.⁊ facit qḋ habet̃.s.eo.⁊ ſi chriſtus. ¶ Itẽ tertio alle-
gat q2 phibitũ vna via nõ debet alia permitti p regulã cuʒ quid
vna via de regu.iur.in.vj.et.ff.de [illegible].l.ſcire opʒ.§.oportet.
¶ Itẽ quarto allegat ꝙ vbi nõ ſit inſinuatio vr̃ donatio eſſe ſu
ſpecta.facit qḋ habet̃ in.l.donatio ſiue.C.de donatio. ¶ Itẽ qn
to q2 eadẽ facilitate duceret̃ ad iurãdũ qua ⁊ ad donãdum vltra
ſummã taxatã a iure.⁊ ſic videtur ꝙ nõ obligetur.ar.l.doli exce-
ptio.§.diuerſum.ff.de noua. ¶ Itẽ ſexto:q2 videtur eſſe contra
ius publice vtilitatis cã inductum.ne donãs per metũ vel frau
dẽ grauiter ledatur.que duo corã iudice ceſſare preſumitur.l.ſi.
ff.quod met.cã.⁊ etiam q2 intereſt reipublice.ne quis re ſua ma-
le vtatur inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.§.j.⁊ propter predi-
cta dicit queſtionem eſſe dubiã.⁊ ſuper illa cogitandũ.tu potes
tenere cũ opi.Jo.an.per rationẽ per ipſum allegatã dũmodo p
metum aut dolũ non ſit extortũ iuramẽtum.nã tunc poſſet peti
abſolutio iuxta ea que habentur.s.eo.ſi vero.nec obſtant ratio
nes in contrariũ alleg.⁊ primo non ob.qḋ notat gloſ.iij.in prin-
cipio in.§.item ſacramenta.q2 illa gloſſ.videtur velle ꝙ ſit ſpãle
in illo caſu qḋ contractus inualidus cõfirmetur iuramento:⁊ ſic
vult qḋ in alijs caſibus contractus inualidus nõ firmetur iura-
mento.⁊ hoc etiã voluit ſentire glo.in.l.ſi prediũ.C.de iure do.⁊
in.l.vnica.in.§.⁊ cũ lex.C.de rei vxo.ac.nã volunt gloſſ.predicte
ꝙ licet contractus minoris firmetur iuramẽto per aut̃.ſacramẽ
ta.tamen ſecus dicunt eſſe in contractu rei dotalis:q2 de illo nõ
diſponit auten.ſacramenta:⁊ ſic remanemus in regula.d.l.non
dubiũ.C.de legi.que vult ꝙ vbi actus eſt nullus nõ validetur iu
ramento:ſed certe illud poſſet procedere de iure ciuili:ſed de iu-
re canonico qḋ in hac materia dʒ ſeruari.vt eſt dictũ ⁊ probatur
in.c.ij.j.e.in.vj.nõ procedũt ille glo.q2 imo videt̃ ꝙ licet in alijs
caſibus cõtractus ſit nullus firmetur tñ iuramento.dũ tamẽ fir-
mari poſſit ſine interitu ſalutis eterne.⁊ non tendat in alterius
preiudiciũ per ea que habẽtur in hoc capitulo ⁊.j.de pac.c.ij.in
vj.⁊ ſic videtur ꝙ vbicũqʒ dicta ratio poteſt habere locũ firme-
tur contractus iuramento.⁊ ideo per hoc vr̃ ꝙ in caſu propoſi-
to firmari debeat cõtractus cũ dicta ratio ſibi locum vendicare
poſſit.Itẽ non obſt.qḋ notauit eadem glo.inquãtũ dicit renun-
tia.velleia.factã cũ iuramento non nocere:q2 loquitur qñ eſt fa-
cta per mulierem minorẽ.xxv.an.quo caſu ſatis eſt ꝙ iuramen-
tum repreſentet illã maiorẽ.vt legitur ⁊ notatur in.l.ij.C.de re-
ſcin.ven.⁊ ideo ſicut maior poſſet vti velleiano licet renũtiaſſet
ſm no.in.l.ſi.C.ad velle.Itẽ etiã poterit in dicto caſu.⁊ ſm ppi.
gl.ſi non fuit certificata de beneficio nõ tenet renũtiatio.de quo
in.l.ſi.§.pe.ff.ad velle.Preterea poſſet eſſe dubiũ an dicta gloſſ.
inquantum dicit mulierẽ minorem renuntiantẽ velleiano cum
iuramẽto non preiudicare ſibi an procedat:ex quo ſpecifice cum
iuramento renuntiat ipſi beneficio velle.nã tale ſacramentũ po
teſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne.⁊ ſic videret̃ ſeruandũ per
hoc capitulũ ſaltẽ ſi mulier fuit certificata de ipſo beneficio.Itẽ
non obſt.qḋ donare eſt perdere ⁊c.q2 imputet ſibi qui donat.ar.
de reg.iu.dãnũ.lib.vj.⁊ q2 alias etiã intra ſummã taxatã nõ de-
beret poſſe donari qḋ tñ eſt falſum.nec etiã debet dici indiſcre-
tũ iuramẽtũ.dũmodo alias donãs ſit ſane mẽtis p ea que habẽ-
tur in aut̃.ſacramenta.⁊ etiã in hoc.c.⁊ per hoc non obſtat quod
habetur in aut̃.qḋ eis.q2 illud procedit qñ iuramentum preſta-
retur ab eo qui non eſſet ſane mentis.⁊ ſic non haberet diſcretio
nem. ¶ Itẽ non obſtat tertia rõ:q2 illa non procedit qñ ſecunda
via eſt cũ iuramẽto.⁊ prima ſine illo.vt pʒ expreſſe in aut̃. ſacra-
menta.⁊ etiã in hoc.c.⁊.s.eo.debitores.⁊ hoc propter autorita-
tem ⁊ reuerentiã iuramenti.facit qḋ habetur.s.eo.⁊ ſi chriſtus.
¶ Itẽ non obſtat quarta ratio:q2 licet donatio non ſit inſinua-
ta.tñ poteſt valere publice facta corã teſtibus vt ſiũt alij cõtra-
ctus.⁊ ſic p hoc nõ debet dici ſuſpecta niſi aliter appareat qḋ oc
culte ⁊ per fraudẽ fuiſſet procurata.nec obſtat qḋ habetur in di
cta.l.donatio.q2 ibi dicitur qḋ donatio vltra ſummã taxatã a iu
re debet inſinuari.vt tollatur occaſio pcurãdi donationes fieri
clam in fraudẽ.⁊ ſic non dicit qḋ directe ⁊ ſemper ſi non fiat inſi-
nuatio qḋ fiat clandeſtine ⁊ fraudulenter:ſed qḋ occaſionaliter
põt illud contingere que occaſio nõ debet attẽdi qñ iuramentũ
eſt preſtitũ vt no.per gl.in.c.ſi vero.s.eo.⁊ de pac.c.ij.in.vi.⁊ di-
ctum fuit in precedẽti queſtione niſi aliud probet̃.⁊ ſic niſi aliter
probetur fraus.itẽ nõ obſtat quinta rõ.dũ dicitur qḋ eadẽ faci-
litate ⁊c.q2 illa ratio nõ procedit qñ interuenit iuramentũ pro-
pter reuerentiã ⁊ autoritatẽ ipſius ſacramẽti.vt patet in mino-
re ⁊ muliere iurãte.vt patet in auten.ſacramẽta.⁊ in hoc.ca.Itẽ
nõ obſtat ꝙ dicatur eſſe contra publicã vtilitatẽ:q2 iſtud nõ re-
peritur iure cautũ:ſed bene dicitur qḋ fuit inducta inſinuatio vt
tollatur occaſio procurandi donationes fieri per met[illegible]frau-
dẽ ſeu clãdeſtine:vt patet in.d.l.donatio.⁊ licet dicat[illegible]tereſſe
rei publice ne quis re ſua male vtatur iſtud nõ ſufficit [illegible]

gendum iuramẽtũ:q2 eſt vtilitas ſecundaria.⁊ patet in ſimili in
muliere alienante re dotalẽ.nã licet interſit reipublice mulieres
non eſſe dotatas.l.j.ff.ſolu.matri.tñ firmatur contractus aliena
tionis rei dotalis per iuramentum.vt hic patet.Itẽ non ob.qḋ
non videtur poſſe renuntiari legibus inducentibus ſolennitatẽ
in actibus hominũ iuxta.l.nemo poteſt.ff.de le.j.quia illud ve-
rũm quando nõ interuenit iuramentum.ſecus qñ interuenit vt
patet in minore.nã licet lex dicat ⁊ det ſolennitatẽ cõtractui in
alienatione rei minoris vcʒ quod fiat cũ autoritate adminiſtra-
toris ⁊ cum decreto iudicis ⁊ cã cognita.l.magis puto.§.nõ paſ
ſim.ff.de re.eorum.tñ ſi alienetur ſine dicta ſolennitate cũ ſacra-
mẽto tenet alienatio.vt patet in aut̃.ſacramẽta.cũ ibi not.Itẽ
obſt.ſi dicatur quod inductum fuit [illegible]ationem fieri nõ in fa-
uorem donãtis,ſed in [illegible] procurabãt fraudulen-
ter ⁊ clandeſtine illas fieri.l.[illegible].⁊.l.data.C.de dona.et
ſic videtur nõ poſſe renũtiari p[illegible].l.tametſi.ff.ad ma.q2 po
teſt rñderi dupliciter primo quod licet ſine iuramẽto nõ poſſet
renuntiari.tñ cũ iuramẽto videtur poſſe renũtiari.⁊ ſecundum
omnes iuramentum obligat vt in.c.ſignificãte.in ſimili.j.de pi-
gno.⁊.s.eo.debitores.⁊ dixi ſupra ſub quarto mẽbro.⁊ notauit
Bar.in.l.ſi quis pro eo in quarto mẽbro:ſed an poſſit peti abſo
lutio bene fuerunt opinio.de quo dixi ſub dicto quarto mẽbro
⁊ etiã ſub tertio. ¶ Item ſecũdo poteſt dici qḋ inductũ fuit do-
nationem fieri principaliter in fauorem donãtis.ne ex ſua libe-
ralitate periclitetur facit lex ne liberalitate.ff.de re iudi.⁊ ſecun
dario in odium procurantium clã ⁊ occulte illas fieri.⁊ vt tolla-
tur talis occaſio.ideo videtur qḋ poſſit renuntiari per regulã.l.
pe.C.de pac.ſaltem cũ iuramento.nã cõmuniter tenetur qḋ ſine
iuramento renuntiari non poteſt propter alias rõnes ſuperius
tactas.Item non obſtat quod lex prohibet fieri donationẽ vl-
tra ſummã taxatã ſine inſinuatione.⁊ ſic videtur nõ poſſe renun
tiari per no.in.l.j.⁊.ij.C.ne ſi.do.dentur.q2 iſta rõ non procedit
qñ interuenit iuramẽtũ vt declaraui ſuperius in ſcda queſtione
huius mẽbri.Itẽ non obſtat vltimo qḋ dicit Bald.in.d.l.illud.
dum dicit ꝙ vbi iuramentũ interponitur ſuper re prohibita qḋ
non ligat per.l.ſi quis inquilinos.§.fin.ff.de leg.j.q2 illud proce-
dit qñ eſſet lex prohibita per canones.ſecus qñ per leges tantũ
vt voluit Jo.an.poſt Hoſtien.s.eo.quemadmodum.ſuper glo.
in ver.vel naſum.Item ſecundo poteſt dici ꝙ illud procedit qñ
eſſet res prohibita:q2 cõtra bonos mores:vel q2 reprobaretur
a iure canonico rõne publice vtilitatis principaliter per ea que
habentur in.c.ſi diligenti.s.de foro cõpeten.⁊ ea que habentur
in.c.non eſt obligatorium.de reg.iur.in.vj.quod nõ contingit in
caſu propoſito:q2 non reprobatur donatio vltra ſummã predi-
ctã per dictas rõnes:ſed per alias ſuperius tactas ⁊ ideo nõ ſe-
quitur quod nõ poſſit iuramento firmari.ſatis tñ videtur ꝙ vbi
non interuenit iuramentum nedũ de iure ciuili ſed nec etiam de
iure canonico valeat per ea que habẽtur in.c.j.j.de no.oper.nũ.
Attende tñ:q2 dixit Joã.andr.in dicta addi.ſuper dicto.§.por-
ro.in vltima addi.quod non poſſet renuntiari cũ iuramento le-
gi.ſi vnqʒ.C.de reuo.dona.vbi dicitur ꝙ donatio facta per non
habentem liberos reuocatur poſtea ſuperuenientibus liberis
etiã quod eſt valde notandum ſi eſt verum etiã cũ iuramento di
cit non poſſe renuntiari q2 tendit in alterius preiudiciũ videli-
cet ipſorum liberorum.⁊ ideo nõ debet preiudicare per iſtũ tex.
contrariũ tñ ibi ſenſit Specu.vbi in forma inſtrumenti expreſſe
ponit ꝙ renuntiat ⁊ promittit donãs reuocare etiã per ſuperue
nientiã liberorum ⁊ iſtã partẽ ego credo veriorẽ:q2 iſta donatio
reuocatur ex preſumpta mente donãtis:q2 non eſt veriſimile ꝙ
voluerit illã habere effectũ ſi ſibi ſuperueniant liberi.⁊ ſic preſu
mit lex illa eſſe vtriuſqʒ partis voluntatẽ facit qḋ notauit Cy.
⁊ Bar.in.l.titia.§.imperator.ff.de leg.ij.dictum tñ Jo.an.poſ-
ſet ſaluari quatenus reperiretur eſſe infra legitimã etatẽ:q2 illa
non poſſet preiudicare filijs etiã cum iuramento per ea que ha-
bẽtur in.l.j.⁊.l.ſi liqueat.C.de inoffi.dona.ſed quatenus eſſet vl
tra legitimã videretur ꝙ teneret renuntiatio.tene tñ menti di-
ctum Jo.an.dixi etiã in eadẽ addi.poſt Alber.pap.qḋ ſi debes
mihi mille florenos ⁊ remitto tibi obligationẽ ipſorum.qḋ licet ta
lis remiſſio videat̃ donatio facit qḋ habet̃ in.l.j.ff.de trãſac.⁊ in
l.ſi quis delegauerit.ff.de noua.tñ valebit ſine inſinuatione:q2
non eſt directa donatio ſm eum,⁊ ideo habuit liberũ arbitriũ
per.l.in re mãdata.C.mandati.ſed glo.tenuit contrarium in.l.ſi
quis obligatione.ff.de iureiur.⁊ illã tʒ Bar.in.l.modeſtinus.ff.
de dona.qñ ex vna cã debebantur illa mille.ſecus ſi ex diuerſis
quarũ nulla excedebat ſummã a iure taxatã p ea que habentur
in.d.l.modeſtinus.in princi.ff.poſſet tñ dici eſſe ſpãle in delicto
vſurarũ.vt poſſet fieri remiſſio.etiam vltra ſummã ⁊ non exiga
tur inſinuatio odio ipſarum vſurarũ.⁊ ſic etiã videtur fuiſſe de
mẽte Azo.in ſumma de dona.tutius videtur eſſe tenere gl.cum
[illegible]vera talis remiſſio in effectu ſit donatio obligatiõis excedẽ-
tis ſummam

Ayuntamiento de Madrid

tis ſummá.ꝛ videt etiá ꝙ talis donatio in qua ipſe obligans te-
netur vltra ſummá pꝛohibeatur vt patet ex tex:cum glo.in.d.l.
91 donatio ſiue.¶ † An aũt qñ ſit donatio ſine iuraméto ſufficiat
dicere ꝙ donans vult ꝙ tot intelligátur eſſe donationes ꝙ nul
la intelligat excedere ſummá.cõiter tenet ꝙ nõ vt notauit Bar.
in.d.l.modeſtinus.ꝛ etiá Jo.an.in dicta addi.lꝫ Spe.ibi ponat
opi.ꝛ etiá hoc tenet in.l.ſancimus.§.ſi quis aũt.C.de do.ꝛ no.ꝙ
Bar.in.d.l.modeſtinus.dicit ꝙ etiá ſi ſpecificétur plures res in
vna donatione que aſcendunt vltra ſummá ꝙ nõ valet etiá tũc
donatio.licet alias cõſueuerit dici ꝙ tot céſentur eſſe cõtractus
quot ſunt res.l.ſcire debemus.ff.de ver.ob.qd no.qꝛ Spe.videt
ſentire in.d.§.poꝛro.[illegible] ꝙ ſi donationes fiant
plures in fraudé legis [illegible] aliqui cõtra ſed non
bene ſm eũ p.l.fraus.ꝛ.l.[illegible] legi.dicit etiá ꝙ ſi donatur
certa qñtitas pluribꝰ lꝫ [illegible] pars excedat ſummá tñ ſi tota
excedat exigitur inſinuatio vt notauit Jo.an.in ti.de dona.§.j.
92 ſuper ver.quid ſi.¶ † Sed iuxta p̃dicta ex quo tactũ eſt de inſi-
nuatione poſſit eſſe dubiũ qualiter fieri dꝫ inſinuatio.Spe.teti
git in.d.§.poꝛro.verſi.donatio.ꝛ Jo.an.plenius ibi in addi.ꝛ in
effectu dicit duas eſſe opi.vna ꝙ fiat hoc modo vt redigatur ad
ſcripturá ipſam,donatio demum cozá iudice autoꝛante publice
tur ꝛ regiſtretur apud acta.ná dicunt iſti ꝙ non eſt abſonum ꝙ
vnus actus pꝛimo ſcribatur deinde iterato reducat ad ſcriptu-
rá.allegat qd habetur in ſimili in.l.ij.C.de adop.ꝛ qd habet in.l.
iubemus.C.de emáci.libero.facit qd notat Inn.de teſti.alberi-
cus.ꝛ ſm aliquos requirit etiá ꝙ partes ſe ſubſcribát ꝛ p̃cipue
ipſe donatarius.ꝛ ſic ſentit Spe.in dicto ver.donatio ꝛ etiá di-
cit cautũ ꝙ iudex ſubſcribat.ꝛ pꝛo hoc facit qd habetur in.l.in
donationibus.C.de dona.tñ vt dicit Jo.an.nõ eſt in vſu ꝙ pars
ſubſcribat neqꝫ iudex.Alia eſt opi.vcꝫ ꝙ donatio ſcribat ꝛ pu-
blicetur cozá iudice nec requiratur aliá ſcripturá fieri.ꝛ iſta opi.
videt eſſe cõis ꝛ cõiter ſeruari.vt tangit Jo.an.ſuper dicto ver.
donatio.ꝛ illá vt ſequi Azo.in ſumma de dona.ꝛ ſimiliter Hoſt.
ꝛ Hoſt.ꝛ etiá Barto.in.l.modeſtinus.vbi dicit ꝙ inſinuatio eſt
qñ donatio ſit in ſcriptis cozá iudice.nec requiritur ſm eũ decre
tum iudicis vel alia autoꝛitas:qꝛ hoc nõ videntur requirere iu-
ra ſed ꝙ fiat in p̃ſentia iudicis.lꝫ Guil.de cu.aliter dixerit in.l.il-
lud.C.de ſa.ſan.ecc.qs aũt ſit iudex cõpetés.ꝛ cõcludit Jo.an.
in addi.dicta ꝙ ſi eſt iudex partiũ clarũ eſt.Idem ſi ſit iudex loci
rei que donatur faciat lex data.in fi.C.de dona.ſi aũt non ſit iu-
dex partiũ nec loci rei tũc dicit ꝙ cautũ eſſet ſeruare pꝛimá opi.
vcꝫ ꝙ donatio fiat interueniente ſcriptura inter partes.ꝛ demũ
ꝙ publicetur apud iudicem.ná per contractum donationis foꝛ-
tiétur ibi foꝛũ.aliqui tñ faciunt fieri ad cautelá ꝙ apponatur ꝙ
partes ibi eligát domiciliũ.vel qd pꝛoꝛogát iuriſdictioné.Bart.
in.l.modeſtinus.videtur velle ꝙ cozá quocũqꝫ iudice poſſit fieri
per.d.l.datá.ꝛ.l.in hac.C.de do.ſatis puto ꝙ iſta opi.ſit vera.lꝫ
ad dictas.ll.poſſet rñderi vt voluit ſentire Jo.and.ꝙ loquátur
qñ eſt iudex partium vel ipſius rei que donatur.tñ etiá ſequen-
do ſecundá opi.conſiderato ꝙ etiá ſcdm illá ſit contractus cozá
iudice in ipſo actu ſit competens faciat qd hr in.l.ſi titius.ff.de
verb.ob.ꝛ eſt etiá iſte actus voluntarie iuriſdictionis:qꝛ fit in-
ter volétes.ideo vt ꝙ valeat ex quo partes in illũ cõſentiũt pꝛo
tali actu celebrádo.facit qd habet in.l.ij.ff.de offi.pcon.ꝛ lega.
¶ Aduerte tñ qꝛ videtur ꝙ debeat eſſe iudex ad ius reddendũ
vt pꝛeſes pꝛouincie.vel pꝛetoꝛ ciuitatis vt habet in.l.in hac.C.
de dona.ꝛ ideo ſi ex foꝛma ſtatuti in contractibus requireretur
pꝛeſentia vnius iudicis de collegio iudicũ non ſufficeret contra-
ctum donationis fieri cozá illo ſi excederet ſummam.ex quo nõ
eſſet deputatus talis iudex ad ius reddendũ ſed expediret pu-
93 blicari cozá iudice deputato ad reddendũ ius.¶ † An aũt poſ-
ſit fieri tpe feriato tꝫ Jo.an.ꝙ ſic in dicta addi.qꝛ eſt actus volũ
tarie iuriſdictiõis.faciat.l.actus.C.de fe.dicit ꝙ qꝛ etiá ſit inter
volétes nõ eſt neceſſaria cauſe cognitio.ꝛ ideo poterit fieri etiá
in alio loco quaꝫ in tribunali per ea que habentur in.l.voluit.§.
j.ff.de inter.acti.ꝛ ſic dicit pꝛacticari qꝛ interdum etiam ſit in ca
mera.foꝛte de iure iſtud non pꝛocedit:qꝛ iura videntur velle ꝙ
qñ ſit inſinuatio non requirátur teſtes.l.in donationibus.C.de
donatio.ꝛ hoc ideo qꝛ pꝛeſumũtur eſſe teſtes quando ſit inſinua
tio apud acta.ꝛ tex.videtur velle ꝙ apud acta fiat ipſa donatio
ſeu publicet.vt patet in.d.l.donatio.ꝛ in.l.in donationibus.et
illud bene contingit iudice ſedente pꝛo tribunali:qꝛ cõmuniter
ibi ſunt plures qꝛ nõ eſt veriſimile ibi iudicem ſedere ſolũ quin
ſint ibi alie perſone ſeu officiales publici.ꝛ ideo dicit lex ꝙ ſuffi
ciat publicũ teſtimoniũ.lꝫ nõ interueniát pꝛiuati teſtes ꝛ iſtud
vt eſſe de méte Azo.in ſumma de donatio.§.que donatio.dũ di
cunt ꝙ debet fieri cozá iudice aſtantibus publicis perſonis.nec
requirunt pꝛiuati.Hoſtꝛ.aũt in ſumma de donatio.aliter dixit
ꝙ ſi fiat cozam publicis perſonis ꝛ nõ requirétur pꝛiuati.credo
de méte iuris fuiſſe ꝙ debeat fieri iudice ſedente pꝛo tribunali

vel ſaltem ipſo exiſtente in loco iudicij quo caſu non conſueuit
eſſe ſine pꝛeſentia aliquoꝝ officialium vel familiariũ per ea que
habentur in dictis iuribus tñ de conſuetudine,communiter ſer
uatur quod ſufficit qd fiat cozá iudice.etiá alibi quá in loco iudi
cij ꝛ notarius ſcribit teſtes.i.cozam quibus ſit,vnde licet ad cau
telá bonum eſſet ꝙ fieret cozá iudice ſedéte pꝛo tribunali.tñ pu
to quod ſeruaretur facta ſcdm conſuetudinem in camera per.l.
minime.ff.de legi.ꝛ per id quod notauit Joan.and.in.d.ver.do
natio.¶ An autem ſicut non exigitur inſinuatio quando impe
ratoꝛ donat iuxta ea que habétur in aut.poſita in.l.ſancimus.ꝛ
quod not.in.l.pe.C.de dona.ſit idem dicendũ in regibus.Joan.
and.tangit in dicta addi.ꝛ concludit qd de facto ſeruatur quod
non requiritur inſinuatio.ꝛ intellige qñ donaret ré patrimonia
lem.ná ſi donaret aliquid pertinés ad regnũ recurrendum eſſet
94 ad.c.intellecto.j.eo.¶ † An autem de iure reges poſſint in ſuo
regno quod poteſt imperatoꝛ in ſuis ſubiectis recurrendum eſt
ad ea que notat Inno.in.c.cum te.de re iudi.ꝛ facit qd habetur
j.qui fi.ſint leg.per venerabilem.ꝛ de verbo.ſigni.ſuper quibuſ-
dam per Joá.and.ꝛ dixi.ff.de pu.iu.in.l.infamé.ꝛ etiá in.d.c.cũ
95 te.ꝛ hec ſufficiát de iſta queſtione.¶ † Circa quintá.compe.an
ſi fiat tráſactio ſuper alimentis cũ iuraméto an validetur.Bart.
quod ſic in.l.ſi quis pꝛo eo.circa fi.contrariũ tenuit in.l.cum hi.
circa pꝛinci.ff.de tranſac.mouetur qꝛ tranſactio ſuper aliméntis
debitis ex vltima voluntate pꝛohibetur fauoꝛe alimentoꝛum ꝛ
vltime voluntatis.¶ Item qꝛ fauoꝛ publicus videtur eſſe vt te
ſtamenta executioni mandentur.l.vel negare.ff.quemadmo.te.
aper.ꝛ ne tenues ſeu pauperes fame moꝛiantur.l.cum hi.§.ſed
ꝛ perſonarum.ff.de tráſactio.¶ Item quia lex videtur dare foꝛ
mam ipſi tranſactioni.ꝛ pꝛocedere pꝛohibendo ibi ne aliter fie-
ret ꝛc.ꝛ ideo non videtur firmari iuramento.ſed tu potes tene-
re opin.pꝛimá per iſtũ text.in ratione ſui ꝛ per aut.ſacramenta
ꝛ per.d.c.quáuis.de pac.in.vj.qꝛ ex quo poteſt ſeruari ſine inte-
ritu ſalutis eterne videtur ſeruandum per id quod habetur in
iuribus pꝛeallegatis.nec obſtát contraria.non obſtat pꝛimo ꝙ
tranſactio pꝛohibeatur fauoꝛe alimentoꝛum ꝛ vltime volunta-
tis:quia per hoc non ſequitur quod non poſſit renuntiari ſalteꝫ
cum iuramento per ipſum cui ſunt relicta per rationem iſtius
text.licet ſine iuramento non valeret.facit quod dictum fuit in
pꝛecedenti.q.non obſt.ſecunda ratio quia licet interſit reipubli
ce teſtamenta mandari executioni.illud intelligitur quando iſti
quibus facta ſunt relicta non renuntiant,alias nulli legato fa-
cto in teſtaméto poſſet renũtiari qd eſt falſum.ꝛ ideo debet poſ
ſe renuntiari ſalté quádo iuramentũ interuenit in ipſis alimen-
tis.nam alias illis relictis in teſtamento poſſet renuntiari.Ité
non obſtat qd fuerit pꝛohibita tranſactio.ne tenues ſeu paupe
res fame moꝛiátur.nam licet fuerit pꝛohibita vt tollatur dicta
occaſio.non tamé ſemper ꝛ directe illud cõtingit qd licet remit
tantur alimenta ꝛ remitétes moꝛiátur fame.ꝛ licet hoc occaſio-
naliter cõtingat nõ videtur impedire vires iuraménti per not.in
c.ſi vero.ꝛ que dixi in p̃ce.q.ꝛ etiá in tertia.foꝛte tñ ſi de facto no
toꝛia paupertas appareret,ꝛ fames veriſimilis quam pateretur
ſi tranſactio teneret non firmaretur iuraméto per ea que haben
tur in.c.paſce fame.lxxxvj.di.ꝛ qd notauit Fede.in ſuo conſi.lx.
ꝛ qd dixi in pꝛima queſtione huius membꝛi ꝙ lex dat foꝛmam
ꝛ pꝛocedit pꝛohibendo:qꝛ poteſt reſponderi vt in ſimili dixi in
96 pꝛecedenti.q.ꝛ hec ſufficiát de quinta.¶ † Circa ſextá ꝛ vltimá
an videlicet poſſit renuntiari.l.de his.ff.de tranſac.glo.ibi tenet
ꝙ poſſit renuntiari etiá ſine iuramento Jaco.de bel.ꝛ Jac.but.
tenent contrariũ.pꝛimo illa lex non eſt facta in fauoꝛem legata
rioꝛum:ſed in odium occultantiũ teſtamenta.ꝛ ob fauoꝛé publi
cum.vt teſtamenta executioni mádentur.facit qd notat gl.in.d.
l.de his.ꝛ qd habetur in.l.tametſi.ff.ad ma.ꝛ.l.ius pu.ff.de pac.
¶ Ité qꝛ videtur dare foꝛmá tráſactioni ſiéde ſuper dependenti
bus ex teſtamento:qꝛ dicit ꝙ aliter tráſigi non poteſt ꝛ ſic vt ꝙ
nõ poſſit renuntiare.l.nemo põt.ff.de le.j.Ité qꝛ illa lex eſt pꝛo-
hibens cui renũtiari non põt.l.j.ꝛ.ij.C.ne ſi.do.den.cũ ibi nota-
tis.ꝛ ꝙ pꝛohibeat apparet qꝛ dicit non poteſt.verbũ aũt poteſt
negatiue pꝛolatũ inducit neceſſitaté vt notatur per gl.in regu-
la.j.de reg.iur.in.vj.ꝛ facit.l.non põt.ff.de fur.ꝛ p p̃dicta tenuit
Bar.in.d.l.de his.renũtiationé nõ valere.nõ tñ exprimit quid
ſi fiat cũ iuraméto.videt tñ ſentire ꝙ non valeat per ea que ipſe
dicit in.l.cũ hi.c.ti.ſed certe de iure vt dicédũ contrariũ per re-
gulá iſtius text.ꝛ.c.quáuis.de pac.in.vj.qꝛ ex quo iuramentum
põt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne,videtur ſeruádũ.nec ob.
ꝙ illa lex eſt facta in odiũ occultantiũ teſtaméta:qꝛ hec ratio be
ne [illegible] nõ põt per ſimplex pactũ renuntiari:ſed non quomi-
nus poſſit p iuramentũ p ea que habent in.c.ſignificáte.de pig.
ꝛ [illegible] dixi in quarta.q.ꝛ quod etiá plene dixi ſub quarto mébꝛo.
¶ Item non obſt.ꝙ videt dare foꝛmá ꝙ etiá videtur pꝛocede-
re pꝛohibendo.qꝛ potes reſpondere per ea que dixi in pꝛecedenti.

Ayuntamiento de Madrid

ti.q.ꝛ in quarta.ꝛ hec ſufficiant de ſexta ꝛ vltima. Adde tamen vnam opi.quã tetigit Jo.an.in addi.ſpe.in titu.de renuntia.§.j.ſuper ver.ꝛ q̃.vbi dicit ꝙ ſi ſciẽs pactũ.l.cõmiſſorie eſſe licitũ iurat nihilominus illud ſeruare ꝙ tunc vr̃ ꝙ illi ſit imputandũ ſecus qñ ignorabat illud valere ſed certe vr̃ qð etiam ſi ſciuerit ſi bi ſubueniatur:qꝛ vr̃ illud feciſſe propter neceſſitatem habende pecunie.ꝛ ideo ſicut ſuccurrit iurãti ſoluere vſuras licet eas illi citas ſciat.ſ.eo.debitores ita etiã vr̃ ſuccurrẽdũ hoc caſu cũ tale pactũ videatur in fraudẽ vſurarũ vt probat in.d.c.ſignificãte.et l.j.ꝛ.ij.C.de pac.pi.potes etiã addere id qð tangit Fede.ſuo con ſi.cxcix.vbi de muliere renuntiante bonis paternis ꝛ maternis: qꝛ ſi per falſas ſuggeſtiones fuerit inducta ad renũtiandum etiã cũ iuramento vr̃ ꝙ ſibi ſit ſuccurrendũ:nã cenſetur tunc in dolo facit qð notat gl.notabilis in.l.itẽ ſi pretio.§.j.ff.loca.ꝫ ipſe nõ alleget.ꝛ preſertim.qꝛ vt ipſe dicit puelle ſepe circũſcribunt a cõ ſanguineis.ꝛ plus ipſe ibi dicit ꝙ etiã ſi in inſtrumento dicat ꝙ fuerit certificata de iure ſibi cõpetenti ꝙ tale inſtrumẽtum non probat certificationẽ per ea que notãt Jnn.Hoſt.ꝛ Jo.an.poſt eos in.c.qm̃ cõtra falſam.j.de pba.vbi vident dicere ꝙ licet notarius dicat viſa lit.cõteſt.ꝛ probatione ꝛc.nõ probẽtur per hoc dicta interueniſſe:ſed certe iſtud dictũ non vr̃ verũ:qꝛ credendũ eſt inſtrumẽto ꝛ notario de his que poterũt interuenire tẽpore inſtrumẽti per id qð notat gl.in.l.j.de fi.inſtr.ꝛ iu.haſte fiſ.li.x.ꝛ notauit Bar.in.l.theopõpus.ff.de dona.qualr̃ aũt debeat intel ligi dictũ Jnn.in.d.c.qm̃.plene ibi dixi.ꝛ etiã per Bar.in aut.ſi
97 qs in aliquo.C.de edẽ.¶ † Ultimo ad materiã hui⁹.ca.facit qð notauit Fede.in ſuo cõſi.cxcj.vbi tãgit an filiuſfa.q iurauit creditori ſuo non recedere de loco ſine ſui licentia.an poſſit recedere licẽtia petita ſed non obtẽta.ſi reuocatus fuerit per ſuũ epm ꝛ concludit ꝙ ſic:qꝛ in iuramento vr̃ excepta ſuperioris autoritas.facit.ſ.c.veniẽtes.de quo plene per eũ ibi.ꝛ per Jo.an.in re
98 gula in malis in mercu.li.vj.ꝛ an etiã † debitor q iurauit ſoluere creditori nõ obſtãte iuramẽto poterit ſoluere fiſco ſi bona creditoris fuerint publicata.voluit Jo.an.ꝙ ſic.j.de cẽſi.ſignificauit ꝛ no.Fede.ſuo ꝯſi.ccxxxix.ꝛ ad materiã etiã fieri poſſent alique q.quas Jo.an.tetigit ſuper rub.de iureiu.in addi.de quib⁹ dicẽdum vt ibi per eũ.ꝛ in remiſſionibus ibi datis.Et hec ſufficiant pro repetitione ꝛ materia huius.c.p qua ſepe a dñis canoniſtis fui moleſtatus.ꝛ ſimiliter ſufficiant pro repetitione ꝛ materia.l.ſi qs pro eo.ff.de fideiuſ.p qua ſepiſſime fui moleſtatus a dñis legiſtis.Omnia aũt ſuperius dicta ſubijcio correctioni ꝛ determinationi ſancte matris eccleſie ꝛ ſummi põtificis.ꝛ pſertim attento ꝙ multa ſunt dubia in hac materia in quibus ſumme vtilis eſſet declaratio papalis.ꝛ ſubijcio etiã omnia predicta ꝛ ſingula correctioni cuiuſlibet melius ſentientis.ſi quid autem reperiatur bene dictum hoc omnipotenti deo a quo omnis ſapiẽtia procedit aſcribatur.ſi quid autem reperiatur male dictum hoc mee inſufficientie aſcribatur.cui ſufficiat viã dediſſe ꝛ aperuiſſe veritatis inueſtigande ad laudem ꝛ gloriam omnipotentis dei ꝛ ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti ꝛc.

1 ☞ Bellum quando eſt iniuſtum debent ablata ex eo reſtitui.
2 Juramentum de non repetendis rebus iniuſte ablatis eſt obligatorium niſi fiat abſolutio.
3 Juramentum habet in ſe tacitam conditionem ſi ꝛ inquantum fuerit ab aduerſa parte impletum quando ex mutuo aſſenſu eſt preſtitum.
4 Capti in bello an efficiantur ſerui capientium.
5 Ad bellum vocatus ſi perdat equum vel arma an poſſit agere contra mandantem ſeu vocantem.
6 Jncontinenti recuperare bona autoritate propria licet ſed non ex interuallo.

a ¶ Fides.idẽ ſummat h d.abb.ꝛ ſi q̃ras an milites extranei ſtipẽdiarij cognati vel amici mouẽtes bellũ ꝛ ipm̃ i bello iuuãtes excuſent a crie vel pec cato [illegible] gue[illegible] put p do. Hen. boych.i pn cip.

SJcut. Fides[a] etiã iurata ſeruanda nõ eſt fidẽ nõ ſeruãti.h.d.ꝛ primo ponit deciſa q̃rela ꝛ cõſultatio.ſcðo rñſio.ſcða ibi:ſi conſtiterit ꝛc. ¶ Jn tex.ibi iuramẽtũ aũt ꝛc.hic loquitur de alio iuramẽto quã ſuperius fuerit locutus.nã ſupra loquitur de iuramẽto preſtito per violẽtiã de rebus ablatis nõ repetẽdis.hic aũt de iuramento qð forte fecerat iſte.J.iurãdo eidẽ.h.dare certam quantitatẽ pecunie ſi ſibi non moueret bellũ qð tñ poſtea nõ fecit idẽ.h.
1 ¶ † No.j.ꝙ occupata per bellũ iniuſtũ debent reſtitui ei cui eſſent ablata.ꝛ ſic ſecus ſi eſſet bellũ iuſtum qñ aũt dicatur bellum iuſtũ taliter quod ea que occupãtur ſint occupãtis tangit hic Jnno.qui poſuit hic magnã glo.de materia belli.ꝛ.ſ.de reſti.ſpo.c.cũ olim cã.ꝛ Bar.in.l.hoſtes.ff.de cap.ꝛ poſtli.reuer. ¶ Jtẽ nota ꝙ ratiõe peccati poteſt eccleſia cõpellere etiã laicũ
2 ad reſtituẽdũ iniuſte occupata de quo.ſ.de iud.nouit. ¶ † Jtẽ nota ꝙ iuramentũ de non repetendis rebus illicite ab[illegible] eſt obligatoriũ niſi fiat abſolutio.ꝛ no.cũ preſtitũ ſit ex cauſa [illegible] põt agi vt cõpellatur qs abſeluere a iuramẽto facit.ſ.e.c.j.ꝛ qð [illegible]no.ꝛ ſic no.qð priuata pſona põt abſoluere a iuramẽto [illegible]

tõ ad ſui vtilitatẽ de quo in.c.ij.j.de ſpon.p Jo.an. ¶ † Jtẽ no. ꝙ iuramẽtũ habet in ſe tacitã ꝯditionẽ ſi ꝛ inquãtũ fuerit ab aduerſa parte impletũ.qñ ex mutuo aſſenſu eſt pſtitũ.facit qð ha
4 betur.ſ.e.c.ij.ſeu in.c.iij. ¶ † Jn gl.ij.ibi eſſent ſue ꝛc. hoc verũ qñ bellum fuiſſet indictũ per papa vel per imperatorẽ.quo caſu etiã capti efficerentur ſerui capientiũ ſaltẽ ſi hoc vellet ſuperior facit qð no.in.l.hoſtes.per gl.ꝛ Bar.ff.de capti.ſi aũt p inferiorẽ eſſet indictũ.tũc ſi talis haberet iuriſdictionẽ cõtra illum cõtra quẽ inducit poſſet ſtatuere qð res que occuparent eſſent occupãtis.alias aũt nõ efficerẽtur cũ hoc nõ reperiat bene cautũ nec eadẽ ratione poſſet ſtatuere ꝙ qui caperent eſſent ſerui. alsautẽ licet bellũ eſſet iuſtũ:vt qꝛ fieret ad defenſioneꝫ non fierent
5 bona occupãtis.An † [illegible] bellũ ſi perdat equũ vel arma poſſit agere [illegible] tẽ ſeu vocantẽ concludit Jnn.ꝙ ſi bellũ erat iniuſtũ nõ [illegible] l.ſi remunerãdi.§.ret turpis.ff.man.ſecus ſi erat iuſtum dũmodo non teneãtur cã pietatis vel ex debito nec obſtat predictis.l.inter cauſas.§.nõ oĩa.ff. man.qꝛ hic loquitur,qñ caſus qui euenit fuit preuiſus a mãdãte ibi aũt veriſimiliter nõ fuit preuiſus.ꝛ ideo in caſu iſto tenetur mandans reficere dãnũ.facit quod habetur.ea.l.§.impẽdia.ꝛ ex hoc no.diligenter limitationẽ vnã ad.§.nõ oĩa.dicit etiã Jnno. ꝙ ſi mandaui vni ꝙ faceret mihi domum in aliqua terra circundata aquis quod ſi iſte habebat calcẽ ꝛ alia neceſſaria ad faciendum edificiũ anteq̃ mãdatũ reciperet qð ſi talia portat per mare,vel vadit ad locũ.ꝛ ſi propter fortunã maris pereãt quod non poterit repetere a mandante:qꝛ etiã ſi domi remãſiſſent potuiſſent aliter perijſſe.ſecus dicit ſi res illas non habebat,ſed emat occaſione mandati qꝛ tũc bene poterit repetere.ꝛ ſic limitat preallē.§.nõ oĩa.Et ex hoc no.aliã limitationẽ:qꝛ ille.§.habet locũ quãdo res non fuerunt empte occaſione mandati.dicit tñ finaliter poſſe dici quod ſiue fuerint empte ſiue prius habite. diſtingui debet qð aut perierũt tali caſu qui veriſimiliter domi nõcõtigiſſet.vt fortuna.i.per tempeſtatẽ maris.vel qꝛ incidit in latrones.tunc bene poſſet repetere.ꝛ ſic intelligit illũ.§.non omnia.ꝛ ex hoc etiã habes aliam limitationem ad.d.§.non omnia.aliam etiam ponit Barto.in.l.ſi ſeruus.§.quod vero.ff.de fur.quia ille.§.non omnia.loquitur quãdo quis recipit mandatũ voluntarium.ſecus ſi neceſſarium.vt contingit in mandato ſuperioris cuius ambaſiatam cogitur quis adimplere.etiã in caſu fortuito ſi quid damni patiatur debet reſarciri ſi non culpa ſui cõtingat ꝛ ſic iſte.d.nõ omnia.nõ habet locum quando quis non ſuſcepit mandatum voluntarie.ſed ex neceſſitate.que omnia not.pro limitatione dicti.§.tangit etiã Jnno.hic an ſi ſpoliaſti me re mea ꝛ ego contra te ſpolio.an admittatur compenſatio.ꝛ videtur cõcludere quod ſic per.l.viro.ff.ſol.mat.ꝛ.j.de adul.intelleximus. ſed de hoc dic vt.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad.l.iul.de vi.qꝛ dictũ
6 ſuum non videtur verũ.nã † licet incõtinenti ſit licitum recuperare tũc propria autoritate:nõ tñ eſt licitum ex interuallo imo perdit ſeu perdere debet ius quod habet vt ibi no.ꝛ in.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.reliqua dic vt hic per Jnnoc.ꝛ tangit etiã de materia in.d.c.olim cauſam,ꝛ per glo.ꝛ Bart. in.l. hoſtes.ff. de ca.ꝛ per Hoſt.in ſumma de treu.ꝛ pa.§.ꝙ ſi iuſtum bellum.ꝛ j.de homici.c.pro humani.lib.vj.

1 ☞ Juris diuini appellatione cõprehenditur ius canonicum.
2 Frangenti fidem fides non eſt ſeruanda.

NJmis de iure. Clerici temporalia nõ tenentes a laicis eis fidelitatẽ iurare nõ tenentur.hoc dicit.ꝛ primo ponit factũ reprehenſibile.ſecundo prouidet.ibi:quia vero. ¶ No.ꝙ clerici non debent aſtringi ad preſtandũ iuramentum laicis.vbi ab eis nihil tẽporale tenẽt,ſecus ſi tenerẽt vt.c.vno.§.
1 verum.de ſta.reg.in.vj.ꝛ tangit gloſſ.j.hic. ¶ † Jtem not.ꝙ appellatione iuris diuini cõprehenditur ius canonicum.de quo in c.j.ſ.de iura.cal.ꝛ.j.de accu.ꝛ qualiter ꝛ quãdo.el.ij.facit qð habetur de cenſi.ꝙꝙ.lib.vj.vbi etiã patet ꝙ hic poteſt intelligi de iure diuino veteris teſtamenti.ꝛ adde etiã quod habetur in.c.ij. de re.eccle.non alie.in.vj.vbi patet ꝙ clerici nõ debẽt ſubijcere
2 res eccleſie laicis alias puniuntur. ¶ † Jn glo.ſi.c.precedentis. ſupple quod ibi no.quãdo quis ſe obligauit deo.hic autẽ quãdo obligauit ſe homini.ꝛ de intellectu dicti.ca.quod deo.alle.in glo.vide quod no.ſ.e.c.iij.per gl.Et adde etiã quid iuris ſi pars alia non implet ex eo:qꝛ non poteſt non ex eo ſimpliciter quod non vult.an tũc teneatur alia pars adimplere iuramentũ Hoſt. ſentit ꝙ ſic per id quod habetur.ſ.eo.breui.ꝛ hic dũ dicit ſeruare negligit.ſed do.Ant.hic tenet cõtrariũ.qꝛ quomodocũq; nõ impleatur ſtat tacita conditio que ſubintelligitur in iuramẽto ſi ab altera parte fuerit impletũ facit quod habetur in.d.c.iij.et c.quẽadmodum.ſ.e.ꝛ ideo qualitercunq; non impleatur dicta conditio.nõ videtur altera pars teneri facit quod habetur.j.de condi.app.in.c.de illis.nec obſtat.d.ca.breui.qꝛ licet difficultas excuſet

excuſet interim ab implemẽto nõ tñ facit haberi pro implemen
to.nec hoc ibi dr̃.¶ In glo.j.iſtius.c.nimis.in fi.dic ⁊ hodie eſt
expſſum in.c.vno.§.verũ.de ſta.reg.in.vj.¶ In gl.fi.in fi.⁊ ad-
de qđ hr̃ in.c.ij.de re.eccle.non alie.in.vj.vbi pꝫ qđ cauere debẽt
clerici ne ſubmittant res eccleſie laicis.alias incurrunt penas de
quibꝰ ibi.¶ An aũt eo ipſo ꝙ qs tenet bona in terra alteriꝰ te-
neaẽ illi ad fidelitatẽ tãgit hic Hoſt.⁊ cõcludit ꝙ non niſi appa
reat qđ illa recognoſcat in feudũ ab eo per id qđ hr̃.nec ſimiliter
teneẽ ad aliã ſeruitutẽ niſi probeẽ illã fuiſſe impoſitã.facit quod
hr̃.j.de cenſi.in.c.lꝫ.⁊.C.de ſerui.l.altius.fateẽ tñ ꝙ dñs ciuita-
tis vel prouincie ſup rebus ſicut in territorio ciuitatis vel pro-
uincie fundat intentionẽ ſuã quo ad iuriſdictionẽ.facit qđ habe
tur in.l.forma.§.ſi vites.ff.de cenſi.⁊.l.j.§.cũ vrbẽ.ff.de offi.pre-
fec.vr.niſi appareat pe[illegible]eſſe iuriſdictionẽ in ali
quo loco ſubdito ciui[illegible]t quod habetur in.l.
pupillus.§.territorium.⁊.[illegible]p.cum ex officij.

1 ☞ Iuramentum recipit [illegible]onem ⁊ interpretationem.
2 Iuramentum de non eſſendo contra aliquem vel de non agen-
do indeterminate preſtitum debet intelligi de illicito contra in-
debitum iuramentum ⁊ non de licito.
3 Machinans contra principem qua pena puniatur.
4 Machinatio quid ſit.
5 Iuramentum per dolum vel metum extortum non eſt ſeruan-
dum quatum ad effectum ſed peti debet abſolutio.
6 In ſermone generali non comprehenditur perſona loquentis.
a

**PEtitio.** Qui iurauitᵃ cõtra aliquẽ nõ eſſe con
tra eũ in proprijs ⁊ eccleſie ſue cauſis
eſſe poteſt.h.d.⁊ eſt cõis diuiſio.ſecũda ibi.interpre-
tatiõe.nã ponitur particularis petitio ⁊ rñſio.¶ In
tex.ibi ſpecialibus veſtris ſupple iuribus ſeu negotijs vel expo
ne.ſ.coniunctis perſonis vt.ſ.de poſtu.c.iij.¶ Not.j.ꝙ pro in-
terpretatione ⁊ declaratione iuramẽti an ſit obligatoriũ ⁊ quo
reſpectu recurrendũ eſt ad papã.de quo.ſ.de electio.venerabi-
1 lem.⁊.ſ.eo.quanto.¶ † Itẽ no.ꝙ iuramẽtũ ſicut ⁊ contractus
⁊ alia que inter homines geruntur recipit limitationẽ ⁊ declara
tionẽ a cauſa mouẽte ſeu impellẽte ad ipſum iuramẽtũ ſeu con-
tractũ que ex preãbulis inter partes colligiẽ.facit.l.titia.§.idẽ.
ff.de verbo.obl.⁊.l.itẽ quia.ff.de pactis.⁊ ita videtur colligi hic
2 iuncto principio cum fine.¶ † Itẽ no.ꝙ iuramentũ de nõ eſſen
do vel non agendo contra aliquẽ indeterminate preſtitũ videtur
debere intelligi de illicito contra debitũ iuramentũ.⁊ non de li-
cito preſertim qñ trahit cãm a iure ꝓprio vel alterius ſibi cõiun
cti ⁊ ſic notat hic.d.Ant.per qđ videẽ velle qđ etiã in alijs cauſis
quã proprijs vel eccleſie ſue poſſit eſſe cõtra illũ cui eſt preſtituꝫ
iuramẽtũ dũmodo licite ſint:ſed certe hoc non dicit litera iſta
imo potius vr̃ velle oppoſitũ inquãtũ ſolũ excipit ꝙ poſſit eſſe
pro iuribus eccleſie vel ſuis ꝓprijs vel ſuorũ cõiunctorũ.⁊ ſic vi
deẽ velle ꝙ alias indiſtincte ſeruet prout indiſtincte eſt preſtitũ
facit qđ habeẽ.ſ.de maio.⁊ obe.ſolite.⁊.j.de priuile.qr circa.et
3 ff.de publi.l.de ꝑtio.Que aũt ſit pena † machinãtis contra prin
cipẽ habetur in.c.ſi quis laicus.xxij.q.v.poſt.c.de forma.qr ſi eſt
laicus venit excõicandus vſqꝫ ad ſatiſfactionẽ condignã.aliter
debet detrudi in monaſteriũ ad penitẽtiã agendã.ſi autẽ ſit pre-
4 ſbyter vel diaconus venit depõẽdus.⁊ no.ſm abbatẽ ꝙ † ma
chinatio eſt proprie conſpiratio facta in preiudiciũ alicuius pſo
ne vel dignitatis eius.facit quod habetur in.c.conſpirationũ.et
c.ſi qui clericorũ.xj.q.j.⁊ quod no.per Io.and.ſ.de iudi.c.exhi-
5 bita.¶ † In glo.j.ibi non eſt ſeruandum iuramentum quãtum
ad effectum.nã peti poteſt abſolutio.ſ.eo.ſi vero.tamen de me-
ro iure obligat antequã abſolutio fiat vt ibi patet licet Bart.ali-
ter ſenſerit ⁊ nõ bene.in auẽ.ſacramẽta.C.ſi aduer.vẽ.nec ob.vt
dixi in.d.c.ſi vero.nec ob.dicta auẽ.ſacramenta.cũ dicit ꝙ ſacra-
mẽta per dolũ aut metũ extorta nullius ſunt momẽti qr debet
intelligi quantũ ad effectum.facit qđ dixi.ſ.eo.c.ij.fallit tamen
quando per metũ preſtatur ſuper rebus eccleſie:qr tunc ipſo iu
re non obligat vt habetur in.d.c.ij.cum ibi notatis.¶ In gl.fi.
6 in fi.potes dicere ꝙ † in generali ſermone non comprehenditur
perſona loquentis.fallit ſi ratio ſubiecte materie aliud ſuadeat.
⁊ ita intelliguntur contraria de materia in.d.l.inquiſitio.alle.in
glo.⁊.d.c.de forma.xxij.q.v.

1 ☞ Fama non facit plenam probationem.
2 Fama minus eſt quã notorium.
3 Cauſa vſurarum an ſit ſpiritualis.
4 Confeſſio prelati non nocet eccleſie niſi habeat mandatum a ca
pitulo.
5 Confeſſio de credulitate an preiudicet confitenti.
6

**EX literis.** Si iudexᵇ in principio cauſe iu-
ramentum de veritate nõ exigit
a ꝑtibus in ꝓceſſu illud exigere poterit.h.d.⁊ in pña
facti narratio.in ſcđa ꝓuiſio ibi ne ergo.¶ No.ꝙ vbi

repetitur pignus ex eo qđ dicatur ex fructibus ſatiſfactũ de ſor
te nõ ſufficit probare pignus datũ.⁊ fructus perceptos.niſi etiã
1 probetur quantitas ſortis ex fructibus cõpenſanda.¶ † Item
no.ꝙ fama non facit plenã probationẽ:ſed bene videtur facere
ſemiplenã cũ eius pretextu videatur poſſe deueniri ad delatio-
nẽ iuramenti.facit qđ habeẽ.j.eo.in.c.fi.⁊.ſ.de teſti.in.c.veniẽs.
el.j.⁊ in.l.admonendi.ff.de iureiuran.per glo.⁊ Bar.in.l.de mi-
2 nore.§.tormenta.ff.de queſti.¶ † Et no.ꝙ fama minus eſt quã
notoriũ.⁊ de differentia inter famã ⁊ notoriũ plene habeẽ in.c.
veſtra.de coha.cle.⁊ mu.⁊ vt dicebat Hoſti.forte iſti teſtes dice-
bant ꝙ iſte.S.obligauerat talẽ rem ipſi.C.ſed pro quanto non
recordabãtur.⁊ dicebãt etiã qđ forte peccatũ eſſet quod iſte ſic
perderet rẽ ſuã.¶ Vltimo potes notare qđ dixi in ſummario.
3 ¶ † In glo.prima ibi in ſpiritualibus quaſi ſentiat glo.qđ cau-
ſa vſurarũ ſit ſpũalis vel quaſi ſpiritualis.⁊ hoc expſſe tenet in
glo.fi.⁊.ſ.de fo.compe.c.cum ſit generale.de quo dicendũ vt ibi
dictum fuit.⁊ tangitur etiam per glo.xj.q.j.in ſumma ⁊ in cle.ij.
4 de iudi.in glo.que incipit cũ repetantur.¶ † In eadem glo.ibi
⁊ capituli.⁊ ſic videtur quod confeſſio prelati non nocet eccleſie
niſi etiam habeat mandatũ a capitulo.de quo in.c.preſentiũ.de
teſti.lib.vj.que olim erat extrauagans.et inter extrauagantes
Inno.quarti.vt voluit hic gl.in fi.¶ In glo.regula.in fi.⁊ adde
quod dictũ fuit.ſ.eo.c.ad noſtrã.el.j.¶ In glo.fi.ibi de teſti.co.
c.fi.⁊ ibi plene dixi an ⁊ qñ teſtes poſſint cogi.¶ In ea.gloſ.ibi
imo vtile eſſet ⁊ hoc eſt etiã ſtatutum hodie ꝙ etia in ſpirituali-
bus de calumnia ⁊ veritate iuretur de iura.calum.lib.vj.¶ In
5 eadem glo.ibi.⁊ eque preiudicat † confeſſio de credulitate.nota
diligenter glo.qđ ſicut preiudicat confeſſio facta per verbũ ve-
ritatis ita etiam per verbũ creditur ⁊ ideo reſpõſiones que fiũt
quotidie poſitionibus per verbũ credit preiudicãt ipſi confiten-
6 ti licet aſſertiue aliter non loquatur.¶ † In eadẽ glo.ibi quan-
docunqꝫ poteſt preſtari ⁊ hoc eſt etiam expreſſum hodie in.ca.j.
de iura.calum.lib.vj.¶ Quid autem ſi in caſu huius.ca.per iu-
ramentũ non poſſit conſtare de quantitate ſortis vt quia credi-
tor dicit de.x.debitor de.v.dic ſm Hoſti.cõſiderare debere pre-
tium verum rei ⁊ conſuetudinẽ creditoris.vt ſi conſueuerit vel- a
le pignus ad valorem dupli eius quod mutuat preſumendũ erit
qđ ſors fuerit pro dimidia valoris pignoris.⁊ ſic iudex per ſuam
ſubtilitatem veritatem inquirendo cauſam decidet.facit.l.ſi ſer
uos.in fine.⁊.l.vel vniuerſorũ.ff.de pigno.acti.⁊.l.qui ſemiſſes.
ff.de vſu.ſi autem de cõſuetudine tali non appareat dicit quod
conſiderata famã vtriuſqꝫ creditori vel debitori deferet iuramẽ
tum per id quod habetur.j.eod.ca.fin.⁊ omnibus deficientibus
abſoluet reum vt ibi.⁊ ſic etiã tranſit Io.an.⁊ do.Anto.ſed cer-
te videtur quod creditori ſi ſit fenerator non ſit deferendum per
id quod habetur in.l.improbũ.C.ex qui.cau.infa.irro.hodie ve
ro coguntur libros rationum edere.vt in cle.j.de vſur.⁊ per illos b
interdũ poterit apparere ⁊ de ſorte ⁊ de vſuris.¶ Quid autem
ſi conſtet titium conſuetũ fenerari ad rationẽ quatuor deñ.pro
libra in menſe.⁊ cõſtat ipſum mutuaſſe ſeio certã pecunie quan
titatem,quã tenuit per annũ ⁊ apparet quod demũ lapſo anno
fuit ſoluta an ſi titius poſtea repetat vſuras a ſeio dicens ſe ſol
uiſſe ad rationẽ quatuor deñ.pro libra in menſe.tamen non be-
ne hoc probat an debebit ei condemnari.Io.an.hic videtur di-
cere quod ſic ex quo apparet qđ titius eſt conſuetus fenerari
ad dictã rationẽ:qr non eſt veriſimile ꝙ iſte voluerit donare vſu
ras.ar.l.cũ de indebito.ff.de ꝓba.⁊ ſic eſt veriſimile qđ percepe-
rit iuxta conſuetudinẽ ſuam.⁊ ideo videtur condẽnandus.ar.d.
l.qui ſemiſſes.⁊.d.l.vel vniuerſorũ.Iac.de arc.⁊ Cy.in.l.j.C.de
proba.dicũt probandã eſſe ſolutionẽ vſurarũ factã eſſe per iſtũ
tex.ſicut hic debet probari quãtitas fructuũ:ſed certe ſm Ioã.
an.quantitas fructuum non ſic venit preſumptiue ſicut quanti
tas vſurarum.⁊ illa etiam facilius probatur.vnde dicit ſeruatũ
in curia epiſcopali bono.qđ talis condemnetur quod tene men
ti.⁊ facit etiam quod ipſe no.in.c.ad noſtram.de emp.⁊ ven.di-
cit tamen ꝙ per libros rationum quãdoqꝫ hoc apparebit quos
tenetur vſurarius edere.vt in cle.j.de vſu.

¶ Qui iurauit.ſi q̃ras vtrũ i gñali ſermone cõprehẽdatur perſona loquentis diſtinguit ſicut h̃ p do. hen.boxch.

¶ Si iudex idẽ ſummat hic.d.Abb. vide eum.

1 ☞ Rex non debet alienare in preiudicium regni.
2 Rex in ſua coronatione debet preſtare iuramentum de nõ alie-
nando res aut iura regni.
3 Actus qui ſit contra iuramentum licitum non valet.
4 Iuramentum ſuper obſeruatione contractus tendens ad preiu-
dicium dignitatis an ſit obligatorium perſone iurantis.
5 Alienatio rei dotalis an firmetur iuramento.

**INtellecto.** Si ille q preeſt iurauit nõ alie
nare nõ vꝫ alienatio quã poſt-
ea fecit etiã ſi iurauit nõ ꝯuenire.h.d.pño ponit fa-
ctũ corrigẽdũ.Scđo illud corrigi mãdat.ſcđa ibi:nos
1 eidem [illegible] † No.j.principem ⁊ exiſtentẽ in dignitate non poſſe fa
cere alienationẽ in preiudiciũ regni vel dignitatis aut honorum.

Ayuntamiento de Madrid

ipſius.⁊ no.qḋ detrahiť honori exiſtētis in dignitate ſi bona di-
2 gnitatis alienant.¶ Itē no.ꝙ† quilibet rex in ſua coronatione dꝫ pſtare iuramētū de nō alienandis rebus aut iuribus regni. ¶ Itē nota.ꝙ ipſe idē male alienās admittitur ad reuocationē ipſius male alienati.facit qḋ hꝫ in.c.ſi qs pſbyteroꝝ.j.de re.ecc.
3 non alie.⁊.s.de elec.in.c.noſti.¶†Itē no.ꝙ vbi pſtať iuramētū contra primū.ſcḋm nō eſt obligatoriū nec ſeruandū cum ſit contra primū pꝛeābuliū licitū.⁊ ſic etiā potes notare ꝙ actus qui ſit cōtra iuramētū licitū nō vꝫ valere.⁊ pro hoc facit qḋ notauit gl. in.c.licet mulieres.de iureiur.in.vj.⁊ qḋ not.Inn.in.c.dilecto.j. de preben.hoc tñ nō eſt ſimpliciter verū.vt patere pōt ex no.in c.ſicut ex literis.j.de ſpon.vbi patet ꝙ matrimoniū cōtractū ꝯ ſpōſalia iurata valet.⁊ tꝫ vñ de hoc dicēdū vt dici cōſueuit in.c.
4 dilecto.alle.¶†Itē potes notare ꝙ iuramētū ſup obſeruatione cōtractus tēdēs ad preiudiciū dignitatis vꝫ obligatoriū perſone iurātis.niſi aliud oppoſitū iuramentum pꝛeceſſerit poteſt tñ induci in cōtrariū:q₂ tex.videť pōderare duo.ſ.qḋ rex teneť conſeruare iura regni.licet nō pꝛeſtitiſſet ſup hoc iuramētū.⁊ intelligē qḋ rex non poteſt facere alienationem in preiudicium regni ſaluo niſi eſſet modica per id qḋ habetur in ſimili in.c.ij.j.de dona.⁊.j.de ſimo.c.ij.§.qōnes.¶ In gl.ſi.in ſi.⁊ de regu.iur.in malis.in.vj.Et tene mēti pꝛecipue gl.in.c.licet mulieres.e.ti.lib.vj.
5 per quā potes colligere remediū vt†alienatio rei dotalis nō firmetur iuramēto.licet regulariter cōtrariū ſit verū de iure canonico per.c.cū cōtingat.s.e.nā illud videtur limitandum niſi ipſa mulier prius iuraſſet non alienare.vt notabiliter vult illa gl.an tamen ſimpliciter procedat dixi in.d.c.cum contingat.

1 ☞ Contra iuramentum etiam per ſententiam reprobatū non debet eccleſia dare licentiam contraueniendi.
2 Juramento coniugis aſſerentis matrimonium cōtractum non ſtatur.
3 Contra iuramentum per ſententiā reprobatum ius non prohibet contrauentionem ſed relinquit iurantem ſue conſcientie.
4 Periurium non eſt de criminibus quod habeat impediri matrimonium.
5 Juramentum an ſit differendum in cauſa matrimoniali.

**Mulieri.** Si mulier iurauit aliquē ſuū maritū ⁊ ſuccubuit q₂ aliter nō probauit nō ſtatur ſibi nec denegať licentia cū illo ꝯtrahēdi.h.d.
1 ⁊ nō recepit cōmodā diuiſionē.¶†No.j.ꝙ cōtra iuramētū etiā ſi in effectu ſit per ſñiam reprobatū nō debet eccleſia dare licentiā cōtrauenīedi.Nō illud reprobatur nō ex eo qḋ nō licet:ſed ex eo qḋ perfecte nō pbat.¶ Itē nota ꝙ nō ſtatur
2 †iuramēto cōiugis aſſerentis matrimonium cōtractū.facit qḋ
3 habetur in.c.ſup eo.j.de eo q cogno.cōſan.¶†Itē no.ꝙ ꝯ iuramentū per ſñiam reprobatū ius nō prohibet cōtrauētionem ſed relinquit iurantē ſue cōſciētie.⁊ ſic poteſt venire cōtra iuramētū ſi velit.⁊ eadē rōne vꝫ ꝙ vbi ſnia eſt lata cōtra cōfeſſionē quā fecit pars nō tenetur cōfitēs ſtare illi cōfeſſioni.vt hic pꝫ in ſumīs qḋ eſt notādū per limitationē eoꝝ que habētur in.c.fin.s.
4 de cōfeſ.⁊.l.vnica.C.de cōfeſ.¶†Ultimo no.ꝙ periuriū nō eſt de criminibus qḋ habeat impedire matrimoniū ſuper quo vide
5 bonā gl.in.c.ij.j.de peni.⁊ remiſ.¶†In gl.j.in ſi.[a] Hoſt.tꝫ ſim-
a pliciter cōtrariū per.l.iij.§.pe.ff.de iureiu.vbi videť ꝙ quacūqꝫ actione agať poſſit deferri iuramētū.fatetur tñ ꝙ ſnia ad preiudicium matrimonij nō trāſibit in rē iudicatā.quominus ſi appareat poſtea contrarium poſſit ⁊ debeat retractari:q₂ etiam hoc contingit qñ ex plenis probationibus eſt lata vt.j.de re iudi.ca. tenoꝛ.⁊.c.conſanguinei.⁊.c.latoꝛ.ſed Ja.but.⁊ Bart.dicunt.qḋ ſi agiť ad diſſolutionē matrimonij nō dꝫ deferri q₂ ſolū per moꝛtē diſſoluitur matrimoniū.s.de tranſ.c.ij.ſed ſi agatur qḋ declaretur matrimoniū eſſe.tūc ſm eos poterit deferri ei qui ſtat pro matrimonio nō ei q ſtat cōtra matrimoniū ſed tu potes dicere vt tāgit.d.Ant.j.eo.in.c.ſi.⁊ hoc caſu iuramētū iudiciale poteſt deferri ei qui ſtat pro matrimonio:q₂ vꝫ deferēs cōſentire ſi ille iurat.facit.l.qui iuraſſe.§.ſi.ff.de iureiur.⁊ ſic ſaltē ex tali cōſenſu inducetur matrimoniū illo iurāte cui eſt delatū ſed iuramentum neceſſarium in ſupplemētū plene probationis nō vꝫ deferendum ſm eum etiā ei qui ſtat pro matrimonio qñ cauſa ſit magna.vt dicit gl.⁊ de facili forte non poſſent haberi probationes cōtra ſniam ſi illa referretur pro iurāte.⁊ ideo non videtur iuramētū deferēdū per id qḋ dixit gl.⁊ etiā no.j.e.c.ſi.⁊ per hoc etiā patet quid dicēdū in cā monachationis ſi aliquis petitur ad monachum alicuius monaſterij.an tūc deferatur iuramentum.nā dicēdum eſt vt ſuperius eſt dictū in cā matrimoniali.¶ In glo. ij.in ſi.aduerte q₂ per id quod dixit glo.non habes clarā rñſionē ad.§.nihil.vnde dic ꝙ ibi erat ſimplex aſſertio inquantū aſſerebat alium poſſidere que poterat eſſe erronea propter ignorantiam facti alieni:q₂ forte vendicans rē poſſidebat rez i[...]per procuratoꝛē cum id ignoꝛabat.⁊ ideo nimirū ſi poſtea poſſet ve-

a ¶ In gl.j.i fin.an iuramētū ſit deferēdū i cā matrimoniali vide p.d.Azo.i ſumma.ff.de re.cre.⁊ iureiuran.§.item in cā monachationis.

b ¶ Se ſummat.d.abb.tñ ſummat ꝑ inuenio vide eū hic hec eſt materia legalis de q̄ vide.C.de re.cre.⁊ iureiuran.vbi per ſcribē.p totū ti.C.⁊ ff. labo[...] velis.

dire ad interdictū vti poſſidetis ⁊ dicere ſe poſſidere:ſed hic mulier iurauit ⁊ ſic fuit aſſertio iurata ſuper facto pꝛopꝛio.⁊ ſic veriſimiliter pſumiť mulier ſciuiſſe an verū iurauerit ⁊ pſumiť in dubio ꝙ ſic ad ſui pꝛeiudiciū per id qḋ hꝫ in.l.ſancimus.C.ad.l. iul.repe.⁊ p id qḋ ſupꝛa dixit gl.⁊ ideo hoc caſu relinquiť ſue cōſcientie propter ratiōnē litere.¶ An aūt ſi petat bāna poni ꝙ ſi aliquis ſciat impedimētum ſubeſſe.ne contrahat debeat comparere dic ꝙ nō debēt ſimpliciter denegari.ne als videať denegari matrimoniū cum illa ſint pꝛeambula ad matrimoniū.j.de clan.deſpō.in.c.ſi.nec etiā ſimpliciter videnť cōcedēda ne videať dari licentia cōtrahēdi:ſed poterit cōcedere pꝛemiſſa proteſtatione ꝙ per illā nō intēdit dare aut denegare licentiā cōtrahendi.Conſuluit tñ Hoſti.ꝙ eps ſuadeat illi continentiā.facit.j.de eo qui con.ma.cum cōſan.pro.ſue in diſcretionē ſi tñ non pōt illā ad continentiā i[...] cōcedere banna cū proteſtatione pꝛedicta.dicit tñ qḋ [...]ctā proteſtatio ſit vtilis,nō tñ videtur omnino neceſſar[...] videtur.ff.de iudi.quis per illam non videtur ſimpliciter da[...] licentia contrahendi.

1 ☞ Juramentum de ſeruandis ſtatutis eccleſie intelligitur de ſtatutis ſubſiſtentibus tempoꝛe iuramenti.

**Clericus.** Se ſummat ⁊ nō recipit cōmodā
1 diuiſionē.¶†No.ꝙ iuramētū de ſeruādis ſtatutis eccleſie intelligiť de ſtatutis tūc ſubſiſtētibus ſcḋm tps iuramēti ⁊ non de poſtea editis.facit qḋ hꝫ in.l.ſi ita.ff.de au.⁊ ar.le.¶ No.ꝙ in his in qbus requiritur foꝛmalis expꝛeſſio ad cōcludēdā obligationē nō ſufficit ſimplex cōſenſus cū relatione ad aliud alias pſtitū.⁊ ſic no. qḋ vbi exigiť certa foꝛma in actu.actus de preterito non pōt ad aliud poſtea ſubſecutū extendi illa foꝛma ſpecifice nō repetita qḋ eſt notandū.⁊ ſic facit qḋ ſi aliquis poſt ſtip.ex interuallo dicat cōſentio p ſtipulationē quā tibi feci dare.c.nō obligabiť ex ipſa ſtipu.facit etiā qḋ ſi detur licentia notario vel iudici quod extendat inſtrumentū pꝛout vult qḋ non poſſit ibi addere iuramentū vel ſtipu.ſi foꝛmaliter non interceſſit:q₂ nō pōt hoc ſimplici cōſenſu ſuppleri cū hꝫ certā foꝛmā.vt pꝫ in.l.j.ff.de ver.ob. ⁊ hic etiā colligiť ⁊ bene dixi.s.ſi interuallo cōſentio.ſecus ſi incōtinēti:q₂ que incōtinēti fiunt videntur ineſſe.l.lecta.ver.dicebā.ff.ſi cer.pe.⁊.l.petēs.C.de pac.⁊ facit.s.de elect.officij.¶ In gl.ij.in ſi.⁊ pro hoc facit qḋ hꝫ in.c.ij.xxij.q.v.⁊ qḋ dixi.s.eo.⁊ ſi chꝛiſtus.circa fi.Et aduerte q₂ vꝫ ꝙ lꝫ virtute iuramen.pꝛio loco pſtiti nō teneatur in caſu iſto clericus.tñ vꝫ ꝙ teneať vi ſecūdi iuramēti inquantū pꝛomiſit ſeruare per iuramentū qḋ pꝛius pſtitit cū etiā ſi iureť per creaturas teneatur qs ſeruare iuramētū.s.eo.⁊ ſi chꝛiſtus.ideo Cal.fateť cōtrariū.Et dicit decretalē limitandā ⁊ intelligēdā vt nō teneatur vi iuramēti.ſ.pꝛimi ſed bene tenebiť vi ſcḋi.Sed iſtud vꝫ literā iſtā violare.vñ pōt dici. hoc dicit.d.Ant.qḋ contrariū pꝛocederet cum nō conſtaret qḋ ſcḋo loco voluiſſet iurare qḋ hic non contingebat.vñ potius vꝫ fuiſſe mens ſolūmodo extendere pꝛimū iuramentū.⁊ ideo non inducitur aliud iuramētū cū actus agētiū nō operetur vltra intentionē eoꝝ.l.non omnis.ff.ſi cer.pe.⁊ iſtud etiā fuit de mente archi.in.c.ne quis.xxij.q.ij.facit etiam quod notat Joan.an.in additione Specu.in titu.de iureiur.circa finem.

1 ☞ Juramentum delatum a iudice parti non poteſt recuſari nec referri.
2 Juramentum delatum a parte parti poteſt recuſari ⁊ referri.
3 Actoꝛ ſi defert iuramentum reo ⁊ reus iuret fertur ſententia pro reo nec poteſt appellari.
4 Actoꝛ ſi deferat iuramentū reo ⁊ reus refert illud actoꝛi et actoꝛ iuret fertur ſententia pꝛo actoꝛe:ſed an tunc poterit reus appellare.
5 Scriptura priuata an faciat ſemiplenam pꝛobationem.
6 Confeſſio facta parte abſente non facit plenam pꝛobationē:ſed ſemiplenam.
7 Atteſtationes recepte inter diuerſas perſonas non faciunt fidē inter alias etiam ſuper eodem articulo.
8 Juramentum an poſſit deferri in cauſa famoſa.
9 Juramentum an ſit deferendum in cauſa monachationis.
10 Juramentum an ſit deferendum in cauſa matrimoniali.
11 Juramentum neceſſarium an in ſupplementum pꝛobationis deferri poſſit.
12 Et an in cauſa criminali.
13 Juramentū cui deferri debeat eo caſu quo pōt et debet deferri.
14 Teſtes ſi nouiter reperiantur an retractetur ſententia que lata eſt propter iuramentum neceſſarium.

b **Juramentū.** Se ſummat [b] ⁊ hꝫ qnqꝫ dicta q̄ patent vel potes dicere qḋ ſunt due ptes pꝛincipales:q₂ in pꝛīa tractat de recuſatiōe ⁊ relatione iuramēti.in ſcḋa tractat de re-
1 latione iuramēti in iudicio fiēda:ſcḋa ibi:ſane.¶ No.j.ꝙ†iuramentum

Ayuntamiento de Madrid

mentum delatum a iudice parti nõ poteſt recuſari nec referri.
2 ¶ † Item no. ꝙ iuramentũ delatũ a parte parti in iudi. licite
põt recuſari ꝛ referri. fallit in cõuento actione famoſa q̃ nõ po
teſt referre. ¶ Itẽ no. ꝙ vbi actor deficit in ꝓbatione ſi pſum-
ptiue aliqua facit ꝓ actore iuramentũ purgationis defert reo.
niſi ex circũſtãtijs iudici videat deferẽdũ eſſe actori. ¶ In gl. j.
ibi vt hic in prima linea. ꝛ ſic intelligit glo. princi. piũ quãdo de-
fertur iuramentũ neceſſarium in ſupplementũ probationũ per
iudicem alicui parti. ſed do. Ant. videtur intelligere ꝙ loquat
de iuramento qđ appellatur iuramentũ malitie quando ſuſpi-
catur de malitia. de quo in. c. ij. de iura. cal. lib. vj. ꝛ facit qđ ha-
betur in. c. vltra tertiam. ꝫ. de teſti. ſed tutius eſt tenere gl. quia
illud de malitia nõ videt poſſe recuſari per ea q̃ habẽtur in iu-
ribus prealleg. Et [illegible] illud quod appellat hic glo. iura-
mentũ voluntariũ [illegible] iudiciale: q2 extra iudiciũ
defertur. vt hic voluit [illegible] iudiciale vo dicitur qđ iudicio
defertur tñ illud ſubdiuid[illegible] qñq3 defertur per partem parti
iudice approbante ꝛ cõfortante. ꝛ tunc dicitur iudiciale quan-
doq3 defertur per iudicem in ſupplementum probatiõis, ꝛ tũc
3 appellatur iuramentum neceſſarium. ¶ † In ea. glo. ibi ꝙ non
eſt neceſſariũ iuramentũ ſubire vel deferre ſupple ſi recuſet. als
ſecus per. l. manifeſte. ff. eo. ꝛ no. ꝙ vbi actor defert reo ſi reus
iuret fertur ſententia pro reo: nec poteſt appellari ex quo ipſe
voluntarie elegit deciſionẽ per iuramentũ fieri. ſi aũt reus recu
ſaret iurare: tunc ſi apparet iuita cã nõ debet cogi iurare nec co
gitur etiã tunc referre: ſed ſi nõ apparet nec etiã tunc referat tũc
condẽnabitur: ac ſi actori retuliſſet iuramentũ ꝛ actor iuraſſet:
poterit tñ tũc appellare ꝛ in cã appel. de recuſationis cauſa do
cere per. l. generaliter. §. ſiue aũt. ꝛ. §. j. ꝛ. ij. hic alleg. ꝛ quia in cau
ſa appellationis nõ oppoſitũ ꝛ nõ ꝓbatũ poteſt opponi ꝛ pro
bari. l. per hanc. C. de tem. appel. ſi aũt nõ ꝓbaret cofirmabitur
4 prima ſententia. ¶ † Si autẽ actor defert iuramentum reo ꝛ
reus refert illud actori: ꝛ actor iuret fertur ſentẽtia ꝓ actore. ſ3
dubiũ eſt an tũc reus poterit appellare. Jo. ꝛ Azo. ꝙ nõ q2 ſm
eos oĩs relator poterit dici delator: ꝛ ideo ſicuti deferens nõ ap
pellat ſi iuret ille cui defert. ſic nec appellabit referẽs ſi iuret il-
le cui refertur. ſed Pla. tenuit oppoſitũ vt tãgit gl. in. d. §. ſiue
aũt. in. l. generaliter. q2 delator ſponte venit ad delationẽ: ſed il
le qui refert ſeu relator eſt: ꝛ ſic ille cui defertur neceſſe habet iu
rare vel referre. facit. l. manifeſte. ff. eo. ꝛ ideo eſt ei magis ſubue
niendum per id quod habetur in. c. ab arbitris. de offi. deleg. in
vj. ꝛ. l. ſi fideiuſſor. §. neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cog. ꝛ hanc opi. ap
probat ibi Pe. ꝛ Cy. ꝛ ſequitur etiã hic Jo. an. Si autem actor
nollet iurare quando reus ſibi defert ꝛ tũc ꝓcedit qđ ſequitur
hic in gl. q2 alterũ de duobus poterit fieri. nam vel iudex dene-
gabit ei actionẽ vel abſoluet reum: ac ſi reus ipſe iuraſſet per iu
ra allega. in gl. ¶ In ea. gl. ibi vel hic nouũ ius. ꝛ ſic ſm hanc ſo
lutionem induceretur correctio. melius dic ſm docto. quia ius
nouũ declarat ꝛ diſtinguit antiquũ: q2 iuramẽtu3 delatũ debet
preſtari vel referri. vt. d. l. manifeſte. ſaluo niſi iuita cauſa recuſe
tur. vt hic pt3 ꝛ in. d. l. generaliter. §. j. ¶ In ea. gl. ibi nõ poteſt
recedi. ¶ Hoc intellige verũ quãdo fuit iuramentũ neceſſariũ.
ſecus ſi fuit iudiciale. vt patet in. d. l. admonẽdi. circa fi. ꝛ iõ ra
tio diuerſitatis hic tangitur per glo. nam in iudiciali imputare
debet ſibi pars: quia elegit cauſam per iuramẽtum recedi. l. nõ
erit. §. dato. ff. de iureiuran. ſed iuramentũ neceſſariũ defert etiã
altera parte inuita: ꝛ ideo magis ſuccurritur: ꝛ precipue cũ ſen-
tentia ex minus plena probatione feratur. ¶ In ea. gl. ibi vni
uerſorum bonorũ ſupple: cum libera. facit qđ habet. ff. de pro-
5 cu. l. procu. cui libera. ¶ † Extra gl. adde dictis docto. ꝛ do. An
a to. inquãtum tangit de ſemiplena ꝓbatione. ꝛ de ſcriptura[a] p̃-
uata. an faciat ſemiplenã probationẽ. nam Bar. in. l. admonen
di. ff. de iurein. dicit ꝙ ſi ſcriptura priuata habet ſubſcriptionẽ
partiũ ꝛ teſtiũ illa facit plenã probationẽ ſi probet per teſtes
tm̃ vel comparationem literarũ. l. fi. C. qui po. in pig. hab. quã
dicit nõ eſſe correctã. ſecus ſi habet ſubſcriptionem partium tm̃
vel teſtium tm̃ vel nullam: quia tunc ſi teſtes dicant ſe vidiſſe
illam ſcribi. tunc probat ſemiplene ꝛ ſimiliter per comparatio-
nem fit ſimiplena probatio. nam dictum illud nõ videtur veru3
ex eo. q2. d. l. fi. parificat caſum quãdo ſcriptura eſt facta manu
partium: ꝛ quãdo ſcripta manu alterius ꝛ ſubſcripa per parte3
ꝛ ſic nõ loquit quãdo ſcripta ꝛ ſubſcripta per partes. ¶ Item
quia. §. ſed ꝛ ſi quis, aut in aut. de fide inſtru. loquitur eodẽ caſu
quo loquitur. d. l. fi. ꝛ tamẽ dicit comparationẽ non facere ple-
nam fidem. ꝛ ideo dictũ Bar. non videtur verum. ¶ Item vide
tur ꝙ qñ teſtes dicunt ſe interfuiſſe ꝛ vidiſſe ſcribi ſcripturam
videtur ꝙ plene ꝓbetur per id qđ habetur in. §. ſi quis igitur
vult caute. de fi. inſtru. cũ. §. ſeq. de his duobus plene dixi in. c. j.
6 de fi. inſtru. ¶ † Item no. diligẽter inquãtum Bar. dicit ꝛ ſeqt
etiã hic do. Ant. ꝙ ꝯfeſſio facta parte abſentẽ, l3 nõ faciat ple-
nam probationẽ. l. certum. §. ſi qs abſente. ff. de cõfeſ. ꝛ no. ꝫ. de
confeſ. c. fin. tñ facit ſemiplenam. per id qđ habetur in. l. capite
quinto. ff. de adult. An aũt fama faciat ſemiplenam probatio
nem. gl. ordi. ꝛ notabilis voluit ſic in cauſa ciuili in. c. veniẽs.
el. j. ꝫ. de teſti. q[illegible] videtur limitare in. l. de minore. §. tormẽ
ta. ff. de queſti. niſi ꝓbet famã habuiſſe originẽ ex aliqua cauſa.
facit quod habetur in. l. decurionũ. C. de penis. ꝛ in. c. qualiter
7 ꝛ quando. el. ij. ꝫ. de accuſa. ¶ † No. diligenter ꝙ atteſtationes
recepte inter diuerſas pſonas nõ faciant fidem inter alias etiã
ſuper eodẽ artic. tñ ſm Bar. in. d. l. admonẽdi. faciunt ſemiple
nam. ſi tunc non potuerũt examinari forte q2 mortui argu. l. fi.
8 C. de teſtibus. ¶ † Item adde inquãtum tangit an in cauſa fa
moſa deferri poſſit iuramentũ. nã Bar. videt tenere ꝙ ſic p. l.
iij. §. in q̃cũq3. ff. de iureiu. ꝛ. l. lex corne. §. hac. lege. ff. de iniur. tñ
do. Ant. hic vr̃ ꝯtrũ. q2 ſm eũ hec cauſa videt eſſe ardua: ꝛ iõ vr̃
ꝙ exigantur plene probationes. facit quod habetur in. l. fi. C. de
ꝓba. ꝛ in. l. ſciant. C. eo. ti. ꝛ idem videt velle hic Jo. an. ꝛ Spe.
in titu. de iura. dela. §. j. ver. vt aut. ad iura allegata p Bar. po-
teſt reſponderi ꝙ loquãtur in iuramẽto iudiciali. nõ autẽ in iu
ramento neceſſario. ꝛ pro hac parte faciat q2 cauſa fame videt
afficere perſonã. l. cognitionum. §. j. ff. de va. ꝛ extraor. cog. ꝛ ſic
videtur cenſeri maior quacũq3 pecuniaria. l. in ſeruorũ. ſi. de pe
nis. ꝛ ideo ſicut quãdo eſt queſtio de oĩbus bonis vl' maiori par
te bonorũ non eſt locus iuramento neceſſario cum equiparet
criminali. l. propter litẽ. ff. de excu. tu. ita etiã videtur in ꝓpoſi-
9 to non eſſe locum delationi. ¶ † Et per predicta etiã videt ꝙ ĩ
cauſa monachationis non ſit locus delationi iuramẽti neceſſa
rij: quia ibi videtur eſſe queſtio omniũ bonorũ in cõſequẽtiam
cũ monachus nihil poſſit habere ꝓprium de ſtatu. mona. cũ ad
monaſteriũ. circa fi. ꝛ ſic intelligitur gl. in. l. iij. § quacũq3. alleg.
cõtrariũ. tñ videtur voluiſſe glo. in. c. vidua. de regu. ſed poſſes
dicere ꝙ illa glo. intelligat in iuramẽto iudiciali. ꝛ vbi deferret
per illũ qui peteret in monachũ: q2 tunc videt fateri ſe velle eſ-
ſe monachũ. ſi actor iurauit per id qđ habet in. l. qui iuraſſe. §.
fi. ff. de iureiu. econtra aũt per actorẽ ip ſi reo nõ videt poſſe da
ri: q2 ex cuentione partiũ nõ videt poſſe diſſolui monachus. fa
cit qđ habet in ſimili de matrimonio carnali in. c. ſup eod. de co
10 q cog. cõſan. vxo. ſue. ꝛ per hoc põt etiã inferri. ¶ † Quid ĩ cau
ſa matrimoniali, nam ſi aliquis petit aliquã in vxorẽ iuramẽtũ
iudiciale poterit deferri. per mulierem agenti. q2 videt tunc cõ-
ſentire ꝙ ſit vxor ſi ille iurauerit. qđ poteſt facere etiã ſi. pri⁹ nõ
fuiſſet: ſed econtra per actorẽ ipſi mulieri deferri non pot, quia
etiam ex cõſenſu amborũ matrimoniũ diſſolui nõ põt. vt dicto
11 c. ſuper eo. ¶ † An autẽ iuramentum neceſſarium in ſupple-
mentum probationis deferri poſſit gloſ. videtur velle ꝙ ſic in
dicto. §. quacũq3. ꝛ etiam Hoſtien. hic ſentiunt tamen ꝙ ſi ſe-
quatur ſentẽtia illa nõ tranſibit in rem iudicatam quominus
ſi poſtea appareat de veritate illa poſſit retractari: q2 hoc etia3
contingeret ſi precedente plena probatiõe illa eſſet lata per ea
que habentur in. c. tenor. ꝛ. c. lator. de re iudi. ſic multo fortius
qñ eſſet lata ex minus plena. Bar. tamen. in. d. §. quacũq3 videt
velle hoc ꝓcedere quando defert ſtanti pro matrimonio: quia
tali poteſt deferri ſed ſtanti cõtra matrimoniũ ſm cum deferri
non debebit argu. d. c. ſup eo. ſed do. Anto. hic dicit ꝙ etiã ſtan
ti pro matrimonio non videt deferendũ cum cauſa ſit ardua. ꝛ
quia forte non de facili poterit probari cõtrarium ſi ſequatur
ſententia. ꝛ forte iſta pars eſt verior: quia ſi non ſufficit cõfeſſio
vtriuſq3 partis. vt in prealleg. c. ſuper eo multominus videtur
ſufficere cõfeſſio vnius partis tm̃. licet etia3 interueniat vn⁹ te
ſtis: hec tamen ratio videt concludere quando defert ſtanti
contra matrimonium. tamen cum equalitas ſeruari debeat in
iudicijs. l. fi. C. de fructi. ꝛ li. expen. videtur ꝙ ſicut nõ debet de
ferri ſtanti contra matrimonium, vbi adeſt ſemiplena ꝓbatio.
12 ita nec etiam deferat ſtanti pro matrimonio. ¶ † An autem in
cauſa criminali poſſit deferri conclude ꝙ iudiciale poteſt defer
ri p reum actori. quia videt fateri crimẽ, ſi actor iurauit per. d.
l. qui iuraſſe. §. fi. ſed econtra p actorẽ reo non q2 nõ eſt in pote-
ſtate actoris deſiſtere. l. j. ꝛ. l. ꝛ in priuatis. ff. ad turpillia. De ne
ceſſaria aũt an poſſit deferri. dic ꝙ nõ: q2 cauſa eſt ardua, ꝛ req-
runt ꝓbationes luce clariores. l. ſciãt. C. de ꝓbat. fateor tamen
ꝙ eo caſu quo reus venerit abſoluẽdus: poterit deferri iuramẽ-
tum ipſi reo. ſi aliqua preſumptio ſit contra eum per iſtum tex.
ꝛ per id qđ habet in. l. preſenti. §. ſicubi. C. de his qui ad eccleſ.
cõfu. ꝛ hoc etiã tenuit But. in. d. l. admonendi. ꝛ in. l. bonefidei.
ꝛ eadem ratione ita videt dicendũ in cauſa matrimoniali. ꝛ in
cauſa monachationis. facit qđ habetur in. c. atteſtationes. j. de
deſpon. impu. ꝛ q2 vt dixit Butr. ſi abſolueret nullo preſtito
iuramento. multo fortius eo preſtito. ꝛ hec vera qñ agitur cri-
minaliter de crimine. etiam ſi agetur ad penam pecuniaria3 ap
plicadã fiſco. per id quod habet in. l. iij. §. j. ff. de ſep. vi. l3 domi.

a ¶ Scriptura p̃uata. an aũt ſcriptura p̃uata ſignata manu debitoris: l3 alius eã ſcripſerit an valeat vide p pau. de ca. in. l. hac ꝯſultiſſima v̄ſi. vlt. no. C. de teſta.

Ayuntamiento de Madrid

Ant.hic aliter videtur ſentire ꝛ nõ bene.q2 in tali nõ licet deſiſte re ꝛ requirũtur probatiões plene.vt.d.l.ꝗ in priuatis.ꝛ.l.ſcias Si aũt aliter ageret de crimine tunc idẽ videret dicendũ qđ de mera ciuili per id qđ habet in.l.iij.§.quacũꝗ.ꝛ in.l.lex cor.§. hac lege.niſi fortaſſe eſſet cauſa famoſa.de qua dicendum eſt vt.s.

a ℭ De exceptionib⁹.ſu per cõtinua tione hui⁹ rub. magne vtilitatis vi de do.ab. ꝛ fely.qui hic notatu di gna ſcribũt.

13 ℭ† Jtẽ aduerte quia eſt dubio cui deferri debz iuramentum eo caſu quo põt ꝛ debet deferri.conclude ꝙ debet deferri ei qui me lius veriſimiliter ſcit veritatem.vt tetigit gl.in.d.l. bonefidei. Et melius dicitur ſcire ille de cuius facto agitur quã alius qui tractat de facto alieno.facit qđ habet in.l.q in alterius.ff.de re. iur.ꝛ in.l.ꝗ.ff.ad vel.ſi autẽ vterꝗ pariter veriſimiliter veritã tem ſcit.tunc debet deferri illi de quo eſt preſumptio.ꝙ potius dicat veritatẽ.hoc autẽ põt contingere:q2 forte ſit legalior ꝛ ſʒ Cyn.in.l.bonefidei preſumit legalior in dubio ſi de melioribus parentibus ſit natus.arg.l.ꝙ ſi nolit.§.qui mãcipia.ff. de edil. edic. ℭ Secundo ex qualitate actuũ alias artiũ.vt q2 alter ma gis virtuoſe viuit ꝙ alius facit.c.cũ in iuuẽtute.s. de preſum. l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mili. ℭ Jtem ſi alter ſit in dignitate:alter non eſt.magis preſumendũ eſt pro eo qui eſt in dignitate.ar.l.j.ff.de offi prefe.pret. ℭ Jtẽ ex accidentia terũ vt ſi alter ſit diues alter pauper.nã facili⁹ preſumitur deierare. l.iij.ff.de teſtibus.ꝛ in.§.ſi vero ignotũ aut.de teſtibus.quod in tellige verum ſm Cy.in.d.l. in bonefidei.quando diuitie ſunt bene acquiſite.ſecus ſi male vt contingit in vſurarijs ſtipendia rijs ꝛ raptoribus.nam preſumendũ eſt contra tales quod ſicut perdiderunt animam male acquirendo.ita etiam maculabunt illam deierando.l.ſi ciui.§.ijſdem.ff.de acc.ꝛ in regula ſemel ma lus.de reg.iur.in.vj. Et dicit etiã Jac.butri.ꝙ dignior reputat maſculus quã femina per ea que habentur in.l.fi. ff. de fide in ſtrumen.ꝛ ideo in dubio potius eſt deferendum maſculo . Si aũt ſint equalis conditionis.glo.in.l.admonẽdi.ꝛ in.d.l. in bo nefidei videtur velle ꝙ deferat illi qui ſemiplene probauit.licet referat alias opi.ꝛ iſtud ſequit Bar.in.d.l.admonẽdi.ſʒ tex.hic videtur velle ꝙ deferat reo.ꝛ glo.hoc vult in regula . cum ſint partium.de reg.iur.in.vj. Jacob.de butri.dicit ꝙ ſi eſt pluſꝗ ſe miplene probatum puta per duos teſtes.quorum alter eſt con ſanguineus.tunc deferatur habenti pluſꝗ ſemiplenam proba tionẽ.ſi autẽ tantum ſit ſemiplene probatum deferetur reo do. an.hic finaliter tʒ ceteris paribus deferendũ reo et ſi ſit pluſꝗ ſemiplene probatum.ex eo quia grauatur reus p regulam que habet ꝙ actore non probante plenã intentionẽ ſuã reus debet abſolui.C.de eden.l.qui accuſare.ꝛ.ſ.vt eccle.bene.c.vt noſtrũ. ergo in alio debet releuari vt ſibi deferatur.ar.l.eum qui. ff. de iureiu. ℭ Et pro iſta parte etiam facit.q2 quando ſunt opinio nes in dubio debemus accipere illã que fauet reo.arg.l. fauora biliores.ff.de re.iu.tex.tamen in.§.ſacramẽtum in ti.de conſue. rec.feu.in vſibus feudorum.videtur velle ꝙ deferat ei qui ha bet ſemiplenam probationem.ſed poſſes dicere ꝙ illud in cã feudali in qua etiã multa ſpecialia ſtatuuntur.facit qđ no.bar. in.l.iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope.liber. Bar.in.d.l.admonen di.reſpondebat ad iſtũ tex.ꝙ hic preſumptio faciebat pro acto re ſʒ nõ erat ſemiplene probatũ.tutius puto tenere cũ gl. in. c. cũ ſint partiũ.per id qđ habet in.§.in regula fauorabiliores.ff.

14 eo. ℭ† Ultimo tangit bar.in.d.l.admonendi. ꝛ etiam hic do. Ant.circa finem.q2 in.l.admonendi. dicitur ꝙ quãdo fert ſen tentia propter iuramẽtum neceſſarium delatum in ſupplemen tum probationis retractari põt propter inſtrumenta que noui ter reperiãtur.an idem ſi nouiter reperiantur teſtes qui tũc nõ potuerũt haberi Bar.dicit ꝙ non ſi prius ſemiplena probatio facta erat per vnũ teſtem.q2 poſt publicationẽ atteſtationũ nõ poſſunt alij produci etiam in diuerſa inſtantia vt cle.teſtib⁹.de teſtib.que ratio ceſſat,cum inſtrumenta producũtur,Secus di cit ſi ſemiplena probatio eſſet facta aliter quã per teſtes.quia tunc idem dicit ꝙ in inſtrumẽtis.nam appellatiõe inſtrumẽto rum cõprehenduntur etiã teſtes.s.de teſti.cogẽ.peruenit.ꝛ. ff. de fide inſtru.l.j.ſed do. Ant.tenet qđ indiſtincte etiã p teſtes poterit probari contrariũ.quia cum non obſtet ſentẽtia proba tioni nõ debebit obſtare publicatio per id quod habetur.s. de pba.licet ꝛ.c.iurauit.de teſti.c.ſeries. ℭ Jtem q2 pbatio min⁹ plena videt poſſe reprobari per plenam nõ obſtãte publicatiõe ſicut ſemiplene pbatũ põt poſtea plene pbari.s.d teſt.veniẽs. el.ij. ℭ Sʒ forte opi. Bar.verior.q2 ex quo ſemel deuẽtũ eſt ad pductionẽ teſtiũ in plenario iudicio.ꝛ facta eſt publicatio.non vt qđ ppter timorẽ ſubornationis.deinceps poſſint pduci te ſtes.per id quod habet.d.cle teſtibus.nec obſt.iura alle.per euʒ q2 intelliguntur qñ nõ pducũtur teſtes ſuper eo articulo vel dire cto cõtrario.vt pʒ ex no.in.d.c.licet.ſaluo tñ qđ habetur in cau ſa matrimoniali l.d.c.ſeries.ꝛ p pdicta etiã nõ obſtat qđ habet in.d.c.veniẽs.q2 ibi primo iudiciũ ſummariũ ſed hic fuit plena [illegible] ideo nõ videtur recedẽdũ a regula dicte [illegible] principi

ad materiã decretalis dic vt h p do.an.ꝛ p bar.i.d.l. admonẽdi.

ℭ De exceptionibus.ᵃ Rubrica.

1 Exceptio oppoſita cõtra teſtes nõ debet ſtatim pbari , ſʒ ſufficit ꝙ probetur ante ſententiam.

2 Exceptio reprobatoria perſone teſtiũ non poteſt opponi ſiue probari poſt ſententiam.

3 Teſtis repellitur ſi eſt ſuſpectus infamis aut ſi habeat maculã corporis ppter quã repellitur a promotione ordinum.

4 Conuictus de crimine in quocũꝗ iudicio ꝛ cũ quacũꝗ pſona repellitur a teſtificando in alio iudicio.

5 Crimen pbatum per modũ exceptionis nõ punitur pena ordi naria vbi non eſt connexum negotio.ꝛ nu.9.

6 Confeſſo imponitur pena etiã ordinaria quãdo de crimine agi tur aliter ꝙ per viam exceptionis.

7 Acta facta in alio iudicio etiã cũ alia perſona probant.

8 Exceptio ꝗ opponit contra pſonas teſtiũ põt dici pemptoria.

b D Enicꝗ. Si teſtisᵇ de crimine cõtra eum excepto cõuincitur vel alias cõ uictus apparet:repellitur a teſtimonio: ſed de crimine nõ punitur ſi non tangit negotiũ prin cipale.hoc dicit. Et tria ſunt dicta ꝗ patẽt.ſm

1 bi:ꝙ ſi.tertiũ ibi ceterũ. ℭ† Nota primo ꝙ p batio exceptionis oppoſite cõtra teſtes nõ videt neceſſario ſta tim ſienda.ſed videt ſufficere ꝙ fiat ante ſentẽtiã.de quo dicen

2 dum vt plene dictũ fuit in.c.ex parte ade.s.de teſtib. ℭ† Jtem nota ꝙ exceptio reprobatoria perſone teſtium nõ videtur poſ ſe opponi ſeu pbari poſt ſententiã.ꝛ idem videt in ea.qđ in alia exceptio.facit.l.pereptorias.C.ſen reſcin.non poſ.ꝛ ꝙ not. per

3 glo.in.d.c.ex parte. ℭ† Jtem no.tria detrahũt de fide teſtis.ſ. quando eſt ſuſpectus infamis vel quando habet aliquam ma culam ꝛ dicitur habere maculã quãdo eſt talis macula corporis que impediret euʒ pmoueri ad ordines:talis eñ macula repel lit quẽ a teſtificãdo in criminali cõtra clericum.vt no.in. c . ipſi apoſtoli.ij.q.ij.ſm Pet.ꝛ Abb.ꝛ an quelibet infamia facti vl

4 iuris repellat recurre ad.c.teſtimoniũ.s.de teſtibus. ℭ Jtẽ no ta caſum in quo res inter alios acta facit fidẽ ſcʒ quãdo ex illa afficitur perſona.vnde cõuictus de crimine in quocũꝗ iudicio ꝛ cum quacũꝗ perſona repellitur a teſtificãdo in alio iudicio. etiã cũ alia perſona hoc ſolo ꝙ alias fuit cõuictus:niſi aliter ſe

5 excuſet. ℭ† Jtem no.ꝙ crimen pbatũ per modũ exceptionis non punitur pena ordinaria.vbi non eſt connexum negotio de quo agitur.ꝛ ſic ſecus videt a contrario ſi eſt connexum . ꝛ ſm hoc dictio pſertim exponitur pro tantũ.ꝛ hec expoſitio eſt vera per id qđ habet in.l.ij.§.ſi publico.ff.de adul.vbi ponit pena or dinaria.quando crimen connexum eſt oppoſitum . vt erat ibi crimen lenocinij.de quo excipiebat ibi mulier.ꝛ videt procede re ſiue conſtet per cõfeſſionẽ ſiue per teſtes per iſtũ tex.qui pa riter de vtroꝗ loquunt per id qđ habet in.d.§.ſi publico.ꝛ hoc etiam hic ſequitur Jo.an.licet Jnn.hic dicat ꝙ pena ordinaria imponitur quando conſtat per cõfeſſionem de ipſo crimine ex cepto ꝛ connexo. ſecus ſi per teſtes.ꝛ hoc ſequitur do. Ant. q2 ſm eum non videtur poſſe imponi pena ordinaria nõ precedẽ te tela ordinarij iudicij.ſecus quando apparet cõfeſſio q2 illa nõ videt exigere telam iudicij.cum cõfeſſioni ſtandũ ſit contra con fitẽtẽ ꝛ non precedente tela ordinaria iudicij.facit qđ no. Jnno. ſ.de accu.qualiter ꝛ qñ.el.ij.ꝛ ſcdm hoc dictio preſertim debe ret exponi p maxime qñ pbatio ſit per teſtes.ſʒ qñ per cõfeſſio nem tunc debet exponi p tantũ.ſed hoc mihi nõ placet q2 eadẽ dictio ad diuerſa relata in dubio vniformiter debet intelligi.vt l.iam hoc iur.§.de ver.obli.ꝛ ſic placet opi Jo.an.vbi autẽ cri men non cõtingit negotium de quo queritur põt procedere dif ferentia Jnn.quo ad penam extraordinariam imponendã.quia ſi crimen nõ eſt cõnexum pbatur per teſtes.nõ punit pena etiã extraordinaria.ſed ſolum repelletur.facit.s.de ordi.cog.in.c.ij. circa finem.ſecus ſi conſtat per confeſſionẽ.ꝛ hoc ſequitur Joã. andre.ſed forte poſſet dici.ꝙ etiã pena extraordinaria poſſit pu niri quando probatur per teſtes.per id quod habet in.l.nullus C.de teſti.niſi reſtringas illam quando per confeſſionem vel va

6 cillationem cõſtat de delicto teſtis. ℭ† Et ex predictis potes notare ꝙ id quod dicitur ꝙ confeſſo imponitur pena etiam or dinaria.vt voluit Jnn.in.c.qualiter ꝛ quando.el.ij.j.de accuſa. ꝛ facit quod not. Bar.in.l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo. illud eſt verum quando de crimine agitur aliter ꝙ per viam exceptiõis vt hic aperte videtur probari quod eſt diligenter notandum p limitatione illius dicti. ℭ Jn gloſſ.ſecunda ibi:ſine alia proba

7 tione.ꝛ ex hoc nota ꝙ† acta facta in alio iudicio etiã cum alia perſona probant quando per illa afficitur perſona . facit quod not.per gl.in.l.ex ea.ff.de poſtu. ℭ Jn ead.gl.ibi aliud ſm le ges ſupple

b ℭ Si teſtis. idẽſumm.it d.ab.ꝛ fely.

Ayuntamiento de Madrid

ges ſupple que ſeruant ⁊ ſeruari debent in foro ciuili in terris ſubiectis imperio per id qđ no. glo. in. c. ij. de arbi. in. vi. ¶ In glo. exhibenda ibi: vel infra terminum. ⁊ innuit gl. hoc eſſe arbitrarium. ſed de hoc plene dic vt dictū fuit in. c. ex parte. ꝫ. de teſti. ¶ In gl. per ſententiā ibi poſt. xx. annos ſupple etiam poſt ſententiā: licet nō ſit appellatum: ⁊ qualiter hoc intelligaẗ exami-

a nabiẗ in. c. cum venerabilis. ꝫ. eo. ¶ In ea. gl. ibi in infinitum[a] poſſit agi. hoc intellige ſaluo eo qđ habetur in. c. ſicut. ꝫ. de teſti. ¶ In ea. gl. ibi: peremptoria ſaltē per obliquū. nota bene ꝙ

8 †exceptio que opponiẗ cōtra pſonas teſtiū, poteſt dici peremptoria ſaltē indirecte: qꝛ in effectu perimit intentionē agentis: ſi teſtes repellātur ⁊ nō habeat aliam exceptionē. idē voluit gl. in. c. ex parte. ꝫ. de teſtibus. ¶ In gl. innocētes. in fi. Idem no. gl. in. c. teſtimoniū. ꝫ. de teſti. Adde qđ etiā poſſunt probare ſe innocentes ſi velint probare indirectē cōtrariū eius qđ fuit ꝓbatū cōtra reū. per id qđ habeẗ in. c. ex tenore. ꝫ. de teſti. ⁊ in. l. optimā. C. de ꝯtrahen. ⁊ cōmit. ſtip. directe aūt nō poſſent ꝓbare ꝯtrariū per cle. teſtibus. de teſti. Item ſꝫ nō poſſent venire contra cōfeſſionem, poſſent tamē illā excuſare. vt in. c. cū dilecti. ꝫ. de accu. ¶ In gl. cōfeſſi. ibi nūꝗ vidi fieri ſupple taliter ꝙ cōgerētur reſpondere ſi nō vellēt: qꝛ hoc fieri nō dꝫ. vt no. in c. cū cauſam. ꝫ. de teſti. ¶ In ead. gl. ibi poteſt ab ipſo queri ſupple extraiudicialiter: qꝛ idē nō debet eſſe iudex. ⁊ pars facit qđ habe

9 tur in. l. fi. C. de aſſeſſ. ¶ †In glo. fi. ibi alias puniri nō dꝫ. not. bene ex glo. quia ſentire videtur ꝙ quādo crimē nō cōtingit negotium de quo agiẗ nō debet puniri: ſed ſolū repelli a teſtimonio. ⁊ ſic videẗ velle ꝙ nō debet puniri etiā pena extraordinaria. ⁊ pro hoc bene facit tex. in. c. ij. circa fi. ꝫ. de ordi. cog. vbi dicit ꝙ dūtaxat repellit a teſtimonio. ⁊ hoc etiā tenet Inno. quādo fuit cōuictus ſolū per teſtes. ſecus ſi per cōfeſſionē. ⁊ hoc ſequitur Io. an. vt dixi ſuper notabilibus. tamē iſta gl. videẗ ſentire indiſtincte ꝙ nullatenus puniatur quando crimen non cōtingit negotiū. de quo agitur ⁊ bene facit tex. in. d. c. ij. in fi. nec obſtat. l. nullū. C. de teſti. quia ibi loquiẗ quādo vacillauit vel dixit falſuꝫ. ⁊ ſic offendit aures iudicis que ratio hic ceſſat. ⁊ ideo forte de iure eſt verior opi. gl. nec ob. tex. a cōtrario ſenſu dū dicit pena ordinaria mulctari nō debet quaſi a cōtrario poſſit extraordinaria puniri: qꝛ non debet ſumi arg. a contrario ſenſu: qꝛ videretur cōtra ea que habenẗ in. d. c. ij. in fi. facit qđ not. in. l. ij. C. de ordi. cog. ⁊ in. c. vno de eta. ⁊ quali. in. vi. Et quia ſi ſumeremus hic contrariū ſenſum: cū hic pariter loquatur quando teſtes ſunt conuicti vel cōfeſſi vtroꝗ caſu poſſent puniri pena extraordinaria ⁊ nō ſolū in caſu quādo ſunt confeſſi prout voluit Inn. ⁊ Io. an. ⁊ ſic videtur ꝙ debeamus tenere alterum duorū vel qđ vtroꝗ caſu poſſet extraordinaria imponi vel ꝙ neutro caſu poſſet imponi etiam extraordinaria prout hic videtur voluiſſe glo. ⁊ hec opinio videtur amplectēda. per regu. in penis. de reg. iuris. in. vi. quia pene ſunt in dubio reſtringēde. facit. ff. de penis. l. ſi preſes.

1 ☞ Cōicans ſcienter cū excōicato in locutione vel oratione eſt excōicatus minori excōicatione. ⁊ nu. 5.
2 Excōicatio minor priuat cōmunione ſacramentorum.
3 Excōicatus repellitur ab accuſando.
4 Excōicatus an poſſit opponere exceptionem.
5 Exceptio an prius ꝓbari debeat ꝙ replicatio.
b

## Nobis.

Reo excipienti[b] contra actorē de excōicatione. Non obſtāte exceptio communionis. hoc dicit. ⁊ eſt cōmunionis tantum cō-

1 ſultatio ⁊ reſpōſio. ſecūda ibi: nos igitur. ¶ †No. ꝙ ſciēter cōmunicans excōicato in locutione vel oratiōe eſt remotus a participatione ſacramentoꝝ. ⁊ ſic eſt excōicatus minori excōicatione. ꝫ. de cleri. excommu. mi. ſi celebrat. ⁊ ſic non eſt licitum loqui vel ſalutare excommunicatum. facit. xi. q. iij. cum excōmunicato. ꝫ. de ſen. excom. nuper. ⁊ ſic peccat an tamen dicaẗ mortaliter peccare, an vero ſolum peccet venialiter recurre ad not. per Joan. in. c. ſacris. ꝫ. quod metus cau. vbi cōcludit ꝙ regulariter peccat venialiter. fallit in certis caſibus in quib⁹ pec

2 cat mortaliter. de quibus ibi per eum. ¶ †Item no. ex pdictis effectum minoris excōmunicationis: quia priuat quem cōmunione ſacramentorū: ⁊ nō cōmunione hominū. de quo in. d. c. ſi celebrat. ſecus in excōmunicatione maiori: qꝛ illa repellit etiaꝫ

3 a cōmunione hominū nedū ſacramentorū. ¶ †Item no. ꝙ excōmunicatus repellitur ab accuſando. Et eadē ratione ab agēdo non obſtante replicatione cōionis: quia nullū crimen videtur repellere ab excipiendo. ⁊ ſic a defendendo. ꝫ. eo. cuꝫ inter. ⁊ quia talis cōmunio non excludit a cōmunione hominū. ⁊ ſic replicatio non inficit exceptionē nec illi detrahit. ⁊ ideo illa nōn tollit. ⁊ ſic no. ꝙ vt replicatio tollat exceptionē oportet ꝙ illi detrahat. vt tangit etiā hic Io. an. in materia replicationis. ꝙ hic ſummauit circa quartū membrum. nec obſtat quod habe-

tur. ꝫ. c. proxi. vbi replicatio videtur repellere exceptionē. licet in hoc nō contingat: qꝛ reſponderi poteſt ibi ꝙ exceptio fuit voluntaria qꝛ excipiens non fuit prouocatus ad iudiciū. ſed voluntarie veniebat. de illa exceptione iudicat vt de actione per id qđ no. per Io. an. ſupra de elec. nuper eod. ſic tunc replicatio aſſumit natura exceptionis q̄ pot obijci ꝯtra perſonā ſi nō cōcernat actionē. ⁊ ſic pot intelligi i m vnum intellectū. ſecundū aliam poteſt dici ꝙ ibi potius natura actionis ſeu iudicij intentatur ꝙ virtus replicationis attenditur ex eo qꝛ iudicium erat tale ꝙ ex ſui natura nō admittebat exceptionē. facit qđ dicetur in. d. c. proximo. ⁊ qđ. ꝫ. de accu. accedēs. ⁊ ꝫ. de app. conſtitutis. ⁊ ꝙ no. Jo. an. in. vi. membro. ¶ Item nō obſtat. ꝫ. de adulte. intelleximus: qꝛ ibi adulterium viri de quo replicabatur tolliẗ per compenſationē adulterij mulieris. de quo excipiebatur vt ibi patet. ⁊ facit qđ habetur in. l. viro. ff. ſol. mat. ratio ibi admittitur replicatio non ex eo reſpectu: quia adulterium ſit crimen eius contra quem replicatur cum etiā criminoſus poſſit excipere ⁊ non repellatur ab excipiēdo. ꝫ. c. cum inter

4 ſed inquātum eſt compenſatio exceptionis. vt ibi patet. ¶ †In gl. j. ibi quelibet legitima defenſio ſit reſeruata. ⁊ ſic poterit etiā excōmunicatus exceptionē opponere ſiue ſit dilatoria ſiue peremptoria: ſiue alia quecūꝗ per id qđ habetur in. c. cum inter. ⁊ per hoc dicit Jo. an. ꝙ excōicatus maiori ſi accuſetur per excommunicatū minori poterit repellere ab accuſatione cum talis excommunicatus minori ſit criminoſus. Et ſic debet poſſe repelli p id qđ. ꝫ. dicit gl. facit. ꝫ. de accu. c. j. qđ intelligit Jo. an. verum in caſibus in quibus excommunicatus minori peccat mortaliter. de quibus per eum in. c. ſacris. alleg. dicit etiā Jo. an. q ſicut excōmunicatio nō repellit ab excipiēdo: ita nec repellit actorē a replicando qui in replicatione cenſetur reus ⁊ excipiens. l. ij. ꝫ. j. ff. de excep. ⁊ facit ꝙ no. in ſpe. eo. tit. ꝫ. j. ver. nec queritur. ⁊ ſic reſidet do. Ant. ſed certe hoc videtur modici effectus qꝛ ſi actor ſit excōicatus poteſt ab agendo repelli per exceptionē replicationis. ꝫ. eo. exceptionē. ⁊ ſic nō erit tractādum de replicatione ſi tamen de facto nō exciperetur. videtur tunc poſſe tolerari qđ dictum eſt de replicatione. ¶ In ea. gl. ibi. ij. q. vij. alienū. ibi nō eſt dictum Gratiani. ſed in. ꝫ. in hoc. c. ibi ſequē. ⁊ dictū Gratiani reprobatur ibi per gl. ⁊ no. obſtat. c. alienū. qđ ibi nō debet ſumi arg. a contrario ſenſu: qꝛ eſſet contrarius iuri per ea que ſuperius dixit gl. ¶ In ea. gl. ibi naturā ſuam ſupple: qꝛ tunc nō repellitur criminoſus: ſed bene repelleret excommunicatus. facit qđ habetur de procu. ex inſinuatione. per gl. ⁊ quod dicatur

5 in. c. oībus. alleg. in gl. ¶ †In glo. fi. in fi. vel potes et. a dicere aliter. vt ibi notatur. regulariter autē cōmunicās excōmunicato ſi nō cōmunicat in crimine. ſed aliter participat ſecum in locutione vel alio ſimili modo ſolū incurrit minorē. ¶ Extra gl. Jo. an. poſuit hic materiā replicationis proſequēdo illam per ſeptē mēbra. dic vt hic per eum. ¶ Aduerte tamē inquantum

6 tangit an †prius debeat ꝓbari exceptio an replicatio: quia licet ſatis inſtet concluſio eū ꝙ ſi eſt vera exceptio ⁊ vera replicatio prius ꝓbanda eſt exceptio ſaluo niſi excipiēs haberet fundataꝫ intentionē ſuā de iure commun. facit qđ diximus in ſimili in. c. ꝫ. teſtibus. ꝫ. de teſti. vbi no. ꝙ prius dꝫ actor ꝓbare intentioneꝫ ſuā: ⁊ demū poſtea reus tenetur ſuam exceptionē ꝓbare. ſec⁹ ſi non eſſet pprie exceptio vel replicatio vt contingit in exēplo ꝗ poſito per eum in. vi. mēbro. An aūt ſit pronuntiandū ſuper replicatione: cōclude ꝙ ſi exceptio contra quā obijcitur replicatio eſt emergens ſufficit ſup exceptione pnuntiari: qꝛ tacite vr ſuper replicatiōe pnuntiare. ſi autē eſſet incidens: tūc ſufficiat pnuntiari ſup pncipali per id qđ plene no. in. c. j. ꝫ. de or. cog. reliqua dic vt hic per eū: quia ſunt modice vtilitatis.

1 ☞ Reſcriptū in quo papa loquitur vni in plurali an valeat.
2 Per inueſtiturā transfertur poſſeſſio.
3 Pluralis ꝯ pluralē an poſſit opponere exceptionē pluralitatis.
4 Plurales q nō ſunt poſſunt ſe opponere noīe ſuo ⁊ noīe eccleſie ſed plurales poſſunt ſe opponere nomine eccleſie.
5 Plura beneficia habere an ſit crimen.
c

## Cum eccleſiaſtice.

Habēs[c] plura beneficia cōtra aliū de pluralitate nō excipit. h. d. ⁊ in prima deciſus exordiū. ꝫ ſcđa mādatū. ibi mādam⁹. in q̄ exceptionē. repellit ⁊ cauſam exprimit. ¶ †No. primo ꝙ non videẗ vitiari reſcriptū in quo papa vni loquitur in plurali qđ videẗ cōtra. c. ꝙ graui. ꝫ. de crimi. falſi. ſed potes dicere ꝙ ſupplēda ē litera in ſuprascriptiōe. dū dicit Laudē. epiſcopo ſupple ⁊ cōindicib⁹.

2 ¶ †Item nota ꝙ per inueſtituram videtur trāſferri poſſeſſio. de quo in. c. ij. de cōſue. ⁊ ꝫ. de electio. tranſmiſſa. cōmunis tamē eſt concluſio ꝙ non transfertur ſi fiat in abſentia rei. ſꝫ intelligitur data licentia apprehendendi poſſeſſionem. facit quod notatur per legiſtas maxime per Barto. in. l. ꝓdia. ff. de acquiren.

a ¶ Infinitū. ſi q̄ris vſꝗ ad qđ tēp⁹ poſſit ille ꝯ quē teſtes ꝓducunẗ ꝯ ipſos teſtes excipere. vi de diſtic. d. hen. boych. hic in pn. c.

b ¶ Reo. idē ſummat. d. Ab.

c ¶ Cum. idē eſt ſummariū do. abb. cū iſto. vide hic diſti. d. hen. borch. in prin.



Ayuntamiento de Madrid

3 poſſe.ꝛ quod nõ.per glo.in.c.autoritate.ꝭ.de inſti.¶†Item no.
ꝙ pluralis contra pluralẽ non videtur poſſe opponere exceptio
nem pluralitatis.ꝛ ſic identitas criminis videtur repellere ab ex
ceptione criminis.ꝛ facit qđ habetur in.l.in arena.C.de inoffi.te
ſta.¶ Item no.ẜm vnum intellectum ꝙ petẽti poſſeſſionẽ ſa
cti poſt collationẽ iuris totalis non videtur poſſe opponi exce
ptio nõ canonice inſtitutionis.ꝛ ſic facit ꝙ agenti poſſeſſorio adi
piſcẽde in bñficialibus.nõ obſtat exceptio defectus ꝓprietatis
de quo in.c.cũ olim.ꝭ.de cauſa poſ.ꝛ.ꝭ.de dolo.in.c.cũ olim.ꝛ.ꝭ.
de appel.cõſtitutis.el.ij.ꝛ.ꝭ.de accuſa.accedens.Pro recitatione
glo.potes opponere ꝙ iſti de eccleſia poſſint ſaltẽ nomine eccle
ſie opponere exceptionem pluralitatis,licet ipſi ſint plurales.qꝛ
delictum perſone nõ debet nocere eccleſie.ꝭ.de regu.iur.delictũ.
lib.vj.ꝛ.xvj.q.vj.ſi epiſcopum.huius timore facta eſt glo.que po
nit opinionẽ.vt patet in glo.¶ In glo.ꝭ.ibi aut electi ſunt ab a
lijs glo.inſufficienter arguit:qꝛ poſſibile eſt ꝙ illi qui volunt op
ponere pluralitatem non elegerunt alios plurales.Sed illi for
te fuerunt prouiſi a papa.Nec etiã fuerũt electi a pluralibus:qꝛ
4 forte fuerunt electi anteꝙ illi electi eſſent plurales.¶†In eadẽ
glo.in fi.et ſic patet ꝙ gloſ.remanet in opinio.Vincen.videlꝫ ꝙ
illi qui non ſunt plurales poſſint opponere nomine ſuo ꝛ nomi
ne eccleſie:ꝛ illi qui ſunt plurales poſſint ſe opponere noĩe eccẽe.
nec ob.ꝙ dictũ eſt ꝙ illi q nõ ſunt plales pñt ſe opponere ꝙ ẜm
hoc alij p eos cõſequentur qđ p ſe non poſſunt quia iſtud nõ eſt
abſurdum quãdo ratio hoc ſuadet.vt patet ex his que habẽtur
in.l.ariſto.ff.que res pig.oblig.poſſunt.ſecus quando ratio hoc
non ſuadet.vt.l.queritur.ff.de bonis liberto.ꝛ.c.ſicut non ſuo.al
leg.in gloſ.ꝛ ſimiliter non obſtat inquantum dicitur ꝙ plurales
nomine eccleſie poſſunt ſe opponere.licet non ſuo,quod vna via
eſt prohibitum non debet alia eſſe permiſſum.ꝭ.de regu.in.cum
quid vna via.libro.vj.quia illud verum niſi aliqua ratio ſuadeat
5 oppoſitum.vt patet ex ibi not.¶†Pro declaratione tamen gl.
ꝛ text.eſt aduertendũ ꝙ dubium eſt an eſſe pluralem ſit crimen.
de quo fuerunt opiniones.vt patet in.c.cum iãdudum.ꝭ.de pre
ben.cum ibi not.per Inno.ꝛ Hoſtien.ꝛ Ioan.and.nam Innoc.
fuit in opinio.ꝙ nõ ſit crimen quia ẜm eum de iure quis poteſt
habere duas prebendas in diuerſis eccleſijs.licet non poſſit ha
bere multitudinem officiorũ:quia tunc ibi notaretur ambitio.ꝛ
cenſeretur crimen.ſed Hoſti.tenuit ꝙ eſſe plurales ſit crimẽ.nec
ẜm eum poteſt quis habere plures prebendas in diuerſis eccle
ſijs ſine diſpenſatione potes concordare opinio.vt colligitur ex
nota.per gloſſ.in.c.gratia.de reſcrip.in.vj.quia ſi ſunt prebende
que nõ requirunt reſidentiam ex conſuetudine.hoc dico quia de
iure cõmuni quodlibet beneficium requirit reſidentiam.vt nota.
in.c.fi.ꝭ.de cleri.nõ reſi.per Io.and.ꝛ procedat tunc opi.Innoc.
ſi autem requirant reſidentiam:tunc procedat opinio Hoſtiẽ.de
quo plenius in dicto.c.gratia.vbi etiã dixi hoc ſuppoſito eſt ad
uertendũ ꝙ ſi hic erat caſus in quo eſſet pluralis nõ eſſet crimen
tunc planum ꝙ nõ potuit opponi exceptio pluralitatis.ꝛ preci
pue per illos qui veriſimiliter eſſent plurales.ꝛ ſic poteſt intelli
gi iſte tex.ſꝫ vnum intellectum.ſi autẽ erat caſus in quo eſſe plu
ralis erat crimen:tunc obſtat quia videtur qđ etiam pluralis de
buit poſſe excipere de pluralitate:quia criminoſus non debet re
pelli ab excipiendo.vt dicit glo.in.c.a nobis.ꝭ.eo.ꝛ preſertim qꝛ
etiam excõmunicatus non repellitur ab excipiendo.ꝭ.eo.cum in
ter.ꝛ.c.dilecti.ꝛ ſic videtur ꝙ text.non procedat:potes dicere vt
hic ſenſit Io.an.ꝛ.ꝭ.c.primo.ꝙ excipiens hic veniebat ꝛ oppo
nebat ſe voluntarie:quia nõ fuerat vocatus ad iudiciũ.Et ideo
exceptio tunc habet vim actionis.vt no.Innocẽ.ꝭ.de elec.ſuper
eo.ꝛ ideo ſicut criminoſus ageret poſſet repelli quando nõ proſe
quitur ſuam iniuriam.vt no.in.d.c.a nobis.ita poteſt etiam iſte
excipiens repelli etiam per alium criminoſum:cum tunc repli
catio habeat vim exceptionis.ꝛ ita poteſt intelligi hic ſcđꝫ aliũ
intellectum.ſed contra predicta facit quia excipiens voluntarie ſi
proſequitur ius eccleſie non videtur repellendus per id quod no
tatur.ꝭ.eod.in.c.cum dilecti.etiam ſi eſſet excõmunicatus.per ibi
nota.et ſic multo minus debet repelli ſi ſit criminoſus:ſꝫ dicere
potes ſuſtinendo hunc intellectũ ꝙ proſequebatur intereſſe cõ
mune ꝛ nõ intereſſe eccleſie vel proprium:ꝛ ideo potuit repelli p
replicationem.ſecus ſi nomine eccleſie proſequendo eius intereſ
ſe oppoſuiſſet exceptionem.dicebat etiam Innocen.ꝙ poteſt di
ci ꝙ hic replicatio inficit exceptionem:ex eo quia paria delicta
pari compenſatione tolluntur.ꝭ.de adulte.intelleximꝰ.ſed huic op.
obſtat:quia videtur eſſe diuerſa delicta:ꝛ ſic non debet fieri com
penſatio.Reſpon.Inno.ꝙ ſatis poſſunt dici eſſe circa idẽ.ſ.cir
ca negligentiam prebende canonicalis in eadem eccleſia.ꝛ ſic vi
detur idẽ delictum in genere.ſed certe licet do.Ant.hic reſideat
nõ videtur hec reſpõſio bona:quia diuerſa eſt prebenda excipien
tis a prebenda replicantis.ꝛ ſic non ſunt delicta circa idem.ideo
nõ placet iſte intellectus.alius fuit intellectus ꝙ hic repellitur

a ¶ Iudex dꝫ
idẽ ſtatuat ẜ
do.ab.ꝛ hoc
ẽ ſpãle ſum
mariũ.ſi autẽ
gñalr quas
ꝛ vſq ad qđ
tps excep
tiões ppo
ni debeat di
ſtigue ſicut
hic ẜm do.
Hẽ.boych.

excipiens nõ ex capite replicationis ſed ex eo,qꝛ hoc caſu nõ cõ
petebat exceptio aliqua:quia tarde opponebatur ex quo agens
fuerit cõſecutus totale ius:quia fuerat cõfirmatus vel prouiſus
quo caſu ad impediẽdum quominus habeat poſſeſſionẽ:non po
teſt opponi exceptio niſi opponatur crimen cũ infamia.vt patet
ꝭ.de accu.accedens.ꝛ.ꝭ.de appel.conſtitutis.el.ij.ꝛ ideo hoc caſu
ex quo erat ideo tale ius conſecutus nõ potuit obijci exceptio.ꝛ
preſertim per pluralẽ:qꝛ nec etiã per aliũ poſſet opponi.ſed ma
xime per pluralẽ honeſtum eſt ꝙ nõ opponaꝛ.ꝛ ſic intelligit Ho
ſti.iſtũ tex.nec ob.ꝭ.de accuſa.ſuper his.qꝛ ibi non erat totale ius
cõſecutus.hic ſecus.Sed tunc obſtat qꝛ pluralitas videtur non
poſſe eſſe nõ notoria.ar.ꝭ.de tranſla.prela.c.licẽt.ꝛ ſic debet poſ
ſe opponi:qꝛ ſi crimen cũ infamia poteſt opponi.vt.d.c.accedẽs
fortius debuit poſſe obijci crimen notoriũ.Sol.potes dicere ꝙ
ſi ſumus in caſu in quo habere plura beneficia non ſit crimen,de
quo dixi.ꝭ.tunc ceſſaret obiectio.ſi autẽ ſumus in caſu in quo ſit
crimen.tunc dicas ꝙ Cele[illegible] ex certa ſciẽtiã fecit mandatũ
pro iſto.ꝛ ideo tunc pluralitas in eo non fuit delictũ,ꝛ ideo nõ po
tuit obijci.ꝛ per hoc etiã patet ꝙ reſcriptũ tunc non fuit ſurrepti
tium qđ alias cõtingeret quãdo taceretur beneficiũ quantũcunq
modicũ.de preben.ſi motu ꝓprio.li.vj.niſi motu ꝓprio ex certa
ſcienta fiat collatio.vt ibi ptꝫ.ꝛ ex predictis patere poteſt quali
ter intelligi debeat ꝛ poſſit hec decreta.ꝛ qualiter etiã intelligi
poſſit glo.inquãtum dixit pro noĩe eccleſie poterant opponere:
nam iſtud nõ videꝛ ꝓcedere quãdo ex certa ſcientia fuiſſet facta
collatio.vt hic voluit gl.circa princi.in verſic.ſed hic non ꝓfuit.
et ex predictis etiã patet ꝙ hic poteſt intelligi quãdo iſte Iaco
bus nõdum fuerat adeptus poſſeſſionẽ:poteſt etiam intelligi ꝙ
hic fuerat adeptus.ꝛ hoc in glo.in ver.ꝛ hic tangit.ꝛ tunc clarũ
videtur ꝙ nõ poterat p exceptionem repelli.ex quo iam conſecu
tus erat poſſeſſionẽ.ꝛ ſic nõ petebat illã.vnde tunc ꝓprie non ha
bebat locum hec exceptio.ꝛ maxime nõ poterat opponi p plura
lem.ꝛ p iſta habes declaratam decre.que cõſueuit reputari diffi
cilis ꝛ intricata.ꝛ ſi dareꝛ in punctis difficultateꝫ ingereret eã ha
benti licet p ſuperius dicta ſatis patere poteſt intellectus.

1 ¶ Terminũ ſtatuere poteſt iudex ad ꝓponendas dilatorias.
2 Lapſus termini ad ꝓponendas dilatorias excludit quẽ a facul
tate illas ꝓponendi.
3 Et in quibus caſibus poſt lapſum termini audiatur obijciens
dilatoriam.
4 Nouiter ad notitiã aliquid deueniſſe qualiter ꝓbetur.
5 Terminus an poſſit a iudice ſtatui ad ꝓponendas peremptorias.
6 Exceptionis caſus an habeat locũ in locis peremptorijs.
7 Exceptio declinatoria iudicij an poſſit opponi poſt terminũ da
tum ad dilatorias.
8 Exceptio litis finite an poſſit ꝓponi poſt terminũ datum ad ꝓ
ponendas dilatorias.
9 Terminus ſtatutus a iudice ad ꝓponendas exceptiones in du
bio intelligitur peremptorius.
10 Terminus quãdo eſt datus ad proponendũ exceptionẽ non ſuffi
cit proponere talem exceptionẽ ſaluis oĩbus alijs exceptionibꝰ
mihi cõpetentibus ſed debet illas ſpecificare.
11 Exceptiones cõtrarias proponens an audiri debet.
12 Actio an tollatur p lapſum termini dati ad tollendum exceptio
nem.

a **Paſtoralis.** Iudex *debet ſtatuere terminũ
ad oẽs dilatorias proponẽdas
poſt quẽ excipientem non audiet niſi in tribus caſibus
hic poſitis.h.d.in prima deciſa conſultatio.in ſecunda
ibi:quoniã ponitur reſponſio in qua duo facit.nam pmo ponit
decretũ ꝛ eius cauſam.ſcđo penaꝫ ꝛ tres caſus exceptos.pena ibi
1 in vñ.ita ꝙ.¶†Not.pmo ꝙ iudex poteſt ſtatuere terminũ ad
ꝓponẽdas dilatorias.ꝛ ſic poteſt abbreuiare terminũ iuris ſta
tutũ ad illas opponendas.nam de iure poſſunt ꝓponi vſq ad
terminũ cõteſtatiõis litis.l.ſi quis a duo.ꝛ.l.fi.C.de excep.ꝛ facit
qđ no.ꝭ.eod.exceptionẽ.ꝛ.ꝭ.de re iudica.inter monaſteriũ.ſed qñ
eſt ſtatutus terminus per iudicẽ nõ poterunt ꝓponi poſtea etiã
2 ſi adhuc lis nõ fuit cõteſtata.¶†Itẽ not.ꝙ lapſus termini dati
ad ꝓponẽdas dilatorias excludit quẽ a facultate illas ꝓponẽdi
ꝛ ſic nota ꝙ in dubio talis terminus intelligiꝛ peremptorius etiã
ſi nõ exprimatur.vt colligiꝛ ex tex.iſto.iuncta glo.in ver.ex tũc.
ꝛ no.glo.in cle.ꝭ.de excep.ꝛ Spec.in ti.de dila.§.ꝭ.ver.exceptiões.
3 ¶†Itẽ no.tres caſus in quibus etiã poſt lapſũ termini audiꝛ
obijciẽs dilatoriã ſcꝫ qñ ꝓteſtatio proceſſit.Itẽ qñ ius opponen
di ſupuenit de nouo.Itẽ qñ ſupuenit de nouo notitia exceptio
nis.facit qđ habeꝛ.ꝭ.de offi.deleg.inſinuatẽ.ꝛ de elect.vt circa.li.
vi.¶ Item no.qualiter ꝓbatur nouiter ad notitiã deueniſſe.qꝛ
p iuramentum ipſius hoc alleg.ꝛ ſic no.ꝙ in dependẽtibus a cõ
ſcientia ſtatur ſacramẽto illius de cuius cõſcientia agiꝛ.facit qđ
no.gloſ.§.alie.inſtitu.de acti.ꝛ qđ habetur in.c.ſignificaſti.el.i.ꝭ.
de homi

Ayuntamiento de Madrid

de homi.ſecus dixit in cle cōſtitutionē.de elec.quando dicit ex
ceptionem de nouo ſuperueniſſe:qꝛ illud non probabitis per iu
ramētum.Sed aliter debebit probari per iſtum tex.qui ſolum
ponit de iuramento in vltimo caſu.dicit tñ ibi Pau:ꝙ ſi exce-
ptio non ſuperueniat de nouo,nec etiā eius notitia:ſed ſuper-
uenit de nouo ꝓbandi facultas quā prius nō habebat ꝙ tūc po
terit etiā ꝓbari poſt terminū:⁊ cōſequēter opponere ipſam ex
ceptionē:qꝛ ſcdm nō fuit ſibi imputādum ſi ante non oppoſuit
ex quo videbat ſe non poſſe ꝓbare:qꝛ vt dicit canon.pleriq; bo
ni viri tacent qđ ꝓbare nō poſſunt.ij.q.vij.in.c.pleriq;.⁊ no. ꝙ
quedā eſt dilatoria iudicij ⁊ de hac ꝓprie loquit̃ hic.quedā aūt
dilatoria ſolutiōis.⁊ quid iuris in iſta tāgit hic Inn.de quo di
cetur.j.eo.exceptionē.⁊ tangitur etiam ꝑ legiſtas in.l.exceptio
5 nem.C.de ꝓba.¶ † In gl.j.in ſi.in eo.qđ dicit gl.de excep.excō-
a municationis.Inno.tenet cōtrarium qñ ſtatutus erat termin⁹
a iudice:quia ſm eum poſtea non poterit ꝓponi ſed bene pote
rit ꝓponi poſt terminū de iure quia non fuit terminus a iudi-
ce.⁊ ſic intelligit.c.exceptionē.j.eo.ſed opinio gl.eſt approba-
ta.Ut etiā hodie poſt terminū ſtatutū a iudice poſſit obijci ex-
ceptio excōmunicationis ꝓpter periculū cōmunionis in clemē.
j.de exceptionibus.In eo aūt quod dixit glo.de peremptorijs
eſt aduertendum.quia ſi gl.voluit ꝙ ſi datus eſt terminus ad
ꝓponēdas dilatorias nō noceat quomin⁹ poſtea poſſint oppo
ni perēptorie cū ad illas ꝓponēdas nō fuerit terminus ſtatut⁹
tunc clare ꝓcederet glo.ſed ſi gl.vellet ꝓut ſentire videtur ꝙ lꝫ
poſſit ſtatui terminus a iudice ad proponendas dilatorias, nō
tñ poſſit ſtatui ad proponendas ꝑemptorias tūc videtur male
dicere.⁊ contrarium tenet hic Hoſtien.⁊ Inn.idē Bart.in.l.ij.
ff.de re iud.dicit tamē hoc procedere qñ ex cauſa iudex ſtatuit
terminum ad proponēdas ꝑemptorias abbreuiendo terminū
iuris qui eſt vt poſſit ꝑemptoria opponi quādoq; ante ſenten-
tiam.l.ꝑemptorias.C.ſenten.reſcin.non poſ.⁊ plene notatur.j.
eo.c.exceptionē.ſed ſine cauſa hoc facere non debet per id qđ
habetur in regu.iur.indultum.de reg.iur.lib.vj.⁊ per illū tex.ēt
videtur ꝙ non debet ſine cauſa ſtatuere terminū in dilatorijs.
nā alias ſine eā auferret beneficiū iuris.⁊ ſic ꝑꝫ ꝙ regu. iſtius
tex.etiā habere pōt locū in iſtis ꝑemptorijs.vt ſicut ſtatui pōt
termin⁹ ad proponēdas dilatorias,ſic ⁊ ſtatui pōt ad ꝓponen
das ꝑemptorias.⁊ hec eſt cōis opi.quā ſequitur Spe,in tit. de
exceptionibus.§.dicto.verſi.vtrū aūt.⁊ Pau in preal.cle. cōſti
6 tutionē.de electio.¶ † An aūt caſus exceptionis etiā locū ha-
beant in ꝑemptorijs.conclude ꝙ primus caſus videlꝫ quando
ſit ꝓteſtatio locum habet cum eadē ſit ratio.vt patere poteſt ex
his que habentur in gl.iij.⁊ ſimiliter idem dicas de ſecūdo caſu
quādo de nouo eſt exorta:quia tunc nō eſt imputādum parti.
ſi ante nō oppoſuit de tertio caſu eſt magis dubiū ſi quādo di-
cit nouiter ad eius notitiā ꝑueniſſe.nā Compoſt.in.c. qđ ſicut.
de elec.tenuit ꝙ hoc non habet locum in peremptorijs:quia in
eis hoc nō reperitur.⁊ quia ſtatuitio termini eſt quedā interlo
cutoria.⁊ ſic cum tranſiuerit in rem iudicatā non debet pars au
diri poſt lapſum termini de iure cōmuni.licet beneficio reſtitu
tiōis in integrū interdū poſſit audiri.vt.s.de reſti.in integ.c. co
ram.que reſtitutio nō deberet dari qñ quis vellet opponere ex
ceptionē criminoſam.cū in delictis nō det̃ reſtitutio.l. auxiliū
§.in delictis.ff.de mi.⁊ iſtud etiam videt̃ tenere do.de Rota in
ſua cōclu.xxx.ſed aduerte quia Pau.in.d.cle. conſtitutionem.
tenet ꝙ etiam in ꝑemptorijs habeat locū iſta tertia exceptio.
⁊ multofortius quia ibi eſt maius preiudicium.⁊ ſic cautius eſt
agēdum in electione.vbi periculū.lib.vj.⁊ hoc etiā tenuit Spe.
in dicto.§.dicto verſi.ſed quid ſi datus.⁊ hoc ſatis videtur ꝓce
dere quando quis vellet opponere exceptionem nō criminum
vbi autē vellet opponere exeptionē criminū videtur magis du
bium.tamen Pau.ſentit idem in dicta clemē. cōſtitutionem.⁊
Archidia.xiij.q.ij.in ſumma.⁊ hec opi.videtur verior. vt in. c.
vt circa.de elec.in.vj.licet Compo.aliter dixerit.nec obſt.predi
ctis ꝙ iſte textus videtur exorbitans in vltima exceptiōe inq̃-
tum vult ſtari ſacramēto ipſius allegantis notitiā ſuperueniſ-
ſe.⁊ ſic deberet extendi ad ꝑemptorias.vt dicebat Compoſt.qꝛ
poteſt dici ꝙ nō eſt exorbitans ꝑ id quod dixi in notabilibus.
quia vbi agitur de conſciētia alicuius regulare eſſe videt̃ ꝙ ei⁹
ſacramento ſtetur per ea que habētur in iuribus que allegaui
in notabilibus.⁊ in dilatorijs ꝓcedit vltima exceptio. multo-
fortius ꝓcedere debet in ꝑemptorijs.vbi de maiori preiudicio
agitur:extra caſus autē poſitos in litera,⁊ illū quē addidi poſt
Paulū quando ſuperuenit ꝓbatio videt̃ ꝙ de iure non debet
quis audiri niſi beneficio reſtitutionis ꝑ ea que habentur in di-
cto.c.coram.fateor tamē ꝙ vbi vellet crimina opponere nō de-
beret dari reſtitutio per idqđ ſuperius dixi.⁊ adde etiā inquā-
tum dixi exceptionem excōicationis poſſe quandocunq; propo
ni quia illud eſt verum quādo proponitur in vim dilatorie. ſe-
cus ſi in vim ꝑemptorie:qꝛ tūc nō poſſet opponere poſt lapſū
termini dati ad proponendas ꝑemptorias.nota.Archi. de ex
ceptio.pia.lib.vj.⁊ ꝓ eo eo qđ dixi de ꝑemptorijs.bene facit ꝙ
nota.Jo.mona.⁊ Joā.and.poſt eum in regula. generali.circa
ſi.de reg.iur.in.vj.vbi videtur in effectu idem tenere quod ſupe
rius dixi poſt Pau.⁊ Archidia.de quo etiā in Spe.eo.titu. §.
dicto.verſi.ſi vero.et verſi.ſed pone datus.⁊ intellige qđ poſſet
poſt terminū ꝓponi peremptoriā vel dilatoriā quando ſuper-
uenit notitia de nouo ꝓcedere quādo id qđ excipitur non erat
notoriū vel famoſum.nam alias eſſet preſumptio ſcientie arg.
c.j.de poſtulatio.prela.⁊ ideo non audiret̃ etiam volens iurare
per id quod no.in.c.innotuit.s.ad ſi.de elelectio.⁊.j.de regu.iu
ris.preſumitur.lib.vj.⁊ idem ſi alias ꝓſumatur ſcientia cōtra ex a
cipientē niſi ex aduerſo ex aliq̄bus circūſtantijs tollat̃ illa pre-
ſumptio per id quod notat̃ in.d.c.innotuit.⁊ nota.Paulus in.
7 dicta cle.conſtitutionē.¶ † An aūt poſt terminū datū ad dila-
torias poſſit opponi exceptio declinatoria iudicij. Dubitat h
d.Ant.⁊ videtur inclinare ꝙ ſic etiam extra caſus hic poſitos.
⁊ ideo dicit ꝙ deberet ſtatui tempus ſed terminus ad ꝓponē
dum dilatorias ⁊ decli.potes dicere de iure oppoſitum: qꝛ ap-
pellatione dilatoriarum cōtinetur etiam decli.iudicij tanq̃ il-
lius ſpecies.vt ꝑꝫ ex glo.in.c.exceptionē.j. eodem.⁊ etiam ex
notatis in Speculo in titu.de dilatiōi.§. ij.circa princip. licet
8 cautius ſit exprimere etiā de declinatorijs.¶ † Quid autem de
exceptione litis finite:nunqd poſſit ꝓponi poſt terminum da-
tum ad proponendas dilatorias etiā extra caſus hic poſitos vl
ſaltē in caſibus hic poſitis?tetigit Spe.in tit.de dila. §. item
queritur.⁊ ibi per Jo.and.in addi.vbi concludit ꝙ ꝓponi poſ-
ſunt nō obſtāte lapſu termini ex eo:quia termin⁹ datus eſt ad
ꝓponendas dilatorias.tales autem ſunt ꝑemptorie, licet pri-
uilegiate vt poſſint opponi ad ꝓceſſum ⁊ ad impediēdū litis
cōteſtationē.vt habetur in.c.j.de litis conte.in.vj.⁊ ideo non ex
cludūtur per lapſum talis termini cū in dubio ſtricte debeat in
telligi cū ſit preiudicialis.facit qđ habetur in.l.quicquid aſtrin
gende.ff.de ver.ob.licet aliqui dicant oppoſitum: ſed verior eſt
precedēs opinio ſm Jo.an.quia pena que ſequitur ex lapſu ter
mini nō debeat extendi.Sed potius reſtringi. de peni. diſtin.j.
§.pene.⁊ de reg.iur.in penis.lib.vj.dicit tamen ꝙ ſi quis vellet
tenere ſecundā opinionē deberet dicere illam veram quādo ta-
lis exceptio opponeret̃ ad ꝓceſſum.ſecus ſi in vim perempto-
rie.Et dicit poſſe opponi illam in vim petendo actori ſilentiū
imponi vel ſe abſolui a petitione actoris ꝓpter talem exceptio
nem etiam ante litis conteſta.⁊ ſm eum erit caſus in quo ēt li-
te conteſt.poterit ꝓcedi ad diffinitionē.per id qđ conſueuit no-
tari in dicto.c.j.de lit.cōteſta.lib.vj.dicit tamen ꝙ tutius eſt ꝓ
pter opiniones euitandas ꝙ quādo opponitur ad merita cau-
ſe opponatur poſt litem conteſtatā.⁊ forte etiā iſtud eſt verius
quia non habemus clarū ꝙ hoc caſu poſſit ad diffinitiuam ꝓce
di ante litem conteſt.⁊ ideo ſtandum eſſet regule.de qua.s.vt li.
nō conteſt.qñ ⁊ ꝑ totum.facit etiam quod no. Barto.in.l.j.C.
9 de ordi iudi.¶ † In glo.ij.in fine.Not.bene ex textu coniūcta
glo.ꝙ terminus ſtatutus a iudice ad proponendas exceptiōes
in dubio intelligitur ꝑemptorius.de quo per glo.in cle.j.de ex-
ceptio.⁊ idem dicit do.Anto.in quocunq; termino ſtatuto ex
cauſa a iudice niſi ſit terminus citatorius vel niſi expreſſe repe-
riatur cautū ꝙ requirat̃ qđ ſit terminus ꝑemptorius. facit qđ
habetur in.c.j.s.de ſupplen.negli.prela.⁊.j.de cleri.non reſidē.
ex tue.⁊ in cle.j.de vita ⁊ honeſt.clerico. ¶ Sed aduerte quia
in termino citatorio dicit ꝙ in curia omnis terminus citatori⁹
eſt ꝑemptorius.vt not.in deciſio.Rote.in cōcl.xxx. ſꝫ certe ibi
loquitur de termino citatorio poſt litem cōteſta.⁊ facit qđ no.
Spec.in titu.de cita.§.viſo.verſi.dicunt etiam.vnde potes con
cludere ꝙ ſi eſt terminus citatorius in principio litis. puta ad
reſpondendū libello: tūc videtur ꝙ debeat eſſe trinus vel vn⁹
ꝑemptorius hoc expreſſo ꝑ ea que habentur in.l. ꝓperandum
§.j.C.de iudi.Et idem ſi detur terminus ad ſententiam audiē-
dam.l.tres denuntiationes.C.quomodo ⁊ quādo iudex.⁊.l.ad
ꝑemptoriū.cū ſequen.ff.de iudi.⁊ hoc in ordine iudiciario.nam
in ſummarijs in quibus ſine figura iudicij ꝓceditur ſufficit vni
ca citatio etiam non ꝑemptoria ad ſentētiā audiendam. vt no-
tat glo.in clemen.ſepe.de verbo.ſigni.in alijs autem terminis
citatorijs qui ſunt intermedij inter ꝑncipium cauſe ⁊ finem ſuf
ficit vnicus etiā nō ꝑemptorius:vnde ſufficit quē ſemel citari
ad videndum iurare teſtes. iuxta ea que habentur in.l.ſi quādo
de teſtibus.⁊ notat Jo.and.in.c.conſuluit.de offi.deleg. Bar.
in.l.conſentaneum.C.quomodo ⁊ quando iudex. requiritur ēt
trina citatio vel vnica ꝑemptoria vt poſſit ꝓcedi ad primum ⁊
ſecūdū decretum.vt plene not.per Barto.in. ſi finita.§.ſi plu-
res.⁊§.iul.ff.de dam.infecto.¶ Et nota etiā ꝙ ſi iudex i cita-
tione cōminatur ꝙ niſi compareat procedet ad ſententiā intel-

a ¶ De exce-
ptione exc.
vide h abb.
l.iiij.col.xv.
q̄ro an exce
ptio.excō.⁊
h ꝑ do.Fel.
q in multis
locis huius
c.alle.d.Jo
an. de imo.



Ayuntamiento de Madrid

ligit velle peremptorie citare.l.ad peremptorium.ff.de iudi.ſe-
cus ſi cõminatus fuiſſet ꝙ ꝓcedet iuſtitia mediãte:quia de iuſti
tia eſt qð alie citationes ſequãtur.facit quod notatur in.c.cau-
ſam.s̃.de reſcri.⁊ quod no.per Bar.in.d.§.plures.Jtem p̃dicta
vera niſi iudex admoneat partes preſentes ꝙ debeant tali die
vel hora cõparere ad ſententiã audiendã:ꝗ monitio iudicis fa-
cta partibus p̃ſentibus habet vim ꝑemptorij.vt eſt tex.cũ glo.
in.l.ij.C.quomõ ⁊ qñ iudex ⁊ eſt gl.no.in.d.c.cõſuluit.de offic.
delega.⁊ facit quod no.do.de Rota in ſua concluſio.cccxxix.
10 ¶ † Jn glo.iij.in ſi.no.bene ⁊ diligenter glo.ꝙ quando datus
eſt terminus ad ꝓponendũ exceptionẽ non ſufficit proponere
talem exceptionẽ ſaluis omnibus alijs exceptionibus mihi cõ
petentibus:ꝗ hec generalis ꝓteſtatio nõ iuuat:ſed bene ſpecifi
care illas ⁊ hoc ſatis bene probatur in.l.ſcire oportet.§.ſcire.ff.
de excu tu.⁊ no.Bart.in.l.j.ff.de exce.quod diligenter tene mẽ
11 ti ꝑ practica.¶ † Jn gl.audiatur ibi:ſed in cõtrarijs.ſecus di-
cit do.Ant.ꝙ forte poſſet dici idem in cõtrarijs:ꝗ licitum eſt
reo ꝓponere exceptiones cõtrarias ſaltem alternatiue vel con
ditionaliter.vt ſi dicit ſe ſoluiſſe vel ſaltem tutum exceptione p̃
ſcriptionis.facit ꝙ no.in regu.nullus pluribus.de reg.iu.in.vj.
tamen doc.cõmuniter tranſeunt cũ glo.⁊ videt̃ poſſe ſuſtineri:
quia non poteſt illas ꝓſequi ſimul.⁊ ideo videtur quod non ſit
imputandum:licet poſſit econtra dici ꝙ lȝ nõ poſſit ſimul pro
ſequi ratione cõtrarietatis.tñ ſaltem poſſit illas ꝓponere in-
fra terminũ ſicut etiã cõtingit qñ proponit declina.iuriſditiõis
ratione recuſationis.nam licet illa ſui natura debeat precedere
alias.vt no.in.c.inter monaſterium.j.de re iudi.⁊.s̃.de ꝓbatio.
quoniã tamen etiam debent alie dilatorie ꝓponi.j.terminum.
vt dixit gloſ.iij.⁊ per hoc poſſet etiam defenſari opinio Anto.
12 ¶ Jn ea.gl.ibi actio non perditur.ſi gl.voluit † ꝙ per lapſum
termini dati ad ꝓponendũ exceptionẽ non tollatur actio.ſi eſt
tale factũ ex quo cõpetit exceptio ⁊ actio vt etiam videtur in
exceptione compenſationis.tunc glo.poteſt ꝓcedere:ſed ſi ve-
lit ꝙ ſi datur terminus infra quẽ debeat agere ꝙ poſtea debeat
audiri.Male dicit ſ̃m doc.quia ſi datus fuit terminus ex cau-
ſa nõ audiet̃ poſtea ꝑ id quod habetur in.l.diffamari.C.de in-
ge.ma.⁊ qð no.in.l.j.C.vt nemo inuitus.¶ Jn gl.ſi.in ſi.Hoſ.
in ſumma huius titu.tenuit cõtrarium.ſed forte gl.habuit bo-
num intellectum per id qð dixit in ſi.quia ſi ſciuit factũ ex quo
reſultat exceptio,ſed ignorauit ius:tunc nõ debet audiri:ꝗ nõ
eſt probabilis ignorantia cum nemini liceat ius ignorare.vt di
cit gl.⁊ facit.s̃.de cõſti.c.j.ſecus ſi non habuiſſet notitiam facti
⁊ ignorantia fuiſſet probabilis,ꝗ tũc non deberet audiri per id
quod habetur in tex.iſto.

1 ☞ Recuſari põt iudex nõ ſuſpectus ꝓpter collegã ſuſpectũ.
2 Excõicato ꝑmittit̃ ius excipiẽdi quo ad merita negotij ⁊ etiaȝ
declinatorie ꝯtra ꝑſonã iudicis ⁊ ei ꝑmittit̃ oĩs defenſio.
3 Excõicatus non poteſt reconuenire.
4 Excõicatus põt iurare in his q̃ ſunt oneris ⁊ incõmodi ſȝ non
admittit̃ in his que ſunt honoris ⁊ cõmodi.
5 Excõicatus iniuſte an poſſit excipere ꝙ nõ tenetur r̃ndere niſi
reſtituatur ad cõmunionem hominum.
6 Surreptio in cõtentioſis an vitiet ipſo iure.
7 Judex qui alias erat incompetens efficitur competens ratione
reconuentionis,
8 Exceptionẽ cõpenſationis an poſſit excõicatus opponere.
9 Fideiuſſor excõicati an poſſit cõpenſare debitũ excõicati.
10 Reus neceſſarius quis dicatur.
11 Excõicatus an poſſit appellare extra iudicium.
12 Excõicato an currat tempus eo caſu quo non poteſt agere.

a ¶ Excõica-
tus ideȝ eſt
ſummariuȝ
do.abb.⁊ ſi
q̃ras an ex
cõicat⁹ ꝯpẽ
ſare poſſit
diſtingue vt
ſ̃ ꝑ do.hér.
borch. in
princi.ca.

a **Cum inter.** Excõicatus excipere appel-
lare ⁊ omnẽ ſuam defenſionẽ
facere poteſt:ſed recõuenire nõ poteſt.hoc dicit.⁊ eſt
cõmunis diuiſio cõſultatio ⁊ reſpõſio.ſecunda ibi:in
1 quiſitioni.¶ † Nota iudicem etiã nõ ſuſpectũ poſſe propter ſu
ſpectum collegam recuſari quod videtur ꝓcedere qñ nõ ſuſpe-
ctus non poſſet abſq; ſuſpecto ꝓcedere.vbi eſſet ſimpliciter da
2 tus.facit.s̃.de offi.delega.in.c.cauſam matrimonij.¶ † Jtem
no.ꝙ excõicato nedum permitt̃ ius excipiendi quo ad merita
negotij:ſed etiam declinatorie contra perſonaȝ iudicis.¶ Jtẽ
not.ꝙ omnis defenſio permittit̃ excommunicato ⁊ nota quod
appellatio etiam dicitur defenſio.¶ Jteȝ nota ꝙ taciturnitas
declina.perſone iudicis inductiua pape ad cõcedendum reſcri-
ptum quod alias ex certa ſcientia nõ concederet inducit ſurre-
ptionẽ reſcripti.facit quod habetur.s̃.de reſcri.ſuper literis.⁊
de fo.cõpe.ex parte.b.⁊ vt lite nõ conteſtata accedens.¶ Jtẽ
no.quod in caſibus in quibus excõicatus poteſt eſſe in iudicio
poteſt etiam ſentẽtia ferri ꝓ eo.¶ Jtem no.ꝙ equalitas iudi
cio eſt ſeruanda.facit.l.ſi.C.de fructibus ⁊ lit.expen.¶ Jtẽ no.
ꝙ vbi permittit̃ impugnatio econtra aduerſario debet ꝑmit-
3 ti defenſio ratione equalitatis ſeruande.¶ Jtẽ nota ꝙ † excõ
municatus nõ põt recõuenire.Et not.rationẽ que exprimitur
in litera ex qua nota ꝙ inducta ad vnum finem nõ debẽt trahi
ad cõtrariũ.facit qð habetur in.l.legata inutiliter.ff.de lega.j.
¶ Jn gl.j.ibi:ꝗ quicquid facit quaſi velit ꝙ licet reus quo ad
onus ꝓbandi cenſeat̃ actor,tamẽ ſecus eſt quo ad alia:quia qc-
quid facit tunc ꝓſequẽdo exceptionẽ facit ad ſui defenſionem.
4 ¶ † Jn ea.gl.ibi:ꝙ ad cõmodum.⁊ ſic vult glo.ꝙ poſſit praeſta-
re iuramenta que ſunt oneris ⁊ incõmodi.Sed nõ debet admit
ti ad iurandum ea que eſſent honoris ⁊ cõmodi.ead.glo.xxij.q.
5 v.in.c.paruuli.¶ Jn ea.gl.ibi Joan.dicit ꝙ ſic † ⁊ hec opinio
vera ſi conueniatur ab eo qui iniuſte excõicat vel ad cuius inſtã
tiam excommunicatur.Sed ſi a tertio per id quod habetur
in.c.frequens.de reſtit.ſpo.li.vj.de qua materia in.c.nullus.ij.
6 q.ij.per gl.⁊ Archi.⁊.lxxxiij.diſtin.quiſquis.¶ † Jn gloſſ.ex
certa ſcientia ibi ad audien[illegible] ibi dicit glo.ꝙ ſurreptio in cõ
tentioſis nõ vitiat ipſo iure.licet po[illegible] obijci exceptio ꝙ ſi nõ
fuit oppoſita tenuit ꝓceſſus,⁊ tenuit ſentẽtia ⁊ iputet ſibi pars
que nõ appellauit ſi putabat ſe grauatã.Nã alias videtur acqe
uiſſe ſententie.j.de re iudic.qð ad conſultationem.⁊.l.ab eo.C.
7 quomodo ⁊ qñ iudex.¶ † Jn gl.ſi.ibi.§.ſȝ ſi agant.ibi eſt ratio:
quia ratione reconuentionis eſt iudex cõpetens qui alias non
erat.vt patet in iuribus hic allega.Jdeo ibi admittitur recon-
uentio.Ubi ſimplex conuentio nõ admitteretur:ꝗ reconuen-
tio tollit defectũ incõpetentie ꝓpter eius priuilegium quem
non tollit conuẽtio.ſed hic reconuẽtio tendit ad impugnatio-
nẽ que nõ eſt ꝑmiſſa excõmunicato ſed defenſio ſic.ideo ſec⁹ in
8 recõuentione.¶ † Jn ea.gl.in ſi.nota bene ex glo.ꝙ excõmuni
catus non videtur poſſe opponere exceptionẽ compenſatiõis.
Quidã tamen dicunt ꝙ ſi tenemus opinioneȝ ꝙ compenſatio
fiat ipſo iure tunc videtur competere excõmunicato:quia in ef
fectu non cenſetur obligatus.Si autem tenemus opinionẽ q̃
eſt cõis qð non fiat niſi opponatur.tunc dicit Hoſtien.ꝙ ſi de-
bitum eſt liquidũ ⁊ aduerſarius non contradicit ꝙ compenſa
tio debet admitti per legem ſi.C.de compenſatio.⁊ facit quod
habet̃.j.de depoſito.ca.bona fides.nam ſufficere debet iudici
ſ̃m eum qualitercũq; ſatiſfaciat creditori.l.ſi rem.ff.de pigno.
actio.Si autem aduerſarius contradicat ne fiat cõpenſatio.tũc
adhuc tenet Hoſt.ꝙ poteſt compenſare:quia etiam in compen
ſatione venit ꝙ non poteſt peti.l.etiam.ff.de compẽſa.⁊ quia
etiam excõmunicatus videtur poſſe ſoluere debitum ꝑ idquod
notatur.s̃.de dolo ⁊ contuma.in.c.veritatis.Et ſic eadeȝ ratio
ne compenſare.facit.l.ſi debitor.ff.qui potio.in pign.habeant̃.
Sed Hoſ.tenet cum gl.per.l.amplius.ff.rem ratã haberi.Ubi
ille qui damnatus eſt nõ petere nõ poteſt compenſare:quia vi-
detur petere.⁊ iſtud etiam ſequitur Tancre.Jo.⁊ Uincen.do.
Anto.hic tenet opinio.Hoſtien.ꝙ poſſit cõpenſare:quia oĩs
exceptio reſeruatur excõicato.vt hic videtur innui.ergo etiam
exceptio compenſationis.nec obſtat ꝙ in conſequentiam ſibi
debitum conſequitur quia principaliter agit excipere quod eſt
ſibi permiſſum.⁊ ideo non debet attendi qð in conſequentiam
poteſt euenire.l.j.in ſi.ff.de auto.tuto.⁊ per hoc etiam non ob-
ſtat ꝙ compenſans dicatur impugnare.quia hoc facit indire-
cte.⁊ ꝑ quãdã cõſequentiã nõ p̃ncipalr̃.Jtẽ nõ obſt.l.q̃cũq;.ff.
de cõpen.vbi dicit ꝙ q̃cũq; p̃nt perimi per exceptionẽ nõ p̃nt
cõpenſari:ꝗ illud intelligit̃ qñ p̃nt perimi ꝑ exceptionẽ ꝑem-
ptoriam ſecundum eum.non obſtat etiam dicta.l.amplius.ff.
rem ra.habe.quia ibi in effectu cõpenſans videtur petere inq̃-
tum compenſat:quia intantum dãnificat agentem.inquantum
compenſat qð erat ſibi prohibitum,⁊ ideo non poteſt compen
ſare:ſed hic compenſans formaliter non petit,ſed defendit qð
eſt ſibi ꝑmiſſum.¶ Sed forte defenſari poteſt gloſ.ꝗ ideo vi
cõpetere exceptio compenſationis ex eo ꝗ cõpetit actio per re
gulam illã cui damus actionẽ,multofortius exceptionẽ.l.ini-
tus.§.cui damus.de reg iur.⁊ ideo cum hoc caſu nõ poſſit age-
re.ex quo excõicatus videtur ꝙ eadẽ ratione competat ſibi ex
9 ceptio.⁊ pro hoc etiã faciat ratio dicte.l.q̃cũq;.¶ † An au-
tem fideiuſſor excõicati poſſit compenſare debitũ excommuni-
cati.inſtat hic Jo.an.⁊ finaliter cõcludit ꝙ ſic.ꝗ fideiuſſor po
teſt ſoluere de bonis principalis.l.ſi ꝓcuratorem.§.ſi ignorãtes
ff.mãdati.quod ſatis videtur facere in caſu iſto.⁊ quia exceptio
que obſtat principali eſt perſonalis.⁊ ideo nõ habet obſtare fi-
deiuſſori pretendenti cauſam oneroſam.per id qð habetur in.l.
apud celſum.§.ſi cum legitima.ff.de doli excep.facit quod nota
tur per glo.in.c.j.de iure patro.in.vj.⁊ per Dyn.in regu.is qui
ius.de regu.iur.in.vj.de quo latius hic per Jo.and.⁊ do.Ant.
⁊ cum glo.inquãtum dixit excõmunicatum non poſſe cõpenſa
re etiam hic Jnnocen.hoc tenet.⁊ idẽ etiam tenuit Jac.de are.
⁊ Old.⁊ refert Barto.in.l.amplius.ff.rem ratam hab.⁊ ibi ẽt
in hoc ſequitur Barto.nũquid autem habens exceptionẽ ſi ſu-
per illa

Ayuntamiento de Madrid

per illa imploret officium iudicis.vt imponatur ſilentiũ actori ſm ea que habẽtur in.l.ſi cõtendat.ff.de fideiuſſo.⁊ per Barto. in.l.ſi finita.§.eleganter.ff.de dam.infec.an tunc poterit repelli excõmunicatus videretur ꝙ ſic ex quo ꝓuocat alium ad iudiciũ.contiariũ tenuit hic do.Anto.no.quia licet ſm eum prouocet alium ad iudicium,tamen illud qđ facit,facit vt ſe defendat ⁊ in effectu abſoluatur.⁊ ſic dicit etiã ſentire Fede.de ſenis in ſuo cõſ.cclxxvj.Sȝ forte iſta opi.de iure nõ ꝓcedit:qꝛ nõ põt negari quin tũc volũtarie veniat ad iudiciũ ꝓuocando alium. ⁊ ex quo non fuerat citatus ergo non dȝ audiri:qꝛ dicendus eſt actor ex quo aliũ ꝓuocat ad iudicium.facit.l.in tribus.ff. de iudi.⁊ ideo cũ ſolũ in caſibus expreſſis a iure audiri debeat ⁊ iſte caſus nõ reperiatur expreſſus non videtur hoc ſibi permiſſum ⁊ pro hoc bene facit qđ no.Jo.an.in.c.j.de reſcrip.in.vj.vbi etiã concludit ꝙ licet excõicatus poſſit appellare a ſententia:nõ tamen poterit petere illã pronuntiari nullã.licet videaẽ velle per hoc ſe defendere cõtra ſententiã:quia hoc nõ reperitur expꝛeſſuȝ. ¶ Unde etiã concludit ꝙ ſi fuerit captus nõ poterit dicere capturam nullã:nec poteſt etiã ſi eſt ſpoliatus petere reſtitui ſe: vt eſt glo.ordi.in.c.ex inſinuatione.iuncta cũ tex.ſ.de ꝓc.⁊ eſt glo.ſi.An autẽ poſſit petere reuocari tenutam contra ſe dataȝ: Jac.de are.tenuit ꝙ ſic.qꝛ videtur tũc ſe velle defendere qđ eſt ſibi permiſſum.facit.l.pupillo.§.qꝛ remiſſionẽ.⁊ ibi per eum.ff. de ope.no.nun.Hoſti.tenet contrariũ in.c.dilecto.de verbo.ſigni.de quo etiam in Specu.de contu.§.ſi.ver.ſed pone. Bart. in.d.§.qui re.concordat opinio.quia ſi vult venire principaliter ad ſe defendendum ⁊ purgare cõtumaciã ⁊ in cõſequentiã petit reuocari tenutã:tunc debet audiri qꝛ talis petitio venit in conſequentiã promiſſi.facit qđ habetur in.l.j.ff.de auto.tuto.ſecus ſi principaliter diceret tenutam nullã vel peteret illam reuocari:qꝛ tunc nõ põt ex quo eſt excõicatus per iſtũ tex. quia venit tunc ad impugnandum principaliter.de quo etiã plene dixi in dicto.§.qui remiſſionẽ.⁊ no.bene predicta qꝛ quotidiana ſunt,

10 ¶ † Item aduerte qꝛ inquãtum hic dicitur ꝙ excõicatus põt excipere,limitat Inno.hoc eſſe verum quando eſt reus neceſſa-

a rius:vt qꝛ eſt citatus ad iudicium qđ reddiẽ in inuitum. l.inter ſtipulantem.§.j.de ver.obli.ſecus ſi ſit reus voluntarius: vt qꝛ comparet non vocatus qꝛ tunc ſm eum cenſetur quodammodo actor ex quo voluntarie venit:⁊ ideo non debet audiri ⁊ per hoc videtur ꝙ ſi aliquis petit electionẽ ſuã confirmari.ſi excõicatus compareat ⁊ ſe opponat ꝙ non debet audiri.quod an indiſtincte procedat dicetur.j.eo.dilecti.idẽ ſecundum eum ſi petatur reſtitutio in integrum aduerſus aditionem hereditatis ſm formã auẽ.ſi omnis.C.ſi vt ſe ab here.abſti.ſi nõ eſt noĩatus in iudicio ipſe excõicat⁹ q vult ſe opponere.ſecus ſm eũ ſi eſſet noĩatus:vt qꝛ petereẽ reſtitutio in integrũ aduerſus aditioneȝ. ex eo quia hereditas reperitur multum grauata propter ea q̄ debentur titio.nam tunc titius licet excõicatus poterit comparere ⁊ ſe opponere. ¶ Sed aduerte quia licet nõ nominetur ſpecifice titius,tamen cum citari debeant ſaltẽ p ꝓclama generale creditores ⁊ legatarij per ea que habentur in dicta auẽ. ſi omnes videtur ꝙ ſi titius erat creditor ꝙ ſatis dicatur prouocari ad iudicium cum talis citatio licet generalis etiam eũ cõpꝛehendat ⁊ regulariter tantum debeat operari generalis citatio q̄tum ſpecialis per id quod habetur in.l.omnes.C.de quadri. preſcri.⁊ ſic videẽ ꝙ hoc dictum Inn.nõ ſit ſine dubitatione. ⁊ an procedat de iure,dicam in dicto.c.dilecti. Ex predictis etiã poteſt decidi an ſi pendente litigio inter duos compareat titi⁹ non vocatus pro ſuo intereſſe an debeat audiri ſi ſit excõicatus nam videtur ꝙ nõ per predicta ex quo nõ eſt vocatus.⁊ hoc videtur clarum ſi ſolum qualequale preiudicium ſibi fiebat.ſed ſi plenum preiudicium ſibi fiebat ꝙ eſt in caſibus not.in.c q̄uis ſ.de re iudi.⁊ in.l.ſepe.ff.de re iudic.⁊ facit quod habetur in.l.a ſententia.ff.de appel.vbi eſt exemplũ de qualiquali preiudicio tunc videtur ꝙ deberet audiri : quia videtur trahi inuitus ne ius ſuum pereat.⁊ iſtud videtur hoc ſequi do.Anto.de quo tã-

11 getur in.d.c.dilecti. ¶ † An autem excõicatus poſſit extra iudicium appellare eſt dubium,licet certũ ſit de appellatione iudiciali ꝙ poteſt illam facere videretur ꝙ non qꝛ illa eſt prouocatio ad cauſam.j.de appella.cum ſit romana.⁊ ideo videẽ ſibi ꝓhibita. ⁊ hoc videẽ Inn.hic tenere.contrarium. tenuit in.c. dilecti.de maio.⁊ obe.Joan.an.poſt Joan.mona.in. c.pia.de exceptio.in.vj.cõcordat opi.quia ſi eſt mere extraiudicialis ꝓcedat prima opinio.ſecus ſi nõ ſit neceſſario extraiudicialis vt quãdo appellatur ab executione:quia tunc ꝓcedat ſecũda opinio.⁊ quod dixi de mera extraiudiciali videtur ꝓcedere quãdo ſit a futuro grauamine ex cauſa veriſimili ⁊ probabili.facit.j.đ appella.bone.ſed vbi fieret a preterito grauamine videretur ſecus ex quo inducitur ꝓpter grauamen ad appellandum. ⁊ iſtđ videtur ſequi hic.do.Anto.hic recitat alios tenere cõtra.⁊ finaliter,dicit ꝙ ſi volumus tenere ſecũdã,poteſt dici ꝙ ſpeciale eſt in appellatione.facit quod habetur.j.eo.ſignificauerũt.ſed forte de iure verior eſt opinio ꝙ nõ poſſit appellare ex quo nõ eſt prouocatus ad iudiciũ,imo potius aliũ ꝓuocat.vt in dicto.c.

12 cũ ſit romana. ¶ † Ultimate tãgit hic Inn.an eo caſu quo excõmunicatus non poteſt agere vel non debet audiri currat ſibi tempus ⁊ videtur cõcludere ꝙ vel non currit tempus tanq̄ ſit impeditus.facit.j.de conceſ.preben.quia diuerſitatẽ:vel ſi currat detur reſtitutio.de quo etiam per eum in.c.prudentiã.§.vj. de offi.delega.Sed Hoſtien.hic tenet contrarium.qꝛ ꝓpter culpam ⁊ delictum ſuũ impeditur,ideo nõ debet ſibi ſubueniri. facit quod habetur in.l.papinianus exuli.ff.de minoribus.do mi. Anto.dicit ⁊ ſatis ꝓbabiliter poſſe concordari opinio.qꝛ ſi eſt excõicatus iniuſte:tũc procedit opinio Inno.facit quod dictũ fuit in glo.j.ſi autem iuſte ſit excõicatus:tunc ſi eſt in culpa petendi reſtitutionem tunc currit ſibi tempus. facit quod notaẽ in dicto.c.quia diuerſitatem.ſi vero non eſt in culpa.quia forte vellet petere,ſed non poſſet tunc etiam hoc caſu poteſt procedere opinio Inn.nec obſtat ꝙ delictum non dat cauſam legitimam impediendi curſum temporis vel reſtitutionis:quia delictum vel culpa non eſt immediata cauſa quare nõ poteſt agere vel actum explicare:ſed eſt ipſa excõicatio.vt notatur in ſimili in.d.c.quia diuerſitatem.

1 ☞ Excipiens de permutatione facta cum actore nõ fateẽ per hoc actorem eſſe dominum.

2 Libellus ſi ſit certus in principali licet acceſſoria nõ ſint certificata an ſit admittendus.

3 Libellus an vitietur ſi ꝯcluſio fiat priuſq̄ narratio.

4 Exceptionẽ proponens nõ videẽ fateri intentionem rei. ⁊ nume.20.⁊.21.

5 Permutari non poteſt ſpeciale cũ ſpirituali ſi aliquod temporale acceſſorie accedat.

6 Permutari an poſſit vna eccleſia cum duabus.

7 Cõcedo verbũ in ꝯtu põt notare trãſlationẽ dominij.

8 Dominiũ de preſenti concludere volens debet probare dominium fuiſſe in preterito.

9 Permutationis cõtractus eſt cõtractus bonefidei.

10 Producens inſtrm fateri videẽ oĩa que in inſtrumẽto ꝯtineẽ.

11 Reprobato inſtrumẽto de falſo põt pars ꝓducẽs inſtrm reuocare tacitã cõfeſſionẽ ſurgẽtẽ ex ꝓductione inſtrumenti.

12 Reprobans inſtrumẽtũ de falſo nõ poteſt ſe fundare ex illo.

13 Producens inſtrm nõ põt illud redarguere de falſo ſed ſi ab aduerſario redarguaẽ poterit falſitatẽ illã allegare.⁊ nu.17.

14 Falſitatis exceptio vſq; ad qđ tẽpus debeat opponi.

15 Delictum perſone non debet nocere eccleſie.

16 Proprietas nõ probatur ex poſſeſſione.

18 Repentina ⁊ indeliberata confeſſio non nocet.

19 Uſure an vtroq; iure ſint prohibite.

22 Delictum vnius perſone an noceat eccleſie.

23 Sententia lata ꝓtextu falſarũ ꝓbationũ ſeu inſtrumentoꝝ cenſetur valida donec conſtet de falſitate.

24 Libellus in quo patronus petit eccleſiam cũ pertinentijs an procedat.

25 Producens inſtrumentũ an poſſit illud impugnare.

26 Producens inſtrumentũ ꝓteſtando ꝙ producit ꝓ ea parte q̄ facit pro eo an iuuetur proteſtatione.

27 Sententia q̃ habet relationẽ ad inſtrumenta an valeat.

## Cum venerabilis.

b Si re⁹ b a quo petiẽ res excipiat

1 † de permutatiõe ipſius rei facta cum actore nõ fateẽ per hoc actorem fuiſſe dominuȝ ⁊ exceptio falſi etiam poſt ſententiam poteſt opponi,hoc dicit. Et ſunt due partes principales. Primo ponitur proceſſus narratio.in ſecũda diffinitio.ſcđa ibi intelleximus.prima ſubdiuiditur in tres, quia primo ponit petitionẽ actoris.ſecundo reſponſionem exceptionum ⁊ probationem reorum.tertio replicationem ⁊ probationem actoris.ſecunda ibi:idem.tertia ibi:ad hoc. ¶ Secũda etiam ſubdiuiditur in tres.quia primo ponit motiuum diffinitiõis quoddam ſoluens obſtaculum.ſecũdo diffinit cauſam quo ad ſpiritualia.tertio quo ad temporalia.ſecũda ibi:quia vero.tertia ibi:verum.

2 ¶ † Item nota ꝙ ſufficit libellum eſſe certum in principali.licet acceſſoria non ſint certificata:ſed i genere petantur.de quo in.c.cum accedens.de reſtitutio.ſpolia.⁊ de ordi.cogni.cum dilecti.⁊ in.c.ij.de libel.oblatio.⁊ ibi plene de materia. ¶ Item nota ꝙ appellatione pertinentiarum non videntur comprehendi poſſeſſiones nec econtra.

3 ¶ † Itẽ nota ꝙ licet in libello prius fiat concluſio q̄ narratio non vitiaẽ libellus ex tali prepoſteratione.facit quod habetur.ſ.de reſtit.ſpoliato.literas. ¶ Item nota ꝙ minus prudenter facit reus qui exceptionẽ peremptoriam opponit ante fundatam intentionẽ

a ¶ Re⁹ neceſſari⁹.qs ſit reus neceſſarius vẽ volũtarius vide hic do. Fely.in. vj. colum.poſt Inn.v.q̃ tidie allegaẽ. ⁊ Bald. in marga.i v.bo re⁹. ver. iij.⁊ i addit. ad ſpec.de eta.v.qs citatus.

b ¶ Si reus. nihil iter ſe difert ſũmariũ h ⁊. do. ab.⁊ ſi q̃ras an delictũ ꝑſone in dãnũ eccl'ie vẽ alterius ab eccleſia redũdare debeat. diſtingue vt h ꝑ hen.boych. in prin.



Ayuntamiento de Madrid

4 actoris de quo in.c.de teſtibus.ſ.de teſti.¶†Jtē nota ꝙ ꝓpo
nens exceptionē non intelligit fateri intentionē aduerſarij.ꝛ
preſertim qñ cōditionaliter factum propoſuit.facit qḋ notatur
in.l.ſiquidē.C.de exceptio.ꝛ de materia in regula exceptionem
obijciens.de reg.iur.in.vi.vbi bona gloſ.ꝛ per Barto.in.l.non
vtiq̃.ff.de excep.ꝛ in Spe.de exceptio.§.viſo.verſi.eſt ergo.ꝛ ſe
quen.¶ Jtem no.ꝙ in permutatione eccleſiarum requiritur ꝙ
5 fiat per epiſcopum cum cōſenſu capituli.¶†Jtem nota quod
ſpirituale cum ſpirituali poteſt permutari:ꝛ ſi aliquid hincin
de temporale acceſſione accedat.de quo:in.c.ad queſtiones.j.de
6 rerum pmutatio.¶†Jtem nota ꝙ vna eccleſia poteſt cū dua
bus permutari.ꝛ hoc quādo permutatio fit reſpectu ꝓprieta
tis eccleſiarū.ſꝫ an idē quādo fieret reſpectu tituli:ꝛ ſic nūquid
vnū beneficiū poterit cum pluribus per alium detentis in titu
lum permutari videt dicendum ꝙ ſic.arg.iſtius textus .ꝛ hoc
ſequitur Hoſtien.ꝛ ſic dicit ſe aliquādo vidiſſe.facit quod nota
tur.ſ.de mutu.peti.c.ij.Joan.cald.dicit hoc verū quādo eſſent
beneficia talia que ſimul poſſent de iure tenere.qḋ quādo ſit no
ta..per glo.in.c.gratia.de reſcri.lib.vj.alias ſecus quia tunc ne
ceſſaria eſt diſpenſatio:que velut perſonalis ſi eſt facta vni non
tranſit ad alium.vij.q.j.in.c.petiiti.facit qḋ not.do.de Rota in
ſua coclu.lxxxvi.ꝛ.xxiiij.ꝛ qḋ habet in.c.non poteſt.de preben.
in.vi.¶ Jtem no.de hoc verbo in cambium qꝛ ſignificat idem
qḋ permutatio.¶ Jtem no.ꝙ diuerſitas verborū inter articu
lū ꝛ ꝓbationē,dum tamē idem in effectu ſignificēt nō vitiat ꝓ
bationē.facit qḋ no.j.de verb.ſign.in.c.nihil.nam hic articulus
9 dicebat de permutatione,inſtrumentū de cambio. ¶†Jtē no.
ꝙ verbū cōcedo eſt aptum notare etiam cōtractum habilē ad
tranſlationem dominij.de quo in.l.j.ꝛ.l.ſi.ff.de don. ¶ Jn ver.
ad hoc no.ꝙ ex allegationibus ꝛ ex propoſitis p eum actor po
teſt ſuā intentionē fundare:nec dicitur tunc de domo rei extra
here ꝓbationem.ex quo ſunt in iudicium deducta.¶ Jtē not.
ꝙ ponens cōtractū videt ponere oīa que ſunt de natura contra
8 ctus:ꝛ que requirūtur ab vtraq̃ parte in contractu. ¶ Jtē no.
ꝙ ad cōcludendum dominiū de preſenti ſufficere videtur quod
conſtet quē fuiſſe dominū in preteritum.facit qḋ habetur in.l.
ſiue poſſidetis.C.de ꝓbatio.ꝛ.ſ.de tranſac.preterea qḋ not.gl.
in.l.certum.§.j.ff.de cōfeſ.ꝛ qḋ dixi in.c.ij.de libel.obla.vbi exa
minaui gl.d.l.certū.que aliqualiter videtur facere cōtra predi
9 cta.¶†Jtem not.ꝙ cōtractus permutationis eſt contractus
bonefidei.ex eo qꝛ numeratur inter cōtractus bonefidei.iſtitu.
de act.§.actionū.ꝛ ex hoc no.vnū modū probādi.ſ.ex deſcriptio
ne.ꝛ per hoc dicimus ꝙ quis dicitur notarius ex eo qꝛ reperit
deſcriptus in matricula notarioꝝ.ꝛ ſimiliter bānitus vł ſchola
ris eo qꝛ reperit deſcript⁹ in matricula bānitoꝝ vel ſcolarium.
an tñ hoc ſit verū ſimpliciter ꝙ matricula ꝓbet.dic vt dixi in.l.
ſi.de fi.inſtr.vbi per do.Anto.ꝛ facit ad materiā qḋ habet in.l.
herēnius.ff.de decurio.ꝛ quod habetur in.l.j.ff.de albo ſcribē.
¶ Jtem no.ꝙ.ad ſubſtātiā pmutationis requirit ꝙ permutās
ſit dñs:vel qḋ habeatur loco dñi.¶ Jtem no.ꝙ lꝫ epiſcopi nō
ſint dñi ſed procuratores rerum eccleſie.j.de dona.c.ij.habent
tamen loco dominoꝝ:quo ad poteſtatem permutandi vel alie
nādi.ſeruata tñ forma iuris.ꝛ.c.ſine exceptione.xij.q.ij.nam cen
ſentur habere generalē cum libera.facit qḋ habet.ſ.de electio.
cum vobis olim.¶ Jtem no.ſignum ſubiectionis quo ad tem
poralia qñ videlꝫ ſuperior de rebus eccleſie pro libito volunta
tis diſponit ꝛ illas poſſidet.¶ Jn ver.intelleximus.no.regu
lam ꝙ excipiēs nō fatetur.de quo.ſ.remiſi.¶ Jtē no.ꝙ ex ma
teria articuli nō declarat ꝓbatio dubia.nam licet articulus di
ceret de permutatione facta per epm̄ Sabiñ.tamen ꝓbatio ſim
pliciter facta qḋ quidā epūs pmutauit non intelligit ꝙ fuerit
Sabiñ.facit qḋ habet de ꝓba.in pſentia.ꝛ ibi etiā dictum fuit.
10 ¶†Jtem no ꝙ ꝓducens inſtrumentū videtur fateri contenta
in inſtrumento iuxta limites compꝛehenſi in ipſo inſtrumento
11 non vltra.¶†Jtem no.ꝙ reprobato inſtrumēto de falſo pōt
pars producens inſtrumētū reuocare tacitā confeſſionem ſur
gentem ex productione inſtrumēti.de quo plene tangit hic Jn
no.ꝛ.j.de cenſi.cum olim.ꝛ facit qḋ habet.ſ.titu.j.c.mulieri.
12 ¶†Jtem no.ꝙ reprobans inſtrumentum de falſo nō poteſt ſe
fundare ex illo nec ſuper tacita cōfeſſione ſurgēte ex ꝓductiōe
13 inſtrumēti.¶†Jtem no.ꝙ licet pars producens inſtrumentū
non poſſit illud redarguere de falſo:ſi tamē redarguatur ab ad
14 uerſario poterit etiam ipſe falſitatē illam allegare. ¶†Jtem
no.ꝙ de falſo pōt etiam poſt ſentētiam opponi.Et no.ꝙ ſolū
vſq̃ ad.xx.annos.videtur poſſe opponi de quo dicetur cū glo.
penul.¶ Et nota ꝙ videtur poſſe excipi ſententiam latam eſſe
per falſas probationes etiam non petita reſtitutione.quod vi
detur contra.l.diuus.ff.de re iudi.de quo tangetur cum glo.pe
15 nulti.¶†Jtem no.regulam illam vulgatam ꝙ delictum per
ſone non debet nocere eccleſie.de quo.j.de reg.iur.delictum li

a ¶ Jn gl.ij. ꝯteſtatio re
pētina an ꝑ
iudicet.ꝛ ad
de h.d.ab.i
ij.col.añ ſi.
ver.ꝛ vſ nu
me.12.

bro.vj.ꝛ.ſ.de ordi.cogni.c.ij.¶ Jn.§.qꝛ vero.nota ꝙ epiſcopus
ſuper iure epiſcopali fundat intentionem ſuam de iure cōmuni.
ꝛ ſic ſuper ſubiectione quo ad ſpiritualia:non autē quo ad tem
poralia.intellige niſi quo ad generationē ꝛ gubernationē.x.q.j.
regenda.ꝛ.xvj.q.vij.c.nullus omnino.ꝛ.c.ſeq.Unde poteſt velle
videre rationem adminiſtrationis temporalium a rectoribus ſi
bi ſubiectis.¶ Jtem nota ꝙ ſufficit ſententiam eſſe certam per
ſe vel per relationem ad acta vel per inſtrumētum apud acta ꝓ
ductum.facit quod habetur in.l.ait pretor.§.j.ff.de re iudica.ꝛ.j.
de relig.domi.c.cōſtitutus.Jtem videtur ſi ſit certa per relatio
nem ad inſtrumentum autenticum:etiam ſi non ſit in iudicio ꝓ
ductum.vt hic videtur probari qḋ an procedat inferius tanget.
Jdem tamen ſi eſſet certa per relationem ad dicta teſtium.de q̇
bus appareret in actis.facit quod habetur in.l.iij.C.de ſentētijs
16 que ſine certa.ꝛ quod ibi notatur.¶†Jtem nota ꝙ ex poſſeſſio
ne non probatur proprietas vbi illa principaliter in iudicio de
ducitur.de quo dictum fuit.ſ.de reſtitutione ſpoliatorū.cum ad
ſedem.ꝛ per Barto.in.l.quidam in ſuo.de conditioni.inſtituen.
¶ Jtem nota epiſcopum nō fundare intentionem ſuā in tempo
ralibus.facit quod habetur.j.de religio.do.c.cōſtitutus.¶ Jtē
no.do.Ant.equipallere iuſſus poſſidere ꝛ aliquanto tempore
poſſidere ſed certe iſtud nō ꝓbatur hic ſed potius oppoſitum.
vt patere poteſt inferius.nam hic allegatum fuit epiſcopū Sa
biñ.diutius poſſediſſe eccleſiam.de qua hic in litera ꝛ eius bo
na tñ qꝛ poſtea ſolum fuit probatum ꝙ aliquanto tempore poſ
ſederūt ꝛ nō ꝙ diutius ſuccubuit epiſcopus.vt patet ex litera.
potes etiā notare.vt tangit hic do.Ant.in verſi.intelleximus.
ꝙ licet actor nō poſſit fundare intentionē ex exceptiōe rei.fun
dare tamen poteſt ſup probatione exceptionis:qꝛ ſm eum ꝓ
batio intelligitur eſſe cōmunis ex quo eſt in iudicium deducta
facit.l.§.j.edēda.ꝛ quod ibi notatur.ff.de edendo.ſed ſecundū
eum exceptio eſt propria.ſed certe iſta ratio non videtur bona:
quia ex quo exceptio eſt producta in actis.illa etiam videt eſſe
cōmunis ſicut etiā alia acta.facit quod notat.ſ.de fide inſtru
men.c.j.ꝛ.c.G.perpetuus.Jſte tamen tex.bene facit pro nota
bili inquātum ponderat nedum exceptionē:ſed etiam inſtru
mentum productum ad illa probanda.ꝛ per predicta dicit ꝙ ſi
fiat reſponſio ad poſitiōes factas ſuper exceptiōe ꝙ ex illis po
terit ſe fundare actor.licet non exceptione.ꝛ per hoc dicit ꝙ ho
die videtur inutilis regula exceptionem obijciēs cum hodie cō
muniter de exceptis ꝛ replicatis fiant poſitiones.alleg.qḋ no
tatur in Specu.de exceptio.§.viſo.verſi.eſt igit.ibi tamē Spe
17 cu.hoc non dicit.¶†Jtem potes notare ſm euꝫ ꝙ licet pars
producens inſtrumentum non poſſit illud redarguere de ſlaſo.
poterit tamen iudex ex officio ſupplere ꝛ iurare iuſtitiam ꝑſer
tim vbi vult hoc facere ad cōmodum publicum ꝛ ſe non funda
re ex falſitate.facit quod notauit glo.ſ.de proba.in.c.licet cau
ſam in verbo:aſtrinxerit.ꝛ quod nota.Jnn.j.de cenſibus cum
olim.¶ Potes etiam vltimate notare ſm eū ꝙ vbi iudex ſup
plet ex officio ad cōmodū partis eius officium videt limitari
ad terminos in quibus ſi pars ſe opponeret poſſet opponere.
ꝛ ſic ſolum illo tempore ſupplebit in quo pars admitteretur.
a ¶ Jn glo.ſcḋa ibi huiuſmodi repentina ꝛc.†Nota bene ex gl.
18 quia videtur velle ꝙ repentina conteſtatio non preiudicat.ꝛ ſi
militer repentina ꝛ indeliberata cōfeſſio.facit quod habetur in
c.ex literis.j.de diuor.per gl.ꝛ de hoc vltimo dixi.ſ.de confeſſ.
in.c.fina.ꝛ tangit etiam in.c.cum in poſitionibus.de iureiur.in
vj.¶ Quod autem dicit gl.de repentina litis conteſtatione vi
detur procedere quando coactus eſſet reus vel procurator rei
litem conteſtari repente.non obſtante ꝙ petat deliberatorias
q̄ ſibi non fuerunt late.nam tunc non valet conteſtatio.p id qḋ
habetur in.§.illud.alleg.in gl.ꝛ per id quod notauit gl.notabi
lis in.c.vxor felicis.xvij.q.iiij.ꝛ glo.in clemen.ſepē.de verbo.ſi
gnificatione.vbi concluditur per gloſſ.ꝙ deliberatorie ſunt de
ſubſtantia iudicij ſi petantur.ſi autem nō ſunt petite ꝛ reus ſpō
te ſtatim reſponderet.tunc videtur ꝙ nō vitietur cōteſtatio per
ea que notātur in locis preallegatis.ꝛ nota quia ſm Jnnocen.
ſi conſtet reum reſpondere animo litem conteſtandi.ſiue reſpō
deat excipiendo ſiue negando:ſiue etiam cōfitendo inducitur
conteſtatio.facit quod habetur.ſ.de electiōe.dudum.el.ſecūdo
ꝛ.l.j.C.de litis conteſtatione.ꝛ ſi dicas hoc videtur contra ca
ſum capituli ſecundi.de litis conteſtatione.in.vj.per obiectam
exceptionem non inducitur conteſtatio.potes reſpondere ꝙ il
lud eſt verum in dubio.ſecus quando conſtat qḋ animo liteꝫ cō
teſtandi reſpondet.ꝛ ita videt velle hic Jnnocentius qḋ notā
dum eſt ꝓ limitatione illius.c.licet Bar.aliter loquatur in di
cta.l.prima.C.de litis conteſtatione.ſed nō videt dictū eius be
ne procedere per ea que habentur in dicto capitulo ſecundo.
¶ Jn gl.bonefidei.ibi preſcriptis verbis.ꝛ que de eſtimato ꝓ
ponitur ꝛc.caue qꝛ gl.videt innuere ꝙ actio preſcriptis verbis.ꝛ
etiam actio

Ayuntamiento de Madrid

etiã actio que de eſtimato proponitur ſit bonefidei: ſed veritas eſt φ actio pſcriptis verbis eſt bonefidei:ſolum in duobus caſi bus ſcʒ quando de eſtimato proponitur ꝛ quando ex pmutatio ne datur:vt probetur in.§.actionum,inſtitu.de actio.al's eſt ſtri cti iuri,vt ibi etiam not.per gl. ¶ In ea.gl. ibi hereditatis pe tit.adde etiam actionem ex ſtipulatu que datur pro dote,vt ha betur in.§.fuerat.inſtitu. de actio. ¶ In ea.gl.ibi: niſi ſint ſpe
19 cialiter promiſſe,†iſtud procedit ſm iura ciuilia:ſm que vſure non erãt prohibite:ſecus ſm canones.ĩ.de vſur.q2 in omnibus. quinimo etiam hodie videtur φ de iure ciuili vſure ſunt prohi bite,per id qđ notaᵗ in aut.a d hoc.C.de vſuris,de quo tamẽ di cendũ:vt ibi.ꝛ in.l.i.C.de ſum.trini.per But.ꝛ Bar. hoc tamẽ tene pro certo φ vſure nullo modo poſſunt peti hodie vt vſu re:licet tanq̃ intereſſe qñq̃ poſſint peti ſm not.in.l.ſocium qui
20 in eum.ff.pro ſocio.ꝛ in.c.conqueſtus.ĩ.de vſur. ¶ † In glo.cõ feſſus.in fin.Not.bene ex gl.cautelã ꝛ practicã caute ꝓponendi exceptionẽ:vt non ſimpliciter ꝓponatur exceptio ſed conditio naliter,ꝛ tunc clarũ φ excipiens non videtur fateri intentioneʒ aduerſarij ſi autem ſimpliciter excipiat,tunc etiam ↄcludit glo. φ nõ intelligitur fateri intentionẽ aduerſarij ex eo:q2 verba ex ceptionis poſſunt referri ad merum factũ.Et ſic videtur φ ĩ du bio debeat intelligi in fauoreʒ ipſius excipientis:vt.l. ſi qs intẽ tione.ff.de iudi.Si autem explicite fatereᵗ intentionẽ aduerſa rij:vt q2 peto a te decẽ ex cã mutui:ꝛ tu rñdes fateor φ tu mu tuaſti:ſʒ feciſti poſtea pactũ de nõ petẽdo:tũc ꝑt actor ſe funda re ex cõfeſſione ꝛ ſuccũbet niſi ꝓbet exceptionẽ,p id φ habetur in.c.ꝓterea.ſ.de tranſac.ꝛ no.etiam gl.in.l.exceptionũ.C. de ꝓ ba.φ videtur intelligendum qñ in exceptione poniᵗ aliquid φ ex interuallo eſt ſecutum.nã tunc videntur eẽ diuerſa capitu la ſeparata:ideo poteſt vnũ acceptari quaten⁹ facit contra reũ: ꝛ aliud refutari quatenus facit ꝓ reo.facit qđ habetur in.l.pu blia.§.fi.ff.depoſi.ſecus qñ in exceptione ponitur aliquid φ tẽ pore obligationis dicitur interueniſſe.puta ſi peto a te decẽ q2 ꝓmiſiſti tu rñdes φ verũ eſt ꝓmiſi:ſed ſub conditiõe vel in die. nã tunc videnᵗ eſſe capitula cõnexa:ex quo eodem tpe facta di cuntᵗ:ideo tunc opʒ vtrũq̃ acceptari vel vtrũq̃ repudiari,vt vo luit gl.que fuit additio in.l.ſi quidem.C.de exceptio.ꝛ Bartol. in.l.aurelius.§.idem queſit.de libe.leg.ꝛ hec videnᵗ ꝓcedere ſʒ gl.in.d.l.ſi quidẽ, quando incontinenti ſic reſpondit.ſecus ſi pri mo fateretur ſimpliciter ſe ꝓmiſiſſe ꝛ demum ex interuallo dice ret ſe ſub conditione ꝓmiſiſſe:quia tunc ꝓpter temporis diuer ſitatem cenſentur tunc duo diuerſa capitula:ideo niſi ꝓbet cõ
ditionẽ ſuccumbet:aliqui tñ volunt dicere φ ex quo non reſpõ dit in vnico conſtructu verbo2:ſed in duplici quando dicit cõ fiteor me ꝓmiſiſſe:ſed ſub cõditione φ ꝓiudicat confeſſio rei ni ſi ꝓbet conditionem,ſed gl.voluit contrarium in.d.l.ſi quideʒ.ꝛ etiam Bar.in loco ꝓallega.fateor tamen φ tutius eſt ad opi niones vitandas ſub vnico cõſtructu reſpõdere: puta dicẽdo fa
21 teor φ ꝓmiſi tibi ſub cõditiõe. ¶ † Aduerte tamen q2 lʒ.ſ.di xerim ſimpliciter excipientẽ nõ intelligi confiteri intentionem aduerſarij.hoc clarum qñ excipit ſaluo iure ſuo,ſi autem ſimpli citer exceptionẽ ꝓponat,tunc licet gl.dicat φ non videtur cõfi teri intentionẽ aduerſarij:ꝛ ſic non habet neceſſe probare ſuam exceptionẽ:niſi actor pri⁹ probauerit ſuã intẽtionẽ, tamẽ Dy. tenuit contrariũ in regu.exceptionẽ obijciẽs,ꝛ idem Spe.in ti. de exce.§.viſo.v͛.ſi.eſt igitur.ꝛ ideo ad opi. vitandas cautũ eſſet ſeruare practicam gl.vel q2 illa docet mentiri:vt dicit gl.in.c.ex ceptionem,ſaltem cautum eſſet proteſtari ſeu adijcere illa ver ba ſaluo iure meo. Bar.tamen in.l.non vtiq̃.ff.de exceptio.ni titur concordare opi.q2 ſi actor fatetur exceptionẽ:ſed dicit cõ petere replicationẽ,tunc procedit opi. Dy.ꝛ Specu.ſʒ ſi negat exceptionem:quia illam impugnat ex ea non põt ſe fundare vt de reg.iur.ex eo.lib.vj.ſʒ gl.hic.ꝛ in dicta regula , exceptionem. videntur velle ſimpliciter φ proponens ſimpliciter exceptionẽ nõ videaᵗ fateri intentionẽ aduerſarij:q2 opponit exceptionem ad finem perimendi intentionẽ actoris : ergo illam non dʒ fun dare q2 inducta ad vnũ effectum nõ dñt operari cõtrariũ.ſ.c. ꝓ xi.in fi.ꝛ ideo etiam ſi actor fatetur exceptionem nõ erit ſimpli citer tractandum de replicatione:imo pri⁹ debebit ꝓbare ſuã intentionẽ,ꝛ pro iſta parte videtur caſus hic nõ cauillando.ꝛ in d.regula.exceptionem,ꝛ iſtud etiam ſequitur Bal. in.l. alia.C. de his qui.vt indig.ꝛ hec pars de iure videtur verior ꝑ ꝓdicta.
22 ¶ In glo.licet autem.in fine.No.bene ex gl.φ licet † delictum
a vnius perſone* non noceat eccleſie:tamen qñ eſt delictum colle gij ſeu capituli bñ nocet.de quo plene dictũ fuit in.c.j.ſ. de do lo ꝛ cõtu.ꝛ facit qđ notatur in.c.ij.ſ.de ordi.cog.No.ẽt ex gl.q2 videtur velle φ vbi quis falſauit inſtrumentum,ꝛ illud produ cit in iudicio φ debeat perdere cauſam, per ea que habenᵗ in.c. cũ ex literis.ſ.de reſt.in integ.ille tñ tex.habet varios itellect⁹: vt patet ex nota.ibi per glo.in verb.ex parte veſtra.Bar.tamen in.l.fraudeʒ.§.quoties.ff.de iure fiſci. φ licet ille q falſitatem cõ mittit in actis perdere debeat cauſam,facit quod habetur in.l. olim.ſ.de reſtrip.tamen ſecus eſt quando alias falſauit iſtrumẽ tum qđ produxit,per id qđ habetur in.l.diuus.ff.de re iud.ꝛ ſic videtur φ iſta gl.in hoc non procedat,ſi tamen velles tenere gl. poſſes dicere φ in illa.l.diuus.non fuit petitũ imponi talẽ pe nã.opi.tñ Bar.mitior videtur,ꝛ ſic videtur magis iuri conſona per regulam in penis.de regulis iuris.in.vj. ¶ In gl.penult.in
23 fi.Nota bene ex gloſ.φ † ſententia lata per falſas probationes, ſeu per falſa inſtrumenta quantum ad opinio.interim cenſetur valida donec conſtet de falſitate vbi autem de falſitate cõſtabit: tũc retro apparebit eam nullam fuiſſe,ꝛ ita etiaʒ videtur hic te nere Hoſti.ꝛ pro iſta parte etiam ſatis facit tex.iſte inquantuʒ vult poſſe excipi de falſitate contra ſententiam,ꝛ eodem modo etiam facit.l.q agnitis.ff.de excep.ꝛ facit ẽt qđ habetur in.l.i.ij. ꝛ.iij.C.ſi ex fal.inſtrumen.ſed in contrarium videtur tex.in.l.di uus.ff.de re iudi.vbi videtur velle litera:φ per remedium reſti tutionis in integrum reſcindatur ſententia detecta falſitate,fa cit qđ notatur.ſ. de probatio.l. licet cauſam, ꝛ hoc etiam videᵗ ſequi Spe.in ti.ſ.de executio.§.fina.circa fin.ꝛ gl.in dicta.l.qui agnitis.vbi dicit exceptionem cõpetere,demum petita reſtitu tiõe. Conclude φ ſi ſententia eſt lata per falſum reſcriptum: q2 tunc ſubeſt defectus infundamento iuriſditionis ſententia erit nulla, licet quo ad opinio.donec appareat de falſitate poſſit di ci de falſitate.ĩ.de crimi.fal.c.ij. Aut eſt lata per falſum inſtru mentum procurationis.ꝛ tunc adhuc idem:quia ad ꝓiudiciũ domini ſm veritatem interim eſt nulla.ſ.de procura.in noſtras ꝛ.C.de procura.in.l.licet.Aut lata eſt per falſa inſtrumenta vel per falſas probationes:ꝛ tunc ſi eſt lata contra minorẽ ipſo iu re nulla eſt.C.ſi ex fal.alleg.l.i.ꝛ.ij.Si autem eſt lata contra ma ioreʒ: tunc ſi lata dolo preſentis ꝛ doloſe falſas probationes ꝓ ducentis cõtra abſentem:ꝛ tunc adhuc eſt nulla ipſo iure.l.ſi ꝓ tor.§.macellus.ff.de iudicijs,ſm vnum intellectum. Si autem ſit lata ſine dolo preſentis vel etiam cum dolo contra preſenteʒ, tũc ſunt opinio.quia aliqui dicunt φ eſt nulla quantum ad ve ritatem,vt voluit hic gl.ꝛ idem Spe.de ſent.prola.§.fin.ver.itẽ opponere quod eſt lata ꝛ ſe. Alij vero tenent φ eſt aliqua ſʒ ve nit reſcindenda beneficio reſtitutionis in integrũ. vt voluit gl. in dicta.l.qui agnitis,ꝛ Spec.in tit.de execu.ſenten.§.fi.circa fi nẽ.ꝛ videtur caſus in.d.l.diuus.Bar.in.l.diuus.ff.de re iudica. ꝛ etiã in dicta.l.qui agnitis,tenet φ duplex poterit eſſe via vna vt opponatur exceptio vel replicatio alia autem vt petatur re ſtitutio in integrum,de prima dicit probari per id quod hic ff. ꝛ dicta.l.qui agnitis,de ſecunda dicit probari in.d.l.diuus.ꝛ fa cit qđ no.gl.in.d.l.ij.ꝛ.l.fina.C.ſi ex fal.inſtrumen.ꝛ eſt differen tia inter vias predictas:q2 quando quis opponit exceptionem ſolum conſequitur effectum repulſionis:ꝛ ideo ſi cõtingeret de nouo agi ꝛ probari debitum per veras probationes cõdẽnabiᵗ reus lʒ prius fuerit conſecutus repulſionem actoris agentis ex ſnia lata per falſas probationes:ſed vbi petita eſſet reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam potuiſſet reus petere ſe abſolui diffinitiue:ꝛ ſic deberet abſolui ſi probata eſt falſitas probatio num:ꝛ actor aliter non probauit intentionem ſuam:ꝛ ſi feratur abſolutoria pro reo que tranſeat in rem iudicatam non poterit poſtea conueniri pretextu probatiõis poſtea repetere.l.ſub ſpe cie.C.de re iudi.ꝛ ſic plenius ſubuenit remedium reſtitutionis quã remediũ exceptionis,ꝛ ideo non excluditur per reme dium exceptionis,ꝑ id qđ notaᵗ i.l.i prouinciali.ff.de ope. noui nun. ꝛ in.l.in cae.el.ij.ff.de minori.ꝛ.C.ſi aduer.rem iudica.l.fin.videᵗ dicere Bar.de replicatione quando ſententia abſolutoria eſſet lata pro reo per falſas probationes q2 ſi excipiatur contra acto rem de ſentẽtia poterit replicare φ lata fuit per falſas probatio nes ad finẽ repellẽdi exceptionem predictam, ſʒ ſi vult plenius ſibi prouidere dʒ petere reſtitutionem inintegrum ꝛ facere reuʒ condemnari. Joan.an.hic:quo ad quedam videtur cõcordare cũ Barto.ſed non per omnia.nam dicit φ quando ſententia eſt la ta per falſas ꝓbationes φ non poteſt agi criminaliter ſeu fieri accuſatio criminis,ꝛ iſta via durat vſq̃ ad.xx.annos.l.querela. C.de fal. ¶ Item poteſt agi ciuiliter actione in factũ ad inter eſſe.l.qui nomine.ff.de falſis.ꝛ hec via durat vſq̃ ad.xxx.annos per.l.ſicut.ꝛ.l.omnes.ff.de preſcrip.xxx.an. Itẽ poteſt peti reſti tutio in integrum:ꝛ tunc debet peti infra quadrienniũ.l.fi.C. de temp.reſti.integ.ꝛ qđ habeᵗ in clemen.ſ.de reſtitu.in integr. ¶ Item poteſt excipi.ꝛ hec via durat perpetuo per.l.pure.§.fi na.ff.de doli exceptio.facit quod notatur in dicta.l.querela.de fal.nec obſt.iſte tex.qui videtur velle quod ſolum vſq̃ ad.xx.an nos poſſit excipi:quia habuit reſpectum ad.l.querelam.que ta m͛n non loquitur in exceptione ſed in accuſatione,ꝛ ſic videtur φ nõ bñ fuerit motus autor in hac parte:ſi autem ꝑ viã replica tionis velit venire:ꝛ quia ſententia fuerit abſolutoria lata per

a ¶ Delictũ vnius pſo ne.vid.d.io an.an. in.c. delictuʒ.de reg.iur. lib. vj.in mercu ria.

Ayuntamiento de Madrid

falſas pꝛobationes.tunc diſcrepat Joan.and. a Bart.Nam di
cit:ꝙ ſi replicans repetit ius illud pꝛincipale ſuper quo lata eſt
ſententia:⁊ tunc non poteſt replicare ſine reſtitutione:qꝛ ſibi vi
detur imputandũ ſi non petijt ſe reſtitui aduerſus ſniam q̃ ex
cludebat ius ꝙ ṗncipaliter ĩ iudiciũ deducit:puta ſi ago rei vẽ
dicatione tu excipies contra me de ſnĩa lata ꝑ falſas ꝓbatiões
nã tunc non audioꝛ niſi petam reſtitui ad ius replicandi: ſecus
dicit ſi ſnĩa non eſt lata ſuper iure ꝙ agendo pꝛincipaliter dedu
cit in iudiciũ.nã tunc admittitur replicatio ſine reſtitutione.ex
emplũ ſi petam electionem tuam caſſari ꝓpter aliquod crimen.
tu excipies ꝙ a dicto crimine fuiſti abſolutus:ego replico ſniaꝫ
illam latam fuiſſe per falſos teſtes:certe tunc debeo andiri ſine
reſtitutione:qꝛ ſnĩa nõ fuit lata ſuper eo de quo modo ṗncipali
ter agit̃. ⁊ ſic reſidet etiã do.Ant.hic:ſed certe non video bonaꝫ
rationem diuerſitatis:quare non poſſit actoꝛ replicare de falſi
tate ſine reſtitutione:etiam quando deducitur pꝛincipaliter ĩ iu
dicium id ſuper quo ſnĩa fuit lata: ſicut ⁊ poteſt reus excipere
ſine reſtitutione petita.nã eadẽ ratione videret̃ qḋ deberet im
putari reo: quare nõ petijt ſe reſtitui cũ poſſet aduerſus ſniam:
⁊ qꝛ actoꝛ in replicatione cenſetur reus ⁊ in effectu excipiẽs.per
id qḋ habetur in.l.ij.§.ſi.ff.de excep.⁊ ſicverioꝛ videtur opi.bar
to.ſi teneamus ꝙ exceptio cõpetat reo ſine reſtitutione:qꝛ eadẽ
rõne debebit cõpetere replicatio ſine reſtitutione. ❡ Aduerte
tñ qꝛ de iure videtur ꝙ ſi dicimus ſententiam latam per falſas
ꝓbatiões eſſe aliquam:⁊ tranſiuiſſe in rem iudicatam:nõ video
qḋ contra illam poſſit excipi non petita reſtitutione:nec ſimili
ter replicari:quia ex quo aliqua eſt ⁊ non eſt appellatum habe
tur interim pꝛo veritate.l.j.ff.de re indi.⁊ ſic claudit os volenti
opponere vel replicare:⁊ ideo videtur ꝙ de iure verioꝛ ſit opin.
ꝙ demum poſſit excipi vel replicari petita reſtitutione in inte
grum,pꝛout voluit glo.in.d.l.qui agnitis.⁊ in.l.ij.⁊.l.fin.C.ſi ex
fal.inſtramen.nec obſtat.d.l.qui agentis:inquantum velle vide
tur poſſe obijci exceptionẽ contra ſententiam latã ꝑ falſas ꝓba
tiones:qꝛ debet intelligi petita pꝛius reſtitutione,per id qḋ ha
betur in.d.l.diuus.⁊ in.l.necnon exceptio,cuꝫ ibi notatis.ff.ex
quibus cau.maioꝛes.⁊.l.exceptiones.§.ſi.ff.de exceptio.⁊ ſic ẽt
intelligit ibi gl.non obſt.etiam iſte tex.quia debet intelligi ẜm
pꝛedicta vnde videtur ꝙ alterum de duobus debeamus tenere
vel ꝙ ſententia ſit nulla in rei veritate.ſed quo ad opi. interim
cenſeatur aliqua donec doctum fuerit de falſitate:ꝙ ſi ſit aliqua
ꝙ omnino neceſſaria ſit reſtitutio. ad hoc vt poſſit excipi vl̃ re
plicari,⁊ ſi vis tenere ꝙ ſit nulla,multũ facit tex.non cauillãdo.
in.l.ij.⁊.l.fina.C.ſi ex fal.inſtrum.⁊ ad.l.diuus , poſſet dici ꝙ nõ
debet intelligi ꝙ reſtitutio in integrum ad finẽ reſcindendi ſen
tentiam ſit neceſſaria:ſed ꝙ ſit reſtitutio in integrum,hoc eſt ꝙ
reponuntur omnia in pꝛiſtinum ſtatum:vt ſi foꝛte aliquid ſit ſo
lutum pꝛetextu talis ſententie late per falſas pꝛobationes de
bet reddi,⁊ foꝛte poſſet dici ſuſtinendo hũc tex. ꝙ ſolum vſque
ad.xx.an.poterit excipi nec obſtat.l.pure.§.ſi.ff.de doli exce. qꝛ
intelligitur ꝙ exceptio ſit perpetua:niſi aliḋ reperiat̃ in iure ex
pꝛeſſum.facit qḋ habetur in aut̃.hanc autem querelaꝫ.C.de nõ
nume.pe.fateoꝛ tamen ꝙ de iure ciuili non reperit̃ limitata hec
exceptio ad tempus.xx.annoꝛum,ſꝫ ex quo non habemus exṗſ
ſe contrarium.⁊ habemus hic expꝛeſſum videtur ꝙ ſtanduꝫ ſit
huic tex.per id qḋ habetur in.c.licet.s̃.de foꝛo cõpeten.An au
tem ſi intentetur accuſatio criminalis conſequi debeat accuſãs
retractationẽ ſnĩe,videtur ꝙ non:cum ad hoc non videatur age
re:ſed vt puniat̃ conuentus de falſo,⁊ facit qḋ no.Jnno.in.c.li
cet cauſam,de pꝛoba.❡ Jn contrarium videtur facere hic tex.
foꝛte poſſet dici ꝙ iudex incidenter poſſit illam retractare,ꝑ id
qḋ habetur in ſimili in.l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.vbi iu
dex aditus ſuper accuſatione criminali furti incidenter facit rẽ
reſtitui.facit qḋ habetur in ſimili in.d.c.licet.❡ Extra gl.tãgit
24 Jnn.hic de iſta petitione,peto † eccleſiam cũ poſſeſſionibus ⁊
pertinentijs an pꝛocedat ſi petens ſolum ſit patronus , ⁊ videt̃
inclinare ꝙ ſic: quia ſi eſt patronus eccleſiaſticus videtur ꝑ hoc
petere ius patronatus ⁊ rationeꝫ ſibi reddi de tempoꝛalibus ſi
eſt laicus ſolum videtur petere ius patronatus,ſed certe vt vo
luit hic Hoſti.non videtur bene adaptari quando agens ſolum
eſt patronus:qꝛ tũc nõ debet petere eccleſiam cum poſſeſſioni
bus ſed petere ſe pꝛonuntiari patronũ:⁊ ſibi reddi rationem de
tempoꝛalibꝰ ſi eſt patronus eccleſiaſticus, ⁊ ideo tutius eſt nõ
vti tunc foꝛma libelli de qua in litera.❡ Tangit etiam hic Jn
25 nõ. an ꝓducẽs †inſtrumentũ poſſit illud impugnare: ⁊ in effe
ctu videtur concludere ꝙ poteſt dicere ꝙ non facit ꝓ aduerſa
rio,ꝑ id qḋ hic habetur:ſꝫ ſi al's velit impugnare videtur cõclu
dere ꝙ ſi aduerſarius impugnauit:ꝙ tunc iſto caſu ẽt poterit ꝓ
ducens illud impugnare:quaſi aperta ſit ſibi via ꝑ aduerſarius,
facit.l.poſt moꝛtẽ.§.fin.ff.de contratabu.⁊.C.de tempo.in inte
grũ reſti.l.petende,facit etiam qḋ habetur.s̃.tit.j.c.mulier.nã ꝫ
ex quo lata eſt ſententia pꝛo aduerſario contra iſtud iſtrumẽtũ
videtur ꝙ non habeat amodo pꝛeiudicare ꝓducenti:ſi auteꝫ ve
lit ipſe ꝓducens impugnare:tunc videtur velle ꝙ nõ poſſit,per
id quod habetur in.c.imputari,de fide inſtr.⁊ in.c.cũ olim.j̃.de
cenſi.videt̃ tamen velle ꝙ ſi iudici conſtet inſtrumẽtũ eſſe falſuꝫ
ꝙ non per hoc condemnabitur ne alias ferat iniquam ſentẽtiã
⁊ hoc ſi ignoꝛanter pꝛoduxit:ſecus ſi ſcienter qꝛ tunc cõdemna
bit̃ nõ tamen ex iuribus inſtrumenti cum illud appareat falſuꝫ
ſed etiam in penam ꝓducentis falſuꝫ inſtrumẽtũ,ꝑ id ꝙ habet̃
in.c.tum ex literis,de reſtitu.in integrum.eſt tamen ſpeciale in
eccleſia:ꝙ ſcientia vel delictum pꝛelati aut ꝓcuratoꝛis ei nõ no
ceat vt hic dicit,ſed aduerte qꝛ contra Jnnoc.vident̃ caſus in.l.
poſt legatũ.ff.de his q.vt indi.vbi ꝓducens inſtrumentum põt
poſtea illud dicere falſum vel minus ſolẽne:qꝛ nõ eſt in poteſta
te ſua facere ꝙ inſtrumentũ falſum ſit validum:nec ſimiliter qḋ
minus ſolenne ſit ideo de hoc videtur melius dicendũ,vt nota.
per Bar.❡ An autẽ repꝛobato inſtrumento poſſit aduerſariꝰ
ſe fundare ex cõfeſſione que ſurgit ex pꝛoductione inſtrumenti
tangit hic Jnno.⁊ in.c.cum olim.j̃.de cenſi.⁊ concludit ꝙ non
ſi vult ſe fundare ex confeſſione tacita reſultante ex pꝛoductiõe
inſtrumenti idem ſi ſit confeſſio expꝛeſſa coherens inſtrumẽto:
vt qꝛ confitetur contenta in inſtrumento:ſecus ſi eſſet ↄfeſſio de
per ſe non coherens inſtrumento:vt qꝛ confitetur aliquid quod
continetur in inſtrumento non facta mentione de inſtrumẽto.
nam tunc illa pꝛeiudicabit:ex quo per ſe ſtat ſecus qñ per ſe nõ
ſtat:ſed habet relationẽ ad inſtrumentũ: qꝛ tunc repꝛobato in
ſtrumento tanq̃ fundamẽto intelligũtur omnia cõfeſſata,facit
qḋ habetur.s̃.de fide inſtru.c.inter dilectos.§.ceterum, qḋ dicit
eſſe verum quando inſtrumentũ eſt repꝛobatum quia falſum:ſe
cus ſi ex eo qꝛ non ſit ſolenne:qꝛ tunc inſtrumentũ hꝫ ſaltẽ ṗnci
pium veritatis non nocebit confeſſio:etiã coherens inſtrumen
to ⁊ ſic etiã tranſit hic do.An.Bar.tamen ſentit oppoſitum in
d.l.poſt legatum,qꝛ ẜm eum non intelligitur fateri: niſi quate
nus inſtr̃m pꝛobet,⁊ ẜm eum videtur caſus in.d.l.poſt legatuꝫ
26 inquantum ibi parificatur falſum ⁊ non ſolenne.❡ † An aũt ſi
pꝛoduco inſtrumẽtũ pꝛoteſtando ꝙ ꝓduco in ea parte que pꝛo
me facit iuuet pꝛoteſtatio dicunt dñi de Rota ſua cõcluſione
cclxxvj. ꝙ ſic ſi eſt cõfectum ad petitionem ſolius aduerſarij,pu
ta iuramentum appellationis eius:qꝛ ſcriptum in illo mihi ꝑiu
dicat:ſꝫ ſi eſſet cõfectum ad mei petitionẽ:qꝛ teneoꝛ ſtare tũc ta
li inſtr̃o ſi ipſum ꝓduco nõ ꝓdeſt mihi talis ꝓteſtatio, facit qḋ
no.j̃.de cenſi.olim,vbi tangit an teſtem appꝛobatum in vna cã
poſſim in alia repꝛobare:⁊ an ſi appꝛobaui perſonam vnius in
vno officio poſſim in alio repꝛobare:⁊ qꝛ clare loquit̃ dic vt hic
27 per eum.❡ Vltimo tangit hic Jnno.an quando † ſnĩa hꝫ rela
tionẽ ad inſtrumẽta valeat,⁊ cõcludit ꝙ ſi ſunt ꝓducta in actis
valeat ſi non ſunt pꝛoducta in actis.tunc ſi ſnĩa referat ſe in ex
ceptione ad ipſa inſtrumẽta ẽt non pꝛoducta poterit teneri.per
iſtuꝫ tex.vt ſi condemnat ⁊ adiudicat ius ep̃ale exceptis certis
capitulis de quibus nõ plene ſibi cõſtet.nã poteſt tũc dicere qḋ
adiudicat exceptis illis,de qbꝰ nõ appareret per aut̃.inſtr̃a,ſed
ſi ſnĩa in eo qḋ ṗncipaliter refert ſe ad inſtrumenta non pꝛodu
cta in actis:tũc non valeret ex quo per acta non certificaret̃,fa
cit qḋ no.in.l.ij.⁊.iij.C.de ſenten.que ſine certa quantita.⁊.l.ait
p̃toꝛ.§.j.ff.de re iud.Et tangit hic do.Ant. an valeat ſnĩa qñ iu
dex dicit pꝛonuntio ẜꝫ foꝛmam cõſilij:nec aliter abſoluit vel cõ
dẽnat an valeat.de quo per Joan.an.in additio.Specul.in tit.
de excep.§.viſo.verſi.poꝛro.vbi tenet ꝙ interlocutoꝛia tenet: ſꝫ
non in diffinitiua que debeat ferri deſcripta recitatione.c.ſi. de
re iudic.in.vj.ſed Jaco.de are.in.l.j.C.ſi aduer.liber.⁊ Butri.in
l.ſi.C.vbi ⁊ apud quos,tenet idem in diffinitiua: qꝛ cenſetur in
effectu condemnaſſe vel abſoluiſſe,pꝛout dicit conſilium,⁊ iſtud
videtur ſequi hic do.Ant.⁊ mihi etiam placet,de quo plene di
xi in.l.j.§.ſi quis.de ver.ob. ❡ Jtem attende qꝛ Bar.in.l. poſt
legatum.ff.tractauit tria dubia.Pꝛimũ eſt an ille q pꝛoduxit in
ſtrumentum aliquo caſu poſſit illud impugnare. Secundo an
ſi aliquis impugnauit inſtrumẽtum aliquo caſu poſſit ſe ex illo
fundare.⁊ in aliquibus videtur diſcrepare a dictis Jnno. hic ⁊
in.c.cum olim.j̃.de cenſi.ꝓut patere voluit intelligenti.Tertio
tractat nota.an expoſitione negata aliquo caſu quis poſſit ſe iu
uare,de quibus dic vt ibi per eum,tractat etiam hic Joan. an.
poſt Jnno.⁊ Hoſt.quale ius habeat ep̃s in eccleſia non patro
nata vel collegiata aut ſita in alterius parochia,de quibus dic
vt hic per eum:quia clare loquitur ⁊ nota etiam ꝙ licet reus nõ
pꝛobet exceptionem:tamen non obtinet actoꝛ ſi nõ pꝛobat ſuã
intentionem,facit quod not.in.l.circa.ff.de pꝛobatio.

1 ❡ Exceptionem pꝛoponens ⁊ illam pꝛobare ſe offerẽs ſi nõ
admittitur eo ipſo inſtificata eſt appellatio.

2 Diete que fiunt per terram quando ſunt diuerſe a dietis q̃ fiũt
per aquam que magis attendi debeant.

Olim.

Ayuntamiento de Madrid

1 Olim. Qui ꝓpter exceptionẽ[a] nõ admiſſam ap-
pellat corã iudice appellationis probare
debet exceptionẽ eſſe veram.h.d. Et primo appellã
tis querelaʒ, ſcdo ꝓuiſio ibi diſcretiõi veſtre. ¶ No.
ꝙ de iure iſto coram delegato a ſede apoſtolica non poterat tra
hi vltra duas dietas, ⁊ no. ꝙ attendebatur locus tractus nõ au-
tẽ cõmiſſionis, hodie vero ſecus in decre. ſtatutum. §. cũ autẽ, ⁊
§. nullo. de reſcrip. in. vi. ¶ Item no. practicã appellandi qñ ꝓ-
ponitur legitime exceptio ꝙ q̄ demũ appellari debet qñ nõ ad
mittitur, ⁊ ſic a nõ admiſſione exceptionis, facit qd no. s. de te-
ſti. ex parte. ¶ Itẽ no. ꝙ ex ſolo obiectu exceptionis ⁊ eius nõ
admiſſione non videt̃ iuſtificari appellatio niſi aliter veritas ei⁹
corã iudice ad quẽ ꝓbet̃, de quo in. c. interpoſita. de app. ⁊ in. c.
ex ꝑte, de teſti. ¶ Itẽ no. ꝙ iuſtificata appellatione ꝓpt̃ decli-
natoriam non admiſſam offiñ iudicis videt̃ eſſe in ſuperſedẽdo
ꝓceſſu nõ autẽ in cognoſcẽdo de ꝓncipali de quo etiam in glo.
¶ In gl. i. in fin. hodie debet attendi locus commiſſionis non
autẽ locus tract⁹: vt dixi in nota. ⁊ qd hic dicitur de duob⁹ die-
tis hodie redactum eſt ad vnã ſeruata diſtinctione que habet̃. j.
in. c. ſtatutũ. §. j. ⁊. ij. de reſcrip. in. vj. ¶ In gl. ij. in ſi. ⁊ ſic ptʒ qd
1 vbi quis opponit† exceptionẽ ⁊ offert ſe illã ꝓbare ꝙ ſi non ad-
mittit̃ eoipſo iuſtificata eſt appellatio ſi appellatur: ⁊ coram iu-
dice appellationis ad iuſtificandũ appellationẽ non erit neceſ-
ſe docere de veritate cauſe grauaminis, de q̄ dic vt plene dictuʒ
fuit in. c. ex parte ade. s. de teſt. ſi autẽ ſolũ oppoſuit exceptionẽ
⁊ nõ obtulit ſe ꝓbaturum: tũc debet ꝓbare corã iudice appella-
tionis veritatẽ cauſe appellationis ſaluo niſi d illa conſtaret ꝑ
cõfeſſionẽ aduerſarij vel alio mõ: vt voluit gl. ¶ In gl. ſi. in fin.
b Hoſti. dat alias ſolutiones.[b] ſʒ finalr̃ tenet cũ gl. q̄ ille videnẽ
diuinare, ſed Pe. ⁊ Ab. dicunt: ꝙ hic loquitur qñ oppoſita fuit
exceptio ꝓpter quã ſi erat vera iudex debebat ſupſedere, ⁊ ideo
ſi non admiſit ⁊ appelletur ꝓbata veritate cauſe corã iudice ap.
debebit iudex appel. ſuperſedere: q̄ debebit facere id qd debuiſ
ſet iudex cauſe ꝓncipalis: ſecus quãdo ꝓpoſita fuit exceptio ꝓ
pter quã iudex non tenebatur ſuperſedere: q̄ tunc iudex cauſe
ꝓncipalis ſi nõ ꝓbetur veritas grauaminis debebit cognoſcere
de ꝓncipali negotio ꝑ. c. vt debitus. j. de app. contra tamen iſtã
ſolutionẽ videtur tex. in. c. ex parte. M. j. de app. vbi iudex ap-
pel. cognoſcit de ꝓncipali: licet exceptio oppoſita fuiſſet talis
ꝙ iudex coram quo opponebatur debebat ſuperſedere ſi vera eſ
ſet: ſed reſpondent aliqui. ⁊ illos videt̃ ſequi do. Ant. ꝙ illd eſt
ex vi mãdati pape. ſed certe iſta videtur diuinare ⁊ violare illuʒ
tex. vnde potes dicere ꝙ ſi eadẽ eſt ratio in iudice ap. vt debeat
ſuperſedere que eſſet in iudice ꝓncipalis cauſe: ⁊ tũc deberet ſu
perſedere: vbi autẽ non eſſet eadem ratio: ⁊ tunc videt̃ ſecus, exẽ
plum ſi in caſu decretalis non traheret̃ pars corã iudice appel-
lationis vltra duas dietas: ſʒ bene trahebat̃ corã iudice ꝓncipa
2 lis cauſe. ¶ Ultimo ſcias ꝙ tractat hic Jo. an.† quando diuer-
ſe ſunt diete ꝑ terrã a dietis que fiunt per aquam ⁊ que ſint ma
gis attendende, ⁊ ſic que via debeat magis attendi an via terre
ſtris an via que ſit per aquã, ⁊ cõcludit ꝙ illa que magis frequẽ
tat̃: ꝑ id qd habet̃ in. l. cũ delanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtru.
⁊ in. l. j. circa ꝓn. ff. de ſiumi. Idem tenuit Bar. in. l. j. ff. ſi qs can.
vbi addit hoc verũ qñ ſumus in materia itinerandi: ſi autem de
alia materia tractaret̃. puta ꝙ non poſſit eſſe officialis in loco:
niſi diſtet tantum. tunc dicit ꝙ recta via per aerẽ fieri poſſit di-
numeratio, ⁊ ſic non ſimpliciter attendetur via ꝑ quã itinerat̃, ⁊
ſic dicit fuiſſe declaratũ ꝑ quandam extrauagantem.

1 ☞ Electio p̄lati quandoqꝫ ſpectat ad aliud collegium quã ad
collegium ꝓprie eccleſie.
2 Periuriũ nõ repellit a defendẽdo nec ſimiliter excõmunicatio.
3 Criminoſus quilibet excepto excõicato admittit̃ ad agenduʒ ⁊
ad accuſandum ſi ſuam vel ſuorum ꝓſequitur iniuriam.
4 Exceptio an ⁊ quando tollatur ꝑ replicationem.
5 Reus voluntarius repellitur ꝑ exceptionem excõmunicatiõis
ſecus in neceſſario.

Dilecti. Per exceptionẽ excommunicatiõis
vel ꝑiurij nõ debet quis ab eccleſie de
fenſione repelli. h.d. Et ꝓmo ponit appellantis peti
tionẽ, ſecũdo dat iudicẽ. ſecunda ibi: quo circa. ¶ In
tex. ibi, ⁊c. ſub iſto, ⁊c. decidit̃ qd habet̃ de iudi. exhibita. ¶ No.
1 ꝙ interdum ad† collegium ꝓprie eccleſie non ſpectat electio ꝓ-
lati ſed ad aliud collegiũ qd pt eſſe ex ꝓuilegio vel ex conſuetu-
dine ꝓſcripta, facit qd habetur. s. de conſuetu. cum dilectus, de
iure vero cõi ſpectat ad collegiũ ipſius eccleſie, de quo. s. de ele-
ctio. c. j. ¶ Item not. quod petenti confirmationem electionis
obſtat exceptio excõmunicationis periurij, facit. s. de iureiurã.
2 ¶ Item no. ꝙ† ꝑiurium non repellit a defendendo, nec ſimili-
ter excõicatio. facit. s. eod. cum inter. ¶ Item no. qd licet excõ
municatio repellat ab agendo non tamen repellit a defenſione
eccleſie ſue nedũ a ꝓpria. ¶ Item no. ꝙ non debet quis admit
ti ad ꝓbandum id quod ꝓbatum non releuaret, facit. s. de offi.
deleg. cũ contingat. ¶ Et not. ꝙ ſicut ex non admiſſione legiti
me exceptionis quis grauatur: ita ex admiſſione illegitime: id
tũc pt appellari. ¶ Itẽ no. ꝙ vbi opponitur exceptio vel repli
catio ꝓus debet admitti ꝓbatio ſuꝑ exceptione, de quo ꝑ Jo.
andr. s. eo. in. c. a nobis, ⁊ in Specul. eo. titu. §. fina. circa finem.
3 ¶ In gloſ. j. ibi admitteretur ſupple, q̄ quilibet † criminoſus
excepto excõicato admittitur ad agendum vel etiam ad accu-
ſandum ſi ſuam vel ſuorum iniuriaʒ proſequatur. Limita tamẽ
gloſ. in eo ꝙ dicit de periurio q̄ ꝓcedit niſi quando vellet agere
ad id ſuper quo eſſet periurus: ⁊ tunc non poſſet per id quod ha
betur in. l. ſi quis maior. C. de tranſact. ſed quo ad alia non vi-
detur repelli, vt dicit glo. ⁊ an etiam ad vtilitatem eccleſie poſ-
ſit quis venire contra ꝓprium iuramentum recurre ad ea q̄ ha-
4 bent̃. s. de iureiu. c. ij. ⁊. c. ſicut noſtris. ¶ † In gl. fin. in ſi. Bart.
in. l. cum mulier. ff. ſolu. matrimo. dicit ꝙ vbi excipiens tractat
de dãno: tunc non admittitur replicatio doli, exemplum patet
in. §. marcellus, allega. in gl. ſed vbi excipiẽs tractaret de lucro:
tunc bene admittitur replicatio, exemplum ex his que habent̃
in. d. l. cũ mulier, vt ſi mulier repetit dotem ⁊ excipiatur de adul
terio eius: tunc poterit replicari de adulterio viri. nam tũc mu-
lier tractat de damno ⁊ excipiens de lucro cuʒ venit lucrari do
tem ꝓpter adulterium mulieri, facit quod habetur in. l. conſen-
ſu. C. de repu. ⁊ iſta theorica videtur vera quando exceptio ⁊ re-
plicatio concernunt merita negotij, de quo agitur. ſed ſi concer-
nunt ꝑſonam: tunc videtur qd non tollatur exceptio per repli-
cationem: q̄ tunc replicatio non inficit illam, ⁊ iſta eſt ratio tex.
nam exceptio excõmunicationis opponebatur contra ꝑſonam
agentis: ⁊ ſimiliter replicatio contra perſonam excipientis: ⁊ id
nõ admittitur replicatio: q̄ exceptio tendit ad defenſionem q̄
nemini eſt deneganda. s. eo. cum inter, ideo replicatio tunc non
inficit illam: ⁊ ſic licet excipiens tractaret de lucro: vt q̄ agẽs pe
teret aliquid qd ſibi debetur a conuento qui excipit de excõica
tione: tamen non tolletur exceptio per replicationem: quia vt
dixi replicatio non inficit illam, facit ꝙ notatur in Spe. eo. tit.
§. fina. circa fin. ſecus eſt quando exceptio concernit merita cau-
ſe: q̄ tunc ſi excipiens tractat de lucro replicatio inficit exceptio
nẽ quia vi cõpenſationis videtur tolli, vt in. c. penul. de adul. ff.
ſolu. matrimo. l. viro atqꝫ vxore, ⁊ facit quod notat Inno. in. c.
intelleximus, de adult. vt per ꝓdicta inferri poteſt ad ſimilia. de
quibus per Bar. in dicta. l. cuʒ mulier, ad. c. autem cum eccleſie.
s. eodem. dic vt ibi plene dictum fuit. ¶ Extra gloſſ. tangit hic
Inn. de forma cõmiſſionis citationis: cites omnes qui ſe volũt
⁊ poſſunt opponere ꝑ publicum edictum, ⁊ concludit quod nõ
arctatur quis ad comparendum niſi velit: cum ex forma cõmiſ
ſionis in eoruʒ voluntate videtur relinqui, tractat etiam de for
ma vt citentur omnes qui opponunt ſe electiõi tali an debebũt
citari illi qui poſt dataʒ ſe oppoſuerunt, ⁊ recitat opinio. ⁊ fina
liter videtur remanere ꝙ non: quia data literarum debet atten-
di, de reſcript. c. eam te. ⁊ aliqua etiam alia tangit circa hoc. de q
bus hic etiam per Joan. Andr. qui etiam remittit ad Specul.
¶ Ultimo iſte tex. inducitur ꝑ Hoſtien. cõtra Inno. in. c. cum
5 inter. s. eo. inquantum dicit ibi: ꝙ† reus voluntarius repellitur
per exceptionem excõmunicationis: licet in neceſſario ſecus q̄
hic videtur ꝙ iſti ſponte ſe opponebant, ⁊ tamen non repellun
tur. Innoc. tamen videtur rñdere ꝙ iſti cenſendi erant rei neceſ-
ſarij: quia tracti erant ad cauſaʒ: vt patet ex litera ibi traxiſſet in
cauſam: ⁊ ideo ꝑmeum ex quo fuerunt citati videtur tunc citãs
ſeu faciens citari firmare ꝑſonam eorum ſecus quando ſponte
qs comparet. ſed Hoſti. videtur velle ꝙ iſti oppoſuerũt ſe volũ
tarie: licet poſtea fuerunt citati, ⁊ ideo dicit ꝙ etiam reus volũ-
tarius debet admitti nõ obſtante exceptione excõmunicatiõis:
vnde dicit clementem ꝓnuntiaſſe: ꝙ opponens ſe trãſlato petẽ
ti poſſeſſionem cui opponebatur crimen cum infamia contra
quẽ prelatus ipſe replicat excõmunicationem non debere repel
li ipſum excipientem: licet ſit reus voluntarius ⁊ non vocatus.
Specu. in ti. de actio. §. j. ver. item ꝙ eſt excõicatus, dicit ſeruari
in curia ꝙ excõicatus pro eccleſia ſua poſſit ſe opponere contra
petentem confirmationem: etiam ſi voluntarie veniat, ⁊ iſtud
etiã in effectu tenet hic do. Anto. alleg. etiam qd notatur ꝑ In
no. j. d accuſa. ſuper his. in ver. excludatur. ſecus dicit vbi vellet
ſe opponere ꝓ intereſſe publico ⁊ nõ pro intereſſe eccleſie: quia
tunc poterit, ⁊ idẽ voluit etiam Specu. in. d. verſi. item ꝙ excõi-
catus, ſi velit ſe opponere pro ꝓprio intereſſe. lʒ do. Anto. ali-
ter videatur ſentire. s. eo. cum inter. nec ob. predictis. s. de iudi.
exhibita. q̄ ibi non veniebat per modum exceptionis: ſed per
modum actionis petendo electionem ceſſari: quo caſu non au-
ditur ẽt ſi nomine eccleſie velit agere. Et no. ꝙ etiam reus volũ
tarius dicitur ſi quis ſpõte ꝓcedẽte edicto ſeu generali citatio-

a ¶ Exceptia
nem. null-
eſt diuerſio
tas iter do.
Abba. ⁊. d.
Jo. l ſũma-
tiõe hui⁹. c.
⁊ ſi q̄ris vtꝝ
cõmiſſio in
habilis au-
toritate ſe-
dis aplice vel
legatoꝝ ip-
ſi⁹ facta poſ
ſit ꝑ iudicẽ
habilitari
vel per ꝑtes
diſtingue vt
ꝑ. d. Pẽ. bo
hych. l. c. nõ
nulli. s. d re
ſcrip.

b ¶ Als ſo-
lutiões. ad-
de hic. d. ab
ba. in. iij. co
lum. ver. vl-
tima gloſſ.

Ayuntamiento de Madrid

ne ꝙ quicunqꝫ velit ſe opponere contra talē cōpareat infra talē terminum. nā licet pcedat citatio non citatur ſpecifice aliquis: et etiā citatur in genere vt deniꝗ cōpareat qui velit, facit qđ dixi. §. poſt Inn. ⁊ ideo dicetur reus volūtarius. ⁊ hoc etiam tenuit Bar. in. d. l. cū mulier, ⁊ multofortius dicetur voluntarius i eā. auten. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab heredi. abſti. vbi non ſit citatio vt ſe opponat: ſed vt videat bona, vt hic tangit Ioan. an. ⁊ etiā. d. Anto. facit ꝙ no. Archi. de exce. c. pia. lib. vi. ⁊ p pdicta videtur poſſe dici: qđ ſi tertius non vocatus ad iudiciū vel vocatus per generale edictum emanatum. vt quicunqꝫ velit ſe opponere cō pareat non ſit audiendus ſi ſit excōicatus: qꝛ voluntarius reus videtur eſſe: ⁊ ideo non videtur audiendus, vt voluit Inn. in. d. c. cum inter, ⁊ etiam Bart. in. d. l. cum mulier. ⁊ Arch. in. d. c. pia ⁊ hoc clarum quando non fiebat ſibi plenum pindicium ſi autē fiebat ſibi plenū preiudiciū eſt magis dubiū ppter ea que dixi in. d. c. cum inter. nam do. Ant. ibi ſentit ꝙ tūc ſecus: ſꝫ forte de iure videtur contrarium verius: qꝛ ex quo voluntarie venit. hoc eſt non vocatus videtur ꝙ non ſit firmata perſona eius, ⁊ ideo poſſit repelli p exceptionē excōicationis: ⁊ licet iudiciū ſibi piu dicet imputet ſibi quare non petit ſe abſolui ſicut videmus in ſi mili. ꝙ etiā ſicut ſpoliatus non poteſt agere durante excōicatio ne, vt not. ſ. de procura. ex inſinuatione.

1 ☞ Suſpenſus eſt inhabilis ad eligendum.
2 Suſpendere aliquem ab officio ⁊ beneficio ⁊ ipſum puare pa ria ſunt.
3 Suſpēſus ab officio an intelligatur ſuſpenſus a beneficio.
4 Laicus an poſſit eſſe pcurator clerici in cauſa ſpirituali.
5 Abſolutio ad cautelam quare ſic dicatur.
6 Abſoluere ad cautelā an poſſit quilibet iudex etiam inferior.

a **Apoſtolice.** Per exceptionē ſuſpenſionis ſꝫ quā replicaꝭ de nullitate: ſi ordinatio eccleſie retardaꝭ ſit relaxatio ad cautelā. h. d. ⁊ pmo ponit exceptionē, ſecūdo replicationem tertio relaxationis cauſam, quarto relationeꝫ. ſecunda ibi quas tertia ibi nos tamen. quarta ibi ſententias. ¶ No. vnū effectum † ſuſpenſionis qꝛ impedit ⁊ inhabilitat quē ad eligendum. facit qđ habetur. ſ. de conſue. cū dilectus. ⁊ ex hoc etiam not. ꝙ ſuſpenſus ab officio ⁊ beneficio videtur puari iure vocis dande quā habet ratione beneficij, facit qđ notatur in. c. cū vintonienſis. de elec. ⁊ in. c. palleg. cū dilectus, ⁊ adde qđ habetur in. d. c. cū vintonienſis. ¶ Ultimo no. ꝙ in ſententijs ſuſpenſionis ⁊ amotionis a beneficio pcedit abſolutione ad cautelā ſicut ⁊ in ſententia excōicationis, de qua abſolutio ad cautelam plene habeꝭ in c. ſolet. de ſen. excō. in. vi. ¶ In gl. j. ibi: de ſuſpenſione tamen q contrahitur p pticipationem, ſup. participando cum excōmunicatis in locutione vel menſa non autem in crimine, per id qđ habetur. j. de ſen. excō. nuper. ⁊ in. c. ſi cōcubine. nam ſi participaret in crimine incurreret maiorem excōicationē: vt ibi patet: ſed vbi aliter participant incurrit participans ſolum minorem per quam eſt ſuſpēſus a participatione ſacramentorū. vt in. c. ſi. de cleri. excō. minis. ⁊ ſic bene dicit gloſ. de ſuſpenſione canonis que cōtrahiꭩ p pticipationē cuꝫ excommunicato: quia illa non ſuſpendit ab officio vel beneficio: ſed a participatione ſacramētorū: ſecus ſi eſſet ſuſpenſio canonis que ex alia cauſa contraheretur p quā quis ſuſpenderetur ab officio, vt patet in. c. j. de iudi. in. vj. ⁊ in. c. j. de ſen. excō. lib. vj. ¶ In ea. gl. ibi pnati ſint in

b nuit gl. coniuncta cum tex. ꝙ paria ſunt^b quem † ſuſpendere ab

2 officio vel beneficio vel ipſum puare, de quo p Innoc. in. c. cum bone. ſ. de eta. ⁊ qualita. vbi dicit hoc. verū quando hoc fieret cū cauſe cognitione ⁊ ppter crimen ex quo poſſet puari: ſecus ſi in terloquendo fieret dicta ſupenſio vel ratione contumacie. de q

3 dic vt ibi p eum de cohabi. cleri. in. c. ſicut. An autem † ſuſpēſus ab officio intelligatur ſuſpenſus a beneficio, tangitur. ſ. de cōſue. in. c. eum dilectus. ⁊ in. d. c. cum bone, recurre ad gl. nota. in cle. cupientes, ſuper verb. ſuſpenſi. que incipit no. nouam, de pe. vbi gl. refert plures opi. ⁊ finaliter cōcludit ꝙ non ſi p leui crimine: vel pro contumacia ſit ſuſpenſus ab officio: ſecus ſi p gra ni: ſaltem ſi ſit in mora petendi abſolutioneꝫ, de quo dic vt ibi. ¶ In ea. gl. ibi pro eo ꝙ poſſidere nō poſſunt, ⁊ ſic videtur velle gl. ꝙ non poſſit quis agere etiam pro alio ſuper eo qđ poſſidere non poteſt, ⁊ per hoc dicunt aliqui ꝙ † laicus non poterit eſ

4 ſe pcurator clerici in iudicio in cauſa ſpirituali: ſed cōtrariū hodie eſt determinatū in. c. j. de pcura. in. vj. ⁊ ideo videtur qđ iſti licet ſuſpenſi ab officio ⁊ beneficio: licet nō poſſint agere pro eccleſia qua ſunt priuati, tamen ex quo non ſunt priuati cōmunione hominū videꭩ ꝙ poſſint p alijs ſuis proprijs eſſe in iudicio: etiā pro negotijs aliorū ſpiritualibus. ¶ In gl. ſi. ⁊ hec abſolutio ad cautelam conceditur quando allegatur nullitas ſniē cen ſure: niſi opponaꭩ ꝙ pro manifeſta cauſa ſen pro manifeſta offēſa fuerit facta. j. de ſen. excō. ſolet. lib. vj. dicitur autē ideo abſolu

5 tio † ad cautelam: qꝛ ſit ad cautelam excōicati qui forte dubitat an ſit excommunicatus licet firmius ⁊ probabiliꝰ credat quod non, ⁊ ideo ne ledatur opi. ſua in aliquo ppter infamiaꝫ excōicationis ad cautelam dicitur fieri abſolutio. ¶ Item dicitur fieri ad cautelam aliorū: vt ſibi poſſint ſecure cōicare qui alias forte ſe retraherent. Item dicitur fieri ad cautelam: ne forte geſta per eū interim irritenꭩ, vt fuit i caſu huius decre. ⁊ ideo ad cautelam eccleſie ne piclitareꭩ prouiſio eccleſie ⁊ ne aliquid poſſet dici contra puiſioneꝫ facta fuit abſolutio ad cautelaꝫ, ⁊ de iſta

6 materia plene tractaꭩ in. d. c. ſolet. ¶ † An autem quilibet iudex etiam inferior poſſit abſoluere ad cautelā, dic ꝙ ſic a ſententijs pro ſe vel ſua autoritate latis non autem a ſententijs aliorū niſi aliud reperiatur in iure expreſſum: vt voluit hic Hoſt. de quo remittit ad nota. ſ. de off. ordi. ad reprimendam. ⁊ c. paſtoralis. §. ſi. ¶ Quomodo autem ſuſpenſionem perpetuā vel ad longum tempus non facit delegatus epiſcopi, remittit Io. an. ad nota. in. c. j. ſ. de exceſ. prela. vbi per Inno.

1 ☞ Excommunicatio lata in vniuerſitatem an valeat.
2 Excōmunicatus auditur appellans ⁊ appellationem pſequēs in iudicio.
3 Libellus ſuper attentatis qualiter formetur.
4 Attentata poſt appellationem an ſint omnia reuocāda.

**Dilecte filie.** Per exceptionē excōmunicationis non repellitur qs a proſecutiōe appellationis. h. d. ¶ Et in prima appellantis narratio, in ſecunda appellationis cōmiſſio. ſcda ibi q circa. ¶ No. j. ꝙ valere vꭩ † excōicatio lata in vni

1 uerſitatem, de quo dic vt hodie habeꭩ in. c. romana. §. vniuerſitatē. de ſen. excōi. in. vj. ſed tamen hic nō dicit ꝙ ſit lata in ipſius conuentum monialiū: ſed in ipſas moniales: ⁊ ſic in pſonas monialiū. ¶ Itē no. ꝙ appellatio dꝫ interponi ex legitima cā, de q

2 j. de app. in. c. vt debitus. ⁊ c. ordi. co. tit. li. vj. ¶ Itē no. ꝙ † excōicatus auditur appellās: ⁊ etiam proſequēs appellationē in iudicio: ⁊ maxime qñ eſt excōicatus poſt appellationē legitimā qꝛ tūc excōicatio cēſeꭩ nulla. j. de ſen. excōi. p tuas. ¶ Itē no. ꝙ in omni cauſa in qua excōicatus audiꭩ agens vel excipiens in ea pōt impetrare ⁊ valeꭩ reſcriptū in alijs autē non. vt in. c. j. de reſcrip. in. vj. ¶ Itē no. fm Goffre. ꝙ licet ſit facienda mētio in reſcripto de proceſſu. vt. ſ. de re iud. in. c. inter monaſterium. hoc tamē nō procedit in his que ſūt poſt appellationē. nā tūc ſi per appellationē ſit receſſum a iudice nō teneꭩ ſcire appellans quid poſtea faciat iudex. ⁊ iđ de illo nō teneꭩ facere mentionē, vt hic ptꝫ ⁊. j. de ꝯfir. vti. vel inuti. in. c. bone, ⁊ not. ēt fm Phi. ꝙ ſicut de literis q ſunt nulle nō eſt neceſſe facere mētionē, facit qđ no. ſ. de reſcri. in. c. ex tenore. ⁊. j. de cōceſ. pbē. in. c. cū noſtris, ita nō eſt neceſſe facere mentionē excōicatiōis que eſt nulla. ¶ Extra gl. tangit hic Inn. aliqua circa materiā attētatorū. de qua materia recurre ad gl. in. c. non ſolū. j. de appel. in. vj. vbi eſt gl. ma

3 gi. ⁊ tangit etiam de forma † libelli ſup attentatis. q poterit eſſe talis peto a vobis domine iudex reuocari qcqđ eſt factum poſt talē ſniam a qua appellaui ⁊ ne pretextu dicte ſnīe aliquid ꝯtra me attētetur q̄diu pēdebit appellatio ⁊ anteꝙ p vos fuerit diffinita. ¶ Quid autē ſi appellans petat ſniam pronuntiari iniquā ⁊ ante oīa reuocari attentata: an ſi procedaꭩ ſuper dicta petitiōe. ⁊ fiat cōteſtatio poterit appellans inſtare poſt conteſtationē: vt p viā attentati iudicis officio reuoceꭩ attētata, dicit Spe. ꝙ nō ſꝫ debebit amodo via ordinaria procedi ⁊ iputet ſibi q litē eſt cōteſtatus qꝛ debuit pus facere reuocari attentata, vt not. ipſe Spec. in tit. de appel. §. penu. ad fin. ſꝫ Io. and. in. c. nō ſolū. de appel. in. vj. in nouella tenuit cōtrarium, qꝛ p hoc nō intelligiꭩ renūtiaſſe vie attentati: ex quo ante omnia petijt attentata reuocari, ⁊ hoc ſequitur etiam hic do. Ant. de quo dicendū

4 vt ibi. ¶ † An autē indifferenter ſint reuocanda omnia attentata pendente appellatione, concludit Inno. ꝙ omnia que impedit pendentia cauſe principalis impedit etiam pendētia appellatiōis ⁊ omnia que nō afficit pēdentia cauſe pncipalis nō afficit pendentia cauſe appellationis, qđ no. ⁊ bene facit qđ habeꭩ in tex. ⁊ qđ ibi not. per Bar. in. l. poſt q. §. imperator. ff. vt lega. no. ca. ⁊ per hoc infert ꝙ ſi alieneꭩ res qñ actū eſt actione pſonali: qꝛ pendentia litis cauſe principalis non afficit talē alienationem, ſi nō afficit ēt appellatio: ſecus ſi actū ſit actione reali, facit ēt qđ not. Inn. ſ. de conſuetudine. c. cum. M. ⁊ ibi etiam dixi. nam hec opi. non videtur vera: quia ſi actum ſit actione perſonali res videtur affecta, per id quod habetur in. l. ſi. C. de litigio. ⁊ quod not. per Bart. in. l. ſi. ff. de litigio. ⁊ facit ēt quod dixi in. c. ſi. ſ. vt lit. pen. de quo dic vt dixi in. c. cum. M.

1 ☞ Uerbum pluralis numeri datur quandoque ſingulari numero quando eſt collectiuum.
2 Capitulum an poſſit excommunicari.
3 Appellare poteſt vtraqꝫ pars ab eadem ſententia.

Sententia

1 ¶ Per exceptionem, tanquaꝫ ex vno ore loquenti ſunt. d. Io. ⁊ do. ab ba. in ſummatiōe huius ca.

b ¶ An paria ſint aliqueꝫ ſuſpendere a bñficio ⁊ officio ⁊ ipꝫ puare. ⁊ ad de hic dom. Abba. in. ij. col. ver. op. videtur eſſe nume. 2.

Ayuntamiento de Madrid

4 Sententia an poſſit ferri pro excommunicato.
5 Excommunicatus an audiatur ſi velit dicere ſententiam nullã.
6 Excommunicatus an poſſit petere reſtitutionem in integrum.
7 Excommunicatus an poſſit petere laudum reduci ad arbitriũ boni viri.
8 Excõicatus an poſſit petere reuocari tenutam contra ſe datã.
9 Procurator excommunicatus an poſſit pro domino ſuo proſequi appellationẽ.
10 Excommunicatus quare auditur appellans.

Significauerunt. Per exceptionẽ excõicationis a proſecutione appellationis, etiã originalis actor repelli nõ debet. h. d. Et primo ponit appellantis querelam. ſecũdo iudicẽ inſtruit. ſecũda ibi mandamus. ¶ † No. q interdũ numero ſingulari datur verbum pluralis numeri, qñ eſt collectiuũ multorum. de quo p Jo. cal. in. c. capitulũ. ṡ. de reſcri. ¶ Item 2 no. q † capitulum vr̃ poſſe excõicari. ſuper quo dic vt hodie habetur in. c. romana. §. in vniuerſitatẽ. de ſen. excõ. in. vi. ¶ Item 3 no. q † ab eadem ſnĩa poteſt vtraq pars appellare qñ continet diuerſa capitula. facit qd̃ habetur in. c. raynutius. z. c. raynaldus. j. de teſta. ¶ Itẽ no. q omnis legitima defenſio reſeruatur excõmunicato. z no. ſingulariter q defendere dicitur qui appellat. et ſi ſit originalis actor: q2 ſe defendere videtur aduerſus ſtimulum ſeu iniquitatẽ ſñie que alias tranſiret in rẽ iudicatam. ¶ Item no. caſum in quo finita cauſa appellationis cõmittitur cauſa iudicis a quo eſt appellatum qñ iudex pnunciauerit ſuperſedendum vbi non debebat ſuperſederi. facit qd̃ notant dñi de Rota in ſua conclu. lxxxiij. ¶ In glo. ij. ibi: a parte aduerſa expenſas aliqui reprobãt iſtam expoſitionem: q2 nõ videtur fuiſſe licitum appellare ppter expẽſas. ex quo appellatũ fuit per partẽ aduerſam in principali per. l. ſi. C. qñ pro. non eſt neceſ. ſed certe ibi loquitur qñ fuit omiſſa cõdemnatio expẽſarũ: vnde cũ appellatio reſcindat pnunciatum ſicut pendente cauſa principali poterant peti expenſe ita modo poterant peti pẽdente cauſa appellationis. z ideo ex quo appellatum eſt per partẽ aduerſam in principali nõ poteſt appellari p illum qui obtinuit in cauſa principali: ratione omiſſe cõdemnationis expẽſarũ ſed hic lo quitur qñ nõ fuit omiſſa mentio expẽſarũ: ſed expreſſe fuit pars dicta abſoluta ab expẽſis, quo caſu ſñia lata ſuper expenſis, ſi non appellet tranſiret in rem iudicatã. ṡ. de ele. cum dilectus ad fi. z de reiudic. q ad cõſultationem. z hic eſt iſte caſus ẽm iſtum intellectũ. z hoc no. diligenter p limitatione. d. l. ſi. q2 vidi quãdoq in hoc errari. z ſic videtur q ille tex. non habet locum: qñ ſuper expenſis aliqua ſñia fuit lata: q2 tũc licet appelletur per partem aduerſã in principali nõ tamẽ pderit illi cõtra quẽ fuit lata ſñia in expenſis niſi ipſe expreſſe appellet: z tunc ſua appellatio erit illa que ſibi pderit. z iſtum intellectũ ſequitur do. Ant. qd̃ tene menti. ¶ In gl. 4 penul. ibi nõ videt̃ valere † ſñia ſup. quãtum ad effectum: q2 ſi petatur executio poterit obijci excõicatio. et ſi pbetur repellet̃: ſed tamẽ ipſo iure valebit ſñia qd̃ patet: quia ipſo ſoluto agere poterit z petere executionem z audiri debebit: vt. j. tangit glo. ¶ In eadem glo. in fi. no. bene ex his que ſuper ius dixit glo. q nedum reo originali: ſed etiã actori originali licitum eſt appellare ſi grauetur. ¶ Itẽ ſecundo no. q ſi contingit ſñiam ferri pro eo ſaltẽ poterit ferri ſñia per quam caſſetur precedens ipſum grauans. An autem poſſit ferri condemnatoria pro eo: an vero debebit differri in tempus abſolutionis ab excõicatione eſt magis dubium. z glo. poſuit op. videt̃ tamẽ reſidere q poſſit ferri ſñia cõdemnatoria pro excõmunicato, ſed ſi poſtea petat executionem poterit repelli exceptione excõicationis ſi non fuerit abſolut9. ¶ Circa primum aduerte quia gloſ. cõmuniter tenetur per iſtũ tex. vbi eſt caſus violando ipſum. z hoc etiã ſequitur Archidi. in. c. pia. de exceptio. in. vi. z etiã Jo. an. hic. licet Hoſtiẽ. tenuerit contrarium dicens q actor originarius ſi fuerit excõicatus non debet audiri etiã appellãdo: ex quo originarius actor eſt. ſ3 certe iſta opi. eſt contra iſtum tex. licet nitatur reſpõdere z ipſum violare. ideo tene opini. gloſ. q2 debet tunc audiri cum appellando ſe defendat aduerſus iniquitatem ſententie. vt etiã tetigit gloſ. ¶ Circa ſecũdum licet domi. Anto. hic ſatis inſtet conclude q ſi eſt appellatum ab interlocutoria, et illa poſtea reuocetur z actor velit proſequi in negotio principali ẽm formam. c. vt debitẽ. de appel. poterit ſibi obijci exceptio excõmunicationis: quia iſte eſt actus ſeparatus ab interlocutoria. facit qd̃ habetur in. c. pia. ad fi. de exceptio. lib. vi. ſi autem appellatum ſit a diffinitiua: tunc ſi ab initio ſit oppoſitum de excõicatione z quod nõ debet audiri ſaltem vt aliqua cõdemnatio vel adiudicatio ſequatur pro eo: et tunc debet audiri reus volens pbare excõmunicationem ad dictum effectum non obſtante appellatione facta a diffinitiua z ſic intelligatur opi. Joan. calde. qui dicebat nullo modo ferẽdam eſſe adiudicatoriam vel cõdemnatoriã ſñie p excõmunicato etiã appellante: ſed ſi vellet repellere eum quo minus poſſet proſequi appellationem ad finem caſſetur ſententia: z tunc non poteſt q2 ad hunc finem permiſſum eſt ſibi appellare: z appellationem pſequi ad finem, vt auferatur grauamen ſibi illatum. z ſic per conſequens permiſſum eſt ad finem, vt poſſit ferri ſñia caſſationis prime ſñie. facit qd̃ habetur. ṡ. eo. cum inter. z ſi dicas q caſſando ſñiã videtur in conſequentiam cõdemnare. facit. l. eos. C. de appel. dicit q iudex poterit declarare q nõ faciat hoc animo cõdemnandi, ex quo conſtat illum eſſe excõmunicatum. facit quod notant dñi de Rota in ſua cõcluſione. cxcix. ſi autem a principio non fuerit oppoſitum actorem appellantẽ non eſſe audiendum quo ad finem predictum: ſed forte poſt concluſionẽ in cauſa hoc aliter, tunc poteſt pcedere opi. glo: quia cũ tunc non cõſtat illũ eſſe excõmunicatum, nec etiã debeat audiri hoc allegans cũ pbatio nõ debeat fieri poſt concluſionem in cauſa de pcurato. audiendis. z. ṡ. de fide inſtru. cum dilectus. ideo tunc ex quo iudici non a conſtat de excõmunicatione poterit caſſare primam ſententiam: z etiam cõdemnare reũ ipſi appellanti. z ſic intelligitur hec gloſ. ¶ Quid autẽ ſi ſit actor originarius non appellans, ſed appellatus quia ſententia fuit lata pro eo z reus appellauit: an ſi velit pſequi appel. interpoſitam per reum erit audiendus. dic q non quia tunc non poteſt dici ſe defendere cum habeat ſententiam pro ſe. z ſic ius ſuum non eſt leſum. z ſic non nocet ſibi ſi nõ pſequit̃. quia ſi reus non proſequitur rata manebit ſententia. facit. l. vlti. ad fi. C. de tempo. appel. z hoc etiam tenuit Archi. in. c. pia. de excep. in. vi. z hoc intellige verum quando proſequi vult reo nõ proſequente: qd̃ als poteſt facere appellatus in auť. itẽ ſi appellatione. C. de tempo. appel. ſed ſi reus ipſe pſequeretur appellationem bene deberet audiri ipſe actor: licet excõmunicatus volens defendere ſententiam, quia non debet eſſe licitum appellãti illam impugnare: z hoc non ſit licitũ appellatum econtra illã defendere: quia ſic lederetur equitas iudicij: z non ſeruaretur equalitas, contra ea que habentur. ṡ. eo. cũ inter. z pro hoc bene facit quod not. per Inn. j. e. c. xxi. vbi decidit q quãdo excõmunicatus cogitur ad agendum ad inſtantiam rei, q tunc poteſt cauſam pſequi, nec poteſt repelli per exceptionem excõmunicationis: exemplũ ſi reus agat cõdicitione. ex. l. diffamari. C. de inge. z ma. dicens q quia talis diffamat eum, z aſſerit ipſum eſſe debitorem ſuum petit ſtatui ſibi tempus intra quod cogatur agere. poſſet etiam poni exemplum per ea que habentur in auť. qui ſemel. C. quomodo z quando iudex. quia ſi ſemel reus eſt citatus ad inſtantiam actoris, ſi actor poſtea non proſequatur poteſt petere q cogatur ipſe actor in cauſa pcedere: vnde tunc quia actor non agit voluntarie ſed de neceſſitate ad inſtantiam rei non poterit obijci exceptio excõmunicationis. nam etiã tunc ipſe reus eſſet quodammodo ſibi contrarius nam ex vna parte vellet eum agere, ex alia vellet repellere, ideo ratione contrarietatis tunc repelleretur. j. de appella. ſolicitudinem. ¶ Circa tertiũ autem q dicit gloſ. de executione bene dicit. quia ſecundũ omnes poterit obijci exceptio per id qd̃ habet̃ in. c. pia ad fi. de exceptio. libro. vj. z adde qd̃ decreta. pia. olim erat de extrauagantibus Innocẽ. ſed hodie habetur p. c. j. de excep. in. vj. ¶ In glo. fina. in fin. hec ſolut. in ſe vera tamen quia videtur diuinare potes dicere q hic grauauerat iudex in repellendo pceſſum eo caſu quo ipſe pcedere debebat: z ideo vt grauamen per oppoſitum repararetur ſit ad eum remiſſio. facit quod notant dñi de Rota in ſua concluſi. 5 lxxxiij. ¶ Extra glo. hic tangit Joan. an. hic ſicut † excõmunicatus audiatur appellãs, ita audiatur ſi ſententiã nullã dicere velit, Hoſt. tenuit q ſic. q2 omnis defenſio reſeruari debet excõmunicato. ṡ. eo. cũ inter. z hic ſ3 inter alias defenſiones eſt ẽt remedium nullitatis: ergo hec via non debet eſſe ei excluſa. arg. ṡ. de maio. z obe. in. c. ſolite. ad fi. z. l. a pcuratore. C. mandati. z quia ſi defendit appellando qñ ſententia eſt aliqua: ergo fortius debet ei pmitti quãdo eſt nulla. arg. eorum que habentur in auť. multomagis. C. de ſacroſan. eccle. z. cum in cunctis in prin. ṡ. eodem. ¶ Item quia videtur ſe defendere aduerſus ſñiam male latam contra eum. z ſic videtur q debeat audiri: cõtrariũ tenet Joan. and. p ea que habentur. in. c. j. de reſcri. in. vj. q2 ſi licitũ eſſet excõmunicato principaliter dicere de nullitate: ergo licitũ eſſet ſuper illa impetrare. j. eo. c. fina. z tamen hoc eſt falſum. quia iſte caſus nõ numerat̃ in. d. c. j. preterea non videtur eadẽ ratio in nullitate z appellatione: q2 ſi non poſſet appellare ſñia tranſiret in rẽ iudicatam. z ſic magnũ pıudicium generaret̃ ipſi excõmunicato. ſecus ſi non dicat ſententiam nullam. q2 ſemp poteſt dicere de nullitate. l. iiij. §. condemnatũ. ff. de re iudi. z etiam ipſe abſoluto petere poterit dicere de nullitate: z ideo non generatur magnum pıudiciũ ſibi ſi non poteſt dicere de nullitate pviã principalis petitionis. 6 ¶ † An autem poſſit petere reſtitutionẽ in integrum Hoſtien. videtur concludere q ſi petatur ex clauſula generali ppter cãz aliquã. z niſi ſubueniret̃ illa pbata pateretur enorme dãnũ vel

a ¶ Per exceptiones. idẽ per oĩa ſẽtiat hic Abbas.

Ayuntamiento de Madrid

periclitaretur anima ꝙ tunc debeat audiri.argu.ſ.eo.cũ inter. ſecus dicit vbi peteretur ex ſolo fauore perſone:q2 excõmunica ti repelluntur ab omni legum fauorabili auxilio.in auc.de nup. le.dotis hereti.mu.non pitan.colla.viij.Domini de Rota in ſua concluſi.ccccl[illegible].dicunt ꝙ pncipaliter [illegible] petere reſtõnem: ſed incidenter ſi vult illam petere [illegible] ad appellandũ: ꝙ cũ appellatio ſit pmiſſa excõica[illegible] patet, ⁊ hoc ambu lum debet eſſe pmiſſum:[illegible] ad appellandum, arg.l.omnino.ff.de [illegible] quod poſſet imputa ri excõicato quare [illegible] videtur quod non de beat reſtitui cum negl[illegible] non ſubueniatur.l.non eni ff.ex qui.cau.maio.⁊ [illegible] ſimpliciter tenendum ꝙ non poſſit in integrum reſt[illegible] non reperiat i iure expreſ ſum.nec e.t de caſibus [illegible] reſcript.in.vj.⁊ imputet ſibi q̃re non appellat cũ ab [illegible] de iure canonico poſ

7 ſic appellan[illegible] de appel.vt debitus ⁊ eo.tit.c.j.li.vj. ❡ † An au tem po[illegible] laudum reductio ad arbitrium boni viri, tenuit hic do.[illegible] p ipſo facto videtur eſſe quedam ſpecies appellandi [illegible] ſuinnus.⁊ eum quidam.ff.de arbi. ⁊ ideo ſicut per [illegible] ibi appellare, ita videtur ꝙ ſit pmiſſum di ctam reductio[illegible] allega.qd not. Lapus de caſti.in ſua allega.bono.[illegible] poteſt forte de iure dici contrariũ:q2 de iure cõ muni laudũ nõ tranſit in rem iudicatã per lapſum decem dierũ loquendo de laudo arbitratorũ, vt nota. Inno.in.c.quintaual lis, ⁊ ibi etiam dixi.ſ.de iureiuran.⁊ not. Bart.in.l.ſi ſocietatẽ. §.arbitrorũ.ff.p ſocio.lʒ ſententia meri arbitri emologetur per lapſum decem dierũ ⁊ ſi non cõtradicat.l.pe.C.de arbi.⁊ ſola cõ tradictio impedit talem emologationẽ ſi ſit infra decem dies, ⁊ ſic ẽt tenendo ꝙ haberet locũ emologatio in laudo arbitrato rũ ſufficeret cõtradictio infra decẽ dies, ⁊ per ꝯñs patereẛ nec poſſet pati magnum damnum excommunicatus:ſi non peteret reductionem hec vera de iure communi, ſtatuta tamen quãdo que aliter pudẽt:vñ ſi ſtatum diceret ꝙ laudũ arbitratoris mã detur executioni:niſi petaẛ infra decem dies reductio procederet

8 dictum do.Ant. ❡ † Ante aũt ꝙ excõicatus poſſit petere re uocari tenutam contra ſe datam dixi.ſ.eo.in.c.cum inter, ⁊ ibi etiam dixi an poſſit proſequi appellationem extraiudicialem:⁊ an etiam ſi ſit ſpoliatus poſſit petere re[illegible],de quo etiam tan git gl.in.c.in nomine domini.xxiij.diſtin.⁊ in.c.ex inſinuatione.

9 ſ.de procura. ❡ † An autem pcurator excõicatus poſſit p do mino ſuo proſequi appella. Innoc.hic tangit opi.⁊ non perfe cte dicit, vt hic etiam tangit Hoſti.cõclude ꝙ non:q2 lʒ teneaẛ appellare:non tamen tenetur proſequi.ſ.de pcura.non iniuſte. §.fi.⁊ ſic ſi vellet pſequi voluntarie ſe cõmunioni hominũ videre tur ingerere, ⁊ ideo debet repelli per id qd habetur.ſ.eo.cum in ter.⁊.j.de cleri.excõ.mini.in.c.illud.⁊ hoc clarum quãdo ſimpli citer fuit conſtitutus:quo caſu videẛ pſtitutus ad inſtantiã cãe principalis vt poſſit appellare:ſed ſi fuiſſet cõſtitutus etiam ad pſequendã appellationẽ tunc eſt magis dubiuʒ:q2 videtur ne ceſſario trahi ad pſecutionẽ pter fidem ſuſceptam ⁊ datam.⁊ hoc tenuit Inno.ſed Hoſt.tenuit contrarium ⁊ bene, q2 intelli gitur ſuſcepiſſe mandatum ad pſequenduʒ: ſi non ſequatur ſta tus mutatio.arg.queadmodũ.ſ.de iureiuran. ⁊ ideo non teneẛ ſi ſuperuenit excõicatio, nam etiam ſi expreſſe promiſiſſet proſe qui:etiam ſi contingeret ipſum excõmunicari turpis fuiſſet pro miſſio, ⁊ ſic non ſeruanda.xxij.q.iiij.c.in malis.⁊.ſ.de pact.c.fi na.⁊ ideo pter periculũ animarũ tenetur ſeruare: nec etiã erit magnum damnũ dño vel procuratori:q2 poterit vel p ſe vel aliũ procuratorem proſequi cauſam, de quo hic etiam per Jo.and.

10 ❡ † Ultimo no.diligẽter ꝙ ideo auditur excõicatus appellãs q2 ſibi nõ ſimpliciter denegatur audientia: ſed denegatur pote ſtas agendi ⁊ impugnandi ⁊ datur defenſio ſi autem ſimpliciter denegaretur audientia:tũc videreẛ ꝙ non audiret appellans, p id qd habeẛ.xv.q.vij.in.c.ſi quis deinceps, vbi Arch.hoc vẛ vel le poſt Bart.britẽ.in ver.audientia, ⁊ ſic tranſit etiam do.An. ſed in contrariuʒ facit qd habetur in.d.c.in nomine dñi.xxiij.di ſtinc.vbi excommunicato videtur denegata audientia:⁊ tñ di cimus ꝙ non videtur eſſe denegata appellatio, ⁊ p hoc etiã [illegible] nemini videtur deneganda defenſio:que de iure naturali in c.le. paſtoralis, de re iudica.⁊ in.l.vt vim.ff.de iuſt.⁊ iur.⁊ ſic videtur qd non intelligaẛ etiã interdicta appellatio que eſt [illegible] fenſionis, facit qd notat Bar.in.l.cum mulier.ff.[illegible] ta ẽt qd vbi agitur de periculo animaꝝ:vt in cauſa [illegible] li videtur ꝙ excommunicatus etiam audiatur [illegible] culum aĩe euitandũ propter quod etiam audiẛ [illegible] dinem ſuam.j.ti.j.lator.⁊.c.tenor.⁊.c.conſanguin[illegible] hoc etiam hic tenuit Hoſti.vt refert hic do.Anto.

1 ☞ Exceptiões dilatorie debẽt opponi [illegible] ſtatutũ.

2 Exceptio excommunicationis poteſt op[illegible] libet par te litis.⁊ numero.8.

a ❡ Re9. ſic etiã ſũmat do. Abb. ⁊ ſi q̃ras an p ceſſus habi tus cũ excõi cato maio ri excõica tiõe valeat ſeu teneat diſtingue vt hic p Hen. boych.

b ❡ In gl.j. adõ hic do. Abb. in.iij. col.v.que ro tex. b nu mero.ix.

3 Exceptio ſi doloſe omittitur nõ põt poſtea regulariter opponi.

4 Excommunicatus publice poteſt ex iudicis officio repelli etiã nemine opponente.

5 Communicare excommunicato eſt peccatum.

6 Declinatio iudicij eſt dilatoria.

7 Exceptio dilatoria reſpiciens perſonam iudicis debet in initio opponi.

9 Exceptio dilatoria ſolutionis an debeat opponi ante litis con teſtationem.

10 Exceptio peremptoria quod poſſit oponi vſq ad ſententiam qualiter intelligatur.

11 Proceſſus habitus cum excommunicato an ſit validus.

12 Proceſſus factus coram iudice excommunicato an teneat.

13 Excommunicatus an facta condemnatione expenſarum pote rit ad illas agere.

a **Exceptionem.** Reus in qualibet p te litis exceptionẽ ex cõicationis obijciens actori auditur etiã ſi malitioſe diſtulerit:ſʒ tũc in expenſis cõdemnaẛ:⁊ dato qd re non excipiat iudex tamen publice excõicatũ repellet.h.d.⁊ pri mo ponit dictum qd dicit eſſe ſpeciale ⁊ cauſam exprimit. ſcdo iubet puniri reum doloſum, tertio ſine ope exceptionis publice excommunicatum repelli, ſecũda ibi:ꝙ ſi.tertia ibi:excõicatus.

1 ❡ Iſto.primo ꝙ † exceptiones dilatorie debent opponi infra tẽ pus a iure ſtatutum:alias autem regulariter non poſſunt, iſtud autẽ eſt tempus lit.conteſt.facit qd habetur in.l.pompo.§. ra ti.ff.de pcura.⁊ qd habetur.ſ.de offi.deleg.in.c.inſinuante.⁊.j. de re iudi.in.c.inter monaſterium, cũ ibi no.p gl.de q̃ etiã hic in

2 gl.j. ❡ Itẽ no.ꝙ † exceptio excõicationis lʒ videẛ dilatoria tñ opponi poteſt in qualibet parte litis:ẽt ſi ſcienter ſit omiſſa: ⁊ eſt in illa ſpeciale pter periculũ animarũ quod eſt in cõicando excõicato, ⁊ ex hoc potes notare ꝙ vbi cauſa pponẽdi dilato riã habet cauſam ſucceſſiuã: ⁊ nõ momentaneam põt q̃cunq opponi ipſa dilatoria:ex quo durat cauſa eius:quoties commu nicatur toties ſurgit peccatum, ⁊ ſic etiã ſurgit ius opponendi. facit qd no.in ſimili in.c.dilectus filius.J.ſarracenus.ſ. de re

3 ſcrip.⁊ qd not. Jaco.butr.in.l.adulterium.C.de adult. ❡ † Itẽ no.ꝙ vbi exceptio doloſe omittiẛ non poteſt poſtea regulariter opponi.fallit in excõicatione, ⁊ ſic facit ꝙ exceptio perempto toria doloſe omiſſa nõ poſſit opponi in cã appellatiõis.de quo p gl.i.c.inter monaſteriũ.j.de re iudi.⁊ ibi dicaẛ. nã poſſes dice re ꝙ iſte tex.nõ facit.q2 ille volebat opponere poſt litẽ ꝯteſta.⁊ ſic tempore phibito:ſʒ in cauſa appellationis peremptoria pt oponi.l.p hanc.C.de tempõ.app. ❡ Item no.penã omittẽn tis excipere ad pceſſum doloſe:q2 dãnatur in expenſis q̃ñ pceſ ſus reddiẛ nullus, vt erat hic prout hic tangit gl.⁊ ex hoc no.ꝙ ſm iſta tpa pceſſus hereticus cũ excõicato:etiã corã ordinario erat nullus.nam alẛ ſi non foret nullus non fieret cõdemnatio expenſarũ.de q̃na hic loquitur:cũ pceſſus eſſet inutiliter factus. hodie vero hoc non habet locum in ordinario:q2 pceſſus tenet. vt in.c.pia.de except.lib.vj.in delegato vero poſſet pcedere q2 pceſſus etiã eſſet nullus:qñ tempore impetrationis impetrãs fuiſſet excõicatus:vt in.c.j.de reſcript.in.vj.ſecus ſi poſtea pen dente iudicio excõicaretur:quia tunc teneret proceſſus vt plene

4 per glo.in.d.c.pia. ❡ Item not.ꝙ † publice excommunicatus poteſt ex iudicis officio repelli:etiam nemine opponente, facit l.quos phibet.ff.de poſtu.⁊ plene p Bar.in.l.iiij.§.hoc autem iudiciũ.ff.de dã.infec. ❡ Et ſic no.ꝙ circa inhabilitatẽ publicã pſone actoris pt iudex de facto ſupplere, de quo in.d.§.hoc aũt

5 iudiciũ.⁊.ſ.de poſtu.in.c.bone. ❡ Item no.ꝙ † cõmunicare ex cõicato eſt peccatũ:an aũt ſit mortale vel veniale, recurrere ad no.per Jo.an.in.c.ſacris.ſ.ꝙ metus cau.vbi concludit ꝙ regu lariter eſt veniale, fallit in certis caſibus de quibus ibi per eum in qubus eſt mortale. ❡ Ultimo no. ꝙ cõdẽnatio expenſarũ q̃ ſit rõne omiſſe exceptionis habet locũ demum quãdo facta fuit omiſſio doloſa.⁊ ſic a ꝯtrario ſecus ſi ex iuſta cauſa diſtulit.for te q2 tunc non haberet pbationes in promptu ſm Inn.ar.l.ar gẽtarius.§.pen.ff.de eden.⁊ facit qd notaẛ in.c.plerũq.ij.q.vij.

6 ❡ In gl.j.b ibi:alia declinatoria, no.bene ꝙ † declinatoria iudi b cij etiam dilatoria appellatur, idem voluit Spe.eo.ti.§.ij.in pn. ⁊ ſic facit ad ea que dixi.ſ.eo.paſtoralis. ❡ In ea.gl.ibi: non videtur poſſe redire, no. ex gl.ꝙ † exceptio dilatoria que re

7 ſpicit perſonam iudicis debe in initio pponi: alẛ non poſſet opponi:etiam ſi lis non ſit conteſtata:q2 qualitercũq apparcat in iudicem eſſe conſenſum:ſiue expreſſe ſiue tacite non pt oppo ni.⁊ ſatis videtur conſentire eoipſo ꝙ alia exceptio opponitur corã ipſo iudice:q2 vẛ cõſentire opponẽs ꝙ ſup illa pnũtiet.⁊ b etiam voluit gl.in.c.inter monaſteriũ.j.de re iudica.⁊ hoc etiaʒ tenuit Barto.in.l.quidam conſulebant.ff.de re iudica.de quo tangetur in.d.c.inter monaſterium, alie autem dilatorie propo ni poſſunt

Ayuntamiento de Madrid

ni poſſunt vſ𝔮ꝫ ad conteſta. litis: niſi ſtatutus eſſet terminus ad
illas proponendas: quia tunc non poſſunt opponi: niſi in caſibꝰ
de quibus. ſ. eo. c paſtoralis, poſſunt tamen proponi poſt litem
conteſta. ſi de nouo ſuperuenerunt. vt etiam not. in. l. ij. C. de cō
ſor. eiuſdem litis, in cauſa autem appellationis non poſſunt ꝓ
poni: ex quo non fuerunt propoſite ante litem conteſtatam in
cauſa principali: quia quo ad hoc durat effectus litis conteſta-
tionis. vt eſt caſus notabilis in. l. ita demū. C. de proc. ⁊ qđ dixi
ſ. de dilato. iud. ꝙ debeant ꝓponi ante litem conteſta. procedit
regulariter, fallit in aliquibus caſibꝰ, nam fallit pͥo ī exceptio-
8 ne excōicationis q̄ licet ſit dilatoria iudicij; tamen † poteſt op-
poni poſt litem conteſtatam in quacū𝔮ꝫ parte iudicij, intellige
ante cōcluſionē in cā: q2 poſtea non poſſunt fieri probatiōes: vt
ſ. de fide inſtr. in. c. cum dilectus. ¶ Item intellige in quacū𝔮ꝫ
parte litis ſcꝫ inſtantie cauſe principalis: ſed in cauſa appella-
tionis nō poterit poſtea ꝓponi, vt not. ſ. c. proximo. ¶ Fallit
ſecundo quando exceptio dilatoria habet cauſam ſucceſſiuam:
ex qua quotidie oritur ius excipiendi: vt eſt exceptio ꝙ quis nō
debeat audiri ex forma forte ſtatuti: quia bānitus, nam quoties
petit audiri etiam poſt litem conteſtatam oritur ius excipien-
di. vt voluit Jaco. butri. in. l. adulteram. C. de adulte. ⁊ facit qđ
no. Jo. andr. in. c. dilectus filius. J. Sarracenꝰ. ſ. de reſcrip. ⁊ ꝓ
hoc etiam tex. iſte in ratione ſui. ¶ Item fallit tertio qñ exce-
ptio dilatoria redderet iudicium retro nullū vt exceptio incōpe
tentie iudicis quando non eſſet iuriſditio prorogata. l. fi. C. ſi a
non competen. iudi. ⁊. ſ. de offi. vi. in. c. ſua. nam tunc ſemper vr̄
poſſe opponi ante litem conteſtatam: ⁊ etiam poſt li. conteſta.
ex quo iudicium eſt nullum, facit qđ not. in. l. licet. C. de ꝓcura.
⁊ ibi etiam habetur quid iuris de iſta exceptione: tu nō es ꝓcu-
rator vel non potes eſſe, de quo etiā in. c. in noſtra. ſ. de procur.
⁊ in. c. j. in verbo abſentia per gl. de electio. in. vj. ⁊ ibi etiam per
Inn. ⁊ aliquid etiam per eum in. c. quoniam contra falſaꝫ. ſ. de
probatio. ⁊. j. de eo qui furt. ord. ac. in. c. ij. quando autem poſſit
opponi exceptio tua non intereſt, tractat Inno. j. de accuſa. ſu-
per his. Item aduerte inquantum dixi ꝙ ſi dilatoria ſuperue-
nit poſt litem conteſta. ꝙ poteſt ꝓponi, intellige hoc verū vſ𝔮ꝫ
ad pͥmum actum qui poſtea fieret. vt voluit glo. in. d. c. j. in ver.
abſentia. ⁊ Bart. in. l. ꝓcuratoribus. C. de ꝓcura. Item hoc vi-
detur verum vt poſſit opponi dilatoria nouiter ſuperueniens
dummodo de ea non ſit prouiſum ꝑ viam agendi vt contingit
in exceptione ſpoliationis, nam tunc videtur quod non poſſit
opponi poſt litem conteſtatam, vt nota. voluit Inno. in. c. ij. de
ordi. cogn. qđ an ꝓcedat dic vt ibi dixi. ¶ Item etiam aduerte
quia dixit Specul. eo. tit. §. nunc videndum. verſi. illud quoque.
ꝙ iudex non debet audire ꝓponentem dilatoriam: niſi prius re-
ceperit libellum quando lis ordinarie petatur, facit quod nota
9 per Inn. ſ. de procur. conſtitutus. ¶ † In eadem gl. ibi dilato
ria ſolutionis, conclude vt fuit de mente Inn. ſ. eo. paſtoralis.
⁊ Bart. in. l. exceptionem, hic alleg. ꝙ aut dilatoria ſolutionis
opponitur ad ꝓceſſuꝫ qđ videtur fieri poſſe: ex eo quia dicit lex:
ꝙ qui ante diem agit male agit. l. j. in fi. ff. quando dies vſufruc.
leg. ce. ⁊ tunc debet opponi ante litem conteſtatam ſicut regula
riter alie dilatorie, ⁊ hoc ſi poſſit de ea conſtare. alꝛs autem non
poterit opponi ad ꝓceſſum: ſi autem non intēdat opponere ad
proceſſum, ſed circa merita: tunc videtur ꝙ ꝓponi debeat ante
litem conteſta. ſed ſufficiat illam ꝓbari poſt fundatam intētio
nem actoris. l. exceptionem, hic alleg. ⁊ ſic videtur ꝙ non poſſit
ꝓponi poſt litem conteſtatam. Alia fuit opi. ꝙ poſſit opponi
etiā poſt litem conteſtatam: ex quo reſpicit negotium pͥncipale.
nec obſt. dicta. l. exceptionē, quia vr̄ velle ꝙ ꝓponi debeat ante
conteſta. litis: quia debet intelligi quod loquatur de conſilio et
non de neceſſitate, hoc ſequitur Bar. in dicta. l. exceptionem. ⁊
videtur velle Innoc. in dicto. c. paſtoralis. ſed multum facit in
contrarium tex. in dicta. l. exceptionem, vbi ponit verbuꝫ opor
tet. ꝙ eſt neceſſitatis non conſilij, ⁊ ſic videtur ꝙ omnino debeat
ꝓponi ante litem conteſtatam, ⁊ iſtud ſequitur ibi Cyn. ⁊ etiaꝫ
videtur ſequi Jac. butri. ⁊ forte iſtud de iure verius quia in du-
bio non debet recedi a proprio ſignificato ver. l. non aliter. ff. de
leg. iij. ⁊. j. de deci. in. c. ad audientiam, licet do. Anto. ſequatur
opi. Bar. ¶ Itē aduerte inquantum dixi ꝙ poteſt ꝓbari poſt
fundatam intentionē actoris, debet intelligi quando reus vult
ꝓbare aliter quam ꝑ teſtes: ſi vero velit per teſtes: tunc nō poſ
ſet quando directe aſſereretur contrariuꝫ eius quod ꝓbauit a-
ctor ꝑ teſtes: vt ſi ꝓbauit actor quod reus pure ꝓmiſit ſibi de-
cem, ⁊ reus vult ꝓbare quod ꝓmiſit in diem. Nam ſup eiſdem
articulis vel directo contrarijs poſt publicatas atteſtationes
non eſt licitum ꝓducere teſtes, vt in clemen. teſtibus. de teſti. ſi
autē velit ꝓbare ꝙ ex interuallo fecit pactum de non petendo
vſ𝔮ꝫ ad certum tp̄s: tunc iſte eſſet alius articulus: iō bene poſſet
ꝓbari ꝑ teſtes. ¶ Item aduerte quia etiam ſi non ſit oppoſi-
ta dilatoria ſolutionis: ſi tamē de ea conſtat iudici vt iudici per
acta non debebit iudex ſimpliciter condemnare reum: ſed debe
bit cōdemnare eum [illegible] ad diem: quando dies fuit ap
poſita ab initio tēpo[illegible] obligationis: quia tunc videt
ineſſe ipſi obligationi [illegible] dicebam. ff. ſi certum petat. ⁊
l. cum qui. §. j. ⁊ ibi ꝑ Bart. [illegible] de verb. obliga. ſecus quando ex
interuallo fuiſſet pactum ꝙ ſolui deberet ad certam diem: quia
tunc ex quo non eſt oppoſita [illegible] eſt obligationi: li-
cet de illa conſtet iudici tunc [illegible] ſimpliciter condem
nare reum ad ſoluendum. l. ſi [illegible] ⁊ ibi ꝑ Bart. ff. de
pactis. ⁊ in dicta. l. cuꝫ qui [illegible] gl. ibi: ſiue antequā
10 ſit in cauſa. No. diligenter ꝙ [illegible] † peremptoria poſ-
ſe opponi vſ𝔮ꝫ ad ſententiam [illegible] modo opponatur
ante concluſioneꝫ in cauſa: [illegible] quia non poſſunt poſtea
fieri ꝓbationes. c. cum dilectus [illegible] de fide inſtru. ⁊ ꝓcedit hoc regu
lariter fallit ſi eſſet exceptio [illegible] que red[illegible] iudicium
retro nullum: vt ſi opponatur [illegible] aliquid [illegible] falſas
probationes in caſibus de quibus dixi. ſ. eodem [illegible] venerabi
lis. Nam tunc videtur ſemper opponi ante ſent[illegible]: ex quo
reddit ſententiam ⁊ iudicium nullum. ¶ [illegible] ſecundo
qñ eſt exceptio que opponitur poſt ſententiam [illegible] tranſit in
rem iudicatam: vt contingit in cauſa matrimoniali. de re iud.
c. tenor. ⁊. c. lator. ¶ Item fallit qñ exceptio non impugnat ſen
tentiam: ſed potius moderatur executionem vt eſt exceptio ne
quis conueniatur vltra quam facere poteſt. l. ne ſennius. ff. de re
iudi. ¶ Item fallit in exceptione que renouatur in ipſa ꝓlatio-
ne [illegible]: vt in exceptione velleiani. l. ſi mulier. ff. ad velle. ¶ Itē
fallit in certis caſibus in. l. j. C. de iuris ⁊ fac. ign. ⁊ ibi etiam ſpe
ciale eſt in milite vt poſſit opponere peremptoriam etiam poſt
ſententiā. ¶ Fallit etiam in minoribus ⁊ in eccleſia: ⁊ in abſen-
tibus cauſa reipublice qui beneficio reſtitutionis poſſunt illam
opponere, facit qđ habetur in. c. j. ⁊. ij. ſ. de reſtitu. in integrum.
¶ Item aduerte diligenter ꝙ hec ꝓcedunt in meris perempto
rijs: ſed in miſtis vt exceptio litis finite per tranſactionem vel
iuramentum videatur ꝙ ſi opponatur in vim dilatorie ad pro-
ceſſum debeat opponi ante litem conteſtatam: ſi autem oppo-
natur ad merita cāe: tunc debet opponi poſt liteꝫ ꝯteſtatā ſicut
alia ꝑemptoria, ꝑ id qđ nota. in. c. j. de litis cōteſta. in. vj. ⁊ quod
not. Bart. in. l. j. C. de ordi. iud. Joā. andr. tamen vt tetigi. ſ. eo.
paſtoralis, videtur velle ꝙ etiam in vim ꝑemptorie poſſit op-
poni ante litē conteſtatam: licet tutius ſit opponere tunc poſt
litem conteſtatam: vt dixi in. c. paſtoralis, ⁊ plus dicit Specu.
in tit. de excep. §. dicto. verſi. ſed pone ꝙ in cauſa appellatio. cir
ca finē. verſi. ꝙ omnis exceptio ꝑemptoria. de qua conſtaret iu-
dici poterit opponi ad ꝓceſſuꝫ vt euitetur circuitꝰ, facit ꝙ ha-
betur. ſ. de ſi. pſbyte. in. c. conſtitutus, ꝑ Inn. ⁊ idem voluit Jo
an. Moder. ⁊ Joan. andr. in. c. j. de litis conteſta. in. vj. ⁊ ſequitur
etiam hic do. Anto. qđ tene menti ꝑpetuo. ⁊ ſic ꝓcedit regula,
ꝙ non p̄t opponi ꝑemptoria ad ꝓceſſum: quando de illa nō cō-
ſtat iudici tempore quo opponitur: ſecus quando eſt notoria. ⁊
iſtud eſt valde equum: licet non clare ꝓbetur iure: quid autem ſi
non oppoſui exceptioneꝫ ſolutionis: quia non reperi inſtrumē
tum nunquid ſi poſtea reperio potero in executione obijcere ꝑ-
emptoriam ſolutionis: tractat Specu. in tit. de exe. ſenten. §. fi-
na. verſi. illud autem, ⁊ ibi ꝑ Joan. andr. vbi videtur concludere
ꝙ ſic ſaltem beneficio reſtitutionis in integrum ex clauſula ge-
nerali. de quo etiam ꝑ Joan. Andre. in. c. ij. j. de ꝓ uile. ⁊ ꝑ Cyn.
in. l. j. C. de condic. indebi. ⁊ plene dixi in. l. imperatores. ff. de re
11 indica. ¶ In eadem glo. in fi, an † hodie ꝓceſſus habitus cum
a excommunicato ſit validus [a] vel non. dic vt habetur in. c. pia.
de exceptio. in. vj. ⁊ in. c. j. de reſcrip. eo. lib. quia ſi factus eſt corā
ordinario tenet: licet habitus fuerit cum excommunicato. vt in
c. j. licet olim eſſet ſecus: vt hic patet, ⁊ idem ſi hodie fiat corem
delegato ſi excommunicatio ſuperuenerit poſt impetratum re-
ſcriptum: ſecus ſi tempore impetrationis actor eſſet excommu
nicatus qui reſcriptum impetraret: quia tunc non tenet ꝓceſ-
12 ſus: vt in. c. j. de reſcri. in. vj. ¶ † Quid autem ſi fiat ꝓceſſus co-
ram iudice excōicato. Reſpondeo quod ſi erat publice excōica-
tus eſt nullus ꝓceſſus. j. de re iudica. in. c. ad probandum, ſecus
ſi occulte fuiſſet excōmunicatus, ꝑ ea que ibi nota. ¶ Quid
autem de exceptione quaſi peremptoria: vt de exceptione per
quam reprobantur teſtes quādo poſſit opponi, dic vt plene ha
betur. ſ. de teſti. in. c. ex parte. ⁊. ſ. de teſtibus. in ꝑſentia. ¶ De
exceptione autem feriarum: ⁊ de exceptione non numerate pe-
cunie, ⁊ de exceptione ꝙ principalis conueniatur antequam fi-
deiuſſor: vel quod filius non habet conſenſum patris: vel quod
tutor non fecit inuentarium, vide, in Specu. eodem tit. §. dicto.
verſicu. [illegible] exceptione feriarum, ⁊ ſequenti. ⁊ per Cy. in. l.
excepti[illegible] probatio. ⁊ per gloſſ. ⁊ Bar. in. l. ij. ff. de exce
ptio. [illegible] in fine, ⁊ adde quod notat gloſſ. in clemen.

a ¶ Sit validus. Adde hic do. Fel. in. xiij. colū. ꝟ. itē iquātum. nume. xxv. ⁊. ſ. in j. apoſtilla huius. c.

Ayuntamiento de Madrid

eos. de ſepul. ꝛ aduerte, qꝛ hoc eſt clarum in oꝛdinario: ꝙ differē
tia eſt an ſit publice excōicatus, an occulte: vt ſuperius etiam te
tigi, ſed in delegato quando eſt excōicatus tempoꝛe impetratio
nis eſt dubium an ſit differentia an fuerit excōicatus occultus
vel publicus, de quo in. c. j. de reſcrip. in. vj. ibi tamen concludit
ꝙ vtroqꝫ caſu reſcriptum eſt nullum, ꝛ idem etiam ſi impetrans
13 etiam occulte fuerit excōicatus. ¶ † An autem poterit excōi-
catus in caſu decretalis facta condemnatione expēſarum ad il-
las agere, cōiter tenet ꝙ non ꝑ id ꝙ habetur in. c. pia. de excep.
in. vj. Et no. ꝙ tex. iſte procederet, quando doloſe reus omiſerat
opponere exceptionem, ꝛ ſic a contrario ſecus ſi nō doloſe. Itē
ſecus ſi sciuiſſet actoꝛ ſe excōicatū: qꝛ tunc dol⁹ cū dolo ex vi cō-
penſaretur. j. de adulte. c. penu. ſm Hoſt. ¶ In gl. ſi. ibi admit-
tit ꝯpēſationē hoc ꝯtingit qñ alia ps locupletaret cū aliena ia-
ctura, ꝛ hoc cōſtet iudici vt iudici al's regul'r ad cōmodū partis
non interponit officium ſuum non petitum, de quo plene per
Bar. in l. iij. §. hoc autem ff. de damno infe. an autem poſſit ap
pellare ex eo qꝛ iudex ex officio non repellit aliquē vbi potuit.
dicit Spe. ꝙ non in tit. de offi. iudi. §. impedit, in pnc. qꝛ impu-
tet ſibi pars quare non opponit: ꝛ qꝛ non quicquid iudici ꝑmit-
titur ſubijcitur iuris neceſſitati. l. nō quicquid. ff. de iudi.

**Aduerſario.** Non cōpetit exceptio rei iu
dicate reo abſoluto: quia nō
poſſidebat ſi poſtea poſſidere reperiat. h. d. ¶ Not.
ꝙ in actiōe reali ex parte conuēnti requiritur poſſeſ
ſio: vt ſic contra illum dirigi poſſit actio. facit. l. j. C. de aliena. iu
di. ¶ Item no. a contrario ꝙ paria ſunt quem poſſidere, vel do
lo deſijſſe poſſidere. facit. j. de reg. iur. ꝑ poſſeſſoꝛe. lib. vj. ¶ Itē
no. ꝙ poſſidens tempoꝛe litis conteſta. preſumitur poſſidere ni
ſi aliud doceat. ¶ In gl. ij. ibi: cū pater. §. rogo. hic iunge ver. vl
dic, qui eſt infra per quem patet veritas queſtionis: qꝛ ſi appa-
ret ꝙ tpe mote litis poſſidebat non debet ꝓbare ſe ſine dolo de
ſijſſe poſſidere: ſed vbi non apparet ꝙ poſſideret a principio tē-
poꝛe mote litis: tunc vt poſſit conueniri debet probari ꝙ dolo
deſijt poſſidere. ¶ In ead. gl. ibi: ſi quis ad exhibendū, ꝛ aduer
te qꝛ pōt quis abſolui ex eo qꝛ non poſſidet: ꝛ ex eo qꝛ actoꝛ non
pꝛobauit. ꝛ ſic conſtet ex qua cauſa ſit abſolutus, hoc clarū vbi
aūt non cōſtet intelligitur abſolutus ex illa q̄ colligit ex actis.
vt dixit gl. in. d. l. ſi qs ad exhibendū. ꝛ facit ꝙ not. gl. in. c. ſi cōfir
mationem, de electio. in. vj. ꝛ no. ꝙ vbi agitur contra aliquē rei
vendi. ſi non interrogatur reus an poſſideat ſi apparet tempoꝛe
ſententie ꝙ nō poſſidet nec poſſidebit tpe mote litis debet ab-
ſolui. ſi tamen actoꝛ pꝛobauit intentionem ſuam debet ferri de-
claratoꝛia pꝛo eo: ꝛ ſi poſtea reperiatur reum poſſidere ſñia fa-
ciet ius pꝛo actoꝛe contra reum ſine alia pꝛobatione. l. ſi a te. §.
vlti. ꝛ qō ibi no. ff. de exceptio. rei iud. ¶ In eadem gl. ibi: ad h
vt exceptio, ꝛc. hinc ſumpta occaſione do. Ant. hic tangit an va
riato modo agendi habeat obſtare exceptio rei iudicate ſiue va
rietur de via excipiendi ad modum agendi ſiue ecōtra ꝛ ſiue de
iudicio plenario ad ſummarium ſiue econtra, ꝛ pꝛoſequitur di-
cta Bartol. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio.
ꝛ Inno. in. c. ij. ꝛ. c. fina. ſ. de oꝛdi. cogni. non inſiſtunt: quia ſatis
dictum fuit in dicto. c. ij. ꝛ fina.

1 ☞ Excommunicatus auditur appellans.
2 Habilis ad agendum eſt habilis ad excipiendum.
3 Conceſſo vno intelligunt cōceſſa oīa oꝛdinata ad finē illius.
4 Sententia ſi pꝛo excommunicato feratur an poterit petere exe
cutionem illius.

a **Venerabilem.** Valet reſcriptum[a] in-
petratum ab excōicato
ſuper pꝛoſecutiōe appellationis: licet de excōicatio-
ne non fecerit mentionem, ꝛ pꝛimo dictum, ſecundo
1 eius cauſam ibi, quia. ¶ Not. ꝙ † excōicatus auditur appellās:
etiam ſi velit pꝛoſequi appellationem etiam ab interlo. ꝛ graua.
¶ Item not. ꝙ in omnibus caſibus in quibus quis poteſt eſſe
2 in iudicio in illis poteſt impetrare delegatum, ꝛ ſic no. ꝙ † habi
lis ad agendum cenſetur eſſe etiam habilis ad excipiendū, ꝛ ſic
no. ꝙ habilis ad certum finem cenſetur habilis ad omnia oꝛdi-
3 naria in illū finem. ¶ † Vltimo no. ꝙ vno conceſſo intelligunt
conceſſa omnia oꝛdinata ad finem illius, facit qō hr̄ in. c. pꝛeter
ea. ꝛ in. c. literis. de offi. deleg. ¶ In gl. fina. in ſi. licet iſta capi-
tula videantur dicere idem tamen ſunt diuerſa: quia decretalis
intelleximus de iudi. ꝛ decre. cum inter. ſ. eo. loquūtur de excō-
municato qui agit vel defendit nomine ſuo tm̄, ꝛ pꝛo iure ſuo. ꝛ
decre. cum inter. plenius loquitur quam decre. intellexim⁹. ꝛ de
cret. dilecti. ſ. eo. loquitur de excōicato defendente eccleſiā de-
cre. dilecte. loquitur de excommunicato lite pendente: poſt ap
pellationē. c. ſignificauerūt, loquitur in actoꝛe appellāte a diffi-
nitiua, iſtō autē. c. loquitur in reo ꝛ in appellāte ab interlocuto
ria ꝛ in excommunicato ex alia cauſa: ꝛ ab alijs iudicibus, ꝛ ſic

a ¶ Valet reſcriptū. idē do. Abba. ſummat h cap.

diuerſis caſibus loquuntur ſm Abbatem. ¶ Extra glo. tangit
4 hic Innocen. an ſi † ſententia ſit lata pꝛo excōicato poſſit petere
illius executionē, ꝛ intellige qñ eſt lata pꝛo excōicato: ꝙ eſſe pō
teſt in pluribus caſibus. Pꝛimus quando non erat excōicatus
tempoꝛe late ſententie: ſꝫ poſtea fuit excōmunicatus. ¶ Scdō
poteſt eſſe ꝙ de facto fuit lata pꝛo eo: quia nō fuit oppoſita ali
qua exceptio excōicationis, ꝛ ideo tenuit vt habetur in. c. pia. j.
eo. lib. vj. ¶ Item tertio poteſt eſſe ꝙ fuit lata in cauſa appel-
lationis ſm nota. ſ. eo. ſignificauerunt. ¶ Item potuit eſſe qō
fuit lata ex eo qꝛ neceſſario agebat tractus ad iudicium ꝯdictio
ne ex. l. diffamari. ¶ Item potes ponere exemplum in ſenten-
tia condēnatoꝛia expenſarū, de qua. ſ. e. in. c. exceptionē. an igi
tur in dictis caſib⁹ poterit peti executio ſi obijciatur exceptio
excōicationis. ¶ Inn. hic finaliter tenet ꝙ non debet fieri exe-
cutio ſi opponatur exceptio pꝛedicta: qꝛ non leditur equitas iu-
dicij: ſi differatur executio: quia non ſemper ēt ille q pꝛonūtiat
mandat ſñiam ſuam executioni ſed alius: vt. l. a diuo pio. §. j. ff.
de re iudi. ꝛ. ſ. de offi. deleg. ſignificaſti. ꝛ qꝛ poterit poſt abſolu
tionem petere executionē, ideo ſibi imputet ſi nō petit, ꝛ hoc ēt
ſatis pꝛobatur ex his que habentur in. c. pia. pꝛealle. refert etiā
aliquos aſſignare hanc rationem ſcꝫ quia non debet ſolui excōi
cato durante excommunicatione. xv. q. vj. nos ſanctoꝛū, ꝛ. c. iu
ratos, ſed iſta ratio ſibi non placet: qꝛ ſcdm eum etiam excōmu-
nicato pōt quis ſoluere, vt not. per eum. ſ. de dolo ꝛ contu. c. ve
ritatis, ſed aduerte qꝛ contra iſtud multum facit qō habetur in
c. cum excōicato. xj. q. iij. vbi non eſt licitum cōmunicare cum ex
cōmunicato, potes dicere pꝛo concoꝛdantia opin. qō in caſibus
in quibus licitum eſſet contrahere cum excommunicato: vt cō-
tingit interdum vt patet. j. de ſen. excōi. in. c. ſi vere, tunc licitū
ſit ſibi ſolui, ꝛ ſic ītelligatur opi. Inn. ꝛ qō ipſe nota. in dicto. c.
veritatis, ſi autem ſit caſus in quo non licitum contrahere. tunc
licet ſi contrahatur contractus teneret ſm opi. Inn. in. c. verita
tis, licet Hoſti. contra tamen ſaltem videtur quod non erit lici
tum ſibi ſoluere: ex quo non eſt licitum ſibi communicare: nec vi
detur arctare pꝛomiſſio vel iuramentum ad ſoluendū ipſi excōi
cato tanquā nutriens peccatum, per id qō habetur. xxij. q. iij.
c. in malis, iuncto dicto. c. cum excōmunicato, ꝛ bene facit quod
dixi poſt Hoſt. ſ. eo. ſignificauerunt in illa queſtione an pꝛocu-
ratoꝛ excōmunicatus teneatur pꝛoſequi appellationē. ¶ Itē
eſt ſciendum qō domi. Ant. ſ. c. pꝛoxi. tractat an quelibet varia
tio habeat operari: vt non obſtat exceptio rei iudicate, ꝛ cōclu-
dit ꝙ ſi variatur cauſa agendi, planum eſt ꝙ nō obſtat exceptio
l. cū q̄ritur. ꝛ. l. cū de hac. ꝛ. l. ꝛ an eadem. ff. de excep. rei iudi. ꝛ fa
cit tex. in. c. pꝛecedenti, idem ſi varietur res qꝛ de alia re agatur,
ꝛ idē ſi varietur perſona: quia alia perſona que nō cenſeatur ea-
dē ꝑſona cum pꝛima modo agat: vt patet in iuribus pꝛeallega.
¶ Si autē varietur modus agendi tunc ſi variatur de ſumma
rio ad plenarium non habet obſtare. l. penult. ff. de his qui ſunt
ſui vel alie. iur. ꝛ. ſ. de teſti. veniens. el. ij. ꝛ facit qō not. Inno. ſ.
de oꝛdi. cog. c. ſi. ſecus ſi econtra de plenario ad ſummariū. vtro
luit Inno. in dicto. c. fina. ſi autem vtrunqꝫ ſit plenariū tunc ſi
ſecundum ſit acceſſoꝛium ad pꝛimum habebit obſtare exceptio
rei iudicate. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de ver. oblig. ſecus ſi ſꝫ
iudicium ſit magis pꝛincipale: qꝛ tunc non nocebit exceptio. l. ſꝫ
ſi ante. ff. de exceptio. ꝛ ibi per Bart. ſaluo niſi in pꝛimo iudicio
aſſumpta fuiſſet ꝑncipaliter diſputatio ſuper eo, de quo diſpu
tatur in ſecundo qꝛ tunc obſtaret exceptio, vt voluit Inno. in. c.
cum eccleſia ſutrina. de cau. poſſeſ. ꝛ pꝛopꝛie. ꝛ Bart. in dicta. l.
ſed ſi ante. ſi autē vtrūqꝫ ſit eque pꝛincipale tūc ſi ambo iudicia
tendunt ad eundē finē obſtabit exceptio. l. qō in diem. §. ſi ratio
nem. ff. de compen. ſecus ſi tendas ad diuerſum finem. l. vendicā
tem, cum. l. ſeq. ff. de euictio. ꝛ per pꝛedicta poſſunt decidi mul-
ta, de quibus per Inno. in. d. c. fina. ꝛ per glo. ꝛ Innoc. in. c. ij. de
oꝛdi. cogni. ꝛ per do. Anto. ſ. c. pꝛoximo. ꝛ per Barto. in dicto.
§. duo fratres. ¶ Vltimo aduerte quia dixi in. c. ſignificauerunt
qō ſm vnum intellectum eſt ibi caſus qō vbi actoꝛ obtinet con
demnatoꝛiam pꝛo ſe ſed reus abſoluitur ab expenſis: licet reus
appellet a ſententia lata in pꝛincipali: tamen poterit appellare
actoꝛ ab abſolutione expenſarum: vt ibi videtur eſſe caſus ſm
vnam expoſitionem: ſecus eſſet quando fuiſſet omiſſa condem-
natio expenſarum, vt. l. finali. C. quando pꝛouo. non eſt neceſſe.
idem quando condemnaſſet: ſed in minus quam deberet: vt ibi
patet, ꝛ ſic videtur ꝙ illa lex non habeat locum quando qs eſt
abſolutus ab expenſis. ſed Pet. ꝛ Abb. vident velle cōtrariū
in dicto. c. ſignificauerunt, inquantum videntur in effectu repꝛo
bare exemplum gl. per dictam. l. fina. ꝛ ſimiliter videtur Spec.
repꝛobare glo. in titu. de appel. §. in quibus. verſic. xxxiij. ꝛ facit
pꝛo iſta parte quia quando in minus condemnatur videtur qō
in alijs debet dici abſolutus. arg. de pꝛeſumptio. c. nonne. ꝛ in. l.
maritus. C. de pꝛocu. ſed huic poſſet reſponderi qō iſtud nō eſt
verum

Ayuntamiento de Madrid

verum ſcilicet ꝙ intelligatur in reſiduo abſolutus vt plene not. per docto.in.l.j.C.ſi aduerſus rem iudi.tñ pro iſta parte etiã facit quia litera videtur velle quod appellet per actorem.ex eo qa habet ſententiam pro ſe in principali.ꝛ ideo ſufficiat reum appellaſſe.ꝛ preſertim quia acceſſorium expenſarum regulariter regulatur ſecundum naturam principalis.facit de regu.iur.acceſſorium.li.vj.ꝛ qđ habetur in.l.properãdũ.§.cum autem alterutra.C.de iudi.Sed aduerte quia de iure videt̃ poſſe defenſari glo.in dicto.c.ſignificauerunt.quia ibi eſt caſus ſecũdum illum intellectum nec obſtat dicta.l.finalis quando prouo.nõ eſt neceſ.quia loquitur hoc caſu reus eſt abſolutus ab expenſis.nec videt̃ etiaꝫ omnino eadem ratio:quia quando facta eſt abſolutio.tunc neceſſe erit illam reuocari.ꝛ ſic veniri cõtra factum prioris.ſecus in caſibus in dicta.l.fina.quia ibi non venitur contra factum primi iudicis:ſed potius ſuppletur eius factum in eo quod omiſit ꝛ ideo illud facilius conceditur non obſtat etiam ꝙ acceſſorium debet regulari ſecundum naturam principalis.quia illud verum niſi acceſſorium aſſumpſerit per ſe ſubſiſtentiam per id quod no. in ſimili de iureiurando debitores ꝛ ita videtur eſſe in caſu propoſito ex quo abſolu.eſt lcta:quia illa videtur tranſire in rem iudicatam.ſi non appelletur ab eadem.ſ̃.de electio.cum dilecti ad finem.eſt etiam communis opinio.quod vbi reus nõ appellaret poſſet actor appellare propter omiſſam condemnationẽ expenſarum.vt ſic ſibi ſuccurratur.vt voluit Bart.ibi ꝛ Butri.ꝛ Speeu.in dicto.§.in quibus.in preallega.verſiculo.ꝛ ſequenti.licet ſatis dubitauerim de hoc dicit tamen curiam hoc ſeruare.Bal.tamen in dicta.l.fin.videtur velle oppoſitum ꝙ non ſcilicet quod actor non poterit appellare ex quo ſententia eſt lata pro reo:ſed certe fateor ꝙ non appellabitur a ſententia.ſed a grauamine illato quia omiſit de expenſis pronuntiare.facit quod habetur in c.dilecto.j.de appel.

a ¶De preſcriptionibus.[a] Rubrica.

1 ☞Preſcribere poteſt eccleſia contra aliam eccleſiam ſpatio triennij.

2 Matrix eccleſia intelligitur cathedralis quandoꝗ tamẽ capitur pro inferiori eccleſia.

3 Eps heretic⁹ vel ſchiſmaticus ſi reuertitur ad vnitatem eccleſie an poſſit recuperare eccleſiam.

**Placuit.** Epiſcopus contra epiſcopũ eũ p ſe ad finẽ cõuerſum preſcribit triennio ſubductis temporalibus vacationis ꝛ ſchiſmatis eccleſie cõtra quã preſcribitur hoc dicit.primo ponit dictũ.¶Secũdo ibi ſi tñ illud determinat.tertio caſum determinatiue exponit ibi ſinantẽ.ꝛ vltimo aliũ addit.ibi item ſi.¶In tex. ibi ex donati.hereticus quidam fuit qui induxit here ſim quod ſi lius eſſet minor patre.vt habet.xxiiij.q.vltima.c.penul.ver.do-

1 natiſte.¶†No.j.caſum in quo eccleſia contra aliã eccleſiam preſcribit ſpatio triennij.ꝛ hoc operatur fauor fidei vt facilius ꝛ citius conuertatur quis ad fidem.¶Item nota ꝙ de tali preſcriptione ſubducitur tps vacationis eccleſie contra quaꝫ preſcribitur.ꝛ etiam tps ſchiſmatis.¶Itẽ no.ꝙ non currit preſcriptio eccleſie que habet prelatum ſed que habet inutilem ad agendum facit quod no.xvj.q.iij.c.prima actione.ꝛ quod not.ſ̃.eo.cum nõ

2 liceat.¶†Itẽ nota ꝙ appellatiõe matricis eccleſie intelligitur cathedralis quandoꝗ tñ ſumitur pro inferiori eccleſia vt patet j.eo.ex tranſmiſſa.¶Item nota ꝙ prima facie videtur eſſe deterior conditio epiſcopi catholici ꝗ̃ non catholici.nam hic currit preſcriptio contra catholicum.ꝛ non contra non catholicuꝫ.ſed dic ſm Hoſtien.quod iſtud contingit non ex odio perſone:ſed ex negligentia que preſupponitur in catholico.non autem in non

3 catholico.¶†Item nota ꝙ vbi epiſcopus ſchiſmaticus vel hereticus reuertitur ad vnitatem eccleſie videtur recuperare eccleſiam ſuam:ſed certe iſtud videtur verum quando tunc vacaret eccleſia,ꝛ ſecum diſpenſaret papa,alias ſecus.ſ̃.de electio.in.c.qa diligentia tua.¶In glo.prima ibi poſt illos ſex menſes ſupple ꝛ poſt conuerſionem factã de loco:quia a tempore conuerſionis incipiet currere trienniũ non autem immediate poſt ſex menſes ꝛ ita videtur eſſe de mente iſtius text.ſm Inno.ꝛ Hoſtien.vnde ſecundum eos in contrario ponitur tempus poſt quod licitum eſt conuertere.hic aũt ponitur tempus poſt quod epiſcopus populi lapſi in hereſim ꝛ reuerſi ad fidem non poteſt illum repetere. ¶In glo.ſecunda in fin.nec obſtant iura alleg.in glo.quia non loquuntur in economo.ſed in coadiutore dato qui habet plenã adminiſtrationem in temporalibus ſm Godoff.preterea non valet conſequentia quã facit gl.quia patet inſtantia in ſimili in tutore qui poteſt agere ꝛ conueniri nomine pupilli.ꝛ tamẽ nõ currit preſcriptio durante pupillari etate.l.ſicut in rem.C.de pſcri-

ptio.xxx.annorum.ꝛ facit quod habetur per gloſſ.in.c.ſicut vigeri.j.q.j.vbi gloſ.notabiliter dicit ꝙ ad tollendum argumentum ſufficit dari inſtantiam.

b **Nihil.** Taciturnitas[b] plati nõ nocet eccleſie do nec ſit preſcriptum.h.d.vel aliter.In rebus iniuaſis non currit preſcriptio.hoc dicit ſecundũ aliũ intellectu:m.¶No.j.ꝙ propter ſcãdalũ vitãdum quis videt̃ dimittere proſecutionẽ iuris ſui.¶Itẽ not.qđ papa ſe nominat in ſingulari ꝛ alium in plurali.ꝛ hoc ex nimia humilitate hodie preſumeret reſcriptuꝫ falſum p id qđ habetur j.de crimi.fal.c.quã graui.¶Item no.qđ factũ pdeceſſoris non vꝫ nocere ſucceſſori in glo.j.in fin.ſolu.vt ibi notatur p gl.¶In gloſſ.ſi.ibi ꝛ hec proteſtatio.hinc potes ſumere tertiam ſolutionem.ſ.quod negligentia predeceſſoris non nocet ſucceſſori:quia fuit interrupta preſcriptio per iſtam proteſtationem que in caſu iſto videtur operari interruptionẽ ſm Innocen.quia nõ poterat forte aliter propter eius potentiam iſta patritia conueniri. ¶Quartum intellectum hic ponit do.Anto.dicens qđ ſi aliqđ eſt erogandum in pauperes qui non ſunt certificati qđ non curret preſcriptio contra eos anteꝗ̃ certificentur.ꝛ ſic dicit alias de facto in ſe fuiſſe conatũ defendere.licet dicat Fede.tenere in ſuo conſilio primo qđ pro debito talibus pauperibus cõmpetit con dictio ex.l.nulli.C.de epiſ.ꝛ cle.ꝛ ſic preſcribatur ſpatio.xxx.annorum.vt.C.de preſcrip.xxx.vel.xl.annorũ.l.ſicut.nec requiritur quadraginta.ex quo non agitur de rebus eccleſie:ſed ipſe dicit qđ non dꝫ currere pauperibus preſcriptio antequã ſint certificati:qꝛ ante non poſſunt agere.facit qđ habetur in.l.j.in fin.C.de an.excep.ꝛ eſt notabilis intellectus in ſe tñ tex.hic non dixit p iudicium non generari pauperibus:ſꝫ nõ generari pontificibus ꝛ ſic vꝫ loqui de rebus ſpectantibus ad adminiſtrationem pontificum.ꝛ ſic de rebus eccleſiarum.

1 ☞Preſcribere poteſt eccleſia contra laicum ſpatio triginta annorum.

2 Ad preſcriptionem requiritur ꝙ preſcribens poſſederit tempore ad preſcriptionem deputato ꝛ ꝙ quiete ꝛ inconcuſſe.

3 Preſcriptio interrumpitur per citationem iudicialem.

**Sanctorum.** Per quietã.xxx.annoꝝ poſ b ſeſſioneꝫ preſcribit eccleſia. hoc dicit.¶†Not.ſecundũ vnum intellectũ qđ eccle

1 ſia preſcribit contra laicum ſpatio.xxx.annorũ.ſi aũt loqueretur de preſcriptione contra aliam eccleſiam.hoc eſſet correctum:qꝛ hodie requiruntur.xl.anni.j.eod.de quarta.ꝛ.c.illud. ꝛ intellige qđ ſufficiunt.xxx.anni.contra laicũ qũ bona fide ſine titulo poſſedit.l.ſi quis emptionis.C.de preſcri.xxx.anno.ſi aũt cum titulo ꝛ bo.ſi.tunc ſufficeret tempus.x.annorũ inter preſentes.ꝛ.xx.inter abſentes.l.ſi.C.de preſcrip.lon.tempo.ꝛ ſecundũ predicta debet intelligi ꝛ limitari glo.que habet in.c.illud.j.eo. in tertia gloſ.licet Jo.an.illam reprobet.ſed certe poteſt ſaluari

2 ſecundum predicta.¶†Item nota requiſita ad preſcriptionem ſcꝫ ꝙ preſcribens poſſederit tpe deputato ad preſcriptionem.ꝛ

3 qđ quiete ꝛ inconcuſſe.¶†Vltimo nota quod clamatione iudiciali ſeu ad iudiciũ interrumpit̃ preſcriptio qđ eſt verum qñ eſt preſcriptio longiſſimi temporis.xxx.vel.xl.annorũ.l.ſicut.C.de preſcrip.lon.tempo.ꝛ tangetur.j.eod.c.illud.¶In glo.ij.in fin. vel dic ꝙ hic ſumitur proclamatio p citatione facta ad iudiciuꝫ ꝛ ideo ſufficit ad interruptionem.ex quo eſt preſcrip.xxx.anno. vt pꝫ in.l.ſicut.alle.in gl.¶In glo.ſi.vel ſalua hoc.c.per ea que dixi in notabilibus.

1 ☞Non preſcribitur cõtra eccleſiam minori ſpatio.xl.annorũ.

2 Seruitutes qualiter amittantur.

c **De quarta.** Preſcribitur[c] cõtra epm quarta decimarũ vel oblationum ſi ſpatio.xl.annoruꝫ non fuerit ſoluta.ꝛ eccleſia interim non vacauerit.h.d.ꝛ primo ponit dictum ſecundo caſum exceptuꝫ.tertio repellit ius antiquũ.ſecunda ibi:niſi.tertia ibi:naꝫ romana.¶Nota.j.qđ eps videtur fundare intentionem ſuam de iure communi ſuper quarta decimarum ꝛ oblationum que percipiuntur in eccleſiis parochialibus ſibi ſubiectis.facit quod habetur.ſ̃.de officio ordina.conquerente.ꝛ ex hoc qđ ſuper ipſo iure decimaruꝫ clericus ſeu rector eccleſie videtur de iure cõmuni fundare intentionem ſuam non autẽ ipſe epiſcopus cũ ſolum ſuper quarta decimarum videatur fundare.de quo plene tangitur in.c.cũ contingat.j.de deci.ꝛ ibi per Joã.cal.¶Itẽ

1 nota ꝙ hodie contra eccleſiam non preſcribitur minori ſpatio xl.annorum ꝛ ſic correcta ſunt iura que dicebant de preſcriptione.xxx.annorum.facit quod habetur.j.eo.illud.¶Vltimo nota ꝙ de preſcriptione deducit̃ tempus vacatiõis eccleſie.¶In gloſſ.ſuper verbo tueri.ibi conceſſionem epiſcopi tantum:quaſi velit ꝙ non ſit facta cũ conſenſu capituli.ꝛ ſic fuit minus iuſtus titulus.nam alias ſi fuiſſet facta cum conſenſu capituli potuiſ-

ſ

a ¶Preſcriptionib⁹.d. Jo.de imo. nihil ſcribit ſup hac rubrica.iđ viđ ħ p.d.abb. cõtinuatiões eius et alia multa ꝗ̃ſup hac rubrica ſcribit.et.d. Fel.poſteũ.

b ¶Tacitur nitas. abb. poſt glo.legit variis modis vnũ tñ ſũmariũ abb.concorda to cum iſto ¶Preſcribit.licet do. abb.ꝛ Jo.đ imol. ſummẽt ħ.c.ver bis variatis idẽ tñ dicũt i effectu.Et qꝛ in tex.ponit̃ xbũ niſi ſi qras vtrũ hec dictio niſi ponat vel affirmet ſiue excipiat vꝫ neget dictigue vt hic p do.Hen. boych.j pn.

Ayuntamiento de Madrid

ſet tenere per ea que habentur.j.de do.paſtoralis.z quod habetur.xij.q.ij.c.ſina.z ſi dicas titulus fuit minus iuſtus.ergo non debuit dare cām preſcribendi quia videtur fuiſſe in errore iuris ille qui allegat preſcriptionē.ſi putauit ſufficere conceſſionē epiſcopi.z ſic non dʒ prodeſſe ad preſcriptionem.l.nunꝙ.ff.de vſur. z.j.de dona.apoſtolice.cum ibi no.per gl.ſed potes dicere quod forte fuit in errore facti putans conceſſionē epiſcopi fuiſſe factā cum conſenſu capituli.ideo potuit preſcribere.facit quod notat gloſ.in c.apoſtolice.z quod notat Pau.in clemen.j.de reb.eccle. non alie.poſſet forte etiam dici quod licet in preſcriptione.x vel xx.annorum error iuris non proficiat.z ita loquatur dicta.l.nunꝙ.tamen in preſcriptione.xl.annorum videtur quod hoc non habeat locum,cū non reperiatur iure cautum:precedens tamen dictum videtur tenere gloſſ.in dicto.c.apoſtolice.z Pau.in dicta clemen.j.z ſcias qđ de iure.ff.de preſcrip.xxx.vel.xl.annorū non erat cognita.vt voluit gloſſ.in.l.iulianus.ff.ex quib.cau.ma.z in l.qui occidit.ff.ad legem aquiliam.prima autem ſolutio hic poſita in gloſ.non videtur bona ex eo quia vbi preſcriptio eſt contra ius cōmune.ſeu quando ius cōmune facit contra preſcribentem. non ſufficit bona fides:ſed requiritur etiā titulus.vt det cauſam preſcribendi.vt probatur in.c.j.j.eo,in.vj. ¶ Qualiter autem poterit probare clericus ſeu rector eccleſie preſcriptionē in caſu huius.c.conſiderato quod illa allegatur per negatiuam:quia dicit non eſſe factam abſolutionem per tempus quadraginta annorum,z vltra recurre ad not.per Joan.andr.in regula ſine poſſeſſione.in queſtione ibi poſita de regul.iur.lib.vj.nam ſecundum eum ſufficiet probare titulum ante dictū tempus,z allegare ſolutionem non factam.vnde niſi probet epiſcopus aliud obtinebit
2 clericus.de quo ibi plene per eum. ¶ † Extra glo.tangit hic Innocen.qualiter ſeruitutes amittanť z in effectu z concludit illud qđ habetur in.l.fin.C.de ſerui.z.l.ſeruitutes.ff.de ſerui.quia perditur ſpatio.x.annorum inter preſentes.z.xx.inter abſentes.niſi habeat interuallum menſium vel anni:quia tunc requiritur tempus duplicatū ſecus ſi ſit interuallū horarum.vel dierum.z tangit quid de interuallo ſeptimanarū.z concludit quod idem in illo interuallo qđ in interuallo menſium.cum preſcriptiões ſint odioſe non ampliande.argu.l.quidam.ff.de libe.z poſthu.quod not. pro intellectu legis ſi ſic.ff.quemadmo.ſerui.ami. Tangit etiam qualiter ſeruitutes acquirantur.z concludit quod ſpatio longi temporis ſi habeat cauſam continuam vel ſaltem quaſi conti.et ſic.x.annorum inter preſentes.z.xx.inter abſentes.l.fi.C.de preſcriptio.lon.tempo.ſecus ſi non habeat cauſam continuam quia tunc requiritur tempus cuius initiū memoria non exiſtit.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua quoti.z eſti.z dicit quod ius percipiendi decimas poteſt dici habere cauſam continuā,vel ſaltem quaſi conti.ex eo qꝛ omni tempore prediū eſt aptum ad producendum aliquid quod poteſt decimari.z hoc loquendo de iure decimandi in genere:ſed ſi eſſet ius decimandi frumentū vel vinum tantū.tūc quia ſolum hoc in certis partibus anni fit quod percipiatur frumentum z vinū non haberet cām conti.nec quaſi ſed tu potes dicere ſecure quod etiā ius decimandi generaliter z vniuerſaliter omnia que naſcuntur in predio nō videntur eſſe ius habens cām continuam vel quaſi ex eo quia in vſu talis iuris requiritur hominis factum.nec aliter tale ius percipitur niſi interueniat factū hominis recipientis ipſam decimam ergo nō dicitur habere cauſam continuam vel quaſi per id quod habetur in.l.foramē.ff.de ſeruitu.vrba.predio.ſed potes dicere quod illa diſtinctio an habeat cauſam continuā vel quaſi an non procedit in ſeruitutibus realibus que debentur a re rei.non autem in perſonalibus que debenť perſone.vnde ſeruitus vſufru.licet requirat factum hominis.z ſic non habeat cam conti.vel quaſi.tñ quia eſt ſeruitus perſonalis que debetur perſone preſcribitur ſpatio longi temporis.l.fin.C.de preſcriptio.lon.tempo.z eſt ratio diuerſitatis:qa in perſonalibus eſt perſona que animo continuat poſſeſſionem que animo retinetur.C.de acquiren.poſſeſ.in.l.licet.que ratio ceſſat in ſeruitute que debeť a re rei.z per hoc poſſet dici qđ ius decimandi cenſetur eſſe ius perſonale qđ debetur eccleſie tanquā pſone repreſentanti.l.mortuo.ff.de fideiuſſo.z ſicut eccleſia dicitur poſſidere alias res z alia iura.vt notat Innocen.ē.de cā poſſeſſio.cum ſuper.ita z iſtud. ¶ Aduerte tamē quia licet preſcriptio contra priuatos in ſeruitutibus realibus habētibus cām conti.vel quaſi cū bona fide,etiam ſine titulo poſit fieri etiam ſpatio longi temporis.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui. ven.z etiam in ſeruitutibus perſonalibꝰ cum titulo vt dicta.l.fi. C.de preſcriptio.lon.tempo.z facit qđ notat Barto.in.l.inſte.§. non mutat.ff.de vſuris.tamen contra eccleſiam non currit minor preſcriptio ꝙ preſcriptio.xl.annorū per iſtū text.etiam in predictis.z ſic etiā voluit hic Hoſti.dicit tamen etiā hic do.Anto.qđ in ſeruitutibus realibꝰ que non habent cauſam cōti.vel quaſi vt ſeruitus itineris per fundū vicini qđ illa non preſcribetur etiam de iure canonico ſpatio.xl.annorum:ſed requiriť tps cuius initiū memoria non exiſtit ſicut etiam requiritur ſecundū leges qꝛ canones non intendunt ampliare materiā preſcri.ſed potius reſtringere vt patet in.c.proximo.z.j.eod.c.fin.de mater ia per legiſtas in.l.ſeruitutes.ff.de ſeruitu.titulo generali.z etiā tangiť in.c.puenit.j.de cenſi. ¶ Item aduerte qꝛ videtur ꝙ de iure canonico non procedat preſcriptio in ſeruitutibus ſine titulo etiā in realibus:qꝛ ius cōmune facit contra preſcribentem cum quelibet preſumať libera niſi probeť ſerua.l.altius.C.de ſeruitu.z ſic videtur qđ non preſcribatur ſine titulo in.c.j.de preſcriptio.in.vj.poſſes dicere qđ aliud ſit de iure ciuili.vt patet in.l.ſi quis diuturno.ff. ſi ſerui.ven.z forte hoc etiam voluit Hoſtien.hic vel potes dicere ſecundo qđ illud.c.limiteť vt habeat locū vbi agiť de magno ſeu graui preiudicio.vt qñ agitur de preſcriptione iuris decimarum z ſimiliū.ſecus qñ agitur de leui preiudicio.vt contingit qñ agitur de ſeruitute reali.facit qđ no.in.d.l.ſeruitutes.z.l.cū de in rē verſo.ff.de vſu.per gl.z Bart.in.l.penul.C.cōmuni diui.z adde etiam quod in preſcribēda libertate ſeruitutis vrbane requiritur etiā factum ipſius volentis preſcribere.vt pꝫ in.l.hec aūt iura.ff. de ſeruitu.vrba.predio.licet ſecus ſit in ſeruitute ruſtic.vt etiam tangit hic Inno.

1 ☞ Preſcriptio cum mala fide non procedit de iure canonico ſecus de iure ciuili.

2 Preſcriptione completa ſi mala fides ſuperueniat an res preſcripta reſtitui debeat.

**Vigilanti.** Poſſeſſor male fidei non preſcribit.h.d. ¶ Et pmo ponit dictum ſecūdo rationē.l.ciuilis. ¶ Tertio illā corrigit.ſecun
1 da ibi:ephefinus.tertia ibi:nobis aūt. ¶ † No.qđ de iure canonico non precedit preſcriptio cum mala fide.licet ſecus ſit de iure ciuili.ſed ſeruari debet ius canonicum etiā in foro ciuili cū preualeat in materia peccati.vt not.in regula poſſeſſor.j.de reg.iur.in.vj.z dicetur.j.eo.c.fin. ¶ Item no.qđ poſſeſſor male fidei diciť ille qui hʒ ſcientiam rei aliene. ¶ Item nota finem iuris ciuilis in preſcriptione deuiare a fine iuris canonici.nam ius ciuile conſiderat vtilitatem ciuilis ſocietatis.z vt viteť confuſio z ne rerū dominia ſint in incerto z puniať negligentia facit.l.j.ff. de vſuris.ſed canones conſiderant vtilitatē anime. ¶ In gloſ.j. ibi ſic nec inducit hic ratio non eſt omnino perfecta concluderet etiā de iure ciuili.vnde dic melius vt dixi in notabilibus. ¶ In gloſſ.noverit ibi bene a zenone. Aduerte:qꝛ ibi fiſcus teneť dare pretiū domino.z eodem modo poteſt intelligi.l.lucius.alleg.in gloſſ.alias non videť ꝙ ſine cauſa poſſit de iure auferri mihi res mea.vt voluit Innocen.ē.de conſti.que in eccleſiarū.z p Barto.
2 in prīa conſtitutione.ff. ¶ † In ea.glo.ibi alanus dixit.hec opinio reprobať.qꝛ non eſt differentia inter lucratiuā cām z non lucratiuam per id qđ habeť in.l.pen.C.de preſcriptio.lon.tempo. z.j.de dona.apoſtolice.vnde cōmuniter teneť opinio ſecunda hic poſita.quā tenet glo.z ſequiť Jo.and.in regula poſſeſſor.in mercuria.de regu.iur.in.vj. Intellige tamen hoc verum.niſi quis hʒ conſcientiā remordentem:vt qꝛ putaret omnino ſe teneri.lʒ preſcriptio fuerit completa:quia deberet ſequi conſciētiam vt.j.de ſimo.per tuas.ſecus ſi conſcientiam confirmet cum opinio.gloſ. do.Anto.dicit hanc opinio.pcedere in foro contentioſo.vt non poſſit arctari ad reddendū:ſed in foro penitentie dicit ꝙ videtur qđ teneatur reſtituere ſicut tenent aliqui theologi ſi vult veram penitentiā agere:ſed non credo hanc opinio.veram qꝛ ſi in foro penitentie obligareť ad reſtitutionē eodem mō deberet obligari in foro contentioſo ſi conſtaret in illo qđ conſtat in foro penitentie per id qđ habeť in ſimili in.c.conſuluit.j.de vſu.z ideo videť ꝙ neutro modo debeat cogi.

1 ☞ Preſcriptio quadragenaria tollit omnem actionem.

**AD aures.** Una eccleſia i parochia alterius ſpatio.xl.annorum decimas preſcribit.h.d.z eſt cōmunis diuiſio conſultatio z reſponſio.
1 ſcđa ibi:tūc. ¶ † No.ꝙ quadragenaria pſcriptio tollit prorſus oēm actionem facit qđ habetur in.l.omnes.z.l.ſicuti.C.de preſcriptio.xxx.annorū.z qđ not.in Spe.de preſcriptio. circa princi.hinc ſumpta occaſione tractat domi.Ant.id qđ tangit Barto.in.l.ſi.ff.rem ratā habe.licet non allegat eum.vbi tangit an p preſcrip.tollať naturalis obli.z concludit ꝙ ſic ſi eſt preſcriptio conuentionalis.vt qꝛ voluit ſolū vſq ad certū tps obligari.nā tunc tolliť naturalis z elidiť ciuilis.l.ſi vnus.§.pactus. ff.de pac.ſi antem eſt preſcriptio legalis.tunc ſi erat actio temporalis ſui natura.vt actio redhibitoria vel quanto minoris.l.iul. in princi.cum ibi nota.ff.de actio.empti.tunc tollitur ciuilis z remanet naturalis per.l.at qui natura.in principio.ff.de neg.geſt. ¶ Si aūt tenebať actio perpetua ſui natura que hodie tollitur preſcriptio.xxx.annorum vel.xl.tunc tollitur ciuilis remanet tamen naturalis quam ius ciuile ex toto non videť tollere.inſti.de iur.na.gen.

Ayuntamiento de Madrid

iur.na.gen.⁊ ci.§.ſed naturalis.tollitur tñ tūc effectus talis na-
turalis per id qđ hic dicitur ⁊ dicta.l.ſicut.⁊.d.l.omnes.⁊ in.l.ſi
quis poſtq̄.ff.de fideiuſſo.⁊ ſic vr velle qđ vbi actio erat tempo-
ralis ſui natura ꝙ remaneat naturalis cū ſuo effectu,⁊ ſecundū
hoc videt qđ illa naturalis induceret compenſationē.⁊ etiā foꝛ-
te poſſet ei accedere fideiuſſoꝛ,ſed foꝛte iſtud non eſt verū per ea
que habent in.d.l.ſi quis poſtq̄,vbi non poteſt accedere fideiuſ-
ſoꝛ,qñ quis eſt liberatus p̄ſcriptiōe,nec pōt intelligi ibi de p̄ſcri-
ptiōe.xxx.annoꝝ.qꝛ illa nō erat cognita de iure digeſtoꝝ.vt not.
in.l.iulianus.ff.ex quibus cauſis maio.⁊ ſic vr qđ loquat in pꝛe-
ſcriptione actionis tēpoꝛalis non ob.l.at qui natura,qꝛ illa non
pꝛobat id ad qđ allegat vꝫ qđ pꝛeſcriptio remaneat naturalis
ſed dicit ꝙ ille q erat obligatus actiōe tpali ſi miniſtrauit bona
creditoꝛis a ſe non exigit tenebit actione neg.geſt.lꝫ liberetur a
pꝛima.¶ In gloſ.ij.in ſi.dic melius vt hodie habetur in.c.j.j.e.
in.vj.⁊ per ibi no.patet ꝙ hic dꝫ intelligi ꝙ habebat titulum cū
ius cōe faceret contra pꝛeſcribentē,ex quo pꝛeſcribere volebat in
alterius parochia.

1 ☞ Pꝛeſcriptio non pꝛocedit ſine poſſeſſione.

Cauſam que. Laicus decimas nō p̄ſcri-
bit.h.d.⁊ pꝛīo deciſiua con
ſultatio.ſcđo rñſio.ſecunda ibi:ideoq;.¶ Nota quod
laicus non pōt poſſidere ius ſpirituale nec illud pꝛe-
ſcribere.¶ Itē illud qđ non poteſt quis poſſidere nec p̄ſcribere
1 poteſt nā† ſine poſſeſſione nō pꝛocedit p̄ſcriptio.c.ſine poſſeſſio-
ne.j.de reg.iur.lib.vj.¶ In lo.pꝛima ibi poſt lateranenſe,quaſi
velit ꝙ ſecus ſi fuiſſet facta c nceſſio ante dictum concilium,de
quo in.c.cum apoſtolica.j.de his que fiunt a pꝛela.¶ In gloſ.fi-
na.ibi poſſeſſio germinat pꝛolem,intellige poſſeſſio ciuilis ſeu
canonica,ſeu a iure appꝛobata germinat pꝛolē idest acquiſitio
nem dominij.

1 ☞ Pꝛeſcriptio ceſſat pꝛobata interruptione.
2 Pꝛeſcriptio.xl.annoꝛum ſola currit contra eccleſiam.
3 Inundatione fluminis poſſeſſio perditur ⁊ interrumpitur pꝛe-
ſcriptio.
4 Pꝛeſcriptio non interrumpitur per litis conteſt.factam coram
non ſuo iudice.
5 Uſucapio habet locum in rebus mobilibus tantū interueniē-
te titulo ⁊ bona fide.
6 Quando pꝛeſcribitur contra eccleſiam an vltra bonam fidem re-
quiratur titulus.
7 Interruptio pꝛeſcriptionis qualiter fiat.
8 Pꝛeſcriptio qualiter interrumpatur contra accuſationem cri-
minalem.

a Illud. Si contra[a] pꝛeſcriptionē.xl.annoꝝ que
ſola currit cōtra eccleſiā opponatur in-
terruptio:vterq; pꝛobabit.h.d.⁊ ſunt due ptes ſicut
duo ſunt dicta,ſecunda ibi:verum.¶ Nota qđ exiſten
te ꝯtrarietate inter canones attendit ſtilus curie romane.Ideo
qualis debeat eſſe poſſeſſio que requirit ad pꝛeſcriptionē:qꝛ de-
bet eſſe inconcuſſa.i.non interrupta.¶ Nota qualiter fit pꝛoce-
dendū ſuper exceptione p̄ſcriptionis:qꝛ videt ꝙ ſupꝛa vtrāq; ſi-
mul debeat pꝛocedi.⁊ ſimul debeant teſtes ſup vtrāq; recipi qđ
vr pꝛocedere,quando ptes conſentirent,vel etiā quādo directe
replicatio contradiceret exceptioni.vt qꝛ allegans pꝛeſcriptio-
nem dicit ſe poſſediſſe per.xl.annos continuos.⁊ allegās repli-
cationē dicit p̄ſcriptionē interruptam:qꝛ poſſedit infra dictum
tp̄s p.v.annos.nā tunc replicatio directe contradicit exceptioni
opꝫ quod ſimul recipiant teſtes alias publicatis teſtibus ſuper
exceptione non poſſunt pduci ſup repli.teſtes p id quod habet
in clementina teſtibus,de teſti.ſecus vbi directe non cōtradicit
vt ſi dicat interruptam pꝛeſcriptio.p lit.conteſt.nam tunc ex oꝛ-
dine videtur qđ pꝛius ſit admittenda pꝛobatio ſup p̄ſcriptione
⁊ demū illa pꝛobata ſup replicatiōe cum non teneat replicans il
lam pꝛobare,nec ſibi expediat,niſi demū pꝛobata exceptiōe pꝛe-
ſcriptionis.facit qđ not.in ſimili.ſ.de teſti.in.c.de teſtibus.vbi
reus non habet neceſſe pꝛobare exceptionem anteq̄ ſit fundata
intentio actoꝛis facit qđ notat Io.an.in.c.a nobis.ſ.tit.j.in.vj.
1 membꝛo.¶ Ultimo no.ꝙ† pbata interruptione ceſſat pꝛeſcri-
2 ptio.¶ † Et no.etiā ꝙ hodie ſola p̄ſcriptio.xl.annoꝝ currit con
tra eccleſiā.¶ In glo.eccleſiam ibi ſpatio.xxx.annoꝝ Io.an.hic
⁊ do.Anto.poſt eū videntur repꝛobare gl.dicentes ꝙ imo eccle-
ſia aduerſus priuatum p̄ſcribet ſpatio.x.annoꝛum inter p̄ſentes.
⁊.xx.inter abſentes,ſicut etiam priuatus contra priuatum.l.fin.
C.de p̄ſcriptio.lon.tempo.⁊ notat Accurſius in aut.quas actio-
nes.C.de ſacroſan.eccle.tu potes ſaluare gloſſ.quia dictum Io.
and.pꝛocedit quando eccleſia contra priuatū vellet pꝛeſcribere
cū titulo ⁊ bona fide.ſed vbi vellet p̄ſcribere ſine titulo cum bo-
na fide.tunc p̄ſcribit ſpatio.xxx.annoꝛum.vt dicit gl.ſicut aliu
priuatus contra priuatū.l.ſi quis emptiōis.C.de p̄ſcrip.xxx.vel
xl.annoꝝ facit qđ dixi.ſ.eod.ſanctoꝝ.¶ In glo.ſi.ibi vel flumi-
3 nis nota bene ꝙ† p inundationē aque maris vel fluminis pdit
interim poſſeſſio.⁊ ideo interrumpit pꝛeſcriptio.ſicut ſi alias p-
didiſſet qs poſſeſſionem qđ diligenter tene mēti ppter inun-
dationes que fiunt a flumine padi.⁊ a flumine rhenio ⁊ a flumi-
ne vꝛente qđ eſt pꝛope Paduam:nā p tales inundationes inter
rumpit poſſeſſio.⁊ conſequenter p̄ſcriptio.¶ In eadem glo.ibi
in actione annali.ſupple ⁊ ptoꝛia,vt eſt actio iniuriarum [illegible]
in.l.ij.allegata.in glo.¶ In eadem gl.ibi perpetuis actionibus
idest q̄ durent vſq; ad.xxx.vel.xl.annos vel etiā.c.vt.l.ſicut.⁊.l.
omnes.C.de p̄ſcrip.xxx.annoꝝ.⁊.l.ſi.C.de ſacroſan. eccle.¶ In
4 eadem glo.ibi corā ſuo iudice.quaſi velit ꝙ† conteſtatio facta co
ram iudice non ſuo non interrūpat pꝛeſcriptionem,nec mirum
qꝛ illa non valet.l.ſi.C.ſi a non competenti iudice.⁊ no.in.l.pen.
hic alleg.¶ In ea.gloſ.ibi p ſacrum oꝛaculū,idem dicas ſi libel-
lus ſit corā iudice poꝛrectus,⁊ demū ſecuta conuentio per execu-
tionem.i.facta citatio per nuntium,vt patet in.l.ſicut.alle.in gl.
¶ In eadem gloſ.ibi per ſolutionem vſurarum.hoc ideo:qꝛ vi-
detur tunc agnoſcere debitū,⁊ eodem modo quando facit debi
toꝛ ſecundā cautionem,vt infra tangit gl.vt pꝛobatur in.l.cum
notiſſimi.§.ſed ⁊ ſi quis.⁊ ibi de materia per glo.C.de pꝛeſcript.
xxx.annoꝛum.¶ In eadem glo.ibi factam a colono hoc intelli-
5 ge pꝛout habetur in.c.quoniam.§.ſi ſuper.alleg.in gloſ.¶ † In
eadem gl.in ſi.pꝛo intelligentia glo.⁊ materie eſt ſciendum p̄ſer-
tim pꝛo canoniſtis qđ in iure reperitur vſucapio ſtricte ſumpta.
¶ Item pꝛeſcriptio pꝛima pꝛopꝛie locū habet in rebus mobili-
bus tantū interueniente titulo ⁊ bona fide.inſtitu.de vſucapio.
in pꝛinci.§.j.⁊ not.glo.xvj.q.iij.in ſumma.¶ An autem iſta cur-
rant contra eccleſiam fuerunt opinio.gloſ.in auten.quas actio-
nes canonizata.xvj.q.iij.tenuit qđ ſic.⁊ ſic text.iſte ⁊ ſimiles non
habēt locum in re mobili:ſed in rebus immobilibus,⁊ hoc etiā
voluit accur.in.§.pꝛo tempoꝛalibus.in auten.de eccle.titul.col-
la.ix.idem Hoſt.in ſumma de pꝛeſcriptio.idem Hoſt.in ſumma
de pꝛeſcriptio.Idem Dy.de regu.iur.poſſeſſoꝛ.libꝛ.vj.Hoſtien.
tenuit contrarium in.c.j.ſ.de reſti.in integ.⁊ ſic mutauit opinio.
ab illa quā tenuit in ſumma mouetur per generalitatem iſtius
tex.cum ſi.⁊ qꝛ non reperitur iure canonico cautū quod currat
talis pꝛeſcriptio contra eccleſiam,⁊ videt lꝫ hoc reperiatur in.ll.
ſecularibus ille non potuerunt ligare eccleſias p ea que haben-
tur.ſ.de conſti.que in eccleſiarum ⁊.c.eccleſia ſancte marie,⁊ iſta
opi.foꝛte de iure verioꝛ,lꝫ alia ſit magis cōmunis.nec ob.qđ illa
aut.ſit canonizata,qꝛ canonizatio facta per ſolū gratianum non
obtinet vim canonis vt conſueuit dici in.c.ij.ſ.de reſcrip.p̄ſcri-
ptio vero pꝛout differt ab vſucapione ppꝛie ſumpta lꝫ lato ſum-
pto vocabulo p̄ſcriptio quādoq; appellet vſucapio.l.j.ff.de vſu-
cap.que habet locū in rebus immobilibus,⁊ in iuribus incoꝛpo-
ralibus.⁊ iſta cū titulo ⁊ bona fide complet ſpatio.x.annoꝛū in-
ter pꝛeſentes ⁊.xx.inter abſentes.⁊ ſic ſpatio longi tpis.l.ſin.C.
de p̄ſcrip.lon.tempo.ſine titulo autem cum bona fide pꝛeſcribit
ſpatio.xxx.annoꝝ.l.ſi quis emptio.C.de pꝛeſcriptio.⁊ hoc quan
do qs vult p̄ſcribere contra priuatū ſed aduerſus eccleſiam non
6 currit minoꝛ pꝛeſcriptio.xl.annoꝛū.vt hic patet.¶ † An autem
requiratur titulus vltra bonā fidem quando pꝛeſcribitur contra
eccleſiam recurre ad.c.pꝛimum.j.eod.in.vj.cum mala fide autem
pꝛocedebat p̄ſcriptio.xxx.annoꝝ.vel.xl.de iure ciuili,ſed hodie
hoc eſt coꝛrectum per canones.j.eo.c.ſi.⁊ no.quod vſucapio ſtri-
cte ſumpta dicitur inducta mero fauoꝛe pꝛeſcribentis pꝛopter
modicum tp̄s in quo completur,ſed pꝛeſcriptio.xxx.vel.xl.an-
noꝛū quando pꝛocedit ſine titulo dicit eſſe inducta ex mero odio
negligentis.facit.ſ.eo.vigilanti.ſed vbi requirit titulus ⁊ bona
fides vt in pꝛeſcri.lon.tem.x.vel.xx.annoꝛum.⁊ etiam.xl.quan-
do requiritur contra eccleſiā titulus vltra bonā fidem dꝛ eſſe in-
ducta partim ex odio negligentis ⁊ partim fauoꝛe ⁊ ſic miſta cō-
ſideratione,facit qđ habetur in tex.in.l.ſi.C.de edic.diui.⁊ nota
uit Dy.in regula poſſeſſoꝛ.de regu.iur.in.vj. ⁊ ex his deſcendit
ꝙ facilius interrumpitur pꝛeſcriptio que eſt ex mero odio indu-
cta quam illa que eſt inducta mero fauoꝛe ⁊ ſimiliter illa q̄ par-
tim fauoꝛe ⁊ partim odio.⁊ etiam difficilius interrumpitur pꝛe-
ſcriptio que mero fauoꝛe inducitur quam illa que inducitur par-
tim fauoꝛe,⁊ ptim ex odio vt infra patebit.¶ Item etiā aduer-
tendum vt tetigit gloſ.quod habemus interruptionem:qꝛ pꝛe-
ſcriptio interdum interrumpitur interdum etiā doꝛmit interdū
etiam perpetuatur nedum interrumpitur de doꝛmitione dicet
eodem.c.cum non liceat.de interruptione cum perpetuatiōe di-
cas quod illa ſit per litis conteſtationem quia illa nedum inter-
rumpit pꝛeſcriptionē imo etiā perpetuat actionem vſq; ad qua-
draginta an liceat actio ſui natura eſſet minoꝛis vite.l.ſin.C.de
annali exceptio.Et facit quod notatur.ſ.de offi.oꝛdin.paſtoꝛa-
lis.§.fina.⁊ quod notat gloſſ.in.§.de pꝛeſcriptionibus.xvj.q.iij.
¶ Aduerte tamen vt tangit notabiliter dominus Anto.quod

a ¶ Si ꝫ.ni-
hil h differt
h ſūmarius
a ſūmario
do.abb.ne-
quideꝫ vno
verbo.



Ayuntamiento de Madrid

maioris effectus eſt hec perpetuatio de iure canonico quam de iure ciuili: quia de iure ciuili perpetuat ſolum vſq; ad quadraginta annos. Sed de iure canonico in perpetuum. Et ſic etiam ad mille annos. Et ita dixerim ex eo q̄ litis conteſtatio facit malam fidem. Cenſeri in eo contra quē fit conteſtatio que mala fides impedit preſcriptionem niſi aliter purgetur, vt eſt glo. valde notabilis in c. j. xvj. q. iij. ¶ Aduerte tamen quia videtur purgari de iure canonico ſi moriatur ille contra quem eſt facta conteſtatio ꝛ ſuccedat alius q̄ ſit bone fidei. vt voluit Dy. in regula, poſſeſſor, licet de iure ciuili mala fides noceat vniuerſali ſucceſſori
7 vt in l. an vitium. ff. de diuerſi. ꝛ temp. preſcriptio. ¶ † Circa interruptionem attende q̄ quedam eſt naturalis quedam ciuilis vt tetigit gloſ. ꝛ latius proſequitur Bart. in l. naturaliter. de vſuris. ff. cuius verba proſequitur hic do. Ant. ꝛ conclude quod naturalis poteſt dici interruptio, quando aliquid de ſubſtantialibus requiſitis ad preſcriptionē deficit ex poſtfacto, ciuilis autem interruptio dicitur quando ex aliquo impedimento accidētali extrinſecus obueniente impeditur preſcriptio vt contingit in exemplis hic poſitis per glo. de ciuili interruptione circa naturalem interruptionem quia de ſubſtātialibus preſcriptionis eſt primo quod interueniat titulus. Secundo bona fides. Tertio poſſeſſio. Quarto res de qua preſcribēda agitur. Quinto perſona preſcribens. Sexto perſona contra quam preſcribit. Bart. proſequitur vbi. s. in ſingulis predictis. ¶ Quid ſi ſuperueniat impedimentū ꝛ aduerte quia circa primū quādo ſuperuenit impedimentū in titulo ipſe concludit q̄ ſi ex poſtfacto titulus deficiat non tamen taliter dominiū in alium ipſo iure transfertur ſi eſſet dominus habens titulum q̄ tunc non impeditur preſcriptio per l. ſi hominem. ff. de vſuris. ꝛ ſic etiam tranſit do. Anto. ſed non credo iſtud dictum verum quia idem videtur ſi ipſo iure transferetur dominium propter defectum tituli. vt eſt caſus in dicta l. ſi hominem. ꝛ intelligendo illam in pacto l. cōmiſſorie vel adiectionis in diem in quibus propter ſolutionē tituli ipſo iure transfertur dominium, vt plene notatur in l. ij. ff. de donatio. ꝛ in l. traditionibus. C. de pactis. nec obſtat l. queſitū. de acquiren. rerum dominio. quam allegat Barto. quia ibi impeditur preſcriptio propter malam fidem vt ibi patz ex litera. ¶ Circa ſecundū de bona fide ꝯclude q̄ ſi ex poſtfacto ſuperuenit mala fides de iure ciuili non interrumpitur preſcriptio. l. iuſto. §. et ſi poſſeſſionis. ff. de vſucapio. ꝛ l. vnica. C. de vſucapio. transfor. aliud ſi ſuperuenit mala fides vna cum cognitione rei furtiue, vt eſt caſus notabilis in l. ſi ancillam. ff. pro ſuo. de iure autē canonico ſuperueniens mala fides etiam ſine cognitione vitij furti impedit ꝛ interrumpit preſcriptionem, vt in regula poſſeſſor cum ibi notatis de reg. iur. in vi. ꝛ ſtandum eſt iuri canonico cum tractetur de materia peccati vt notatur in dicta regula poſſeſſor et dicitur ſatis ſuperuenire mala fides quando ex poſt credit rem eſſe alienam. Si autem dubitaret nec firmiter crederet Bartol. in dicta l. naturaliter videtur velle quod non interrumpatur ſed contra eum videtur text. in c. j. xvj. q. iij. vbi ſufficit quod ducatur in dubitationem. Et hoc etiam ſequitur do. Anto. hic fatetur tamen cum Bart. q̄ ſi aliquo tempore putauit rem eſſe alienam poſtea melius informatus putauit contrarium q̄ non interrumpitur preſcriptio, facit quod notat Inno. j. e. c. ſi. ¶ Circa tertium quando interrumpitur poſſeſſio conclude q̄ regulariter interrumpitur preſcriptio. Fallit in aliquibus caſibus notatis per Bar. in d. l. naturaliter, quos etiam ponit hic domi. Anto. circa alia requiſita de quibus dixi. dic vt per Bart. in dicta l. naturaliter. ꝛ hic per do. Anto. Et hec de naturali interruptione. ¶ Circa ciuilem conclude q̄ ſi eſt preſcriptio mero fauore inducta illa non interrumpitur etiam per litis conteſtatio. de mero rigore: ſed ſolum quo ad effectum. vt l. ſi poſt acceptū. ff. de rei vendicatio. ꝛ iſta eſt vſucapio ſtricte ſumpta vt. s. dixi. Si autem ſit preſcriptio inducta ex mera negligentia non petentis illa interrumpitur per ſolam citationem vt in l. ſicut. C. de preſcriptio. xxx. annorū ꝛ an requiratur libellum eſſe oblatū tangitur etiam ibi per gloſ. ꝛ etiam per doctores, ſed vbi partim eſt ex fauore ꝛ partim ex odio, vt preſcriptio decem vel viginti annorum. tunc illa non interrumpitur per ſolam citationem ſed bene ipſo iure per ſolam litis conteſtationem. Facit quod notatur in l. ij. §. fin. maxime per Barto. ff. de vſucapio. pro empto. ꝛ ſic vides quod preſcriptiones miſte tenent medium inter fauorabiles ꝛ mere odioſas. ¶ Ex predictis infert q̄ ſi per ſtatutū preſcribatur in debito decem annorū q̄ interrumpetur per citationem: ſed non credo iſtud de iure procedere quia ſolū reperitur in preſcriptione triginta annorū q̄ illa interrumpatur per citationem ergo vr̄ q̄ non habeat locū in minori preſcriptione ex quo non reperitur iure
8 cautū. ¶ Qualiter autē † interrumpatur preſcriptio contra accuſationem criminalem habetur in l. mariti. §. quinquenniū. ff. de adult. vbi per ſolam libelli oblationē videtur fieri interruptio. ¶ Et notaquod maior eſt effectus naturalis interruptionis quā ciuilis q̄ prodeſt regulariter quo ad oēs ſecundus tantū quo ad ſe interrumpentem vt plene notatur in d. l. naturaliter, vbi etiā tractatur qualiter interrumpatur preſcriptio ſeruitutum ꝛ etiam libertatis de quo etiam hic proſequitur do. Anto.

1 ¶ Limites ſiue cauſa limitum debēt per agrimenſori s iudicium terminari.
2 Vſucapio procedit in rebus eccleſiaſticis non tamen minori. xl. annis.
3 Hortamur verbum importat iuriſdictionem.

**Uia indicante.** Fines prediorū eccleſiaſticorū quadraginta annorū ſpatio preſcribūtur. h. d. Primo ponit dictum. Secundo exequendū cōmittit ibi hortamur.
1 Tertio circa exceptionem inſtruit ibi. xl. ¶ No. queſtionē ſiniū terminandam eſſe p̄ iudiciū agrimēſoris forte enim apparebat ex inſtrumentis quot iugera terre debebat quilibet habere: ſed vnus dicebat de p̄te alterius occupatū, ideo oportet q̄ fiat men-
2 ſuratio. ¶ Item no. q̄ † in rebus eccleſiaſticis p̄cedit vſucapio.
3 non tn̄ minori. xl. annis. ¶ Ultimo no. q̄ † p̄ verbū hortamur cōtinetur iuriſdictio facit q̄ hr̄ in c. j. j. de teſta. ¶ In glo. ibi de culpa, ſupple de leui leuiſſima, nā de lata bene tenetur cum equiparetur dolo. q̄ nerua. ff. depo. ¶ In glo. ij. ibi q̄ nouit. certe hic nouit vt iudex cū rem ſubijciat oculis, de quo plene notatur in c. paſtoralis. §. preterea. de offi. dele. ¶ In ead. gloſ. in fi. hodie eſt. c. j. de re iudi. in vj. ¶ In gloſ. tertia in fine hodie dic vt habetur in c. j. j. eodem. lib. vj.

1 ¶ Matrix eccleſia poteſt dici eccleſia baptiſmalis licz appellatione matricis eccleſie comprehendatur cathedralis.
2 Eccleſia vel capella que eſt ſita intra limites baptiſmalis eccleſie ſi habeat parochiam ad quam eccleſiam ſpectabunt decime. ꝛ nume. 4.
3 Preſcriptio non currit hoſtilitatis tempore.
5 Decimas prediales percipere an poſſit ex conſuetudine vna eccleſia in alia.

**Ex tranſmiſſa.** Tempore hoſtilitatis non currit preſcriptio. Hoc dicit diuidit in duas p̄tes: q̄ primo ponit querelam. Secundo dat iudicem ibi diſcretioni veſtre.
1 ¶ † Not. q̄ eccleſia baptiſmalis dicitur matrix eccleſia licz appellatione matricis eccleſie comprehendantur cathedrales. s. eod. c. j. ¶ Item no. q̄ eccleſia baptiſmalis ꝛ parochialis ſi habet eccleſias ſeu capellas in ſua parochia que non ſint parochiales ſuper iure parochiali decimarū oblationū, ꝛ ſimilium fundat intētionem ſuam de iure cōi. ¶ † Quid aūt ſi eccleſia vel capella que eſt ſita intra limites baptiſmalis haberet parochiā an tunc decime ſpectarent ad matricem vel ad eccleſiā ipſam ſeu eccleſiam paro-
2 chialem tangitur in glo. ¶ Itē no. q̄ nedū in decimis, ſed etiā in alijs obuentionibus videtur eccleſia matrix fundare intentū ſuū de iure cōmuni, facit quod habetur. j. de decimis. in c. cū cōtingat.
3 ¶ Item no. q̄ † tp̄e hoſtilitatis non currit preſcriptio, ꝛ ſic tale tp̄s ſubducitur de p̄ſcriptione. ¶ In glo. j. in fine. facit q̄ habetur. j. de ſucceſſio. ab inteſta. in c. fin. ꝛ de materia dic vt plene notatur per Innocen. ꝛ Jo. and. in c. cum deputati. de iudi. ꝛ de reſti. ſpolia. in c. olim cauſam. ꝛ tangitur etiam de materia iſta in
4 clemen. j. de reſcriptis. ¶ † In gloſ. penultima ibi capelle nihil debent habere hoc clarum ſi capelle non haberent parochiam ꝛ ita loquitur hic. Si autem haberent parochiam licet intra limites eccleſie matricis tunc eſt magis dubium, ꝛ fuerunt ſuper hoc varie opiniones, nam glo. iſta forte voluit q̄ etiam ius decimarum ſpectat ad eccleſiam matricem. Archidi tenuit contrarium xiij. q. j. in ſumma per c. ad decimas. de reſtitu. ſpolia. in vj. gloſ. etiam tetigit de materia in c. cum contingat. allegato. ꝛ xvj. q. j. in c. ſtatuimus. ꝛ c. quicunq;. Joan. andr. in additionibus Specu. in titu. de deci. refert multas opiniones de quibus etiam tetigit Joan. calde. in preallega. c. cum contingat, ꝛ finaliter concludit cum iſta gl. q̄ de iure ſpectant ad matricem eccleſiam ſaltem prediales decime niſi p̄ preſcriptionem vel ſpeciale priuilegium vel ſpecialem conceſſionem factam per epiſcopū de conſenſu capituli ſpectent ad ipſas capellam, facit quod habetur. j. de religio. domi. conſtitutus. de quo plenius per eum in dicta additione.
5 ¶ † Ultimo extra glo. facit iſte tex. contra opinio. Hoſti. quam poſuit. j. de clericis non reſiden. in c. quia nonnulli. vbi concludit q̄ licet conſuetudo poſſet dare ius percipiendi vni eccleſie decimas p̄diales in alia. j. de deci. in c. cum non ſint. ꝛ c. apoſtolice. nō tamen idem eſt dicendum de pſonalibus nec de iure baptizandi alienum parochianum nec oblationibus primitijs vel alijs que inter perſonalia computantur q̄ res facilius ſubmittitur quā perſona, de foro competenti. ſignificaſti. ꝛ q̄ conſuetudo videtur irrationabilis p̄ id q̄ habetur in c. j. ꝛ. ij. de parochijs. ꝛ de peniten. et remiſſionibus.

Ayuntamiento de Madrid

miſſionibus. omnis niſi inquantū per ius canonicū approbetur vt qd archidiaconus ꝛ quidā alij preſcribant intra parochialia ꝛ iuriſdictionē. de offi. archi. c. fi. j. eo. veniēs. et. c. cum olim. ſed ſm eu3 rationabile eſſet qd vnus rector in parochia alterius omnia preſcriberet. facit de ſepul. in. c. j. nā hic videtur ꝓbari cōtrarium qd niſi ſubduceretur tempus hoſtilitatis poſſet alias procedere preſcriptio facit qd habetur in. c. j. j. eo. in. vj. Forte tñ poteſt ſaluari dictū ſuum quādo volens preſcribere non haberet titulum per id qd habetur in. c. j. prealleg. j. e. in. vj.

1 ☞ Procurationes que debentur legatis ꝛ nuntijs ſedis apoſtolice preſtari debent nec in eis habet locū conſuetudo vel preſcriptio.

Accedentes. Procurationes que debentur legatis ꝛ nūtijs apoſtolice ſedis preſcribi nō poſſunt. h. d. Et prima pars ponit querelā. Secūda dat iudicem. ſecunda ibi: volentes. ❡ Not. qd de iure clerici ꝛ beneficiati tenētur ad ꝓcurationem nuntiorū ꝛ legatoꝝ ſedis apoſtolice et ad ipſam etiā debēt
1 contribuere canonici eccleſiarū cathedralium. ❡ No. † qd in talibus procurationibus non h3 locū conſuetudo vel preſcriptio quominus debeāt preſtari de iure. ❡ Itē no. caſum in quo non equiparatur priuilegiū ꝛ cōſuetudo quia aliquid eſt acquiſibile per priuilegiū qd non eſt per conſuetudinē vel preſcriptionē. facit qd notat gl. xi. diſt. in. c. catholica. xciiij. diſt. c. illud. ꝛ. c. diſt. c. cōtra morem. ❡ Itē not. qd debitus ordo d3 ſeruari in exigendis ꝓcurationibus quia debēt attēdi facultates habētium cōferre vt ſic pro rata earū [illegible] quis grauetur ꝛ non vltra. facit. s. de offi. or. in. c. conquerēte. ꝛ. j. de cenſi. cū inſtātia. ❡ Vltimo no. ꝙ canonici appellātur ordinarij et eſt vulgare loci ſicut in ciuitate rauene dicūtur cardinales. ❡ In gl. j. in fi. facit. j. de reg. iur. qui ſentit. lib. vj. ꝛ in cle. j. de cenſi.

1 ☞ Preſcriptio non currit contra obedientiam debitam ſuperiori. ꝛ nu. 10.
2 Vacante eccleſia cathedrali prelati inferiores debent obedientiam preſtare capitulo.
3 Preſcriptio non currit hereditate iacente.
4 Preſcriptio an currat tempore peſtis.
5 Preſcriptio in multis caſibus non currit.
6 Preſcriptio non inchoatur in fundo dotali.
7 Preſcriptio non currit contra minorem. xxv. an.
8 Vſufructuarius non preſcribit proprietatem.
9 Creditor non preſcribit dominium rei pignorate.
11 Preſcriptio an interrumpatur tempore hoſtilitatis.
12 Preſcriptionem dormire aliud eſt ꝙ interrumpi.
13 Preſcriptio an intelligatur prohibita ſi lex prohibet rem alienari. et nume. 16.
14 Preſcriptio an currat agere non valenti.
15 Preſcriptio an currat contra prodigum.
17 Preſcriptio an habeat locum in ſimplici pacto.

Cum non liceat. Subditus[a] nō preſcribit obedientia3 cōtra prelatū, ꝛ primo reprehēdit factū illoꝝ quibus ſcribit exprimēdo cauſam. Secūdo illud corrigi precipit ꝛ exceptionē remouet. ſecūda ibi: ideoqꝫ. ❡ No. j. illud vulgatum qd non debent mēbra a capite diſcedere ꝛ qd caput in dioceſi eſt epiſ. Alij autem ſunt mēbra. facit qd habetur. s. eo. ſignificaſti. ad finē. ❡ Itē no. qd de iure cōmuni epiſ fundat intentionem ſuā quo ad prelatos ꝛ rectores ſue dioceſis ſub obediētia ꝛ
1 reuerētia. ❡ Itē no. qd † cōtra obedientiā debitā ſuperiori nō
2 currit preſcriptio. ❡ † Item potes notare qd vacāte eccleſia cathedrali debent inferiores prelati preſtare obedientiā capitulo cum ſuccedat in poteſtate epi ſcdm ea quē habētur in. c. cū olim. s. de maio. ꝛ obe. ❡ In gl. j. ibi canon dicit hoc non eſt ſoluere queſtionē quia adhuc ſtat queſtio quare ſic canon ſtatuit. Unde potes dicere ꝙ ratio ſpecialitatis eſt in ſimoniaco in ordine q: ab ipſo initio eſt vitium ꝛ ſic intus occidit notatur in. c. tanta. j. de ſimo. in fornicatione autē eſt ratio: quia illud crimen coinquinat corpus ꝛ animam ꝛ nimis frequentatur. xxxij. q. vij. quid in omnibus. ꝛ ideo magis fuit perſequendum. l. aut facta. §. fi. ff. de penis. ꝛ de materia in preallegato. c. tanta. de coha. cleri. in. c. veſtra. ꝛ adde etiā quod habetur in. c. ex tenore. ꝛ. c. fi. de tempo. ordi. ❡ In glo. ſecunda. ibi poſſeſſor non cogitur ſupple niſi preſumptio vel ius commune ſit contra eum. vt hic patet. ꝛ. j. eo. c. j. in. vj. ❡ In gl. fi. ibi publicis functionibus ibi eſt ſpeciale quia preſtantur in recognitione3 vniuerſalis dominij vt. l. competit. cum ibi notatis. C. de preſcri. xxx. vel. xl. annorum. ❡ In eadem gl. ibi liber homo non preſcribitur intellige vt efficiatur ſeruus, ſed bene preſcribitur vt efficiatur aſcriptitius vt no. in. l. fi. C. de preſcrip. long. tempo. que pro liber. ꝛ notatur in. c. ij. j. de iudeis.
3 ❡ † In ea. gl. ibi vacantis eccleſie. ꝛ per hoc videtur qd iacente hereditate non currit preſcriptio. Spe. tñ eo. tit. §. j. ver. itē not. tenuit contrariū per. l. fi. pretio. ff. de in diem adiec. ꝛ in. l. ad dic. ff. de ver. obli. ꝛ. l. fi. ff. de nau. fe. ſed vt dicit do. Anto. illa loquūtur in cōuentionali preſcriptione non in legali vnde dicit poſſe dici qd ſi eſt in facultate heredis poſſe adire hereditatem, tunc currit preſcriptio. quia poteſt facere: vt poſſit agere. l. qui poteſt. ff. de regul. iur. ꝛ. s. de elect. c. fi. Si autem aliter eſt impeditus tunc videtur qd non currat vel ſaltem datur reſtitutio. Facit qd habetur in. l. ſi ſcriptus. ff. de carbo. edic. ꝛ adde etiā quod habetur in tex. ꝛ in gl. in. l. ſi ſeruus. ff. de di. ꝛ tēpo. preſcr. ❡ In
4 eadem gl. † ibi tēpore hoſtilitatis. hoc intellige ſm Inno. quando erat tanta hoſtilitas qd ius reddebatur in ciuitate, vide dicit Bar. in. l. naturaliter. ff. de vſucapio. ꝛ per hoc ibi dicit Bar. quod ſi tanta fuit peſtis in ciuitate quod nō reddebatur ius qd etiam iſtud tempus non debet currere cum videatur tunc quedam hoſtilitas diuina ꝛ ſatis videtur eadem ratio ꝛ per conſequens idem ius. arg. c. ij. s. de tranſlatio. Hoc tamē non eſt bene in iure expreſſum. dicit do. Anto. qd ſaltem eſſet iuſta cauſa dādi reſti. arg. l. j. in fi. ff. ex quib. cau. maio. ❡ In ea. glo. ibi iniuſto titulo quēſita. dicas et bene probatur in. l. j. j. de reg. iuris. in. vj.
5 ❡ In eadem gl. ibi nec † publica. intellige iſtum caſum ꝛ ſequentem quādo res eſt in vſu publico. vt notatur in. l. preſcriptio. hic allegata. alias bene poſſet preſcribi ius publicum. vel res reipublice ſaltem ſpatio triginta vel quadraginta annorū. l. omnes. ꝛ l. ſicut. C. de preſcrip. xxx. annorum. ❡ In eadem glo. ibi res ſacra. ratio quia iſta non eſt in commercio. l. inter ſtipulantem. ff. de ver. obli. ❡ In eadem gl. ibi res fiſcalis. Hoc intellige poſtꝙ eſt incorporata. naꝫ ante bene poteſt preſcribi. l. in omnibus. cū ibi notatis. ꝛ. l. inter quatuor. ff. de diuer. ꝛ tempo. preſcri. Item et ſi ſit incorporata. licet non preſcribatur ſpatio longi temporis. ſaltem tamē preſcribitur ſpatio longiſſimi temporis triginta vel quadraginta annorum. dicta. l. omnes. ꝛ. l. ſicut. ❡ In eadem gl. ibi preſidi data ſcilicet durante officio vt forte iuſtitiam adminiſtret, nam hoc fieri non debet. l. j. ff. ad lege3 iul. repetun. ❡ In eadem glo. ibi res pupillaris ꝛ adde quod habetur in. l. ij. §. ſi a pupillo. ꝛ quod ibi notatur per Bar. ff. pro emptore. ꝛ per
6 gl. in. l. eum qui. C. de autoritate tutorum. ❡ † In eadem gl. ibi fundus dotalis in iſto non inchoatur preſcriptio, ſed ſi anteꝙ eſſet dotalis fuiſſet inchoata bene preſcriberetur vt in. l. ſi fundus. allegata in gloſ. ❡ In eadem gl. ibi res particularis hoc verum quo ad longi temporis preſcriptionem, ſed longiſſimo tempore bene poſſet preſcribi vt notatur per gloſ. in vltima hic allegata. vel melius poteſt dicere qd ibi non preſcribitur: quia deficiebat titu. ꝛ bona fides ideo longo tempore ibi preſcribitur: ſed longiſſimo poterat preſcribi de iure ciuili etiam cum mala fide. ſed hodie ſecus vt dixi in dicto. c. vigilanti. Secus ergo ſi interueniret bona fides ꝛ iuſtus titulus, ꝛ ſic bene dicit gloſ. vt videtur quia in effectu nil eſt ſpeciale in re peculiari quantū ad hoc.
7 ❡ In eadem † gloſſ. ibi pupillo. idem dicas in adulto minore. xxv. annis. quia etiam contra eum non currit preſcriptio ſaltem longi temporis vt patet in. l. vltima. allegata in gloſſ. ❡ In eadem gloſ. ibi precario tenentes iſte non preſcribit quia non poſſidet ſibi ſed alteri vt. s. de reſtitutione ſpoliatorum. cum veniſſent et eadem eſt ratio in colono. et in alio qui nomine alterius
8 poſſidet. ❡ † In eadem glo. ibi vſufructuarius iſte non preſcribit proprietatem quia non poſſidet reſpectu proprietatis: ſed reſpectu vſufructuarij. l. naturaliter. ff. de acqui. poſſeſ. et. l. permiſceri. eo. titu. Poſſet tamen preſcribere vſumfructum ſi haberet titulum ꝛ bonam fidem quamuis a non domino. l. fina. C. de preſcriptio. longi tempo. nec obſtaret. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucapio. quia debet intelligi quod vſufructuarius non preſcribit ſcilicet reſpectu proprietatis vt ibi etiam tāgitur per Bart. ❡ In eadem glo. ibi nec creditor preſcribit. ratio quia quantum ad vſucapionem intelligitur poſſideri debitori non ſibi vt habe
9 tur in legibus hic allegatis. ❡ † In eadem gloſſ. ibi non de longiſſima quaſi velit quod ſi debitor non repetijt pignus ſpatio longiſſimi temporis triginta vel quadraginta annorum qd tunc repelli poſſit exceptione preſcriptionis: quia licet creditor non preſcripſerit dominium: quia ſciebat rem alienam, tamē ſaltem poterit ſe tueri exceptione ne cogatur rem tradere ex quo allegat tempus longiſſimum et hoc poteſt procedere de iure ciuili ſecundum quod procedit preſcriptio cum mala fide. l. ſi quis emptionis. C. de preſcript. xxx. anno. ſed de iure canonico hoc non procedit. j. eo. c. fina. ꝛ illud preualet iuri ciuili vt dixi in cap. vigilanti. et ad materiam gloſſ. facit quod notatur in. l. male agitur. per glo. ꝛ doctores. C. de preſcriptio. xxx. anno. ꝛ etiam in Specu. eo. titu. §. j. ꝛ verſi. quid ſi colonus. Et adde etiam qd tempore prelati male alienantis non currit preſcriptio vt notatur. s.
10 eod. in. c. ij. ❡ † In eadem gloſſ. in fi. quaſi velit glo. quod contra obediētiam non poſſit preſcribi extinctiue id eſt volendo illam

a ❡ Subditus. idē ſūmat hic. do. abb. an aūt et qñ ꝓſcribatur libertas in aliq actu vide ꝑ do. Alex. i conſi. cxl. in iiij. colū. in ij. volu.



Ayuntamiento de Madrid

.extinguere ſed tranſlatiue ſic ideſt volendo illam transferre de
11 vno prelato ad alium.¶ †Extra glo.tangit hic Jnno.an tem-
pore hoſtilitatis interrumpatur preſcriptio.an vero ſolum dor-
miat ⁊ non currat interim ⁊ ponit opiniones finaliter tenet qđ
non currat ipſo iure non autem interrūpatur.Et eſt longa diffe-
rentia inter dormire ⁊ interrumpi:quia ſi dormit illud tempus
ſolum detrahitur de preſcriptione.⁊ alia tēpora inſimul cōiun-
guntur.⁊ ſic non eſt neceſſe qđ de nouo inchoetur preſcriptio.ſe-
cus quando interrumpitur:quia tunc coniunguntur tempora
ſed eſt neceſſe quod de nouo inchoetur pſcriptio.Et nota quod
ſiue circa principium.ſiue circa mediū.ſiue circa finē preſcriptio-
nis contingat preſcriptionem dormire ſemper cōiunguntur tē-
pora data ad preſcriptionem ſubducto tempore quo dormiuit
12 facit quod notatur per glo.ſ.eo.cum nobis in glo.ſi.¶ †Et no-
ta etiā ex predictis ꝙ aliud eſt preſcriptionē dormire aliud inter
rumpi.Et attende etiam quia quedam eſt ſimplex interruptio
⁊ tūc oportet preſcriptionem de nouo inchoari ⁊ ſufficit tēpus
deputatum ad ipſam preſcriptionem.Quedam autem eſt inter-
ruptio cum perpetuatione quia nedum interrumpitur preſcri-
ptio imo etiā perpetuatur actio in quadraginta annos.licet actio
ſui natura minori tempore duraret ⁊ hec eſt interruptio que fit
per lit.conteſtationem.quia illam non ſolum interrumpit ſed
etiam perpetuat actionem in tempus quadraginta annorum vt
probatur in.l.fin.C.de preſcriptio.xxx.anno.¶ Jtē nota atten
te quia dixit Jnnocē.quod licet preſcriptio dormiat in caſibus
de quibus hic tangitur per glo.tamen poſſet etiam interrumpi
per alios modos introductos a iure quia plenius ſubuenit per
remedium interruptionis quam per remediū ſimplicis dormi-
tionis ⁊ ſic nota quod remedium minus plenū non excludit ma
gis plenum.facit quod notatur in.l.fina.C.ſi aduerſus rem iu-
dicatam.vt in.l.prouinciali.ff.de oper.no.nuntia.tangit etiam
incidenter hic Jnnocen.an quando preſcriptio cōpletur in pre-
ſentia aduerſarij etiam poſt modicum tempus poſtꝙ reuerſus
eſt cauſa reipublice an dari debeat reſtitutio aduerſus preſcri-
ptionem certum eſt enim quod ſi compleretur preſcriptio tem-
pore quo quis eſt abſens cauſa reipublice vel infra modicū tem
pus poſtꝙ eſt reuerſus qđ deberet reſtitui ſed vbi non poſt mo
dicum tempus poſt ipſam reuerſionem completū eſt magis du
bium qr videtur tunc imputandū abſenti reuerſo qui nō inter-
rumpit ⁊ negligens fuit.l.non enim.ff.ex qui.cau.maio.⁊ iſtam
partem videtur hic inclinare Jnnocē.Sed But.vt refert ⁊ tan-
git etiam hic Jnnocen.⁊ refert glo.in.l.ab hoſtibus.§.ſed quod
ſimpliciter.ff.ex quib.cau.maio.tenuit contrarium:quia ſecun-
dum eum tempus abſentie ſubducitur per reſtitutionem in in-
tegrum ſiue fuerit in principio preſcriptionis:ſiue in medio:ſi-
ue in fine.facit.l.quo tēpore.⁊ quod ibi notatur.ff.de reſtitu.mi
li.nam licet compleatur preſcriptio poſt reuerſionē.tamē com-
pletur propter tempus quod currit etiam in abſentia ⁊ ſic etiam
tempus abſentie videtur ledere qr ſine illo non eſſet adhuc com
pleta preſcriptio ideo ſecundum eum debet reſtitui vt ſubduca-
tur illud tempus abſentie.facit quod dixi in ſimili.ſ.de dormi-
tione.Joan.and.videtur hic dicere quod prima opinio de iure
eſt verior ſed ſecunda equior de quo dicendum vt plene conſue-
uit dici in clemen.vna.de reſtit.in integ.⁊ ibi etiam dixi in pre-
allegato.§.ſed quod ſimpliciter.per Butri.⁊ Barto.⁊ per Cyn.
in dicta.l.quo tempore.Sed precipue tene menti quod Jnnoc.
13 hic inclinat in primam opinionē.¶ †Jtem aduerte quia eſt du
bium an ſi lex prohibet rem alienari intelligatur prohibita pre-
ſcriptio videtur quod ſic per.l.vbi lex.ff.de vſucapio.⁊.ff.de ver
bo.ſignifica.l.alienationis.in contrarium facit.l.ſi fundus.ff.de
fundo dota.⁊ quod notatur in.l.vltima.C.in quibus cauſis in
integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.Conclude quod aut lex
prohibet rem alienari ex eo quia non eſt in cōmercio vt contin-
git in re ſacra ⁊ tunc clarū quod non poteſt preſcribi facit qđ ha
betur in.l.inter ſtipulantem.§.ſacramenta.ff.de verbo.obliga.
Aut eſt in commercio ſed tamen prohibetur alienari.⁊ tūc aut
ſimpliciter prohibetur alienari vt contingit in re dotali aut pro-
hibetur ratione perſone vt contingit in re principali.l.bone fi-
dei.ff.de acquiren.rerum dominio.aut non prohibetur ſimplici
ter alienari ſed ſine certa ſolennitate vt contingit in re minoris.
¶ Primo caſu tunc aut preſcriptio eſt inchoata antequā effice
retur dotalis.⁊ tūc nō impeditur preſcriptio vt probatur in di-
cta.l.ſi fundus.Aut nō erat inchoata ⁊ tūc impeditur pſcriptio
vt ibi etiā probatur qđ videtur intelligēdū de preſcriptione lon
gi temporis ⁊ etiam longiſſimi ſecundū tempora ſſorꝫ.qr illa nō
erat cognita ſecundū tempora.ff.vt no.glo.in.l.non ſolum.ff.ex
quib.cau.maio.⁊.l.qui occidit.ff.ad legem aquil.ſed hodie ſecū
dum iura.C.videtur ꝙ preſcriberentur ſpatio longiſſimi tempo-
ris.triginta vel quadraginta annorum.per id qđ habetur in.l.ſi-
cut.⁊.l.omnes.C.de pſcriptio.xxx.anno.⁊ in.§.furtiue.inſti.de
vſuca.vbi licet lex prohibeat pſcriptionē rei furtiue vel vi poſ-
ſeſſe tñ illud intelligitur de preſcriptione longi temporis nō au
tem lōgiſſimi vt voluit glo.notabilis in dicto.§.furtiue.¶ Se-
cundo caſu remittit do.Anto.ad notata in.l.ij.§.ſi a pupillo.ff.
pro emptore.ſed ſatis videretur poſſe dici ꝙ intelligatur tūc pro-
hibita preſcriptio longi temporis ſed non longiſſimi hodie per
id quod dixi in precedenti caſu.¶ Tertio caſu Bart.in dicta.l.
ſi.C.in quib.cauſis.vr velle ꝙ nō intelligatur prohibita preſcri
ptio:ſed forte pōteſt dici contrariū per dictam.l.vbi lex.nam ex
quo lex inhibet alienationem non interueniente ſolēnitate de-
bita ergo intelligitur etiā preſcriptio.tunc prohibere per id qđ
habetur in dicta.l.vbi lex que videtur ſimpliciter et indiſtincte
loqui.⁊ ideo indiſtincte intelligēda per.l.de ptio.ff.de publi.⁊.ſ.
de priuilegijs.quia circa.⁊ hoc videretur procedere in pſcriptio-
ne longi tēporis.ſed non in preſcriptione longiſſimi.⁊ ſic intelli
gitur.d.l.finalis.⁊ pro hoc etiā facit quia videmus ꝙ licet res ec
cleſie non poſſint alienari ſine certa ſolennitate.xij.q.ij.ſine exce
ptione tamen contra eccleſiā non currit niſi preſcriptio longiſſi
mi tpis quadraginta annorū nō intelligit eſſe prohibita pſcri-
ptio vt patet ex his que habentur in.c.j.ſ.eo.in.vj.Et hoc nota
14 pro intellectu dicte.l.vbi lex.⁊ dicta.l.ſi.¶ †Tangit etiam hic
dominus Anto.an non valenti agere currat preſcriptio ⁊ reci-
tat verba Barto.in.l.ſenatus.ff.de officio preſidis.et Cyn.in.l.
quoties.C.de preci.imperato.offerē.dic vt dicetur in.c.auditis.
in glo.fina.vbi glo.tangit.ſ.eod.tangit etiam quando ſuperue-
nit impedimentum feriarum an currat preſcriptio et concludit
quod ſic nec dabitur reſtitutio ſi erāt ferie inducte a iure cōmu
ni quia imputet ſibi qui ſe arctauit.Secus ſi fuerint repētine qr
tunc currit tempus:ſed dabitur reſtitutio quia non potuit illas
preuidere.l.ſed ⁊ ſi per pretorem.§.ſi ferie.ff.ex quib.cau.maio.
Dicit tamen Jnnocē.quod debet apparere ꝙ paratus erat ad
agendum.ſi non fuiſſet impedimentum.facit quod not.Barto.
in.l.ij.§.ſi quid.ff.ſi quis cau.vbi concludit quod ſi quis impedi
tur caſu oportet qđ tempore caſus ſuperuenientis dederit ope-
ram rei expediēde que incumbebat allegat.l.qui commeatus.vbi
bonus tex.ff.de re mili.quod tene menti.tangit etiam Anto.an
pacto poſſit induci quod contra ipſum paciſcentē non habeat
locum preſcriptio.de quo etiam tetigit Bar.in.l.j.⁊.ij.ff.de vſu
capio.⁊.l.nemo.de lega.j.vbi etiam per Dyn.⁊ per Joan.andr.
in additio.Specu.ſuper hac rubrica vbi concludit quod ſic quo
ad paciſcentem et habentem cauſam ab eo.argumento.l.ſi tibi.
§.pactum.ff.de pactis.ſed non habet effectum quo ad extraneū
cum quo pactum non eſt factum.argumento.l.ſi vnus ante oīa.
15 ff.de pactis.ſ.de tranſactio.c.preterea.⁊.c.veniens.¶ †Vltimo
tangit an preſcriptio currat contra prodigum dubium facit qr
poteſt eſſe dubium an equiparari debeat pupillo,an vero adul
to de quo tangit Joan.andr.in rubrica huius tituli ſuper addi-
tio.Spec.vbi dixit poſt Albertū de bobio ꝙ ſicut non currit pu
pillo ita nec furioſo vel prodigo qr lex prohibens pupillū alie-
nare extēditur ad prodigū furioſum.l.qui neqꝫ.ff.de re.eor.⁊.C.
de curato.furio.l.ij.⁊ per id qđ habetur in.l.fulcimus.§.adeo.ff.
ex quib.cauſis in poſſeſſionē eatur.dicit tñ qđ ad omne dubium
tollēdū cautius eſt ꝙ petatur reſtitutio.Facit qđ dixi ſupra cir-
ca queſtionē illā qñ prohibetur res alienari.an prohibeatur pre
ſcribi ⁊ ex his que ibi dixi potes etiā inferre ad deciſionem hu-
ius queſtionis cū etiā res prodigi ⁊ furioſi prohibeatur alienari
ſine ſolēnitate debita vt patet in iuribus preallegatis.Et aduer
te ꝙ vbi minor alienaret rē etiā alienā quā putat eſſe ſuā ſi alie-
naret ſine ſolēnitate debita alicui qui ſcit eū minorē non proce-
16 dit preſcriptio:†quia non videtur habere iuridicū titulū emens
ab eo per id quod habetur in.l.ij.§.ſi a pupillo.ff.pro emptore.
⁊.l.eū qui.C.de aut.preſtan.vbi etiam bona glo.⁊ hec ſufficiant
17 de materia huius.c.¶ †Aduerte vltimo inquantum dixi poſt
Jo.an.in ſimplici pacto non habere locū preſcriptionē.Barto.
in.l.j.ff.de vſuc.⁊ in.l.nemo poteſt.de lega.j.fatetur hoc verum
quando per pactū inducitur mala fides ⁊ agitur de preſcriptio-
ne longi temporis in quo requiritur bona fides.Secus vbi non
requireretur bona fides,vt quia tranſiret ad aliū cum bona fide
vel etiam tractaretur de preſcriptione longiſſimi temporis que
procedit de iure ciuili etiā cum bona fide:quia tunc pactum non
operaretur tanꝙ contra ius publicum ſeu inductum ex publi-
ca vtilitate.vt dicta.l.j.ff.de vſucapio.licet dominus.Ant.hic vi
deatur aliter dicere.Sed pro opinione Bar.multum facit quod
habetur in.d.l.j.

1 ☞ Cenſus poteſt deberi ratione conſuetudinis.
2 Litis conteſtatio inducitur per reſponſionem que fit ad ius li-
cet non fiat ad factum.
3 Liber cenſualis in quo ſcripte ſunt ſolutiones cenſus videtur
probare ſolutionem ipſius cenſus ⁊ per conſequens cenſum eſ-
ſe debitum in futurum.

Pro ſcriptura

Ayuntamiento de Madrid

4 Pꝛo ſcriptura tabellionis pꝛeſumitur ⁊ credendū eſt teneꝯ di
xiſſe ſm ꝙ ſcripſit notarius.
5 Notarius ſi atteſtetur nuntium ſe retuliſſe talem citaſſe ⁊ nun
tius dicat oppoſitum cui magis credetur.
6 Pꝛeſcriptio centenaria currit cōtra romanā eccleſiā ⁊ nō alia.
7 Dicta teſtium obſcura declarari poſſunt.
8 Uaſallus an poſſit pꝛeſcribere libertatem contra dominum.

a Audientiam. In feudo a romane eccleſie contra ipſaʒ ⁊ vaſallum currit ſola pꝛeſcriptio cētenaria.h.d. Et pꝛimo ponitur proceſſus narratio. Sc̄do ponit̄ diffi nitio.ſecunda ibi:non igitur. Pꝛima ſubdiuiditur ⁊ pꝛimo po nit petitionem actoꝛis. Secundo reſponſionem rei. Tertio pꝛo bationes actoꝛis.ſecunda ibi:ſecundū ea.tertia ibi:a quo. ❡ No ta pꝛimo ꝙ papa poteſt cōcedere laico tempoꝛalē iuriſdictio nem in loco ⁊ etiā perceptionē cenſus debiti romane eccleſie cō
1 cedēdo ſibi in feudū. ❡ Itē nota ꝙ † cenſus poteſt deberi ⁊ pe ti ratione conſuetudinis ⁊ ſic procedere videtur libellus ſi ali quis petat cenſum quem ex conſuetudine dicat debituʒ. Facit quod no.s̄.de offi.oꝛdi.dilectus. ❡ Itē no.ꝙ interueniēte plu ralitate iuriū ſeu rerum procedere videtur libellus enumera tis aliquibus ſubiecta poſtea clauſula generali. Facit qd̄ habe
2 tur in.c.qui ad agendū.de pꝛocuratoꝛibus.in.vi. ❡ † Item no ta ꝙ per reſponſionem que fit ad ius licet nō fiat ad factū indu citur litis conteſtatio.vn̄ ſi reus reſpondeat petita fieri non de bere licet non neget narrata inducitur litis cōteſtatio.de quo
3 in.c.j.s̄.de lit.conteſta. ❡ † Item nota ꝙ liber cenſualis ī quo ſcripte ſunt ſolutiones cenſus videt̄ pꝛobare ſolutionem ipſi9 cenſus ⁊ conſequenter cenſum eſſe debitū in futurū. nam tales libri vident̄ ꝓbare vt publici qn̄ reperiuntur in archiuo publi co ⁊ in loco ſuſpecto nā etiā hoc modo dicitur ſcriptura autēti ca in aut.ad hoc.C.de fide inſtru.⁊ no.in.c.j.⁊.ij.s̄.de inſtru.per
4 Inno. Secus videt̄ qn̄ in loco ſuſpecto reperirentur. ❡ † Itē no.ꝑſumi pꝛo ſcriptura tabellionis ex eo qꝛ habet officiū depu blico ⁊ illud iurat.⁊ ideo credendū eſt teſtes dixiſſe ſcd̄m qd̄ ſcri pſit notarius donec pꝛobetur cōtrarium tn̄ aduerte qꝛ ſi teſtis examinatus dicat ſe aliter dixiſſe quam ſcripſerit notarius nō bene poteſt pꝛobari contrariū qꝛ teſtes in ſecreto teſtificantur. s̄.de teſti.nuper ⁊ ſic teſtis eſſet ſingularis ideo potius creden dum eſt tabellioni.dūmodō ſit bone fame ⁊ hoc tenuit Cy.in.l. ſi qs decurio.C.de fal. Et nō tn̄ licet quo ad effectum ciuilē cre dat̄ ſcripture notarij non tamen credet̄ quo ad effectū crimina lem ſi teſtis foꝛte accuſaretur de falſo in eo quod reperitur ſcri ptum ipſe diceret ſe illud nō dixiſſe quia tunc non ſtabitur di cto notarij vt criminaliter teſtis poſſit puniri. Facit quod no tat Inno.s̄.de pꝛobationi.quoniā ⁊ no. Spec.in titu.de inſtr. edit.§.reſtat.verſi.quid ſi vnus ⁊ verſi.quid ſi dum atteſtatiōes ⁊ ſic dicit doctoꝛes concoꝛdaſſe in ſua priuata examinatiōe. Fa cit ad pꝛedicta qd̄ notat Barto.in.l.j.in fine.ff.queadmo.teſta
5 men.aperian. ❡ † Quid aūt ſi notarius atteſtetur nūtiū ſe re tuliſſe talē citaſſe ⁊ nūtius poſtea dicit oppoſitū cui magis cre detur an notario vel nuntio.dicit Joan.and.ſuper dicto verſic. quid ſi vnus ꝙ cum vterꝗ gerat publicum officium attēdi dʒ qualitas perſonarū qꝛ ſi tabellio eſt ſuſpectus ex pꝛius geſtis ꝑ eum ⁊ non nuntius magis credetur nuntio.alias in dubio po tius ſtabitur ſcripture ꝑ iſtū tex.cum ſimilibus.facit qd̄ notat
6 Cy.in dicta.l.ſi quis decurio. ❡ † Item nota ꝙ contra roma nam eccleſiam non currit niſi centenaria pꝛ̄ſcriptio.nec etiam cō tra aliū ad pꝛeiudiciū romane eccleſie quominus noīe romane eccleſie non poſſit ipſum ius pꝛoſequi licet quo ad pꝛeiudiciuʒ pꝛoprium ſic vt ſic ſibi tanꝗ ſibi non teneatur quis reſpondere. ❡ Et ex hoc nota ꝙ pꝛopter connexionem quam hʒ quis cum iure alterius conſequit̄ interdū ꝑ alium ⁊ alterius nomine qd̄
7 ſuo nomine conſequeret̄. ❡ † Itē no.ꝙ dicta teſtium alias ob ſcura ⁊ nō includentia neceſſario certificari ⁊ declarari poſſunt ex inſtrumentis pꝛoductis ſi ex eis patere poteſt veritas in eo in quo teſtes deficiunt.vt hic patet nam teſtes ſoli pꝛobabunt de ſolutione cenſus.ſed de cā pꝛ̄ſtationis non dicebant. Unde il la ſuppletur ex priuilegijs deductis. ❡ Iteʒ nota quod licet in tributo qd̄ pꝛeſtatur in ſignum recognitionis ſupreme ſuperio ritatis non currat pꝛ̄ſcriptio.l.comperit.C.de pꝛeſcri.xxx.anno. tamen ſecus eſt in cenſu qui alio reſpectu poteſt deberi. ❡ In gl.foris facta in fine poteſt etiam exponere quod dicit banna ideſt ius mittendi bannum ⁊ quod dicit comeſtiōes ideſt foꝛte certas pꝛocurationes. ❡ In gl.autoꝛitatem ibi priuilegiū alle gatur quaſi velit ꝙ requiratur ſcriptura ad pꝛobandum priui legia.⁊ de multis caſibus in quibus reqrit̄ ſcriptura vide gloſ. in.c.j.de cenſi.in.vi.vel dic ſm Joā.and.ꝙ ideo dicit magis au toꝛitatem priuilegij ⁊c.qꝛ teſtes ſolum dicebāt de ſolutione.ſed non de cauſa nec ꝙ eſſet debitum. ❡ In gl.cenſualē.ibi manu

cōmentarienſis ideſt officialis deputati ad cuſtodiā loci vbi ſunt ſcripture in glo.pꝛincipaliter ibi ſecus ſi ſecundario. ⁊ ideo non poteſt eccleſia romana ſe opponere cōtra pꝛeſcriptionē quadra genariam que opponit̄ particularibus eccleſijs:qꝛ pꝛincipali ter hoc non ſpectat ad eccleſiam romanam. ſecus quando ſpe ctat ad eccleſiā romanā vt hic.videtur tamē ꝙ licet eccleſia ſit immediate ſubiecta romano pontifici ad pꝛeiudiciū ipſius iu re bus illius poſſit currere pꝛeſcriptio quadragenaria licet nō ad pꝛeiudiciū romane eccleſie vt habet̄ in.c.ij.ad fi.s̄.de capella mo na.⁊.xvj.q.iij.in.c.volumus.cū ibi notatis ꝑ gl.licet Archidia. ter videat intelligere illud.c.ſed cōmuniter tenetur. qd̄ dixi vt ibi etiā ipſe fatet̄ vbi aūt quis vellet pꝛ̄ſcribere obedientiā in ec cleſia que eſſet immediate ſubiecta romano pontifici.tūc clarū ꝙ requirit̄ tempus centū annoꝝ quia tūc pꝛ̄ſcriberet contra ius pꝛincipaliter ſpectans ad romanā eccleſiā. ❡ In ea ea.glo. ibi poſſet iſte caſtellanus ⁊c. Hoſt.tenuit cōtrarium ne romana ec cleſia habeat vaſallum quē non vellet vel non expediret habe re ⁊ ſic etiā tranſit hic do. Ant.⁊ Jo.an. ❡ Sed foꝛte gl. poteſt ſuſtineri qn̄ ſciente ⁊ patiēte romana eccleſia geſſit ſe ꝑ vaſal lo eccleſie per ea que habent̄ in ſimili in.l.comperit.allegata in glo.⁊ qꝛ tunc ceſſare videtur ratio. Hoſti.vel foꝛte etiā poſſet ſuſtineri gl.ꝙ ſi iſte ex aliqua cā bona fide geſſit ſe tanꝗ vaſall9 quod pꝛeſcripſerit vtile ius feudi etiam nō conſiderata ignorā tia eius contra quem pꝛeſcribit̄ ꝑ ea que habent̄ in.l.fi.C.de pꝛeſcriptio.long.temꝑ dicta.l.comperit.⁊ qꝛ tunc non fit ma gnum pꝛeiudicium eccleſie romane ex quo habet vaſallū in eo dem iure.licet aliū quē pꝛius habuit ſufficiat pꝛeſcriptio.xl. an noꝛum.⁊ ſic limitetur qd̄ hic dicit̄ ⁊ ſecundū hoc dictum gl.erit valde notabilis. ❡ In gl.fi.in fin.⁊ facit quod habet̄ in ſimili.
8 s̄.de offi.oꝛdi.ſi ſacerdos. ❡ † Ultimo poſſet dubitari an vaſal lus poſſit pꝛeſcribere libertatē feudi.de quo tangit Jo.an.in ad ditio. Spe.ſuper hac rubrica ⁊ ibi concludit ꝙ ſi vaſallus erat obligatus ad certum ſeruitium,foꝛte qꝛ tenebatur tenere equū pꝛo ſeruitijs dn̄i ꝙ ſi non tenuit nec dominus exigit tūc poſſit pꝛeſcribere pꝛopter negligentiam domini non exigentis . Si aūt erat feudū hono rificum tūc dicit ꝙ ſi dominus infra tem pus.xxx.annoꝛum habuerit negotia ad que vaſalli cōſueuerūt vocari vt ſi factus fuit miles vel duxit vxoꝛē tunc dicit ꝙ ſi nō fuit vocatus vꝫ currere pꝛ̄ſcriptio.qd̄ intelligit do. Anto.poſſe procedere ſi ex facto alieno fuiſſet vaſallus ita qd̄ bona fide po tuiſſet credere ſe non eſſe vaſallū.l.qui in alterius.ff.de reg. iur.
Secus ſi ex facto pꝛopꝛio fuiſſet vaſallus quia tunc non pꝛ̄ſcri bit pꝛopter malam fidem.j.eo.c.fi.
1 Pꝛeſcriptio tempoꝛe ſchiſmatis cenſetur doꝛmire.
2 Pꝛeſcribere an poſſit eccleſia romana contra inferioꝛes eccle ſias ſpatio.xl.annoꝛum.
3 Pꝛeſcriptio an poſſit ſtatuto pꝛohiberi.

b Cum nobis. De centenaria b pꝛ̄ſcriptiōe que ſola currit cōtra roma nam eccleſiā tempoꝛe ſchiſmatū deducunt̄. h.d. ⁊ in pꝛima deciſa cōſultatio.in ſecunda reſponſio.ſecun da ibi:licet. ❡ Nota.j.ꝙ contra romanam eccleſiā non currit pꝛe
1 ſcriptio minoꝛ cētenaria. ❡ † Item no.ꝙ tpa ſchiſmatū dedu cunt̄ ⁊ debent deduci de pꝛ̄ſcriptione qꝛ pꝛ̄ſcriptio interim cenſe
2 tur doꝛmire.facit ꝙ dictū fuit.s̄.eo.cū non liceat. ❡ † An autē eccleſia romana poſſit contra inferioꝛes eccleſias pꝛ̄ſcribere ſpa tio quadraginta annoꝝ.remittit Jo.an.ad notata in Spe.eod. titu.verſi.illud etiam vbi poſt Uincen.dicit ꝙ papa non poteſt pꝛeſcribere res eccleſie:qꝛ ſunt ſue.⁊ ſic amplius non pn̄t effici ſue.s̄.de fide inſtru.c.inter dilectos.⁊.l.res pꝛopꝛias.C.de legi. Sed certe vt dicit hic do. Anto.licet habeat dominiū vniuer ſale non habet tn̄ particulare.⁊ ideo videtur ꝙ poſſit pꝛeſcribe re vt ſibi immediate ſit ſubiecta eccleſia vl̄ res vbi pꝛius nō erat ⁊ ſufficere debet tēpus quadraginta annoꝝ.nō autem debet re quiri tempus cētum annoꝛum ne inductum in fauoꝛem retoꝛ queatur in leſionem contra id quod habetur de regu.iur. quod ob gratiā lib.vi. Facit quod no. Innocē.s̄.de poſtula.c.bone. el ij.⁊ quod notatur in.l.bene a zenone.C.de quadri. pꝛeſcriptio.
3 ❡ † An autem poſſit per ſtatutum fieri qd̄ nulla pꝛ̄ſcriptio cur rat,concludere videtur do. Anto.quod non per ſtatutū iudicis eccleſiaſtici inferioꝛis a papa quia tales non poſſunt cōtra ius ſtatuere,vt legitur ⁊ notatur.s̄.de offi.archipꝛeſby.c.fi.ſecus di cit per ſtatutum factum a laicis quia illi poſſunt cōtra ius ſta tuere.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure.⁊ licet tale ſtatutum vi deretur contra publicam vtilitatem tamē quia ex alio reſpectu habet equitatem naturalem ne ſcilicet quis locupletet̄ cuʒ alie na iactura facit.l.nam natura.ff.de cōdi.inde.videtur poſſe ſub ſtentari per id quod Joan.and.in ſimili in regula . poſſeſſoꝛ. in mercu.de regu.iur.lib.vi. ❡ In glo.centum annoꝛum ibi in re bus ⁊ poſſeſſionibus adde quod dictum fuit in.c. pꝛecedenti.⁊

a ❡ In feudo. idem ſum mat hic do. abb.⁊.d.fel. poſt eos.

b ❡ De cente naria. idē ē ſummariuʒ do.abb.cū iſto.



Ayuntamiento de Madrid

quod notatur.xvj.q.iiij.volumus. ¶ Jn eadem glo. ibi vel qđ
teſtes dicant hic in effectu eſt practica ſuperioris ſolutiōis vt
patet ex notatis in.c.j.ad finem.j.eo.lib.vj.tamē iſta ſolutio eſt
contra mētem iſtius tex.qui non requirit probari memoriam
non extare in contrarium, ſed ſolū pſcriptionē centum annorum
ideo gl.finaliter dicit nō eſſe recedendū a verbis litere.facit qđ
habet.j.de reg.iur.decet.lib.vj.tamē per hoc nō apparet ſolu-
tio contrarij formati in gl.ideo dic ſecundū doctores ꝙ cente-
naria preſcriptio poteſt probari.licet difficilis ſit probatio.nā
poſſibile eſt recipere teſtes tante etatis.de quanta dixit gl.⁊ p
tales poterit probari lȝ raro ⁊ rariſſime hoc contingat qđ tales
reperiantur. Jtem poterit probari preſcriptio cētenaria p in-
ſtrumentum ſecundū mo.in de quo dicetur.j.eodem.ſi diligēti.
Jtē poterit probari per cōfeſſionem partis.facit.j.de cōfeſſis.
in.c.j.in.vj.⁊ ideo licet ſit difficilis probatio ſufficit qđ in rei ve
ritate eſſe poteſt vt euitetur obiectio gl.⁊ no.q gl.vr. ſentire ꝙ
maior.xiiij.annis non poſſit teſtificari.de his que vidit in eta-
te minori.xiiij.annorum.de quo per gl.in.c.teſtes.iij.q.iij.⁊ per
Jo.an.in.c.ex parte.s.de corpore vitiatis.⁊ in Spe.de teſte.§.
opponitur.ver.ſed nūquid factus pub.⁊ ibi etiā in additioni-
bus Specu.⁊ per glo.xxxvij.diſt.relatum.⁊.ff.de teſti.l.iij.§.le-
ge iulia.p quas remiſſiones pȝ ꝙ non ſimpliciter procedit hec
glo.nam ibi ad ſolennitatē actus non requiritur certa etas pōt
teſtificari de his que vidit in pupillari etate dūmodo tunc eſſet
doli capax.vt no.in.d.§.l.iulia.

1 ☞ Eccleſie ſite in dioceſi epiſcopi ſunt ſibi ſubiecte ex lege dioceſana.
2 Per preſcriptionē pōt eccleſia eximi a poteſtate epiſcopi.
3 Locus ſi diuerſimode noīetur in libello ⁊ pbationibus ſufficit ad cōcludendū identitatē loci ꝙ ptȝ ex alio inſtrumento ꝙ loc' ſi diuerſimode nominatus ſit vnus ⁊ idem.
4 Cognitio cauſarum monialium poteſt preſcribi ab inferiore epiſcopo.
5 Exceptiones contrarias pōt quis opponere.⁊ nu.8.
6 Exceptiones plures qū accumulant vel probationes expediri prius debet illa que facilior eſt in expediendo.
7 Cauſa matrimonialis eſt de lege iuriſdictionis.
9 Preſcriptio an currat agere non valenti.

a ¶ De pſcriptione. do. abb.⁊ Fel.ſ mōſummat ſ.c.nihil de mātes a domino Jo. d imo.

a Auditis. De preſcriptione[a] ſubducitur tps
quo vacauit eccleſia contra quā pre
ſcribitur.h.d.Et primo ponitur proceſſus ⁊ cōclu-
ſio negotij.Secundo indeciſe narrat reſtitutionē ab
vtraq; parte petitam ⁊ cōceſſam.vt ptȝ.s.de reſtitu.in integr.
auditis.Tertio in ver.quo circa cōmittit probationes recipiē
1 das ⁊ cauſam diffiniendā. ¶ † Not.quod ad epiſcopū videntur
ptinere eccleſie ſite in ſua dioceſi ⁊ eſſe ſibi ſubiecte ex lege dio-
ceſana ⁊ an differētia ſit inter legē dioceſanā ⁊ legē iuriſdictiōis
dic vt plene habet in tex.⁊ gl.in.c.dilectus.s.de offi.ordi.⁊ per
2 Jnno.j.de ſtatu mona.c.j.⁊ per gl.x.q.j.in ſumma. ¶ † Jtem
nota qđ per preſcriptionē poteſt eccleſia eximi a poteſtate epi-
ſcopi quando alius prelatus in illa preſcribit ſubiectionē.⁊ ſic
non vult rector eccleſie ſimpliciter libertatem contra epiſcopū
3 preſcribere.nam tūc eſſet ſecus.s.eo.cum non liceat. ¶ † Nota
b quod vbi locus diuerſimode nominatur in libello[b] ⁊ probatio-
nibus ad concludendam loci identitatem ſufficit qđ pateat ex
alio inſtrumento ꝙ locus ſic nominatus diuerſimode ſit vnus
⁊ idem locus.⁊ ſic vna probatio certificat per aliam.facit quod
dictum fuit.s.de exceptionibus.cum venerabilis.circa finem.
¶ Jtem no.qđ de preſcriptione contra eccleſiam ſubducit tē-
pus vacatiōis eccleſie q: tunc interim dormit pſcriptio. ¶ Jtē
nota quod in petitione iuris debiti venit non ſolum debitū de
iure cōmuni.ſed etiā debitū de iure ſpeciali qū eſt acceſſorium
ad debitum de iure cōmuni vt erat hic in ſolutione iſtorū dena
riorum de quibus in litera.de quo etiam tetigi in.c.cū ad ſedē.
de reſtitu.ſpoliato.⁊ tangitur etiam in.c.cōquerente.s.de offi.
ordi.⁊.j.de ſepul.certificari. ¶ Jtem no. quod per interruptio
nem alicuius articuli vel aliquorū articulorum contentorum
ſub iure vniuerſali non cōcluditur interruptio reſpectu aliorū
articulorū ⁊ eadē ratione potes notare ꝙ quaſi poſſeſſio vnius
articuli contenti ſub iure vniuerſali nō concludit poſſeſſionem
aliorū ad quod bene facit quod habet in.l.j.§.ſi quis hoc interdi
cto.⁊ quod ibi etiam notatur per Bar.ff.de iti.actuq; priua. ⁊
facit etiam ad materiam quod notat Jnno.j.de capel.mona. c.
4 ij.⁊ quod tangetur cum glo penul. ¶ † Jtem nota quod cogni
tio cauſarum monialium poteſt preſcribi ab inferiore epiſco-
po. Facit quod habet.j.de exceſſi.prela.c.accedētibus. ¶ Jtē
no.quod ex titulo indeterminate videtur poſſe preſcribi res in
determinata vel ius in loco determinato. ¶ Jtem nota qđ ad
interrumpendam preſcriptionem nō ſufficit probare interru-
5 ptionē niſi probet facta infra tps preſcriptionis. ¶ † Jtē no.ꝙ

b ¶ Jn libello.atāt ꝟ-ba libelli in telligant ſ libellāte vt p libellāte vide.d.abb. in ꝯſi.lxxiij. in.j.colum.

videtur quem poſſe proponere plures exceptiones contrarias
de quo etiam tangit in glo.⁊ plene p Dy.de re.iur.nullus plu
6 ribus lib.vj.⁊ p Bar.in.l.nemo.ff.de exceptio. ¶ † Jtē not.qđ
vbi accumulant plures exceptiones vel probationes prius dȝ
expediri illa que facilior eſt in expediendo.facit qđ habet i.c.ſi
forte de elec.in.vj.⁊ quod notatur etiam per Jnn.s.de elec.cum
7 inter.R.⁊ de conſue.cū inter vos. ¶ † Jn glo.j.in fi.h.d.glo.ꝙ
cognitio cauſarū matrimonialiū eſt de lege iuriſdictionis vt pȝ
ex no.in.c.dilectus.allegato in gl.⁊ tū hic iūcto principio.c.cū
ſine innueret ꝙ eſſet de lege dioceſana qđ non eſt verū ſtricte ſu
mendo legē dioceſanā prout eſt ſpecies diſtincta a lege iuriſdi-
ctionis vt pȝ ex notatis in.d.c.dilectus. ¶ Jn glo.ij.ibi ſed ibi
conuenit ſubditus ſuo noīe.ſupple q: conueniebatur p cenſu
qui petebatur ab eo.ideo tunc poteſt cōueniri ⁊ eodē mō eſſet
idem dicendū in caſu huius.c.ſi voluiſſet eps petere cēſum vel
procuratorem a capellanis vt proſequit in glo.Ubi autem eps
ſolum contendit de ſubiectione vr gl.remanere in cōcluſione ꝙ
non debeat agere contra ſubiectū ſed cōtra aliū prelatū qui di-
cit illū ſibi ſubiectū ſed Jnn.hic videt velle ꝙ etiam poterit agi
contra ipſum ſubiectum:q: vr facere controuerſiā quominus
poſſideat eps ex quo ſibi non obedit ⁊ ſic habet quo ad hoc pro
poſſidente vt cōueniri poſſit.Facit qđ habetur in.l.j.§.compe-
tit.ff.de aqua quoti.⁊ eſti.⁊ in.l.j.in fi.ff.ſi vſufruc.petatur.fa-
cit qđ notatur per Jnno.in.c.inter quatuor.s.de maio.⁊ obe.
⁊ per glo.in.l.j.§.per hāc.ff.de rei vendica.dicit etiā Jnn,ꝙ vbi
conueniretur prelatus qui dicit eccleſiam ſibi ſubiectam pote-
rit rector eccleſie aſſiſtere liti q: intereſt etiā ſubditi nō mutare
dūm ⁊ ſimiliter ſi conueniatur ſubditus poterit aſſiſtere prela-
tus qui aſſerit illū ſibi ſubditū propter ſuū intereſſe. ¶ Si aūt
pretenderet quis ſe exemptū,tunc clarū ꝙ poteſt agi cōtra eū
⁊ dicit Jnno.ꝙ ſi aliquis pretenderet ſe exemptū ab epiſcopo
vt non teneatur ire ad conciliū vel qđ poſſit ordinari a quo ma
luerit epiſcopo.tunc ſi alius prelatus pretēdat illum rectorem
ſibi ſubiectum nō poterit epiſcopus illi aſſiſtere:q: ſua non in-
tereſt ex quo non tenet venire ad eum.ar.s.de electio.cū inter.
R.ſed Hoſti.tenuit contrariū q: ſm eum ſemper videt inter-
eſſe epiſcopi quod eius ſubditus non vadat ad alterius ſyno-
dum.ſed vt dicit dominus Anto.dictum Jnnoc.poteſt proce-
dere quādo epiſcopus fateretur illum a ſe exemptum.ſed quan
do negaret procedit dictum Hoſtiē. tamen illud eſt clarum qđ
tunc poteſt ipſe ſubiectus conueniri.an autem ſententia lata
cōtra vnū ex predictis preiudicet alteri, tangit hic Jnnocen.⁊
concludit ꝙ ſi eſt lata contra illū ad quem primo loco ſpectat
defenſio preiudicabit alteri per ea que habentur.j.de re iudica.
quāuis.⁊.ff.de re iudi.ſepe.ſed vt dicit Hoſtien.illa iura poti'
ponunt caſum econtra quādo fertur contra eum ad quē ſecun-
do loco ſpectat defenſio ſciente altero ad quē principaliter ſpe
ctat.Ad quem autem dicatur primo loco ſpectare defenſio. dt
Jnnocen.quod videtur dicēdum.quod ſpectet primo loco ad
prelatum qui pretendit eccleſiam ſubiectam.⁊ ſecundo loco ad
miniſtrum ſeu rectorē ipſius eccleſie.Secus ſi ageretur de poſ-
ſeſſiōibus ipſius eccleſie.deinde refert alios dicere.⁊ forte meli'
ſecundum eū ꝙ in dictis caſibus eque principaliter ſpectat de-
fenſio ad vtrūq;.allegat.l.principaliter.C.de liber.cā.que tamē
modicum aut nihil facit.Nec hoc probat ſi bene inſpiciat.⁊ cō
cludit ꝙ ſententia lata cōtra vnū non preiudicabit alteri igno-
ranti.ſed ſcienti ſic p iura preallegata licet compoſitio vel trāſ-
actio facta ab vno non habeat preiudicare alteri etiā ſciēti p ea
que habentur.s.de tranſac.contingit. ¶ Nota bene ꝙ.c.quam
uis.de re iudica.non habet locum in compoſitiōe vel trāſactio
ne ſed in ſententia.⁊ licet ſic reſideat Jo.and.hic tamē forte pri
ma opi.verior eſt de iure per ea q̄ not.in.d.c.quāuis. de quo ibi
plenius dicetur. ¶ † Jn glo.ius epiſcopale ibi ſed alius cuius
nomine ⁊c.per hoc quod dicit hec gloſſ.dicunt domini de rota
in ſua concluſione.cccxxiij.quod ſi decanus ⁊ capitulum alicu-
ius eccleſie dicat ⁊ det in articulis ſe exemptos ab omni iuriſdi
ctione epi ⁊ ſe eſſe ⁊ fuiſſe in poſſeſſione huius exēptiōis a tpe
cuius initij memoria non exiſtit ꝙ niſi dent articulos de alio p-
lato qui preſcripſit iuriſdictionem in eos tales articuli nō ſunt
admittendi quia nullus poteſt ſeipſum iudicare vel corrigere
nec in ſeipſo talia poſſidere vt voluit hec gl.Et ſi dicatur quo
modo ergo procedit pſcriptio ſi alius platus dicatur pſcripſiſ-
ſe.ex quo ipſe ſubditus non pōt talia in ſe poſſidere.facit.l.pe.
ff.de arbi.⁊ preſcriptio ſine poſſeſſione non pcedit.de regu.iur.
ſine poſſeſſione,lib.vj.rūderi poteſt ꝙ licet ſubditus talia non
poſſideat tamen prelatus qui dicitur preſcripſiſſe potuit poſſi
dere.poteſt etiam dici ꝙ qū allegatur pſcriptio ad extinguēdū
ius alteri competens non exigatur poſſeſſio ſicut patet in pſcri
ptione actionis perſonalis cui preſcribitur.l.ij.C.de conſt.pe.⁊
l.ſicut.⁊.l.ſe.C.de pſcrip.xxx.anno.⁊ tamen nemo actionē illā
poſſidet

Ayuntamiento de Madrid

poſſidet.niſi ille cui vere cōpetit.vt not.Inno.de reſti. ſpo.in li
teris.¶ In ea.gl.in fi.qd aūt de inſtitutione ⁊ deſtitutione fiē
da de rectore eccleſie an poſſit preſcribi pōt Abbatē vel aliū iſe
riorē epo.Inno.hic videtur velle ꝙ ſic qđ Hoſti.concedit ī inſti
tutione corporali vel collatiua tituli.ſecus in inautorizabili per
quā daꝛ ius exercēdi curā aīaꝝ de quo plene not.p Io.an.i.c.cū
8 ſatis.ſ.de offi.archi.¶† In gl.pſcripſiſſe.in fi.no.ad gl.qđ reꝯ
copulatiue eodē tempore non videtur poſſe vti exceptiōibꝯ cō
trarijs ſed diſiunctiue proponendo ſic.puta ſi dicat ſe tutū pui
legio vel preſcriptione,diuerſo aūt tpe clarū eſt ꝙ pt ꝓponere ⁊
ſi in vna ſuccubuit pōt ad aliam tranſire niſi expreſſe reperiaꝛ pro
hibitum.⁊ iſtam opin.multi tenent.de quo per Dyn.in regula
nullus pluribus.in.vj.⁊ per gl.⁊ Bar.in.l.nemo.ff.de excep.gl.
tñ in.d.l.nemo.videtur velle ꝙ etiam copulatiue eodē tempore
poſſit proponere exceptiones contrarias.Bart.ſaluat illam gl,
qñ excipienti incumbit probatio ſuper vtraqꝫ vt ſi reus allegat
ſolutionem ⁊ pactū de non petendo ⁊ etiam in caſu huius capi
tuli qñ allegat priuilegium ⁊ pſcriptionē,ſecus ſi non incumbe
ret probatio reo ſuper vtraqꝫ.per id quod habetur in.l. cum de
indebito.ff.de proba. qꝛ tunc eodē tpe nō debet ꝓponere exce
ptiones contrarias tñ videtur ꝙ licet admitteretur quatenus ꝓ
ponit exceptiones contrarias tñ deberet proſequi alterā earū
⁊ non vtranqꝫ ſimul quia eſſet ſibi contrarius, ⁊ ſic non deberet
audiri.l.ij.§.ſed ⁊ ſi alius.ff.quando appellandum ſit.⁊.ſ.de ap.
ſolicitudinem,cautius tñ puto eſſe ꝙ proponantur exceptiōes
contrarie alternatiue,vt ſic euitentur opi. ¶ In gl.per illa.ī fi.
⁊ ſic ptꝫ ꝙ incaute ſe habuit aduocatus monaſterij nō producē
do priuilegia regalia ſine quibus priuilegium celeſtini nō iuua
bat monaſterium,⁊ p iſtum tex.cōiuncta gl.dicit Ioā.an.poſſe
inſtrui aduocatos nouitios vt ſint cauti taliter articulare ꝙ ꝓ
batio cōcludat ⁊ ſi expedit de aliquibus interſignijs ꝓbare: de
bēt de illis articulare ſeu facere articulos ⁊ probationes ſup il
lis,vñ in queſtione facti dū quidā bidellus cōduxiſſet equū ad
vecturā pro eundo ad certum locum ⁊ ille equus diceretur natura
liter mortuus i.i via ⁊ locator peteret emendā ſeu pretium equi
qui ſibi non reſtituebaꝛ ⁊ conductor probaſſet per illos qui ſecū
erāt qđ equus quē equitauit mortuus fuit naturaliter qđ qꝛ in
genere ꝓbauit ⁊ non in ſpecie,de equo ſibi locato ꝙ talis ꝓba
tio non habuit ipm releuare,nā dicebat locator verum eſt ꝙ ꝓ
baſti vnum equum eſſe mortuum quē tu equitaſti ſed nō ꝓbaſti
illū quē tibi locaui fuiſſe mortuū ⁊ ſic probatio nō ꝯcludit ne
ceſſario.⁊ iō nō iuuat.ſ.de ꝓba.ī pſentia, ideo dꝫ articulari ⁊ ꝓ
bari de interſignijs equi taliter ꝙ concluderetur illū fuiſſe equū
locatū.⁊ idem dicas de ſimilibus,⁊ ideo ſi velis petere librū ab
aliquo ſis cautus etiam articulare etiam de interſignijs libri.

¶ Dicit etiam per hanc decre.inſtrui aduocatos vt non preci
ſe articulent de tempore neceſſario ad preſcrip.qꝛ ſi tunc ꝓbare
tur ꝙ aliqbus dieb⁹ preſcriptio dormierit ceſſabit preſcriptio.
⁊ ideo cautum eſt articulare de maiori tempore quā ſibi neceſſa
rio,⁊ ideo moderni aduocati ⁊ procuratores ſic formant articu
los,intendit talis probare ꝙ poſſedit talē rem.xl.l.lx. annoꝝ.⁊
plus tāto tpe ꝙ eius initij memoria non exiſtit vt ſic teſtes ha
beant occaſionem deponendi de qua remoto tempore teſtes ma
gis cognoſcunt ⁊ ſciunt. ¶ In gl.penul.in fi.ſed certe gl. nō re
ſpondet ad contraria.iō dic ſm Hoſt.ꝙ contraria loquunꝛ ī in
diuiduis ⁊ contiguis hic in indiuiduis ⁊ ſeparatis.facit qđ ha
betur in ſimili in.l.eū actum.ff.de nego.geſt.Sed tunc obſtat ꝙ
no.Inno.ſ.de capel.monacho.c.ij.vbi dicit ꝙ detur contigui
tas in genere:qꝛ ſint multa capitula ſub eodem genere ꝯprehē
ſa.vt apprehenſio vnius articuli extendatur ad alios eiuſdē ge
neris.⁊ ſic cū agatur hic de pluribus capitulis contētis ſub vno
genere iuriſditionis epiſcopalis videtur ꝙ debeat fieri extēſio.
Sꝫ potes dicere ꝙ illud procedit quando acquireretur poſſeſſio
ex voluntate poſſidentis vel quando ex certa ſcientia vel patiē
tia eius vtiꝛ qs parte vt querat totū.Secus quando nō patitur
in aliquibus vel qñ ſumus in dubio an velit querere totū qꝛ tūc
preſumitur ꝙ velit querere poſſeſſionē ad limites eius quo vti
tur.facit qđ habetur in.l.i.§.ſi quis hoc interdicto.ff. de itinere
actuqꝫ ꝑuato,⁊ vt dixi etiā hic non patiebaꝛ ille cōtra quē age
bat quis querere illis de quibus hic diciꝛ in litera. Et iō ad illa
nō extendiꝛ.vbi autē epiſcopus animo retinendi ius epiſcopa
le in aliquo capitulo illo vteretur in oībus alijs ſibi cōſeruat.vt
voluit Inno.in.d.c.ij.de capel.mona.qđ videtur procedere niſi
alius aliqua poſſideret:qꝛ in illis tunc non conſeruaret ius epi
ſcopale.vt hic ptꝫ.¶ In gl.fina.ibi.ſ.eo.illud.dic ꝙ taciturni
tas ante completam preſcriptionem non nocet ſucceſſori.Sed
poſtea ſic.⁊ ita hic,de quo in regula delictum.de regu.iur.in.vj.
9 ¶† In ea.gl.ibi.§.ſi dolo.Concludit ergo gl.in iſto articulo an
non valenti agere currat preſcriptio ꝙ regulariter currit ſed da
tur reſtitutio niſi facto tertij fuerit quis impeditus qui non ſit
ſoluendo ꝙ tunc contra eum nō debet agi, alias vt dictum eſt
currit,ſꝫ datur reſtitutio.Fallit vbi lex dicit tēpus ipſo iure nō
currere,vt in Auth.l.i.in fi.C.de anna.exceptio.⁊ in alijs no.ſ.eo.
cum nobis ... Cy.in.l.quoties.C.de precibus imperato.ci
teren.⁊ ... in.l.ſenatus.ff.de offic.preſidis,dicunt qđ aut qs
eſt impeditus impedimento facti aut iuris.Primo caſu ſi im
peditus eſt facto tertij habet locū quod tetigit gl. qꝛ aut ille eſt
ſoluendo aut non. ſi autem eſt impeditus caſu fortuito ſic cur
rit,ſꝫ datur reſtitutio.facit quod habetur in ſimili in.l.ſi fundū.
ff.de fundo do.⁊ quod habetur in.d.l.ſenatꝯ.aut erat inchoata,
⁊ tunc ipſo iure non currit preſcriptio durante impedimēto.l.
j.in fi.C.de anna.exceptio.⁊ de materia per do.Anto.ſ.eo.cum
non liceat.¶ Extra gl.tangit hic Inno.quid ſi teſtes Abbatis
contradicant teſtibus epiſcopi que probatio preualebit.Et cō
cludit ꝙ ſi epiſcopus ſolum probet eccleſiam ſitam in dioceſi ⁊
abbas ꝓbet ſe poſſediſſe iura epiſcopalia preualebit ꝓbatio ab
batis quia probatio epiſcopi non concludit ad poſſeſſionē, ſed
ad proprietatem,facit qđ not.ſ.de reſti.ſpo.olim el.ij.Proba
tio vero Abbatis reſpicit poſſeſſionem,⁊ ideo illi non detrahi
tur per probationem epiſcopi.¶ Interdum autem Abbas ꝓ
bat poſſediſſe iura epiſcopalia,⁊ ſimiliter probat epiſcopus et
tunc preferentur teſtes epiſcopi tanquam veriora dicentes cum
dicāt ꝯſona iuri communi.facit ꝙ habetur in.l.ob carmē.§.ſi te
ſtes.ff.de teſti. ... de probatio.licet cauſam. ⁊ de teſti.ī no
ſtra.⁊ pro hoc etiam eſt gl.ordina.licet non allegetur hic p doc.
in.c.cum eccleſia vulterana.ſ.de elect.hec tamen limitat.d.an
to.quando teſtes Abbatis ſunt pares teſtibus Epiſcopi vel in
modico excedunt,ſecus ſi in multo.nam tanta poſſet eſſe numo
ſitas ⁊ dignitas teſtium Abbatis ꝙ preferrentur veriſimilitu
dini predicte.per id quod habetur.ſ.de teſti.in noſtra.quod eſt
arbitrio iudicis relinquendum.l.iij.§.i.ff.de teſti.¶ Interdum
autem teſtes Abbatis dicunt qđ omnia iura epiſcopalia poſſe
dit,tunc videtur velle ꝙ preualeat probatio Abbatis tanꝙ cla
rior cum indefinita verificetur etiam in aliquibus ex ſui ꝓprio
ſignificato.facit quod no.de elec.vt circa in.vi.¶ Si autē teſtes
Abbatis vniuerſaliter deponāt ſuper omni iure epiſcopali:in
telligo poſſibili poſſideri per Abbatem per id quod dixit gl.in
verbo ius epiſcopale,vt epiſcopus in certis articulis ſpecifice ꝓ
bauit tunc dicit ꝙ in illa ſpecifice preualebunt teſtes epiſcopi ⁊
ſufficiet probatio forte per duos teſtes ad probandum interru
ptionē licet per plures fuerit facta probatio per Abbatem ſup
vniuerſali vſu.argu.c.illud.ſ.eo.⁊ pro hoc faciat vniuerſalis ſa
tagat negatiuā.Et ideo non videtur eque valida.ſ.de cau.poſſ.
cum eccleſia.¶ Item quia non eſt ſic determinata probatio:ſi
cut probatio facta in ſpecie ⁊ in illa potuit falli plus teſtis quā
in ſpeciali depoſitione:⁊ quia poſſibile eſt teſtes Abbatis plu
ra vidiſſe exercitia, ⁊ nō oppoſitum exercitium epiſcopi qđ iter
dū breui tempore potuit expediri,⁊ iſtud ſequitur ēt hic domi.
An.lꝫ Inno.dicat hoc ſibi non placere ⁊ remittit ad no.ſ.de re
lig.do.conſtitutus,⁊ voluit allegare no.per ſe i.c.ij.de ca.mona.
qꝛ in.c.conſtitutus.non tractat de hac materia.⁊ non obſtat ſm
do.Ant.no.in.d.c.ij.qꝛ loquuntur quando quis exercet vnū ca
pitulum iuriſditionis animo querendi totum ⁊ hoc cōſtat ⁊ pa
titur is qui poſſidet qđ hic non contingit.facit qđ dixi ſup glo.
penul.¶ No.bene practica qꝛ faciunt ꝙ ſi aliqui teſtes dicūt ꝙ
titius poſſedit tales boues ꝓ ſuis,⁊ tanꝙ ſuos ⁊ alij teſtes di
cāt ꝙ poſſidebat eos tanꝙ cōductos a titio.⁊ fuerunt pſentes lo
cationi ꝙ magis ſit credendū vltimis teſtibus.qꝛ magis ſpecifi
ce deponunt ꝙ tenementi.⁊ ſi dicaꝛ cū idem ius poſſit eſſe apđ
plures.facit qđ habeꝛ in.l.lucio.ff.de aqua ꝗti.⁊.ſ.de off. arch.
c.i.vbi ius viſitandi cōpetit epo ⁊ ēt archidiacono. ⁊ ſic vꝛ qđ lꝫ
abbas pſcribat queratur nouū ius ⁊ non extinguaꝛ ius epi. ſed
dic lꝫ Inno.clare nō declaret ꝙ hic in dubio Abbas nō pſumiꝛ
velle creare nouū ius ſed velle vti eo reſpectu quo eps vtebaꝛ.vt
ſic eccleſia eximaꝛ ab epo ⁊ ſibi ſubijciaꝛ.⁊ hoc ēt ptꝫ quia dice
bat eccleſiā ſibi pleno iure ſubiectā ⁊ eā prorſus exēptā a iuriſ
ditione epi qualiter aūt interrumpaꝛ preſcriptio in corporalibꝯ
dicit Inno . eodem modo quo in rebus corporalibus ⁊ ſic p cō
teſtationem,⁊ alios modos de quibus.ſ.eo.illud.

1 ☞ Viſitare pōt archieps totam prouinciam ſuam. ⁊ nu.10.
2 Procuratio que debetur ordinario non poteſt preſcribi.
3 Preſcribi non poteſt ius viſitandi nec ius procurandi.
4 Archiepiſcopus poteſt exercere iuriſditionem in ſubiectos ſuf
fraganeorum ratione iurium denegatorum.
5 Procuratio debeꝛ propter viſitationē que ſit ex neceſſitate.
6 Seminans ſpiritualia poteſt metere carnalia.
7 Procuratio poteſt commutari.
8 Procuratio non poteſt expreſſe remitti.
9 Preſcribi an poſſit contra procurationem.
10 Poteſtatē delegatā ⁊ ordinariā poteſt quis habere.⁊ nu.6.

Ayuntamiento de Madrid

12 Poteſtatem delegatam ⁊ ordinariam habens ſi procedat nõ ex-
primẽdo an ex delegata an ex ordinaria ex qua intelligetur pre-
ſcripſiſſe.

13 Proceſſus an valebit ſi partes ignorantes ius vel factum a prin-
cipio proceſſerunt coram ordinario non ſuo ⁊ poſteã ſciuerint ni-
hilominus procedunt.

Procuratio vnius moduli ⁊ tenoris ſunt do. Abb. ſe[?] ⁊ Joã. in ſummatione huius c.

a **Cum ex officij.** Procuratio que de-
bet ordinario nõ põt
preſcribi. h. d. Et primo narrat factum ⁊ allegationẽ
reoꝝ. Secũdo allegationẽ reprobat ⁊ pceſſit in cõtra
reos factum ſeruari precipit. Tertio reſeruat allegationes alia
ſi quãs rei habent legitimas, ſecũda ibi nos igit. tertia ibi ſi qd
1 em. ℂ No. i. ꝙ archieps põt viſitare totam prouinciã ſuaꝫ. ⁊ ſic
etiã dioceſes ſuffraganeoꝝ de iure cõi ⁊ procurationem recipe-
re a locis viſitatis. Et hic no. caſum in quo hodie archieps hꝫ iu-
riſditionẽ in ſubditos ſuffraganeoꝝ, de quo in. c. paſtoralis. s.
de off. ordi. ℂ Jtẽ no. ꝙ vbi ius cõe fundat intentũ petẽtis nõ
ſufficit reo negare intentionẽ agentis niſi alleget iuſtã cãm ne-
2 gationis. ℂ † Jtẽ no. ꝙ ius ſoluende pcurationis non vr̃ poſ-
3 ſe pſcribi p volẽtẽ nõ ſoluere. ℂ † Jtẽ no. ꝙ ius viſitãdi nõ vi-
detur poſſe tolli p pſcriptionẽ ⁊ eadẽ rõne nec ius pcurãdi illi
annexũ. facit ꝙ hr̃. s. de cõſti. trãſla. ℂ Jtẽ [illegible] ius viſitan-
di ⁊ pcurãdi ſit ĩpreſcriptibile a ſubiecto [illegible]te trãſlatiue tñ
eſt pſcriptibile vt ſic de vno plato ad aliũ tr[illegible]. facit ꝙ dictũ
4 fuit. s. eo. c. accedentes. ℂ † Jtẽ not. arg. ꝙ etiã occaſione iuriũ
denegatorum archiepiſcopus põt exercere iuriſditionẽ in ſub-
iectos ſuffraganeoꝝ niſi aliud habeat ex cõſuetudine ⁊ ſic trãſit
d. An. in quãtũ litera vult ꝙ eps patiſſiciſ facere dꝫ tales ſentẽ-
5 tias obſeruari. ℂ † Jtẽ no. ꝙ pp̃ter viſitationẽ q̃ ſit ex neceſſi-
tate debet etiã pcuratio. ſꝫ illud intellige ẽm Hoſt. qñ viſitatio
ſit ex neceſſitate iuris vel loci viſitati: qꝛ viſitatione indigebat ſi
aũt ppter neceſſitatẽ ppriam ipſius viſitãtis declinaſſet ad lo-
cũ nõ tenebat̃ de neceſſitate rector loci recipere ſaltẽ quãtũ ad
hoc vt ſi nõ fuerit receptus poſſit iuriſditionẽ contra talẽ exer-
cere qꝛ nõ eſt de caſibus no. in preallé. c. paſtoralis, dicit tñ Jnn.
qd̃ ſi inhumaniter deneget hoſpitiũ charitatiuũ puniri poſſit p
ſuũ epm lꝫ nõ p ipſum archiepm, facit qd̃ habet̃. j. de emp. ⁊ vẽ.
6 c. ſi. ℂ † Jẽ no. illud vulgatũ ꝙ ſeminãs ſpiritualia metere põt
carnalia, ⁊ ſic facit ꝙ qlibet pcurator poſſit exigere pcurationẽ
ſꝫ certe ẽm Hoſt. hoc dꝫ intelligi de ſeminantibus ſpiritualia ex
debito ſui officij. ℂ Quid aũt ſi abbas aliqs preſcripſerit viſi-
tationẽ ⁊ non recepit pcurationẽ an cõpleta pſcriptione viſita-
tionis poterit exigere pcurationẽ. tangebat hic Hoſti. de q̃ gl.
in regula odia. de reg. iur. in. vi. vbi glo. concludit ꝙ nõ ex q̃ non
cõſueuit pcurationẽ recipere ⁊ non debeat extẽdi pſcriptio. per
id qd̃ hr̃ in. d. regula odia. ℂ Ultimo per iſtum tex. iuncta anti
qua q̃ habebat̃ p verbũ cõtẽptores ⁊ dicebat̃ tã autoritate no-
ſtri reſcripti q̃ꝫ ex antiqua metropolitica cõſuetudine, ⁊c. Colli
git Jnn. ꝙ põt qs habere duplicẽ poteſtatẽ ſcꝫ delegatã ⁊ ordi
nariã ⁊ ex vtraque pcedere. facit qd̃ hr̃. s. de cor. viti. in. c. ſigni-
ficauit. ⁊. j. de prebẽ. in. c. niſi eſſent. de quo. j. tãgetur. ℂ Jn gl. j.
in ſi. dic ꝙ hic loquitur in iure impreſcriptibili. ⁊ id̃ nõ habuit p
ficere allegatio preſcriptionis. Secus vbi ageret̃ de iure preſcri
ptibili. ⁊ ita loquit̃ cõtrariũ. Nec ob. tunc ꝙ tp̃s non eſt modus
tollende obligationis, qꝛ verum eſt ipſo iure ⁊ ſic loquit̃. §. pla-
cet. alle. in glo. ſed bene tollit quantũ ad effectũ. vt ptꝫ in. l. ſicut
7 ⁊. l. oẽs. C. de preſcrip. xxx. anno. ℂ † Jn gl. penitus, in ſi. no. be
ne ex gl. ꝙ pcuratio põt cõmutari. ⁊ lꝫ in hoc inſtaret Jnnoc. ⁊
Hoſt. tamen hoc eſt expeditum in. c. exigit. ⁊. c. felicis. de cẽſi. in
8 vi. ℂ † Secundo no. ex gl. ꝙ pcuratio non põt expreſſe remitti
ſed Jnno. ⁊ Uincen. tenuerunt cõtrarium ex eo qꝛ in tẽporali-
tate conſiſtit ⁊ videtur tangere ius priuatum. id̃ videt̃ poſſe illi
renuntiare. vij. q. j. quã ſit periculoſum, fatetur tñ ꝙ lꝫ expreſſe
poſſit renuntiari. tñ tacite non renuntiat̃ nõ recipiendo, ⁊ ſic in
telligit iſtũ tex. Secus dicit in viſitatione: qꝛ illa conſiſtit ĩ pu-
blica vtilitate. ⁊ ſic in iure publico. id̃ nedũ tacite nõ renũtiat̃ ſꝫ
ẽt nec expreſſe poſſet renuntiari, per id qd̃ hr̃. s. de foro cõpe. ſi
diligenti. ⁊ qꝛ non eſt licitum paciſci ꝙ nõ accuſabit vel nõ aget
contra alium de delicto. s. de iureiurã. quẽadmodũ. ⁊. ff. de pac.
l. ſi vn⁹. §. illud. Hoſti. vero tenet cũ gl. cũ procuratio eſt annexa
viſitationi. ⁊ ſic cenſeri dꝫ iuris publici ſicut viſitatio argu. s. de
cõſti. tranſla. ⁊ ideo non videt̃ etiã poſſe expreſſe remitti do. an-
to. concordat opi. qꝛ ẽm eum opi. Jnn. põt procedere in remiſ-
ſione tẽporali ad p̃iudiciũ ipſius prelati remittentis. ſed nõ in
perpetua ad preiudiciũ ſucceſſoꝝ. ar. s. de tranſac. decetero. ⁊. j.
9 de preca. c. ij. ℂ † Tertio no. ex gl. qꝛ videt̃ velle ꝙ non poſſit p̃-
ſcribi contra procurationẽ qd̃ intelligit Uinc. qñ non fuit peti-
ta ſed qñ fuiſſet petita ⁊ denegata tunc videt̃ poſſe preſcribi qa
ex tunc videtur eſſe in quaſi poſſeſſione libertatis ipſe denegãs
dummodo violentia non interuenerit. Jnnocen. hic. ⁊ Archi.
in. c. perpetuo. de cenſi. in. vi. tenet ꝙ ex toto preſcribi non põt.
ſꝫ quota pcurationis bñ poſſet preſcribi. ⁊ hoc id̃ qꝛ q̃ detur ali
qua procuratio videtur eſſe ius publicũ autoritate ⁊ vtilitate:
qa ſi nulla daret̃ negligeret̃ viſitatio q̃ rõ ceſſat qñ aliqd dat̃ fa-
cit quod habetur in. c. felicis. de cẽſi. in. vi. ⁊. xvj. q. qcũqꝫ. el. j. vñ
etiã in modo pcurandi põt pdeſſe pſcriptio. vt no. Spe. in tit.
10 de leg. §. ſupeſt. ver. illud quoqꝫ. ℂ † Jn gl. pe. ibi cũ eps ſit ne-
gligẽs. imo ẽt ſi nõ ſit negligẽs põt viſitare pũinciã ĩ. c. ſi. de cẽſi.
in. vi. ⁊ ſi cõcurreret eps ⁊ archieps preferri dꝫ archieps. arg. xj.
q. iij. q reſiſtit. ⁊ de tẽp. ord. c. ad aures. Cauere tñ dꝫ archieps ne
11 impediat epm tẽporib⁹ ſuis ꝯſuetis. de quo ĩ palle. c. ſi. ℂ † Ex
tra gl. vt tetigi in notabilib⁹. dicit hic Jnnocẽ. quẽ poſſe habere
poteſtatẽ delegatã ⁊ ordinariã. ⁊ ſi ex vtraqꝫ pcedat ⁊ expediat
appellari: appellari debebit ad papã non ad patriarchã, qꝛ ma-
gis digna eſt autoritas delegatã pape q̃ metropolica. ⁊ ideo at
trahit ad ſe minus dignũ vt d̃ ꝯſe. ecc. vel altaris. c. qd̃ ĩ dubijs. ⁊
de off. dele. ſi duo. li. vj. dicit ẽt ꝙ pt eligere ex qua procedat. fa-
cit ẽm eum qd̃ habetur. s. de offi. dele. ſignificantibus. Jteꝫ põt
eligere vnam poteſtatem in vna parte litis, ⁊ aliam in alia parte
alle. quod habetur. s. de arbi. innotuit. ⁊. j. de preben. niſi ⁊ qua-
tenus ex ordinaria ſi grauet appellabitur ad ſuperiorem: quate
nus a delegato appellabitur ad delegantem. facit qd̃ habetur. j.
de appel. ſi duobus. ⁊ ſic etiam videtur tranſire hic Jo. An. ſed
do. Ant. hic dicit ꝙ non videtur de iure poſſe ſimul ꝯcurrere po
teſtas delegata ⁊ ordinaria: quia in ſpecie in qua facta eſt delega
tio, videt̃ remota poteſtas ordinaria, ⁊ tranſfuſa in delegatam
facit qd̃ habetur de officio delegati licet. ⁊ qd̃ habetur in preal-
le. c. ſi duobus. ⁊. c. vt noſtram. Nec ob. quod habetur in. c. inno-
tuit. p̃alle. ⁊. c. niſi. qꝛ ibi poteſtates non erant impaſſibiles. quia
erat poteſtas arbitraria ⁊ poteſtas delegata. hic ſecus. Sꝫ pu-
to opi. Jnn. poſſe defendi per iſtuꝫ tex. iuncta antiqua. ⁊ p id ꝙ
habetur in. d. c. ſignificauit. de corpore viti. ⁊ pro hoc etiã faciat
quod poteſtas delegata videtur dari: ex quo datur habenti or-
dinariã ⁊ ad adiuuandam ⁊ ad ampliandam potius q̃ ad dimi
nuendam. ergo non debet operari diminutionem argu. c. cũ in-
ter. s. titu. j. ⁊. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. Nec obſtant iura al
legã. p do. Anto. qꝛ loquunt̃ qñ delegatio ſit tertio quo caſu vi-
det̃ tunc ſpecies delegata exempta a poteſtate ordinaria: qꝛ tũc
tendit ad detrahendum iuriſditioni ordinarie. ſecus eſt qñ eidẽ
odinario ſit delegatio. vt. s. dixi. Nec video qd repugnet quomi-
nus poſſit procedere ſententia Jnnoc. ⁊ hec procedunt qñ con-
ſtat delegatio fieri. ℂ An autem in dubio videatur velle dele-
gare quando committit aliquid ordinario: an vero excitare iu-
riſditionem ordinariam recurre ad nõ. per Jnn. in. c. lꝫ. de offic.
ordi. ⁊ p legiſtas in. l. ius antẽ ciuile. ff. de iuſti. ⁊ iu. ⁊ ĩ. l. ſepe. ff.
de off. preſi. nam conſueuit dici aut per cõmiſſionẽ alteratur in
aliquo iuriſditio ordinaria. ⁊ tunc cenſetur delegatus: aut nõ al
teratur ⁊ tunc ſecus. ℂ Sed iuxta predicta eſt dubiũ quid ſi in
veritate quis habet vnam tantum poteſtatem, puta ordinariã.
⁊ putat ſe habere delegatam. ſed illam non habet: an ſi procedat
ex delegata teneãt proceſſus. Jnn. hic refert duas opi. vna eſt
quod ſic, quia iſte in genere voluit procedere. facit in arg. quod
habetur in. l. eũ qui. §. ſi iniuria. ff. de iniur. alia eſt opinio quod
non valeat ex quo elegit viam incompetentem. p id ꝙ habet̃ in
c. cum ſuper. de offi. dele. nam tunc videtur ſuccedere illud vul-
gatũ qd̃ nolui potui, ⁊c. l. multũ. C. ſi quis alteri vel ſibi. ⁊ no. l. c.
cum ſuper: ⁊ iſtam partẽ tenet Hoſt. per p̃alle. c. cũ ſup. ⁊ iſta eſt
cõmunis opi. de quo ẽt ego allego in. c. ex literis. de offi. deleg.
in gl. ſi. nec ob. d. §. ſi iniuria. qꝛ in diuerſo caſu loquitur. preter-
ea ibi volebat delinquere, ⁊ faciebat actũ phibitũ, id̃ tenet lꝫ il-
le cui intulit iniuriã ſit alia perſona q̃ putauerit. non ob. ẽt. l. ij.
§. j. ff. de iudicijs. vbi ſi iudex ignorat de prorogatione valet pro
ceſſus. qꝛ ibi iuriſditio prorogata non differt ſpecie a p̃ori iuriſ-
ditione. vt no. s. de off. dele. P. ⁊. H. hic aũt delegata differt ſpe
cie ab ordinaria, ⁊ ad predicta facit qd̃ no. Spec. in tit. de ſen. §.
qm̃. verſi. quid ſi dixerit. ⁊ in ti. de iuriſdi. om. iudi. §. j. verſi. vlti.
12 no. ℂ † Quid aũt ſi procedat non exprimẽdo an ex delegata an
ex ordinaria. licet forte putat ſe habere delegatam dicit. d. An.
quod in dubio intelligetur proceſſiſſe ex poteſtate per quaꝫ va-
leat proceſſus argu. l. iij. ff. de teſta. mili. ⁊. j. de verb. ſigni. abba-
te. licet aliqui contra. ſed non bene ſecundum eum. ⁊ hoc clare
pateret. ſi in ſententia diceretur quod tulit ſententiam oĩ meliori modo
iure ⁊ forma quibus magis ⁊ melius poteſt ſi communiter con
ſueuit dici. Et propter predicta tangit hic do. Ant. aliqua que
notantur per legiſtas in. l. j. C. qui pro ſua iuriſdi. ⁊ in. l. j. C. vbi
de crimine agi oportet. vnde tangit quid ſi habenti alias pote-
ſtatem ordinariam ſit facta delegatio de cauſa inter nõ ſuos ſub-
ditos per non habentẽ poteſtatẽ delegandi: an ſi in tali cã pro-
cedat teneat proceſſus. ⁊ patet ex predictis quod ſi procedit vt
delegatus nõ tenet: nec ſimiliter ſi vt ordinarius ex quo nõ erat
ordinarius

Ayuntamiento de Madrid

ordinarius illius cauſe ſi partes fuerunt in errore iuris et facti. ſecus ſi ſcientes ius ⁊ factum litigauerunt: q2 tunc prorogata eſt iuriſdictio. l. j. ⁊. ij. ff. de iudic. ¶ Quid autẽ ſi ſuperueniat poteſtas in delegãte: an cõfirmetur delegatio? ⁊ videtur velle gl. in locis preallegatis ⁊ Bar. ibi qd ſi ex cauſa de preterito ſuperuenit, vt in caſu. l. obſeruare. §. fi. de offi. proconſu. tunc confirmetur: quia tũc a principio in delegãte erat habitus, licet non exercitium iuriſdictionis: cõfirmatur tñ vt ex tũc non vt retro. d. l. obſeruare. §. fi. ſecus ſi ſuperuenit ex cauſa nouiter exorta: q2 tunc ſine no-
13 ua voluntate non confirmatur etiã vt ex nunc. ¶ † Quid autẽ ſi partes ignorãtes ius vel factũ a principio proceſſerunt corã ordinario non ſuo, ⁊ poſtea ſciunt nihilominus procedunt an valebit pceſſus gl. in. d. l. j. C. vbi de crimine agi opz. ⁊ Bar. volunt qd ſic. ⁊ qd cõfirmetur etiam qd retro eſt geſtum arg. l. licet. ff. de iudicijs. quia ſolũ ppter defectum cõſenſus vitiabitur iudiciũ, ideo ſuperueniẽte cõſenſu debet validari. ſecus qñ ex alia cauſa deficit. ſed do. Anton. hic dicit. ⁊ puto melius qd ppter ſuperueniẽtem cõſenſum nõ validatur pceſſus quia fuit a principio nullus, ⁊ ideo ex cõſenſu partiũ nõ poteſt validari. facit qd not. Inno. in. c. prudẽtiã. ẽ. de offi. dele. nec ob. l. licet. preallegat. q2 ibi iudiciũ non erat omnino nullũ, ſed erat aliqd in preiudiciũ falſi pcuratoris vt no. in. l. licet. C. de iudi. hic autem a principio acta fuerũt oĩno nulla. facit qd no. in. l. ij. per gl. C. de iure fiſ. lib. x. Et hec vidẽtur pcedere qñ poſt cõteſtationẽ litis ſuperuenit cõſenſus, ſed vbi ante cõteſtationẽ ſuperueniret q2 prorogatio ſcdm opinionẽ gl. non fit niſi per cõteſtationem tunc tenendo opinionem gl. ſatis videtur qd validẽtur ante geſta ex quo ſuperuenit ante conteſtationem. facit quod dixi in. c. j. ẽ. de iudicijs.

1 ¶ Poſſidens nomine alieno non preſcribit.
2 Poſſeſſum contra iuramentum non dicitur haberi bona fide, ⁊ ideo non poteſt preſcribi.
3 In preſcriptione requiritur titulus ⁊ bona fides.
4 Preſcribi non poteſt contra ius romane eccleſie minori ſpatio centum annorum.
5 Preſcriptio centenaria de facili probari non poteſt.
6 Et an poſſit probari ex communi auditu vel ex cõi opinione.
7 Patrimonium eccleſie romane.
8 Donatio conſtantini facta pape ſiluẽſtro ⁊ eccleſie an fuerit facta de roma ⁊ de italia.
9 Bona fides an ſemper requiratur in poſſeſſionibus.
10 Iura incorporalia an poſſint preſcribi.
11 Bona fides an preſumi debeat an vero debeat probari.
12 Bona fides ſine titulo an ſufficiat in preſcriptione longiſſimi temporis. xxx. vel. xl. annorum.
13 Preſcriptio. xl. annorum cum bona fide abſq3 titulo currit contra eccleſiam.
14 A ludente emens an cenſeatur poſſeſſor male fidei.
15 Mala fides autoris an noceat vniuerſali ſucceſſori.
16 Error non prodeſt quo ad vſucapionem vel preſcriptionem.
17 Bona clericorum an gaudeat eodem priuilegio quo eccleſiarũ.

a SI diligenti. Qui alieno[a] nomine poſſidet non preſcribit nec etiã qui proprio nomine poſſidet ſi nõ habet iuſtum titulum. h. d. Et primo inducit vnã ratione cõtra archiepm. Secũdo reprobat ipſius excuſationẽ per locũ a diuiſione. ſecũda ibi nos igitur. ¶ No. j. qd aliqua ſunt loca que ſunt immediate ſubiecta romano pontifici. vt pz hic de tota ſardinia. ⁊ de iſto iudicatu calaritano. ¶ Itẽ no. qd cõfeſſio prelati videtur preiudicare. de quo in. c. preſentiũ. de teſti. in. vi. ¶ Itẽ not. qd in iure mere perſonali videtur poſſe dari quaſi poſſeſſionem vt cõtingit hic in iure preſtãdi iuramẽtum de fidelitate. ſm do. Ant. ſed certe iſtud nõ eſt mere perſonale. imo inheret iuri reali feudi. ⁊ de materia dic vt cõſueuit tangi in. c. peruenit. j. de cẽſi. ⁊ per Cy. in. l. ſi certis annis. C. de pact. ⁊. ẽ. de elect. querelã. ⁊ per
1 Bar. in. l. ij. ff. quorũ bono. ¶ † Item not. qd poſſidens nomine alieno non preſcribit: q2 nõ intelligitur poſſidere, ſed ille cuius nomine poſſidetur. ẽ. de reſti. ſpo. cum veniſſent. ⁊. C. de pſcrip.
2 xxx. annor. in. l. male agitur. ¶ † Itẽ no. ꝙ exactum vel poſſeſſum contra iuramẽtum nõ dicitur haberi cum bona fide, ⁊ ideo non poteſt preſcribi nec licite retineri. facit qd habetur. ẽ. quod metus cauſa. ad audientiam. ⁊ idem dicas de alijs cum peccato
3 acquiſitis. j. de iude. cum ſit. cum ibi notatis. ¶ † Item no. ꝙ in preſcriptione etiam incorporalium videtur requiri titulus ⁊ bona fides: quãdo id de quo queritur non poteſt poſſideri bona fide abſq3 titulo licet alias preſcriptio non ſit cõtra ius cõmune.
4 ¶ † Itẽ no. qd contra ius romane eccleſie etiam ſi illud accidenter habeat non preſcribitur minori ſpatio. c. annorum facit qd habetur in auẽ. vt eccleſia romana. §. j. et per totum collatio. ij.
5 ¶ † Item no. ꝙ preſcriptio cẽtenaria de facili nõ põt probari: põt tñ cum difficultate, vt dictũ fuit. ẽ. eo. cum vobis. ⁊ in caſu

iſto poſſet pbari per inſtrumẽta fidelitatis facta per. c. annos. ⁊ vltra pro ipſa eccleſia piſana per teſtes aũt difficiliter pbatur. vt dictũ fuit in. d. c. cũ vobis. ¶ Itẽ no. qd illud qd de facili fieri
6 nõ poteſt: nõ de facili eſt credẽdum. ¶ † Vltimo no. arg. ſm do. Anto. preſcriptionẽ centenariã ex auditu: vel ex cõmuni opinione de facili eſſe pbabilis, ⁊ ſic non ſemper eſt verũ qd vbi agitur de facto vel iure antiquo probetur ex fama vel ex auditu de quo per Inno. j. de ver. ſig. veniẽs hodie. lib. vi. ⁊ tetigi. ẽ. de teſti. preterea aduerte tñ quia ſi pbaretur cõmunis opi. per modũ de quo tãgitur per glo. in. c. j. ad ſi. j. eo. in. vj. videretur ſufficere: quia tũc nedum probaretur preſcriptio centenaria, ſed etiã tan
7 ti temporis cuius initij memoria non exiſtit. ¶ † In gl. j. an ſi. ⁊ no. bene ex tex. cum hac gl. qd tota ſardinia eſt de patrimonio eccleſie ſimiliter ⁊ tota ſicilia. vt habetur. xciij. diſt. c. j. ⁊. ẽ. de iureiuran. veritatis. ⁊ no. Io. an. ẽ. de preſumpt. mãdato. ⁊ probatur etiam in cle. paſtoralis. de re iud. ¶ Item roma cum ſuo ducatu, ⁊ cum adiacẽtibus territorijs maritimis et montanis. lxiij. diſt. tibi dño. ⁊. c. ego Ludouicus. ⁊ in palea conſtantinus. xcvj. diſtin. ¶ Itẽ Ferraria ⁊ Marchia. vt no. Hoſti. in ſũ. vt eccleſia ro. c. an gau. priuilegio. col. ij. ¶ Itẽ bononia ⁊ romãdiola. vt no. Spe. in ti. de reſcrip. §. ſi. verſi. itẽ qd obtẽtum eſt ab imperatore. vbi dicit donationẽ Bononie et Romãdiole eſſe factam per Rodulphum imperatorẽ. de quo rodulpho etiã fit mentio
8 in cle. ne romani. de elect. ¶ † Itẽ aduerte: q2 in palea cõſtantinus. videtur innui valde latã fuiſſe donationẽ quã fecit cõſtãtinus pape ſilueſtro et eccleſie q2 videtur innui qd fuit facta de roma. ⁊ de italia ⁊ omnibus partibus occidẽtalibus: tñ in. c. tibi dño. ſuperius allegãt innuit cõtrariũ de italia. ⁊ videmus etiã partes italie per imperatorem teneri. tanꝙ de iure ſibi ſubiectas ⁊ etiã pro hoc facit qd ſpecifice fuit facta donatio aliquarũ prouinciarũ ⁊ aliquor locor exiſtentiũ in italia ſicut pz de bononia ⁊ romãdiola ⁊c. vnde forte eccleſia non ſic late acceptauit ſicut ſonat illa palea cõſtantini vel reſignauit imperatori aliqua retentis ſibi aliquibus. alias nõ video quõ pdicta iura bene poſſent cõcordari. ¶ In gl. cõfeſſionem ibi ſibi preiudicauit. de hoc dic vt
9 dixi in notabilibus. ⁊ tãgetur. j. c. fi. vbi tangetur an cõfeſſio prelati preiudicet eccleſie. ¶ † In gloſ. pe. ibi de proba. verius. ⁊ ſic patet duo eſſe examinãda. Primũ eſt an ſemper in preſcriptio-
b nibus requiratur bona fides[b]. Scdm eſt an ſuppoſito qd requiratur preſumi debeat an vero ſit neceſſe illã probari, ⁊ tunc etiã erit vidẽdum qualiter pbetur. circa primũ cõclude qd ſi agitur de preſcrip. lon. temp. x. vel. xx. annorum. requiritur bona fides. alias nõ pcedit preſcriptio, etiã de iure ciuili. l. fi. C. de preſcript. lon. tẽpo. ¶ Et hoc ſiue loquamur. de preſcrip. rerũ corporaliũ ſiue de preſcri. iurium incorporalium. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer
10 ui. ven. ¶ † Iura tñ incorporalia ita demũ preſcribũtur ſpatio longi tempo. qñ habẽt cauſam conti. vel quaſi alias requiritur tantũ tẽpus cuius initij memoria non exiſtit. vt plene nota. in. l. ſeruitutes. ff. de ſerui. ⁊ per Inno. ẽ. eo. ex traſmiſſa. ſi autẽ agatur. de preſcrip. libertatis: tunc ſi agitur de preſcript. libertatis perſonalis exigitur bona fides. l. fi. C. de preſcrip. lon. tẽpo. que pro liber. idẽ ſi agatur de pſcriptione libertatis a ſeruitute perſonali vſufru. ita videtur innuere hic do. Anto. ¶ Sed cõtrariũ videtur de iure ciuili q2 illa libertas per ſolũ nõ vſum acquiritur ⁊ ſic ex mera negligẽtia nõ vtẽtis, ⁊ ideo etiã cũ mala fide pcedit de iure ciuili. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca. ⁊. l. penul. C. de ſerui. ¶ De iure aũt canonico quid tenendũ dicetur in. c. fi. j. eo. in preſcriptione aũt libertatis ſeruitutis realis nõ videtur requiri bona fides ſi erat ſeruitus ruſtici predij. q2 illa ſeruitus ex mera negligẽtia perditur. vt. d. l. ſequitur. §. ſi viam. ¶ Aduerte tñ ꝙ perditur ſpatio. x. annoru3. inter pſentes. ⁊. xx. inter abſentes. l. pe. ⁊ fi. C. de ſerui. ſaluo niſi haberet vſum interpellatũ per ſpatium mẽſis vel menſium: q2 tunc requireretur ſemper ad minus tẽpus. xx. annor. vt no. in. d. l. fi. Si autem agatur de preſcribenda libertate ſeruitutis vrba. tunc requiritur bona fides quia illa non preſcribitur ſine facto preſcribẽtis. l. hec aũt iura. ff. de ſer. vrb. predi. ⁊. l. fi. ff. quẽadmo. ſer. amit. cũ ibi no. ⁊ per Inno. ẽ. e.
11 ex traſmiſſa. et hoc ſufficiat de iſto primo. ¶ † Circa ſcdm dixit
c hic gl. qd tunc quis dicitur habere bonam fidem[c] qñ credit tradentem eſſe dñm vel habere ius diſtrahendi. licet erret in facto: quia forte nõ ſit dominus vel non habeat ius diſtrahendi. ⁊ intellige qd credere debet tradentem eſſe dominum et habere poteſtatem tradendi. hoc dico: quia licet crederet tradẽtem eſſe dominum, ſi tñ credit eum eſſe minorẽ. xxv. annis. nõ debet credere eum habere poteſtatẽ tradẽdi ⁊ transferendi dñium. ¶ Sed ſi crederet eum eſſe maiorẽ cũ eſſet minor. ⁊ haberet iuſtam cauſam credendi tunc bene diceretur in bona fide, ⁊ poſſet tũc preſcribere ſi res eſſet aliena. per id qd habetur in. l. cũ qui. C. de auto. tuto. ⁊. l. ij. §. ſi a pupillo. ff. pro emp. licet ſecus videret ſi eſſet ipſi⁹ minoris: ex quo alienaret ſine ſolẽnitate debita per eã que

a ¶ Qui alieno. ſup vna incude oẽs fabricãt eiſdẽ ictib⁹. ⁊. eiſdẽ vbis do. Abb. Fely. ⁊ Io. de Imo.

b ¶ Bona fides. vid. d. Alexan. de imo. in cõſi. cxxv. i. j. co. in. ij. volu.

c ¶ Bonã fidẽ. Bona fides an pſumi debeat an vero dz pbari qualiter aũt pbet vide hic p do. Fely. ⁊ in. iij. col. poſt princ. ver. modos autẽ. nu. v.

Ayuntamiento de Madrid

habentur in iuribus prealle.⁊ que dixi.ſ.eo.cum nō liceat.ideo
autem dicit gloſ.vel haberet ius diſtrahēdi propter illum qui
emit a creditore vendente rem ſibi obligatam quam putat poſ-
ſe vendere ſecundum ea que habentur in.l.fi.C.de iure dominij
impe.⁊ inſti.qui.alie.licet.§.f.❡Et aduerte ꝙ quādo circa pre-
ſcriptionem rei corporalis allegatur bona fides illa preſumitur
ſi habeatur titulus verus vel putatiuus errore iuſto.l.penul.C.
de preſcrip.lon.tempo.niſi aliqua preſumptio appareat in op-
poſitum.per id quod ſ.tanget glo.⁊ quod habetur in.c.j.ſ.eo.in
vj.ſi autem non haberetur titulus tunc fruſtra querimus de bo
na fide ſi agitur.de preſcrip.lon.tēpo.qꝛ illa nō procedit ſine ti-
tulo in re corporali:nec etiam in iure corporali:qd̄ obtineat vicē
12 dominij vt in iure vſufruc.l.fi.C.de preſcrip.lon.tempo.❡†In
preſcriptione autem lōgiſſimi temporis.xxx.anno.vel.xl.bene
ſufficit bona fides ſine titulo.l.ſi quis emptionis.C.de preſcri.
xxx.anno.⁊ tunc videtur ꝙ non preſumatur niſi probetur per.l.
fi.C.vnde vi.vbi quis debet ſcire alienū eſſe qd̄ ad ſe nō ſpecta-
bat.tamē Bar.ibi videtur velle oppoſitū vꝫ ꝙ ex quo longiſſi
mum tempus eſt tranſactum preſumatur in tali bona fides.vi-
detur tamē hoc limitare in.l.celſus.ff.de vſucapio.qn̄ nō appa-
ret aliū antiquiorē poſſeſſorem fuiſſe.⁊ hoc videtur etiam ſequi
hic do.Anto.⁊ no.ꝙ licet de iure ciuili per [illegible] preſcriptio.xxx.
vel.xl.annorum.cum mala fide.tamen tunc [illegible]um per illam que
ritur exceptio non actio.ſecus quādo bona fide.licet ſine titulo
quia tunc datur actio ad recuperandum [illegible] contra domi-
num.d.l.ſi quis exemptionis.de iure autem canonico nō proce
dit preſcriptio cum mala fide.vt in.c.fi.in eodem.facit ad predi-
cta quod not.Inno.ſ.de reſti.in integ.c.ij.in glo.magna.⁊ per
13 predicta videtur† ꝙ contra eccleſiam currat preſcriptio.xl.an-
norum cum bona fide etiam abſqꝫ titulo:niſi preſumptio fuerit
contra preſcribentem.vt etiam voluit glo.in.c.j.ſ.eo.lib.vj.licet
aliqui dicant ꝙ requiratur etiam titulus.quaſi iſta preſcriptio
ſuccedat loco preſcriptionis.x.vel.xx.annorum.in qua de iure
ciuili requirebatur titulus vt eſt dictum ſed precedēs opinio vi
detur verior,per ea que habentur ⁊ not.in.d.c.j.vbi autem agi-
tur de preſcriptione incorporalium tunc ſi agitur de preſcriptio
ne libertatis ſeruitutis preſumitur bona fides:quia ius commu
ne facit pro preſcribente.cum quelibet res preſumatur libera.l.
altius.C.de ſerui.⁊ aqua.Si autem agatur de preſcrip.ſeruitu-
tis tunc eſt dubium an preſumatur bona fides.Dy.voluit ꝙ ſic
quia idem operatur bona fides in preſcrip.ſeruitutis quod ope
ratur titulus ⁊ bona fides in preſcriptione rei corporalis.l.ſi qs
diuturno.ff.ſi ſer.vendi.⁊ ſic ſicut in re corporali preſumitur bo-
na fides:ex quo titulus nō requiritur ſed cōmuniter tenetur cō-
trarium.vt plene per Cy.in.l.j.⁊.ij.C.de ſer.⁊ aqua.⁊ per Bart.
in.l.j.§.j.ff.de itine.actuqꝫ priua.ratio qꝛ preſumptio eſt contra
preſcribētē.cum ius cōmune faciat cōtra eum.cum vt dixi que-
libet res preſumatur libera.ideo in dubio p̄ſumetur mala fides
niſi ex circūſtantijs aliud appareat puta quia a fide dignis dictū
eſt ſibi ſeruitutē deberi:vel reperijt ſuos anteceſſores eſſe ī quaſi
poſſeſſione ſeruitutis.facit.ff.de regu.iur.qui in alterius.⁊.ſ.de
reg.iur.is qui in ius.lib.vi.❡Item ſi probatur famā vicinie ſic
habere vel forte ſi reperiat ſigna ſeruituris.vt plene no.Bar.in
d.l.j.§.j.❡In ea.glo.ibi denuntiationis vigorem hoc intellige
quādo denūtiatio fuit facta ante contractum ſeu ante traditio
nem,nam ſecus ſi fiat poſtea.per id quod no.glo.no.in.l.penul.
ff.pro empto.probatur etiam mala fides,ſi appareat ipſum ha
buiſſe ſcientiam rei aliene.per id quod habetur.ſ.eo.c.fi.Idem
ſi probetur famam vicinie fuiſſe ſciuiſſe rem alienam.preſumi-
tur etiam ipſe hoc ſciuiſſe.C.de peri.tutorum.l.ſi tutor.❡In
ea.gloſ.ibi cum ſciat protinus.Hoc non eſt neceſſe ſi erat bonis
interdictum per iudicem quia ſciebat vel ſcire debebat eum nō
habere ius diſtrahēdi.⁊ ſi aliter putauit erat in errore iuris qui
non prodeſt ad vſucapio.vel preſcriptio.l.nūq̄.ff.de vſucapio.
vnde procedit glo.etiam ſi non ſit bonis interdictum.ſi erat mi
nor.xxv.annis.⁊ ſciebat eum ſtatim conſumpturum in malum
vſum licet incertum.Idem ſi erat maior ⁊ ſciebat ſtatim cōſum
pturum in certum malum vſum.l.ſi quis cū ſciret.⁊ ibi per Bar.
14 ff.pro empto.❡†Quid autem de emente ab exiſtente in ludo.
dic quod ſi emens eſt colluſor.qui ſecum ludit cēſetur malefidei
ſecus ſi alius.l.fi.C.de liti.❡In ea.gloſ.ibi.⁊ generaliter.ibi eſt
ſpeciale ex eo quia etiā verus dominus tenebatur dare pro no-
xa.l.j.⁊.ij.ff.de noxalibus.❡In ea.gl.ibi placuit.⁊ habetur.ſ.
eo.c.j.⁊ ratio ſpecialitatis ibi patet.❡In ea.gloſ.auf.male fi-
dei corruptè allegat:quia habetur in titulo.C.de preſcript.lon.
tempo.⁊ de multis limitationibus illius auf.tangit Cy.⁊ aliqd
Bar.in.l.pompo.§.cum quis.ff.de acquiren.poſſeſ.⁊ per Joā.
and.in additio.Specu.⁊ in titu.de preſcriptio.circa finem.eſt ta
15 mē dubiū,†quia de iure ciuili mala fides autoris nocet vniuer-
ſali ſucceſſori in preſcriptione.x.vel.xx.annorum.nunquid idem
ſit ſm̄ canones.Dy.in regula poſſeſſor.videtur velle quod non
quia de equitate canonica bene procederet preſcriptio.ſi ſucceſ-
ſor ſit in bona fide.ſed do.Anto.hic tenet contrarium:quia vni-
uerſalis ſucceſſor tenetur purgare animam defuncti a peccato
in.c.fi.ſ.de ſepulturis.❡In ea.glo.ibi licet.ſecus ſic ⁊c.dic quo
ad vſucapio.error iuris non prodeſt.vt.l.nunq̄.allega.in gl.ſed
bene prodeſt quo ad acquiſitionem fructuum.vt habetur in tex.
⁊ gloſ.in.l.ſi fur.§.j.ff.de vſucapio.⁊ ibi per Bartol.⁊ ſic quo ad
16 illud dicitur bone fidei qui eſt in errore iuris.❡†In ea.glo.ibi
habeat conſcientiam dubiam.de hoc dicetur.ſ.eo.c.fi.⁊ qd̄ dixi
errorē nō prodeſſe quo ad vſucapionē vel p̄ſcriptionē limita niſi
eſſet error iuris probabilis:quia ille equiparatur errori facti pro-
babili.facit quod no.Joā.an.in.c.j.de poſtula.prelatorū.in.vi.
⁊ quod legitur ⁊ no.ſ.de conſuetu.c.cum dilectus.Item limita
id eſſe verum niſi error iuris eſſet miſtus cum errore facti et ex
illo inſurgeret.vt patet exemplum in.l.ſi vir.ff.pro donato.quā-
do vir donat vxori rem que vere eſt aliena cum tamen vxor pu-
tat illaꝫ eſſe ipſius viri.⁊ ſic errat in facto.⁊ ſucceſſiue in iure in-
quantum putat donationem poſſe fieri inter virum ⁊ vxorē.ta
men quia concurrit error facti cum errore iuris procedit vſuca.
ſeu preſcriptio.vt ibi patet.facit quod ibi nota.per Dy.⁊ Bar.
⁊ per Dy.in regula ſine poſſeſſione.⁊ in regula poſſeſſor.de re-
gu.iur.in.vj.❡In gloſſ.fi.ibi vt ille credat talem titulum ⁊c.ſed
certe tunc videtur errare in iure.ideo nō videtur procedere pre-
ſcriptio ſaluo caſu.l.ſi vir.ff.pro donato.⁊ ideo iſta opinio non
videtur perfecta.❡In ea.glo.in fi.dic quod non eſt differentia
an in eodem epiſcopatu:an in diuerſis preſcribatur ⁊ idem etiā
eſt de alijs prelatis inferioribus epiſcopo quādo in alterius pa-
rochia volunt preſcribere:quia vbicūqꝫ ius commune eſt cōtra
preſcribentem vel preſumptio contra ipſum requiritur titulus
⁊ bona fides nec ſufficit tunc bona fides ad preſcribendum niſi
eſſet tanti temporis cuius initij memoria non extaret.vt hodie
eſt expreſſum in.c.j.ſ.eo.in.vj.vbi gloſſ.plene recitat opiniones
que olim erant:ſed ibi in effectu approbatur opinio quam dixi
⁊ quam videtur ſequi hec glo.⁊ fuit tracta illa decretalis,de ex-
tra. [illegible].venerabilium.hic allega.in gloſ.❡Pro clariori tamen
intelligentia aduerte:quia quandoqꝫ ius commune facit cōtra
preſcribentem ex eo:quia reſiſtit preſcribēti propter incapacita
tem perſone vel alia ratione.facit quod habetur.ſ.eo.cum non
liceat.⁊ tunc clarum quod ſine titulo non preſcribit.ſ.eo.c.cau-
ſam que.❡Interdum autem ius commune nō reſiſtit poteſta-
ti preſcribendi:ſed fundat intentum agentis contra ipſum volē
tem preſcribere:tunc text.ſimpliciter in.d.c.j.ſ.eo.in.vj.videtur
velle quod requiratur titulus,in contrarium videtur eſſe tex.in
c.cum eccleſia ſutrina.ſ.de cauſa poſſeſ.vbi ius commune fun-
dat intentum canonicorum contra alios clericos volentes inter
eſſe electioni.⁊ tamen videtur ibi procedere preſcriptio ex ſola
bona fide ſine titulo,propter quod do.Anto.hic videtur dicere
quod quandoqꝫ ius commune facit contra preſcribentem ⁊ in-
iuſtificat poſſeſſionem.et tunc non procedit ſine titulo.vt.d.c.j.
Interdum autem non iniuſtificat:quia poſſeſſio ſeu quaſi poſ-
ſeſſio poteſt haberi ex patientia eius contra quem preſcribitur
⁊ qui poſſet etiam tale ius concedere.et tunc non requiratur ti-
tulus.⁊ ita loquitur.c.cum eccleſia.nam ex patientia canonico-
rum:poteſt alius intereſſe in actu eligendi ⁊ acquirere poſſeſſio
nem iuris eligendi vna cum eis.ideo tunc procedit preſcriptio
ſine titulo.nam etiam ipſi canonici cōmunicare poſſunt illi ius
eligendi:non enim videtur ex hoc preiudicari eccleſie.cum ma-
gis ratum ſit iudicium quod plurimorum ſententijs comproba-
tur.ſ.de offi.deleg.prudentiam.⁊ ſic melior preſumetur electio
que a pluribus fiet.⁊ ſic videtur quod ſecus eſſet ſi aliquis vel-
let preſcribere ius eligendi excluſis canonicis:quia tunc bene re
quireretur titulus ex eo quia ius commune facile contrectaret.
⁊ quia canonici non poſſent preiudicare in hoc eccleſie ſine ſolē
nitate debita.facit quod no.Jo.an.in.d.c.cum eccleſia.⁊ ſecun-
dum hoc oporteret limitari prealleg.c.j.ſ.eo.in.vj.Sed aduerte
quia ſecundum hoc videretur quod quando ageretur de preſcri
benda ſeruitute in fundo eccleſie quod quia prelatus nō poteſt
illud cōcedere ſine ſolennitate debita.c.ſine exceptione.xij.q.ij.
quod tunc requireretur titulus:nec ſufficeret bona fides.quod
eſt contra.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruitu.vendi.glo.in.d.c.j.vide
tur dicere quod tunc preſcriptio non eſt contra ius cōmune ſed
contra ius priuatū ſeu priuate perſone.ſed certe hoc eſt falſum
quia imo videtur eſſe contra ius commune:quia ius commune
fundat intentum agentis ⁊ aſſerentis rem eſſe liberam.l.altius.
C.de ſerui.do.Anto.hic non declarat mihi videtur quod opor-
tet alterū de duobus dici vel qd̄ aliud ſit de iure ciuili.⁊ aliud de
iure canonico.p ea que habent̄ in.d.l.ſi qs diuturno.iūcta.d.l.al
tius.⁊ ī.d.c.j.vel ꝙ.d.c.j.dꝫ limitari ī his q̄ ſunt grauis p̄iudicij
vt qn̄ ageret̄ de p̄ſcribēdo iure decimaꝝ vel ſimili.ſec⁹ qn̄ ageret
de modico

Ayuntamiento de Madrid

de modico preiudicio.vt quando ageretur de preſcriptione ſeruitutis ruſticorum vel vrbanorum prediorum.facit quod habetur in prealleg.c.cum eccleſia.ꝛ quod not.gloſ.ꝛ Bar.in.l.penul. C.cõmu.diuidũ.vnde in preſcriptione ſeruitutis vſuſfruc.q2 cẽſetur agi de graui preiudicio cum cenſeatur pars dominij requiritur titulus ſicut ꝛ quãdo agitur de preſcribenda ipſa re.l.ſi.C. de preſcrip.lon.tempo.ꝛ.l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſucap.cum ibi not.per Bar.¶ Item aduerte ꝙ vbi titulus habetur ab illo qui poteſt transferre dominium rei vel iuris.ꝛ eſt habilis ex diſpoſitione iuris ad transferendum tũc talis titulus cũ traditione inducit tranſlationem dominij rei vel iuris.ideo tũc non dat cauſam preſcribendi:quia quod ſuũ eſt non poteſt amplius fieri ſuum:ſed vbi habeẽ titulus a non domino qui putatur eſſe dominus tunc bene parat talis titulus iuſtam cauſam preſcribẽdi illi qui acquirit rem vel ius ex dicto titulo.l.i.ff.de publi.ꝛ idem ſi nõ habeat poſſeſſor titulum:tamẽ iuſto errore ductus putat ſe habere.forte quia procurator ſuꝰ dicit ſe emiſſe nomine ſuo. cum re vera non emerit.l.quod vulgo.ff.pro empto.Idẽ ſi forte legatum factum fuit titio.ꝛ duo erant titij.ꝛ de vno ſenſit teſtator ſed alius putauit de ſe fuiſſe ſenſum.l.iiij.ff.pro lega.idem ſi inuenit rem in hereditate eius cui ſucceſſit.ꝛ credit defunctum emiſſe:quia ſic forte dixerat in vita:vel ſic habebat etiam fama vicinie.facit quod habetur in.l.cũ quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir.here.ꝛ per Bart.plene in.l.celſus.ff.de vſucap.ꝛ facit qđ not.Io.and.j.de iure patro.c.cura.Idem ſi ex ſuaſione aduerſarij quis putat habere titulum.puta quia aliquis tradit aliquam rem titio quam dicit ſe alias ipſi titio promiſiſſe.l.ſi exiſtimans me debere.ff.pro ſoluto.vbi autem non haberet quis titulũ verum nec putatiuum errore iuſto tunc nõ procederet preſcriptio in caſibus in quibus requirit̃ titulus.vt contingit de iure ciuili in vſuris rei mobilis.ꝛ etiam in preſcriptione longi tẽporis rei immobilis.ꝛ de iure canonico quando ius cõmune vel preſumptio eſt contra preſcribentẽ.dicit tñ glo.in.d.c.i.ꝙ non requirit̃ titulus.licet ius cõmune ſit contra allegantem preſcriptionem dũmodo non fundat intentũ agentis.ſecus quãdo fundaret intentum agentis.ꝛ hm predicta dicit poſſe intelligi.c.ad aures.ſ. eo.titu.quod eſt notandum.¶ Item aduerte quia ut dicit glo. minus iuſtus titulus dat cauſam preſcribendi de iure canonico ꝙ intellige dummodo quis non erret in iure ſed in facto.per ea que not.per glo.in.c.apoſtolice.j.de dona.ꝛ per Archi.ꝛ.q.ij.in c.quia cognouimus.ꝛ per Pau.ꝛ Ioan.de lig.in cle.i.de reb.eccle.non alie.puta quando conceſſio fuit facta per epiſcopũ ſine conſenſu capituli.ſed preſcribens putauerit conſenſum capituli interueniſſe:quia forte ſic a fidedignis fuit ſibi relatũ.facit qđ not.Ioã.an.in preallegato.c.cura.de iure patro.ſecus ſi putaret conceſſionem ſolam epiſcopi ſufficere quia erraret in iure ideo tunc non preſcriberet.facit quod no.Io.an.de priuile.cũ perſo-
17 ne.lib.vi.¶ †Ultimo tangit hic do.Ant.an bona clericorum[a]
a gaudeant eodẽ priuilegio quo eccleſiarũ quantũ ad preſcriptionem.ꝛ ſic requiratur tempus.xl.annorum.ſicut requiritur contra eccleſiam glo.dixit ꝙ non in.c.poſſeſſiones.xvi.q.iij.ꝛ idem voluit glo.in.c.quanꝙ.de cenſib.in.vi.vnde videtur ꝙ non gaudeant priuilegio rerum eccleſie res clericor:niſi quo ad expreſſa in iure multa tamen enumerat Ioã.and.in.c.i.de cleri.coniug. in.vi.ꝛ iſtud ſequitur etiam hic do.Anto.ꝛ adde quod habetur in.c.cum dilec.de conſue.vbi patet ꝙ quando agitur de preſcribendo intellectu priuilegij habentis ambiguitatem videtur requiri tempus.xl.annorum.de quo dicẽdum vt ibi.Item aduerte inquantum dixi ꝙ res clericorum quo ad preſcriptionem nõ gaudent priuilegio rerum eccleſie.ꝛ ſic non requiritur tẽpus.xl. annorum videtur tamen gloſſ.in.c.poſſeſſiones.xvi.q.iij.velle ꝙ requiratur ꝛ ſufficiat tempus.xxx.annorum.per id quod habetur.ſ.eo.ſanctorum.quod poteſt procedere quando quis vellet preſcribere bona fide ſine titu.ſed vbi vellet preſcribere bona fide cum titulo tunc ſufficeret tempus.x.annorum.inter preſentes.ꝛ.xx.inter abſentes:ſicut in rebus laicorum dixi in prealleg. c.ſanctorum.ꝛ.ſ.eo.illud.

1 ☞Compromitti poteſt de iure eccleſie in perſonã vnius vel duorum de eccleſia.
2 Et an compromitti poſſit in prelatum ipſius eccleſie.
5 Preſcribere nõ poteſt prelatus inferior ab epiſcopo ius iniungende penitentie.
4 Et an poſſit preſcribere poteſtatem excommunicandi et interdicendi.

Cum olim. Abbas in capellis preſcribere poteſt epiſcopalia iura.obtinet tamen in his ſolis que preſcripſit.h.d.Et primo ponit petitionem actoris.ꝛ ipſius iura.Secundo ponit iura Abbatis ibi ad elidendam.Tertio ibi quia predictus diffinit.et partim pro Abbate vſꝙ ibi ſuper alijs ab inde pro

epiſcopo.¶ Nota ꝙ etiam plebs.ꝛ ſic eccleſia collegiata poteſt eſſe ſubiecta abbati.¶ Item no.ꝙ ius inſtituendi ꝛ prouidẽdi in eccleſia collegiata plebanali habente ſub ſe capellas de iure cõmuni ſpectat ad epiſcopũ licet aliter inferiori prelato ſit ſubiecta:niſi appareat aliud eſſe dicendũ per priuilegium vel preſcriptionẽ.ꝛ ſic not.ꝙ inferior epiſcopo poteſt preſcribere ius inſtituendi ꝛ deſtituẽdi.ſed Hoſt.dicit hoc verum in inſtitutione que ſumatur pro collatione iuris.ſecus ſi loquamur de autorizabili inſtitutione per quam datur poteſtas exercendi curam.ꝛ ſic tñ ſit do.Anto.ꝛ Io.an.ſed Pau.in cle.frequens.ver.quidam preterea.de exceſſib.prela.tenet contrarium per illum text.ꝛ ſic dicit etiam de conſuetudine ſeruari videlicet ꝙ etiam inferior epiſcopo poteſt preſcribere inſtitutionem autorizabilem quod tene menti quia Hoſti.vbiꝙ ꝛ maxime in.c.cũ ſatis.de offi.archi. tenet contrariũ.ꝛ Io.an.pertranſit.¶ Item no.vnam ſpeciem priuilegiorum dantium exemptionem quãdo ſcꝫ dat exemptionem a iuriſditione epiſcopi:ſed tamẽ relinquitur quia ſub poteſtate alterius inferioris plati ab epiſcopo:ꝛ ſic pape nõ ſunt immediate ſubiecti.¶ Item no.ꝙ prelatus regularis nõ videtur habere poteſtatẽ celebrãdi in eccleſia ſeculari inferiori ſibi ſubiecta:niſi aliter preſcripſerit quod intellige quando vellet ſecũdũ officium monachale celebrare.per id quod habetur.xvi.q.i.c.ij. ¶ Item no.ꝙ ad preſcriptionem vnius articuli iuris epiſcopalis non ſequituꝛ preſcriptio alterius articuli ſub eodẽ genere cõtenti.de quo.ſ.eo.auditis.¶ Item not.ꝙ de ſpiritualibus po-
1 teſt cõpromitti in iudicẽ eccleſiaſticũ non ſoũ ¶ †Item not.ꝙ in perſonam vnius vel duorum de eccleſia poteſt de iure eccleſie cõpromitti.vt hic patet:quia de iure eccleſie lu ane fuit cõpromiſſum in archipreſbyterum ꝛ primicerium lucanum.et papa
2 approbat arbitrium.¶ †An autem poſſet cõpromitti in prelatum ipſius eccleſie tãgit Spe.in titu.de arbi.§.ſequitur.ver.ſed nunquid abbas.vbi tangit an Abbas poſſit eſſe arbiter in cauſa monaſterij ꝛ tenet ꝙ ſic.ſi ſyndicũ cõſtituit:quia nõ eſt dominus rerum monaſterij:ſed procurator.vt.j.de donatio.c.ĩ.facit quod no.ſ.de teſti.inſup Io.and.ibi tenet ꝙ poteſt eſſe arbiter ſed non iudex.alleg.quod no.in ſimili in auſ.vt diffe.iudi.§.ſi vero contigerit.colla.ix.ꝛ ſecus videẽ dicere in epiſcopo.quia ille poteſt eſſe iudex in cauſa eccleſie ſue.facit quod not.ij.q.vij.ſi qs erga.ꝛ.c.ſi quis ab epiſcopo.ꝛ.ſ.de iudi.cum venirent.ꝛ.j.de verbo.ſigni.ex parte.ſed do.Anto.hic dicit ꝙ putat eadem ratione etiam Abbatem poſſe eſſe iudicem in cauſa eccleſie ſue.ꝛ eadem ratione poterit eſſe arbiter.argu.l.cum lex.ff.de arbi.forte poteſt dici qđ de iure epiſcopus eſt ordinarius iudex.ꝛ etiam in cauſa monaſteriorũ ſibi ſubditorum.ꝛ ideo dictum Io.and.videtur pcedere:niſi forte ex cõſuetudine preſcripta Abbas haberet iuriſditionẽ ordinariã qualiter tamen debeat intelligi ꝙ epiſcopus poſſit eſſe iudex in cauſa ſue eccleſie recurrendum eſt ad notata in.d.c.cum veniſſent.ꝛ in.d.c.ex parte.¶ Item no.ꝙ libellus formandus videtur contra illum qui dicit eccleſiam ſibi ſubiectam:nõ autem contra ſubiectã.de quo in.c.auditis.ſ.eo. ¶ Item no.multa iura que poteſt Abbas preſcribere cõtra epiſcopum.de quo dicẽdum.vt not.ſ.eo.auditis.ꝛ.j.de exceſ.prela.
5 c.accedẽtibus.ꝛ facit qđ no.de cenſi.cum venerabilis.¶ †Item not.inferiorem prelatum ab epiſcopo non poſſe preſcribere ius iniungende penitentie quo ad grauiores culpas.ꝛ quo ad cauſas epiſcopo reſeruatas.de quo tamẽ dic vt habetur in.d.c.accedentibus.nam hic non colligitur ex toto q2 forte non preſcripſe-
4 rat niſi in leuioribus.¶ †Item not.inferiorem epiſcopo poſſe preſcribere poteſtatẽ excõmunicandi ꝛ interdicendi.ꝛ tẽgit hic Io.and.an in cõſuetudine requirat̃ titulus ſicut in preſcriptiõe ſed de hoc dic vt plene cõſueuit dici in.c.ſi.ſ.de cõſue.¶ In glo. ſi.ibi ſine licẽtia pape.ſed certe hoc nõ fuit neceſſe:q2 p libertatẽ datã a iuriſditione dioceſani nõ erãt immediate ſubiecti pape. ſed ipſa plebs ꝛ capelle erãt ſubiecte ipſi Abbati.ideo bene potuiſſent renũtiare ſine licẽtia pape.ꝛ tãgit hic Io.and.an poſſit recedi a laudo ſoluẽdo penã.de quo dicendũ.vt habeẽ in.l.pe.C. de arbi.ꝛ.ſ.de arbi.c.per tuas.vbi plene hoc examinatur.

a ¶ Bona clericorũ.vide hic do.abb. in pe.colũ. ver.vlt.q̃rit nu.xxxvi.

1 ☞Libellus in interdicto vti poſſidetis ſuper iuribus incorporalibus qualiter concludere debeat.
2 Parochia quandoꝙ ſumitur pro comitatu.
3 Decimarum perceptio de iure cõmuni ſpectat ad epiſcopum.
4 Ordinum inferiorum non ſacrorũ collatio non eſt mere epiſcopalis ordinis.
5 Epiſcopo ſuſpẽſo vel nolẽte ſine ſimonia ordines conferre ſubditus non poteſt ſibi eligere epiſcopum qui habeat ſibi ordines conferre.ꝛ nu.9.
6 Priuilegium ſecundum contrarium primo non valet ſi de illo non facit mentionem.
7 Titulus ſuperueniens inchoata preſcriptione repugnãs ſtatui preſcriptionis impedit preſcriptionem.

Ayuntamiento de Madrid

8 Reus an poſſit eodem inſtanti vti contrarijs defenſionibus.
9 Agens interdicto vti poſſidetis, ſi ab aduerſario recōueniatur interdicto recuperande quid iuris.
11 Exceptio ſpoliationis an debeat opponi ante litis conteſta.
12 Sententia ſi feratur pro actore in interdicto vti poſſidetis an ob ſtet exceptio rei iudicate reo volenti agere vnde vi.

a Qui pre ſcriptione. idem ſum mat hic do. Abb. p oia.

**Veniens.** Qui preſcriptione[a] cōpleta priuilegium cōtrarium impetrat ꝛ vtitur illo preſcriptioni renuntiat. ſi vero preſcriptio nō erat completa. malam fidem inducit, ideo non preſcribit. h. d. Et primo ponitur conuentio abbatis. Secundo reconuentio epiſcopi ibi prefatus vero. Tertio diffinit ibi criſma. et duo ſoluit obſtacula: primum eſt ibi non obſtante. ſecundum ibi
1 nec obſtare. ¶ † No. i. practicam libelli in interdicto vti poſſidetis ſuper iuribus incorporalibus: quia cōcludi poteſt vt aduerſarij eum non impediant per ſe vel per alium vti ipſo iure incorporali. ꝛ etiam potes ſimiliter notare ſecūdum alium intellectū practicam libelli in confeſſoria vel negatoria. de qua etiam tangitur ꝛ ibi dixi in c. examinata. s. de iudi. ꝛ per Inno. ꝛ. i. de verbo. ſignifi. abbate. ꝛ de materia etiam per Bart. in l. i. ff. vti poſſide. ꝛ l. ſi. eo. titu. ꝛ de materia cōfeſſorie ꝛ negatorie plene per eum. l. ſi prius. ff. de no. oper. nuntia. ¶ Item not. quod de omnibus que poſſidentur debent ſolui decime. de quo in. c. i. et per
2 totum. i. de deci. ¶ † Item not. quod interdum parochia ſumi
b tur pro comitatu[b] ꝛ pro parte dioceſis. quandoq̄ vero ſumitur pro parochia vnius eccleſie tantum. i. de paroch. c. ſi. quandoq̄ pro epiſcopatu. i. de dona. c. apoſtolice. circa princ. vbi de hoc ſm
3 Hoſtien. ¶ † Item not. quod de iure communi perceptio decimarum videtur ſpectare ad epiſcopum. de quo. i. de decimis. dudum. ꝛ. c. cum contingat. nam veritas eſt quod ſpectant ad eum ſi percipiantur extra limites alicuius eccleſie baptiſmalis inferioris. facit quod habetur. i. de decimis. quoniam. ſecus ſi perciperentur intra limites alicuius eccleſie baptiſmalis inferioris: quia tunc ſpectant ad illam eccleſiam: non autem ad epiſcopū: nec ad capellas ſubiectas eccleſie matrici ſeu baptiſmali: niſi aliud habeat priuilegium vel conſuetudo. s. eo. ex tranſmiſſa. ꝛ ibi no. ¶ Itē not. ꝙ in libello poteſt deduci etiā debitū per priuilegium. ¶ Item not. quod non vitiatur libellus, licet in eum deducatur exceptiue ius rei. de quo per Inno. in. c. ſi. s. de libel. obla. ¶ Item not. quedā iura epiſcopalis ordinis que licet per inferiorem prelatum non poſſint acquiri in eccleſijs ſibi ſubiectis: poteſt tamen acquiſitio fieri. vt illa poſſit a quo magis velit
4 epiſcopo recipere. ¶ † Item not. a cōtrario ſenſu quod collatio inferiorum ordinum non ſacrorum non videtur eſſe mere epiſcopalis ordinis. nam poteſt ſpectare ad inferiores epiſcopo. s. de eta. ꝛ quali. cum contingat. ꝛ de priuil. abbate. lib. vi. ¶ Item not. quod nō eſt licitum accipere ordines ab epiſcopo heretico vel ſchiſmatico vel excōmunicato aut ſuſpēſo ab officio. de quo in. c. i. i. de ſchiſma. vbi plene per Innocen. ꝛ. ix. q. i. in ſumma.
5 ¶ † Item not. qđ epiſcopo ſuſpenſo vel nolente ſine prauitate ſimonie ordines conferre nō videtur poſſe eius ſubditus ſibi eligere epiſcopū qui habeat ſibi ordines cōferre niſi aliud habeat priuilegium vel conſuetudo. de quo tangetur cum glo. ¶ Item not. ꝙ iudex in ſentētia pro declaratione eius poteſt ſe referre ad inſtrumenta in iudicio producta. facit quod dictum fuit. s. de ex
6 cep. cum venerabilis. ¶ † Item no. ꝙ ſecundum priuilegiū contrarium. primo non valet ſi de illo non facit mentionem. de quo plene in. c. i. s. de reſcrip. ¶ Et not. diligēter ꝙ licet vbi priuilegium eſt ſolū contra ius commune vel etiam cōtra priuilegium continens idem quod ius commune valeat. licet non fiat mētio de iure communi vel priuilegio. vt plene not. in. d. c. i. tamen vbi priuilegium partim cōtinet ius cōmune. ꝛ partim priuilegium contra ius ſecundum priuilegium ex toto contra ius nō valet: ſi nō facit mentionem de priuilegio preambulo qđ partim erat ſecundū ius. ꝛ partim contra. ꝛ ſic non tollit primū etiam quatenus cōtinebat in parte ius cōmune ꝛ eſt ratio. vt hic tāgit Inno. q2 ſi ſuperior ſciuiſſet primū priuilegiū fuiſſe moderate conceſſum. ꝛ in certa parte ſeu certo caſu reſeruaſſet ius cōmune. ſimiliter nō immutaſſet primū priuilegiū que ratio ceſſat: quādo ex toto priuilegiū cōtinet ius cōmune. licet tūc proprie appellet priuilegium, cum priuilegium dicatur quaſi priuans legem. iij. diſt. priuilegium. ſed ideo dicitur priuilegium: quia in forma priuilegij ꝛ aliorum priuilegiorum conceſſum. facit quod notatur in. d. c. i. de reſcrip. s. per Joan. and. ꝛ per eundem de exceſſi. prela. c. vno. in. vi. ¶ Item nota quod ſuper periurio poteſt pronūtiari quando in quocunq̄ euentu declaretur dubium concludit ſufficientem cauſam pronuntiari. facit quod habetur. s. de traſactio. preterea. ꝛ. i. qui filij ſint leg. per tuas. ¶ Item nota quod per acceptationem tituli oppoſiti preſcriptioni quis videtur re
7 nuntiare iuri ex preſcriptione queſito. ¶ † Item not. ꝙ titulus ſuperueniēs iam inchoata preſcriptione repugnans ſtatui preſcriptionis impedit omnino preſcriptionem: quia videtur habere malam fidem volēs infra limites ipſius tituli acquirere. facit quod not. Joā. and. de priuilegijs. cum perſone ſuper vlti.
8 gloſ. ¶ † Item no. ꝙ non videtur reum poſſe eodem inſtāti vti contrarijs defenſionibus. de quo. s. eo. auditis. ¶ Item potes notare ꝙ cōuentus interdicto vti poſſidetis poteſt reconueniri ab aduerſario poſſeſſorio recuperande. vt hic probatur ſecundū vnum intellectum: vel etiam petitorio ſecundum aliū. ¶ In gl. i. in ſi. ſed huic intellectui obſtat quia tunc non erat neceſſe allegare titulum prout fecit Abbas dum dixit ſic in priuilegijs ꝛc. ſed dic ſm Inno. qđ ex ſuperabundanti non de neceſſitate hoc fecit vel ex eo. q2 ius commune faciebat contra eum. facit qđ habetur. i. eo. c. i. in. vi. poſſet etiam dici qđ iſte Abbas intētauit cōfeſſoriam. ꝛ ſic indicium proprietatis. ꝛ tunc nō obſtabit contrarium. ¶ In glo. ij. in ſi. quaſi velit ꝙ de facto Rex dedit hic priuilegiū: nec determinatur an de iure hoc potuerit vel poteſt dici ſm Joā. an. ꝙ iſte Rex fuit ſanctus vt litera innuit ꝛ erat forte apoſtolice ſedis legatus. ¶ In gl. poſtulauit ibi ſup ſecunda parte libelli ſupple. que continebat in deciſa ante verſum criſma ꝛ mirabilis fuit deciſio ſecundū docto. q2 potius debuiſſet deci
9 di prima pars libelli, ꝛ poni ſecūda. ¶ † In gloſ. paſchalis. in ſi. licet aliqui teneant cum gloſ. tamen Hoſti. tenet cōtrarium per iſtum tex. quia licet ordinarius fuerit excōmunicatus vel aliter ſuſpenſus non tamē de iure cōmuni poteſt ſubditus ire ad aliū quem vult. vt eſt text. in. c. i. de ſupplen. neglig. prela. in. vi. ꝛ ideo clauſula hic appoſita in priuilegio multū operatur. nec obſtant iura allegata in gloſ. quia loquuntur in alio caſu. Item ibi propter negligentiā delegati deuenitur ad ordinarium. ſed hic propter malitiam ſeu delictum ordinarij vult ire ad aliū extraneū. ¶ In gloſ. renuntiaſſe. in ſi. aduerte quia poteſt intelligi ꝙ priuilegium Alexan. erat contrarium preſcriptioni. vt tangit glo. ſequēs ex eo quia Abbas intendebat per preſcriptionē ſimpliciter acquirere ꝙ clerici ſuarum eccleſiarum reciperent ſacramenta a quo vellent epiſcopo. ſed priuilegium Alex. dicebat qđ primo a dioceſano ſuo deberent recipere ſi eſſet catholicus ꝛc. vt in litera. ꝛ ſic contradicebat preſcriptioni. ꝛ ideo nimirū ſi tunc impetrando tale priuilegium, ꝛ vtendo videtur renuntiari preſcriptioni poteſt etiā intelligi ſecundo ꝙ impetrabatur priuilegiū. vt ſimpliciter clerici poſſent recipere ſacramēta a quo velint epiſcopo. ꝛ tūc nō videt directe priuilegiū cōtradicere preſcriptioni ſed potius cōcordare tamen tunc eſt aduertendū: q2 aut Abbas impetrat priuilegiū intendens ſibi ius querere per priuilegiū. ꝛ tunc videt renūtiare iuri preſcriptionis: q2 alias priuilegiū non poſſet operari. cum id quod ſit ſuū ex donatiōis cauſa amplius fieri non poſſit ſuum. de ſi. inſtru. inter dilectos. tamen iſto caſu poſſet preſcriptio de nouo inchoari. ſi forte priuilegium eſſet minus iuſtū: quia etiā minus iuſtus titulus dat cauſam preſcribendi qđ tamē intellige vt dictum fuit. s. eo. ſi diligenti. ſed ſi iuſtū eſſet priuilegiū nō eſſet neceſſaria pſcriptio. licet vt dixi renūtiatum videretur preſcriptioni preambule. ſi autē impetret priuilegium ad cōfirmationem preſcriptionis. ꝛ ſic nō vt ex priuilegio ius nouū pareretur, ſed antiquū confirmetur tunc per priuilegiū nō tollitur preſcriptio ex eo q2 tunc ſunt adinuicem cōpaſſibilia ſecus in alijs caſibus. de quibus. s. ꝛ ſic patet ꝙ attēdi debet an illa de quibus dixit gloſ. ſint adinuicē cōpaſſibilia vel nō. ꝛ ſi ſiat poteſt quis eis ſimul vti alias ſecus. ¶ In glo. penul. ibi renuntiabat preſcriptiōi. ſed quomodo potuit prelatus renūtiare ad preiudicium eccleſie non videtur qđ poſſit per id quod habetur xij. q. ij. ſine exceptione dicunt quidam ꝙ hic impetrauit cū conſenſu capituli. ꝛ idem potuit renuntiare vel ſm Inno. hic agit de modico preiudicio inquantum per hoc redditur ad iuriſdictionem ordinariam. cū res de facili redeat ad naturā ſuā. xxxv. diſt. ab exordio. ꝛ. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. ꝛ ideo potuit hoc ſolus prelatus facere. facit quod habetur. i. de dona. c. ceterū. vel ſecundū aliquos tenuit renuntiatio ex eo quia facta fuit ex cauſa. vt Abbas effugeret indignationem dioceſani argu. c. diſtinc. contra morem: ſed modicum facit illud capitulum. vnde meliores videntur ſolutiones precedentes. ¶ In ea. glo. in ſi. ꝛ ſic videtur velle gloſ. ꝙ alius eps poſſet preſcribere: tamē requireretur titulus ſaltem talis qui daret cauſam preſcribendi per id qđ dictum fuit. s. eo. ſi diligenti. ꝛ quod habetur. i. eo. c. i. in. vi. ſed, aduerte q2 cum eſſet in ſimplici volūtate abbatis ꝛ clericorū eligere epiſcopū nō videtur ꝙ ille elect⁹ poſſet preſcribere q2 hoc faceret vt electus ab abbate ꝛ nō tanq̄ vtēs iure ſuo. ſed forte glo. poſſet pcedere qñ iſte vteret vt ex ſuo iure. facit qđ habetur in. l.
10 ſi. ff. quemadmo. ſerui. amit. ¶ † Extra glo. tangit hic Inno. qđ ſi agens interdicto vti poſſidetis recōueniatur p aduerſariū interdicto recuperāde poſſeſſionis ꝛ concludit ꝙ ſi prius cōſtabit de interdicto retinēde ſuper illo feretur ſententia: ꝛ compelletur agens

b Pro comitatu. qđ aūſit comitatus declarat hic do. Felyn. poſt Abbatē in prin.

Ayuntamiento de Madrid

agẽs.vt interim deſiſtat a moleſtatione quouſq̄ ſententiet ſuper interdicto vnde vi.facit quod habetur.ſ.de cauſa poſ.cum dilectus.ſi autem prius conſtaret de interdicto vnde vi,tũc fieret reſtitutio poſſeſſionis.⁊ ſic non eſſet neceſſe inſtare ſuper interdicto vti poſſidetis.ſi autẽ ſimul conſtaret de vtroq̄ tũc ponit gl. opiniones,vna eſt ꝙ feratur ſententia pro vtroq̄ ſeu ſup vtroq̄: ⁊ ſic pro agente in interdicto vti poſſidetis,⁊ pro agente in interdicto vnde vi:tamen dicit quod mandabitur executioni ſolũ ſup interdicto vnde vi.ꝑ id quod habetur in ſimili.de cauſa poſ.cum dilectus.⁊ ſecundum hoc ſentẽtia lata ſuper interdicto vti poſſidetis ſolum proficeret quo ad expenſas.❡ Secunda fuit opi.q̃ nulla tunc promulgabit̃ ſentẽtia ſuper interdicto vti poſſidetis, ⁊ ſic intelligit.l.j.§.fi.ff.vti poſſidetis.vbi dicitur ꝙ non competit interdictũ vti poſſidetis.illi qui vi aut clã,vel precario poſſidet ab aduerſario:⁊ ꝙ cõtra eũ non debet vincere.ſ; prima opi. plus placet Inn.q: ſecundum ſecundã ſequeretur ꝙ ſpoliatori licitum eſſet turbare impune ipſum poſſidẽtẽ quod nõ videt̃ verum:q: etiã predo permittẽdus eſt paſſifice poſſidere donec euincatur poſſeſſio ab eo.per id q̃ habetur.ſ.de reſti.ſpo.in literis ⁊ ſic datur ſibi interdictũ ſi ſpoliet̃ pro ipſa poſſeſſione recuperãda,vt.d.c.in literis.⁊ ſic fortius videtur ſibi dari interdictum retinende ad manutenendam poſſeſſionem.argu.l.j.§.q̃ ait.ff.de ſupficiebus.⁊.l.inuit⁹.§.cum damnis.de reg.iur.❡ Itẽ q: ſi ipſi ſpoliato licitum eſſet turbare eadẽ ratione licitum eſſet ſpoliare quod tamen eſt falſum.l.ſi quis in tantã.C.vnde vi.⁊.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad.l.iuliã vnde vi.⁊ facit q̃ habet̃ in.l.cum a te.ff. de vi ⁊ vi ar.Item quia ſecundũ eum cõſtat ſpoliatũ moleſtãtem male feciſſe turbãdo ergo debet puniri.aliter aũt nõ põt puniri niſi interdicto vti poſſidetis:q: nõ per actionẽ iniuriarũ vt quidam ſomniauerunt ſecundũ eum:q: illa actio prodita eſt ad vindictam tãtum.⁊ ſic per illã nõ cõſequeretur vt aduerſarius ceſſaret a moleſtatione nec etiã per officiũ iudicis.q: illud tanquã extraordinarium non competit vbi locũ habet ordinarium.l.in cauſe.el.ij.ff.de mino.⁊ ſic videtur ꝙ puniri debeat per ipſum interdictum vti poſſidetis.ſed tunc obſtat.d.l.j.in.fi.ff.vti poſſidetis. vbi dicitur ꝙ agens illo interdicto vti poſſidetis.nõ debet vincere a quo vi poſſidet.⁊ ſic videt̃ ꝙ nõ ſit ferẽda ſententia ꝓ ipſo q egit vti poſſidetis.contra illum a quo vi poſſidet:⁊ ſic videtur ꝙ ſecunda opinio ſit melior.ſed reſpondet Inno.ſubſtinẽdo primã ꝙ inquantũ in.d.§.dicit̃ q̃ nõ debet vincere,debet intelligi cum effectu.⁊ ita contingit in caſu propoſito:q: ſi de vtroq̄ conſtat.l; ſẽtẽtiet̃ pro vtroq̄:tamẽ illa ſentẽtia que ferret̃ in vti poſſidetis mandabit̃ executioni.⁊ ſic per eum prodeſt.facit in argumentum quod habetur.ſ.ti.j.cum aliquibus.ſed illa que nõ ferret̃ in vnde vi,bene mandabit̃ executioni.facit quod habetur.ſ.de cauſa poſſeſſionis ⁊ proprie.cum dilectus.ſed certe iſta reſponſio non videtur tuta per illũ tex.qui ſimpliciter ⁊ indiſtincte dicit ꝙ nõ debet vincere.⁊ ſic indiſtincte videt̃ debere intelligi.ſ.de priuile. quia circa:⁊ q: licet preualeret in executione ſentẽtia lata ſup interdicto vnde vi quo ad reſtitutionem poſſeſſionis ⁊ quo ad hoc vt in futurũ nõ poſſit dicere ille qui egit vti poſſidetis ſe moleſtari tamẽ nõ video rationẽ quãdo ſaltẽ nõ deberet habere effectũ ⁊ executionẽ ſuper condẽnatione intereſſe ratione turbationis preterite ad quã etiã fieri debet condẽnatio in dicto interdicto. vt legitur ⁊ no.ſ.de proba.licet cauſam ⁊.l.j.C.vti poſſidetis.et per Bar.in.l.ſi duo.ff.vti poſſidetis.l.j.§.j.eo.ti.vñ forte Inno. propter hoc dedit aliam ſolutionem ꝙ illa lex prima.§.fi.inquãtum dicit ꝙ non debet vincere,debet intelligi quãdo cõtra agẽtem vti poſſidetis,fuit oppoſita exceptio ſpoliationis.nã tũc ſi probetur repellitur ipſe agẽs vti poſſidetis.ſ.de ordi.cogni.c.ij. ⁊.c.fi.ſecus quãdo nõ fuit oppoſita exceptio.ſed ſimpliciter fuit actum interdicto vnde vi.q: tunc nõ debet retinere repulſiones, ex quo non excepit.vt in.d.c.ij.ſed do.Anto.hic dicit ꝙ licet nõ fuerit oppoſita exceptio ſpoliationis in principio.tamen quandocũq̄ poterit opponi ante ſententiam:quia ſecundum eum videtur eſſe exceptio peremptoria.⁊ ideo debet poſſe opponi ante ſententiam.l.peremptorias.C.ſententiam reſcindi nõ poſſe.⁊ no.ſ.de exceptio.c.exceptionem.ſed certe illud non videtur procedere quando iam eſſet concluſum in cauſa per ea que habẽtur de fi.inſtru.cum dilectus.⁊ quod no.glo.in.d.c.exceptionem.ſed vbi non eſſet concluſum.tunc poſſet procedere dictum do.Ant. tenẽdo quod iſta exceptio ſpoliationis poſſit opponi in vim peremptorie ⁊ ſic ad merita contra agentem vti poſſidetis.de quo infra ſtatim dicam.⁊ ideo dicit quod videtur tunc ſi opponatur dicta exceptio.⁊ conſtet de violentia ꝙ non debet vincere agens vti poſſidetis.ſed potius debet reus abſolui per illum textum in d.l.j.§.fi.nec obſtat ratio Inno.dum dicit ꝙ ſecundum hoc licitum fuit turbare.et ſic eadem ratione eſſet licitum ſpoliare q̃ eſt falſum quia reſpondet ꝙ aliud eſt in ſpoliatione,quia ſpoliatio ſecunda purgat primum vitium ſpoliationis.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad legem iul.de vi pub.⁊ facit quod no.in.d.c.in literis.ſed non ſic in turbatione,nam minus eſt turbare ꝙ ſpoliare: ⁊ ſic non eſt eadem ratio.ideo de vno ad alium non infertur argumen.l.papinianus.ff.de minoribus.⁊.ſ.qui filij ſint legit.per venerabilem.⁊ per hoc etiam non obſtat inquantum dicitur q̃ ſi ſpoliato datur remedium ad recuperandum:fortius dari debet ad defendendum:quia imo maior eſt ratio dandi ad recuperandum:quia tunc purgatur vitium per ſecundam ſpoliationem ſed non ſic per turbationem.non obſtat etiam ꝙ iniuſte facit turbando:quia verum eſt donec liqueat de violentia ſed liquidata violentia,non cenſetur iniuſte feciſſe.per ea que habentur in.d. l.j.§.fi.⁊ ſic patet ex predictis ſpoliatum poſſe turbare ipm ſpoliatorem.ſed non eſt licitũ ex interuallo ipſum ſpoliare.⁊ hoc vi-

11 detur etiam tenere in.d.l.j.§.fi.❡ † An autem exceptio ſpoliationis debeat opponi in principio ante litem conteſtatam.an vero etiam poſſit opponi poſt Inno.hic notabiliter dicit ꝙ debz opponi ante litis conteſtationem.⁊ ſi in vim peremptorie excipiat nõ poterit obtinere ſententiam pro ſe:quia ſic ſequeretur q̃ ei licitum eſſet moleſtare.quod non videtur verum:nec etiam feretur pro agente vti poſſidetis,quia contradiceret.d.l.j.in fi,⁊ ſic tunc nulla ſententia feretur,nec pro agente vti poſſidetis.nec pro excipiente.Sed certe hoc videtur contra mentem.d.l.j.in fi.inquantum vult quod non debet agens vincere.⁊ ſic videtur velle quod reus abſoluatur.nec obſtat quod non debet ſpoliato eſſe licitum moleſtare:ſicut non eſt licitum ſpoliare:quia non eſt bona equiparatio,vt ſuperius dixi.⁊ plus videtur dicere Bartol.in.d.l.j. in fi.quod exceptio ſpoliationis debet opponi in vim peremptorie:quia iura de hoc loquencia videntur reſpicere merita nam dicunt quod oppoſita dicta exceptione non debet actor vincere. vt patet in.d.l.j.ſed certe ſatis puto procedere.quod nedum in vim peremptorie poteſt opponi ad merita cauſe.ſ; etiã in vim dilatorie ad proceſſum.per ea que habentur in.c.ij.⁊.c.fina.ſ.de

12 ordine cognitio.❡ † An antem ſi feratur ſententia pro actore in vti poſſidetis.obſtet exceptio rei iudica.reo volenti agere vnde vi.pro eadem re.dicit Innocẽ.quod non quia variatur actio.et etiam finis cum ad aliud agatur interdicto vnde vi pro eadem re.⁊ aliud fuerit actum interdicto vti poſſidetis,ideo nõ debet obſtare exceptio rei iudica.l.cum queritur.ff.de exceptio.rei iudica.⁊ quod notatur.ſ.de exceptio.c.penul.ſicut nec etiam obſtaret ſi ageretur petitorio per ea que habentur in.l.naturaliter §.nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſio.ſecus quando primo actum eſſet petitorio:quia tunc obſtaret ſententia poſtea agẽti in poſſeſſorio.per id quod habetur.ſ.de cauſa poſſeſſionis.cum dilectus.quod intellige quando ſententia lata in petitorio fuit declaratoria.ita quod notorie cõſtat de proprietate aduerſarij. ideo tunc obſtaret volenti agere poſſeſſorio.de reſtitu.ſpolia.ad decimas.lib.vj.quando autem dicatur quis vi clam vel precario poſſidere ab alio vel ab aduerſario.Innocen.hic dicit quod licet multum laborauerit Azo in ſumma vti poſſidetis in ponẽdo exempla,tamen ipſe ſimpliciter intellexit quod dico: poſſidere a te vi quando per violentiam tibi abſtuli,⁊ ſic de alijs.ſed tu adde quod non ſine miniſterio Azo laborauit vt plene declarat Barto.in.d.l.j.§.fin.nam quo ad ſententiam ferendam pro reo non fuit neceſſe laborare in exemplis.vt dixit Innocen.ſi actor poſſidet vi clam vel precario ab ipſo reo,ſed reſpectu agẽtis vti poſſidetis.quia ille non poteſt obtinere:niſi poſſideat tempore litis conteſtat.§.retinende.inſtituti.de interdi.⁊ not.ſ.de probatio.licet cauſam.⁊ ideo tunc difficile eſt videre quomodo agens poſſit obtinere contra reum qui poſſidet vi clam vel precario ab ipſo agente ſed potes exemplificare per ea que poſuit Azo in dicta ſumma ⁊ plenius per Barto.in.d.l.j.§.fi.❡ Et no.etiam ex ſupradictis quod Innocen.videtur reſtringere.l.j.in fine.ff.vti poſſidetis.quando obijcitur exceptio ſpoliationis ſeu violentie ad proceſſum.ſecus quando ad merita cauſe.Item ſecus quando non opponeretur exceptio.ſed actum fuiſſet interdicto vnde vi contra agentem vti poſſidetis.❡ An autem bene dicat.patet ex ſuperius dictis:quia certe non videtur ex toto bene dixiſſe.licet poſſit ſubſtineri quod ad proceſſum poſſit opponi.Item etiam aduerte inquantum Inno.vult quod non feratur ſententia contra exceptionem in vim peremptorie ex ſpoliatione videtur quodammodo ſequi quod permittat ſpoliatum moleſtare ex quo etiam non fertur pro agente vti poſſidetis.quod tamen hic ipſe habet pro abſurdo.⁊ ideo dictũ ſuum non videtur procedere.❡ Vltimo aduerte quia Innocen.videtur velle quod ſi Abbas preſcripſiſſet non competeret ſibi actio contra epiſcopũ ex eo:quia publiciana non datur contra dominum.l.penultima. ff de publicia.cum ibi notatis.ſed certe vt hic tangit dominus Antonius Abbati competeret vtilis rei vẽdicatio propter preſcriptionem.vt plene legitur ⁊ notatur in auſ.niſi triennalis. C.de bonis maternis.que vtilis cum cõtradicit directe actioni

Ayuntamiento de Madrid

preſertur ipſi directe.vt patet in toto titulo.de reſcrip.⁊ vſucapionibus.C.⁊.ff.de materia an ⁊ quando vtilis preferatur directe tangitur per glo.in.l.procuratorem.ff.de procurato.⁊ ibi plenius per Bar.

1 ☞ Fides accipitur multis modis.
2 Peccatum ⁊ delictum quomodo differant.
3 Synodus quid ſit.
4 Nulla preſcriptio etiam a iure ciuili inducta procedit abſq; bona fide ⁊ nu.9.
5 Leges caſſare ⁊ conſtitutiones ſtatuta ⁊ conſuetudines peccatū nutrientes ſpectat ad pap. n.
6 Bona fides a principio nõ ſufficit ſi ante impletam preſcriptionem mala fide ſuperueniat.
7 Preſcriptio ad hoc vt interrumpatur propter defectum bone fidei requiritur quod quis habeat conſcientiam rei aliene.
8 Fides quandoq; capitur pro conſcientia.⁊ nu.1.
10 Mala fides autoris an habeat nocere vniuerſali ſucceſſori.
11 Succeſſor hereditarius debet liberare animam defuncti.
12 Error iuris an proficiat ad vſucapionem ſeu preſcriptionem.
13 Preſcriptio longiſſimi temporis non erat inuenta tempore digeſtorum.
14 Bonam fidem habere quis dicatur.
15 Bona fides an preſumatur in preſcriptione rerū incorporalium.
16 Mala fides quomodo probari debeat.
17 Preſcriptio an tollat effectum naturalis obligationis.
18 Bona fides an ſufficiat ad preſcriptionē.
19 Titulus qualis ſcribatur ad preſcriptionem.
20 Bone fidei poſſeſſor dicitur ille qui cogitatione domini poſſidet ⁊ ſic putat ſe dominum.
21 Bona fides an preſumatur.
22 Mala fides inducitur ex denuntiatione facta poſt contractū.
23 Jn preſcriptione libertatis ſeruitutis vrbane an preſumatur bona fides.
24 Preſcriptio.xxx.vel.xl.annorum an procedat cum mala fide.
25 Teſtator ſi mandat creditoribus teſtamentarijs ꝙ ſatiſfaciant creditoribus ſuis an poſſint ſatiſfacere illis cõtra quos erat preſcriptum.
26 Statutum ſi dicat ꝙ ſi debitum nõ petatur infra decem annos preſumat contractus ſimulatus et ex eo agi nõ poſſit an valeat.
27 Et an ſtante ſeu preſuppoſita validitate ſtatuti ſi creditor audiatur an teneat proceſſus.⁊ nu.32.
28 Emphyteuta non ſoluens canonem infra tempus debitū cadit ipſo iure a iure ſuo ſi dominus voluerit ⁊ poteſt dominus autoritate propria rem apprehendere.
29 Preſcriptio cum mala fide non procedit in cautionibus realibꝰ ſecus in actionibus perſonalibus.
30 Preſcriptio in nulla parte temporis debet habere conſciētiam rei aliene.
31 Per preſcriptionem longiſſimi temporis etiā ſine titulo dūmodo interueniat bona fides an requiratur dominium.
33 Per preſcriptionem an tollatur naturalis obligatio.
34 Dominium an requiratur per preſcriptionem.
35 Preſcriptio an dicatur interrupta.ſi quis tempore preſcriptionis habuit conſcientiā leſam ⁊ poſtea incipiat habere nõ leſam.
36 Preſcriptione pendente ſi quis incipiat dubitare an res ſit ſua ⁊ habeat iuſtam cauſam dubitationis an cenſebitur bone fidei.
37 Preſcribi poſſunt res immobiles eccleſie ſolū ſpatio.xl.annorum ⁊ quid de rebus mobilibus ⁊ quid de rebus proprijs patrimonialibus clericorum.
38 Res clericorum an quo ad pedagia ⁊ collectas gaudeant priuilegio rerum eccleſie.
39 Res clericorum preſcribunt ſpatio.xxx.annorum.

a ¶ Poſſeſſor maleſidei.itud.c. eſt malleꝰ legū loquētiū de pſcri. q̄ pñt procedere cū mala fide ⁊ ſine ti. ⁊ in ſummatiõe huiꝰ.c.omes docto.ſunt vnanimes ac vnius tenoris.⁊ ad declaratiõe huiꝰ.c. vide domi. Anto.i ſua ſumma de preſcri.vbi theologaliter loquit.

Quoniam. Poſſeſſor male fidei nullo tpe preſcribit.h.d.Et diuidit̄ in quatuor partes principales.Nā primo ponit cõſtitutiõis cauſam.Secūdo cõſtitutionē.Tertio infert ex cauſa Quarto cõcludit.ſecunda ibi ſynodali.tertia ibi cū generaliter. quarta ibi vñ opꝫ.
1 ¶ † Jn tex.ibi ex fide accipitur hic fides ꝓ cõſciētia vt tangit̄ in gl.j.quomodo aūt multis modis ſumet̄ fides tangit̄ ꝑ gl.s̄.de ſum.tri.⁊ fide catho.de quo dicēdum eſt vt ibi.
2 ¶ † Jtē in tex.peccatū que differētia ſit inter peccatū ⁊ delictū tangitur ꝑ gl.in regula peccatū.de re.iur.in.vj.
3 ¶ † Jtē ibi ſynodali hic accipit̄ ſynodus pro gñali ꝯſilio autoritate romani põtificis cõgregato facit qd̄ habet̄.s̄.de iureiu.ego.N.⁊ qd̄ ibi no.ꝑ Jo.an.qñq; vero ſumit̄ ꝓ cõcilio prouinciali autoritate archiepi cõgregato.xviij.di.epſ.⁊.c.ſi epſ ⁊ ſequēti qñq; vero ſumit̄ pro cõcilio prelatorū totius dioceſis autoritate epi cõgregato i c.vt apoſtolice.de priui.in.vj. ¶ Jtē ibi tā canonica ⁊c.dupliciter pt exponi.vt tāgit̄ in gl.pe.Jtē ibi rei habeat cõſciētiā aliene.põderādaſunt hec verba ꝓpter inferius dicēda. ¶ No.illud vulgatum ꝙ omne qd̄ nõ eſt ex fide eſt peccatū.qd̄ qualiter debeat intelligi tangit in gloſ.j.ex qua pot etiā colligi ꝙ omne qd̄
4 nõ eſt ſecūdū cõſciētiā eſt peccatū. ¶ † Jtē not.ꝙ nulla preſcriptio etiā a iure ciuili inducta procedit abſq; bona fide.⁊ ex hoc no.ꝙ papa hic videt̄ derogare iuribus ciuilibus inquantum dicunt cõtrariū.⁊ per hoc etiā no.caſum.in quo canones preualēt legi ciuili etiā in foro ciuili qñ vꝫ canones ordinant̄ ad tollēdū peccatū.qd̄ lex ciuilis permittit in regula poſſeſſor.de regu.iur.in.vj.⁊ ꝑ gl.⁊ per legiſtas in.l.priuilegia.C.de ſacroſan.eccl.⁊ ꝑ
5 Jo.an.⁊ per Jo.cal.in.c.j.j.de ope.no.nūtia. ¶ † Jtē not.qd̄ ad papā ſpectat caſſare leges: cõſtitutiones cõſuetudines ⁊ ſtatuta que nutriūt peccatū.facit qd̄ habet̄.s̄.de cõſue.c.penulti.⁊ ſi.et no.ꝙ hoc videtur verum quādo nutriunt mortale peccatū.⁊ ſic a cõtrario,ſecus videret̄ ſi veniale peccatum nutriret:tamen dicas idē ſi nutriat veniale peccatū.⁊ ſic nõ debet ſumi argumētū a cõtrario ſenſu.qꝛ reſultaret iuri cõtrarius intellectus.per ea q̄ no.s̄.de elec.publicato.⁊ per Jo.an.⁊ per gl.de eta.⁊ quali.c.j.in vj.⁊ per id qd̄ habetur.in.l.ij.C.de condi.inſer.⁊ in.l.cõuenticulam.C.de epiſ.⁊ cle.ſufficere enim videt̄ qd̄ tendat in deteriorem exitum anime cõſtitucio vel cõſuetudo vt nõ valeat,ſicut in ſimili dicitur de iuramēto quod nedum non ligat quādo nutrit mortale peccatuꝫ:ſed etiā nõ ligat quādo tendit in aliquod detrimētum anime vel in deteriorem exitum:⁊ ſic etiā ſi nutriat peccatum veniale:qꝛ illud non poteſt ſeruari ſine aliquo detrimento anime.ideo non ligat.vt legitur ⁊ no.xxij.q.iiij.in.c.ſi aliquid ꝑ glo.Archi.⁊ per Jo.an.in no.de pac.q̄uis lib.vj.⁊ tangit etiā
6 do.Anto.s̄.de iureiurā.ſi vero.vbi etiā dixi. ¶ Jtem not.qd̄ de iure canonico nõ ſufficit bona fides in principio ſi ſuperueniat mala fides ante preſcriptionē cõpletā.facit.j.de reg.iur.poſſeſſor.lib.vj.⁊ quod ibi no.ſecus tamē videtur de iure ciuili.l.vnica.C.de vſucapione transfor.ſed in hoc videtur preualere ius canonicū etiā in foro ciuili.cum ſumus in materia peccati per ea q̄ s̄.dixi.ſecus videtur ſi poſt completam preſcriptionem ſuperueniet per ea que no.s̄.eo.vigilāti per glo.⁊ doc.⁊ per Joā.an.in Mercu.ſuper regula poſſeſſor.⁊ tangitur hic in glo.ſi.Et ex p̄dictis not.ꝙ vbi res deuenit ad caſum de quo non poſſet incipere viciat quādo eſt de pēdenti.ſecus ſi ſit iu rem perfecto:de quo brocardo per Bar.in.l.pluribus.⁊ ſi placeat.ff.de verb.obligat.
7 ¶ † Jtem not.ꝙ ad hoc vt interrūpatur preſcriptio propter defectū bone fidei videtur requiri ꝙ quis habeat conſcientiam rei aliene.⁊ ſic videtur ꝙ alias procedat preſcriptio.⁊ per hoc videtur poſſe inferri ꝙ non interrūpatur preſcriptio.licet ſuperueniat probabilis dubitatio ſi aliter non habeat conſcientiam rei aliene de quo tangetur cum gloſſ.⁊ hec ſufficiant pro notabilibus. ¶ Uenio ad glo.Et opponitur primo pro recitatione prime glo.⁊ videtur qd̄ tex.iſte non procedat inquantū dicit quod omne quod non eſt ex fide eſt peccatū.nam conſtat matrimoniū contractum inter infideles nõ eſſe peccatum:ex quo infideles ſunt ⁊ ſic fidem non habent.⁊ tamen non peccant contrahendo matrimonium,nec in tali matrimonio dicitur eſſe peccatū.j.de diuortijs.in.c.gaudeamus.ergo litera videtur magis loqui huius
8 timore facta eſt glo.j.que dicit † qd̄ hic accipitur fides pro cõſciētia ⁊ ſic erit ſenſus ꝙ id quod non eſt ex fide,hoc eſt ſecundū conſciētiam eſt peccatum.⁊ hoc modo etiam exponitur in.§.ex his ⁊ in.§.illud.⁊ in.c.literas alleg.in gloſ.facit quod habetur infra de ſimonia.per tuas.el.ij.ſecundum hic non obſtat contrarium quia matrimonium confectum inter infideles non eſt cõtra conſcientiam.ideo non eſt peccatum.quomodo autem multis modis ſumitur fides remiſi in notabilibus.ad no.per gl.ſuper ru-
9 bri.de ſum.trini. ¶ † Uenio ad ſecundam glo.⁊ opponitur cum illa ⁊ videtur quod imo cum mala fide procedat preſcriptio.per id quod habetur in.c.cura.j.de iurepatro.glo.non ſoluit hic,ſed in contrario dat plures ſolutiones.vna eſt ꝙ ibi procedat pſcriptio propter ſcandalum quod eſſet in aduocando rem ſed certe iſta ſolutio non eſt tuta:qꝛ propter ſcandalum non eſt fiendum aliquid cum peccato.per ea que habentur.j.de regu.iur.qui ſcādalizauerit.vnde ſecunda fuit ſolutio qd̄ vbi preſumitur epiſcopum tacite conſentire eo ipſo ꝙ tacuit ⁊ non contradixit,ſꝫ certe tunc non eſſent tuti illi clerici virtute preſcriptionis ſed virtute taciti conſenſus cuius cõtrarium vult ibi litera. ¶ Unde alij tertio dixerunt ꝙ ibi illi clerici erant in poſſeſſione bone fidei et quia non erant illi quibus donatio fuit facta,ſed ſucceſſores earum.⁊ ideo preſumūtur habuiſſe bonam fideꝫ,quia repererunt predeceſſores fuiſſe in poſſeſſione ⁊ crediderunt eos habuiſſe.argumen.l.qui alterius.ff.de re iudi.⁊.j.de reg.iur.cum quis
10 lib.vj.⁊ ex iſta ſolutione potes notare † ꝙ nulla fides autoris nõ nocet etiā vniuerſali ſucceſſori.quod videtur eſſe contra ea q̄ habētur in.l.cum heres.ff.de diuerſis preſcriptio.ſꝫ in Dy.in regula poſſeſſor.de reg.iur.in.vj.dicit ꝙ illud procedit de iure ciuili ſecus de equitate canonica.⁊ pro Dy.bene facit qd̄ no.gl.in.d.c. cura.in

Ayuntamiento de Madrid

cura.in vlti.ſolutione.ſed do.Ant.in.c.ſi diligenti.§.eo.dicit qđ
etiā de iure canonico videtur ꝙ mala fide autoris habeat no-
cere vniuerſali ſucceſſori:quia tenetur purgare animam defun-
cti a peccato.per id qđ habetur in.c.fina.ẜ.de ſepultu.¶ Potes
dicere pro cōcordia qđ quidam eſt ſucceſſor vniuerſalis qui ſuc-
cedit ratione iuris hereditarij.⁊ tunc poſſit procedere opi.do.
Anto.quidam vero eſt ſucceſſor vniuerſalis qui non ſuccedit ra-
tione iuris hereditarij.Sed alias habet titulum a ſuperiore ha-
bente poteſtatem conferendi:vt cōtingit in prelato vel alio be-
neficiato qui ſuccedit alteri in prelatura vel beneficio:q2 in illis
nō habet locum ſucceſſio hereditaria,vt.§.de filijs preſbyte.ad
extirpandas,⁊ tunc poſſit procedere opi.Dy.⁊ glo.in.d.c.cura.
11 quam etiam ibi poſuit Inn.hoc enim caſu ſatis eſt ꝙ† ſucceſſor
hereditarius ſit obligatus ad purgādum animā defuncti:ideo
ſucceſſor non hereditari⁹ non tenebitur.¶ Quarta ſolutio da-
ri poteſt ꝙ etiam primi fuerūt in bona fide:q2 forte putauerunt
donationem valere:⁊ ſi dicatur ſic putando errauerunt in iure:
12 ⁊† error iuris nō proficit ad vſucapionem ſeu preſcriptionem.l.
nunꝙ.ff.de vſucapio.⁊ ſic videtur qđ hec ſolutio non procedat,
reſponderi poteſt ꝙ illud eſt verum in vſucapione triēnali ⁊ in
preſcriptione longi tēporis in quibus nō ſufficit bona fides,ſed
requiritur etiam iuſtus titulus.l.celſus.ff.de vſucapio.ſecus in
preſcriptione longiſſimi temporis vc3.xl.annorum.§.eo.in.c.de
quarta.videt qđ non noceat:imo pficiat error iuris in tali pre-
ſcriptione:l3 olim ſcđm tempora.ff.nō proficeret error iuris ad
vſucapionem vel preſcriptionē:ſ3 poteſt dici ꝙ illud erat:q2 ſm
13 tempus.ff.nō erat† inuenta preſcriptio longiſſimi temporis,vt
nota.glo.in.l.non ſolum.ff.ex quibus cauſis maio.ats incipit.l.
iulia.⁊ in.l.qui occidit.ff.ad le.aquil.⁊ ſcđm tempora.ff.non pce
debat preſcriptio ſine titulo.l.celſus.ff.de vſucap.⁊ iſtud videret
poſſe probabiliter ſuſtineri.tamen gloſſ.videt velle contrarium
in.c.apoſtolice.ẜ.de dona.vbi videtur velle ꝙ vbi agitur de pre-
ſcriptione rei eccleſie in qua vt dixi requiritur preſcriptio.xl.an.
p.c.de quarta.§.e.nō proficiat error iuris.⁊ idem videtur etiam
velle Archi.x.q.iij.quia cognouimus,⁊ etiam Pau.⁊ Ioan.de
ligna.in cle.j.de rebus eccle.non alienan.⁊ ideo hec opinio
tio nō eſt ſine dubitatione:licet vt dixi videat poſſe ſuſtineri per
ea que.§.dixi.¶ Aduerte tamen quod non preſumeretur error iu-
ris in dubio:quinimo potius preſumitur quem ſcire iura.p ea
que habentur in.c.j.§.de conſti.⁊ in.l.leges.C.de legi.⁊ per cōſe-
quens preſumeretur eſſe in mala fide.facit quod not.p gloſſ.in.l.
queadmodum.C.de agri.⁊ cenſi.lib.xi.⁊ qđ notat in regula.qui
contra iura.⁊ de regu.iuri.in.vj.ſed vbi ex circunſtantijs appare-
ret eum erraſſe in iure qđ interdū eſſe poteſt:vt colligi poteſt ex
his que not.Bar.in.l.ij.ff.de conſeſ.⁊ facit etiā qđ habetur in ſi-
mili in.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem papinianus.ff.de adul.
tunc procedere poſſet qđ.§.dixi:quia tūc poſſet dici eſſe in bona
fide:⁊ ſic videret qđ poſſet preſcribere quando agitur de preſcri-
ptione longiſſimi temporis:tamen vt dixi iſte intellectus nō eſt
ſine dubitatiōe propter ea que ſuperius dixi.¶ Quinta ſolutio
poteſt colligi ex his que poſuit Inno.in.d.c.cura.in glo.penul.
vc3 ꝙ vbi preſcribens fundat ſe ex mera negligentia non peten-
tis:tunc currit preſcriptio quia in odium negligentium ius ſeu
habens poteſtatem iuris condendi ſuper temporalibus potuit
inducere hanc preſcriptionem.⁊ ſic intelligatur ibi ſm Innocē.
ſecus vbi ſe fundat ex mera poſſeſſione,⁊ ita intelligatur ⁊ limi-
tetur text.iſte.ſ3 certe iſte intellectus videtur eſſe contra tex.iſtū
qui loquitur ſimpliciter ⁊ indiſtincte,qui dicit preſcriptionem
procedere non poſſe ſine titulo ⁊ bona fide.⁊ ideo nō videtur qđ
preſcribat etiam ſi habens malam fidem alleget negligentiā nō
petentis.¶ Aduerte tamē quia dictum Inno.poſſet intelligi
quādo ageret de preſcriptione actionis perſonalis:quo caſu cū
ex mera negligentia procedat preſcriptio poteſt eſſe dubium.
An tunc procedat dictum Inno.propter ea que notat Bartol.
in.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucapio.⁊ ꝙ dicetur cum gloſſ.ſeq.
⁊ ſup ea.Et aduerte inquantum dixi bonam fidem ſurgentem
ex errore iuris non proficere ad vſucapionem triennij vel longi
temporis vel etiam longiſſimi ſm aliquos videtur limitādum
niſi error iuris ſit probabilis,per id qđ legitur ⁊ notatur in.c.cū
dilectus.ẜ.de conſuetu.⁊ quod ibi tangit do.Anto.⁊ quia etiam
talis error videtur equiparari errori facti.vt voluit Ioan.and.
ẜ.c.vnico.de poſtula.prela.in.vj.¶ Item limita etiam illud eſſe
verum quando eſt ſimplex error iuris:ſecus ſi eſſet admiſtus cū
errore facti:⁊ ex illo inſurgeret quia tunc nō noceret etiā quo ad
preſcriptionem:patet exemplum in.l.ſi vir vxori.ff.pro donato.
quando videlicet vir donat vxori rem que vere eſt aliena:⁊ non
ipſius viri:⁊ ſi tamē vxor putet illā eſſe ipſius viri ⁊ ſic errat in fa
cto ⁊ ſucceſſiue in iure inquātū putat donationē poſſe fieri inter
virū ⁊ vxorem:tamen quia concurrit error facti cum errore iu-
ris procedit vſucapio in re mobili:⁊ preſcriptio in re immobili:

vt patet in.d.l.ſi vir.⁊ ibi etiam not.per Dy.⁊ Bart.⁊ facit etiā
qđ not.Dy.in regula.poſſeſſor.⁊ in regula.iuris ignorantia.de
regu.iur.in.vj.Et adde etiam inquantū fecit differentiam ſupra
inter ſucceſſorem vniuerſalem in ratione iuris hereditarij ⁊ alium
vniuerſalem ſucceſſorem,qđ idem videtur in effectu etiam vo-
14 luiſſe do.Anto.§.eo.in.c.ſi diligenti.¶ † Vlterius redeo ad gl.
⁊ quero cum illa quis dicatur habere bonam fidem.gloſſ.hic re-
mittit in.c.ſi diligenti.§.eo.in notula ſeu gloſſ.que incipit illud
generaliter.⁊ concludit qđ preſumitur in dubio bona fides:niſi
probetur contrarium.de quo etiam per glo.in gloſſ.preallega.c.
ſi diligenti,ſed hic aduertendum eſt quia Inno.variauit in hoc
articulo.Nam in.c.ſi diligenti.tenuit idem quod glo.ibi ⁊ quod
proxime dixi:ſcilicet ꝙ preſumitur in dubio bona fides niſi con-
trarium probetur ſed in.c.ij.in gloſ.que incipit.per monachos.
circa ſi.§.de reſtitu.in integ.⁊ etiam Archidia.in.c.j.de preſcrip.
in.vj.dicit oppoſitum:vnde dicunt predicti ꝙ licet quilibet pſū-
matur bonus niſi probetur cōtrarium,vt in.c.ſi.§.de preſumpt.
⁊ in.c.vnico.§.de ſcrutinio.non tamē ſic eſt in bone fidei poſſeſ-
ſore quia oportet ad hoc vt preſumat bone fidei ꝙ habeat iu-
ſtum titulum vel ꝙ probabilibus rationibus queſiuerit poſſeſ-
ſionem.alleg.ff.de libe.cauſa.l.igitur.§.ij.et.l.liberis.§.fina.vel
qđ longo tempore fuerit in poſſeſſione.ff.de acquir.poſſeſ.l.poſſi-
dere.ſi ſcitur quod dicit longum tempus arbitrio iudicis
dicunt relinquendum.arg.l.j.§.fina.ff.de iure delibera.⁊.§.de
officio delega.in.c.de cauſis.Iaco.de are.⁊ Cyn.in.l.penulti.de
preſcrip.longi tempo.dicunt qđ ſi aliquis habet titulum pſu-
mitur bona fides,alias preſumit mala fides:niſi aliud probetur
propter ꝙ preſumi debeat bona fides,p id quod legit ⁊ notatur
in.l.fina.C.vnde vi.Barto.in.l.celſus.ff.de vſucapio.dicit qđ in
eo qui habet titulum verum vel putatiuum etiam errore iniu-
ſto preſumitur bona fides per.l.igitur.§.poteſt.ff.de libe.cauſa.
p id quod notatur in.l.ſi fur.§.j.ff.de vſucap.⁊ vt patet ex ibi no-
tatis p eum qđ dicit de titulo putatiuo errore iniuſto vt cauſet
bonam fidem videtur intelligēdum quo ad acquiſitionem fru-
ctuum non quo ad vſucapionem ſeu preſcriptionē:plus etiam
dicit in.d.l.celſus.ꝙ etiam ſi quis nullum habeat titulum pſu-
mitur bona fides.alleg.gloſſ.in.l.ſi quis emptionis,in ver.deti-
nuerit.C.de preſcrip.xxx.anno.nam ſm eum niſi appareat aliū
fuiſſe antiquiorem poſſeſſorem preſumetur bona fides ⁊ etiam ſi
aliter nō appareat de titulo ⁊ plus etiam dicit ꝙ etiam ſi appa-
reat alium fuiſſe antiquiorem poſſeſſorem:tamen illam allega-
tionem de antiquiore poſſeſſore nō poterit facere niſi antiquior
poſſeſſor.arg.l.loci corpus.§.cōpetit.ff.ſi ſerui.vendi.⁊ hoc etiā
ſequitur do.Anto.§.e.ſi diligenti.dixit etiam Bartolus.in.d.l.ſi.
C.vnde vi.quod lapſis.xxx.annis preſumetur retro quem fuiſſe
bone fidei p illum tex.ſed aduerte quia Bart.videtur in multis
male dixiſſe.⁊ primo inquātum dicit:ꝙ vbi quis nō habet titu-
lum preſumatur bona fides.nam hoc cōtra.d.l.fina.C.vnde vi.
eo enim ipſo quod apparet rem eſſe alienam ⁊ p ipſum poſſeſſo
rem occupatam:licet nō appareat de antiquiori poſſeſſore:quia
forte poſſeſſio erat vacans.Tamen ſtat ratio illius litere:quia
debuit ſcire ꝙ ex quo nō erat res ſua non fuit licitum occupare:
⁊ ſic occupando fuit in mala fide.⁊ pro hoc etiam qđ not.Inno.
in.d.c.ij.Nec obſtat glo.in dicta.l.ſi quis emptionis.quia nō di-
cit id ad qđ Bart.alleg.vc3 ꝙ bona fides preſumatur in nō ha-
bente titulum:ſed bene dicit qđ poſſibile eſt ꝙ licet nō habeat
titulum habeat tamē bonam fidem qđ poſſet eſſe.ex eo quia ex
aliquibus circunſtantijs crederet ſe de iure habere.facit qđ no.
idem Bartol.in preallegata.l.celſus.¶ Item etiam non videt
verum qđ quis non poſſit allegare de antiquiori poſſeſſione:q2
imo debet poſſe allegare:ex eo quia ex illa ſequitur excluſio iu-
ris agentis ex toto ſm nota.in.l.ij.de execut.rei iudi.⁊ in.l.cum
ſeruum.C.de ſeruis fugiti.nam allegando illam ⁊ probando ſe-
quitur quod male fidei poſſeſſor alio non docto per dictam.l.fina.
C.vnde vi.⁊ ex hoc ſequitur qđ non potuit preſcribere longo tē-
pore:⁊ p conſequens ꝙ non poteſt agere ille qui dicitur preſcri-
pſiſſe.¶ Item etiam non videtur verum dictum Barto.in.d.l.
fina.C.vnde vi.inquantum dixit ꝙ finitis.xxx.annis retro pſu-
metur bona fides:quia hoc non dicit illa lex:licet dicat ꝙ finitis
xxx.annis non poſſit agi contra poſſeſſorem ꝙ etſi poterat ſm
leges etiam ſi fuiſſet male fidei poſſeſſor:quia etiam cum mala
fide locum habebat preſcriptio.xxx.annorum.l.ſi quis emptio-
nis.C.de preſcriptio.xxx.anno.¶ Item etiam non obſt.qđ no.
Inno.in.d.c.ij.vbi dicit:ꝙ ex longo tempore preſumitur bona
fides quia illud non videtur verum.Ex quo a principio preſu-
mitur male fidei per dictam.l.fina.C.vnde vi.Nec cauſa extrin-
ſeca ſupernenit imitandi opi.argu.l.cum nemo.C.de acquiren.
poſſeſ.nec obſtat.l.iiij.§.ſi ſeruus.de acquiren.poſſeſſio.allegata
p Innocen.quia text.ibi vult qđ ſi bona fide per ſpatium longo
tēpore quis ſtet i poſſeſſione libertatis ⁊ tanꝙ liber homo pre-

t

Ayuntamiento de Madrid

ſcribatur libertas licet eſſet ſeru⁹. facit. l. j. ⁊ ij. C. de preſcriptio. longi tempo. que pro libertis. nõ autem debet intelligi q̃ a principio non fuit bone fidei. Ex ſolo curſu temporis preſumatur bone fidei: quia attendi debet origo non ſuperueniente cauſa extrinſeca. l. clam poſſidere. et quod ibi notatur. ff. de acquiren. poſſeſſio. ⁊ per predicta videt quod verior ſit opi. Iaco. de are. ⁊
15 Cy. ❡ † Et hec vera quando agit de preſcriptione rerum corporalium ⁊ q̃ritur in illa an preſumat bona fides: ſi autem agitur de pſcriptione incorporalium: tunc aduertendum q̃ aut agitur de preſcriptione libertatis ſeruitutis realis ruſtice: ſeu ruſtici predij et preſumitur bona fides: niſi aliud appareat: quia ius commune facit pro pſcribente cum quelibet res preſumatur libera. l. altius. C. de ſerui. ⁊ aqua. ſi autem agatur de preſcriptiõe libertatis ſeruitutis vrbane, tunc recurrẽdum eſt ad ea que habetur in. l. hec autem iura. ff. de ſerui. vrbano. predio. ⁊ in. l. fina. ff. quemadmo. ſerui. amittat. Si autem agatur de preſcriptione ſeruitutis realis tunc eſt dubium an preſumat bona fides. Dy. voluit quod ſic, quia idem operatur bona fides in preſcriptione ſeruitutis qd̃ operatur titulus ⁊ bona fides in preſcriptione rei corporalis. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vendi. ⁊ per conſequens ſicut in re corporali preſumitur bona fides quãdo adeſt titulus. ita i dubio in re incorporali preſumitur bona fides: ex quo titulus non requirit. Sed certe communiter tenetur cõtrarium, vt patet ex his que plene notantur per Cyn. in. l. j. ⁊ ij. C. de ſerui. ⁊ aqua. ⁊ p Bartol. in. l. j. §. j. ff. de iti. actuq̃ priua. ⁊ ratio eſt: quia preſumptio eſt contra preſcribentem cum ius commune faciat cõtra eum: quia vt dixi q̃libet res preſumitur libera: ideo in dubio preſumitur mala fides: niſi ex circũſtantijs aliud appareat: puta quia a fidedignis dictũ eſt ſibi ſeruitutem deberi: vel ſi repetit anteceſſores ſuos fuiſſe in quaſi poſſeſſiõe ſeruitutis, facit ff. de regu. iur. l. qui in alterius. ⁊ I. de regu. iur. cum quis. lib. vi. idem ſi probat fama vicinie ſic habere vel forte ſi reperiat ſigna ſeruitutis, vt plene no. Barto. in dicta. l. j. §. j. ❡ Redeo ad glo. in vbi. ſꝫ quid ſi aduerſarius, ⁊ quero cum illa nunquid eo caſu quo preſumit bona fides ſi aduerſarius voluerit probare quod habuerit malam an debeat audiri. ⁊ glo. arguit pro ⁊ contra. ⁊ videtur primo dicẽdum qd̃ ſic: quia poſſet probare originẽ preſcriptionis vitioſam fuiſſe. l. nec creditores. C. de pigno. act. cum alijs allega. in glo. demum. glo. ad oppoſitum alleg. in vbi. argu. cõtra. c. ad aures. I. eod. vbi videt dici q̃ quadragenalis preſcriptio omnem actionem excludit ⁊ tollit finaliter glo. cõcludit q̃ bene dꝫ audiri qui vult probare malam fidem fuiſſe in poſſeſſione ab initio: quia ſic non potuit preſcribere. I. eo. vigilanti. ⁊ c. ſi diligenti. ad. c. aures non reſpondet, ſed potes dicere q̃ illud capitulũ debet intelligi quando fuit in bona fide ille qui allegat preſcriptionem, vt ibi etiam notat alias non procederet preſcriptio: ⁊ ſic poſſet non tollere actionem, ⁊ ideo dicebat do. Anto. q̃ ſtante hoc quod preſupponat preſcriptionem procedere: tũc verum eſt qd̃ quadragenalis preſcriptio tollit omnem actionẽ. facit quod habetur in. l. penul. ⁊ vlti. C. de preſcript. xxx. annorũ. allega. in gloſſ. ⁊ in. l. ſicut. ⁊ in. l. omnes. eo. tit. ſecus vbi preſcri-
16 ptio non procedit: vt ſuperius eſt dictum. ❡ † Qualiter autem probari poterit mala fides: eo caſu quo preſumitur bona fides. tangit Barto. in. l. celſus. in vlti. col. ff. de vſucapio. nam poterit probari ſi fuit ei denuntiatum anteq̃ cõtraheret. l. ſi fundum. C. de rei vendi. ſecus videtur ſi denuntiatio facta fuit poſt contractum iam factum, p id quod not. gloſ. in. l. penulti. ff. pro emp. ſꝫ aduerte quia videretur poſſe dici illud procedere de iure ciuili: ſcd̃m qd̃ ſufficit bonam fidem fuiſſe in principio. l. vna. C. de vſucapio. transfor. ❡ Sed de iure canonico non ſufficit qd̃ ſolum a principio fuerit in bona fide: vt ſuperius tetigi et probatur hic in fine litere, ⁊ no. etiam in regula poſſeſſor. de regu. iuris. in. vj. Et ideo videretur q̃ de iure canonico: etiam ſi denuntiatio fiat poſt cõtractum ſi taliter fiat qd̃ deducatur ad notitiam poſſeſſoris rem eſſe alienam q̃ etiam ex hoc probet mala fides: ⁊ quod impediatur preſcriptio. ⁊ ſic videtur limitanda dicta gloſſ. in. l. penul. cum qua cõmuniter tranſeunt legiſte q̃ procedat de iure ciuili: ſꝫ de iure canonico non videtur procedere p ſuperius dicta poteſt etiam probari mala fides. Si coram aliquibus dixerit ſe ſciuiſſe rẽ alienam quia illud preſumitur in mẽte habuiſſe quod vbo dixit. l. labeo. §. tubero. ff. de ſuis ⁊ legi. ❡ Idẽ ſi probetur q̃ de hoc erat fama in vicina q̃ res erat alterius quam vẽdẽtis ⁊ ipſe erat vicinus ſeu de vicina: nam preſumitur ſcire. I. de preſumptio. quanto. ⁊ bñ facit quod notat gl. C. de pericu. tu. vnde ex pdictis ⁊ alijs indicijs: prout facti qualitas dictauerit probari poterit mala fides. facit quod habetur in. l. penult. C. de
17 enic. ❡ † Itẽ aduerte inquantum gloſ. dicit q̃ preſcriptio tollit omnem actionem, nam poteſt eſſe dubium an preſcriptio tollat effectum naturalis obligatiõis, de quo p Bar. in. l. ſi. ff. rẽ ratam habe. vbi concludit q̃ ſi eſt preſcriptio conuentionalis bene tollitur ipſa naturalis, per id quod habet in. l. ſtichum. §. aliunde. ff. de ſolutio. ⁊ in. l. ſi fideiuſſor. §. fina. ff. mãda. ſi vero eſt preſcriptio legalis, et tunc concludit qd̃ aut eſt preſcriptio. xxx. vel. xl. annorum: ⁊ tunc tollitur nedum ciuilis: ſed etiam effectus naturalis obligationis, per id qd̃ habetur in. l. omnes. ⁊ in. l. ſicut. C. de preſcrip. xxx. ann. ⁊ in. l. ſi quis poſtq̃. ff. de fideiuſſo ❡ Si autem ſit actio tẽporalis ſui natura vt actio redhibitoria ⁊ quanto minoris. l. cum lex. ff. de edili. edic. ⁊ l. iulia. in prin. cum ibi nota. ff. de act. emp. tunc per talem preſcriptionem non tollitur effectus naturalis ſm Bart. mouetur. per id qd̃ habetur in. l. at qui natura. cum ibi nota. ff. de nego. geſt. ſed aduerte quia iſtud vltimum videtur eſſe contra dictam. l. ſi quis poſtq̃. ff. de fideiuſſo. que vult per preſcriptionem tolli effectum naturalis: cum non poſſit accedere fideiuſſor: vt ibi dicitur. Et tamen illa lex nõ poteſt intelligi in preſcriptione. xxx. vel. xl. annorum: quia illa de iure ffor. non erat cognita. vt notatur p gl. in. l. non ſolum. alias inci pit iulia. ff. ex quibus cau. maio. ⁊ l. qui occidit. ff. ad legẽ aquil. et per eundem Barto. in. d. l. ſin. ff. rem ratam habe. ⁊ etiam tetigi ſuperius: nec videtur poſſe dici q̃ illa. l. ſi quis poſtq̃. debeat reſtringi ad preſcriptionem cõuentionalem: quia hoc eſt diuinare ad illam legẽ: ⁊ illam violare cũ ſimpliciter ⁊ indiſtincte loquat de qualibet preſcriptiõe: que poterat eſſe ſcd̃m illa tempora. nec obſtat. d. l. at qui natura. quia ibi non dicit qd̃ non tollatur effectus naturalis obligationis, ſed q̃ ille qui eſt debitor actione tẽporali. Si gerat negotia illius cui teneretur debet a ſe exigere: adeo qd̃ ſi durante adminiſtratione liberetur tenebitur actione negotiorum geſtorum ex quo a ſe non exegit. Et ſic non dicit ibi remanere effectũ naturalis obligationis, ⁊ per conſequens non videtur probare dictum Barto. qd̃ vt dixi videtur eſſe cõtra dictam. l. ſi quis poſtq̃. non violando cum Bartol. tamen videtur in effectu tranſire Ang. in repeti. l. j. C. de iudi. ⁊ tangit etiam in dicta. l. fina. rem ratam habe. Nam concludit q̃ ſi eſt preſcriptio xxx. vel. xl. annorum: licet ipſo iure non tollatur naturalis: quia tempus non eſt modus tollende vel inducende obligationis. l. obligatio fere. §. placet. de actio. ⁊ obli. vnde ſaltem tollitur quo ad effectum per dictam. l. ſicut. ⁊ l. omnes. C. de preſcriptio. xxx. annorũ. ❡ Idem dicit in preſcriptione ſtatutaria. Si ſtatutum non vellet alias dicit remanere naturalem ſm nota. per Bart. in dicta. l. ſi. ff. rem ratam habe. ⁊ hoc dicit procedere in obligationibus alijs quã ex delicto: ſi aũt erat obligatio ex delicto in qua videtur ineſſe obligatio naturalis iuxta notata per gloſ. in. l. j. §. beſtias. ff. de poſtu. tunc tollitur illa naturalis ſm eum p preſcriptionem allegat. l. ſi. §. quedam. ff. de pac. ſed certe ibi nõ loquitur de preſcriptione: ſed de pacto forte tamen voluit inducere qd̃ ſicut ibi tollitur obligatio deſcendens ex delicto ipſo iure per pactum: licet alias ſolum tollatur obligatio p pactum ope exceptionis. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. ita etiam per preſcriptionem tollatur naturalis deſcendens ex delicto: licet alias nõ tolleretur: ſed aduerte q̃ ſi itellexit de obligatione penali, ſatis videt procedere qd̃ dixi per id qd̃ inferius tangetur ſuper gloſſ. ſeq. ſi autem non eſſet penalis: tũc videretur qd̃ deberet attendi an ageretur de preſcriptiõe. xxx. vel. xl. annorum an vero de minori. ſi teneremus opinio. Barto. niſi dicas ſuſtinendo Ang. q̃ quia actio ex delicto ſit in ſe odioſa, q̃ aliud ſit i eis quã in alijs obligatio. tamen dictum Ange. non bene videtur probari quia lex quã allegat vt dixi non loquitur in pſcriptione, ſed in pacto. ❡ Item aduerte quia p eo qd̃ dixi ſuperius: q̃ preſcriptio. xxx. vel. xl. annorum non eſſet cognita de iure ffor. bene facit qd̃ habetur inſtitu. de perpe. ⁊ tempo. actio. in princi. iuncta gloſſ. vbi ſatis hoc videtur probari: ⁊ licet ibi loquatur nedum de actionibus perſonalibus, ſed etiam de actionibus realibus. tamẽ vt ibi dicit glo. non parificat illas quo ad hoc vt eſſent pariter perpetue: quia clarum erat q̃ rei vẽdicatio tollebatur tempore. l. j. ff. de vſucapio. licet ſecus eſſet in actionib⁹ perſonalibus: ſꝫ parificat in hoc quia per ꝯſtitutionẽ codicis circa metã tẽporis eſt declarata tam in perſonalibus q̃ in realib⁹, licet alienata declaretur in perſonalibus q̃ in realibus: vt patet ex his que habent in. l. prima. C. de vſucapio. transfor. et in. l. fina. C. de preſcriptio. longi tempo. ⁊ l. ſicut. ⁊ l. omnes. C. de preſcriptio. xxx. annorũ. ⁊ l. ſi. C. de conſtitu. pecu. Nec obſtat predictis qd̃ habetur in. l. ſi pupillus alterum. ad ſi. ff. de adminiſt. tuto. vbi videtur probari q̃ etiam de iure ffor. actio pſonalis tutele tollebatur tempore: q̃ vt ibi dicit Bart. poteſt intelligi de actione tutele que dabatur contra patrem de peculio que finitur anno poſt mortem filij qui geſſerat tutelam. i. tutores qui. eo. ti. ⁊. l. j. ff. q̃ſi actio eſt annalis. licet enim etiam ibi aliter nitatur reſpõdere. ❡ Vltimate gloſ. hic querit an ſufficiat bona fides ad preſcriptionem: an vero requiratur titulus ⁊ remittit ad notata. I. e. ſi diligenti. in notula ſeu glo. que incipit, ſed hoc videtur. ⁊ eſt glo. fina. ⁊ ibi poſt multa finaliter concludit q̃ non requiritur titulus niſi ius cõmune vel preſcriptio

Ayuntamiento de Madrid

vel preſcriptio ſit contra preſcribētem.z ita hodie eſt expreſſum in.c.j.§.eo.lib.vj.vbi etiam gloſſ.plene recitat opinio.antiquas. Sed aduerte quia contra dictam concluſionem fortiter facit qđ habetur in.c.cum eccleſia.§.de cauſa poſ.z proprie.vbi patet:qđ ius cōmune fundat intentionem canonicorū contra aliquos clericos volentes intereſſe electioni.facit.§.de electio.in.c.j.z quod ibi nota.z tamen videtur ibi procedere preſcriptio ex ſola bona fide ſine titulo propter quod do.Anto.in dicto.c.ſi diligēti.dicit aduertendum ꝙ quandoq3 ius cōmune facit contra preſcribentem z iuſtificat poſſeſſionem: z tunc non procedit ſine titulo.z ſic loquatur.d.c.primum.interdum autem non iuſtificat poſſeſſionem:q2 poſſeſſio ſeu quaſi poſſeſſio poteſt haberi ex patiētia eius contra quē preſcribitur z qui etiam poſſet tale ius cōcedere,z tunc non requiratur titulus,et ita loquatur.c.cum eccleſia. nam ex patientia canonicorum poteſt alius intereſſe in actu eligendi vna cum eis,ideo tūc procedit preſcriptio ſine titulo.Nā etiam ipſi canonici cōmunicare poſſunt illi ius eligēdi,nō enim videtur ex hoc preiudicari eccleſie:ſed potius vtilitas procurari cum magis ratum ſeu firmum ſit iudicium ꝙ plurimorū ſententijs cōprobatur.§.de offic.delega.c.prudentiam.z ſic melior preſumetur electio que fiet a plurib⁹:ſecus eſſet ſi aliquis vellet preſcribere ius eligendi excluſis canonicis:quia tūc bene requiretur titulus ex eo ꝙ ius cōmune faceret contra talem:z quia canonici nō poſſent in hoc preiudicare eccleſie ſine ſolēnitate debita,de qua.xij.qō.ij.ſine exceptione.z in.c.j.de rebus eccle.non alie.in.vj.facit ꝙ notauit Joan.and.in.d.c.cum eccleſia.circa ſi. ſuper gl.z ſm predicta oportebit limitari dictum.c.j.§.eo.in.vj. Sed aduerte quia ſecūdū hoc videretur qđ quando ageretur de preſcribenda ſeruitute in fundo vel domo eccleſie,ꝙ quia prelatus nō poteſt id concedere ſine ſolennitate debita,vt prealleg. c.ſine exceptione,qđ tunc requireret̄ titulus:nec ſufficeret bona fides,qđ videtur eſſe contra.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.vendi. vbi ſimpliciter videtur dici,qđ in preſcribenda ſeruitute ſufficit bona fides abſq3 titulo,z tamen ibi videtur eſſe ius commune contra preſcribentem cum quelibet res preſumatur libera z ſumi debeat.l.altius.C.de ſeruitu.z aqua.gloſſ.in.d.c.j.§.eo.in.vj. volens tollere hoc contrarium dicit ꝙ talis preſcriptio ſeruitutis non eſt contra ius cōmune,ſʒ contra ius priuatum:ſeu priuate pſone:ſed certe hec ſolutio non videtur bona,quia imo videtur eſſe contra ius cōmune,ex eo quia ius cōmune fundat intentum agētis aſſerentis rem eſſe liberam.d.l.altius.do.Anto. hoc non declarat in dicto.c.ſi diligenti,nec etiam hic vel in alia parte.Potes dicere quod aliud ſit de iure ciuili,z aliud de iure canonico,per ea que habentur in.d.l.ſi quis diuturno.d.l. altius,z in.d.c.j.vel quod dici ꝙ dictum.c.j.debet limitari in his,que ſunt grauis preiudicij,vt quando ageretur de preſcriptione iuris decimarum vel ſimilis:ſecus quando agetur de modico preiudicio:vt quādo ageretur de preſcriptione ſeruitutis ruſtice vel vrbane,nam cenſetur tunc agi de modico preiudicio,vt patet ex his que notant̄ per gloſ.z Barto.in.l.penulti.C. cōi diui.z facit etiam quod notat̄ p glo.in.d.c.cum eccleſia,vnde in preſcriptiōe ſeruitutis vſuſfru.q2 cenſetur agi de graui preiudicio cum cenſeatur eſſe pars dominij.l.iiij.ff.de vſufruc.requiritur titulus ſicut quando agitur de ipſa preſcribenda.l.ſi.C.de preſcriptio.longi tempo.z.l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſucapio. Et ex predictis patet ſequēdo ſecūdam ſolutionem:z etiam attento eo qđ dictum eſt circa contrarium.c.cum eccleſia.ꝙ etiam de iure canonico non ſemper vbi ius cōmune fundat intentum agentis contra preſcribentem requiritur titulus:dūmodo adſit bona fides:z per predicta etiam poteſt patere ſolutio ad.c.cum eccleſia ſutrina:quia poteſt dici ꝙ ibi agitur de modico preiudicio:ex eo quia cōmunicare ius eligēdi alteri videtur potius eſſe fauor eccleſie quā preiudiciū.per ea q̄ dixi ſuperius,z ideo nimirum ſi ibi procedit preſcriptio ſine titulo,dūmodo appareat de bona fide ex aliquibus circunſtantijs:licet ius cōmune ſit cōtra preſcribentem: vbi autem ex circunſtantijs non appareret de bona fide preſumeret̄ mala fides:ex quo ius cōmune erat contra preſcribentem.z ideo nō pcederet tunc preſcriptio niſi forſan eſſet tanti temporis cuius initij memoria nō extaret:vt pbatur

19 in dicto.c.j.§.eo.in.vj.¶†Qualis titulus requiratur ad preſcriptionem.tangitur in.d.c.ſi diligenti.in gloſſ.fina.eo caſu quo titulus requiritur i preſcriptione.Nam requiritur z ſufficit quod ſit talis vt habeat prebere iuſtam cauſam preſcribendi non aūt requiritur qđ habeatur titulus ab illo qui poteſt transferre dominium rei vel iuris:quia tunc talis titulus cum tradente indu ceret tranſlationem dominij rei vel iuris : de quo preſcribendo tractaretur:ideo tunc nō daret cauſam preſcribendi q2 qđ ſuum eſt nō poteſt amplius fieri ſuum.l.res pprias.C.de lega.et.§.de fide inſtru.inter dilectos.circa ſi.z ideo ſufficit qđ habeatur titulus a non domino qui putatur dominus.Nam tunc talis bene

probet iuſtam cauſam preſcribēdi illi qui vult acquirere ius vel rem ex dicto titulo.l.ff.de publi.z idem ſi poſſeſſor nō habeat titulum:tamen iuſto errore ductus putat ſe habere forte q2 procurator ſuus dicit ſe emiſſe nomine ſuo rem quam poſſidet volēs preſcribere cum reuera non emerat.l.quod vulgo.ff.pro empto. idem ſi forte legum factum fuit titio:z duo erant titij:z de vno ſenſit teſtator,ſed alius putauit de ſe fuiſſe ſenſum.l.iiij.ff.p legato.Idem ſi inuenit rem in hereditate eius cui ſucceſſit:z credit defunctum emiſſe quia ſi forte dixerat in vita vel ſic habebat etiam fama vicinie.facit quod habetur in.l.cum quidā.§.quod dicitur.ff.de acq.heredi.z quod notatur per Bartol.in.l.celſus. ff.de vſucapio.z per glo.z per Joā.and.§.de iure patrona.cura. Idem ſi ex ſuaſiōe aduerſarij quis putat habere titu.puta quia aliquis tradidit rē aliquam titio quā dicit ſe al's ipſi titio pmiſiſſe.l.ſi exiſtimans.ff.pro ſoluto.Nam i dictis caſibus procedit preſcriptio propter titulum verum vel putatiuum errore iuſto vbi autem quis nō haberet titulum verum nec etiam putatiuū errore iuſto:tunc non procederet preſcriptio in caſibus in quib⁹ requiritur titulus vt cōtingit de iure ciuili in vſucapione triennij rei mobilis:z etiam in preſcriptione longi temporis rei:imo z de iure canonico quando ius cōmune vel preſumptio eſt ꝯtra preſcribentē ſaluo eo qđ dixi.§.circa ſolutionem cōtrarij.c.cum eccleſia.z.l.ſi quis diuturno.¶Aduerte tamen quia dixit gloſ. in.d.c.j.§.eo.in.vj.ꝙ etiā nō requiritur titulus:licet ius cōmune ſit contra allegātem preſcriptionē quando non fundaret intētum agentis:nam tunc ſufficit bona fides,de qua ex circunſtantijs appareat.z ſic dicit poſſe intelligi.c.ad aures.§.eo.tit.qđ eſt notandum,ſecus quando ius cōmune fundaret intentum agentis contra preſcribentem quia tunc requireretur titulus vel ſaltem tantum tēpus qđ eius initij memoria nō extet.vt habetur in.d.c.j.qđ in dicto caſu debet intelligi ſm gl.predictam qđ tenementi.¶Item aduerte quia dixit glo.vlti.in.d.c.ſi diligenti.ꝙ minus iuſtus titulus dat cauſam preſcribēdi de iure canonico. Nam poteſt intelligi ꝙ appellet minus iuſtum qui nō habetur a domino vel ab habente poteſtatem transferendi dominiū rei vel iuris poteſt etiam intelligi qđ ſit minus iuſtus titulus in rei veritate ſed putatur eſſe iuſtus:nam tūc etiam videtur prebere cauſam preſcribēdi.per ea que notant̄ in.c.cura.§.de iure patro. z que notat glo.in.c.apoſtolice.§.de donat.z Archidia.x.q.iij.in c.quia cognouimus.Pau.z Jo.de ligna.in cle.§.de rebus eccle. non alienan.puta quando conceſſio fuit facta per epiſcopū que fieri non poterat ſine conſenſu capituli:ſed preſcribens putauit cōſenſum capituli interueniſſe:quia forte a fidedignis fuit hoc ſibi relatum.facit quod no.Joan.and.in dicto.c.cura.vel forte putauit priuilegium non eſſe impetratū per falſi ſuggeſtionem qđ fuit per alium impetratum cum tamē fuiſſet.facit qđ notat Joan.and.§.de priuile.cum perſona.in ver.cauſam preſcribendi.lib.vj.ſecus eſſet ſm Archi.in loco prealleg.z ſimiliter Pau. z Joan.de ligna.in dicta clemen.z videtur etiam ſentire glo.in dicto.c.apoſtolice.ſi aliquis putaſſet cōceſſionem ſolam epiſcopi ſufficere ſine conſenſu eo caſu quo requireretur q2 tunc erraret in iure:ideo non preſcriberet ſm predicta.facit qđ nota.Jo. and.in.d.c.cum perſona.an tamē i hoc vltimo poſſit aliter dici, tetigi.§.in prin.glo.ij.circa cōtrarium.c.cura.¶An autem vbi agitur de preſcribendo intellectu priuilegij habētis ambiguitatem.z ꝙ poteſt plures intellect⁹ habere requiratur tempus.xl. annorum,videtur dicendum qđ ſic,per ea que legūtur z notant̄ §.de conſuetu.cum dilectus.z.§.eo.auditus.z per iura etiā pdicta:ꝙ tale priuilegium dicatur prebere iuſtam cauſam preſcribēdi ſcōm alterū ex intellectibus qui poſſunt colligi.facit quod notauit do.Anto.in prealleg.c.ſi dilectus.¶Quis autem di

20 catur†bone fidei poſſeſſor dic ꝙ ille q cogitatiōe domini poſſidet z ſic putat ſe dominum.l.bone fidei.ff.de verbo.ſignifi.z facit qđ notat̄.§.eo.ſi diligenti.in gl.penulti.¶An autem bona fides preſumatur dictum eſt.§.ſed aduerte q2 pro opinione que habet qđ in dubio preſumatur facit quia bona fides conſiſtit in animo z ſic in conſcientia,z ideo videretur ꝙ ſtādum ſit dicto z aſſertioni eius de cuius animo z conſcientia queritur.per id qđ habetur z notat̄ per glo.in.§.alie.inſtitu.de actio.z in.c.dilecto. xvi.q.iij.z in.c.ſignificaſti.§.de homi.z de ſen.excōi.c.ſi vero,ſed potes dicere ꝙ illud procederet niſi preſumptio eſſet in oppoſitum.per ea que habentur in.l.ſiue poſſidetis.C.de probatio.z.§. eo.c.j.in.vj.ſed vt dixi ſuperius preſumptio videtur eſſe contra illum qui occupauit rem alterius ſine titulo.l.fina.C.vnde vi.et

21 adde etiam inquantū dixi.§.ꝙ†denuntiatio facta poſt contractum videtur inducere malam fidem:z impedire preſcriptionē de iure canonico ſicut quando ſit ante.bene facit qđ nota.gl.in l.vna.§.hoc tantūmodo.C.de vſucapio.traſſor.¶Et vt dixi videtur procedere quādo per denuntiationem quis deducitur in notitiam rei aliene:ſed vbi nō deduceret̄ certitudinaliter in no



Ayuntamiento de Madrid

titiam rei aliene:tūc videretur poſſe ſuſtineri diſtinctio glo.quā
cōmuniter ſequunt̄ legiſte i.l.penult.ff.ꝓ emp.Nam ſi aliquis
denuntiat alteri ante ꝯtractum ne talem rem emat a titio:quia
ſua eſt ipſius denūtiantis:ex quo fit ante contractū ⁊ ab illo qui
habet ius denuntiandi:ſi cauſa eſt vera videtur imputandū illi
qui ſpernit denuntiationē ⁊ non inquirit de veritate,⁊ ideo tūc
in dubio inducit malam fidem in illum cui fit:ſi illa ſpreta ꝓce-
dat ad contractū.⁊ iſte videtur verus intellectus.l.ſi fundum.C.
de rei vendi.quē videtur ibi ſequi Cy.⁊ etiā Dyn.in.l.ij.ff.qd cū
falſo tu.au.⁊ Bar.in.l.non ſolum.§.morte.ff.de ope.noui nun.
in materia proteſtationis in ſecunda ſpecie ꝓteſtationis quādo
fit proteſtatio ne aliquid fiat:⁊ ſub mēbro quādo fit proteſtatio
ne fiat qd alias erat licitū.Sed vbi fit poſt contractū iam factū:
tūc videt̄ ꝙ non teneatur ſibi credere:ex quo iam proceſſerat ad
cōtractum:⁊ ideo niſi aliter deducat in veram notitiam cōſcien
tie rei aliene ex ſola denuntiatione tali:qꝛ dicat ipſum emptorē
emiſſe rem que eſt ipſius denuntiantis nō induceret̄ mala fides
⁊ ſic poſſit intelligi ⁊ ſaluari glo.in.d.l.penul.ff.pro empto.⁊ per
23 hec ſit expedita hec ſecūda glo. ¶ †Et adde inquātum tetigi.s.
de preſcrip.liberta.vrba.ſeruitu.qꝛ potes dicere ꝙ etiam in illa
preſumitur bona fides ex eo qꝛ eſt preſumptio iuris ꝓ ꝑſcribēte
cum quelibet preſumatur libera,vt ſuperius eſt tactū.⁊ ꝓbatur
in preallegata.l.altius.C.de ſerui.⁊ ſic eadem eſt ratio in preſcri
ptione libertatis ſeruitutis vrbane que eſt in preſcriptione li-
bertatis ſeruitutis ruſtice.⁊ ideo quo ad hoc videlicet reſpectu
bone fidei preſumitur vtrobiq; idem eſſe dicendum cū ſit eadem
ratio.argu.l.illud.ff.ad le.aquil.⁊.s.de tranſla.prela.c.ij.⁊ de cō-
ſtitu.trāſlato. ¶ Licet quo ad alia ſit differētia īter preſcriptio
nem libertatis ſeruitutis ruſtice:qꝛ prima non preſcribitur:niſi
interueniente aliquo facto preſcribētis.l.hec autē iura.de ſerui.
vrba.pre.ſecūda.l.ſequit̄.§.ſi via.ff.de vſuca. ¶ Item prima non
procedit ſine bona fide:ſecus in ſecunda que procedit etiam ſine
bona fide ſm leges.d.§.ſi viam.⁊ nota.in.l.ſi.ff.quēadmo.ſerui.
amit.⁊ facit qd not.in.d.l.hec autē.⁊ in dicto.§ ſi viā. ¶ Uenio
modo ad glo.penul.⁊ pro eius recitatione oppono ⁊ videtur ꝙ
24 imo †preſcriptio.xxx.vel.xl.annorū ꝓcedat cū mala fide.per ea
que habentur in.l.ſi quis emptionis.C.de preſcript.xxx.an.nec
videtur papa potuiſſe derogare illi iuri laicorū:ſaltem in terris
imperij.per id qd habet̄.j.qui filij ſint legi.in.c.cauſam que.⁊.s.
de iudi.in.c.nouit.glo.hic videtur reſpōdere ꝙ illa lex hodie ſit
correcta per hoc.c.⁊ cōtingat rōne peccati cuius occaſione papa
potuerit ſtatuere ſuper dicta preſcriptione ⁊ illam tollere qꝛ oīs
cauſa ratiōe peccati ſaltem indirecte pertinet ad eccleſiā.⁊ ſcdm
hoc oīa iura ciuilia inquantū approbant preſcriptionē cū mala
fide hodie erunt correcta per hoc capitulū.⁊ ſm iſtum intellectū
illa verba poſita in tex.ibi:tam canonica ꝙ ciuilia debēt expo-
ni.i.ſiue ſit inducta de iure canonico:ſiue de iure ciuili. ¶ Sed
aduerte qꝛ vt tangit glo.non videtur ꝙ intentio pape fuerit ꝙ
voluerit preiudicare legibus in ſuo foro contentioſo,ſed potius
voluiſſe qd id qd hic dicitur ꝓcedat de iure diuino in foro peni-
tentie:qꝛ laicus talem rem ſine peccato detinere nō poteſt.xiiij.
q.vj.c.i.⁊ ad iſtum tex.ſm iſtum intellectum poteſt reſponderi
ſm gl.vt exponatur dum dicit,tam canonica ꝙ ciuilis id eſt ſiue
ſit de re ſpirituali ſiue de re temporali inducta:tamen a iure ca-
nonico.nō autem debet intelligi ſm iſtum intellectum quod ve
lit ex toto corrigere leges loquentes de preſcriptione cum mala
fide in ſuo foro finaliter glo.tenet primum intellectum qui fuit
Joan.videlicet ꝙ hic corrigatur dicta.l.licet leges predicte cer-
to reſpectu habuerint bonum reſpectum.nam aliud conſidera-
uit lex ciuilis aliud lex canonica:lex enim ciuilis cōſiderauit ne-
gligentiam non petentis,ſed canon conſiderauit peccatum pre
ſcribentis ꝙ non excuſat negligentia nō petentis:ideo merito
fuit hic conſtitutum ꝙ nulla valeat preſcriptio canonica vel ci-
uilis que ſine peccato mortali ſeruari nō poteſt.⁊ ideo in hoc po
tius eſt ſtandum canoni vel legi.⁊ per conſequens preſcribens
non excuſatur ratione legis ciuilis quam voluit concilium ſeu
papa vna cum concilio ꝑ hoc capitulum corrigere propter peri-
culum animarum.dicit tamen glo.qd hoc non ſeruatur in foro
ſeculari.⁊ allegat ad ꝓdicta ſimile de vſuris,que licet olim per-
miſſe eſſent per leges:tamen hodie omnino non tenent:et ſunt
illicite.j.de vſuris c.quia in omnibus,cum ibi notatis,⁊ hec vo
luit gloſſ.in effectu vſq; ad verſi.⁊ hec conſtitutio.circa ſi.gloſ.⁊
per predicta poſſet reſponderi quomodo lex ciuilis,que debet
etiam eſſe rationabilis.j.diſt.c.lex eſt ⁊.iiij.diſt.in.c.erit autem.
approbauit preſcriptionem cum mala fide.nam poteſt reſpon-
deri ꝙ lex ciuilis ſolum habuit reſpectum ad finem publicum
conſeruandum.et ideo quia publice videbatur eſſe vtile negli-
gentiam puniri ⁊ admittere preſcriptionem in odium negligen
tis,facit quod habetur.s.eo.vigilanti.ne rerum dominia eſſent
in incerto ⁊ vt tolleretur materia litibus,facit quod habetur in
l.j.ff.de vſucapionibus.⁊ quod nota.Joan.andr.in regula.poſ-
ſeſſor.in mercuria.de reg.iur.in.vj.Sed lex canonica non tantū
curauit de fine publico quantum de anima.⁊ ideo cum peccato
noluit permittere preſcriptionem nec peccatum excuſat negli-
gentiam nō petentis,vt ſuperius eſt dictum,⁊ ideo reprobauit
preſcriptionem cum mala fide ratione peccati:et debet ſeruari
etiam in foro ſeculari,⁊ etiam in terris imperij:quia in materia
peccati lex ſuccumbit canoni.vt hic innuit tex.⁊ etiam glo.in.c.
ſecūdo.de regu.iuris.in.vj.Unde iudices ſeculares poſſunt cō-
pelli per cenſuram eccleſiaſticam ad ſeruandum in hoc ius cano
nicum inquantum eſſet expediens,per ea que habentur in.c.ij.
j.eo.in.vj.⁊ de iureiuran.in ca.licet mulieres.eodem lib.licet vt
dixit glo.quandoq; in aliquibus locis de facto admittatur pre-
ſcriptio cum mala fide in foro ſeculari.precipue quando proce-
dit a ſtatuto loci:tamen de iure ſeruare non deberet,⁊ ſuper hoc
etiam adiri poſſet iudex eccleſiaſticus,vt faceret ſeruari ius ca-
nonicum:⁊ diſpoſitionem huius.c.etiam in foro ſeculari nō ob-
ſtante ſtatuto. ¶ Et aduerte qꝛ predicta ꝓcedunt in preſcriptio
nibus in quibus interuenit poſſeſſio vel quaſi.licet Jnno.in.c.
cura.circa fi.j.de iure patro.videatur velle qd attēdi debeat:an
allegans preſcriptionem fundet ſe ex poſſeſſione:vt tūc proce-
dat qd hic dicitur:an vero ex negligentia non petentis:vt tunc
non habeat locum qd hic dicitur,ſed eius opi.nō videtur bona
per hūc text.qui ſimpliciter reprobat talem preſcriptionem que
eſt cum mala fide.⁊ ideo videtur quod qualitercūq; preſcribens
velit ſe fundare:non debet audiri cum talis preſcriptio non ſit
abſq; peccato per hunc tex.⁊ facit quod dixi ſuper gloſſ.ij.circa
contrarium.c.cura.vbi autem in preſcriptione non requiratur
poſſeſſio vel quaſi,ſed procedat ex mera negligentia non peten-
tis:vt contingit in preſcriptione libertatis ſeruitutis ruſtice:et
in preſcriptione actionis perſonalis:tūc an procedat etiam ho-
die non obſtante diſpoſitione huius capi.eſt magis dubium qꝛ
hoc caſu nō procedit preſcriptio ex terminis reſidentibus prin-
cipaliter in perſonam querentis ex preſcriptione prout contin-
git in caſu precedenti quando interuenit poſſeſſio vel quaſi,quo
caſu:quia tunc acquirit cum annexione peccati non preſcribit:
nec procedit preſcriptio per hoc capitulū ſed ꝓcedit preſcriptio
principaliter ex terminis reſidentibus in perſona eius contra
quem preſcribitur quando ex mera negligentia procedit pre-
ſcriptio.Jdeo videtur quod tunc talis preſcriptio procedat etiā
cum mala fide:quia videtur principaliter procedere ex eo quia
ex negligentia ſua ꝑdit preſcribens ius quod habebat non autē
ex eo quia principaliter cauſetur ex acquiſitione ipſius preſcri-
bentis,⁊ ideo vt dixi videtur quod in hoc caſu non habeat lo-
cum iſtud capitulum,⁊ hoc videtur fuiſſe de mente Jnnocen.in
preallega.c.cura.circa finem.de iure patronatus,et iſtam par-
tem etiam tenuit Barto.in.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucapio.
⁊ in.l.fina.ff.quemadmodum ſerui.amit.nam concludit in pre-
allegato.§.ſi viam.quod capi.poſſeſſor.de regu.iur.in ſexto.et
ſimiliter hoc capitulum non habet locum in debitore preſcribē
te cōtra creditorem ⁊ actionem perſonalem:mouetur quia illa
preſcriptio non cauſatur a poſſeſſione:ſed a mera negligentia
non petentis.l.omnis.⁊.l.ſicut.C.de preſcriptione.xxx.annorū.
⁊ ideo non habet locum.c.poſſeſſor.quia vt patet ex verbis di-
cti capi.quod loquitur in preſcriptione que procedit a poſſeſſio-
ne patet:quia dicit poſſeſſor,⁊ ſimiliter non habet locum iſtud
capitulum ſcdm eum.ex eo quia loquitur de preſcriptione rerū:
patet dum dicit in fine rei habeat ⁊c.⁊ ſic videtur loqui de pre-
ſcriptione que procedit a poſſeſſione non autem de preſcriptio-
ne actionis perſonalis.Et per hoc infert quod ſi ſtatuto cauet
quod ſi creditor nō petat debitum infra decem annos.cadat ab
omni iure ſuo quod tale ſtatutum valet ⁊ quia tunc tollitur ci-
uilis obligatio ⁊ etiam in effectu naturalis per ea que habētur
in.l.ſi quis poſtq̄.ff.de fideiuſſo.⁊ per eundem in.l.finali.ff.rem
ratam haberi.dicit quod tutus erit debitor nedum in foro ciui-
li.ſed etiam in foro eccleſiaſtico.ſecus autem dicit ſi ſtatutum di
cat ꝙ ſi creditor non petierit debitum infra decennium non au
diatur:quia ſolum cauſatur quedam exceptio:⁊ eliditur ciuilis
non autem tollitur naturalis,facit quod habetur in.l.j.ff.ad
velleia.⁊ ideo tunc illa naturalis per viam denuntiationis euā-
gelice poterit deduci ad forum eccleſiaſticum per id quod notat
Jnnocen.⁊ Joannes andr.in capi.nouit.s.de iudi.⁊ etiam ipſe
idem Barto.in extrauaganti ad reprimendum.in verbo denū-
tiationē.⁊ hec dixit ſub dubio forte in preallega.§.ſi viā.ſubmit-
tendo ſe determinationi ſancte matris eccleſie ⁊ theologorū.ipſe
tamen Bart.ſimpliciter videtur tenuiſſe dictam opinionem in
dicta.l.fina.ff.quemadmo.ſerui.amitta.ſed contrarium ipſe vi-
detur firmaſſe in.l.omnes populi.in.iij.q.principali.ff.de inſti.
⁊ iure.vbi expreſſe decidit ꝙ ſtatutum de quo.s.nō valet quādo
dicit ꝙ ſi debitor non petierit infra decēnium cadat a iure ſuo
quia tale

Ayuntamiento de Madrid

quia tale ſtatutum nutriret peccatum.z ideo nõ valet per iſtum textũ.z ſic Barto.in hoc articulo videtur ſibi fuiſſe contrarius Ange.in dicto.§.ſi viam.dicit qđ Bar.bene fecit ſe ſubmittere ſententie ſeu determinationi eccleſie z theologorum:ex eo quia canoniſte ſm eum:z ſimiliter thelogi determinant contrarium. z dicit ꝙ fuit queſtio diſputata quã poſuit Joan.and.in mercu. ſuper dicto.c.poſſeſſor.ſed certe Joan.and.ibi non dicit aliquid expreſſe de preſcriptione actionis pſonalis:ſed ſimpliciter dicit ꝙ iura ciuilia que dicunt poſſeſſorem male fidei poſſe preſcribere ſunt correcta per ius canonicum,ſed bene eſt verum qđ ipſe idem Joan.andr.in.c.ij.de exceptio.lib.vi.expreſſe hoc tangit. Et ibi cõcludit diſputatum fuiſſe ꝙ tale ſtatutum nõ tenet debitorem:nec conſequenter valeat.z idem etiam ibi tenebat dñs meus dominus Petrus de ancha.z idem tenet ipſe idem in regula.poſſeſſor.in.vij.qõ.ſequens Bartol.in dicta.l.omnes populi.z Baldum in ſua queſtione que incipit ſtatuto ciui.ca.qđ z ita.j.allegat iſte docto.z vide per dñm Petrum de anch.in ſua repetitione.c.ſi propter.de reſcrip.in.vi.et plus dicit Angelus in dicto.§.ſi viam.qđ non credit Barto.verum dixiſſe etiam de iure ciuili:ex eo quia illa decretalis.poſſeſſor male fidei.emanauit ſolum ratione eneruationis peccati:z ſimiliter hoc capitulũ conſtat autem ſm eum:z etiã ſm leges peccare z in peccato nutriri illum qui ſe tuetur iniquo preſidio preſcriptionis eo quod habet malam fidem.tex.eſt ſingularis ſm eum in auf.vt eccleſia romana.§.habeat itaꝗ.collatio.ij.z per illum tex.dicit ſe defenſaſſe multa arbitramenta.Nam multoties arbitratores qui habent poteſtatem pronuntiandi ſm veritatem z equitatem condemnauit reiecta exceptione preſcriptionis reum cõuentum ad reſtitutionem poſſeſſionis vel debiti.Et deinde petitur per condemnatum reduci laudum ad arbitrium boni viri.Nam dicit tale laudũ non eſſe iniquũ ſi de mala fide pſcribentis poſſit doceri p iſtum text.z preallegatum.c.poſſeſſor.al's eſſet ſecus,cum preſcriptio tam de iure ciuili ꝙ canonico ſit inducta z approbata:quando eſt cum bona fide:vt patet in titulo de preſcriptionibus poſito in iure ciuili z etiam in iure canonico.Sed aduerte quia tex.in dicta auf.vt eccleſia romana.videtur potius facere contra Ange.nam ibi dicitur ꝙ eccleſia romana habeat priuilegium qđ nõ poſſit quis ſe tueri contra eam iniquõ preſidio preſcriptionis:niſi ſit preſcriptio centum annorum:z ſic inquantũ cõcedit etiam cum mala fide preſcriptio centum annorũ contra eccleſiam facit contra eum.¶ Item facit cõtra ipſum Angelũ inquantum ille tex.vult in alijs eſſe ſecus quam ipſa eccleſia romana:cum ius ſingulare z priuilegium nõ trahatur ad alios.j. de priuileg.ſane.z.ff.de legi.l.ius ſingulare.z ſic videtur approbare in alijs preſcriptionem cum mala fide:ideo pro.conſtanti potes tenere qđ de iure ciuili ille tex.nõ reprobat opinio.Bart. z potiſſime qz etiam tex.ille loquitur etiam in ignorante:patet maxime ex implicatiua etiam ibi poſita dũ litera dicit:ne tutus peccandi locus etiam ſcietibus relinquatur:z tamen ibi appellat iniquum preſidium preſcriptionis indifferenter etiam reſpectu ignorantis,ſed forte Angel.voluit dicere ꝙ per illum textũ probatur etiam de iure ciuili ꝙ ille qui vtitur preſidio preſcriptionis z habuit malã fidem ſeu ſcientiam dicit peccare quanꝙ lex ciuilis non appellat tale peccatum in alijs perſonis quam in eccleſia romana:nec etiam in eccleſia romana reſpectu preſcriptionis centum annorum:qz lex ciuilis que tendit in finem conſeruationis ſocietatis humane pponderauit finem ſeu bonum publicum qđ oritur ex preſcriptione:vt ſcilicet ſi finis litium et dominia rerum nõ ſint in incerto.l.j.ff.de vſucapio.propter que conſeruatur ciuilis ſocietas humane conditionis,z prepoſuit predicta peccato pſcribentis quia tollere peccatum in preſcribẽte eſt ſolum rectificare interiorem actum hominis ſeu conſcientiam nõ autem eſt rectificare actum exteriorem tendentem ſolum in finem conſeruande ſocietatis ciuilis,prout plene proſequitur Joan.an.in dicta regula.poſſeſſor.in.iij.articulo.z ideo forte voluit Ange.dicere ꝙ ex quo lex ciuilis dicit talem peccare:licet non ſimpliciter illo reſpectu prohibeat preſcriptionem: tamẽ ex quo in materia peccati preualere debet ius canonicum iuri ciuili.iuxta notata p gloſſ.in dicta regula poſſeſſor.merito p illum text.in preallega.auf.vt eccleſia romana.videtur poſſe dici iunctis notatis p gloſſ.in dicta regula.poſſeſſor.qđ opinio Barto.non procedat.ipſe autem Ange.in repetitione.l.j.ad ſi. C.de indi.idem tenuit ſcilicet quod opinio Bar.non procedat: monetur ibi quia licet.c.poſſeſſor.videaẽ loqui in preſcriptione que pcedit ex poſſeſſione:tamen capitulum iſtud videtur indiſtincte hic loqui in quolibet male fidei pſcribente.nam alias ſm eum iſtud capitulum fuiſſet ſuperfluum:quia p alia iura iſtius tituli,z maxime per.c.vigilanti.ſ.eo.erat prouiſum de preſcriptione:que procedit ex poſſeſſione cum mala fide:ſed certe huic rationi poſſet reſponderi qđ iſtud capitulum non fuit ſuperfluũ: quia licet in dicto concordaret cum alijs capitulis:tamen ſatis eſt:ꝙ hic addit rationem que non erat poſita in alijs capitulis. per ea que habentur in.l.ij.§.ſi quid tamen.C.de vete.iur.enu.z l.ſi quid prioris.C.de ſecun.nup.z per not.per Joan.andr.ſ.in proemio Grego.ex quibus patet:qđ non eſt abſonum repetere alias dictum:dũmodo aliquid addatur.pterea nõ videtur tolli ratio Bart.quam.ſ.tetigit Bal.in.l.j.C.de ſerui.tenet ſimiliter. contra opinio.Barto.ex eo quia negligentia non petẽtis non purgat malam conſcientiam pſcribentis,z ſic dicit etiam cõtra Barto.tenere cõmuniter canoniſtas:z plus dicit in effectu non dicit quo ad hunc articulum.ipſe tamen Bald.in queſtione ſua que incipit.ſtatuto cauetur ꝙ feneratoꝛ.videtur in effectu iſtud limitare:videlicet qđ ſtatutum permittens pſcriptionem cum mala fide nõ valeat niſi ſiat ex cauſa:vt quia ſiat contra pſonam odioſam:z contra quam ius preſumit vt contra feneratorem,z ideo ibi decidit ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ fenerator poſt quinquennium non audiatur etiam ſuper ſorte valet z tenet.z iſtud etiam ſequebatur dñs meus dñs Pet.de ancha.in repetitione regule poſſeſſor.circa finem.de regulis iuris.in.vi.contra iſtud tamen facit quia licet fenerator peccet fenerãdo ſeu mutuando ſub vſuris,tamen debitor qui ſortem vult retinere:z non ſoluit vſuras aſcendentes ad quantitatem ſortis videtur peccare etiã non debet autem quis in ſeipſo peccatum committere vt peccatum alterius puniatur,per id quod plene legitur et notatur in tex. [illegible] gl.in.c.nerui.xiij.diſtin.z ſic non videtur tuta predicta [illegible] etiam in feneratione.dñs meus dñs Ant.in hoc capitu[lo con]ludit ꝙ ſi agitur de pſcriptione actionis penalis tolerari poteſt quod pſcriptio iuuet etiam ſcientem quia in foro conſcientie non teneretur quis ad penam,vt eſt textus ſingularis,z nota.coniuncta gloſſ.in.c.fraternitatis.xij.qõ.ij.ſi autem loquimur de preſcriptione alterius actionis:tunc ſi debitor eſt ignorans quia forte fuit obligatus ex facto procuratoris non habentis ſpeciale mandatũ:ſed generale cum libera.facit qđ habetur in.l.procurator totorum.z in.l.procurator cui libera.ff.de procuratoribus.z.j.de pro[cu]ra.qui ad agendum.lib.vi.z qđ habetur etiam in.c.cura.j.de iure patronatus.tunc procedat preſcriptio quia tunc eſt cum bona fide z non cum mala.ſi autem ſciebat ſe debitorem:tunc dicit qđ non procedit preſcriptio p hoc capitulum:quia ex quo ſcit ſe debitorẽ non eſt ex bona fide:ſed potius ex mala.ſi vult acquirere commodum liberationis ppter ſolam negligentiam non petentis alleg.text.in preallegata auf.vt eccleſia romana.z ideo reprobat opinionem Bart.poſitam in dicto §.ſi viam.inquantum vult quod valeat ſtatutum diſponens qđ ſi creditor non petierit debitum infra decennium cadat a iure ſuo z quod virtute talis ſtatuti procedat preſcriptio:etiam cum mala fide.plus dicit hic do.Anto.quod etiam quãdo ſtatutum dicit ꝙ ſi debitum non petatur infra decem annos quod nõ debeat audiri creditor:ꝙ tale ſtatutum etiam non valet nec debet ſeruari etiam in foro ciuili:z ideo ſi conuentus excipiat de preſcriptione virtute ſtatuti poterit replicari qđ non debet iuuari ex tali ſtatuto:quia non valet ſtante diſpoſitione canonica illi contraria:ex quo nutrit peccatum:z ſic non debet tale ſtatutum ſeruari etiam in foro ciuili.per id quod habetur in.c.ſecundo.de exceptio.in.vi.vnde ſcdm eum non erit neceſſe currere ad viam denuntiationis euangelice.de qua dixit Bar.in dicto.§.ſi viam z ſuperius recitaui.z ꝙ tale ſtatutum non valeat etiam.et idem ipſe Barto.tenuit in.l.omnes populi.in.iij.qõ.principali.ff.de iuſtitia z iure.vt tangit hic do.Anto.z etiam ſuperius.z ſic patet qđ in hoc articulo Barto.fuit ſibijpſi contrarius.z quod cõmunis opinio Modernorum eſt contra ſuam opinionẽ:vt patet ex predictis.nam Joan.an.in preallega.c.ſecundo.de exceptionibus.in.vi.in nouel.tenet contra Bart.z ſimiliter ibi dñs meus dñs Petrus.ſimiliter Angelus in dicto.§.ſi viam.z in.l. prima.C.de iudicijs.in repetitione.z ſimiliter Bald.in dicta.l.j. de ſerui.z etiam dñs Antonius in hoc capitulo.z ita etiam al's de facto conſului.ſed attende quia dñs Anto.hic videtur facere differentiam.an a principio actio naſcatur duratura cum limitatione certi temporis:an vero a principio originaliter fuerit perpetua:ſed poſtea lex decurtet eius vitam,z hoc ſecundo caſu ſubdiſtinguit:qz aut decurtat vitam actionis ipſo iure aut ope exceptionis,z videtur velle quod vbi a principio actio introducitur certe vite,z ſic penalis ꝙ tunc procedat preſcriptio etiam cum mala fide:ſecus videtur velle quando a principio erat perpetua.z poſtea fuit eius vita limitata:quia ſm eum aliud eſt tollere iam data:aliud ab initio dare certo tempore limitatam:qz vltra tempus hoc ſecundo caſu non tollit lex actionem:ſed potius non dat.z ſcdm predicta videretur ꝙ cum actio furti penalis originaliter fuerit perpetua:vt patet ex his que habentur



Ayuntamiento de Madrid

inſtitu. de perpe. ⁊ tempo. actio. in princi. ⁊ poſtea fuit tēpore li-
mitata p cōſtitutionem capituli: vt patet ex his que habentur
in dicto titu. inſtitu. de perpe. ⁊ temp. act. ⁊ l. ſicut. ⁊ l. omnes. C.
de preſcrip. xxx. anno. ⁊ l. j. C. de anna. except. ꝙ tunc non proce-
deret pſcriptio in ſciēte quod non videtur verum: qꝛ etiam tunc
ſtat ratio quam. ſ. tetigi: videlicet ꝙ in foro cōſciētie non arctat
quis ad penam ſoluendam: vt patet ex his que habētur in. d. c.
fraternitatis. ⁊ ideo nō puto dictam diſtinctionem pcedere in-
quantum diſtinguit: an a pncipio naſcatur actio tempore limi-
tata: an vero a pncipio ⁊ originaliter fuerit perpetua: ſed poſtea
fuerit tēpore limitata: ſed bene videtur poſſe tolerari diſtinctio
inter actionem penalem ⁊ non penalem: et in non penali inter
ſciētem ⁊ ignorantem. ¶ Item aduerte pro clariori intelligen-
tia huius articuli. qd p opi. Bart. poſitam in. §. ſi viam. poſſunt
plura allegari. pmo qꝛ ſumus in materia correctoria. ⁊ per con-
ſequens non videtur fienda extenſio per. l. precipimus. C. de ap-
pella. ⁊ de elec. cum expediat. li. vj. ⁊ C. de teſta. ſancimus. ⁊ ideo
cum. c. male fidei poſſeſſor. de regu. iur. in. vj. ⁊ iſtud capitulū ve-
niant ad correctionē iuris ciuilis: ⁊ non videantur loqui in pre-
ſcriptione actionis pſonalis. prout deducit Bar. in. d. §. ſi viam.
⁊ ſuperius tetigi. videtur ꝙ in illa remaneat ius ciuile. Secūdo
p hoc facit ⁊ fortius quia ille qui vult ſe tueri tali preſcriptione.
hoc facit autoritate ſuperioris qui habet plenam poteſtatē di-
ſponendi de temporalibus. l. bene a zenone. ⁊ l. omnes. C. de qua.
pſcrip. ⁊ viij. diſtic. in. c. quo iure. ⁊ ideo cum ex cauſa introducat
talem pſcriptionem in odium negligentis pp̄ter bonum publi
cum ne dominia rerum in incerto ſint: ⁊ vt litium ſit fin... ff.
de vſucap. videtur qd talis pſcribens quantūcunq; fuerit
ſeu in mala fide poſſit ſalua conſcientia ſe defendere pſcriptione
finita. ⁊ hoc expreſſe Inno. tenuit in. c. cura. in gl. penul. j. de iure
patro. vbi aperte in effectu hanc opi. Bart. videtur approbare.
facit quod not. p gloſſ. ⁊ docto. in. l. fina. C. ſi contra ius vel vtili.
pu. ⁊ p Innoc. ſ. de conſtitu. que in eccleſiarum. vbi patet qd ex
cauſa poteſt papa vel imperator p ſuam legem tollere ius alte-
rius, ipſe tamen Inno. contrarium videtur voluiſſe in. c. qꝛ ple-
riq; de immu. eccleſia. in glo. magna. verſicu. item qui tutus eſt.
¶ Aduerte tamen quia poteſt dici ꝙ ibi loquit Inno. de pſcri
ptione cum mala fide que pcedit ex poſſeſſione patet: quia dicit
qd p illam ſolum queritur exceptio non autem dominiū. vnde
in pſcriptione actionis pſonalis videtur verius dictum Inno.
in. c. cura. ⁊ maxime p id quod ſubdit in. d. c. quia pleriq;. in gloſ.
pallega. de tuto. exceptione mace. nam dicit qd cum filiuſfa. ha-
beat dominiū pecunie mutuate penes ſe: nihil poſſidet de alie-
no. ⁊ ideo cū actiones ſint de iure ciuili. l. ij. §. deinde ex his. ⁊ §.
omnium. ff. de origi. iur. debet eſſe tutus etiam in foro conſcien
tie: ex quo datur ſibi exceptio cōtra actionem ab illo qui ipſam
actionem introduxit ſic igitur videt dicendum in pp̄oſito nam
debitor nihil poſſidet alienum: ergo debet poſſe ſe in foro con-
ſcientie tueri: ſi a iure ciuili in odium negligentis ſibi tribuatur
exceptio. nam nō videtur etiam interim peccare debitor: ex quo
nil poſſidet alienum: ſi ab eo non petitur debitum, ⁊ ſic videtur
ſuperuenire exceptio ipſo non exiſtente in peccato: licet ſciat ſe
debitorem. ⁊ ſic videtur quod pcedat preſcriptio. Item pro opi.
Barto. facit ſm do. Anto. quia hoc caſu pſcribens immediate
non querit ex ſeq. ſed acquirit quia ille contra quē pſcribit pdit,
ideo videtur ꝙ poſſit pſcribere: alias videtur ꝙ ſequatur incon
ueniens videlicet ꝙ nō licite quis teneret rem alienam: ſeu que
fuit aliena quam dominus habuiſſet p derelicto. cōtra id quod
habetur. ff. de vſucapio. pro derelic. per totum. ¶ Item pro hoc
facit: qꝛ omnes actiōes hodie ſunt tēporales. l. ſicut ⁊ l. omnes.
C. de pſcript. xxx. anno. C. de anna. excep. ⁊ l. ij. C. de cōſtit. pecu.
ſed ſi tenemus contra opinio. Bar. tunc de iure canonico erunt
omnes actiones pp̄etue quod videtur in contrarium. ꝯtra opi.
Barto. faciunt etiam plura. pmo qꝛ licet ſimus in materia cor-
rectoria: tamen ex quo ſumus in materia euitandi peccatum. et
ſic vbi agitur de fauore animarum videtur ꝙ debeant verba late
intelligi. p id quod not. p gloſſ. ⁊ Bartol. in aut. ſacramenta. C. ſi
aduer. vendi. vbi Barto. expreſſe dicit: ꝙ quia illa autentica eſt
fauorabilis anime: vt euitetur peccatum periurij debent verba
eius late intelligi licet corrigant. l. j. eo. tit. ¶ Unde quod ibi di-
citur de contractibus trahitur etiam ad contractus qui nō ſunt
vltro citroq; obligatorij qui tamen proprie non dicuntur con-
tractus: vt eſt text. cū gloſſ. in. l. labeo. §. contractum. ff. de verbo.
ſigni. ⁊ ibi etiam per Barto. vnde trahitur etiam illa autentica
ad contractum donationis: licet non ſit vltro citroq; obligato-
rius, vt ibi tangit gl. ⁊ Barto. ⁊ ideo licet regula. poſſeſſor ma-
le fidei loquatur in poſſeſſore. tamē videtur trahenda ad poſſeſ-
ſorem iuris, nam ⁊ debitor late dicetur poſſidere debitum. vt eſt
tex. in. l. etiam. §. ſi. ff. de peti. heredi. ⁊ facit. l. qd ſi in diem. §. iuſ.
eodem titu. ⁊ quod not. gloſſ. in. l. regulariter. ¶ Item iſtud lo-
quitur in eo qui habet conſcientiam rei aliene: ſed late ſumpto
vocabulo dicitur etiā res aliena que eſt alteri debita ⁊ mea que
eſt mihi debita, vt eſt text. cum gl. in. l. ſi me ⁊ titium. ff. ſi cer. pe.
in. c. quid dicam. xiiij. q. iiij. vbi creditor habens vſuram dicitur
poſſidere alienum. ⁊ tamen conſtat ꝙ eſt dominus pecunie tra-
dite pro vſura: licet ſit alteri debita ⁊ veniat alteri reſtituenda.
facit. c. ſi quid inueniſti. eadem cauſa. q. v. ⁊ per conſequens ſatis
videtur poſſe dici ꝙ hoc capitulū etiam cōprehendat caſum no
ſtrum. pterea verbum rei hic poſitum eſt generale. l. j. ff. ſi certū.
peta. ⁊ videtur cōprehendere etiam rationē. facit quod habetur
inſtitu. de rebus corpo. ⁊ incorpo. p totum. vnde debitor qui ſcit
actionem contra ſe cōpetere ⁊ actionem eſſe alterius poteſt dici
habere conſcientiam rei aliene lato ſumpto vocabulo. ⁊ pro iſta
parte etiam facit: quia vbi exprimitur ratio in. l. corrigente. tra-
hitur etiam ad caſum qui poteſt comprehēdi ſub lata ſignifica-
tione ſi ratio ſibi vendicat locum, vt eſt glo. ſingularis iuncta cū
tex. in clemen. j. de elect. in ver. eligatur. ⁊ dixi plene in. l. ſi vero.
§. de viro. ff. ſolu. matrimo. vbi plene examinaui materiā exten-
ſionis, ⁊ ideo videtur quod. d. c. poſſeſſor male fidei. corrigitur p
hoc capitulum: ex quo ratio concludit etiam in preſcriptione
actionis perſonalis corrigatur ius ciuile. ¶ Aduerte tamen ꝙ
potes conſiderare duos caſus. nam aut debitor fuit interpella-
tus ab homine aut a iure: aut nō fuit interpellatus. primo caſu
quando fuit interpellatus ⁊ non ſoluit cum poſſet qꝛ erat i ma-
la fide. ⁊ in peccato nō ſatiſfaciendo. ⁊ tunc ſecure videtur tenen
da hec ſecunda pars cōtra opinionem Bart. ⁊ ſic qd non poſſet
pſcribere contra opinio. Barto. aut non ſoluit: quia non poteſt
ſoluturus ſi poſſet, ⁊ tunc dicendum vt ſtatim dicetur in ſecūdo
caſu quando non fuit interpellatus. in quo ſecūdo caſu videtur
poſſe dici ꝙ aut nō ſoluit quia intēdebat dilatare ⁊ differre non
ſoluturus etiam ſi peteretur. ⁊ iſte videtur habere intentionem
corrupte n ⁊ eſſe in peccato. ideo non videtur poſſe preſcribere
aut non ſoluit: quia non poteſt vel quia non interpellatur ſolu-
turus tamen ſi interpellaretur, tunc iſte nō videtur prima facie
eſſe in peccato. ideo videretur poſſe dici qd hoc caſu pcedat pre-
ſcriptio: tamen forte cōtrarium eſt verius: ex quo ſcit ſe eſſe de-
bitorem, ⁊ ſic etiam ſentiunt Moderni cōmuniter. Nam ex quo
ſcit ſe debitorem: ⁊ vult acceptare cōmodum liberationis ex tē-
pore videtur hoc nō poſſe facere ſine peccato qꝛ non videtur iu-
ſtum ꝙ pp̄ter negligentiam non petentis ipſe talem exceptio-
nem acquirat conſiderato qd ſibi pro fuit talis negligētia: quia
interim habuit cōmoditatem pecunie debite: vt videt eſſe iniu-
ſtum ꝙ ex illa negligentia ex qua cōmodum percepit velit exce-
ptionem acquirere cōſiderando bonam fidem ⁊ conſcientiam.
argu. l. cum in fundo. §. qd ſi mulier. ff. de iure dotiū. licet ius ci-
uile conſiderauit conſcientiam, ſi pro hac parte bene facit tex. in
dicta aut. vt eccleſia romana. vbi expreſſe innuit talem ſcientem
ſe debitorem volentem ſe defendere exceptione preſcriptionis
peccare. loquitur enim ibi etiam de preſcriptione contra actio-
nem perſonalem: vt patet ibi in verbo maxime in his in quibus
leſionem ſuſtinuerit dum ſubdit: vel aliquid debeatur iunctis
gloſſellis ibi poſitis, ⁊ hanc partem credo veriorem per ratio-
nes ſuperius allegatas, ⁊ per ſupradicta etiam ſatis patere po-
teſt reſponſio ad rationes in oppoſitum factas: qꝛ licet ſimus in
materia correctoria: tamen quia ſumus in materia peccati. ⁊ vbi
agitur de fauore anime verba debent late ſumi ⁊ potiſſime cum
ratio ſit expreſſa in conſtitutione. ¶ Item nō videtur eſſe iuſta
cauſa ſm bonam fidem ⁊ bonam conſcientiam tribuendi exce-
ptionem ſcienti ſe eſſe debitorem propter meram negligentiā
non petentis: imo potius eſſet nutrire peccatum, vt innuit tex.
in dicta aut. vt eccleſia romana. ideo non poteſt p conſtitutionē
hoc induci: vt patet in hoc tex. ⁊ per hoc poteſt dici ꝙ ceſſat ra-
tio Inno. in. c. cura. de iure patrona. ⁊ quod not. in. c. que in eccle
ſiarum. vnde etiam dicebat do. Anto. hic: ꝙ quēadmodum lex
arctat creditorem ad petēdum ſi vult conſequi ſibi debitum. ita
deus arctat debitorem ad ſatiſfaciendū. ⁊ ideo nō videtur abſq;
peccato poſſe preſcribere. allegat quod habetur in dicta aut. vt
eccleſia romana. vnde in hoc articulo in effectu videtur tenenda
cōcluſio. quam. ſ. dixi: quia aut loquimur in actione penali aut
in alia ⁊ ſi in alia aut debitor ſciuit aut ignorauit. ⁊ pro his que
ſ. dixi bene facit quia ſi inchoata preſcriptiōe ſuperueniat em-
ptori ſcientia rei aliene ⁊ ſic mala fides, per id quod habetur in
l. bone fidei. ff. de verbo. ſignifi. ⁊ C. de fur. in. l. apud antiquos. ⁊
facit quod not. ſ. eo. in. c. ſi diligenti. in glo. penul. vt patet in di-
cta regula. poſſeſſor. ſm vnam lecturam. ⁊ tamen non peccat nō
reſtituendo rem: niſi ſibi euincatur iudicialiter vt ſic conſeruet
ius ſibi de euictione. iuxta ea que habentur in. l. antiqui natura.
§. cum me abſente. ff. de nego. geſtis. ita eodem modo dicendum
videtur

Ayuntamiento de Madrid

videtur ꝙ licet debitoꝛ qui ſciuit ſe debitoꝛem:licet nõ peccet ſi
non ſoluit quãdo nõ eſt interpellatus paratus ſoluere ſi inter-
pellaretur:tamen ex quo ſcit ſe debitoꝛem.⁊ ſic quodãmodo ha-
bet ſcientiam rei aliene ſaltem tamen largo ſumpto vocabulo:
vt.ſ.dixi:videtur ꝙ nõ preſcribat nec obſt.his que.ſ.dixi.id qđ
ſuperius allegaui:videlicet ꝙ legiſlatoꝛ poſſit tollere actionem
quã ipſe legiſlatoꝛ introduxit cũ actio ſit de iure ciuili.l.ij.ff.de
origi.iuris,⁊ eius eſt tollere cuius eſt inducere.j.de regu.iur.c.j.
⁊ facit qđ no.Inno.⁊ Jo.and.ſ.de cõſtitu.que in eccleſiarum.⁊
ſic videtur ꝙ debitoꝛ debet eſſe tutus qui vere non habet domi-
nium rei aliene cum fuerit in eũ tranſlatum.Nam poteſt reſpõ-
deri ꝙ legiſlatoꝛ poſſit tollere actionẽ cum fuerit ab eo introdu
cta:vt ſuperius tetigi.tamen nõ poteſt tollere quominus iuſti-
tia miniſtretur:cum illud ſit ſm equitatem ⁊ rationẽ naturalem
⁊ ſeruabat etiam ſaltem manu regia ante aliquam introductio-
nem actionis:vt patet in.l.ij.§.poſt originẽ.ff.de orig.iur.⁊ hoc
etiã voluit Inn.⁊ Cõpoſt.⁊ Jo.and.poſt eos.in.d.c.que in eccle
ſiarum.⁊ fuit etiam dictum Guid.de ſuza.vt refert Cy.in.l.fi.ad
ſi.C.ſi contra ius vel vtili.pu.⁊ ideo ſi petatur ꝑ creditoꝛem ſibi
iuſtitiam miniſtrari debebit ſibi miniſtrari non obſtante ſtatu-
to quãdo debitoꝛ fuit ſciens,nec obſtat qđ notat Inno.in.c.qꝛ
plerique.de filioſa.tuto excep.mace.quem dicit nõ poſſe effectua-
liter conueniri:qꝛ nihil poſſidet alienum cum trãſlatum fuerit
in eum dñium pecunie mutuate ⁊ autoꝛitate ſuperioꝛis ſe tuet
ꝑ exceptionem:qꝛ poteſt reſponderi ꝙ illud ibi cõtingit qꝛ non
interuenit ibi ſimplex negligentia creditoꝛis:ſed potius delictũ
eius preſumptum:qꝛ preſumebatur ꝙ induceret filium ad occi-
dendum patrem:vt poſſet reſtituere pecuniam mutuatam.l.j.⁊
quod ibi not.ff.ad mace.facit qđ no.Barto.in extraua.ad repꝛi
mendum.in verbo denun.⁊ Bald.in auſ.ad hec.C.de vſur.ideo
nõ fuit equum filiumfa.teneri ad reſtitutionẽ:foꝛte tamẽ poſſet
dici ꝙ teneretur ad erogandum pauperibus,per ea que notat
Inno.in ſimili in.d.c.qꝛ plerique.de recipiente ſalariũ vltra debi
tum.¶ Item etiã non obſt.ſupradictis id qđ habetur in.d.auſ.
vt eccleſia romana.vbi videt litera innuere ꝙ etiã in ignoꝛãte
dicatur eſſe improbitas vel iniquitas ſi velit vti preſcriptione
illud debet intelligi quo ad ignoꝛãtem.ſ.prima facie,vt ibi etiã
innuit glo.ex eo videlicet qꝛ talis preſcriptio videtur contra re-
gulam ⁊ equitatẽ naturalẽ que habet ꝙ quis nõ locupletetur cũ
aliena iactura.faciat.l.nam ⁊ natura.ff.de cõdi.indebi.tamen in
rei veritate non eſt cẽnſenda improba nec cum peccato in ignoꝛ
rante ꝑpter bonam fidem ⁊ ꝑpter bonum publicum.de quo in
l.j.ff.de vſucap.⁊ per id etiam quod ibi dixi poſt Jaco.de raue.⁊
Bart.⁊ ꝑ id quod etiam notat Joan.and.in regula.poſſeſſoꝛ.in
25 mercuria.in.ij.⁊ i.vj.articulo.¶ † Et per predicta etiam patere
poteſt deciſio queſtionis:ſi teſtatoꝛ mandat executoꝛibus datis
in teſtamẽto per eum ꝙ ſatiſfaciant creditoꝛibus ſuis an poſſit
ſatiſfacere illis cõtra quos erat ꝑſcriptum.nam videtur ꝙ pote
runt ⁊ debebũt ſatiſfacere illis cõtra quos preſcripſerit teſtatoꝛ
cum mala fide:ſecus ſi cũ bona fide.per ea que ſuperius ſunt di-
cta.⁊ hoc etiã tenuit Bal.i dicta diſputatio.que incipit.ſtatuto
cauetur.⁊ ſcđm predicta etiam debent intelligi ⁊ limitari ꝙ teti
git Bar.in.l.quibus diebus.§.dominus.ff.de condic.inde.⁊ ibi
etiam dixi ⁊ in.l.ſi is cui.§.flauius.ff.de ſolu.⁊ in.l.legaui.ff.de li
ber.le.nec obſtat etiam predictis ratio.quã tetigit do.Ante.qđ
in actione etiã perſonali ꝑſcribẽs non inmediate querit ex ſe ſi
ex eo ꝙ ille cõtra quẽ preſcribitur perdit ꝑpter eius negligen-
tiam ⁊ ſic debet ꝑſcribere:qꝛ alias ſequeretur qđ non licite quis
teneret rem que fuit aliena habita ꝑ derelicto.nam põt reſpon
deri ꝙ non valet conſequentia nec eſt eadem ratio:qꝛ vbi res eſt
habita pꝛo derelicto in nullius bo.eſt:vnde tunc occupanti con-
ceditur.facit qđ habetur in.l.j.⁊.ij.ff.ꝓ derelic.⁊ inſti.de re.diui.
§.j.⁊.ij.⁊ ſic tunc nõ dicitur quis occupare rem alienã:ſecus au-
tem eſt in caſu ꝓpoſito:vt patet ex ſuperius dictis.Item etiam
nõ obſtat qđ actio ꝑſonalis erit perpetua hoc caſu:qꝛ iſtud non
videtur abſurdum donec durat mala fides ratione peccati exi-
26 tandi ꝑ iſtum tex.¶ † Quid aũt ſi ſtatutum dicat ꝙ ſi debitum
non petatur infra decẽ annos preſumatur contractus fictitius
⁊ ſimulatus⁊ ex eo agi non poſſit.Bar.in.d.l.omnes populi.in
iiij.q.principali.videt velle ꝙ valeat tale ſtatutum qꝛ tunc videt
excludere cauſam peccati.ſed Ray.in repetitione illius legis vi
detur velle oppoſitũ ex eo qꝛ illud ſtatutum videtur eſſe factum
in fraudem.l.canonice.⁊ vt per viam indirectam nutriat pecca-
tum.⁊ ideo non debet valere per.l.cõtra.⁊.l.fraus.ff.de legi.⁊ de
regu.iur.certum libꝛ.vj.⁊ in regula.cũ quid vna via.eo.tit.⁊ lib.⁊
bene facit qđ habetur in.l.ſeius ⁊ augerius.ff.ad le.falci.⁊ iſtud
videtur eſſe verius niſi aliter vere doceatur de ſimulatione.nam
alias de facili poſſet eludi diſpoſitio huiꝰ ca.⁊ regule,poſſeſſoꝛ
male fidei.¶ Item aduerte qꝛ dixit Ange.in dicta repetitione

l.j.C.de iudic.ꝙ licet in foꝛo conſcientie non poſſit quis ſe tueri
preſcriptione ſtatuti:tamen ſm eum in foꝛo contentioſo ciuili ⁊
eccleſiaſtico tenebit ſtatutum diſponens ꝙ creditoꝛ cadat iure
ſuo ſi nõ petat infra decẽ annos:ex eo qꝛ ius ciuile poteſt impe-
dire naturalem obligationem.l.ſi nõ ſoꝛtem.in pꝛinc.cũ ſibi not.
ff.de cõdictio.indebi.⁊.l.cum lex.ff.de fideiuſſo.¶ Item poteſt
tranſferre obligationẽ naturalem in alium.l.ij.C.ad legem iul.
de vi.in toto titu.de bo.damna.C.et.ff.Item poteſt extinguere
illud qđ eſt de iure gentium vt libertatem.l.⁊ in ſeruoꝛum.ff.de
ſtatu ho.⁊.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.⁊ iure.⁊ ideo videtur ꝙ ſtatu-
tum poſſit extinguere ciuilem ⁊ naturalem obligationẽ in hoc
caſu.⁊ debebit hoc in vtroque foꝛo tam ciuili ꝙ eccleſiaſtico ſerua
ri ſm eum,ſed certe non credo eum bene dixiſſe in debitoꝛe ſciẽ
te:qꝛ tale ſtatutum non habet in ſe iuſtam cauſam:imo nutriret
peccatũ:vt patet ex ſuperius dictis,ideo non videtur valere re-
ſpectu ſcientis.nam non valet conſtitutio aut lex ſi per illa auſe
ratur ius alterius abſque iuſta cauſa,vt not. Inno.in ꝓ.c.qꝛ ple-
rique.ad fi.⁊ no.etiam per Bar.in pꝛima cõſtitutione ffoꝝ.⁊ bene
facit quod habetur.iiij.diſt.erit autem lex,⁊ hoc etiam aperte te
nuit Bal.in dicta auſ.ad hec.C.de vſur.vbi etiam plus dixit:ꝙ
etiam ſi expꝛeſſe ſtatutum tollat naturalem ꝙ tale ſtatutũ non
valebit:qꝛ non poteſt tollere naturalẽ iuſtitiam ⁊ veritatẽ.argu.
eoꝛum q̃ habẽtur in.l.j.⁊.ij.ff.de vſufru.ea.rerum que vſu cõſu.⁊
l.eas.ff.de capi.dimi.vbi aũt expꝛeſſe ſtatutũ non tollit natura-
lem tunc ſm Bal.non tolletur per preſcriptionẽ ipſa naturalis.
facit qđ.j.dicam tãgit etiã Ang.in.d.l.j.de iudi.an ſciẽs ſemper
dicatur habere malam fidẽ:⁊ dicit ꝙ nõ.nam interdũ ſciẽs non
dicetur habere malam fidem : vt quando legis autoꝛitate rem
appꝛehẽdit.Exemplum patet in.c.j.ſ.eod.⁊ in.l.generaliter.ff.
de noxali.ideo dicit:qđ tunc etiam de iure canonico procederet
ꝑſcriptio.⁊ hoc ſatis credo reſpectu dicti.c.j.ſ.eo.quia loquitur
in rebus eccleſiaſticis transferendis de vna perſona ad aliam in
quibus papa habet plenariam poteſtatẽ.vt in.c.j.⁊.ij.de pꝛebẽ.
in.vj.⁊ in cle.j.ad fi.vt lit.pẽdẽ.⁊ ideo autoꝛitas pape.facit quod
notauit Jo.and.in additio.Spe.in tit.de teſte.§.nũc videndum.
in Vſi.item oppono.⁊ in.c.ſignificauit.ſuper pꝛima gloſſ.j.de
cenſi.ſꝫ reſpectu.l.generaliter.ff.de noxali.eſt magis dubium:
qꝛ loquitur in rebus laicoꝛum.tamen glo.etiam ſentit idẽ quod
Ang.in.c.contingit.ſ.de dolo ⁊ cõtuma.⁊ facit etiam qđ notat
in.c.quoniam.§.penul.in verbo reſeruata.ſ.vt litẽ nõ conteſta.
⁊ ſequitur etiam do.Anto.ſ.eo.ſi diligẽti.vbi etiam gl.videtur
idem tenere in glo.penul.⁊ aſſignat rationẽ do.Anto.qꝛ in.d.l.
generaliter,cẽſetur ille cui ſeruꝰ eſt adiudicatus in actione no-
xali cõtra illum qui bona fide tenebat ſeruũ habere etiam quo-
dammodo cauſam a domino ſerui cum ⁊ ipſe dñs teneatur vel
emendare damnum vel dare ſeruum pꝛo noxali.inſtit.de noxa.
§.j.⁊ etiam patet ex his que habentur in.d.l.generaliter.⁊ ideo
etiã ſciẽs vſucapit.ſꝫ foꝛte poſſet dici quod de iure canonico nõ
ꝓcedit qđ habet i.d.l.⁊ generaliter ꝑ hoc capitulũ.⁊.c.poſſeſſoꝛ
male fidei.nam ex quo habet conſcientiam rei aliene.⁊ ꝑ conſe-
quẽs eſt in mala fide:vt hic pꝛobatur videtur ꝙ non poſſit pre-
ſcribere ſeu vſucapere ꝑ iſtum tex.⁊ prealleg.c.poſſeſſoꝛ male fi-
dei.cũ loquatur indiſtincte ⁊ ſatis erit ꝙ in dicto caſu:ſꝫ non ꝑ-
ſcriberet non teneretur reſtituere niſi ſibi dãnum emẽdare nec
videtur procedere ratio dñi Anto.quia nõ poteſt dici ꝙ aliquã
cauſam habeat a domino quo ad querẽdum dominium ipſius
ſerui:quia nihil actum eſt cum illo:nec etiam fuit in iudicio:⁊ re
gula etiam qđ res inter alios acta alteri non nocet:licet vt dixi
verum ſit dicere ꝙ non poterit recuperare niſi emendet dãnum
cõmuniter tamẽ docto.⁊ gloſſ.videtur tranſire quod i caſu.d.l.
⁊ generaliter etiam ſciẽs de iure canonico vſucapiat ſeu preſcri
27 bat:ſꝫ foꝛte de iure non procedit per id quod predixi.¶ † Item
etiam attẽde quia.ſ.tetigi de ſtatuto diſponẽte qđ quis non au
diatur ſi non petit debitum infra decem annos.nam poteſt eſſe
dubium an ſtante ſeu preſuppoſita validitate ſtatuti,de quo ta-
men quid tenẽdum ſuperius dixi ſi fuerit nihilominus auditus
creditoꝛ teneat ꝓceſſus,⁊ tenuit Bal.qđ ſic in ꝓalleg.queſtione:
quia ſm eum ſtatutum in effectu videtur inducere exceptionem
ꝑſcriptionis que non cõſueuit inualidare proceſſum ſtãte alias
habilitate ꝑſone:ſecus ſcđm eum vbi ſtatutum inhabilitat ꝑſo
nam:vt quia dicit ꝙ bannitus non audiatur.nam tũc ſaltem in
aliquibus caſibus quos ibi tangit erit proceſſus nullus ſequen-
do.vt ipſe dicit Jaco.de are.in ſua diſputatione,de qua per Jo.
and.licet ipſe non alleget in additio.Specu.in ti.de ſen.§.iuxta.
ſuper verſi.item ⁊ nulla.et dixi etiam de materia in.l.j.§.j.ff.ad
trebellia.⁊ plenius etiam in.l.quidam conſulebant.ff.de re iudi-
cata.in.§.vlti.quia tangit hic Bart.iuxta finem per duas char-
tas,ſed certe vbi ſtatutum diceret cadat a debito poſſet procede
re qđ dicit Bal.ꝙ inducitur exceptio:ſed quando dicit ꝙ nõ au-



Ayuntamiento de Madrid

diatur videtur quod dicatur inhabilitare perſonam ſicut etiam
quando dicit bannitus non audiatur: vnde poſſent tres caſus
conſiderari quia aut dicit cadat a debito: aut dicit nõ audiatur
aut dicit non detur actio. ad quod vltimum facit quod habetur
in.l.j.ff.ad velleia.ꝛ in.l.j.ff.ad macedo.ꝛ quid iuris dicendum
in caſibus predictis patere poteſt ex his que dixi in dicta.l.j.§.j.
ad trebellia.ꝛ in dicta.l.quidam conſulebant. ideo hic non inſi-
ſto.ꝛ adde an per illa verba cadat a iure ſuo: an ipſo iure perdat
ius ſuum: an vero requiratur ſententia recurrendum eſt ad no-
tata in.l.in criminali.C.de iuriſdi.om.iudi.ꝑ gloſſ.ꝛ docto.ꝛ in.l.
ſi quis in tantam.C.vnde vi.ꝛ per gloſſ.in.c.quam ſit.de electio.
in.vj.ꝛ per gloſſ.ꝛ Ioan.and.ꝫ.de foro compe.ſi diligenti.ꝛ per
Dynum ꝛ Bartol.in.l.imperatores.ff.de iure fi.quia ſi dicitur
protinus vel ſaltem vel hoc ipſo vel ſimilia verba. intelligitur
quod ipſo iure cadat abſq; ſentẽtia alias requireretur ſentẽtia
ex quo non eſt vbum preteriti temporis niſi de mente legis ap-
pareret aliter eſſe.ꝛ ſic poteſt intelligi quod no.gloſſ.in.l.ſi.C.de
iure emphyteu.iunctis his que habentur i.c.potuit.de loca.ex
quibus ſatis videtur eſſe de mẽte legis quod cadat ipſo iure in
caſu.d.l.finalis.per ea que habentur ibi.ꝛ per ſallegatum.c.po-
tuit.ꝛ in.l.ſecunda.C.de iure emphy.nam ſallegatum.c.potuit.
equiparat iſta duo videlicet vẽdere rem emphyteuticam domi
no irrequiſito ꝛ nõ ſoluere debitum canonem infra tempus de-
28 bitum: vnde ſicut† quando nõ ſoluitur canon infra tempus de-
bitum cadat ipſo iure emphyteuta a iure ſuo ſi dominus volue-
rit.l.ſecũda.C.de iure emphy.vnde poteſt dominus propria au
toritate ipſam rẽ emphyteuticam apprehendere: vt notauit gl.
in dicta.l.finali.ꝛ in.c.potuit.preallega.ergo eodem modo idem
videtur dicendum quãdo emphyteuta alienauit domino irre-
quiſito: vt tunc etiam dicatur cadere ipſo iure a iure emphyteu-
tico ſi dominus voluerit, vt voluit gloſſa in dicta.l.fin.C.de iure
emphyteu.circa finem.cum iſta duo equiparentur non ſoluere
canonem debitum infra tempus a iure ſtatutum ꝛ alienare rem
domino irrequiſito, vt patet in preallega.c.potuit. ¶ Preterea
maius videtur eſſe delictum alienare rem domino irrequiſito
in alium quam ſimpliciter nõ ſoluere canonem infra biennium
in eccleſia ꝛ infra triennium in priuato cadit emphyteuta ipſo
iure a iure ſuo: vt patet in dicta.l.ſecunda.ꝛ dicto.c.potuit. ergo
multofortius fuit de mente legis quod caderet ipſo iure a iure
ſuo emphyteuta alienando ſine licẽtia domini.argu.auc.multo
tomagis.C.de ſacroſan.eccle.ꝛ quod habetur in.c.cum in cun-
ctis, in princi.ꝫ.de electio.ꝛ ideo non mirandum: licet litera ſim-
pliciter ĩ dicta.l.finali.C.de iure emphyteu.dixerit cadat a iure
ſuo: ꝛ non dixerit ipſo iure.ſ.glo.nihilominus.ibi: ſuppleuit.ſcʒ
ipſo iure: quia ſic videtur fuiſſe de mente legis, per ea que ſupe-
rius ſunt dicta.ꝛ ſic ſaluetur illa gloſſ. vbi autem ex coniecturis
non poſſet percipi ꝙ lex vel ſtatutum dum dicit cadat a iure ſuo
velit intelligere ſcilicet ipſo iure. ¶ In dubio illud non intelli-
getur: tum quia non eſt verbum preteriti temporis, ſed futuri:
tũ quia in penis mitior interpretatio eſt ſumenda.de regu.iur.
in penis.in.vj.ꝛ.l.ſi preſes.ꝛ.l.interpretatione.ff.de penis, ideo
tunc requireretur ſententia.per notata in.l.in criminali.ſupe-
rius allegata.ꝛ.ꝫ.de foro competen.ſi diligenti. ¶ Item adde
predictis inquantum dixi opinionem Bartol.in.§.ſi viam.non
procedere in ſciẽte.nam hoc etiam tenuit Baldus in dicta auf.
ad hec.C.de vſuris.in.iiij.colum.allegat rationem.q2 fides pro-
miſſionis fortius obligat quã ſola poſſeſſio: vt patet ex his que
habentur in inſtitu.de actioni.§.j.vbi patet quod ille qui tenetur
actione reali pro re quam poſſidet non dicitur proprie ꝛ ſtricte
eſſe obligatus: ſed lato ſumpto vocabulo: ſecus in ol ligato
actione perſonali: ſi ergo ipſa poſſeſſio cum mala fide impedit
preſcriptionem: vt hic patet ergo multofortius impediet mala
fides vbi quis ex bona fide eſt obligatus ſm.l.cõtractus.ꝛ pro-
miſſionis, ꝛ iſta ratio potuit ſumi ex dictis Hoſtien.in ſumma
de preſcript.re.mo.§.que res preſcribi poſſunt.vbi etiam vide-
tur fortificare iſtam rationem.nam rei vendicatio eſt actio ſtri-
cti iuris quia non numerata in.§.actionum.inſtitu.de actio.nec
in gloſ.in.c.cum venerabilis.ꝫ.de exceptio.tamen ſecus eſt regu
lariter in actionibus perſonalibus quã in realibus, ꝛ per conſe-
quens magis deberet nocere mala fides. facit quod notatur in
ſimili per legiſtas in.l.eleganter.ff.de dona.ꝛ.ꝫ.de emptio.ꝛ vẽ-
ditiõ.in.c.cum dilecti.an tamẽ iſta ratio procedat patebit ex.ꝫ.
29 dicendis. ¶ † Unde ſciẽdum eſt qd Hoſti.in loco preallega.dixit
notabilr ꝙ in actionib9 realibus non procedit pſcriptio cũ ma-
la fide.ꝛ in hoc corriguntur iura ciuilia ſecus in actionibus pſo-
nalibus quia in illis procedit preſcriptio ꝛ nõ corriguntur iura
ciuilia mouetur ipſe quia in actionib9 realibus preſcriptio non
procedit abſq; poſſeſſione, ꝛ ideo ſi poſſeſſio ſit cum mala fide, et
conſequenter cum peccato: quia omne ꝙ non eſt ex fide peccatũ

eſt: vt hic dicitur in principio. Et ideo licet ibi interueniat negli
gentia non petẽtis: tamen quia etiam interuenit peccatum pre-
ſcribentis canon preponderauit peccatum pſcribẽtis cum mala
fide negligẽtia non petẽtis propter ſalutẽ anime, ꝛ ideo canon
preſcriptionẽ prohibuit: ſed in actionibus perſonalibus preſcri
ptio procedit ex mera negligentia non petẽtis: ex eo q2 preſcri-
bens in actione pſonali nil poſſidet alienum: q2 in eum volun-
tate dñi eſt tranſlatum vel eſt penes ipſum preſcribentem: vt pa
tet in eo qui obligatus eſt actione perſonali ex mutuo ſibi facto
vel ex cauſa venditionis ſibi facte pro certo pretio.ꝛ ideo ex quo
in actione perſonali non reperitur preſcribens poſſidere alienũ
non poteſt tunc dici ꝙ preſcriptio ꝓcedat niſi ex negligẽtia non
petẽtis non enĩ videtur peccare debitor non ſoluendo dũmodo
inuito creditore id non faciat: ſed forte paratus ſoluere ſi petat
ꝛ multofortius ſi quis ignoraret ſe debitorem, ꝛ ideo dicit qd in
actione perſonali procedit preſcriptio dummodo inuito credi-
tore non recuſet ſolutionem: q2 tunc cenſeretur eſſe in mala fide:
ꝛ nullatenus preſcriberet ꝑ hoc capitulum.ꝛ plus etiam ibi di-
cit ꝙ licet dies interpellet pro homine quo ad moram cõmittẽ-
dam in.c.potuit.de loca.ꝛ.l.magnam.C.de contrahẽ.ſtipulatio.
tamẽ non interpellat ad faciendum incurrere debitorem in pec-
cato ſaluo niſi iuraſſet per.c.debitores.ꝫ.de iureiuran. quod eſt
valde notabile dictum ſi eſt verum tamẽ forte de iure non proce-
dit q2 ſicut virtute iuramenti obligatur ad ſoluendum ad diem
prefixam ex conuentione partium. ita etiam ex ſimplici conuen
tione per ea que habentur in.c.j.ꝫ.de pact.ꝛ ſic videtur qd vtro-
biq; peccet non ſeruando conuentionem, per ea que habentur
in dicto.c.j.ꝛ.xxij.q.v.iuramenti.vbi non facit deus differẽtiam
inter ſimplicem loquelam ꝛ iuramentum, ꝛ ideo non videtur di
ctum Hoſtiẽ.procedere in eo quod vltimo dixit. ¶ Item atten
de quia contra dictam differentiã quam ipſe facit inter preſcri-
ptionem actionis realis ꝛ pſonalis ipſe allegat qd videtur non
procedere ex eo quia fortius obligatur quis in actione perſona
li [illegible] inſtitu. [illegible] actio.§.j.ꝛ.ꝫ.dixi poſt Baldum.ꝛ ſic
[illegible] mala fide fortius impediat preſcriptionem ĩ actio-
ne perſonali quam in reali. Et precipue quia actio realis eſt ſtri
cti iuris: ſed perſonalis communiter ſunt bone fidei: vt.ꝫ.teti-
[illegible] ſic exuberantior fides bona deberet interuenire in perſo-
nalibus actionibus: ꝛ conſequenter magis nocere mala fides.
[illegible] reſpondet ꝙ predicta non habent obſtare: ex eo quia in
realibus actiõibus quo ad preſcriptionem ipſarum requiritur
poſſeſſio.de regulis iuris. ſine poſſeſſione [illegible] ideo ſi illa ha-
beatur cum mala fide.ꝛ ſic cum peccato non procedit preſcriptio
[illegible] quia vt plurimum conſueuit [illegible] vſurpari cõ-
tra domini voluntatem [illegible] .l.qui [illegible] fur. ſed in
actiõe perſonali [illegible] ad petitionem [illegible] voluntate domi
ni ꝛ nihil poſſidet alienum [illegible] nõ eſt in pecca-
to detinendo [illegible] non petit ſm eum
poteſt preſumere debitor ꝙ [illegible] habere ꝛ quando longiſ-
ſimo tempore non petit poteſt ſm eum pſumere quod velit do-
nare vel facere ſibi in hoc gratiam. facit quod habetur in.c.vni-
co.ꝫ.de cõmoda.ꝛ ideo ſm eum equum eſt preſcriptionem curre
re que currit ex mera negligentia non petentis abſq; peccato
preſcribentis: quia etiam ſm eum forte fuit obligatus propter
tam longum tempus. facit.l.peregre.ff.de acquiren.poſſeſſiõe.
ꝛ videtur etiam eſſe equum talem preſcriptionem procedere: q2
forte poteſt eſſe qd debitor reuera ſoluerit: ꝛ ſatis poteſt eſſe ve-
riſimile: ex quo tanto tempore diſtulit creditor licet forte nõ ha
beat paratas probationes de ſolutione q2 forte mortui ſunt te-
ſtes per quos poterat probare vel forte perdidit inſtrumentum
ſolutionis vel forte ſoluit creditori nemine preſente confiſus de
eo: ideo ad tollendas huiuſmodi ambiguitates: ſatis videtur
fuiſſe iuſtum ſm eum ꝙ dicta preſcriptio in actionib9 perſona-
libus procedat ꝙ dicit ꝓcedere in actionibus mere pſonalibus
ſed in perſonalibus in rem ſcriptis vel mixtis dixit idem qd in
realibus.ꝛ hec eſt in effectu opi.ſua in loco preallega.que multũ
eſt põderanda ex eo quia Hoſti.fuit maximus canoniſta. ¶ Et
conſueuit vt plurimum ſequi equitatem canonicam, ꝛ reprehen
dere Inn.innitẽtẽ quãdoq; rigori ſtati iuris ciuilis.ꝛ ſic vides
ꝙ originaliter diſtinctio inter preſcriptionẽ actiõis perſonalis.
ꝛ preſcriptionẽ actionis realis fuit Hoſti.in loco preallega.ꝛ vi
detur etiam fuiſſe originaliter Innoc.in.c.cura.circa fin.de iure
patrona.ꝛ facit etiam qd ipſe notat in.c.quia plerig; in glo.ma
gna.de immunita.eccleſia.in verſic.qui tutus eſt, ꝛ verſ.ſecus.ꝛ
verſ.item qui tutus exceptione maced.ꝛ forte Bart.non vidit
ſummam Hoſti.tamen in effectu vt videtis cõcordat in eadem
opinione.ꝛ quia non modice autoritatis eſt ipſe Hoſtiẽ.non eſt
hic articulus ſine dubitatione.ꝛ videretur ꝓbabiliter poſſe hec
opinio defenſari. ¶ Tamen credo ꝙ verior et tutior ſit opinio
contraria

Ayuntamiento de Madrid

cōtraria per ea que ſuperius dixi.et potiſſime quia licet debitor ſtricte loquendo non dicatur poſſidere alienum:ſed alteri debitum,tamen late ſumpto vocabulo ſatis dicitur poſſidere alienū per ea que habentur in.l.ſi et me ⁊ titium.ff.ſi certum pet.et per alia iura que ſuperius allegaui.⁊ ideo cum ſimus in materia peccati et etiam peccare dicatur vtens preſcriptione in actionibus perſonalibus.vt patet ex his que habentur in auten.vt eccleſia romana.⁊ ſuperius dixi ⁊ late videantur ſumenda verba ad tollendum materiam peccati,per ea que habentur in aut.ſacramēta.C.ſi aduerſus venditio.et ſuperius tetigi ⁊ quia in dubio tutior via eſt eligenda vbi agitur de periculo animarum.j.de ſponſalibus.inuenis ideo videtur amplectenda opinio cōmunis modernorum contra Barto.⁊ Hoſtien.⁊ vt dixi ſic etiam alias de facto conſului.licet tunc non vidiſſem opinio.Hoſtien.et per hoc ſit expeditus iſte articulus.¶ Redeo ad gloſſ.in ſi.in verſicu.et hec conſtitutio.et quero cum gloſ.An iſta conſtitutio trahatur ad preſcriptiones preteritas,reſpondet glo.qđ non,quia de eis nil dicit.ideo ſolum trahetur ad futuras preſcriptiones per ea que habentur in.c.vlti.vbi de materia.ſ.de conſtitutio.et cum gloſ.concordat Vincen.Goffre.⁊ Philip.⁊ dicebat Vincen.qđ is qui iam preſcripſerat ante iſtam conſtitutionem conſuletur ſi habet propoſitum non faciendi ſic deinceps nec taliter preſcribendi:⁊ de preterita mala fide cōterantur.Fatetur tamen quod preſcriptiones inchoate ſed nōdum perfecte tempore huius cōſtitutionis fuerunt interrupte.Joan.reprobat hanc opinionem inquantum glo.dicit qđ non trahitur ad preſcriptiones preteritas per ea que notātur in preallega.c.vlti.de preſcriptionibus.⁊ in.c.cum tu.j.de vſuris.nam hec conſtitutio cum ſit fundata ſuper iure diuino:⁊ ſic naturali ne prima diſtinctio humanum genus debet comprehendere etiam preterita,per ea que habentur in dictis iuribus.⁊ precipue in dicto.c.cum tu.idem etiam tenet domi.Anto.ex eo quia iſta conſtitutio eſt declaratoria,et declarat irrationabilitatē legis ciuilis.ideo in dubio debet trahi ad preterita ex quo aliud non dicitur per ea que notantur in [illegible] poſtulatione prelatorum.in.vj.per glo.et pro hoc [illegible] tuit lex ciuilis prebere iuſtam cauſam preſcribendi legem [illegible] cet habuerit reſpectum ad bonum publicum conſeruationis [illegible] cietatis humane que cedere debet legi dei tanq̃ ſuperiori [illegible] ne.iiij.iulianus.et facit [illegible] quod ſuperius dixi cum gloſ [illegible] quod lex declaratoria [illegible] peccati trahatur etiam [illegible] terita.licet aliud [illegible] quod gl.hic,et aliqui tenuerunt [illegible] contrarium [illegible] que ſuperius dixi.et per hec [illegible] expedita [illegible] glo.[illegible] et pro ipſius [illegible] tione [illegible] quod licet in aliqua parte temporis [illegible] le qui preſcribit [illegible] conſcientiam [illegible] ceat per ea que [illegible] de [illegible] eodem [illegible] ad aures.⁊.j.eodem [illegible] quod [illegible] per gloſ. hic autem innuitur [illegible] quod in nulla parte temporis quia [illegible] vniuerſalis falſificatur etiā ex vno.ſ.de maior.⁊ obedien.ſolite.ad finē.ff.de rebus dubijs.l.ſi is qui.§.vtrum.et facit quod notatur in.l.a procuratore.C.mandati.et quod habetur.xix.diſtinctione.ſi romanorum.huiꝰ timore facta eſt glo.que dicit textum eſſe intelligendum cum dicit in nulla temporis parte: ſcilicet ipſius preſcriptionis: id eſt dum durat ſeu pendet preſcriptio.et ſic ante eam completam:quia
30 anteq̃ compleatur in nulla parte temporis preſcriptio † debet habere conſcientiam rei aliene,⁊ ita intelligatur hic.Facit etiā quod nota.per glo.in cap.poſſeſſor.de regu.iuris.in.vj.Vbi autem poſt preſcriptionem completam quis ſciret rem alienam.tunc non nocet:nec ideo dicitur eſſe in mala fide.et ſic intelligantur contraria.⁊ id quod notatur.ſ.eodem.vigilanti.⁊ ratio eſſe poteſt quia vbi preſcriptio eſt completa tranſlatū eſt dominiū in preſcribentem per preſcriptionem.in auten.niſi tricennale.⁊ ibi notatur.C.de bo.mat.⁊.l.ſiquis emptionis.circa principiū.C.de preſcriptio.triginta annorū.⁊ facit quod habetur.xvj.queſtione.iij.in.c.quicunq̃.⁊ in ſumma illius queſtionis.⁊ ideo non poteſt dici quod ſciat tunc rem eſſe alienam licet dici poſſit qđ ſciat rem fuiſſe alterius ante completam preſcriptionē.nam duo nō poſſunt eſſe in ſolidum domini eiuſdem rei eodem tempore.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.cōmo.⁊.l.pomponius.§.ſed et eis.ff.de procuratoribus.⁊ ideo cum non dicatur habere poſt completam preſcriptionem conſcientiam rei aliene:quia ſcit eā eſſe ſuam ⁊ non alienam.licet ſciat eam fuiſſe alterius ante completam preſcriptionem:ideo non debet dici eſſe in mala fide.et ideo non videtur teneri ad reſtitutionē quia videtur eſſe tutus preſcriptione.ex quo cum bona fide preſcripſit ex autoritate iuris ciuilis ⁊ etiam canonici.vt patet ex his que habentur in dicta.l.ſiquis emptionis.⁊ in preallega.c.de quarta.⁊ in alijs ſuperius allegatis que ratio ceſſat quando ante completam preſcriptionem ſciret rem alienam:quia tunc ex hoc eſſet in mala fide,et conſequenter non poſſet complere preſcriptionem per id qđ habetur hic.et in regu.poſſeſſor malefidei.licet ſecus ſit de iure ciuili ſm quod ſufficit bonam fidem a principio interueniſſe,vt ſupra tetigi.⁊ probatur in.l.vna.§.hoc tantūmodo.C.de vſucapio.transfor.ſed ius ciuile in hoc ſuccumbit iuri canonico:quia ſumus in materia peccati.vt notatur in dicta regul.poſſeſſor.et dixi ſuper gloſſ.penulti.et facit quod habetur in preallegato.§.hoc tantūmodo.per glo.licet de iure ciuili etiam quandoq̃ ſuperueniens mala fides habeat nocere quando cum mala fide ſuperuenit etiam ſcientia vitij furtiuitatis ſm diſtinctionē.l.ſi ancillam.ff.pro ſuo.⁊ notat Barto.in.l.naturaliter.ff.de vſucapionibus.Sed ſimpliciter mala fides ſuperueniens nō nocet de iure ciuili:vt dixi quod tamen corrigitur per ius canonicum per ea que ſupra dixi.⁊ hoc caſu quando ſuperuenit mala fides ante completam preſcriptionem loquitur.c.vigilanti.ſ.eod.⁊.xxxiij.q.ij.ſi virgo.vbi etiam de materia:ideo nimirum ſi tunc mala fides nocet vt dicitur in dictis iuribus.Secus quādo eſt completa quia tunc proprie non dicitur ſuperuenire mala fides cū ſciat tunc rem eſſe ſuam licet deueniat ad eius notitiam qđ fuit aliena,⁊ ideo non debet ſibi nocere ex quo legitime acquiſiuit.facit quod habetur in regu.factum legitime,de regu.iuris.in.vj.quia alias capitula ⁊ iura permittentia preſcriptionem ſeruirent nobis cum bona fide de verbis ⁊ de vento qđ non eſt dicendum quia iura debent eſſe impoſita rebus non verbis.l.ij.C.cōmu.de leg.⁊ de elec.c.commiſſa.§.porro.lib.vj.⁊ hec eſt cōmunis opinio legiſtarum ⁊ canoniſtarum:videlicet ꝙ ſi ille qui preſcripſit bona fide poſt completam preſcriptionem ſciat rem alterius fuiſſe non teneatur ad reſtitutionem.⁊ iſtam opinio.ſequitur glo.hic.⁊.ſ.eod.vigilanti.⁊ etiam Inn.hic.⁊ Hoſtien.⁊ Jo.an.qui etiam hoc plene proſequitur in preallega.regul.poſſeſſor.in mercuria.vlti.articu.licet ibi referat aliquos theologos.⁊ maxime Raymun.in ſumma ſua de preſcriptio.aliter dicere.Goffre.tamen dicebat ꝙ opinio theologorum eſt de conſilio:ſed de neceſſitate conſilium nō obligat.xiiij.q.j.in.c.qđ precipitur,limitat tamen predicta Hoſtien.procedere niſi forte quis haberet conſcientiam remordentem vt quia putaret omnino ſe teneri licet preſcriptio fuerit cōpleta,quia tunc deberet ſequi conſcientiā.j.de ſimo.per tuas.el.ij.Secus ſi conſcientia conformaret cum opinio.glo.⁊ communi.Et poſt.do.Anto.ſ.eo.vigilanti.dixit hanc opinionem canoniſtarum ⁊ legiſtarū procedere in foro contentioſo vt in illo nō arceatur quis ad reſtitutionem:ſed in foro penitentie dicit procedere opinio,theologorum:vtē ꝙ teneatur ad reſtitutionem ⁊ precipue quando preſcripſit contra illum cui nō poterat imputari negligentia:vt quia forte ignorauit cum preſcriptio etiam contra ignorantes procedat.l.fina.C.de preſcrip.longi tempo.Monet quia preſcriptio acquiritur cū damno ⁊ iniuria alterius ⁊ cōtra naturalem equitatem locupletatur cum alterius iactura contra legē.nam natura.ff.de condi.indebi.⁊.l.iure naturali.ff.de regul.iuris.⁊.j.de regu.iu.locupletari.li.vj.¶ Et ſi dicatur illud non eſt ſine cauſa:quia cauſa acquirēdi fuit vt puniatur negligentia eius cōtra quē preſcribitur.⁊ vt dominia rerū nō ſint in incertū et vt ſit litium finis.⁊ ſic ppter bonum publicū.l.j.ff.de vſucap.dicit ꝙ nō videtur talis cauſa ſufficiens quo ad equitatem equa lance menſurandā.ad finē,vt res mea mihi auferatur.et ideo in foro cōſcientie ⁊ penitentie videtur qđ teneatur quis ad reſtituendum vt dicunt theologi.⁊ ſic dicit ſe diſputādo tenuiſſe.¶ Sed aduerte quia hec opinio nō videtur pcedere quia ſi in foro penitentie obligaretur ad reſtitutionē ex eo quia ſciret rem alienam fuiſſe eodē modo deberet obligari in foro contentioſo ſi cōſtaret ſimiliter ꝙ ſciret rem alienam fuiſſe.⁊ ſic illud qđ conſtat in foro penitentie per id qđ habetur in ſimili.in.c.conſuluit.j.de vſuris Et ideo videtur ꝙ in neutro foro debeat cogi.nā ſi ratione peccati cogeretur in foro penitentie.videtur ꝙ eodem modo ⁊ eadē ratione ſi de eodem peccato cōſtaret in foro cōtentioſo ꝙ debeat eodē modo cogi quia corrigi debet de peccato de quo cōſtat etiā in foro contentioſo.per id qđ habetur in preallega.c.conſuluit.⁊ ſ.de offi.ordina.in.c.j.ideo hec opinio non videretur procedere.Innocen.in.c.quia pleriq̃.de immunita.eccleſia.in gloſſa magna.in verſicu.item qui tutus eſt.⁊ verſicu.⁊ ſecus eſt in alijs.videtur facere differentiam inter preſcriptionem longi temporis: per quam cum titulo ⁊ bona fide nedum acquiritur exceptio.ſed etiam acquiritur dominium:vt tunc licet qui preſcripſit poſt preſcriptionem completam ſciat rem alterius fuiſſe nō noceat ſibi ex quo per preſcriptionem acquiſiuit dominium ⁊ inter preſcriptionem longiſſimi temporis per quam ſm eum non queritur dominium.ſed ſola exceptio etiam ſi bona fide abſq̃ titulo preſcripſerit.Et ideo tunc licet completa ſit preſcriptio ſi ſuperueniat ſcientia rei aliene tenetur ad reſtitutionem:quia tūc nō ha-

Ayuntamiento de Madrid

bet dominium penes ſe et ſic dominium eſt penes alium.ſed ſolam exceptionem acquiſiuit.⁊ ideo quia habet conſcientiam rei aliene pro tanto tenetur ad reſtitutionem. ¶ Sed aduerte quia
31 contra Innocen.facit quia videtur ꝙ per preſcriptionem longiſſimi temporis.et ſic.xxx.anno.vel.xl.etiam ſine titu.dummodo interueniat bona fides queratur dominium.per ea que habẽtur in.d.autenti.niſi tricennale.et in.d.l.ſi quis emptionis vbi etiam patet ꝙ ſi cadat a poſſeſſione ille qui preſcribit tali preſcriptione habet ius illam vendicandi et recuperandi.Sed potes ſaluare.Innocen.ꝙ licet poſſeſſio deueniat ad tertium et non ad dominium contra quem eſt preſcriptum poſſit preſcribens illam recuperare vt dictis iuribus non tamen poteſt illam recuperare ſi poſſeſſio deueniat ad dominum cõtra quem eſt preſcriptum vt patet ex his que habentur.in.d.l.ſi quis emptionis circa finem principij cum ibi notatis.et ſic non videtur plenarie.et etiam omni reſpectu dominium queſiuiſſe.ideo videtur ꝙ tunc ſi ſciat rem fuiſſe alterius quia illius reſpectu non habet plenariũ dominiũ:teneatur reſtituere.et hoc modo videtur poſſe ſeruari opi.Innocen.et hoc de iure ciuili ſeu inſpecta diſpoſitione iuris ciuilis ſuncta diſpoſitione iuris canõ.ſed in totum ius canonicum permittit preſcriptionem quadraginta annorum cum bona fide et ſine titulo vt quando non eſt ius commune nec preſumptio contra preſcribentem.j.eodem.c.j.in.vj.quia illam ſimpliciter concedit et ſic videtur etiam concedere contra antiquũ dominũ,⁊ cum poteſtate agendi etiam contra illũ ſi ille qui preſcripſit cadat ab actione videtur ꝙ tunc de iure canonico in tali preſcriptione non procederet dictum Innoc.ex quo non ſolum exceptio:ſed etiam ius agendi et conſequenter dominium eſſet ſimpliciter acquiſitũ et ſic etiam in hoc videtur ſentire Io.and. in dicta regu.poſſeſſor.in vltimo articulo.Ang.in.l.j.C.de indictis.in repetitione dixit ꝙ quando per preſcriptionem ius plenarie fuit queſitum vt in vſucapio.triennali,in rebus mobilibus tunc procedat glo.hic poſita et communis opinio ꝙ non teneatur ad reſtitutionem,nam per vſucapio.queritur directũ dominium vſucapienti.vt notatur per glo.et legiſtas in.l.traditionibus.C.de pactis.et in autenti.niſi tricennale.Et facit quod notat gloſ.decimaſexta.q.iij.in ſumma.vbi etiam gl.tractat que ſit differentia inter vſucapionẽ ⁊ pſcriptionem.⁊ que requirantur ad vſucapionem,⁊ que ad preſcriptionẽ ⁊ per que interrumpantur ⁊ quis etiam ſit effectus vſucapio.⁊ pſcrip.⁊ eſt bona glo.in materia precipue pro canoniſtis ſed vbi non eſſet plene queſitũ ius vt contingit in preſcriptione longi temporis per quam queritur vtile dominiũ ⁊ non directum tunc dicit ꝙ ex quo ille qui preſcripſit habet conſcientiam directam dominiũ eſſe penes alium ꝙ ipſe non erit tutus in foro conſcientie niſi reſtituat eſtimationem ſaltem illius directi dominij et ſic quatenus vendi poſſet homini ſcienti illius conditionem.l.mortis cauſa capimus.§.fin.cum ibi notatis per gloſ.⁊ Barto.ff.de donatio.cauſa mortis.Sed certe non video quod illud directum dominiũ quod remanet penes illum cõtra quem eſt preſcriptum ſit bene eſtimabile ex eo quia habens vtile q̃ſitum per pſcriptionem prefertur habenti directum.ſiue excipiendo ſiue agendo contra tertium.ſiue etiam contra antiquũ dominum vt patet ex his que habẽtur in dicta.l.ſi quis emptionis,⁊ facit etiam quod notatur in dicta regula poſſeſſor in quarto ⁊ ſexto articulis.ideo videtur ꝙ talis dominij non debeat haberi conſideratio.⁊ ſic etiam videtur ꝙ fuerit de mente Inno. in dicto.c.quia plerique.in loco ſuperius allegato. ¶ Item dixit Ang.in.d.l.j.ꝙ interdum per preſcriptionẽ cum bona fide queritur ſola exceptio.ideo tunc ſi ſuperuenit ſcientia completa pſcriptione tenebitur ad reſtitutionẽ in foro cõſcientie. ¶ Exemplũ ponit quando quis eſt miſſus in poſſeſſionem in actione reali ⁊ credebat rem eſſe ſuam.nam ſi tenet illam poſtea ſpatio.xxx.anno.erit tutus exceptione.ſed queret dominiũ ſecundum eum ex eo quia illud non agebat querere ex quo putabat ſe dominũ.allegat notata in.l.ij.C.vbi in rem actio.⁊ ad hoc bene facit licet non alleget ꝙ ſuperius dixi poſt Innocen. ſed aduerte quia poteſt dici quod etiam in caſu predicto acquirat dominium nedum exceptionem,ex quo autoritate ſententie data eſt ſibi poſſeſſio per ea que habentur in.l.pompo.§.ſi iuſſu.cum ibi notatis.ff.de acquirenda poſſeſſione.⁊ quod ibi etiã dixi,⁊ quod notatur per gl. in.§.fina,inſtit.de officio iudicis,in quibus patet quod ſi lata ſit ſententia pro agente actione reali et traditio ſit facta autoritate ſententie,licet agens forte non fuerit dominus,ſed putauerit ſe dominum ſed reus fuerit dominus nihilominus acquirit dominium.et ſi reus non erat dominus acquirit vſucapiendi conditionem vt notatur in.d.§.ſi iuſſu.Et ſic idem videretur dicendum in propoſito et videretur etiam ſufficere tempus.x.annorũ inter preſentes.⁊.xx.inter abſentes.cum videatur habere titulum autoritate ſententie,licet interlocutorie:per id quod habetur in.l.iuſte de acquirenda poſſeſſione ⁊ facit quod notatur per gloſ.in.d.l.ij.C.vbi in rem actio.et quod notatur etiam per glo. in.c.quoniam frequenter.§.penulti.in verbo reſeruata.Bald. vero in auten.ad hec.C.de vſuris.in.iiij.colũ.videtur facere differentiam inter preſcriptionem actionis realis et preſcriptionem actionis perſonalis.in primo caſu procedat opinio huius gloſ.⁊ ſequacium:⁊ ſi hoc ex eo quia per preſcriptionem queritur dominium per preſcribentem ⁊ ſic transfertur dominium de eo contra quem preſcribitur in preſcribentem ideo ex quo res eſt facta preſcribentis non tenetur reſtituere licet ſciat eam fuiſſe alterius.Secus autem dicit in preſcriptione actionis perſonalis ex eo quia ſm eum per preſcriptionem talem non liberatur quis totaliter ab obligatione:nam ſm eum per preſcriptionem non tollitur naturalis obligatio ex eo quia remanet vinculum naturalis equitatis:⁊ ideo ipſa conuentio ex quibus oritur naturalis obligatio que eſt vinculum et conuentio predicta videntur eſſe perpetua.l.obligationum fere.§.placet.ff.de actio.et obligatio.⁊ ideo non videtur per preſcriptionem tolli ipſa naturalis,allegat etiam ad hoc quod habetur in.l.at qui natura.ff.de negotijs geſtis.et vult hoc procedere ſiue quis habuerit ſcientiam obligationis.et ſic fuerit in mala fide:ſiue etiam non habuerit:et ſic fuerit in bona fide:quia vtrobique ſcđm eum durat naturalis obligatio etiam poſt preſcriptionem:quia per illa vt dixi non tollitur ſecundum eum propter vinculum equitatis naturalis ⁊ conuentionis quod videtur eſſe perpetuum per ea que habentur in dicta.l.obligationum,fere.§.placet.⁊ ideo cum ſciat ſe naturaliter obligatum.etiam ſi ſcientia ſuperueniat poſt preſcriptionem completam videtur quod teneatur ad reſtitutionẽ. per id quod habetur.s.de pactis.c.j.nec obſtat ſi dicatur qđ ille contra quem preſcribitur negligendo videtur tacite renuntiare iuri ſuo.per id quod not.gloſſ.in.l.ſi ego.ff.de negotijs geſtis. quia ſecundum eum illud procedit vbi agitur de iure querendo.et ita loquitur dictum gloſſ.et facit quod habetur in.l.bonorum.ff.rem ratam haberi. Secus vbi agitur de iure acquiſito: quia tunc ſecundum eum non videtur ꝙ ille contra quem preſcribitur dicatur conſentire [illegible] notaſſe gloſ.in.l.j.§.penulti.ff.de donatio. ¶ Sed aduerte quia illud vltimũ non videtur ſimpliciter verum quia etiam vbi agitur de iure acquiſito perdendo:licet non interueniat verus conſenſus.tamen videtur quod intelligatur interuenire preſumptus vel interpretatus aut fictus per text.in.l.alienationis.ff.de verbo.ſignifica.⁊ notauit etiam Ioan.and.in regul.poſſeſſor.in vlti.artic.Facit quod conſueuit dici in ſimili de non appellante a ſententia infra tempus debitum quia preſumitur conſentire.l.ab eo.C.quomodo ⁊ quando iudex.⁊.j.de re iudicata.c.qđ ad cõſultationem. ¶ Preterea licet de mero rigore non tollatur naturalis preſcriptio,tamen videtur tolli eius effectus,per id quod habetur in textu et gloſ.in.l.ſicut.⁊.l.omnes.C.de preſcriptione.xxx.annorum.vbi per preſcriptionem dicitur ius eſſe extinctum.et pro hoc etiam quia preſcribens dicitur eſſe ſimilis ſoluenti quo ad effectum.l.ſi pupillus alterum.ff.de adminiſtra.tuto.Et ſic videtur ꝙ ſicut per ſolutionem tollitur naturalis.inſtitu.quibus modis tolli. natura.in princ.ita etiam videtur ꝙ per preſcriptionem quo ad effectum ſaltem tollatur naturalis:et pro hoc etiam faciat quia poſt preſcriptionem non poteſt accedere fideiuſſor.l.ſi quis poſt cõ.ff.de fideiuſſoribus.quod tamen deberet poſſe fieri ſi remaneret naturalis cum effectu:quia etiam naturali obligationi tantum poteſt accedere fideiuſſor.l.j.⁊.l.fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſo.Item etiam quia ſolutum poſt preſcriptionem repetitur iuxta ea que habentur in.l.finali.ff.rem ratam haberi.quod non eſſet ſi remaneret naturalis per ea que habentur in.l.cum quis.C.de iuris ⁊ facti ignorantia.⁊.l.j.ff.de condictione indebiti.⁊.j.de ſolu.in.c.fina.et ſic per predictas leges non videtur procedere opinio Bal.quibus etiam ipſe non reſpondet nec cõgrue etiam videtur poſſe reſponderi.Et ideo videtur quod in actione perſonali ſi preſcriptio completa ſit bona fide.licet poſt preſcriptionem completam quis habeat notitiam obligationis tamen non teneatur ad reſtitutionem per rationes ⁊ iura ſuperius allegata et per ea que notauit gloſ.s.eodem vigilanti.et Ioan. and.in.d.regula poſſeſſor in vltimo articulo.et per predicta videtur quod licet poſt preſcriptionem completam bona fide ſuperueniat ſcientia rei aliene non tamen teneatur quis ad reſtitutionem etiam in foro penitentie,licet aliqui contrarium tenuerint. ¶ Et ex predictis patet in hoc articulo plures fuiſſe opiniones.nam vna fuit quod teneatur ad reſtitutionem habens conſcientiam rei aliene preſcriptione completa et iſta fuit opinio Hugo.quam theologi videntur ſequi. ¶ Secunda fuit ꝙ non teneatur ad reſtitutionem.et iſtam tenuit gloſſa hic ⁊.s.eodem vigilanti.et etiam tenuit illam Ioan.Phili.Goffre.Innocen.⁊

Ayuntamiento de Madrid

nocen.et Hoſti.⁊ eſt communis opinio legiſtarum ⁊ canoniſtarum. ¶ Tertia fuit Alani per quam videntur poſſe concordari opiniones:videlicet vt diſtinguatur an quis preſcripſerit ex cauſa lucri vt tunc habeat locum prima opinio ⁊ opin.theologorum,an vero ex cauſa oneroſa et tunc habeat locum ſecunda opinio canoniſtarum vt tetigit gloſ.in preallegato.c.vigilanti. vbi poſuit tres opiniones predictas.⁊ facit pro iſta tertia quod habetur in.l.fina.§.licentiam in ratione ſui.C.de iure deliberand.vbi magis fauetur tractanti de damno quam de lucro.ſed iſtam opinionem reprobat Hoſtien.et Joan.an.per.c.apoſtolice.ij.de donatio.⁊ per.l.penulti.C.de preſcriptione longi tempo.in quibus ſimpliciter videtur approbari etiam preſcriptio procedens ex cauſa lucratiua.Sed poſſes dicere qd ibi approbatur quo ad ius excipiendi:non autem ſimpliciter ſed iſta reſponſio non videtur bona per ea que habentur in.l.locus.ff.de acquiren.poſſeſ.vbi etiam quo ad poteſtatem acquirendi rem per preſcriptionem equiparatur preſcriptio ex cauſa lucratiua et ex cauſa oneroſa. ¶ Quarta fuit opinio que colligitur ex dictis Jnn.in.c.quia plerique.in gloſ.magna.in verſic.item qui tutus eſt.⁊ ver.ſecus vt diſtinguatur inter preſcriptionem longi tēporis ⁊ preſcriptionem longiſſimi.de qua dixi.ſ.⁊ adde inquātum dixi ꝙ preſcriptio longiſſimi temporis quadraginta annorum cum bona fide etiam ſine titulo de iure canonico idem operatur qd preſcriptio longi temporis cum titulo et bona fide de iure ciuili.nam hoc expreſſe tenuit Hoſtien.in ſumma.de preſcriptio.rerum immobilium.§.quis ſit effectus. ¶ Quinta fuit opinio quam tetigit domi.Anto.ſ.eod.vigilanti.et tenent aliqui theologi ſcilicet quod fiat differentia inter forum cōtentioſum ⁊ forum penitentialem. ¶ Sexta fuit opinio Ange.quam poſuit in.l.prima.C.de iudicijs.vt diſtinguatur an per preſcriptionem queratur dominium directum.an vero ſolum vtile.

¶ Septima fuit Bal.in dicta auten.ad hec vt diſtinguatur inter preſcriptionem actionis perſonalis ⁊ preſcriptionem actionis realis que non videtur bona,vt ſuperius dixi.⁊ licet Bald. dicat in dicta auten.ad hec.Bar.tenere per preſcriptionem non tolli naturalem in extrauaganti ad reprimen.in verbo deſinit. non videtur illud verum quia non ſimpliciter illud dicit ſed illam diſtinctionem quam poſui in.l.fina.ff.rem ratam haberi.et licet etiam dicat doctores hoc cōmuniter tenere.tamen hoc etiā non videtur verum per ea que notauit Barto.in dicta.l.fina. Et facit etiam quod notatur in Specu.de preſcriptio.§.ſ.licet Speculator aliqualiter ambigue videatur ibi loqui. ¶ Item etiam aduerte quia ibi ſtatutum dicit quod ſi non petatur debitum infra decennium cadat creditor a debito videtur tunc velle tollere effectum naturalis obligationis quia videntur reſpicere ſubſtātiam debiti.facit quod habetur in.l.omnes.C.de preſcriptio.triginta annorū.dum dicit ius debiti extingui per preſcriptiones. ⁊ ſic etiam voluit Bar.in.d.§.ſi viam.licet Bal.velit contrarium

32 in dicta autenti.ad hec. ¶ †An tamen ipſo iure cadat a debito an vero requiratur ſententia,pendet ex his que tetigi ſuperius. Ubi autem ſtatutum dicit non audiatur lapſo decennio vel nō. detur actio vel petitio tunc videtur induci exceptio et non videtur reſpicere ſubſtantiam debiti.ideo tunc videtur durare naturalis.vt voluit Barto.in.§.ſi viam.plus tamen dixit Bal.in dicta auten.ad hec quod etiam expreſſe ſtatutum non poſſet tollere naturalem quod non videtur verum vt ſuperius tetigi et ad materiam facit quod not.xxxiij.q.ij.ſi virgo.⁊.xij.q.vj.c.j.et de materia per Hoſtien.in ſumma de preſcriptione rerum immo. §.que exiguntur ſub.§.verum.verſi.ſed quid ſi iam completa preſcriptione vbi etiam recitat opiniones poſitas per gl.ſ.eodem vigilanti.et vt dixi cōmunis opinio canoniſtarum videtur eſſe verior per rationes et iura allegata in gloſ.in.d.c.vigilanti.per Hoſtien.in ſumma in loco preallegato.et per Joan.an.in regula.poſſeſſor,in vltimo articulo ⁊ per hec eſt expedita iſta queſtio. ¶ Sed aduerte quia Bal.in dicta auten.ad hec.tetigit an per preſcriptionem tollatur naturalis obligatio deſcendens ex delicto ⁊ dicit primo videndum an intelligatur ineſſe naturalis obligatio in delictis.nam primo videtur ꝙ ſic per ea que habentur in l.non ſolū.§.primo.ff.de iniurijs.vbi litera dicit actionē iniuriarum que eſt ex delicto eſſe ex bono et equo et ſic ex equitate naturali et per conſequens videtur quod in ea ſit obligatio naturalis.ad idem etiam facit quod habetur in autenti.de non alie.aut permutan.§.quia vero leonis.collatione ſecunda.vbi ſic periculi amatores ⁊c.nam innuit ſibi conſenſum eſſe delinquentis ad idem etiam quod habetur in text.et gloſ.in.l.prima.§.beſtias.ff. depo.pro iſta parte videtur eſſe text.cum gloſ.in.l.ſeruus.ff.de his qui no.infa.vbi glo.dicit ſeruum naturaliter obligari ex delicto idem etiā voluit gl.in.l.indebi.neratius.§.fina.ff.ad legem aquil.contrarium videtur voluiſſe expreſſe gloſ.inſtitu.de iure naturali.§.ius autem gentium.in verbo pene.cōcludit dici poſſe ꝙ aut queritur de obligatione naturali que oritur ex equitate iuriſgentium.facit quod habetur in.l.j.§.fina.pro ſocio.et.l.ex hoc iure et quod notauit Barto.in.l.iulianus.ff.de condictio. indebi.et tunc bene dicitur talis obligatio naturalis in eo iure quia ratio naturalis ſeu iuriſgentium ſuadet malefacta puniri. et bonum et equum eſſe videtur quod puniantur.l.ita vulneratus.ff.ad.l.aquil.ij.de ſenten.excommu.vt fame.l.licitatio.§.qd illicite.ff.de public.⁊ facit quod habetur in.l.non ſolum.§.j.⁊ qd ibi etiam notatur per Barto. ¶ Aut loquimur de obligatione naturali ſtricte ſumpta prout prouenit ex conſenſu.Et iſta non dicitur ineſſe in maleficijs quia nō conſentit quis obligari.et etiam ſm Bal.licet offendens conſentiat offendere tamē offenſus nō conſentit offendi.et ideo non poteſt dici naturalis ex cōſenſu.Sed certe poſſet dici quod licet offenſus nō conſentiat offendi.tamen veriſimiliter conſentit ſibi acquiri obligationem.ſi offenditur et licet offendens expreſſe non conſentiat puniri.nec etiam eſt veriſimile quod velit puniri.tamen poteſt dici quod interpretatiue.ex quo offendit et deliquit.⁊ ſic vult offendere ⁊ delinquere et ſic per legem diſpoſitum eſſe talem puniri in conſequentiam et interpretatiue poteſt dici quod eo ipſo ꝙ deliquit et conſentit delinquere in conſequentiam intelligitur conſentire vt puniatur.facit quod habetur in.d.§.quia vero leonis et in dicto.§.beſtias.et quod not.de obligatione naturali ficta ſeu interpretata ex conſenſu interpretato quando quis non appellat a ſententia.vt in.l.ab eo.C.quomodo ⁊ quando iudex.⁊ ſic videtur poſſe concludi ꝙ in maleficijs indubitanter ideſt obligatio naturalis precedens ex equitate iuriſgentium. ¶ Item poteſt dici ꝙ licet non ſit naturalis ex vero conſenſu tamen ſit naturalis ex ficto conſenſu ſeu interpretato conſenſu.⁊ per predicta poſſunt concordari glo.ſ.allegate.licet videantur contrarie ⁊ ad id quod dixi de equitate iuriſgentium.facit etiam quod habetur in.l.bona fides.ff.depoſiti. ¶ †Redeundo ad queſtionem

33 an per preſcriptionem tollatur naturalis in maleficijs concludit Bal.ꝙ ſi eſt actio penalis tunc tollatur obligatio naturalis pro illa competens quia pena ſolaꝫ duritiem continere videtur facit quod habetur in.l.ſi ſeruus ea.l.ff.de ſer.expor.et quod habetur in.l.ſed ſi vnius.§.ſi ante.ff.de iniurijs.⁊ in.c.fraternitatis xij.q.ij.in gloſ.et ex iſto dicto potuit ſumi quod dixi ſecundum domi.Anto.ſ.cum glo.penul.de preſcrip.ac.pena.licet forte domi.Antō.non viderit hoc dictum.Si vero obligatio deſcendēs ex maleficio competat reſtitutionem rei non ad penam.et tunc non tolletur naturalis ſecundum eum ſed tu potes dicere ꝙ licet non tollatur ipſo iure,tamen tollitur quo ad effectum ſaltem in bona fide preſcriben.per ea que habentur in.l.omnes.et.l.ſicut.de preſcriptio.xxx.anno.⁊.l.j.de anna.exceptio. ¶ Tangit etiam ibi quid in obligatione penali ex conuentione vel ex precepto iudicis facto cauſa cognita.Ad primum facit quod legitur ⁊ notatur.ſ.de arbitris.dilecti.Ad ſecundum quod notauit Jnno.ſ.qui matri.accu.poſ.c.cum in tua. ¶ Concludit ꝙ quatenus eſt mera pena poteſt dici ꝙ tollatur obligatio per pſcriptionem.ſecus quatenus non eſt mera pena.Sed iſtud vltimum vt dixi non videtur procedere in bona fide preſcribente quia videtur tolli quo ad effectum.per ea que ſuperius dixi et videretur ꝙ vbi tollitur quo ad effectum non poſſit pro tali naturali predicari via denuntiationis euangelice vt etiam voluit Barto.in dicta extrauagan.ad reprimen.licet Bald.aliter videatur loqui in dicta autenti.ad hec.tangit etiam quid in actione redhibitoria an per preſcriptionem tollatur naturalis et concludit ꝙ ſic quia per preſcriptionem firmatur contractus preambulus ex cōſenſu initus.⁊ no.bene hoc dictum quia actio redhibitoria tollitur ſpatio ſex menſium.l.cum ſex.ff.de edi.edic.et ſic eſt temporalis ſui natura ⁊ tamen dicit ꝙ per preſcriptionem tollitur naturalis contrarium expreſſe tenuit Bar.in.l.ſi.ff.rem ratam haberi.et Guil.in.l.at qui natura.ff.de neg.geſtis.⁊ facit etiam quod ibi notatur per glo.ſed dictum Bald.verius videtur per ea que habentur in.l.ſi quis poſtꝙ.ff.de fideiuſſori.et tetigi ſuper gloſſ. penul.tangit etiam ibi quid ſi pupillus preſcribat.qui non cenſetur eſſe in mala fide nec habere ſcientiam cum eius etas ignoret quod videt.l.j.ad finem.C.de fal.mo.an ſi tutor ſcit impediat preſcriptio et finaliter videtur concludere ꝙ non impediatur qꝛ debet attēdi an ipſe preſcribens ſit in mala fide ⁊ ſic in peccato. per ea que leguntur et notantur.ſ.de iudi.nouit.tangit etiam quid de ſucceſſore vniuerſali.an ei noceat mala fides defuncti. Et concludit ꝙ ſic per.c.nouit.de iudi.vbi ſucceſſor in regno conueniebaꝫ p viā denuntiationis ex facto pdeceſſoris. ¶ Itē etiaꝫ qꝛ mala fides autoris obligauit eū ad reſtitutionē.⁊ p ꝯſequens deſcēdit obligatio i ſucceſſorē.lꝫ nō ſit male fidei ſicut etiā heres vſurarij tenetur ad reſtitutionē licet ipſe heres nō ſit vſurarius.

Ayuntamiento de Madrid

facit quod habetur. j. de ſepultur. parochiano. et de hoc etiam tetigi cum glo. ij. ſeu ſuper ea tangit etiam ibi an illud quod retinetur per fal. in foro conſcientie poſſit retineri. Et ſimiliter an illud quod quis conſecutus eſt autoritate inique z iniuſte ſentẽtie poſſit quis in foro conſciẽtie retinere. z in effectu ſequitur id quod tenuit Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo denunctia. z Innocen. in. c. quia plerique. j. de immuni. eccleſia. z aliqua etiam alia tangit in materia denũtia. z quia ſepe forus conſcientie videtur contradicere foro contentioſo. vt in fallen. retinenda vel non. z in teſtamento minus ſolenni z in obtinente per ſentẽtiam iniuſtam. z in tutore per macedo. z in ſimili. quid tũc ſit ſeruandum, z ſimiliter in preſcriptione de qua ſuperius dixi: et an quis debeat omnino ſequi conſcientiaz de predictis z pluribus alijs tetigit Innocen. in dicto. c. quia plerique. vbi etiam per domi. Anto. z per Bal. in dicta auten. ad hec. z etiam in queſtione ſuperius allegata. que incipit. ſtatuto cauetur ꝙ fenerator. z aliquid etiam per Innocen. in. c. ſicut. de electio. z per Barto. in dicta extrauagan. ad reprimen. in verbo denuntia. et plenius per do. meũ domi. Pet. de ancha. in dicta regu. poſſeſſor malefidei. vbi latius quã alius pertractauit iſtam materiam. an autem in
34 omnibus perfecte dixerit ad preſens non examino. ¶ † An au
a tem per preſcriptionem queratur dominium. [a] z an queratur directum vel vtile fuerunt opinio. de quibus per legiſtas in auth. niſi tricennale. C. de bo. maternis. z in corpore vnde ſumitur. videlicet in auf. de nup. §. ſi vero oportet. circa finem. §. z in. l. ſi quis emptio. C. de preſcriptio. xxx. anno. et aliquid in. l. traditionibus. C. de pact. et per cano. tanngitur per gloſſ. xvj. q. iij. in ſumma. et per Hoſtien. in ſumma de vſuris. in. §. quis ſit effectus et de preſcriptio. rerum immobilium. in. §. quis ſit effectus. Et per Joan. andr. in regula. poſſeſſor. in quarto articulo communiter tenetur quod per vſucapio. triennij que procedit cum titulo et bona fide in rebus mobilibus queritur dominium directum ſed per preſcriptionem longi temporis que habet locum de iure ciuili in rebus immobilibus cum bona fide et titulo et perficitur ſpatio. x. ann. inter preſentes. z. xx. inter abſentes. l. fin. C. de preſcriptio. longi temporis. queritur dominium vtile non directum, per ea que habentur in. l. ſi quis emptionis. in principio preallegata. z que habentur in. l. j. in fin. cum ibi notatis etiam per Barto. ff. de aqua plu. arcend. et nota. etiam de materia. ff. de vſuris. l. j. et etiam idem videtur de preſcriptione longiſſimi xxx. anno. quando procedit ſit cum bona fide. licet ſine titulo. vt in dicta auf. niſi tricennalis. z in corpore vnde ſumitur. licet non videatur habere effectum contra dominum antiquum ſi poſſeſſio reuertatur ad eum ſine vitio vt patet in dicta. l. ſi quis emptionis. ſi autem mala fides interueniſſet tunc ſolam exceptionem querebat de iure ciuili. vt. d. l. ſi quis emptionis. quod hodie eſt correctum per hoc. c. quia propter malam fidem non queritur etiam exceptio. ¶ In preſcriptione autem an que procedit etiam cum bona fide iure canonico, dummodo non ſit preſumptio ſecundum ius commune contra preſcribentem acquiritur dominium eo modo quo queritur de iure ciuili per preſcriptionem longi temporis. vt voluit Hoſtien. in ſumma de preſcriptione rerum immobilium. §. quis ſit effectus. z etiam ſuperius tetigi. Aliqui tamen dixerunt ꝙ etiam per preſcriptionem longi temporis z longiſſimi queritur directum dominium prout dicit mag. glo. vt notatur in dicta autenti. niſi. z dicta. l. ſi quis emptionis. z etiam in ſumma. xvj. q. iij. ſed precedẽs opinio magis communiter tenetur licet Pe. teneat opi. ſecũdam vt refert Cynus in dicta auf. niſi. quam tenet Bart. et citramontani not. ſequuntur. Bal. tamen ibi voluit concordare opinio. quia ſi preſcribitur cõtra ſcientem tunc queratur dominiũ directum. quia cenſetur dominus contra quem preſcribitur conſentire ex quo ſcit z tacet z negligit recuperare. Facit quod habetur in. l. alienationis. ff. de verbo. ſignifi. Sed vbi preſcriberetur contra ignorantem. tunc queratur vtile: q2 ibi non videt̃ eſſe tacitus conſenſus, de quo predixi ex quo ignorat et videtur hec opinio prima facie colorata tamen contra illam facit textus. in. l. fina. C. de preſcrip. longi temporis ad fin. vbi dicit non ſiendam differentiam an preſcribat̃ contra ignorantẽ, an vero contra ſcientem et pro hoc etiã quia lex ſi quis emptionis non facit etiã hanc differentiam ſed ſimpliciter dicit quod ſi aliquis preſcripſerit longo tempore ſi agatur cõtra eum per dominũ antiquũ potes ſe exceptione tueri z ſic innuit ꝙ de mero iure cõpetat actio antiquo dño z per conſequens remanſerit dictũ dominiũ penes eum, euidentior tamen ratio eſt acquirẽdi dominium per preſcriptionẽ quãdo ſciuit ille contra quem preſcribebatur. vt etiam voluit Joã. and. in regula. poſſeſſor. in vltimo articulo. ¶ Sed hic eſt aduertendũ quia poteſt eſſe dubiũ an eo caſu quo preſcriptum eſt contra ignorantem poſſit ſibi aliquo remedio ſubueniri. Bar. multum notabiliter dixit quod quia per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur de qua in l. prima. ad ſin. ff. ex qui. cau. maio. et ita dicit ipſe. in. l. prima. §. ſi quis autem propter. coniuncta gloſſ. ff. de iti. actuque priua. et per hoc etiam videtur eſſe gloſſa coniuncta cum textu. in. l. ſi partem. §. j. ff. quemadmodum ſer. amit. in contrarium facit preallega. l. fina. C. de preſcrip. longi temporis. vbi in fine. dicit in materia preſcriptionum non eſſe ſiendam, an preſcribant contra ſciẽtem, an vero contra ignorantem. ſed ipſe reſpondet ꝙ illud procedit quo ad complendam preſcriptionem ſed non quo ad impediendam reſtitutionem in integrum. et iſtud dictum ſatis videtur habere equitatem quando ignorantia fuit probabilis. Facit quod habetur in. l. fina. ff. pro ſuo. ſecus quando non fuiſſet probabilis ſed ſupina vel fuiſſet ignorantia iuris per quod habet. in. l. ſicut. ad ſi. C. de preſcriptio. xxx. annorum. et in. l. nec ſupina ff. de iuris et facti ignoran. z de conſtitutio. c. ij. lib. vj. ¶ Contra iſtam tamen opinionem poſſet allegari quod notat glo. in. c. auditis. de reſtitutione in integrum. vbi concludit gloſ. ꝙ contra preſcriptionem. xl. anno. non datur reſtitutio ne alias lex videatur impoſita verbis z non rebus et illud ſequitur ibi Joan. an. in cle. j. de reſtitutione in integrum. in glo. ordinaria. licet; aliqui tenuerint cõtrarium et precipue Stepha. quẽ videtur ſequi Jo. an. in quibuſdam additio. ad glo. clementinariam licet ille communiter nõ habeantur. Poſſes dicere ꝙ ibi loquitur in preſcriptione. xl. anno. que eſt valde prolixi temporis. ideo tunc nõ datur reſtitutio. Secus in preſcriptione longi temporis. Unde reſtaret etiam dubium de preſcriptione. xxx. anno. Tamen ſatis videretur eſſe equum ꝙ interueniente probabili ignorantia poſſit dari reſtitutio in integrum niſi dicat ꝙ fauore litium dirimendarum, z vt ſit litium finis contra illa non concedatur ſicut nec contra illam que eſt. xl. anno. tamen ratio que allegatur per glo. in. d. c. auditis. in preſcriptione. xl. anno. videretur etiam procedere in preſcriptione longi temporis. z. xxx. anno. quia tamẽ nõ habemus hoc bene expreſſum z habemus autoritatem Barto. que videtur in ſe habere equitatem credo quod ſeruaretur i pra[illegible] opi. Barto. et per predicta videretur ꝙ ſi per ſtatutum in[illegible] preſcriptio. x. anno. quod ſi currit contra probabiliter ignorantem poterit peti reſtitutio aduerſus talem preſcriptionem. An autem res mobilis eccleſie vſucapi poſſit trienio, an vero requiratur tempus. xl. anno. vide plene. in. d. c. j. de reſtitu. in integrum. vbi tangit Jo. and. de quo etiam in regula poſſeſſor. de regu. iur. in. vj. ſuper glo. † ¶ Redeo ad gloſſ. in verſic. ſed quid. z quero cum gloſſ. quid ſi aliquis tempore preſcriptionis habuit leſam conſcientiam z poſtea incipit habere non leſam nunquid per hoc erit interrupta preſcriptio. Glo. reſpõdet quod non quia prima conſcientia videtur fuiſſe erronea. iõ eam deponere potuit z debuit. ſ. de ſi. per tuas. et. ꝗ. z. xi. q. iij. c. cui eſt illata. cum glo. concordant Joan. Phi. Uincen. z Inno. contrarium tenuit Hoſt. per id qd̃ habetur. s. c. primo. circa finez. do. Anto. hic dicit aduertendũ qd̃ ſi habuit cõſcientiam leſam ex legitima pbatione cõcurrente veritate z poſtea eam aliter erronee informatã ꝙ tunc non preſcribit. Si aũt habuit cõſcientiã leſam ex leui iudicio, et poſtea eam aliter informauerit ex alijs iudicijs legitimis, tũc gl. bene dicat. ¶ In dubio autẽ ſi prima cõcurrat cum veritate preſumitur ꝙ eam bene primo informauerit z ſcdõ male, niſi appareat. Pro quo aduerte: quia glo. poteſt dupliciter intelligi vno modo qñ a principio pſcriptionis habuit conſciẽtiam leſam poſtea incipit habere nõ leſam z ſic videtur intelligere gloſ. Alio modo poteſt intelligi ꝙ a principio non habuerit cõſcientiam leſam, ſed ex poſtfacto z deinde poſtea incepit habere nõ leſam: iſte intellectus videtur magis de mẽte gl. dum dixit nũquid per hoc eſt interrupta pſcriptio. z ſic innuit ꝙ erat iam inchoata qd̃ non fuiſſet, ſi a principio habuiſſet malã fidẽ. Potes cõcludere ꝙ aut a principio pſcriptionis habuit cõſcientiã leſam z ſic malã fidẽ, z tũc non videt̃ pſcribere q2 bona fides regritur in initio pſcriptionis. l. ſequit̃. §. de illo. in fi. ff. de vſuca. z. l. ij. in prin. ff. p emp. z. l. vnica. §. hoc tantũmodo. C. de vſuca. transfor. z p hoc q2 imputandũ videt̃ illi q talẽ rez querit habere ex quo a principio h3 cõſcientiam leſam. ¶ Interdũ aũt a pncipio habuit bonã fidẽ. Sed ex poſtfacto habuit leſam ꝯſciẽtiã z ſic malã fidẽ tũc videt̃ poſſe dici qd̃ aut modico tpe durauit z illa nõ habeat nocere: q2 ppter breuitatẽ tpis cẽſetur nõ fuiſſe arg. l. a diuortio. la ſcdã. ff. de diuor. cano. de peni. diſt. j. ¶ Si autẽ durauit vltra modicum tẽpus tũc eſt magis dubiũ. tñ Bart. in. l. naturaliter. ff. de vſuca. tenet idem. Unde cõcludit malã fidẽ ſuperuenientẽ. ita demũ de iure cano. interrũpere pſcriptionez ſi durauerit alias ſecus z ſic intelligit iſtã gl. z dictũ Inno. dicẽs qd̃ Inno. etiã hoc vult. ſed Hoſti. vt dixi videtur velle cõtrarium videlicet dici poſſe qd̃ prima preſcriptio

a ¶ Dñiũ an acqrit̃ p preſcriptionez vid. do. per ale. i cõcilio lxxxvij. in iij. co. iij. volu. vbi etiaz ponit an pſumat̃ bõa fides vbi eſt titul9. z i 2. xxj. in. iij. in iiij. volu.

•Ayuntamiento de Madrid

ſcriptio ſit interrupta ex quo mala fides ſuperueniens non fuit momentanea per iſtum tex. in fine. Sed forte poteſt dici qđ poterit de nouo inchoare ex eodem titulo ſuperueniēte bona fide ⁊ ſic ſi deponat conſcientiam preambulā per id quod habetur in ſimili. in text. et glo. quos Barto. reputat ſingulares. in. l. ſi quis pro emptore. §. penul. ff. de vſucapio, vbi dicitur ꝙ ſi preſcribens cadat a poſſeſſione et ſic interrumpatur preſcriptio. l. naturaliter. preallega. Tamen ſi poſtea recuperet poſſeſſionem ſine vitio ex titulo priori poteſt preſcribere longo tempore incipiendo de nouo ex quo habet bonam fidem. Sic igitur in ſimili propoſito poteſt dici quod licet prima fuerit interrupta tamen noua poterit inchoari ſuperueniente bona fide. et quando procedit cum titulo non videtur curandum. an forte erronee depoſuerit primam conſcientiaꝫ vel non: licet domi. Ant. aliter voluerit. vt. ſ. tetigi quia ſatis eſt ꝙ habeat bonam fidem et titulum que bona fides etiam poteſt cauſari a cauſa erronea. per ea que notantur in. l. ſi fur. §. j. ff. de vſucapio. et in. l. igitur. §. ſi. de libe. cauſa. et. l. ſi
36 plagij. C. ad. l. ful. de plagi. ¶ † Redeo ad gl. in verſic. item quid ⁊ quero cum glo. quid ſi aliquis pendente preſcriptione incipiat. dubitare[a] an res ſit ſua. et habeat iuſtam cauſam dubitationis an cenſebitur eſſe bone fidei. Glo. reſpondet quod ſic vnde etiam vtetur fructibus et ſic faciet illos ſuos. l. qui ſcit. §. bone fidei. ff. de vſu. et ideo hoc caſu preſcribet licet habeat conſcientiam dubiam quia licet adhuc ſit dubius neſcit tamen adhuc an ſit aliena. ⁊ debet inquirere ab alijs de illa vt ſic poſſit peruenire ad veritatem ſi poteſt. ar. xxxvij. di. §. vlti. ⁊ xxiiij. q. vlti. occidit. Cum gloſ. videtur concordare hic Jo. Vincen. ⁊ Inno. ⁊ etiam Hoſtien. in ſumma de preſcript. re. immo. §. que exiguntur ſub. §. verum. contrariū tenuit Hoſt. ſ. eodem ſi diligenti. vbi glo. etiam tangit glo. pe. ad ſi. vbi dicit ꝙ illud quod dicit glo. poteſt procedere ſm leges ſecus ſm canones. per id quod habet in hoc. c. et ſ. c. proxi. circa finem ſm quos canones quod vtilius anime eſt videtur preeligendum allegat. j. de ſpon. iuuenis. et ſic Hoſti. videtur ſibi fuiſſe contrarius tamen videtur tenere hanc opi. per ea que dicit in proemio huius compilationis vbi dicit ꝙ ſi contingat eum in apparatu ſeu lec. ſuper hoc volumine ſcribere cōtrarium ei quod dixerit in ſumma vult ſtari ei quod dixerit in apparatu tanꝙ vltimo dicto. Inno. vt dixi ſequitur gl. ⁊ etiam Barto. in. l. naturaliter. ff. de vſuca. mouetur quia iura canonica corrigunt iura ciuilia in male fidei poſſeſſore vt patet hic ⁊ in regula poſſeſſor. ⁊ ideo non corrigent hoc caſu quia cum a principio fuerit bone fidei licet poſtea ſuperueniat dubitatio. non poteſt dici male fidei. licet etiam non dicatur tunc proprie bone fidei inquantum dubitat. vnde dixit glo. in. l. iij. §. ſi. ff. de acquir. poſſe. ꝙ dubitatio tenet medium inter malam fidem et bonam. quia proprie non eſt male fidei nec bone fidei ſimiliter nec ignorans vt notauit glo. in. l. j. C. de acquir. poſſ. ex quo ergo non poteſt dici male fidei. videtur quod nō interrumpatur preſcriptio. licet dubitet et per predicta dicit Bart. in dicta. l. naturaliter. ꝙ licet denuntiatio que fieret ante preſcriptionem inchoatam habet nocere quia induceret in dubitationeꝫ ⁊ conſequenter excluderet bonam fidem que exigitur in initio preſcriptionis. ideo tunc habet nocere denuntiatio. l. ſi fundum. C. de rei vendi. Secus quando ſit poſt preſcriptionem inchoatam. quia tunc licet reddat quem dubiuꝫ non tamen conſtituit in male fide. ideo nō interrumpitur preſcriptio. ⁊ ſic intelligitur glo. in. l. penul. ff. pro empto. Facit quod dixi ſuper glo. penul. Sed contra iſtam opinionem facit ſm domi. Anto. quod no. gl. in. c. quoniam frequēter. §. quod ſi ſuper ad finem in verbo reſeruata. circa principiuꝫ. gl. ſ. vt lite non conteſt. vbi videtur glo. ſentire ꝙ ſuperueniens dubitatio interueniat preſcriptionem. do. Ant. hic dicit eſſe aduertendum quomodo iura canonica loquantur in hac materia. Nam aliqua dicunt male fidei poſſeſſorem non preſcribere. ſ. eodem vigilanti. ⁊. c. ſi diligenti. aliqua exigunt bonam fidem. ſ. eodem. ſi diligenti. ad finem. ⁊ aliqua dicunt quod abſqꝫ bona fide non procedit quia omne quod non eſt ex fide eſt peccatum vt patet hic. Et facit quod habetur. ſ. c. proximo. circa finem. pro hoc infert ꝙ attentis verbis huius decretalis ⁊ precedentis. circa ſi. dicti. c. ſi diligenti, ad ſi. non videt ſufficere ꝙ deficiat extremum male fidei niſi detur etiā extremū bone fidei ⁊ ſic cū dubitās ſit in medio ⁊ nō habeat bonā fidē nec malā: videtur ꝙ non preſcribat finaliter. do. Anto. hic concludit quod ſi dubitatio eſt momentanea et non fixa ſeu firma, ſed potius vacillans quod hec non interrumpat preſcriptionem. ſicut etiam in ſimili non dicitur eſſe hereticus qui dubitat ſed non fixe et firme ſeu pertinaciter. vt in. c. j. j. de hereticis. cum ibi notatis. Facit quod nota. in clementi. prima. de vſu. ¶ Si autem eſt dubitatio perſeuerans ⁊ firma ac fixa et merito dubitandum concurrat cum veritate aliqua cauſa legitima impellens ad plus credendum alienam quam propriam licet pro certo neſciat. tunc dicit quod putat preſcriptionem interrumpi. ¶ Idem dicit ſi aliquid ei oſtendatur vel probatur ex quo veriſimiliter potuerit ⁊ debuerit dubitare lꝫ aſſerat ſe non dubitare per ea que habentur. in. c. nouit. ſ. de iudi. et de reſcriptis. cum contingat. et per predicta putat quod aliquo caſu denuntiatio etiam poſt poſſeſſionem adeptam ⁊ preſcriptionem inchoatam interrumpetur preſcriptio vt quando ſit a tali cui merito eſt credendum. vbi autem dubitatio eſſet in principio preſcriptionis tunc fortius impediretur eo caſu quo dixi inchoatam interrumpi allegat quod legitur et notatur. C. de acquiren. poſ. licet. et. l. nemo. et facit quod no. eo. tit. l. j. ¶ Tu potes dicere ꝙ aut dubitatio ſuperuenit per actum iudicialem et tunc ſit verum quod interrumpitur preſcriptio. quia talis actus inducit preſumptam ſeu fictam malam fidem ex diſpoſitione iuris per ea que habentur in. d. l. nemo. et per gl. xvj. q. iij. c. j. et hoc caſu etiam legitur glo. in. c. quoniam frequenter. §. penul. in verbo reſeruata. Aut ſuperuenit dubitatio per actum extraiudicialem, et tunc aut ſuperuenit ab ipſo principio preſcriptionis ⁊ ſic ante illam inchoatam. Et tunc etiaꝫ habet nocere per ea que habentur in. l. ſi fundum. C. de rei vendi. ⁊ que etiam notauit Bar. in. l. naturaliter. ff. de vſucapio. et eſt etiam ratio quia per illam excluditur bona fides cum dubitans non dicatur habere bonaꝫ fidem neqꝫ malam fidem vt notat glo. in. l. iij. § ſi. ff. de acqui. poſ. bona fides autem exigitur in principio preſcriptionis. ſ. codeꝫ. ſi diligenti. ad finem. ⁊. l. ſequitur. §. de illo. ad finem. ff. de vſucapio. ⁊. l. ij. in principio. ff. pro empto. et. l. vna. §. hoc tantummodo. C. de vſuca. transfor. Aut ſuperuenit dubitatio poſt inchoatam preſcriptionem. Et tunc aut fuit momentanea ſeu breui tempore durans. ⁊ tunc non habet nocere per id quod habetur. in. l. diuortio. la ſecunda. ff. de diuor. et quod notatur. j. de hereti. ⁊. c. j. ⁊ quod. ſ. tetigi. poſt dominum Antonium. Aut dubitatio ſuperueniens poſt inchoatam preſcriptionem non fuit momentanea. et tunc ſi aliquo tempore poſtea ceſſaſſet ſatis videretur qđ ſaltem ex tempore ceſſationis dubitationis poſſit inchoari noua preſcriptio per id quod legitur ⁊ notatur in ſimili. in. l. ſi is q pro emptore. §. penulti. ff. de vſucapio. ⁊ per id quod dixi in ſimili in precedenti queſtione glo. ¶ An autem preambula preſcriptio ſit interrupta fuerunt opinio. vt patet ex dictis. ſ. gl. tamē hic ⁊. ſ. eodem. ſi diligenti. in glo. penul. ad finem. ⁊ etiam Innocen. hic ⁊ Barto. in. d. l. naturaliter tenuerunt quod non interrumpitur ⁊ idem etiam Hoſti. in ſumma in loco quem ſuperius allegaui. licet contrarium tenuerit in dicto. c. ſi diligenti. ⁊ etiam dominus Anto. hic. Sed certe verior videtur opinio gloſſ. per iſtum textum a ſenſu contrario. Nam ad hoc vt non interrumpatur ſatis eſſe videtur ꝙ preſcribens non ſit in peccato mortali ⁊ quod non habeat conſcientiam rei aliene vt hic aperte colligi poteſt a ſenſu contrario quod eſt validum in iure de his que fiunt a prela. cum apoſtolica. ⁊. l. j. §. huius rei. ff. de officio eius cui man. eſt iuriſditio. ſed dubitans non eſt in peccato. quia non habet malam fidem nec etiam conſcientiā rei aliene vt patet ex his que notauit glo. in. d. l. iij. §. ſi. ff. de ac. poſ. ergo non debet interrumpi preſcriptio. ⁊ pro hoc etiam faciat ratio quia quis in dubio non debet dimittere ius ſuum indiſcuſſum. l. illud. ff. de petitione heredi. Ergo non eſt imputandum preſcribenti ſi in dubio rem non reſtituit. ergo non eſt certus rem eſſe alienam, licet de hoc dubitet. nec credo eum etiaꝫ arctari in foro conſciētie ad reſtituendum ex quo non eſt certus licet dubitet rem eſſe alienam per rationem. d. l. illud. ⁊ ſic videtur quod non interrumpatur preſcriptio. ⁊ iſtam partem credo veriorem. Nec ob. ꝙ in preſcriptione requiritur bona fides. ſ. eodem. ſi diligenti. ad finem et facit etiam hic dum dicit abſqꝫ bona fide ⁊c. quia illud videtur intelligendum ſcilicet a principio vt ſic a principio omnino requiratur bona fides et ſine illa non procedat preſcriptio. ſed non quo ad hoc, vt poſtꝙ eſt inchoata non procedat abſqꝫ bona fide dummodo poſſit preſcriptio ſeruari ſine peccato mortali. et non habeat quis conſcientiam rei aliene vt ſatis probatur hic in text. iſto et facit etiam ratio quam ſuperius dixi que colligitur ex. d. l. illud. de peti. heredi. quia in dubio non eſt imputandum alicui ſi ius ſuum non dimittit indiſcuſſum. non ob. etiam quod habetur in capitulo precedenti in ſi. quia ibi nedum ceſſauit bona fides ſed etiam facit actum contrarium preſcriptioni. vt ibi etiam notatur. ideo nō mirum ſi tunc interrumpitur preſcriptio. Et ex predictis poteſt ſatis inferri ꝙ licet poſt inchoatā pſcriptionē ſupueniat pbabilis dubitatio nō tñ interrumpit preſcriptio: licet. d. Ant. ⁊ aliqui in hoc tenuerūt cōtrariū. Et aduerte etiā ꝙ notabiliter dixit Bar. in. d. l. naturaliter ꝙ lꝫ qs habeat malā fidē quo ad vnū vt qr putat rē eſſe titij q̄ eſt ſemproníj nō ipediet pſcriptio aduerſus illū aduerſus quē nō hꝫ malā fidē ⁊ hoc etiam voluit glo. in. l. ſi fundum. ff. de acquiren. poſſeſ. ⁊ in. l. ſicut in gloſ. ſuper verbo poſſidente que incipit mala fide. C. de preſcriptio. xxx. anno. facit etiam quod habetur in. l. qui balneum ad finem. ff. qui potiores in pigno. habeantur. et. l. fulcinius. §. ꝙ ſi aduerſus. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur. Redeo ad

a ¶ Dubitare. adde do. ab. hic i. ix. co. verſi. tertio glo. ꝗrit nu. 39.

Ayuntamiento de Madrid

glo.in ver.item quid ſi prelatus.et quero cum glo.quid ſi prelatus habeat leſam conſcientiā in re aliqua quā poſſidet eccleſia tñ habet bonā ſidem nunquid tenetur dimittere illā. Glo. reſpondet ꝙ non dicit tñ ꝙ prelatus debebit ſignificare illi cuius eſt vt illā petat etiā hoc modo purgabit ſuam conſcientiā nec dicetur fraudē cōmittere quia videt hoc facere vt conſcientiā ſaluet ſic denuntiando facit qd̄ habet in ſi [illegible] iu.l.at qui natura.§.cū me abſente.ff.de negotijs geſtis.et.l.[illegible]itus.ff.mandati. Et idē ēt ſequitur Jnn. ¶ Dicit tamen ꝙ caueat ſibi prelatus ne aliquid contra cōſcientiam faciat vel [illegible] procuret ꝛ de materia etiā habetur quadrageſimatertia diſtinctio.generalis.ꝛ trigeſima quarta.q.ij.ſi virgo.ꝛ etiā in.c.bone.el.ij.ſ.de poſt.prela.vbi etiā gloſ. dicit ꝙ vbi ſolū agit̃ de p̃iudicio iuris prelati ſi habet conſciētiā leſaꝫ pōt illi renuntiare ſed vbi agitur de preiudicio eccleſie.tūc p̄cedit quod hic dicit glo. ¶ Et aduerte qꝛ glo.p̃ſupponit ꝙ p̃latus poteſt habere conſcientiam leſam licet eccleſia habeat bonā fidem:hoc autē poteſt eſſe quando eccleſia habet conuentum vel capitulum.nam tunc ſi conuentus vel capitulū habet bonam fidem dicitur eccleſia habere bonam fidem,licet prelatus habeat malā.ſed ſi capitulū vel conuentus etiam haberet conſcientiā leſam.tunc etiam eccleſia dicet̃ habere malā fidē.facit qd̄ habetur in.c.requiſiſti.ſ.de teſta.et quod notat Jo.an.ꝛ Jnnoc.ſ.de iure pa.cura.vbi aūt eccleſia non habet conuentum nec capitulū.tūc ſi prelatus ſeu rector habet malā fidē ſatis videtur [illegible] eccleſia ēt tunc dicat̃ habere malā fidē per id q[illegible] notatur [illegible].in.c.potuit ſ.de loca.vbi glo.notabiliter dicit.ꝙ [illegible] quod poteſt prelatus cum capitulo videtur poſſe prelatus ſeu rector quando non habet capitulū. Jtem aduerte,quia cum glo. concordat etiā Hoſti. in ſumma de preſcriptione re.immo.§.que exigunt̃.ſub.§.verū.ver.quid ſi prelatus.et ex his que ibi tangit ꝛ que tetigit hic glo. habes vnā practicā que teneri poteſt quando prelatus hꝫ cōſciētiam leſam et non eccleſia.duas alias practicas poſuit Hoſti.in loco preallegato.vna fuit ꝙ conuocet capitulū et certificet ipſuꝫ quomodo res eſt aliena.et hoc facto conſulat agnoſci bonam fidem.quā etiā tutor tenet̃ agnoſcere.l.quoties.§.ſicut.ff.de adminiſtra.tut.ꝛ eadem ratione prelatus qui equiparari pōt tutori p ea que not.ſ.de accuſa.qualiter et quando.el.ij.licet non per oīa equiparetur.vt voluit Jnno.de ſimo.lꝫ heli.et ſic ſcd̄m eum poterit tunc res reſtitui ei cuius eſt,ſed aduerte quia hoc poſſet procedere quando haberet̃ res p eccleſiam ex cauſa lucratiua.ex qua non deberet̃ euictio.ſed vbi haberet̃ ex cauſa oneroſa.tunc propter conſeruandū ius de euictione quod non cōmittit̃,niſi iudicialiter euincat̃.l.habere licere.et.l.herennius.ff.de euicti.ꝛ tunc videtur ꝙ non teneat̃ reſtituere.ſed potius ſeruari debeat practica.huius glo.alia fuit practica quam ſentit Hoſti.in loco preallgato ꝙ prelatus dicat capitulo munde ſunt manus mee a ſanguine huius cauſe.vos aūt defendatis illā prout poteſtis ꝛ vobis videat̃ facit qd̄ habet̃.in.c.epheſijs.Paulus dicit mūde ſunt manus mee ꝛc.xliij.di.et per hec ſit expedita gl.vſqꝫ ad ver.ſed ſi ille. ¶ Demū querit glo.ibi quid ſi ille cui facta eſt denuntiatio veniat ad iudicium et petat rem in iudicio quam tenet eccleſia ꝛ prelatus nunquid ſi prelatus confiteatur forte r̄ndēdo poſitionibus aduerſarij rem eſſe petentis.an preiudicabit eccleſie.que hꝫ bona fide.gl.videtur dicere ꝙ non niſi prelatus fuerit conſtitutꝰ ſyndicus a concilio ſeu capitulo eccleſie ad defendendū cauſam. qꝛ tunc ſi confiteat̃ etiā tanꝗ̄ ſyndicus quia ſuſtinet perſonā totius eccleſie p̃iudicabit̃ tunc eccleſie.alias aūt cōfeſſio p̄lati non preiudicabit eccleſie.niſi forte confiteret̃ de eo quod ipſe feciſſet. arg.eorū que habent̃.xxv.q.ij.poſtq̄.et de materia remittit glo. ad notata.in.c.dudū.el.ij.ſ.de elec.et pro dicto glo.etiam hodie videtur eſſe tex.in.c.preſentiū.de teſti.in.vj.et per Cy.in.l.j.C.de confeſ.in.xv.q.et per Bar.in.l.certū.§.ſed an ipſos.ff.de confeſſ. facit etiam quod dixi in.c.j.ad ſi.ſ.vt lite non cōte.do.Anto.hic concludit ꝙ ſi prelatus confitetur in his in quibus habet diuiſam adminiſtrationē ab eccleſia ſeu capitulo tunc p̃iudicat confeſſio ſolius prelati.qꝛ talia poteſt ſolus prelatus ī iudicio deducere.niſi ſint ardua.per ea que legunt̃ et notant̃.ſ.de reſcrip.edoceri.ꝛ de procu.c.j.et de iudi.cauſam que.licet ipſe dicta iura non alleget.ſi aūt confiteat̃ in his in quibus non habet diuiſam admi.ſed coniunctā tunc procedit glo.ſcd̄m eum.vt demū p̃iudicet confeſſio p̄lati.ſi fiat cum conſenſu capituli.ꝛ dicit ſe non videre ꝙ aliquid operetur quod geſſerit ſolus actuꝫ in quo confitetur. licet gl.hic aliter velit quia etiā in hoc ei vt vnico teſti.nō ſemp crederet.ſ.de teſti.cum a nobis.cum ibi notatis.et facit quod legitur et notatur eodē titulo.inſuper tu potes addere ꝙ dictum domi.Ant.in quantū dixit confeſſionem prelati nocere eccleſie p̄cedere qñ emanat p modum contentioſe iuriſditionis ſecus videtur quando p modū voluntarie iuriſditionis.per ea que notauit Bar.in dicto.§.ſed an ipſos.et quod etiam notauit idem dominus Anto.in.c.vltimo.de confeſ.et in.c.j.ad ſi.ſ.vt lite non conte [illegible] ſup gl.ſi.ꝛ p hec ſit expedita iſta glo. [illegible]

a ¶ Extra gl. de hac q̃ſtione vide per do. Fel.i.c. eccleſia ſctē marie d̄ ꝯſ. iiij.col.ver. in gl.ij.i fi. numero.7.

queri de vna queſtione videlicet qꝛ res immobiles eccleſiarū preſcribuntur ſolū ſpatio.xl.anno.ſ.eodē de quarta.ꝛ quid iuris ſit de re.mo.tetigi ſuper glo.fin.remittendo ad ea que dixi.in.c.j.de reſtitutione in integrum.vbi etiam per Jo.andr.nunquid idem erit in rebus proprijs patrimonialibꝰ clericorū.vt ſimiliter imo non preſcribantur niſi per tempus.xl.annorum gl. notabiliter voluit ꝙ non in capi.poſſeſſiones.xvj.q.iiij.vnde dicit res clericorū poſſe p̃ſcribi ſpatio.xxx.anno.allegat.c.ſanctorū.vbi Hoſti. idem videtur velle idem glo.in.c.ꝗ̄ꝗ̄.de cenſi.in.vj.et etiam Archidia.ibi vbi dicit ꝙ non eſt perpetuum illud quod dicitur res clericorū gaudere priuilegio eccleſiarū ſeu rerum eccleſie.lꝫ alibi dicat̃ ꝙ res clericorū gaudeant priuilegio rerum eccleſie.vt notatur in.c.ex literis.ſ.de pigno.ꝛ.xvj.queſtione.j.in.c.veriſimiliter Archidia.in.d.c.poſſeſſiones.videtur innuere ꝙ etiam quo ad preſcriptio.gaudeant res clericorū priuilegio eccleſie.quia dicit ꝙ intellectus qui datur ad.c.ſanctorū.per glo.in.c.poſſeſſiones. non eſt bonus et aliter debet intelligi.vt ibi notauit Jnno.do. Ant.hic tenet primā ſcilicet ꝙ quo ad p̃ſcriptionē non gaudeāt priuilegio rerum eccleſie.vt voluit glo.in dicto.c.poſſeſſiones.ꝛ etiā in.d.c.ꝗ̄ꝗ̄.mouet̃ quia ſm eum multa priuilegia habēt bona eccleſie que non videntur habere bona clericorū.nam bona eccleſie non poſſunt alienari abſqꝫ ſolēnitate canonica.de qua.xij.q.ij.ſine exceptione et tamen ſecus in bonis clericorū quia nō reperitur in illis dictā ſolēnitatem requiſitaꝫ fore. ¶ Jtem res eccleſie non poteſt concedi in emphy.vel in feudum ſine ſolēnitate canonica.ſi nō eſt conſueta infeudari vel emphyteuticari.de feu.c.j.et.ij.et tamen hic non reperitur in bonis clericorum. ¶ Jtem bona eccleſiarum non poſſunt dari in emphyte.vt tranſeant ad extraneos heredes.de quo tamen ꝛ an ſit verum plene dixi in capitulo in preſentia.ſ.de probationi.ꝛ tamē ſecus videtur in bonis clericorū.ꝛ pro hoc etiam facit quia non videtur eſſe eadem ratio.ratio enim de ſolēnitate ꝛ de non trāſitu ad extraneos pōt eſſe,quia per adminiſtratores ſit alienatio in rebus eccleſie.qui non tractant de priuato dāno.vnde non preſumuntur talia agere cum tanta diligentia ꝛ maturitate cum quanta propria aguntur.argumentum eorum que habent̃ in.l.ij.in ſi.ff.ad carbonia ꝛ ſ.de procuratori.tue.ꝛ hinc etiam deſcendit quod delictum vel culpa prelati non nocet eccleſie.ſ.de regulis.iur.delictum.in.vj. non tamen videtur dubitanduꝫ quod delictum vel culpa clerici habet ſibi nocere in proprijs bonis.facit quod habet̃ in lege etiā §.j.ff.ſoluto matrimonio. ¶ An autem quo ad pedagia ꝛ collectas res clericorum gaudeant priuilegio rerum eccleſie recurre ad eā que habent̃.in dicto.c.ꝗ̄ꝗ̄.de cenſibus.in.vj.ꝛ de immunitate eccleſie.c.j.eo.lib.ꝛ in cle.j.de cēſibus.Nā quo ad pedagia videtur ꝙ ſic ſi non portetur cauſa negotiādi alias ſecus.vt dictis iuribus.quo ad collectas videtur ꝙ gaudeant.quia ille imponuntur perſone pro rebus.lege reſcripto.§.finali.et ibi notatur ff.de muneribus ꝛ hono.ꝛ ideo cum perſona clerici non ſit ſubiecta laicis de foro competenti ſi diligenti non poterit collectari per laicos.ꝛ concludit do.Anto.in.c.ſi diligenti.ad ſi.ſ.eodē. vbi tangit hanc queſtionē pro regula tenendam.quod res clericorum gaudeant priuilegio eccleſiarum vbi appareat exp̃ſſum. vel vbi ſit eadem ratio caſus non expreſſi que eſt in caſu expreſſo facit quod notatur in.c.j.de tempo.ordi.in ſexto.alias non gaudent.in quibus autē reperiatur expreſſum remittit ad nota.per Jo.an.in.c.j.de cleri.coniu.in ſexto.ꝛ facit etiam quod notatur in.c.ſi.ſ.de vi.ꝛ honeſta.cle. ¶ Aduerte tamen inquantū dixi ꝙ res clericorum preſcribuntur ſpatio.xxx.annorum.ꝛ ſic videt̃ velle glo.in dicto.c.poſſeſſiones.ꝙ in eis requiratur ꝛ ſufficit tempus.xxx.an.per id quod habetur.in.c.ſanctorū.iſtud pōt p̄cedere quando quis vellet preſcribere bona fide ſine titu.ſi autē vellet preſcribere cum titulo ꝛ bona fide.tunc ſatis puto ꝙ ſufficeret tempus.x.anno.inter preſentes.ꝛ.xx.inter abſentes ſicut ī rebus laicorum dixi in preallega.c.ſanctorum.ꝛ.ſ.eodem. illud et ex his poteſt inferri ꝙ res clericorum etiam minori ſpatio.xxx. annorum poſſunt preſcribi.licet gl.contrarium videatur innuere in preallega.c.poſſeſſiones.et iſtud etiam videtur ſatis fuiſſe de mente domi.Anto.in.d.c.ſi diligenti.circa finem. ¶ Potes addere duo breuia.primum quatenus dixi ſuper glo.ij.ꝙ in preſcriptione longiſſimi temporis error iuris non videtur habere illam impedire.quod idem videtur voluiſſe domi.Ant.in.c.cura.ſ.de iure pa. ¶ Vltimo etiam potes addere inquantuꝫ tetigi ſuper glo.fin.circa primam queſtionem.ꝛ circa opinio.Ange.ꝙ vbi quis eſt immiſſus in reali.ꝙ poteſt preſcribere ſpatio.x.an. inter preſentes.ꝛ.xx.inter abſentes.ſi habet bonam fidem.quia habet etiā titulū ſententie.nam gl.accur.expreſſe hoc tenet in.l. ij.ad ſi.C.vbi in rē ac.tamē ibi reprobatur cōmuniter per doct.qꝛ ibi interuenit ſolū interloc.de mittendo que fuit miſſa executioni.ꝛ nō interuenit adiudicatio vel declaratio dominij.ꝛ ideo nō poterit p̃ſcribere ſpatio longi tēporis ſed longiſſimi.ꝛ hec ſufficiant de repetitione huius capituli.

De ſententia

Ayuntamiento de Madrid

¶ De ſententia ⁊ re iudicata. Rubrica.

1 ☞ Sententia ⁊ res iudicata qualiter differant.
2 Sententie que tranſeunt in rem iudicatam regulariter nõ tranſ
eunt ante decem dies:ſed poſt.
3 Sententia quotuplex ſit.
4 Sententia quare dicitur diffinitiua.
1 ¶ † Sup iſta Rubrica eſt videndũ que differẽtia eſt inter ſenten
tiam ⁊ rem iudicatam. dicit ꝙ differentia eſt, qꝛ ſententia dicitur
etiã anteꝙ trãſiuit in rem iudicatã. ſed res iudicata dicitur poſtꝙ
tranſiuit ſententia in rẽ iudicatã. ita ꝙ non poteſt retractari fa
cit lex de fideiuſ. §. ſi plures. ff. de pigno. quandoqꝫ tñ lato ſum
pto vocabulo appellat etiã res iudi. ipſã ſententia a qua põt ap
pellari. l. litigatoribus. C. de ap. et no. ff. eodem. ſuper Rubrica.
¶ Item etiã aduerte qꝛ ex ſententia quãdo ſequuntur aliqui ef
fectus iur. vt condẽnatus ex furto ſit infamis. l. nõ põt. ff. de fur.
⁊ l. furti. ff. de his qui no. infa. ⁊ quia iſte effectus ſurgit etiam tẽ
dente tempore dato ad appellãdũ vt patet in dictis iuribus po
teſt dici res iudicata. ad hunc effectũ. licet adhuc poſſit appella
ri. ſed quo ad executionẽ eorũ que conſiſtunt in facto non dicit
res iudicata. niſi quando ſententia tranſiuit in rem iudicatã. ita
ꝙ amplius non poſſit appellari. an autem omnes ſententie trãſ
eant in rem iudicatã. dic regulariter quod ſic. s. de electi. cũ dile
cti. fallit qñ ſeruata ſententia periculũ eſſet anime. quia tunc nõ
tranſit ſententia in rem iudicatam. j. eo. tenor. et. c. lator. ⁊. c. con
2 ſanguinei. ⁊ notat. xxxv. queſtione. viij. in ſumma. ¶ † Et aduer
te ꝙ ſententie que tranſeũt in rem iudicatã regulariter nõ tranſ
eunt ante. x. dies ſed poſt. vt. j. in. c. quod ad conſultationẽ. fallit
in caſibus in quibus iura prohibent appellationẽ. de quibus in
§. ſunt porro. ij. q. vj. ⁊. c. romana. §. ſi autẽ poſt ſentẽtiã. de appel
3 latio. in. vj. ¶ † Tractat etiã hic domi. Ant. quotuplex ſit ſentẽ
tia. ⁊ dicit quod triplex. qꝛ quedã interlocutoria, quedã diffiniti
ua, quedã miſta que appellatur interlo. habens vim diffi. prima
eſt quando aliqua interlocu. fert circa media. tunc que non attin
git negotiũ principale. vt notat gl. in clementina ad compeſcen
das de ſequeſtratio. po. ¶ Diffinitiua vero eſt que diffinit ne
gotiũ pncipale. ij. q. v. diffinitiua. miſta vero que appellat inter
locutoria habens vim diffinitiue eſt quando principaliter non
diffinit negotiũ de quo agit. ſed per quandã conſequentiã vt in
terlocu. lata ſup exceptione peręptoria. vel ſup deſertiõe appel
lationis. vt notauit glo. in clementina vltima. de appellatio. ⁊ fa
4 cit quod notat Jo. an. in. c. peruenit. j. titu. j. ¶ † Item nota. ꝙ
diffinitiua dicit propter multos reſpectus. primo propter ſolen
nitatẽ maiorẽ que requirit i diffi. ꝙ i interlocutoria. in. c. vltimo
cum ibi notatis. de re iudi. in ſexto. et quod notauit Barto. in. l.
titia. ff. de accu. ⁊ facit quod habetur in. l. ſi. C. de ſen. ex peri. reci
tan. ¶ Item dicit diffinitiua. quia diffinit ipſum negotiũ prin
cipale. l. ex ſtipulatione. ⁊. l. poſt ſententiã. C. de ſen. ⁊ interlo. et. l.
preſes. eodeꝫ titulo. ¶ Itẽ dicit diffinitiua qꝛ parat partibꝰ ius
irreuocabile etiã quo ad iudicẽ. quod non contingit in interlo. q̃
nõ tranſit in rem iudicatã quo ad iudicẽ. j. de appel. c. cum ceſſan
te. ¶ Itẽ dicit diffinitiua. qꝛ finit officiũ iudicis quod non ſemp
facit interlocutoria. l. qualẽ. §. dicere. ff. de arbi. ⁊ quod plene no
ta. per Bar. in. l. quod iuſſit. ff. de re iudi. tamen proprie et ſtricte
dicitur diffinitiua. ex eo quia diffinit negotium principale hoc
dico, qꝛ poſſet eſſe iterlocutoria que finiret officiũ iudicis. vt no
5 tat Bar. in dicta. l. quod iuſſit. ¶ † Item poſſet eſſe interlocuto
ria que non poſſet reuocari p iudicẽ. vt notat in. d. l. quod iuſſit.
⁊ in. d. c. cũ ceſſante. ¶ Item poſſet interlocutoria ferri cũ ſolẽni
tate. cum qua fert diffinitiua: et ſic eſſet diffinitio mõ plata. vt
notat Bar. in. d. l. titia. de accuſa. dicitur etiã ſm domi. Ant. dif
finitiua. quia parat ius agendi quod non facit interlocutoria vt
notat glo. in clementina vltima de appellatio. ſed certe Bar. te
nuit contrariũ. in. l. a diuo. §. j. ff. de re iudi. per id quod habet in
l. ſi poſtulauerit. ff. de adulte. ⁊ ideo forte iſta differentia non pro
6 cedit. ¶ † De ſententia aũt pcepti quod ſit in cõfeſſum dic vt di
ci ſolet. s. de electio. dudum. el ſecũdo. ⁊. j. de verborũ ſignifi. c. ex
pte. De ſententia ſup poſſeſſorio. dic vt notatur. s. de officio de
lega. conſultationibus. et ibi dixi. ⁊ in. c. ſi. de iud. An autem per
ſententiã acquiratur dominium gl. inſti. de offi. iudi. §. fina. ſuper
verbo cui adiudicatũ eſt dicit quod non. niſi ſecuta traditione ſi
tradens eſt dñs. alias cõpetet publi. et poteſtas vſucapiendi. de
quo per Bart. in. l. pomp. §. ſi iuſſu. ff. de acquiren. poſſeſ.
1 ☞ Sententia ſi eſt nulla non eſt neceſſe appellare. ⁊ nu. 3.
2 Appellans ſuſpendit pronunciatum.
Sententia lata contra ius cõſtitutionis quando eſt lata errore
iuris expreſſo eſt nulla.
4 Appellans a ſententia lata contra falſum procuratorem q nul
lum mandatum habebat an intelligatur ratum habere id quod
geſſit nomine ſuo.
5 Procurator falſus contra quem lata eſt ſententia ſi ſuccedat do
mino an poterit ex iure domini dicere ſententiam nullam.
6 Reus cõtra quẽ agit pro aliqua re quã lite pendente deſinit poſ
ſidere an poterit talis cõuentus cõdẽnari in eadẽ inſtantia ⁊ ad
quid ⁊ quomodo erit ſententiandum.
7 Sententia aliquando per appellationem non ſuſpenditur.

b **Sententia.** Non valet[b] ſententia que
eſt cõtra ius lata expſſo er
1 rore in ſententia. h. d. No. ſum merium. ¶ † Itẽ
nota ꝙ vbi ſentẽtia eſt nulla. non eſt neceſſe ap
pellare an aũt poſſit appellari in dicto caſu. j. ti.
j. dilecto. ⁊. l. ſi expreſſim. ⁊ ibi etiam p Bar. ff. de
appellatio. ¶ Item nota ꝙ † appellans ſuſpendit pnuntiatũ. ⁊
ſic non extinguit quod vr contra. l. j. in ſi. ff. ad turpi. ſed dic vt di
ctum fuit. s. de iureiurando. c. venientes. quia extinguit reſpectu
preſentis tẽporis ſed reſpectu futuri ſuſpendit. ¶ Itẽ no. ꝙ illõ
qõ eſt nullũ non poteſt ſuſpendi vel rumpi. facit. j. de deſponſa.
impube. ad diſſoluendũ. ff. de iniuſt. rup. l. nam ⁊ ſi. §. rumpendo.
3 ¶ † In gl. ij. ibi in ſententia exprimatur. quaſi velit gl. ꝙ ſi ex te
nore ſententie expreſſe appareat ſententiã eſſe cõtra ius conſtitu
tionis. ⁊ ſic in effectu lata eſt errore iuris expreſſo tunc eſt nulla.
facit quod habet in. l. j. §. j. ff. que ſenten. ſine appella. reſcin. Se
cus qñ ex tenore ſententie non apparet expreſſe. ꝙ ſit contra ius.
nam tunc eſt aliqua. ⁊ dicitur potius tunc lata cõtra ius ptis ꝙ
contra ius conſtitutionis. ideo tunc non eſt nulla. ⁊ tranſit in rẽ
iudicatam ſi non appelletur. l. ij. cum ibi nota. C. quando prouo
4 ca. non eſt neceſſe. ¶ † Item aduerte quia inquantum glo. dicit
ꝙ ſententia lata contra ius cõſtitutionis hoc expreſſo procedit
regulariter fallit primo quando lata eſſet contra ius conſtitutio
nis extrauagantis. ⁊ non inſerte in corpore iuris. per id qõ not.
Ja. de are. ⁊ Bar. in. l. tam prolatis. de re iudi. ⁊ facit quod habe
tur. s. de fide inſtr. c. paſtoralis. Item fallit qñ eſt lata contra ius
conſtitutionis ſuper cuius intellectu varie ſunt opinio. ⁊ ſic non
eſt ius omnino certum. clarum exemplũ patet ex his que haben
tur in. l. dos a patre. C. ſoluto matri. ⁊ in. §. quibus. cum ibi not.
per glo. in prima conſtitutione codicis. ⁊ facit quod notauit In
nocen. j. de appel. c. cũ ſpeciali. ⁊ Bar. in. d. l. cum prolatis. ¶ Itẽ
intellige glo. quando expreſſe ex verbis ſententie colligit ꝙ lata
eſt contra ius cõſtitutionis. ſecus ſi per media aliqua ſit intelle
ctualiter reducibilis ad concluſionẽ contra ius. quia tunc non p
hoc redditur ſententia nulla vt voluit Inno. in. c. p. ⁊. g. de offic.
deleg. et glo. s. de teſti. cogen. c. cum ſuper. et facit quod not. In
no. in. d. c. cum ſpeciali. et quod notatur. in. l. pe. ff. de iuſti. ⁊ iure.
5 ¶ † Quid aũt ſi appareat error ex actis iuncta ſentẽtia. licet nõ
appeat imediate ex tenore ſentẽtie dicet. j. e. c. cũ bertoldus. ⁊ tã
gitur in. l. j. C. de errore calculi. Item aduerte inquantũ hic dicit
ꝙ ſententia lata contra leges non valet. eſt verũ niſi forte lex ſit
reprobata per canonem. qꝛ tunc valeret in foro canonico per id
quod habet ⁊ no. in. c. ij. de arbi. in. vj. et etiam in foro ciuili. quã
do eſſemus in materia periculi animarũ. vt patet in. c. cũ contin
gat. s. de iureiuran. et co. ti. lꝫ mulieres an. vj. ¶ In ea. glo. ibi ci
tra appel. reſcindit. ſupple quatenus de facto pceſſit. quia de iu
re non poteſt reſcindi ſi eſt nulla facit quod notat in. l. j. §. j. ff. de
6 ferijs. ¶ † In eadem glo. ibi intelligitur approbare. ¶ Iſtam vi
detur velle habere ratũ quod fecit eius procurator nomine ſuo.
⁊ ideo ſicut ſi a principio habuiſſet mandatum teneret ſentẽtia
lata contra procuratorẽ ⁊ preiudicaret dño niſi appellaret. poſ
ſet tamen appellare ita hoc caſu poteſt appellationẽ proſequi cũ
tacite vt dixi appellando videatur habere ratum ꝙ procurator
egerit nomine ſuo. ⁊ ratihabitio trahitur retro. ⁊ cõparat man
dato. l. ſi. C. ad mace. ⁊. j. de reg. iur. ratihabitionem. li. vj. ¶ Sed
vbi non haberet ratum expreſſe nec tacite. tunc ſolum ſententia
tenet ad piudiciũ falſi procuratoris. l. plautius. ff. de procura. et
notatur in. l. licet. C. de procura. ſi autem procurator falſus cõtra
quam lata fuit ſentẽtia ſucceſſerit domino. an poterit ex iure do
mini dicere ſententiam nullam. tangit Jo. an. in additio. Spe
cu. in titu. de ſenten. prola. §. quoniam. verſi. quid ſi procurator. ⁊
concludit ꝙ non. qꝛ cũ teneat ad eius piudiciũ vt eſt dictum re
7 pellitur eius exceptio. ⁊ ſic fortiꝰ denegabit ſibi actio. ¶ † Quid
aũt de iudice qui pnuntiauit. an ſi ſuccedit parti contra quã pro
nuntiauit que appellauit tenet Jo. an. vbi. s. ꝙ ſic. ſi fuit ſenten
tia diffi. quia tunc in appellatione poteſt nõ probatũ probari. et
ſic non arguit turpitudo iudicis. ſecus videt ſi appellatũ fuerit
ab interloc. q̃ habet iuſtificari ex eiſdẽ actis. vt in clementina ap
pellanti. de appel. et hoc ſi ſciẽter ſentẽtiaſſet. ſecꝰ videret ſi igno
rãter. vt hic tangit do. Ant. fatet tñ quod honeſtiꝰ eſſet qõ p aliũ
8 pſequeret. ¶ † Vltimo Jo. an. poſt Hoſti. hic tangit aliqua que
poſuit Inno. ſupra ſuper Rubrica. ⁊ que potius ſpectant ad ma
teriam. c. pe. s. de exceptio. videlicet quid iuris ſi contra aliquem
agit ad rẽ aliquã. ⁊ contingit ꝙ lite pendẽte deſinit poſſidere an

a ¶ De ſnia do. Abb. ⁊ Fely. ſuper hac rubrica faciunt magnũ tractatũ Ab. qdẽ p duas magnas colũ. Fely. p nouẽ. ⁊ multa ſcribũt que ſũt mẽoria digna quos poteris videre.

b ¶ Nõ valet qõ ſummet hic do. Ab. ⁊ ſi qras an ⁊ qñ ſnia lata ꝯ ius ſit nulla. vide diffuſe p do. ... ... oxch...

Ayuntamiento de Madrid

poterit condēnari talis conuentus in eadē inſtantia ⁊ ad quid ⁊ quomodo erit ſententiādum. ⁊ pſequitur quid iuris quādo alie natur ante litem conteſtatā animo mutandi iudicium. ⁊ quādo etiā alias dolo deſijt poſſidere ⁊ quid iuris etiā ſi poſt litem conteſtatam dolo vel culpa deſinit poſſidere. nam bone fidei poſſeſſor poſt litem conteſt. tenetur etiā de culpa. l. iulia. ſcribit ſi hominem. ibi no. ff. de rei ven. ⁊ tangit etiā quid iuris ſi abſq; dolo vel culpa deſinit poſſidere qualiter feretur ſententia ſiue actum fuerit perſonali ſiue reali. ⁊ tangit id qđ tangitur in tex. ⁊ glo. in. l. vti. ff. de rei ven. vbi etiā gl. ponit formā ſententie. ⁊ facit etiaȝ quod habet in tex. ⁊ glo. ⁊ qđ ibi notatur per Bar. in. l. ſi a te. §. j. ff. de excep. rei iudi. tangit etiā quomodo ⁊ quādo quis condēnatur ad reſtitutionem fructuum: ſub nomine fructuū debet intelligi quicquid ſibi obuenit occaſione ipſius rei. ⁊ ſic an debeat cedere actiones ſibi queſitas ꝓpter ipſam rem. ⁊ examinat qđ habetur in. l. vtrum. ff. de peti. here. ad quam dat duplicem intellectum. vnus eſt ꝙ ibi non tenetur cedere; q: cōmodum poſſeſſionis ſpectabat ad ipſum cōuentum, al's ſecus. Alius eſt ꝙ ibi nōduȝ fuerat facta exactio. ideo non poterat dici ꝙ fecerit ſuā illa que debebāt exigi. ſecus ſi iam exegiſſet: quia tunc nō teneretur reſtituere: ſed certe hoc poſſet ꝓcedere quādo eſſet facta cōſumptio. ⁊ non eſſet factus locupletior. al's videretur ꝙ deberet reſtituere p id qđ habetur in. l. ſi poſſeſſor. ff. de peti. heredi. ⁊ l. ex diuerſo. ff. de rei vend. tangit etiā de illo qui offert ſe liti. de quo in l. is qui ſe. ff. de rei ven. de quibus hic proſequitur Jo. and. ⁊ do. Ant. ſed omitto quia nō pertinet ad materiā decretalis. ⁊ quia potius eſt declarare ll. ꝙ canones. Item aduerte q: Inn. hic videtur velle ꝙ in. l. vtrum. de peti. heredi. nō teneatur bo. fi. poſſeſſor ad reſtituendū ea que percepit occaſione rei: ſed certe illud eſt expreſſe contra illum tex. vbi illud probatur. niſi quo ad ea q̄ percepiſſet ex interdicto vnde vi. ſed bene eſt verum ꝙ in. l. is q rem. ff. loca. ſeu in caſu dicte. l. nō tenetur conductor reſtituere ea que percepit occaſione rei. vt ibi patet per rationem quā ſoluit ſentire. ⁊ quā etiam ibi ſentit glo. ſ. quia vtilitas vſus rei ſpectat ad ipm cōductorē. ſecus quādo nō ſpectaſſet. dixit et Inno. ꝙ ſi executor datus ad prouidendum prouidit: ⁊ prouiſio eſt nulla ꝙ poteſt iterato prouidere ſi errauit in facto. ſecus ſi in iure erraſſet: quia non intelligitur ꝓuidiſſe niſi cū effectu prouiderit argu. §. de cleri. non reſi. c. relatū. ⁊ idem videtur voluiſſe Inno. §. de of ſi. deleg. c. in literis. ⁊ in decre. ſi cōpromiſſarius. de elec. in. vj. licet ſecus ſit quando alicui detur poteſtas eligēdi: quia ſi ſemel elegit non poteſt amplius eligere, licet electio ſit nulla ex quo' elegit ex iure alieno. vt patet in dicto. c. ſi ꝯpromiſſarius. ⁊ facit quod no. Bart. in. l. ij. ff. de opt. leg. ⁊ qđ nota. etiā in decreta. gratia. de reſcrip. in. vj. ❡ † Ultimo adde ꝙ licet ſentētie a quibus poteſt ap pellari regulariter ſuſpēdantur per appella. vt hic patet. tamen hoc fallit in ſententijs cenſure. in quibus nō ſuſpenditur executio per appellationem. vt. j. ti. j. paſtoralis. vnde appellatio tunc non operatur quo ad finem ſuſpendendi. ſed quo ad finē deuoluendi negotium ad ſuperiorem. facit quod notatur de offi. ord. c. ad reprimendum.

a ❡ Merus executor. d ꝑtāte executoris. vid h p do. hē. boych. i pn. ⁊ eſt h ſum mariū ideȝ cū ſummario do. abb.

b ❡ Cōclude melius. vid p do. fely. h incipiēdo a pn. q pcedit p ꝯcluſiões ⁊ limitatio nes i mate ria hui9. c.

**Urgantium.** Nota ꝙ ꝯtrouerſie debēt terminari celeri ſententia quod intellige vt tangit glo. ❡ Item no. ꝙ rigor quā doq; cōcordat cum equitate. quādoq; aūt diſcordat. ⁊ tunc quid debeat preferri. not. in. c. ſi. §. de tranſact. ⁊ per legiſtas in. l. j. C. de legi. ❡ In glo. ibi ex cauſa. vt quia lata eſt a principe ex impetu iracūdie. vt fuit in dicto. c. apud. tamen ibi nō dicitur ꝙ ſententia fuerit dilata ſed executio. et ſic non facit contra illū textū qui loquitur de ſentētia. ⁊ nota qđ id quod dicitur in. d. c. cū apud. videtur occurriſſe i ciuitate illa Bononie. que tūc The ſalonia appellabatur. ❡ In ea. gloſ. in fi. vnde notabiliter dixit Barto. in. l. prolatam. C. de ſenten. ꝙ ſi tanta fuit breuitas temporis inter inchoatum iudicium ⁊ ſententiā ꝙ apparet non fuiſ ſe cauſe cognitionē. facit quod habetur in. c. tum literis. §. de reſtitutione in integrum.

**Non poteſt.** Breue eſt. ❡ Nota ꝙ ad vali ditatem efficacem ſententie requirunt duo precipue vȝ poteſtas in ſententiante. ⁊ qđ iuſte iudicet. ❡ Iteȝ nota caſum in quo in iudicando requiritur concurſus plurium iudicum. Et no. ꝙ videt etiā requiri cōcordia ipſorum. ⁊ ſic videtur ꝙ nō debeat ſtari maiori parti qđ an procedat tangetur cum gl. ❡ Item no. ꝙ appella tione ſacerdotis ratione ſubiecte materie interdum intelligitur de epō. vt patet ex tex. iuncta glo. ❡ In gl. j. ibi in cauſa diaconi. idem dicas de ſubdiacono per id quod habetur in. c. a multis. §. de eta. ⁊ quali. ⁊ de ſeruis non ordi. c. miramur. ❡ In ea. glo. ibi in cauſa preſbyteri ſed ſupple nō cōputato proprio epiſcopo. facit quod notatur in. c. felix. alleg. in. glo. ⁊ in Spec. de accuſ. §. iiij. in princi. fallit tamen in caſu. c. j. de hereti. in. vj. vbi in cauſa he

reſis pauciores ſufficiunt. ſi autē epiſcopi nō reperiātur in ꝓuincia, vocabuntur vicini. iij. q. viij. in. c. ſuggero. cum ibi nota. ❡ In ea. glo. ibi ſufficit ꝙ maior pars cum gl. tranſeunt cōmuniter do cto. ſed cōtra eam multum facit iſte tex. qui videtur velle in caſu iſto eſſe ſpeciale ꝙ requiratur cōcordia quā vere non poteſt dici interceſſiſſe ſi aliqui diſcordauerint. nec ob. l. qđ maior. allega. in glo. quia ibi ponitur regula. ſed hic eſt caſus ſpecialis: nec etiam ibi dicitur ꝙ omnes dicātur concordes ſi aliq diſcordant: ſed ꝙ iuriſditionē illud ꝙ maior pars facit omnes videtur feciſſe. Itē non ob. c. j. ij. ⁊. iij. alleg. in gl. quia non loquuntur dicta. c. in caſu decreta. ſed quando agitur de conſecrando aliquē epiſcopum per ſuū metropolitanū cum cōſenſu aliorū ſuffraganeorum, tene tamen menti glo. q: vt dixi doc. tranſeunt cum illa. ❡ In eadē gl. ibi i cauſa epiſcopi ſupple criminali. p quā accuſatur vt deponat ab ordine epali. ⁊ intellige ꝙ requirunt ad minus. xij. alij epi cum ꝓprio metropolitano. vt notat. iij. q. viij. in ſumma. ⁊. vj. q. iiij. c. j. ⁊. ij. non poſſunt tamen iſti ſententiare ſine licētia pape etiā abſoluendo epm accuſatū. lȝ aliqui contra. vt notatur. iij. q. vj. accuſatus. de quo etiā. xij. di. preceptis. et adde etiā quod notatur. iij. q. viij. in fine ſumme. et in Spe. de accuſatione. in prealleg. §. iiij. ❡ In ea. glo. in fine. et ibi no. ratio in glo.

**Eaque.** Sententia iuſta pōt peti vt p papā cō firmetur. h. d. ❡ In tex. ibi iuſte. i. nō contra ius conſtitutionis. et quod ſubdit rationabili ter poteſt intelligi quo ad ius partis. ❡ Nota argumentum ꝙ pro ſentētia confirmata p papā preſumit quo ad iuſtitiam. et quo ad proceſſum. ❡ In autem pro alijs ſententijs preſumatur quo ad iuſtitia. dic vt dictum fuit. §. de probatio. c. quoniā contra falſam. in gl. ſi. ⁊ ſup ea. ⁊ tangit etiam. §. de renun ciati. in noſtra. ❡ In gl. prima ibi ſi poſtulatum fuerit. h. d. quia alias nō impartit iudex officiū. niſi petat. §. de elect. innotuit. ad fi. ⁊ in. l. iiij. §. hoc aūt. ff. de dā. infe. ❡ In ea. gl. in fi. ⁊ adde etiam quod notatur per glo. §. de conſti. cum accessiſſent.

1 ❡ Executor datus ad actū executionis ſentētie nō pōt cogno ſcere de exceptionibus que obijciunt in executione concludenti bus nullitatē vel iniuſtitiā ſententie.

2 ❡ Executio ſententie ꝑ papā poteſt delegari per inferiorem a papa.

**Ecetero.** Si eſt executor ſentētie cōtra [illegible] de fraude nō cogno ſcen de [illegible] ſed [illegible] h. d. ⁊ non recipit commodā di [illegible] ❡ Nota ꝙ executor datus ad actū executio nis ſententie non poteſt cognoſcere de exceptionibus que obij ciuntur in executione concludentibus nullitatē vel iniuſtitiā ſententie ⁊ hoc ad finē vt [illegible] pronūciet. ſed bene poteſt illas admittere ad hoc vt [illegible] ad ſuperiorē referat non autem ad finē vt ſuper eis [illegible] vel ſup illis ꝓnuntiet. ſed bene poteſt illas admittere ad finē vt ſuperiori re ferat [illegible] cognoſcat. vel ſuper illis pronūciet. ❡ In glo. [illegible] Inno. hic poſuit tres opi. circa materiā iſtam et quia per illas nō habes clarā intelligentiam

b concludo melius q: quidā eſt miſtus executor. quidam vero eſt merus executor non tamen puri et nudi facti. quidam vero eſt executor merus puri ⁊ nudi facti. ⁊ ſic ſunt tres ſpecies executo rum. de prima ſpecie dicitur eſſe. quando non precedente cauſe cognitiōe committit ipſa executio. exemplum quia in reſcripto pape vel alterius ſuperioris dicitur conqueſtus eſt nobis titius ꝙ ſeius eum ſpoliauit tali re. ideo mandamus tibi ꝙ ſi eſt ita il lam ſibi reſtitui facias. vnde iſte talis executor dicet miſt9. quia dato non precedente cauſe cognitione. ⁊ ideo poterit de cauſa co gnoſcere. et de omnibus ipſam cauſam concernentibus. vt in. l. ⁊ ſi non cognitio. allega. in glo. et idem in ſimilibus. in ſecunda ſpecie ſunt executores qui dantur ad executionē ſententie iaȝ la te. ⁊ de iſtis ꝓprie loquitur iſte tex. ⁊ ſic patet ꝙ iſti dant eo caſu quo iam preceſſit cognitio ſup cauſa ⁊ lata eſt ſententia. ⁊ in iſtis conclude. ❡ Quod aūt iſti executores dantur in defectum iuriſ ditionis ſententiantis quia forte ille qui tulit ſententiā non ha bet poteſtatē exequendi vt contingit in ſnīa lata p arbitrū quan do eſt emologata. quia illam non poſſet exequi ipſe arbiter. facit quod habetur in. l. ait pretor. ff. de re iudi. vnde tunc recurrit ad ordi. pro executione. facit quod no. in. l. epāle. C. de epāli audiē. ⁊ iſte executor poterit cognoſcere de oīb9 exceptionibus. que poſ ſunt obijci in executiōe ſentētie. nō autē poterit alias cognoſce re de iuſtitia ſentētie que tranſiuit in rem iudicatā p id quod ha tur in cap. paſtoralis. §. quia vero. allegato in gl. ſi autem ſit executor qui ſit deputatus potius in auxiliū iuriſditionis. ex eo q: ſententiā poterat etiam exequi ⁊ habebat poteſtatē exequēdi. ⁊ tūc ꝯclude ꝙ ſi ſunt exceptiōes que cōcernāt ordinē executiōis. puta q: pri9 debeat fieri executio i reb9 mo. quā i immobilib9 fa cit qđ habet i. l. a diuo pio. §. ff. de re iud. ⁊ tunc talē exceptionē oȝ admittere p ea q̄ habēt in. l. palleg. idē ſi opponat exceptio q̄ non impugnet

Ayuntamiento de Madrid

non impugnet ſententiaȝ:ſi moderetur executionē ꝑpta ne fiat executio vltra quā quis facere poſſit cōmode que exceptio aliq̄bus perſonis cōpetit.l.neſennius.ff.de re iud. ¶ Aut eſt alia exceptio per quā ſententia dicitur nulla vel retractatꝰ ꝛ tunc de illa non pōt iudicialiter cognoſcere:ſed poſſet ſe informare.ꝛ ſi ſibi videatur nō calūnioſe opponi ſuper ſedere debet executioni ꝛ referre ſuperiori.vt hic dicitur ꝛ.l.ſi pretor.§.marcellus.ff.de indi. et ſic etiam debet intelligi iſte tex. vt etiam voluit Hoſtien. ¶ De tertia autē ſpecie dicitur eſſe nuntius.vbi cōmittitꝰ executio nudi facti.vnde iſte nullā penitus habet cognitionē.l.executorē.ꝛ.l.ſi vt proponis.C. de executio.rei iudica.ꝛ de materia p Barto.in.d.l.a diuo pio.in prin. ¶ Item aduerte ꝙ ſi executor merus datus ad executionē ſententie perpēdit exceptionē falſi vel alia malitioſe ꝛ calūnioſe opponi:poterit procedere ad executionē ſalua ꝛ remanēte queſtione falſi per viam principalis petitio

2 nis.per.l.ſatis aperte.C.de fal.ſm Hoſ. ¶ †An autem executio ſententie poſſit delegari per inferiorē a papa tāgitur p Bar. in d.l.a diuo pio.ꝛ etiā per gloſ.ꝛ doct.in.d.c.ſi quis cōtra clericū. de fo.compe.ꝛ facit etiam quod no.in.c.qđ ſedem.de offi.ordi.ꝛ iſta procedūt in executoribus ad lites de executoribus autē datis ad beneficia:an habeant poteſtatē cognoſcendi.de exceptionibus oppoſitis per partē aliquid tangit hic Innocē.ꝛ.j.de deſpon.impu.ad diſſoluendū.ꝛ plenius in.c.fi.ſ.de preſump. ꝛ ibi plene dixi.ꝛ etiam tangitur p glo.in cle.j.de offi.dele. ¶ Ultimo tangit hic Inno.ſi papa confirmauit aliquem in prelatū an poterit inferior cognoſcere de prauitate ꝯfirmationis:ſi forte dicatur ſimoniace facta per pecuniam dataȝ alicui ex familiaribus pape.ꝛ cōcludit ꝙ ſi agitur ad penam depoſitionis immediate ex vi delicti ſimonie.ita ꝙ non diſputetur de viribus confirmationis.ſȝ ſolū de pena ſimonie:tūc dicit ꝙ poterit inferior ordinarius cognoſcere.ſecus ſi principaliter diſputaretur de viribꝰ cōfirmationis:qꝛ de illa non poteſt ſe intromittere.de quo etiā dicetur in.c.j.ꝛ.ij.j.de confirma.vti.vel inutili.

1 ☞ Poſſeſſio non transfertꝰ ex ſola adiudicatione poſſeſſionis nec etiam dominium.

**Cum aliquibus.** Nō ſufficit actualiter ... pign... baliter ꝛ nō actualiter fiat miſſio ... literam. Non implet ... ſententiam adiudicationis

1 ſi ſit paratus dare pignora.h.d. ¶ †No.ꝙ ex ſola adiudicatione poſſeſſionis nō transfertꝰ poſſeſſio.ſimiliter nec dominium ... adiudicatione rei ... glo.in ſi q̄ offi.iudi.in.§.fi. ¶ Itē ꝙ nō ſufficit dare pignora quā adiudicata eſt poſſeſſio ... no.argumentū pro opi. Bar.de qua in.l.j.in prin.ff.de acq̄ poſ.vcȝ qđ ſit dare corporalem poſſeſſionē ... ſtinctam a naturali ... ibi ... ni an eius dictum procedat ... poſſeſſionem. Sic vult glo. ꝙ pignus pretorium non conſtituatur.licet iudex iuſſerit aliquem mittendū eſſe in poſſeſſionem niſi actualiter mittatur pignus tamen conuentionale ex ſola cōuentione poteſt contrahi.vt plene nota.in d.l.j.ff.de pigno.actio. vbi gloſ. no. differentias inter pignus pretorium ꝛ conuentionale.ꝛ facit ad predicta quod no.Specu.de primo decreto. §.j. verſi.huius quidem decreti.ꝛ in.§.iam de effectu.in princip.vbi dicit Specu.quod licet nuntius dicat mitto te in poſſeſſionem huius rei pro oībus alijs nō ſufficit vt dicatur eſſe in poſſeſſione aliarū:niſi etiā in poſſeſſionē illarū aliter mittatꝰ. licet iudex iuſſerit queȝ immittendū eſſe in omnibus rebꝰ.ꝛ multominus dicetur immiſſus in omnibus ſi in vna tantū ſimpliciter ſit immiſſus.ꝛ plus dicit Specu.in loco preallegato qđ etiam ſi nuntius eſſet in conſpectu aliarum rerū ita ꝙ illas videre poſſet nō transferretꝰ poſſeſſio etiaȝ ſi nuntius dicat ſe in illas immittere niſi actualiter mittat.qđ eſt notandū.ſed ob.l.qđ meo.§.ſi p venditionē.ff.de acqui.poſ. que videtꝰ velle qđ ex tali cōſpectu transferri poſſit poſſeſſio ad quod rndet Spec. ꝙ illud eſt verū quādo traditio fieret per poſſeſſionem.ſed nuntius nō poſſidebat ꝛ ideo in illo ſecus.facit quod no.in.l.j.circa finē prin.ff.de acq. poſ.inquantum autem dixi pignus pretorium nō conſtitui:niſi fiat miſſio in poſſeſ.fallit qn̄ non poſſet fieri miſſio per potentiā vel dolū eius cōtra quem fienda eſt miſſio.l.cum vnus.§.fi.cum l.ſeq.ff.de bo.au.iudi.poſ.ꝛ.ſ.de dolo.in.c.contingit.ꝛ predicta puto de iure procedere.licet Bar.aliter dixerit in.d.l.cum vnus §.fi.vbi videtur velle ꝙ per miſſionem factam in vna re intelligatur etiam facta immiſſio in oībus alijs per illuȝ tex.ſed certe ibi loquitꝰ quando fieri non poterat vt ibi patet. ideo verior vr̄ opi.Spec.de qua predixi.

1 ☞ Matrimoniū contractū cum muliere inuita eſt nullū ꝛ etiā quando contrahitꝰ in exiſtente in etate non legitima.

2 Sententia lata ſuper matrimonio contra vinculum matrimonij non tranſit in rem iudicatam.ꝛ nu.7.

3 Pro ſententia diuortij preſumitur donec probetur contrariū.

4 Negatiua(qđ tales nō fuerunt legitime ſeparati)eſt ꝓbabilis.

5 Sententia an poſſit per partes approbari.

**Lator preſentium.** Sentētia lata ꝯtra matrimoniū nō trāſit in rem iudicatā.ideo cōſtito de errore reuocatꝰ quādocūq̄.h.d.Et in prima ponitꝰ facti narra

1 tio.In ſecūda iudicis datio.ſecūda ibi nolētes. ¶ †Not.ex tex. duo que cōcludūt nullitatē matrimonij primū eſt qn̄ cōtractū eſt cū muliere inuita.facit qđ no.ſ.qđ me.cau.in.c.abbas.ꝛ.j.de ſpon.cū locū.ꝛ.ff.qđ me.cau.l.ſi mulier.§.ſi dos. Secūdū eſt qn̄ cōtrahitur cum exiſtente in etate nō legitima ad matrimonium.ꝛ

2 facit qđ habetꝰ in.c.j.ꝛ.ij.j.de deſpon.impu. ¶ †Itē ꝙ ſententia lata ſup matrimonio cōtra vinculū matrimonij nō trāſit in rem iudicatā.maxime qn̄ vtriuſq̄ partis ſtudio matrimoniū eſt ſe

3 paratū. ¶ †Itē no.ꝙ preſumitꝰ pro ſententia diuortij donec probetur cōtrariū.facit qđ no.ſ.de renuntia.in preſentia.ꝛ p Inn. ſ.de elec.c.bone.el.j.ꝛ quod no.ſ.de proba.c.quoniā contra fal

4 ſam.ꝛ.j.de ſentē.excō.ſacro. ¶ †Itē no.ꝙ negatiua vcȝ ꝙ tales non fuerunt legitime ſeparati eſt probabilis.probabitur autem per acta per que patebit ꝙ ad ſolā confeſſionē coniugū ſeparatum eſt matrimoniū.j.de eo qui cogno.conſan.vxo.ſue.c.ſuper co.vel etiam probabitur eo ipſo ꝙ negabitur proceſſus cuius virtute potuit fieri ſententia ſi nō appareat.de eo.ſ.de reſti.ſpo. cum ad ſedem.circa finē.ꝛ de probatio.quoniā contra ... forte cōſtabit quia docebit de falſitate ꝓbationis. facit quod habetur de teſti.ex tenore.ꝛ.c.ſeries. ¶ Ultimo no.practicam ſententie cōtra ſententiam latā ſuper diuor.ꝛ ſeparatione matrimonij

5 minus legitime ſeparati. ¶ †In glo.j.in fi.no. bene caſum ſpecialē in quo licet allegare turpitudinē ſuam ꝛ de hoc recurre ad plenius no.per Bar.in.l.iuſiuran.§.procurato.ff. de iureiuran.

6 ¶ †In glo.fi.in fi.ꝛ ſic in effectu vult glo.ꝙ vbi partes non poſſunt ex ſua taciturnitate vel ex ſuo acquieſcere ſententie facere ꝙ ſententia habeat effectū lata in cauſa matrimoniali.tunc lȝ non appelletur nō trāſit in rem iudicatā quominus veritate cōperta ſententia poſſit retractari.ſecus vbi partes poſſunt ſibi preiudicare acquieſcendo ſententie.ꝛ ſic vitiū ſententie eſt remiſſibile p partes:qꝛ tunc ſi nō appelletꝰ tranſit ſentētia in rem iudicatā.vt hic dicit glo.in fi.ꝛ inquantū dictum eſt ſententiā latā cōtra matrimoniū nō trāſire in rē iudicatā.qꝛ tale vitiū nō eſt remiſſibile per partes.idē dicit Inno.vbicūq̄ ſententia nutriret peccatum. qđ per partes nō poſſet tolli:qꝛ etiā tūc nō tranſit ſententia in rē iudicatā.lȝ nō appelletꝰ ꝓpter periculū animarū.cū nec etiaȝ in illis preſcriptio vel ꝯſuetudo operetꝰ.ſ.de cōſue.c.fi.ꝛ.ſ.tit.j. eſt.ꝛ facit qđ no.ſ.co.inter monaſteriū.in glo.fi.ꝛ xxv. qō.ix.in ſumma ꝛ.§.qꝛ ergo.ꝛ qđ no.p Inno.j.de immu.eccle.qꝛ plerīq̄. ¶ †Itē aduerte:qꝛ inquantū dicitur ſententiā nō trāſire in rem iudicatā in cauſa matrimoniali hoc debet intelligi verū quo ad finē reſcindēdi ꝛ retractādi.qꝛ ſemp pōt retractari vbi de veritate cōſtat.ſecus quo ad finē deuoluendi cauſam ad ſuperiorē qui ſolum per viā appel.pōt adiri.qꝛ tunc quo ad dictū effectū bene trāſit:niſi infra tp̄s debitum appelletur.vt no.glo.ſ.de offi.ord. ad reprimēdā.vel vbi tertio appellaretur:qꝛ talis appellatio nō deuolueret.vt no.glo.in.c.fraternitatis.j.de frigi. ¶ Itē tranſit in rē iudicatā quo ad hoc vt ſi nō appelletur pro ea preſumatur donec aliud appareat.vt no.Innoc.ſ.de elec.bone.el.j. de probatio.quoniam contra falſam.ꝛ.j.de ſenten.excom.ſacro.ꝛ facit quod no.per Archi.ij.q.vj.in ſumma. ¶ Iteȝ tranſit in rē iudicatam quo ad inſtātiam.vt no.ſ.de reſtitu.in integ.ex literis. ꝛ tangetur.j.eo.conſanguinei. ¶ Item videtur trāſire in rē iudicatam ſi ſententia primo lata ſit poſtea bis confirmata.vt videtur velle glo.in preallegato.c.fraternitatis.ſed certe vt hic tangit do.Anto.illud poteſt reſtringi quo ad finem deuoluendi:qꝛ tunc tertio non poteſt appellari:ſed non quo ad finem retractādi,ſi coram competenti iudice agatur per viā nullitatis vel querele vel reſtitutionis in integrum.ꝛ de modis retractandi tales ſententias que non tranſeunt in rem iudicatā tangitur per do. Anto.ſ.de reſti.ſpo.ex parte.ꝛ de reſcript.ad audientiā. ¶ Itē predicta vera.vt ſententia in cauſa matrimoniali non tranſeat in rē iudicatam:quādo lata eſt contra ſubſtantiam vinculi matrimonialis.ſi autem lata eſſet ad ſeparationem tori.adhuc nō tranſit ſemper in rem iudicatam donec alter coniugum religionem ingrediatur cum ſemper poſſint ſe reconciliare vt no. per Jo.an.in.c.ex literis.j.de diuor.

1 ☞ Agere pōt clericus contra laicū corā iudice eccleſiaſtico ad reſciſſionem contractus ſuper re eccleſiaſtica celebrati ſpreta ſolennitate canonica.

2 Iudex a quo poteſt ſtatuere terminū appellanti ad iter arripiēdum pro proſecutione appellationis.

3 Appellare poteſt quis a ſententia diffinitiua deſerta appella-



Ayuntamiento de Madrid

tione ab interlocutoria.
4 In alienatione rerum eccleſie debet obſeruari ſolẽnitas canoni
ca que tolli non põt pretextu conſuetudinis inique.
5 Sententia lata pretextu conſuetudinis inique ſi non habet in ſe
iuris errorẽ expſſum valet ⁊ tranſit in rẽ iudicatã ſi nõ appellet.
6 Pretium rei eccleſie alienate debet verti in vtilitatem eccleſie ⁊
hoc probari debet.
7 Conſuetudo laicorum ſi ſit bona extenditur etiã ad res eccleſie.

a ¶ Retracta-
tur ſententia
do. Fel. hic tra
ctat ꝙ an ⁊ qñ
cõſuetudo lai-
corũ ligat cle-
ricos. vide ea
hic in prin. re-
miſſiue tamẽ.

**Cum cauſa.** Retractat ſentẽtia[a] preter-
tu inique ↄſuetudinis lata
ↄtra eccleſiã. h. d. Et primo ponit factũ. Secũdo diffi
nit ibi nos autẽ. ¶ In tex. ibi ab archipreſbytero ve
ro ſupple ſine cõſenſu capituli. ⁊ forte etiam nõ approbat ptiũ
cõuerſum in vtilitatẽ eccleſie. ¶ Itẽ ibi interpoſitam ſupple ab
aliqua interlocutoria. ¶ Itẽ ibi filio iſte forte erat ſyndicus ec-
cleſie. ¶ Itẽ ibi cõſuetudinẽ: forte erat cõſuetudo in ciuitate ꝙ
valeret alienatio facta a ſolo archipreſbytero ſine cõſenſu capi-
tuli, ⁊ ſic cõtra. c. ſine exceptione. xij. q. ij. ⁊ qđ habet in. c. j. de reb.
1 eccle. non alie. in. vj. ¶ † No. j. ſecundũ vnũ intellectũ ꝙ ad reſciſ-
ſionẽ contractus ſuper rẽ eccleſiaſtica celebrati ſpreta ſolẽnitate
canonica clericus põt agere cõtra laicum corã iudice eccleſiaſti
2 co. facit qđ habetur. ſ. de fo. cõpe. in. c. cum ſit generale. ¶ † Item
no. iudicem a quo poſſe ſtatuere terminũ appellãti ad iter arri
piendũ pro proſecutione appellationis. ¶ Et no. ꝙ nõ arripiẽs
iter infra terminum videt deſerere appellationẽ. de quo. j. tit. j.
perſonas. ⁊. c. cum ſit romana. ¶ Itẽ no. ꝙ contra nõ pſequen
tem appellationẽ infra terminum eo elapſo videtur poſſe proce
di tanquã cõtra contumacẽ ad diffinitiuã abſqꝫ alia citatione.
3 de quo tangetur in glo. j. ¶ † Item no. quẽ poſſe appellare a ſen
tentia diffinitiua etiam deſerta appellatione ab interlocutoria.
⁊ ſic non cõcluditur vt verus cõtumax repellatur ab appellãdo
a diffinitiua. de quo. j. ti. j. directe. ⁊ in cle. ſi ante. de dolo ⁊ cõtu.
4 ¶ † Item no. ꝙ per conſuetudinem maxime laicorum non põt
detrahi ſolẽnitati canonice requiſite i alienatione rerũ eccleſie.
de quo in aut. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ per glo.
5 in. c. j. de reb. eccle. non alie. in. vj. ¶ † Item not. ꝙ ſententia lata
pretextu cõſuetudinis inique ſi non habet in ſe iuris errorẽ ex-
preſſum videtur de mero iure valere. ⁊ trãſire in rem iudicatã
ſi non appelletur. ¶ Item no. ſcdm vnũ intellectũ practicã ſen-
tentie in cauſa appellationis pro actore quãdo obtinuit contra
ſe ſententiã in cauſa principali et poſtea obtinet in cauſa appel.
qꝛ non debet eſſe confirmatoria vel infirmatoria prime ſententie.
⁊ etiã debet eſſe iudicatoria eius quod fuit petitũ: an tamẽ hoc
omnino ſit neceſſe pendet ex his que habentur in. l. eos. C. de ap
pella. ⁊ tangitur in. c. dilecto. j. de app. ⁊ procedit notabile inquã
tum intelligatur ꝙ ſyndicus eccleſie agebat ad reſciſſionẽ ↄtra
ctus. alius tamen eſt intellectus ꝙ eccleſia fuerit conuenta a lai
cis. ⁊ ſic ꝙ laici fuerũt actores. ⁊ petebãt adiudicari ſibi domũ.
⁊ hoc innuit litera dũ dicit ante verſi. deinde adiudicare cura-
uit. ⁊ etiã cũ litera hic in fine dicit ꝙ abſoluit clericos ab impe
titione laicorũ ⁊ dicas quare tũc adiudicauit eccleſie domũ po-
tes dicere: qꝛ forte aſſumpſit in ſe onus probandi ſm ea que ha
bent in. l. circa. ff. de proba. ⁊. ſ. de reſtitu. ſpoli. ex conqueſtione.
¶ In glo. j. in fi. aduerte quia iura allegata per glo. videntur lo-
qui de iudice ad quem eſt appellatũ hic autem de iudice a quo
vnde melius facit qđ habetur in. c. cum qui. de dolo ⁊ ↄtu. in. vj.
tamen ille tex. videtur velle ꝙ iudex a quo poſſit procedere con
tra appellantẽ ab interlo. quãdo non eſſet renuntiatũ appella-
tioni. vnde eſt dubium quid iuris quãdo nõ renuntiat expreſſe:
ſed tacite non proſequendo infra terminũ. de quo dicendũ vt
6 ibi per Joan. an. ¶ † In glo. ij. in fi. ⁊ ſic no. ex glo. caſum in quo
opꝫ probari pretium verſum eſſe in vtilitatẽ eccleſie de quo di-
cendũ vt plene no. per Inno. in. c. grauis. j. de depoſito. ⁊ p legi-
ſtas in aut. hoc ius porrectum. de ſac. ſan. eccle. ⁊ per Bar. in. l. ci
uitas. ff. ſi cer. peta. ⁊ no. bene ex tex. cum gl. ꝙ vbi cõſuetudo ſu-
per rebus eccleſie eſt mala. illa non valet ſecus ſi bona. ⁊ ſic facit
7 iſte tex. cũ glo. † ꝙ cõſuetudo laicorũ ſi ſit bona extendatur etiã
ad res eccleſie. ⁊ ſic etiã alle. Bar. in. l. j. C. de ſum. trini. ⁊. fi. catho.
an tamen eius dictũ procedat dixi in. c. eccleſie. de cõſti. ⁊ p Jo.
de lig. in. c. ij. de eo qui mit. in poſ. ⁊ facit etiam quod dixi in. c. qđ
clericis. de fo. compe.

**Inter ceteras.** Sentẽtia in ſe ↄtinẽs
manifeſtã iniquitatẽ
retractatur non obſtante ꝙ cauſa fuerit cõmiſſa cũ
clauſula appellatione remota. ¶ In glo. j. ibi cũ ſen
tentia tenuerit ſupple: quia non eſt in ea error iuris expreſſus ⁊
tunc erat dubiũ in decretali: qꝛ videbatur ꝙ nõ poſſet appella
ri propter clauſulam appellatione remota tamen cõtrarium de
terminatur: qꝛ ſicut poteſt appellari in caſibus expreſſis in iure
etiam quãdo appoſita eſt dicta clauſula vt habetur eo. ti. de pa
ſtoralis. ita etiam quando continet manifeſtam iniquitatem. vt
declarat iſte tex. ⁊ ſic per hũc tex. ſupplent ibi notata. ⁊ ſecundũ
hoc ſequens expoſitio põt intelligi quãdo ſententia eſt nulla: qꝛ
habet in ſe errorem iuris expreſſum. vt tangit gloſ. fi. tamen do.
Anto. hic videtur ſentire ꝙ etiã poſſimus intelligere ꝙ ſenten
tia ſit nulla licet nõ habeat in ſe errorẽ iuris expreſſum ſi conti-
neat in ſe manifeſtã hoc eſt notoriã iniquitatẽ argu. eorũ que ha
bentur in. l. eo tempore. ff. de pecu. ⁊. j. de appel. ſolicitudinẽ. §. ſi
vero notoriũ. ⁊ quod no. per Inno. in. c. fraternitatis. de frigi. ⁊
per Pau. in cle. paſtoralis. de re iudi. ſecus ſi ſimpliciter cõtine
ret manifeſtã iniquitatẽ accipiẽdo manifeſtũ put diſtinguit a
notorio: qꝛ tunc valeret. per id qđ no. j. de ſenten. excõ. per tuas.
per glo. ⁊ facit qđ no. in. c. veſtra. de coha. cleri. forte tamen eſt tu
tius tenere ꝙ teneat ſentẽtia de mero rigore quãdo nõ habet in
ſe errorẽ expreſſum. vt voluit hic ſentire glo. tamẽ pro do. Ant.
facit qꝛ notoriũ videt operari idẽ qđ expreſſio. vt voluit Inno.
in extraua. preſenti. de reſcrip. qꝛ tunc non poſſumus preſumere
pro ſentẽtia: ex quo habet notoriũ cõtra ſe. ⁊ ideo ſicut ſentẽtia
lata contra ſententiã tanquã lata cõtra notoriũ nõ valet vt dice
tur. j. eo. inter monaſteriũ. ita videt ꝙ nõ valeat qñ eſt cõtra no-
torium facti. ⁊ ita erit caſus notabilis ſecundũ iſtũ intellectũ.
¶ In gl. fi. ibi ⁊ infamis efficit ſupple qñ doloſe iudicauit cor-
ruptus prece vel pecunia. ſecus ſi per ignorantiã per ea que ha-
bẽtur in. l. ij. hic allegata. ⁊ adde etiã qđ hodie habẽtur in. c. j. de
re iudi. in. vj. vbi ponitur pena iudicis qui cõtra cõſciẽtiam in
preiudiciũ partis tulit ſententiã de quo dicendum vt ibi.

1 ☞ Infirmitas vera excuſat a contumacia.
2 Sententia lata in cauſa matrimoniali contra matrimoniũ nõ
trãſit in rem iudicatam quominus poſſit allegari matrimoniũ
⁊ probari.
3 Mulier ſuperinducta lite pendẽte debet a viro ſequeſtrari do-
nec cauſa decidatur.
4 Subarratio annuli an probet matrimoniũ. ⁊ nu. 5.
5 Matrimonium an poſſit contrahi per ſubarrationẽ.
6 Sententia lata contra abſentem non contumacẽ an valeat.
7 Sententia ſi eſt lata contra verũ contumacẽ non retractatur.
8 Sententia an in dubio preſumatur lata cõtra preſentem vel cõ
tra abſentem.
9 Sententia nõ tranſit in rem iudicatam in cauſa matrimoniali.

**Tenor.** Idem dicit in effectu qđ. c. lator. ſ. eo.
¶ Vel aliter ſententia lata ↄtra abſentẽ
non contumacem in cauſa matrimoniali non valet.
h. d. Et eſt cõis diuiſio conſultatio. ⁊ reſponſio. ſecũda
ibi ideoqꝫ. ¶ † No. ꝙ infirmitas vera videt excuſare a cõtuma
cia qđ intellige quando eſt talis que prebet impedimentũ in agẽ
do vt. l. queſitũ. de re iud. ¶ Item no. ꝙ per actũ ſequentẽ in
cõpaſſibilẽ cum infirmitate tollitur exceptio preambula facta
pretextu infirmitatis quaſi preſumat vere infirmitatẽ nõ inter-
fuiſſe. ¶ Item no. ꝙ actus ducẽdi vxorẽ incõpaſſibilis eſt veriſi
militer cũ infirmitate. ¶ Itẽ no. ex his q̃ incõtinẽti ſequunt ꝙ
preſumi põt de preteritis. facit. ſ. de electio. officij. cum ibi nota.
¶ Itẽ no. ꝙ attẽtatũ lite pendẽte eſt retractandũ. ¶ Et no. qđ
ſatis dicit pẽdere qñ pẽdet lis ſup ſententia q̃ dicit nulla vel ali-
ter petit retractari. ¶ Itẽ no. ꝙ pro ſentẽtia lata in cauſa matri
moniali cõtra matrimoniũ in dubio preſumit donec pbet con
2 trariũ. † Item no. ꝙ ſentẽtia lata in cauſa matrimoniali contra
matrimoniũ nõ tranſit in rẽ iudicatã quominus poſſit allegari
3 matrimoniũ ⁊ pbari. ¶ † Itẽ no. ꝙ mulier ſupinducta lite pen
4 dẽte dꝫ a viro ſeq̃ſtrari donec cauſa fuerit deciſa. ¶ † Itẽ no. ꝙ p
actũ ſubarrationis annuli videt pbari matrimoniũ ⁊ ↄtrahi de
quo in glo. ⁊. j. de deſpon. impu. c. fi. ¶ Itẽ no. ꝙ litere nõ facien-
tes mẽtionẽ de proceſſu preambulo valẽt qñ proceſſus eſſet nul
lus: qꝛ tunc nõ eſt neceſſe de ipſo facere mentionẽ. facit qđ no. j.
de conceſſio. prebẽ. in. c. cum noſtris. idem videt quãdo eſt talis
preceſſus qui nõ repugnat impetrationi. vt quia facta eſt i cau
ſa in qua nõ tranſit ſententia in rem iudicatã alias aũt regulari
ter nõ valẽt litere: niſi faciãt mẽtionẽ de proceſſu preambulo vt
in. c. inter monaſteriũ. j. eo. ti. ¶ Itẽ no. ar. ꝙ ppter indebite fa-
ctũ poſſit quis excõicari ab hoie qđ videtur cõtra ea que habẽ
tur. xj. q. iij. c. nemo. ⁊. xvij. q. iiij. c. vxor felicis. vbi demũ propter
cõtumaciã debet qs ab hoie excõicari. licet a iure ipſo facto qs
qñqꝫ excõicetur. xvij. qđ. iiij. ſi quis ſuadẽte. ſed potes dicere qđ
hic nõ fuit excõicatus qꝛ cõtraxerit cũ ſecunda ⁊ illã ſuperindu
xerit. ſed quia monitus illã ſuperinductã nõ dimittebat. ¶ In
glo. j. ibi nec tunc res iudi. cenſet ſupple: qꝛ eſt nulla ſi iudex ſci-
uiſſet infirmitatẽ vt eſt caſus notabilis in. l. queſitũ. alleg. in glo.
ſecundum intellectũ. ſi autem ignoraſſet tunc de mero rigore te
nuiſſet ſentẽtia. ſꝫ poſſet peti reſtitutio in integrũ. ⁊ illa obtẽta
nõ cenſeretur in effectu res iudicata. per id quod habet in. d. l.
queſitum. ¶ In gloſ. ij. in fi. ⁊ ſic videtur velle gloſ. quod iudex
excommu

Ayuntamiento de Madrid

excõmunicauerit ratione contumacie in non veniẽdo poſſet etiã dici ꝙ excõicauit q2 cõtumax erat in nolendo dimittere ſuperinductam. facit qđ dixi in notabilibus. ℂ In glo. iij. ibi vel põt di
5 ci ⁊c. no. bene ꝙ etiã põt contrahi matrimoniũ per ſubarrationẽ que fit per immiſſionẽ annuli interueniente tacito cõſenſu vel expreſſo. ⁊ ſic hoc caſu nõ ſunt omnino neceſſaria verba ad matrimoniũ ambo2ũ cõtrahentium ⁊ iſtud quotidie ſeruatur ⁊ videtur ſatis rationabilis: quãdo p2ecedente apparatu ad matrimonium, ⁊ etiam interrogatione que fit per tertium an vnus cõſentiat in alium fit ſubarratio ⁊ immiſſio annuli muliere tacite cõſentiẽte ⁊ ſic interp2etaꝛ cõſuetudo que eſt optima iuriũ interp2es. ṡ. de conſue. cũ dilectus. ⁊ ſic videtur poſſe per hoc limitari illud quod cõſueuit dici ꝙ inter valẽtes loqui debẽt interuenire verba ipſo2ũ cõtrahentiũ ad matrimoniũ cõtrahendũ. de quo in c. tua. ĩ. de ſpon. ⁊ in. c. fin. ĩ. de deſpon. impu. ⁊ per gloſ. in. l. cum notiſſimi. C. de p2eſcrip. xxx. anno2ũ. ⁊ tene menti iſtũ tex. cũ glo.
6 p2o eo quod quotidie fit. ℂ In gloſſ. abſolutione ibi non contumacẽ. Modoſ. hic videtur velle contrarium vc3 qđ valeat lata contra abſentẽ ⁊ nõ cõtumacem per. l. ab eo. C. quõ ⁊ qñ iudex. Hoſt. tenet glo. potes cõco2dare opi. ſm Io. an. q2 ſi ſentẽtia lata eſt contra nullo modo citatũ. ⁊ per hoc non cõtumacẽ tũc ſententia eſt nulla. ⁊ intelligatur gl. ſi autẽ lata eſt contra citatũ ad domũ licet alias nõ peruenerit ad notitiã citati tunc bene valet ſententia. ⁊ ſic intelligatur opi. Goſ. quia licet talis nõ ſit verus cõtumax eſt tamen fictus vel p2eſumptus quod ſufficit ad valorem ſententie. vt in. d. l. ab eo. ⁊. l. j. ṡ. item cum ex eo edicto. ff. que ſenten. ſine appel. reſcin. ⁊ facit quod plene no. de vero contuma
7 ce ⁊ ficto in cle. ſi ante. de dolo ⁊ contu. ℂ In ea. gl. ibi non reuocatur ſententia. iſtud eſt verum regulariter ꝙ ſi ſententia lata eſt contra verum contumacem. quod non retractatur ſententia. ſed Inno. hic dicit hoc fallere in cauſa matrimoniali quia etiã ſi ſit lata contra verum contumacem, cum nõ tranſeat in rem iudicatam quominus veritate comperta debeat retractari [illegible] to2. ideo poterit tunc [illegible] per ipſum [illegible] tumacem non obſtante [illegible] audietur per viam [illegible] non audiatur appel[illegible] no. in dicta cle. ſi aut[illegible] per viã appellation[illegible] quia ſententia [illegible] in cauſa matrimon[illegible] quo ad mod[illegible] deuoluendi. v[illegible] mendã. nec obſt[illegible] tumax. vt dixi [illegible] ta aliter ꝙ per [illegible] cet fuit ſententia [illegible] men fo2te fuit [illegible] cauſa: vel non plene [illegible] petit retractari etiã citra remedium appellatio[illegible] nõ tranſat ſententia in rem iudicatam in cauſa matrimoniali [illegible] diſtincte ⁊ indifferenter debet admitti petens retractari [illegible] quis colo2 vel aliqua cauſa allegetur. nã hic allegabatur abſentia mulieris que fo2te dicebat ꝙ ſi fuiſſet p2eſens nõ ſic fuiſſet ſententiatum vnde ſi fuiſſet p2eſens ⁊ non allegaret colo2em nõ audietur audiendum vel eadem ratione audietur ſecundo ⁊ tertio ⁊ vlterius in infinitum quod videtur abſurdũ vt in decretali ſequenti. mouit quia illa eadem pars p2o qua erat lata ſentẽtia petebat infringi. ⁊ in. c. lato2. etiam apparet cauſam que iudicẽ mouit: ſine cauſa autem non deberet audiri. per id qđ habetur. ṡ. de reſti. in integ. in literis. dicit tamẽ Inno. ꝙ ſummarie etiã parte aduerſa nõ vocata poterit fieri examinatio huius cauſe. ⁊ ſic iudex ad ſui inſtructionem poterit querere de cauſa quare vult admitti contra ſententiã contra quã quilibet de populo ⁊ maxime cõſanguineus admittitur. ĩ. qui ma. accu. poſ. c. videtur nobis. ⁊ ĩ. eo. cõſanguinei. vnde ſi pars alleget quod modo poteſt p̄bare quod p2ius nõ potuit. ⁊ hoc p2ima facie videatur iudici vel ſimile admittetur. facit. l. argẽtarius. ṡ. ſi. ff. de edẽ. ⁊ idẽ ſi allegeꝛ aliqua alia cauſa. de qua iudici videaꝛ quia etiã in dubio poti9 debet admittere ꝙ repellere. ĩ. de app. cũ ſpeciali. ṡ. exceſſus. cum ibi
8 notatis. ⁊ qđ no. e. ti. vt debitus. ℂ An aũt ſentẽtia in dubio p2eſumaꝛ lata in p2eſentẽ: an vero in abſentem no. Spec. in ti. de ſen. ṡ. vt aũt. ver. ⁊ no. ſcđm quoſdã ibi dicit ꝙ ſi fiat mẽtio in ſententia partes fuiſſe p2eſentes illud p2eſumiꝛ idẽ ſi nõ fiat mentio ſi ſentẽtia trãſiuit in rem iudicatã. alias ſecus. de quo etiã dixi in c. qñ contra falſam. ṡ. de p2obatio. ℂ In gl. ſi. ibi pendente lite ſed qño pendebat lis cũ videreꝛ finita per ſententiam abſolutoriam. ſed dic ꝙ illa fuit nulla tanquã lata contra non contuma-
9 cem vel pendebat lis: quia facta erat citatio co2am iudice co2am quo de retractatione ſentẽtie poterat agi. † cum ſententia nõ tranſeat in rem iudicatam in cauſa matrimoniali. vt ſepius eſt dictũ. facit quod habetur in cle. ij. vt lit. penden.

1 ℂ Conſanguinei poſſunt accuſare matrimonium cõſanguinee contractum ſtante impedimento compaternitatis.
2 Compaternitas ſuperueniens poſt matrimonium contractum non infringit illud.
3 Soli confeſſioni coniugis non creditur contra ſententiam ſeparationis matrimonij niſi aliud p2obetur.
4 Ad negatiuam p2obandam actatur quãdoq3 aliquis. ⁊ nu. 6.
5 Confeſſio facta in fo2o penitẽtiali non debet per ſacerdotem reuelari.

## Conſanguinei.

Potes ſummare eodem modo quo ſummaꝛ decretalis lato2. ṡ. eo. ⁊ ideo iſte tres decretales. ſc3 lato2. c. teno2. ⁊. c. cõſanguinei. cõiter cõſueuerũt ſimul allegari. ⁊ eſt cõis diuiſio cõſultatio ⁊ rñſio. Secũda ibi fra-
1 ternitati. ℂ † No. ꝙ conſanguinei poſſunt accuſare matrimoniũ conſanguinee cõtractum ſtante impedimento compaternitatis.
2 ℂ † Item no. ꝙ cõpaternitas ſuperueniẽs poſt cõtractũ matri-
3 moniũ illud nõ infringit. ℂ † Item nõ. ꝙ ſoli cõfeſſioni cõiugis non crediꝛ cõtra ſentẽtiam ſeparationis matrimonij niſi aliud p̄beꝛ. ℂ Itẽ no. ꝙ etiã p2o ſententia que tranſit in rem iudicatã
4 p2eſumiꝛ donec p2obeꝛ [illegible]. ℂ † Item no. quẽ arctari ad p2obandũ negatiuam [illegible] cauſa ſue intẽtionis vel quãdo p2eſumptio eſt contra [illegible] plene in. c. bone. el. j. ṡ. de elec.
5 ⁊ per Bar. in. l. in illa. [illegible]. ff. de verb. obli. ℂ † Item no. ꝙ licet confeſſio facta in fo2o penitẽtiali non debeat reuelari per ſacerdotem ſeu confeſſo2e[illegible] de peniten. ⁊ remiſ. omnis. ṡ. caueat. ſecus tamen eſt quando eſt facta aliter quam in fo2o penitentiali: vel quando fit publicatio de conſenſu confitentis ita poteſt in
6 telligi hic. ℂ † In glo. ſi. in ſi. poterit autem p2obari negatiua allegata per mulierem in caſu iſto: ſi fo2te p2imi teſtes dixerunt qđ mulier leuauit filium Petri in baptiſmo tali die ⁊ loco. ⁊ modo p2obari poteſt quod ille non erat filius Petri ſed alt[illegible]us vel ſi teſtes p2imi depoſuerũt de certo die ⁊ loco quo dicunt mulierem leuaſſe filium Petri de ſacro fonte. poterit mulier p2obare quod [illegible] die fuiſſet grauiſſime infirma per totam diem nec exiuit do[illegible] vel quod fuit in alio loco valde remoto. ṡ. de teſti. ex teno[illegible] facit ad p2edicta quod habetur. ĩ. qui filij ſint legiti. tranſ[illegible] ℂ Quid autem ſi mulier ſuccumberet in hac negatiua. an [illegible] cum alio contrahere. dic eam relinquendam ſue conſcien[illegible] de iureiuran. mulieri. ℂ An autem ipſa ſuccumbẽte poſſit [illegible] nuntiare p2imum matrimonium per falſitatem fuiſſe ſe[illegible] videtur quod ſic per. c. cum in tua. ĩ. qui ma. accu. poſ[illegible] contrarium facit quia actio popularis videtur conſumi [illegible] agente ⁊ ſuccumbente. l. iij. ff. de po. actio. ſed tene p2imũ ſe[illegible]ndum Hoſt. quia ſpeciale eſt in iſtis ſententijs que nõ tranſeunt in rem iudicatam. vt ſemper audiatur volens facere fidem de erro2e. facit. ṡ. eo. lato2. ⁊ quod hic dicitur de ſententia lata in cauſa matrimoniali habet locum etiam ſm Hoſtiẽ. in ſententijs cenſure quia eadẽ eſt ratio periculi animarũ. ⁊ ideo ſi volo p̄bare veritatem debeo audiri non obſtante ſentẽtia. vnde ſi p2onũciatum ſit aliquem non eſſe excõicatum debet audire volens docere cõtrarium. ne alias quis contra conſcientiã habeat cõmunicare excõicato. ⁊ ideo quo ad publicã vtilitatẽ quatenus ſtaꝛ periculo animarum nõ tranſit ſentẽtia in rem iudicatã. facit quod habetur. ṡ. de officio delegati. cum contingat. ſed quo ad p2iuatam vtilitatem poteſt tranſire ſecũdum eum. vt ſi aliquis fuit excõmunicatus ex eo quia contumax in parendo infra terminum poterit tranſire in rem iudicatam. quo ad expenſas contumacie vt non poſſit retractari: niſi ſolutis expenſis: ſed non trãſit quo minus eis ſolutis poſſit petere abſolutionem. facit quod notat Ioan. an. in. c. venerabilem. ṡ. querimonia. de ſenten. excõ. li. vj. ⁊ adde quod dictum fuit. ṡ. eo. lato2. vbi dixi qđ quo ad inſtantiam poteſt tranſire in cauſa matrimoniali in rem iudicatam. de quo etiam tangit do. Anto. ⁊ not. de reſtitu. in integ. ex literis. et ad id quod dictum eſt ꝙ ſententie in quibus verſatur periculum animarum quibus non poteſt per partes p2ouideri nõ trãſeant in rem iudicatam. bene facit quod habetur. ĩ. eod. inter monaſterium. ⁊ xxxv. q. ix. in ſumma.

1 ℂ Vocem duplicẽ põt quis habere in actu electionis. ⁊ nu. 8.
2 A grauamine futuro quando liceat appellare.
3 Inueſtitura quãdoq3 ſumitur p2o collatione quãdoq3 p2o co2po2ali traditione ſeu licentia intrandi poſſeſſionem.
4 Collatio facta cõtra p2oteſtationem ⁊ determinationem factã per papam ad commodum tertij non valet.
5 Litere p2eiudiciales facte ad p2eiudiciũ exiſtentis in curia abſq3 citatione illius non valẽt. ⁊ nu. 9.
6 Sententia an in cauſa noto2ia poſſit in abſentem p2omulgari. ⁊ nume. 10.
7 Promoueri non poteſt ſine diſpenſatione ad dignitatem infe2io2em epiſcopatu qui eſt in mino2ibus.



Ayuntamiento de Madrid

CUm olim. Si papa contra pronſtiatio-
nem ſuam beneficium confert
hoc tacito ſurreptitia dicitur collatio.h.d. Et primo
narrat factum.Secundo diffinit ibi nos igiť.¶ No.
ꝙ nominatio interdũ ponitur pro electione:quandoqꝫ autē ali-
ter ſumitur.vt patet in.c.bone.el.j.de poſtula.prela. vbi ſumitur
pro actu preambulo ad electionem futuram.potes etiam dicere
quod hic ſumitur pro prouiſione:quā forte aſſerebat epiſcopus
1 ad ſe ſpectare.¶ †Jtem no.eandem perſonam poſſe habere du
plicem vocem in actu electionis:forte ex priuilegio vel conſuetu
dine:vel ratione duplicis dignitatis.de quo etiā tangetur cum
2 gloſ.j.¶ †Jtem no.quod in appellatione extraiudiciali poteſt
appellari a grauamine futuro p̄parato ſeu de quo veriſimiliter
timetur expreſſa cauſa grauaminis.de quo.j̄. titu.j.in.ca. bone.
3 ¶ †Jtem not.ꝙ inueſtitura aliquando ſumitur pro collatione
iuris.vt hic colligitur ſecundum vnum intellectum aliquādo ſu-
mitur pro corporali traditione ſeu licentia intrandi poſſeſſionē.
4 de quo in.c.autoritate.j̄.de inſtitu.⁊.s̄.de elec.trāſmiſſa.¶ †Jtē
no.quod collatio facta cōtra proteſtationem ⁊ determinationē
factam per papam ad cōmodum tertij non valet ſi nō eſt facta
5 mentio de ꝓteſtatione ⁊ determinatione predicta.¶ †Jtē not.
argumentum quod non valent litere preiudiciales ad preiudi-
cium exiſtētis in curia abſqꝫ citatione illius.qꝺ an procedat tan-
giť in gl.¶ Jtē no.ꝙ collatio facta per inferiorē ad cōfirmatio
6 nem collationis nulle facte per papā non valet.¶ †Jtem no.ꝙ
videtur ſententiā poſſe promulgari in abſentē in cauſa notoria.
⁊ de qua papa eſt informatus de quo in gl.¶ Jtem no.ꝙ caſſa
tio actus nullius videtur poſſe fieri parte abſente:quando noto
rie cōſtat de illius nullitate.de quo etiā tangeť in glo. ¶ Jtem
no.de verbo ordinare quod ſumitur pro prouiſione.de quo in.c.
7 cũ in illis.de prebē.in.vj.¶ †Jtem no.quod exiſtens in minori-
bus non videtur poſſe promoueri ad dignitatem inferiorem epi
ſcopatu abſqꝫ diſpēſatione.de quo in.c.preterea.s̄.de eta.⁊ qua.
⁊ in.c.dudum.el.j.s̄.de elec.¶ Jtem no.ſm Jnnocē.quod illud
quod fit per ſurreptionem nō valet etiam ſi aduerſarius poſtea
8 conſenſit.facit quod no.s̄.de cauſa poſ.cum olim.¶ †Jn glo.j.
in fine prima ſolu.glo.videtur contra iſtum tex.qui videtur velle
a quod pretendebat duplicem vocem[a] non autem ſimpliciter qꝺ
vox eius preponderaret alteri ſimplici voci.¶ Secunda licet vi
deatur in ſe vera:tamen diuinat forte etiam glo.in princi.voluit
ſentire ꝙ ex cōſuetudine poteſt afferre duas voces. vnā ratione
dignitatis:aliā ratione canonie.⁊ ita intelligatur hic.nō autem
de iure licet habeat plures dignitates vel dignitatem ⁊ canoniā
habebit plures voces:niſi aliud habeat conſuetudo.ſed Jnno.
hic dicit ꝙ cum propter pluralitatem dignitatũ: vel dignitatis
⁊ canonie ſuſtineat vices plurium perſonarũ.ideo de iure poteſt
habere plures voces. facit in argumentum quod habetur in.l.
penul.ff.de his qui.vt indig.vbi quādo plura iura cōcurrunt in
perſonam vnius:ille poteſt vti iure quo vterentur plures perſo-
ne in quibus dicta iura cōcurrerent poteſt concludere vt hic vo
luit Joan.an.⁊ do.Anto.poſt eum quod vna perſona reſpectu
vnius dignitatis vel beneficij non habet de iure duas voces no
mine proprio:niſi aliud habeat ſtatutum vel cōſuetudo eccleſie:
ſi autē habeat quis plures dignitates vel plura beneficia ex qui
bus ſi in diuerſis concurrent non competerent plures voces.et
tunc multominus ſi concurrant in perſonā vnius:niſi aliud ha-
beat conſuetudo ſi autem quis habet plures dignitates vel plu
ra beneficia a quibus ſi in diuerſis perſonis cōcurrerent ſurge-
ret a qualibet dignitate ſeu beneficio inſolidum ius vocis dan-
de:tunc licet eſſet equum qꝺ nō haberet niſi vnam vocē quia nō
habet niſi vnum rationis dictamen:ex quo vnica perſona eſt ta-
men de iure poteſt habere plures voces:qꝛ ex quo cōcurrũt plu-
res qualitates in perſonā eiuſdem faciunt illum loco pluriũ cen
ſeri.s̄.de elec.cũ inter.el.j.⁊.el.ij.⁊.d.l.penul.de his qui.vt indi. et
pro hoc etiā quod habetur in.c.raynutius.⁊ raynaldus.j̄. de te
ſtamen.vbi filius grauatus retinet vnam quartam tanquam fi-
lius.aliam tanquam extraneus ad hoc etiam facit quia in volũ-
tarijs ⁊ compaſſibilibus poteſt quis ſuſtinere vices duorum.vt
legitur ⁊ no.s̄.de probatio.ex literis.⁊.ff.de adop.l.ſi cōſul. Jtē
pro hoc etiam facit:quia geminatio cauſarum geminat ⁊ multi
plicat effectus.l.iiij.ff.de ſtipu.ſeruo.⁊.l.dominus.§.dominus.ff.
de pecu.lega.⁊ prò hoc etiam faciat quod no.gl.in.c.quia in tan
tum.j̄.de preben.Jtem ratio.l.generaliter.ff.de fideiuſſo. quia ſi
dicis ipſum vnam vocem habere non poteſt oſtendi quare ma-
gis ex vna qualitate quam ex altera ⁊ quelibet qualitas conclu-
dit ius ſolide vocis ergo vtraqꝫ attendetur.vt ex qualibet voce
habeat arg.d.l.generaliter.⁊ per predicta dicit Joan.an. ſe con
ſuluiſſe in eccleſia florētina in qua theſaurarius ex ſtatuto eccle-
ſie habet ibi certas diſtributiones ⁊ vocē in capitulo licet nō ſit
canonicus.⁊ ſimiliter habent canonici ſeu qlibet canonicorũ qꝺ
ſi contingat quem habere theſaurariam ⁊ canonicatũ quod po-
teſt contingere ex diſpenſatione vel ex ſtatuto eccleſie ꝙ habebit
tunc ille duplicem vocem ⁊ duplicem diſtributionem. ⁊ dicit qꝺ
cum in eccleſia bonoñ.ſit archidiaconatus ⁊ archipreſbyteratus
⁊ habens alterā ex dictis dignitatib9 nō habet vocē in capitulo
lꝫ habeat diſtributiones. qꝺ ſi contingat qꝺ aliquis ſit canoni-
cus ⁊ archidiaconus vel archipreſbyter ꝙ nō habebit niſi vnā
vocem licet plures habeat diſtributiones.⁊ hoc modo intelligit
glo.hic dum dicit ꝙ propter pluralitatem ſtipendiorum non de
bet habere plures voces.⁊ predicta etiam placent hic do.Anto.
preterq̄ id quod dicit Joā.an. de diſtributionibus quia dicit ꝙ
ſi dantur ratione ſeruitij perſonalis:puta propter intereſſentiam
in diuinis officijs ꝙ tunc licet concurrant canonicatus cum di-
gnitate in perſona eiuſdem nō habebit niſi vnā diſtributionem
quia non eſt niſi vnus qui ſeruiat lꝫ habeat canoniā ⁊ dignitatē.
⁊ qꝛ ſi dicta iura cōcurrerent in perſonam diuerſorum.⁊ vnus in
tereſſet in illis.⁊ alter nō:non deberenť non intereſſenti.ſed plus
placet mihi opinio Joan.an.qꝛ quando concurrunt predicta in
perſonam vnius certũ eſt ſibi deberi diſtributionē.⁊ ſi dicas vnā
tantum deberi:non eſt ratio quare magis ex vna qualitate q̄ ex
alia ergo cōueniens eſt ꝙ ex vtraqꝫ preſtetur. per id qꝺ habetur
in d.l.generaliter.⁊ quod dixi in ſimili.s̄.de iure vocis dande et
non obſtat ratio do.Anto.quia ceſſat quādo due qualitates cō
currunt in perſonam vnius:quia vt dixi in dicto caſu non eſt ra
tio quare magis ex vna q̄ ex alia debeat dari.⁊ ideo verior vide
tur opi.Joan.an. ¶ Jn glo.ij.in fi. vel dic ꝙ habuit reſpectum
ad canones antiquos ſcđm quos bona erat allegatio.lx.diſt.c.j.
⁊.ij.vel ſm Jnnocē.ideo hic ponderat ꝙ non erat promotus ad
diaconatum:qꝛ nec poterat propter aliquod impedimentum.et
ideo bona erat allegatio.¶ Jn glo.iij.ibi preſumitur circumuen
tus ſupple qñ cauſa non cognita mutat. ſecus autem ſi cum cau
ſe cognitione mutaret per ea que habenť in.c.cum ceſſante.⁊ fa-
cit etiam quod no.per Bar.in.l.quod iuſſit.ff. de re iudi. ¶ Jn
ea.glo.ibi argumentũ contra hanc partem ſequitur glo.j.in fi.de
quo etiam per Jnno.s̄.de reſcrip.cum dilecta.⁊ ad iſtam pōt re-
9 ſponderi.vt.j̄.tangit glo.¶ †Jn ea.glo.in fi. Hoſt.hic dicit qꝺ
quādo impetrantur litere que nō ſunt ſimpliciter ad iuris obſer
uantiã:ſed cōtinetur in eis aliquid preiudiciale ꝙ tũc debet cita
ri aduerſarius ſi eſt in curia.⁊ debet citari ad hoſpitium vbi mo
ratur nec ſufficit citatio facta in audientia. ⁊ ſic videtur velle qꝺ
obſeruať in curia ſtandũ ēēt ſtilo curie.j̄.de crimi.fal. in.c.q̄
10 graui.¶ †Jn gl.abſenti.in fi.Jdē voluit glo.in.c.veniā.xxxv.
q.ix.⁊ dicebat Hoſt.hic ſatis colligi ꝙ in notorijs fertur ſenten-
tia in abſentem non citatum ad quod allegat etiam.j̄.de accuſa.
ſi cōſtiterit.⁊ de app.cum ſit romana.qꝺ dicit vrbanum papam
pronunciaſſe eſſe verum vbi agitur de rebus que male notorie te
nentur ab aliquibus vt ipſe pronũtiauit cōtra ſpoletanos tenen
tes quandā terram ſpectantē ad eccleſiā que appellať armũſoꝝ.
¶ Et ex predictis no.caſum in quo in notorijs ꝓcediť ad ſentē
tiā abſqꝫ citatione.lꝫ alias cōiter dicatur ꝙ etiam in notorijs exi
gať citatio.vt in.c.ad noſtrā.el.iij.s̄.de iureiurā.⁊ ſic pōt dici qꝺ
hic ſit ſpeciale quādo agiť de ſubiectione ꝓpter rationē pralle-
gatam in glo.⁊ idem voluit gl.xxxv.q.ix.vel poteſt dici ſm do.
Ant.ꝙ proceſſus pape in notorijs valeat abſqꝫ citatione ex eo
quia non ſubijcitur forme iuris.facit quod no.j̄.de ſenten. excō.
nulli.ſed iſta ſolutio non videť tuta:quia citatio videtur eſſe de
iure defenſionis naturalis.per id qꝺ habetur in cle. paſtoralis.
de re iudi.⁊ per Bar.in extrauaganti,ad reprimendũ.ſuper ver-
bo figura iudicij:vel poteſt dici ſcđm eundem.qꝺ licet citatio de-
beat fieri in notorijs omiſſio tamen citationis non vitiabit pro-
ceſſum ſi poſtea cōſtet de notorio ⁊ nihil rationale allegetur quia
ratio circuitus vitandi videť ꝙ debeat remanere ſententia quia
etiam ſi retractareť eſſet in eundem ſtatum reducēda facit quod
no.s̄.de teſti.in.c.ex parte ade. hec etiam nō videtur tuta per id
quod habetur.j̄.de accuſa.ad petitionē vbi patet ꝙ vt deſeruia-
tur iuri caſſatur id quod poſtea ponitur in priſtinuꝫ ſtatũ. vnde
tutum videtur eſſe tenēdo ſolutionem glo.illud etiam eſt certum
quod citatio ſolennis hoc eſt cum ſolēnitate peremptoria vel qꝺ
ſit trina nō requiritur in notorio:ſed ſufficit vnica ⁊ non perem-
ptoria.vt no.per Joā.an.in.c.j.⁊.c.cum ſit romana. ¶ Jn glo.
ſi.ibi ideo forte dicit quaſi velit ꝙ hic erat cōſuetudo ꝙ abſentes
b nō vocētur[b] alias de iure deberent vocari pro quo videtur tex.j̄.
de preben.cum in eccleſijs.lib.vj.vel poteſt dici ꝙ hic forte colla-
tio deuoluta erat ad papam. Jdeo poterat dare facultatem ſo-
lum preſentibus:nec alij poterant cōqueri vt in.l. in rem mādā-
ti.C.mādati.¶ Jn ea.glo.ibi vel maioris partis vel poteſt dici
ꝙ in caſu iſto propter formam mandati dati a papa requiritur
omnium cōcordia.⁊ preſertim quia dicit plene omniũ veſtrum
cōcordia interueniente.facit quod no.in glo.in.c.vbi periculum.
in verbo ſingulis.de elec.in.vj.

a ¶ Duplicem voces. Adde hic do. Abb. in prima col. verſi. ⁊ primo ꝓ declaratione nu.ij. ⁊ do. Fely. poſt eũ.

b ¶ Abſentes non vocētur. ſi queris vtrũ et qñ ⁊ vſqꝫ quo illi q ſunt p̄ſentes de electorib9 abſentes expectare teneanť diſtigue hic ſm.d. Henr.boych. in princip. huius.c.

Super

Ayuntamiento de Madrid

1 ¶ Super iure ſubiectionis poteſt dari libellus contra illum qui ſubiectus dicitur.
2 Subiectio plena ex pluribus cauſis arguitur.
3 Epiſcopus an poſſit a ſe totaliter eximere vnam eccleſiam aut vnam eccleſiam ſubijcere alteri.
4 Teſtificari poteſt prelatus in contractu celebrato ad vtilitatem eccleſie.
5 Subſcribere ſe poteſt quis per alium in inſtrumento.
6 Sententia lata cum ſubdito ratione ſubiectionis ſciente ⁊ patiẽte domino preiudicat ipſi domino ſcienti ⁊ patienti.
7 Sententia lata contra ius litigatoris tranſit in rem iudicatam. ſecus quando eſt contra ius legis.
8 Sententia alternatiue lata an valeat.
9 Libellus generalis ſuper iure generali formatus procedit.
10 Archiepiſcopus ad hoc vt poſſit concedere priuilegia in dioceſi ſuffraganei an ſufficiat cõſenſus ſolius ſuffraganei in cuius dioceſi fit conceſſio an vero omnium.
11 Sententia duplex an poſſit in eadem inſtantia ferri ſuper eodẽ.
12 Sententia lata ſuper parte petitorum an valeat.

**Cum inter.** Ualet ſentẽtia lata cõtra ius litigatoris: ſi ab ea.j.x. dies non fuerit appellatum.h.d. Et ſunt due partes principales. Nam in prima narrat ꝓceſſum ⁊ iura vnius partis. In ſecunda diffinit diffinitiones cauſam premittẽs. ſecũda ibi quãuis forte ⁊c. ¶ In tex. ibi obedientiam repromitteret ſupple ⁊ etiã fidelitatẽ. vt patet ex antiqua ſm Inno. ⁊ ſatis colligit ex ſentẽtia pape in qua fit mẽtio de fidelitate ⁊ obedientia.
1 fundat ſe ex ſentẽtia lata rõne priui. ¶ †No.ꝙ ſuper iure ſubiectionis dari põt libellus cõtra illũ qui ſubiectus dicit. de quo.s. de maio. ⁊ obedien. inter quatuor. ⁊ in.cap. auditis.s. de reſcrip.
2 ¶ †Item no. capitula ex quibus arguit plena ſubiectio. de quibus fit mẽtio in litera. ⁊ qḋ habens eccleſiã pleno iure ſubiectam habet illã ſubiectam quo ad oĩa hic in litera expreſſa. dicit tamẽ Inno. quod non oĩa que hic exprimũtur cõcludunt plenã ſubiectionem: q2 nõ letanie ⁊ ſimilia ſed inſtitutio in ſpiritualibus ⁊ fidelitas in tẽporalibus bene videntur cõcludere. ⁊ facit qḋ habet.j. de priui. qm̃. ⁊ multo fortius omnia hic poſita ſimul iũcta.
3 ¶ †An aũt epiſcopus poſſit a ſe totaliter eximere aliquã eccleſiam no.j. de dona. paſtoralis ⁊ plenius per Io.an.j. de cenſi. cũ venerabilis. ¶ Itẽ no. epm̃ cum debita ſolẽnitate poſſe ſubijcere vnã eccleſiã alteri de quo in preallegatis iuribus. ⁊.j. de exceſ. prela. ſicut vnire.
4 ¶ †Itẽ not. ꝙ prelatus vr̃ poſſe ſcribi in teſtẽ in contractu qui celebrat ad vtilitatem eccleſie: ſicut etiã põt eſſe teſtis in cauſa eccleſie.s. de teſti.c. inſuper. ⁊.c. cũ nũtius. cum ibi notatis. ¶ Item no. argumentũ abbate poſſe cũ titio preſcribere epiſcopalia. de quo.s. tit.j. auditis. ⁊.c. cum olim. ⁊.j. de priuil. accedentibus.
5 ¶ †Item not. ꝙ quis poteſt ſe ſubſcribere p alium in inſtrumẽto ſi forte ille alius neſciat vel ſit impeditus ſcribere.
6 ¶ †Item no. argumentum ꝙ ſentẽtia lata cum ſubiecto ſuper iure ſubiectionis ſciente ⁊ patiente olim dño preiudicare videt ipſi domino ſcienti ⁊ patienti. ⁊ precipue quando ipſe dominus ſuper illo iure ꝓnuntiat pro alio. ſed certe vt hic tangit.d. Ant. iſtud non bene hic colligit: q2 hic nihil dicitur an preiudicet epiſcopo ſententianti. Sed ſolum ꝙ preiudicatur ipſi ſubiecto facit quod legitur ⁊ no.s. de fide inſtr. inter dilectos. ⁊.j.e. cũ ſuper. et s. de reſti. ſpo. olim. ¶ No.ꝙ licet non ſit iudicandum exemplis inquantum inter alios eſt iudicatũ: tamen bene videtur poſſe iudicare exemplis inquantum inter eoſdem eſt iudicatũ in diuerſa inſtantia. ¶ No.ꝙ data nullitate conceſſionis caſſantur omnia acceſſoria ⁊ conſecutiua ad ipſam conceſſionem facit.s. de fi. in-
7 ſtrumẽ. inter dilectos. ¶ †No.ꝙ ſentẽtia lata cõtra ius litigato
8 ris trãſit in rem iudicatã. ſecus quãdo eſt contra ius legis[a] vt q2 error eſt in ea expreſſus. facit quod no. in.l.ij.C. quando prouo. non eſt neceſſe. ¶ No.ꝙ pro ſolẽnitate ſententie vt proceſſus preſumitur niſi aliud probetur. ¶ Not. veritatem preualere debere de quo etiam tangit glo. ⁊ facit. vij. diſtin. veritatẽ.
8 ¶ †Not. qḋ valet ſententia etiã alternatiue prolata. nam valet etiam conditionaliter ꝓlata.l.j.§. biduũ.ff. quando ap. ſit canoniʒata.ij.q.vj.
9 ¶ †No. qḋ procedit libellus generalis quando formatur ſuper iure generali. de quo.s. de libelli oblatione.c.ij. ¶ In glo. ſub teſtimonio in fine. ⁊ facit quod no. per glo.xvj.q.vj. placuit. vbi gl.
10 videtur requireret† ꝙ interueniat conſenſus omniũ epiſcoporum prouincie vt archieps poſſit cõcedere priuilegia in dioceſi ſuffraganei allegat.ix.q.iij. archieps. quod eſt valde notandum. nam videretur ꝙ ſufficeret cõſenſus illius ſuffraganei in cuius dioceſi ſit conceſſio cum de ipſius ſolius preiudicio agatur ⁊ non aliorũ ⁊ per conſequens videretur quod aliorum conſenſus nõ eſſet neceſſarius. argu. regule quod omnes tangit a contrario. de regu. iur. in.vj. ⁊ ſecundum predicta etiam poſſit intelligi.d.c. archiepiſcopus. docto. tamen videntur tranſire cum glo. ¶ In gloſ. ſua vice. ſi ſcribere ſciunt. ſupple ⁊ poſſunt alias poſſint etiam ſub ſcribere per alium. per id qḋ hic dicitur. ¶ In ea. gl. ibi cum alieno annulo. ſupple cum caret proprio. facit quod habetur in.l. heredes palam.ff. de teſta. ⁊ in Spe. de proba.§. videndũ. ver.x. ad fi.
11 ¶ †In glo. cardinalem. in fi. vel potes dicere ꝙ licet in eadẽ inſtantia non poſſit ſuper eodẽ duplex ſententia ferri. tamen ſecus videtur in diuerſa inſtantia. nam tunc videtur valere ſi ferat ſecundum tenorẽ prime ſi ferretur contra: an tũc teneat dicet.j. eo. inter monaſterium ⁊ tangitur etiam per Bar. in.l. duobus.ff. de excep. rei iudi. ⁊ in.l.j.C. qñ prouocare nõ eſt neceſſe. ⁊ ibi etiã per Cy. ⁊ Iaco. butri. ¶ In gloſ. donationis ibi vel priuilegia hoc verum quãdo concedẽs priuilegiũ non agebat aliquid de nouo concedere. ſecus ſi voluiſſet de nouo concedere ⁊ poteſtatem habuiſſet. per id quod habetur. iij. diſt. priuilegia. ⁊ facit etiaȝ quod habetur in.c.ſ. ⁊.ij.j. de confir. vti. vel inutili. ¶ In gl. litigãtes in fine de materia gl. dic vt plene no.j. eo.c. penul. ⁊.j. qui fi. ſint legi. cauſam que. ⁊ in.l. ſepe.ff. de re iudic. ⁊ ibi pleniſſime dixi de iſta materia in glo. penul. in fi. ¶ Aduerte tamen quia ſi in ſententia exprimeretur duplex cauſa quarum vna eſſet expreſſe contra ius alia non ſuſtineretur ſententia virtute cauſe que nõ eſt cõtra ius vt notabiliter voluit Inno.s. de renũ. in preſentia ⁊ bene facit quod habetur in.c. inter ... tuas.j. qui filij ſint legi. ſecus quãdo vnica cauſa tantũ ex... que in.c. ex parte. eſt contra ius. q2 tunc non valet ... tur.j. de conceſ. preben. ¶ In glo. fi. in fi. vel potes ... dicebat primã ſententiã nullam ex defectu ... litis ⁊ ex actis apparebat cõtrariũ.
b ideo geſta ſermonibus preualuerunt.[b] facit.s. de re iudi.l. geſta. s. de proba. quoniã cõtra. vel ſm Hoſt. veritas geſtorũ ⁊ actorũ apparebat preſumpte. q2 de facto antiquo procedebat ſcðm inſtrumentũ ſententie quo caſu ſcðm eum preſumitur pro cõteſtatione ⁊ proceſſu arg.l.j.C. de cõtrahen. empt. ⁊ quod habetur.j. eo. ſicut. nam tunc res iudicata pro veritate accipitur. Ideo tũc preualet ſermonib⁹ contrarijs. ſecus ſcðm eum ſi factũ eſt recẽs ⁊ obſtaret cõtra ꝓceſſum: q2 tunc nõ preſumebatur pro proceſſu niſi quatenus apparet. ⁊ ſic intelligitur.c. qm̃.s. de proba. ⁊ dicetur factũ antiquum ſcðm eum. quando lapſum eſſet bienniũ ſuper quo remittit ad notata per ſe.s. de renuntia. in preſentia. no. bene hoc dictum quia ſepe allegatur. ⁊ facit quod no. Cy. et Bal. in.l. emancipatione.C. de fide inſtrumen. ⁊ quod notatum fuit in.c. alberi.s. de teſti. ſed de hoc plenius dixi in.d.c. quoniã. ſuper glo. fi. nam etiam videtur qḋ ſi factum non fuit antiquum dũmodo ſententia tranſiuerit in rem iudicatam. qḋ preſumatur etiam pro actis donec probetur contrarium. vt voluit Inno. in.c. bone.s. de elec. ⁊ Specu. in titu. de ſenten.§. fi. ver. in ſententia.
12 vt plene dixi in.d.c. quoniam. ¶ †Extra glo. tangit hic Inno.
c an ſententia lata ſuper parte petitorum valeat.[c] nam hic videtur innui ꝙ ſic. Inno. hic cõcludit ꝙ ſi petitio eſt generalis apta cõprehendere plura capitula ⁊ feratur ſentẽtia ſuper certo capitulo ſeu articulo. ⁊ de alijs nihil dicitur tunc cenſetur pars condẽnata in vno articulo in alijs abſoluta. ⁊ ita põt intelligi hic. Si autem petitio continet plura. Tunc ſi feratur ſuper vno valebit non tamen in alijs tũc videbit abſolutus vel condẽnatus. nam non poterit poſtea inſtari vt procedatur ſuper articulis non deciſis. ⁊ ſi non inſtabitur peribit inſtantia ſuper illis de iure ciuili ſecundum.l. properandum.§.j.C. de iudi. Si vero ſit vnica petitio ſuper vna ſententia vel quantitate vel ſuper vna re: tũc ſcðm eum ſi in parte tantum fiat condẽnatio non videtur in alia pars abſolutus nec condẽnatus allegat.l. quidam.ff. ſi cer. peta. nihil tamen dicit. An valebit ſententia ſuper illa parte ⁊ de materia remittit ad notata per Azo. in ſumma de arbitris. ⁊ tangit etiam per ipſum Inno. in.c. cum inter.R.s. de electio. Et ex predictis patet duo eſſe dubia in materia. Primum eſt an ſi pronũtietur ſuper parte tacite intelligitur etiam pronuntiari ſup alia parte. Secundum eſt an ſuppoſito quod non intelligatur tacite pronuntiare: an valebit ſententia lata ſuper parte. de quo etiam tangetur in glo. ⁊ doct. in.l.j.C. ſi aduerſus rem iudi. ⁊ in.l. apud celſum.§. item querit.ff. de doli exceptio. do. Ant. hic videtur dicere quod quando petitio eſt generalis ⁊ fertur ſententia ſuper certis articulis. ⁊ in alijs nõ videatur abſolutus per id quod habetur in.l. licet.C. de iudi. iſto tamen caſu dicit quod valebit ſententia ſuper articulis ſuper quibus eſt lata que habentur in.d.l. licet. ⁊ quod no. in.c.j.s. de tranſactio. ⁊ ſic videtur quod dictum Inno. non procedit poſſet tamen ſaluari quando doloſe omiſſa eſſet proſecutio per ea que habentur in.l. de rebus.ff. de arbi. Si autem petitio contineat plura capitula tunc ſi ſunt diuerſa ⁊ ſeparata procedat dictum Inno. quod valet in his ſuper quibus eſt lata: nec in alijs intelligitur tacite pronuntiare. ⁊ hoc intelligitur verum quando fertur ſententia per ordinarium: ſi autẽ per delegatum vel arbitrum tũc ſi data eſſet forma ꝙ deberet ſimul omnia terminari nõ valeret ſentẽtia.l. quid tñ.ff. de arbi. ⁊ an in

a ¶ Ius legis. ſi qrit qñ ſnĩa trãſit in rẽ iudicatã vel nõ diſtin. hic ſm Hẽ. boych. in prin. huius.c.

b ¶ Geſta ſermonib⁹ preualuerũt. vid hic do. Abb. i. iiij. col. verſi. quero quid intendit nu.xxij.

c ¶ Parte petitorũ valeat. an ſnĩa poſſit valere in vno capitulo ⁊ ĩ alio nõ. vide p do. Alex. in cõſil. c. in vlt. col. in iij. volu.



Ayuntamiento de Madrid

dubio intelligatur hec agi tangitur.j.per gl.z Bart.nam fuerūt
opi.vt ibi tangitur z etiam in.d.l.celſum.§.item queritur.tamen
vt ibi tangit Bar.ſatis videtur quod cum ab eadem parte plu
ra capitula deducūtur ex quo ſunt ſeparata ꝙ nō videaẜ actum
vt ſimul pronuntiet.ſecus qñ eſſent capitula cōnexa vel quando
per viā recōuentionis ab alia parte eſſent propoſita z expreſſa
ta in cōpromiſſo.per id quod habeẜ in.c.j.z.ij.§.de mutuis peti.
¶ Itē aduerte qꝛ vbi ſunt capitula cōnexa etiam ſententia lata
per iudicem ordinarium ſuper aliquibus non valebit ex quo nō
fertur ſuper oībus quia iudicandum eſt de cōnexis ſicut de vni
co capitulo per id quod habetur in.l.etiam.§.j.ff.de mino. nō ta
men dicitur cōnexa ex hoc ſolo ꝙ ſub vno generali iure poſſunt
comprehendi per ea que dixi.§.z que habentur in.d.l.j.C.de iu
di.ſed quando aliter cōnexitatem habent qꝛ non pōt bene ratio
vnius diſcerni ſine alio.facit quod habetur in.l. eum actū.ff.de
neg.geſt.Si autem ſit vnicum.c.Tunc ſentētia lata ſuper parte
non intelligitur lata ſuper alia parte:nec valebit tunc ſententia
etiā ſuper parte:quia ſententia cenſetur quid indiuiduum z ſup
vno capitulo debet in totum naturale vel non naturale.l.in hoc
iudicio.ff.fami.herci.z facit quod no.j.de cōuerſi.coniu.placet.z
in ſpecu.de ſenten.prola.§.qualiter.ver.quid ſi peto.non obſtat.
l.j.C.ſi aduerſus rem iudi.qꝛ debet intelligi quando in alia par
te fuit facta abſolutio.vt ibi tangit gl.z hec vera in cauſa princi
pali.ſecus dicit Hoſt.in cauſa appellationis:qꝛ ibi pōt pronūtia
re ſuper parte capituli qꝛ in reſiduo remanet firma ſententia pri
mo lata.facit quod habetur in.c.raynutius.z.c.raynaldus.j.de
teſta.¶ Itē predicta vera ſm Bar.quando iudicium tenet ſup
toto capitulo.ſecus ſi ſuper parte:quia tunc poterit fieri ſup par
te tantum per.l.conſtante.§.ſi.ff.ſolu.matri.z per hoc dicit ſe de
facto tenuiſſe ꝙ ſi contra poſſidentem partem rei ſit actum ad to
tam rem z nō fuerit facta interrogatio an poſſideat in totum vel
in partem ꝙ quia ſuper parte quā reperitur nō poſſidere nō vide
tur in effectu tenere iudiciū per ea que habentur in.l.vna.C.de
alie.iudi.z.§.de exceptio.c.aduerſario.cum ibi notatis.z tunc po
terit ferri ſolum ſuper parte quam poſſidet ꝫ ſuper alia nō feraẜ.
¶ Sed aduerte quia.l.ſi cōſtante.§.ſi.ff.ſolu.matri.quam Bar.
allegat ibi z in.d.l.j.C.ſi aduerſus rem iudi.videtur bene proba
re dictū Bar.de quo vltimo dixi quia ibi pendēte iudicio ſuper
parte deſijt omnino competere ius agendi ſed in caſu Barto.in
quo actum erat rei vendicatio.z conſequenter petitum declarari
rem ſpectare ad agentem z ſibi debere reſtitui non deſijt compe
tere dominiū ipſi agenti z virtute talis petitionis poterit decla
rari agentem eſſe dominum totius rei ſi hoc ſit probatum ꝫ reus
non poſſideat niſi partem per id quod habetur in tex.z glo. in.l.
ſi a te.§.j.ff.de exceptio.rei iudi.cum ibi notatis per Bar.z ſic re
ſpectu declarationis dominij poteſt ibi ſententia ferri ſuper toto
licet reſpectu reſtitutiōis fiende de re ſolum ferri debeat pro par
te poſſeſſa.z ideo videtur quod iudex ſuper toto debeat pronun
tiare declarando actorem eſſe dominum rei z cōdemnando reū
ad reſtituendum partem quam poſſidet z ab alio abſoluendo
quam non poſſidet: nec dolo deſijt poſſidere et per conſequens
poſſidetur videtur quod ſi ſolum feratur ſuper parte ex quo po
teſt ferri ſuper toto non valet argumētum.d.l.in hoc iudicio.ff.
fami.herci.prodeſt autem declaratoria ſententia domini ſuper
parte non poſſeſſa: quia ſi quo tempore reperiaẜ poſtea reus poſ
ſidere poterit peti executio contra eum. Ut cogatur illam reſti
tuere virtute dicte ſententie per ea q̄ habenẜ in.d.l.ſi a te.§.j.do.
tamen Anto.hic ſimpliciter tranſit cum dicto Bar. Item non
obſtat his que dixi ſuperius hec decreta. Inquātum vult quod
valeat ſententia lata ſuper parte:quia hic diuerſa erant capitula
licet ſub vno genere cōtēta. z ideo valuit etiam lata ſuper certis
tantū per id quod legitur z not.in lege licet.C.de iudi. vel poteſt
dici ꝙ hic conſtabat iudici non eſſe controuerſiam inter partes
niſi de duobus.z ideo ſuper illis tantum fuit lata ſententia.facit
quod habetur in.l.quidam eſtimauerunt.ff.ſi cer.peta.z de mate
ria in.d.l.j.C.ſi aduerſus venditio.z per glo. z doct. z per Azo.
in ſumma de arbi.circa medium.

8 ¶ Sufficit.idē ſummat hoc c.d.ab.z an a iudice approbato p partes poſſit appellari.vide hic per do.Fel.i pnn.

1 ¶ Nullitas ſententie poteſt proſequi in inſtantia cauſe appella
tionis.
2 Pro ſententia preſumitur in cauſa appellationis ſi ſententia ex
proceſſu producta iuſtificatur.
3 Mandatum ſi conditionatur vt quia mandat ſuperior ꝙ ſentē
tia detur pro actore ſi probet ꝙ licet probet z contra eum detur
ſententia non tamen videbitur eſſe nulla.
4 Iudex appellationis ſi videat probatum per teſtes an debeat il
lis fidem adhibere.

Cauſam. Sufficit ad confirmationē ſenten
tie illā nihil iniquum cōtinere. ſi cō
tra ipſam aliqd nō probatur.h.d.Et primo ponit de
legatorū proceſſum z ſententiā z etiā appellationē z
ſententia.Secunda ibi licet ponit appellationem appellantis z
1 motiuum pape.z confirmationē ſententie.¶ † No.ꝙ in inſtantia
cauſe appellationis etiā de iure canonico quis pōt proſequi nul
litatem.nā etiam a ſententia nulla appellari pōt propter grau a
men facti.de quo.j.eo.dilecta.z in.l.ſi expreſſim.ff.de appellatio.
2 ¶ † No.ꝙ in cauſa appellationis preſumiẜ pro ſentētia ſi ſentē
tia ex proceſſu producta iuſtificaẜ z ſic a cōtrario ſi nō appareat
de proceſſu nō preſumitur pro ſentētia.§.de reſtitu.ſpol.cum ad
ſedē.Si autem apparet proceſſus ex quo aperte apparet de iniu
ſtitia ſentētie tunc tollitur preſumptio ipſius ſententie per id qđ
habetur in.d.l.cum ad ſedem.z.§.de proba.quoniam cōtra fal
ſam.ſi autem apparet proceſſus etiam ex illo nō apparet aperte
de iniuſtitia licet nō appareat aperte de iuſtitia videẜ ꝙ pro ipſa
preſumatur niſi aliud probeẜ vt hic videẜ colligi cui aūt incūbat
onus in cauſa appellationis probandi not.per doc.§.de renū.in
3 preſentia.z per legiſtas in.l.hi qui.C.de appel.¶ † No.ex tex.cō
iuncto dicto Inno.ꝙ vbi cōditionatur mandatū vt ꝙ mandat
ſuperior ſentētiari pro actore ſi probet ꝙ licet probet z contra eū
feratur ſentētia nō tamē videẜ ſententia eſſe nulla.qꝛ contra pro
bationē quidē videtur iniqua qꝛ nō ſemper preciſe allegaẜ ani
mus mandātis probationē factā per partem.nam forte non dat
ſibi fidem qꝛ fuerunt teſtes viles:vel qꝛ variando dixerūt z pre
ſumitur iudex motus ex talibus ſimilibus contra probationē cū
in eius arbitrio ſit conſiderare quanta ſit fides teſtibus adhiben
da.l.iij.§.j.ff.de teſti.facit quod no.Inno.§.de proba.quoniam
cōtra.z.j.de fideiuſſo.peruenit.Not.verba mandati predicta vi
dentur intelligenda.ſi probauerit taliter ꝙ iudici videanẜ pba
tiones fore ſufficientes per.d.l.j.§.j.de teſti.z facit qđ no. Inno.
in.c.prudentiam.de offi.dele.vbi dicit ꝙ cum talis conditio taci
te inſit ſi exprimatur nō credit mandatū cōditionale. ſed potius
inducit quandā monitionem.facit quod plene no.per Inno.de
preſumptio.c.ſi.z per glo.in cle.j.de offi.deleg.¶ No.arg.ꝙ req
ſitio iudicis vt ſententiet videtur tollere vitium precedentis pro
ceſſus qđ videtur poſſe procedere quando tollere vitium pende
bat a poteſtate ipſius partis vt hic tangit Io.an.poſt Hoſt.fa
cit quod habetur.§.de offi.dele.gratum.¶ In glo.j.ibi proba
tum fuiſſet.quaſi videẜ ꝙ hic nō fuit probatū.nā forte mādauit
ꝙ ſi cōſtaret eū electū a maiori parte adiudicareẜ ſibi prebenda.
z iſte forte probauit per aliquos teſtes.ſed forte iudex non adhi
4 buit fidem quia erant viles vel variando dixerunt. ¶ † Sed ad
uerte quia dubium eſt an iudex appel.ſi videat probatū p teſtes
debeat illis fidē adhibere z certe videretur: qđ ſic quia in dubio
debet preſumere teſtes idoneos.facit quod habetur in.c. vnico.
§.de ſcrutinio z in.l.eos.ff.de teſti. z ideo videtur qđ pars que
obtinuit ſententiam debeat coram iudice appellationis allegare
z probare cauſas propter quas primus iudex nō adhibuit fidē.
videtur tamen velle Inno.hic cum.c.quoniam cōtra falſam.§.
de proba.ꝙ iudex a quo poterit per ſuas literas facere fidem cū
ipſe habuerit arbitrari quanta ſit fides teſtibus adhibenda vt
dixi in notabilibus.Sed contra iſtud eſt multum.c.quoniam cō
tra falſam.vbi verbo iudicis non creditur niſi aliter conſtet ex
proceſſu.ſed forte Innocen.voluit ꝙ ſit ſpeciale in hoc caſu per
ea que habentur in.d.l.iij.§.j.quia tamen ille text.in.c. quoniam.
loquitur indiſtincte tutius videẜ ꝙ hoc faciat ſcribi in actis ſcili
cet ꝙ teſtes variando dixerunt.nā hoc fieri pōt vt tangit Inn.
in.d.l.quoniam.z ꝙ etiam ſuper vtilitatem teſtiū fuerit facta ali
qua fides.¶ In ea.glo.in fine.dicit quod in iuribus hic allega
tis licet eſſet preter formam mandati id quod agebatur erat ta
men de coniunctis cōnexis mandato.ideo valebat.ſecus in aliis
quia tunc paria ſunt eſſe preter vel contra formam mandati. de
offi.dele.prudentiam.z de elec.c.ſi cui.lib.vj.¶ In glo.ſi.ibi fuit
commiſſa.Iſtud poteſt operari quia tollit poteſtatem recuſandi
iudicem niſi noua cauſa ſuperueniat.de offi. delega. inſinuante.
Item quo ad hoc vt valeat ſecundum reſcriptū.licet faciat men
tionem de primo ſi non facit mentionē de cōſenſu habito in pri
mo.§.de reſcrip.ceterum.Item operatur ſm Hoſt.quia inducit
preſumptionem ꝙ ille fuerit amicus z cōſequenter ꝙ veriſimili
ter non grauauerit:niſi aliud appareat.¶ In ea.glo.ibi.de offi.
dele.de cauſis.poteſt etiam operari requiſitio ſm Hoſt. ſi forma
reſcripti reſpiciens tantum fauorem partis eſſet violata quia tūc
per requiſitionē videretur renuntiari tali forme.argu.§.de offic.
dele.gratum.z.c.ſi.z quod ibi no.

1 ¶ Tempus datum ad appellandum currit a tempore late ſentē
tie licet ſententia lata ſit in diem.
2 Purgationis indictio an ſit interlocutoria an vero diffinitiua.
z nume.9.
3 Appellandi facultas tolli videtur per ſuſceptionem termini ap
poſiti ſuper executione ſententie.
4 Sententia tranſit in rem iudicatam per lapſum decem dierum a
tempore ſententie z excluditur facultas appellandi.

Sententie

Ayuntamiento de Madrid

5 Sententie acquieſcere tacite dicitur qui non appellat.
6 Tempus datum ad exequendum licet detur a iure ſine miniſte rio hominis tamē poteſt abbreuiari ⁊ elongari per iudicem per quem fertur ſententia.
7 Appellari an poſſit a pronuntiatione de exequendo. ⁊ nu. 14.
8 Appellās a diffinitiua an poſſit in cauſa appellationis aliquid dicere contra interlocutoriam a qua non appellauit.
9 Sententia per quam inducitur purgatio an ſit interlocutoria.
10 Sententie conſentire an ⁊ quando videatur petēs dilationem.
11 Sententie conſentire an videatur recipiens terminum ad ſoluē dum iudicatum.
12 Iudex an poſſit arctare terminum a lege datum condemnatis.
13 Exceptiones que fiūt ab executore admittende ⁊ que non.
15 Delegatus qui debet decidere cauſam ſibi cōmiſſam infra menſem ſi excōmunicet reum propter contumaciam an poterit eum poſt menſem abſoluere.

## Quod ad cōſultationem.

a Sententia[a] per lapſum. x. dierum tran ... in iudi ... atā ſi prius nō fuit appellatū ⁊ tēpus ... neſtre qd datur iudicatis ad ſoluendū in actione perſonali ex cauſa per iudicem pōt abbreuiari. h. d. In prima conſultatio. In ſecunda
1 reſponſio. ſecūda ibi taliter. ¶ † No. qd tēpus datū ad appellandum a ſententia currit a tēpore late ſentētie licet ſententia lata ſit in diē non autē currit a tēpore lapſus diei appoſiti in ſentētia. ⁊ ratio eſt: q2 ipſa ſentētia ex ſui forma grauat ... ſtatim infra x. dies a tēpore ſentētie debet appellari ... quod habet in. l. j. §. biduum. ff. quādo appellandū ſit ... q. vj. ¶ No. ꝙ tēpus appellādi videt currere de momento ad momētum dum dicit a cuius prolatione ⁊c. ⁊ non dicit a die late ſentētie de qua ij. q. vj. anteriorum. ⁊ in Specu. de appella. §. reſtat. in. ſ. ſolū. ⁊ in auf. hodie. C. de appel.
2 ¶ † Not. q ... purgationis videt eſſe interlocutoria. ⁊ ſic vt ab interlocutoria ... appellari ... quo videtur dubitare hic Innoc. ... ꝙ ſit interlocutoria in alia ꝙ diffinitiua ... opi. ſm Jo. an. diſtinguēdo formā ſentētie ... contra clericū niſi ſe purgauerit eſt diffin ... indicat purgatio: q2 ... interlocutoria ... eo q2 expectabat poſt ſe diffinitiuam vel cōdēna ... in purgatione vel abſolutoria ſi obtineat. facit. j. de ... cum. p. ⁊. c. ſeq.
3 ¶ † No. ꝙ p ſuſceptionē termini ... cutione ſentētie videtur excludi facultas appellandi. In contra rium etiam poteſt appellari quia hic videtur ... dies a tempore ſentētie fuiſſet appellatum ...
4 appellatio de quo tangef cum glo. ... ꝙ ... lapſum dierum a tempore ſententie ſententia tranſit ... ⁊ excluditur facultas appellandi. ⁊ hoc videt ... tentia eſt lata vel vox iudicis habet ... poſſet etiā poſt. x. dies appellari vt voluit Archi. de ... certationi. li. vj. ⁊ Spec. in ti. de appel. §. reſtat. ver. ... ¶ Item hoc verum quando grauamen ex momento ... ſecus vbi cōtinue iteraretur vt voluit Compo. ⁊ Jo. an. poſt eū. §. de reſcrip. dilectus filius. ⁊ Spec. in. d. §. reſtat. ver. ⁊ no. ſecūdū Uincen. ¶ An autē eoipſo videatur appellatum infra. x. dies. dic ꝙ nō niſi hoc probetur. per id qd habet de app. romana. li. vj. in ver. conſtiterit. ⁊. ſ. de teſti. ſignifica. ⁊ in. c. cum ſpeciali. de ap.
5 §. porro. ver. penul. ¶ † Not. ꝙ non appellans dicitur tacite acquieſcere ſententie. ⁊ ſic facit ꝙ ex ſententia nō iudicat vera naturalis obligatio ſ3 interpretatiue de quo per legiſtas in. l. cum qs C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ per Bar. in. l. iulia. ff. de condi. inde. ⁊ in. l. ab eo. C. quomodo ⁊ quando iudex. nam poteſt eſſe ꝙ nō appellat ex eo quia execratur iurgia ⁊ lites facit. l. itam ſi res. ad fines. ff. de alie. iudi. non autem ex eo: quia vere conſentiat. ¶ Not. ꝙ regulariter tempus datum ad executionem ſententie de iure cō muni eſt tempus quatuor menſium quod eſt verum in actionibus perſonalibus. vt no. ſ. de offi. deleg. Querenti. ⁊ idem videt
6 in priuato contra niſi ſe purgauerit per iſtum tex. ¶ † No. quod tempus datum ad exequendum licet detur a iure ſine miniſterio hominis tamen poteſt abbreuiari ⁊ elongari per iudicem p quē fertur ſententia de quo plene per glo. ⁊ Bart. in. l. ij. ff. de re iudicata. ⁊ facit quod dictum fuit in. c. j. ſ. de dilatio. ⁊ no. literam in quantum vult quod debebat fieri a iudice ſedente. Et ſic debet fieri cum cauſe cognitione. de quo in. l. a procedente. C. de dilatio. ⁊. d. l. ij. de re iudicata. ff. ¶ Not. ꝙ per ſuſceptionem termini abbreuiati quis videtur approbare terminum vt ſic de abbreuiatione deinceps non poſſit conqueri. ¶ No. quod ab executore ⁊ executionis actu non appellatur niſi inquātum modus excedatur. facit quod habetur. ſ. de offi. deleg. ſuper queſtionum. §. j. et C. quorum appellationes nō recipi. itur. l. ab executore. ff. de ap. ⁊. ij. q. vj. §. ſunt quorum. ver. ab executore. ¶ Et not. ꝙ vbi appellatur ab executione debet cauſa exprimi quia appellari non poteſt: niſi modus excedatur ⁊ modum excedi non poteſt petere niſi cauſa expreſſa ⁊ hoc etiam tenet Spe. in ti. de executione ſententie. §. nunc dicendum. ver. ſed nunquid. ⁊ in tit. de appella. §. in quibus. ver. quinto. ⁊ per Bar. in. d. l. ab executore. ff. de app.
7 ¶ † An autem a pronuntiatione de exequendo poſſit appellari.
b [b] gl. tenuit ꝙ ſic in. d. l. ab executore. ff. ſed Cy. ibi etiam Bart. in. l. ab executore. ff. de appel. tenent contra quia eadem eſt ratio que eſt in ipſa executione. ⁊ ideo vtrobiq3 non poteſt appellari: niſi modus excederetur. Quedam autem tractat hic Inno. que hodie ſunt deciſa in. c. fin. ſ. eo. lib. vj. ⁊ eo. titu. ⁊ lib. c. non ſolum. de quibus dic vt in dictis iuribus. Nam tractabat hic Innocē.
8 † An ille qui non appellauit ab interlocutoria ſi poſtea appellet a diffinitiua poſſit in cauſa appellationis predicte aliquid dicere contra dictam interlocutoriam. Nam hodie deciſum eſt ꝙ ſic ſi talis interlocutoria concernebat merita cauſe. alias ſecus vt habetur in. c. ſi. de appella. in. vj. Item erat dubium an ſi executio ſentētie facta fuerit infra. x. dies. ſi poſtea appellet ante lapſum decem dierū. An retractabitur executio per viam attētati quod hodie eſt expeditum in. c. non ſolum. de appella. in. vj. ⁊ etiā per legem ex iudiciorum. ff. de accuſatio. ⁊ in. l. j. ff. nihil innoua. ap pel. pen. ¶ In glo. ſ. in ... Et ſic vult gl. quod hic fuerint due ſententie ſeparate ſe inuicem non contingentes vna fuerit per quā indicta fuit purgatio alia cōdēnatoria in cauſa pecuniaria. ſed Inno. hic poſuit aliū ⁊ ſecūdum intellectum videlicet ꝙ fuerint due ſententie ſe inuicem contingentes. nam vna fuit interlocutoria ꝙ ſe purgaret ſ. xx. dies. Alia diffinitiua ꝙ niſi ſe purgauerit priuabatur eccleſia. ⁊ a neutra iſtarum ſententiarum appellauit ſ. x. dies. Nam ſi appellaſſet a ſecunda diffinitiua non preiudicaſſet ſibi interlocutoria: ſed quia a neutra appellauit. ſ. x. dies. ⁊ terminum ſine contradictione recepit mandatur ſentētia executioni. Tertium intellectum ponit hic Inno. ꝙ hic fuerit tantum vna ſententia ⁊ iſtum exemplificat primo in cauſa ciuili mera vt quia hic ſtare preſumptione pro actore cōtra reum fuit lata ſententia cōtra ipſum reū vt niſi. ſ. xx. dies innocentiā ſuā ⁊ preſumptionē purgaret ſolueret decē quā tamē purgare poterat per iuramētum. ſ. de iureiurā. c. ſi. Secundo exemplificat in cauſa ciuiliter mota de crimine furti nō manifeſti ad conſequendum duplum vel vi bonorū rapto. ad quadruplū quia preſumptione faciente cōtra reum lata fuit ſententia cōtra ipſum vt ſoluat duplum vel quadruplum niſi purgauerit ſe. ſ. xx. dies. ⁊ ſecundum hoc no. ꝙ etiam in cauſa criminali ciuiliter mota ad penā applicandam parti poteſt deferri iuramentū neceſſarium de quo plene in. c. ſi. de iureiuran. pōt etiam ſm Inno. intelligi tex. qd fuerit vnica ſententia ſed alternatiua. q2 preſumptione faciente contra reum fuit condēnatus ad ſoluendū decē vſq3 ad. xx. dies. aut ad iurandū ꝙ nihil debet. Et ſic ad ſe purgandum: ſ. xx. dies. facit quod habet in. l. miles. §. j. ff. de re iudica. Nam poteſt ſententia alternatiue proferri per ea que ibi habent. ⁊ ſimiliter conditionaliter. vt. ij. q. vj. biduum. de quo etiam in Specu. de ſenten. prola. §. iuxta. ver. ſed certe.
9 ¶ † In glo. ij. in fi. ſed aduerte quia hic poteſt eſſe dubium, An ſentētia per quam inducitur purgatio debeat dici interlocutoria. An vero diffinitiua vt ſic ſciat an in appellatione ſit exprimēda cauſa vel nō. ⁊ Inn. hic variauit q2 in vna parte ſenſit ꝙ eſſet interlocutoria. In alia ꝙ eſſet diffinitiua. cōcordia opinio. vt dixi in notabilibus q2 attendi debet forma ſentētie. Nam ſi ſimpliciter indicit purgatio eſt interlocutoria. ſecus vbi priuat eccleſia niſi ſe purgauerit.
10 ¶ † In glo. iij. in fi. vbi patet ꝙ petendo dilationē nō videt quis in iudicē conſentire ſed certe loquit ibi de dilatione que dat ad deliberādū. ideo nō videt cōſentire. facit qd habet in auf. offerat. C. de lit. cō teſt. ſed hic loquit de dilatione ad ſoluendū ideo tunc facilius inducit approbatio. ¶ Aduerte tū q2 Inno. hic notabiliter dicit qd aliud eſt quādo appellatio pendet q2 tunc petēdo vel recipiē do terminum videtur appellationi renuntiare vt in. c. gratum. ⁊ c. cum veniſſent. allegatis in glo. ¶ Quid aūt quādo nondum eſt appellatū. ſed pōt appellari quia differentia eſt an quis recipiat terminū ſibi ſtatutū ⁊ nō videt renūtiare appellationi fiende. Et ita intelligit iſtum tex. aliud ſi petit terminū ad ſoluēdum quia tunc bene videtur renuntiare. Et ſic intelligit. l. abſolutionē. C. de re iudicata. ⁊ per hoc dicit Jo. an. ꝙ aliud eſt petere terminū. aliud ſuſcipere. Itē aliud eſt recipere ſponte aliud contradicere. De quo etiā aliquid tangetur cum glo. penul. ¶ Et not. multum diligenter dictum Inn. pro limitatione dicte legis ab ſolutionē. ſed do. Anto. aliter hic dicit ⁊ fuit de mēte do. de Rota in ſua cōclu. cclxxxj. Nā dicit ipſe ꝙ aut ſuſcipit terminus ad excluſionē iuriſditionis ⁊ cōſeruationē appellationis. ⁊ tunc nō dicitur renūtiare appellationi ⁊ ſi illa pendeat. per id qd no. glo. in. c. ſi a iudice. de ap. in. vj. ⁊ ibi patet exemplum quādo qs ſuſcipit terminum ad docēdum de grauamine corā iudice a quo ad

a ¶ Sentētia eodem modo ſummant hic do. abb. ⁊ ſi q̄ras iudex vel executor debeat exceptiones admittere diſtin. hic ſm d. Pē. boych. in prin.

b ¶ Appellari an poſſit a pronūtiatione de exequendo.



Ayuntamiento de Madrid

finem vt excludat eius iuriſditionem.facit quod no.per Jnn.ſ.
de appel.ſolicitudinem.Jnterdum vero ſuſcipitur terminus ad
executionem ſententie vel grauaminis illati.z tunc renuntiatur
appellationi ſiue pendeat ſiue poſſit fieri per ea que habentur in
d.l.abſolutionē.coniuncta glo.Jnterdum vero terminus nō ten
dit ad executionem grauaminis illati. Et tunc renuntiatur ap
pellationi ſiue pendeat ſiue poſſit fieri.per ea que habent̄ in.d.l.
abſolutionem.coniuncta glo.Jnterdum vero terminus nō ten
dit ad executionem grauaminis illati vt quia forte iudex graua
uit in vno articulo z pars recipit terminum ad probandum in
alio pendente tempore ad appellandū a grauamine illato.z tūc
aduerte quia ſi appellatio nondum pendet qz non eſt interpoſi
ta nō videtur renūtiare quia iudicium redditur in inuitum do
nec quis fuerit exemptus a iuriſditione iudicis.l.inter ſtipulan
tem.§.j.ff.de verbo.ſigni.Et hoc tenuit Hoſt.ſ.de teſti.ſignifica
uerunt.z Jnno.in.c.ſolicitudinem.ſ.titu.j.Tutius tamen eſt vt
dixit Hoſti.in loco prealleg.vt recipiat terminum ſaluo iure ap
pellandi a grauamine illo.Si autē appellatio penderet tunc be
ne intelligeretur renuntiare appellationi. Quia non cogebatur
tunc terminum recipere.z illa ſtatuitio termini ſupponit iuriſdi
tionem in iudice ſtatuēte.z ideo ſuſceptio termini a iudice a quo
licet in alio articulo eſt cōtraria appellationi.ideo tunc videt̄ illi
renuntiare.per id quod habetur in.d.c.gratum.z.c.cum veniſ
ſent.Si autem ſuſciperetur terminus ad deliberandum tūc nō
videtur renuntiare per ea que habentur in auſ.offerat̄ prealleg.
z hec eſt concluſio do.Anto.in effectu ad quam dicit̄ poſſe redu
ci quod no.Jo.an.in.c.ſi.de appel.in.vj.Super glo.in verbo ap
pellatum in prima ſuppletione.¶Sed aduerte qz nō videt̄ per
fecte dixiſſe quia nō ponit differētiā inter petere z ſuſcipere quā
poſuit hic Jnn.z Jo.an.z facit etiam ꝙ ipſe no.in.d.c.ſi.de ap.
in.vj.vnde potes dicere ꝙ in tertio mēbro quando agitur de ter
tio quia nō tendit ad executionem grauaminis ꝙ ſi petit termi
num in alio articulo qz non cogebatur tunc renuntiare videtur
appellationi fiende vt voluit Jnnocē.ſecus quando ſuſcipit ſibi
ſtatutū.Quia interim tenetur iudici obedire antequam ſit exem
ptus ab omni iuriſditione.¶Jtem aduerte quia poteſt eſſe du
bium.An iſta differentia inter petere z recipere habeat locū qñ
terminus tendit ad executionem grauaminis illati.Jnnocē.hic
videtur velle quod ideo repellatur ab appellando quia lapſum
erat tempus decem dierum.ſed vt dixit do. Anto.in hoc ſentit
11 contrarium.z idem domini de Ro.in loco prealleg.¶†Jtem vi
detur velle Bal.in.l.abſolutionem.ibi enim tenet ꝙ recipiendo
terminum ad ſoluendū iudicatū videatur cōſentire ſentētie. Et
iſta pars forte verior eſt de iure qz nō pōt negari ꝙ tacite vide
tur ſatis cōſentire ſentētie recipiēdo terminū ad ſoluendū.Ergo
debet induci renūtiatio appellationis etiā fiende arg. prealle.c.
gratū.nec obſtat iſte tex.qz poteſt dici ꝙ etiam non potuiſſet ap
pellare.ſ.x.dies ſi voluiſſet.Ex quo acceptauerat ſponte terminū
non debet audiri appellans niſi modus executionis excedatur.
Si tamē velles defenſare Jnno.poſſes dicere ꝙ ibi in fine nō ne
gat quin potuerit appellare.ſ.x.dies ſi voluiſſet a ſentētia appel
lare.Sed quod non potuiſſet appellare rōne breuitatis termini
ex quo ſpōte ipſum terminū recepit.Jtem poſſes dicere quod ex
quo non petit terminū ſed recipit ſtatutum ꝙ videatur recipere
quaſi inuitus adhuc eſt ſub iuriſditione iudicis: qz nondum eſt
appellatū z poteſt dici ꝙ intelligat̄ recepiſſe ſaluo iure appellan
di ſicut in ſimili voluit Jnno.in.d.c.ſolicitudinē.z Hoſti.in.c.ſi
gnificauerunt.z Jo.and.in.d.c.ſi.ſuper glo.de appellatio.in.vj.
Unde probabiliter poſſet defenſari opinio Jnno.per hunc tex.
12 ¶†Jn glo.penul.in fi.vel potes dicere vt hic voluit Jnnocē.z
Hoſt.ꝙ contrarium procedit quando inuita parte fieret abbre
uiatio.ſecus quando ſponte recipit terminū breuiorem:quia tūc
etiam ſine cauſa iudex ſtatuit breuiorē tamē tenet ſtatuitio z im
putet ſibi pars que ſponte ſuſcepit vt litera hic dicit.dicit tamen
Jnno.ꝙ ſi cōtradicat z non appellet cenſebitur ſponte ſuſcepiſ
ſe:qz nō ſufficit contradictio ſine appellatione in actu iudiciali.
facit quod legitur z no.in.l.j.z.ij.C.de relatio.z per Jnno.in.c.j.
ſ.de his que fiunt a maior parte capituli.ſed Hoſt.contradicens
quod ſi cōtradicat vel inuitus recepit nō videbitur ſponte feciſſe
potes dicere ꝙ ſi queritur quo ad hoc vt ſuppleatur tēpus qua
drimeſtre ſi minus ſit datum tunc ſatis ſit ꝙ cōtradixerit.Licet
non appellauerit ſi iudex ſine cauſa id fecit:quia tunc nō eſt im
putandū parti:ex quo ſponte nō recepit terminum. Et ſic ceſſat
ratio de qua in litera z hic videtur ꝙ verior ſit opinio Hoſtien.
¶Si autē queritur quo ad hoc vt ſentētia in alio nō noceat tūc
clarum eſt ꝙ nō ſufficit cōtradicere niſi appelletur.nā alias tran
ſit ſententia in rem iudicatā.ſ.de elec.cum dilecti.circa finem.Et
ideo tunc ex quo nō appellat quodāmodo videtur conſentire vt
voluit hic litera in ver.taliter.in glo.ſi.ibi plus aggrauādo illum
puta ſi forte ille contra quem fiebat executio habebat exceptio

a ¶Que exce
ptiōes ſint ad
mittende vel
nō qñ autem
iudex poſſit re
pellere excipiē
tem iniuſte et
denegare ſibi
audiētiā vide
per do. Alex.
in cōſi.lxv. in
v.col.in.j.vol.
z in conſil.xlj.
colū.iiij. in.ij.
volumine.

nem ne exigeretur vltra quam facere poſſit deducto ne egeat vt
l.neſennius.ff.de re iudi.z.l.ex diuerſo.ff.ſol.matri.Nam ſi iudex
velit eam inſolidum exigere.licet non excedat mādatum datum
ſibi ab homine tamen quia excedit modum executionis datum
a iure poterit appellari. predicta enim exceptio debet admitti in
executione:quia illā recipit:nec impugnat ſentētiam. facit quod
legitur z no.in.d.l.neſennius.per Bar.z.l.j.C.de iur.z fac.igno.
¶Jtem poſſet excedere modū executionis datum a iure ſi pri
mo velit exequi in immobilibus ꝙ̄ mobilibus.l.a diuo pio.§.ij.
ff.de re iudi.excedit etiam modū datum a iure quādo vellet exe
qui ante tēpus vt.ſ.tangit glo.z multas alias tangit Spe.in ti.
de executio.ſentētie.§.ſi.z de appella.§.in quibus.verſic.v.z ſeq.
¶Jtem excedit modū quādo vult admittere exceptiones non
admittendas z ſuper illis iudicare.l.ſi vt proponis.C.de re iudi.
z.ſ.tangit glo.z in predictis caſibus pōt appellari.Si autem ſit
caſus in quo iudex poſſit recipere z nō recipere z ſic in poteſtate
ſua ſit tunc nō videt̄ poſſe appellari ſiue recipiat ſiue nō per ea q̄
no.Joā.an.in.c.exceptionem.z.c.ſi.z quod habetur.ff.de iudi.l.
non o[illegible] Et ex predictis patet ꝙ licet quis nō excedat for
man[illegible] ab homine tamen pōt excedere formam executio
nis datum a iure.qđ quando ſit patet ex predictis.Et ſic tollitur
obiectio glo.Hoſt.tamen dicebat ꝙ licet faciat cōtra mādatum
datum ad homine z ſit nullum quod agit.Et per hoc non ſit ne
ceſſe appellare.ſ.eo.c.tamen poterit appellari z erit vtile ne gra
uetur ſaltem de facto.Nam etiā de facto poſſet fieri executio. facit
quod habetur in.l.geſta.ff.de mino.z ꝙ a ſententia nulla poſſit
appellari etiam habetur in.l.ſi expreſſim.ff.de appella.ſ.tit.j.di
lecto.vel poteſt dici ſm ipſum Hoſt.ad contrarium glo. ꝙ licet exe
cutor faciat id quod ſibi mandatur tamen mādatum poſſet eſſe
iniuſtum vel nullum vel ſurreptitiū. Et ſic poterit appellari ſm
eum.ſed do.Anto.h[illegible] dicit hanc ſolutionem procedere inquātū
mādatum eſſet nullum vel ſurreptitium ſecus vbi eſſet iniuſtum
quia tunc grauamen non infertur ab executore ſed ab illo qui p
tulit ſententiam ſed certe dictum Hoſtien. videtur poſſe ſaluari
quando eſſet iniuſtum ratione exceptionis competentis ad ma
teriam cauſe que opponi poſſet poſt ſententiam.Ut quia eſſet de
notatis in.l.j.C.de iur.z fac.igno.per ea que.ſ.tangent̄.Sed vbi
eſſet exceptio que non poſſet opponi poſt ſententiam poſſet pro
cedere dictum do.Anto.¶Jtem aduerte qz gl.hic poſuit quaſ
13 dam exceptiones quas tenet̄ admittere executor.¶†Circa hoc
autē que exceptiones[a] admittende ſint vel non fuerunt opinio
nes:quarum [illegible] recitat hic Joā.and.z do.Anto.poſt eum de
quibus [illegible] de cetero.ſ.eo. per Jnnoc.finaliter concludit
do.Anto.ꝙ [illegible] executor eſt miſtus quod quādo ſit colligitur
ex his que [illegible] de cetero.z p Bar.in.l.a diuo pio. in prin.
ff.de re iudica.tunc tenetur omnes exceptiones admittere. Et ſi
non admittat poterit appellari.ſ.de offi.dele.ex parte.Et de ta
li executore non loquitur hic.Sed de ipſo poteſt intelligi ſecun
dum aliquos.l.ſi pretor.§.marcellus.ff.de iudicijs. Sed certe vt
dixit Hoſt.ibi potius loquitur de mero executore. Quidam vero
eſt merus executor datus ad executionem ſententie late z tunc
eſt aduertendū.Quia quedam ſunt exceptiones cōcernētes exe
cutionem.Puta ꝙ quis non exigat vltra quam facere poſſit vel
ꝙ primo fiat executio in bonis mobilibus faciat.d.l. a diuo pio.
§.ij.z.l.neſennius.eo.ti.Et iſtas debet talis executor admittere.
Ex quo ipſam executionem commiſſam reſpiciunt argu.c.pre
terea.z.c.ex literis.ſ.de offi.deleg.z.l.ad rem mobilem.z.l.ad le
gatum.ff.de procura.z quod legitur z no.in.l.penul.ff. de cōfeſ.
¶Quedam autem ſunt exceptiones que concernunt iniuſtitiā
ſententie exequendi.Et tunc concludit hic do.Anto.quod talis
executor nō tenetur nec poteſt eas admittere niſi vt ſuperiori re
ferat ſi velit in iſtis ſi admitteret eas ad diſcutiendum poſſet ap
pellari vt dixit glo.Si autem repellit non poterit appellari.z idē
ſi non admittit etiam ad referendum ſecundum eum: quia non
poterit appellari ex eo quia i facultate ſua eſt,An taliter admit
tat.facit quod no.Joan.and.in.c.exceptionem.circa finem tex.
ſ.de exceptio.z ſic tranſit do.Anto.ſed aduerte quia non vide
tur perfecte dicere in hoc caſu. Nam aut erat exceptio que nō po
terit obijci poſt ſententiam ſicut regulariter contingit de quali
bet peremptoria.l.peremptorias.C.ſenten.reſcin.non poſſe.Non
poteſt admitti etiam ad referendum per ea que habentur in.d.l.
ad peremptorias.Jdeo ſi contrafaciat poterit appellari.Si au
tem erat exceptio de illis que poſſunt opponi poſt ſententiam in
executione vt quia erat de notatis in.d.l.j.C.de iuris z fac.igno.
vt eſt exceptio Macedoniani vel velleiani etiā quando opponit̄
peremptoria per militē tunc videt̄ ꝙ ex quo exceptio iſta poteſt
obijci in executione ꝙ debeat illā admittere non vt iudicialiter
de illa diſcutiat:qz nō dz aſſumere partes iudicis ſed executoris
vt tāgit hic gl.ſz vt quaſi extraiudicialiter ſe iformet.An habeat
obſtare vel nō.vt ſi non habeat obſtare exequatur ea nō obſtāte
facit

Ayuntamiento de Madrid

facit.l.ſatis.C.de fal. Alias videt ꝙ debeat ſuperſedere ⁊ refer-
re ſuperiori per id qđ habet.s.eo.decetero. Et quod dicitur in ſe
quenti membro. Nam eadem ratio videtur vtrobiqꝫ ex quo eſt
exceptio que poteſt opponi in executione. Et per conſequēs idē
ius dꝫ eſſe argumentū capituli ſecundi. s. de tranſlatio prelato.
¶ Quedam autem ſunt exceptiones que reſpiciunt nullitatem
ſententie. Et tunc concludē ꝙ ſi velit admittere ad finē iudiciali
ter diſcutiendi non videtur ꝙ hoc poſſit per ea que habentur in
dicta.l.ſi vt proponis.C.de executione rei iudicate.⁊ ꝙ dixit hic
glo. Et ideo ſi contrariū facere vellet poſſet appellari. ¶ Si au-
tem vellet ſummarie ſe informare. An calumnioſe opponat vel
non vt ſi repellat eaſi reperiat calumnioſe opponi ⁊ exequat
iuxta.l.ſatis aperte.C.de falſis. Si autem non calumnioſe oppo
natur ſuperſedeat executioni ⁊ referat ad ſuperiorem. Et tūc po
teſt hoc facere per ea que habētur.s.eo. Et iſta videtur veritas.
tamen dominus Anto.hic aliter videtur concludere. Nam dicit
quod aut petitur vt admittantur tales exceptiones ⁊ ſumma-
tim examinentur ad fidem repellendi. Et tunc iuſte petitur et ſi
non admittitur poterit appellari. Allegat.l.ſecundam.C.de fal.
Aut petitur vt admittat ad finem plenarie diſcutiendi vel non
exequendi. Et tunc ſi notorie conſtat de iuſtitia exceptionis qđ
poteſt eſſe quando conſtat ex cōfeſſione partium.tunc dꝫ ad-
mittere tales exceptiones ⁊ non exequi alias modum excederet
⁊ poſſet appellari. Et ſic poteſt intelligi ſecundum Hoſtien.l.ſi
pretor.§.marcellus.ff.de iudi. Si vero non conſtat notorie.tunc
ſi admittit ad finem diſcutiendi ⁊ cognoſcendi. Et tunc poterit
appellari per ea que habentur in.l.ſi vt proponis.allegat in gl.
Si autem vult admere ad finem referēdi ſuperiori.tunc poteſt
⁊ ſi hoc faciat non poterit appellari. Idem dicit ſi hoc nō faciat
quia nec etiam tunc poterit appellari cum illud ſit in eius facul
tate ſeu poteſtate. Facit quod notat Io and.in.c.exceptionem.
de exceptio.ante glo. quod dicit procedere etiam ſi pars oppo-
nens offerat ſe paratam ꝓbare per teſtes de nullitate qui inter-
fuiſſent ſententie. Quia licet executor habeat iuriſdictionem cō-
tra rebelles.vt de officio delegati.in.c.ex literis. Non tamen ha-
bet iudicialem indaginem vt in preallegata.l.ſi vt proponis.C.
de executione rei iudicate. Et per hoc dicit Hoſtien.glo.in dicto
§.marcellus non procedere. Inquantum vult admitti probatio-
nem fiendam per teſtes. Et hoc dicit procedere quādo alius eſt
executor ab ipſo pronuntiante.ſed ipſe pronuntians bene tene-
tur admittere exceptionem nullitatis per id quod habetur de ex-
ceptionibus.pia.§.penul.lib.vj.⁊ offi.deleg.paſtoralis.§.quia ve-
ro.quod eſt intelligendum quādo opponitur.vt debeat vt quia
opponens offert ſe incontinenti paratum probare quia iudicii
executionis expeditur ſummarie modo admittuntur exceptio-
nes requirentes altiorem indaginem.vt no.Bar.in.l.iij.§.con-
demnatum.ff.de re iudi.⁊ facit quod habetur in.l.iij.§.ibidem.
ff.ad exhiben.ſed aduerte quia non videtur perfecte dixiſſe Ho-
ſtien.nec domi. Ant.quia videtur ꝙ ſi opponatur exceptio nul-
litatis teneatur executor illam admittere ad finem vt videat an
calumnioſe opponatur.⁊ ſi procedendum ſit ad executionē illa
non obſtante. An vero non calumnioſe opponatur.⁊ ſic ſuper-
ſederi debeat ⁊ deferri negotium ad ſuperiorem per text.in.c.
decetero.vbi dicit quod deferri oportebit queſtiones que incide
runt ad ſuperiorem ⁊ ſic non eſt ſimpliciter in poteſtate executo
ris taliter admittere. Imo etiam neceſſitatur.⁊ ideo ſi nō admit
tat ad finem predictum poterit appellari quaſi modū excedat.
Et ad hunc finem videtur etiā ꝙ poterit recipere probationes
per teſtes ⁊ ſic poſſit ſaluari glo.in.d.§.marcellus. Et pro hoc fa
ciat quia ex quo exceptio nullitatis poteſt obijci contra executio
nem.d.l.iij.§.cōdemnatum.⁊ facit quod habetur.s.eo.c.j.ergo
non debet eſſe in poteſtate executoris illam indiſtincte reijcere
14 an† autem a pronuntiatione de exequendo poſſit appellari teti
gi ſuperius ⁊ dixi ꝙ non niſi modus excedatur. Et pro hoc vi-
detur ꝙ ſi ſentētia feratur ſuper actione in factum deſcendēte ex
re iudicata. Cum illa tendat ad executionem ſentētie nō poterit
appellari vt etiam voluit Specu.in titu.de execu.ſen.§.breuiter
ver.ſed ſecundum. ¶ Nunquid autem ſi appelletur vbi modus
exceditur ſuſpendatur ſolum executio quo ad id in quo excedi-
tur.an vero in totum poſuit Spec.in tit.de execu.ſen.§.nunc vi-
dendum.ver.ſed nunquid vbi concludit ꝙ ſi in appellatione ex
primatur in quo ſit exceſſus in illo tantū ſuſpendit. Si aūt non
exprimitur tunc in totū ſuſpenditur executio ratione dubitatio
nis.de quo plenius dic vt ibi. ¶ In eadē gloſ.in ſi.⁊ ſic videtur
illa lex velle ꝙ excedens fines mandati non faciat contra man-
datum ſed aliud. Sed potes dicere ꝙ ſi mandatū eſt limitatum
ſuper certo vt ſi mandaui rem emi pro decē ⁊ emitur pro duode
cim.tunc taliter excedens dicitur facere contra formā mandati.
Et nullum eſt qđ agitur ad preiudicium mandati. Si aūt nō eſt
limitatum ſuper certo.vt qꝛ mandatum eſt ꝙ mittat in poſſeſſio
nem bonorū valentium centum ſi mittat in poſſeſſionē aliquorū
bono.de quibus dubitetur.an vltra valeant.tunc ratione dubi
tationis appellari debet.ex quo non eſt certum factum eſſe con
tra formam mandati.facit quod habetur.s.eo.c.cum inter.cir-
15 ca finem. ¶ †Ultimo tangit hic Hoſtiē.vtrū delegatus cui cau
ſa cōmiſſa eſt decidenda infra menſem. Si excōicet reum ꝓpter
contumaciā poterit eum poſt menſem abſoluere.⁊ concludit ꝙ
non.qꝛ expirauit poteſtas delegati ꝑ lapſum termini.s.de offic.
deleg.de cauſis.ideo tunc recurrendum eſt ad papā ſi erat dele-
gatus pape.s.de offi.ord.paſtoralis.circa finem.de quo etiā hic
per Io.an.⁊ do.Anto.poſt eum.

1 ¶ Exceptio rei iudicate qualiter debeat ꝓponi.
2 Teſtis deponens ſuper ſententia alia lata qualiter habeat deponere.
3 Sententia poteſt probari per teſtes.⁊ nu.11.
4 Cauſa an ſit neceſſario in ſententia exprimenda.⁊ nu.8.
5 Conſuetudo fori ⁊ loci vbi pronuntiatur ſententia attendi debet quo ad ſolennitatem.
6 Teſtimonium quando dicatur nudum.
7 Teſtis an teneatur reddere cauſam ſcientie ſui dicti.
8 Iudex an ⁊ quando teneatur exprimere cauſam in ſententia.
9 Solennitatem circa inſtrumentum allegans debet illā ꝓbare.
10 Teſtis deſcriptus in teſtamento an preſumatur rogatus.
11 Notarius an preſumatur rogatus.
12 Exceptio tu non habes mandatum reddit iudicium nullum.

**Sicut nobis.** Sententia ſine expreſſione
cauſe lata tenet.h.d.cōmu-
nis diuiſio conſultatio ⁊ reſponſio.ſecunda ibi: cū an
tem. ¶ No.argumentum ꝙ ſuper iure perſonali ani
me preſtationis agi poteſt poſſeſſorio de iure canonico.⁊ ſic da-
ri pōt talis iuris quaſi poſſeſſio.de quo per Cy.in.l.ſi certis an-
nis.C.de pactis.⁊ per Bar.in.l.ſi.ff.quorum bo.⁊ facit etiam ꝙ
ipſe no.in.l.ſi.vti poſſidetis.⁊ quod etiā no.per Io.an.in.c.que-
relam de elec.⁊.c.peruenit.de cenſi.⁊ plene per do. Ant.in repe.
c.vltimo de cauſa poſ. ¶ †Not.practicam proponēdi exceptionē
rei iudicate videlicet vt dicat ſe nō teneri.qꝛ alias fuit abſolutus.
⁊ nota ꝙ hoc caſu cum opponatur ad merita cauſe videt indu-
gi li.conteſtatio.ſecus ſi opponeretur ad impediendum conteſta
tionē litis.vt qꝛ diceretur non procedendū in cauſa.qꝛ alias fuit
abſolutus in.c.j.vbi plene de li.conteſtatione.in.vj. de quo etiā
hic in glo. ¶ †No.practicam quā habet ſeruare teſtis deponēs
ſuper ſententia alias lata: quia debet deponere ſuper quo ſit ſen
tentiatum ⁊ contra quem ⁊ a quo iudice ſit lata. ¶ Et nota qđ
debet aliter concludere ꝙ concludat iuriſdictionē in iudice ſuffi
ciēt tñ ſi eſt ordinarius ꝙ ſimpliciter nominet qꝛ eius iuriſdictio
notoria eſt vt legitur ⁊ notatur.s.de offi.delega.cum in iure. Si
autem ſit delegatus debet dicere a quo ſit delegatus.dicit tamē
Inno.hic ꝙ ſi dicat talis autoritate talis epiſcopi tulit ſentētiā
verificari pōt ſiue tulerit tanꝙ legatus ſiue tanꝙ officialis eius
vel vicarius. ¶ Et nota bene ꝙ non videtur arctari teſtis.vt di
cat ꝙ ſententiauit in ſcriptis.quia talis ſolennitas videt tanꝙ
intrinſeca preſumi etiam qñ a teſte profertur.forte tamē hoc ſpe
ciale propter autoritatem rei iudicate.quia alias vbi ius requirit
ſcripturam videtur ꝙ debeat probari per ſcripturā.per id quod
habetur de ſent.excō.cum medicinalis.lib.vj.⁊ quod no.Inno.
in.c.innotuit.j.de eo qui fur.or.recepit. ¶ Nota ꝙ nō eſt neceſſe
ꝙ teſtis aſſignet cauſam que mouerit iudicem nā in dubio preſu
mi debet iuſta cauſa motus.facit qđ habetur.s.de renun.in pre
ſentia.⁊ in.l.j.ſeu.ij.C.de offic.ciui.iudi. ⁊ ex hoc nota ꝙ lꝫ teſtis
arcetur qñqꝫ ad aſſignandā cauſam ſcientie dicti ſui non tñ ar-
tatur ad aſſignādam cām dicti vel facti ad ſe relati.⁊ ſic nō arta
tur dicere cām mouentē factū vel dictum qđ refert.s.facit quod
3 no.in.c.ſuper hoc.de renū. ¶ †Not.ſentētiam poſſe probari per
teſtes.facit qđ habet.s.de teſti.albericus.⁊ ſic no.ꝙ etiam actus
de quo exigit ſcriptura vt eſt ſnia.facit.j.de reiudi.c.ſi.in.vj.pōt
ꝓbari per teſtes.facit preal.c.albericus.j.de priuile.cū olim eſſe-
mus.⁊ per do.de Rota ſua cōcluſione.cccciij. ¶ Aduerte tñ qꝛ
ibi videt velle hoc ſimpliciter procedere.ſed forte hoc nō eſt verū
indiſtincte.qꝛ alias fruſtra requireret ſcriptura ſi indiſtincte poſ
ſet ꝓbari ꝑ teſtes qđ nō eſt dicendū.ar.l.ſi qñ.ff.de leg.j.⁊ de pri
ui.ſi papa.li.vj.⁊ qꝛ vꝫ ꝙ debeat ꝓbari caſualis amiſſio ſcriptu
re.vt.d.c.cum olim eſſemus.⁊.l.teſtiū.C.de teſti.nec ob. iſte tex.⁊
prealle.c.albericus.qꝛ pōt intelligi ꝙ hic teſtis deponebat ſniam
la.am fuiſſe in ſcriptis lꝫ litera nō exprimat vel ſpāle eſt ꝓpter au
toritatē rei iudicate vt preſumat lata in ſcriptis ⁊ ſolenniter per
4 id qđ litera dicit in ſi.hic. ¶ †No.cām in ſnia non eſſe neceſſario
exprimendā maxime vbi habet copia peritorum.⁊ ſic eſt ar. qđ
prebens cōſilium in ciuitate cum allegationibus.ſecus vbi non
eſt copia peritorum.de quo in ſpecu.de ſenten.pro la.§. qualiter.
verſi.ceterum.⁊ de conſilij exhibitio.§.primo. verſiculo.et nota.

Ayuntamiento de Madrid

ꝙ conſiliarij.Jo.an.hic dicit ⁊ ſic cõmuniter ſeruatur ꝙ vbi con
ſilium daṫ ad inſtantiã alicuius partis tũc datur cũ allegationi
bus.Sed vbi datur ad inſtantiã iudicis cõmittentis cãm conſi⸗
5 lio ſapientis.tunc cõmittit ſine allegationibus.¶†No.in ſentẽ
tijs ⁊ ſolennitate ſententiarũ debere attendi moꝛem ⁊ conſuetu⸗
dinem foꝛi ⁊ loci vbi pꝛomulgaṫ ſententia.¶No.ꝙ pꝛo iuſtitia
⁊ ſolennitate ſentẽtie pꝛeſumitur etiã ſurgit hec pꝛeſumptio ab
autoꝛitate rei iudicate.de quo in.c.in pꝛeſentia.ȿ.de renũ.⁊.l. he⸗
6 rennius.§.caia.ff.de euictioni.¶†No.teſtimoniũ appellari nu
dum quando non eſt cauſa inſerta. Goffre. tamen hic dicit qꝺ
alio reſpectu teſtimonium non erat hic nudum ſed veſtitum ve⸗
ſtimentis neceſſarijs quia teſtes dixerunt de iudicis cõmiſſione
⁊ de ipſius ſententia ⁊ ſuper qua cauſa fuit lata.Et pꝛo quo ⁊ cõ
tra quem non valuit teſtimonium.nam motiua iudicis in ſentẽ
tia pꝛoferenda plus veſtiunt ſententiã quã ipſum teſtimonium.
¶In gloſ.hec exceptio capituli pꝛimi de litis conteſtatione.in
vſ.⁊ ſic vult glo.ꝙ hic non fuit oppoſita exceptio ad impedien⸗
dum conteſtationẽ.licet potuiſſet opponi.de quo dixi in notabi
7 libus.Et plene in pꝛealle.c.j.¶†In glo.ij.in fi.nota bene ex gl.
ꝙ teſtis non teneṫ reddere cauſam ſcientie dicti ſui niſi fuerit in⸗
terrogatus ⁊ hoc ne videaṫ verboſus.Et ideo valet dictuꝫ eius
licet cãm pꝛedictã non aſſignet.ſi non eſt interrogatus de quo
in.c.ſi qñ.de reſcriptis.⁊ in.c.cum cãm que de teſtibus. Et ideo
cautum eſt ꝙ pars faciat interrogatoꝛia vt teſtis interrogetur
de cauſa ſcientie. Item hec vera quando deponit ſuper his que
ſunt facti.Si autem deponeret ſuper his que ſunt iuris vt ſuper
dominio vel ſimilibus.tunc non creditur ſibi niſi aſſignet cau⸗
ſam dicti ſui etiam non interrogatus vt voluit Inno.in.d.c. cũ
8 cauſam.⁊ Barto.in.l.ſolam.C.de teſtibus.¶†In gloſ. penul⸗
a tima.ibi ad hoc poteſt dici ⁊c.Potes cõcludere ꝙ iudex[a] ſi vult
poteſt expꝛimere cãm.vt hic tangit glo.An autem debeat expꝛi
mere dicit ꝙ regulariter non teneṫ expꝛimere.fallit in certis caſi⸗
bus in quibus.j.diceṫ.¶Aduerte tñ qꝛ etiã ſi in illis non expꝛi
matur nihilominus tenebit ſententia vt videtur velle hic gl.Et
facit quod notatur in.c.intantum.xxj.diſtin.caſus autem in qui
bus deberet expꝛimere ſunt iſti.Pꝛimus in cauſa appellationis.
Ubi ex nouis actis reuocaṫ pꝛima ſententia.vt hic tangit glo.ij.
Secundus qñ pꝛopter ineptam actionem abſolueretur reus.ȿ.
de iudi.in.c.examinata.Tertius ſecundum leges quando abſol
uitur reus ab inſtantia iudicij.nã debet expꝛimere pꝛo quo ſtetit
quominus cauſa finiretur.l.pꝛoperandum.§.illa pꝛoculdubio.
C.de iudicijs.Quartus vbi recedit a iure cõmuni.l.ſciendum.ff.
de appel.recipiendis.⁊ ideo ſi non condemnat victum victoꝛi in
expenſis debet dicere cãm vt in auṫ.de iudi.§.opoꝛtet.colla.vj.
Quintus quando abſoluitur reus ex eo qꝛ non poſſidet.ȿ.de ex
ceptio.c.penul.Sextus in ſententia excõmunicationis.j.de ſen⸗
ten.excõmu.c.j.lib.vj.de quo in Specu.de ſen.pꝛola.§.qualiter.
ver.verũ.alleg.¶Extra caſus pꝛedictos dicit Joã.an.cãm non
eſſe expꝛimendã in ſententia.Jmo videṫ ſibi fatuum eſſe expꝛi⸗
mere:qꝛ de facili poſſet contingere bonã cãm taceri ⁊ malam ex⸗
pꝛimi.Et ſic non valeret ſentẽtia.j.de conceſ.pꝛeben.ex parte.⁊
c.dilectus.⁊.ff.de excu.tuto.l.qui teſtamento.⁊ facit quod habe⸗
tur.ȿ.de reſti.in integ.cum ex literis.ver.nos igiṫ quod dicit ha
bere locum nedum in diffinitiua ſed etiã in interlocutoꝛia argu⸗
mento de offi.deleg.cum ſuper.⁊ ſic refert Hoſtien.fuiſſe iudica⸗
tum per clementẽ de conſilio fratrũ.de quo etiam per gl.⁊ But.
in.l.ij.§.qui ignominia.ff.de his qui nota.infamia.Ubi bꝛeuiter
concludit ꝙ ſi iudex vult augere effectũ ſententie vltra effectum
quem haberet ſententia ſimpliciter pꝛolata debet expꝛimere cau
ſam.⁊ idem ſi vult minuere cauſam eadem ratione per ea que ha
bentur in.d.§.qui ignominia.alias nõ teneṫ expꝛimere ⁊ de cau
tela eſt ſm eum ꝙ ſi pur velit expꝛimere ꝙ expꝛimat per dictionẽ
maxime.Ut ſic non videaṫ ad illam tantũ expꝛeſſam reſtringe⸗
re ſe:facit quod habetur.ȿ.de ſi.pꝛeſby.ad abolendam.⁊.l.illud.
cum glo.ij.ff.ad legem aquiliã.⁊ ſic communiter ſeruatur.⁊ adde
qꝺ dixi.ȿ.eo.cũ inter vos.⁊ per hoc ſit expedita glo.vſqꝫ ad ver.
9 ſimiliter ⁊ in inſtrumentis.¶†In eadẽ gl.[b]ibi alias autem qui
b allegat ⁊c.Aduerte qꝛ gl.in hac parte videtur cõtradicere ei qꝺ
ſuperius dixit in verſic.ſimiliter ⁊ in inſtrumentis.nam ibi dicit
omnia pꝛeſumi ſolẽniter acta in inſtrumentis ſi expꝛeſſa ſit cau⸗
ſa obligationis.ſed hic videtur dicere oppoſitũ.qꝛ ſimpliciter di
cit ꝙ qui allegat ſolennitatem circa inſtrumentũ debet illã ꝓba
re.ſed dicit glo.in verſi.alias intelligendum qñ allegatur ſolẽni
tas extrinſeca.puta qꝛ venditio facta fuit per pupillum cũ auto
ritate tutoꝛis.nã non pꝛeſumiṫ tutoꝛẽ interueniſſe ſi in inſtrumẽ
to hoc non diciṫ vt.l.quecunqꝫ.in fi.de publici.alle.in glo.ſed id
qꝺ dicit gl.in ver.ſimiliter pꝛocedat in ſolennitate intrinſeca:qꝛ
illa pꝛeſumiṫ in dubio.vt.l.ſciendum.⁊ ibi plene de materia per
Bar.ff.de verbo.obli.qꝺ intellige cũ ſolennitate foꝛmali intrin⸗
ſeca:qꝛ illa eſt vnifoꝛmis.ſecus ſi in ſolennitate materiali.qꝛ illa
eſt defoꝛmis.Et ideo non pꝛeſumitur vt inſtitu.de contrahen.
emptio.§.pꝛetiũ.vnde ſi in inſtrumento diciṫ rem eſſe venditam
per titiũ ſeio non pꝛeſumiṫ pꝛetiũ qꝛ cõſueuit eſſe diffoꝛme ſecun⸗
dũ conuentionẽ partiũ licet ſit de ſolẽnitate intrinſeca materiali
contractus emptionis:qꝛ ſine pꝛetio non cõſiſtit vẽditio.l.inter
partẽ.§.ſine pꝛetio.ff.de contrahen.emp.Solennitas aũt foꝛma
lis intrinſeca bene pꝛeſumiṫ vt dixi eſt aũt ſolennitas intrinſeca
foꝛmalis qñ ex natura verboꝛũ neceſſario infertur vt ſi dico ta⸗
lis ſtipulatus fuit.x.ſeio.nam intelligitur neceſſario ꝙ pꝛeceden⸗
te interrogatione ⁊ ſequente reſponſione pꝛomiſſa ſint dicta.x.
qꝛ aliter non eſſet ſtipulatio.l.j.⁊ qꝺ ibi notatur.C.de vſuris.⁊.l.
j.ff.de verbo.oblig.⁊ hoc pꝛocedit qñ verbum ſtipulatur reperitur
pꝛolatũ in inſtrumẽto per notariũ vel etiam per teſtes in ſcriptu⸗
ra pꝛiuata.l.j.C.de contrahen.ſtipu.ſecus dicit do.Ant.hoc eſſe
quando pꝛofertur a teſte qꝛ teſtis habet atteſtari de his que ſunt
facti nõ de his que ſunt iuris.vt notaṫ.ȿ.de teſti.c.cum cauſam
que.⁊.l.qui teſtamẽto.§.ſi.ff.de teſta.⁊ facit qꝺ notat Bar.in.d.
l.j.ſed certe hoc videṫ verum qñ teſtis non aſſignat cãm dicti ſui
⁊ non interrogatur.qꝛ tunc non pꝛobat eius dictũ qñ deponit
de his que ſunt iuris.vt not.Inno.in.d.c.cum cãm.⁊ Barto.in
l.ſolum.C.de teſti.Item hoc verum.ſed do.Anto.ad factum.vt
qꝛ deponit teſtis talem iudicem ſic ſententiaſſe que non ſunt ver
ba meri iuris ideo pꝛeſumiṫ ſolennitas intrinſeca.⁊ ſic ꝙ ſolenni
ter pꝛonuntiauerat.idem dicit ꝙ pꝛeſumaṫ ſolennitas quando
non eſt omnino intrinſeca.dũmodo verba ſint apta illã compꝛe
hendere licet neceſſario non includant.nã hec etiã appellatur ſo
lennitas intrinſeca.ſecũdũ legiſtas.vt patet ex notatis per Dy.
⁊ Bar.in.d.l.ſcienda.de verbo.oblig.exemplum ſed ſi in inſtru⸗
mento dicatur talis pꝛomiſit titio.x.nam intelligitur per ſtipu⸗
lationem.quia verbuꝫ pꝛomiſit ex ſui ſignificato ⁊ ex ſui natura
aptum eſt compꝛehẽdere ſtipulationem licet etiã poſſit compꝛe
hendere pactũ nudum.l.ſciendum.§.dictum.ff.de edil.edic.⁊ tñ
ſi reperiatur ſcriptum pꝛomiſit.x.intelligitur per ſtipulationem
inſti.de inuti.ſtipula.§.ſi ita ſcriptum.⁊.l.iuriſgentium.§.ꝙ fere.
ff.de pactis.ſecus ſi de pꝛomiſſione non appareat ſcriptura ſed
pꝛobetur per teſtes.quia tunc non pꝛobatur ſtipulatio.quia di⸗
ctum teſtis opoꝛtet neceſſario concludere.vt in.c.in pꝛeſentia.ȿ.
de pꝛoba.¶Si aũt ſolennitas extrinſeca vt ꝙ interuenerit au⸗
toꝛitas tutoꝛis in contractu vel alia ſimilis ⁊ tunc ſi de illa non
eſt facta mentio in inſtrumento non pꝛeſumitur.l.quicunqꝫ.§.ſi.
ff.de publicia.Item acti.licet in contrariũ faciat qꝺ habeṫ in.c.
ea noſcitur.j.de his que fiunt a pꝛela.ſed illud debet intelligi qñ
pars aduerſa non negat ſolẽnitatem.facit qꝺ notat Jo.an.poſt
compo.in.c.cum dilectus.ȿ.de conſue.de quo etiã dicendum vt
dicto.c.ea noſcitur.Si autem eſt facta mentio de ſolennitate in
inſtrumento.tunc ſi potuit interuenire tempoꝛe actus celebꝛati
pꝛeſumitur pꝛo illa.l.optimã.C.de contrahen.ſtipu.ſecus ſi non
potuit interuenire tẽpoꝛe actus geſti.l.j.cũ ibi notatis.C.de fide
inſtrumen.⁊ iure haſte fiſ.lib.x.quia tunc non pꝛeſumitur talis
ſolennitas ſaluo niſi ſit talis cui poſſit renũtiari per partes.vt di
cta.l.optimã.⁊ no.per Bar.in.l.ſciendum.inquãtum autem di⸗
xi pꝛeſumi ſolennitatem intellige verum quo ad pꝛeiudiciũ par⸗
tium vt.d.l.optimã.ſed non quo ad pꝛeiudiciũ tertij vt in auṫ.
ſi quis in aliquo.C.de eden.⁊ facit etiã quod notat Inn.de offi.
deleg.cũ in iure.ſaluo niſi tertius reputeṫ eadem perſona cũ par⸗
tibus.vt qꝛ ſit heres vel ſucceſſoꝛ.⁊ ſic debet itelligi qꝺ no.Inn.
j.de eo qui fur.oꝛ.recepit.c.ij.inquantũ dicit tales pꝛeſumptiões
pꝛeiudicare partibus ⁊ alijs qꝛ non debet intelligi de oĩno alijs.
10 ¶†An aũt ſi appareat teſtem deſcriptum in teſtamẽto nec ap⸗
paret an fuerit rogatus an pꝛeſumaṫ dic ꝙ nõ:quia hec eſt ſolẽ⸗
nitas extrinſeca que non pꝛeſumiṫ niſi de illa fiat mentio in in⸗
ſtrumento.vt etiam notat Bart.in.d.l.ſciendum.⁊ Cy.in.l.hac
11 conſultiſſima.C.de teſta.¶†An autem notarius pꝛeſumaṫ ro⸗
gatus tangit Inno.in.c.ij.ȿ.de fide inſtrn.⁊ ibi dixi de quo etiã
per Bar.in.d.l.ſciendum.⁊ ibi etiam tangit.an pꝛo ſolennitate
relationis nuntij pꝛeſumitur inquantum autẽ dixi ſolennitatem
pꝛeſumi.intellige hoc verũ ſm Inno.in dicto.c.ij.de eo qui fur.
oꝛ.re.niſi ius expꝛeſſe dicat foꝛmam pꝛobandã.allegat.j.de ſen⸗
ten.excom.ſacro.Item fallit ſecundo qñ ius pꝛecepit ſcripturam
interuenire:quia intelligitur pꝛeceſſiſſe vt ſic per ſcripturam pꝛo⸗
betur de ap.coꝛdi.lib.vj.⁊ de ſenten.excõ.c.j.eo.lib.⁊ facit quod
notat Inno.de accu.ſuper his.¶Sed aduerte qꝛ iſtud nõ vide
tur contra iſtũ tex.nã ius vult ꝙ de ſententia appareat ſcriptu⸗
ra de re iudi.c.ſi.lib.vj.⁊.l.j.⁊.ij.C.de ſenten.ex peri.reci.⁊ tamen
videtur valere dictũ teſtis ſi dicat mandatũ fuiſſe lꝫ non appa⸗
reat ſcriptura.ideo quidã intelligunt ꝙ teſtis debet adijcere in te
ſtificatione ſua ꝙ ſententiatũ fuit in ſcriptis.ſed iſtud vr̃ diuina⸗
re quo ad iſtũ tex.vnde põt dici ꝙ hoc ſit ſpãle pꝛopter autoꝛita⸗
tem rei iudicate ⁊ per pꝛedicta an pꝛo ſolennitate ſñie pꝛeſumaṫ.
Et ſimiliter an in contractibus pꝛeſumaṫ pꝛo ſolennitate cõtra⸗
ctus.An

a ¶Judex an teneatur expꝛimere cãm i ſentẽtia vide hic per do.Fel.in viij.colũ.poſt pꝛin.ver.regulariter.vbi ponit regulam ⁊ eius declarationes ⁊ adde hic.d.Henri.boxch in.iiij.col.ver.ſuper eo.c.poſt pꝛĩc.

b ¶Hic tractatur.de ſolennitate extrinſeca ⁊ itrinſeca.qñ ꝓſumanṫ vel nõ de qbꝰ etiã ꝑ do.Fel.pꝛio de extrinſeca.hic.viij.col.ver.extrinſeca ſolẽnitas,nu.26.vbi ponit regulã cũ ſuis fallẽtijs.ſecũdo de ſolẽnitate intrinſecam col.xv.ver.intrinſeca ſolennita.nu.37.vbi ponit ſuas fallẽtias q̃ oĩno ibi vide ſi vis perfectus eſſe ſequere.d.Fel.poſt do.Abb.⁊.d.Joã.de imo.

Ayuntamiento de Madrid

ctus An autem preſumatur pro his que facit iudex in iudicio di
cit Inno. in dicto. c. ſi. ꝙ parū preſumitur niſi quatenus conſtet ex
actis. s. de proba. quoniam. fallit in arbitriis. qꝛ in illis preſumi
tur pro facto iudicis. An aūt preſumatur pro fundamento po
teſtatis tangit Inn. in dicto. c. ij. ⁊ in dicto. c. quoniā. ⁊ de offi. de
leg. cum in iure. ⁊ de electio. c. j. in verbo abſentie. lib. vj. ſed Bar.
plenius tangit in. l. licet. C. de procu. vbi concludit ꝙ ſi a princi
pio fuit diſputatum, An agens habeat mandatum ⁊ admiſſus
fuit cū cautione rati ꝙ preſumitur ꝙ habeat mādatū niſi aliud
probetur. l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infec. idē ſi fuit diſpu
tatum an habeat mandatū ⁊ pronuntiatum fuit pro ipſo agen
te quia preſumitur pro ſententia. vt hic patet ⁊ hoc quo ad preiu
dicium eius cum quo litigat domino aūt abſenti cuius nomine
agit non preiudicat. vt notatur in dicta. l. licet. per Bar. ⁊ Cy.
⁊ p Io. an. in. c. ſup litteris. poſt glo. s. de reſcrip. Si aūt non fuit
aliqd diſcuſſum ſuper mādato. tunc ſi apparet in actis ꝙ inſtru
mentū mandati fuit productū ⁊ non apparet contradictum pre
ſumitur pro ipſo agente donec aliud probetur. vt voluit Inn.
in dicto. c. quoniam. Si aūt omnia predicta ceſſant tunc ſi lis nō
eſt cōteſtata nō preſumitur pro ipſo agente. ſaluo niſi alleget man
datum ⁊ appareat penes eum eſſe inſtrumenta cauſe: qꝛ tunc ſal
tem debebit admitti cū cautione de rato propter preſumptionē
facientem pro eo ex quo hʒ inſtrumenta penes ſe. s. de offi. dele.
cozā. cū ibi notatis. ſi aūt lis ſit cōteſtata ⁊ ceſſant predicta Inn.
videtur velle in. c. quoniam. ꝙ ex quo lis eſt conteſtata tanꝙ cum
procuratore preſumatur pro eo. arg. l. pomponius. §. rati. ff. de pro
curato. niſi probetur contrariū forte probando reuocationē man
dati ⁊ videtur ſentire glo. in dicto. §. rati. ⁊ idem Innocen. in dicto
c. j. de electio. in. vj. ⁊ etiā glo. ibi. ſed Bart. videtur velle oppoſi
12 tum in dicta. l. licet. quia † iſta exceptio tu nō habes mandatum
reddit iudicium nullū. s. de procurato. in noſtra. ⁊ dicta. l. licet.
vnde etiā poſt litis conteſtationem poteſt obijci. nā etiā poſt ſen
tentiā poſſet obijci cū reddat illā nullā. vt. d. l. licet. ſecus ſit qñ pe
titur cautio de rato. qꝛ talis petitio non admittitur poſt conteſta
tam litē vt dicto. §. rati. ſed glo. in dicto. c. j. in verbo abſentie vi
detur dicere ꝙ pars nō poterit obijcere. ſed iudex ex officio ſuo
ne iudiciū ſit eluſorium qd eſt valde notandū. ſed forte poſſet
iure ſuſtineri opinio Inno. qꝛ ex quo facta eſt conteſtatio tanꝙ
cū procuratore vr ſurgere preſumptio ꝙ ſit procurator ad preiu
diciū litis conteſtatio. cū illa donec aliquid probetur. argu. dicte. l.
optimā. C. de contrahen. ſtipula. ⁊ quod notat Inn. in dicto. c.
cū in iure. de offi. deleg. ¶ An aūt preſumatur pro fundamento
partis iudicantis tangit Innoc. in. d. c. ij. ⁊ concludit ꝙ ſic ſi lis
fuit conteſt. ſecus ſi ante li. conte. obijciatur vel ſit pceſſum ſemp
contra contumacem. qꝛ non preſumetur niſi appareat ⁊ in delega
to. in ordinario aūt pro eo preſumeretur ſi eſſet in quaſi poſſeſſione
officij per id qd habetur in. c. nihil. s. de elec. ⁊ qd ibi no. ⁊ in. d. c.
cū in iure. ⁊ de iure patro. conſultationibus. ſi aūt qritur an preſu
matur pro his q̄ fiunt a iudice extra iudiciū. dicendū eſt ꝙ ſic ſi ſpe
ctent ad eius officiū alias ſecus. vt notatur per Inno. in. d. c. ij. Si
aūt dubitaretur an preſumatur pro his que aguntur ab alijs per mo
dum facultatis ſeu poteſtatis volūtarie vt in actu electionum ⁊
ſimiliū. tunc concludit Inn. j. de accu. ſuper his. ⁊ tangit etiā de
dolo ⁊ contuma. olim. p Io. an. poſt Cōpoſt. de ele. ꝙ ſicut. ꝙ ſi
nondū facta eſt confirmatio non preſumitur pro ſolēnitate electio
nis niſi de illa appareat ſecus ſi facta ſit confirmatio de quo di
cendū vt notatur in glo. prealleg. ⁊ tangitur etiā de electio. in geneſi.
¶ An aūt preſumatur pro geſtis quaſi iudicialibus vt qñ ſit pu
blicatio ſcripture priuate vel alterius inſtrumēti recurre ad not.
in. c. albericus. s. de teſti. vbi videtur concludi ꝙ non niſi ſit factū
valde antiquū de quo dicendū vt ibi. ¶ In ead. glo. in fi. tenuit
Inn. in. c. innotuit. qd eſt. c. ſcdm. j. de eo qui fur. ordi. rece. dicēs
ꝙ qñ probatio ſolennitatis ſurgit ex preſumptione inſtrumenti
faciliter per alias pbationes tolli poteſt facit qd habetur. s. de pre
ſumptioni. qꝛ veriſimile. ⁊ ibi no. Bart. tñ in. l. generaliter. C. de
non nume. pecu. dicit ꝙ ſi volo probare contra tenorē inſtrumē
ti debet fieri probatio per ſcripturā per illam. l. ſed illa lex loquitur
quando contractus eſt celebratus in ſcriptis vt ibi not. Si autē
volo probare contra ſolennitatem preſumptam tunc bene poſ
ſum etiā per teſtes. l. iuriſgentium. §. ꝙ fere. ⁊ ibi notatur. ff. de pa
ctis. ¶ In gloſſ. fin. in fi. potes dicere ꝙ hic loquitur qñ ſententia
tranſiuit in rem iudicatam ideo preſumitur pro illa ſed ibi loqui
tur quādo non tranſiuit in rem iudicatam. de quo plenius dicē
dum vt ibi notatur.

1 ☞ Sententie plures conſonantes ſi in eadem cauſa ferantur in diuerſis inſtantijs valent.

2 Sententia a qua plures appellant poteſt quo ad vnum confir mari ⁊ quo ad alium ſuſpenſa manere.

3 Appellans a diffinitiua grauatur onere probādi de iuſtitia ſen tentie in cauſa appellationis.

4 Appellans arctari debet ad probandum appellationem eſſe pro ſecutam infra tempus legitimum.

5 Sententia inter alios lata alijs non preiudicat.

6 Tertius comparens pro ſuo intereſſe qd habeat probare ad hoc vt admittatur ad contradicendum ⁊ que ab eo exigantur.

7 Et qualiter admittatur an ſolum ad contradicendum vel vt in ſe litem ſuſcipiat.

8 Duobus agentibus contra poſſeſſorem ſi vnus ante alium con tra reum obtineat poterit in ſe aſſumere defenſionem.

9 Proceſſus vel ſententia an preiudicet prelato contra cuius ſub iectum prelato ignorante de iure ſubiectionis agitur.

10 Tertius comparens pro ſuo intereſſe an publicatis atteſtationi bus cum principali poterit publicatione non obſtante alios te ſtes producere.

11 Tertius cōparens pro ſuo intereſſe an poſſit qñcunqꝫ appellare.

12 Et an victoria tertij ſi contingat pro eo ferri ſententia an habe bit prodeſſe reo principali.

13 Tertius comparens pro ſuo intereſſe quādo appellat an appel latio cenſeatur iudicialis vel extraiudicialis.

Cum ſuper Confirmatur ſnīa quo ad reū ✦appellantem ſi nihil doceat contra eam offertur tamen ipſius executio ſi tertius docet de ſuo intereſſe. hoc dicit. Et primo deciſe nar rat factum ſcdm ꝙ quo ad reum principalem confirmat ſenten tiam. tertio quo ad tertium appellantem cōmittit cauſam execu tionis fiende vel non fiende. ſecūda ibi: cum ex parte tertia ibi: mandamus. ¶ Inter. ibi pertinere ⁊. j. ſub iſto infra decidit ꝙ a ſententia appellatū fuit pro parte monaſterij. ⁊ etiam appella tum fuit pro parte epiſcopi oueten. vt colligi poteſt ex ſequenti. ¶ In tex. ibi monaſterij. i. ad preiudicium monaſterij. ¶ No. j. ꝙ vbi agitur de ſubiectione eccleſie dirigi poteſt libellus contra eccleſiam que pretenditur ſubiecta de quo in. c. inter quatuor de
1 maiori. ⁊ obedien. ⁊. s. de preſcri. c. auditis. ¶ † Not. ꝙ ſi in eadē cauſa in diuerſis inſtantijs ferantur plures ſentētie conſonantes valent ſecus eſt qñ in eadem inſtantia. l. j. cum ibi no. C. quando prouocare non eſt neceſſe. ⁊ adde qd habetur in clemē. j. de re iu di. vbi eſt ſtatutum ꝙ victus contra quem late ſunt tres ſentētie cōformes in diuerſis inſtantijs non auditur de nullitate niſi prius facta ſit plene illarum executio per illā tñ decretalem nō mutatur ſm Io. and. qd hic dicitur de tertio cuius intereſt. ſed ſolum ibi loquitur quo ad preiudicium eius cōtra quem ſunt late qd notatur
2 pro limitatione illius. c. ¶ † No. ꝙ vbi p plures appellatur ab ea dem ſententia poteſt quo ad vnum confirmari. ⁊ quo ad alium in ſuſpenſione manere. ⁊ ſic no. ꝙ excluſio appellationis quo ad vnū non excludit quo ad reliquum facit qd habetur in. l. ſi qs ſepa ratum. ff. de appel. ⁊ quod notat Bar. in. l. ſi a ſententia. C. eo. ti. ¶ No. vnam practicā comparendi quā poteſt facere tertius cō parens pro ſuo intereſſe lata iam ſententia contra ſubiectū con uentum. qꝛ poteſt comparere appellando ab ipſa ſententia po teſt etiā comparere ſimpliciter ſe opponendo executioni ſenten tie. facit qd habetur. s. de teſti. c. veniens. el. ij. tamen diuerſus eſt effectus: qꝛ ſi comparet appellando ⁊ proſequēdo appellationē impedit executionem ſententie fieri contra ſubiectū. ſecus ſi com paret non appellando vel minus legitime vel ſi appellans non proſequitur. qꝛ tunc non impeditur executio ſententie cōtra ſubie ctum non tñ ſit ſibi preiudiciū quo ad proprietatem. licet quo ad poſſeſſionem videatur fieri. ¶ † Not. arg. ꝙ appellans a diffinitiua
3 grauetur onere probandi de iuſtitia ſnīe in cā appellationis de quo plene in. c. in preſentia. s. de renun. ⁊ per legiſtas in. l. hi. C.
4 de appel. ¶ † No. appellantem arctari ad probandum appella tionē eſſe proſecutā infra tempus legitimū ⁊ ſic ꝙ nō ſufficit do cere de appellatione. niſi oſtendatur ꝙ rite ⁊ debito tempore fuerit interpoſita ⁊ proſecuta. facit quod habetur. j. de appella. roma na. lib. vj. ¶ No. ſufficere infra tempus ſtatutū ad proſequendū deſtinaſſe nuntiū. ⁊ ſic videtur ꝙ non ſit neceſſe ꝙ licet litem fue rit conteſtatus vel libellū obtulerit ⁊ plus dicunt quidam ꝙ nō eſt neceſſe ꝙ ſe iudici preſentauerit ſed ſufficit nuntium eſſe deſti natum. ¶ Alij tamen ⁊ melius dicunt ꝙ ſufficit nuntium deſti naſſe cū effectu ita ꝙ impetrauerit cām cōmitti vel ſaltem ſe iudi ci appellationis preſentauerit per id qd habetur. j. de appel. obla te. ⁊. j. de cle. non reſiden. relatum. ⁊ ſcdm hoc in termino ſtatuto a iure non ſufficeret deſtinare nuntiū. niſi cū effectu proſequatur ante lapſum termini. vt in aut. ei q appellat ⁊ in corpore vnde ſu mitur. C. de tempo. appel. niſi interuenerit impedimentū per id qd
5 habetur in. c. ex ratione. j. tit. j. ¶ † No. regulam vulgatā ꝙ ſenten tia inter alios lata alijs regulariter nō pīudicat. de quo in. c. pe. j. eo. ⁊ in. l. ſepe. ff. de re iudi. ¶ In glo. prima in fine. Nota bene ex glo. equiparari ſentētiam ⁊ vltimā voluntatem. ⁊ pro hoc fa cit. l. j. ff. de teſtamē. vbi dicitur teſtamentū eſt noſtre voluntatis iuſta ſententia. ⁊ ſic facit qd de vno ad aliud poſſit argui. ⁊ pro

Ayuntamiento de Madrid

hoc bene facit.l.ſeruus hac lege.ꝛ quod ibi notatur per Jac.de
are.ff.de manumiſ. ¶ Jn glo.ij.ibi ꝙ aliquo modo ſua interſit
ſupple etiam ſummarie probando.nam talis ſummaria proba-
tio ſufficit quo ad impediendū executionē ſnie per.c.veniēs.el.ij.
ſ.de teſtibus.ſed tamen ꝑ talē probationē non obtinebit ꝙ caſ-
ſetur ſnia.vt dixit glo.ſed debebit poſtea plenarie diſputari de
iure tertij ad finem vt videatur an ſnia ſit caſſanda. ¶ Jn eadē
glo.ibi imo poteſt.nec obſtat.l.a ſententia.quia illa potius con-
cordat.vel potes dicere ꝙ vbi ſentētia inter alios lata alteri non
preiudicat etiam quo ad qualequale preiudicium.tunc non pōt
tertius appellare:quia tunc ſua non intereſt.c.cum inter.R.ſe-
niorem.ſ.de elec.ꝛ.ij.q.vj.ſolent.ſecus quando ſententia habet
alteri preiudicare quo ad plenū preiudiciū vel etiam qualequa-
le ſeu quo ad quandam preſumptionē.quia tunc poteſt tertius
appellare quia ſua videtur intereſſe rōne talis preiudicij. ¶ Jn
eadem glo.in fin.quaſi velit glo.ꝙ contrarijs loquatur quando
pendente iudicio inchoato per vnum ſuperuenit alius. nam tūc
iſte qui vincet primo preſtabit cautionem reo ꝙ defendet eū ad-
uerſus aliū.ſecus quando ſecūdus ſuperuenit finito iam iudicio
inchoato per primum.quia tunc non habet locum dicta cautio.
vt voluit hec glo.quod no.pro limitatione legum allega.in glo.
ſed aduerte.quia hoc videt̃ verum.quando finitum eſſet iudiciū
per ſentētiam que tranſiuiſſet in rē iudicatam.[illegible] eſſet execu-
tio.tunc eſt magis dubium.tamē gl.[illegible] idem: quia ipſe
reus contra quem lata fuit ſententia [illegible] ab alio conuenitur
poterit dicere ꝙ habet aliū rem reſtituere [illegible] ab eo euicit ꝛ ſic eſt
paratus.ideo nō debet conueniri.ſi autem ſententia non tranſi-
uiſſet in rem iudicatam.tunc diceretur perdere iudicium. ideo vi
detur quod tunc haberet locum cautio de qua in.l.allega. in gl.

a ¶ Extra glo. a ſi queris vtrū oppoſitio ter-tij ipediat ſententiam inter alios latā executioni debite demādari vide diſt.d.Pē. boych in.c.veniens. lo.ij.ſ. de teſti.ꝛ ꝑ.d. Felyr.hic in.ij. col.verſi.quoties terti⁹ vbi per eū elegan-tiſſime his di-ligenter ꝑſcru tatis habebis ingurgitataꝫ materiam hu ius capi.

¶ Extra glo.[a] Jnnocē.hic poſuit magnas glo.circa materiam
tertij comparentis pro ſuo intereſſe.Quas ad literā nullo addi-
to vel mutato recitauit Jo.and.do.Anto.hic nitit̃ expedire ma
teriam per multa queſita.ꝛ licet dicat ſe expedire ꝑ ſeptē queſita
tamē in effectu proſequitur.ix.prout patere poterit intuēti.Nā
tangit primo que exigantur a comparēte pro ſuo intereſſe ꝛ quid
habeat probare vt admittatur ad contradicēdum cum effectu.
Secundo qualiter comparens pro ſuo intereſſe in ſe litem ſuſci-
pit.Tertio an ꝛ quando comparēti pro ſuo intereſſe obſtat exce
ptio rei cum alio iudicate ꝛ in quo habeat obſtare.Quarto cum
tertius comparēs pro ſuo intereſſe poſſit appellare. Quinto an
ꝛ quando comparens ꝓ ſuo intereſſe poſſit impedire ſnīam ferri
contra reum vel executionē ſnie.Sexto an comparens pro ſuo
intereſſe publicatis atteſtationibus cum principali poſſit produ
cere alios teſtes non obſtante dicta publicatione.Septimo an ſi
feratur ſententia pro tertio comparente pro ſuo intereſſe debeat
prodeſſe in aliquo reo principali.Octauo de practica libelli ꝛ ſen
tentia quando tertius comparet pro ſuo intereſſe. Nono ꝛ vlti-
mo quādo tertius appellat pro ſuo intereſſe qualis ſit appella-
tio predicta.an iudicialis an vero extraiudicialis. ꝛ ad predicta
nititur reducere dicta Jnno.tamē multoties in vno mēbro repe
tit qꝺ in alio dixit Bart.aūt aliqua enucleauit ex dictis Jnno.
hic que poſuit in.l.a ſententia.in principio.ff.de appella.ꝛ eo.tit.
l.ſi quis ſeparatim.§.fina.ꝛ in.l.ſi perluſorio. in principio. eo.tit.

6 ¶ † Tu potes reducere pro modo materiam reſpectu eorū que
vtilia ſunt ad quinqꝫ dubia infra ſcripta.primum eſt quod etiā
tetigit do.Anto.videlicet quid habeat probare tertius compa-
rens pro ſuo intereſſe vt admittatur ad contradicendū ꝛ que ab
eo exigant̃.Secundū eſt qualiter comparens pro ſuo intereſſe ad
mittatur vel non ſolum ad contradicendū. an vt in ſe litem ſuſci
piat.Tertium an tertius comparēs pro ſuo intereſſe poſſit quā-
docūqꝫ appellare.Quartū an victoria ipſius tertij ſi contingat
pro eo ferri ſentētia habebit prodeſſe reo principali. Quintū an
quando tertius appellat ꝓ ſuo intereſſe cenſeat̃ appellatio iudi-
cialis an vero extraiudicialis. ¶ Circa primū aduerte ꝙ triplex
poteſt eſſe intereſſe propter quod quis poteſt admitti.Primum
eſt quando ex proceſſu qui fit cū alio fieret ſibi plenum preiudiciū
vt in caſibus.l.ſepe.ff.de re iudi.ꝛ.c.penul.ī.eod. Secundum eſt
quando comparenti preiudicaretur in ſola poſſeſſione vt qꝛ poſ
ſeſſio vacans occuparetur vel illam quam habet perderet vel in
illa moleſtaret̃.facit qꝺ habetur in tex.iſto.ꝛ.ſ.de teſtibus.c. ve-
niens.el.ij.Tertium pōt eſſe intereſſe ratione qualiſqualis preiu
dicij ſurgētis ex preſumptione.que ſurgit contra ipſum tertium
ex ſnia cum alio lata.ff.de appella.l.a ſnia.ꝛ ibi patet exemplum
ꝛ facit.ff.de iureiuran.ſi duo patroni.§.j.ꝛ qꝺ hic notat̃ gl.ū.con
clude ꝙ qñocunqꝫ interſit ꝓpter aliqꝺ predictorū ſufficit vt ter-
tius admittatur.tamē eſt neceſſe ꝙ ſaltē altero de tribus modis
predictis interſit. ¶ Jtem etiā exigit̃ ꝙ de tali intereſſe doceat.
qualiter aūt habeat docere cōclude vt voluit hic domi.Anto.ꝙ
ſi tertius ſolum intendit finē legitimandi perſonā ſuā vt admit-
tat̃ ad diſcutiendū de iure ſuo.tunc ſufficit ꝙ ſummarie doceat

de iure ſuo.vnde etiā ſufficiet oſtēdere intelligo etiam ſummarie
quaſi poſſeſſionē vel aſpectū ipſius iuris prima facie. nec erit ne-
ceſſe ꝙ doceat plenarie de proprietate.nam eoipſo qꝺ poſſidet li
cet cauſa defendendi vel etiam ſi aliás ſummarie conſtet de ſuo
intereſſe qꝺ habet̃ in.d.c.veniens.el.ij.Si aūt intendit impedire
executionē ſentētie.tunc concludit vt etiam hic dixit gl. ꝙ etiam
tunc ſufficit ſummarie docere de ſuo intereſſe ex eo quia iudiciū
executionis de ſe eſt ſummariū.l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de
re iudic.ꝛ ideo ſufficiunt ſummarie probationes. facit qꝺ notat
Bar.in.l.iiij.§.condēnatum.ff.de re iudi.ꝛ quod habetur in.l.iij.
§.ſciendū.ꝛ.§.ibidem.ff.ad exhiben. Aduerte tamē qꝛ ita demū
videtur impedire executio qñ fit ſuper re ſuper qua eſt ſententia-
tum ſi poſſeſſio erat vacans qꝛ tunc intereſt tertij ꝙ ab alio non
occupet̃.vt voluit Jnno.in.d.c.veniens.el.ij.ꝛ Bar.in.d.§. ſi ſu
per rebus.idē ſi ipſe tertius ipſam rem poſſideat per id quod ha-
betur in hoc.c.ſecus ſi non poſſideret nec poſſeſſio eſſet vacans ſꝫ
poſſideret̃ forte per reum conuentum: qꝛ tunc non impediretur
executio quin fiat reſeruata queſtione proprietatis. per id quod
habetur in.l.is a quo.ꝛ.l.a quo fundus.ff.de rei vendic.Si autē
fieret executio ſuper alia re ꝙ̄ ſuper illa ſuper qua eſt ſententiatū
bene admitteretur tertius docēs de iure ſuo ſummarie ad impe-
diendum executionem ſuper illa iuxta ea que notant̃ per Jnno.
in.d.c.veniens.ꝛ per Bar.in.d.§.ſi ſuper rebus. ¶ Jtē aduerte
inquantum dixi ꝙ pōt impedire executionē reſpectu poſſeſſionis
intelligitur hoc verum qñ ignoraſſet cauſam agi ꝛ ſic lata fuerit
ſentētia eo ignorante nam propter ignorantiam etiā ſi non ap-
pellauerit poterit impedire executionē.facit qꝺ habetur in.l.fin.
C.ſi per vim vel alio modo.Si autē ſciuiſſet cauſam agi tunc vr
ꝙ non audiatur volens impedire executionem ſi non appellauit
per iſtum tex.quē ſic intelligit Jnno.in glo.in verbo appellatio
nem.licet in aliquibus glo.de hoc dubitet.Si autē velit intētare
ad finē caſſationis ſnie.tunc oportet ꝙ plene doceat de iure ſuo
vt etiam fuit dictum cum gl.ij.ꝛ facit qꝺ habetur in.d.c. veniēs.
el.ij.ꝛ per predicta apparet qꝺ non procedat opinio quorūdam
dicētium qꝺ ita demum admittitur tertius ſi ſit in poſſeſſione iu
rium petitorum. qꝛ vt ex predictis apparet. non eſt vera vt con
tra eam etiam facit.l.a ſnia.ff.de appella. nec obſtat.l. is a quo.
cum ſeq.de rei vendi.quia non intererat quo ad poſſeſſionē.quia
reus poſſidebat.nec etiam ſuper proprietate fiebat preiudiciū qꝛ
primus agens de ſuo dominio agebat.ꝛ ideo ſecundus ꝗ pretē-
dit ſuum dominium impedire non pōt quo minus agat primus
ſed pōt ſecundus admitti ad agendū ſi vult vt ibi dicit̃ ꝛ hec ſuf
ficiat de primo queſito. ¶ † Circa ſcdm aduerte quia aut tertius 7
vult nouam inſtantiam inchoare ꝛ pōt dūmodo non ſit de caſi-
bus in quibus ſnia preiudicat tertio.de quibus in.l.ij.C. de re iu
di.ꝛ.ī.eo.c.penul.ꝛ hoc caſu dari debebit libellus ꝛ lis conteſta-
ri ꝛ alia fieri que fieri cōſueuerunt ſcdm naturam cauſe.vt voluit
Jnno.hic in gl.in verbo nuntius.circa finem. ꝛ aduerte quia ſi
comparet expedito primo iudicio.tunc habet locū qꝺ dixit gl.ij.
in fi.ꝛ quod dixi ſuper ea.Si autē nondum eſſet finitum. tūc poſ
ſet habere locum.l.is a quo fundus. cum ſeq.ff. de rei vendi. Si
autē non velit nouam inſtantiam inchoare:ſed velit liti inchoa
te aſſiſtere ꝛ illam iuuare vel in ſe aſſumere.tunc cōcludit hic do.
Anto.ꝙ ſi venit ante ſententiam.ꝛ eſt tale ius cuius primo loco
ſpectat ad ipſum tertium defenſio.tunc habet triplicem viā com
parendi.nā pōt aſſiſtere nec fiat colluſio.l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffic.
teſta.ꝛ.l.ab executore.§.alio.ff.de appella. Jtem pōt aſſiſtere liti
iuuando illam.facit quod no.in.d.l.ſi ſuſpecta.Jtem poteſt ter-
tius aſſumere in ſe litem remouēdo reū a proſecutiōe litis cepte.
ex quo principaliter ad eum ſpectat defenſio.ꝛ ſic tranſit hic do.
Anto.ſed Bar.in.l.perluſorio.de appel.dicit hoc vltimum eſſe
verum qñ a principio ante litis conteſta.comparet ꝛ idem pōt ſi
ignorauerit litē agi.quia tunc talis conteſtatio ſibi non preiudi-
cat ſicut ne preiudicaret ſnia eo ignorante lata dicta.l.ſepe.de re
iudi.ꝛ.ī.eo.c.penul.ſecus ſi ſciuiſſet litem conteſtari.ꝛ non cōtra-
dixiſſet.quia tunc talis conteſtatio ſibi preiudicat ſicut preiudi-
caret ſnia eo ſciēte lata.quia cui ꝓiudicare habet ſnia in eodē ca-
ſu etiā preiudicant acta.vt voluit Jnn.in.c.cauſam que.ſ. de te
ſtibus.ꝛ Bar.in.l.ſepe.prealleg.ꝛ ideo cum reus ſit factus domi
nus litis per conte.ſ.de procu.c.j.lib.vj.ꝛ.ff.de procu.l.poſt litem.
ideo non pōt eum remouere quod videt̃ intelligendum niſi reus
ipſe cōſiſteret ꝑ ea que habent̃ in dicta.l.poſt litē.ꝛ.l.que omnia.
ꝛ.l.mutari.ff.de procura.poterit tū aſſiſtere ꝛ iuuare cauſam etiā
reo inuito.per ea ꝙ̄ habētur in dicta.l.ſi ſuſpecta. Si autē eſt tale
ius cuius primo loco ad ipſum tertium non ſpectat defenſio. ſed
forte eque principaliter ad vtrunqꝫ exēplum quādo agit̃ de iure
ſubiectionis: qꝛ eque principaliter videt̃ intereſſe ſubiecti ne mu
tet dominum.argu.l.ancille.cū ibi notatis.C. de furtis. ꝛ ipſius
prelati ne ꝑdat ſubiectū.facit qꝺ hꝛ̄ in.l.principaliter.la.ij.C. de
liber.cauſa.ꝛ qꝺ no.Jnno.ſ.de preſcriptio.c. auditis. ꝛ hoc caſu
poteſt

Ayuntamiento de Madrid

poteſt aſſiſtere ne colludat.⁊ etiam cauſam iuuare.non autē poſ
ſet eum a proſecutione remouere ex quo eque principaliter ſpe
ctat ad ipſum conuentum.niſi forte eſſet ſuſpectus ſm Innocē.
nam tunc videtur ꝙ poſſet remouere per.l. ab executore.§. alio.
ff.de appella.⁊ hoc etiam tenet Innocē.in verbo rationabiliter
ſed certe hoc non bene ibi probatur.Sed bene videt̃ dici ꝙ poſ
ſit aſſiſtere ne colludat.licet domi.Anto.tranſeat cum Innocē.
Si autem eſt talis tertius ad quem ſecundario ſpectat defenſio
tunc poterit aſſiſtere ⁊ iuuare cauſam:ſed non litem in ſe aſſume
re ſaltem remouendo conuentum ſaluo ſecundum Innocē.niſi
eſſet ſuſpectus.⁊ ſequitur etiam domi.Anto. ſed hoc non credo
per id quod dixi in precedenti membro ꝙ ſatis eſt ꝙ poſſit aſſi
ſtere ne fiat colluſio.facit quod habetur in.l. ſi ſuſpecta.ff. de in
offi.teſta.vbi autem dixi tertium poſſe aſſiſtere liti.⁊ iuuare illam
intelligitur hoc procedere etiam inuito reo. adeo quod etiam ſi
reus vellet deſiſtere a lite ⁊ confiteri intentionem agentis poſſet
tertius nihilominus proſequi per id quod habetur in.l. princi
paliter.la.ij.C.de libe.cauſa.⁊ voluit hic Inno.in glo.magna.⁊
probatur etiam in.l.a ſententia.§.item reſcripſerunt.cum ibi no
tatis per Barto.ff.de appel.⁊ notatur etiam per eundem in.l.ſi
perluſorio.eod.titu.Et predicta procedunt quando vult venire
ante ſententiam.⁊ ſic pendente lite principali.Item ſi velit veni
re poſt ſententiam ſuſpenſam per appellationem a reo interpoſi
tam:quia eadem eſt ratio.poſſet etiā appellare a ſententia ſi per
reum nō fuiſſet appellatum.vt dicetur in tertio membro.⁊ eo ca
ſu quo tertius comparet pendente cauſa principali vel appella
tionis vel etiā appellando poterit docere de iure ſuo tam reſpe
ctu proprietatis ꝙ̃ poſſeſſionis.dummodo ius tertie perſone ſit
idem cum iure quod deductum eſt per reū facit quod habetur
in.l.ab executore.§.alium.ff.de appel.ſecus videtur ſi ius primo
deductum in iudicio eſſet omnino ſeparatum a iure tertij per id
quod habetur in.l.penul.ff.de peti.here.⁊.l.is a quo.ff.de rei ven
di.quia tūc ſeruari deberet quod in illis dicitur.¶ Item aduer
te quia dicit hic Innocen. ꝙ quando tertius proſequitur litem
ceptam ſiue principalem ſiue appellationis non eſt neceſſe nouū
dare libellum.nec eſt neceſſaria noua cōteſtatio quia ſufficit con
teſtatio ⁊ libelli oblatio facta cum reo. quia videtur approbare
id quod factum eſt cum reo principali proſequendo litem per eū
ceptam.argu.l.iij.§.falſus.ff.rem ratam habe.ſecus tamen vide
tur dicere vbi inchoaret nouam inſtantiam.⁊ idem videtur dice
re ſi appellat.nam tunc eſt etiam noua inſtantia ſcilicet appella
tionis.⁊ tangit etiam qualiter tunc debeat formari libellus in
cauſa appellationis emiſſe per tertium.ſed vbi proſequitur inſtā
tiam ceptam vt dixi non eſt neceſſe nouum libellum offerri vt li
tem conteſtari de nouo. Hoſtien.tamen hic videtur tenere con
trarium videlicet quod indiſtincte ſit neceſſarius nouus libellus
⁊ noua conteſtatio quando tertius comparet ex eo quia ſecun
dum eum non videtur procedere ratio Innocen. inquantum di
xit quod proſequendo litem ceptam per reum videtur approba
re quicquid factum eſt cum reo.nam ſm Hoſtien.hoc non vide
tur procedere quia reus principalis non fuit in cauſa nole ipſius
tertij.⁊ ideo tertius non poteſt ratificare non ſuo nomine geſtū.
l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.de nego.geſt.⁊.ꝫ.de regulis iuris. ratum.
lib.vj.Ideo ſi vult ſentētiam directe pro ſe ferri exigeretur alia
conteſtatio ſecundum eum.domi.Anto.hic nititur concordare
opinioñ.Unde dicit conſiderandum quod aut tertius venit ad
finem impediendi executionem ſentētie tantum.⁊ non exigitur
alia conteſtatio.quia tale iudicium eſt ſummarium.vt hic voluit
glo.facit quod habetur in clemen.ſepe. de verbo.ſignifica. ⁊.l.a
diuo pio.§.ſi ſuper rebus.de re iudi.Aut venit ad finem vt diſcu
tiatur ſecum negotium principale.⁊ tunc ſi ius tertij eſſet ſepara
tum a iure rei exigeretur noua inſtantia ⁊ conſequenter libellus
⁊ conteſtatio vt etiam ſenſit Innocen.pro quo bene facit.l.is a
quo.⁊.l.a quo.ff.de rei vend.¶ Si autem eſſet idem cum iure rei
vel illi connexum.tunc hoc caſu eſt opinio Innocen.⁊ Hoſtien.
vt dixi.ſed ipſe dicit quod opinio Inno. procedit quando pro
ceſſus agitatus cum reo principali preiudicaret tertio etiam in
proprietate iuris quod eſt in caſibus.l.ſepe.ff.eo.⁊.ꝫ.eo.c. penul.
⁊ ſic ratio.quia tunc id quod agitatum eſt cum reo videtur agi
tatum cum tertio tam reſpectu cōmodi ꝙ̃ preiudicij per id quod
habetur in preallegatis iuribus.ſed opinio Hoſti.procedat quā
do tertio non inferebatur plenum preiudicium reſpectu ipſius
proprietatis:quia tunc nec ficte poterit dici agitatum cum tertio
id quod eſt agitatū cum reo.ideo oportebit vel quod ius inſtan
tie cedatur vel quod nouiter fiat conteſtatio ⁊ libelli oblatio ſal
tem ſecundum formam.l.militari. cum ibi notatis per Bart.ff.
de procura.¶ Sed aduerte quia verior videtur opi.Inno.ex eo
quia quo ad ſuum preiudiciū poteſt quis approbare etiā nō ſuo
nomine geſtum.vt plene legitur ⁊ notatur in.l. pomponius ſcri
pſit.ff.de neg.ge.⁊ in.l.mater.C.de rei vendi.⁊ q2 iſte tertius vo
lendo proſequi litem ceptā ſeu ei aſſiſtere ⁊ illum iuuare acceſſo
rie venit ad iuuamen litis cepte.ergo ſufficere debet cōteſtatio et
libelli oblatio preambula. cū acceſſorium ſequatur naturam ſui
principalis.de regu.iur.acceſſoriū.lib.vj.⁊ q2 ſententia concipie
tur in perſonam ipſius rei contra quem lis eſt cepta. facit quod
habet̃ in.l.j.C.de ſen.⁊ interlocu.om.iudi.⁊ ideo non videtur qd
alia cōteſtatio ſit neceſſaria ⁊ quando proceſſus qui agitabatur
cū reo non faciebat plenū preiudiciū.Per predicta poteſt infer
ri ꝙ ſi reus eſt conuentus qui rem detineat. forte tanꝙ̃ colonus
vel cōmodatarius poſſidentis qd ſi cōpareat ipſe tertius ante li
tem conteſtatam.⁊ velit aſſumere in ſe litē ⁊ remouere reū qd po
terit.q2 ad ipſum principaliter ſpectat defenſio.nec obſtat.l.offi
cium.ff.de rei vendic.vbi rei vendicatio competit etiam contra
nō poſſidentem qui detinet:quia illud procedit quando nullus
poſſidens offerebat ſe defenſioni.vt etiam hic voluit Innocē.⁊
do.Anto.ſi aūt ſe offert poſt litis conteſtationē.tunc poterit litē
in ſe aſſumere ⁊ remouere conuentū ad finem.vt non cōdemnet̃
ad rē reſtituendam.licet non poſſet remouere eū ad ſi.quin con
demnet̃ ad eſtimationem.vt etiam voluit hic Innocē. ⁊ domi.
Anto.allegant.ff.de peti.here.nec nulla.§.non ſolū. vbi aūt con
uentus poſſideret.⁊ ſic non ſpectaret cauſa principaliter ad ter
tium licet pretenderet ſe ius habere in re non poterit tū ipſum
reū a defenſione remouere. facit qd habet̃ in.l. is a quo.ff.de rei
vend.Si aūt reus nō poſſideat id a quo querit̃.ſed alius in ipſo
reo poſſideat ꝓut contingit in liberto qui non poſſidet in ſe ius
patro.ſed patronus illud poſſidet in ipſo liberto. ⁊ ſimiliter con
tingit in clericis ſeu eccleſia.quia nō poſſident ius ſubiectionis:
ſed ſuperior prelatus in illis:quia nulla res ſibi ipſi ſeruitutē de
bet.l.in re cōmuni.ff.de ſerui.vrba.predio.⁊.l.vti frui.in princip.
ff.ſi vſuſfru.petatur.tunc tertius poſſet aſſiſtere liti cepte.⁊ illam
iuuare.Sed eſt dubium an poſſet prelatus in ſe aſſumere litem re
mouēdo conuentum.⁊ videtur tangere domi.Anto.opiniones
de quibus etiam tangit.ſ.de preſcriptionibus.c.auditis.vbi di
cit Inn.aliquos tenere ꝙ primo loco ſpectat defenſio ad prela
tum.demū recitat alios dicere ⁊ forte melius ꝙ ad vtrūqꝫ eque
principaliter ſpectat defenſio. allegat.l. principaliter. la.ij.C. de
libe.cā.⁊ in hac parte reſidet.⁊ tangit etiam ibi an ſnia lata con
tra vnū preiudicet alteri de quo aliquid.ꝫ.eo.c.penul.⁊ hec ſecun
da opinio placet.⁊ hic do.Anto.q2 non pōt negari quin etiam
ſubiecti interſit principaliter ſe defendere. q2 intereſt ſua ne do
minum mutet.facit quod notatur in ſimili per legiſtas in.l. an
cille.C.de furtis.⁊ ſic videtur ꝙ non poterit eum remouere quod
videtur procedere niſi forte eſſet ſuſpectus ſcdm Innocē.ſed an
8 hoc procedat tetigi ſuperius. ¶ † Per predicta etiaꝫ pōt decidi
ꝙ ſi duobus agentibus cōtra poſſeſſorem vnus obtineat cōtra
reum ante alium ꝙ tūc poterit in ſe aſſumere defenſionem nam
videtur ꝙ preferat̃ tunc reo principali.quaſi ad ipſum principa
liter ſpectet negotium vt videtur velle Inno.⁊ domi.Ant. Sed
certe hoc non videtur procedere ex quo iam lis erat conteſtata
contra reum.⁊ ideo tunc deueniendum erit ad practicam.l.is a
quo.ff.de rei vendi.poterit tamē aſſiſtere reo ſi nollet quia inter
eſt ſua.ex quo obtinuit.licet forte anteꝙ̃ obtinuiſſet non potuiſ
ſet aſſiſtere per id quod habetur in dicta.l.is a quo.⁊ in.l.penult.
9 ff.de peti.heredi.¶ † Et nota bene ꝙ Innocē.hic videtur velle
ꝙ quādo agitur contra ſubiectū ſuper iure ſubiectionis ſi agitur
ignorāte prelato.qui pretēdit illum ſubiectum: nō preiudicet pro
ceſſus vel ſnia ipſi prelato.ſi autem ſciuit.tunc preiudicet quo ad
poſſeſſionē.ſi non appellat a ſententia.ſed quo ad proprietatem
non.⁊ idē dicit Inno.ſed domi.Anto. in patrono ⁊ liberto. q2
fertur ſnia contra libertum nō preiudicabit patrono ſcienti quo
ad proprietatē iuris patronatus:ſaluo niſi interuenerit in iudi
cio.⁊ defendit cauſam.⁊ ſic intelligit.l.ſepe.ff.de re iud.⁊ dum li
tera ibi dicit interueniente debet ſuppleri ⁊ defendēte prout vo
luit ibi Rogerius lꝫ Ioan.contra.ſed ſecundum eum hic vide
tur approbari opinio Rogerij.ſed vt dicit hic domi.Anto.Le
giſte cōmuniter tenent opinio.Ioan.⁊ maxime gl.in dicta.l.ſe
pe.⁊ etiam Bar.ibi.⁊ ſic videtur ꝙ ſentētia preiudicare habeat
patrono ſciēti ⁊ tacēti.Sed domi.Anto.hic dicit ꝙ illud poteſt
procedere in liberto qui habet cauſas libertatis a patrono.⁊ ſic
videtur patronus conſenſiſſe ⁊ diſputare de iure libertatis ab eo
proceſſit.facit quod habetur.ꝫ.eodem.c.penulti.⁊ ideo ſcienti et
tacenti preiudicatur.ſed ſecus poteſt dici in ſubiecto ſecundum
eum qui non habet cauſam a prelato cui ſubeſt.quo caſu poteſt
habere locum dictum Innocen.de quo in dicto.c.penul. Tan
git etiam Innoc.ſi agatur contra colonum ſciente domino an
preiudicabit ipſi domino.⁊ videtur ꝙ nō reſpectu proprietatis
ſed reſpectu poſſeſſionis ſic niſi appellet per id quod hic dicitur
in ſimili.vbi autem ignoraſſet non preiudicat etiā in poſſeſſione
ſecundum eum.Quod videt̃ verum quādo in executione com
pareret.nam ſi fuit ignorās videtur quod poſſit illam impedire

Ayuntamiento de Madrid

dominus tamen Anto.hic videtur velle ꝙ non impedietur executio quo ad detentionem.ſed reſpectu poſſeſſionis non preiudicabitur ignoranti. Jnnocen.tamen hic videtur velle cōtrarium inquantum videt̃ velle ꝙ ſi fiat executio.tūc perdetur poſſeſſio. quia cum illa ſit ſuper detētione fundata quam habet ipſe reus videtur ꝙ perdatur quando detentio ab alio occupatur etiam ipſo ignorante.l.iij.§.ſi ſeruus.z.l.peregre.§.quibus.ff.de acquirenda poſſeſſio.ipſe tamen Jnnocen.in.c. quoniam frequenter. §.ꝙ ſi ſuper.vt lite non conteſta.videtur tenere contrarium eius quod hic dicit videlicet ꝙ per talem exceptionem nō ſit preiudicium domino ignoranti:quia non eſt de mente iudicantis preiudicare niſi detentori.ſecus eſt quando detentor aliū tradit vel expellitur.z ſic loquitur ſm eū dictus.§.quibus.z.§.ꝙ ſi ſeruus.et idem Bart.in.l.ij.C.vbi in rem actio.ſed forte quod hic dicit verius eſt:quia licet non ſit de mente ſententiantis preiudicare niſi detentori.tamen detentor tradendo aliū licet ad mandatū iudicis videtur velle transferre rem in illum.z ideo videtur ꝙ priuetur primus poſſeſſor poſſeſſione. Bart.tamen dubitauit de hoc z non decidit in dicto.§.quibus.z facit ad materiam quod dice-

10 tur in.c.penul.j.eo.¶ †Sed iuxta predicta eſt dubium an tertius comparens pro ſuo intereſſe publicatis atteſtationibus cū principali poterit producere alios teſtes non obſtante publicatione. Jnnoc.hic in glo. magna videtur tenere ꝙ non ſicut non poſſet ipſe reus ſi vult producere ſuper eiſdem articulis.facit.s̃. de teſtibus.fraternitatis. z eſt ratio ſm eum q2 ſi preiudicat tertie perſone ſententia contra reum lata, nedum in poſſeſſione ſed etiam in proprietate eadem ratione debet preiudicare proceſſus z alia acta.z per rōnem predictam dicit domi.Ant.poſſe colligi dictum Jnno.procedere quando ſententia facit preiudicium in proprietate.ſecus ſi preiudicaret ſolū quo ad qualēqualem preſumptionem.quia tunc ſicut non noceret ſententia quo ad plenum preiudiciū,ita nec acta.¶ Jtem dicit hoc verū qñ veriſimiliter potuit percunctari dicta teſtium alias ſecus. ¶ Jtem dicit hoc verū quando proſequitur eandem inſtantiā ſecus ſi nouam alleg.no.de teſtibus.c.cām que ſed aduerte quia iſte limitationes non videntur de iure precedere:q2 ex quo vult accedere ipſi liti videtur ꝙ habeat litē proſequi in eo ſtatu in quo venit per id qđ habetur in.c.ij.vt lite pendente in.vj.z in regula.acceſſorium.de regu.iur.eo.lib.z videtur ſaltem procedere quando ſciuiſſet proceſſum agitari.nam etiam ſi non preiudicaret niſi quo ad qualemqualem preſumptionem videtur imputandum tertio ſi non comparuit ante publicationem atteſtationum.z ideo ſi compareret poſtea non videtur ꝙ poſſit ſuper eiſdem articulis producere teſtes.ſed vbi ignoraſſet proceſſum agitari ſic ignorauit productionem teſtium etiam publicationem quam poſtea ſcit.tunc videtur ꝙ poſſet producere non obſtante publicatione. quia ſicut ſententia non ignoranti ita etiam acta facta illo ignorante non debent ſibi nocere per id qđ notatur in.c.cām que. de teſtib⁹.per Jnno.z hoc etiam tenuit Barto.in.l.ſi perluſorio.¶ Jtem inquantum dicit do.Ant.ꝙ ſi potuit veriſimiliter percunctari dicta teſtium non potuit producere videt̃ ꝙ ſatis ſit publicationē eſſe factā partibus conſentientibus.lʒ aliter veriſimiliter non potuerit percunctari per id qđ habetur in.c.conſtitutus.el.iij.s̃.de teſtibus.z qđ ibi dictum.¶ Jtem no.videt̃ differentiā inter nouam inſtantiam vel eandem.per ea que habētur in cle. teſtibus. de teſtibus ſaluo.niſi tertius inciperet nouā inſtantiam eo caſu quo acta priora ſibi non preiudicarent:q2 tunc non obſtaret publicatio facta in alia inſtātia cū alio.facit qđ habet̃ in.c. veniēs. de teſtibus.el.ij.Jtē adde ꝙ nedū tertius poteſt aſſiſtere reo ad iuuandū eū.ſed etiā actori per id quod habetur in.c.cū dilecta. q2 vero.j.de confirma.vti.vel inuti.z etiā tangit hic Jnn.vnde poteſt papa aſſiſtere eccleſie pretendenti ſe ſubiectā pape. vt dici-

11 tur in.d.c.cū dilecta.z hec ſufficiāt de ſecūdo principali. ¶ †Circa tertium conclude breuiter ꝙ ſi tertius vult appellare a prima ſententia.vel etiam a ſecunda que non tranſit in rem iudicatam poteſt:q2 ſicut poteſt reus appellare.ita etiā ipſe tertius pro ſuo intereſſe per id qđ hic habetur ſed dubiū eſt quid ſi vult appellare a tertia ſentētia lata in cā ſecūde appellationis a qua reus nō poſſet appellare cū non ſit licitum tertio prouocare.C.ne in vna eademq3 cauſa liceat tertio prouocare.l.j.z tunc conclude quod ſi ſciuit cām agi in cauſa principali z in prima z in ſecunda appellatione z tacuit non poterit appellare a tertia ſententia.ſicut nec ipſe reus.Si autem ignorat omnes proceſſus predictos.z ſuperuenit lata tertia ſententia.tunc videt̃ ꝙ poſſit appellari infra decem dies a tempore ſcientie ſi vult appellare per id qđ habet̃ in.l. ab eo.C.quomodo z quādo iudex. z poterit appellare:q2 ꝓpter ignorantiam non preiudicantur ſibi proceſſus preambuli.nec etiā ſententia illa preiudicaret ex quo eo ignorante fuit lata.j.eo. c.penul.z.l.ſepe.ff.eo.tñ poteſt ſi vult appellare vt dixi ne aliquo modo etiam qualequale fiat preiudicium ſibi. Si autē nō ignoraſſet ꝓceſſum cauſe principalis z prime cauſe appellationis tūc ſi tacuit non poterit poſtea appellare ab ipſa tertia ſentētia quia imputet ſibi quia non nouit cām cum potuit per id quod habet̃ in.d.l.ſepe.ſecus etiā ſi ſolū ſciuiſſet ante ſententiam poſt concluſionē in cauſa.vel etiā ignoraſſet aliū fuiſſe proceſſum ſecūde appellationis:q2 tunc bene poterit appellare: q2 non eſt tunc quid ſibi imputet̃.z ita videtur eſſe de mente Jnnocen.hic do.Anto. z Bar.in.d.l.ſi perluſorio.ſeu in.d.l.a ſententia. z hec ſufficiāt de

12 tertio.¶ †Circa quartum an victoria tertij habeat prodeſſe ipſi reo do. Ant.hic ſatis prolixe inſiſtit.potes concludere vt fuit de mente Bar.in.d.l.a ſententia.z in.d.l.ſi perluſorio.z.l.ſi quis ſeparatim.§.ſi.de appel.ꝙ aūt vterq3 appellauit a ſententia.z tūc q2 quilibet proſequitur ſuā appellationem non videt̃ ꝙ victoria tertij habeat prodeſſe ipſi reo principali per id quod habetur in hoc.c.z notat Bar.in.d.l.a ſententia.z in.d.l.ſi quis ſeparatim. §.fin.qđ intellige verum niſi quatenus preiudiciū rei principalis eſſet inſeparabile a preiudicio tertij:q2 tunc ratione indiuiduitatis prodeſſet ipſi reo.ar.l.ſi cōmunem.ff. quemadmo.ſerui.amit. z etiā voluit hic do.Ant.¶ Jnterdum aūt ſolus tertius appellauit.z tunc ſi reus principalis approbauit ſententiā expreſſe vel tacite non habebit etiā tunc prodeſſe per id quod habetur in.d. l.ſi quis ſeparatim.§.ſi.cum ibi notatis per glo.z Bart.z quod intellige niſi preiudiciū rei eſſet inſeparabile a preiudicio tertij vt s̃.proxime dixi.z dicetur tacite approbare ſi non appellat infra decem dies ignorans de appellatione tertij. Nam videtur tunc tacite acquieſcere ſententie.s̃.eo.quod ad conſultationem.z.l.ab eo.C.quomodo z quando iudex.Si autem ſciuiſſet appellatum eſſe per tertiū.tunc non appellando nō videt̃ ꝑ hoc tacite approbare ſententiā:q2 forte ideo non appellat q2 confidit de appellatione tertij.vnde hoc caſu ſi tertius obtineat erat eadem cauſa defenſionis proderit ipſi reo ꝑ ea que habentur in.d.l.ſi qs ſeparatim.§.ſi.quod dicit Bar.ibi procedere etiā ſi tertius ſolum proſecutus fuiſſet ſuum intereſſe.ex quo eſt eadem cā defenſionis et ſumus in cā appellationis.nec obſtat qđ habetur in.l.ſi per iuriurandum.§.[illegible].ff.de accepti.vbi not.ꝙ licet effectus acceptilationis [illegible] de reo ad fideiuſſorez ſi tñ agitur quod [illegible] ad fideiuſſorem non extenditur: q2 illud procedit in contractibus qui regulant̃ a cōſenſu.ſecus in ſententijs z hoc [illegible] tertius appellauit.Si autem comparuit pendente cā principali.tunc ſi venit ad aſſiſtendum liti vel ad adiuuandum: q2 tūc ſentētia fertur in perſonā rei principalis cum quo principiatum eſt iudicium.clarum eſt ꝙ [illegible] Si autem fuiſſet remotus a proſecutione litis : q2 [illegible] principaliter ſpectaſſet ad ipſum tertium.tunc ſententia [illegible] pro tertio habebit etiā prodeſſe ipſi reo ſaltem quatenus preiudiciū eius eſſet inſeparabile a preiudicio tertij.¶ Et aduerte quia inquantū dixi victoriam tertij in cā appellationis prodeſſe ipſi reo. videtur procedere quando negotium principaliter ſpectat ad ipſum tertium ſi autē ſolum fiebat ſibi qualequale preiudicium vt in caſu.l. a ſententia.ff.de appel.tunc videtur velle Jnnocen. ꝙ victoria tertij non proſit reo:ſed debeat tantū pronunciari in cā appellationis ſententiā latā contra reum non preiudicare ipſi tertio non autē caſſabitur ſententia lata contra reum.ſecus in caſu ꝑcedenti.ſed Bar.in.d.l.ſi quis ſeparatim.z.l.a ſententia.videtur velle quod etiā tunc caſſetur prima ſententia per id quod habetur in.d.l.ſi quis ſeparatim.§.ſi.nam ſi pronuntiatur pro ipſo ipſum bñ appellaſſe.z ſententiam nō habere ſibi preiudicare etiā tacite videt̃ pronuntiare ſententiam iniquā.z ſic reum abſoluendum. z ideo proderit ipſi reo q2 ſententia cenſetur quid indiuiduum.l.in hoc iudicio.ff.fami.hercīſ.z ideo intelligitur reuocata etiam reſpectu ipſius rei iſtud forte verius de iure.licet domi. Anto. hic videat̃ tranſire cum Jnnocen.potiſſime vbi tractat de practica libelli z ſententie qñ tertius comparet pro ſuo intereſſe z qualis debeat eſſe practica ſatis pōt colligi ex ſuperius dictis licet hic plenius proſequatur do.Anto. ¶ Jtem aduerte quia videtur velle hic do.Ant.ꝙ quando tertius cuius intereſt ratione qualiſqualis preiudicij comparet pendente cā principali.z aſſiſtit liti vel illam iuuat ꝙ tunc ſi fertur ſententia contra reum nocebit ſibi ex quo fuit in iudicio.nā videtur ꝙ ſententia etiā lata cum alio habeat nocere tertio qui fuit in iudicio vel fuit vocatus ſeu citatus vt etiā voluit Cy.in.l.j.C.de aduoca.diuerſorum iudiciorum.ſʒ forte iſtud dictum non eſt verum qñ ad aliud ageretur contra tertium.exemplum.ſi contra vnū ex heredibus debitoris fuit actū per creditorē pro dimidia debiti.z alter coheres cui ſentētia que ferretur contra heredē faceret qualequale preiudicium aſſiſteret liti.nam ſi feratur ſententia contra heredem.z poſtea pro alia dimidia agatur contra illū heredem qui interfuit in lite coheredis q2 non ad aliud agit̃.q2 ad illam dimidiā ꝙ nō habeat obſtare exceptio rei iudi.z qđ habetur in.l.cum querit̃.z.l.cum de hoc.ff. de excep.rei iudi.z quod notat̃.s̃.de excep.c.penul. ſecus quādo

ad idem

Ayuntamiento de Madrid

ad idē ageretur. ⁊ ſic intelligatur quod notat Cy. in. l. j. de aduo
ca. diuer. iudi. lꝫ domi. Anto. aliter velit vt. ṡ. dixi ⁊ hec de q̄rto.
15 ¶†Circa quintū ⁊ vltimum an ⁊ quādo tertius appellat a ſen
tētia lata contra reum dicatur appellatio iudicialis. dubitauit
hic Innocē. tamen finaliter concludit ꝙ dicatur appellatio iu-
dicialis ex eo quia ſuperior iudex appellationis condēnat ap-
pellantē ob iniuriam ſibi illatā per ſniam in iudicio. ⁊ ideo de-
bet appellare ⁊ proſequi ſicut fieri conſueuit in appellatione iu-
diciali. Barto. tamen in dicta. l. a ſnīa. dicit ꝙ certo reſpectu po
teſt dici extraiudicialis ex eo vꝫ ꝙ dꝫ inſeri cā in appellatione
ꝙ non eſt neceſſe in appellatione iudiciali a ſentētia in. c. j. de ap
pel. in. vj. ⁊ tñ hoc caſu videt̄ ꝙ debeat exprimi cā. ꝑ ea que habē
tur in. d. l. a ſentētia. ¶ Aduerte tñ q2 non videtur neceſſe ꝙ ex-
primatur cā iniquitatis ſnīe ꝑ id quod habetur in dic. c. j. cir
ca finē. ⁊ j. tit. j. c. vt debitus. ſed dꝫ exprimi cā quare intereſt ſua
appellare ꝑ id quod habetur in. d. l. a ſententia. ⁊ hec de quinto.
¶ Et ex p̄dictis habes effectum eorū que ſunt vtilia: lꝫ latius
domi. Anto. hic inſtat. qui ēt vltimo querit de dubio vꝫ qd ſi
abbas hic in ꝓpria pſona ſe defendebat ꝑ ſyndicum. ⁊ eadē die
⁊ hora pro vtroqꝫ epō lata eſt ſnīa cui habebit obedire. reſpōdit
ꝙ ei q melius ꝓbauit ꝑ id qḋ habetur. ṡ. de proba. licet. vel erit
locus gratificationi de iurepatro. cum autē. vel poteſt dici ꝙ al-
ter alterū impediat ex concurſu. argu. l. quoties. ff. de vſufru. vt
ſic neutri obedire teneatur donec inter ſe agant. ⁊ apparet quis
eorū melius ius habeat ꝑ ea que habentur in. d. l. quoties. Inn.
tñ hic vr̄ velle ꝙ poterit vni obedire recepta cautione ꝙ defen-
detur aduerſus aliū. ſed certe ex quo iudiciū eſt finitum ꝑ ſentē-
tiam que tranſiuit in rem iudicatā non vr̄ ꝙ tunc recurrendū
ſit ad cautionem. vt voluit gl. ij. Ideo vr̄ ꝙ primo venienti de-
beat obedire ex quo hꝫ ſententiam pro ſe. ⁊ ſi alter poſtea veniet
oportebit ꝙ doceat de iure ſuo. cui obedit abbas. Si autē ſimul
concurrerent tunc impedirent ſe per concurſum ꝑ dictā. l. quo-
ties. vel locus erit gratificationi.

1 ☞ Iuſpatronatus tranſit cuꝫ vniuerſitate loci in quo ſita eſt ecclesia.
2 Preſentatione ſola laici patroni queritur pſītato ius agendi.
3 Delegare poteſt legatus cauſas ſue legationis.
4 Delegatus poteſt remittere atteſtationes per partes ad delegantem.
5 Iudex ad quem fit remiſſio proceſſus poteſt preſentato ꝓceſſu vnius partis tantum procedere in cōtumaciam alterius ad ferendam ſententiam ſuper proceſſu preſentato tantum.
6 Sententia lata in abſentē iuſta dcā ex ꝓceſſu non plene inſtructo reſpectu abſentis debet retractari.
7 Sententie nullitate detecta ipſa pronūtianda eſt nulla ⁊ ex antiquo proceſſu de nouo eſt iudicandum.
8 Delegatus inferior a principe poteſt ſubdelegare receptionē.
9 A ſubdelegato non in totum an poſſit ad papam appellari. et numero. 14.
10 Sententia ex quibus cauſis abſqꝫ appellatione retractetur.
11 Quaſi poſſeſſio iuris patronatus non probatur ꝑ receptionē alicuius particularis iuris conſueti patrono preſtari.
12 Preſentatio ſecunda an valeat prima non caſſata.
13 Preſentatus licet ꝑ etat ſe inſtitui ſatis tñ videtur inſtitutus ſi beneficium ſibi adiudicatur.
14 Archieps remenſis an ſit legatus natus.
15 Preſentatus dꝫ petere vt inſtituatur ſi tñ petit ꝙ ſua preſentatio confirmetur ſuſtinebitur libellus.
16 Citatio vnica ad ſententiam audiendam nō ſufficit niſi ſit peremptoria.
17 Delegatus inferioris a principe an poſſit alij ſubdelegare vices ſuas.
18 Iudex an poſſit ſcribere acta que coram ſe geruntur.
19 Delegatus inferioris a principe an poſſit ſubdelegare merum ⁊ nudum articulum. ⁊ nu. 8. ⁊. 17.
20 Sententia ſi ſit lata per falſas probationes an poſſit dici nulla an veniat reſcindenda beneficio reſtitutionis.
21 Sententia an reddatur ipſo iure nulla ſi interuenerit corruptela procuratoris vel aduocati.
22 Snīa an retractari debeat pretextu inſtrumēti nouiter reperti.
23 Penſionis perceptio non probat poſſeſſionem neqꝫ dominiū.
24 Creditor cui pignorat̄ fundus vtit̄ ſeruitute debita ipſi fundo.
25 Petitio qua petit quis electionem vel preſentationem ſuā confirmari ⁊ electionem vel preſentationem aduerſarij caſſari an admitti debeat.

a Cum bertold⁹. Probata legitima cā° abſentie reuoca
tur ſnīa contra abſentē lata maxime vbi apparet iu-
dicē fuiſſe circūuentū. h. d. In prima proceſſus nar-
ratio. In ſcda ibi lꝫ aūt. ponit̄ ptis reſtitutio. auditoris datio

ipſius relatio ⁊ pape diffinitio ſuū motiuū continēs. pria ſubdi
uidit̄ in tres. nā primo ponit̄ creditū: vacatio eccleſie: pſentatio
creditoris: inſtitutio ⁊ inueſtitura pſentati. ſcda ibi p̄dictus po
nitur pñtatio debitoris. repulſio pſentati: mota ꝑ ipſuꝫ q̄ſtio. ⁊
contra ipſum diffinitio. tertia ibi: poſtmodū ponit̄ cōtra ſnīaꝫ
pterea reſtitutio ipſius delegato delegator ſubdelegatio ⁊ vi-
1 ctoris appellatio. ¶†No. j. ꝙ iuſpatronatus tranſit cū vniuer-
ſitate loci in quo ſita eſt eccleſia qḋ vr̄ verum qñ locus alienat̄. j.
de iurepa. ex literis. ſecus qñ pignorat̄ vel pignori obligat̄ ⁊ ꝓ-
batur in hoc. c. ⁊ tangitur in gl. ¶ No. ꝙ ad officiū archi. tanq̄
vicarij epī de iure cōi. facit. ṡ. de e. . . . j. ⁊. c. ad hec ſpectat
admiſſio ⁊ inſtitutio pſentati non tñ vi poſſe inſtituere abſqꝫ
ꝯſenſu epī. facit quod hr̄. ṡ. de off. archid. cū ſatis. ⁊ de offi. vic. c.
ij. lib. vj. poteſt tñ tradere poſſeſſionē q2 hoc vr̄ ſpectare ad eius
offic. ṡ. de offi. archi. vt noſtrum. ¶ No. qualiter prouideatur
eccleſie patronate: q2 dꝫ fieri pſentatio ⁊ poſtea īſtitutio pſenta
ti. facit qḋ hr̄ in. c. j. de inſtitu. in. vj. ⁊ de preben. cū in illis. co. lib.
¶ No. ꝙ ꝑ pactū inſtitutionis inquantū ordinat̄ ad trāſferendū
ius tituli in beneficio non trāſferetur: facit qḋ hr̄ in. c. autorita
te. j. de inſti. ⁊ ꝑ Dy. de reg. iur. c. j. lib. vj. ⁊ facit qḋ notat Cōpo.
2 de elec. trāſmiſſam. ¶†No. in ver. p̄dictus ꝙ ꝑ ſolā pſentationē
patroni laici etiā pſentato repulſo ab epō iniuſte q̄rit̄ ius agen
di ipſi pſentato ꝑ quod proſequi poteſt ius ſuū contra alterum
iniuſte pſentatū ⁊ admiſſum ꝑ epm. ⁊ ſic nota ꝙ nō eſt in pote-
ſtate epī tollere ius patronatus nec repreſentati lꝫ repellat pſen
3 tatum. ¶†No. legatum poſſe delegare cauſas ſue legatiōis. fa-
cit qḋ hr̄ in. l. legatus. ff. de offi. procon. ⁊ lega. quod videt̄ proce
dere etiā ſi ſit legatus natus vt eſt archieps remenſis ⁊ quidam
alij de qua in. c. j. de offi. leg. ⁊ de multiplici ſpē legatorū apoſto-
4 lice ſedis tangitur in. c. fi. ṡ. de offi. lega. ⁊ eo. ti. c. j. in. vj. ¶†No-
ta delegatū poſſe remittere atteſtationes ꝑ ptes ad delegantē.
5 ¶†No. ꝙ iudex ad quem fit remiſſio proceſſus pſentato proceſ
ſu vnius ptis tantum pōt procedere in contumaciā alterius ad
ſententiā ferendā ſup proceſſu tantum preſentato non debet tñ
multum feſtinare ſi perpendit negotium non eſſe totū trāſmiſ-
ſum. facit qḋ habetur in. l. ſi finita. §. ſi forte. ff. de dā. infec. ⁊ facit
6 qḋ habetur. ṡ. de elec. c. cum nobis olim. ⁊. c. dudum. ¶†Not. in
ver. poſtmodum ꝙ ſnīa lata in abſentē iuſta cā ex non plene in-
ſtructo proceſſu reſpectu abſentis retractari dꝫ. ¶ Et not. ꝙ vi-
detur retractāda ex capite nullitatis quod an ꝓcedit tangit hic
in glo. in verbo decidens. nā hoc procedit ſecundū vnum intel-
lectum ſecundū alium dꝫ retractari ꝑ viā reſtitutionis in inte-
grum de quo tangetur cum glo. p̄dictis. ¶ No. ꝙ relatio dꝫ eſſe
plena ⁊ fidelis facit quod hr̄. ṡ. de ele. c. dudū. ⁊ in. l. j. ⁊. ij. C. de re
7 la. ⁊. j. de appell. intimaſti. ¶†Not. ꝙ detecta nullitate ſententie
ipſa pronuntiāda eſt nulla ⁊ ex antiquo proceſſu de nouo eſt iu
dicandū ex quo vitiū non concernit acta de quo per Io. an. ṡ. e. a
c. j. ⁊ ꝑ Bart. in. c. conquerebatur. ff. de re iudi. ⁊ in. l. vt ꝓponis.
C. quomodo ⁊ quādo iudex. ⁊ facit qḋ notat Io. and. j. de accu.
8 c. qualiter. el. j. ſuper glo. ¶†No. delegatum inferioris a princi-
pe poſſe ſubdelegare receptionem quod videt̄ procedere quan-
do ſubdelegatur merus ⁊ nudus articulus receptionis: facit qḋ
habetur. ṡ. de offi. deleg. ſuper queſtionum. §. j. ⁊. c. ex literis. ⁊. c.
fi. ſecus ſi miſtus articulus ſubdelegaretur. j. ti. j. c. cum cā. ⁊ no.
glo. in cle. j. de offi. deleg. de quo etiā tangit Spec. in ti. j. §. j. verſi.
ſed nunquid delegatus. ⁊ ꝑ dños de rota ſua cōcluſione. ccccix.
9 ¶†Not. ꝙ a ſubdelegato non in totū vr̄ poſſe appellari ad pa-
pam quod videtur contra ea que habent̄ in dicto. c. queſtionū.
§. porro. ſed Innocē. hic dicit ꝙ nō fuit oppoſita exceptio alias
fuiſſet ſecus vt ibi. ¶ Itē no. ex minus ſufficienti probatiōe ali-
qñ promulgatur ſnīa ⁊ procedit ſecundū aliquos in cā benefi-
ciali ipſius fauore ſicut alias in cā matrimoniali. ṡ. de reſti. in
10 integ. ex literis. de quo tangetur cum gloſ. ¶†Not. hic tres cau-
ſas ex quibus ſententia abſque appellatione retractatur. prima
eſt qñ lata eſt in abſentem legitima cā licet citatū ⁊ lata eſt iniu-
ſte. de quo etiam in. c. querelā. ṡ. de procur. ⁊ in. l. fin. ff. de reſti. in
integ. ¶ Secunda eſt qñ per relationē ſnīe ad acta apparet ma-
nifeſtus error ſententiātis. vbi ſententiauit ſe referendo ad acta
puta dicendo probatū vbi non erat probatuꝫ de quo etiā aliqd
in. l. j. C. de errore calculi. ꝑ legiſtas ⁊ aliquid ꝑ Innocē. ṡ. de pro-
bationibus. quoniā contra. vbi videtur velle contrariū de quo
j. tangetur. facit etiā quod dictum fuit. ṡ. eo. c. cām. que. ¶ Ter-
tia eſt quādo lata eſt ex dolo preſentis contra abſentē non plene
inſtructo proceſſu. facit quod habetur. ṡ. de electione. c. dudum.
el. j. ⁊. l. ſi pretor. §. marcellus. ff. de iudi. ⁊ qḋ notat Barto. in. l. ſi
11 is ad quem. ff. de acqui. heredi. ¶†No. ꝙ ꝑ receptionē alicuius
particularis iuris conſueti patrono preſtari nō probatur quaſi
poſſeſſio iuriſpatronatus quo ad alia iura de quo etiam tangit
12 glo. hic. ¶†No. ꝙ valet ſecunda preſentatio facta prima nō caſ
ſata quod videtur contra ea que habent̄ in. c. conſiderauimus.

a ¶ Probata legitima cā ex vno ore fit ſummatio huius. c. ꝑ do. Abb. ⁊ do. Io. de imo.

Ayuntamiento de Madrid

§.de elec. ſed dic ꝙ hic facta fuit prima a non habente ius pſen
tandi.ſecunda ab habente ius preſentandi.ideo valuit ſecunda
non obſtante prima que erat nulla ⁊ velut facta per non haben
tem poteſtatem ſi aũt facta eſſet prima ⁊ ſecũda ab habente po
teſtatem preſentãdi. tunc ſi prima eſſet nulla ⁊ hoc cõſtaret ad
huc valeret ſecunda.p id qđ habetur.ĩ.de reg.iur.non pſtat lib.
vj.⁊ in dicto.c.conſiderauimus.per Innoc.⁊ Jo.an.⁊ eo.tit.c.
auditis.vbi etiam de materia.ſecus ſi prima eſſet aliqua lꝫ veni
ret caſſanda vel eſſet dubiũ an eſſet aliqua vel non qꝛ tunc non
valeret ſecunda prima nõ caſſata p.ea que habentur in dicto.c.
13 conſiderauimus.⁊.c auditis. ¶ †Nota ꝙ licet preſentatus pe
tat ſe inſtitui.ſatis videtur inſtitutus ſi benefic ũ ſibi adiudicatur
⁊ eadem ratione ſi admittatur vel confirmaẽ preſentatio:qꝛ nõ
eſt fienda vis in verbis dũmodo habeamus effectũ.ĩ. de verbo.
ſignifica.in his.⁊ precipue hoc procedet in papa cuius factũ nõ
eget adminiculis.C.de teſtamẽ.l.omnium.⁊ facit qđ notatur in
c.j.de libel.obla.⁊ quod habetur in.l.j.⁊ fin.C.de ſen.paſ.Et per
predicta etiam videtur ꝙ ſi aliquis petat beneficiũ tanꝙ ſuum
⁊ illud ſibi adiudicari ꝙ etiam talis libellus ſuſtineatur qſi vi
deatur petijſſe ius ſibi in beneficio competere.melius tamẽ eẽt
petere declarari beneficiũ ad ipſum ſpectare ꝙ petere adiudica
ri:quia ex ſnĩa que fertur ſuper iure realius non conſtituiẽ ſed
declaraẽ.l.ex diuerſo.ff.de rei vendi.⁊.l.ſicut.§.ſed ſi queraẽ.ff.ſi
ſeruitus vendi.de quo etiã in Spec.de actio.⁊ peti.§.ſuper peti
tionibus.ver.ceterũ.⁊ per Joã.and.poſt Compo.ŝ.de reſcript.
14 mandatũ poſt glo.in vltima colũ. ¶ †Ultimo aduerte inquan
tum dixi ꝙ iſte archiepiſcopus remenſis erat legatus natus.nã
hoc forte etiã voluit ſentire Archidia.de offi.lega.c.j.in.vj.in
quantũ allegat cũ.c.j.de appella.c.dilecto.de pben.vbi fit men
tio de iſto archiepiſcopo Remenſi.⁊ in.c.j.de appellatio.fit mẽ
tio de eboracẽ.⁊ in.c.j.de offi.delega.ŝ.de cantuarienſi.ſed Jo.
and.hic videtur innuere contrariũ circa ſolutionem.c.ſup que
ſtionum.§.porro.de offi.dele. vbi dicitur ꝙ a ſubdelegato non
in totũ delegati pape appellatur ad papam,ſed ad delegantem
cuius contrariũ hic videtur dici.nam dicit Joan.and.ꝙ hic fi
nita erat legatio delegãtis ⁊ delegati ab eo forte ſubdelegaue
rant in totũ.Ideo debuit appellari ad papã. Inquantũ enim
dicit ꝙ finita erat legatio innuit ꝙ non erat legatus natus ſed
alias miſſus per papã.⁊ pro iſta parte etiam facit text.in dicto
c.dilecto.inquantũ dicit cum in manibus remẽſis archiepiſco
pi tunc apoſtolice ſedis legati.⁊ ſic innuit ꝙ ex accidẽti erat nõ
ex priuilegio dignitatis.⁊ iſtã partem vt dixi videtur amplecti
Joan.and.poteſt etiã dici ad contrarium ꝙ hic papa appella
tionẽ recepit ex certa ſcientia ⁊ de plenitudine poteſtatis.ſed cõ
trariũ pcedit de iure regulari vel tertio poteſt dici vt ſuperius
tetigi ꝙ appellatio ex tunc deuoluitur ad papã niſi per partem
appellatã petatur ad inferiores remitti.⁊ hic non fuit petitum.
¶ Alij etiam dicunt in dicto.§.porro.loqui de ſubdelegato pa
pe cum clauſula appella.remo.hec tñ opinio cõmuniter non te
netur.vt patet ex ibi notatis.Ideo tene alterã de precedẽtibus.
¶ In glo.ſecunda in fine.Aduerte tamen ꝙ videẽ ꝙ de iure cõ
muni ſi epiſcopus elegerit ſibi vicariũ etiã in generali manda
to veniat poteſtas inſtituendi preſentatum.ĩ.de inſtitu.c.j. cum
ibi notatis per glo.⁊ Jo.and.licet non poſſit conferre ſpectãtia
ad collationem ſine ſpeciali mandato.vt in.c.vlt.de offi.vica.li.
15 vj.⁊ ibi de hoc per glo. ¶ †In glo.[a] aduerſus ibi vt ſua preſen
a tatio confirmeẽ nota glo.pro eo quod dixi in notabilibus.vide
licet ꝙ licet pſentatus proprie loquendo habeat petere vt inſti
tuatur.facit.ĩ.de inſtitu.c.j.⁊.ij.⁊.iij.⁊ eo.titu.c.j.⁊.ij.in.vj.tamẽ
etiã ſi petit ꝙ confirmetur ſua preſentatio ſuſtinetur libellus.⁊
pro hoc faciat qꝛ ſuſtinere debemus libellum etiã improprian
do verba ſi expedit vt legitur ⁊ notatur in.l.ſolemus.⁊.l.ſi quis
intentione.ff.de iudi.⁊ notatur etiã ex glo.ꝙ licet pſentatus ex
preſentatione non cõſequatur plenum ius in beneficio:qꝛ ante
ꝙ ſit inſtitutus non poteſt dici beneficiũ eſſe ſuum ſed ſibi debi
tum.facit qđ habetur de pben.ſi tibi abſenti.lib.vj.⁊ eo. tit. ⁊ li.
c.penulti.⁊ quod notaẽ.ŝ.de renun.veniens. tamen ſaltẽ queri
tur ius vt beneficiũ dicatur ſibi debitũ ⁊ vt poſſit preſentationẽ
ſuã confirmari vel ſe inſtitui ⁊ preſentari ⁊ aliã de facto attenta
tam caſſari.⁊ hoc eſt clarũ in preſentato a clerico patrono:qꝛ il
le non habet poteſtatem variandi.vt.ĩ.de iurepatron.cũ autem
ſed ſi preſentatus eſt a laico patrono tunc videẽ magis dubium
qꝛ ille videtur habere facultatem mutandi p ea que habẽtur in
dicto.c.cum aũt.⁊ eod.titu.paſtoralis.ſed certe cõmuniter teneẽ
ꝙ non hꝫ poteſtatẽ mutandi ſed bene accumulãdi.⁊ ſic videtur
remanere dictum glo.⁊ ſi pur velles dicere ꝙ hꝫ facultatẽ mutã
di illud debet intelligi interueniente conſenſu ſuperioris cui eſt
facta preſentatio.qꝛ poſt preſentationẽ ſuperiori factã non eſt li
citum mutare voluntatẽ ſine ſuperioris licentia facit qđ habe
tur.ŝ.de elec.bone.el.ij.Sed vt dixi cõmuniter tenetur ꝙ poteſt

a ¶ In glo. ad
uerſus memo
ratũ. ſup hac
gl.ſi queris an
pñtato queraẽ
aliqđ bñficiuꝫ
⁊ qđ vide H.d.
hẽr. hoyc.⁊.d.
Cel.ĩ prin.vbi
late per eos.

accumulare non mutare ⁊ ex accumulatione non tollitur pſen
tato ius agendi vt inſtituatur ſaluo niſi ſecundo pſentatus eẽt
etiã idoneus ⁊ inſtitueretur p ordinarium. cui facta eſt pſenta
tio de vtroꝗ:qꝛ tunc ſuperior admittendo ſecundum pſentatũ
cenſetur conſentire variationi.ideo primus pſentatus non ha
bet vlterius ius agendi vt inſtituatur ſed bene poterit agere cõ
tra ordinarium qui ipſum repulit ſi ipſe erat idoneus ſecundũ
formã,c.paſtoralis.allegati in glo.⁊ hoc quãdo plures ſucceſſi
ue ab eodẽ patrono pſentantur.Si aũt plures pſentantur a di
uerſis quorũ alter eſt patronus alter non.tunc portior erit pſen
tatus a vero patrono remoueri debebit inſtitutus ad petitio
nem alterius.vt probatur in hoc.c.circa finẽ.quod intellige vbi
quis iuuaretur ex quaſi pſentatione patroni ſecundũ ea que ha
bentur.ĩ.de iurepatro.⁊.c.conſultationibus.Si aũt fiat preſen
tatio tantum ab vno patrono ⁊ de vno tantũ ⁊ epiſcopus aliuꝫ
nõ preſentatũ admittit caſſabiẽ inſtitutus ab epiſcopo.vt.xvj.
q.vij.decernimus.non obſtat.c.paſtoralis. de iurepatro. qꝛ ibi
admiſſus fuerit pſentatus a vero patrono lꝫ poſt primam pſen
tationẽ ab alio factã.Itẽ non obſtat.ŝ.de offi.deleg.dilectus.qꝛ
reſponſio pꝫ ex ibi notatis p gloſ. ¶ Quando vero nulla eſt fa
cta pſentatio p patronũ ⁊ epiſcopus ſuo motu inſtituit aliqueꝫ
in beneficio patronato vel illud ſibi confert ⁊ tunc regulariter
non valet quod facit epiſcopus fallit quãdo propter delictũ pa
troni vel propter eius negligentiã quia non pſentauit infra tẽ
pus ſtatutũ a iure deuoluta eſſet ad epiſcopũ. ŝ. de ſupplen. ne
gli.platorũ.c.ij.⁊.ĩ.de iurepa.c.j.⁊.ij.⁊.c.eam te.⁊.c. cum propter.
⁊ facit etiã quod habetur in.c.j.de iurepatro.in.vj. ¶ In.gl.re
16 miſiſſent ibi terminum pemptoriũ.Nota bñ ꝙ †non bñ ſufficit
vnica citatio ad ſnĩam audiendam niſi ſit pemptoria ⁊ hoc ve
rum regulariter.fallit in ſummarijs in quibus ſufficit vnica ẽt
non pemptoria.vt notatur p gl.in clemẽ. ſepe.circa finẽ.de ver
bo.ſignifi.ſufficeret tamẽ trina citatio etiam ſi non adijciaẽ ver
bum pemptoria.l.tres denuntiationes.C.quomodo ⁊ quando
iudex.⁊ facit quod no.xxiiij.q.iij.de illicita.⁊ p Innocẽ.ĩ. de ac
cu.c.ad petitionẽ. ¶ In glo. tẽpus ibi purgari in iudicijs.⁊ ſic
videretur ꝙ debuiſſet audiri de iure etiã non probata cã abſen
tie. ſꝫ certe vt ſequitur in gl.purgatio more admittitur circa p
paratoria iudiciorũ infra breue tps ante litis conteſtatio.ſi ius
actoris nõ ſit factum deterius.ſed vbi mora eſt cõmiſſa in deci
ſorijs non videtur ꝙ admittatur purgatio.vt.l.celſus.ff.de ar
bitris.⁊.l.ſi cum dies.eo.titu.⁊ p Barto.plene in.l.ſi inſulam.ff.
de verbo.oblig.⁊ ideo papa noluit audire niſi probaret iuſtam
cam abſentie ibi non fuiſſet auditus ſupple qꝛ in dubio dꝫ ſta
re ſnĩe ſi non appellatur.ŝ.eod.cum inter vos. ¶ In eadẽ gloſ.
ibi argumentum contra ad id quod dictum eſt p glo.que videẽ
velle ꝙ vt audiatur debeat allegari ⁊ probari iuſta cã abſentie
ſed contra text:non facit imo potius cõcordat qꝛ hic diciẽ fuit
auditus propter minus ſufficientẽ probationẽ lꝫ non plene p
bauerit ⁊ poteſt dici hic eſſe ſpãle in cã beneficiali ⁊ ſic in matri
monio ſpirituali ſicut etiam eſt ſpeciale in matrimonio carnali
vt pꝫ in dicto.c.ex literis alleg.in glo.⁊ hoc ne opinio piudicet
veritati in pdictis alias regulariter dꝫ probari plene cã abſen
tie cum paria ſint non apparere vel minus ſufficienter appare
re argumẽto.l.quoties.ff.qui ſatiſda.cogan.⁊.c.ij.ŝ. de tranſla.
pla.vbi dicas papã ex plenitudine poteſtatis voluiſſe iſtum ad
mittere:ſed pcedẽs intellectus notabilior eſt. ¶ In glo.decerne
rent ibi ⁊ impropriẽ ponitur ⁊c.vnde dꝫ intelligi nullius valo
ris ſcilicet quantũ ad effectũ facit quod habetur in.c.ij.ŝ.de iu
reiurã.⁊ nota ex glo.vnum intellectum ex decreta.vcꝫ ꝙ ſenten
tia hic erat aliqua ſed fuit retractata p reſtitu.in integ.propter
iuſtam cãm abſentie allegatam ⁊ probatam lꝫ minus ſufficien
ter probatio minus ſufficeret ĩ caſu iſto fuit forte admiſſa fauo
re cauſe beneficialis.ſicut alibi fuit admiſſa fauore matrimonij
vt tetigi ſup gloſ.pcedenti.vel quia ſic pape placuit in caſu iſto
qui eſt legibus ſolutus.ĩ.de ſentẽ.excommuni.nulli cum ibi no
tatis.⁊.C.de legibus.digna vox.cum ibi notatis.Alios intelle
ctus tangam.ĩ.cum glo.in verbo ſufficiẽter. ¶ In glo.cõmittẽ
tibus ibi videantur facti quaſi domini litis hoc non eſt verum
in iudice:quia p litis conteſtatio.nõ efficitur dominus litis qđ
pꝫ:quia reuocari poteſt quandocunꝗ p ſuperiorẽ etiã ſine ali
qua cauſa.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudicijs.ſecus in procurato
re:quia ille bene efficitur dominus litis p quaſi contractuꝫ qui
ſit in cõteſtatione.l.iij.§.idẽ ſcribit.⁊ facit quod notatur in.l.ij.
§.ſi.ff.de pre.ſtipula.⁊ quod habetur in.c.j. de procuratoribus.
in.vj.Ideo non poteſt poſt litis conteſta.ſine cauſa remoueri.l.
poſt litẽ.ff.de procuratoribus. ¶ In eadem gloſ. ibi vel dic hec
non videtur bona:quia ex quo videtur ſubeſſe defectus poteſta
tis videtur ipſo iure nullum:quia agitur etiam ſi non appona
tur tanꝙ factum a iudice incompetenti.l.fin.C.ſi a non compe
17 tenti iudice.⁊.ŝ.de officio vicarij.ſuam. ¶ †In eadem gloſ. ibi
non valet

Ayuntamiento de Madrid

nõ valet hodie quaſi velit ꝙ hec decreta.hodie ſit correcta: et eſt tertia ſolutio ꝛ nõ bona ꝛ iuriũ correctio eſt euitanda. de elec.cũ expediat.li.vj.ꝛ.l.precipimus.C.de appella.ideo dic ſm doct.qd delegatus inferioris a principe miſtũ articulũ delegare non poteſt per iura in cõtrarium allega.nudum ꝛ merũ articulum bene poteſt ſubdelegare:ꝛ ita intelligatur hic. vnde potes intelligere qd hic cõmiſerunt vices ſuas quo ad receptionẽ ſeu examinationem teſtiũ precedente tñ diſcuſſione ſuper interrogatoriis ꝛ ſuper exceptionibus oppoſitis cõtra teſtes ꝛ taxato numero teſtiũ Ita qd reſtabat nuda examinatio ꝛ receptio teſtiũ.Ideo potuit cõmitti.ſecus ſi voluiſſet cõmittere examinationẽ ꝛ receptionem teſtiũ cũ poteſtate examinãdi interrogatoria ꝛ exceptiones que opponeretur cõtra teſtes q2:tũc fuiſſet miſtus articulus.ideo nõ potuiſſet committi.vt voluit etiam glo.in clemẽ.j.de offi.delega. de quo etiã plene in Specu.titu.j.§.j.verſi.ſed nunquid delegatus.poteſt tamen ille cui cõmiſſa eſt nuda receptio teſtiũ eligere notariũ qui habeat ſcribere .vt etiam voluit hic Io.and. ſed ille electus non poſſet cõmittere alteri vices ſuas ſine conſenſu partium cũ videatur electa eius induſtria.facit quod habetur in.c.fina.ſ.de offi.deleg.ꝛ.l.inter artifices .ff.de ſol.An autẽ ordinarius poſſit committere receptionem teſtium. dic qd ſic in ciuili negotio.ſecus in criminali.C.de fide inſtru.aut.apud eloquentiſſimum.ꝛ nota.per glo.in.d.cle.j.ꝛ aduerte quia Inno.hic dicit ꝙ aliud eſt recipere teſtes:aliud ſcribere atteſtationes. vnde receptor teſtium non poteſt alteri cõmittere vices ſuas:quia videtur electa induſtria ſicut dicitur in electo ad ſcribẽdum:quia videtur ſolũ opera illius electa:ideo poterit alteri cõmittere vices ſuas. ſed certe vt dicit Hoſti.etiã tabellio qui habet ſcribere multa poteſt vt docet experientia ꝛ ſepe quis conſideret de electo ꝛ nõ de ſubſtituto non debet poſſe alteri cõmittere vices ſuas ſine cõſenſu partium.vt ſuperius tetigi.dixit etiam hic Innoc.qd poterit tabellio deputatus ad ſcribẽdum atteſtatiões examinare teſtes de mandato receptoris.ſed Io.and.hic dicit ꝙ de iure nõ videtur id verum quia examinare teſtes ſpectat ad ipſum receptorem: non autem ad ipſum tabellionem qui habet ſcribere atteſtationes:ꝛ dicit ꝙ de cõſuetudine ſeruatur oppoſitum:quia interdũ cõmittitur tabellioni qui habet ſcribere atteſtationes:vt etiam teſtes recipiat:conſuetudo autem poteſt [illegible] hoc quibus.ff.de legibus.ꝛ.ſ.de conſuetu.c.fi.forte tamen [illegible] hoc pcedat quãdo iudex committit:ſed illa cui cõ[illegible]ptio cum videatur eius electa induſtria non videtur [illegible] cõmittere examinationẽ.argu.c.fina.ſ.de offi.deleg [illegible]tifices.ff.de ſolutio.qd poteſt intelligi niſi [illegible] expreſſe in hoc caſu aliud haberet cum illa [illegible]

18 nem non habenti.ſ.de foro compe.cum con[illegible] aliquo caſu poſſit iudex ſcribere acta que cora[illegible] quod non per ea que habentur in.c.quoniam contra [illegible].ſ.de pbatio.ꝛ per id quod no.Inno.ſ.de teſtibus.cum nobis.ꝛ hoc etiam videtur tenere Guil.de cunio in.l.liberus [illegible].C.de ſacroſan.eccle.ꝛ ibi etiam per Bar.limitat tamen hoc [illegible] niſi ſimus in his que agũtur per modum voluntarie iuriſdictionis vnde in tuſcia ſeruatur qd notarius qui etiam appellatur iudex ordinarius:facit preceptum partibus guarẽtigie videlꝫ vt obſeruent contenta in inſtrumento.qd etiam ipſe notarius ſcribit.facit quod habetur in.l.ſi conſul.ff.de adoptio.ꝛ in.c.ex literis.ſ. de pbatio.¶ Item fallit ſecũdo in cauſis breuioribus in quibus etiam ſine ſcriptura poſſet procedi iuxta aut.niſi breuiſſimas.C. de ſen.ꝛ ideo practicatur quotidie qd vicarij comitatus quando ſunt tabelliones quia habent cognitionem in modicis ſummis

19 etiam ſcribunt acta coram ſe.¶ † Item aduerte inquãtum dixi delegatum inferioris a principe poſſe ſubdelegare merum ꝛ nudum articulum licet nõ miſtum.nam hec eſt cõmunis opi.canoniſtarũ.vt patet ex his que hic notã.per Io.and.in.c.ſuper queſtionũ.§.j.de offi.delega.ꝛ in cle.j.de offi.delega. Petrus tamen ꝛ Cy. tenuerũt cõtrarium videlꝫ qd nullo modo poſſit ſubdelegare delegatus ab inferiore a principe etiam ſi velit ſubdelegare vnum articulum per.l.a iudice.C.de iudic.que videtur indiſtincte loqui.ſed certe illa lex poteſt limitari ſcdm opi.canoniſtarũ p ea que habẽtur in text.iſto ſm vnum intellectũ.ꝛ hoc etiam ſequitur Barto.in aut.ibi poſita.ſed in.l.more.ff.de iuriſdi.om. iudi.dicit ſimpliciter ꝙ ſicut delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt vnam ſubdelegare licet non poſſit omnes .l.j.§.j.ff. quis ꝛ a quo appelletur .Ita poterit delegatus ad vnã cauſam vnum articulũ ſubdelegare licet nõ totam cauſam:ꝛ hoc modo nõ poſſet intelligi:hic tamẽ canoniſte cõiter limitãt iſtud qñ cõmittitur articulus cõſiſtens in mero ꝛ nudo facto ꝛ ſic intelligũt iſtum tex.ſecus ſi eſſet articulus miſtus per ea que habẽtur in .d. l.a iudice.ꝛ hec opi.tanq̃ cõmunis ſeruaretur in practica per id qd habetur per Io and.in.c.j.ꝛ in.c.ne innitaris.de conſtitu. ꝛ per Barto.in.l.fi.C.de pena iudicis.ſatis tamẽ de iure forte poſſet pbabiliter defenſari opinio Bar.in.d.l.more.¶ Item adde etiã ꝙ delegatus ab inferiori a principe videtur poſſe ſubdelegare qñ expreſſe fuit data ſibi poteſtas ſubdelegandi.ꝛ hoc tenuit glo.in.c.ſ.cui.de offi.deleg.in.vj.licet aliqui contra.vt ibi refert Io.an.in nouel.¶ In glo.ſufficiẽter ibi:ne veritati ꝛc.ſed certe ſi iſta ratio attẽdatur ſemper deberet ſufficere minus ſufficiens probatio abſentie cuius tamẽ contrariũ videtur de iure cõmuni regulariter parta tunc aliquid non pbari vel minus ſufficienter pbari.facit quod not.glo.in.c.conſtitutionem.vt circa.ad fi.de elec.in cle.ꝛ quod habetur in.l.quoties.ff.qui ſatiſda.cog.ꝛ in.c. ij.ſ.de trãſla.ꝛ ideo gloſ.in ſequẽtibus videtur velle qd ideo hic fuerit auditus ex minus ſufficienti probatione: q2 cõcurrebat et aliud videlꝫ quia iudex fuerat circumuentus ex pluribus cauſis. vt.j.tangetur in glo.Inno.vo dicit ꝙ dici poteſt ſpeciale in cauſa beneficiali qd ſufficiat minus ſufficiens pbatio abſentie. ſicut alias ſufficit in cauſa matrimoniali fauore matrimonij.ſ.de reſti. in integ.c.ex literis.vel tertia ſm eũ hoc facit papa ex plenitudine poteſtatis:ſed prime due ſolutiões ſunt magis notabiles. Et nota qd ſm iſtas tres ſolutiones fuit iſte preſbyter auditus per reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiã.vt etiã voluit gloſ. in verbo decernerẽt.ꝛ iſte eſt vnus principalis intellectus in decre.¶ Alius eſt intellectus quẽ etiã ponit hic Inno.ꝙ iſte preſbyter licet nõ fuerit appellatus auditus fuerit ipſo iure abſq3 reſtitutione ad retractationem ſententie.que autẽ potuerit eſſe cauſa cõſiderato qd regulariter ſentẽtia a qua nõ eſt appellatũ tranſit in rem iudi.ad preiudiciũ partis.ſ.eo.cum inter vos.Innoc. hic proſequitur plures cauſas in verbo conceſſimus. ex quo reſultant plures intellectus.nam hic dicit primo ꝙ cauſa eſſe potuit quia hec erat cauſa beneficialis in qua ſententia non tranſit in rem iudicatã.ſicut nec in matrimonio carnali:ex eo quia omnis puritas in talibus debet adeſſe ꝛ malitia ceſſare.facit qd habetur.ſ.eo.cum olim.ꝛ qd not.Inno.ſ.de offi.deleg.cum olim. et de reſcrip.cõſtitutus.ꝛ.c.ad aures.ꝛ ſm iſtam vult Innocẽ.ꝙ etiã ſi nihil fuiſſet pbatum de abſentia tamẽ debuiſſet audiri ex quo cauſa erat beneficialis.ſed aduerte q2 iſte intellectus nõ eſt ſine dubitatione q2 ſententia in bñficialibus videtur tranſire in rem iudicatã ad preiudiciũ partis.per id qd habetur.ſ.de elect. cum dilecti.lꝫ non tranſeat quo ad preiudiciũ ſuperioris vel etiã partis quando vellet venire per viã denũtiationis.de quo plene conſueuit dici in.c.ad audientiã.ij.ꝛ ibi dixi.ſ.de reſcrip.¶ Secũdus intellectus eſt quẽ ponit hic Innocẽ.ꝛ ideo iſte preſbyter fuit auditus ſine appellatione q2 ex tenore ſentẽtie deprehende[illegible].euidens iniquitas ſentẽtiantis ꝛ ipſius ſententie.ꝛ facit qd [illegible]ur in.c.ij.j.de pur.vulg.ꝛ ſm [illegible] ſepe allegat [illegible].ſed do.Anto [illegible] ex tenore ſentẽtie poſſet pcedere [illegible] Inno.per id quod habetur.ſ.in.c. cũ inter.ꝛ.c.inter ceteras [illegible] hic non apparebat ex tenore ſentẽtie:ſed ex actis iuncta ſentẽtia quo caſu ſentẽtia non videtur nulla.q2 ex alio potuit iudex motũ ſui animi formare.ſ.de renun.in pſentia expreſſum.ſ.eo.c.cauſam.ꝛ ſic iſte intellectus non videt procedere niſi ſaluetur ſm eum ꝙ hic pronuntiando ſe ſpecifice retulerit ꝛ reſtrinxerit ad acta dicẽdo ꝙ ex actis erat pbatũ vel nõ probatum:quo caſu pter relationẽ expreſſam ad acta vitiũ actoris videtur eſſe in ſentẽtia:ꝛ appareret alligaſſe animũ ſuum ſolũ ad probationem actoris.ideo tũc ſentẽtia eſt nulla.ꝛ ſic intelligit Inno.hic.ꝛ qd no.domi.de Rota ſua conclu.cccxxxv.et qd not.Pau.in clemen.paſtoralis.de re iudi.ꝛ Archidi.de ſen. excõmu.romana.lib.vj.ꝛ Cyn.in.l.j.C.de errore calculi.de quo etiã remittit ad nota.per ſe.ſ.de probatio.qm contra falſam.ſed aduerte quia Inno.ibi videtur tenere contrarium videlꝫ qd vbi ex tenore ſententie non comprehenditur euidens iniquitas licet cõprehẽdatur per relationem ad acta ad que ſe referat ſententia tamẽ valebit vbi appelletur.vnde ibi dicit ꝙ ſi iudex condẽnet titium ſeio in.x.q2 per.A.ꝛ.B.teſtes probatum eſt illa.x.p ſeium mutuata titio.qd licet illi teſtes hec nõ probent ꝛ hoc appareat ex actis.tamẽ tenebit ſentẽtia.ſed Hoſti.ibi tenuit cõtra: q2 ex quo ſententia ſe refert ad acta expreſſe error qui eſt in actis videtur eſſe in ſententia.facit qd habetur in.l.ait pretor.§.j.ff.de re iudi.ꝛ in.l.j.ff.que ſen.ſine appella.reſcin.ꝛ Innocẽ.etiam hic ſatis hoc videtur voluiſſe.ꝛ hoc etiã expreſſe Cy.ꝛ Bar.in.l.j.C. de errore calcu.ꝛ forte etiã ipſe Inno.idem voluit in dicto.c.quoniam cõtra.inquãtum ipſe arguitur contra dictũ ſuum de iſto.c. cũ bertoldus.ꝛ nõ ſoluit.Item aduerte q2 inquãtum iudex dixit ꝙ per atteſtationes clerici fuerat ſufficienter probatum cum per atteſtationes apparebat oppoſitũ.vt litera hic dicit apparet ſententiantem euidẽter erraſſe per tenorẽ ſententie iunctis actis ad que ſe refert.nec eſt neceſſe ꝙ aliter ſpecifice hoc caſu ſe retulerit quicquid dicat do.Anto.quia ſatis ex tenore ſentẽtie iunctis actis ad q̃ ſe referebat apparebat erratum.inquãtum vo dixit qd titius in probatione defecit videretur poſſe procedere dictum do.An-

aa

Ayuntamiento de Madrid

to. quia licet prima facie appareat per teſtes probatū. tamen for te iudex aliqua de cauſa nō adhibuit fidem teſtibus. facit qđ ha betur. ſ. cauſam [illegible] poſſumus ſuſtinere φ in caſu iſto ſatis appa reat de euidēti iniquitate: q2 nō viderat atteſtationes ipſius. T. quia non [illegible] ſibi preſentate. vt litera dicit. 2 ideo nō poterat dici φ [illegible] adhibuit fidem illis ex quo illas non vidit. 2 ſic nō po[illegible] dicere ipſum de fecille in pbatione ex quo atteſtatio nes [illegible] iderat. ideo etiā in hoc [illegible] euidēs iniquitas ſen [illegible]. ¶ Tertius eſt in[illegible] hic Inno. ſ. φ hic [illegible] fuit auditus [illegible] appellatione: q2 ſnia fuit lata cō [illegible] abſentem [illegible] tionibus doloſe factis p pſen [illegible]. facit qđ habetur [illegible] preter. §. marcellus. vbi etiam [illegible] ſimili eſt caſus. 2 [illegible] qđ ibi audit p viā reſtitutio nis. In glo. ibi 2 ſequit [illegible] tenet φ ipſo iure ex quo ſcieter ex falſis allegationibus pſentis lata eſt ſnia contra abſentē: ſ[illegible] ſi ignoraret q2 tūc bene opus eſſet reſtitutione. vt ibi voluit glo. 2 ideo vt etiā ſit differētia inter ſcietem 2 ignorātem put videt lrā ibi velle ops dici qđ audiat ipſo iure quādo ex falſis allega tionibus ſcienter factis contra abſentem ſententia eſt. Si autem lata eſſet contra preſentem dolo aduerſarij tunc ſententia de me ro rigore tenet ſi non appellatur. tamē ſi agatur primitiua actio ne 2 excipiatur de ſententia poterit replicari de dolo. vt. l. cum a te. ff. de dolo. ad dāna autē poſſet agi actione de dolo. vt i dictis iuribus nota. 2 hoc dicit do. Anto. procedere niſi ſententia eſſet lata ex falſis probationibus: quia tūc retractaretur per reſtitu tionem i integrum ſm vnam opi. l. diuus. ff. de re iudi. de quo. di ctum fuit de excep. cum venerabilis. ſed certe lz poſſet peti reſti tutio in integrum vt reſcindatur ſententia: tamē poterit etiam agi primitiua nō petita reſtitutiōe 2 ſi excipiatur de ſententia re plicabit de dolo per iura preallega. hoc em̄ remedium nō videt tollere reſtitutionē in integrū: quia eſt minus plenū quam ipſa re ſtitutio. facit quod notatur per gloſſ. in. l. fina. C. ſi aduerſus rem iudi. vbi remedium appellādi nō excludit remedium reſtitutiōis qđ eſt plenius. facit quod dix i poſt Inno. ſ. de preſc[illegible] miſſa. Item aduerte q2. §. marcellus. loquitur quādo [illegible] ter falſo allegauit cōtra abſentem. An autem idem [illegible] doloſe tacuerit aliquid φ ſi iudex ſciuiſſet non tuliſſet ſententiam pro ipſo pſente dixit do. Anto qđ ſic: quia etiam tunc habet lo cum dict⁹. §. p id quod no. Inno. j. de accu. c. fina. ¶ In glo. ma gna ad fi. ibi idem ſi aduerſarius doloſe ſubſtituiſſet atteſtatio nes aduerſe partis in caſu iſto habebit locum. §. marcellus. ſcd m eum quod eſt [illegible] pro ampliatione dicti. §. ¶ Quartus eſt intellectus quē ponit hic Inno. c. qđ ideo hic fuit auditus [illegible] appellatione q2 ſnia videt fuiſſe lata ſine ordine iuris [illegible] ſine cauſe cognitione contra [illegible] prolata [illegible] quia fuit prola ta non plene [illegible] adhibita ple na cauſe cognitio [illegible] debuit [illegible] qđ habetur. ſ. de elect. dudum. [illegible] quia iſta cauſa nō videtur ſufficiens in ca ſu decreta. et ꝯ quia terminus peremptorius fuerit ſtatut⁹ vtriq parti ad preſentādum ſuas atteſtationes: 2 ſic cōputari poterat parti que nō pſentauerat 2 iudex potuit pcedere in ꝯtumaciam ſ. vt lit. nō conteſta. quoniam. §. porro. niſi ſuſtineas iſtum intel lectum quādo pars preſens doloſe tacuiſſet de atteſtationibus partis aduerſe: per id quod dixi. ſ. proxime. 2 adde qđ no. Bar. in. l. prolatā. C. de ſen. vbi φ ſi ex breuitate termini inter petitio nem 2 ſentētiam apparet ſentētiam eſſe latā ſine cauſe cognitio ne erit nulla. ¶ Quitus eſt intellectus quē tangit hic Inno. vi delicet qđ ſi ſentētia eſt iniuſte lata 2 tranſiuit in rem iudicatā ici piunt diſpenſare in noua inſtantia ſuper iniuſtitia ſententie co ram iudice competenti 2 iudex reperiat ſentētiam iniuſtam tūc reuocabit ſentētiam per regulā illam. de qua re iudex cognouit 2c. ſ. de cauſa poſſeſ. cum eccleſia. 2. l. de qua re. ff. de iudi. ſm alle gata 2 probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. pſidis. 2 hoc etiā tenuit Innocen. ſ. de reſcriptis. cum dilecta. 2 imputet ſibi pars que paſſa eſt de hoc diſputari cu3 poſſet contradicere. facit quod notat Innocen. ſ. de probatio. quoniam. 2 iſte intellectus licet i ſe ſit verus. facit quod habetur in. l. duobus. ff. de re iudi. cum ibi nota. per Barto. tamē nō videtur huic litere conformari. dicit etiam Inno. quod ſi poſt ſentētiam que trāſiuit in rem iudicatā ex confeſſione partis pro quo eſt lata apparet ſentētiā iniuſtam φ tunc audietur pars contra illam ſententiam ex quo manifeſte conſtat de iniuſtitia per partis confeſſionem. facit quod habe tur in auē. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nuptias 2 in cor pore vnde ſumitur vbi patet qđ licet contra preſumptionem iu ris 2 de iure non admittatur probatio in contrarium per alias probationes admittitur tamen per confeſſionem partis. 2 hoc etiam voluit Inno. in. c. quia plerięz. de immuni. eccle. 2 facit qđ habetur per eūdem in. c. fraternitatis. de frigi. 2 malefi. 2 ex hoc etiā habebit aliam cauſam pter quā ſentētia poteſt retractari ſi ne appellatiōe. Ex predictis habes ſex cauſas in quib⁹ ſentētia

abſq3 appellatione poteſt retractari. Septima eſt quādo ſentē tia eſſet lata per pbationem a iure reprobatā. vt patet in. c. ū. de

20 pur. vulg. vbi etiā de materia per Jo. and. ¶ † Quid aūt ſi ſit la ta per falſas pbationes an autē poſſit dici nulla. An vero veni at reſcindēda beneficio reſtitutionis. dictū fuit in. c. venerabilis. ſ. de excep. 2 tangitur etiā in. c. licet cauſam. de pba. 2 per legē in l. diuus. ff. de re iudi. Octaua cauſa eſt quādo ſentētia lata eſt cō tra abſentes ex neceſſaria 2 pbabili cauſa iudice ſciēte impedimē tum. vt eſt text. ſingu. ſecūdū vnam lectu. in. l. queſitū. ff. de re iu di. ſecus ſi iudex ignoraſſet impedimētum: quia tunc opus eſt re ſtitutiōe ſi ſit lata cōtra abſentē legitime factatū. vt ibi notatur. 2 in. l. fina. ff. de reſtitu. in integrum. 2. ſ. de pcuratore interue niente pecunia. l. venales. C. quādo puoca. non eſt neceſ. ſecus ſi interueniſſet corruptela precum ante modo: quia tunc dabitur reſtitutio. l. ſeruo inuito. §. cum pretor. de quo dicendum vt ibi.

21 ¶ † Quid autē ſi interuenerit corruptela pcuratoris vel aduo cati an eo modo ſit diſtinguēdū put dictuз eſt in iudice. tangit Bart. in. l. j. C. de aduo. diuerſo. iudi. vbi videtur velle φ ſentētia nō reddat ipſo iure nulla: etiā ſi interuenerit corruptela pecunie ipſius pcuratoris vel aduocati. qđ an pcedat pleniſſime dixi in dicta. l. diuus. Decimus caſus eſt qñ ſnia lata eſt ex falſis allega tionibus ꝯtra minorē. l. j. 2. ij. C. ſi ex falſis allegatio. qđ videtur intelligere Ange. in. l. qui rome. §. duo fratres. de verbo. obliga. qñ ſentētia fert cōtra minorē excuſando ſeu abſoluēdo admini ſtratorem petitum dari ſibi minori. Bar. tamē videt intelligere generaliter qualitercūq3 ſit lata cōtra minorē ex falſis allegatio nibus: in. l. is ad quē. ff. de acqui. hered. 2 di tum Bar. eſt magis nobile. tamen dictū Ang. forte verius. q2. l. j. 2. ij. C. ſi ex falſis al legationibus. videt loqui ſolū in caſu quē predixi. ſ. quādo ex fal ſis allegationibus excuſatur aliquis ab adminiſtratiōem, inoris. Undecimus caſus eſt in ſentētia lata in cauſa matrimoniali. ſ. eod. tenor. 2. c. lator. 2. c. conſanguinei. 2 idem dicit Hoſtien. in [illegible] in quibus verteretur periculū anime ſi ſentētia ſer [illegible] tunc volens venire cōtra ſniam pbando ꝯtrium [illegible] tionē debet audiri q2 talis ſnia nō tranſit in res [illegible] voluit glo. xxxv. q. ix. in ſumma. 2. ſ. eo. in [illegible] fi. de quo etiam dictum fuit. ſ. eod. cōſan [illegible] medio tales ſententie retractētur poſuit do. [illegible] de reſtitu. ſpoliato. vbi concludit φ ſi quis [illegible] ſententiam 2 etiā reintegrari ad inſtantiā peti [illegible] integrū. ſ. de reſti. in integrū. in. c. ex literis. [illegible] contra ſententiā tunc ſi vult agere coram [illegible] niſi per viam appellationis vt ſi vellet [illegible] contra ſententiam latam per ſuffraga [illegible] oportet φ fuerit appellatum [illegible] habetur. ſ. de offi. ordi. ad repre mendā. 2. c. paſtoralis. Si aūt vult agere corā illo qui poteſt adi ri per viam querele tunc dicit aliquos tenere φ reſtitutio in inte grum ſit petenda aduerſus ſententiam ſi ipſe dicit poſſe peti p nunciari ſententiam nullam vel petere officio iudicis illam retra ctari: quia docto de errore apparet pronunciaſſe id ſuper quo non habuit poteſtatem vt ſi pronunciauit matrimonium nō eſſe. ſi poſtea probetur matrimonium fuiſſe apparet quod nō potuit illos ſeparare. quia quos deus ꝯiunxit homo nō ſeparet. 2 ſimili ter ſi pnunciaſſet matrimoniū eſſe inter aliquos: 2 poſtea probe tur impedimētum canonicū inter eos apparet qđ voluit conīu

22 gere quos nō potuit. facit qđ no. per glo. ſ. eod. lator. ¶ † Duo decimus 2 vltimus eſt qñ poſt ſniam latam reperiunt inſtrumē ta ex quibus patet de iniuſtitia ſentētie quo caſu ſi lata fuit ex p batione nō integra retractabitur licet nō fuerit appellatum. l. ad monendi. ff. de iureiuran. 2 qđ no. J. de purga. cano. ex tuarum. 2 de purga. vul. c. ij. Si autem fuiſſet lata ex plena pbatione an tunc pretextu inſtrumenti nouiter reperti retractetur eſt magis dubiū exemplū ſi debitū plene fuit probatum 2 pter hoc fuit la ta ſentētia cōtra reum t ſi poſtea tractu temporis apparet inſtru mentū ſolutionis a debito qđ non fuit pductum in primo iudi cio: q2 forte reus illud nō habuit vel ignorauit videt φ tunc nō debeat retractari pretextu inſtrumēti nouiter reperti per. l. ſi ſub ſpecie. C. de re iudi. Specu. in titu. de ſen. excō. §. fina. vbi. illud au tem. dicit φ ſubuenietur reo petita reſtitutione in integrū. arg. l. j. in fi. ff. ex quibus cau. maio. 2 quia etiā ſi ſoluiſſet poſſet repete re cōditione ſine cauſa. per id qđ not. in. l. ſi fideiuſſor. §. in omni bus. ff. mandati. 2 ſic videtur qđ fortius poſſit retinere: q2 cui da tur actio fortius exceptio. l. i nuitus. §. cui damus. ff. de regu. iur. Jo. and. in addi. Specu. in titu. de inſtru. edi. §. poſtq̄. verſi. quid ſi ſoluit decē. recitat Hug. tenuiſſe φ poteſt agere reus ad inter eſſe cōtra creditorē reperto inſtrumēto predicto, ex eo q2 creditor nō reddidit ſi bi inſtrumētum crediti quādo ſoluit qđ facere tene batur. per. l. ſi quis ex argentarijs. §. ex hoc edi. ff. de eden. 2. C. de cōdi. indebi. l. diſſoluti. ſed certe poſſet dici φ imputandum fuit ſoluenti

Ayuntamiento de Madrid

ſoluenti quare nō petiit reddi ſibi inſtrumentum tpe ſolutionis, ideo ex quo nō apparet creditorē interpellatū fuiſſe non videtur ꝙ teneatur ad aliquod intereſſe ex quo nō fuit in mora que contrahitur per interpellationē.l.morā.ff.de vſur.Cy.tetigit. de materia in.l.j.C.de cōdi.indebi.⁊ ibi reprobat dictū Specu. inquātū dicit ꝙ ſolutū poſt ſniam que tranſit in rem iudi.poſſit repeti cōdictio ſine cauſa.qđ etiā voluit glo.in.d.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.q2 illa opinio nō videtur vera:quia ſicut non competit condictio.indebiti ad tale ſolutū ex eo quia ſententia fecit debitum: ita etiā nō competit cōdictio ſine cauſa:quia nō eſt ſine cauſa ex quo eſt debitū per ſententiam.vnde dixit Jaco.de are.qđ ſi creditor fuit in dolo [illegible] fuit ille qui receperit ſolutionē vel fecit abſolutionem:⁊ ſic ſciebat ſibi nō deberi ⁊ per conſequens in dolo fuit petendo tuū:quia incidit in crimen ſtellionatus ꝓpter dolū predictum.vt.d.§.in oībus.ideo competit etiā actio in factuz ad intereſſe contra creditorē ipſum.argu.l.qui nomine.cum ibi not. ff.de fal.⁊ ſic in effectu recuperabit pecuniā ſolutam.Si autē nō fuiſſet in dolo.forte q2 fuiſſet heres creditoris qui reperiſſet inſtrumentū debiti ⁊ ignoraſſet de ſolutione vel abſolutione. tunc ſm Jaco.de are.videretur ꝙ nō ſit remediū per dictā.l.ſi ſub ſpecie.tamen.Cy.ibi concludit ꝙ etiā ceſſante dolo actoris poſſit peti reſtitutio in integrum ex clauſula generali.l.fina.in fi.ff.ex quibus cau.ma.⁊ per id quod habetur in.l.ſi mater.in princi.ff.de excep.rei iudi.⁊ in.l.ſeruo inuito.§.cum pretor.ad trebel.⁊ in.l.ſi is ad quem.in fi.ff.de acquirē.heredi.⁊ hoc etiā ſequitur Jo.an. in addi. Specu.ſ.allega.§.illud.nec obſtat.l.imperatores.ff.de re iudi.videtur ſpeciale in negotio reipublice vt retractetur ſententia pretextu inſtrumenti nouiter reperti:quia illud procedit quando adminiſtratori reipublice potuit imputari negligentia: quia tunc eſt ſpeciale in re publica qđ non ab illa poſſit retractari ſententia beneficio reſtitutionis pretextu inſtrumenti nouiter reperti.facit qđ dicet.j.in.c.inter monaſterium.in glo.fi.In alijs autem vbi poteſt aliquid imputari nō audientur:quia negligētibus iura non ſubueniunt.l.non enī.ff.ex quibus cau.ma.ſecus vbi nō poteſt imputari quia tunc audiūtur ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur.de qua in.l.j.in fi.ff.ex quibus cau.ma.⁊ per hoc videtur ꝙ ſi conuentus fuerit heres debitoris quia ille probabiliter ignorat geſta per defunctum.l.qui in alterius.ff. de reg.iuris.⁊.j.de reg.iur.is qui in ius.⁊.c.cum quis.li.bro.vj.⁊ facit quod not.per gloſ.⁊ Barto.in.l.cum quibus.§.in hac.ff.de verbo.oblig.videtur ꝙ tunc poſſunt ſubueniri ſibi per reſtitutionē in integrū ex clauſula predicta.ſecus vbi ſit ipſemet debitor qui in facto ſuo nō poteſt probabilem ignorantiam allegare.ſ.de reſcrip.ab excōmunicato.cum ibi nōtā.⁊ in.l.quanꝙ. ff.ad velleia.ideo non eſt iuſta cauſa dandi ſibi reſtitutionem niſi probet ſe impeditum fuiſſe ⁊ habere inſtrumenta poſtea reperta.⁊ de materia etiā dixi in dicta.l.imperatores.⁊ de materia per Bar.in.l.ſi ſiue.ff.rem ratam haberi.⁊ vbi dixi ſubueniri fauore reipublice pretextu inſtrumēti nouiter reperti beneficio reſtitutionis.Idem dicit gloſ.in pupillo.⁊ etiam.l.imperatores.⁊ in dicta.l.ſi ſub ſpecie.⁊ idem videtur in alio minore per id quod habetur in.c.j.de reſtitu.in integrū.facit etiam quod habetur in.c. inter monaſterium.in gloſ.fi.Aduerte quia in caſibus in quibus ſupra dixi excepto illo vltimo in quo dicēdum eſt vt ſtatim. dixi ſententia retractatur propter iniuſtitiā concludentem nullitatez ſententie vel ſaltem facultatē retractandi ſentētiam abſꝙ appellatione.Alios duos caſus ponit hic do.Ant.in quibus euacuatur effectus ſententia nō ſuſpenſe appellatione:⁊ etiam poſt executionē.¶Primus eſt in.l.ſi fullo.ff.de condic.ſine cau.quādo ſcilz cauſa ſententie ex poſt facto redit ad non cauſam vt ſi fui tibi condēnatus quia male cuſtodiui veſtes quas mihi cuſtodiendas dediſti que ſubtracte fuerūt ⁊ propter hoc ſolui tibi eſtimationem.nam ſi poſtea recuperaſti veſtes poſſum petere cōdictione ſine cauſa id in quo fui condemnatus ⁊ ſolui.¶Secūdus caſus eſt quando exceptionem legitimā mihi cōpetentem non potui opponere forte obſtante ſtatuto quia tunc ſi dānatus ſoluo potero repetere qđ ſolui cōdictione ſine cauſa:quia lz ſtatutum repellat ius excipiēdi:modo tamē intelligitur repellere ius agendi.ar.c.debitores.de iureiu.⁊ no.Barto.in.l.j.§.j.ff.quod vi aut clam.vbi autem ſentētia eſſet nulla propter ordinem iuris non ſeruatum vel propter defectum poteſtatis ſententiātis clarum eſt ꝙ contra illā poteſt veniri.l.prolatā.C.de ſentē.canoniziata. ij.q.vj.⁊ idem ſi eſſet nulla propter errorem expreſſum vt in.c.j. ſ.eo.⁊ idem in alijs caſibus in quibus a iure ſententia redderetur nulla.ſed vbi rōne iniuſtitie quis velit venire contra ſententiam recurrēdum eſt ad ea que dixi.q2 regulariter non poteſt ſi nō appellatur:fallit in caſibus de quibus.ſ.dixi.⁊ per predicta patere poteſt intellectus.l.in.l.ſi pretor.§.marcellus.ff.de iudi. Nam vnus fuit intellectus quod ibi ſentētia fuerit nulla q2 ſententia lata fuit in abſentē falſis allegationibus ſciēter factis per preſentem vt voluit Inno.in verbo cōſueuimus.⁊ etiam gloſſ.in d.§.marcellus ⁊ eſt ꝯmunis intellectus.q2 forte nō eſt alibi licet ſatis faciat iſte tex.ſcdm vnum intellectū.¶Secundus intellect⁹ fuit quē voluit tangere Inno.ſ.de officio dele[illegible] in iure.in verbo de mandato.ſ.ꝙ ita demum ſentētia ſit nulla [illegible] lata ex falſis allegationibus ſcienter factis per preſentē co[illegible]ſentē ſi fuit abſens ꝓbabili ⁊ neceſſaria cauſa:⁊ ſic videtur [illegible] ver.Paulus.qui ſequitur ver.marcellus. veniat adde[illegible] tando ſupradicta:ſed certe [illegible] tetur contra v[illegible] ver.Paulus.nō venit limitādo ſupradicta in.§.marcellus[illegible] tius ponēdo ⁊ addendo nouum caſum [illegible].§.marcellus.[illegible] locuz in abſentem ex voluntaria cauſa.⁊ poſtea in verſi.Paulus additur quod ſi fuiſſet abſens ille contra quē lata eſt ſentētia ex neceſſaria ⁊ ꝓbabili cauſa qđ tūc etiam ſi nō apparet ſentētiam latam per falſas allegationes ſcienter factas ꝑ preſentem tamē ſentētia nō debet ſortiri effectum ⁊ aut denegari debet actio iudicati aut nō debet fieri executio vt ibi litera dicit:q2 verba duobus modis poſſunt exponi vno modo ꝙ denegetur actio iudicati quādo ſentētia fuiſſet lata cōtra abſentem ex neceſſari a cauſa iudice ſciēte impedimētum abſentie:quia tunc ſententia eſt nulla.l.queſitum.cū ibi notatis.de re iudica.⁊.ſ.dixi. Si autem fuit ignorās ꝯcedi debet reſtitutio:⁊ ſic nō debet fieri executio. Alio modo poteſt intelligi litera qđ ſi intenderetur actio iudicati ſeu in factum ex re iudicata quādo ſentētia lata eſt cōtra abſentem ex neceſſaria cauſa denegāda eſt dicta actio qđ intellige vel ipo iure vel per viā reſtitutionis habita diſtinctione ſcientie ⁊ ignorantie impedimenti de quo dixi.Si autē petatur officio iudicis executio ſentētie tūc nō debet fieri executio:vt ibi dicitur in ſecūda parte alternatiue.quod intellige eodem modo ſeruata diſtinctione ſcientie ⁊ ignorātie impedimenti de qua dixi. ¶Tertius fuit itellectus ꝙ in.§.marcellus.audiatur ꝑ viam reſtitutiōis de quo tāgit Inno.in.d.c.cum i iure. ⁊ etiam gloſſ.in dicto.§.marcellus.ſed ꝯmuniter hec nō tenetur:quia tūc nō eſſet differētia inter ſciētem ⁊ faciētem falſas allegationes ⁊ ignorātem:cuius cōtrarium videt̄ velle litera ibi:vt etiam glo.tāgit.¶Quart⁹ fuit intellectus quem tetigit Innoc.in dicto.c.cum in iure.quod ibi audiatur ꝑ viam appellationis.ſed certe iſte intellectus diuina nec communiter tenet̄.¶Quintus fuit valde notabiliter Ang. ſi eſſet verus in.d.§.duo fratres.vbi dicit ꝙ in.§. marcellus. ſententia erat nulla:quia lata ex falſis allegatiōib⁹ ſciēter factis cōtra abſentem ⁊ executor datus ad executionē ſententie debet admittere exceptionem predictā ſi opponatur cōtra ſentētiā nō ad finem vt pronūtiet ſuper illa:ſed vt ſe informet ⁊ remittat ad ſuperiorem.ſ.eod.decetero.⁊ vbi allegatur quod abſens fuerit ex neceſſaria ⁊ probabili cauſa ille qui eſt cōdemnatus ⁊ opponat dicta exceptio poteſt [illegible] illam [illegible] ſuper illa pronuntiare:nec habebit neceſſe ad ſuperiorem [illegible] ⁊ ſic intelligit quod habetur in ver.Paulus . iūcto dicto ver.marcellus. ⁊ demū ſubdit ⁊ per hoc intelligit.§.marcellus.tu qui nūquā intellexiſti eſt ſingularis ⁊ peregrin⁹ caſus ſecūdū eum . Sed aduerte quia iſte intellectus nō videtur bene ibi probari ſi litera bñ ponderetur.nam vt patet ex illa ⁊ maxime ex principio appellat ibi pretorē ſentētiantem ⁊ deputatū ad executionem appellat iudicē ſuper executione datū.⁊ ideo nō poteſt dici ꝙ in ver.paulus . loquatur de executore :quia loquitur de pretore.⁊ ſic de epiſcopo ſentētiante.vnde poteſt intelligi qñ forte ipſe executor remiſiſſet negotiū ad ipſum pretorē ſentētiātem.vt etiam ſenſit Bart.in.l. a diuo pio.in princ.ff.de re iudi.⁊ facit qđ no.Inno.ſ.eo.decetero.Itē poteſt intelligi ꝙ addat nouū caſum eodē modo quo ſuperius dixi.⁊ ſic nō videtur intellectus.Ang . ꝓcedere nec videtur probari.Aduerte tamē q2 Hoſti.ſ.eo.qđ ad cōſultationem. dicit ꝙ quādo opponitur exceptio nullitatis contra ſententiam nō debet admitti niſi notorie cōſtet de illa per cōfeſſionem . ⁊ ſic intelligit.§.marcellus.vnde reprobat gloſſ.ibi que videtur velle ꝙ probatio poſſit fieri per teſtes ſed certe opi. Hoſt. nō videtur bona per illū tex. dum dicit fuerit approbatū.nam ꝯfeſſio nō eſt proprie ꝓbatio:ſed probationis releuatio.vt voluit Joā.andr. ſuper rubr.ſ.de proba.⁊ Cy.in.l.actor.C.de proba.⁊ ideo videtur qđ intelligi debeat de probatione etiam per teſtes.vt ibi voluit glo.que cōmuniter tenetur. vnde ipſe Hoſtien.⁊ aliter dixit ſ.dicto.c.quod ad ꝯſultationem.videlz ꝙ ſibi proponatur exceptio nullitatis tunc executor debet audire vt ſe informet: ⁊ referat ſuperiori ⁊ interim ſuperſedeat executioni.Si autem proponatur exceptio per quā ſententia veniat reſcindenda tunc poteſt audire ſi vult:ſed non cogitur imo poteſt exequi ſi vult . ⁊ ſic intelligit qđ habetur.ſ.eo.decetero.ſed certe hec ſolutio etiam nō videtur bona.per id quod habetur in.l.penul.de confeſ.vbi etiā ſi proponatur exceptio per quam ſentētia veniat reſcindenda ꝙ poterit executor adire ſi vult nō vt pronūtiet:ſed vt referat ſuperiori:ſed ſi nō vult nō cogitur:ſed poteſt exequi. ſed certe hec ſo-



Ayuntamiento de Madrid

lutio videtur contra dictũ.§.marcellus.vbi ponitur ꝙ ſui natu-
ra importat neceſſitatem.l.iij.cum ibi nota.C.de pigno. Nam di
cit ꝙ executor talem querelã debet admittere.ad idem etiam.c.
decetero.eod.ponit verbum oportebit ꝙ ſui natura. etiã neceſ
ſitatem inducit:ꝛ ideo hec ſolutio non videtur vera. Inno.in.c.
cum inter.in verbo de mandato.de offi dele ga.dicit qđ quando
opponitur exceptio nullitatis que prouenit ex defectu fundamẽ
ti poteſtatis illa debet admitti in executione.ꝛ idẽ ſi dicatur ſen-
tentiam latam contra abſentem ex probabili ꝛ neceſſaria cauſa
quia etiam tunc ſi allegetur nullitas debet admitti.ꝛ idem quã
do executio cõmiſſa eſt pari:puta alteri ordinario in cuius iuriſ-
ditione ſunt res: ſed vbi executio ſed certe iſte intellectus non vi
detur bonus per ea que habetur in.§.marcellus.ſm cõmunem
intellectum:ſm quem patet ꝙ etiam ſi allegetur nullitas contra
ſententiam latam contra abſentem ex volũtaria cauſa nihilomi-
nus videtur admitti per executorem ſaltem vt referat ſuperiori
ſ.eod.decetero.forte tamen Ange.ex dictis Inno.in dicto.c.cũ
in iure.ſumpſit ſuam opinio.inquantum dixit in.§.duo fratres.
qđ ſi opponitur nullitas contra ſententiam regulariter executor
non admittit illam vt ſuper eã pronuntiet .ſed ſuper ea referat
ſuperiori.fallit ſecũdum eum quãdo allegatur nullitas cõtra ſen
tentiam latam contra abſentem ex neceſſaria ꝛ probabili cauſa:
quia tunc executor poterit admittere talem exceptionem ꝛ vt ſu-
per illa pronũtiet per id quod habetur in.l.ſi pretor.in ver.pau-
lus.ff.de iudi.ꝛ ſic erit caſus peregrinus ꝛ ſingularis.in quo in-
ferior infringet ſentẽtiam ſuperioris.ſed certe iſte intel lectus nõ
videtur probari in dicto verſi.paulus.per ea que ſuperius dixi:
ꝛ eſt etiã cõtra regulam vulgatam:quia inferior nõ debet reſcin-
dere factum ſuperioris.l.minor autem magiſtratus.ff.ſi mino.ꝛ
ſ.de maior.ꝛ obedi.cum inferior.vnde verius videtur qđ no.In
no.vlti.in.c.decetero.ſ.eo.videlꝫ ꝙ ſi opponatur exceptio nulli-
tatis ſiue alia exceptio que poſſet opponi contra ſententiam per
quam ſentẽtia veniat reſcindẽda qđ executor debet illã admitte
re vt ſe informet ꝛ referat ſuperiori nõ vt pronũtiet.ꝛ hec videt
vera ꝛ communis opi. per ea que habẽtur in dicto.c.decetero.ꝛ
in.l.penulti.ff.de confeſſis.licet alias opinio.etiam ꝑ mẽ Inno.
in predicto.c.decetero.ꝛ de materia ibi dixi.ꝛ in dicto.c.quod ad
cõſultationem.ꝛ etiam in.§.duo fratres.ꝛ in.l.a diuo pio.in prin-
ci.ff.de re iudica.vbi etiam per Barto.ꝛ adde his que dixi.ſ.i ca
ſibus in quibus exceptio peremptoria poteſt obijci poſt ſenten-
tiam.de quibus in.l.j.C.de iuris ꝛ facti igno. poterit etiam tunc
retractari ſentẽtia ſine appellatione ꝛ ſine reſtitutione. vt etiam
no.glo.in.l.j.C.ſentẽ.reſcind.nõ poſſ.vbi bona gl. ¶ Item predi
ctã vera in ſentẽtia diffinitiua . ſententia vero decreti ſemper eſt
nulla ſi interponitur ex falſa cauſa.l.j.§. hec verba.ff.ne vis fiat
ei.ꝛ.l.cum vero.§.ſubuentum.ff.de fideicõmiſ.liberta.ꝛ per Inno.
de dilatio.preterea.ꝛ per Barto.in.l.ſi is ad quẽ.ff.de acquirẽ.
heredi.ꝛ no.bene predicta ex quibus habes plenarie intellectũ
l.ſi pretor.ꝛ.§.marcellus.cum ſequen.ff.de iudi. ¶ In gloſſ.iure
ibi vna eſt via.ſed certe ibi loquitur in indiuiduis que ſunt indi-
uidue.l.ij.§.j.ff.de verbo.obliga.ꝛ ſic melius videtur facere ꝙ ſe
23 quitur. ¶ † In ea.glo.ibi nec probat poſſeſſionem hoc verũ quã-
do apparet alium poſſidere quam percipiẽtem poſſeſſionẽ:alias
in dubio bene probaret.vt no.Bar.in.l.quãuis.§.j.hic allega.ꝛ
facit qđ habetur in.l.pomponius.ff.quibus modis vſufru.amit
tatur.ꝛ ſic hec ſolutio nõ videtur perfecta.vnde glo.in ver.quia
alia eſt perceptio videtur ſentire aliam ſolutionem:videlꝫ qđ di-
uerſum eſt ius percipiendi penſionem a iure preſentandi.ꝛ ideo
ex poſſeſſione vnius nõ infertur ad poſſeſſionem alterius . cum
de ſeparatione nõ fiat illatio.ſ. qui filij ſint legiti.per venerabilẽ.
ꝛ.l.fi.de calum.ꝛ.C.de donat. inter virũ ꝛ vxor.l.ſi maritus.ꝛ.l.
papinianus exuli.ff.de mi.ſed certe iſta ſolutio nõ videtur perfe-
cta:qꝛ licꝫ iura in ſe ſint diuerſa ſi ſub vno iure vniuerſali ſeu ge-
nerali cõtineantur videtur habere quãdam cõnexitatem ſeu cõ-
tiguitatem ad inuicem.vt voluit Inno.ſ.de capel.mo.ꝛ ideo vi-
detur ꝙ acquiret poſſeſſionem vnius animo acquirendi totum. to
tum appareat vt voluit Inno.in dicto.c.dilectus. vnde gloſſ.in
ver.ꝛ per talẽ.forte voluit ſentire aliam ſolutionem:videlꝫ ꝙ per
ceptio penſionis naturaliter nõ includitur ſub iure patrona.ſed
alia iura includũtur.de quibus nota.in.c.nobis.de iure patro.ſꝫ
accidentaliter poteſt contineri ſi forte ex accidenti conſtitutus
fuit cenſus ipſi patrono in fundatione beneficij:ꝛ ideo per acqui
ſitionem poſſeſſionis iuris percipiẽdi pẽſionem nõ acquirit poſ-
ſeſſio iuris patrona.quo ad aliud.ꝛ hec eſt nota.ſolutio per quã
imitatur dicta Inno.in dicto.c. dilectus.vel potes dicere extra
glo.ꝙ hic aliꝰ erat in quaſi poſſeſſione iuris pñtandi.ſ.ipſe Ber
told.iõ lꝫ qs acqrat poſſeſſionẽ iuris pcipiẽdi poſſeſſionem nõ per
hoc acquiret poſſeſſionẽ pñtandi in qua eſt alius.facit qđ habet
in dicta.l.quoties via.ff.de ſerui.tamen per acquiſitionẽ partis
nõ acquirit totũ.l.j.ſ.§.iul.cũ ibi no.per Bar.ff.de itine.actuqꝫ
priua.ſed certe hoc dictũ videt intelligendũ ꝛ limitandũ ſm no-
ta.per Inn.in prealleg.c.dilectus.ꝛ ꝑ hoc qđ voluit glo.in ver.
ꝛ per talem. ¶ In glo.fi.ibi excipit ius patro.ꝛ ſic voluit glo.ꝙ
ideo nõ tranſiuerit ius patro.in caſu iſto qꝛ expreſſe fuit exceptũ
ſed certe iſta ſolutio diuinat ꝛ violat literã.qꝛ nihil de hoc dicit.ꝛ
ideo glo.ſ.in verbo.ſed alia ratio ponit ſcđm intellectũ qui cõiter
tenet videlicet qđ aliud eſt in creditore in quem nõ trãſit ius pa
tro.ex obligatione generali ſeu vniuerſali. Aliud autẽ in empto
re ꝛ feudatario vel emphyteuta.ꝛ ſic aliud eſt qñ res ſub cuius
vniuerſitate eſt ius patronatꝰ obligat aliquid qñ aliter alienat.
ꝛ que ſit ratio diuerſitatis.tãgitur hic in glo. ponit plures rati-
ones vt pꝫ in ea.ꝛ iſte ſecũdꝰ intellectus cõ. tenetur. ¶ In ea.
glo.ibi hoc cõuenerit.hoc videt eſſe falſum ꝑ ea que habentur
in.l.creditor cũ pignus.ff.de pigno.actio.vbi aperte dicitur qđ
24 †creditor cui pignoratur fundus vtit ſeruiture debita ipſi fun-
do:etiã ſi hoc nõ cõuenerit:imo qđ plus eſt ſi nõ vtatur.ꝛ per hoc
perdatur ſeruitus imputat ſibi.vt ibi patet.nec ob.l.ſed an vic.
allega.in glo.qꝛ ibi nõ dicit id ad qđ glo.alle. ſed dicit ꝙ poteſt
cõueniri ꝙ creditor qui habet fundũ vicinũ fundo debitoris cui
debet ſeruitus per alium fundũ poteſt cõuenire cum debitore ꝙ
poſſit vti ſeruitute donec ſoluatur ſibi debitum ꝛ ideo melior vi
detur ratio precedẽs ꝛ illa que ſequitur. ¶ In ea.glo.ibi.l.ei qui
fundũ.ſed intellige illam.l.prout nota.eo.titu.in.l.quoties.qꝛ li-
cet eſſet inutilis reſpectu preſentis partis tñ nõ erat inutilis re-
ſpectu futuri.vt ibi nota. ¶ In ea.glo.ibi bene tranſit cũ vniuer
ſitate ſuppe quãdo alienatur nõ qñ obligatur ne cõtradicat his
que ſuperiꝰ dicta ſunt. ¶ Et adde etiã inquãtum glo.ſ. dicit ꝙ
ſoluto pignore oĩa iura tollũtur ſupplꝰ que procedũt ab ipſo cre-
25 ditore.vt pꝫ ex iuribus allega.in glo. ¶ † Extra glo.tangit hic
Inno.an admittatur hec petitio peto electionẽ per preſentatio-
nem mea cõfirmari ꝛ electionẽ vel preſentationẽ aduerſarii caſſa
ri.nam quidam dicunt ꝙ non ex eo qꝛ ſi probaretur aliquid per
qđ electio aduerſarij eſſet caſſanda etiã dato qđ nihil probaret:
per qđ ſua eſſet cõfirmãda caſſabitur electio illius cõtra quem ꝓ
batuꝫ eſt ex quo pncipaliter id eſt petitũ.ꝛ ſic quãdoqꝫ ſi ille cuiꝰ
nõ intereſſet:id eſt qui etiam alꝰs nõ eſſet admittendus ex quo nõ
intereſſet.ſ. de elec.cũ inter. R.obtinebit caſſationẽ electidõis al
terius.qđ videtur incõgruum.potes cõcludere cõiũgendo dicta
Inno.ꝛ Hoſtiẽ.qđ ſi dant petitiões.ꝛ allegatur aliquid in peti-
tione per qđ ſibi aliqđ accreſcit ſeu pꝫ intereſſe ex eo qđ petit ele
ctionẽ aduerſarij caſſari ꝛ tũc petitio eſt admittẽda verbi gratia.
ſi quis petit electionẽ ſuã cõfirmari ꝛ illã aduerſarij caſſari tanꝙ
factã de homine illiterato irregulari vel crimnoſo.ꝛ ſic de tali q
nõ potuit eligi.ꝛ per cõſequens electio de eo facta nõ hꝫ ſuã ele-
ctionẽ impedire.nam tunc ſatis apparet intereſſe petere illam ad
uerſarij caſſari.ideo debet admitti talis petitio. Idẽ ſi alꝰs appa-
ret de intereſſe qꝛ forte ille qui petit eſt canonicus eccleſie:ꝛ ſic in-
tereſſet ſua qđ remoueatur prelatus minus canonice inſtitutus
in eccleſia in qua ipſe eſt canonicus.licet electio de ipo canonico
facta nõ valeret.facit ꝙ habet de elec.ſtatuimus.ꝛ.c. vt circa.in
glo.que incipit.quorũ intereſt.de elec.in.vi.ꝛ qđ no.Innoc.ſ.de
accuſa.ſuper his.quinimo nõ ſolũ canonicus ſed etiã patronus
ꝛ parochianus cuiuſlibet eccleſie videt admittendus cõtra pre
latum minus canonice inſtitutũ.ſaltẽ ad denũtiandum hoc ſu-
periori vt talẽ remoueat .facit qđ habet in.c.ex parte.ſ.de teſti.ꝛ
c.ſi quis preſbyterorũ.de rebus eccle.nõ alie.ꝛ.xvi.q.vij.filijs.nã
etiã ad talem denũtiationem poterit ſuperior inquirere. ꝛ etiam
ſine illa ex officio.vt.ſ.de ſimo.licet heli.cũ ibi no. ¶ Si autẽ nõ
apparet intereſſe petentis nec in petitione aliquid ponit ex quo
appareat ſua intereſſe.vt quia ſimpliciter petit electionem ſuam
confirmari.ꝛ illã aduerſarij caſſari nec apparet illum eſſe clericũ
eccleſie nec patronum vel parochianum . tunc ſi reus opponit
nõ debet admitti talis petitio per rationem quam in principio
tetigi.ꝛ plus ſentiũt Inno.ꝛ Hoſtiẽ.quod etiam hoc procedit ſi
quis petit electionem ſuam confirmari ꝛ illam aduerſarij tanꝙ
factam de homine illiterato vel irregulari ſi nõ ſubiũgit . ꝛ ideo
ſuam per illam nõ impediri.quia etiam tunc nõ videtur bene alle
gare intereſſe quod eſt notãdum.ꝛ ideo dicit ꝙ reus etiam pote-
rit petere quo iure petit cõfirmari.ꝛ ſi dicat agens quod canoni
ca:poterit reus dicere quia multi ſunt modi canonice electionis
ſcilꝫ per compromiſſum vel per ſcrutinium . Item quandocũqꝫ
quis eligit iure ſuo poterit petere qđ exprimat modum canoni-
ce electionis:cautior tamen debet eſſe ſm eum que ad ſecundam
partem libelli in qua petit electionem aduerſarij caſſari vt que-
rat cauſam quare debet caſſari : quia ſi dicat cauſam que ten-
dat ad preiudicium aduerſarij :quia ad cõmodum agentis . vt
quia dicat quia eſt facta de homine illiterato vel irregulari ideo
ſuam nõ debet impedire admitteretur petitio alias repelleretur
reo inſtante. ¶ Si autem exceptio non fuerit obiecta videtur ꝙ
procedat petitio:ꝛ quia qđ ſi apparet electionem aduerſarij caſſa
ri debere

Ayuntamiento de Madrid

ri debere qꝺ tunc debeat caſſari etiam ſi actoꝛis non interſit nec probauerit aliquid per qꝺ ſua debeat confirmari.arg.l.poſthu⸗mus.§.ſiquis ex his.ff.de inoffi.teſta.ꝛ quod notat Innocen.de accuſa.ſuper his.vbi dicit ꝙ exceptio tua nõ intereſt ante lit.cõ teſta.debet opponi.ꝑ quo bene facit,dicta.l.poſthumus.licet ta men electio aduerſarij veniat caſſanda:non tamen confirmabi⸗tur ſua niſi doceat quare ſit confirmanda.ſ.de reſcrip.olim.ad fi.et per pꝛedicta etiam poteſt inferri an pꝛocedat talis libellus: peto.c.ex cauſa mutui.non obſtante pacto de nõ petendo vel ſen tentia lata cõtra me.Nam Inno.hic finaliter cõcludit ꝙ ſic.dũs tamẽ aliquid exprimatur per id qꝺ appareat aliquid accreſcere ipſi actoꝛi:vt quia nõ obſtat pactũ de nõ petendo qꝛ factũ fuit per metũ:vel nõ obſtante ſententia contra me lata quia fuit nulla alˀs autẽ nõ deberet recipi libellus cum adiectione pꝛedicta.non obſtante pacto de nõ petendo.vel nõ ob.ſententia cum talis adie ctio ſibi nõ habeat pꝛodeſſe:ſed potius nocere melius tamẽ eſſet ſimpliciter petere centum ex cauſa mutui.ꝛ ſi exciperet de pacto replicaret de metu illato.ꝛ ſimiliter ſi excipiat de ſententia repli⸗caret de nullitate.per nota.per Inno.in.c.fina.ſ.de libel.obla.ꝛ vt dicit Inno.in.d.c.ſi.cautius eſt tacere ius aduerſarij in libel⸗lo.ꝛ de materia in Specu.de elec.§.j.verſi.ſi nõ due.ꝛ facit etiam ad materiã.ſ.de offi.delega.cum contingat.

**IN cauſis.** Papa in ſententijs quas pꝛofert oꝛdinem iuris ſeruat.hoc dicit. pꝛimo ponitur dictũ.ſecũdo ratio.tertio exceptio.ſe⸗cunda ibi:cum in ſimilibus.tertia ibi niſi.℄ Nota qꝺ alij iudices tenẽtur ſententiare in ſimilibus negotijs ſm qꝺ pa⸗pa in ſimilibus ſententiauit.℄ Nota papã non debere ſine cau⸗ſa diſpenſare.facit qꝺ habetur.j.de pꝛebẽ.de multa circa finem.ꝛ in c.nõ eſt.j.de voto.℄ In glo.j.ibi in coꝛpoꝛe iuris claudatur. nam tũc facit ius niſi ex tenoꝛe eius appareat quod inducat ius locale vel ſpeciale.facit qꝺ habet in.l.non plures.C.de ſacroſan. eccle.idem dicit Hoſti.ſi ſit lata cum cauſe cognitione ꝛ partibꝰ pꝛeſentibus.quia tunc etiã interlocutoꝛia facit ius ꝛ ſeruari de⸗bet pꝛo iure per.l.ſi.C.de legi.ſed glo.hic ꝛ cõmuniter legiſte in⸗telligunt illam legẽ in diffinitiua.ꝛ ſic nõ habet locum interlocu toꝛia.ꝛ in diffinitiua cõcludẽ qꝺ ſi eſt inſerta i coꝛpoꝛe iuris mul⸗to foꝛtius facit ius cõmune quã interlocutoꝛia niſi tenoꝛ eius re⸗pugnet.per id qꝺ habetur in dicta.l.nõ plures.℄ Si autem nõ eſt inſerta in coꝛpoꝛe iuris tũc ſi eſt lata cũ cauſe cognitione par⸗tibus pꝛeſentibus facit ius.ꝛ ita intelligatur hic.ꝛ.l.vlti.C.de le gibus.ſecus ſi lata ſit ſine cauſe cognitiõe vel altera parte abſen te.argu.l.qui repudiatis.ff.de inoffi.teſta.per id quod habetur in dicta.l.fina.C.de leg.idem intellige quãdo ſit diffinitiua lata cum cauſe cognitiõe partibus pꝛeſentibus ꝛ prẽter ius. Si au⸗tem eſſet contra ius cõmune non deberet trahi ad conſequẽtias. quia coꝛrectio iurium eſt euitãda.l.pꝛecipimus.C.de appella. et pꝛedicta in ſententia pape.ſententia autem inferioꝛis a pꝛincipe etiam diffinitiue lata cauſa cognita partibus pꝛeſentibus nõ fa cit ius niſi inter ipſos litigantes ꝛ ſuper eo ſuper quo eſt lata.l. nemo.C.de ſententijs.ꝛ.ſ.eo. cum inter vos.quia nõ exemplis ſed legibus eſt iudicandum.d.l.nemo.

1 ℄ Delegatus nõ poteſt ſine cauſa ſufficienti recuſari.
2 Exceptio recuſationis eſt ꝑponenda ante lit.conteſta.
3 Litere ſecũde ſi nõ faciunt mentionem de pꝛimis vel de pꝛiuile⸗gio per pꝛimas cõceſſo vel de ꝑceſſu habito per illas non valent.
4 Sententia ſecũda que fertur contra pꝛimã que eſt nulla valet.
5 Electus in abbatẽ nõ vocatur abbas ante benedictionem.
6 Suſpicionis exceptio poteſt infra viginti dies pꝛoponi.
7 Iudex an poſſit recuſari poſt pꝛeſtitam ſatiſdationem de iudi⸗cio ſiſti.
8 Sententia in cauſa matrimoniali nõ tranſit in rem iudicatã nec in alijs vbi vertitur periculum anime.
9 Exceptio peremptoꝛia ſcienter ꝛ doloſe omiſſa in cauſa pꝛinci⸗pali non poteſt opponi in cauſa appellationis.
10 Sententia ſecũda contra pꝛimã an valeat.

a **INter monaſterium.** Tenet a ſecũda ſẽ tẽtia diffinitiua lata cõtra pꝛimã ſi de pꝛima nõ fuit exceptum nec appellatũ a ſecũda.hoc dicit ſm lectu ram quã ponit vltima glo.ꝛ ſm lecturã Io.addi debet ſi de pꝛi⸗ma doloſe ꝛ ſcienter non fuit exceptum:et an hec additio pꝛoce⸗dat ꝛ ſit neceſſaria tangetur cum glo.fi.ꝛ diuidet in quatuoꝛ par tes.in pꝛima ponit thema deciſum.in ſecũda cauſam diffinitio⸗
1 nis.in tertia ſoluit obſtaculũ.in quarta diffinit.Secũda ibi:cũs cõſtiterit.ibi non obſtat quã ta ibi factum.℄ † No.ꝙ etiã delegatus nõ poteſt recuſari niſi cauſa recuſationis ſufficiens alle⸗getur ꝛ pꝛobetur.de quo.ſ.de offic.delega.ſuſpicionis.ꝛ hoc de iure canonico.ſed de iure ciuili ſufficit allegare iudicem delega⸗tum ſuſpectum etiam ſi aliter non pꝛobetur aliqua cauſa ſuſpi⸗

tionis vt legitur ꝛ notatur in.l.apertiſſimi.C.de iudi.oꝛdinarius autem de iure ciuili non recuſatur:ſed poteſt peti aſſociari in au ten.ſi vero cõtigerit.C.de iudicijs.ſed de iure canonico bene po⸗
2 teſt recuſari.j.titu.j.cum ſpeciali.℄ † Nota ꝙ exceptio recuſatio⸗nis tanquã dilatoꝛia eſt pꝛoponẽda ante lit.conteſtat.℄ Nota ꝙ vbi quis nõ pꝛoponit dilatoꝛiam ante lit.conteſta.videtur taci te illi renuntiare:quod intellige niſi de nouo ſuperuenerit poſt
3 lit.conteſtatio.ſ.de officio delegat.inſinuante.℄ † Nota qꝺ vbi ſecũde litere non faciunt mentionem de pꝛimis vel de pꝛiuilegio per pꝛimas conceſſo vel de pꝛoceſſu habito per illas non valent. facit quod habetur.ſ.de reſcriptis.ceterum.ꝛ.c.dilectus.el.ij.ꝛ.j.
4 de cõhabita.cleric.ꝛ mulie.ſuper eo. ℄ † Nota qꝺ ſecũda ſentẽ tia que fertur contra pꝛimam que eſt nulla valet:vt hic patet ſm vnum intellectũ.ꝛ idem etiam ſi pꝛima erat valida.ſi ſecũda fuit lata in diuerſis inſtantijs ꝛ non fuit pꝛima oſtenſa ſcienter ꝛ do loſe.vt hic colligitur ſcũdum alium intellectum.ꝛ idem ſi aliás nõ fuerit oſtenſa ſecũdũ alium intellectum.de quo tãgetur cũ gl. fina.ꝛ tãgetur etiam in.l.ſ.C.quando pꝛouocare nõ eſt neceſſe. ℄ Nota illud vulgatum quod ſub pꝛetextu inſtrumẽtoꝛum no uiter repertoꝛum nõ debẽt lites inſtaurari.℄ Nota argumẽ.ab⸗batem benedictum a papa.de hoc.c.per tuas.ſ.de maio.ꝛ obe⸗
5 dien.℄ † Nota electum in abbatem nõ vocari abbatem ante be nedictionem ſed electum. ꝛ ſic videtur benedictio dare nomen abbatis:ſicut ꝛ conſecratio dat nomen epiſcopi per paleum no⸗mẽ archiepiſcopi.ſ.de autoꝛitate ꝛ vſu pallei.c.j.de tranſactio.c. ij.Hoſtien.tamen tenuit contra.per id quod habetur in.c.j.ſ.de ſupplen.negligen.pꝛelato.ꝛ.j.de accuſatio.meminimus.in qui⸗bus patet quod ante bñdictionem notat quis abbas.℄ Nota qꝺ vbi aliquid fit per quod poteſt alicui pꝛeiudicari vtile eſt pꝛo teſtari.facit.vij.q.j.pontifices.ꝛ.ſ.de ſupplen.negligen.pꝛelato. a c.ij.ad finem.℄ Nota qꝺ papa etiam per pꝛopꝛium factum nõ intendit alteri pꝛeiudicare nec iuri epiſcopali detrahere.qꝺ pꝛo⸗cedit etiam ſi epiſcopus ſit ſchiſmaticus de elect. quia diligẽtia. ꝛ facit etiam quod habetur in.c.ſuper eo.de officio delega.j.de cõfirma.vtili vel inutili.c.fina.℄ In gloſ.j.ibi:ſancti Antonij: Innocen.dicebat ſancte Anne:ſed cõmuniter ſancti Anton.ꝛ
b ſic glo.videtur melius dixiſſe.℄ In glo.iudiciumᵇ ibi quod pꝛi mo inquiratur de ſuſpicione:melius dixiſſet de falſitate reſcripti. nam hoc melius adaptatur ad pꝛecedentia.℄ In eadem gloſ. ibi argumẽ.cõtra.ſi habes argu.contra.ſolue quod ibi poſt lit. conteſta:ſuperuenit iuſta cauſa recuſationis.hic autem ante lit. conteſta.competebat aliqui tamen non habent verbum contra. ℄ In eadem gloſ.in fin.ꝛ ſic reſ.dẽ gl.o.cum opinio. Tãcre.ꝛ b illam etiam ſequitur Inno.hic ꝛ Barto.in.l.quidam cõſulebat ff.de re iudica.dicit tamen ibi qꝺ ſi ſimul pꝛoponeretur alia exce ptio cum exceptione recuſationis:quod ſecũdum oꝛdinẽm intel lectus intelligitur pꝛius pꝛopoſita exceptio recuſationis.arg.l. talem.ff.de heredi.inſtituen.ꝛ.l.ij.§.ſed ſi ita.ff.de vulgari ꝛ pu pilla.ſub.dicit tamẽ quod tutius eſt qꝺ etiam ex oꝛdine pꝛius ꝑ ponat exceptio cõtra iudicẽ.nec obſtat huic opi.qꝺ dicit in.l.nõ vr.ff.de iudi.vbi dr qꝺ nõ vr in iudicẽ cõſentire:q poſtulat ſibi edi genus actiõis:id eſt petit ſibi libellum offerri:qꝛ aliud eſt pe tere libellum ſibi dari vt poſſit deliberare.aliud excipere ſeu ex⸗ceptiones opponere dilatoꝛiam:quia pꝛimo caſu nil agit per qꝺ videatur conſentire in iudicem.ſecũdo ſic:quia tacite videtur pe tere pꝛonuntiari ſuper illa.℄ Item non obſt.auteñ.offeratur. C.de lit.conteſta.canonizata.iij.q.iij.inquãtum ibi dicit qꝺ exce
6 ptio † ſuſpicionis poteſt infra viginti dies pꝛoponi:quia debet intelligi illud verum:niſi aliter ante fuerit renũtiatum huic exce ptioni tacite vel expꝛeſſe.℄ Quod videtur fieri pꝛocedendo co⸗ram ipſo vt coꝛam iudice.ꝑ quod dicebat Inno.qꝺ pꝛoponẽs exceptionem dilatoꝛiam contra pꝛocuratoꝛem aduerſarij nõ po terit iudicem recuſare:quia pꝛoponendo dictam exceptionem vi detur petere ſuper illa pꝛonuntiari.ꝛ per cõſequens tacite in iu⸗dicem conſentire.ſed ſi actoꝛ pꝛoponit exceptionem contra pꝛo⸗curatoꝛe rei.ꝛ idẽ pꝛocurator recuſet iudicem bene poteſt hoc fa cere:quia tunc ille qui recuſat non eligit iudicis ſententiam ſuper exceptione alia:ſed aduerſarius cui habet inuitus reſpondere ꝛ iudicium reddatur in inuitum.l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de ver⸗bo.obliga.℄ Item non obſtat pꝛeallega.auten. offeratur.inquã tum vult † iudicem poſſe recuſare poſt pꝛeſtitam ſatiſdationem de iudicio ſiſti:quia illa ſatiſdatio habet in ſe tacitam conditio⸗nem annexam de ſtando in iudicio.ſi ꝛ inquantum de iure ſtare debeat:ꝛ pꝛo opi.Tancre.allegat etiam Barto.l.fina.C.de exce ptio.inquãtum ibi dicit qꝺ in initio litis debet recuſatio ꝑponi. ad idem etiã alleg.l.ꝛ ſi ſuſceperit.ff.de iudi. Alij vero dixerunt ꝙ indiſtincte poteſt opponi vſqꝫ ad.xx.dies per pꝛealleg.auť.of feratur.ꝛ tangitur per glo.iij.q.ij. offeratur facit quod habetur in regu.indultum.de regu.iuris.in.vj.ſed certe ad illam auť.po⸗teſt reſpondere ſuperius.Alij vero dixerunt,vt Iaco.de aiboꝛi.

a ℄ Tenet.idẽ ſummat Ho. Ab.Et ſi que reſ vtrũ impe⸗trãs lr̃as ad ſe cũdos iudices de ꝑceſſu ha⸗bito coꝛã pmis iudicibus tene af facere mẽti onẽ vide ꝭ di⸗ſticte do.hen. boy.c.ꝛ do.fel. in pꝛinci.c.
b ℄ In gl.iudi cium.ſuꝑ tota iſta glo.vid.d. ab.hic.i.ij.col. verſ.qro hic.ꝛ adꝺ roma ꝯſ. cclxix.ꝛ adde di.do.hẽ.boy. i.j.col.ver.ſuꝑ eo.c.in fi.col.



Ayuntamiento de Madrid

ꝛ Abbas.ꝛ etiam Guil.in Specu.de dilatio.§.nūc videamus.
circa fi.qḋ ſemper vſqꝫ ad lit.conteſt.poteſt opponi per id quod
habetur in.l.nemo.C.de iuriſdic.om.iud.ꝛ dicta.l.apertiſſimi.in
quibus videtur caſus ſaluo niſi fuiſſet datus alius terminus ad
dilatorias proponēdas ſm ea que habentur.ſ.de exceptio.pa-
ſtoralis.quia tunc poſt lapſum terminum etiam āte lit.conteſta.
nō poſſet opponi:niſi in caſibus ibi poſitis.nec obſtat preallega.
autē.offeratur.quia ideo ibi dicit de viginti diebus.qꝛ poſt .xx.
dies dꝫ lis conteſtari.vt ibi patet.ꝛ ideo cum debeat ante lit.
conteſta.proponi hoc reſpectu dixit ꝙ debet ante viginti dies ꝓ
poni.Jo.and.dicit hic ꝙ omnis exceptio per quā negatur queꝫ
eſſe iudicem .putā vt quia dicatur reſcriptum ipetratum ab ex-
cōmunicato vel iudicem eſſe publice excōmunicatum vel alia ſi-
milis precedit naturaliter:ꝛ precedere debet exceptionem de ſu-
ſpecto.vt etiam voluit glo.hic in ver.preterea videtur.ꝛ ideo pro
ponēdo talem exceptionem āte exce ptionem de ſuſpecto nō vi
detur in iudicem cōſentire quominus poſtea poſſet recuſare. naꝫ
ſi nō eſt iudex non eſt neceſſe alia recuſatione. vtile tamen eſſet
etiam tunc proteſtari ſaluam eſſe exceptionem recuſationis licet
nō ſit neceſſarium.¶ Si autem obijciatur alia exceptio ꝑ quam
nō negatur iuriſditio.puta ſi opponatur exceptio excommuni-
cationis contra actorem. nō tamen dicatur ꝙ fuerit excōmuni-
catus tempore impetrati reſcripti. vel forte obijciatur exceptio
contra procuratorem:vel alia ſimiliter tunc dicit ꝙ iſtas prece-
dere debet recuſatio.ꝛ ſic exceptio de ſuſpecto.facit quod not.in
Specu.de exceptio.§.viſo ver.porro.videtur tamē ſentire quod
etiam ſi dicte exceptiones proponuntur ante illam de ſuſpecta.
quod nō impediatur poſtea ꝓponere exceptionem de ſuſpecto
vnde ante factum conſuluit tenēdam opinio. Tancre.vel ſaltē
quod fiat proteſtatio exceptiōis de ſuſpecto.ꝛ ita etiam cōſuluit
Specu.in titu.de recuſa.§.ſi autem.ſed poſt factum videtur te-
nere cum opi.Phi.ꝛ Specu.videlicet ꝙ vſqꝫ ad lit.cōteſt.poſſit
ꝓponi niſi fuerit alius termin⁹ datus ad ꝓponēdas dilatorias.
ꝛ pro iſta opinio.videtur caſus in.d.l.nemo.ꝛ.l.apertiſſimi.ſupe-
rius allega.ꝛ ſic videtur etiam ibi ſentire glo.ꝛ etiam glo.in.l.ſed
ꝛ ſi ſuſceperit.ff.de iudi.ꝛ pro hoc etiā tex.iſte dum dicit quod an
te lit. conteſta. ingreſſum debet opponi. ꝛ ſic ante lit.conteſta.
nam per lit.cōteſt.ingreſſus eſt initium iudicij.ſ.de offic.delega.
ſuper queſtionū.§.j.ꝛ in auſ.de letigioſis.§.ad excludēdas .col-
la.vij.ꝛ iſtam opi.etiam ſequitur do.Anto quia cōmuniter dici
conſueuit ꝙ vſqꝫ ad lit.conteſta.ꝓponi poſſent dilatorie.vt ple-
ne nota.ſ.de exceptio.exceptionem.ꝛ.C.de proba.in.l.exceptio-
nem ꝛ ſic etiam debet intelligi.l.fina.C.de exceptio.ꝛ ideo ēt iſta
exceptio recuſationis tāquā dilatoria pōterat ꝓponi vſqꝫ ad lit.
cōteſt.nec obſtat ratio Tancre.ꝛ ſequacium quia licet ꝓponēdo
aliam exceptionē videatur cōſentire quod ſuper illa pronuntiet:
nō tamen videtur cōſentire ſuper negotiō principali.facit quod
no.in.c.ſuper his.ſ.de reſcrip.ꝛ eod.titu.c.fina.ꝛ in cle.j.eo.titu.
Jtem non videtur irreuocabiliter conſentire ante lit.conteſta.
per id quod habeꝰ in.l.ſi cōuenerit.ff.de iuriſdic.om.iudi.ꝛ facit
quod not.Jaco.de bu.in.l.ij.ff.de iudi.ꝛ Jo.and.in addi.Spe-
cu.in titu.de competenti iudi.aditio.§.j.ſuper ver.ſed quid erit.
vbi cōcludit ꝙ licet aliqui actus fiant coram iudice ante lit.cōte.
per quos videantur partes in iudicem cōſentire ꝛ eius iuriſdi-
tionem prorogare.tamen de duobus erit alterū vel quod erit ꝓ
rogata:ſed reuocabiliter vt ſic poſſit habere locū penitētia vſqꝫ
ad lit.conteſta.per dictam.l.ſi conuenerit.vel ſi dicatur proroga
tionem nō eſſe factam ſi ſequatur poſtea cōteſtatio fingeretur re
tro fuiſſe iudex.vt ſic valeant illa que geſſit ante lit.conteſta.ꝛ ſic
eodē modo in ꝓpoſito videtur ꝙ licet ꝓponēdo aliam exceptio
nem videatur tacite conſentire.intelligitur tamen reuocabiliter
conſenſiſſe ex quo lis non eſt conteſta.ꝛ ideo poterit poſtea pro
poni exceptio de ſuſpecto.ꝛ hec opinio videtur verior de iure.ta
mē ante factum cōſulendum eſt ſeruari debere opinio.glo.ꝛ Tā
cre.iuncto eo quod dixi poſt Jo.and.ꝛ quod voluit glo.in ver.
ꝑterea videꝰ.ꝛ ſic patet ꝙ opi. Jnno. Barto.qui ſequiꝰ opi.
glo.ꝛ tamē de iure nō procedit:licet ante factum tutius ſit illam
ſeruare in modo practicandi.vt ſuperius dixi in glo.de priuile.
in fine.Jnno.hic dicit nō eſſe faciēdam vim an facta fuerit men
tio de priuilegio vel nō.Hoſti.contra per iſtum tex.ſalua vtram
qꝫ opinio.quia ſi eſt priuilegium inducēt mere exceptionem perē
ptoriam non eſt neceſſe facere mētionem de illo ſicut nec de alia
peremptoria.vt in.c.j.de lit.conteſta.in.vj.ſecus ſi inducat dila-
toriam:vt quia habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta .vt
ꝯueniꝰ dici in.c.cū ordinem.de reſcrip.¶ Jn glo.[a] de proceſſu.
in fine.ſed an ſufficiat facere generalem mentionem de proceſſu.
videretur ꝙ ſic.quia forte prolixitatem actoris nō bene poſſet cō
tinere pergamenum.Hoſti.dicit hoc eſſe arbitrarium.ſufficit ta-
men ꝛ eſt neceſſe ꝙ fiant expreſſe in principalibus articulis.de
reſcriptis,cum dilecta.ꝛ de procura.in noſtra.§.fina.ꝛ.de ordi-

a ¶ Jn gloſ.de ꝓceſſu, vid poſtillam .j.ſ.in princ.c.

b ¶ Alie.ſuper hac tota gl.vide do. abb.in v.col.ꝟ.l'i.pn cipal'r oppono.nume.xvj. vbi late materia iſtius glo.

c ¶ Snia ſecunda ꝯtra p̄maꝫ lata an valeat hāc qōnē ꝓſequiꝰ vſqꝫ ad fi.c. ꝛ vid do. alex.i ꝯſi.xxij. i.lō.ꝛ vlt.col.i j.volu.ꝛ i ꝯſi. xcv.in.j.col.in ij.volu.

nationibus.ſ.eod.cum olim.ꝛ de iudicijs ꝛ litigantibus ꝛ dere
bus de quibus agitur.ſ.de dolo ꝛ cōtuma.in.c.ex literis.¶ Jn
glo.habita.aduerte quia gloſſ.in effectu voluit ꝙ duplex poſſet
eſſe expoſitio.vna ꝙ iſta verba poſt habita ſint due dictiones.ſ.
poſt ꝛ habita:ꝛ tunc eſt ſenſus ꝛ debet exponi poſt:id eſt poſtea
habita.i.viſa.ꝛ qḋ ſubdit cōtrarium ſtatuiſſent intellige ſcilꝫ ei⁹
quod ſtatuerūt.Alius eſt intellectus vt ſit tota vna dictio.ꝛ ſic
exponetur prohibita:id eſt reiecta.ꝛ tunc dum dicit cōtrarium
ſtatuiſſent intellige:id eſt cōtra ipſam ſentētiam ſtatuiſſent.quia
erat nulla.vt dicitur in glo.precedenti.nō autem tūc intelligas
qḋ tūc ſtatuiſſent cōtrariū eius qḋ ſtatuerūt.ꝛ iſta eſt mens gloſ.
in effectu.¶ Jn glo.penul.in fine.quaſi velit Jo.qḋ ſi eſſent in-
ſtrumēta nouiter facta per illa bene poſſet tolli ſentētia.nam po-
teſt nouari actio deſcendēs ex ſententia ꝛ trāſfundi in ſtipulatio
ne.l.minor annis.xxv.ff.de mino.¶ Jn glo.fi.ibi negotio publi
co hoc tamē caſu per viam reſtitutionis in integrum retractaꝰ
prima ſententia.l.imperatoris.alleg.in glo.ꝛ idem dicit ibi gloſ.
in pupillo ꝛ eccleſia.ſed Joā.hic dicit contrarium in eccleſia per
id qḋ habetur.ī.c.proximo.ſed cōmuniter tenetur glo.Accur.ꝑ
id quod habetur in auſ.de nō alienā.§.ſi minus.coll.ij.ꝛ quia iu
ra eccleſiarum etiam dicantur publica.l.j.§.ius publicum.ff.de
iuſti.ꝛ iure.ꝛ regulariter equiparantur eccleſia ꝛ reſpublica.l.fin.
C.de ſacroſanctis eccle.ꝛ voluit etiā ſatis gloſ.ſ.in verſicu.item
8 iure minoris.ꝛ etiam.ī.in verſic.beneficium reſtitutiōis.¶ † Jn
b ea.glo.ibi:vbi vertitur periculum anime.[b] nota diligenter gloſ.
que vult ꝙ nedum in cauſa matrimoniali.ſed etiā alias. vbi ver
titur periculum anime non tranſit ſententia in rem iudicatam
idem voluit glo.xxxv.qō.ix.in ſumma.ꝛ facit qḋ dixi.ſ.eod.cō-
ſanguinei.ꝛ.c.cum bertoldus.ꝛ nota bene ex gloſſ.multos caſus
in quibus ſententia cōtra ſentētiam tenet alios caſus potes etiā
colligere per ea que dixi in.d.c.cum bertoldus.ſuper gloſ.ſuffici-
enter.ꝛ de materia etiam tangam in fine glo.¶ Jn ead.glo.ibi
Jo.dixit.Nota diligenter ſingularem opinio.Joan.qui vult ꝙ
9 in cauſa † appellationis non poſſit opponi exceptio perempto-
ria ſcienter ꝛ doloſe omiſſa in cauſa principali .ꝛ illam videtur ſe
qui Hoſtien.per id quod habetur in.c.exceptionem.ſ.de except.
per ſocium a ſpeciali:quia ſi eſt ſpeciale ibi in exceptiōe excommu
nicationis quod illa ſcienter ꝛ doloſe omiſſa poſſit proponi.ſe-
cus videtur in alia tamen glo.hic non tenet iſtam opinio.vt ſta-
tim ſequitur in gl.nec obſtat illa decreta.exceptionē.quia ibi lo-
quitur in exceptione dilatoria:que poſt lit.conteſta .regulariter
nō poteſt oponi . fallit in exceptione excommunicationis que
poteſt etiam opponi:condemnabitur tamen in expenſis oppo-
nens ſi doloſe omiſit.ſed nos loquimur in peremptoria que ſui
natura poteſt opponi quandocūqꝫ ante ſentētiam ante cōcluſio-
nem in cauſa.ꝛ etiam poſt ſententiam in cauſa appellationis.in
c.cum ioannes.de fide inſtru.ꝛ.l.per hanc.C.de tempo.appell.ꝛ
ideo etiam ſi doloſe omiſit opponere in cauſa principali.videtur
ꝙ nihilominus poſſit opponi in cauſa appellationis . licet forte
condemnari deberet in expenſis.argu.eorum que notātur in di-
cto.c.exceptionem.licet poſſit dici ꝙ ibi iudicium reddebatur re-
tro nullum.vt ibi nota.hic ſecus.ꝛ ſic videretur aliud eſſe in hoc
caſu.¶ Aduerte tamen ꝙ vbi petitio eſſet generalis ꝛ proſecu-
tio eſſet ſpecialis:ꝛ ſententia generalis que tranſiuit in rem iudi
catam.licet generalis ſententia tunc debeat reſtringi ad proſecu
ta.per id quod habetur in.l.licet.C.de iudi.tamen videtur qḋ nō
obſtet in doloſe omiſſis . per id quod habetur in.l.de rebus.ff.de
arbi.que reputatur ſingularis.ꝛ facit pro hoc etiam iſta gloſ.ſeu
iſta opinio Joan.and.tamen vbi ſententia non tranſiuiſſet in rē
iudicatam ꝛ penderet appellatio videtur qḋ nō ꝓcedit iſta opi-
nio Jo.per id quod dixi.licet Hoſtiē. ꝛ do.Anto.videatur cuꝫ
illa tranſire.ſed verius puto qḋ dixi.¶ Jn ea.glo.ibi ꝛ talis ap-
pellatio nulla fuit ſupple.quia facta ex cauſis friuolis ꝛ fruſtra-
torijs manifeſte.facit quod habetur in.c.cum appellationibus.
de appellaꝰ.in .vj.ꝛ cenſetur talis appellans eſſe contumax ve-
rus:nec videtur citandus de dolo ꝛ contumacia.eum qui.lib.vj.
10 ꝛ facit quod habetur in clemen.vnica.eo.titu.¶ † Jn ea.gloſ.in
c fine.circa iſtam materiam an ſentētia ſecūda cōtra primam [c] va-
leat an non fuerunt varie opiniōes:de quibus hic tangitur per
glo.ꝛ per Joā.and.ꝛ per legiſtas in.l.j.C.quādo prouocare nō
eſt neceſſe.potes concludere qḋ aut prima ſententia erat ſuſpen
ſa per remedium appellationis vel reſtitutio.in integrum petite
vel ratione ſupplicationis:ꝛ tunc clarum ꝙ ſecūda tenet. licet fe
ratur cōtra primā.ꝛ probatur in.c.raynutius ꝛ raynaldus .ī.de
teſta.ꝛ.ſ.de reſtitu.in integrum.c.tum ex literis ꝛ.c.ex literis.ꝛ.l.
ſiquis aduerſus. ꝛ auſ.que ſupplicatio.C. de precibus impera.
offe.ꝛ ratio eſt quia tunc dicitur ſententia ferri contra primam
ſententiam:nec contra rem iudicatam.tunc ſtaret regula ꝙ ſen-
tentia non valet.Si autem ſententia nō erat aliquo remedio ſu-
ſpenſa:ꝛ tunc conclude ꝙ aut prima ſententia erat nulla ꝛ tunc
bñ poteſt

Ayuntamiento de Madrid

bene poteſt valere ſecūda.vt hic voluit glo.in verb.ſententia.et etiā.ſ.in ver.item non poteſt.etiam in verbo habita.ratio quia tunc non cenſetur ſentētia ſeu res iudicata.ex quo eſt nulla.l.iiij.§.condēnatū.ff.de re iudi.aut ſentētia erat aliqua:⁊ tunc nō valet ſecūda lata in eadem inſtantia:⁊ tunc nō valet.ratio eſt qꝛ pꝛima ſententia finiuit inſtantiam ⁊ functus eſt iudex officio ſuo.ſ. de offi.delega.in literis.ideo reperit̃ ſecūda tunc lata ſine inſtantia ⁊ per illū qui nō habet poteſtatem ex quo functus erat officio ſuo.ideo tunc eſt nulla.l.iudex.ff.de re iudi.Aut fertur ſecunda ſententia in diuerſa inſtantia:⁊ tunc aut pꝛima fuit condēnatoꝛia aut abſolutoꝛia.ſi condēnatoꝛia tūc imputet ſibi actoꝛ qui egit pꝛimeua actione.qđ potuit facere per id qđ habet̃ in.l.j.C.ſi plures vna ſententia.⁊ qđ notatur in.l.j.C.de iudi.⁊ qđ habetur in.l.duobus.ff.de exceptio.rei iudi.ideo tunc valet ſecūda.qꝛ tacite videtur quodāmodo renūtiaſſe pꝛime ꝑ nō petendo illius executionem.vt voluit Butr.in.l.j.C.qñ ꝓuo.nō eſt neceſſe.⁊ qđ dixi pꝛoxime tenuit Bull.de cu.in.l.j.qñ ꝓuo.nō eſt neceſſe.⁊ gloſ. expꝛeſſe in.l.duobus.ff.de excep. rei iudi.⁊ idem tenuit Bart.in d.l.duobus.⁊ dicta.l.j.⁊ idē etiā ibi Butri.Bal.⁊ Saly.⁊ ſic eſt cōis opinio legiſtaꝝ.⁊ gloſ.hic etiā ſatis hoc tenere videtur. ſed Io.an.hic videtur tenere contrariū.inq̄tum dicit non eſſe diſtinguendum inter condēnatoꝛiam ⁊ abſolutoꝛiā.⁊ etiaꝫ qđ vtroqꝫ caſu hic eſt ſiue pꝛima ſit abſolutoꝛia ſiue condēnatoꝛia nō tenet ſecūda etiā in diuerſa inſtantia.ſi pꝛima ſententia nō fuit allegata.dūmodo nō fuerit ſcienter ⁊ doloſe omiſſa:quia partes nō videntur poſſe de iure conſentire qđ ſecūda ſententia feratur contra pꝛimā que erat aliqua ⁊ tranſiuerat in rem iudicatam.per id qđ not.glo.in.l.ſi diuerſa.C.de tranſac.ſed vt dixi gloſ.hic ſenſit cōtrarium.⁊ expꝛeſſe etiā tenet contrarium in.d.l.duobus. ⁊ ſic etiā cōmuniter tenent legiſte vt pꝛedixi.nec obſtat gloſ.in.d.l.ſi diuerſa.quia debet intelligi quādo vellent ſecūdam ſententiam ferri contra pꝛimā ex eadem inſtantia.quia tūc ſecūda feretur ſine inſtantia ⁊ per eū qui non habet poteſtatē.quia iam functus eſt officio ſuo ferendo pꝛimā diffinitiuā.ſ.de offi.delega. in literis.⁊.ff.de re iudi.l.iudex.vel ſm alios illa gloſ.in.l.ſi diuerſa poteſt intelligi quādo pꝛima ſententia erat abſolutoꝛia.ſecus ſi eſſet condēnatoꝛia ne cōtradicat glo.in.d.l.duobus.⁊ qꝛ fauoꝛabilioꝛes ſunt abſolutiones quam cōdēnationes vel obligationes. l.arrianus.ff.de actio.⁊ obliga.⁊ facit qđ habetur.j.de regu.iur. cum ſint partium.lib.vj.⁊.ff.de regu.iur.fauoꝛabilioꝛes.An tamen hec differentia an pꝛima ſit abſolutoꝛia vel condēnatoꝛia ꝓcedet.patebit ex ſequentibus.Si autē pꝛima ſententia fuerit abſolutoꝛia.⁊ tunc cōſidera [illegible] poteſt ſe compati cum ſecūda condēnatoꝛia.⁊ ſic nō eſt [illegible] contrarietas quia pꝛimo fuit lata abſolutoꝛia pꝛo reo contra quem agebat rei vendicatione.demum alio tempoꝛe ⁊ in alia inſtantia lata eſt condēnatoꝛia cōtra reum et pꝛonuntiatuꝫ eſt rem meā eſſe.vbi pꝛius in abſolutoꝛia fuerat pꝛonūtiatum rem meā non eſſe.nam vtrūqꝫ poteſt eſſe ſuo tempoꝛe:qꝛ poteſt eſſe qđ tempoꝛe abſolutoꝛie late non erat mea.ſed modo tempoꝛe condēnatoꝛie eſt mea.⁊ ſic ratione diuerſitatis tēpoꝛis non ſunt incompaſſibiles.nec oīno contrarie:ideo tunc ſecunda valebit quia tunc in effectu nō cenſetur ſecūda cōtra pꝛimam.ſed potius diuerſa ab illa.facit qđ nota.⁊ legitur.ſ.de teſti.cum tu.⁊.ſ.de fide inſtru.imputari.⁊ de peni.diſtin.j.periculoſe.C.de teſti.auf.ſi dicatur.videtur enim tunc quodāmodo ceſſaſſe cauſa pꝛime ſententie.facit quod habetur.ſ.de renun. poſt tranſlatio.⁊.l.ex ratione.ff.de excuſa.tuto.gloſ.tamen in.d.l.j.C. quādo ꝓuoca nō eſt neceſſe.ſenſit ꝙ in caſu pꝛedicto quādo pꝛimo pꝛomuntiatur rem meā non eſſe.⁊ ſecūdo loco ꝓnuntiatur eādem rem meam eſſe.⁊ tunc cenſeantur dicte ſentētie contrarie. et ideo valebat pꝛima ⁊ nō ſecunda per dictam.l.j.ſed Cy.⁊ Iaco. de are.⁊ Barto.ibi.⁊ etiam Io.an.hic.⁊ do.Anto.nō tenent in hac glo.illam.ſed dicunt dictas ſentētias eſſe compaſſibiles pꝛopter diuerſitatem tempoꝛis ⁊ non eſſe cōtrarias.⁊ hoc quādo ſimpliciter agens rei vendi.dixiſſet rem ſuam eſſe.ſed gloſ.illa poſſet pꝛocedere quando ex certa cauſa expꝛeſſa in pꝛimo iudicio dixiſſet rem ſuam eſſe.⁊ ſimiliter ex eadem cauſa dicit rem ſuam eſſe in ſecundo iudicio.facit quod habetur in.c.abbate.de re iudi.in.vj. Bald.tamen ⁊ ipſum videtur ſequi Salice.in dicta.l.j.videtur velle ſaluare gloſ.pꝛedictam.etiam pꝛout iacet ex eo:quia ſemel pꝛonuntiatum eſt rem non eſſe meā:ſed alterius non pꝛeſumitur dominiū ab alio receſſiſſe.ſi aliud non apparet.l.ſiue poſſidetis. et qđ ibi no.C.de ꝓba.⁊ facit quod nota.ſ.de reſtitu.ſpolia.cuꝫ ad ſedem.⁊ ideo ſm eum videtur ſecūda ſententia in qua pꝛonuntiatur rem meā eſſe contrariam pꝛime. ſed verius credo dictum Cy.⁊ Barto.⁊ Ioan.an.hic.quia licet ſit pꝛeſumptio ꝙ ille qui fuit dñs non perdiderit dominiū eſt verum niſi alia pꝛeſumptio appareat in contrarium.naꝫ vna pꝛeſumptio per aliam tollitur. vt.j.qui filij ſint legitimi.tranſmiſſe.et.l.diuus.ff.de reſtitutio.in integrum. ⁊ ideo cum hic adſit pꝛeſumptio contra pꝛimam ex ſecunda ſentētia lata.pꝛo qua in dubio debet pꝛeſumi.ſ. de renūtia.in pꝛeſentia.⁊.l.pꝛima.ff.de re iudica.⁊.l.j.C.de re iudica.ideo videtur qđ ſententie ſecunde ſit ſtandum.ex quo excuſari poteſt a contrarietate ratione diuerſitatis tempoꝛis.facit quod habetur in.l.quibus.in pꝛima conſtitutio.C.⁊ in pꝛeallega.c.periculoſe.⁊ in dicto.c.cum tu.Aut ſecunda ſententia cōdēnatoꝛia eſt omnino contraria pꝛime abſolutoꝛie.⁊ tunc conſidera quod aut in ſecūdo iudicio non fuit allegata pꝛima ſententia:aut fuit allegata.ſi non fuit allegata:⁊ tunc aut ſcienter ⁊ doloſe fuit omiſſa ⁊ tunc valet ſecūda vt hic eſt caſus ſm lecturam Ioā.⁊ facit qđ habetur in.l.de rebus.ff.de arbi.Aut fuit ſcienter omiſſa: ſed nō doloſe.⁊ tunc ſecūdū Ioā.and.ſecūda ſententia nō valet per id quod habetur per glo.in.l.ſi diuerſa.C.de tranſactio.vbi ex conſenſu partium non poteſt ferri ſecunda ſententia cōtra pꝛimam. ⁊ idem ⁊ multo foꝛtius ſi ignoꝛāter fuit omiſſa ſm eum.¶ Quidam tamen diſtinguunt quia aut iudex ſciuit pꝛimam ſentētiaꝫ latam fuiſſe.⁊ tunc non tenet ſecūda.argu.l.ſi foꝛte.ff.de offi.pꝛeſi.⁊.j.de appella.ſi duobus.Aut ignoꝛauit.⁊ tunc teneat ſecūda ſententia.argu.iurium pꝛeallegatoꝛū.⁊ iſtam opinio.tetigit Cy. in dicta.l.j.ſed Ioan.an.hic reprobat illam pꝛeallega.l.j.que loquitur indiſtincte:⁊ quia nō eſt equum qđ beneficium ignoꝛantie partis ledatur ex ſentētia iudicis.per quam potius deberet iuuari.argu.ſ.de reſcrip.ex parte decani nec ob.dicta.l.ſi foꝛte.⁊ c.ſi duobus.quia loquūtur quando pꝛocedit ille qui iudex non eſt.quo caſu circa validitatem pꝛoceſſus ponderatur ſcientia vel ignoꝛātia iudicis.pꝛeterea in.c.ſi duobus reperitur pars in culpa.vt ibi patet pꝛo opinio.tamen pꝛedictoꝛum etiam poſſet allegari quod habet in.l.queſitum.ff.de re iudica.vbi ſi iudex ſcit impedimētum abſentie non tenet pꝛoceſſus.ſecus ſi ignoꝛat. facit quod dixi.ſ.eod.cum bertoldus ſed tenendo opinio.Ioan.an. poſſet dici quod illud habet locum in caſu illo ſecus in caſu de quo queritur.quia tunc vt ſit litium finis videtur indiſtincte qđ ſecunda ſententia contra pꝛimam que tranſiuerat in rem iudicatam non valeat ꝑ dictam.l.j.Sed aduerte quia glo.hic aperte tenet cōtra Ioā.an.inquantum vult quod ſi nō fuit allegata pꝛima ſnīa ſiue ſcienter ſiue ignoꝛāter fuerit hoc omiſſum teneat ſecūda per iſtum textum.in verſicu.alioquin.⁊ quod habetur.j.c. pꝛoximo.⁊ hanc partem etiam communiter ſequūtur legiſte. vnde illam ſequitur etiam Butri.in dicta.l.j.⁊ etiam Barto.Bal. ⁊ Salice.mouentur per iſtum tex.⁊ quia exceptio peremptoꝛia reſultans ex pꝛima ſentētia debuit opponi ante ſecūdam ſentētiam.alias nō videtur poſſe opponi ſi nō ſit appellatum a ſecunda ſententia. per id quod habetur in.l.ij.C.ſent.reſcin.nō poſſe. ⁊ facit quod not.hic glo.iſta finalis circa pꝛimum.⁊ iſtam ꝑtem etiam ſequitur hic do.Anto.ſed foꝛte poſſent opi. concoꝛdari quia opi.glo.⁊ legiſtarum poteſt habere locum quādo ſcienter fuit omiſſa :quia tunc eſt quid imputandum ꝑti quare nō adiecit:⁊ quare illam non oppoſuit ſed vbi pars ignoꝛaſſet ſaltem ſi pꝛobabiliter ignoꝛauit:tunc ſi nō oppoſuit non eſt ſibi aliquid imputādum.⁊ hoc caſu poſſit pꝛocedere opinio Ioan.an. ⁊ ꝓ hac diſtin.facit tex.iſte in ratione ſui in verſi.alienum.inquātum pondere imputādum eſſe parti que nō obiecit de pꝛima ſententia.⁊ ſi a cōtrario ſenſu videtur velle qđ ſec9 ſit quādo nō eſt qđ imputetur.arg.j.de his que fiūt a pꝛela.cum apoſtolica. ⁊.l.iij.§. huius rei.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.tñ vt dixit gloſ.hic quā cōiter ſequūtur legiſte,tenet idem in ignoꝛāte ⁊ omittēte.nec ob.pꝛedictis qđ no.in.l.ſi diuerſa.de trāſac.ꝑ quam mouet̃ Io. an.qꝛ debent intelligi quādo partes ex eadē inſtātia vellent ferri ſcđam ſecus quādo ferretur in diuerſa inſtātia per iſtū text. ⁊ id qđ habet̃ in.d.l.duobus.ff.de except.rei iudi.Itē ſi velles tenere diffinitionē quaꝫ feci inter ſciētē ⁊ ignoꝛātem poſſes rñdere ad l.ij.C.ſen.reſcin.nō poſ.que vult ꝑemptoꝛiā nō poſſe obijci poſt ſnīam a qua nō fuit appellatum.qꝛ illud ꝓcedit in alia ꝑēptoria quā in illa que deſcendit ex pꝛima ſnīa: qꝛ in illa eſt ſpecialer vt ſit litiū finis qđ poſſit etiā poſt ſcđam ſnīam opponi ſi nō eſt quid imputetur parti quare ante ſnīam nō oppoſuit.arg.huius tex.a ſenſu ꝯtrario.⁊ eſt noua ꝯſideratio in materia.Pꝛedicta ꝓcedunt qñ pꝛima ſnīa nō fuit allegata cōtra ſecūdā.Si autē fuit allegata tūc aut fuit allegata ſed nō pꝛobata.⁊ tūc habet̃ perinde ac ſi nō fuiſſet oppoſita:qꝛ paria ſunt nō eſſe vel nō apparere. l.in lege.ff.de cōtrahē.empt.⁊. quia tūc videtur qđ ſimus i caſu in quo diſputat̃,An ſit iudicatum vel nō quo caſu ſi iudex pꝛonūtiat nō eſſe iudicatum reſcindit̃ in effectu pꝛima ſentētia.l.j.in pꝛin.ff.que ſentētie ſine appellatione reſcin.⁊ tāgit hic glo.nam tacite pꝛocedēdo ad ſecūdam nō obſtāte dicta allegatione videt̃ tacite pꝛonūtiatū nō eſſe per id quod legitur ⁊ notatur.ſ.de oꝛdi.cognitio.c.j.Aut fuit pꝛima ſentētia allegata ⁊ pꝛobata tūc aut nihil fuit obiectum cōtra illam ſentētiam nec aliquid pꝛobatum ⁊ iudex nihilominus tulit ſentētiam ſecūdam contra illam ⁊ tūc ſecūdum omnes ꝯmuniter ſecūda ſentētia eſt nulla per di-



Ayuntamiento de Madrid

etiam.l.prima. ⁊ ita expreſſe.voluit hic glo.⁊ ſequitur etiā Jo.an. ⁊ do. Anto.hic ⁊ etiā Butri. Bal.⁊ Sali.in.d.l.j. Bar.tamē ibi ⁊ in.d.l. duobus.videtur velle cōtrarium.inquātum indiſtincte tenet qđ ſecūda ſententia lata in diuerſa inſtātia tenet.ſed verior videtur opinio huius glo.que eſt cōmunis ꝑ dictā.l.j.⁊ quia vt dicit do.Anto.videtur qđ ſit ſpeciale qđ in diuerſa inſtantia valeat ſecūda ꝯtraria quando reuocatum eſt in dubium an fuerit prius iudicatū vel nō.d.l.j.que ſen.ſine appella.reſcin.aut fuit allegatum ꝯtra ipſam ſentētiam:⁊ tūc aut fuit allegatum de nullitate aut de iniuſtitia ſi allegatum fuit de nullitate tunc videtur qđ ſecūda teneat q꞉ videtur fuiſſe dubium an prima fuerit nulla vel nō propter cōtrouerſiam ſuꝑ hoc factam.⁊ ſic tacite videtur ꝓnūtiatum ipſam fuiſſe nullam.⁊ ideo videtur valere ꝑ id quod tāgit hic glo.in verbo,ſentētia.in glo.ſequē.⁊ etiā in hac gloſ.ſi. na.in verſi.item nō poteſt opponi.⁊ precipue hoc procederet qñ aliquid eſſet allegatū ex quo veriſimiliter poſſet preſumi de nullitate.imputet ergo ſibi pars que nō appellat a ſecūda ſentētia ſi videt inique ꝓnūtiatum ex eo q꞉ prima ſententia fuerit aliqua in rei veritate.⁊ nō nulla.aut fuit appellatū ⁊tūc ſi pars aduerſa nō contradixit quo minus diſcuteretur de iniuſtitia prime ſentētie: tunc ſi cōſtat de iniuſtitia prime per confeſſionem partis vel alio modo tenebit ſecunda per id quod no. Inno.j.de immuni.eccle.quia plerique.⁊ in.c.fraternitatis.de frigi.⁊ male.⁊ qđ dixi.ſ. eo.cum bertoldus.⁊ imputet ſibi pars que paſſa eſt diſputari de iniuſtitia prime ſentētie.quia ipſa inuita nō poterit de hoc diſputari obſtāte exceptione rei iudi.in.c.j.de lit.cōte.in.vj.⁊ l.j.C.de re iudi.Si autē pars ibi cōtradixit ⁊ nō obſtante contradictione iudex admiſit ꝓbationes ſuper iniuſtitia tunc eſt dubium, an ſi feratur ſecūda valeat vel nō:⁊ iſtud cōtingit de facto in ciuitate Bono.nam videt qđ ſecūda ſententia nō valeat ex quo lata eſt cōtra primam que erat aliqua ⁊ que fuit allegata ⁊ ꝓbata.ꝑ id qđ hic dicit glo.⁊ que habetur in.d.l.j.in cōtrarium facit q꞉ videtur ꝙ ex quo cōſtat de iniuſtitia ſentētie debeat valere ſecūda. ꝑ id quod no. Inno.in.d.c.q꞉ plerique.⁊ in.d.c.fraternitatis.ſed forte ꝯtraria opi.eſt verior quia de iure parte cōtradicente nō debuit admitti probatio ſuꝑ iniuſtitia.facit quod no.per Inno.ſ. de ꝓba.qm̄ cōtra.vnde ſaltē eſt iuſta cauſa appellādi a ſcđa ſentētia.licet etiam potuiſſet appellari ab admiſſiōe quā fecit iudex admittendo ꝑtem ad ꝓbādum de iniuſtitia cū de iure canonico ab omni grauamine poſſit appellari:ſꝫ ſecus de iure ciuili.l. ante ſententiam.C.quorū ap.nō recipian.illud tñ eſt certū ſm̄ vtrunque ius ex quo iudex nō admiſit peremptoriam poteſt appellari a diffinitiua in.c.ſi.đ appella.in.vj.⁊ ſic de iure deberet retractari ſcđa ſnīa in cauſa appellationis tanꝙ iniuſte lata ſaltē.l.eos.C. de appel.⁊.j.de teſta.raynutius.⁊ raynaldus.⁊ ita tūc de facto allegabam.⁊ ꝑ hoc habes plene expeditā iſtam materiam latius quam tangant hic docto.⁊ quā etiam tangant legiſte in.d.l.j. ℭ Que autē ſit ratio quare ſcđa ſentētia cōtra primā nō valeat: cōclude quod ratio eſt ſi fertur ex eadē inſtātia:q꞉ ſcđa fertur ſine inſtātia:⁊ etiā ꝑ illum qui functus eſſet officio ſuo.Si autem fertur in diuerſa inſtantia tunc cōmuniter dicitur qđ ratio eſt vt ſit litium finis.vt tangit glo.in dicta.l.j.Bar.tñ illam reprobatt quia ſi illa eſſet ratio eadē ratione nō deberet valere ſentētia que fertur cōtra iuramētum vel trāſactionem cum etiam illa fuit venie ꝑ quam lis finitur.vt in.c.j.de lit.cōteſtat.in.vj.quod tamen eſt falſuꝫ.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi dānetur.ff.de iureiurā.vt in.l.elegāter.§.ſi quis poſt.ff.de cōdi.indebi.ſed dixi cōiter tenet ratio predicta ⁊ illam ſequit Bal.⁊ Sali.in.d.l.j.⁊ etiā Butri.licet nō clare reſpondeat rationi Bar.tamē potes reſpōdere quod ſentētia ſui natura magis ordinatur ad litem finiēdam.⁊ idio in hoc eſt maioris autoritatis.facit quod notat in.l.j.ff.de iureiurādo.do. Anto.hic aſſignat aliam videlicet quia ſentētia que trāſiuit in rē iudicatā inducit notorium.j.de coha.cleri.vel mu.c.fin. ſentētia autē cōtra notorium nō videtur valere.ſ.eod. inter ceteras.⁊.c. cum bertoldus ⁊.j.de appella.ſolicitudinem.⁊ per Archidia. de ſen.exco.romana.circa finē Et ideo videtur valere ſecūda ſentētia cōtra primam:quod tamē intelligit quādo de prima ſentētia facta eſt fides iudici quia tūc videt pronūtiari cōtra notorium. Secus quādo nō eſt iudici facta fides allegādo vel ꝓbādo primam ſentētiam:quia tūc nō.cōſtat iudici de notorio.ideo.tūc valet:ſed an hoc vltimum procedat indiſtincte recurre ad ea que dixi ſupra.⁊ hec de materia huius gloſ.

1 ℭ Confeſſio procuratoris an noceat domino.

2 Poſſeſſorium ⁊ petitorium ſi in eadem inſtantia accumulētur ſi prius conſtat de poſſeſſorio ſuper eo prius fertur ſententia ⁊ executioni mandatur.

3 Sentētia lata cōtra ſubiectum an preiudicet vero dño.

4 Iudicādum eſt pro parte que efficaciora iura producit.

5 Sententia lata contra inſtrumētum vel priuilegium valet etiā ſi iudici fuit oſtenſum.

6 Inſtrumentum ſolutionis ſi poſt ſentētiam reperiatur an reus cōdemnatus habebit aliquid remedium.

7 Inſtrumenti vel priuilegij pretextu nouiter reperti non debent lites inſtaurari.

SUborta. Tenet a ſentētia lata cōtra priuilegium ſi ab ea non fuerit appellatum vel ſupplicatum.hoc dicit.⁊ tria facit ſicut tres ſunt partes.Primo premittit proceſſum ⁊ ſententiam latam ſuꝑ poſſeſſorio.Secūdo cōmittit ipſius executionē ⁊ cauſam ſuꝑ petitorio.Tertio petitorium diffinit ⁊ diffinitū moderatur:⁊ quoddā ſoluit obſtaculū.ſecunda ibi verum.tertia ibi iudicibus.ℭ In tex.ibi Inno.pape.ſ.ij.q꞉ autor decre.fuit Inno. iij.ibi.⁊.j.deciditur quod corā delegato fuit proceſſum ſuper petitorio ⁊ tandem ex parte epi oſtenſa fuit quedam ſententia lata per alexandrum pro epiſcopo vnde iudices perplexi an debuerit ſeruare priuilegium Inno.an vero ſentētiam predictam remiſerit cauſam inſtructā ad ſedem apoſtolicā.ℭ Nota.ꝙ vbi in eodem libello plures accumulantur articuli quorū alter facilius poteſt expediri poteſt iudex ⁊ partes pronūtiare expediendo articulum de quo cōſtat alio dilato.de quo.ſ.eo.cum inter vos.⁊ de elec.cum inter.R.ſeniorem.ℭ Not.ꝙ in cauſa monaſterij per abbatē ⁊ monachos poteſt conſtitui procurator.facit quod no. in.c.ſeq.

1 ℭ † Nota ꝙ cōfeſſio procuratoris videtur nocere domino:de quo in.c.j.ad ſi.ſ.vt lit.nō conteſta.

2 ℭ † Nota ꝙ vbi in eadem inſtātia accumulatū eſt poſſeſſoriū ⁊ petitoriū ſi prius ꝯſtat de poſſeſſorio ſuper eo prius fertur ſnīa ⁊ executioni mandatur nec differtur executio vſque ad ſnīam in pititorio.de quo in.c.cum dilectus.de cau.poſ.⁊ eo.ti.paſtoralis.

3 ℭ † No.argu.pro ⁊ ꝯtra qđ per ſnīam cōtra ſubiectū nō preiudicatur vero dño etiā ipſo vero dño iudicante ſuper ſubiectione.de quo etiā.ſ.eo.cū ſuper. ⁊.c.cū inter vos.⁊ de ſi.inſtru.inter dilec.nam facit pro inquātū hic dicit vt nulli ꝓpter hoc ⁊c.facit in cōtrariū inquātum videt qđ ratione preſtatiōis nō fiat preiudiciū quaſi alias ſi preſtatio nō fuiſſet facta ꝑiudicaret.Hoſtien.tñ hic videt velle ꝙ ſi verus dñs ignoraret ius ſuū.licet ſciat litem motā inter alios nō preiudicat ſibi.⁊ ſic intelligit qđ habetur in.l.ſepe.ff.de re iudi.⁊.j.eo. c.penul.vel etiā ſi ſcinit preiudicat ſibi quādo gerit actum inter alios ratione publici officij.argu.l.videlicet.ff.ex quibus cauſis maio.l.cū quidam.C.de admini.tuto.Secus ſi gereret officium priuati volūtarium ſicut eſt officium procuratoris ⁊ aduocationis.l.aduerſus.§.fina.ff.de inofficio.teſta.⁊.l.j.eo.titu.tutius tamen eſt ſemper proteſtari de iure ſuo.per id quod hic habetur. ℭ Nota ꝙ quando dubium in quolibet caſu certi cōcludit iudicem pro iuſtitia partis nō impediſſe per illo ſentētiam promul-

4 gari.facit.l.gallus.§.ſi enim.ff.de libe.⁊ poſtu. ℭ † Nota iudicādum pro illa parte que efficatiora iura producit.facit.l.fina.C.

5 de edic.diui adri.⁊.ſ.de probatio.licet cauſam. ℭ † Not.qđ valet ſentētia lata contra inſtrumētum ⁊ etiam priuilegium etiam ſi iudici fuit oſtenſum.Quid autē ſi feratur contra ſentētiam iudici oſtenſam.plene dictum fuit.ſ.c.proxi.cum glo.fin. ℭ Quid

6 autem ſi † inſtrumentum abſolutionis poſt ſentētiam fuit repertum:an tunc reus condēnatus poſſit habere aliquod remediū. tangit Specu.in titu.de ſenten.executione.§.vlti.verſi. illud autem.⁊ de inſtrumen.edit.§.poſtꝙ.verſicu.quid ſi ſolui decem.de quo etiam ꝑ Cy.in.l.j.C.de condictio.indebi.⁊ plene dixi.ſ.eo. c.cum bertoldus.⁊ de materia etiam ꝑ Joan.and.j.de pur.vul. c.ij.⁊ facit etiam qđ nota.gloſſ.in.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.

7 mandati. ℭ † Nota illud vulgatum pretextu inſtrumēti vel priuilegij nouiter reperti ⁊c.etiā vide quod no.in.l. imperatores.ff. de re iudica.⁊ quod notatur.ſ.c.proximo.in glo.ſ.fina.⁊ in.l.ad monendi.ff.de iureiuran.nam fallit in caſibus dictarum legum. ℭ Nota vltimo ꝙ adhoc vt quis obtineat in poſſeſſorio recuperande ſuper iure incorporali ſufficet probare ſe fuiſſe aliquando in quaſi poſſeſſione.nam illo ꝓbato obtinere debet contra nunc reſiſtentem:quia cenſetur tunc reſiſtens eum priuaſſe poſſeſſione.vt voluit hic Innocē. qđ eſt notandum ⁊ ideo tūc competit interdictum recuperāde vel officium iudicis vel condictio ex canone.de quo.ſ.de electio.querelam.per Innocen.de reſtitu.ſpoliatorū.ſepe.⁊ facit quod dixi eod.titu.c.audita.⁊ quod notatur etiam in.c.accedens.ſ.vt lit.non conteſta. ℭ In gloſ.j.in fine. ⁊ de materia etiam per legiſtas in.l.j.C.de cōfeſſis.⁊ per Barto.in.l.certum.§.ſed an ⁊ ipſos.ff.de confeſſis ⁊ plene dixi in.c. primo ad finem allega.in glo. ℭ In gloſſa ſecunda.in fine.facit etiam quod habetur in.c. conqueſtus.ſ.de foro competen.⁊ de indicijs.c. finali. ℭ In gloſ.reſtitutio ibi preiudicialis.facit qđ habetur inſtitu.de acti.§.preiudiciales. ℭ In ead.glo.ibi ei preiudicat hec ratio q꞉ de poſſeſſione prius cōſtituit al's nō preiudicaſſet.vt.ſ.de cauſa poſſeſſio.paſtoralis.cum ibi notatis. ℭ In eadē glo.ibi per confeſſionem partis aduerſe.Secus ſi aliter cōſtitiſſet ſecūdū aliquos.ſed Innocē.hoc nō tenet quia eadem eſt ratio

a ℭ Tenet ſentētia.eiuſdē temporis fūt abb.⁊ do. Jo.i ſūmādo B.c. licꝫ ab.pauca verba addat.

Ayuntamiento de Madrid

ratio qualitercūqʒ conſtiterit de poſſeſſorio.facit qḋ habetur.C. de fide inſtru.in exercendis.¶ In glo.fina.ibi:ſecus in cōpenſatione quaſi velit glo.ſpeciale eſſe in compēſatione non declarat ratione diuerſitatis quare aliud ſit in cōpenſatione:ſed potes dicere ꝙ ideo eſt aliud in ꝯpenſatione qꝛ illa poteſt opponi ad merita cauſe ante ſententiam ⁊ etiam poſt ſententiaꝫ in executione. facit qḋ not.gloſ.ſ.de fide inſtru.cum Joannes.ad fi.⁊ qḋ etiaꝫ dixi. ⁊ ideo ſi expreſſe non reprobatur videtur reſeruata quo ad executionem.ſecus quando expreſſe reprobatur: ſecus in alijs exceptionibus que tamen poſſunt opponi ad merita cauſe ante ſententiā ſicut regulariter ſunt exceptiōes perēptorie.l.peremptorias.C.ſniam reſcin.non poſſe.⁊ ideo tunc eoipſo ꝙ nō admittū tur videntur reprobari quia nō poſſunt reſeruari ad tempus executionis cum poſt ſentētiā nō poſſunt opponi dicta.l.ij.C.ſentē. reſcin.nō poſſe.¶ In eadem gl.in fine.⁊ facit qḋ plene notatur ſ.de conſtitu.cum acceſſiſſent.

1 Canonici regulares poſſunt noīe ſuo ꝓcuratorē conſtituere aliū cōcanonicū in cauſa quā mouere volūt cōtra abbatem.
2 Canonici etiam regulares poſſunt ꝓpriū prelatū deferre ſuperiori ſuper criminibus ipſius prelati.
3 Propter infamiā prelati inquiri poteſt cōtra membra.
4 Inquiſitores appellantur iudices.
5 Inquiſitor datus ſuper pluribus articulis poteſt aliquos expedire alijs dilatis.
6 Jurare cogitur is cōtra quē fit inquiſitio.
7 Inquiſitores nō poſſunt ꝓcedere lite nō conteſtata.
8 Conſpiratores cōtra inquiſitum nō ſunt recipiendi in teſtes.
9 Publicatio teſtiū an ſit de ſubſtantia iudicij.
10 Publicare atteſtationes ⁊ illas oſtēdere differunt.
11 In appellatione interpoſita ad curiā ſi pars nō poteſt ibi probare cauſam appellationis nō ſtatim eſt ferenda ſentētia: ſed ad partes eſt remittēda ſi illic pars cōſulit ſe poſſe ꝓbare.
12 Conſpiratores non ſunt admittendi in teſtes contra eos contra quos cōſpirauerunt.
13 Teſtimonium nō viciatur propter admiſſionem teſtium inhabilium cum habilibus.
14 Cōſpirationis actus inhabilitat teſtē ſolū reſpectu illius contra quem conſpiratum fuit.
15 Limitata cauſa limitatum parit effectum.
16 In cauſa appellationis poteſt plene probari qḋ tantum ſemiplene fuit probatum in cauſa principali.
17 Compromiſſum quando fit de pluribus poteſt ſeparatim pronuntiare niſi aliud actum ſit.
18 Lis cōteſtari debet in cauſa inquiſitionis qñ aliquis illā proſequitur contra inquiſitum.
19 Publicatio atteſtationū ſi omittatur an proceſſus erit nullus.
20 Teſtes minus idonei admitti poſſunt in cauſa inquiſitionis.
21 Conſpirator qui cōſpirationē fecit cōtra prelatū pro bono eccleſie repellitur a teſtimonio cōtra ipſum prelatum.
22 Monachus an poſſit cōſtituere ꝓcuratorem.
23 Monachus an poſſit conſtitui procurator.

**Cum. J. et. A.** Sentētia a qua fuit appellatū retractatᷣ ſi conſtat teſtes ad quorū dicta tantum lata fuit cōſpiratores fuiſſe ⁊ cōtradicente parte receptos.hoc dicit.Et primo ponit factum corā papa narratum appellationis remedio.Secūda dat iudices.Secunda ibi:quia vero. Prima ponit ſubdelegationē principalis cauſe ⁊ eius formā.Secūda ibi:iudices ponit ꝓceſſum et ſniam delegatorū.Tertia ibi.a qua ponit appellationē ab illo interpoſitam ⁊ ipſius proſecutionem. Secūda etiā poteſt ſubdiuidi qꝛ primo in certo caſu proceſſum priorū iudicum irritat ⁊ de nouo inchoari. Secundo ſub triplici membro mādat ꝓceſſum priorum confirmari. Tertio quoddā ſoluit
1 obſtaculū.Secunda ibi:ſi vero.Tertia ibi:licet.¶ No.ꝙ † canonici regulares etiā nomine ſuo poſſunt procuratorē conſtituere alium canonicum regularem in cauſa quā mouere volunt ꝯtra
2 abbatē.¶ No.ſecūdo † canonicos eccleſie etiā regulares poſſe propriū p̄latū deferre ſuperiori ſuper criminibus ipſius prelati. ¶ Et no.ꝙ nō ſolū poſſunt deferre crimen imo etiā ⁊ criminis infamiā qꝛ ipſorū intereſt habere bonum prelatuꝫ ⁊ nō diffamatum de criminibus facit qḋ notatur per Inn.ſ.de accuſa.ſuper his.¶ No.practicam dandi viſitatorem ⁊ inquiſitorem generalem nam generaliter datur quādo datur tam in capite ꝙ in mē
3 bris.¶ No.ꝙ † propter infamiā prelati poteſt ꝓcedi ad inquiſitionē contra membra forte ideo qꝛ infamato capite videtur etiā membra infamata.argu.eorum que habentur.vj.q.j.ex merito. No.qḋ cui cōmittitur correctio videtᷣ poſſe priuare beneficio.
4 ¶ No.in verſi.iudices.ꝙ † inquiſitores etiā iudices appellātur nam admodum iudicum ab adminiſtratione deponūtur ⁊ etiā exceptiones admittunt.de quo per Joan.an.ſ.de iudi.exhibi-
5 ta.¶ Nota ꝙ † inquiſitor datus ſuper pluribus articulis poteſt aliquos expedire alijs dilatis.de quo in gloſ.⁊.ſ.eo.cum inter
6 vos.¶ Nota ꝙ ille † contra quē fit inquiſitio cogitur iurare.de quo.j.de accuſa.qualiter.§.debet.in verſi.a qua.¶ Nota primo
7 argu.ꝙ † inquiſitores nō poſſunt procedere lite nō ꝯteſtata.ſed de hoc dic vt hic tangitur per gl.iiij.⁊ ſuper ea tāgitur. ¶ No.
8 ꝙ † conſpiratores cōtra inquiſitum nō ſunt recipiendi in teſtes. de quo.j.de ſimo.licet.⁊.c.per tuas.¶ Nota ꝙ in cauſa appellationis nedum poteſt allegari iniuſtitia:ſed etiaꝫ nullitas proceſſus.de quo.j.titu.j.dilecto.⁊ per legiſtas in.l.j.C.quādo prouo.
9 nō eſt neceſ.⁊ in.l.ſi expreſſim.ff.de appella.¶ No.ꝙ actus † publicationis teſtium videtur eſſe de ſubſtātia iudicij vel ſaltem de iuſtitia vt illo omiſſo ſentētia ſaltē reddatur iniqua: an autem propter hoc reddatur nulla tangit hic Innocē.⁊ tangetur cuꝫ glo.in verbo oſtenſis.⁊ per gl.Jaco.butri.⁊ Bartol.in.l.prola-
10 tam.C.de ſentē.¶ No.ꝙ aliud eſt † publicare atteſtatiōes aliud oſtendere ⁊ ꝙ non videtur ſufficere publicare atteſtationes niſi etiam oſtendantur.de quo dictuꝫ fuit.ſ.de teſtib. fraternitatis. nam verum eſt ꝙ ſi pars petat ſibi oſtendi poſt publicationem debet ſibi oſtēdi vt ſic poſſit facere defenſiones ſuas cōtra illos. Si autē pars non petat ſibi oſtendi tunc ſi publicatio eſt rite facta:an illa ſufficit ad impediēdum deinceps teſtes produci ſup eodem articulo dictum fuit.ſ.de teſti.conſtitutis.el.ij.ſuper gl. finali.facit etiam qḋ not.ibi per Joan.and.⁊ per gl.in.clemen. teſtibus.de teſti.⁊ per Barto.in auſ.at qui ſemel.C.de probat.
11 in ꝟſi.quia vero.¶ Nota ꝙ † in appellatione interpoſita ad curiam licet nō poſſit pars ibi probare cauſam appellationis non tamen ſtatim ferenda eſt ſententia ſi pars cōfidit poſſe probare in partibus:vnde tūc eſt cauſa remittenda ad partes. ¶ Nota ꝙ ſi fuit ſola voluntas probandi cauſam appellationis hoc nō iuſtificat appellationem niſi aliter actualiter ꝓbetur.de quo tamen dicēdum vt plene habetur.j.titu.j.interpoſita.et.ſ.de teſti. ex parte ade.et intellige quando voluit probare corā iudice a quo facit ꝙ tangetur cū glo.penul.⁊ cum glo.in verbo recepto.
12 ¶ No.ꝙ † ſentētia lata receptis teſtibus cōſpiratoribꝰ demum irritatur quādo apparet ꝙ teſtes fuerūt cōſpiratores ⁊ ꝙ depoſuerunt contra illum ꝯtra quē cōſpirarūt ⁊ ꝙ iudices ſecuti ſunt dicta illorū.Et no.ꝙ tunc dicunt ſecuti quādo per alios nō eſt probatū:ſecus quādo per alios eſt plene probatū.facit qḋ habe-
13 tur in.l.ij.C.ſi ex falſis inſtru. ¶ Et ex hoc no.ꝙ † cōmiſtio inhabilium cum habilibus ad teſtificandum non viciat teſtimonium dūmodo tot habiles deponant ꝙ remaneat integra pro-
14 batio.¶ No.qḋ actus † conſpirationis videtᷣ inhabilitare teſtē ſolum:reſpectu illius contra quē eſt conſpiratum non reſpectu alterius.nam hic cōſpirantes cōtra abbatem recipi poſſunt contra monachos.¶ Et ex hoc no.ꝙ delictū conſpirationis nō videtur indiſtincte repellere a teſtificando ꝙ intellige vt tangetᷣ
15 j.cum gloſſ.finali.¶ Nota etiam ex predictis ꝙ † limitata cauſa limitatum parit effectum.facit quod habetur in.l.in agris.ff.de acquiren.rerum domi.et in.l.ita autem.in princi.ff.de adminiſt. tutorum.¶ Nota ꝙ per actum receptionis teſtium inhabilium non videtur pars grauari:niſi ſtatim probentur inhabiles. de quo dicendum vt plene dictum fuit in.c.ex parte.ſ.de teſtibus.
16 ¶ Nota vltimo ſm Hoſti.ꝙ † in cauſa appellationis poteſt plene probari quod tantum ſemiplene fuit probatum in principali.de quo dicendum vt plene habetur in.l.per hanc.C.de appellatio.⁊.ſ.de teſtibus.fraternitatis.in gloſſ.j.in fine.¶ An autē de cōſenſu partium poſſet fieri extra locum.vide quod habetur de officio delega.ſtatuimus.lib.vj.⁊.ſ.de reſcriptis.ſtatutum.§.in nullo.eodem libro.¶ In glo.dilata.in fine.de hoc an poſſit per partes pronuntiari hoc eſt particulariter ſuper aliquibus ſi ſuper omnibus non pronuntiatur ſiue loquamur in ordinario ſiue in delegato ſiue in arbitro plene dictuꝫ fuit in.c.inter vos.ſ.eo.de quo etiam per legiſtas in.l.prima.C.ſi aduerſus rem iudicatam.
17 ¶ Et nota bene finem gloſſe que vult ꝙ † quādo cōpromittitᷣ de pluribus poſſit ſeparatim pronuntiare niſi aliud ſit actum. ¶ Gloſſa tamen poſuit opinio.in dicta.l.qui tamē.ff.de arbi. ⁊ videtur ibi velle finaliter ꝙ ſemper tacite videtur agi ꝙ ſuper omnibus pronuntietur.⁊ idem videtur velle Azo in ſumma de arbi.circa medium.ſed potes dicere hoc verum quando eſſent capita cōnexa vel quando ab actore aliqua peterentur ⁊ econtra a reo per modum reconuentionis.vt notat Bartol.in dicta l.qui tamen.Secus vbi ab eadem parte plura petuntur ſeparatim:quia tunc non videtur agi vt de omnibus ſimul pronūtiet niſi hoc agatur.vt etiam voluit Bart.in dicta.l.qui tamē.⁊ ſic etiam intelligatur hec glo.¶ In gloſſ.non cōteſtata.ibi:⁊ hoc intelligitur expone et pro vel:quia hic ponitur noua ſolutio vcꝫ
18 ꝙ † in cauſa inquiſitionis conteſtari debeat lis quando aliquis illam proſequitur contra inquiſitum:⁊ ita intelligatur hic. Secus quando ex officio iudex inquirit nemine ꝓſequente inquiſi-

Ayuntamiento de Madrid

tionem:quia tunc nõ eſt cum quo lis cõteſtetur tamen ſi inqui-
ſitus eſt preſens tradi debẽt ſibi capitula ⁊ illis reſpõdere.⁊ tunc
reſpõſio habet̃ ꝓ cõteſtatione.Si autẽ cõtumaciter ſe abſentet ci
tari debet ⁊ procedi poteſt contra eum etiam lite non conteſta-
ta:vt.§.ſunt ⁊ alij.allega.in glo.facit qđ notat̃.ſ.de teſti.in.c.cũ
19 clamor.¶†Jn gl.oſtenſis.ibi:⁊ ita tam ex hac cauſa ⁊c.⁊ ſic vi
detur velle gloſ.ꝙ vbi dicta teſtium non publicantur:⁊ ſic non
datur etiam copia atteſtationum ꝙ ſit iuſta cauſa appellandi.⁊
per hoc videtur ꝙ nõ per hoc reddatur ſentẽtia nulla ſi non ap-
pellatur.⁊ hoc etiam expreſſe tenuit hic innocẽ.⁊ ſm eum ſi non
appellatur tale grauamen tranſit in rem iudicatam ad preiudi-
cium partis.ſ.eo.qđ ad cõſultationem.glo.in.l.prolatam.C.de
ſen.⁊ interlocu.omnium iudi.videt̃ tenere oppoſitũ videlicet ꝙ
ſi omittatur publicatio atteſtationũ proceſſus reddatur nullus.
ſed contrarium ibi tenuit Jacob.de butrio.⁊ Bartol.quia non
debet dici publicatio de ordine ſubſtãtiali iudicij cum etiam ſine
illa poſſit procedere iudicium vt quando fieret probatio per in-
ſtrumentum potes concludere ꝙ ſi nõ eſt petitum publicationẽ
fieri tenebit ꝓceſſus nam iudici ſunt ſatis publica vt poſſit ipſe
illã videre ⁊ ſentẽtiã ferre.facit qđ legitur ⁊ notatur.ſ.de teſti.cũ
clamor.⁊ maxime hoc procedit quando per ipſum eſſent teſtes
examinati.Si autem petitum fuerit publicationẽ fieri tunc ſi nõ
fiat an teneat poceſſus eſt magis dubium.per id quod not. in
ſimili.in.c.vxor felicis.xvj.q.iiij.⁊.l.ij.§.ſed qꝛ veremur.C.de iura
men.calũ.⁊ facit etiam qđ habetur in.c.fina. de hereti.lib. vj. et
Bart. in extrauaganti ad reprimendum.in verbo,ſine figura iu
dicij.tamen cõmunis opinio eſſe videtur qđ licet male faciat iu-
dex aggrauare partẽ.⁊ per hoc poſſet pars appellare de iure ca-
nonico tamen ſi nõ appellatur tenebit proceſſus:vt hic videtur
velle Jnno.Hoſtien.Joan.and.Jaco.butri.⁊ Bart.in dicta.l.
prolatam.⁊ hoc vidi de facto reuocari in dubium in practica di-
cebat tamen Jnno.quãtum ad intellectum tex.etiam poſſe dici
ꝙ hic fuerunt publicata dicta aliquorũ teſtium:ſed non illa con
ſpiratorũ ⁊ ideo hec exceptio non habuit obſtare.⁊ ex hoc not.ꝙ
ſaltem quãdo aliqua facta eſt publicatio atteſtationum [illegible] nõ
omnes atteſtationes ſint publicate non per hoc vitiabitur pro-
ceſſus vbi autẽ ex toto omiſſa eſt publicatio:an habeat vitiare re
curre ad ea que.ſ.dixi.¶Jn glo.recepta.ibi:ſed illud ſoluit̃ dic
melius quo ad tex.iſtum ꝙ hic nõ fuit appellatum ante ſenten-
tiam ſed ſolum ab ipſa ſentẽtia diffinitiua.⁊ ideo licet fuiſſet obie
cta exceptio ⁊ oblata probatio ⁊ non recepta nõ per hoc iuſtifica
tur appellatio a diffinitiua:qꝛ illa debet ex meritis cauſe iuſtifi-
cari ſecus ſi fuiſſet obiecta exceptio ⁊ oblata ꝓbatio ⁊ nõ recepta
⁊ propter hoc fuiſſet tunc appellatũ:qꝛ tunc hoc conſtito coram
iudice appellationis iuſtificata eſſet appellatio ab ipſa interlocu
toria:vt in.c.interpoſita.j.eo.ideo tunc ad finem reuocandi attẽ
tata non eſſet neceſſe probare veritatem cauſe licet poſſet ipſe ap
pellans ſi vellet.⁊ ſic poteſt intelligi quod habetur in.c.ex parte.
ſ.de teſtibus.de quo plene ibi dictum fuit. ⁊ tangetur etiam in
dicto.c.interpoſita.¶Jn eadẽ gl.ibi:⁊ probanda debeat pro-
bari exceptio que opponitur quando econtra teſtem recurre ad
ea que plene not.per Joan.andre.in dicto.c.ex.parte.⁊ ibi etiã
dixi.¶Jn gloſ.pe.in ſi.vel potes dicere vt tetigi cum glo.in ver
bo.recepta ꝙ hic nõ fuit appellatum ante ſententiam.⁊ ideo ceſ
ſat cõtrarium gloſ.quia hic ſolum fuit appellatum a diffinitiua
qꝛ non debet retractari niſi appareat illã eſſe retractandam con
trarium gl.poſſet procedere quando appellatum fuiſſet ante ſen
tentiam ex cauſa legitima probabili.nã tũc ſi fuit oblata ꝓbatio
⁊ nõ recepta:⁊ propter hoc appellatum fuiſſent nulla poſtea at-
tentata per.c.interpoſita.j. titu.j. Si autem non fuiſſet oblata
probatio: tunc ita demum declarentur nulla attẽtata ſi appa-
reret cauſam appellationis eſſe veram.per id qđ legitur et nota-
20 tur.j.de ſen.excõmu.licet.lib.vj.¶†Jn gl.ſi.ibi:qꝛ de facto ſuo
agitur ſed certe hoc eſt diuinare.ideo videtur ſtare ſolutio quam
glo.ſenſit ſcꝫ qđ ſit ſpeciale in cauſa inquiſitionis vt admittãtur
teſtes minus idonei qꝛ illa ſit contra infamatum.j.de accu.qua
liter ⁊ quando.el.ij.tamen hec ſolutio videtur perfecta qꝛ licet in
criminibus exceptis poſſet procedere.per id qđ habet̃.j.de accu
ſatio.cum.p.⁊ de ſi.per tuas.tamen in alijs non exceptis nõ vide
tur ꝓcedere:vnde ſcđa fuit ſolutio que colligit̃ ex gloſ.in ver.et
qđ hic dicit̃ ꝙ hic recipiant̃ non ad plenam fidem ſed ad pſum-
ptionem faciẽdam ⁊ vt cũ alijs habeant ꝓbare.Tertia fuit que
colligitur in verſi.vel poſſet ꝙ hic recipiũtur minus idonei cõtra
illos qui eos tolerauerũt ⁊ nõ cõtra alios.per id qđ habet̃.j.de
accuſa.nulli ſꝫ certe ſpãle videt̃ in epõ vt nõ poſſit obijcere ꝯtra
illos quos tolerauit in ſua familia.vt in.d.c. nulli.⁊.ij.q.vij.§.in
hoc.c.vnde potes dicere quartã ſm Jnno.ꝙ hic forte nihil fuit
oppoſitũ per aliquẽ niſi per Abbatẽ.⁊ ideo quo ad alios pote-
runt recipi vel quinqꝫ ſm Jnno.⁊ notabiliter nõ ſolum repellẽ
di ſunt qui cõſpirãt malo animo:ſꝫ etiã qui faciũt ꝯſpirationem

a ¶Conſtitue-
re procurato-
reſ.an religio-
ſi poſſint cõſti
tuere procura
torem.vide di
ſtincte do.Hẽ
ricum bohyc.
hic in prin.c.

pro bono eccleſie ꝯ illũ ꝯ quẽ cõſpirãt naꝫ quodã modo videtur
habere cauſam inimicitie contra talem.⁊ ideo cõtra illum debet
repelli arg.c.ij.⁊.iij.iij.q.v.licet quãdo fiat pro bono eccleſie cõ-
ſpiratio fiat ſine peccato ſm notata.ſ.de iudi.exhibita.vel ſexto
ſm Hoſti.ſpeciale eſt in generali inquiſitiõe vt tales admittant̃
qꝛ in illa nõ eſt locus ſolẽnitatibus videtur ſaltem quãdo ſit ad
21 penitentiã peragendã.Potes concludere ex predictis ꝙ ſi †.cõ-
ſpirator fecit conſpirationẽ pro bono eccleſie contra prelatum:
tunc repellitur a teſtimonio ꝯtra ipſum prelatum:ſed non ꝯtra
alios de eccleſia contra quos non cõſpirauit:vt voluit hic Jnn.
in vna ſolutione.¶Si autẽ conſpiratio ſit facta in malum.i.ad
finẽ mali ſeu malo animo ⁊ in odium prelati tunc repellitur a te-
ſtimonio contra ipſum prelatum.¶An autem tunc repellatur
cõtra alios cum videatur criminoſus tunc ſi obijciatur aliquid
contra eum admittit̃:vt hic etiã voluit Jnn.¶Si autem obij-
ciatur tunc in generali inquiſitione vbi agatur ad penitẽtiam ⁊
contra infamatum admittetur ſaltem ad preſumptionem faciẽ-
dam in ſpeciali autem videtur qđ admittit̃ ad informationem
vel ad preſumptionem ſed nõ ad plenaꝫ probationem vbi alij te
ſtes poſſint haberi:ſed vbi alij non poſſent haberi tunc forte in
ſubſidium admittentur:vt voluit hic Goffred.argu.eorum que
habentur.ſ.de teſti.veniens.el.ij.circa ſi.⁊ in.l.conſenſu.§:ſuper
plagijs.C.de repudijs.quanta tamen fides ſit adhibenda relin-
quendũ videtur arbitrio iudicis.per ea que habentur in.l.iij.§.[illegible]
ff.de teſti.⁊ ita etiam voluit hic do.Anto.¶Extra gloſ.tangit
a hic Jnno.An monachus poſſit cõſtituere procuratorem a.⁊ an
22 monachus poſſit conſtitui procurator. ¶† Circa primuꝫ quod
conuentus monachorum abſqꝫ dubio poteſt cõſtituere procura
torem.ſ.de ꝯſuetu.c.cum dilectus.⁊ de iuramen.calumnie impe
ratorum.¶Jtem etiam poteſt religioſus conſtituere procura-
torem ſi inquiſitio fiat cõtra ipſum:vt patet in Abbate qui etiã
monachus eſt.j.de ſimonia.c.finali.Et idem ſi ipſe monachus
inquiſitionem promoueat contra prelatum:vt hic patet ⁊.j. de
accuſatio.c.penulti.⁊ ſi ſunt plures religioſi promouentes inqui
ſitionem poteſt vnus alterum procuratorem conſtituere: vt hic
patet ⁊ in clemen.religioſus.de procura. poteſt etiam agere pro
electione ſui prelati confirmanda.facit.ſ.de reſcrip.cum dilecta.
⁊.j.eo.ad probandum vbicunqꝫ reperitur licitum monacho age
re poterit procuratorem conſtituere per.l.j.ff.de procura.⁊ quia
melius eſt ꝙ per alium agat quam per ipſum.de ſimo.c.j.poteſt
etiam [illegible] prelatum ⁊ tunc ei expenſe de
bonis monaſterij ſunt miniſtrande.j.de accuſa.ex parte. ⁊ ſimi-
liter [illegible].c. quapropter.
23 ¶[illegible] conſtitui procura
tor ab abbate in negotio [illegible] mandato abbatis
et pro vtilitate [illegible] monachi. non
autem potuit eſſe procurator [illegible] proprijs abbatis ſi forte
fiat inquiſitio contra abbatem ſecundum aliquos.ſed nõ placet
hoc Jnnocen.quia etiam in inquiſitione que ſit contra Abba-
tem poteſt pro defenſione abbatis conſtitui procurator: ⁊ ſimili
ter vt proſequatur electionem factam de Abbate: quia in hoc
verſatur etiam vtilitas monaſterij.videlicet vt bonꝰ abbas mo-
naſterio preficiatur et etiam prefectus defendatur. ⁊ plus dicit
Jnnocẽ.quod de mandato abbatis poterit eſſe procurator pro
amico monaſterij: quia in hoc cenſetur eſſe ⁊ procurari vtilitas
monaſterij.argu.eorum que habentur.j.qui filij ſint legitimi.
per venerabilem. vbi archiepiſcopus.de quo ibi admittitur tan
quaꝫ procurator pro domino.de quo ibi in ſuprascriptione qui
tamen nõ erat ſuus princeps nec patronus:ſed amicus tantuꝫ.
⁊ ſic fortius debet admitti monachus cum magis videatur eſſe
prohibitum epiſcopo eſſe in iudicio pro alio quaꝫ monacho.per
id quod habetur in.l.penul.C.de procura.⁊.v.q.iij. quia epiſco-
pus.⁊ ſi is cõtra quem admittitur excipiat ꝙ non debet admit-
ti quia non verſatur vtilitas monaſterij replicabitur ꝙ non per
tinet ad eũ de hoc excipere nec inquirere:quia forte vtilitas mo-
naſterij eſt occulta quam non expedit publicari aduerſario.nec
obſt.predictis.xij.q.j.nõ dicatis.vbi videtur ꝙ non debeat reci
pere monachus aliquas literas:qꝛ illud fallit quando hoc facit
de voluntate abbatis in caſibus permiſſis a iure. ⁊ de materia
iſta hic latius per Jnno.

1 ☞Ad famã reſtituere poteſt papa.⁊ nu.5.
2 Sententia lata ſuper minima iniuria non infamat.
3 Reſponſio conuenire debet interrogationi.
4 Jniurioſum verbũ ſi proferatur cõtra aliquẽ licet animo repen-
tino ⁊ calore iracũdie tenetur actione iniuriarum.
5 Reſtituere clericum ad famam poteſt papa ⁊ etiã laicum qui eſt
de temporali iuriſditione eccleſie.⁊ nu.7.
6 Reſtituere in integrũ ad famã ⁊ honores poteſt ſolus princeps
ſeu imperator vel ſenatus.
7 Jmperatori obedire an debeant reges.

Reſtituere ad

Ayuntamiento de Madrid

8 Reſtituere ad famam an poſſit collegiū cardinalium.
9 Infames repelluntur a teſtimonio ⁊ ſimiliter ab ordinibus.
10 Condemnatus de crimine an poſſit teſtificari in criminali.
11 Infamia iuris qualiter caute euitari poſſit.

a **Cum te.** Dānatus a actione iniuriarū eſt infamis ⁊ per papam poteſt reſtitui. h.d. Primo ponit petitionem. Secūdo ipſius exauditionem. ſecunda ibi: nos autem. ¶ Nota q ſententia lata actione iniuriarum quantūcunque ſuper minima iniuria vide-
1 tur infamare ſm vnum intellectum. ¶ Et not. q † papa videt poſſe reſtituere ad famam etiam ſimplicem laicum infamatum ſm legem ciuilem. de quo cum glo. ij. ¶ Nota ſm alium intelle-
2 ctum q † ſententia lata ſuper minima iniuria non infamat. Et iſtam videtur ſequi hic glo. ⁊ etiam Specula. in titu. de reſtitut. in integ. in ſecunda parte. §. videndum circa finem. Sed Innoc. hic tenet primum intellectū q hic ſētētia infamauerit et quod opus fuerit reſtitutione dum litera dicit volumus ſubaudi in integrum. ⁊ hec opinio placet Hoſtien. ⁊ Abba. et pro iſta facit
3 quia † reſpōſio debet cōuenire interrogationi: vt in. c. inter dilectos. verſi. ceterum. ſ. de fide inſtrumen. ⁊ l. j. §. ſi quis ſimpliciter ff. de verbo. obliga. ⁊ §. ſequen. ⁊ ſi dicatur in quo poterat hic dicere ſe iniuriatū iſte pro quo lata fuit ſententia dicit Ioan. and. q forte erat iuuenis qui gloriabatur in capillis ſeu crinibuſ ſicut mulieres ⁊ ſunt aliqui iuuenes qui tenent ſingulis noctibus certas infulas ad crines ordinandos et equus iſtius erat forte tri-
4 ſtis. ¶ In gloſ. ſecunda. ibi. ⁊ inconſultus calore ⁊c. ¶ † Aduerte quia iſta non videntur procedere in actione iniuriarū q2 ſi verbum iniurioſum profertur cōtra aliquem licet animo repentino ex calore iracundie tamen teneri videtur actione iniuriarum: vt l. ſi nō conuitiū. C. de iniur. nam vt ibi dicit Cy. quando illud qd eſt factum calore iracundie poteſt retractari ſine preiudicio aduerſarij. Exemplum in l. diuortium. ff. de repud. canonizata de peniten. diſtin. j. tunc non nocet quod taliter eſt dictum. Potes exemplificare per ea que habentur in. c. ſi quis natus. alleg. in gl. Secus quando ſine preiudicio aduerſarij nō poteſt deſiſti ab eo quod eſt dictum animo repentino vel ex calore inconſulto: vt patet in. d. l. ſi non conuitiū. ¶ Et nota quod gloſ. hic. ⁊ ſeq. quod ſequitur in gloſſ. habet intellectum quod nō infamauit hec ſententia. ⁊ concordat etiam Specula. vt dixi in notabilibus. ſed Innocen. voluit contrarium. ⁊ videtur ſequi Hoſtien. ⁊ Ioan. and. vt tetigi in notabilibus. ⁊ gloſ. etiam ſequens forte voluit ſentire opinio. Inno. ¶ In eadem gloſ. ibi reſtitutio pro modico non datur. ⁊ eſt ratio q2 illa datur contra ius cōmune. l. in honorarijs. §. ſed cum res ipſa. ff. de verbo. obliga. ⁊ ſimiliter eadē ratione non datur actio de dolo q2 per eam quodāmodo quedam reſtitutio concedi videtur ſecus in actione furti que de iure cōmuni competit. facit quod not. Bartol. in. l. ſi proprietarius ff. de dāno infecto. ⁊ qd notatur per Ioan. an. in. c. quia ſepe. de
5 electio. in. vj. ¶ In gloſ. iij. in fin. No. ex glo. q † papa poteſt b cle-
6 ricum reſtituere ad famam. ⁊ ſimiliter laicum qui ſit de temporali iuriſditione eccleſie. ⁊ ſic videtur velle q ſecus ſit in laico exiſtēte de terris imperij. facit quod habetur. ſ. q filij ſint legitimi cauſam que. ⁊ c. per venerabilem. ſed Innocē. hic dicit quod ſi eſſet laicus ſibi neceſſarius pro clericatu quod tunc etiam poſſet ipm reſtituere ad famam. per ea que habentur in dicto. c. per venerabilem. ¶ Item etiam videtur ſi eſſet laicus qui non recognoſceret ſuperiorem. per id quod habetur in dicto. c. per venerabilem. alium autem laicum qui eſſet de terris imperij non videtur poſſe reſtituere ad famam. per ea que habentur in. d. c. cauſam que. ⁊ c. per venerabilem. Hoſti. tamen videtur hic ſentire contra ius ex eo quia reſtitutio poteſt fieri de tali per principem et etiam ſenatum. l. j. §. de qua. ff. de poſtulan. eccleſia autem etiam dicitur habere ſenatum in palea cōſtantinus. xcvj. diſt. ⁊ xvj. q. j. c. eccleſia etiam ſenatum: vnde collegium cardinalium qd obtinet vicē ſenatus ſeu ſenatorum. facit quod habetur in. d. c. conſtantinus. ⁊ quod habetur in. l. j. C. de officio prefe. preto. poterit reſtituere ad famam. vt etiam voluit hic Innocen. ⁊ ideo etiam Guil. de monte laudino in clemen. ne romani. de electio. ⁊ ſic multo fortius videtur papam poſſe reſtituere. tamen domi. Anto. hic ſtat cum Innocen. ⁊ non reſpondet ad rationem preallega. ſed poſſet reſponderi q ratio predicta procederet quo ad illos qui ſunt de temporali iuriſditione eccleſie q2 quo ad illos poterit collegium cardinalium reſtituere ad famam: ſed nō ſequitur q poſſint reſtituere ad famam laicum ſubiectum iuriſditioni imperij. Et per predicta procedunt tenendo communem opinionem que habet q papa non poſſit legitimare ſubiectum iuriſditioni imperatoris. de qua materia plene in. c. per venerabilem. ſ. qui fi. ſint legitimi ſed tenendo opi. Iaco. de butri. de qua tamen tāgit Io. andr. in dicto. c. per venerabilem. qui tenuit contrarium ex eo q2 ſcdm eum actus legitimationis eſt voluntarie iuriſditionis. et ideo poteſt etiam extra territorium exerceri. l. ij. §. fina. ff. de offi. proconſul. et leg. tunc videtur q eadem ratione poſſit etiam papa reſtituere ad famam laicum ſubiectum iuriſditioni imperij q2 talis reſtitutio etiam eſt actus voluntarie iuriſditionis. ⁊ de materia dicēdum vt plene conſueuit dici in. d. c. per venerabilem. ⁊ tangit hic Inno. quis poſſit reſtituere ad famā ⁊ honores. ⁊ cōcludit q de iure ciuili licet minores magiſtratus poſſint reſtituere in integrum ratione leſionis rerum in caſibus in quibus a iure reſtitutio cōcedi-
6 tur: vt patet in. l. j. ⁊ l. minor autem magiſtratus. ff. de mino. ⁊ l. preſes. ⁊ l. prefecti. eo. titu. Tamen † reſtituere in integrum ad famam ⁊ honores ſolum poteſt princeps ſeu imperator vel ſenatus. l. j. §. de qua. ff. de poſtu. ¶ An autē reges vel alij principes poſſint reſtituere ad famam. recitat Inno. opinio. nam vna fuit opi. q nō ex eo q2 cū ſit ſoli imperatori vel ſenatui hoc cōceſſum omnib9 alijs intelligit prohibitum. argu. ſ. de tranſla. prelato. c.
7 ij. §. ſed neque. nam ſcdm eum † imperatori oēs chriſtiani tam reges q alij debent obedire. facit. C. de legibus. l. leges. videtur q ſint ſubiecti legibus ipſius imperatoris que videntur prohibere dictā reſtitutionē omnib9 alijs preter quā imperatori ⁊ ſenatui. facit qd no. glo. in. c. j. de pace iuramen. firmā. circa prin. in vſib9 feu. Alia vero fuit opinio q omnes reges poſſunt reſtituere in integrum ad famā ex eo q2 nō videntur ſubditi imperatori: ſz ſoli pape in dubijs tamen ⁊ grauib9 articulis tantum. per id qd legitur ⁊ notatur. ſ. qui filij ſint legiti. per venerabilem. ⁊ maxime in §. rationibus. do. Anto. hic concordat opi. q2 ſm eum prima opinio poteſt eſſe vera in regib9 recognoſcentibus ſuperiorem ⁊ ſic ipſum imperatorem. ſecunda habeat locum in his qui non recognoſcunt ſuperiorem. per id quod no. Bar. in. l. hoſtes. ff. de captiuis. ⁊ l. infames. ff. de publi. iudi. vbi etiā videtur velle qd ciuitates que nō recognoſcūt ſuperiorem poſſint reſtituere ad famā. ſz forte de iure verior eſt prima opi. q2 licet de facto aliqui reges ⁊ alique ciuitates nō recognoſcāt ſuperiorē. tamē de iure videt q oēs debeāt recognoſcere imperatorē in ſuperiorē. per id quod habetur. vij. q. j. in apib9. xj. q. j. volumus. ⁊ c. quicunque. ⁊ no. gl. in. d. c. de pace iuramēto firmāda. tamē ſicut de facto nō recognoſcunt ſuperiorē, ita etiā de facto interdum reſtituunt ad famam: tamen videtur q ſi irrogata erat infamia ſm ius ciuile talis reſtitutio extra iuriſditionē reſtituentis nō haberet effectum. Si tamē infamia eſſet irrogata virtute legis municipalis tunc videretur quod per ſuperiorē illius habentem poteſtatem ſtatuendi poſſet tunc reſtitui talis fama. argu. ſ. de regu. iuris. omnis res. ⁊ ff. de b regu. iur. l. nihil tam naturale. de iure autē canonico cōcludit qd papa poteſt reſtituere ad famā vt dixi vt ſi reſtituit clericum vel laicum ſibi ſubiectū. Nec obſtat qd habetur. ij. q. iij. §. hinc colligitur vbi dicit q quāquā animas per penitentiam ſaluare poſſimus non tamē infamiam abolere q2 debet intelligi. ſ. per ſolam penitentiā vel quādo eſſet laicus nō ſubiectus iuriſdictiōi pape vel poteſt intelligi de infamia facti que cum in facto conſiſtit nō poteſt tolli quin fuerit. l. in bello. §. facte. ff. de capti. vel poteſt in-
8 telligi in alio quā in papa. ¶ Item ſm eum poteſt † collegium cardinalium reſtituere: vt. ſ. etiam tetigi. ſed dubium eſt de epiſcopis ⁊ ſuperioribus: an poſſint reſtituere ad famam. ⁊ Inno. hic cōcludit q nō q2 licet poſſint reſtituere quo ad dāna rerū. ſ. de reſtitu. in integr. c. j. ⁊ per totum. ⁊ in multis diſpenſare. ſ. de tempo. ordina. dilectus. cum ibi nota. ⁊ etiam abſoluere a votis ⁊ iuramentis. ſ. de iureiuran. ca. cum quidam. ⁊ c. ſi vero. et. j. de voto. c. j. xv. q. vj. autoritatem. tamen ſm eum vt dixi nō poſſint reſtituere ad famam: quia hoc nullo iure cauetur ⁊ per hoc dicit
9 q licet † epiſcopus infamis ipſo iure vel per ſententiā ab aliquo crimine toleraret nō tamen cū eis diſpēſat q2 hoc ei nō eſt licitū. allegat qd habetur in. §. hinc colligitur. ij. q. iij. vbi etiam de materia. ⁊ aliquid etiam tangitur quinquageſima diſt. domino ſancto. ⁊ xvj. q. j. c. eccleſia. ⁊ xv. q. viij. hi qui. ⁊ facit etiā qd notatur vj. q. j. c. omnes. ⁊ c. illi. ⁊ ideo tales ab accuſatione et teſtimonio repelluntur ex quo ſunt infames. ij. q. j. prohibētur. ⁊ ſ. de teſti. teſtimoniū. ⁊ ſimiliter ab ordinib9: q2 non debet vacillare fama promouēdi. ſ. de accuſa. omnipotens. cū ibi nota. Nec obſt. ſ. de tempo. ordi. queſitū. q2 nō loquitur de infamib9 infamia iuris: ſed de occultis peccatorib9 vel infamatis ſolū infamia facti cum quibus poteſt epiſcopus diſpenſare poſt peractā penitentiā vel eius partē: vt ibi pz. ⁊ per hoc dicit Inno. q ſi epiſcopuſ diſpēſat cū aliquo crimino ſo qui tamen nō ſit infamis de iure q2 hoc facere poteſt de iure ſm ea que habet. ſ. de iudi. atſi clerici. §. de adulterijs. tūc bene admittit ad accuſandū ⁊ etiā ad teſtificādū nō ſolū in ciuili ſz etiā in criminali. Nec ob. ſ. de teſti. teſtimoniū
10 vbi † cōdēnat9 de crimine nō pōt teſtificari in criminali: q2 illud procedit qñ nō eſt ſecū diſpēſatū vel qñ eſt infamis de iure. ¶ Itē nō obſt. qd no. gl. in. c. dño ſancto. l. diſ. vbi videt velle q crimine in quo epš poteſt diſpenſare poſſit etiā infamiā tollere q2 illud debet intelligi de infamia canonica. de qua etiā notat i. c.

a ¶ Dānatus. idem Abb. hic de verbo ad verbum. ⁊ do. Fely.
¶ Reges et alij principes an poſſint reſtituere ad famam.

b ¶ Papa pt. adde hic dicta Fely. i. iiij. col. verſi. circa reſtitutionē fame. nu. 10.

Ayuntamiento de Madrid

omnes.z.c.illi qui.vj.q.j.nō autem de infamia que oritur ex iure ciuili nā infamia canonica videtur tolli per penitentiā.iuxta no ta in.d.c.omnes.z.c.illi ex ſola.tamen penitentia nō habilitatur ad ordines nec ad accuſationem teſtimoniuꝫ niſi fuerit diſpēſa- tum.per ea que habetur in.d.c.ad teſtimoniū. ¶ Gl.tamē in.c. hi qui.xv.q.viij.notabiliter dicit ꝙ in caſibus in quibus epūs reci pit a papa poteſtatem diſpēſandi cū crimînoſo, intelligit etiam recepiſſe poteſtatē diſpenſandi cū infamia.z hoc etiā ſatis voluit gloſ.in.d.§.hinc colligitur.ij.q.iij.z in.d.c.domino ſancto. z for- te iſta opi.de iure eſt verior:q2 ex quo papa permittit poteſtateꝫ diſpenſandi cū crimînoſo ſimpliciter z indiſtincte permittit.er- go videtur ꝙ permittat etiā diſpenſari cū infamia al's nō pſſet ꝓ moueri.per id qđ habetur in preallega.c.omnipotens.j.de accu ſa.et q2 beneficiū principis ſeu pape late debet interpretari.l.be neficio.ff.de conſtitu.prin.z.j.de verbo.ſigni.in.c.olim tibi.do. Anto.hic tranſit cū dicto Inno.z pro opinio.gloſ.bene facit ꝙ habetur in.d.c.domino ſancto.in tex.ſi non cauilletur. ¶ In

¶ Cautela vt quis in actio- ne iniuriaruꝫ non efficiat in famis. vide p do.leguꝫ in.l. iniuriaꝫ.C.de his q no.iſa.

11 glo.ſi.ibi:cōſtituas procuratorē.no.vnā cautelā euitandi† infa- miā iuris vꝫ vt quis non litiget per ſe ſed per procuratorē. Alia eſt cautela vt ſi veniret per ſniam condēnandus in aliqua quāti tate ſoluat anteꝙ̄ cōdemnetur q2 tunc non poterit cōdemnari:z ſic nō efficietur infamis per ſententiā ſed debebit abſolui obſer- uatione iudicij.l.ſi reus paratus.ff.de pcu.z ibi per Bar.z facit etiam quod ipſe not.in.l.infamem.ff.de publi.iudi.

a ¶ Qui actus ſunt permiſſi excōicato.z vi de diſtinctio- nem do. Pēr. bohyc. hic in prin.ca.z etiā hic per Abb. z do.Fely.

1 Iudex appellationis debet confirmare vel infirmare ſenten tiam.

2 Iudex publice excōmunicatus eſt inhabilis ad iudicandum. z numero.11.

3 Excōmunicatio occulta in qua quis tolerat nō inhabilitat quē ad iudicandum quin teneat ſententia ab eo lata.

4 Litere teſtimoniales etiam cū ſigillo ex quo nō ſunt ꝓmulgato- rie non faciunt plenam fidem.

5 Sententia vbi caſſatur ex vitio cōcernēti pariter acta z ſententiā caſſat etiā tūc ꝓceſſus z debet de nouo ꝓceſſus inchoari.

6 Sententia illius qui cōmunicauit cum excōmunicato in locu- tione non in crimine an valeat.

7 Excōmunicatus an poſſit eſſe arbiter vel arbitrator.

8 Sententia lata ab excōmunicato qualiter infirmari debeat.

9 Excōmunicato qui actus permittantur z qui non.

10 Tolerantia z cōmunis opi.iuuat.

11 Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in cauſa electionis.

12 Litis conteſtatio an ſit iteranda ſi ſententia vel ꝓceſſus caſſetur.

Ad probandum. Reuocata ſenten- tia ꝓpter defectuꝫ iuriſditionis vt q2 vn' ex iudicib' erat publice excō- municatus iteruꝫ de principali negotio queref.h.d. z de eodem facto loquitur decre.cū dilecta.ſ̄.de reſcrip.z cōmo de diuidi nō poteſt. ¶ In tex.ibi:interim.i.pendente appellatio ne vel.i.pendente cognitione ſuper exceptione excōmunicatiōis oppoſite cōtra ꝓcuratorē dñi que fuit deciſa de principio huius decre.vel potes exponere.i.petita adminiſtratione illius cui de- bebat fieri reſignatio ſubtracto ꝫ ſcđm id qđ habet.ſ̄.de reſcrip. cū dilecta.ſed prima expoſitio planior eſt. ¶ In text.ibi:electiōe cuſtodis.ſup.que fuerat electa in abbatiſſam. ¶ No.ꝙ ad offi-

1 cium † iudicis appellationis ſpectat ꝯfirmare vel infirmare ſen tentiam ſcđm qđ reperit eam cōfirmandam vel infirmandam. z idem videt ſpectare ad officiū iudicis aditi ſuper nullitate p iſtū tex.ſecundū alium intellectuꝫ.z facit qđ notat per Jo.an.j.ti.j. dilecto.z per Inno.ſ̄.de offi.delega.cū contingat.z per Bar.in

2 l.ſi expſſim.ff.de appel. ¶ †No.ꝙ vbi iudex eſt pulice excōmuni catus cenſetur inhabilis ad iudicādum adeo qđ ſententia p taleꝫ lata eſt nulla.facit qđ habetur.ſ̄.de reſcrip.ſciſcitatus a cōtrario

3 ſenſu. ¶ No.ꝙ occulta† excōmunicatio in qua quis tolerat nō inhabilitat quē ad iudicādū quin teneat ſnia ab eo lata ex quo

4 aliud nō opponitur etiā ſi fuerit delegatus. ¶ No.arg.ꝙ† litere teſtimoniales etiam cū ſigillo publico ex quo nō ſunt ꝓmulga- torie nō videntur facere plenam fidem.de quo.ſ̄.de proba.poſt ceſſionem.gloſ.tamen hic colligit contrariuꝫ.de quo dicet ſuper ea.z plene de materia.ſ̄.de proba.poſt ceſſionem. ¶ Not.ꝙ vbi deducitur in iudicio nullitas ex vna cauſa nihilomin' videtur ſententiam poſſe infirmari etiam ex altera.facit.ſ̄.eo.cū bertol- dus.z qđ dicetur.j.titu.j.dilecto.z qđ no.Bar.in.l.ſi expreſſum. ff.de appel.z Inno. de offic.delega.cum cōtingat. ¶ No.ꝙ vbi

5 caſſat † ſententia ex vitio concernenti pariter acta z ſententiam caſſatur etiam tūc proceſſus.z ideo oportet tūc de nouo inchoa- ri ſeu fieri proceſſus.de quo per Bar.in.l.ſi expreſſim preallega. z.l.cōquerebatur.ff.de re iudi.z.l.ſi vt proponis.C.quō z quādo iudex. ¶ Item ꝙ actus ſententiādi cēſetur indiuiduus. z ideo ſententia lata permiſtis habilibus cū inhabilibus eſt nulla.fa- cit quod habetur in.c.illa.ſ̄.de officio delega.cum ſuper.facit ta

men in contrariuꝫ.c.ſi.ſ̄.de procurat. ¶ Sed Inno.dicit ꝙ ibi loquitur in conſtitutione ꝓcuratoris in qua dicendum eſt ꝓut ibi habetur.hic autem in ſententie prolatione.ꝫ Hoſti. hic aliter

6 dixerit.vt hic tangit Joan.and. ¶ † An valeat ſententia illius qui cōmunicauit cum excōmunicato in locutione nō in crimine. Quidam dicebant ꝙ nō per iſtum tex.ſed contrarium eſt veruꝫ quia talis nō eſt excōmunicatus maiori excōmunicatione:vt.j.

7 de clerico excōmuni.miniſtran.ſi celebrat. ¶ An autem † excōi catus pſſit eſſe arbiter.z quid de bannito habetur in Specul.de arbi.§.differt.verſi.item ſm eum.z ſequen. ¶ An autē poſſit eſſe arbitrator eſt magis dubium de quo per Joan.and. in regula,

8 dolo facit.in mercurla.j.de reg.iur.in.vj.z plene dixi in.c. quin- tauallis.ſ̄.de iureiur. ¶ † Qualiter autē infirmabit iſta ſenten- tia lata ab excōicato.dicūt quidam per exceptionem abijciendā cōtra executionem ſnie.nā aliter nō poteſt agi ad irritādā ſentē tiam latā ab excōicato ſm eos.ſed cōtrariū tenet Inno.pro quo not.Bart.in.l.que ſub cōditione.§.ſi.ff.de cōditio.inſti.z in.d.l. ſi expreſſim.z qđ no.ipſe Inno.in.c.cū cōtingat.de offi.deleg.in quibus patet ꝙ etiaꝫ implorari poteſt officium iudicis vt actus

9 declaretur nullus. ¶ In gl.j.in fi.cōcludit ꝙ † quidā ſunt actus

a qui ſunt permiſſi excōicato [a] vt cōtrahere matrimoniū.j.de eo q duxit in matrimo.c.ſignificaſti. Item appellare z appellationes proſequi.ſ̄.de excepf.ſignificauerūt. Item ſe defendere in iudi- cio z procuratorem ad id cōſtituere.ſ̄.de iudi.intelleximus.z in iſtis nō eſt dubitatio q2 valēt etiā ſi fiant a publice excōicato.fa- cit qđ no.Jo.and.in dicta regula.dolo facit.in Mercu. z Joā. cald.in ſua.qō.de excōmunicato qui cōtradixit in quarta rōne. Quidam vero ſunt actus qui ipſo iure nō valent ſi fiant a publi ce excōicato z in iſtis eſt dubiuꝫ an ſi fiat ab occulto vel a tolera to an valeant.cōcludit ꝙ ſi erat toleratus z tolerātia erat immo- bilis q2 ſnia fuerat publice lata nō habet iuuare.xvj.qō.vj.qđ dicitis.z.ſ̄.de poſtu.prelato.c.j.j.de cleri.excōmu.mini apoſto- lice.qđ limitat do.Ant.niſi fuiſſet lata in loco valde lōginquo. Ita quod veriſimiliter nō potuit trāſire ad notitiam illorum in quorum loco eſt ſententiatum.facit quod not. Pau.in proemio cle.in verbo de cetero.aut tollerantia erat probabilis:z tunc aut querimus in his que geruntur ratione priuati iuris. Aut in his que geruntur ratione iuris publici:ſeu publice poteſtatis ſiue of ficij publici.primo caſu aut actus geritur ad vtilitatem gerentis vt ſi excōmunicatus toleratus impetrat per ſe reſcriptum gratie vel etiam elegit:z tūc nō iuuat talis tolerantia vel cōmunis opi- nio.per id qđ habetur de reſcript.c.j.in.vj.licet aliqui aliter ibi di cant aut geritur actus nomine alieno per ipſum excōmunicatuꝫ toleratum:z tunc ſi geritur ſciente illo vitiū cuius nomine actus geritur non valet actus:ſecus ſi ignoraſſet. facit quod habetur j.de ſenten.excōmuni.cum non ab homine.z.j.de preben.ſi be- neficia.li.vj.Secūdo caſu quādo geritur ratione publici officij

10 tunc dicit:ꝙ † tolerantia probabilis z ꝯmunis opinio iuuat per iura allegata in hac glo.z per tex.hic a cōtrario ſenſu. Fallit ta- men in ſententia excōmunicationis que non tenet lata ab excō- municato etiā tolerato:vt not.gloſ.xxiij.q.j.in ſumma. alias re- gulariter valet qđ actus intellige ſi ille ad cuius vtilitatem gerit ignorabat vitiū:ſecus ſi ſciebat z volūtate cōmunicauit ſibi ſm eum:q2 tunc etiam ſi de mero iure valeret quod factum eſt pro- pter cōmunem opi.tamē iuſtū eſt ꝙ irritetur in odium talis ſciē- tis.argu.eorū que habētur.j.q.j.ſi qui epiſcopi.z.j.de cle.excom- muni.mini.poſtulaſti.z per predicta videtur ꝙ valebit collatio beneficij facta per prelatū excōmunicatū qui cōmuniter habeba tur pro nō excōmunicato z ſimiliter valebit confirmatio electio nis facta ab eo z hoc ſi nō ſit facta ſcięti vel deſcienti.z ſic tenuit Cal.in ſua diſputatione. ¶ In gl. in fi.ſed certe ex text. videtur colligi contrarium:q2 ſi crederetur literis epiſcopi papa hic non mandaſſet inquiri:ſed potes dicere ꝙ hic non mādat inquiri de excōmunicatione:q2 quo ad hoc credi debet literis epiſcopi. facit quod habetur.xi.q.iij.cure.ſed mandat inquiri de publicatione i.an pulice fuerit excōicatus. ¶ In gloſ.iij.ibi:vel q2 non fuit ſer uata.innuit in glo.qđ in electione facienda ſeu fieda per monia- les de abbatiſſa vel prioriſſa ſeruari debebat forma.c. quia pro- pter.de elec.ꝙ poterat eſſe verū ſm iſta tpa hodie ſeruari debet qđ habet.j.c.indēnitatibus.de elec.in.vj. ¶ In eadē gl.ibi: nō

11 fuit lis cōteſta.z ſic vult gloſ.ꝙ † in cauſa electionis lis ſit conte- ſtanda qđ ſcđm iſta iura poterit procedere ſcđm ea que habent ſ̄.de elect.dudum.el.ij.hodie non eſt omnino neceſſaria cōteſta- tio.per ea que habentur in clemen.diſpendioſam.de iudi.iuncta cle.ſepe.de verbo.ſigni. ¶ In glo.pe.ibi:irrita nūtiata.nā publi ce excōicatus nō poteſt eſſe iudex.vt patet ex his que habentur ſ̄.de reſcrip.ſcitatus. ¶ In ea.glo.ibi.z hoc eſt contra zc.ſolue q2 iura allegata in glo.loquūtur in eo qui erat toleratus et cōmuni opi.reputabatur habilis: quia forte erat occulte excōicatus hic erat publice excōicatus. ¶ In ea.glo.ibi.l.j.§.j.ſolue vt notatur in.c.cum ſuper

Ayuntamiento de Madrid

in.c.cum ſuper.glo.⁊ docto.ſ.de offic.delega. ¶ In eadem gl.
ibi cum vinculum ſolue vt colligitur ex ibi not. quia ibi in pote
ſtate habilium erat habilitare inhabiles.⁊ ideo nimirum ſi act⁹
tunc geſtus per hal[illegible] cu m talibus videlicet quia cēſentur ha
bilitati.⁊ ſic cenſetur [illegible]us geſt⁹ ab omnibus habilibus. ¶ In
eadem gloſ. in fin.⁊ de materia recurrere ad gloſ.in regula vtile
de regu.iur.in.vj.⁊ per Barto.in.l.grece.§.illud.ff.de fideiuſſo.⁊
aliquid per gloſ.in.l.pecunie.ff.de vſuris. ¶ In gl.fi.ibi cognoſ
12 cetur ex integro. ¶ † An autem iteranda ſit lit.conteſta.remittit
Joannes adreas ad notata in ſpec.de ſenten.prola.§.iuxta ver.
ſed ſi.Sed dic vt notatur per Bart.in.l.conquerebatur.ff. de re
iudica.quia ſi vitium pariter cocernit ſententiam ⁊ conteſtatio
nem tunc citanda erit.Secus ſi vitium ſolum concerne[illegible]et ſentē
tiam de quo etiam per Barto.in.l.ſi vt proponis allega ta in gl.
⁊ in.l.ſi expreſſim.ff.de appellationibus.et bene facit quod habe
tur in.c.ſi confirmationem.de electio.in.vj.

1 Sententia ⁊ res inter alios acta nō habet tertio preiudicare.
2 Debitor ſi patitur creditorē agere de proprietate pignoris an
ſibi preiudicet ſi creditor ſuccubuerit.⁊ nu.10.
3 Sententia lata cōtra ordinatum an ⁊ qñ noceat ordinatori.
4 Sententia lata cōtra eligētes an habeat electo nocere ⁊ quādo.
5 Sententia que fertur ſuper legitimatione:an faciat ius quo ad
omnes.
6 Teſtamentum ſi dicatur nullum an ſentētia lata ſuper nullita
te faciat ius inter alios ſicut ſnīa receſſoria teſtamenti.
7 Sententia lata pro vno dominorum fundi cōmunis ſuper ſui
tute ipſius fundi habet prodeſſe aleri domino:⁊ ſi feratur cōtra
vnum an noceat alteri.
8 Plures quando condemnantur vna ſententia ⁊ vnus eorum
appellat an victoria illius proderit aliis.
9 Alienatio facta per fiſcum de re quam habet cōmunem cū pri
uato nocet ipſi priuato.
11 Sententia lata cōtra venditorem an noceat emptori.
12 Sententia lata contra proprietarium an noceat fructuario.
13 Sententia lata contra colonum an preiudicet domino.
14 Sententia contra libertum an noceat patrono.
15 Sententia lata contra ſubiectum an noceat ſuperiori.

a Quamuis. Ponit regulā ⁊ duos caſus
exceptos.Primus caſus eſt ibi
ei tamen.Secundus ibi ac illi ⁊ hoc ſit loco ſumme ⁊
1 diuiſionis ¶ † No.regulā vulgatā ꝙ regulariter res
⁊ ſententia inter alios acta ⁊ promulgata nō habet tertio preiu
dicare.Fallit in duob⁹ caſib⁹ hic poſitis ⁊ ſumpta eſt hec decre.
ex.l.ſepe.ff.de re iudica.Et aduerte q̄ regula predicta inquantū
dicitur ꝙ ſententia inter alios iudicata aliis non habet nocere
debet intelligi quādo ſunt omnino alii.ſecus ſi cēſentur eſſe iidē
iuris interpretatione.vt voluit gloſ.in.l.ex contractu.ff.de re iu
dica.et etiam Innocen.hic.⁊.ſ.eo.cum ſuper. ¶ Item aduerte
q̄ debet intelligi regula quando nō habet preiudicare aliis quo
ad plenū preiudiciū poſſeſſionis vel quo ad qualēqualē preſum
ptionē bene interdum preiudicat.ſ.eo cum ſuper.⁊.l. ſententia.
ff.de appella.⁊.ff.de iureiurand.l.ſi duo patroni.in prin. ¶ Itē
fallit regula in caſib⁹ hic poſitis in litera.⁊ etiā in aliis q̄ ponū
tur in gl.de quibus hic p Inno.⁊.ī.q filii ſint legiti.cauſam que
el.ii.que autē potuit eſſe ratio regule ⁊ que caſuum hic poſitorū
in litera.tangit hic do.Anto.nā ratio regule de ſe eſt patens q̄a
ea que geruntur ⁊ eorū effectus debent reſtringi ad ſuos autores.
argu.eorū que habentur.ī.de his que fi.a ma.par.capi.c. queſiuit.
⁊.l.ſancim⁹.C.de penis.Que autē fuerit ratio hic poſitoꝝ caſuū
dicit qđ in effectu ratio eſt q̄ colligitur ex.l.ſepe.ff.de re iud.q̄ in ca
ſib⁹ iſtis ille q tacuit poterat ꝓhibere.⁊ ideo ſi nō ꝓhibuit cum
ſciuit q̄ cōſentire tacite videtur.⁊ ideo ſit ſibi preiudiciū:vt pȝ in
2 d.l.ſepe.§.cū autē. ¶ † An tamen iſta ratio ſit generalis tangitur
in gl.d.l.ſepe.q̄ videtur ꝓcedere qñ debitor patitur creditorē agere
de ꝓprietate pignoris q̄ nō poteſt ꝓhibere creditorē quo min⁹
agat hypothecaria cōtra tertiū q̄ etiā poſſet ꝯtra ipſum debito
rem agere ⁊ ſic fortius contra tertium.⁊ tamē ſit debitori preiu
dicium ſi creditor in hypothecaria diſputauit de ꝓprietate ⁊ ſuc
cubuerit:vt patet in.d.l.ſepe.⁊ ideo glo.ibi circa fi.dicit ꝙ nō eſt
generalis ratio predicta q̄ nō habet locū in debitore ⁊ creditore
ſed tunc alia ratio habet locū videlicet q̄ eo qđ obligat rē pigno
ri creditori vr̄ cōſentire vt poſſit de ꝓprietate diſputare q̄ opȝ ꝙ
res pignorata ſit in bonis debitoris obligata:vt ius hypothece
queratur creditori.l.⁊ que nōdum.§.⁊ qđ dicitur.ff.de pigno.⁊ ſic cū
ipſe creditor habeat cauſam in iure ſuo a debitore videtur debitor
permiſiſſe ꝓ illo iure ſuſtinēdo diſputare de iure ipſi⁹ debitoris.
facit qđ habetur de liberto ⁊ patrono in.d.l.ſepe.in §.ſi.nā ⁊ ſi li
bertus iuncta glo.vbi patet qđ q̄ liberto videtur eſſe permiſſum
diſputare de iure patroni qui dedit libertatem ꝓ defendenda li
bertate liberti ſnīa q̄ feratur cōtra libertū ſciente ipſo patrono:
et aliter non ꝯtradicente preiudicat ſibi ⁊ ideo eodē modo preiu
dicabit ſnīa ſi fertur ꝯtra creditorē ſciente debitore ſi fuit diſpu
tatum de ꝓprietate pignoris.Facit qđ notat gloſ.in.d.l. ſepe.in
ver.de ꝓprietate.qđ tñ an indiſtincte ꝓcedat tāgit ibi Barto.⁊
tangetur cum glo.Sed dñs Anto.hic nititur defenſare quod
etiā ratio quē ponitur in.d.l.ſepe.pōt defenſari in creditore q̄ licet
creditor non poſſit prohiberi a debitore quo minus agat hypo
thecaria inquantum tamen creditor aſſumit diſputationē ſuper
proprietate q̄ defenſio ipſius ꝓprietatis primo loco ſpectat ad
debitorem pōt debitor in ſe iudiciū proprietatis aſſumere ſi vult
q̄ principaliter in hoc verſatur eius preiudicium poterit tamen
creditor aſſiſtere ne colludat.l. ſi ſuſpecta.ff. de inoffi. teſt. Sed
forte ſi lis eſſet conteſtata cum ipſo creditore non poſſet tunc eo
inuito remouere a iudicio per ea que dixi.ſ.eo.cum ſuper.⁊ quod
not.etiā Bart.in.d.l.ſepe.⁊ ſi etiam iudicium ſit per creditorem
intentatum ſuper hypothecaria quia tale iudicium principaliter
ſpectat ad creditorem licet incidat queſtio proprietatis non vi
detur quod poſſet remoueri ab ipſo iudicio.ſȝ debitor poſſet ei
aſſiſtere ſi vellet. Et ideo non videtur tutum tenere opinionem
do.Anto.Nec obſtat predictis ſi dicatur ꝙ ſi debitor videtur cō
ſenſiſſe vt creditor ꝓ iure hypothece in qua habet cauſam a debi
tore diſputet de ꝓprietate:ergo deberet nocere ſnīa lata contra
creditorē debitori etiā ignorāti q̄ pōt dici qđ intelligitur cōſen
ſiſſe vt diſputet de proprietate niſi appareat debitorem contra
dicere q̄ tūc nō poterit diſputare niſi interueniēte ipſo debitore
vt colligi videtur ex.d.l.ſepe.⁊ ideo demū preiudicat debitori ſentē
tia quando ſciuit q̄ alias non pōt apparere an cōtradicere vo
3 luerit vel non. ¶ † In glo.prima ibi cum cauſe ſunt connexe vt
patet ex iuribus allegatis in glo.videtur appellare cauſas conne
xas ordinatoris ⁊ ordinati ⁊ videtur velle ꝙ ſi feratur ſententia
contra ordinatū ex eo q̄ ſit criminoſus ⁊ ſic male ordinatus qđ
ex hoc intelligatur ſnīa lata cōtra etiā ordinatorem:ſed gloſ.ibi ſe
cundum vnum intellectū dicit hoc verū quādo ordinans ſciuit
ſecundum aliū intellectum dicit qđ quo ad preſumptionē bene
preiudicat ſed non quo ad plenum preiudiciū.Et iſtud videtur
ſenſiſſe Inno.⁊ etiā Archidiaconus in.c.tātis Daniel. allega
to in glo.Et etiā videtur ſequi glo.in.c.dilectus.el.ii.ī.de ſimo.⁊ a
etiam videtur ſequi Innocē.⁊ Hoſti.hic finaliter licet aliqui di
cāt qđ dictū eſt ꝓcedere qñ crimen nō eſt notoriū. Secus quan
do eſt notoriū in quo caſu etiā ſine iuris ordine pōt ꝓcedi.ſ. de
iureiurādo ad noſtrā.el.ii.Et tūc ſcđm eos ſnīa latā cōtra ordi
natum nocebit ordinatori ⁊ econtra vt ſi publice contulit ordi
nes ſacros extra quatuor tēpora qđ fieri non debet vt patet.ſ.
de tempori.ordi.c.j.Et ſic intelligunt.c.tantis.⁊ iura hic allega
ta.Sed ipſe Inno.⁊ Hoſtiē.finaliter tenent quod etiam ſi deli
ctum ſit notoriū tamen ſentētia lata contra vnum non nocebit
alteri niſi quo ad preſumptionē: poterit tñ tunc iudex ex officio
ex quo factū eſt notoriū etiā punire ipſum ordinatorē.Si autem
ordinatus fuiſſet criminoſus occultus et hoc ignoraſſet ordi
nans:tunc clarum eſt qđ nō deberet puniri ipſe ordinās ex quo
ignoraſſet.argu.ī.de cle.excō.mini.c.apoſtolice.⁊ ideo tunc non
cenſetur cauſa ordinatoris habere cōnexitatē ordinati. Secus
quādo ordinauit extra quatuor tēpora.q̄ ſi male fecit ordina
tus recipere ordines peius fecit ordinator conferre tamē vt di
xi ſupra ſentētia lata contra ordinatū non nocebit quo ad ple
num preiudicium ipſi ordinatori.Dicit tamen hic.d. Anto.qđ
ſi diſputatum eſt de poteſtate ordinatorum: quia petitum fuit
pronūtiari ipſum non habere poteſtatē ordinandi q̄ non erat
preſes quod ſi tunc ſentētia feratur ſuper defectu talis poteſta
tis ſciēte ipſo ordinato qđ tunc nocebit ſibi per ea que habentur
in.d.l.ſepe.⁊ facit etiam quod habetur in decre.cupiētes.§.cete
rum.ad finē de elec.in.vj.Sȝ certe iſtud dictū nō videtur bene ꝓ
bari iure quia ſumus in aliquo de caſib⁹ poſitis in.d.l.ſepe.nec
etiam in hac decre.⁊ ideo videtur qđ remaneamus in regula. ſȝ
forte hoc dictum pōt ſaluari ſic qđ etiā poteſt ꝓnūtiari ordina
torē nō habuiſſe ptātem ordinādi ⁊ etiam vt caſſetur quicqđ fa
ctum fuerit per eum per id qđ hic dicit Inno.in ſimili quando
petitur aliquem reſtitui ad quaſi poſſeſſionem eligēdi:⁊ etiam vt
caſſetur quicquid interim eſt factum.⁊ ꝓ hoc etiā q̄:quatenus
petitur caſſari qđ eſt factū videtur diſputari de iure ipſius ordi
nati.⁊ ideo ſi ſcit ⁊ tacet videtur ſibi fieri preiudicium. per id qđ
4 habetur in iſto text.⁊ in.d.l.ſepe. ¶ † Item aduerte q̄ cenſetur
connexitas inter eligentes ⁊ electum. ¶ An autē ſententia lata
contra eligētes noceat electo.tangitur per Inno. de elect.du
dum.el.ii.in verbo partibus.⁊ per gloſ.in.d.c.dudum.concludit
ꝙ ſi agatur cōtra eligētes ⁊ petatur eos priuari poteſtate eligē
di quia elegerunt criminoſum vel contra formam iuris qđ tunc
talis ſententia non habet nocere electo. ¶ Si autē eligētes pe
tant electionē confirmari qđ poſſunt.per ea que habentur in.d.
c.dudū.tunc ſi obiiciatur electionē non eſſe confirmandā ꝓpter

¶ Ponit regulam. ſi vis perfecte habere noticiam regule res inter alios acta.cōiunge cū do.Jo.do.Abb.Felȳ.⁊ Henri.bohych. hic nec opus eſt tibi alios ſcribētes requirere.

Ayuntamiento de Madrid

crimen electi:tunc non nocebit ſnīa ipſi electo:niſi fuerit citatus
etiam ſi ſciuerit agi q2 de eius magno preiudicio agitur ſi caſſet
electio ratione criminis q2 redditur inhabilis: vt in.c.ſuper eo.
de elec.ſecus dicit ſi obijciatur eā non cōfirmandā propter defe-
ctum forme q2 tūc nocebit ſibi ⁊ ſenſit qđ noceat etiam ignorā-
ti:ſed gl.in.d.c.cupientes.§.ceterū.ad fi.dicit preiudicari demum
ſi ſciuit ſecus ſi ignorauerit.⁊ hoc ſequitur etiam ibi Jo. Inno.
⁊ Archidia.⁊ do.Ant.hic intelligit dictum Inno.in.c.dudū.
ꝙ preiudicatur ignoranti ſcꝫ quo ad quale,quale preiudiciū:ſed
nō quo ad plenū.¶ Itē aduerte q2 poteſt eſſe ꝯnexitas quando
aliquis eſt priuatus ⁊ alius loco illius ſurrogatur propter priua
tionē.⁊ de hoc ꝓprie loquitur.iij.q.vj.hoc quippe.⁊.c.ad petitio
nem.alleg.in gl.⁊ hoc etiam videtur ꝙ ſi petatur reuocari priua
tio tanꝙ indebite facta qđ ſententia ſuper hoc lata ratione con
nexitatis preiudicet ſurrogato.per ea que habētur in.d.c. ad pe
titionem.⁊.d.c.hoc quippe.⁊ hoc etiam tenet hic do.Anto.circa
ſextum caſum principalem quem ipſe hic proſequitur.et pro hoc
faciat qđ habetur in dicta.l.ſepe.ff.de re iudi.inquantū ibi dicit
ꝙ ſi creditor patiatur debitorem diſputare de dominio rei ⁊ ſen
tentia feratur ꝯtra eum nocebit creditori.⁊ ſic patet ꝙ vbi quis
patiatur diſputari de iure a quo ius ſuū deriuatur quod ſit ſibi
preiudicium.⁊ ideo eodem modo videtur in caſu propoſito quia
propter priuationem que facta erat ſucceſſiue derogatū erat iuri
ſubſtituti ſeu ſurrogati.⁊ ideo ſi feratur ſentētia pro ipſo qui fue
rat priuatus ⁊ remotus ⁊ declaretur priuationē nō valuiſſe ſciē-
te ⁊ patiente ſurrogato videtur ꝙ habet ſententia ſibi nocere.et
per hoc etiam videtur defenſari poſſe quod.ſ.dixi poſt dominū
Anto.vcꝫ ꝙ qñ fertur ſententia cōtra eligētem vel ordinantē ex
defectu poteſtatis ꝙ talis ſententia habeat nocere electo ⁊ ordi
nato qui ſciuit iudicium predictum agitari.⁊ per predicta etiam
videtur ꝙ ſententia lata cōtra preſentantē ex defectu poteſtatis
preſentandi habeat nocere preſentato.et per conſequens idem
ius.argu.c.tranſlato.de conſtitu.⁊.ſ.de tranſla. prelato.c.ij.⁊.l.
illud.ff.ad le.aquil.licet glo.aliter dixerat in.c.hoc quippe allega
to in glo.vbi facit differentiā inter eligentem ⁊ preſentantem: ſꝫ
vt dixi nō videtur eſſe bona ratio diuerſitatis.vt hic tangit do.
Anto.¶ In eadem gl.ibi in cauſa libertatis no.bene quia glo.
videtur velle indiſtincte ꝙ ſententia lata pro libertate preiudicet
alijs tamen tex.in.l.ingenuum.allega.in glo.videtur loqui quā
do eſt cauſa ingenuitatis vt quia qs dicit ſe liberum a natiuita-
te.nā tales dicuntur ingenui ſed vbi qs natus eſt ſeru⁹:⁊ poſt-
ea manumittitur licet ex hoc efficiatur liber tamen appellatur
tunc libertinus ſeu libert⁹:vt inſti.de libertinis.in.§.i.⁊ domin⁹
manumittens eſt patronus.Et attende quia quādo eſt queſtio
ſeruitutis ⁊ ingenuitatis q2 quis dicit ſe ingenuum ⁊ alius dicit
eum ſeruū bene habet locū lex ingenuum:q2 ſi ſententia fertur
declaratoria ſuper ingenuitate preiudicat alijs. Sed vbi aliqs
diceret aliquē eſſe libertū ⁊ ipſe diceret ſe ingenuum tunc dixit
Inno.in.c.cauſam.el.ij.ꝫ.qui fi.ſint legi.ꝙ tūc ſententia lata ſup
ingenuitate nō habet omnibus preiudicare.allegat qđ habetur
in.l.j.⁊.l.patronū.ff.ſi inge.quis eſſe dicat.⁊ ibi etiā gl.hoc ſentit
ſcđm vnā ſolutionē.⁊ ſic etiā trāſit hic Jo.and.⁊ poſſet allegari
ratio diuerſitatis;q2 maioris preiudicij eſt queſtio ſeruitutis quā
libertatis;ideo magis ſuccurratur quādo de maiori preiudicio
agitur.ar.decre.vbi periculum.de elec.in.vj.Gloſ.tamen ipſa
videtur ſentire idem vtrobiqꝫ etiā.d.l.ingenuum.vt plene dixi
in.l.ſepe.ff.eo.⁊ Cy.etiam hoc videtur ſentire in.l.ij.C.quib⁹ res
iudi.nō nocet.ad dictam.l.j.⁊.l.patronū poſſet reſponderi tenē-
5 do alias ſolutiones ibi poſitas.¶ † In eadē gl.ibi:in cauſa filia
tionis.ſup.quia ſi aliquis pronunciatur filius titij.facit ius quo
ad oēs alios de cognatione titij qđ intelligit do.Anto.quando
cauſa eſt cognita cum eo cuius principaliter intereſt: puta cū eo
qui pretendit pater ſecus ſi cū alio arg.l.cū non iuſto.ff.de collu.
deteg.an autem ſententia que fertur ſuper legitimatione faciat
ius quo ad omnes Inno.dixit ꝙ nō valde notabiliter in dicto
c.cauſam que el.ij.mouetur q2 ſm eū hoc non reperitur iure ex-
preſſum ⁊ nunꝙ ſm eum ſententia facit ius inter omnes niſi vbi
reperiat expreſſum.Cy.tamen in.d.l.ij.C.quibus res iudi.non
nocet.videtur velle contrarium vbi videtur velle quod quando
ſententia eſt declaratoria iuris perſone inherentis qđ tūc faciat
ius inter omnes do.Anto.hic non facta mentiōe de dicto Cy.
videtur concordare opinio.nam dicit ꝙ opi.Inno.poteſt proce
dere quando aliquo petēte hereditatem obijcitur ſibi ꝙ illegiti-
mus ⁊ propter hoc ipſe petijt ſe ꝓnunciare legitimum.nam tūc
ex quo propter priuatum intereſſe ſententiatur ſeu pronūtiatur
ſuper illegitimitate vel legitimitate tūc nō nocebit ſnīa alijs:ſec⁹
ſi aliquis vellet admitti ad honores ⁊ ꝓpter hoc petijſſet ꝓnun-
ciari ſe eſſe legitimum:q2 tunc ſi feratur ſententia ꝓ legitimitate
preiudicabit omnibus cū tunc lata ſit propter intereſſe publicū.
¶ In eadem glo.ibi.§.meminiſſe.Aduerte qđ ſententia non
habet alijs ꝓdeſſe ſuper eo in quo eſt lata:ſed bene habet prodeſ-
ſe in alio quia ille qui ſuccumbit in querela efficitur indignus le-
gato ſibi facto in teſtamento qđ voluit impugnare ſed non po-
tuit.⁊ ideo tale legatum venit applicand[um] fiſco.⁊ ſic loquitur
dictus.§.meminiſſe.ſed melius facit quod habetur in.l.poſthu-
mus.§.ſ.de inofficio.teſta.vbi ſententia lata ſup querela inofficio
ſi teſtamenti pro ipſo querelante licet ipſius nō interſit q2 ſit ta-
lis qui non poſſit venire ab inteſtato non prodeſt alijs venienti
bus ab inteſtato. ⁊ eſt ſpeciale ꝙ ſententia reſciſſoria teſtamenti
facit ius quo ad omnes:vt ibi patet ⁊ in.l.papinianus.§.fina.al-
6 leg.in gloſ.¶ † An autē ſit idem ſi teſtamentū dicatur nullum
vt ſententia lata ſuper nullitate habeat ſimiliter facere ius inter
alios ſicut ⁊ ſententia reciſſoria teſtamenti.Glo.tetigit in.l.j.ff.
de except.rei iudi.⁊ in.l.ij.C.de fide inſtrumen.in quibus tenet
quod aliud ſit in ſententia lata ſuper nullitate:an indiſtincte ſit
7 verū plene declarat in.d.l.ſepe.¶ † In eadē gl.in.§.ſi fundus.
vbi dicitur ꝙ ſententia lata pro vno dominorū fundi cōis ſuper
ſeruitute ipſius fundi habet ꝓdeſſe alteri dño.¶ An ſi feratur
contra v[nū] nōceat alteri.Glo.ibi dubitat tamen finaliter videt
inclinare ibi ⁊ in.l.ſi de cōmuni.eo.titu.ꝙ ſi nō interuenit culpa
vel negligentia ipſius agētis ꝙ habet nocere alteri ſocio. ¶ In
eadem gloſ.ibi ſi cōmunē ibi dicitur ꝙ ſi aliquis habet fundum
cōmunē cū pupillo cui fundo debeatur ſeruitus licet neuter do-
minorum vtatur ſeruitute nō preſcriberet ſeruitutē q2 ꝯtra pu-
pillū non currit preſcriptio ⁊ q2 res eſt indiuidua in ꝯſequen-
tiam prodeſt ſocio vt etiam non currat cōtra eum. ¶ In eadē
glo.in verſi.quādoqꝫ plures ibi ponitur caſus qui habetur in.c.
8 pe.ꝫ.de appella.q2 loquitur quādo plures † ſunt cōdēnati vna
ſententia ⁊ vnus eorū appellat.nā victoria illius proderit alijs
ſi eadē ſit cauſa defenſionis.de quo in preallega.c.pe.⁊ plenius
per Bar.in.l.ſi qui ſeparatim.§.fina.ff.de appella. ¶ In ea.gl.
ibi de cōmuniū rerum alie.l.ij.ſed certe ibi potius videtur nocere
9 quia † alienatio facta per fiſcū de re quā habet cōem cū priuato
nocet ipſi priuato quia potuit totam alienare ratione partis ſue.
⁊ hoc reſpectu ꝓpteſt dici prodeſſe.¶ In ead.glo.ibi:ignorante
10 creditore.ꝓ declaratione glo.cōlude ꝙ aut queritur an † ſnīa la-
ta cōtra debitorem preiudicet creditori.aut queritur econtra an
ſententia lata contra creditorem preiudicet debitori.Primo ca
ſu conclude ꝙ aut ſententia fuit lata ante oblationem pignoris
factam creditori ⁊ tunc illa nocet creditori.l.ſi mater.§.fina.ff.de
excep.rei iudi.nam tunc fuit affectum ius debitoris: ⁊ ideo cum
affectione ⁊ ſuo vitio tranſit res ad creditorē.facit.ꝫ.de pigno.c.ex
literis.⁊ qđ ibi not.Aut fuit lata creditore ignorāte ⁊ nō nocet
ſibi.vt voluit hic glo.⁊ probatur ⁊ in.d.l.ſepe.ſm vnam lecturā.
Aut fuit lata creditore ſciente ⁊ non contradicente ⁊ tūc preiu-
dicat ipſi creditori:vt probat in.d.l.ſepe.niſi appareat ꝙ fuerit
lata per colluſionem vel propter iniuriam debitoris. per id quod
not.in.l.preſes.C.de pigno.⁊ in.l.ſi ſuperatus.de pigno.⁊ in.l.ſi
per imprudentiam.ff.de euic. Idem ſi ſit lata abſente debitore
in eius cōtumacia quia tunc preſumitur potius contra cōtuma
ciam latam.¶ Ideo nō nocebit creditori.l.ſi ideo.§.fi.ff.de euic.
⁊.l.qui repudiantis.§.fi.ff.de inoffi.teſta.vbi Barto.videt velle
ꝙ nunquā ſententia noceat alteri parti abſenti:licet ſolū fuerit
abſens in actu ſententie.qđ eſt notandū.⁊ hec procedūt quādo
ſententia fuit lata cōtra debitorem conuentū rei vendicatione.
Si autē ſit lata contra debitorem agentem contra poſſeſſorē rei
pignorate:an tunc noceat creditori conclude ꝙ ſi lata fuit ſentē
tia contra debitorem ex eo q2 non probauit ſe dominū:⁊ tūc nō
nocet creditori:poſtea volenti agere hypothecaria:quia ex quo
modo ad aliud agitur abſolutoria lata pro reo quia non proba-
tum non habet ſibi nocere quo minus poſſit docere ad defenſio-
nem hypothece de dominio debitoris.per id quod habetur in
l.iulianus verum debitorem ſm vnam lecturam.ff.de cōdit.in-
debi.Si autem fuit lata ſententia contra debitorem agentem ex
eo:q2 reus probauit ſe dominum ſcđm.l.circa ff.de probatio. et
ſm nota.de reſtitu.ſpolia.ex conqueſtione.⁊ tunc nocebit credi-
tori ſcienti ⁊ non contradicenti.per ea que habentur in.d.l.ſepe.
⁊ licet iſto caſu nō potuerit ꝓhibere creditor debitorē quo min⁹
ageret rei vendicatione tamen ex alio capite preiudicat ſibi ſentē
tia.ſcꝫ quando paſſus eſt autorem ſuum a quo habet cauſam de
iure ſuo per quandā conſequentiam experiri habet ſibi nocere.
per id quod habetur hic in tex.in ſecunda fallentia ſeu in ſecun-
do caſu facit qđ inferius dicitur.ſecundo caſu quādo querit an
ſnīa lata cōtra creditorem noceat debitori.cōclude ꝙ aut fertur
contra creditorem conuentū rei vendicatione ad rem pignora
tam quam poſſidet,⁊ tunc ſi debitor ſcit ⁊ tacet nocebit ſibi ſen-
tentia:ſecus ſi ignorat.per ea que habentur in.d.l.ſepe.⁊ nō pōt
eſſe quia debitor tunc patitur diſputare de iure quod ad ipſum
principaliter ſpectat:quia de dominio rei non tunc nocet per id
quod hic habetur in primo caſu fallentie hic poſite.⁊ facit etiā
qđ habetur

Ayuntamiento de Madrid

quod habetur in.d.l.ſepe.Aut creditor agit cõtra alium hypo-
thecarie poſſidentem rem pignoratam:⁊ tunc aut ſuccumbat ex
eo:qꝛ non probat oblationem pignoris:⁊ tũc nõ nocet debitori
quia nil eſt diſputatum de iure ſuo:cum non ſit diſputatum de
proprietate ſeu dominio rei:aut creditor ipſe probauit oblatio-
nem ⁊ deduxit etiam dominium debitoris ad confirmationem
illius ſm.l.⁊ que nõdum:§.qđ dicitur.ff.de pigno.⁊ tunc aut ſuc-
cubuit ex eo:qꝛ nõ ꝓbauit de dominio debitoris:⁊ tunc nõ no-
cet ſnia debitori cũ principaliter in hoc iudicio ageretur hypo-
thecaria:⁊ poſtea debitor agat rei vẽdicatione ⁊ ſic ad aliũ ſinẽ.
ideo nõ debet nocere per id qđ habetur in.l.iulianus.in.ſ. lectu.
ff.de condi.indebi.⁊ per id qđ dixi.ſ̃.quando ſnia fertur contra
debitorem agẽtem.facit quod habetur.ſ̃.de teſti.veniẽs.el.ij.ſi
autem fuit lata ex eo:qꝛ reus ꝓbauit ſe dominũ:⁊ tũc ſi debitor
ſciuit reum aſſumpſiſſe onus probandi ſuper dominio. ⁊ tacuit
ſententia lata contra creditorem nocebit ipſi debitori.per ea que
habentur in tex.iſto in primo caſu fallẽtie.⁊ in.d.l.ſepe.ſm vnã
lectu.dicit tñ Bar.in.d.l.ſepe.ꝙ nõ ſufficit debitorẽ ſcire credi-
tores agere hypothecaria:niſi ſciuerit etiã diſputari de dominio
ſuo.⁊ ſic intelligi dictam.l.ſepe.ſed aduerte quia tex.ibi dicit ſim
pliciter qđ preiudicatur debitori ſcienti.ſed Bartolus intelligit
quando ſcit de proprietate ⁊ đ dominio diſputari:⁊ ita etiã tex.
videtur ſentire in ratione ſui.¶ In eadẽ glo.quãdo non nocet.
ſupple.qꝛ poteſt poni exemplum:quãdo vnus coheredum agit
vel cõueniatur pro parte ſua lata cõtra eum nõ nocet coheredi.
intellige quo ad plenũ preiudiciũ:ſed bene nocet quo ad aliqua-
11 lem preſumptionem.l.a ſententia.ff.de appellat.¶ †In eadem
gloſ.ibi vel poteſt poni hanc opinio.in qua reſidet glo. ſequitur
hic Inno.ſed Accur.tenuit contra in.l.ſepe.ff.de re iudic.Bar.
in dicta.l.ſepe.cõcor.in effectu opinio.quia aut vẽditor ſuccum-
bit ex eo:quia nõ probat ſe dominum:⁊ tũc nocet ſententia em-
ptori:qꝛ tunc videtur dixiſſe ſe dominũ tempore intentate actio
nis per ipſum vẽditorem ⁊ ſic nõ videtur deduxiſſe omnino do-
miniũ ꝙ habuerit ante vẽditionẽ.⁊ ideo ſi ſuccumbat quia nõ
probat dominium ſm tempus intentati iudicij non debet noce-
re ipſi emptori:quia nõ eſt diſputatum de iure ipſius emptoris:
ſi autẽ ſuccumbat ex eo:quia reus aſſumpſit in ſe onus proban-
di dominium ⁊ probauerit ſe dominum tũc quia bene eſt diſpu-
tatum in effectu de dominio emptoris:quia duo nõ poſſent eſſe
domini inſolidum eiuſdem rei.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.cõmo-
da.⁊.ſ̃.de fide inſtru.inter dilectos.⁊ ſi reus eſt dominus per cõ
ſequẽs ſequitur ꝙ emptor non eſt dominus.facit.l.pomponius.
§.ſi is.ff.de procura.⁊ ideo tunc ſi emptor hoc ſciuit ⁊ tacuit:qꝛ
paſſus eſt autorẽ ſuum diſputare de iure ſuo ſit ſibi preiudiciũ.
⁊ per id ꝙ habetur in tex.iſto ⁊ in ſcđo caſu fallẽtie.⁊.in.d.l.ſepe.
⁊ hoc caſu ſaluetur opinio huius gloſ.⁊ Innocẽ.ſed in caſu pce-
denti poteſt procedere opi.Accur.¶ Et aduerte quia Bart.dicit
hoc verum quando ſententia lata eſt cõtra venditorem quãdo
vero diſputatum eſt de iure emptoris nocet emptori:ſi ipſe ven
ditor ſimpliciter egit rei vendicatio.⁊ ſic nomine ſuo. Sic ſm eũ
non habet tunc locũ iſta materia nec.c.iſtud.nec dicta.l.ſepe.ſed
potius tunc ſumus in regula qđ non videtur tacens approbare
niſi agens vtiliter egerit ⁊ ſic obtinuerit.alias potius intelligi-
tur probare per ea que habentur in.l.ex parte.ff. famil. herciſcũ.
⁊ in.l.iij.§.in hac.ff.iudica.ſolui.⁊ in.l.ſ.C.manda. Innocen.ta-
men hic videt velle contrarium ex quo ille qui agit eſt ille a quo
habet cauſam ipſe tacens per iſtum tex.qui loquitur indiſtincte.
ſecus ſi non haberet cauſam etiam ſi eſſet coniuncta perſona:qꝛ
tunc non preiudicaret illi cuius nomine agit niſi haberet ratum
tacite vel expreſſe.l.ij.C.quibus res iudi.non nocet.ſed aduerte
quia ipſe Innocen.in.c.ex parte decani.ſ̃.de reſcrip.videtur vel
le contrarium.nam ibi dicit:quod eoipſo ꝙ quis ſcit alium agere
nomine ſuo.⁊ nõ contradicit ꝙ videtur tacite approbare per ea
que habẽtur in.d.l.ſepe.⁊ illud dictum ſepiſſime allegatur.etiã
ſic videtur in hoc fuiſſe ſibi cõtrari⁹ niſi dicas qđ illud qđ hic di-
xit debeat intelligi ſcđm illud vt inquantum hic dicit ꝙ non ſit
preiudicium ei cuius nomine agit niſi expreſſe vel tacite ratum
habeat.Intelligatur qđ ſatis tacite videatur ratũ habere ſi ſcit
⁊ tacet.tamẽ hoc nõ bene videtur de mente Inno.hic qꝛ videt
velle qđ aliud ſit tunc ꝙ in caſibus huius decre.⁊ ſic cũ in caſu
decre.ſufficiat taciturnitas conſcientia videtur velle qđ in dicto
caſu nõ ſufficiat:ſed requiratur ꝙ per alium actum tacite appa-
reat de conſenſu.Ange.tamen in dicta.l.ſepe.tenet dictũ Inno.
in.c.ex parte decani.de reſcrip.reprobata opinione Barto.non
facta mentione de dicto Inno.hic poſito potes cõcordare opi.
vt tetigi in dicta.l.ſepe.nã ille qui agit nomine alieno eſt autor
illius cuius nomine agit.⁊ tunc videtur ꝙ pcedat dictũ Inno.
in.c.ex parte decani.per iſtum tex.qui loquitur indiſtincte.et ſic
etiam voluit Inno.hic in gloſ.magna.ver.ideo autem.iſ Bar.
in hoc velit cõtrarium in dicta.l.ſepe.ſed videtur qđ nõ bene per
predicta:aut nõ eſt autor eius cuius nomine agit:⁊ tunc aut aſs
fuit eius procurator ſuper eo ſuper quo agit ſed fuit vocatus. et
tũc ſi poſtea agit nomine domini ipſo ſciente ⁊ tacente videt re-
uocaſſe prohibitionem.⁊ ſic etiam poteſt intelligi qđ habetur in
dicto.c.ex parte decani.qđ etiam loquitur in pcuratore reuoca-
to.facit qđ habetur in.l.ſemper qui nõ ꝓhibet.ff.de regu. iuris.
Idem videt ſi pcurator excedit mandatũ dño ſciente et tacente
quia tunc etiã videtur tacite approbare per ea que habentur.ſ̃.
de offi.delega.cum olim abbas.Idem videtur ſm Cy.in.l.inui
tus.C.de pcura.ſi ſit cõiuncta perſona que agit nomine alterius
quia ratione coniunctionis facilis preſumitur conſenſus.argu.
eorum que habentur in.l.que dotis.ff.ſolu.matrimonio.⁊.in.l.ſi
ſeruus cõmunis.ff.de dona.inter virũ ⁊ vxorẽ.⁊ iſto caſu poteſt
intelligi dictũ Inno.in d.c.ex parte.⁊ idem videt velle Cy.in.d.
l.inuitus.ſi ſit amiciſſimus ille qui agit.hoc tamẽ nõ bene videt
probare.ſed Innoc.hic etiam tenet cõtra.in cõiuncta perſona.⁊
forte hoc de iure verius:qꝛ non reperitur hoc iure cautũ licet opi.
Cy.ſapiat equitatem.Item ſm dñm Anto.in clemen.j.de pcu.
videtur poſſe ſaluari dictum Inno.in.c.ex parte.ſi ille cuius no
mine agitur inhoauerat iudiciũ:quia tunc cogit ꝓſequi reo in-
ſtante:vt in auſ.qui ſemel.C.quõ ⁊ qñ iudex.⁊ ſic ſm eũ ſi alius
nomine ſuo ꝓſequatur:videtur ꝙ ſi hoc ſiat eo ſciente ⁊ tacente
videtur tacite habere ratum ex quo tenebatur ꝓſequi forte ta-
men hoc dictum nõ eſt tutum:quia nõ apparet in iſto actu iudi
ciali an vtiliter egerit vel nõ niſi ex euentu.voluit gloſ.in.d.l.ex
parte.ff.familie herciſ.⁊ ideo forte de iure non pcedit hec limita-
tio.extra caſus autẽ predictos pcedat Bar.⁊ dictũ Inn.hic nec
obſtat etiã.l.ſepe.videlicet quia ex quo poteſt ꝓhibere ⁊ nõ ꝓhi
bet videtur cõſentire:quia illa ratio habet locum in caſibus po-
ſitis in.d.l.ſepe.ſed nõ in caſu iſto in quo ſumus in actu iudicia-
li qui ſit noĩe alterius quo caſu ita demũ tacendo intelligitur con
ſentire ſi reperiatur vtiliter geſtũ ⁊ aliter nõ.per ea que habentur
in.d.l.ex parte.⁊ in.d.l.iij.§.in hac.ff.iudi.ſolui.⁊ qđ dixi de em-
ptore et vẽditore.Idẽ dicas de ſocero ⁊ vxore reſpectu mariti cũ
eadem ſit ratio:ſed aduerte quia dubiũ eſt quid iuris de ꝓprieta
rio ⁊ vſufructuario.de quo tetigit Bar.in.d.l.ſepe.⁊ aliquid tã-
git Inn.hic de dño aũt ⁊ emphyteuta vel feudatario tetigit hic
glo.⁊ videt equiparare illos emptori ⁊ vẽditori.ſed Barto.equi
parat eos ꝓprietario ⁊ vſufructuario.⁊ puto qđ melius dixerit
ꝙ glo.qꝛ vẽditor nõ habet aliquod ius ſed bene habet ius pro-
prietatis ſeu directũ dñium ſz emphyteuta ⁊ feudatarius vtile
vt not glo.ſ̃.eo.Bar.in glo.ſi.⁊ ideo potius equiparat fructua
rio ⁊ ꝓprietario:quia quilibet ipſorũ habet aliquod ius in re.eſt
ergo vidẽdum an ſnia lata cõtra fructuarium noceat ꝓprietario.
⁊ ſimiliter econtra ſi fuerit lata contra ꝓprietarium noceat fru-
ctuario.primo caſu ſcilicet quando fertur cõtra fructuariũ con-
cludit Bar.qđ ſi fertur cõtra fructuariũ cõuentum rei vẽdi.non
nocet ſnia dño ꝓprietario:qꝛ ſm eum ſnia lata cõtra naturaliter
poſſidentẽ vt contingit in fructuario qui naturaliter poſſidet.l.
naturaliter.ff.de acquiren.poſſeſ.non habet preiudicare ciuiliter
poſſidẽti.l.põponius ſi is qui precario.cũ ibi no.ff.de acquiren.
poſſeſ.¶ Si autẽ feratur cõtra fructuarium agentem tunc dicit
idem dicendum qđ dictum eſt.ſ̃.eo.in ſimili in creditore agente:
qꝛ ſi vſufructuarius ſuccũbit:qꝛ nõ ꝓbat cõſtitutũ vſumfructũ
vel nõ ꝓbat cõſtituẽtẽ dominũ.⁊ ꝓpter hoc abſoluit reus ⁊ tũc
non nocebat ſententia ꝓprietario qui poſtea aget ad aliũ ſinẽ.
per id quod habetur in.l.iulianus.ff.de conditio.indebi.ſecus ſi
ſuccumbat.quia reus aſſumpſit in ſe onus ꝓbandi ſe dominum
⁊ probauit quia tunc preiudicabit ꝓprietario ſi ſciuit de hoc di-
ſputari.per id quod dictum fuit in ſimili.ſ̃.de debito.⁊ credito.
cum eadem ſit ratio vtrobiq̃.⁊ per cõſequẽs idẽ ius.ſ̃.de tranſ-
actio.in.c.ij.Si autẽ ſnia eſt lata contra ꝓprietariũ:⁊ tunc ſi lata
fuit cõtra ꝓprietarium cõuentum rei vẽdicatione:tunc nocebit
fructuario ſi ſciuit ⁊ tacuit.per id quod habet in.d.l.ſepe.ſi autẽ
fuiſſet lata contra ꝓprietarium agentem:⁊ tunc ſi lata fuit ex eo
qꝛ nõ probauit ſe dominum nõ preiudicabit vſufructuario qui
poſtea agit contra alium.per id quod habetur in.d.l. iulianus.
ſecus ſi ſit lata cõtra proprietarium agentem ex eo:qꝛ reus ꝓbauit
ſe dominum : qꝛ tunc preiudicabit ſnia vſufructuario qui ſciuit
de hoc diſputare ⁊ tacuit.per ea que habentur in dicta.l.ſepe.ſz
aduerte quia Innocẽ.hic aliter loquitur in materia iſta.⁊ etiam
non videtur Bart.perfecte dixiſſe:qꝛ ſicut ſententia lata contra
fructuarium qui naturaliter tantum poſſidet non nocet ſecun-
dum eum proprietario ciuiliter poſſiden.Ita eadem ratione ſen
tentia lata contra proprietarium ciuiliter poſſidentem non debe
ret nocere ipſi vſufructuario naturaliter poſſidenti.preterea glo.
quam ſequitur Cy.⁊ But.in.l.ij.C.vbi in rem actio.tenet quod
ſententia lata contra fructuarium preiudicat domino ſcienti ⁊ ta-
centi.potes dicere declarãdo dictum Inn.hic poſitum. ⁊ dicta
Bar.qđ aut ille qui agit cõtra fructuarium ſolũ intendit aduo-

Ayuntamiento de Madrid

care vſumfructũ etiam poſſeſſionez naturalem: vt quia forte petit ſe declarari vſufructuarium: ſibi rem reſtitui ratione vſufructus: ⁊ tunc hoc caſu ſi ſuccumbit fructuarius conuentus nõ nocebit proprietario quo ad ſuam ciuilem: q2 agens non intendit illam acquirere ſed ſolum habebit naturalem. ⁊ hoc caſu poteſt ſaluari dictum Bar. preiudicabit tamen quo ad quid: vt voluit Jnno. q2 cogetur pati vincentem vti iuribus vſufructus: vt voluit Jnnocen. ex quo ſciuit ⁊ tacuit in iudicio agitato cõtra fructuarium habentẽ cauſam ab eo: ſi autem agẽs contra fructuarium pretẽderet ſe dominũ. tunc conſidera qđ agit tanꝗ contra fructuarium ſeu pretendentem ſe fructuarium: ⁊ tunc. q2 videt ſolum aduocare poſſeſſionẽ naturalem non fiet preiudiciuz dño ciuiliter poſſidenti in ſua ciuili. ⁊ ſic etiam loquitur dictũ Bart. facit qđ notat in ſimili in. l. vna. C. vti poſſide. per glo. ⁊ doct. de illo qui ingreditur poſſeſſionẽ proteſtando ꝙ ſolum vult acquirere naturalem hoc tamen caſu non poterit prohibere vincentẽ quo minus habeat cõmoditatem vtendi ⁊ fruendi: ſicut iudicii agitandi cõtra fructuarium qui ab eo habebat cauſam. ⁊ tacuit vt voluit Jnn. ¶ Si autem agens ſimpliciter diceret ſe dñm: ⁊ peteret rem ſibi reſtitui nec appareret quod ageret tanꝗ contra fructuarium: ſed ſimpliciter tanꝗ cõtra poſſeſſorẽ: tunc q2 agit obtinere rem quo ad omnem poſſeſſionez: tunc ſi proprietarius ſcit ⁊ tacet preiudicabit ſibi ſententia. vt voluit glo. in. d. l. ij. arg. C. vbi in rem actio. ⁊ arg. per id qđ habetur de patrono ⁊ liberto in. l. ſepe. ff. eo. ⁊ predicta ꝓcedũt quãdo ſententia lata fuit contra fructuarium agentem. tunc tene vt dixi poſt Bar. ꝙ ſententia non preiudicat domino: niſi reus ꝓbauerit ſe dominũ: ⁊ tunc bene preiudicat: q2 reus tũc aſſerit ſimpliciter ſe dominum: licet fructuarius ſolũ ageret pro vſufructu. ⁊ ideo cum per talem ſententiam intendat reus habere plenum dominium habet preiu-

12 dicare ipſi proprietario qui ſciuit ⁊ tacuit. ¶ † Quid autẽ ſi ſententia ſit lata contra proprietarium: an noceat fructuario poteſt dicere: ꝙ ſi proprietarius conuenitur ſolum ratione ciuilis quã habet: ⁊ illam ſolam intendit agens aduocare tunc videtur qđ non fiat preiudicium fructuario qui naturaliter poſſidet. per id qđ dixi. ſ. quando econtra fertur contra fructuarium conuentũ ratione ſue naturalis: quia eadem ratio videtur eſſe vtrobiqz. et per conſequens idem ius arg. l. illud. ff. ad le. aquil. ⁊. ſ. de cõſtit. tranſlato. ⁊ hoc caſu bene dixit Barto. Si autem agens ſimpliciter intendat rem aduocare nõ autem ſolã ciuilem poſſeſſionez: quia ſimpliciter narrat conuentum poſſidere: ⁊ petit eũ condemnari ad rei reſtitutionem: ⁊ tunc videtur qđ ſententia lata cõtra proprietarium conuentum habeat nocere ipſi fructuario: quia tunc videtur agi de ipſius iure diſputare: ex quo ſimpliciter rem reſtitui petat agens. et hoc caſu poſſet procedere opin. Barto. et glo. ⁊. l. ij. C. vbi in rem actio. ⁊ hoc quando vſufructuarius ſciuit ⁊ tacuit: alias ſecus vt. d. l. ſepe. Si autem lata ſit ſententia cõtra proprietarium agẽtem: tunc tene quod nõ nocet regulariter fructuario. fallit quando reus probauit ſe dñm per id quod dixi. ſ.

13 in ſimili quando fertur contra fructuarium agentẽ. ¶ † Tangit etiam Bar. in. d. l. ſepe. Quid ſi ſententia ſit lata contra colonuz an preiudicet domino. ⁊ remittit ad nota. in. l. peregre. ſ. quibus. ff. de acquiren. poſſeſ. ibi nõ videtur clare dicere. ſed ipſe idem in l. ij. C. vbi in rem actio. Jnn. ſ. vt lite non cõteſta. in. c. quoniam. ſ. qđ ſi ſuper. videtur velle ꝙ ſi colonus nominat dominuz in iudicio ⁊ fertur ſententia cõtra eũ ꝙ nõ habet domino preiudicare: q2 non intendit iudex facere preiudicium tertio per ſuam ſententiam. facit. ſ. de offi. deleg. ſuper eo. ⁊ per conſequens non videtur voluiſſe preiudicare domino qui poſſidebat. nam colonus non dicitur poſſidere ſed detinere. ſ. de reſtitut. ſpoliatorũ. cum veniſſent. ⁊. l. j. C. communia de vſucap. nec obſt. l. qui vniuerſas ſ. item qđ pretor. ff. de acquiren. poſſeſ. quam Bartol. allegat in ſ. quibus. quia ibi dicit ſententiam nocere quo ad poſſeſſionem contra illum contra quem eſt lata non autem dicit de tertio. nec etiam obſt. l. celſus. ſ. j. ad exhibendum. quam Bart. ſimiliter allegat in. ſ. quibus. quia ibi dicitur quod rei vẽdicatio poteſt dari etiam contra ciuiliter poſſidentem: ſed nõ dicit qđ ſententia lata contra colonum habeat domino abſenti preiudicare. ⁊ iſtud dictum cõmuniter conſueuit teneri. ⁊ videtur etiam ſequi hic do. Anto. quia ſm eũ non videtur data licentia colono diſputandi de proprietate. ſeu deducendi rem in iudicium ad preiudicium domini. facit. l. j. C. ſi per vim vel alio modo. ⁊ hoc quo ad ꝓprietatem: an autem noceat domino quo ad poſſeſſionem. Bartol. videtur ſentire qđ ſic in. d. l. ij. C. vbi in rem actio. ſed Jnnocẽ. ſ. eo. cum ſuper. videtur velle ꝙ noceat quo ad poſſeſſionem ſi dominus ſciuit ſententiam latã ⁊ nõ appellauit per tex. in. d. c. cum ſuper. ſecus ſi ignoraſſet q2 tunc ſm aliquos non fiet preiudiciũ etiam in poſſeſſione. refert tamen alios tenere qđ noceat in poſſeſſione ſi facta ſit executio. ⁊ forte vt tetigi in. d. c. cum ſuper. hec opin. de iure verior: q2 licet iudex directe non agat preiudicare, tertio agit tamen vt fiat reſtitutio rei agenti: ⁊ ſicut conuentus illam tradat ipſi agenti. ⁊ ideo videtur quod tranſeat poſſeſſio in ipſum agentem: ſicut quãdo alias colonus alteri tradit. l. iij. ſ. quod ſi ſeruus. ff. de acquiren. poſſeſ. ⁊ quod habetur in dicta. l. peregre. ſ. quibus. ſentit tamen Jnno. ꝙ ſuccurratur tunc domino vt poſſit recuperare per officium iudicis vel cõditione ex. l. j. C. ſi per vim vel alio modo. ſed melius dixiſſet condictione ex. l. finali. C. de acquiren. poſſeſſione. per quam ſuccurritur domino quando colonus malignatur: vel alias negligenter ſe habet in poſſeſſione ad preiudicium domini. ¶ Jtez aduerte quod licet cõmunis ſit opi. quam dixi quod non preiudicet ſententia lata contra colonum domino etiam ſcienti in proprietate: tamen forte de iure põt defendi contrarium: quia ad ipſum ſpectat principaliter defenſio ſuper dominio rei: ⁊ ideo videtur quod ſi patit ipſum colnum qui habet ab eo cauſam de hoc diſceptare qđ habeat ſibi nocere. per id quod habetur in dicta. l. ſepe. ⁊ in tex. iſto ⁊ quia videtur eadem ratio que eſt quãdo debitor patitur creditorem diſputare de proprietate: licet poſſet tunc dici quod videtur data licentia ipſi creditori pro iure ſuo defenſando diſputandi de proprietate. facit. l. ſi pignori. ⁊ quod ibi notatur. ff. familie herciſcun. ⁊ quod habetur in. l. j. in fi. ff. vſufruc. quemadmo.

14 caue. ¶ † Quid autem ſi ſententia feratur cõtra libertum an noceat patrono in. c. cum ſuper. ſ. eo. refert opinio. contrarias. nam vna fuit opinio ſcilicet Rogerij ſcđm eum qđ nõ preiudicet. alia Joan. quod preiudicet. ⁊ tenet opinio. ꝙ nõ preiudicet in dicto c. cum ſuper ꝑ illud capitulũ. ſed gloſ. ⁊ Bartol. in. l. ſepe. tenent opinio. contrariam. eſt cõmunis opinio legiſtarum. ⁊ ſic intelligunt illam. l. ſepe. ⁊ ſcđm hoc colligi poteſt vna regula. videlicet quod vbi autor penes quem aliquod ius remanſit patitur ſucceſſorem habentem cauſam ab eo diſputare de iure ſuo ſibi nocet. ⁊ eſt aduertendum quod non poſſet tunc ſucceſſorem prohibere ſeu remouere a proſecutione cauſe: quia principaliter cauſa ſpectat ad ipſum ſucceſſorem. facit. l. principaliter. la. ij. C. de liberali cauſa. vnde tunc oportet dici quod poteſt contradicere ad finem ne ſibi fiat preiudicium: et vt non videatur ex voluntate ſua diſputare de iure ſuo. alias autẽ ſi non contradicit: nec proteſtatur qđ non vult ſibi fieri preiudiciũ: ſed ſi ſcit ⁊ tacet preiudicabitur ſibi quaſi et eius voluntate diſputatum ſit de iure ſuo

15 nec [illegible] ſuper. quia ibi loquitur quãdo † ſententia [illegible] non habet cauſam ab ipſo [illegible] papa. ⁊ ideo ſm dñm Anto. tunc [illegible] quando fertur contra ſubiectum [illegible] proprietatem ipſius iuris ſui [illegible] poſſeſſionem ſi ſciuit latam ſententiam [illegible] Jnnocen. in illo. c. cum ſuper [illegible] contra ſubiectum nõ preiudicet ſuperiori [illegible] quantum ad proprietatem. hic tamẽ in hoc capitulo videtur aliqualiter ſenſiſſe appoſitum: quod videtur velle quod tunc ſpectet primo loco defenſio ſubiectionis ad ipſum ſuperiorem. ⁊ ideo ſi ſcit et tacet preiudicetur ſibi. tamẽ in. c. auditis. de preſcriptio. videtur velle quod eque principaliter ſpectat ad ſubiectum, per ea que habentur in. l. principaliter. la. ij. C. de libera. cau. et ſic videtur quod remaneret opinio Jnnocẽ. in. c. cum ſuper. preterea etiam hic videtur ſe reſtringere ad preiudicium poſſeſſionis. ⁊ hanc partem ſequitur etiam do. Anto. hic videlicet ꝙ ſententia l... a contra ſubiectum nõ preiudicet ſuperiori etiam ſcienti quo ad proprietatem. ⁊ hec opi. forte ſeruaretur in practica: licet alia opinio forte poſſet etiã probabiliter defenſari ⁊ reſponderi ad. c. cum ſuper. de quo latius tetigi in dicta. l. ſepe. ¶ Jtẽ aduerte quia ex illa. l. ſepe. et ex hac decreta. plures rationes poſſunt colligi quare ſententia nocet in caſibus illius ⁊ iſtius decreta. vna eſt. quia videtur imputandum illi qui potuit prohibere alium diſputare de iure ſuo et non prohibuit. ⁊ hec ratio poteſt habere locum quando quis patitur autorem ſuũ a quo habet cauſam agere vel defendere: quia poſſet prohibere ſi vellet: ſed non videtur habere locum quando creditor agit hypothecaria: quia non poſſet tunc prohibere debitor quo minus ageret: tamen tunc poteſt eſſe ratio: quia ille qui eſt autor apud quem aliquid iuris remanſit, patitur per ſucceſſorem diſputari de iure ſuo: ideo tunc nocet ſicut dixi in patrono ⁊ liberto. Jtem ſecundum Ant. licet non poſſit prohibere creditorem agere: tamen poſſet prohibere ne diſputaret de dominio. nam ſm eum poſſet dominus comparere et illam diſputationẽ in ſe aſſumere cum ad ipſum primo loco ſpectet: licet creditor poſſet ei aſſiſtere ſcđm. l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffi. teſtamen. ſed certe non video: ex quo iudicium eſt inchoatum cum ipſo creditore: quare non poſſit proſequi in ipſa hypotecaria: ⁊ etiam probat de dominio ad defenſionem hypotece: quia etiam hoc a principio intelligitur ſibi conceſſum. argumento eorum que habentur in lege ſi pignori. ff. familie herciſcun. ⁊ in. l. j. in fi. ff. de operis noui

Ayuntamiento de Madrid

ris noui nunciatio. ⁊ ideo potius forte pōt dici qđ poteſt dominus tunc prohibere. ne ipſe ſolus creditor diſputet de dominio: ⁊ ideo ſi ipſum ſolū pmittit diſputare fit ſibi preiudicium ⁊ hoc modo poſſit hec ratio habere locū in creditore. ¶ Secūda ratio eſt: q: qñ ad aliquē principaliter ſpectat: actio vel defenſio ſi patitur aliū agere vel defendere. tunc fit ſibi pīudiciū. q: videt ſibi tunc imputandū. ¶ Tertia ratio eſt qñ quis patitur eum a quo habet cauſam agere vel defendere vt hic etiam colligitur. tamē huius ratio precedentis videtur eſſe: q: imputandum: tunc videtur ꝙ non prohibuit. ¶ Quarta ratio eſt quam tetigi. quando aliquod ius remanſit apud autorem diſputare de iure ſuo vt cōtingit in liberto ⁊ patrono. ¶ Quinta ratio etiam videtur colligi ex. d. l. ſepe. ſcilicet. quia ex voluntate patientis videtur iudicatum de iure ſuo. ⁊ videtur a principio hoc conceſſum vt contingit in creditore ⁊ fructuario qbus videt data licentia diſputandi de iure domini. l. j. in fine. vſufructu. quemadmodū caue. ⁊ dicta. l. ſi pignori. ſed tamen hoc eſt intelligendum quod videtur conceſſum qđ poſſit deducere ius domini pro defenſione iuris ſui vel in fauorem domini ſed non ad eius preiudicium niſi ipſo conſentiente. vel ſaltem tacite tacendo. ⁊ non prohibendo vt dicta. l. ſepe. ¶ Quando autem ⁊ qualiter debeat fieri hec prohibitio. conclude ꝙ ſi vult ad finē remouendi ex toto illū qui agit vel defendit eo caſu quo pōt debet fieri ante litem conteſt. ſ. eo. inter. Si autem ignoraſſet conteſtationē litis tunc poſſet prohibere ad finem ne ſibi fiat preiudicium ſed non quominus poſſit procedi cum illo cū quo eſt facta conteſtatio vt voluit Innocē. in. c. cum ſuper. ſ. eo. ⁊ videtur etiam de mente Bar. in. l. ſepe. circa finem. ⁊ ſic etiā debet intelligi quod notat Bar. in. l. ſi perluſorio. de appella. Si autem quis velit prohibere vel contradicere eo caſu quo non poſſet ex toto remouere ſicut cōtingit in aliquibus caſibus: vt. ſ. dixi. ⁊ tunc ſufficit quod proteſtetur ꝙ nō ſentit illum diſputare de iure ſuo. ⁊ idem ſi faciat alium actum per quē hoc appareat vt ſi vſufructuarius agat contra poſſeſſorem rei. ⁊ etiā ipſe proprietarius dirigat libellū contra illum nō ſatis per hoc videt velle ꝙ iudiciū qđ agitat cū fructuario non preiudicet ſibi. l. ſi pariter. ff. de libera. cauſa. ⁊ notat Bart. in. d. l. ſepe. ⁊ plus notabiliter voluit Ange. ibi ꝙ ſufficiat etiam iudiciū [illegible] hoc proteſtari. ⁊ non intendit ſibi fieri preiudiciū per iudicium agitatum cum tali. ⁊ pro hoc faciat: quia ſicut etiam extra iudicium poteſt preſentari cōfeſſus in actu exercēdo. in. iudicio. l. honores. §. ſi. ff. de decur. ⁊ no. Bar. in. l. cum non ſolū [illegible]. C. de bo. que libe. ita eodē modo videt [illegible] voluntas extra iudiciū per quā appareat [illegible] preiudiciū per actum iudicialem [illegible] Ultimo pro declaratione materie [illegible] materiā iſtam ad aliquas regulas [illegible] iudi. non nocet. ⁊ Ray. [illegible] ſed ego plenius dixi in. d. l. ſepe. vbi [illegible] q: aut agitur de iure publico. aut de iure priuato. [illegible] caſu ſub diſtinguo. quia aut eſt ſententia interlocutoria. aut declaratoria. ⁊ hoc vltimo caſu ſubdiſtinguo. quia aut eſt declaratoria facti aut iuris. ⁊ ſi facti: aut facti introductorū obligationis. aut facti criminalis ad effectum criminalē; aut facti ciuilis ad effectū ciuilem. Si autem ſit declaratoria iuris ſubdiſtinguo. quia aut eſt declaratoria iuris realis dominij rei. Aut iuris ſeruitutis realis. aut iuris alteri⁹ ſeruitutis. aut iuris nullitatis. aut iuris qualitatis ſeu ſtatus perſone. ⁊ in omnibus predictis plene proſequor quid iuris. ⁊ procedunt in actibus iudicialibus in extraiudicialibus ſimiliter procedit regula qđ res inter alios acta ⁊c. C. res inter alios acta. in rubro ⁊ nigro. An autē preiudicet in caſibus hic exceptis Inn. ſ. de preſcriptio. auditis. dicit ꝙ licet in caſibus iſtis preiudicet ſententia non tamē preiudicabit trāſactio vel pactum. ſed de hoc eſt dicendum vt plene notat Bar. in. l. facta. §. ſi heres. ff. ad trebellia. ⁊ in. l. ſi. ff. de tranſact. ⁊ no. etiam in caſibus hic poſitis ꝙ ſola ſententia ſine citatione preiudicat. vt voluit Inno.

1 Sententie delegatorum vbi ſunt contrarie in poteſtate ſuperioris eſt approbare quam velit.
2 Sententie arbitrorum ſi ſunt contrarie neutra valet. ⁊ nu. 4.
3 Ordinarius ⁊ inquiſitor hereſis ſi diſcordant in contrarietate ſententiarum quid iuris.
5 Ordinarius ⁊ delegatus ſi concurrat cum collega ordinarij et diſcordent in ſententia quid iuris.

a Duobus. Se ſummat a ⁊ tranſeūt dicta que patent. ¶ Nota ꝙ vbi ferunt ſententie contrarie ab ordinarijs ſuper eodem negotio valet ſententia lata pro reo niſi cauſa actoris ſit fauorabilis. Et nota quatuor cauſas hic expreſſas que fauorabiles appellantur ſcilicet matrimonium libertas dos ⁊ teſtamētum.

1 ¶ † No. ꝙ vbi ſententie delegatorum ſunt contrarie in poteſtate ſuperioris eſt approbare quā velit. ¶ † Nota ꝙ vbi ſnie arbitrorum ſunt contrarie neutra valet. Quomodo aūt poſſunt eſſe duo ordinarij eiuſdem cauſe tangunt hic doct. de iure ciuili ponunt exemplum in duobus conſulibus. l. j. ff. de offic. proconſul. ⁊ in duobus comitibus notat Bar. in. l. pomponius. ff. de re iudica. Item in duobus doctoribus eiuſdem ſcholaris ſecundum auf. habita. C. ne filius pro patre. ſed in duobus iudicibus eccleſiaſticis non videt de facili hoc contingere. quia vna ciuitas vel dioceſis non debet habere duos epos. ſ. de offi. or. quoniā. tamē poſſet eſſe de diſpenſatione [illegible] qđ. j. nunc aūt. ⁊ tunc poſſet habere locum qđ hic dicitur. Item correctio clericorum ⁊ cognitio cauſarū poſſet ſimul pertinere ad archidiaconū ⁊ prepoſitum ⁊ ad vtrunq; eorum inſolidū. Item poſſent eſſe duo vicarij eiuſdem epiſcopi ⁊ ſcđm cōmunem opinionem vicarius habet ordinariam. de offi. vica. c. j. lib. vj. ⁊ ſic in ordinarijs eccleſiaſticis pōt habere locū decre.

3 ¶ † Quid autē ſi diſcordat ordinarius ⁊ inquiſitor hereſis. habetur. j. de hereti. c. pro hoc libr. vj. vbi debet recurri ad papā. ⁊ eadem ratione videt idē ſi concurrant ordinarius ⁊ delegatus pape in contrarietate ſententiarū. per illū text. intellige qñ ordinarius haberet poteſtatē in cauſa. hoc dico. q: papa delegando videret eximere cām a iuriſdictione ordinarij. ſ. de offic. dele. ſtuduiſti. ¶ In gl. j. ibi: paſtoralis primo reſpon. ⁊ que ſit ratio ſpecialitatis ibi tangitur per gl. ¶ In eadem gl. ibi cauſa criminali epiſcopi. de hoc etiā habetur. ſ. eo. nō poteſt. ¶ In glo. fina. ibi: non eſt ſuperior. ſupple a quo immediate dicantur ordinarij habere iuriſdictionem. quia habent illam a. l. mortua ſecundum ea que habentur. ff. de iuriſdi. omnium iudi. l. minorem. l. ⁊ quia. ⁊ quod no. ſ. de offi. ordina. cum ab eccleſiarum prelatis. ⁊ hoc modo poteſt ſaluari ratio glo. licet Hoſtien. videtur eam reprobare. dicens qđ imo reperitur ſuperior ſi papa vel imperator: ad quem poteſt haberi recurſus ⁊ ideo dat aliam rationem: q: ſm eum iuriſdictio ordinaria eſt magis fauorabilis quā ſit delegata que eſt extraordinaria. facit quod notat glo. in. c. j. de reſcriptis. in. vj. ⁊ ideo magis fauetur ſententie ordinariorum. ſed certe ratio glo. etiam poteſt ſaluari per ea que. ſ. dixi q: licet reperiatur ſuperior papa vel imperator non tamen immediate habent ordinarij iuriſditionem a papa vel imperatore: ſ; potius a [illegible] ſed delegati habent iuriſdictionem a ſuperiore delegante ad quem poteſt tunc haberi recurſus.

4 ¶ † In eadē glo. ibi: nec habent iuriſdictionem a lege nam arbitri non habēt iuriſdictionem que non poteſt dari per priuatos. l. priuatorum. C. de iuriſdictio. omni. iudi. ⁊. ſ. de offi. deleg. ſignificantibus ſed habent quandam notionem ex poteſtate ſibi data a partibus. l. ait pretor. ff. de re iu. ⁊. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbi. ⁊ ideo ſi ad aliquem deberet recurri ad ipſas partes deberet recurri. que cum ſint diſcordes veriſimiliter non concordarent. et ideo non valet tunc neutra ſententia ipſorum arbitrorum. quia ſibi habent imputare partes que voluntarie tales elegerunt. argumento. l. diem. §. ſi. ff. de arbitris. ⁊ quia compromiſſum eſt ſtricti iuris: vt. ſ. de arbitris. cū dilectus. cum ibi notatis. Ideo non ſuppletur a iure ſed omiſſu; habetur pro omiſſo. facit quod habetur in. l. quicquid aſtringende. ff. de verbo. obliga. ⁊ qđ habet de reſcriptis. ſuſceptum. libr. vj. ¶ Quid autem in arbitris electis ex neceſſitate iuris. dicit idem qđ in delegatis per ea que habentur de officio delega. ab arbitris. li. vj.

5 ¶ † Quid autem ſi concurrat ordinarius ⁊ delegatus collega ordinarij ⁊ diſcordēt in ſententia. dicit Jo. An. quod ſi per ordinarium fertur ſententia pro reo vel pro actore in cauſa fauorabili videtur qđ illa debeat valere vt ſic non impediatur eius effectus per contrariam ſententiam delegati college ſicut etiam non impediretur per cōtrariam ſententiam ipſius college. Si autem econtra delegatus college ferat ſententiam pro reo vel etiam pro actore in cauſa fauorabili. tunc dicit quod vtraq; non valet cum vtraq; videatur lata a pari poteſtate cum non ſit caſus determinatus a iure: ſed omiſſus facit quod habetur in. l. commodiſſime. ff. de lib. ⁊ poſth. ⁊ de reſcriptis. ſuſceptum. li. vj. Unde ſm eum ſi hec decreta. nō emanaſſet de iure fuiſſet dicendum neutram ſententiam valere. quando iudices diſcordant in pari numero. ſiue fuiſſent ordinarij ſiue delegati. ⁊ ideo neceſſaria fuit prouiſio huius decreta. que in caſibus ſuis ſeruari debet.

a ¶ Se ſummat. ſup hoc. c. vīs d. Fel. q̄ ponit hic vndecim declarationes q̄ bus viſis habebis intellectu; huius. c. ⁊ eius materiei.

b ¶ De appellationib⁹. d. Ab. cōtinuat hanc rubricā. ipſe q; ⁊ d. Feli. ſuper ea multa elegantia ⁊ vtilia ſcripſerūt que enarrare h nō eſt opere p̄tiū. q: charta non caperet poteris eos videre.

## b ¶ De appellationibus. b Rubrica.

1 Sententia lata poſt appellationem legitimam eſt nulla.
2 Collatio beneficiorum in eccleſia collegiata de iure ſpectat ad p̄latum ⁊ conuentum ſeu capitulum.
3 Legatus non de latere licet ſit legatus natus nō habet poteſtatem conferendi beneficia legationis ſue ſpectantia ad collationem alterius ordinarij.
4 Obedientia ſubiectorū priuari non debet prelatus pendēte lite.



Ayuntamiento de Madrid

5 Denuntiationis actus an promulget excommunicationem.
6 Appellans cui opponitur non eſſe appellatum vel non rite an de hoc debeat fidem facere in curia an vero poterit petere fieri remiſſionem ad partes.

a ¶ Collatio bñficij.idem ſummat hic.d.ab.hoc.c.

Dilecti. Collatio beneficij a facta poſt et contra appellationẽ legitimam nõ tenet.h.d. Et primo ponit impetrantiũ querelã.ſecundo [illegible].ſcdã ibi:ſuper quibus. ¶ In tex.ibi:[illegible] ſub iſto infra,decidit manifeſtum grau[illegible] qd contulerat eccleſias ſpectantes ad collationem prioris z canonicorũ cõtra formã iuris.z huic parti deciſe.tantũmodo reſpondetur.z ſic inepta fuit deciſio ſicut z illa que habetur.s.de reſcriptis.c.veniens. ¶ No.
1 j.q† ſnia cenſetur nulla ſi lata eſt poſt appellationẽ legitimã de quo.j.de ſen.excõ.p tuas z eo.titu.licet.lib.vj.z.s.de offi.delega.
2 cum cõtingat. ¶ No.q† collatio beneficiorũ in eccleſia collegiata de iure videtur ſpectare ad prelatum z conuentũ ſeu capitulũ
3 de quo.s.de elec.cum eccleſia vulterana. ¶ † No.legatum nõ de latere licet ſit legatus natus,vt eſt archiepẽs eboracenſis z quidam alij de quibus per gl.in.c.j.de offi.lega.in.vj.z.s.de officio lega.in.c.pen.non hz poteſtatẽ conferendi beneficia legationis ſue ad collationem alterius ordinarij ſpectantia niſi ex negligentia ad eum deuoluat poteſtas de quo in.d.c.j.de officio lega.in
4 vj.z.j.de conceſ.preben.c.ij. ¶ † No.q prelatus non eſt priuandus obedientia ſubiectorũ lite pendente anteq̃ ſit lata ſnia pri
5 uationis.facit.viij.q.iiij.nonne. ¶ † No.q per ſolũ denuntiationis actum videt promulgari excõicatio qd videt eſſe contra ea que habent in.c.paſtoralis.§.j.Ideo Hoſti.dicit tex.intelligendum eſſe q prius fuerat lata ſnia excõicationis alias ſola denuntiatio non ligaret.vt in.d.c.paſtoralis. ¶ No.ex tex.duz dicit z formã.i.ſi,exponat z pro vel prout videt fiendũ qr ſufficere videt qd per idoneas pſonas cõſtet ſine fama.vt hic dicit gl.qr fama videt plene probare.ſed dic ſm Hoſti.q forte hic reſpicit cõſuetudinẽ Anglie ſcdm quã credit.xij.iuratis aſſerentibus ſe credere aliquid eſſe.z talẽ eſſe vocem z famã patrie que tñ conſuetudo non toleratur in ſententijs ferendis.s.de conſuetu.c.iij.z de probationibus.c.ij.z.c.ad noſtrã:qr talis non eſt plena probatio vt ex ſe patet. ¶ Itẽ not.q inferior epiſcopo videt poſſe ordinare qd intellige conferendo vel pſentando.facit qd habet de officio archi.vt noſtrũ.z de inſtitutio.c.j.z.ij.nõ aũt videt poſſe ordinare autorizabiliter inſtituendo de quo.s.de officio archi.cũ ſatis. qd intellige niſi forte ex conſuetudine pſcripta.vt voluit pau.in cle.j.j.de exceſſi.prelato.licet Hoſti.velit non valere conſuetudinem in gl.j.in fi.z adde etiã qd habetur de iure ciuili in.l.iudici
6 bus.s.de appel. ¶ † Extra gl.tangit Jo.an.ſi opponatur non eſſe appellatum vel non eſſe rite appellatum an debeat appellãs fidem de hoc facere in curia. An vero poterit petere fieri remiſſionem ad partes concludit qd ſi opponatur ante litem conteſtatã de hoc fienda eſt fides in curia.facit j.eo.romana.§.ſi vero.libr. vj.ſecus ſi poſt litis conteſtatio.opponatur non in vi declinatorie ſed peremptorie.vt ſi forte facta poſitione per appellantẽ qd appellauit.infra decem dies.z illa negata formet articulos z petat remitti ad ptes pro probatione.tũc dicit qd bene dabitur dilatio ad probationẽ fiendã etiã extra curiam z imputet ſibi qui ante litis conteſtationem non oppoſuit.nam de ſtilo curie eſt qd p dilatorijs pbandis non datur dilatio extra curiã. ſed peremptorijs ſic vt notat Specu.de dilatio.§.j.verſic.ſed z ſi.z per dominos de Rota.ſua cõcluſione.ccxiij.facit etiã quod notat Jo. mona.z Archid.de exceptionibus.pia.lib.vj.dicit tamen Hoſt. quod de mente tex.in.c.j.de electio.in.vj.z.c.cordi.de appell.eo. lib.videtur eſſe qd etiam ſuper peremptorijs quis debeat ad curiam comparere.z ſic portare inſtrumenta neceſſaria.vnde forte de iure etiam in peremptorijs quando probibitio habet fieri per inſtrumenta non deberet dari dilatio extra curiam qualiter autem informabunt ſe commiſſarij de quibus in litera. Jo.an.poſt Tancre.z Hoſtien.videntur velle quod informabunt ſe ſecundum formam iudicij z ſecundum iuris ordinem.facit.s.de iudi. exhibita. Sed do.Anto.hic dicit quod ſatis putat qd poterunt ex officio mercennario ſe informare.qr hic agitur per viam attentati que eſt via ſummaria ideo.videtur ſufficere attentatum eſſe poſt appellationem legitimam.facit quod notatur.j.eod.non ſolum libr.vj.z.j.eo.c.conſuluit.

b ¶ Si appellãs. idẽ eſt ſummarium iſtud cum ſummario do.Abb.

1 Appellatio generalis non valet.

Inter cetera. Appellatio generalis in omni cã non valet.h.d.
a ¶ † No.quod non valet appellatio generalis.hodie vero non valet etiã ſpecialis niſi fiat cum cã probabili.j.eo.c.vt debitus. An autem a futuro grauamine appelletur ſatis hic innuitur qd non fallit ſi ſit cõminatũ.j.e.c.cuz ceſſante. ¶ No.redarguendum illum qui facit contra ius.facit qd habetur.s.de auto.z vſu pa.niſi.z in.c.vel non eſt compo.s.de tempo.ordi. ¶ In gl.j.ibi:ſolue vel ibi ſupple.qr hic fuit generalis in omni cauſa.ibi in vna tantum.tamen illa etiam hodie nõ valet per.c.vt debitus.j.eo. ¶ In ea.glo.ibi:argumentum contra dic q regulariter tantum valet aliquid generaliter fieri quantũ ſpecialiter.fallit in caſibus in quibus reperit cõtrariũ z in quibꝰ ratio ſuadet oppoſitum.de quo in.c.ſi ſacerdos.z.xxiij.di.q̃q̃.z facit etiam.qd habetur in.l.omnes.C.de quadri.preſcrip.

1 Abbas habet iuriſdictionem in monachos.

Ad noſtram. A correctione non appellatur.h.d. Et primo pmittit cãm mandati.ſecũdo ponit mandatum ibi mãdamus. ¶ No q introducta ad vnum effectũ non debẽt trahi ad oppoſitũ.facit qd habet in.l.legati inutiliter.ff.de lega.j. ¶ No.q appellatio que fuit introducta p reuelatione in
1 quitatis nõ debet fouere iniquitatem. ¶ † Not.q abbas habet iuriſdictionem in monachos quo ad ea que ſunt de regula de inſtitutione ordinis de quo.s.de officio ordi.c.quãto. aſtringunt etiam monachi in his que ſunt precepti in regula:nõ in his que ſunt cõſilij.de quo per dominum Ant.s.de cõſtitutio. nã cõcupiſcentiã.z ibi tetigi. ¶ Not.vltimo a pena iuris non appellari facit.j.eo.qr nos.z quod habetur.ff.de verbo.ſignifi.in.l.ſi qua pena. ¶ In glo.j.in fi.hoc verum regulariter fallit vbi non vtitur re etiã ad illum vſum in.c.quãuis.de penis.in.vj.z in cle.qr contingit.de religio.domi. ¶ In glo.fi.ibi extra formam iudicij vnde dicebat Vincen.quod ſi in forma iudicij pretenderetur ad correctionem tunc bene poſſet appellari. Innoc.vero hic dicit quod olim poterat eſſe differentia inter regulares z ſeculares quia olim vix aut nunq̃ audiebantur regulares:ſed ſeculares facilius.ſed hodie non eſt differentia ſecundum eum inter regulares z ſeculares.qr vtriq3 appellant ſi grauantur aliter non. Itẽ ſecundum eum licet olim eſſet differentia an appelletur a correctione an ab alijs.tamẽ ſecundũ eũ hodie non eſt differentia.ſed attenditur an grauatur appellans an non.ſed Hoſti.nõ placet dictum Inn.qr etiam hodie differentia eſt inter regulares z ſeculares.j.de ſimonia.c.per tuas.§.fi.vnde dicit qd ſiue ſint ſeculares ſiue regulares ſiue grauantur non appellant.z in hoc conueniunt:ſed in alio eſt differentia:qr facilius grauãtur ſeculares q̃ regulares ex eo.qr a iure magis laxantur habene in procedẽdo contra regulares z magis remittuntur ſolennitates iudiciarie in religioſis q̃ in ſecularibus.facit qd habetur in.d.c.p tuas. ad finem.vnde ſm eum z olim z hodie eſt differentia inter correctionem regularium z correctionem ſecularium clericorũ.vt.j.e. cum ſpeciali.z de accuſatio.c.qualiter.el.ij.ad finem. de quo etiã in Spec.de accu.§.in quibus.ver.xj. ¶ Item aduerte qualiter: qr in correctione nihil poteſt conſuetudo ne quis corrigatur.ſed in alijs cauſis z iuriſdictionibus bene poteſt conſuetudo operari.facit.s.de conſue.c.ij.z de foro compe.c.cum contingat.

1 Appellans poteſt ſibi prefigere terminum ad appellationẽ proſequendam.
2 Deſertionis appellationis effectus quis ſit.
3 Deferens appellationem non auditur reiecta omni cõtradictione ab appellatione.
4 Appellans habet annum ad proſequendam appellationẽ vbi non eſt terminus ſtatutus a parte nec a iudice z ex cã biennium.
5 Deferens appellationem z non comparens an cogatur ſtare iudicio iudicis a quo:an iudicis ad quem.
6 Terminus ſtatutus a iudice a quo an poſſit abbreuiare per iudicem ad quem.

b Perſonas. Si appellãs b infra terminum ſtatutũ a iudice a quo appellauit vel a ſeipſo ſtatutum appellationẽ non proſequit ſnie vel iudicio illius a quo appellauit ſtare compelli
1 tur.h.d.ſunt duo dicta que patẽt ſcdm ibi:ſi aũt. ¶ No.j.† q̃ appellãs põt ſibi prefigere terminũ ad proſequendã appellationez quod intellige dũmodo ſtatuat minorẽ terminũ iuris. ¶ No.q vbi appellãs ſtatuit nimis prolixum terminũ ad appellationez
2 proſequendã iudex poteſt illud moderari z reſtringere. ¶ † No. effectum deſertionis appellationis per lapſum termini ſtatutuz ab appellante z moderari a iudice vel etiã non moderari ſi congruus fuit aſſignatus.qr compellitur ſtare iudicio iudicis a quo appellauit ſi ab interlocutoria vel grauamine appellauit vel ſi a ſententia diffinitiua cogitur parere ſententie:z ſic loquitur ver. ſi autẽ.ſed principium loquitur de appellante ab interlocutoria. ¶ Itez in principio terminus fuit moderatus per iudicem ſed in ver.ſi autẽ.nõ fuit moderatus. ¶ Item ſcdo poteſt dici q in principio fuit ſtatutus terminus ad ſe preſentandnm ſed in ver. ſi aũt.videtur ſtatutus terminus ad proſequendũ.de quo tangi
3 tur.j.c.proxi. ¶ † No.q talis deferens nõ audit reiecta oi cõtradictione ab appellatione z ſic vr̃ q deferens appellationẽ tanq̃ verius

Ayuntamiento de Madrid

verus contumax non audiatur appellās de quo dic vt dicet.j.
e.c.directe. ¶ Et no.etiā ex tex.isto iuncto principio cum fine q
hec vident equipollere siue dicant pcedas omni contradictione
4 cessante.vel pcedas omni appellatione cessante. ¶ †In gl.j.in
fi.vbi aūt non statuitur terminus a pte nec a iudice tūc habet ap
pellans terminū iuris ad appellationē prosequendā:vz annum
z ex cā bienniū.j.c.pro… ¶ In gl. ij. ibi:ad presentandū se.
qñqz vero datur ad iter arripiendū de electio.c.j.in.vj. qñqz ad
prosequendū.j.c.proximo.z an inter ista sit differentia tangā.j.
in.c.sequenti.de quo etiā per Jo.an.in Spec.eo.tit u.§.tunc bre
uiter.circa finem in additio.Specu. ¶ In glo.fi.in fi. Aduerte
5 qz iura varie vident loqui in hac materia.qz hic dicit qd† dese
rens z non comparens in termino cogitur stare iudicio iudicis a
quo sed.j.c.proximo.ver.si autem.secūdum vnā literā dicitur qd
cogitur stare iudicio iudicis ad quem.sed.j.e.rep… ibilis di
cit appellantem condemnādū appellato in exp… in.c.se
pe.j.e.tex.aliter loquitur z dicit q habet ac si p… ie fuis
set citatus z videt intelligere per iudicem ad quē… sta vide
tur intelligere per iudicem a quo quid tenendū … c.sepe.
¶ Item aduerte qz dicunt qd si appellatum est … itiua.li
cet sit lapsus terminus statutus ab homine nō tn remanebit fir
ma sententia nisi labatur terminus iuris sed certe est contra istū
tex.vt voluit etiam hic Inn.nam aperte litera hic vult qd lapso
termino illa sententia remaneat firma.z sic poterit mandari exe
cutio nec poterit appellari.nisi modus excedatur.§.tit.proximo.
qd ad consultationem. ¶ Sed quid si appellatus infra terminū
prosequatur appellationem an audietur appellans lapso termi
no inuito appellato si non vult plus prosequi Spe.eo.ti.§.nunc
breuiter.versi.sed pone.tenet qd non ex quo ipse non fuit prose
quutus infra terminum per istum tex.dicit tamen q si terminus
est statutus ad se presentandum sufficit se presentare in termino.
licet non incipiat aliter prosequi infra terminum.facit qd nota
tur.j.c.proximo.fatetur tamen quod appellatus post terminū
posset prosequi z petere confirmationem sententie per id qd ha
betur.j.eo.oblate.z sic indirecte tunc compelleretur appellans
etiam posset appellationem prosequi de quo etiam in.c.j.j.eo.li.
6 vj. An autem iudex† ad quem possit abbreuiare terminum sta
tutum a iudice a quo possit Spec.in versi.seq.dicto versi sed pone
z finaliter tenet quod non:qz non est iudex pendente dilatione
z quia etiam appellans possit renunciare.facit quod notatur de
electio.quamuis.in.vj.z in.l.si quis prouocatione.C.de appella.
licet aliqui contra secundum eum.

1 Terminū appellationis prosequēde potest iudex a quo ab breuiare statuendo tempus appellanti infra quod prosequatur appellationem.
2 Appellationem non prosequens qua pena veniat puniendus.
3 Appellari potest de iure canonico a quocunqz grauamine ante litis ingressum z etiam ante sententiam:sed secundum leges secus.
4 Appellari potest extra iudicium.
5 Deserens appellationem a diffinitiua videtur verus cōtumax.
6 Appellans in causa criminali auditur nisi delictum sit notoriū.
7 Sententia potest promulgari in absentem non citatum quando delictum est notorium.
8 Dilationes que dantur a lege an possint p iudicem abbreuiari.
9 Iudex a quo potest statuere terminum appellanti ad itee arripiendum.
10 Iudex a quo non potest statuere terminum appellanti ad finiēdam appellationem.
11 Comparere non tenetur quis licet alter sibi dicat appello te vt venias ad curiā vel ad iudicem vt faciat mihi iustitiā de tali re.
12 Excommunicari non potest quis propter crimen notorium nisi monitione premissa.
13 Condemnatio nimis accelerata est odiosa.

a **Cum sit romana.** Appellās ad psequēdaª appel
lationē habet annū z ex causa bienniū nisi iudex bre
uius tēpus moderet si infra tēpus nō psequit rata
z firma manet sentētia z redit ad primū iudicē si ante sententiā
fuit appellatū.z qui de crimine impetit seu accusatur appellare
pōt nisi crimen sit notoriū.Et primo ponit terminū appellatio
nis prosequende.Secūdo ponit penā non prosequentis illā.Ter
tio ponit an de crimine delatus appellet.secūda ibi:infra qd.ter
tia ibi:preterea. ¶ No.terminū datū a iure ad appellationē pse
1 quēdū.qz est annus.z ex causa bienniū. ¶ † Not.q iudex a quo
pōt abbreuiare terminum appellationis psequende statuendo
2 tps appellāti.j.qd prosequatur appellationē. ¶ Et not.†penā
non psequentis appellationē infra tps datum:qz si est appella
tū a diffinitiua cōpellit stare sententie late si ab interlocutoria cō
pellit stare iudicio illius a quo appellauit.facit qd habet.§.eo.c.

3 personas.z qd dicet.j.c.sepe. ¶ † No.quod ante litis ingressum,
z etiā ante sententiā de iure canonico potest a quocunqz graua
mine appellari sicut a diffinitiua.secus tn scdm leges.qz secun
dum illas regulariter ante sententiā non appellatur.l.ante sen
4 tentie.C.quorū appellatio. non recipi. ¶ Et not.qd†potest etiā
extra iudicium appellari.tn talis appellatio extraiudicialis non
proprie dicitur appellatio sed prouocatio ad cām.z ad hoc sepe
5 allegatur. ¶ No.qd deserens appellationem a diffinitiua vide
tur verus contumax.vt non audiatur amplius appellās.secus
si appellatus fuerit a grauamine:qz tunc videtur audiri appel
lans si nouiter grauetur.qd intellige vt dicetur i. c.directe.j.
6 ¶ No.†quod in cā criminali auditur appellans nisi delictum sit
notorium.facit qd notatur secundū vnū intellectum in.l.con
7 stitutiones.ff.de appel. ¶ † No.qd sententia videtur posse pro
mulgari in absentem non citatum qñ delictum est notorium.de
quo dicendum vt tangetur in glo.fin.z super ea. ¶ In glo.j.ibi
z triennium.hoc intellige vt dicetur in. c. ex ratione hic allega
to:qz non eodem modo omnino datur trienniū quo datur bien
nium vt dicetur in dicto.c.ex ratione. ¶ In glo.ij.in fine.z ple
8 ne de materia in.l.ij.hic.allegata.vbi per glo.z Bar. ¶ † In gl.
tertia ibi de dilationi.preterea.cum glo.concordat Hostien.si iu
b dex velit abbreuiareᵇ vel elongare.qz ex cā potest.sed etiam pote
rit dilatiōes datas a.l.ex toto denegare.z addit etiā duos alios
casus in quibus non potest iudex abbreuiare vltra casus gloss.
vt quādo vellet abbreuiare tempus semestre datū ad dirimen
dum animal morbosum.ff.de edil.edicto.l.cum fer.vel ad confe
rendum beneficia ex concessione preben.c. ij. Item addit alium
casum quādo vellet abbreuiare tempus.lx.dierū qui dantur ad
accusandum vxorē iure mariti.l.mulierem.§.sexaginta.ff.de adul
terijs.z.iiij.q.iiij.§.aliter.ratio autem dictorum casuum est secun
dum aliquos:qz in predictis casibus tempus datur a.l.sine mi
nisterio iudicis.facit quod notatur per glo.z Cy. in auf. offera
tur.C.de lit.contestatio.secus si datur a.l.ministerio iudicantis.
qz tunc possunt abbreuiari.l.ad peremptorium.cum sequenti.ff. a
de iudicijs.facit quod notatur per Cyn.in.l.j.C.de dilatio. z in
auten.qui semel.C.quomodo z quādo iudex.Barto.notat in.l.
ij.ff.de re iud.tenet quod siue dilatio detur a.l.siue ministerio iu
dicis possit ex causa abbreuiari probat dictum suum ex eo quia
videmus quod tempus statutū a iure ad pponendas exceptio
nes.quod est tempus ante litis contestatio.in dilatorijs z ante
sententiam in peremptorijs de exceptionibus in.c.exceptionem
cum ibi notatis potest abbreuiari vt pz in.c. pastoralis. de exce
ptionibus.z facit quod notat Dy.in regula indultum.de regu
lis iuris.in.vj.z tamen tale tempus datur a iure sine ministerio
iudicis. ¶ Item secundum eum patet in tempore dato ad pet…
dam z fiendā restitutionem in integrum.nam licet detur a iure
sine ministerio iudicantis.tamen videtur prorogari ex causa per
iudicem.l.intra vtile secundum vnā lecturam. ff. de minoribus.
Item patet secundum eum in tempore dato ad adeundū here
ditatem nā licet detur a iure sine ministerio iudicis. tamen po
test abbreuiari per iudicem.ff.de heredit.insti.l. si quis institua
tur.z.l.quādiu.ff.de acquiren.heredi.oportet tn secundum eum
qd adsit cā legitima.facit quod habetur in.l.iiij.§.si quis condē
natus.ff.de re iudi.z inter ceteras causas cā legitima est consue
tudo fori per id quod habetur in.l.iij.in fine.ff.de testi.z qd no
tatur in auten.qui semel.C.quomodo z quādo iudex. ¶ Item
si iurisdictio esset modico tempore duratura.§.de officio delega.
c.consuluit. ¶ Item si est cā modice quātitatis in auten.nisi bre
uiores.C.de senten. ¶ Item si res est tempore peritura. vt si est
questio de rectoratu temporali.§.de iudicijs.c.fi. Item si est cā
alimentorum ne forte alias quis pereat fame. facit quod nota
tur in dicta.l.ij. Est etiā interdum iusta causa breuiandi ex qua
litate rei de qua agitur.vt si est questio de equo vel alio animali
quo casu propter dilationes posset tanta expensa fieri qd ascen
deret ad valorem equi.facit qd habetur in.l.mediterranee.C.de
anno.z tribu.lib.x.potest etiā esse causa elongandi.si forte sit cā
valde grauis in qua magna exigatur deliberatio.facit quod ha
betur.§.de dilatio.exposuit.z sic transit hic dominus Ant.Sed
certe cōmunis opinio est cum glo.quod dilationes que dantur
a iure sine ministerio iudicantis non possint abbreuiari. quod
intelligo nisi in casibus in quibus reperitur expressum contra
rium.z per hoc cessant contraria Barto.z hoc etiā voluit gloss.
in regula.indultū.de regulis iuris.in.vj.z facit quod notat glo.
in decre.cupientes.§.quod si per viginti.in versi.xv. dierum de
electio.in.vj.z quod notat etiam glos.in autentica. offeratur de
9 litis contestatio.de quo plenius dixi in.l.ij.ff.de re iudi. ¶ † In
eadem glo.ibi vel quod arripiat iter nota bene ex glo. qd quan
doqz statuitur tempus appellanti per iudicem a quo ad se pre
sentandum corā iudice ad quem est appellatum quandoqz sta
tuitur ad iter arripiendum.vt hic tangit glo.z facit qd habetur

¶ Appellās ad psequendā ad intellectū huius.c. vide spe.ti. de app. §.restat videre z.d. hē.boyc. hic ponētē distin.pulchram super materia huius cap.

¶ Velit abbreuiare.iudex an pōt prolongare vl abbreuiare tpa prosequēde appellationis z vide hic.d.abb.i.ij. col.post prin. vers.gl.in verbo recisius.



Ayuntamiento de Madrid

S.c.proximo.Eſt tñ dubium an hoc caſu in quo ſtatuitur tēpus ad proſequendū ſufficiat infra tempus iter arripere. Specu.eo. ti.§.nunc breuiter.circa finem.videtur velle qđ ſic.per id qđ habetur.ſ.titu.j.c.cum cām.¶ Sed certe vt tangit Jo.and.in additione Specu.in loco preallegato.poteſt dici quod in dicto.c. cum cām dicitur quod non arripuit iter ad oſtendendum maiorem negligentiā.vnde videtur [illegible] quod diuerſa eſt forma in pdictis ſic diuerſa fuit [illegible] quādo ſtatuitur tempus [illegible] iter arripere.li [illegible] ſe non [illegible] terminus [illegible] pſentar [illegible] iter arripere infra terminum [illegible] etiā ſe preſentet corā [illegible] appellationis. Si aūt fuerit ſtatutus terminus ad proſequendū tunc non ſufficiat iter arripere infra terminum niſi etiā ſe preſentet corā iudice ad proſequendum etiā tunc non ſufficeret ſe pſentare niſi etiā inchoauerit pſequi.vt qr impetrauit iudicem vel porrexit libellum.j.eo.c.oblate.ꝛ hec opinio ante factū eſt tenenda ſed poſt factum forte poſſet defenſari opinio Specu.per dictum.c.cum cām per quod videretur quod etiā ſufficiat iter arripere quādo datum fuit tempus ad ſe preſentandum ſicut ꝛ qñ fuit datum ad proſequendū cum eadem ratio ꝛ fortior videatur.facit ad diſtinctionem quā feci ante factum ꝛ poſt factum quod notat Jo.and.in decre.nihil.ſ.de electio.ꝛ quod notat glo.in clem.j.de priuilegijs.¶ Et

10 no.etiā ex gl.qꝛ iudex a quo non poteſt ſtatuere appellanti terminum ad appellationem finiendā de quo.j.eo.ex inſinuatione in gloſſ.ante litis in fine.facit quod habetur in.l.ante ſententie. C.quorum appellatio.non recipi.ꝛ in.c.fin.j.eodem.lib.vj.Sed aduerte quia licet glo.in ſe bene dicat.ꝛ doctores tranſeat cum illa tamen de mente text.videtur eſſe quando extra iudicium appellatur ꝛ ante litis ingreſſum ideſt etiam ante citationem a qua citatione incipit iudicium inſtituta de pena teme.liti.§.fin.licet initium litis appellari conſueuerit quando fit conteſtatio.ſ.de officio deleg.ſuper queſtionum.§.j.ꝛ qꝫ de mente tex.ſit id quod dixit patet quia ſi appellatum fuiſſet ſuper exceptione dilatoria coram iudice.tunc litera debuiſſet dicere in iſto verſicu.ſi vero prout dixi in verſi.ſequenti.ſi autem quod cogitur ſtare iudicio illius a quo appellauit.ꝛ eadem eſt ratio ſiue appelletur poſt litis conteſtationem ſiue ante ab ipſo iudice per aliqua dilatoria ¶ In glo.paſſim in fine.vel potes exponere paſſim ideſt in iudicio ſiue extra appelletur.dicit tamen Hoſtien.hic quod ſi appelletur in iudicio ante ſententiā debet cauſa probabilis exprimi.per id quod habetur.j.eod.c.vt debitus.¶ Si aūt extra iudicium a iudice adhuc dicit idem per id quod habetur.j.eod. c.bone.ꝛ.c.collectis.§.quia vero.de quo per gloſ.in.c.j.j.eodem. lib.vj. Si extra iudicium ꝛ a parte appelletur tunc nulla cauſa requiritur quod exprimatur in appellatione ſecundum Hoſtien. a ſic dicit intelligendū decre.j.j.eodem libro ſexto.de quo dicendum vt ibi.nota bene dictum ſuum pro limitatione preallegate

11 decre.j.¶ † In gloſſ.nec ſolent ibi ſed iſte non tenetur in re ꝛc. Nota bene ex glo.quod licet aliquis dicat ego appello te vt venias ad curiam vel venias ad iudicem vt faciat mihi iuſtitiā de tali re.quod non per hoc tenetur pars comparere niſi aliter fuerit citata.dicit tamen Barto.in.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi pretori ad finem.ff.de operis noui nunciatio.quod ſi alicui fiat vel timeat niſi ſibi fiat violentia poteſt proteſtari ex parte poteſtatis ne illa ſibi fiat ꝛ iter arripere ad poteſtatem adeo quod ſi interim aliquid innouetur reuocabitur per viam attentati per id quod habetur in dicto.§.ſi quis.ꝛ facit quod habetur.j.eo.c.veniens. ꝛ.c.ſuggeſtum.ꝛ quod dicitur.j.eod.c.vt debitus.ꝛ adde etiam quod notatur per glo.ꝛ Barto.in.l.de pupillo.§.meminiſſe.preallega.¶ In gloſ.cogitur.in.fine procedit hec glo.prout habetur in text.in verſi.ſi autem.ad quem noſcitur appellaſſe ꝛ tunc facit quod habetur in.c.precedenti.ꝛ quod dicetur in.c.ſepe.j. eo.titu.¶ In glo.penulti.in fi.quaſi velit quod ſi ſumatur ma-

a nifeſtum prout diſtinguitur a notorio[a] de quo plene in.c.noſtra de coha.cleri.vel mu.tunc non impedietur appellare quod intellige ſaluo eo quod habetur in.l.conſtitutiones.ff.de appellationibus.ꝛ.l.ij.C.quorum appellatio.nō recipi.ꝛ facit quod notatur in.c.romana.§.ſi autem poſt ſententiā.j.cod.lib.vj.¶ In

12 glo.fin.in fin.Nota ex glo.qꝛ † etiā per notorium crimen non poteſt quis excōmunicari niſi monitione premiſſa.ꝛ hoc etiā tenuit Hoſtien.per id quod habetur.j.de ſenten.excōmuni.ſacro.imo. requiritur quod in ſcriptis excommunicetur de ſenten.excommu. c.j.li.vj.poteſt tamen alias condemnari ſecundum eum abſens ꝛ etiā irrequiſitus ex quo crimen eſt notorium.finaliter tamen relidet quod nullus abſens ꝛ notorius ſit condemnandus niſi ſit contumax.ꝛ ſic citatus per ea que habentur in.ij.q.j.per totum.ꝛ.C.quomodo ꝛ qñ iudex.l.ea que.ꝛ.c.ad noſtrā.ꝛ.ij.vbi bona gloſſ.ſ.de iureiur.ꝛ hoc dicit Hoſtien.eſſe iuſtius ꝛ tutius tamen qꝛ multi dicuntur notorij qui non ſunt.j.eo.c.conſuluit.

a ¶ A notorio manifeſtū qualiter differt a notorio. vide Bar.ꝛ alex.in l.ſi vero.§.q p rei.ff.qui ſatiſ. cog.ꝛ in auſ. q ſemel.C.qñ ꝛ qñ iu.ꝛ in.l. hēdes palā.ff. de teſt.Bal.in l.ciues.C.de appel.

b ¶ In gloſſ.j. adde hic do. abb.in.j.colū. verſic.oppo.ꝛ videtur.

tamen etiā qꝛ licet ſit notorius forte hꝫ legitimas defenſiones ꝛ exceptiones que ſunt admittende.de officio delega.c.ex parte.el

13 ij.ꝛ de reſtitutio.ſpoliato.c.literas.ad finem.¶ † Item qꝛ omnis condēnatio nimis accelerata eſt odioſa.facit.ſ.titu.proximo.c. cum bertoldus.ꝛ hoc etiam ſequitur Lancre.ꝛ Innocent.non tamen exigitur in notorijs ſolennitas [illegible] citationū.nec etiam peremptorium.ſed ſufficit vnica ci[illegible] cut etiam in ſimili dicimus de ſummarijs in clemen.[illegible]pe.de verbo.ſignific.circa finem. ꝛ ſic etiā poteſt intelligi [illegible] text.ꝛ facit quod notat Archidia.in c.digne.all[illegible] in gloſ.ꝛ loquitur iſte text.de corinthio qui notorie teneb[illegible] nouercam ſuā pro vxore.Et pro eo quod dixi non require ſolennitatem peremptorij in notorijs.bene facit quod voluit glo.hic in prima ſolutione.Aduerte tamen qꝛ ex glo.predicta videtur quod ſufficiat admonitio etiā ſi fiat per viā denuntiation[illegible] gelice.ſed hoc non placet hic domino Ant.quia citatio [illegible] ad ſententiā audiendā vt voluit text.ꝛ gloſ.licet i[illegible] get in clemen.ſepe.ad finem.in verbo ad id de verb[illegible] atio.quod non fieret ſecundum formā gl.¶ Vltimo a[illegible] tractat hic Innocē.de appellatione extraiudiciali ꝛ [illegible] quod licet in multis conueniat cum iudiciali tamen d[illegible] hoc quia extraiudicialis eſt proprie puocatio ad cauſa[illegible] vt hic dicitur ſecus in iudiciali quia illa fit cum iam inchoat a.¶ Item vbi in iudicio quis grauatur ꝛ non appellatur tran[illegible]it grauamen in rem iudicatam.ſ.titu.j.c.qđ ad conſultatio[illegible]m.ſecus quando quis extraiudicium grauatur quia actus ext[illegible]iudiciales non tranſeunt in rem iudicatā.facit quod habetur.j.de his que fiunt a maiori parte capituli.c.j.per Innocent. adeo quod etiam ſi appelletur ab actu extraiudiciali.licet quis non proſequatur appellationem non fit ſibi preiudiciū quominus alio iure poſſit ſuum ius proſequi vt eſt expreſſum in.c.concertationi.j.eo.li.vj.ꝛ de multis alijs differentijs inter appellationem iudicialē ꝛ extraiudicialem tangit p Jo.an.j.eo.c.bone. ꝛ p Inn.ſ.de maio.ꝛ obe.illud.ꝛ de ele.cū nobis olim.ꝛ in.d.c. j.de his qui fiunt a maio.parte capi.

1 ¶ Iuriſdictio iudicis a quo per appellationem ſuſpenditur ſolum in cauſa in qua appellatum eſt ꝛ poterit adiri in alia cauſa contra ipſum appellantem niſi recuſetur.

2 Recuſari poteſt tam delegatus qꝫ ordinarius dummodo iuſta cauſa allegetur ꝛ probetur.

A D hec. Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo ſolum in cauſa ſup qua pendet appellatio non in alia ſeparata.poteſt tamen recuſari.hoc dicit.Et nō recipit cōmode diuiſionem.

1 ¶ † Nota primo quod iudex a quo eſt appellatum in aliqua cauſa nihilominus poteſt adiri in alia cauſa cōtra ipſum appellantem niſi recuſetur per ipſum appellantem. ¶ Et nota quod legitima cauſa recuſandi videtur eſſe eoipſo quod appellatum eſt ab eo ꝛ grauauit in alia cauſa quod eſt intelligendum vt dicetur cum gloſ.¶ Nota predicta habere locum ſiue fuerit iudex ordi-

b narius ſiue delegatus.¶ In glo.prima[b] ibi ita indiſtincte.hec eſt vera ſolutio ſane intellecta.qꝛ ſecundum leges non poterat recuſari ordinarius ſecundum tēpora digeſtorū.nec ꝛ ſcđm tempora codicis vt legitur ꝛ notatur in.l.apertiſſimi.C.de iudic.nec etiam hodie ſecundum ius autenticorum poteſt recuſari ſed bene poteſt peti vt alius aſſocietur vt patet in auten.ſi vero contigerit.C.de iudicijs.que fuit ſumpta ex autentico vt differentes iudices collatio.ix.ſed delegatus poterat recuſari etiam nulla cauſa adiecta.vt notatur per glo.in dicta.l.apertiſſimi.ſed de iu-

2 re † canonico tam delegatus quā etiam ordinarius poteſt recuſari dummodo iuſta cauſa allegetur ꝛ probetur.ſ.de officio delega.c.ſuſpicionis.ꝛ.j.eo.c.cum ſpeciali.ꝛ ideo ſecundum leges videtur legem primā hic allegatā habere locum in ordinario qui ſecundū illa tempora non poterat recuſari nec etiam peti quod delegatus alius aſſocietur.ſꝫ ſi fuiſſet delegatus ad plures cauſas bene potuiſſet recuſari per illum qui appellauerat in vna ex eis per ea que habentur in dicta.l.apertiſſimi.ſed ſcđm canones non eſt differentia an ſit ordinarius vel delegatus ꝛ hoc innuit dictio maxime poſita in tex.que eſt implicatiua.vt notat gloſ.in c.ad abolendam.de filijs presbyterorum.ꝛ in.l.illud.ff.ad legē aquiliā.ꝛ ideo vtroqꝫ caſu hoc eſt ſiue fuerit ordinarius ſiue delegatus poterit ille qui appellauit in vna cauſa recuſare ipſum in alia vt hic dicitur.¶ Aduerte tamen diligenter qđ non ſufficiat ad iuſtificandā recuſationem licet appellans doceat de pendentia appellationis in cauſa illa qꝛ poſſibile eſt qđ licet appellauerit non fuit grauatus.ꝛ ideo non probatur ex hoc iuſta cauſa appellationis prout fieri debet vt in preallegato.c.ſuſpicionis.ꝛ.j.eo.c.legitima.lib.vj.ſed oportebit qđ doceat iudicem eū grauaſſe ad finem iuſtificandi ipſam recuſationem.que tñ probatio non faciet fidem coram iudice cauſe recuſationis qꝛ in appellatione ad aliū finem tūc agitur.Ideo oportet iterato pbari grauamen

Ayuntamiento de Madrid

grauamen coꝛam ipſo iudice appellationis. facit qꝺ notatur in ſimili.ſ.de teſtibus.c.veniens.el.ij.⁊ de reſtitutione ſpoliatoꝛuꝫ.c.ſollicite.⁊.ī.de ſenten.excommuni.c.licet.lib.vj.⁊ plus dicit hic Ioā.and.quod debet pꝛobare in cauſa recuſationis iudicem ex animo grauamen intuliſſe non videtur iuſta cauſa ſuſpicionis ſcꝺm eum.licet quo ad iuſtificandum appellationē ſufficiat grauamen re ipſa illatū ⁊ ſic dicit intelligendum hunc text. ¶ Sed foꝛte poteſt dici qꝺ non ſit neceſſe pꝛobare quod ex animo iudex grauauerit:qꝛ hoc de facili pꝛobari non poſſet licet qn̄qꝫ ex aliquibus coniecturis poſſet apparere ſecundum notata in.l.fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex quibus cauſis in poſſeſ.eatur.⁊ in regula.pꝛo poſſeſſoꝛe.de regu.iur.in.vj.⁊ ideo videtur quod ſufficiat pꝛobare ſimpliciter grauamen illatū in alia cauſa. Ubi autē eſſet delegatus tunc ſecundū leges plane pꝛocederet ... appellans in vna cauſa poſſet recuſare ipſum iudicem in ... ā tanq̄ ſuſpectum.qꝛ non eſt neceſſe de iure ciuili in del... pꝛobare cauſam ſuſpicionis vt not.in dicta.l.apertiſſimi. ... qꝛ foꝛte poteſt attentari qꝺ litera iſta intelligatur plane ... nat videlicet φ eoipſo qꝺ quis appellauit ab vno iudice in aliqua cauſa ſit iuſta cā recuſandi eū in alia ſi voluerit ipſe appellās. Ex eo qꝛ aliqualis iniuria videtur inferri iudici a quo appellatur iuris pꝛeſumptione:qꝛ videtur appellans dicere ⁊ conqueri de eo qꝺ male geſſit contra ipſum ⁊ inique.facit qꝺ habetur.ī.eo.vt debitus.⁊ in.l.fi.ad finem.C.quādo pꝛouoca.non eſt neceſſe.⁊ ſic iſta cauſa pt̄eſt addi aliis cauſis notatis per Ioan. an.ī.in.c. legitima.de appella.in.vj.Nec obſtat ſi dicatur vt dicit Ioā.an.φ ſecundum hoc dabitur materia.vt de facili poſſit quis recuſare iudicem.Quia de facili poterit ab illo appellare in aliqua cauſa.⁊ ſic poſtea poterit recuſare eum in omnibus aliis quod videtur abſurdum ſꝫm euꝫ qꝛ de iure canonico cauſa debet eſſe legitima ſuſpicionis.vt in p̄allegato.c.legitima.⁊.ſ.de officio dele.ſuſpicionis.ī.eo.cum ſpeciali.Reſponderi poteſt quod non eſt veriſimile qꝺ quis appellet ſine cauſa. qꝛ alias condemnaretur in expenſis.ī.eo.vt debitus.¶ Item hodie non admittitur appellatio niſi appelletur ex cauſa legitima vt patet in pꝛeallegato.c. vt debitus.Et ideo interim pendente dubio videtur qꝺ appellās pꝛobabiliter habeat iudicem ſuſpectum cuꝫ ex iuris pꝛeſumptione aliqualis iniuria ei videatur illata vt pꝛedixi.Et ſic veriſimiliter poteſt dubitare ne iudex velit ſe vlciſci facit quod habetur in.l.qui cum maioꝛ. §. libertus. ff. de bonis libertoꝛum.pꝛeterea etiam poſſet dici quod ſi appellatio eſſet manifeſte fruſtratoꝛia quod tunc illa non admittitur. nec ius patitur ex illa fieri iniuriam iudici vt.d.l.omnem honoꝛem. ad finē. Ideo talis fruſtratoꝛia appellatio non pꝛoficeret in caſu capituli. ⁊ hec opinio vr̄ magis litere confoꝛmis licet doc.communiter tranſeāt cū eo qꝺ tangit hic Io.an.⁊ ſuperius dixi.

1 Appellare poteſt vtraqꝫ pars a ſententia lata ſuper eodem negotio.

2 Appellatio vbi interponitur ad diuerſos iudices a diuerſa parte ſuper eodem negotio quoꝛum vnus eſt iudex ſuperioꝛ alter. inferioꝛ iuriſdictio ſuperioꝛis abſoꝛbet iuriſdictionem inferioris. ⁊ nu.10.

3 Citatus comparere tenetur ſtante dubio iuriſdictionis al's tanquam contumax puniatur.

4 Pꝛoceſſus non valet quādo certum eſt iudicem non habere iuriſdictionem.

5 Citatio ad locum notoꝛie non tutum non valet.

6 Taciturnitas partis circa ius aduerſarii abſentis non reddit pꝛoceſſum nullum.

7 Appellatio alternatiue interpoſita ad diuerſos iudices an valeat.

8 Subiectus imperio non debet ad papam appellare.

9 Appellare licet ad papam omiſſo quolibet medio.

10 Appellatio ſi interponatur ad papā ignoꝛante iudice qui excōicauit valebit pꝛoceſſus factus ad puniendū cōtumaciaꝫ licet ps pꝛeſens ſciuerit appellationem interpoſitam ad papam.

11 Citatio non valet qn̄ notoꝛium eſt iudicem citantem non habere iuriſdictionem in citatum.

a SI duobus. Superioꝛ [a] ad queꝫ tuus aduerſarius appellauit, ſi ignorat te ſuper eadem cā ad ſedem apoſtolicā appellaſſe te coꝛā ipſo comparere nolentem poterit excōmunicare.hoc dicit pꝛimo.Et a ciuili iudice qui non ſit de tempoꝛali iuriſdictione eccleſie non appellatur ad papā hoc ſcꝺo.⁊ ſic ſunt due ptes que patent.ſcꝺa ibi:deniqꝫ.¶ In tex.ibi ad ſui iudicis i.ad audientiā iudicis ſuperioꝛis illo qui iudicauit. ¶†Nota φ ſententia lata ſuper eodem negotio poteſt vtraqꝫ ps appellare etiā ſi vna appellet ad vnum iudicem.alia ad alium qꝺ intellige qn̄ vtraque ps erat grauata ex eadem ſententia. Potes ponere exemplū.ſi petebātur.x.⁊ reus in quinqꝫ fuit condemnatus ⁊ in quinqꝫ abſolutus.Nā foꝛte actoꝛ reputat ſe grauatū.Quia non eſt facta condemnatio in decem.Reus vero econtra.qꝛ pꝛetendebat ſe debere abſolui in totum.facit qꝺ habetur ⁊ no.ī.de teſtamentis.raynutius.⁊ raynaldus.Si tn̄ vna pars tantum ſolum eſſet grauata:qꝛ reus fuiſſet abſolutus in totum,Et actoꝛ appellaſſet non liceret reo appellare ... dicere, appellanti volo q... appellatio deuoluatur ad ... iudices: qꝛ appellatus non habet

2 eligere iudicem, ſed appell... ¶†No.qꝺ vbi appellatio interponitur ad diuerſos iudices ... pꝛeſuper eodem ... tio:quoꝛ vnus eſt iudex ſuperioꝛ ... inferioꝛ. iuriſdictio ſuperioꝛis demum abſoꝛbet iuriſdictionem inferioꝛis ⁊ annullat ... geſta a tempoꝛe ſciētie appellationis interpoſite ad ſuperioꝛem.

3 ¶†No.φ ſtante dubio iuriſdictionis tenetur citatus comparere.al's tanq̄ contumax pōt puniri.Et ſic valebit pꝛoceſſus contra eum tendens ad punitionē contumacie.Facit qꝺ notat Innocen.ſ.de dilatio.pꝛeterea.⁊ qꝺ dicitur ⁊ no.de reſcriptis. ſup literis. ¶ Quid aūt de pꝛoceſſu negotii pꝛincipalis tangeꝛ ſup

4 gloſ.¶†No.φ vbi certū eſt iudicem ipſum non habere iuriſdictionem non valet pꝛoceſſus peū factus in abſentem etiam tendens ad puniendā contumaciā quod intellige verum qn̄ ſcit ſe omnino non eſſe iudicem. Sed ſi ſciret ſe eſſe iudicem. licet ſciret eius iuriſdictionem poſſe elidi per exceptionē foꝛte recuſationis tunc bene tenet pꝛoceſſus.Si non compareat citatus vt voluit glo.in clemen.ij.vt lite pen.Et etiā Hoſti.hic facit qꝺ no. de offi

5 cio deleg.c.cū ſup.¶†Quid autem ſi iudex citat aliquem ad locum notoꝛium non tutū citatio videꝛ nulla.ī.eo.ex parte.Et ad materiam facit qꝺ tangit hic gloſ.ſeq.⁊.ī.de accuſatio.veniens. circa finē.⁊ gl.iij.q.ij.Si epiſcopus ⁊ qꝺ no.ſ.de reſcriptis.c.ſu

6 per literis.¶†No.φ taciturnitas ptis circa ius aduerſarii abſentis non reddit pꝛoceſſum nullū qꝺ vr̄ eſſe contra notata per Innocen.in.c.fin.ī.de accuſa.Sed domi.Anto.hic nititur defendere duobus modis. ¶ Pꝛimo φ iſtud pꝛocedat qn̄ doloſe non tacuit.ſecus ſi doloſe.⁊ hoc etiā intelligit Innocen.in dicto.c.fi. Sed iſta ſolutio mihi non placet.vt qꝛ tangit hic Innocē. cum partes in iudicio ad inuicem aduerſentur non teneꝛ vna ps ius a alterius ptis pꝛo illa contra ſe allegare.facit qꝺ habeꝛ.ſ.de pꝛobationibus in.c.j.Si ergo de iure non tenetur allegare ius alterius ptis.Ergo non poteſt dici qꝺ ſolū cōmittat tacendo dictū ius.Et non allegando cum vtatur iure ſuo de electione cum eccleſia vulterana.nec obſtat lex ſi pꝛetoꝛ.§.marcellus. ff. de iudicūs.per quam mouetur Innocen.in dicto.c. fina. Quia illa loquitur qn̄ pꝛeſens aliquid falſo allegauit cōtra abſentē:ſꝫ quando tacuit ius abſentis ⁊ contumacie:ideo imputeꝛ ſibi qui non comparuit.Quia vt dixi non tenebat pꝛo illo contra ſe allegare.nec obſtat etiam.c.cum bertoldus.ſ.titu.j.quia ille text.etiam hoc non pꝛobat ex eo ... quia multa alia concurrunt vt ibi diciꝛ in litera. Et etiā tangitur per glo.licet dominus Anto.hic ⁊ ibi tranſeat cū dicto Innocen.in dicto.c.fina.⁊ poſſet etiam dici qꝺ Innocen.in pꝛeallegato.c.fina.non reſidet in illa opinione:imo ibi finaliter ponit aliū in qua reſidet. ¶ Secundo modo ſaluat domi.Anto.qꝺ dictum Innocen.in pꝛeallegato.c.fi.habeat locum qn̄ pꝛoceſſum fuit ſuper negotio pꝛincipali. Sed hic quando fuit ad finem puniende contumacie.Et ratio diuerſitatis ſecundum eum eſt quando pꝛoceſſus punitiuus contumacie immediate pꝛocedit ex culpa contumacie que non tolliꝛ per doluꝫ pꝛeſentis cum debuerit comparere ad allegandū ius ſuum.Sed pꝛoceſſus qui fit in pꝛincipali cauſa non fit immediate.Sed pꝛopter iuſtitiam que doloſe tacita per pꝛeſentem ſcꝺm eum reddit pꝛoceſſum nullum. qꝛ videtur tūc fundatus ſuper falſa iuſtitia. Sed certe hec etiam ſolutio mihi non placet qꝛ vt dixi non tenetur pars pꝛeſens allegare ius abſentis ⁊ poſſibile eſt qꝺ id quod allegauit pꝛo ſe fuit verum ſicut recte contingit in caſu noſtro ⁊ ideo non debet pꝛoceſſus eſſe nullus. nec etiam ſibi aſcribi ad dolū ſi tacuit ius abſentis ex quo non tenebatur illud allegare ⁊ imputet ſibi abſens qui citatus nō comparuit.facit qꝺ hic no. Innocen.⁊ de electio.c.j.in verbo abſentie.lib.vj.¶ Not.quod

7 †valet interdū appellatio ad diuerſos iudices.an autem valeat appellatio alternatiue interpoſita poſuit Specu.eo.titu.§. tunc tractemus.verſic.quid ſi dicat.Sed tu recurre ad gloſſ.in. c. ſi is cui.de officio deleg.in.vj.in verb.deniqꝫ.¶ Nota qꝺ de iure canonico ante ſententiā pōt appellari.¶†No.diligenter φ ſubie

8 ctus imperio non debet appellare ad papam ⁊ facit iſte text. ſecundum Hoſtien.qꝺ laici qui ſunt de tempoꝛali iuriſdictione eccleſie debent iudicari ſecundum canones ⁊ non ſecundū leges ſi diſcrepent a canonibus.facit qꝺ legitur ⁊ notatur.ī. de teſta. cū eſſes.⁊.c.relatum.⁊ per gloſ.in.c.ij.de arbi.in.vj. ¶ Ultimo per hanc decreta.dicit Petrus ⁊ Abbas qꝺ parum iuuant appellationes quas aliqui timentes pꝛoceſſus oꝛdinarioꝛum faciunt coꝛā teſtibus occultis:qꝛ ex quo ignoꝛant ipſi oꝛdinarii valebit

9 pꝛoceſſus de quo dicetur.ī.eo.ſuggeſtum.¶†In gl. pꝛima ibi

¶ Superioꝛ. nulla eſt diſparitas inter do. Abb.⁊ d.Io. i ſummatione huius.c.



Ayuntamiento de Madrid

omiſſo quolibet medio. hoc verum de iure canonico quādo appellatur ad papā licet de iure ciuili ad imperatorem non appelletur omiſſis mediis. ſed ad alium inferiorem a papa non debet 10 appellari omiſſis mediis vt. j. eod. dilecti. de quo vt ibi. ¶ † In glo. tertia in fine aduerte: quia glo. loquitur quando iudex qui excōmunicauit ignorauit appellationem interpoſitam ad papam quo caſu tenet proceſſus factus ad puniendum contumaciā. ſi pars ſupreſens ſciuerit appellationem ad papā qꝛ propter ignorantiam iudicis ſuſtentatur proceſſus. l. ſi forte. ff. de officio preſidis. ꝛ ſi pars abſens poſtea compareat. ꝛ velit impugnare proceſſum qꝛ dicat aduerſarium ſciuiſſe ipſum appellaſſe ad papam reſpondebit qꝛ ipſe abſens ſciebat qꝺ appellauerat ipſe preſens ad archiepiſcopū. Et ſic ſcientia cum ſcientia compenſatur ſicut culpa cū culpa ꝛ dolus cū dolo. l. ſi ambo. ff. de compenſa. ꝛ ſ. de adul. c. j. ꝛ ideo non retractabitur proceſſus. licet aliquis contra. ſed non bene per iſtum text. Et hoc clarū quo ad proceſſum punientem contumaciā. ſed plus dicit Innocent. ꝙ etiam tenebit proceſſus ſi ſit caſus in quo poterit procedi contra abſentem de quibus in. c. quoniā. ſ. vt lite non conteſta. qꝛ eadem eſt ratio preter errorem ipſius iudicis. ꝛ qꝛ deſinit eſſe iudex. Ex quo ordinarius eſt niſi in caſibus expreſſis in iure etiā dicit hic Innoc. qꝺ ſi proceſſum eſt in cauſa principali ad merita cauſe: quia licet poſtea compareat ipſe abſens. ꝛ alleget appellatū ad papā: non proderit ſibi qꝛ ex tali allegatione oritur quedā declaratoria iudicij que debuit opponi in initio ꝛ ante actus qui conſueuit fieri poſt cōteſtationē. Ut no. glo. fin. de elec. c. j. in verbo abſentie. ꝛ ideo cū de meritis tunc conſueuerit diſputari. niſi poſt lit. conteſta. Ideo non debet dicta allegatio audiri qꝺ eſt notandum. Si aūt iudex ꝛ pars ignoraſſent. multo fortius tunc teneret proceſſus. ſecus ſi vterqꝫ ſciuiſſet vel etiam ipſe ſolus iudex per id quod hic dicit ꝛ ſufficit etiam iudicem ſcire factū. ꝛ ſic appellationē interpoſitaꝫ ad papam. licet forte ignoret ius qꝛ talis ignorantia non eſſet probabilis. facit. j. de cle. ex cō. mini. apoſtolice. ¶ Sed aduerte qꝛ contra text. ꝛ gloſ. faciunt duo. primo qꝛ vr̄ qꝺ ex quo eſt appellatuꝫ ad papam vr̄ ꝙ proceſſus inferioris nullo modo valeat per notata per compo. ꝛ Innocen. ſ. de cōſtitutio. cū. ad. Sed poteſt reſponderi qꝺ illud debet intelligi ꝛ limitari p iſtum text. qñ inferior ſciet cauſam deuolutā ad papam. ſecus ſi ignorabat vt hic dicitur nec obſtat. j. eo. vt noſtrum. cū ibi loquatur qñ papa expreſſe reuocauit negotium ad ſe. ꝛ forte etiaꝫ illud poteſt intelligi quando inferior habuit illius notitiam per id qꝺ habetur. ſ. de reſtitutio. ſpolia. audita vel dicas qꝺ dictum Innocē. ꝛ compo. ꝛ c. cum. ad. loquatur quando corā papa primo loco inchoatus fuit proceſſus hic quando contra ſecundo obſtat qꝛ videtur qꝺ vbi quis non eſt iudex non teneat proceſſus niſi pronuntiet prius ſe iudicem competentē. ideo id qꝺ no. per Innoc. de dilationi. preterea. ſed potes dicere quod illud habet locum quando quis ipſo iure non eſſet iudex ꝛ ipſo ignorante exemplū in. c. j. de reſcriptis. in. vj. quando fuit impetratus per excōmunicatum ipſo ignorante: quia tunc licet contra contumacem teneret proceſſus tendens ad punitionem contumacie ratione dubij per ea que habentur in. c. ſuper literis. de reſcriptis. tamen ſi procedat in principali. ꝛ non pronuntiauerit ſe iudicem competentem proceſſus erit nullus etiā ſi ſit caſus in quo cōtra abſentem poſſit procedi lit. non conteſt. Quia factus eſt p non iudicē. Et ideo non valet qꝺ actum eſt. ſ. de officio vica. in. c. ſua. ꝛ. l. fin. C. ſi a non competenti iudi. ſecus ſi pronuntiaſſet ſe iudicem cōpetentem. quia tunc ſententia tranſiret in rem iudicatā. de electione. cum dilecti. ad finem. Et ideo deinceps non poſſet refricari in dubium de incompetentia. facit quod notat Innocent. in. c. j. de officio delegat. in. vj. Et ibi dicit quod ſemper vtile eſt pronuntiare ſuper incompetentia iudicis propter rationem preallegatam. Sed vbi non pronuntiat. licet procedat in negotio. ex quo reuera non eſt iudex non poteſt ſurgere tacita pronuntiatio. vt voluit Innocen. in. c. preterea. de dilationi. Et ibi etiam p domi. Anto. licet aliter videatur ſentire dominus Anto. Sed videtur qꝺ non tene per notata in dicto. c. preterea. Secus autem quando quis non deſinit eſſe iudex vbi cum ſciuerit cauſam propter quā definit eſſe iudex vt contingit in caſu huius capituli qꝛ tunc proceſſus factus per iudicem ignorantem Tenebit etiam in negotio principali ſi ſit caſus in quo procedi poterit contra abſentem ꝛ ſic procedat qꝺ ſuperius dixi. ꝛ p predicta poteſt inferri ad aliud dubium. de quo tangit hic Inno. videlicet ſi contingat qꝺ vna pars vadat ad ſuperiorem dicens appellatum eſſe ibi. vbi non fuit appellatum vel etiā licet ſit appellatum tñ tacite renuntiationem quā fecerat de appellatione. an ſi iudex pcedat ad inſtantiam talis ptis que falſo dixit ſe appellaſſe. vel tacuit renuntiationem pdictā teneat proceſſus. Nam videretur dicenduꝫ qꝺ non tenet qꝛ ille non eſt iudex. ex quo non fuit appellatuꝫ vel renuntiatum eſt licet ille iudex hoc ignoret. Et hoc videtur hic te-

a ¶ In gl. non cognouerit vide do. abb. in iij. col. x. in gl. in vbo cognouerit.

a ¶ Etiaꝫ poſt bienniū. idem ſummat hic do. Abb. ꝛ ne te longis ambagibus ſuſpēſum reddā de materia huius. c. ꝛ fataliū appellationū que a legibus ciuilibus ortū habuerūt ſi vis verā hre notitiaꝫ recurread fontes legum vcꝫ. C. de tem. ap. vbi p legū doc. ampliſſime h materia tractatur maxime in. l. ij. illius ti. ꝛ etiaꝫ in ſequētibus iunctis his q a do. Joā. hic ꝛ ab aliis dicūt habebis materiā appellationum proſequēdarū de pane lucido elucidatam.

nere Innocen. qui dicit qꝺ erit reuocandum quod egerit talis iudex conditione ſine cauſa. vel per querelā falſi allegat. ff. de iudi. ſi pretor. ꝛ. ſ. de exceptio. c. cū venerabilis. vel ſaltem per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali. Per hoc tñ vltimum videtur velle Innocent. qꝺ valeat de mero rigore proceſſus ſed per reſtitutionem veniat reſcindendus. Sed compoſt. vt refert Jo. an. ſ. de reſcriptis ſuper literis per gloſſ. tenuit. j. qꝺ valeat proceſſus ratione dubij cuius ratione videtur iudex habuiſſe iuriſdictionem p ea que habentur in dicto. c. ſup literis. ꝛ ad dictuꝫ Innocen. hic reſpondet qꝺ debet intelligi quando abſens nonfuit legitime citatus. vel qñ pars doloſe dicebat appellatum eſſe cum ſciret non eſſe appellatum de quo etiam per archidiaconuꝫ j. eo. romana. §. ſi vero. lib. vj. ꝛ in Specu. de citatione. §. j. verſicu. Item p[illegible]. Sed certe licet ſic tranſeat Joā. an. prima tamen reſponſio [illegible] ſt bona. quia non haberet dubiuꝫ ſi nō fuit abſens legitim[illegible] s qꝺ non tenet proceſſus. l. j. §. item cum ex eo. ff. que ſe[illegible] reſcin. ꝛ. ſ. titu. j. tenor cū ibi notatis. Scꝺa etiam videt[illegible] ra mentem Innocenc. hic quia vult qꝺ non valeat proceſſus in principali. ex quo ipſo iure non eſt iudex ipſo ignorante ꝛ contra compoſt. facit qꝺ habetur in cle. ſi appellationem hoc eo. titu. ꝛ qꝺ dicetur. j. c. proximo. Et ideo videtur qꝺ dictuꝫ compo. non procedat ſaluo niſi iudex prius pronūtiaſſet expreſſe ſe iudicem competentem p id qꝺ ſuperius dixi ꝛ qꝺ no. Inno. in. c. j. de officio delega. in. vj. ꝛ Lapus Abbas in. c. j. de reſcript. in. vj. Et hoc tenet hic dominus Anto. licet domini de rota ſua concluſione. lxxxiij. dicant ſtilum curie habere quod pronuntiatio per quam pronuntiabitur cauſam fore deuolutam ad papaꝫ vbi eſt facit eam eſſe deuolutam: ſed domi. Anto. dicit qꝺ quicquid ſit de ſtilo de iure videretur dicendū oppoſituꝫ per id qꝺ dixi forte poſſet dici dictum dominorum de rota procedere quando ex pronuntiatione appareret error iuris. alias procedat dictum domini Anto. Et p predicta patet quod multo fortius procederet decret. ſi iudex ꝛ pars capituli ignoraſſet appellationem aduerſarij. Si autem vterqꝫ ſciuiſſet non procederet ꝛ idem ſi ſolus iudex ſciuiſſet per iſtum text. ſecus econtra ſi iudex ignorauit licet pars ſcierit vt patet ex text. ꝛ ſuperius eſt dictum. ꝛ per hoc habes ſubſtantialiter que tangunt hic docto. ¶ In glo. cognouerit in fine no. bene quod † vbi notorium eſt iudicem citantem 11
non habere iuriſdictionem contra citatuꝫ non valet citatio. nec citatus comparere tenetur. de quo per gloſſ. j. c. veniens. ad finem. de accuſatio. ꝛ. iij. q. ij. ſi epiſcopus. Et intellige hoc verum quando omnino non eſt iudex ſecus ſi poſſet exceptione repelli vt tetigi in notabilibus. tangitur per gloſſ. in clemen. ſecunda vt lite pendente.

1 ☞ Tempus appellationis proſequende videtur currere a tempore ſententie.
2 Et quantum tempus detur ad appellationem proſequendam.
3 Appellans poteſt multis ex cauſis impediri in proſecutione appellationis adeo ꝙ ei non imputetur: ꝛ quid operentur talia impedimenta. ꝛ nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
4 Inſtantia cauſe appellationis poteſt p compromiſſum prorogari ſecus tamen eſt in inſtantia cauſe principalis.
11 Appellans allegans impedimentum ad proſequendā appellationem qualiter probabit illud.
12 Appellatus infra quantum tp̄s proſequi poſſit appellationem negligente appellante.
13 Et an ſi lapſo primo vel ſecundo fatali feratur ſententia p appellante an teneat ꝛ ſi appellatus petat ſententiaꝫ mandari executioni an obſtabit exceptio rei iudicate ſuper infirmatione ſententie.
14 Judex a quo qñ appellans eſt impeditus in proſecutione appellationis: an poſſit exequi ſententiā poſt lapſum primi anni ſi aliter de impedimento ſibi non fuit intimatum.

b Ex ratione. Etiam poſt b biennium auditur appellans qui prius proſequi non potuit. hoc dicit. Et primo ponit dictū cuius rationē interſerit vt patet in litera. ¶ Nota quod nedū ad appellationē proſequendam datur appellanti bienniū ex cauſa vt. ſ. eo. cum ſit romana. imo etiam vltra biennium ſuccurritur ſi eſt legitima cauſa. j. biennium impeditus. ꝛ no. qꝺ videtur ſuccurri ipſo iure. de quo tamen tangetur cū glo. ꝛ ſup ea.

1 ¶ † No. qꝺ tempus appellationis proſequende videtur currere a tempore ſnie olim de hoc erant multe opinio. vt patet in. l. fin. §. illud. C. de tempori. appellatio. ꝛ per gloſ. in clemē. ſicut appellationem. j. eo. titu. in clementinis. ꝛ per Hoſtiē. hoc tñ hodie eſt expeditum. Et ſic etiā olim erat communis opinio qꝺ tp̄s appellationis proſequende currit a die interpoſite appellationis ꝛ nō a die ſententie in appellatione iudiciali. in extraiudiciali ſi ſit a grauamine illato: ſi autem a futuro grauamine extra iudicium fuerit appellatum. tunc incipit recurrere a tempore illati grauaminis. vt

Ayuntamiento de Madrid

minis. vt eſt expreſſum in clemen. predicta ſicut appellationē. et per hoc eſt expedita ſecunda queſtio quam hic tangit dominus
2 Anto. ¶ †Quantū autem tempus detur ad appellationē proſequendam. dic qḋ datur annus ⁊ ex cauſa biennium tam in iudiciali quā extraiudiciali ſiue interpoſita a diffinitiua ſiue ab interlocutoria vt hic probatur ⁊ clarius. s̄. eo. cum ſit romana. ⁊. s̄. e. perſonas de quo etiam in dictis iuribus tactus fuit. ⁊ facit quod contra dicetur. ⁊ hoc de iure canonico. ſed de iure ciuili dicit Ja co. de bel. in auſ. de his qui ingrediunť ad appellandū. §. j. collatio. v. ꝙ ſi appellatio ab interlocutoria concernat negotiū principale. tunc habebit tantum tempus. infra qḋ principalis queſtio poſſit terminari. l. properandū. C. de iudi. Et per hoc ſit expedita prima queſtio hic tacta per dō. Anto. An autem tp̄s predictū nedum detur ad proſequendum. ſed etiam ad finiendū cauſam appellationis licet olim eſſet dubitatio. Hodie eſt expeditum qḋ nedum eſt ad proſequendum. ſed etiā ad finiendum vt in clemē. preallegata. ſicut appellationem. eo. tit. ſic patet q̄ [illegible]d nō ſuffi ceret hodie infra annū mittere procuratorem ad impetrandum ſi aliter non proſequeretur. facit quod notat [illegible] tit. j. cum ſup. ⁊ per hoc ſit expedita tertia queſtio. An autem [illegible] tempus du plicatum in termino hominis propter impedimentum. ſicut da tur in termino iuris tangit hic Inno. ⁊ finaliter concludit quod ſic quia talis terminus ſurrogatur loco termini iuris. s̄. eod. cum ſit romana. Et ideo ſapere debet eius naturā. argu. s̄. vt lite pen dente. in. c. eccleſia. el. ij. ⁊. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau tionibus. Et per hoc videtur qḋ ſi a iudice vel appellante ſtatu tus fuit terminus menſis ad proſequēdam appellationem ſi in illo occurrat impedimentū habebit alium menſem ad proſequē dum ſicut dicimus in termino iuris quod a iure habet qḋ annū ⁊ propter impedimentum datur ſibi biennium. Et quo ad hoc poteſt procedere. q2 terminus iſte ſtatutus a iudice vel a parte. ⁊ ſic ab homine ſuccedat loco termini iuris ſuccedit etiam quo ad aliud q2 ſicut deſeritur appellatio ſi negligatur terminis iuris. ita etiā ſi negligatur terminus hominis dicto. c. cū ſit romanā. ⁊. c. perſonas non videť tn̄ ſurrogari per omnia loco termini iu ris. q2 terminus datus ab hoīe datur ad proſequendū non ad finiendum vt tetigit gl. magna. in. c. cū ſit romana. de quo dicet in. c. ex inſinuatione. j. eo. ſed terminus iuris datur ad finiendū ⁊ proſequendum vt prediri. Et ꝑ hoc eſt expedita quarta q̄ſtio.
3 ¶ †In glo. j. ibi pluribus modis ⁊c. ¶ Aduerte q2 vt patet ex his que ſequunť in gloſſ. multiplex poteſt eſſe impotentia. nam quedā eſt impotentia reſpectu ꝑſone appellantis. vt q2 forte fuit infirmus vel fuit incarceratus vel etiā ꝑm Inno. q2 fuit inops ſeu pauper. ⁊ ꝑpter hoc non potuit proſequi. ⁊ ſic dicit etiā poſſe intelligi hanc literam qḋ dicit eſſe notandum. ⁊ nō allegat aliū tex. ſed de hoc eſt expreſſus tex. in auſ. de his qui ingrediuntur ad appellandū. §. j. collatio. v. ⁊ facit tex. qui habeť. j. de ſentē. ex cōmu. quod de his. ⁊ ſine dubio hoc beneeſt notandum. q2 pōt quandocunq3 de facto contingere. ¶ Secunda eſt impotentia proſequendi que contingit per factū iudicis qui forte nō potuit procedere. ex quo q2 infirmus vel aliter impeditus vel q2 voluit procedere. licet pars inſtaret pro expeditiōe. ¶ Tertia eſt impo tentia que ſurgit miſtius a facto appellantis ⁊ appellati. vt quia appellans ⁊ appellatus eligunt arbitros pendente appellatio ne. ⁊ ſic compromittunt ⁊ ſic ꝑpter pendentiā compromiſſi inte rim non poteſt appellans ꝓſequi appellationem corā iudice ap pellationis de quo impedimento etiā habetur hodie in clemen. quādiu de appel. que in aliquibus ſupple auſ. ſi tamen. alleg. in glo. ⁊ precipue quia etiam citra viam compromiſſi poteſt ex par tium conſenſu expreſſe agi ꝫ. certū tempus ſuperſedeatur appel lationi vt ibi habetur. non autem poſſent conuenire ꝙ duplica retur tp̄s appellationis vel alio modo ꝓrogare vt voluit Bar. in auſ. ſi tamen hic allegata ⁊ Joā. an. in additio. Spec. §. nunc breuiter. ſuper ver. licet autem. vt patet in magna additione ibi
4 poſita maxime circa finem ⁊ nota etiam qḋ licet† per cōpromiſ ſum poſſit prorogari inſtantia cauſe appellationis. tamen ſecus eſt in inſtantia cauſe principalis q2 hoc non reperitur expreſſum nec eſt eadem ratio per omnia cū maius preiudicium verſetur in lapſu inſtantie cauſe appellationis quam in lapſu inſtantie cau ſe principalis quia ſalua manet prima actio. facit. l. properandū ad finem. C. de iudi. ⁊ no. Cy. in auten. ſi tn̄. alleg. in gl. ¶ Quar ta eſt impotentia quando quis impeditur per factū tertiū priua ti proſequi appellationem. ¶ Quinta eſt quā non tangit gl. qn̄ contingit impedimentum reſpectu appellati. Et hoc poteſt eue nire dupliciter primo quando interuenit impedimentum facit vt quia ipſe appellatus per ſe vel alios impedit appellantem ire ad proſecutionem appellationis. alio modo poteſt appellatus prebere impedimentū quominus finiať cauſa appellationis. in fra terminū iuris petendo forte dilationes ⁊ ad reprobādos te ſtes appellantis vt ſic dilatetur iudiciū vt nō finiatur infra ter minum iuris. videť etiā hic ſentire do. Ant. ꝙ poſſit eſſe impedi mentum ex parte appellati. ſi forte ſit infirmus ⁊ ſit cauſa in qua nō teneať mittere procuratorē ſecundū notata. s̄. de procu. querelam. ſed tn̄ hoc videretur procedere qn̄ iudex ſciret impedimentum. q2 tunc non poſſet ꝓcedi contra ipſum appellatum. l. queſitum. cum ibi no. ff. de re iudi. ⁊. s̄. c. prox. Sed vbi ignoraſſet de ne tenderet ꝓceſſus qui fieret contra talem appellatū. dūmō fuiſ ſet legittime citatus ſaltem ad domū iuxta ea que habenť in. d. l. queſitum. ⁊ in. c. ſi. s̄. e. de eo qui mittitur in poſſeſſionē. ꝫ poſtea appellatus petere poſſit reſtitutionem in integratione impedi menti vt patet in. d. l. queſitū. ⁊ facit qḋ no. in. l. ſi. ff. de reſti. in in teg. ⁊. s̄. tit. j. c. cum bertoldus. Sextā ⁊ vltima impotentia eſt qn̄ contingit per caſum fortuitū. vt q2 ꝑpter tempeſtatem vel inun dationē aquarū non potuit appellans ire ad ꝓſequendā appel lationē in autē. de his qui ingre. ad appel. §. j. colla. v. ¶ Et no. ꝙ ſi duplex eſſet via vna per aquā. alia per terrā. licet impediret ire per alterā illarum. Si tn̄ poſſet per aliā ire. tunc non excuſare tur. vt patet in dicto auſ. de his qui ingre. ad appella. in. §. j. ideo vt excuſaretur debuit impedimentū cōcernere vtrāq3 viam. Et
5 ſic qḋ fuerit impeditus per vtrāq3 viam ire. ¶ †Iſtis ſic declara tis eſt videndū qualem effectum operenť predicta impedimenta vel quodlibet eorū. In primo ſi cōtingat in primo anno appel lationis ꝓſequende. ⁊ an ꝑpter illa vel alterum eorū deť ſecun dus annus ipſo iure a lege. An vero erit neceſſe petere reſtitutio nē in integrū. vel an erit dicendū ꝙ interim durante impedimen to tp̄s ipſo iure nō currat. ⁊ ſimiliter erit videndū qd iuris ſi ali qḋ impedimentū ex predictis occurrat in ſcḋo anno. ¶ Primo caſu qn̄ occurrit impedimentū in primo anno. concludo ꝙ ſi oc currit circa primā ſpeciem impedimēti. q2 occurrit impedimentū detur ſecūdus annus ipſo iure a lege per id qḋ habeť in. l. ſi. §. il lud. C. de tem. ap. ⁊ in hac decre. ⁊ in dicto auſ. de his q ingre. ad ap. §. j. qḋ tn̄ qualiter debeat intelligi patebit ex inferius dicēdis.
6 ¶ †Circa ſecundā ſpeciē impedimenti qn̄ videlicet cōtingit cir ca perſonā iudicis. glo. hic videť velle ꝙ ipſo iure nō currat tp̄s. Et ſic videť velle qḋ non per hoc detur bienniū integrum ꝫ qḋ interim durante impedimento nō currat tp̄s. Idem videť velle ij. q. vj. anteriorum. §. ad hec. idē gl. accur. in. l. ꝫ ſi per pretorē. in prin. ff. ex qui. cau. maio. ⁊ idē voluit gl. in. §. ad hec. in auſ. de ap. colla. iiij. Idem in auſ. de his qui ingre. ad app. §. illo tantūmō. Sed contrarium vr̄ qḋ currat tp̄s ſed detur reſtitutio. vt voluit gloſſ. in autentico vt ſponſalitia largi. §. hoc quoq3. colla. ix. ⁊ in auſ. item ſi lis. C. de tem. ap. ⁊ ibi idem tenet Bar. dicit tn̄ qḋ iu dex ſine libello dabit reſtitutionē incidenter ⁊ ad poterit dicere q2 talis fuit impeditus facto ſuo ſi infra tantū tp̄s ideo ipſum ad illud reſtituimus. ⁊ ſecundū hoc ſpecialē eſt. qn̄ appellatio eſt co ram principe vt tunc ipſo iure non currat. ſi impediatur propter occupationes principis. vt in. d. auſ. Itē ſi quis alias ꝫ lis. ⁊ di cit hic do. Anto. ꝙ hec eſt cōis opinio legiſtarum. Sed certe hoc non eſt verū q2 qḋ non currat tp̄s ipſo iure tenuit Jac. de raue. ⁊ Cy. in dicta auſ. ſed lis. ⁊ Jaco. Butr. ⁊ ſic tenent glo. in. d. l. ſed ſi per ptorē. vbi gl. rn̄det ad. §. ait ptor. in eadē. l. per quā moueť gloſſ. in auſ. ſed lis. q2 ibi loquitur de tp̄e actionis qḋ bene currit non obſtante impedimento iudicis ſed dať reſtitutio. Sed hic lo quitur de tp̄e inſtantie cauſe appellationis qḋ nō videť ipſo iure currere. vt vr̄ eſſe tex. non violando in. d. §. hoc quoq3. in auten. vt ſpon. largi. vel dic ꝙ nullū preiudiciū generať ipſi appellanti ex tali impedimento. conſtat autem qḋ ſi opus eſſet reſtitutione quod ſaltē preiudicareť quo ad expēſas cauſe reſtitutionis quas facere oporteret ⁊ etiam q2 euentus iudiciȷ̄ eſt dubius. ⁊ ideo in tereſt potius qḋ non ſit neceſſe litibus verſari. facit qḋ habeť in l. minoribus. ff. de minoribus. ⁊. l. qḋ debetur. ff. de pecul. ⁊ hanc partē etiam tenuit Ja. de bel. in. d. §. hoc quoq3. ⁊ iſtud etiā tan git hic domi. Anto. dicit tamen qḋ licet ꝑpter impedimentum iudicis interim non currat tp̄s nec ſit opus reſtitutione. tamen non dabitur biennium. Et ſic dicit poſſe reduci opinio. ad cōcor. ¶ Sed aduerte q2 videtur qḋ imo detur bienniū per tale impe dimentum per tex. in. l. ſi. §. illud. C. de tem. app. ⁊ etiam videtur expreſſum in auten. de his qui ingre. ad appella. §. j. Sed domi. Anto. reſpondet qḋ ille. §. eſt correctus per dictum. §. hoc quoq3. Credo de iure oppoſitū. quia correctio iurū debet euitari. l. preci pimus. C. de appella. ⁊ de electio. cum expediat. li. vj. Nec obſtat dictus. §. hoc quoq3. q2 vt patet ex tex. ⁊ ex gl. ibi illius. §. ibi loqui tur qn̄ in biennio contingit impedimentū iudicis. ⁊ ſic quando in primo anno contingit impedimentum remanet incorrectus dictus. §. primus. ⁊. d. l. ſi. §. illud. ⁊ qn̄q3 impedimentum occur rit in biennio etiā loquitur glo. in dicta auten. ſed lis ⁊ in auten tica. Itē ſi appellationē. C. de tempo. appel. Unde potes dicere quod interdum impedimentum iudicis occurrit in inſtātia cau ſe principalis. Et tunc videtur quod currat nihilominus inſtan tia. ⁊ tenetur iudex ad intereſſe partis. ⁊ non detur reſtitutio vt



Ayuntamiento de Madrid

voluit glo.in autentica predicta.ſed lis facit quod habetur in.l. properandum.circa finem.C.de iudi.Quandoqꝫ occurrit impedimentum iudicis in primo anno appellationis.ꝛ tunc videtur qꝺ propter hoc detur ſecūdus a iure per iura ſuperius allegata quod tamen intellige vt patebit ex ſequentibus.quia hoc procedit quando appellans alias fuit diligens.Quandoqꝫ occurrit impedimentum iudicis in biennio dato ad proſequendū appellationem.ꝛ tunc fuit opinio.de quibus dixi.ſ.quia aliqui dicunt qꝺ currit.ſed datur reſtitutio vt voluit gl.in dicto.§.hoc quoqꝫ. ꝛ in dicta auten.ſed hoc.Alij qꝺ ipſo iure non currit vt voluit glo.in.l.ſed ſi per pretorem.ꝛ etiam alia glo.ſuperius allegata.et hec opinio videtur de iure verior vt ſuperius dixi.Ratio autem diuerſitatis inter inſtantiam cauſe principalis.ꝛ appellatio.eſt quia de maiori preiudicio agitur in cauſa appellationis cum ibi periret ius appellantis ſi non ſubueniretur.ſ.eodem.cum ſit romana.Sed in inſtantia cauſe principalis non perit ius agentis. licet pereat inſtantia vt patet in dicta.l. properandum.ꝛ.l.ij.ff.

7 iudica.ſolui.ꝛ facit quod no.Inno.de teſtib.cām que.¶†Circa tertiam ſpeciem impedimenti quando contingit mixtim a facto appellantis ꝛ appellati vt quia fit compromiſſum pendente appellatione.conclude vt voluit hic glo.quod donec pendet compromiſſum interim ipſo iure non currit tempus etiam in primo anno appellationis vt in auten.ſi tamen allegata in gl.ꝛ ſic finito compromiſſo habebit appellans tēpus quod reſtabat tpe cōpromiſſi.Sed hic eſt dubium quid ſi eſſet terminus datus a ſtatuto ad proſequendam appellationem.an idem ſit dicendū Jo. and.in Spec.de ap.§.nunc breuiter.ſuper ver.licet autem in effectu tenet quod idem in tali termino quia ſurrogatur loco termini iuris.ꝛ ſic eius naturam debet ſapere.ſ.vt lite pendente.eccleſia.la.ij.ꝛ hoc etiā ſatis probatur per clemen.quandiu.de appella.Ubi loquitur de termino ſtatuto ab homine vel a iure per illam clemētinam etiam eſt additū quod per expreſſum cōſenſum partium poteſt agi vt.ſ.certū tps ſuperſedeatur non aūt poſſent partes agere ꝙ tps duplicaret vt voluit Bar.in.d.auſ.ſi tamē. Et Jo.an.in addi.preall.ꝛ per predicta patet ꝙ ppter hoc impedimentū nō datur bienniū.nec neceſſaria eſt reſtitutio ſed interim ipſo iure non currit tps.

8 ¶†Circa quartam ſpeciem impedimenti qñ occurrit facto tertii priuati conclude ꝙ currit tps.et non datur reſtitutio.nec propter hoc dabitur bienniū. Sed agi poterit actione de dolo ad intereſſe contra talē ſic impedientē.l. arbitrio.§.dolo.ff.de dolo.qꝺ eſt intelligendū.ſi talis impeditus ſit ſoluendo.alias daretur reſtitutio ad tps impedimēti vt habetur in tex.ꝛ gl.in.d.§.dolo.ꝛ iſtud procedit ſiue loquamur de inſtantia cauſe principalis ſiue cauſe appellationis ꝛ ſiue ſimus in

9 primo anno ſiue in ſecundo. ¶†Circa quintam ſpeciem qñ ex facto appellati contingit impedimentū Inno.hic videtur dicere qꝺ non debet nocere appellanti.ſed nō declarat.an ipſo iure an p viam reſtitutionis glo.in.§.dolo.in preallegata.l. arbitrio. videt velle qꝺ idem ſit per tertiū.Et ſic qꝺ ipſo iure currat.ꝛ demum in ſubſidiū reſtituatur.do.Anto.hic dicit dominos de rota tenere qꝺ nō currat tps appellati. Si impedimentū factū fuerit per appellatum.vnde dicunt qꝺ ſi appellatus interim pendēte appellatione aliquid attentauit.ꝛ interim oportuit appellantem agere ſuper reuocatione attentatorū qꝺ tunc ſi obtinuit nō computabitur ſibi tale tps allegatur cle.quādiu.de appella.ſed tñ reuera.illa nō loquitur hoc caſu.vt ibi patet.Si aūt ſuccubuit tunc imputet ſibi quia vr ipſe ſibimet impedimentū prebuiſſet finaliter do.Anto.dicit cōmunem eſſe opinio.qꝺ currat tps.ꝛ nō reſtituatur niſi in ſubſidium aduerſario non exiſtente ſoluendo ſicut dictum fuit de impedimento tertii. Sed tu potes dicere hoc verū qñ impedimentū fuit per viam facti per ea que habētur in dicta.l.arbitrio.§.dolo.ſed vbi fuiſſet per viam iuris vt quia petiſſet dilationes aliquas ppter quas non potuit cauſa infra terminum iuris expediri tunc vr qꝺ tale impedimentum ipſo iure non noceat appellanti.quominus cauſa poſſit expediri non obſtante lapſu termini ex cauſa predicta.p id qꝺ habet in ſimili in l.petende.C.de temp.reſti.in integ. Et ſic debet intelligi dictum Inno.hic poſitum.Et hoc modo poſſit etiam intelligi dictū do

10 minorum de rota.¶†Circa ſextum impedimentū qñ occurrit caſus fortuitus impediēs appellantem proſequi.conclude qꝺ propter tale impedimentū vr qꝺ a iure detur ſecundus annus p ea que habentur in l.fi.§.illud.C.de tem.ap.ꝛ in auſ.de his qui ingre.ad ap.§.j.qꝺ tñ intellige vt patebit ex ſequentibus.ꝛ ſic idē eſt dicendū in hac ſexta impotentia qꝺ dictum fuit in prima.Et hec procedunt qñ impotentia occurrit in primo anno appellationis ſi autem in ſecundo occurrat. conclude lꝫ fuerint opinio. qꝺ regulariter currit tempus.ſed datur reſtitutio ad tempus impedimenti.vt voluit hic Innoc.non autem reſtituetur.vt detur tertius annus integer ſi minori tempore fuit impedimentum in ipſo biennio.licet glo.videat aliter ſentire in auſ.ei qui appellat. C.de temp.ap.aliter loquit hic do.Ant.ſed non bene.vt hic voluit Inno.Nam reſtitutio ſolū dꝫ concedere qꝺ abſtulit leſio et non plus.l.qꝺ ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.ꝛ hoc pcedit qñ fuit impedimentū in perſona appellātis vel caſu fortuito. Et in hoc eſt differentia an tale impedimentum occurrat in primo anno.An in ſecundo quia ſi occurrit in primo anno lꝫ impedimentū durauerit minus anno.Si tñ alias appellās fuerit diligens dat ſecundus integer a iure ſecus qñ occurrit in ſecundo anno quia non datur tertius annus a iure.nec etiā per reſtitutionem.ſed ſolum reſtituetur ad tps impedimenti. Si autem impedimentum contingat per factū iudicis in ſecūdo anno.tunc vt dixi ſuperius fuerunt opinio.Sed de iure videt ꝙ interim donec durat impedimentū ipſo iure non currat per id qꝺ habet in.d.§.hoc quoqꝫ. licet aliqui dicant qꝺ currat.ſed detur reſtitutio ad tps impedimenti.Si aūt contingat impedimentū facto tertii priuati vel appellati.tunc conclude per omnia eodē modo quo ſuperius concluſi.qñ occurrit in primo anno.Si vero impedimentum contingat mixtim a facto appellantis ꝛ appellati.ꝛ tunc ſimiliter dicit idē preciſe. vt [illegible] fuit qñ occurrit i primo anno. ¶ Itē aduerte inquātum [illegible] impedimentū contingens ppter factum iudicis habet exceptio iſtud videtur eſſe intelligendū.vt hic tangit Jo.an.qñ ipſi appellanti per ſuperiorē ipſius iudicis nō potuit prouideri.Saltē in ſecundo fatali ſeu in biennio. ꝛ ſic videt ſm eum licet per iudicē ſtet quominus pcedat licet appellans inſtet qꝺ debeat pcedere ꝛ proteſtetur ꝛ requirat eū vt in cauſa pcedat.l.qꝺ per ipſum appellantem non ſtat qꝺ iſtud nō ſufficiat niſi etiā ipſe appellans adeat ſuperiorē ipſius iudicis ꝛ petat illū cogi ſi hoc facere poteſt ipſe appellans.alias imputet ſibi ꝛ non erit excuſatus per tex.in.l.fi.§.illud.C.de tem.ap.Ubi dicit quod ſummopere niti debet appellans ad proſequendam appellationem conſtat autem qꝺ ſummopere non inniteretur ſi nō faceret id qꝺ poſſet adeundo ſuperiorē.Nā alias non dicitur ſummopere niti ex quo aliud vltra facere potuiſſet facit quod no.ſ.in rubrica.de ſumma trinitate.ꝛ tex.ꝛ ibi dicit qꝺ imputandū eſt ſibi qui non adiuit ſuperiorē.Et iſtud eſt valde notandū cū quo etiā hic tranſit do.Anto.tamen forte hoc videretur verū qñ in biennio contingeret impedimentū.Et ita loquit in text.inquantum ponderat qꝺ debuit adire ſuperiorem. Sed in primo anno hoc nō dicit.lꝫ dicat qꝺ ſummopere debet niti ad pſecutionē appellationis.Sed poſſet intelligi qꝺ ſummopere quantū in eo eſt ſcilicet in ſtando corā iudice.Nam facilius ſuccurrit in primo anno obueniente impedimento.quā in ſcdo ꝛ pinguius vt patet ex ſuperius dictis cautius eſſet ad opinionē vitandam vt in primo anno adeatur ſuperior.Si hoc cōmode fieri poſſet. tamē qꝺ dixi magnā habet equitatē.vt ſic facilius ſuccurratur appellanti

11 ppter impedimētum obueniens primo anno.¶†Sed iuxta predicta eſt dubiū qualiter probabitur impedimentū allegatū per appellantem.Specu.in titu.de ap.§.nunc breuiter.ver. quid ergo dicit quod pbabitur p iuramentū allegat.c.fi. qꝺ metus cauſa.quod tamen modicū facit quia in aliquo caſu loquitur vt ibi patet.ſed melius facit.l.ſcire oportet.§.ſufficit.ꝛ qꝺ ibi notat per Jaco.de are.ff.de excu.tuto.Et idē voluit Guil.ꝛ Bar. in.l.ij.ff. ſi quis cau.ꝛ ſic dicit Spec.ſe de facto pnuntiaſſe.Sed Jo.and. in addi.ſup dicto verſi.quid ergo dicit qꝺ hoc poſſet pcedere in appellationibus interpoſitis ad curiā.ꝛ de longinquo in qbus difficile ꝛ quaſi impoſſibile eēt teſtes pducere ꝛ remiſſio ad partes interdum fore plus tpis occuparet ſup dicto articulo quā negotium principale.ſecus quando appellaret ad iudices vicinos vel etiā ad papam de loco vicino.quia tūc ſcdm eum pbatio debet eſſe plena.nihil allegat.ſed bene facit.l.fi.§.illud.C. de temp.ap. in euidentiſſimis pbationibus ꝛc.ꝛ dicit Jo.and. quod talis pbatio per iuramentum non ſufficeret in terminis.c. cupientes.§. quod ſi per.xx.de elec.in.vj.quia ibi de impedimēto plene debet fieri fides apud ſedem apoſtolicam vt ibi dicit tex.Si aūt agetur de pbando impedimentum quo ad alium effectum poſſet procedere dictum Specu.quod etiam tenuit Fede.ſuo conſi.cxiiij. vñ quotidie ſeruatur quod petens ſecundam dilationem ad probādum allegās ſe impeditum in prima auditur ſi hoc pbet per iuramentum.facit qꝺ notatur in.l.fi.ff.de ferijs. ¶ Item aduerte quia videtur qꝺ quando quis eſt impeditus preſertim ppter factum iudicis qꝺ debeat preſtari de impedimento vt voluit glo. in.c.j.ꝛ.c.ſi autem.ꝛ.c.plerūqꝫ.ſ.de reſcriptis.ꝛ idem glo.in.c.cupientes.§.quod ſi p viginti.in verbo.ppoſita.de electione.in.vj. vbi patet quod quādo quis debet cōparere corā papa debet requirere ipſius preſentiā ꝛ ſi illam habere non pōt debet proteſtari de hoc coram teſtibus.ꝛ plus dicit ibi etiam glo.quod ſi papa conueniſſet illo tpe dare audientiam in camera qꝺ debet etiam pcurare illam habere.ꝛ ſi non pōt pteſtari dꝫ corā ipſis hoſtiarijs ꝛ teſtibus ꝛ ſine dubio cautū eſt dictā pteſtationē facere. an autē ſit omnino neceſſaria tangetur.ſ.eo.ſi iuſtus metus. ꝛ dicit etiam

Ayuntamiento de Madrid

etiam glo.in.d.§.quod ſi per.xx.quod cautum eſt pluries proteſtari.⁊ ſic appareat de maiori diligentia:tamē videtur velle ſufficere ſemel proteſtari vt excuſetur proteſtans donec appareat copiam potuiſſe habere pape ſeu ipſius iudicis facit qꝺ no.Bar.in l.titia ſeia.§.vſuras.... lex.ij.⁊ in.l.mora.ff.de vſu.licet do.Anto.hic videatur velle quod debeat cōſtare impedimentū duraſſe qꝛ pōt ceſſaſſe aliquo tēpore:ſʒ forte glo. pōt ſuſtineri:qꝛ ſufficeret proteſtationē factā eſſe donec cōſtet ceſſaſſe impedimentū per ea que habent in.d.l.titia ſeia.§.vſuras.⁊ in.d.l.mora.⁊ per predicta patere pōt qualem effectum habeat impedimentū contingens in primo vel in ſecundo anno appellationis.⁊ an quodlibet impedimentum contingens faciat dari ſecundum:an vero faciat dari reſtitutionem ad tempus impedimēti.an vero faciat ꝙ tempus ipſo iure non currat ⁊.per hoc eſt expedita.v.q.quam hic tangit do.Anto.nunc reſtat videre de.vj. ſine qua nō habetur perfectus intellectus in precedenti queſtione. Et eſt ſexta qꝛ talis vcʒ quanti tpis impedimentū requirat vt habeat appellās ſecundū fatale ſeu ſecundū annū ⁊ quanti tēporis negligētia excludit eum a dicto ſecundo fatali.de quo etiā proſequit Jo.and.⁊ videretur ꝙ modici tpis negligētia excludat appellantē a ſcdo anno per.l.fi.§.illud.C.de tēpo.ap.vbi dicit qꝺ ſi p eū ſteterit quominus oia litis certamina impleant nō habet bienniū.⁊ l.etiā dicit qꝺ ſūmmopere niti debet ad proſecutionē appellationis in primo anno.⁊ ſic videt ꝙ ſi in aliquo negligēs fuit qꝛ ſummopere nō fecit proſecutionem nec impleuit oia certamina litis qꝺ nō debet habere ſecundū annū qꝛ per hoc etiā.s.eo.cū ſit romana.debet eſſe impeditus ex neceſſaria ⁊ euidēti cauſa q̄ neceſſitas nō adeſt niſi interuenerit diligētia.facit qꝺ habet.s.de preſcrip.vigilāti.Itē qꝛ negligēs ſe preſentare vltra diē termini hominis intelligit deſeruiſſe appellationem.s. eo. perſonas.⁊.c. cū ſit romana.⁊ ſic negligens in vna die videt excludi a ſecūdo fatali.Itē ſimiliter videt qꝺ impotētia modici tēporis nō excuſet qꝛ cōſtat ꝙ tpe feriarum ſolēnium quis impedit procedere.s.de fe.c.fi.⁊.l.j.cum ibi notatis.C.de ferijs.Item etiam lʒ non poſſit quis proſequi appellationem pendente tempore dandorū apoſtolorū in cle.quāuis.eo.tit.tñ nō ꝓpter hoc habebit ſecūdū. In ↄtrariū facit vcʒ qꝺ modica negligētia nō excludit:⁊ qꝺ modicū impedimentū faciat dare ſecundū annum.facit qꝛ eoipſo qꝺ interuenit aliqꝺ impedimentū in primo anno.videtur eſſe interruptum primū fatale in auf.de his qui ingre.ad appel.§. hec nos.colla.v.Itē qꝛ text.auf.ei qui.C.de temp.ap. ſimpliciter dicit ex iuſta cauſa dari bieniū ⁊ hoc etiā ſimpliciter dicit ꝓpter impotētias.⁊ ſic videt ꝙ propter huius indefinitā locutionem ſufficiat quātūcunqʒ impotentia.Itē qꝛ differentia eſt inter impedimentum primi anni ⁊ ſecundi qꝛ ꝓpter impedimentum obueniēs in primo anno datur biennium:ſed ſi in ſecundo reſtituitur ad tempus impedimenti ſicut ergo ratione modici impedimenti obuenientis in ſecuno anno dat reſtitutio. Ita videt qꝺ ratione modici impedimenti obueniētis in primo dat biēnium. Jo.an.hic refert opi.circa predicta.⁊ primo opinio.Inno.ſecūdo opi. Nic.de mathe.quā etiā poſuit Cy.in auf.ei qui.C.de temp.app.⁊ demū ponit opinionē Jaco.de bel.licet nō alleget eum quā poſuit ipſe Ja.in auf.de his qui ingre.ad ap.in.§.j.⁊ aliter nō declarat. vnde ipſe idē in additione Spe.ſuper hoc ti.in.iiij.parte Spe.dixit ꝙ dum occurriſſet quidā caſus in curia in materia iſta exiſtente in curia ⁊ ab ipſo quereret quid iuris.quod tunc exhibuit nouellam ſup hoc.c.quam correctā portauerat ſecum.licet nōdum publicaſſet.⁊ tandē dicit qꝺ ex his que hic ſcripſit nō potuit hababeri perfecta doctrina.ſecūdi etiam in additione predicta aliqualiter videt loqui ambigue.ſed aduerte.lʒ do.Anto. hic recitet opi.quas etiam hic tangit Jo.an.⁊ demū poſtea cōcludit id quod ſibi videt pro intellectu materie referā opinio.Inno.⁊ illā Nico.⁊ de illa Jaco.de bel.etiā inferius faciā mentionem. vnde aduerte.qꝛ voluit hic Inno.qꝺ negligentia non excludat a biēnio.Niſi fuerit tanta qꝺ a tēpore quo incepit poſt negligentiam nō poterat cauſa expediri.Si autē incepit tali tēpore qꝺ ceſſante impedimento cauſa potuiſſet expediri tūc ſi poſtea ſuperueniat impedimentum non excluderetur a biennio propter primam negligentiā ex quo inchoauit tali tempore qꝺ cauſa potuiſſet expediri ſi nō fuit impedimentū.¶ No.bene qꝛ dicit ꝙ hoc caſu dicetur eſſe impedimentū ſi aduerſarius hoc eſt ipſe appellatus p dilationes fruſtratorias petitas ad reprobādos teſtes appellātis impediuit cauſam finiri infra tps vel etiā ex eo: qꝛ potuiſſet ipſe appellatus dilationem ad probādum de iure ſuo ſicut fecit appellans:qꝛ hec dilatio nō imputabitur ipſi appellanti.allegat.l.penul.C.de temp.in integ.reſti.peten.⁊ no.bene qꝛ videtur velle Inno.qꝺ propter impedimentum appellati in via iuris det ſecundus.⁊ idem ſenſit Jo.an.in addi.Spec.ſuper hac rubrica in quarta parte quod eſt notandum.Nam per.l.penulti. prealleg. videretur potius prorogari tempus inſtantie ipſius primi anni, Sed tenendo dictum Inno.potes dicere qꝺ hic ſumus in materia in qua propter impedimētum duplicatur tempus inſtantie. Et ideo hoc caſu propter impedimentum datum per ipm appellatum dabit ſecundus annus.ſed in.d.l.penul. loquit in materia in qua ꝓpter impedimentū nō duplicat inſtantia qꝛ loquit in quadriēnio dato ad petendā ⁊ finiendā reſtitutionem in integrum.Et ideo ibi ſolum prorogat illud tps ad tēpus impedimēti qꝺ no.per ea que dixi in precedenti qōne.⁊ ſic habes ſm Inn. quāta negligētia excludat a ſecundo.¶ De impotētia vero dicit ꝙ ſi poſtꝙ incepit tali tēpore qꝺ cauſa potuerit expediri. ⁊ tūc ſi ſuperueniat impedimentū etiam in vna die ꝓpter quā cauſam nō potuerit expediri dabit ſecundus annus de iure per ea q̄ habent in dicta auf.de his qui ingre.ad ap.in.§.j.⁊ in hoc eſt differentia ſecundū eum:an detur ipſo iure ſecundus annus propter impedimentū:qꝛ tūc etiā ſi ſit minus anno:tñ datur integer annus ſecundus.Sed vbi ꝓpter impedimentū dat reſtitutio tunc ſolū daret reſtitutio ad tēpus impedimenti.l. ab hoibus.§. fi.ff. ex qui.cau.ma.alia fuit opinio Nico.de matte.qui dixit qꝺ ſi negligentia fuit tāti temporis qꝺ infra illud cauſa veriſimiliter poterat expediri:ſi poſtea ſuꝑueniat impedimentū nō dabit ſecundus annus. Sed excludet ab illa ꝓpter talem negligētiam. Si autem non fuiſſet tanto tempore negligens ⁊ ſic ſuperuenit impedimentū ꝓpter qꝺ cauſa nō potuit poſtea expediri. Tunc dicit qꝺ talis negligentia nō nocet.Ex quo cauſa nō poterat expediri infra tempus negligētie.Et ideo ſecundū eum illa culpa ſeu negligentia nō debet puniri.Ex quo etiam ſine illa eueniſſet id qꝺ euenit arg.l.fi.§.i.ff.ad legem rhodi.de ia.⁊.ff.qꝺ me.cau.ſi cū exceptione.§.qꝺ ſi homo.¶ Sed aduerte qꝛ videtur Inno.contradicere opi.Nico.qꝺ lʒ fuit appellās tanto tempore negligens qꝺ cauſa potuiſſet expediri:ſi tñ poſtea incepit cauſam tali tēpore poſt dictā negligentiā ꝙ cauſam potuerit veriſimiliter expedire videtur ꝙ non noceat vt voluit Inno.potes conſiderare aliquos caſus.vt hic tangit do.Anto.qꝛ aut appellans toto tēpore primi fuit diligens.Sed tamen nō potuit illā expedire.Et tūc clarum ꝙ dabit ſecundus annus etiā ſi in vna die tantū fuiſſet impedimentum.facit qꝺ dixi.s.poſt Inno.⁊ qꝺ habetur in.l.fi.§.illud.C.de temp.ap.Aut fuit toto tempore anni impeditus.⁊ tunc multo fortius habebit ſecundum annum:qꝺ intellige verū dūmodo appareat qꝺ valebat incipere ſi non fuiſſet impedimentum.per id quod no.Bar.in.l.iij.§.qꝺ ſi diximus.ff.ſi quis cau.⁊ quod habetur in.l.qui cōmeatus.ff.de re iudi. Aut fuit a principio impeditus.ſed poſtea aliquo tempore ceſſauit impedimētū. Et hoc caſu conclude:qꝺ aut fuit impeditus tanto tēpore quod negotium potuiſſet expediri ſi non fuiſſet impedimentū:aut minori tempore durauit.Primo caſu quādo durauit tanto tpe ꝙ potuiſſet tam veriſimiliter expediri tunc videtur velle Barto.in auf.item ſi appellatione.s.de temp.app.qꝺ tunc datur ſecūdus annus.⁊ dicit qꝺ.l.preſumit qꝺ infra menſem potuerit expediri per ea que habent in dicta auf.itē ſi appellatione.⁊ forte voluit Bar.hoc ꝓcedere etiā ſi poſt impedimētum reſtituit tantū de tēpore qꝺ potuiſſet cauſa expediri.ſed do.Anto.in hoc tenet contra.⁊ etiā Jac.de bel.in.§.j.in auf.de his qui ingre.ad ap.vbi dicit qꝺ ſi tempus negligentie poſt impedimentū fuit tantū ꝙ cauſa potuiſſet expediri nō dabitur ſecundus annus. Et per predicta videt velle do.Anto.ꝙ ſi poſt impedimentū nō reſtauit tantum de tempore qꝺ cauſa poſſet expediri.⁊ tunc detur ſecundus licet poſt impedimentū interueniat negligentia.⁊ hoc etiā videt de mente Nico.de mate.per dicta ſuperius. Jac.aūt de bel.in loco preallegato videtur aliqualiter ambigue loqui. nā in vna videtur velle quod dictū eſt.s.quod detur ſecūdus quādo poſt impedimentum nō reſtauit tantum tempus qꝺ cauſa poſſet expediri.In alia parte videtur ſentire ꝙ tunc non videtur ſecundus ſi interuenit negligētia.pro quo facit.d.l.fi.§.illud.C.de tēp.ap.⁊ qꝺ etiā voluit hic Inn.circa finē.vbi dicit ꝙ dato qꝺ modicū tempus ſuperſit poſt impedimentū nihilominus appellans debet proſequi.alias ſi nō ꝓſequat imputabit ſibi etiā ſi eſſet modicum tempus.Ita qꝺ nō potuiſſet finire.⁊ ſi quis diceret contrarium ſm eū daret materia prorogationi litiū cōtra ea q̄ habent in.c.fi.s.de do.⁊ contu.⁊ idē etiā in hoc tenet Hoſt.videt tamen idē Jac.ſentire qꝺ tunc dabitur reſtitutio ad tēpus impedimenti.An hec opinio ꝓcedat patebit ex his que ſtatim dicam tamē vt dixi do.Anto.videtur velle ⁊ ſimiliter Nico.de mat.qꝺ detur ſecundus annus quando poſt impedimentū non ſupererat tantum tempus:quod cauſa potuerit finiri.licet in illo interueniret negligētia.Nā ſi nō eſſet negligēs tunc clarū eſſet ſm opi.Inno. ꝙ daret ſecundus annus.Interdū vero cōtingit ꝙ a principio eſt negligētia.⁊ poſtea ſuperuenit impedimentū.⁊ tunc conclude qꝺ ſi tanta fuit negligentia inchoando ꝙ poſtea nō potuiſſet cauſa veriſilr finiri nō dabit ſecūdus annus.lʒ in reſiduo tpe interuenerit impedimētū vt voluit Inno.⁊ bene facit qꝺ habetur

Ayuntamiento de Madrid

in.d.l.fi.§.illud. Aut nõ fuit tanti tẽporis. ꝛ ſic inchoauit tali tẽpore ꝙ cauſa poterat expediri. ꝛ tunc ſi interuenit poſtea impedimentũ dabit ſecũdus annus. vt voluit Inn. q2 ſatis eſt qd tali tpe inchoauit ꝙ veriſimiliter poterat cauſam expedire. ſ. atnũ ꝑ cauſe habentem in dicta auf. de his qui ingre. ad ap. §. j. ꝛ ibi etiã hoc tenet Ja. de bel. ꝛ hoc clarũ ſi poſt impedimentũ nõ fuit in negligẽtia quo caſu ſi fuerit impedimentũ ꝑ vnius diei vel ſeptimane ꝛ propter illud non potuit cã expediri nihilominus dabit integer ſecũdus annus vt voluit Inn. ꝛ. ſ. dixi. ſi aũt poſt impedimentũ interuenit negligẽtia. ꝛ tũc eſt aduertendũ q2 aut tãtũ ſuperat de tpe. ꝙ cauſa potuit expediri. ꝛ tũc ſi fuit negligẽs nõ dabit ſecũdus annus. ¶ Si aũt nõ ſuperat tm̃ de tpe ꝛ tũc An det ſcd̃s annus fuerunt opi. vt. ſ. tetigi q2 do. Anto. videt velle ꝙ ſic ex quo tpe debito ichoauit nõ obſtãte negligẽtia primi anni adhibita nõ obſtãte etiã negligẽtia poſt impedimentũ ex quo cauſa nõ poterat expediri. ſed Inno. ꝛ Hoſt. hic ſentiunt cõtrariũ. vt. ſ. tetigi. ꝛ etiã Jac. de bel. in loco pallegato. ꝛ hec videt verior opinio q2 ex quo incepit cauſã debuit inſtare toto poſſe vt dicit tex. in. d. l. fin. §. illud. ꝛ ideo ſi fuerit in negligentia poſt ipſum impedimentũ nõ dabit ſecũdus annus. ¶ An autẽ dabit reſtitutio ad tps impedimenti ſatis videt dicendũ qd ſic ſi fuit tm̃ tps impedimenti infra qd potuiſſet cã expediri. Si aũt nõ fuit tantũ tẽpus infra qd potuiſſet cauſa expediri tunc nõ video ad quẽ effectũ daret reſtitutio ad tẽpus talis impedimẽti: ex quo nõ eſt tantũ tps infra illud cum potuiſſet expediri. ꝛ hec opinio forte de iure verior. fateor tñ ꝙ alia opinio quã tenet Nico. ꝛ do. Ant. videt equior ex quo tps qd ſuperat poſt impedimẽtum nõ erat tantũ qd cã potuiſſet expediri. Et ꝑ predicta poteſt inferri. An ſi appellans fuerit ſolicitus in primo anno ꝛ ſolũ in vna die fuerit negligẽs. an dabat ſecũdus annus. Nam videretur de rigore qd nõ ſi illa negligentia fuit poſt tps infra qd cauſa hoc veriſimiliter habebat expediri. tamen Jac. de bel. in dicta auf. dicit ꝙ ſi potuiſſet habere expeditionẽ cauſe ſi in illa die nõ fuiſſet negligens tunc non dabit ſecundus annus. Secus ſi nõ potuiſſet obtinere q2 in mora tã modici tpis nõ eſt habẽda cõſideratio. facit qd habet in. l. ſi debitori. ff. de iudi. Item põt inferri ad queſtionẽ quã tangit Jo. an. in additio. pallega. ſup hac rubrica quarta parte q eſt talis vc3 ſi appellãs ad ſedẽ apoſtolicam in kalendis Julii mittit procuratorẽ ad curiã qui demum in kalendis Septẽbris impetrauit in cã abſente aduerſario. ꝛ demũ de mẽſe Octobris cõparuit ꝑ curator appellati ꝛ cõtradixit impetrationi. ꝛ tandẽ obtinuit illã reuocari circa kalen. Nouembris ꝛ dati fuerũt tres iudices. vc3 vnus ꝑus. vc3 electus ꝑ procuratorẽ appellantis. Alius per ꝓcuratorẽ appellati. tertius dat9 per curiã ſeu ꝑ auditorẽ cõtradictarũ. qd ſi poſtea procurator appellantis neglexerit ꝓſequi appellationem ꝛ appellatio ſit deſerta. ꝛ dicit hunc caſum eſſe ambiguũ ꝓpter ea que hic ſcribunt ꝛ nõ clare haberi determinationẽ eius. dicit tñ ꝙ prima facie forte aliquis diceret nõ dari ſecundũ annum: q2 l3 diligẽtia ꝓcuratoris appellantis fuerit impedita ꝑ appellatũ qui fecit reuocari impetrationẽ per eum factã cõgruo tẽpore tñ q2 reperitur poſt dictũ impedimentũ cucurriſſe tẽpus ſex mẽſium ꝛ vltra negligẽter qd tunc videt ꝙ nõ ſit dandus ſecũdus annus: ſed ipſe videtur dicere ꝙ poſſet dici ꝙ talis negligẽtia nõ haberet nocere ſicut etiã nõ noceret ſi a principio gs eſſet negligens. Si tñ poſtea tali tpe quis inchoaſſet ꝙ potuiſſet cauſam ꝓſequi ſicut hic dicit Inno. ꝛ finaliter dicit ipſe Jo. an. in additione predicta quod ſi volumus tenere ꝙ ꝓpter impedimentũ qd occurrit ipſi appellãti infra annum qui fuit diligẽs inchoando tẽpore congruo qd competat ſibi ius habendi bienniũ ſeu alium annum finito primo ꝙ l3 poſtea labat primus annus nõ per hoc tollet ius habẽdi illo finito arg. eorũ que habẽtur in. c. concertationi. de appel. in. vj. de reſti. in integ. c. ij. eo. lib. ꝛ in. l. j. §. ſed videndũ. ff. de ſucceſ. edicto. ꝛ ſic reſidet. ꝛ ꝑ hoc videt inclinare ꝙ in dicto caſu debeat habere appellans ſcd̃m annũ primo finito ex quo incipit tepore cõgruo ꝓſequi l3 poſtea fuerit negligẽs poſt impedimentum etiã per ſex mẽſes vel circa qd eſſet valde notandũ ſi eſſet verum tamẽ Jac. de bel. in dicta auf. de his qui ingre. ad ap. ꝛ etiã do. Anto. hic ꝛ ſatis etiã videt de mẽte Inno. circa finem huius capituli. Ubi videt velle ꝙ ex quo cã potuit expediri poſt impedimentũ habeat nocere negligẽtia. vt nõ det ſecundus annus. ꝛ iſtud videt rationabilius: q2 imputandũ videtur tali negligenti arg. l. nõ em̃. ff. ex qui. cau. ma. ꝛ plus voluit Jac. de bel. ꝙ etiã in loco preallegato ꝛ hoc caſu nõ dabit reſtitutio ad tẽpus impedimẽti: ſed cõtra iſtud multũ facit qd legitur ꝛ no. in. l. ab hoſtibus. §. fi. ff. ex qui. cau. maio. ꝛ. l. quo tpe. C. de reſti. mili. Sed potes dicere ꝙ hic tps negligẽtie fuit maius quam tps impedimẽti. Ideo corroſit ipm tps impedimenti ſm ea que notant in. d. §. fi. ꝛ. d. l. quo tpe. ſed vbi tẽpus impedimẽti eſſet maius quã tps negligentie ſubſecute tunc eſſet magis dubiũ: an ſaltẽ dari debeat reſtitutio ad tps impedimenti ſaltẽ quatenus eſt vltra tẽpus negligentie. nã videt qd ſic ꝑ ea que notant in dictis iurib9 ꝛ hoc qñ eſſet tantũ tẽpus infra qd cauſa poſſet expediri alias nõ videtur qd dari deberet reſtitutio ad tale tẽpus impedimẽti. Si etiam dato ꝙ reſtitueret nõ poſſet cã finiri ꝛ hec. v. rent procedere tenendo opinionẽ glo. que cõiter tenet vc3 ꝙ l3 poſt impedimentum eius cõpleat negligẽtia infra tps negligentie qd tamẽ datur reſtitutio ad tps impedimẽti ſaltẽ quatenus eſt vltra negligẽtiã ſed tenendo opinionẽ vltramontanorũ qui tenent opinionẽ Bar. qd qñ cõplet preſcriptio tpe negligentie nõ datur reſtitutio ad tps impedimenti preambulũ tunc nõ daret reſtitutio aliqua. de quo plene per glo. ꝛ doc. in. d. l. ab hoſtibus. §. fi. ꝛ per Cy. in. l. quo tẽpore. C. de reſti. mili. Illud clarũ videt qd nõ debeat dari ſecundus annus ex quo poſt impedimẽtũ potuit cauſa finiri ſecũdum ea que habent in. l. fi. §. illud. de tẽpo. app. q2 vt ibi patet debuit eſſe ſolicitus infra ipm annum vt finiret cauſa alias non dabit ſecundus annus. vt ibi patet. Si aũt poſt impedimentũ nõ ſuperfuiſſet tantũ de tempore ꝙ potuiſſet cauſa expediri infra ipm primũ annum. Tũ an det ſecundus annus a iure ꝛ an etiã poſſit peti aliqua reſtitutio ſi dicamus ꝙ nõ detur declaraui ſuperius. ideo hic nõ inſiſto. ꝛ per hoc patet etiam quid iuris ſi a principio occurrat impedimentũ. ꝛ duret minori tpe quã cauſa poſſit finiri. An dabit ſecundus caſus q2 conſiderandũ eſt qd aut poſt impedimentũ ſupereſt tantũ tps qd cauſa põt expediri infra ipm annum aut nõ ꝛ vtroq3 caſu qd dicendũ apparet ex ſupradictis ꝛ ꝑ hoc eſt expedita. vj. q. quã hic tãgit do. Ant. ꝛ ꝑ dicta in hac queſtione ꝛ etiã in precedenti ſatis patere põt declaratio eorũ q̃ tetigit hic circa multiplicẽ ſpeciẽ impotentie ꝛ an etiã in caſu decre. fuerit auditi appellãtes ipſo iure: an beneficio reſtitutionis de quo etiã tetigit gl. ¶ Sed aduerte qd põt eẽe dubiũ circa predicta. An eo caſu quo datur ſecũdus a iure ſit neceſſe qd ipſe appellans petat declarari ipſum habere ſecundum annum ad proſequendum appellationem ꝛ finaliter concludit ꝙ licet quo ad quid poſſet eſſe vtilis declaratio. tamẽ ad euitandum inculcationem litiũ melius videt ſecundũ eum qd appellans inſtet coram iudice appellationis etiam lapſo primo anno vt ꝓcedat in cauſa ꝛ ſi excipiatur ꝙ deſerta ſit appellatio ꝓpter lapſum primi anni poterit replicare qd illud nõ eſt verum propter impedimentũ qd occurrit in ipſo primo anno. ꝛ ſi hoc probet debebit ꝓcedi in cauſa l3 alia nõ preceſſerit declaratio q2 quod a iure concedit nõ eſt opus a iudice impetrare. l. que ſub conditione. §. ſi. ff. de cõdi. inſti. ꝛ facit quod no. in. c. vlti. in gl. penul. ſ. de mag. nec obſtat ſecundum eum. ſ. de hereti. cum ſecundum. lib. vj. vbi videt requiri declaratio q2 ibi loquit vbi agitur de nouo proceſſu inchoando hic quãdo agitur de proſequẽdo iam inchoatum. qd no. pro
12 pter practicam. ¶ †Tangit etiã hic do. Anto. poſt Inn. in. vj. q. infra quantũ tẽpus poſſit appellat9 proſequi appellationẽ appellante negligente. ꝛ refert opiniones. Nam aliqui dicũt ꝙ circa finem primi anni in vltimo menſe poterit petere vt confirmet ſua ſententia. ꝛ licet tex. in auf. itẽ ſi appellatione. C. de tẽpo. ap. in auf. de his qui ingre. ad ap. §. ij. videat dicere ꝙ circa finem ſecundi anni. ꝛ ſic in vltimo menſe ſecundi anni. tñ vt dicit Inno. non eſt dare rationem diuerſitatis quare nõ poſſit eadem ratione in vltimo menſe primi anni. Et ſic idem ius debet dici arg. ſ. de conſti. tranſlato. Alii tamen dixerunt ꝙ ſicut in cauſa principali poſt citationẽ põt reus proſequi cauſam in auf. qui ſemel. C. quomodo ꝛ qñ iudex. Ita eodem modo in cauſa appellationis ſed Inno. nõ videtur tenere hãc opi. per tex. in auf. de his qui ingre. ad appella. §. q2 enim. vbi videt velle ꝙ etiã ſi in medijs certaminibus litis venerit appellans ꝛ illã deſeruerit tamẽ appellatus ſi vult petere cõfirmari ſententiã d3 expectare vltimũ menſem. nec obſtat dicta auf. qui ſemel. que loquitur in cauſa principali hic in cauſa appellationis que habet ſuũ tempus a iure determinatũ. fatetur tamen do. Anto. ꝙ predicta ꝓcedant quãdo appellans non proſequitur. Si autẽ proſequeretur poſſet tunc appellatus quãdo ſibi videretur petere confirmationem ſententie. ꝛ ſic reſidet ꝛ idem etiam hic Jo. an. idem etiam videt velle Bar. in dicta auf. item ſi idẽ etiã Jac. de bu. dicẽs ꝙ ſicut in cauſa principali actore abſente poſt litem conteſtatã nõ poteſt reus inſtare circa proſecutionem cauſe: niſi in vltimo ſemeſtri. l. properandũ. §. j. C. de iudi. ita hic in cauſa appellationis nõ poterit inſtare niſi circa finem ſecundi. ſi ſecundus annus datus fuerit a iure videtur tamẽ velle ꝙ l3 ſaltẽ appellatus poſſit in vltimo menſe proſequi appellationẽ petẽdo cõfirmari ſentẽtiam: tñ etiã aliqualiter ante ſi iudici videat poterit etiã petere dictã confirmationẽ. ſ3 certe hec ſua opinio ꝙ ante poſſit ꝓſequi: nõ bene iure probat ꝛ videt contra tex. in preallegata auf. Jaco. de bel. in dicta auf. de his qui ingre. ad app. §. j. tenet ꝙ in primo anno poterit appellatus qñcũq3 voluerit inſtare ꝑ expeditione. per id qd habetur in. l. fi. §. illud. de tẽp. app. vbi hoc videtur expreſſum ꝛ illã tex.

Ayuntamiento de Madrid

tex. etiam hic allegat Inno. Sed in ſecūdo anno non poſſit ap-
pellatus ꝓſequi ante vltimū menſem ipſius biennij ratio diuerſi
tatis ſecundū eum: qꝛ ex quo appellans habet vnū annū appa
ret qđ fuit diligēs qꝛ alias nō daretur ſecūdus annus ſibi. ꝛ ideo
ius preſumit pro diligētia ipſius appellantis. ideo voluit expe-
ctare finem ipſius biennij ad hoc vt appellatus poſſit ꝓſequi que
ratio ceſſat in primo anno qꝛ nō apparet adhuc de ipſius diligē-
tia: ſed cōmuniter tenet opi. Inno. qđ etiā in fine primi anni de-
mū poſſit appellatus ꝓſequi. ꝛ hoc videtur limitatus. §. illud. et
13 per hoc ſit expedita. vij. q. ¶ † Tangit etiā nūqđ ſi lapſo primo
fatali vel ſecundo ferat ſentētia pro appellante an teneat ꝛ ſi ap
pellatus petat ſententiam mādari executioni An obſtabit exce
ptio rei iudicate ſup infirmatiōne ſententie. Inno. dicit ꝙ ſic qꝛ
obſtabit exceptio ex quo fuit infirmata ſentētia. Hoſti. hic tenuit
cōtra qꝛ ex quo deſerta fuit appellatio nō potuit poſtea ferri ſen
tentia per iudicē appellationis. Inno. videt tunc lata a non ſuo
iudice ex quo deſijt eſſe iudex. ꝛ ſic videt nulla. per id qđ habetur
ſ. de offi. vica. ſua. ꝛ hoc eſt hodie approbatū in cle. ſi appellatio
nem. de ap. qđ intellige niſi fuiſſet reductū in dubiū. An appella
tio fuiſſet deſerta vel nō. ꝛ iudex ꝓnunciaſſet ſe iudicē compe-
tentē ꝛ appellationē nō eſſe deſertā: qꝛ tunc tenet qđ poſtea actū
eſſet coram eo per id quod dixi in ſimili. ſ. eo. ſi duobus. de quo hic
14 late per do. Ant. ¶ † Vltimo tāgit an iudex a quo poſſit exequi
poſt lapſum primi anni ſententiā: ſi aliud non fuit ſibi intimatū
de impedimento. ꝛ in effectu concludit ꝙ ſi reuera nō interuenit
impedimentū poterit exequi etiā nō facta citatione: qꝛ ſecundū
eum non reperitur a iure cautū ꝙ executor habeat ſeruare ordi-
nē iudiciariū. Et ideo poterit exequi etiā nō facta citatione. ꝛ te-
nebit executio: ſi reuera nō interuenit impedimentum in ipſo pri
mo anno. Secus ſi interueniſſet qꝛ cū tunc in effectu adhuc du-
ret appellatio retractabitur executio facta per viam attentati ꝑ
iudicē appellationis corā quo conſtabit de impedimēto dicit ta-
men ꝙ licet executor nō tenet citare partē in executione ſenten-
tie ſi tū cōpareat ꝛ opponat aliquā exceptionē legitimam debe-
bit illā admittere ꝛ de illa ſe informare ſaltē vt referat ſuperiori
ſ. titu. j. de cetero al's poſſet appellari ꝛ no. diligenter hoc dictum
Innoc. ꝙ in executione ſententie nō eſt neceſſe partem citari ſed
Barto. in. l. a diuo pio. §. in vēditione. ꝛ. §. ſi ſuper rebus. ff. de re
iudi. dicit dictum Innoc. procedere qñ fit executio in re ſup qua
lata eſt ſententia. ſecus ſi fieret ſuper alia re vt qꝛ lata eſt ſup quā
titate ꝛ pro ſatiſfactione vult exequi in re alia cū forte non repe-
riat pecuniā. de quo plenius per Bar. in loco preallegato. ꝛ etiā
tangit hic do. Anto. ꝛ per predicta videt ꝙ nedū poſt bienniū po
teſt peti executio ſententie ſed etiā poſt lapſum primi anni. nam
per talē lapſum videt etiā cōfirmari ſententia ſi aliter non appa
ret de impedimento. vt hic voluit Inno. ꝛ idē voluit glo. ſi bene
ponderet in auſ. itē ſi appellatione circa finē. C. de temp. app. vi-
deat velle ꝙ demū poſt lapſum bienij confirmet ſententia ꝛ poſ-
ſit peti executio ſed verius puto qđ ſupra dixi. facit quod habe-
tur. ſ. eo. cum ſit romana. ꝛ quod voluit gloſſ. in dicta auſ. item ſi
appellatione circa finem.

1 ☞ Itineris arreptio nō ſuſpendit iuriſdictionem iudicis ſi fiat
poſt citationem vel notitiā literarum ſecus ſi ante. ꝛ nu. 3.
2 Clauſula appellatione remota non tollit ſuſpēſionem que fit ex
itineris arreptione.

**Eminimus.** Si reus poſt citationē vel notitiam literarū iuit ad
curiā delegatus in cauſa procedere pōt alias nō. h. d.
1 cum. c. ſuggeſtum. j. eo. ſecunda ibi qđ ſi. ¶ † No. ꝙ iti-
neris arreptio nō ſuſpēdit iuriſdictionē iudicis ſi fiat poſt citatio
2 nē vel notitiam literarū. ſecus ſi ante. ¶ † No. ꝙ clauſula appel-
latione remota nō tollit ſuſpenſionē que fit ex itineris arreptio-
ne ꝛ reſpectu eius qđ dicitur in decre. ¶ Not. facti contingentiā
qꝛ idē eſt ſiue cōmiſſio ſit facta cū dicta clauſula ſiue ſine qꝛ eſt ra
tio vtrobiqꝫ. ꝛ de materia clauſule appellatione remota no. j. eo.
paſtoralis. ¶ In glo. ij. ibi ſed qđ ſi non miſit aduerte qꝛ hec vi-
det eſſe queſtio que ponitur in tex. ꝛ ſic videt ꝙ gl. illa nō debuit
formare: ſꝫ potes dicere ꝙ glo. habuit reſpectū qđ decretalis hic
poſita loquatur ſm ſua tēpora ſed dubiū illud hodie ꝓcedat ꝑ
decre. vt debitus ꝓpter rationē infra poſitā in gl. ꝛ ideo glo. for-
3 mauit queſtionem. ¶ † In ea. glo. ibi iam litigabat ſed certe tūc
videretur ꝙ ex quo poſt litem inchoatam arripuit iter non ha-
beat prodeſſe ſicut hic nō hꝫ prodeſſe qñ poſt citationē: ſꝫ tu po-
tes ſaluare glo. qꝛ voluit ꝙ ſi lis ſit inchoata ꝛ ꝓceſſum in cauſa
taliter ꝙ poſſit in aliquo allegari grauamen tunc itineris arre-
ptio habeat vim appellationis. ſecus vbi ſola citatio fuit facta.
¶ In ea. glo. in fi. ꝛ preſumetur dolus quando poſt notitiā lite-
rarū vel poſt citationem iter arripuit per illum tex. ꝛ. ſ. eo. ſugge-
ſtum. ꝛ iſtam opi. Tan. tenebat Hoſt. potes cōcludere ꝙ mittere
nuntiū non prodeſt ſaltem hodie per decre. vt debitus vt voluit

glo. Si vero iter arripiat in ꝓpria perſona tunc ſi ante notitiā li-
terarū ſuſpendit iuriſditio per ti. j. de peregrinātib'. ſi vero arri
puit poſt notitiā nō ꝓdeſt qꝛ videt dolo facere idē videt ſi quis
iter arripuit poſt citationē ſed vbi arripuit poſt cauſam ceptam
taliter ꝙ grauamē pōt pretēdi tūc pꝛ oſit ꝛ habeat vim appella-
tionis vt voluit gloſſ. de quo plenius dicet in preallegato. vt
debitus. ꝛ facit qđ dicetur infra eodem directe.

1 ☞ Appellatio ſuſpendit iuriſditionem iudicis a quo reſpectu
articuli cauſe.
2 Exceptio tempore incongruo oppoſita non [illegible].
3 Exceptionem allegare non ſufficit niſi probetur.
4 Cauſa principalis terminari non poteſt [illegible] ſine exceptio
ne oppoſita.
5 Exceptio falſitatis an poſſit poſt ſententiam opponi.

a **Super eo.** Se ſummat habens tria dicta
ſecundū ibi. ꝛ ſi principalis Ter
1 tiū ibi. ſi aūt. ¶ † No. quod appellatio ſuſpēdit iuriſ-
ditionē iudicis a quo reſpectu articuli cauſe niſi talis
articulus ſit cōnexus negotio principali taliter qđ ſine illo non
2 poſſit expediri. ¶ † No. ꝙ vbi qs opponit exceptionē tpe incō-
gruo ꝛ ꝓpter hoc appellat qꝛ nō admittit nō obſtāte tali appel
latione ꝓcedi pōt ad ſentētiā vt ꝓbat hic in fine ſecūdū vnū itel
3 lectū. de quo in gl. fi. ¶ † No. ſecūdū aliū qđ nō ſufficit allegare
exceptionē niſi etiā illā velit ꝓbare vt hic ꝓbat ſecūdū aliū itel-
4 lectū. ¶ † In gl. iij. in fi. ꝛ ſic vult gl. ꝙ ſine exceptiōe peremptoria
ſeu illius deciſione non poſſit decidi ſeu terminari cauſa princi-
palis pro quo bene facit. ſ. de ordi. cogni. c. j. ¶ Sed aduerte qꝛ
glo. nō ponit exemplū qñ cauſa principalis pōt terminari abſqꝫ
exceptione oppoſita ſup qua eſt appellatū ꝛ forte gl. hoc fecit ꝓ-
pter id qđ dicitur in glo. ſequenti. vbi cōcludit ꝙ hic vacat arg.
a contrario ſenſu ꝛ ſic vult in effectu qđ ad literā ſuppleat maxi
me ſed iſtud eſt violare literā. ꝛ ideo Innoc. hic poſuit exemplū
quando cauſa principalis pōt terminari ſine exceptione primo
qñ obiecta fuit exceptio cōpenſationis ꝛ reiecta ꝛ ꝓpter hoc ap
pellatum. nā poteſt interim ꝓcedi in cauſa principali. ꝛ ſine di-
cta exceptione terminari. facit qđ habetur in. l. fin. C. de cōpen. ꝛ
in. l. qđ in diem. §. ſi rationē. ff. de cōpen. ¶ Item pōt opponi exē
plum ſi exceptio cōcernit modificationē executionis vt eſt exce-
ptio ne quis conueniat vltra quā facere poſſit que cōpetit marito
ꝛ aliquibus aliis perſonis. l. ſunt qui putant. cum ſequentibus.
ff. de re iudi. vnde ſi petatur debitū ꝛ opponatur talis exceptio
et ex eo qꝛ nō admittatur appelletur nihilominus poterit proce
di corā eodem iudice in principali. ¶ Itē pōt poni exemplū ſi
facta ſit condēnatio expenſarum ob contumaciam aliquā ꝛ ap
pelletur ab illa poterit procedi in principali alia exempla etiam
hic ponit Jo. an. ſuper quibus non inſiſto qꝛ predicta ſufficiūt.
¶ In gl. nō poterit in fi. ꝛ ſic ꝯcludit gl. ꝙ nō eſt faciēda differē
tia: an principalis cā poſſit terminari ſine exceptione vel nō. ꝛ ꝙ
hic vacat arg. a ꝯtrario ſenſu quaſi reſultet iuri ꝯtrarius intelle-
ctus. ꝛ hoc idē videt tenere hic Hoſti. ex eo qꝛ nihil dꝫ innouari
appellatione pēdēte. ff. nil innouari appellatione pēdēte. l. j. ꝛ qꝛ
iudex appellationis ex quo recipit appellationē tāq̃ emiſſam ex
cauſa ꝓbabili pōt inhibere iudici pncipalis cauſe ne ꝓcedat. j.
de ap. romana. §. ꝙ ſi obijciat. li. vj. qꝛ iuſtificata appellatione re
uocant ꝑ modū nullitatis oia attētata ꝑ iudicē principalis cau
ſe. j. e. nō ſolū. li. vj. ꝛ ſic etiā reſidet Jo. an. tu potes dicere vt etiā
hic ſenſit. d. Ant. qđ ſi iudex a quo detulit appellatiōi non pōt
vlterius i cā ꝓcedere. j. eo. cū appellationib' friuolis. lib. vj. Itē
ſi nō detulit ſi facta eſt ſibi inhibitio ſm formā. d. c. romana. ꝛ. c.
nō ſolū. j. eo. in. vj. Si aūt nō ſit delatū appellationi nec facta in
hibitio tūc ꝓcedit tex. iſte qꝛ ſi cā principalis non pōt terminari
ſine exceptione ſup qua eſt appellatū intelligit a iure ſuſpēſa iuriſ
ditio iudicis a quo etiā ſup principali ꝑ iſtū tex. Secus ſi poſſit
cā principalis ſine illa terminari qꝛ tūc nō intelligit ſuſpēſa iuriſ
ditio iudicis a quo quominus poſſit ꝓcedere in principali pēdē
te appellatione ſup dicta exceptione ꝛ nō facta aliqua inhibitiōe
ab hoie. Fateor tū ꝙ ſi appellās obtineat ſup exceptiōe reuocā
tur oia attēta ꝑ iudicē a quo ꝑ ea q̄ habent i preallcg. c. nō ſolū.
et ſic intelligat dictū Hoſt. ꝛ Jo. an. ¶ Itē intellige ꝙ ſi princi
palis cauſa pōt terminari ſine exceptione qđ poterit in illa ꝓce-
di nō facta alia inhibitiōe ab hoie vel a iudice ad quē ſaluo niſi
appellās recuſaret ipm iudicē a quo appellauit tāq̃ ſuſpectū ꝑ
ea q̄ habent. ſ. eo. ad hec. ſecus ſi nō recuſaret qꝛ tūc poterit ꝓce
dere vt eſt dictū ꝛ ſic debet intelligi iſte tex. ꝛ ceſſat obiectio glo.
¶ Itē aduerte ꝙ pl' ſentiūt dñi de Ro. ſua ꝯcluſiōe. clxxxviij.
vꝫ ꝙ vbi iudex appellationis vult facere inhibitionē iudici a
quo illā debet facere tm̄ ſup connexo ꝛ ſi non debebit facere qñ
cauſa principalis poteſt terminari ſine articulo appellationis.
Sed certe vt dicit hic do. Anto. hoc dictū videtur cōtra palle. c.
non ſolum vbi indiſtincte videtur dici qđ iudex appellationis

a ¶ Se ſūmat. do. abb. hoc. cꝫ ſic ſummat in dñs Joā. no- ſummet. Su- perſedet pro- pter articulū in quo appel- latū eſt etiā ſu- per cā princi- pali ſine illo ar ticulo expediri non poteſt.

Ayuntamiento de Madrid

poteſt inhibere iudici a quo ne procedat ſuper pꝛincipali ⁊ vide
tur [illegible] equum ne eodem tempoꝛe ſuper pꝛincipali ⁊ ſup arti
[illegible]ellationis coꝛam diuerſis iudicibus fatigetur per ea q̄
[illegible]atur.ſ.de reſcrip.c.ſi.⁊ [illegible]tu.diſpendia.li.vj.⁊ eodẽ mo
[illegible] videtur indiſtincte intelligendum.c.cum appellationibus.j.
eod.li.vj.pꝛeallega.⁊ per hec patet qꝺ litera hic poteſt ſuſtineri vt
iacet ⁊ nō vacabit arg.a contrario ſenſu ſicut regulariter nō de
bet vacare.j.de [illegible] ſi.a pꝛela.cum apoſtolica.¶ Jn glo.ſi.
4 Ibi probare n[illegible]telligere corā iudice a quo nec corā iudice
a quo ſi fuiſ[illegible]tum:qꝛ non amittebat exceptiones pꝛima
facie legitim[illegible] probaret coꝛā iudice appellationis iu
ſtificaretur appellatio ex quo pꝛobata eſſet veritas exceptionis
oppoſite ſed ex ſola oppoſitione non iuſtificatur appellatio ſal
uo niſi oppoſuiſſet exceptionem ⁊ obtuliſſet ſe paratum pꝛoba
re incontinenti ⁊ iudex noluiſſet admittere ⁊ pꝛopter hoc eſſet
appellatum quia tunc hoc cōſtito iuſtificata eſt appellatio.j.eo.
interpoſita.poteſt etiam intelligi gloſ.qn̄ iudex a quo admitte
bat exceptionē in quātum obijciēs ꝓbaret eā.⁊ illā obijciens no
luit ꝓbare ⁊ appellauit qꝛ tūc nō valet appellatio cū non fiat ex
5 cauſa legitima.¶ † Jn ea.glo.ibi cum ſit dilatoꝛia ⁊ ſic loquit̃
glo.qn̄ exceptio ex falſi ſuggeſtione reſpiciebat reſcriptum qꝛ ta
lis exceptio tanq̄ dilatoꝛia ⁊ reſpiciens ꝓceſſum dꝫ opponi an
te lit.conte.ſ.ti.j.inter monaſteriū.Secus quando exceptio falſi
tatis reſpicit pꝛobatiões factas in cauſa ⁊ ſic merita cauſe quia
illa pōt opponi etiā poſt ſententiā.ſ.de exceptio.cum venerabi
lis.⁊ de ꝓbationibus.lꝫ cauſam ideo tunc impediret executionē
l.ij.⁊ ſi.C.ſi ex falſis inſtrumētis ſaluo niſi appareret euidēter ꝙ
malitioſe obijceret̃ cauſa dilatādi.l.ſi.C.de fal.⁊ ita etiam pōt in
telligi hic vel potes etiā dicere extra gloſ. ꝙ hic appellatio non
fuit foꝛmalis vt qꝛ nō fuit oppoſita exceptio nec cōſequēter obie
cta ⁊ nihilominus fuit appellatū ne ꝓcedat̃ ad executionē ob.ex
ceptio de falſi ſuggeſtione.nā videt̃ tūc appellatū a futuro gra
uamine.ideo nō valet appellatio in iudicio facta.j.eo.vt debitꝰ
dꝫ ergo exceptio ꝓponi ⁊ expectari an iudex admittat.⁊ ſi amit
tat nō hꝫ de quo cōqueraẗ ſi vero appellat tunc poterit appella
ri qꝺ no.pꝛo practica vel pōt etiam dici ꝙ hec generalitas exce
ptionis impediuit vim appellationis qꝛ multiplex eſt exceptio
de falſi ſuggeſtione vt ptꝫ ex p̄dictis.ideo debuit ſpecificari.arg
c.vt quis duas.de elec.in.vj.⁊ ff.de iure ſi.l.in fraudem.

1 Minima in cauſa appellationis curari debent.
2 Parua cauſa que dicatur.

**De appellationibꝰ.** Jta appellari poteſt in
1 minima cauſa ſicut in magna.h.d.¶ † Nota qꝺ de
minimis eſt curādum quo ad materiā appellatiōis
qꝛ etiam in minimis iuſtitia eſt miniſtrāda vnicuiqꝫ licet quo ad
aliam materiam interdum nō curetur de minimis, de quo.ſ.in
pꝛoemio huius libꝛi.⁊ .j.de ſimo.⁊ ſi queſtiones.⁊ per Bar.in.l.
ſi ꝓpꝛietarius.ff.de dā.infec.¶ Jn gl.j.ibi.§.illud etiam.per ea
que tangit gl.nō habes bonā doctrinā vnde dicit ꝙ in caſibus
in quibus reperitur a iure determinatū que tn̄ dicatur parua in
dictis caſibus ſtandū eſt dictis iuribus vt eſt videre in caſibus
allegatis in glo.ſꝫ in alijs in quibus nō reperitur hoc determi
2 natum.Concludet† ꝙ hoc erit arbitrio iudicis relinquendū que
cauſa dicatur parua vel magna quia habebit arbitrari inſpecta
quātitate rei petite ⁊ qualitate perſonarū.nā cauſa centū aureo
rum inter perſonas valde diuites reputaret̃ parua vbi tn̄ inter
alias perſonas q̄ nō eſſent diuites reputaret̃ magna.facit ꝙ ha
bet̃ in tex.glo.in.l.ſed ⁊ ſi ſuſceptis.§.qꝺ ſi libertis.ff.de iudicijs.
vbi glo.refert de comitiſſa matilde que donauit cuidam territo
rium qꝺ extendebat ſe per trignita milliaria.⁊ tamē dixit aliquā
tulum terre dono tibi:qꝛ modicū erat reſpectu ipſius donatoꝛis
al's donatricis.facit quod habetur in aut.pꝛeterea.C.vnde vir ⁊
vxoꝛ.¶ Jn ea.glo.ibi furtum cōmittitur ſupple in vno ouo.fa
cit qꝺ habetur in.§.galinarum.inſti.de re.diuiſione.

1 Appellatio de iure canonico admittit̃ an̄ litē cōteſt.⁊ poſt.
2 Appellans qn̄ pꝛofertur excōicatio an ſit excōicatus.
3 Appellatio an ⁊ qn̄ admittit̃ ante ſentētiā ſecūdū leges.⁊ nu.7.
4 Recuſatio ⁊ appellatio parificantur.⁊ nu.8.
5 Terminus ſtatutus iudici ad decidendum cauſam currit a tem
poꝛe pꝛeſentationis literarum.
6 Reſcriptū ſi de cōſenſu partiū eſt impetratū ⁊ cuilibet partium
datū eſt vnū ſi reus pꝛeueniat in pꝛeſentando an nocebit actoꝛi.

**Super eo.** Se ſummat habens tria.d. Se
cundū ibi in cauſis.Tertium ibi
1 ſi aūt.¶ † Not.ꝙ de iure canonico admittit̃ appella
tio ante litē cōteſt.⁊ poſt etiā ante ſentētiā ⁊ ſimiliter
etiā poſt ſentētiā ⁊ etiā in ipſa ꝓlatione ſentētie qꝺ vltimū videt̃
pꝛocedere ſecundū hec iura ſm̄ q̄ indifferēter poterat appellar
ſꝫ hodie nō videt̃ ꝙ ꝓcedat ſi appellat̃ ab ipa ſentētia ferēda qꝛ

ante grauamen illatū in iudicio nō debeat appellari.j.eo.vt debi
tus.⁊ .ſ.eo.ſup eo.ſꝫ poſſes ꝓcedere ſi appellaret̃ ab aliqua inter
2 locutoꝛia pꝛius lata.¶ † Quid aūt ſi qs appellat dū ꝓfertur ex
cōicatio an erit excōicatus.vide per Joā.an.de reg.iur.cum ſint
partiū.li.vj.in mercurialibus vbi concludit ꝙ ſi apparet pꝛius
appellatum ſeu pꝛobatum verbum appello per appellantē ante
q̄ verbuꝫ excōico ſit pꝛolatum per iudicē cenſetur tūc excōicatio
lata poſt appellationem.Secus ſi econtra pꝛius ſit pꝛolatū ver
bum excōmunico.¶ Si aūt nō appareret qꝺ pꝛius ſit pꝛolatuꝫ
pꝛeſumit̃ excōicationē pꝛeceſſiſſe qꝛ eſt actus ſpecialis qui pene
3 trabilioꝛ eſt vt voluit Jnno.j.eo.pꝛeterea.¶ † No.ꝙ ſecundū le
ges nō admittit̃ regulariter appellatio ante ſententiā niſi in ca
ſibus a iure expꝛeſſis.de quo.ij.q.vj.non ita.⁊ C.quoꝛum appel
latio.non recipian.l.ante ſententiam. et in Specu.de appella.§.
4 in quibus.verſic.ſed nunquid poteſt.¶ † No.qꝺ recuſatio ⁊ ap
pellatio regulariter parificantur vt ſic ſublato remedio appel
landi cenſeatur etiam ſublatum remedium recuſandi.facit quod
habetur in.l.ſi.C.[illegible] ſenten.⁊ interlocutoꝛijs omnium iudicum.
5 ¶ † No.quod terminus ſtatutus iudici ad decidendum cauſaꝫ
currit a tempoꝛe pꝛeſentationis literarum qꝺ intellige quando
eſt ſtatutum per numerum dierum menſium vel ſeptimanarum.
Secus ſi aliter ſit ſtatutū puta vt ante paſcha debeat cauſam de
cidere qꝛ tunc etiā ante tēpus pꝛeſentationis currit tēpus ex eo
qꝛ omnino infra tempus pꝛefixuꝫ debet cauſa decidi. An aūt ſi
in caſu decret. tempoꝛe pꝛeſentationis reſcripti reperiretur tunc
iudex excōicatus curreret tp̄s dicit ꝙ non qꝛ tunc nō pōt pꝛoce
di.ſ.titu.j.ad pꝛobandum.⁊ ideo non eſt tūc quid imputanduꝫ
parti.facit.ſ.de reſcrip.ſi autem ⁊ plerūqꝫ.de cautela tamē tunc
6 eſt ꝙ pars non pꝛeſentet durante excommunicatione.¶ † Quid
autem ſi de conſenſu partium impetratū eſt reſcriptuꝫ ⁊ cuilibet
partium datum eſt vnuꝫ:qꝛ duplicate fuit ſcriptum ſi pꝛeueniat
reus in pꝛeſentando an nocebit actoꝛi.Dicit qꝺ non ſi malitioſe
pꝛeuenit per ea que habent̃.j.eo.oblate.de quo hic latius p Jo.
7 ¶ † Jn glo.ij.in ſi.dic melius in.c.non ita.eadem cauſa ⁊ q̄ſtio
ne.⁊ potes concludere qꝺ de iure ciuili regulariter non appellat̃
ante ſententiam qꝛ grauamē illatum poteſt reparari per appel
lationem a diffinitiua.Secus ſi nō poſſit reparari:qꝛ tunc pote
rit appellari.⁊ ita loquuntur caſus notati in.l. ante ſententie.C.
quoꝛum appellationes nō recipiuntur.de quo per Bar.in.l.ij.ff.
de appellatio.⁊ per Jo.an.in addi.Spec.eo.tit.§.in quibus.ſu
8 per verſic.ſed nunquid poteſt.¶ † Jn gloſ.penulti.in ſi.⁊ pꝛoce
dit regulariter parificatio hic facta fallit qn̄qꝫ.nā appellari po
teſt a iudice in quem conſenſi.l.ex cōſenſu.ff.de ap.ſed tn̄ non re
cuſo eum niſi ex noua cauſa ſuperueniente per no.ſ.titu.j.inter
monaſterium.⁊ de offi.deleg.inſinuante.¶ Jtem recuſatur offi
cialis epiſcopi coꝛam ipſo epiſcopo ⁊ tamen de officiali non ap
pellatur ad epiſcopum.de offi.deleg.ſi contra vnum.lib.vj.⁊ ra
tio ibi patet.¶ Jtem ab executione non appellatur.⁊ tamen re
cuſatur.ſed de hoc dic vt habetur.j.eo.nouit.licet Jo.an. ⁊ do.
Anto.hic ſimpliciter tranſeat.¶ Jtem non appellatur a iudice
niſi grauet.j.eod.vt debitus.⁊ tamen recuſatur ratione ſuſpicio
nis etiam ante grauamen.j.eo.cum ſpeciali.⁊ .ſ.de offi.deleg.ſu
ſpicionis.¶ Jn glo.ſi.ibi pia hodie in.c.j.de excep.in.vj.⁊ c.fre
quens.de quo ſequitur eſt in titulo de reſti.ſpo.in.vj.¶ Jn ead.
glo.in.ſi.pꝛimam partem tenet Vinen.Goff.Phili. ⁊ Hoſt.ſed
Gui.hic tenet contrarium ⁊ ſequitur Joā.and.per tex.dum di
cit ex tunc ⁊ ſic innuit tēpus computari de momento ad momen
tum.⁊ pꝛo hoc facit qꝛ ſic dꝫ regulariter fieri computatio quādo
aliud non expꝛimitur.fallit qꝺ habetur in iuribus hic in contra
rium allegatis.⁊ in.l.iij.§.minoꝛē.ff.de minoꝛi. ⁊ in rub. ff. de di
uerſis ⁊ tempo.pꝛeſcriptio.⁊ per hoc non ob.c.pia.nec c.frequēs
qꝛ aliud expꝛimit̃ vt ibi ptꝫ.facit qꝺ habetur in.l.iiij.ff.de condi.
⁊ demō.⁊ qꝺ no.Bar.in.l.j.ff.ſi quis cauti. ¶ Vltimo tāgit hic
Jnno.an iudex datus ad terminū poſſit abbꝛeuiare dilationes
vt cauſam poſſit decidere infra terminuꝫ ⁊ in effectu cōcludit qꝺ
ſic de quo hic latius per euꝫ.¶ Tangit etiā an ſi mandat̃ alicui
vt debeat īfra certū tp̄s cauſa inter aliquos inſtrui ⁊ poſtea fieri
remiſſio an negotio non inſtructo poterit fieri remiſſio poſt ter
minū ⁊ an poſt terminū poterit aliqua partium pꝛobare de iure
ſuo ſaltē corā iudice cui eſt facta relatio de quo dic vt hic per eū ⁊
in Spec.de remiſ.§.videndū.ver.in ſumma.vſqꝫ ad finem.

1 Judex a quo pōt ſtatuere terminū appellāti ad ꝓſequendū.
2 Appellatio impedit denūtiationem excommunicationis.
3 Notoꝛium excludit facultatem appellandi.
4 Percutiens clericum de iure eſt excōicatus.
5 Appellationi renuntiare poteſt aliquis.

**Peruenit.** Cōdēnatus ſuper iniuria clerici
appellare poteſt niſi ſit notoꝛius
criminoſus.h.d.Secunda ibi fraternitati tue. ¶ Jn
tex.ibi appellauit ſupple foꝛte cōdēnati ⁊ querit̃ ſeu
dubitatur

Ayuntamiento de Madrid

dubitatur an propter talem appellationem impediatur ꝓceſſus
ſeu executio contra eos. Et hic deciditur ſub conditione. et. ī. ibi
repreſentent. h. d. Quia percutiens clericum debet abſolui ꝑ pa
pā. xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. ¶ No. iudicem a quo poſſe ſtatue
re terminum appella iti ad appellationē proſequēdā. de quo. ſ.
2 eo. cū ſit romana. ¶ No. ꝙ appellatio videt̃ impedire denūtia
tionē excōicationis. qñ ſuper facto non notorio iudex vult illam
3 facere de quo. ī. eo. paſtoralis. ¶ † No. vnum effectum notorij q꞉
excludit facultatem appellandi nec impedit executionē pene. gl.
tamen. ij. q. j. manifeſta videtur hoc reſtringere ad notoriū facti
permanentis. de quo per Inno. ī. de cohabi. cle ⁊ mulie. tua. et
per Io. an. eo. ti. c. veſtra. ¶ No. ꝙ in imponen pena iuris ſup
facto notorio non videt̃ exigi alia ſententia ſe ſtim poteſt im
poni pena abſ꜠ alia declaratione facti vt hic ex caſus ſecūdum
vnum intellectum intelligēdo ſi nō erat lata ſententia. ſecus ſi fa
4 ctum non eſſet notoriū. ī. de hereti. cum ſecundū vj. ¶ † No.
ꝙ percutiens clericum eſt de iure excōicatus a qu excōicatione
nō abſoluitur niſi per papā de quo in. l. ſi qs ſuad tc. xvij. q. iiij.
5 ¶ † In glo. j. in fi. ſupple. ⁊. C. eo. ti. ſcꝫ de appella. in. l. ſi quis li
bellos. vbi patet ꝙ quis poteſt renuntiare appellationi. facit qd
no. in decreta. quāuis. de elec. in. vj. ¶ In glo. ſi. ⁊ de hoc in. c.
ſignificauerunt. eo. ti. ſcꝫ de excep. ¶ In gloſ. ibi manifeſta. ſe
cus ſi eſſet dubia vt patet in. c. ex parte. allegato in glo.

1 ☞ Notorium quid ſit.
2 Appellans cogit̃ alternatiue proſequi appellationē vel reſpon
dere coram iudice a quo.
3 Notorium excludit facultatem appellandi.

**Conſuluit.** Notorie delinquens non audi
tur appellans. h. d. ⁊ primo po
nitur deciſa cōſultatio. Secūdo reſponſio. ⁊ tertio iu
dicum in duobus inſtructio. Secūda ibi cōſultatiōi.
1 Tertia ibi ſed cum multa. ¶ † Not. illud vulgatum qd multa di
cuntur notoria que non ſunt. ⁊ quid ſit notorium vide per gl. in
c. de manifeſta. ij. qō. j. ⁊. ī. de cohabi. clericorū ⁊ mulieruꝫ. veſtra.
¶ No. ꝙ dubium nō eſt ſumendum pro notorio. facit quod ha
2 betur. ſ. de reſcrip. cum cōtingat. ¶ † No. qd appellans cogitur
alternatiue proſequi appellationem vel reſpondere coram iudi
3 ce a quo. de quo. ſ. c. proxi. ¶ † No. ꝙ notorium excludit faculta
tem appellādi de quo etiā in. c. precedenti. dicit hic Inno. ꝙ ho
die non videtur differentia inter notorium ⁊ nō notorium quia
vtrobiq꜠ ſi grauaretur poteſt appellare ſi non grauatur non po
teſt. concor. c. vt debitus. ſed Hoſtiē. dicit ꝙ imo in aliquo etiam
hodie remanet differētia inter notorium ⁊ non notorium ex eo
q꞉ in non notorijs quis multis modis poteſt grauari ſed in no
torijs non niſi modus excedatur vnde dicit ꝙ mens iſtorum iu
rium eſt qd notorie delinquens non poſſet euitare penam iuris
impoſitā pro facto notorio quaſi illud nō cōmiſerit ex quo factū
eſt notorium. ⁊ ſic negatio non prodeſt. facit quod nota. in. c. j. de
offi. deleg. in. vj. ⁊. in. l. poſt rem. ff. de tranſactio. ⁊ per Inno. ī. de
cenſi. venerabili. ⁊ de verbo. ſigni. ex parte. ſecus quādo eſt noto
rium q꞉ illud pōt negari ⁊ ex multis cauſis pena euitari. ¶ In
glo. ij. in fi. ⁊ eo. ti. cum noſtra. ⁊. ij. q. j. c. manifeſta.

1 ☞ Itineris arreptio poſt cognitioneꝫ literarum non ſuſpendit
iuriſditionem iudicis.
2 Contra abſentem procedi poteſt in cauſa appellationis.
3 Appellari debet coram iudice.

**Suggeſtum.** Summatuꝫ eſt. ſ. eo. memi
nimus. ⁊ eſt cōis diuiſio.
Secunda ibi tue. ¶ No. ſm vnū intellectū qd graua
tus per ſententiam poteſt dici oppreſſus. ⁊ ſic facit ad
1 no. ſ. de fo. compe. ex parte. B. ¶ † Not. ꝙ itineris arreptio poſt
cognitionē literarum nō ſuſpēdit iuriſditionem iudicis de quo
ſ. eo. meminimus. ⁊. ī. eo. vt debitus. ¶ No. qd inducta ad vnū
effectum non debent ad oppoſitum retorqueri. ſ. de exceptio. cū
2 inter. ¶ † Et no. ꝙ in cauſa appellationis pōt procedi cōtra ab
ſentem qd videtur ꝓcedere etiam lite nō cōteſta. ⁊ quo ad diffini
tiuam. de quo in. l. fi. §. illud. C. de temp. appella. ⁊. ī. eo. per tuas.
¶ In gl. j. ibi nō fiat malitioſe ⁊ hoc tenebat Gof. per iſtū text.
a cōtrario ſenſu ſꝫ dic melius vt no. gl. in. c. appellatio. de appel.
3 in. vj. ¶ † In gl. iij. ibi glo. cōcludit ꝙ regulariter appellandum
eſt coram iudice per ea que habentur. ī. eo. ti. vt debitus. fallit in
duobus caſibus vcꝫ qñ eius copia haberi nō pōt. facit quod ha
betur in. l. j. §. adeundi. ff. quādo appellandum ſit. ⁊ ibi videt̃ pro
bari quod ſufficiat qd in publico non habeatur. ¶ Item fallit
ſi propter iuſtum metum quis timeat coram iudice appellare. ī.
eo. ſi iuſtus metus. dicit tñ hic do. Anto. ꝙ ſi etiaꝫ extra iſtos ca
ſus appelletur in abſentia ſufficiet ſed non proteget appellatio
appellantem donec deducatur ad noticiā iudicis de quo tanget̃
in. d. c. ſi iuſtus. Et facit quod no. Inno. ibi. ⁊. ī. eo. dilectis. ſed tu
tius eſt ſeruare practicam gloſ. preallег. ⁊ ibi etiam gl. tangit an
neceſſario appellatio ſit legenda coram iudice. ⁊ hec procedunt
quando appellatur ab vno iudice. ſi autem a pluribus quis vel
let appellare tunc ſerua quod habetur in clemen. j. de appellatio.
¶ Item procedunt predicta in appellationibus factis in iudi
cio: ſed in factis extra iudicium vel per actum arreptionis itine
ris ſi fiat bona fide videtur ſecus facit quod no. ſ. eo. cordi
ſaluo niſi appellaretur verbo etiam extra iudicium a iudice q꞉
tunc interponenda eſſet coram eo per no. d. c. appellatio. ⁊ de
materia etiam per glo. ij. q. vj. biduum. in verbo imputet. ¶ In
gloſ. ij. ibi ipſo facto videt̃ ꝓbata ſupple in caſibus decreta
ſatis ex circunſtantijs de quibus in litera apparet de malitia. fa
cit quod habetur in. l. omnes. §. lucius. ff. de his que in fraudem cre
ditorum. ⁊. c. ij. de renuntia. in. vj.

1 ☞ Excommunicatus poſt appellationem abſolui debet ad cau
telam.
2 Excommunicatus poſt appellationem legitimā ſi immiſceat ſe
diuinis non efficitur irregularis.
3 Delegatus pōt abſoluere ad cautelam.
4 Abſolui ad cautelā petens non videtur fateri ſe excōmunicatū.
5 Abſolutio non eſt danda niſi petenti.

**Ad preſentiam.** Pendente cognitio
ne appellatiōis excō
municatus poſt ipſam appellationem abſoluitur ad
cautelam ⁊ ſi apparet eum legitime appellaſſe nō pu
nitur ex eo quia interim celebrauerit. h. d. Et primo ponit datio
nem auditorū. Secundo actū ipſorum. Tertio principalem diffi
1 nitionē. ſecunda ibi qui ad obiectionē. tertia ibi ideoq꜠. ¶ † Not.
qd excōmunicatus poſt appellationem abſolui debet ad caute
2 lam ſi hoc petat in initio cauſe appellationis. ¶ † No. ꝙ excom
municatus poſt appellationem legitimā nō prohibet̃ ſe miſceri
diuinis nec ex hoc efficit̃ irregularis: q꞉ ex quo ſentētia eſt nulla
non ligauit euꝫ. facit qd habet̃. ī. de ſenten. excō. c. j. in. vj. Secus
vbi excōmunicatio tenuiſſet quia tunc efficitur irregularis. ī. de
3 exceſ. prela. c. fi. ⁊ de ſenten. excōmu. lib. vj. c. j. ¶ † No. ꝙ delega
tus videtur poſſe abſoluere ad cautelam de quo. ī. de ſenten. ex
commu. ſolet lib. vj. in. iij. gloſſ. ceſſat tamen notabile ſi teneas au
ditorem habere ordinariam. de quo per gloſſ. in cle. auditor. de
reſcrip. ¶ No. quod licet excōmunicatus poſt appellationem ſit
ab alijs euitandus. vt in. d. c. ſolet. et facit quod habetur. ī. de ſen
ten. excōmu. per tuas. Ipſe tamen non tenetur ſe gerere pro ex
communicato vt hic patet. ⁊ ideo dicit hic Ioan. and. quod etiā
ſi non fuiſſet abſolutus ad cautelam tamē potuiſſet celebrare di
uina ſi fuerit excommunicatus poſt appellationem legitimam:
quia talis excommunicatio non ligat eum vt preallega. ꝑ tuas. ī.
de ſenten. excōmu. ¶ In glo. j. ibi de ſenten. excōmmu. per tuas
hodie habetur de ſenten. excōmu. ſolet. lib. vj. dicunt tamen do
4 ctores † quod petens abſolui ad cautelam non videtur fateri ſe
ligatum. licet ſecus videatur quando ſimpliciter peteretur abſo
lutio. de quo. ſ. de elec. venerabilem vbi aliquid per glo. ⁊ Inno.
5 et de ordi. cognitio. cum dilectus per Ioā. andr. † non eſt tamen
danda abſolutio niſi petenti. ī. de eo qui duxit in matri. ſignifica
ſti. et facit ad materiam quod no. Barto. in. l. decem. ff. de verb.
obligatio.

1 ☞ Iudex a quo ſuper attentatis contra appellantem pōt adi
ri via ordinaria.
2 Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo ſolum reſpe
ctu iuris ſeparati. ⁊ nu. 4.
3 Seruus an poſſit eſſe in iudicio.
4 Iudex a quo pōt appellatione pendēte ſe intromittere de his q̄
tendunt in faciliorem exitum appellationis. ⁊ nu. 2.
5 Lite pendente non debet pars prohiberi vti iure ſuo.

a **Cum teneamur.** Si appellās a ī ſua
poſſeſſione turbat̃
iudex a quo appellauit eam ſibi pōt reformare. h. d. a
Et eſt cōis diuiſio cōſultatio ⁊ reſponſio. Secūda ibi
prudentie tue. ¶ † No. iudicem a quo ſuper attentatis cōtra ap
pellantem poſſe adiri via ordinaria vbi talia expediri pñt abſq꜠
cognitione articuli appellationis. ¶ † No. ꝙ appellatio ſuſpen
dit iuriſdictionem iudicis a quo ſolū reſpectu iuris ſeparati etiaꝫ
ſup eadē re ⁊ preſertim nouiter orti. ¶ No. ꝙ tendētia in facilio
rem exitū appellationis videtur poſſe expedire iudex a quo nec
quo ad illa videt̃ ſuſpēſa eius iuriſdictio dummodo illa expediri
poſſit ſine cognitione articuli appellationis. facit qd habet̃ in. c.
ij. ī. de ma. cōtracto cōtra interdi. eccle. no. qd iudex a quo nō vi
det̃ poſſe appellatione pendēte retractare attentata ꝑ viā attēta
ti: q꞉ hoc videt̃ ſpectare ad officiū iudicis ad quē. Sed bene vide
tur poſſe retractare via ordinaria ſi hoc petatur. ⁊ ex hoc etiam
no. ꝙ iudex non tenetur impartiri officium ſuum niſi petitus. de
quo. ſ. de electio. innotuit. et de poſtu. in. c. bone. et plenius per
Barto. in. l. iiij. §. hoc autem. ff. de damno infecto. ¶ In gloſ. j.

¶ Si appel
lans. ſumma.
riū iſtud ⁊ do
Abb. ſūt eiuſ
deꝫ tenoris ni
hil differētes.

Ayuntamiento de Madrid

ſbi turbata no. bene quia vult glo. quod in. l. j. hic allegata in gl. habeat locum etiam quando poſſeſſio eſt turbata nedum quan do per violentiam eſt ablata ⁊ iſtud etiam cõmuniter tenent le giſte: quia licet text. in. d. l. j. videatur loqui de ablata. tamen ru brica loquitur etiã de turbat. a qua licitum eſt argumentari vt no. glo. in proemio in. vj. in verbo titulus. ⁊ plene dixi ſuper ru
3 brica. de verbo. obliga. ¶ † No. etiam ex glo. caſum ſpecialem in quo ſeruus poteſt eſſe in iudicio regulariter contra. l. vir. ex cer tis. ⁊. l. non idcirco. §. j. ff. de iudi. ⁊. C. de iudicijs. l. ſeruus. ¶ In
8 gl. a ſecunda ibi: colligitur: ſed dic quod iſtud procederet quando appellans recuſaret ipſum iudicem ordinarium ſed hic non re cuſat. Et ideo poteſt ipſum adire. vt. s. dixit gl. ⁊ aditur hic via ordinaria. nam per viam attentati nõ poſſet adiri ipſe iudex a quo vt dixi in notabilibus. Alij tamen dicunt quod hic ſpolia tio fuit facta per appellantem quo caſu videtur appellans talia attentando ſue appellationi renuntiare cum ei non deferat. j. e. c. an ſit. Et ideo per appellatum agi poteſt ad ordinarium a quo fuit appellatum. Sed certe iſte intellectus non conformatur lite re: quia videtur loqui de appellante: quia dicit appellans. Un de alij dixerunt ꝙ eſt ſpeciale in cantuarienſi epiſcopo: q2 ex pri uilegio habet vt cognoſcat de appellationibus interpoſitis ad papã. Sed certe licet intellectus poſſit eſſe bonus tamen: q2 face ret decre. inducere ius ſpeciale ⁊ non ius cõmune melior videtur intellectus glo. vel poſſet etiam intelligi litera in appellante qui fuiſſet ſpoliatus a tertio: q2 appellatio licet ſuſpendat iuriſdictio
4 nem † quo ad appellatum non tamẽ quo ad tertium. j. eo. roma na. circa fi. lib. vj. Et facit quod no. eo. titu. ⁊ libro in. c. nõ ſolum. ¶ Item potuiſſet intelligi quando appellatione pendente ſpo liatur amicus vel filius appellãtis. nam licet talis petat reſtitui poſſeſſionem pro abſente ſpoliato qui appellauerat non per hoc renuntiatur appellationi: quia ipſe appellans nihil agit coram iudice a quo. ⁊ licet iſte intellectus etiam in ſe ſit verus tamen no tabilior eſt intellectus glo. vt etiam ipſe appellans poſſit via or dinaria petere poſſeſſionem ſibi reformari: quia licet pendeat ap pellatio ſuper proprietate rei tamen ſi appellans fuit pendente appellatione ſpoliatus ab appellato ⁊ petat appellans ſe reſti tui coram ipſo iudice a quo hec eſt noua cauſa ſeparata a princi pali quia diuerſa eſt cauſa poſſeſſionis a cauſa proprietatis. l. na turaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſ. ⁊ ideo non per hoc intelligitur renuntiare ſuper proprietate. ⁊ licet appellans poſſit iudicem recuſare in alia cauſa ſi tamen non vult non cogi tur cum illud ſit in eius fauorem inductum. de reg. iur. quod ob gratiam. lib. vj. Et ſi dicatur quod reſtitutio poſſeſſionis hoc ca ſu videtur annecti articulo appellationis qui poſſet retractari p viam attentati per iudicem ad quem dicas quod illud verũ quã do per viam attentati fieret reuocatio. nam tũc illud ſpectat ad iudicem ad quem. ſecus quãdo via ordinaria petitur reuocatio: quia tunc bene poteſt peti coram iudice a quo vt hic eſt caſus no tabilis ⁊ ſingularis ⁊ non reperies meliorem plus tamen dixit Inn. quod licet per viam attentati appellatione pendente non poſſit iudex a quo reuocare tamen tanquam attentatum lite pẽ dente per titulum. s. vt lit. penden. videtur poſſe reuocare ſine li bello. nam ſecundum eum poteſt dici ſatis lis pendere propter ſpem quam habet: quia poterit eſſe quod reaſſumet iuriſdictio nem. j. eo. vt debitus. primũ tamen dictum magis ſibi placet ſcꝫ qd via ordinaria ⁊ non per viam attentati retractare ⁊ iſtud vi det tutius per iſtum text. ⁊ predicta dicit vera do. Anto. ſi iudex a quo vult retractare per viam attentati. Sed ſi vellet reuocare aliquid quod ipſe iudex attentaſſet tunc bene poſſet. facit qd ha betur. j. eo. cum ceſſante. ⁊ alle. etiam quod no. ꝑ. Fede. in ſuis con ſilijs conſil. cxxxij. ⁊ adde etiam quod no. in. c. cum appella. j. eo. in. vj. vbi tangit gl. An iudex qui detulit appellationi poſſit ſta
5 tuere terminum appellanti. ¶ † Et no. precipue: q2 do. Ant. hic facit vnam regulam quod iudex a quo pendẽte appellatione po teſt ſe intromittere de his que tendunt in faciliorem exitũ appel lationis ad quod allegat quod habetur in. c. ij. de ma. contracto contra interdic. eccle. ⁊. s. eo. perſonas. ⁊. c. cuꝫ ſit romana. ⁊ facit etiam quod no. in Specu. de appellatio. §. penul. in prin. vbi po nit aliquos caſus in quibus poteſt aliquid innouari appellatio ne pendente ⁊ videtur dictum do. Anto. intelligendum quãdo via ordinaria aditur ipſe iudex a quo facit qd dicetur. j. eo. qua fronte. ⁊. c. ſolicitudinem. ¶ Et adde predictis quod licet iudex detulerit appellationi tamẽ videtur poſſe inhibere ne aliquid at tentetur in preiudicium appellationis vt videtur probari in. c. ij. de ma. contracto contra interdi. eccle. vt videtur voluiſſe Fed. in loco prealleg. ⁊ ſequitur hic do. Ant. vbi etiam videtur dicere qd ſi pendente appellatione ſuper queſtione inſtrumenti pronũ tiati non vſurarij qd dicebatur vſurarium per ipſum iudicem ec cleſiaſticum poterit ipſe iudex mittere inhibitoriam iudici ſecu lari ne exequatur interim inſtrumentum ſuper quo lis vſuraria pendet licet ſit appellatum ab eo. nam nihilominus poteſt dictã
6 inhibitoriam facere per predicta. † Nec ob. quod lite pendẽte nõ debet pars prohiberi vti iure ſuo quia illud verum niſi tẽdat in faciliorem exitum appellationis id quod agere vult per ea que ſupra ſunt dicta ⁊ plus dicit ꝙ ſi in ſent ẽtia diffinitiua reuocare ſet inhibitoriã prius factã iudici ſeculari debebit illam reuocare appellatione pendente quod eſt valde notandũ ⁊ ſequit̃ hic do. Anto. allegans etiã ad predicta qd no. i. c. tuã. de ordi. cog. Sed forte iſtud vlt. nũ nõ eſt ſine dubitatione q2 ex quo lata eſt ſentẽ tia diffinitiua videtur functus officio ſuo. s. de offi. dele. in literis ⁊. ff. de re iudi. iudex. Et ideo non videt̃ ꝙ poſſit reuocare id qd fecit in ipſa diffinitiua ſententia. tene tu mẽti dictũ do. Anto.

1 ¶ Appellatio an valeat certo grauamine non expreſſo.
2 Appellatio extraiudicialis non ſuſpẽdit penitus poteſtatẽ par tis ſecus in iudiciali.
3 Attentatum poſt ⁊ contra appellationem extraiudicialẽ nõ eſt ipſo iure nullum ſed venit irritandum.

b Conſuluit. Generalis [b] appellatio ſi fiat i omnibus cauſis non valet. Se cus ſi fiat in vna cauſa tãtum. h. d. Et primo ponitur deciſa conſultatio. Secundo reſponſio ibi cõſultatio
1 ni que habet duo membra. ⁊ ſecundum ibi ſi vero. ¶ † In gl. j. ibi iſtud tenet ſupple hodie per iura que infra allegantur etiam cũ glo. concor. Inno. in appellationibus iudicialibus ſꝫ in extraiu dicialibus dicit qd etiam hodie valebit appellatio certo graua mini nõ expreſſo dũ tamen aliquid dicatur vel fiat ex quo pro babiliter grauamen timeri poſſit ⁊ grauamen poſtea ſubſequa tur. nam extra iudicium poteſt appellari a futuro grauamine ſi probabiliter de illo dubitatur. facit quod dicetur. j. eo. c. bone. fa tetur tamen quod ſi aliquid paratum precedat quod ad illud re ſtringitur appellatio vt ſi peto aliquid extra iudicium ⁊ appel lo ne te grauem reſtringitur appellatio ad grauamẽ occurrens occaſione illius petitionis preparate ſeu cõtinuate. facit. j. eo. ad audientiã. ⁊. c. dilectis. Jo. an. dicit qd etiã in iudicialib' appel lationibus põt hodie ꝓcedere decre. in duobus caſibus. ¶ Pri mo qñ appellatio interponit̃ expreſſo certo grauamine ſubiecta clauſula generali vt ſi appello a iudice q2 me grauauit in tali fa cto ⁊ timẽs plus in futurũ grauari appello ab omni grauamine ꝑ ipſum inferendo. facit quod habetur. s. de dilationi. preterea. ¶ Item ſecũdo põt intelligi de appellatione generali interpoſi ta in cauſis maiorib' in quib' non eſt neceſſe cauſam exprimi. j. eo. vt debitus. tractat etiã hic Inno. de practica libelli ſup atten tatis ⁊ cõcludit ꝙ nõ dꝫ ſimplr̃ peti vt reuocet̃ quicqd factuꝫ eſt poſt ⁊ cõtra appellationẽ vel quicqd ſit ei annexũ per id qd habe tur. s. de elec. c. nobis olim. ⁊ de ꝓcuratoribus auditis. Nec ob. s. de iudicijs exhibita. ⁊. j. eo. ex parte vbi dicit̃ reuocato in irri tuꝫ quicquid poſt appellationẽ fuerit attentatum q2 dꝫ intelligi ſcꝫ contra ipſam appellationẽ ꝑ iura preallegata. ſꝫ Hoſt. hic di cit ꝙ quicqd dicit Inno. ꝙ nec ius nec curſus iudiciorꝫ admittit hanc ſubtilitatẽ. nã quicqd ſit poſt appellationẽ legitima retra ctatur. j. eo. dilectis. ⁊ tota die admittit̃ talis libellus peto attẽtã ta poſt appellationẽ retractari. fatetur tñ ꝙ tacite intelligat̃ ta lis petitio de eo qd cõtra appellationẽ vel cõtra iura ſit actũ per c. audita. de reſti. ſpo. ⁊ infra ad hoc. c. ſolicitudineꝫ. ſed do. Ant. hic dicit ꝙ opinio Inno. poteſt intelligi in appellatione extraiu
2 dicali: ſed ſm̃ Hoſt. in iudiciali. ⁊ ratio diuerſitatis eſt † quia ex traiudicialis non ſuſpendit penitus poteſtatem partis. de elec. conſideramus. ⁊. c. bene. ⁊ eſt quedã prouocatio ad cauſam. s. eo. cum ſit romana. ſed appellatio iudicialis ſuſpendit poteſtatẽ iu dicis ⁊ annullatur qd ſit poſtea ex defectu poteſtatis. dicit tamẽ
3 aduertendũ vt no. Archi. ij. q. vj. c. quoties. † ꝙ attentatũ poſt ⁊ cõtra appellationẽ extraiudicialẽ venit irritandũ q2 nõ eſt nullũ ipo iure. Sed attentatũ poſt appellationẽ iudicialẽ ſi eſt interpo ſita ex cauſis in iure expreſſis eſt nullũ. Sed ſi ex cã non expreſſa venit irritandũ de quo in palleg. c. quoties. per Archi.

1 ¶ Nuntij relationi creditur. ⁊ nu. 6.
2 Citatio facta ſine expreſſione certe diei an valeat.
3 Citatus ad maius tribunal ſi non cõparet licet vocet̃ ad minus cenſetur contumax. et nu. 5.
4 Citatus vt ſe preſentet coram papa poteſt per nuntium ſeu pro curatorem comparere.
7 Nuntio pape creditur circa citationem. ⁊ nu. 9
8 Nuntio non credit̃ de cõmiſſione ſibi facta niſi ⁊ illa appareat.
9 Nuntius ſi dicat ſe non retuliſſe id quod dixit notarius vel non retuliſſe prout ſcripſit an credetur nuntio an notario ſeu ſcri pture.

c Cum parati. Sub obtentu [c] appellatio nis nõ dꝫ quis cõtẽnere ci tationeꝫ legati. Et primo ponit qd opponebat cardi nalis epiſcopo. Secundo excuſationem epi. Tertio reſponſionem

8 ¶ In gl. ſecũ da. vide do. Abb. in. j. col. hic vſ. opp. cõ tra tex. nu. iiij.

b ¶ Generalis. idẽ ſummat. d. abb.

c ¶ Sub obten tu. vide hic caſum longũ i terminis ꝑ do. Abb.

Ayuntamiento de Madrid

reſponſionē cardinalis ad illaꝫ.Quarto citationē epi.ſecūda ibi.
cūqꝫ.tertia ibi cardinalis.quarta ibi nos attēdentes.¶ In tex.
ibi infra decidit ꝙ epſ.dicebat ſe applicaſſe anteꝙ eſſet excōmu-
nicatus ⁊ allegat quod ſequitur ibi aduocationem forte aduoca
bat eum ad concilium.¶ No.ꝙ excōicatus petens aliquid a pa
pa non debet audiri ⁊ videt hoc ꝓcedere etiā ſi extraiudicialiter
fiat petitio vt hic videt ꝓbari.¶ No.ꝙ videtur admittendū fo-
re ad opponendum de excōicatione ⁊ illum contra quem non di
rigitur petitio excōicati.facit ad notata de reſcriptis ¡ nōnulli ſu-
per glo.fi.⁊ ex hoc potes notare ꝙ in caſibus in quibus iudex ex
officio pōt ſupplere pōt etiāadmittere opponentem lꝫ eius non
1 interſit.¶ †No.ꝙ ſtatur relationi nūtij de his que aſſeruit vel fe
2 cit de quo in gl.¶ †No.ꝙ videt valere citatio etiam[a] ſi facta ſit
8 ſine expreſſione certe diei qꝛ intelligit tacite diēs vcꝫ ꝙ cōpareat
quā citius poteſt argu.l.ſi peculium.§.fi.ff.de ſtatuliber.⁊.ſ.de
do.⁊ contu.cum dilecti.⁊ de elec.cupientes.primo reſponſo.lib.
vj.⁊ hoc etiam ſequitur Jo.an.hic.⁊ tenuit Spec.in titu.de cita.
§.ſequitur.ver.quid ſi non prefixit ⁊ ſequitur etiā hic do.Anto.
licet Pet.⁊ Cy.teneant contra in l.fi.C.de ferijs.per.l.ita ſtipu-
latus.de verbo.obliga.vbi non valet ſtipulatio ſine die.Sed cer
te illud cōtingit qꝛ errore facta fuit omiſſio vt ibi plene nota.per
Bar.alias eſſet ſecus vt.l.de die.ff.qui ſatiſda.cogan.⁊.l.ſi fini-
ta.in prin.ff.de dā.infec.Sed aduerte qꝛ Bar.in.l.liber homo.§.
decem.de verbo obliga.videtur tenere opinio.Pet.per.l.aut qui
aliter.§.j.ff.qđ vi aut clam.vbi videt ꝙ citatio debeat certū tem
pus continere Ang.ibi videtur concordare opi.qꝛ ſi querimus
an valeat citatio ſine die quantum ad hoc vt poſſit iudex punire
cōtumacem ſi non veniat quā primum poteſt.⁊ tunc dicit qđ ſic.
⁊ ſic intelligatur iſte tex.⁊ opinio Spec.¶ Aut queritur nunqd
valet talis citatio vt poſſit procedi in cauſa ad ſententiā vel aliū
actum expediendum ⁊ dicit qđ non ex quo nō habet certum diē
per ea que habentur in.d.l.aut qui aliter.§.j.⁊ ſic poſſit intelligi
opi.Pet.et Bar.quod no.quia do.Anto.hic non tangit predi-
3 cta ſed tranſit ſimpliciter cuꝫ Jo.an.¶ †No.ꝙ vocatus ad ma
ius tribunal ſi non cōparet licet vocetur ad minus tribunal cen
ſetur contumax quia debet ſuperiori parere.facit.l.contra pupil-
4 lum.§.is qui.ff.de re iudi.¶ †Not.ꝙ citatus vt ſe preſentet co-
ram papa videtur poſſe comparere per nuntium ſeu procurato
rem.facit qđ habetur in.c.eps.xviij.diſtin.⁊ ſic tranſeat Jo.an.⁊
do.Anto.hoc videtur intelligendum niſi qualitas cauſe requi-
reret preſentiam perſonalem.facit quod habetur.ſ.de dilatio.c.
expoſuit.⁊ in.l.inter artifices.ff.de ſolu.in gloſſa.ij.vbi exemplo
5 Petri vt habetur Luce.v.c.et.j.q.ij.§.verum.¶ †In ea.gloſſ.
in fi.Conclude pro declaratione glo.ſi queritur quādo quis vo-
catur a duobus ſuperioribus cui magis ſit obediendum qꝛ aut
vtrique poteſt obediri ⁊ tunc vtrique eſt obediendum vt hic voluit
Hoſt.⁊ facit quod habetur in.c.ij.ſ.de maio.⁊ obedien.et in.l.
ſi quis in graui.§.ſi cum omnes.ff.ad ſillen.¶ Si autem nō po-
teſt vtrique obedire vt quia pro eadem die vocatur vt perſonali-
ter ſe preſentet ⁊ tunc aut mandātes ſunt pares.⁊ obediendum
eſt illi cui magis aſtringitur.argu.j.de teſta.cum in officijs.⁊ in
d.§.cum omnes.¶ Si autem vtrique pariter aſtringitur paren-
dum eſt illi qui eſt in maiori neceſſitate per predictum.§.ſi cum
omnes.⁊ vbi eſt equalis neceſſitas parendum eſt primo vocan-
ti.arg.ſ.de reſcrip.ceterum.¶ Si autem nō ſunt pares ſꝫ vnus
eſt ſuperior alter inferior.⁊ tunc in his que ſunt iuriſditionis tā
ſuperioris quam inferioris parendum eſt ſuperiori.facit.d.l.con-
tra pupillum.§.j.ff.de re iudi.in his vero que ſpectant ad iuriſ-
ditionem inferioris ⁊ non ſuperioris parendum eſt inferiori.ſ.
de offic.ordi.paſtoralis.⁊ per hoc poteſt inferri ad id qđ tetigit
gloſ.videlicet an prius ſit parendum regi quam alteri prelato ſi
prius a rege fuit vocatus quia certe non ſi non tenet ab eo rega-
lia vt etiam ſenſit glo.qꝛ tunc non cenſetur ſubiectus Regi ſꝫ tā-
tum ſuperiori prelato.¶ Si autē tenet a rege regalia tunc Hoſt.
videtur tenere qđ parendum eſt prelato tanꝙ maiori.de maio.⁊
obedien.c.ſolite.⁊ hoc quādo non poteſt vtrique parere.ſꝫ Inno.
videtur velle hoc verum quādo conſtat prelatum velle manda-
re contra mandatum regis:quia tunc ſibi prius quā regi eſt obe
diendum argu.d.c.ſolite.⁊ quia fortius eſt vinculum ſpirituale
quam carnale.de tranſla.c.ij.ſed non conſtat prelatum velle ex
cludere mandatum regis preambulum obediendum eſt tunc re
gi prius requirenti qſi ab eo tenet regalia qꝛ non intelligitur in
dubio prelatum mandaſſe ad preiudicium regis niſi hoc expri-
mat arg.de offi.deleg.ſuper eo.⁊ hec vera in prelato inferiore a
papa.ſed vbi papa vel eius vices gerens vocat tūc ſibi pre oībus
eſt obediendum vt voluit hic glo.⁊ per predicta videtur ꝙ lꝫ ma
le faciat prelatus eccleſiaſticus ſuperior mandās inferiori quod
non obediat mandato regis preambulo ſed compareat corā eo
quando nō ſubeſt iuſta cauſa faciēdi tale mandatū ſi pur ipſum
6 faciat ei eſt obediendū.¶ †In gl.nūtius ibi fideliter exequenti

quod in dubio preſumitur ſi aliud nō apparet per ea que habē-
tur.in.c.ad audientiam.de preſcriptio.⁊ in.c.vno.de ſcrutinio.
¶ In ea.gl.ibi:al's non crederetur vt ſi forte referat delictū ali-
quod eſſe commiſſuꝫ.facit quod habetur in.l.diuus.ff.de cuſto.
7 reo.⁊ in.l.j.C.de decurio.lib.x.¶ †Et no.bene hanc gloſ.cuius
b opi.communiter tenetur ⁊ practicatur videlicet ꝙ nuntio[b] pape
credatur circa citationem licet gl.alias dicat.ſ.de probatio.quō
niam contra.de quo etiam per gl.lxxxij.diſt.propoſuiſti.iiij.q.iij.
§.item in criminali.ver.item teſtes.Spe.vero in tit.de citatione.
§.ſequitur.ver.ſed nunquid credetur.tenet qđ creditur nūtio ſal-
uo niſi ille qui dicitur citatus aſſerat contrarium cum iuramen-
to.Hoſtiē.vero dicit hoc arbitrarium inſpecta qualitate cauſe ⁊
perſonarum arg.c.fi.de iureiuran.Archi.in.d.c.propoſuiſti.pro
hoc allegato.quia graue videtur eſſe quod vni nuntio forſan vi
li contra epiſcopum iurantem contrarium credatur cum epiſco-
pus ſic poſſet damnari abſens ⁊ non audiretur appellans ſi cen
ſeretur contumax.ij.qō.vj.§.ſunt quorum.de quo etiam remittit
ad ſummam.de contumacia.§.qualiter.verſ.quid ſi abſens.Jo.
And.in additio.Spec.ſuper dicto verſic.ſed nunquid credetur
tenet in effectu opinio.Hoſtien.videlicet quod ſit arbitrarium:
ex qualitate perſonarum et cauſe et ſi iudex male arbitraretur
poſſet appellari.facit quod habetur.ff.de verborum ſignifica.l.
ſi qua pena.de offic.delega.ab arbitris.lib.vj.licet ſecus ſit in ca
ſu.c.ſtatutum.de reſcrip.eod.lib.§.aſſeſſorem.Barto.in extraua
ganti ad reprimendam in verbo nuntium.per illum text.tenet
opinio.glo.⁊ ſic ſeruaretur ⁊ practicaretur:quia creditur niſi pro
betur cōtrarium quod poſſet fieri ſaltem indirecte.Sed id quod
habetur.ſ.de teſtib.ex tenore.et in.l.optimam.C.de contrahen.
⁊ committenda ſtipulatione.⁊ ſic quicquid ſit iuris ſeruatur qđ
8 dixi.¶ †An autem de commiſſione facta nuntio credatur ſi-
bi.Concludit Joan.And.in dicta additio.quod non niſi appa
reat de illa.facit licet non alleget quod habetur in.l.fi.C.de exhi
ben.reis.⁊ ideo dicit quod debet commiſſio iudicis facta nuntio
ſcribi in actis quod dicit eſſe contra multas curias in quibus nō
ſcribitur niſi relatio nuntij nec ſcribitur commiſſio:ſed ſolum ſcri
bitur retulit talis nuntius ſe de mandato talis iudicis talem ci-
taſſe.nam de iure talis relatio non probat commiſſionē ſeu man
datum.Et ideo non valeret citatio.per id quod habetur in.d.l.
neminem.cum ibi nota.per Bart.ſed forte tales relationes poſ-
ſunt ſuſtineri ſi cōſuetudo omnino obſeruatā illud habet.per id
quod habetur in.l.de quibus.ff.de legi.⁊.ſ.de conſuetu.c.fina.
Sed vbi non apparet de conſuetudine non valeret proceſſus qđ
9 diligenter not.quia ſepe vidi in hoc errari.¶ †An autem cre-
deretur nuntio referenti de verbis citantis.vt quia refert citatus
dixiſſe ſe non venturum ſeu quod non vult venire dicit Joan.
And.in additio.predicta quod non:quia ſicut non creditur nun-
tio ſuper commiſſione:vt eſt dictum ſic nec creditur ſuper reſpon
ſione facta per partem:⁊ quia etiam non crederetur ſibi ſi dice-
ret ſe iniuriatum a citato.⁊ ſi dicas quod talis reſponſio citati vi
detur annexa citationi dicit id non eſſe verum:quia certum eſt
citationem eſſe perfectam etiam citato dicēte.⁊ ideo oportet ali-
ter probari dictam reſponſionem.facit ꝙ no.de ſen.excom.c.ve
nerabilis.§.ſecus.lib.vj.⁊ quod ſuperius dixi tenuit Joā.An.in
10 titu.de contumacia.§.j.in magna additione.¶ †Quid autem
ſi nuntius dicat ſe non retuliſſe id quod dixit notarius vel nō re
tuliſſe prout ſcripſit an credetur nuntio an notario ſeu ſcripture
notarij de hoc tangitur per Cyn.in.l.ſi quis decurio.C.de fal.⁊
per Jo.An.in titu.de inſtr.edit.§.reſtat.ſuper ver.quid ſi vnus.
⁊ ibi concludit poſt Cy.hoc eſſe arbitrarium ex qualitate perſo-
narum cum vterque gerat officium publicum.vnde ſi tabellio
eſt ſuſpectus propter alia prius geſta per eum tunc nō credetur
ſibi ex quo tali ſuſpicioni addicitur dictum vnius teſtis ſcilicet
nuntij:qꝛ duo imperfecta faciunt vnum perfectum.C.de teſta.l.
ſancimus.⁊ facit quod no.Bar.in.l.admonendi.circa fi.ff.de iu
reiuran.⁊ qđ habetur in.l.rationes.C.de probationi.alias in du
bio ſtabitur ſcripture tabellionis.per id quod habetur in.l.preci
bus.C.de probatio.⁊ facit quod no.Bart.in.l.j.ff.quemadmo-
dum taſtament.aperi.⁊ quod habetur in.l.legitimos.ff.de legi-
timis tutoribus.facit etiaꝫ ad predicta quod no.ſ.de probatio.
quoniam.¶ Adde hic que dixi circa notabilia ſi vis tenere ſim
pliciter opinio.Jo.an.⁊ Spec.quod citatio facta ſine die teneat
quam etiam tenuit Bald.in.l.qui ante calendas.in quibuſdam
additionibus.ff.de verb.ob.quas fecit ſuper digeſto nouo.licet
non alleget dictum Jo.an.nec Spe.potes reſpondere ad legeꝫ
aut qui aliter.§.j.ff.ꝙ vi aut clam.per quam mouetur Bar.⁊ ibi
nō loquitur in citatione facta per iudicem ſed in denuntiatione
quā fecit pars de opere qđ intendit facere que debet eſſe certa.vt
ibi dicit ⁊ ratio diuerſitatis eſſe pōt vt tetigi in.d.l.qui ante ca-
lendas.qꝛ vbi iudex citat in dubio dꝫ intelligi qđ cōpareat cita-
tus quā primū pōt vt ſic lis citius expediatur ⁊ non ꝓtelet.nā ⁊

a ¶ Citatio etiā an aūt valeat ſine cōmiſſiōe vide ꝑ pau.de caſt.ff.de i ius voc.l.adopti-uū.§.ꝓtor.nu.xxi.fol.xxiiij.in impreſſione lugdunēſ.

b ¶ Qđ nūtio.An nūtio refe-rēti credat vi-de hic per do.Hē.boych.in prin.c.⁊ ꝑ do.Ab.in.iiij.col.ver.quero etiā ⁊ reuoco.nu-me.xij.

Ayuntamiento de Madrid

ad eius officiū ſpectat lites abbreuiare.l.properandum.C.de iudicijs.z.s̄.de do.z contu.c.finem litibus.z ſe.in.d.l.aut qui aliter §.j.pendebat a mera voluntate partis quādo vellet facere opus nec arctabitur illud certo tempore facere.ideo ſi denuntiat velle opus facere debet illa denuntiatio eſſe certa z tempus certum continere in quo vult facere opus alias non poſſet aduerſario ſi non interſit quando ſit opus cum probabiliter tempus illud potuerit ignorare: z ſic videtur poſſe defenſari opinio Spec.z Jo.An.propter tamen opiniones vitandas tutius eſt quod apponatur tēpus illud: q2 potuerit ignorare: z ſic videtur poſſe defenſari opi.Sp.z Joā.an.propter tamen opi.vitandas tutius eſt ꝙ apponatur tempus in citatione.

1 ☞Appellans cogitur proſequi appellationem infra tempus ſibi ſtatutum a iudice a quo: vel parere mandatis ipſius iudicis.

2 Tempus appellationis proſequende currit a tempore appellationis interpoſite.

**A**d hec. Qui iurat ſtare mādato eccleſie z contra iuramentum appellans ſi nō grauatur non poteſt appellare.h.di.cum ſequen. ¶ In tex.ibi: preſtat forte tempore quo abſoluuntur ab excommunicatiōe.Facit quod habetur.j.de ſenten.excom.c.ex tenore.z.c.cū deſideres. ¶ No.ꝙ appellans a quo minus impleatur iuramentum non debet audiri.facit.j.c.proxi. ¶ † Not.qđ

1 appellās cogitur proſequi appellationem infra tempus ſibi ſtatutum a iudice a quo vel parere mandato ipſius iudicis.facit qđ

2 habetur.s̄.eo.ſuper eo.z.c.peruenit. ¶ † No.ꝙ tempus appellationis proſequendi currit a tempore appellationis interpoſite. de quo.s̄.eo.ex ratione.z in cle.ſicut appellationem.de appellatio. ¶ No.qđ iuramentū preſtitum iudici videtur habere promptam executionem ſicut ſententia. ¶ In gl.j.ibi: ſecundum qđ iurauerat ſupple: quia ſeruari debet iuramentum quod ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis eterne.s̄.de iureiuran.ſi vero.z.c.cum contingat.

1 ☞Abſolutus ſemel non reincidit in excommunicationem licet reincidat in delictum.

2 Actio ſemel extincta non reſuſcitatur.

3 Sententia excommunicationis non ligat inquantum implementum precepti reducatur ad impoſſibile.

4 Crimīoſus non poteſt teſtificari z non admittitur ad preſtandum iuramentum.

a **Q**ueſtioni. Summatur [a] cum precedenti. Et primo ponit cōſultatio.Secundo reſponſio.ſecunda ibi tibi. ¶ No.j.ꝙ in abſolutione ab excōicatione preſtari debet iuramentum. ¶ No.qđ hoc videtur inductū ex conſuetudine eccleſie: z ſic videretur q2 non ſit de ſubſtantia abſolutionis.Hoſt.tamen tenet cōtrariū dicens qđ nō licet trāſgredi conſuetudinem ſicut nec legem.de quo.j.de ſenten.excō.cū deſideres.z cōiter tenet qđ non preciſe eſt de ſubſtantia quin abſolutio valeat ſine illo.lz Hoſtiē. contra de quo plene dicendum vt ibi. ¶ No.ꝙ appellatio contra iuramentum vel preceptum executiuum iuramēti inquantū contineat iuſtum z nō contra ius nō tenet nec eis,dz deferri. ¶ No. qđ nō parens mādato facto ad executionē iuramenti preſtiti in abſolutione ab excōicatione nō reincidit ipſo iure in excōicatio-

1 nem niſi iterato actualiter in illa reducatur. ¶ † Et ex hoc no.ꝙ ſemel abſolutus nō reincidit in excōmunicationē licet reincidat in delictū pro quo fuit excōicatus niſi de nouo reducat in illam ab hoie vt hic pz vel a iure vt in caſu decre.eos.de ſen.exc.in.vj. vel niſi reducat ex vi abſolutionis cōditionalis.Et eſt ratio pre

2 dictorū.† q2 actio ſemel extincta non reſuſcitatur.l.q res.§.arena. ff.de ſolu.z de conſecratio.diſtin.iiij.queris. ¶ No.qđ ſemel contumax poſt abſolutionē in parendo mandatis eccleſie nō videt abſoluendus ſolūmodo cautionē preſtando ſed ita demū ſi inci-

3 piat parere mandatis. ¶ † No.arg.ꝙ ſententia excōmunicationis nō ligat inquantū implementū precepti reducat ad impoſſibile de quo dicendū.vt no.Inn.j.de offi.dele.p.z.g.z per gl.in c.ij.s̄.de teſti.cog.q2 iſtud nō videt pcedere quādo preceptū non habet in ſe errorē expreſſum.vt notatur in iuribus preall. ¶ In gl.j.in fi.z ſic in effectu vult glo.ꝙ in.c.precedenti appellauit ex iuſta cauſa hic ſecus z hec vera ſolutio licet Jo.j.q.vij.c.ſi qui.faciat differentiā an quis iurauerit ſtare mandatis eccleſie.z tunc nō poſſit z ſic pcedit hoc.c. Sed certe hec ſolutio nō eſt bona in ter predicta nō eſt in effectu differentia vt no.per glo.j.de ſen.ex-

4 cō.ex tenore. ¶ † In gl.penul.ibi: nō poteſt ibi videt dici qđ criminoſus nō pōt teſtificari.z ſic nō pōt admitti ad preſtandū iuramentū de quo plene in.c.teſtimoniū.s̄.de teſti. ¶ In ea.gl.ibi preter iuramentū intellexit forte Tan.z ſic videt etiā intelligere j.gl.ꝙ iſta dictio preter ſtet excluſiue: z ſic excludat iuramentum qualiter tū debeat accipi in.c.literas.de preſump.ibi dictū fuit. ¶ In ea.gl.in fi.Hoſt.dicit ꝙ licet iuret z etiā fideiubeat nō debebit abſolui niſi ſaltē inceperit implere mandatū iudicis.argu. huius.c.per iſtum tex. Fatetur tamē ꝙ etiā a periurio in abſolutione ab excōmunicatione debet exigi iuramentū: q2 illud eſt de forma abſolutionis p ea que habent in.c.cū deſideres.j.de ſen. excō.z facit quod habetur in.c.cum in eccleſijs.alleg.in glo.z q2 nō debet eſſe melioris cōditionis ille qui nō paret mādatis iudicis quā q paret.arg.j.de prebē.eum qui.li.vj.z.ff.qđ vi aut clā.l. ſeruus. ¶ Itē aduerte q2 litera hic loquit qn̄ poſt factā abſolutionē appellat vt hic patet z ſic non hz cōe cum.c.ſolicitudinē.j. eo.nec cum.c.qua fronte.in quibus appellatū fuit ante abſolutionem an eo caſu quo appellatum eſt ante abſolutionē p excōicatum poſſit pendente appellatione petere ſe abſolui a iudice a quo tangit hic Inn.de quo dicetur in.d.c.qua fronte.

1 ☞Appellatio eximit appellantem a iuriſditione iudicis a quo ſolum reſpectu cauſe in qua eſt appellatum.

**P**reterea. Appellans ab ordinario puniri pt ab eo de delicto qn̄ poſtea cōmittit.h.d.Secundo ibi diximus. ¶ † No.ꝙ appellatio eximit appellantem a iuriſditione iudicis a quo

1 appellatur ſolū reſpectu cauſe in qua eſt appellatum.facit quod habetur.s̄.eo.ſuper eo.eſt.z.c.ad hec.in.j.vna. ¶ Not.ꝙ inuenta ad releuandam iuſtitiam non debent fouere iniquitatem.facit quod habetur.s̄.de exceptio.cum inter.z.s̄.eo.ſuggeſtum.

1 ☞Electio facta poſt primam appellationem que eſt nulla valet etiam prima aliter non caſſata.

2 Electio ſi pronuntietur a pluribus z etiam per verba pluralis numeri valet.

**C**onſtitutis. Qui detulit appellatiōi aduerſarij de ſua poſtmodū appellatione nō poterit contra aduerſarium excipere.h.d.Et pmo deciſe narrat factū.Secūdo dat iudi-

1 ces.ſecūda ibi ideoqz. ¶ † No.ꝙ electio facta poſt primā appellationē q̄ eſt nulla valet etiā prima aliter nō caſſata.de quo plene s̄.de elec.auditis.z.c.cōſiderauimus. ¶ Not.ꝙ vbi qs nō defert appellationi alterius nō eſt etiā ſue appellationi neceſſario defe-

2 rendū. ¶ † No.qđ valere videt electio ſi pronūtietur a pluribus z etiā per verba pluralis numeri.ſed de hoc dic vt hodie habet in.c.cum ab vno.de re iudi.in.vj.per quod.c.deciduntur no.per Inno.z Hoſt. ¶ No.ꝙ in electione epiſcopi videtur ꝙ nedū debeat interuenire conſenſus canonicorum vel maioris partis eorum: ſed etiam conſenſus cleri totius epiſcopatus vel maioris partis z ſanioris partis eorū quod poſſet procedere qn̄ hoc haberet conſuetudo.facit quod habetur.s̄.de cauſa poſ.cum eccleſia ſed de iure cōmuni videtur ſpectare ad collegiū canonicorū ipſius eccleſie de quo plene in.c.j.s̄.de elec. ¶ In glo.j.in fi.ſupple: quia ibi loquitur de ſuſpenſo a participatione propter participationem loquele cum excōmunicato z ſic de ſuſpenſione minori.Secus de ſuſpenſione ab officio z ſic de ſuſpenſione maiori j.de re iudi.c.j.lib.vj.z de ſenten.excō.c.j.eo.lib. ¶ In gl.ſi.ibi.c. auditis.in quibus videtur probari qđ non valet ſecunda electio facta poſt primā nō caſſatā: ſed reſponde vt ſequit q2 illud verū quādo prima fuiſſet aliqua.Secus quando prima fuiſſet nulla vt hic fuit multis de cauſis vt hic per glo.

1 ☞Appellatio ex viribus appellationis non ſuſpendit iuriſditionem iudicis a quo in cauſa ſeparata poſſet tn̄ talis iudex ab appellante recuſari ex quo ſemel fuit grauatus.

2 Recuſatio iudicis nō habet locū in notorijs.et nu.5.

3 Judex a quo appellatū eſt recuſari pōt in alia cauſa.

4 Graue delictum quando dicatur.

b **P**ropoſuit. Appellans [b] ab ordinario in vna cauſa in alijs corā eo conpellitur reſpondere.poteſt tamen eum recuſare ſi vult niſi de graui z manifeſto crimine conueniat.h.d.Secunda ibi ſuper quo ibi compellere ſupple ſi ille vellet eū recuſa-

1 re. ¶ † No.j.qđ appellatio ex viribus appellationis non ſuſpendit iuriſditionem iudicis a quo in cauſa ſeparata poſſet tamē talis iudex ab appellante recuſari ex quo ſemel fuiſſet grauatus.

2 ¶ † Not.quod in notorio non videtur habere locum recuſatio ſaltem quando delictū nedum eſt notorium ſed etiam graue de quo tangetur cum glo.fi. ¶ No.quod in notorijs videtur poſſe quem dānari abſqz alia declaratione facti.facit qđ habetur.s̄.eo.peruenit.et per iſtum tex.dicebat hic Uincen.quod in notorijs non obſtabat agenti exceptio ſpoliationis licet illa habeat obſtare in non notorijs.s̄.de ordi.cogni.c.ij.z.c.fi.z non eſt ſecundum eū.quia ſicut non poteſt opponi dicta exceptio poſt litē cōteſta.cum ſit dilatoria.per id quod habetur.s̄.titu.j.inter monaſterium.ita ſecundum eum nō debet opponi in notorijs cū plus videatur aliquid eſſe notorium quam litem eſſe cōteſtatam.per id quod habetur in ſimili in hoc tex. ¶ In glo.ij.ibi eſt in pēdēti contrarium tenet hic Joan.and.z do.Anto.poſt eum quia ſi appellans

a ¶ Summat. ſup hoc.c.ſi q̄ras vtrū pluri admittant ad iurādū diſtingue hic ſecūdū domi.Henri. boych.in pn.

b ¶ Appellās. nihil differt ꝟ ſummarium a ſummario do. Abb.

Ayuntamiento de Madrid

appellans vult ꝓbare grauamen in cauſa recuſationis:et illud probet licet pendeat appellatio:q2 adhuc non ꝓbauerit grauamen ⁊ ille poterit recuſare etiã pendente ipſa appellatione.per id qd̃ dictum fuit.s.in.c.ad hec.probatiões facte in cauſa recuſationis videnť proficere in cauſa appellationis cũ ſint facte ad alium finem.arg.s.de teſti.veniens.c.ij.et ideo erit neceſſe qd̃ iterato fiant in cauſa appellationis:vt dictum fuit in.c.ad hec. ¶ Aduerte tamẽ quia Hoſ.dicit ꝙ iuſta cauſa recuſandi iudicem ex eo:q2 fuit ab eo appellatum in alia cauſa ꝑpter ea q2 iudices a quibus appellatur ſolẽt ꝓuocari ex appellatione.allegant.l.iij.C.de epiſco.audien.ar̃s.C.de ꝑ[illegible] trini.ſed melius facit qd̃ habeť in.l.in minoribus.C.de appel.et.l.fi.ad fi.C.qñ prouo.non eſt neceſ.propter quã prouocationem ſolent ſe velle vlciſci.facit licet nõ alleget qd̃ habetur in.l.[illegible] maior.§.ſi
5 libertus.ff.de oper.lib.⁊ ideo ſm eũ poterit iudex a quo eſt appellatũ recuſari in alia [illegible].⁊ hoc etiã no.ipſe Hoſ.in ſumma de iudi.circa finem.ve[illegible] ergo caſib⁹.⁊ hec opi.multũ cõformatur tex.in.c.ad hec ſi in vna.s.eo.vt ibi etiam dixi licet tunc nõ viderim iſtam opi.ſed Jo.and.⁊ do.Ant.nituntur hãc opi.reprobare ex eo q2 iudex non debet prouocari ex appellatione cum appellans vtatur iure ſuo.facit.s.de electio.in.c.cu3 eccleſia vulterana.⁊.ff.de iniur.l.iniuriarum.⁊ ideo ſm eum nõ erit ſufficiens cauſa ipſa appellatio ad recuſandũ niſi aliter conſtaret iudicem iniuriatu3 eſſe parti.facit qd̃ habetur.s.de offic. deleg.cũ ſuper.in parte deciſa.⁊ qd̃ ibi notatur in prima gl.Tu potes attentare qd̃ ſine dubio ſcd̃m hec tempora ſufficiẽs erat cauſa recuſandi ipſa appellatio preambula per text.in dicto.c. ad hec ſi in vna non violãda.q2 ſicut ſcd̃m hec iura de facili admittebatur appellatio.ij.q.vj.ad romanam.⁊ qd̃ ibi notatur.⁊ qd̃ no.in ſumma dicte queſtionis.et ꝑ id qd̃ habetur.j.eod.per-uenit.etiam de facili admittebatur recuſatio.arg.eius quod habetur in.c.ſuper eo.el.ij.ver.in cauſis.s eo.quinimo plus videtur poſſe dici qd̃ etiam hodie ſit iuſta cauſa recuſandi pendentia dicte appellationis cum non reperiatur hoc correctum.per id quod habetur in.c.cum expediat.de electio.in.vj.⁊ in.l.ſanci mus.C.de teſta.nec obſtat hoc qd̃ dicit domi.Ant.videlicet ꝙ ſi a iudice appellatur nõ debet prouocari ex appelatione:quia licet illud ſit verum ⁊ propter hoc nõ poſſit agere actione iniuriarum.vt notatur in dicta.l.⁊ in maioribus.⁊ in dicta.l.fin.C. qñ prouo.non eſt neceſ.tamen aliqualis iniuria videtur inferri ipſi iudici appellando:quia videtur pars dicere qd̃ male ſe habuit in taliter iudicando.⁊ ideo.preſumi poteſt ꝙ aliqualiter ſit prouocatus ⁊ pro tanto videtur qd̃ poſſit recuſari.per ea q̃ habenť in dicto.c.ad hec ſi in vna.⁊ qd̃ habetur in dicta.l.fina.C. quãdo ꝓuoca.non eſt neceſſe.⁊ ideo forte de iure opi.Hoſſ.pcedit quicquid dixerit Jo.and.⁊ do.Anto.Fateor tamen qd̃ vbi probaretur grauamẽ a quo dicitur appellatum.vt voluit Joã. and.⁊ tunc clarum eſſet ꝙ poſſet recuſari.ſed ſm Hoſ.ſufficeret probare pendentia appellationis.¶ Jn glo.fin.ibi:non notorijs.et ſic ſtricto ſumpto vocabulo differt manifeſtum a notorio lato ſumpto vocabulo licet quandoq3 ſumatur pro notorio.de quo i.c.veſtra.j.de cohabi.cleri.⁊ mulierũ.⁊.ij.q.j.c.manifeſta. vel potes dicere ſecũdo ſm Hoſtiẽ.qd̃ hic loquiť in manifeſtis ⁊ grauib⁹.ſed contrarium loquitur quando eſt manifeſtum ſed
4 nõ graue ⁊ dicetur † graue ſm Hoſt.de quo plurimi ſcandalizantur et qd̃ quaſi vniuerſam cõmouet vrbem.xxvj.q.vj.c.fina. vel relinquitur arbitrio iudicantis.j.de ſent.excõmu.cũ illorũ. ver.niſi exceſſus.⁊ ſcd̃m hoc videretur qd̃ in notorijs nõ grauibus admittatur recuſatio.ſed hic videť contra notata ꝑ Jnno. j.de cenſi.venerabili.⁊ de verb.ſigni.ex parte.vbi videtur dicere qd̃ in notorijs iudex non debet dici ſuſpectus:quia nihil habet cognoſcere ſed ſolũ exequi.⁊ propter hoc melior videtur ſo-
5 lutio glo.¶ † Aduerte tamen quia quod dixi in notorijs nõ habere locum recuſationem eſt verum inquãtum iudex vellet imponere penam a iure determinatam quo caſu non poſſet etiam appellari:ſecus ſi aliam vellet imponere ⁊ tunc grauaret.¶ Si autem pena non eſſet a iure determinata ⁊ ſic relinquereť arbitrio iudicantis ſm notata de offic.delega.de cauſis.tunc quia in arbitrio poſſet grauare partẽ poterit tunc poſtea recuſari ſi ſit ſuſpectus.⁊ ſic põt intelligi.c.quia ſuſpecti.allega.in glo.ſm alium intellectum.de quo ibi etiã per Arc.⁊ ſic etiã debet intelligi qd̃ habetur in.c.nouit.j.eo.⁊ qd̃ no.gl.de offi.deleg.c.j.lib. vj.in glo.magna.circa fi.⁊ ſcd̃m predicta etiã limitari debet dictum Jnn.in locis de quibus.s.

1 ☞ Ordinẽ iuris peruertens ⁊ cõtẽnens canones videť indignus gratia ſedis apoſtolice.
2 Electio vbi debeat fieri.
3 Spiritualia exercenda non ſunt in domibus laicorum etiam ſi ſint principes.
4 Excõmunicatus ꝓ cõtumacia vel alia cauſa põt per excõmunicatorem abſolui preſtita cautione de parendo mãdato iudicis ad quem appellatur nõ obſtante appellatione et contradictione partis aduerſe.
5. Cauſa appellationis regulariter non defertur ad curiam vt ibi tractetur.
6 Excõmunicationis ſententiã iniuſtam corã ſuperiore excõmunicantie [illegible] debet ante ingreſſu3 iudicij abſolui preſtita debita cautione.
7 Appellatio nõ admittiť in his que nõ capiunt dilationem.
8 Excõicatus ſi appellauit ⁊ poſtea petat ſe abſolui ab excõicatore an excõicator poterit eum abſoluere.
9 Jn abſolutione ab excõicatiõe an ꝑs [illegible] ⁊ an ſatiſfieri debeat de expenſis ante abſolutionem.
10 Judex pro excõicato ſupplere poteſt ſi vult in his in quib⁹ iudex ex officio ſupplere poteſt de facto.

Ua fronte. Abſoluitur excõmunicatus cautione recepta:licet aduerſarius vel excõicator ne abſoluatur appellet.h.d.et primo reprehendit querentem.Secũdo duplici eius queſtioni reſpondet.Secunda ibi:ſane.Secunda queſtio ibi de
1 his.¶ † No.primo ꝙ peruertens † ordinẽ iuris ⁊ contẽnẽs canones videtur indignus gratia ſedis apoſtolice:ſic etiam dicimus de excõicato et inobediente.s.de offi.ordi.ꝙ ſedem.et.s. eo.cum parati.⁊ facit qd̃ habetur.s.de tempo.ordi.vel non eſt vbi etiam in ſimili redarguitur faciens contra canones.¶ No.
2 locum in quo confirmari põt † electio ⁊ debet q2 debet fieri in eccleſia vel palatio epiſcopali vel in camera ꝓprij epi.et ex hoc videť argui qd̃ confirmatio electionis fieri poteſt extraiudicialiter ex quo nõ habet fieri neceſſario in tribunali ex quo ſolue-uit ius reddi.et hoc videť ſatis poſſe tolerari ſm illa iura ſm q̃ poterat fieri confirmatio que habebat vim interlocutorie ⁊ nõ diffinitiue.vt voluit Jnn.j.eo.cõſtitutus.ij.⁊ no.gl.j.de elec.c. fin.in.vj.facit qd̃ no.Jnno.s.de do.⁊ cõtu.cum olim.⁊ de elec. cum dilecti.vnde poterat fieri etia3 parte non vocata:vt no.in iurib⁹ preallega.ſed hodie neceſſario vocãda eſt pars ſm formã dicti.c.fi.de elec.in.vj.et ſic videreť qd̃ hodie deberet fieri in tribunali:vbi redditur ius.facit.l.penul.ff.de inſti.⁊ iure.Archi. tamẽ in.c.ſi epiſcopus.de offi.ordi.in.vj.videtur velle per illu3 tex.ꝙ poſſit in quolibet loco ſue dioce.dũmõ honeſto reddere ius.et ſcd̃m hoc videretur qd̃ etia3 hodie in camera ipſius epiſcopi poſſet facere confirmationẽ ſi illum locu3 eligeret pro iu-
3 ridico tutius tamẽ eſt qd̃ fiat in loco tribunalis.¶ † Nota qd̃ in domib⁹ laicorum etiã ſi ſint principes nõ ſunt exercenda ſpiritualia:quia in hoc videtur detrahi dignitati eccle que maior eſt regali.s.de ſacra vnctio.c.vno.dicit tamen Jnn.hic:ꝙ licet non debeat fieri confirmatio in talibus locis ſi tamen fiat tene-
4 bit.facit quod not.s.de elec.cum terra.qd̃ no.¶ † No.ꝙ excõmunicatus pro cõtumacia vel alia cauſa poteſt abſolui ꝑ excõmunicatorem preſtita cautione de parẽdo mãdatis iudicis ad quem appellatur vel eius delegati non obſtante appellatione ⁊ cõtradictione partis aduerſe.⁊ intellige qd̃ dixi pro alia cauſa qñ excõmunicatus eſſet pro offenſa dubia.nam ſi eſſet manifeſta nõ abſolueretur preſtita cautione:ſed plus deberet ſatiſfacere.vt.j.de verb.ſig.ex parte.⁊ de ſen.excõmu.venerabilib⁹.§. ſecus.lib.vj.ſaluo niſi eſſet offenſa manifeſta cõmiſſa in dcum: quia tunc abſolueretur preſtita cautione de parendo mandatis eccleſie:vt hic eſt caſus ſm vnum intellectum qd̃ no.pro limita-
5 tione dictorum iurium.¶ No.qd̃ † cauſa appellationis regu-
a lariter nõ defertur ᵃ ad curiam vt ibi tractetur:niſi appellatus in hoc conſenſerit ſed debebit delegari extra curiam in partibus.facit quod habetur.j.eo.nicolao.et quod notatur per glo. quam omnino vide in ca.j.j.de appel.in.vj.et ſm hoc dum dicit hic litera ſi maluerit aduerſarius debet intelligi.i.ipſe appellatus.⁊ ſic non obſt.quod nota.in dicto.c.j.¶ Si autem exponas ideſt ipſe appellans:vt litera videtur innuere referẽdo ad ſuperiora tunc potes dicere qd̃ iſtud habeat locũ ſm hec tẽpora:ſed hodie ſecus vel intelligatur quãdo appellans proſequitur ⁊ nõ appellatus:ſed vbi vterq3 perſequeretur tunc exigeretur cõſenſus vniuſcuiuſq3 in cõmiſſione fienda.facit quod habetur.s.de offi.deleg.cum inter.R.ſ3 prima expoſitio planior eſt vt exponatur aduerſarius.i.ipſe appellatus.per ea que habentur in dicto.c.j.j.eo.in.vj.quia vt dixi non eſt cauſa tractãda regulariter in curia.ſi in hoc nõ cõſenſit ipſe appellatus:ſed potius debet
6 delegari cognoſcenda extra curiã.¶ No.ꝙ † cõquerens de iniuſta ſententia excõicationis coram ſuperiore excõmunicantis debet ante ingreſſu3 iudicij abſolui preſtita debita cautiõe.nõ obſtante contradictione vel appellatione ſentẽtiãtis.vt hic p3 in ver.de his ⁊ per hoc patet in quo differat ille ver.a precedẽti.q2 in precedenti non quériť de iniuſtitia ſententie ſed petit ſe abſolui ab excõmunicante.ſed in ver.de his.conquerebatur de

ᵃ Non deferť.hoc bñ ſeruať in regno frãcorum etiam ſi appellat⁹ velit, cã non deferret ad curiam.



Ayuntamiento de Madrid

iniuſtitia coram ſuperiore excõicantis. Item in verſicu. de his. fuit lata ſententia ex officio iudicis. ſed in ver. precedenti ad inſtantiam partis. ⁊ ex hoc etiã ſequitur q̄ in ver. de his oppone bat ſe excõicans. ſed in ver. precedẽti opponebat ſe pars. ⁊ nota ex hoc ꝙ vbi iudex ex officio tulit ſententiam admitti debet ſi illam vult defendere ⁊ vocand⁹ videtur vt interſit ſi ſua putauerit intereſſe. facit de ſen. excõ. venerabilibus. lib. vj. ſ[ecus] quãdo lata fuit ſententia ⁊ proceſſit iudex ad inſtantiam partis: q̄ tũc non eſt neceſſario vocãd⁹ vt defendat proceſſum. vt no. Inn. ſ. de tranſac. de cetero. ⁊ ſ. de procura. in noſtra. ¶ In glo. iij. ibi: conſenſu. ſed certe vt dicit Jo. and. iura hic allega. ſolum dicũt de conſilio. et adde etiã ꝙ de cõſuetudine preſcripta etiã ſine cõſilio poſſet per. c. ij. ⁊. iij. de cõſuetu. li. vj. et. c. cũ ex eo. per glo. de elec. lib. vj. ¶ In glo. decedant. ibi: que dilationem nõ capiunt.

7 Nota bñ q̄ᵭ † in his que non capiunt dilationẽ nõ admittitur appellatio. de quo in Specu. de appel. §. in quibus. vbi ponunt multi caſus tales. et in verſi. viij. ponitur caſus, de quo hic facit etiam q̄ᵭ habet in. l. vlti. allega. in gl. ⁊ no. etiam ex glo. illud q̄ᵭ dixi in princ. vcꝫ q̄ᵭ propter peccatũ veriſimiliter dubitandum eſt ne homo citius moriatur. et ideo peccator ſibi ꝓuidere dꝫ ꝑ penitentiã ſalutarem. facit quod habetur. j. de peni. et remiſ. ca. omnis. ⁊. c. cũ infirmitas. ¶ In glo. cautione. ibi: ſufficiẽti cautione. ⁊ vult glo. q̄ᵭ in caſu iſto vltra iuratoriam cautionẽ preſtentur pignora vel fideiuſſores ſicut quãdo reſtituit̄ poſſeſſio data propter contumaciam in alijs autẽ excõmunicationibus ſufficit regulariter iuratoria cautio in abſolutionem. vt in. c. cũ deſideres. de ſent. excõi. ⁊ facit q̄ᵭ not. in. l. ſi mandato titij. §. ſi.

8 per gl. ff. manda. ¶ † In gl. fin. in ſi. ⁊ ibi de hoc in glo. que incipit. ſed quare. extra glo. tangit hic Inno. ⁊ Joan. an. quid ſi ille qui fuit excõmunicat⁹ appellauit. ⁊ poſtea petat ſe abſolui ab ipſo excõmunicatore an poterit: et an excõicator poterit eum abſoluere. de quo etiam tangit Inn. ſ. eo. queſtioni. ⁊ ibi cõcludit q̄ᵭ ſi petit ſe abſolui abſq; proteſtatione vr̄ recedere ab appellatione. ꝑ id q̄ᵭ habetur. j. eo. ſolicitudinẽ. ⁊. ſ. de offic. deleg. gratum. q̄ videtur q̄ᵭ hoc non ſpectet ad iudicem a quo: ſed ad iudicem ad quẽ. vt. j. de ſent. excõi. per tuas. ſecus ſi petit ſe abſolui cum proteſtatione q̄ᵭ nõ intendit ab appellatione recedere: q̄ tunc nõ receditur ab appellatione ⁊ hoc operetur ꝓſtatio propter periculum more: et ꝓpter periculum cõmunionis: vnde tenebit abſolutio licet principale negotiũ ſit delatũ ad ſuperiorem per viam appellatiõis. vt hic. et. j. de ſent. excõi. ſacro. cũ ibi no. in gl. penul. ⁊ ſuper ea. ⁊ hoc tenet Hoſti. dicẽs: q̄ᵭ iſte eſt ſpecialis caſus in quo iudex a quo ſe intromittit abſoluendo ⁊ cautionẽ recipiendo ſine alio mãdato ipſius iudicis ad quem. Inno. tamen in. d. c. queſtioni. refert alios tenere q̄ᵭ ſi nõ renũtiet appellationi iudex a quo nõ poterit abſoluere. ꝑ id q̄ᵭ habetur. j. eo. ſolicitudinẽ. circa ſi. et ſic reſidet do. Ant. hic. ⁊ in. d. c. queſtioni. dicit: q̄ᵭ ſi iudex ſine petitione partis velit reuocare ſñiam excõicationis ꝙ poterit. ꝑ ea que habent̄. j. eo. cũ ceſſante. ⁊. ſ. de reſcrip. ab excõicato. et idem ſi per viã abſolutionis ſi excõicauit poſt appellationem quaſi retractando a ſe attentatum. d. c. cũ ceſſante. idem ſi velit abſoluere vt legitimet pſonam ad proſequẽdã appellationẽ preſtita cautione. de qua hic. ⁊ hoc videtur tẽdere in faciliorem exitum appellationis. facit q̄ᵭ dixi ſ. eo. cum teneamur. et hoc ſi nõ velit cognoſcere de articulo appellationis. ſecus ſi abſoluendo vellet cognoſcere de illa. per ea que habent̄ in. d. c. ſolicitudinẽ. ſꝫ forte verior eſt opi. de iure: ꝙ non debet admitti petens abſolutionẽ ſi proteſtatur ꝙ nõ vult recedere ab appellatiõe. per ea que habent̄ in. d. c. ſolicitudinẽ. nec iſte tex loquit̄ hoc caſu: nec ſimiliter. c. queſtiõi. ſi quis tamẽ cõſideret.

9 ¶ Vltimo tractat hic Jo. andr. an † in abſolutiõe ab excõmunicatione ſit pars citanda. ⁊ cõcludit ꝙ ſic poſt Hoſtiẽ. niſi periculũ ſit in mora. de quo etiã. xj. q̄ᵭ. iij. c. excõicatos. per gl. ⁊ in Spec. de contuma. §. ſi. xv. ſed pone excõicat⁹. ⁊ ſeq. dicũt tamen ꝙ ſi nõ vocetur pars nihilomin⁹ tenebit abſolutio licet pars ex hoc grauetur ⁊ poſſit appellare qñ ad petitionẽ partis fuit lata ſñia excõicationis. ſec⁹ ſi ex officio q̄ illam poteſt tunc tollere ex officio ſicut tollit. ⁊ facit etiã pro predictis: q̄ etiã ſñia excõicationis: licet non debeat ferri ſine monitiõe preambula j. de ſent. excõi. ſacro. ſi tñ feratur valet: ergo eodẽ modo in abſolutione. facit q̄ᵭ no. Inno. ſ. de reſcrip. ab excõicato. in regula. j. j. de reg. iur. ¶ Sed iuxta predicta occurrit dubium quid ſi aduerſari⁹ citatus petat primo ſibi ſatiſfieri de expẽſis anteq̄ fiat abſolutio: ⁊ ecõtra petẽs abſolutionẽ excipiat contra illum de excõicatione: ⁊ offerat ſe paratũ ꝓbare an faciẽda erit abſolutio añ ſatiſfactionẽ expẽſarũ nõ obſtãte dicta exceptiõe excõicationis: videretur q̄ᵭ ſic q̄ excõicatus nõ poteſt agere. de iudi. intelleximus. et ſic videtur q̄ᵭ etiã non poſſit petere expenſas. Guil. naſo. tenuit contra. q̄ iſte petens expẽſas nõ agit ſed excipit non prius fiendã abſolutionẽ q̄ ſibi ſatiſfaciat de expenſis.

a ¶ Prelati. ſup ꝟ. c. ſi q̄ras ĩ q̄bus criminib⁹ neceſſaria eſt ⁊ ĩ quib⁹ ſufficit monitio ⁊ quota ꝯ ꝟ vt ſuperior habẽs ꝑtãtẽ excõicandi excõicationem ferre poſſit. vide diſt. d. Hẽ. boych. j. de ſen. excõ. c. ſacro. diſ. j.

et hoc eſt ſibi licitũ de excep. cum inter. Et q̄ etiã ſi diceret̄ agere cũ expenſe veniãt officio iudicis. C. de iudi. ſancimus. poteſt tñ iudex ex officio cõdemnare ſm eum q̄ᵭ eſt diligẽter notandum. nã ex hoc habes q̄ᵭ † iudex ꝓ excõicato poteſt ſupplere 10

ſi vult in his in quib⁹ iudex ex officio ſupplẽre poteſt de facto. facit q̄ᵭ habetur. ſ. de iureiur. debitores. ⁊ q̄ᵭ no. ſ. vt lit. nõ cõteſta. qm̄. §. in alijs. vbi tãgit̄ queſtio de reo qui vult recuperare poſſeſſionẽ cui opponitur excõicatio. de quo etiã per Bar. in. l. de pupillo. §. qui remiſſionẽ. ff. de ope. no. nun. ⁊ facit q̄ᵭ no. Jo. and. in. c. exceptionem. ſ. de excep.

1 ☞ Religioſus non habet proprium.

2 Relatio ſi nõ põt fieri ad proxima fit ad ſuperiora.

3 Monitio precedere debet excõmunicationẽ vel ſuſpẽſionẽ.

4 Sentẽtia excõicationis ſi a canone profertur ipſo iure põt p̄latus ſubditũ excõicare monitione non premiſſa.

5 Iudex a quo poteſt ſtatuere terminum appellanti ad ꝓſequẽdã appellationem.

6 Appellans non proſequens appellato proſequente condẽnat̄ in expenſis.

7 Monachum corrigere an poſſit prelatus ſm regulam ſine cõſenſu ſui capituli.

8 Puniri debet in corpore qui luere non poteſt in ere.

9 Epiſcopus cõtra dñm feudi cõmittens feloniam priuari debet in vita ſua feudo.

10 Appellatione deſerta quis habeat cõdẽnare in expẽſis.

a REprehenſibilis. Prelati ᵃ excõicare, vel ſuſpendere non debent niſi monitione premiſſa. hoc prĩo nec ſubditi precipue regulares contra diſciplinã appellare hoc ſecundo. ⁊ ſtatui debet terminus appellanti infra quẽ ſi non proſequitur iudex ꝓcedit. h. d. tertio appellans qui nõ ꝓſequitur appellato proſequente condemnatur in expenſis. h. d. vltimo. Et ſunt quinq; partes ſicut ſunt quinq; dicta principalia. ſecũda ibi: nec ſubiecti. tertia ibi: ſi vero. quarta ibi: ſi autem. q̄nta ibi: precipue. ¶ In tex. ibi: neceſſitate. forte q̄ reputabat ſe grauatum. ¶ In tex. ibi: vtatur. ⁊ hoc quãdo appellatus nõ cõparuit corã iudice appellationis: ſi aũt cõparuit tunc habet locũ q̄ᵭ ſequitur. ¶ Ibi hoc in religioſis non referas ad proxima: q̄ † religioſus nõ hꝫ ꝓpriũ. j. de ſta. mo. cũ ad monaſteriũ. 1

circa ſi. vnde poti⁹ refertur ad dicta. ſ. in verſi. nec ſubiecti. ⁊ ex hoc no. q̄ᵭ vbi † relatio nõ põt fieri ad ꝓxima fit ad ſuperiora. 2

facit q̄ᵭ habet̄ in. c. indẽnitatibus. §. ſed cũ ea. de elec. in. vj. ⁊ q̄ᵭ habet̄ in. l. ſi idem cũ eodem. ad ſi. ff. de iuriſdi. om. iudi. vbi vero referri poſſet ad omnia ad illa debet referri. l. talis ſcriptura. cũ ibi no. ff. de leg. j. ¶ No. q̄ᵭ † p̄lat⁹ nõ debet ferre ſñiam excõicationis vel ſuſpenſionis non premiſſa monitione alias punit̄: vt tangit glo. licet excõicatio teneat et non ſit contẽnenda. xj. q. iij. c. j. et facit q̄ᵭ notatur. j. de ſen. excõ. ſacro. ⁊. ij. q. j. in ſumma. 3

4 ¶ † Nota q̄ᵭ vbi ipſo iure a canone profertur ſentẽtia excõmunicationis poteſt prelatus etiã tunc ſubditũ excõicare monitione nõ premiſſa: nec incurrit aliquam penam. et per hoc [fa]cit hic Abbas ſe alias excuſaſſe quẽdã abbatẽ q̄ ſine monitiõe excõicauerat ſubditum pro eo q̄ᵭ ſine licentia exiuerat clauſtrũ cũ fuerit poſtea repertum q̄ᵭ in eodem monaſterio erat de hoc ſtatutum excõmunicationem ipſo facto imponens. ⁊ ideo non exigebatur tũc alia monitio per iſtum tex. in ver. niſi. ⁊ idem videtur velle Jo. and. ſi fiat denuntiatio talis excõicationis: vt etiã tũc nõ exigatur citatio. ſecus dicit do. Ant. Si aliam executionem facti vellet facere: vbi oporteret factũ declarari a quo ſurgit pena ipſo iure illata: q̄ tũc oportet ꝙ citet̄ pars in declaratiõe talis facti ad finẽ executionis predicte. j. de here. c. cũ ſecundum. lib. vj. ¶ No. q̄ᵭ ſicut cõtra penam iuris nõ appellatur. ff. de re. ſig. l. ſi qua pena. ita nec cõtra diſciplinam eccleſiaſticam. ⁊ precipue regularem.

5 ¶ † No. iudicem a quo poſſe ſtatuere terminũ appellanti ad ꝓſequendam appellationem. de quo. ſ. eo. ꝑſonas. ⁊. c. cum ſit romana.

6 ¶ † No. penam appellantis nõ proſequentis appellato proſequẽte: q̄ cõdemnatur in expẽſis. ⁊ fiet hec cõdẽnatio condictione ex hac decre. nõ officio iudicis tantum ſm do. Anto. facit q̄ᵭ habet̄. ſ. de reſcript. ex parte. ſcꝫ q̄ᵭ eſt notãdũ ꝓpter ea que habẽtur in. l. terminatio. C. de fructi. et litis expẽ.

7 ¶ † Nota prelatum non poſſe corrigere monachũ ſm regulam abſq; cõſenſu ſui capituli. ⁊ ita videtur ꝓbari hic. ſed contrariũ tenet Jo. and. ad tex. iſtum reſpõdet q̄ᵭ hic verbũ capituli nõ ſumitur ꝓ conuentu: ſed pro titulo regule. i. ſtatuto ⁊ ordinatione. ⁊ ſic debet exponi. ⁊. c. diſciplinã. ⁊ in. c. regule cõuentum. vel potes dicere ꝙ hic non loquit̄ de diſciplina imponenda a prelato ⁊ capitulo: ſed de diſciplina imponẽda a prelato ſtatuta ⁊ determinata de ꝯſenſu p̄lati ⁊ capituli. ⁊ dicit Jo. an. in preallegato. c. ioannes. ꝙ in regula eſt expreſſum ſolum prelatum corrigere ſm diſciplinam regularem. ¶ In glo. j. ibi: de canonica.

Ayuntamiento de Madrid

de canonica.ſed certe melius dixiſſet de euangelica:q2 de illa loquuntur iura in gl.allegata.¶ In eadem glo.ibi nouerit interdictum.et ſi durante tali ſuſpenſione ingeſſerit ſe diuinis irregularitatem incurrit a qua non poteſt abſolui niſi per papam ſ.de ſenten.excom.is cui.lib.vi.¶ In gl.ij.in fi.z etiam in alijs caſibus in quibus habetur in.c.preſenti.de ſenten.excom.in.vj. et adde etiam pro intellectu huius principij quod habetur eo.titu.z libro.c.conſtitutionē.¶ In gl.iij.in fi.alios caſus in quibus ipſo iure infertur ſentētia excōmunicationis.vide per glo. ſ.de ſenten.excōmu.lib.vi.et in clemen.ſ.de ſenten.excōmu.et de multiplici ſpecie ſuſpenſionis.vide per gl.in clemen.cupientes.de penis in glo.que incipit.nota nouam.¶ In glo.epiſcopus.in fi.ſed quid ſi non eſt lapſum totum tempus ſtatutum ad proſequendū tamen tantum eſt lapſum ꝙ certum eſt ꝙ nō poterit proſequi.dic ſm Hoſti.nihilominus expectabitur finis. licet Hoſti.contra.z no.bene per ea que habentur de electio.cō miſſa.lib.vi.¶ In gl.penul.ibi.ſ.eo.nicolao.z de hoc.dic vt ibi dicetur.¶ In eadem glo.ibi:non habeat proprium.vt contingit in monacho.xij.q.i.nolo.z.c.nō dicatis.z.ſ.de ſtatu mona.cū

8 ad monaſterium.circa fi.¶ † In eadem gl.ibi:ſm arbitrium.videlicet poterit arbitrari qd puniatur in perſona qui nō poteſt luere in ere.l.quicunq3.C.de ſer.fugi.¶ Quis autem dicat habere proprium ex quo poſſit ſoluere expenſas.dicit hic Hoſt.z Joan.and.poſt eum:qd ille qui habet proprium:et non ſolum ille q habet patrimonialia:ſed etiā q h3 redditus eccleſiaſticos per.c.ij.ſ.de fideiuſſo.nam ex illis etiam debebit ſatiſfieri.vt ibi dūmodo ex hoc eccleſia enormiter non ledat:al's ſecus.facit qd habetur.ſ.de reg.iur.delictum.lib.vi.et.s.de arbi.peruenit.nec habebitur ratio confuſionis vel inopie delinquentis.Nā etiam

9 † epiſcopus propter feloniam per eū cōmiſſam contra dominum feudi priuatur in vita ſua feudo.vt habetur in libro feudorum in titu.de capitu.conradi.c.ſi clericus.et hoc dicit Joan. and.tenendum quicquid ſenſerit Arch.in.c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.lib.vj.de reſcrip.z facit qd no.ipſe Joan.and.de offi.ordi.

10 preſenti.eo.lib.¶ † Ultimo tangit hic do.Anto.Quis habeat cōdemnare in expenſis deſerta appellatiōe:an iudex a quo an iudex ad quē.z concludit qd ſi iudex pnūtiat male appellatum qd poteſt condēnare in expenſis.ſ.eod.vt debitus.Si aūt appellans nullō modo fuit proſecutus:tunc iudex a quo nō autē iudex ad quē:qui nullatenus de appellatione cognouit condēnabit in expenſis per.c.i.ſ.eo.lib.vi.z ſic debet intelligi hec litera ſm eū.ſecus ſi aliquis cognouit de appellatione z coram eo fuiſſet oppoſitū qd appellatio ſit deſerta:q2 tūc poterit iudex ad quē cōdemnare in expēſis:q2 pōt pronūtiare ſuper deſertione:z in expenſis cōdemnare licet pronuntiet in effectu ſe nō iudicem.per id qd habet.s.de reſcrip.c.ſi.et in cle.i.eo.titu.Jo. tamē and.in.d.c.i.ſ.eo.li.vi.videt velle qd ſi appellatus ſit corā iudice ad quē poſſit etiā petere ꝙ cōdēnet appellantē in expēſis.licet nō fuerit pſecutus aliquid coram ipſo per iſtum tex.ſ. eo.c.i.li.vi.fatetur quod etiam poſſet adire iudicē a quo:vt cōdēnet ipſum appellantē in expenſis.per id qd habetur in.d.c.i. et iſtud forte de iure verius p iſtū tex.cōmuniter tamē vidi practicari:qd citatur appellans coram iudice ad quē ad cōtradicēdum ne pronūtiet appellationē deſertā.z poſtea ſi appareat illā deſertā iudex appellationis pronuntiet illam deſertam:et condemnat appellantem in expenſis.

1 ☞ Judex ad hoc vt euitet recuſationē quid agere debeat.
2 Arbiter poteſt ſolus per partes eligi.
3 Judex qui detulit appellationi an poſſit ſtatuere terminū appellanti.

AD hec. Appellans proſequi tenet vel iudici a quo parere.¶ No.modum procedendi p † iudicē recuſatū vt euitet recuſationē z impediat probationē fieri ſuper recuſatiōe:q2 poteſt cōpellere partes ad eligendū iudicē qui de cauſa principali cognoſcat:vt hic dicitur in ver.aut ſi alterutra.ſm vnum intellectum poteſt etiam delegare alteri cauſam.de fo.cōpe.ſi quis contra. poteſt etiā ſecundo modo aliter intelligi.ver.aut ſi alterutra.videlicet q2 iudex recuſatus poterit cōpellere partes ad eligendos arbitros qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcāt.facit qd habetur in.l.apertiſſimi.z.l.ſeq.C.de iudi.z.s.de offi.deleg.ſuſpicio

2 nis.¶ † Et no.etiā qd † partes poſſunt eligere vnum ſolū arbitrum ſi volūt.z ſm iſtum intellectum dum litera dicit iudicē debet intelligi.ſ.qui cognoſcat de articulo recuſatiōis ſm aliū intellectum intelligitur de iudice principalis cauſe.facit quod

3 habetur in.c.iudex.de offi.dele.in.vj.An autem † iudex q detulit appellationi poſſit ſtatuere terminum appellanti.vide.ſ. in.c.cum appellationibus.lib.vi.

1 ☞ Priuari poteſt quis beneficio ppter contumaciam de nō reſidendo.

2 Appellari poteſt a diffinitiua nulla cauſa expreſſa.

a PEruenit. Si canonicus [a] ad reſidentiā monitus appellet interim beneficio ſuo per vicariū deſeruietur qui de ipſius prouentib' ſuſtentabitur.h.d.et primo ponitur deciſa conſultatio.in ſecūda reſponſio.ibi:cum autē que tria facit:vt patet ex litera.ſecunda ibi:interim.tertia ibi ꝙ ſi.¶ No.qd a monitiōe pōt appellari qū monitio habet vim pcepti et ſic ſapit naturā interlocutorie.¶ No.qd eoipſo qd qs appellat contra ius regulare,eſt preſumptio ꝙ fruſtratorie appellet licet aliquo iure ſingulari ſeu ſpeciali poſſet appellatio iuſtificari.¶ Nota qd habeat facere iudex quādo pſumit appellationē fruſtratoriā:l3 non ſit omnino certus:quia habet ſtatuere terminum ad proſequendum vel parendum mādatis eius:z qd poteſt ſtatuere terminum ad iter arripiendum.de quo.s.eo.c.romana.vbi de hoc dixi.Jnn.tū hic dicebat qd non ſufficit iter arripere:niſi etiā ſe preſentet iudici intra tpa.ſed Hoſti.tenuit cōtrariū per iſtum tex.z dictū Hoſt.videt clare pcedere qū a iudice ſtatut' fuerit terminus ad iter arripiendū:ſed vbi ſtatutus fuiſſet ad proſequēdū tūc eſt magis dubiū an ſufficiat infra terminū iter arripere.de quo dic vt dixi in.d.c.cū ſit romana.¶ No.caſu3 in quo aliquid attētatur appellatione pendente:q2 pendēte appellatione a pcepto de reſidendo datur vicarius qui deſeruiet loco appellantis:z pōt eſſe ratio:q2 licet ex priuilegio vel ex conſuetudine reſidere nō teneret,tamē deberet per vicariū deſeruire. et ideo nō dicitur attētari ſi fiat qd fieri deberet etiā ſi p appellante pnuntiaretur q2 fruſtra expectatur euent' qui nil operaretur.l.aliquādo.ff.ad vellei.¶ Ultimo pōt dici qd hoc eſt ſpeciale ppter fauorē cultus diuini,z ppter preſumptionem fru-

1 ſtratorie appellationis q2 cōtra ius fiebat.¶ No.ꝙ † ppter contumaciam in nō reſidēdo poteſt quis priuari beneficio.de quo ſ.de cle.nō reſi.ex tue.¶ Not.caſum in quo licitū eſt dare vicariū tpalē.facit qd habetur.s.de offi.vica.clericos.¶ No.vltimo qd non preciſe repellitur appellatio facta cōtra pceptum de reſidendo.qd videtur contra id qd habet in.c.relatum.de cle.nō reſi.ſed potes dicere qd ibi erat bnficiū curatū z pmiſerat reſidere hic ſecus:ſi tamē ex cauſa pbabili appellaret:vt q2 potuit ibi ſecure morari videt qd tūc deberet admitti per ea que no.in d.c.relatum.l3 tunc teneretur p vicariū deſeruire.facit qd habetur.s.de renun.ad ſupplicationē.¶ In glo.ii.in fi.no.bene ex tex.cū glo.qd ſm iſta tēpora admittebatur appellatio fruſtratoria.qd intelligo verū qū erat fruſtratoria ex eo q2 appellabat cōtra ius cōe regulariter:qd tū habebat fallentiā in certis caſibus:quia tunc valebat appellatio ſm hec tpa:etiā non expſſo caſu fallentie:vt colligitur ex iſto tex.cōiuncta glo.iſta.z gl.pcedenti.S3 vbi appellatio erat fruſtratoria ex eo q2 erat ꝯ ius nō habens fallentiā tūc nō admittebatur talis appellatio:vt eſt caſus.ſ.c.pxi.hodie vero quando appellatur ab interlocutoria vel grauamine debet exprimi cauſa pbabilis:al's nō valet p.c. vt debitus.ſ.eo.vt dixit gl.z ex predictis habes vnū intellectū in decre.aliquādo no.vt Pet.z Abb.dicūt:ꝙ in caſu huius capituli teneret appellatio etiam ſimplr facta nō facta expſſione cauſe:q2 hic appellatū fuit a precepto qd ſapiebat naturā diffinitiue.nam plus per diffinitiuā non potuiſſet iniungi.ideo ab

2 hoc mādato potuit appellari ſine cauſe expſſiōe ſicut pōt † appellari a diffinitiua nulla cauſa expſſa.vt leg.z no.ſ.eo.vt debitus.z no.gl.s.ec.reprehēſibilis.in verbo cōpetens.facit qd no. Spe.eo.ti.§.in quibus.ver.ſed nunquid.circa fi.ver.Jo.and.videtur hic dicere qd ſi talia precepta ſiūt cum cauſe cognitiōe.et poſt lit.cōteſt.habeāt vim diffinitiue.p id qd no.de elec.dudū.p glo.z.ſ.de ver.ſig.ex parte.z ideo poterit tunc appellari a talibus habētibus vim diffinitiue ſicut ab ipſa diffinitiua.facit qd no.Arch.de elec.cupientes.li.vi.z ibi etiā not.per Jo.mo.z qd not.gl.in cle.cū a repulſione.de appel.¶ No.bū diligenter hoc dictū qd quo ad materiā appellationis idem iudicatur de interlocutoria habēte vim diffinitiue qd de ipſa diffinitiua.z hoc dictū ſepius allegat in practica.¶ In gl.arripiat.ibi.s.eo.pſonas.z meli' dic vt dictū fuit.s.eo.cū ſit romana.¶ In gl.aſſignes.ibi:et q2 fruſtratoria.ex hoc poteſt colligi ſecūda ſolutio. nā vt dicebat Jnn.ſm iſta iura ſm que admittebat appellatio fruſtratoria nō erat incōueniēs vt poſſet illa pēdente aliqd innouari qd dilationē nō caperet.ar.l.i.ff.de dam.infec.vel tertio pōt dici ꝙ appellatiōe pēdēte qd attētari pōt appellante obtinente:q2 nō debet expectari caſus cui' euentus nihil operatur vel quarto poteſt dici ꝙ hoc operetur preſumptio q̄ eſt contra appellationē cum ſit cōtra ius regulare z fauore cultus diuini. ¶ In gl.ſi.in fi.z dicit etiā do.Ant.qd etiā ſi iuſta cauſa ſit impedit':ſi tū nō deſeruiat tūc p vicariū poſſet etiā priuari:q2 ex quo tunc nō poteſt per ſe debet ſaltē per vicariū deſeruire.facit quod habetur in.c.cum ex eo.de elec.in.vj.

a ¶ Si canonicus. ide3 ſummat h do.Abb.et ſi q̄ras vtꝝ appellationi fruſtratorie ſit deferēdū.vid hic diſ.do.Henr.boych.in pri.



Ayuntamiento de Madrid

1 ☞ Iudei detinere non debent chriſtiana mancipia.

**Conſuluit.** Appellationi contra ius non
eſt deferendum a quocunq; in-
1 terponatur.h.d. ¶ No. q̄ nõ eſt † licitũ iudeis deti-
nere mãcipia chriſtiana.i.ſeruos chriſtianos. ¶ No.
q̄d non valet appellatio facta ad finẽ vt ipſis iudeis liceat chri-
ſtiana mancipia detinere.ꝛ ex hoc etiã nota q̄d non valet appel
latio contra ius cõmune nõ habens fallentiam.ſecus ſi haberet
fallẽtiam ſm iſta iura.vt not.i.s.c.pxi.ꝛ not.q̄d poteſt litera du
pliciter intelligi.vno modo q̄d appellatio fuerit interpoſita p
regem p iudeis:ꝛ ſic ad vtilitatẽ iudeorũ qui cogebant ab epi-
ſcopo Pariſienſi ne detinerent mãcipia chriſtiana. Alio modo
poteſt intelligi q̄d appellatum fuit a rege qui loco epiſcopi cõ-
pellebat ad hoc iudeos.ꝛ vterq; intellectus eſt bonus.

**Ad hec ſicut.ij.** Qui ante citationem
vel notitiã literarũ mi
ſit nuntiũ ad papã appellare põt ne delegatus pce-
dat:ſecꝰ ſi poſt.h.d.ꝛ primo deciſa conſultatio.ſcḋo
reſponſio ibi reſpõdemus. ¶ In glo.ij.in fi.vel dic q̄d nõ ſuſpẽ
ditur iuriſditio ordinarij.ꝛ ita loquat.c.vt debitus.ſed delegati
ſic.ꝛ ita hic de quo tñ latius dicetur in.d.c.vt debitus.

1 ☞ Appellationi iuſte ad papã interpoſite non deferens de-
bet ad curiã mitti vt puniatur.
2 Delicta manifeſta reddunt quẽ infamẽ.
3 Appellatio extraiudicialis per quam quis vocatur ad curiam
an valeat.

**De priore.** Qui nõ detulit appellationi in-
teriecte ad papã cum literis or-
dinarij mitti debet ad curiam:ꝛ nõ recipit cõgruam
diuiſionẽ. ¶ In tex.ibi:prefatus ſcʒ nominatꝰ inde-
ciſa ibi:reddunt.ſup.quibꝰ forte nolebat ipſe canonicꝰ conſen-
tire:ſed prior volebat cogere eũ ad conſentiendum:vnde ppter
hoc appellauit ipſe canonicꝰ:ſed prior nõ detulit appellationi
1 imo forte eũ male tractauit. ¶ No. q̄ nõ † deferens appella-
tioni iuſte interpoſite ad papã puniri debet:ꝛ tranſmitti dʒ ad
2 curiã vt puniatur. ¶ No. q̄d † delicta manifeſta reddunt quem
notabilẽ ꝛ infamẽ ſaltẽ infamia facti.s.de offi.deleg.cũ olim.ꝛ
3 de teſti.teſtimonium. ¶ Not. q̄d valere videt † appellatio ex-
traiudicialis per quã quis propter eius delicta vocat ꝛ appella
tur ad curiam:tamen ſi intelligatur litera vt apoſtillaui etiam
non fuit ſimpliciter appellatum propter delicta:ſʒ propter gra-
uamina alia tamen appellauit.ꝛ pro illo facit q̄d Ioan.an.hic
poſuit ſupplendo id q̄d ex antiqua colligebatur. ¶ In gl.fi.in
fi.ꝛ dicunt quidam hoc vltimum verum in ciuilibꝰ,in crimina-
libus aũt remittetur ad principẽ digno ſupplicio puniẽdus.C.
eo.l.proconſulibus.

8 ¶ Qui ſe.d.Abb.ſũmat h̄ ca. duobꝰ modis lʒ pmũ tñ ſummariũ concordat cũ iſto: vide eum.

1 ☞ Prelatus regularis publice infamatus de crimine poteſt
cõpelli ad cedendum.

**Quia nos.** Contra conſtitutiones vel con-
ſuetudines regulares ſeu regu-
larium appellatio religioſum non defendit.h.d.con
1 grue diuidi non poteſt. ¶ No. q̄d videt † prelatũ re-
gularem de crimine publice infamatum ex ſola infamia delicti
poſſe cõpelli ad cedenduʒ.et ex hoc etiã potes notare caſum in
quo infamia habet effectũ plene pbationis.de quo dicet cũ gl.
¶ No. q̄d capitula cõia religioſorũ vident habere iuriſditionẽ
in platũ:etiã quo ad facultatẽ abſoluendi a prelatura. ¶ In gl.
ij.in fi.ex glo.habes vnũ intellectum in decre.ſm quem nõ ſuffi
cit ſola infamia vt prelatus cogatur cedere ſed requiritur quod
deficiat in purgatione:aliũ intellectũ hic poſuit Inn.vcʒ q̄d ſit
ſpeciale in regularibꝰ vt p ſola infamia poſſint remoueri ꝛ cõ-
pellãtur cedere.vt etiã videtur ſentire glo.fi.ꝛ dicit Innocẽ.q̄d
forte hec decre.loquitur ſm conſuetudinẽ quorũdam monaſte-
riorum ſm quã ex quo abbas reperitur publice infamatꝰ requi
ritur ab eo ſigillum cum capitulo cõmuni cõmonitus compelli
tur cedere.et ſic dicit Hoſti.ſeruari in generali predicatorũ:mi-
norum:ciſtercien.cartuſien.ꝛ templariorũ:qui per electionẽ fa-
ctã ab illis ad quos ſpectat ſine cõfirmatione alia adminiſtrat.
ꝛ ſi poſtea i ſucceſſiõe illorũ fiẽda cõcordẽt diffinitores:vel ma-
ior ps illorũ tenent cedere in ipſo capitulo cõmuni religioſorũ.
dicit tñ Hoſtien. q̄d ſi talis vellet cedere ſuperiori non eſſet ei
violentia inferenda.ar.l.extat.ff.q̄d me.cau.ſed adeundus eſſet
ſuperior qui viſa voluntate fratrum coget illum ad cedendum:
vel dabit eis licentiam alium eligendi.non obſtãte eius appel-
latione. Nec ob.huic text.ꝛ ei q̄d dixi in cõmuni capitulo poſſe
fieri ceſſionẽ ſeu renũtiationẽ.q̄d habet.s.de renun.admonet.
vbi ptʒ q̄ debet fieri in manibus ſuperioris:qꝛ illud in ſeculari-
bus.ꝛ vbi nõ eſt predicta cõſuetudo hic in regularibꝰ.ꝛ vbi eſt
cõſuetudo.de qua.s.ſed aduerte:qꝛ ſm iſtum intellectuʒ decre.
nõ poneret ius cõmune:q̄d tamen in dubio debet pſumi:vt no.
gl.s.de temp.ordi.c.penul.ideo forte poſſet dici q̄ in omnibus
religioſis pcedat decre.cũ tales ex leuioribꝰ cauſis remoueãtur
q̃ ſeculares.vt tãgit glo.ſeq. ¶ In glo.fin.ibi in ſingulis.ſʒ ad-
uerte:qꝛ vt dicit Hoſti.hec decre.fuit Alexãdri.iij.ꝛ ſic non vi-
detur ſenſiſſe de illa que fuit Inn.iij.qui fuit poſt ipſum Ale-
xãdrum.iij.ꝛ non ante:vt pʒ ex iuncta ſuprascriptiõe.c.nouit.j.
eo.ꝛ ideo dicebat Hoſti. q̄d hic loquitur de cõi capitulo religio
ſorũ q̄d fiebat ſm cõſuetudinẽ ipſius religionis.

**Ad aures.** Iudex a quo etiã ſi ſit delegatꝰ
ſtatuere poteſt terminũ ad pſe-
quendã appellationem:et lapſu eius cõpellitur ap-
pellãs ſtare iudicio ipſius iudicis a quo.h.d. ¶ No.
q̄d dictum eſt in ſummario:ꝛ licet videatur hoc ſepius repeti-
tum in hoc titulo.tñ hic apertius dicit de delegato q̃ fuerit di-
ctum.et ideo non ſuperfluit.

1 ☞ Appellaſſe intelligitur qui ptectioni ſedis apoſtolice ſe
ſubmiſit.
2 Attẽtatũ poſt appellationẽ extraiudicialẽ nõ eſt nullũ niſi ſit
attentatũ cõtra ipſam appellationem.
3 Sententia lata poſt ꝛ contra appellationẽ legitimã eſt nulla.
4 Sententia lata iuris ordine nõ ſeruato nõ valet.
5 A iuriſditione ordinarij non eximit qui ſub protectione ſedis
apoſtolice recipitur.

8 **Ad audientiam.** Qui ſe * et ſua apo-
ſtolice ptectiõi ſub-
mittit:lʒ appellationis verbũ nõ exprimat intelligit
appellaſſe.h.d.ꝛ primo narrat factũ.ſecũdo dat iudi-
cem.ſecũda ibi:licet autẽ. ¶ No. q̄d a moleſtatiõe extraiudicia
1 li appellari põt. ¶ No. q̄ † ſubmiſſio ptectioni ſedis apoſto-
lice facta p aliquẽ hʒ vim appellationis:licet nõ exprimat ver-
bum appello. ¶ No. q̄d vbi eſt appellatum extra iudicium p ta
lem appellationẽ nõ videtur impediri ſi aliquid fiat cũ cauſe co
2 gnitiõe cõtra appellationẽ.Et ex hoc potes notare q̄d † atten
tatum poſt appellationẽ extraiudicialem non eſt nullũ:niſi ſit
etiã attentatum contra appellationẽ.ꝛ ſic oporteret q̄d attẽta-
tum fuerit poſt ꝛ ꝯ appellationem ipſam.facit q̄d dixi.s.eo.cõ
3 ſuluit.ꝛ q̄d habet.s.de elec.cũ nobis olim. ¶ No. q̄ † ſñia lata
poſt ꝛ cõtra appellationẽ legitimã eſt nulla. ¶ No. q̄d valere di
citur illud q̄d ſit ſine cauſe cognitione ſi non preceſſit appella-
tio.arg.ſumpto a contrario ſenſu.ſed vt dicit Inno.non debet
4 ſumi ar.tale q̄ † nõ valet ſñia lata iuris ordine non ſeruato:lʒ
nõ precedat appellatio.ij.q̄.vj.§.diffinitiua.ꝛ.s.tit.j.c.j. ¶ In
gl.protectioni.ibi:hic ſpecialis.ſup.qꝛ fiebat propter moleſta-
tiões quas faciebat ep̄s Zamorẽſis. ¶ In ea.gl.in fi.vel dic ſm
5 Hoſti. q̄d † per literas generales pape per quas generaliter re
cipitur quis ſub protectione ſedis apoſtolice nõ eximit a iuriſ-
ditione ſui ordinarij.ꝛ ex hoc nõ intelligitur ſuperior:ſed p ſpe
cialem ſubiectionem ſubiecti ſe ſubijciẽtis ptectioni ſedis apo
ſtolice bene eximitur:qꝛ illa habet inſtar appellationis.et ita
intelligitur hic Inn. ¶ In gl.penul.ibi:vel an haberet iuriſdi-
tionem male dicit in hoc gl.ſm Io.an.per ea que habentur de
reſcrip.ſuper literis.vbi gl.reſtringitur quãdo vellet cognoſce-
re ex precedenti cauſa.de qua in glo.ſ.ratione iniuſtitie prote-
ctionis:qꝛ non poteſt cognoſcere ſicut nec de appellatione.per
ea q̄ habẽtur.j.eo.ſolicitudinẽ.in gl.que incipit.ſed quare.Sed
do.Anto.ſimpliciter tenet glo.dicens:q̄d glo.habuit reſpectũ.
quod hic pretendebat ſe et eccleſiam ſuã exemptã.vt dixit glo.
precedens.quo caſu nõ poteſt cognoſcere index ſm eum an ſua
ſit iuriſditio:ex quo aliud cõmodũ venit preſumptiue applican
dum q̃ ſimplicis exercitij iuriſditionis.per id q̄d no.Inn.j.de
cenſi.venerabili.et de verb.ſignifi.ex parte.ꝛ de iudi.ceterum.ꝛ
q̄d no.Io.an.in.c.ſuper literis.de reſcrip.facit etiã quod no.gl.
in.c.ſi contra vnum.de officio deleg.in.vj.ꝛ hoc no.diligenter.
¶ No.glo.iſtã ad predicta p limitatione eorum que habentur
in.d.c.ſuper literis.in.l.ſiquis ex aliena.C.de indi. ¶ Extra gl.
tãgit hic Innoc.an ſit differẽtia inter iſtam ſubiectionẽ de qua
in litera.ꝛ interpellationem:ꝛ licet referat aliquos tenere.et ſic
tenet tamen contrarium:qꝛ non eſt differẽtia ſm eum:ſed ſolũ
eſt fienda differentia an fiat extra iudicium an in iudicio ſm ea
que dixi.s.eo.cõſuluit.Nã ſi extra iudicium ſit ptectio vel ap-
pellatio ſolum impeditur illud q̄d fieret cõtra ipſam.et ſic non
impedietur illud q̄d fieret poſt ipſam.ꝛ ſic etiã non impedietur
ſi iudicialiter cauſa cognita aliquid fiat vt hic colligitur:ſed vbi
fieret in iudicio nõ poſſet aliquid iudicialiter attẽtari ſuper eo
ſuper quo eſt appellatum:vel ſuper ſibi connexo:ſed ſuper alio
ſicut.s.eo.ſuper eo.el.j.ꝛ dixi in.d.c.conſuluit.vnde ſm Hoſti.
hodie vtrobiq; exprimenda eſſet cauſa grauaminis.j.eo.vt de-
bitus.ꝛ.j.eo.c.j.in.vj.Et per predicta patet q̄d ſi protectio fiat
ſeu ſubmittat ſe quis ptectioni ſedis apoſtolice in actu extraiu
diciali operatur idem q̄d appellatio iudicialis:ꝛ quid operetur
appellatio

Ayuntamiento de Madrid

appellatio extraiudicialis vel iudicialis dictum fuit.ſ.eo.conſuluit.aduerte tamē q̄ ubi appellatio fit vel protectio in actu extraiudiciali videtur fieri in dubio aduerſario grauamē ꝙ fieret iudicialiter:ꝛ cum cauſe cognitione.vt ſatis videtur eſſe de mente iſtius tex.ꝛ Inn.hic.ꝛ ideo non impeditur tunc virtute appellationis extraiudicialis:ſi poſtea procedatur iudicialiter cum cauſe cognitiōe ſicut ꝛ nō impediretur:ſi expreſſe eſſet appellatū ne ꝑcedatur ſine cauſe cognitione.Et per predicta patet non eſſe differentiam inter appellationem ꝛ protectionē:ſʒ aliqui dixerunt cōtrarium dicentes q̄ ubi quis ſe ſubmittit ꝓtectioni:tunc valet q̄ agit niſi ſequatur grauamen:ſed appellatio tr̄ſferret in totū cauſam ad ſuperiorē:ſed certe hec differentia nō eſt bona:quia ſi protectio fit in actu extraiudiciali.idem dicendū eſt q̄ in appellatione extraiudiciali que ſi fiat a futuro grauamine nō habet effectum niſi ſequatur grauamen:ſicut nec etiam protectio:ſed ubi appellatur ab actu iudiciali ſuſpenditur iuriſditio iudicis ſuper eo ſuper quo appellatur ꝛ in connexo.ſ.eo.ſuper eo.ꝛ idem in protectione que fit in actu iudiciali cū eadē ſit ratio.et per cōſequens idem ius.de conſtitutio. tranſlato.dicit tamen hic do.Ant.q̄ differentia eſt inter appellationē iudicialē ꝛ extraiudicialem:q2 in iudiciali ſi nō ꝑcedit ſm̄ grauamen illatū:ſed forte in connexo non valebit proceſſus:ſecus in extraiudiciali ſm̄ eum:quia illa non iuſtificatur niſi ſecuto grauamine pro quo appellatur:ſed certe non video quare non iuſtificetur ſi ſuper connexo fiat grauamē:etiam in extraiudiciali cum eadeʒ ſit ratio que in iudiciali.et ꝑ cōſequēs idem ius:vt preallega.c.tranſlato.¶ Ultimo attende inquantum.ſ.dixi.ꝛ in glo.penul.q̄ iudex ordinarius ſi obiicitur de exemptione non poteſt cognoſcere de illa.vt voluit Innoc.in c.ex parte.de verbo.ſig.Si tamen pars non comparcat nec allegat exemptionem:tunc videtur q̄ cenſetur contumax.et rōne contumacie poterit mulctari licet non poſſet in principali ꝓcedi.vt voluit Jo.and.in regula.ſcienti.in ſolutione q̄onis quam ibi ponit de reg.iur.in.vi.

**A**Ccepta. Cauſa nō eſt ad iudicē a quo remittenda niſi de partiū cōſenſu.h.d.ſ. decidit ꝙ forte iſti canonici cōquerebant̄ q̄ cauſa in qua appellauerāt ad archiepm̄ remiſſa erat ad epm̄ qui grauauerat.¶ Not.ſummarium.et intellige q̄ non debet remitti cauſa ad iudicem a quo vt illam habeat examinari:ſed bene remittitur interdum quis ad excōicatorem vt illū abſoluat q2 ex hoc non pōt grauari.ſ.de reſcrip.ab.excōicato.¶ In gl.ij.ibi.i.pars appellās.ꝛ ſic hoc caſu plurale reſoluitur in ſingulare.ꝛ ſic etiā debet intelligi.j.eo.c.j.lib.vi.et facit q̄ habetur.j.de priuile.vt priuilegia.

1 ☞ Clauſula appellatione remota nō tollit appellationes q̄ fiunt ex cauſa legitima in iure expreſſa.

2 Recuſari poteſt iudex ſi ſit cōſanguineus impetrantis ꝛ etiam ſi iudex impetrantis fuit aduocatus in cauſa.

3 Iudex cōſanguineus vſq; ad quotū gradū repelli poſſit.

4 Iudex recuſari poteſt ſi ſit oriundus de loco impetrantis.

**P**Oſtremo. Delegatus datus etiam cum clauſula appellatione remota recuſari pōt ſi ſit conſanguineus impetrantis vel cuius in illa cauſa fuerit aduocat⁹.h.d.ꝛ nō diuidit̄.

1 ¶ Not.ꝙ ſicut † clauſula appellatione remota nō tollit appellationes q̄ eūt ex cauſa legitima in iure exp̄ſſa.vt habet̄.j.eod. paſtoralis.ita non tollit recuſationes q̄ fiūt ex cauſa legitima.

2 ¶ No.duas cauſas habiles ad † recuſandū iudicem vna eſt ſi ſit cōſanguineus impetrantis ꝛ pōdera ꝙ loqui vr̄ indiſtincte. tñ Spec.ti.j.§.ſupereſt.ver.quid ſi nō eſt.dicit hoc limitādum: niſi ſit talis perſona que veriſimiliter non debeat eſſe ſuſpecta: ſʒ ſit cōſanguine⁹ impetrātis puta ſi eſſet Cartuſienſis vel ali⁹ religioſus magne obſeruātie.de quo veriſimiliter nō deberet haberi ſuſpicio.ꝛ hoc etiā tenuit hic Uin.an autē poſſit cōſanguineus prelati recuſari in cauſa eccleſie ipſius prelati.Guil.tenuit q̄ nō in Spe.ti.j.in.d.§.ſupereſt.ver.quid ſi prelatus.q2 cauſa eccleſie nō eſt oīno cauſa ꝓlati.facit q̄ habet̄.ſ.de teſti.inſup. ſed Jo.and.in addi.ſuper dicto ver.quid ſi tenet cōtra per.c.inſinuante.de offi.deleg.vbi eſt cōtra Spec.ſi bene ponderetur diceret hic Jo.and.q̄ ab actore poterit recuſari cōſanguine⁹ rei ab ipſo actore impetratus.ſi hoc probabiliter ignorabat tp̄e impetrationis.facit q̄ habetur in aut.offerat̄.C.de lit.cōteſta. canonizata.iij.q.iij.¶ Alia cauſa eſt qñ iudex impetrantis fuit aduocatus in cauſa.nā tūc poterit ſi ſit impetrat⁹ per actorē recuſari per reum.facit q̄ habetur in.l.pretor.ff.de iuriſ.om.iud. Si autem ille qui fuit aduocatus rei fuiſſet impetratus ꝑ actorem:an poterit recuſari per reum.Uinc.hic dicebat ꝙ ſic.ſi re⁹ reuelauerat ſecreta cauſe.ſed contrariū vult glo.in.c.dilecto.ſ. de teſti.quam videtur ſequi.ibi Jo.and.ꝛ facit q̄ not.Innoc.

de offi.ꝛ irrefragabili.Item potes notare q̄ ad impetitionem appellationis nō videtur ſecundi remouendi recuſationes:ſʒ certe contrariū videtur ꝓbari.ſ.eo.ſup eo.nec obſt.iſte text.q̄ debet intelligi vt dixi in primo no.¶ † In glo.j.ibi.q̄ in ſuperiori gradu adhuc repellatur.ꝛ ſic vult gl.q̄ vſq; ad ſeptim. gradum repellatur cū adinuicem ſuccedāt vſq; ad dictū gradum.ꝛ hoc videt̄ fuiſſe de mēte glo.q̄ cū hodie ſuccedāt vſq; ad decimum vt legitur no.inſtit.de ſuc.cog.circa fi.ꝛ etiā in ti.de legi.agna. ſuc.q̄ etiā vſq; ad decimū gradū poſſit recuſari.ꝛ cū gl.tranſit hic Hoſt.ſed Jo.an.dicit diſtinguendū eſſe an ſint ex ſtirpe ſeu linea maſculina poterūt arbitrari habentes cognoſcere de cauſa recuſationis:ꝛ etiā arbitrari vltra decimū gradū:q2 experiētia docet:maxime in tuſcia ꝙ vindicant conſenſe eorū qui ſunt de eadem ſtirpe maſculina etiā vltra ſeptimū vel vlteriorē gradū: cum tamē nō vindicarent etiā infra quartū gradū extra ſtirpē maſculinū.potes dicere q̄ ubi apparet de ꝯſuetudine.de qua dicit Jo.and.ſeruetur eius opi.ſed vbi non apparet de conſuetudine,tunc ſeruaretur opi.glo.que etiam videtur in cōſanguineis ex ſtirpe feminina vſq; ad gradū in quo vn⁹ ſuccedit alteri etiā in loco vbi eſſet conſuetudo.de qua dixit Jo.and.et ſic opi. Jo.an.procedat quo ad hoc vt ꝑpter talē conſuetudinē poſſit recuſari cōſanguineus etiā ſi ſit conſanguineus vltra gradū in quo poſſet ſuccedere.et ſic vr̄ q̄ nō apparēte cōſuetudine ſtandum ſit glo.ſiue ſint cōſanguinei ex latere maſculino ſiue feminino:ſed vbi apparet cōſuetudo,de qua ꝑ Jo.an.tunc poterit fieri recuſatio etiā ſi ſit cōſanguine⁹ vltra gradus in quo poteſt ſuccedere ſi ſit ex latere maſculino:ſecus ſi ex feminino:ſʒ ſi eſſet cōſanguineus infra gradum ſucceſſionis tūc poterit fieri recuſatio etiā in dicto loco:vbi eſt talis ꝯſuetudo ſiue ſit ex latere maſculino ſiue feminino.vt voluit gl.ſʒ Joā.an.aliqualiter videat̄ innuere oppoſitū:ſed tutius puto tenere glo.quā etiā ſequitur

4 Hoſti.¶ In ca.gl.in fi.Item eſt iuſta cauſa † recuſatiōis ſi ſit oriund⁹ de loco impetrantis.ſ.vt lit.nō cōteſt.in.c.accedēs.el. ij.Itē ponit hic regulā Can.ꝙ oēs cauſe habiles ad recuſandū procuratorem.de quibus.ff.de procura.l.ante litē cum ſeq.ꝛ de procu.c.j.li.vj.ſunt habiles ad recuſandum iudicem.addeʒ dicas de om.ni cauſa habili ad recuſandum arbitrum.vt not.in Spe. eo.tit.§.ſupereſt.ad fin.Item oēs cauſe ſimiles expreſſis in iure.vt habetur in.c.legitima.de appel.li.vi.per Jo.an.Item ſi iudex ſit nimis fauorabilis parti.vt preallē.c.accedens.ij.Itē ſi appareat non diligere partē que eū recuſat.vt in.c.inquiſitionis.j.de accuſa.ꝛ facit q̄ not.ſ.de offi.de leg.cum ſuper.ꝑ glo. Idem ſi iudex ſit ingratus.vt eſt tex.in.§.ſancimus.in aut.de exhiben.reis.colla.v.ꝛ adde q̄ ſi quis propoſuit vnā cauſam ſuſpicionis debet illā probare:nec poterit illam proſequi quam non propoſuit.per id quod habetur in.c.cū ſpeciali.et in.c.cum cauſam.in gl.ſi.licet Dama.teneret contrarium.ꝛ no.bene per l.ſcio.ff.de appella.quia illa nō loquitur hoc caſu.ſed in appellatione diffinitiue.illud etiā tene q̄.ſi conſanguine⁹ impetrantis nō recuſetur poterit eſſe iudex.ſicut ꝛ patet in cauſa filij ſi nō recuſatur.iij.q.vij.§.tria.ver.filius.facit quod habetur in.l. ꝙ etiam.ff.de arbitris.

1 ☞ Sniē excōicationis ꝛ interdicti equiparant̄.ꝛ nu.3.ꝛ.4.

2 Appellatio facta ante ſniā interdicti vel ſuſpēſionis aut excōmunicationis impedit validitatē earum.

5 Suſpendere poteſt ep̄s interdictum a ſe latū et q̄ durāte ſuſpenſione celebrent̄ diuina.ꝛ nu.7.

6 Epiſcopus an poſſit dare licentiā celebrandi diuina in eccleſia interdicta.

8 Appellari an poſſit ſuſpenſione durante.

a **A**D hec.iij. Sentētia [a] interdicti nō ſuſpēditur ꝑ appellationē ſubſecutam.h.d.cōmunis diuiſio cōſultatio ꝛ reſpōſio.ſcd̄a ibi noueris.¶ No.q̄ ſententie cēſure eccleſiaſtice nō

1 ſuſpenduntur per appellationē ſequentem.¶ No.ꝙ † ſentētie interdicti ꝛ excōicationis regulariter equiparantur.de quo

2 in gl.j.¶ Not.q̄ † appellatio facta añ ſniem interdicti vel ſuſpenſionis aut excōicationis habēt impedire validitatem ꝓdictarum ſententiarū.nam tales ſententie late poſt appellationem legitimā non valent.j.de ſen.excō.per tuas.an autē ſentētia interdicti ſuper rebus temporalibus ſuſpendatur ꝑ appellationē.dic q̄ ſic.vt no.per gl.j.de ſen.excō.is cui.li.vj.ꝛ pl⁹ ibi videtur velle glo.q̄ etiā ſnia ſuſpenſionis a beneficio vel a pōtificalibus vel a pallio eiſ ſuſpendat̄ per appellationem ſequentem.ſʒ Inno.hic dubitauerit.ꝛ pro hac parte etiam facit: q2 taliter ſuſpenſus celebrans non incurreret irregularitatem. vt no.Inn.j.de ſen.excōi.c.j.lib.vi.ꝛ Spe.ti.ij.§.iuxta.ver.q̄d ſi epiſcopus.nec obſt.q̄ tales ſniē trahūt ſecum executiōnem:q2 nō ſequitur per hoc q̄ non poſſint ſuſpendi per appellationē. nam et ſnia lata ſuper furto trahit ſecū executionē ſuper infa

a ¶ Snia.ſi queras nūquid excōcatio ſuſpēſio vel interdictū valeat ſuſpēdi vel relaxari.diſtingue ſm̄ Henri.bo.ych.in pri. cetera ꝯcedāt hic cuʒ d.Abb.



Ayuntamiento de Madrid

mia.l.non poteſt.ff.de furt.⁊ tamē ſuſpēditur per appellationē
l.furti.ff.de his qui notant infa.⁊ facit qđ dicetur.ſ.e.paſtoralis.
⁊ per hoc patet ꝙ iſte tex.debet intelligi qñ ſuſpēſio vel interdi-
ctum reſpicit officiū vel ſacramētū.ſꝫ beneficium tantū vel ꝯ
3 de qu is.ſ.❡† Jn gloſ.j.ibi:equiparatur in hoc equiparātur
etiam in multis alijs.de quibꝰ hic per Jo.and.⁊.ſ.de ſen.excō.
c.j.lib.vi.⁊ ibi etiam ponit aliquas differentias inter iſta duo.et
precipue illam qꝛ licitum eſt loqui cum interdicto:licet nō ſit li-
citum loqui cum excōmunicato.xi.q.iij.cum excōmunicato.tan
git etiā h multiplici ſuſpenſione.ſed plenius vide per gl.in
cle.cupientes.in glo.que incipit.no.nouam.de penis.Et aduer
te qꝛ vbi excōmunicatio vel interdictum aut ſuſpenſio fit a iure
poteſt fieri etiam ſine monitione.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadēte.⁊.ſ.
eo.reprehenſibilis.ſed vbi fit ab homine ſeu profertur ſentētia
excōmunicationis ſuſpenſionis vel interdicti ab homine: tunc
ſi ꝓ cōtumacia, precedere debet monitio.vt in.c.ſacro.ſ.de ſen.
excōmu.⁊.ſ.eod.reprehēſibilis.Jtem ſi pro pena qꝛ etiam pro
delicto ab homine non eſt quis excōmunicandus:niſi canonica
monitione premiſſa.vt not.per gloſ.xvij.q.iij.vxor. licet domi.
Anto.indiſtincte videatur dicere.ſed non bene per nota.in dicto
c.vxor.⁊ hoc verum niſi ferretur ſententia cenſure ab homine in
caſu in quo lata eſſet a canone ipſo iure.vt habetur in preallegato.c.
4 reprehenſibilis.⁊ ibi dictum fuit.❡Et tene ꝓ regula ꝙ† equi-
parantur iſta duo ſententia excōmunicationis ⁊ interdicti:niſi
expreſſe reperiatur oppoſitū:vel niſi ratio aliqua aliud ſuadeat
de quo plene per Joan.and.in dicto titu.ſ.de ſenten.excō.in.vi.
❡Jn eadem glo.ibi.ſ.eo.dilectus.in.§.quia.ibi videtur aperte
5 probari ꝙ† nedū poteſt epiſcopus interdictum a ſe latum ſu-
ſpendere:ſed etiam ꝙ tunc durante ſuſpenſione celebrentur di-
uina.Jtem ꝙ durante dicta ſuſpēſione poteſt appellari ⁊ ſi ap-
pelletur tunc ſuſpenditur interdictum:vt etiam finito tempore
ſuſpēſionis nō habeat effectum.⁊ hec eſt cōmunis opi.per illū
tex.quādo interdictū latū eſt in eccleſia:⁊ ſic interdicta eſt eccle
ſia.ſed vbi interdictus eſſet homo tūc vt.ſ.tangit glo.poſt Tan
cre.licet tale interdictū poſſit tolli nō videtur poſſe ſuſpendi:qꝛ
aut ipſe interdictus penitēs eſt de eo propter ꝙ eſt interdictus
⁊ tūc debet relaxari interdictum aut non eſt penitens:⁊ tūc non
debet tolli nec ſuſpēdi:qꝛ ex quo penitet non debet ſacra tracta
re.lxxxi.diſt.ſi q ſunt.⁊.c.oportet.niſi vbi neceſſitas aliud ſua
deret.per id qđ habetur.ſ.de teſti.veniens.ij.circa ſi.⁊ hāc diffe
rentiam inter interdictum loci ⁊ hominis tenuit Jnno.ſ.de pri
uile.vt priuilegia.Et plus etiā ibi dicit ꝙ etiā interdictū hoīs ſi
ꝓpter delictum alterius ſit latum poterit ſuſpēdi ſicut interdi-
ctum loci cū tūc ſit eadem ratio vtrobiqꝫ.⁊ qđ dixi de interdicto
hominis ex facto proprio lato,idem dicas in ſnīa excōicationis
qꝛ illa etiā nō poteſt ſuſpēdi cū nō ſit cōmunicandum excōmu-
nicato donec fuerit ſꝫm formā eccleſie abſolutꝰ.ſ.de ſen.excō.cū
deſideres.qđ intellige ſaluo eo qđ habetur in.d.c.veniens.ij.cir-
ca ſi.❡Et pro eo quod dixi ꝙ epūs interdictum loci a ſe poſitū
poſſit ſuſpendere.bene facit ratio qꝛ ſi poſſet tollere qđ eſt plus
debet etiā poſſe ſuſpēdere ꝙ eſt minꝰ.arg.de regu.iur.cui licet.
li.vi.ex quo ratio nō ſuadet oppoſitū:ſecus ſi ſuaderet oppoſi-
tum:vt cōtingit qñ interdictus eſt homo.❡Jn eadem gl.in ſi.
aduerte qꝛ ex gloſ.poſſunt colligi tria que ſunt diuerſa.Primū
6 eſt an† epūs poſſit dare licentiā alicui celebrādi in eccleſia inter-
dicta.⁊ dicendū ꝙ nō:qꝛ hoc ſpectat tantū ad papā.vt dicit hec
7 glo.in ſi.Secūdum eſt an† epūs poſſit ſuſpendere interdictū a ſe
latum.⁊ cōclude ꝙ ſic ſi interdicta eſt eccleſia.per id qđ habeť in
c.dilectus.§.qꝛ vero.ſ.eo.⁊ tunc licite celebratur:qꝛ non cenſetur
tūc interim interdicta:ex quo ſuſpenſum eſt interdictū.An aūt
ſi interdictus eſſet homo poſſet ſuſpēdi interdictū dixi.ſ.⁊ etiā
tetigit glo.hic in ver.dixit Tancre.⁊ Jnn.in.c.vt priuilegia.de
priuileg.⁊ tāgit etiā aliquid.ſ.de cōſue.cum inter.Tertium eſt
8 an† poſſit appellari durāte ſuſpēſione.⁊ lꝫ gloſ.ponat opi.tamē
veritas eſt ꝙ ſic.per alleg.c.dilectis.§.quia vero.

1 ☞Appellatio ab interlocutoria iuſtificatur ex grauamine:
ſed diffinitiua ex iniuſtitia ſententie.
2 Appellans fruſtratorie non auditur.

# Cum in eccleſia.

Judex appellatiōis remittere debet cām ad priorem iudicem: ſi non conſtat a grauamine vel iniuſta ſnīa appellatū.h.d. primo narrat factū.ſcđo
prouidet.ſcđa ibi:vnde.❡No.ꝙ ſcđm iſta iura.ſi appellabatur
ad proximum ſuperiorem non debebat admitti appellatio per
ipſum ſuperiorem niſi fuiſſet interpoſita ex cauſa legitima:⁊ ſic
1 a grauamine vel iniuſta ſnīa diffinitiua.❡Nota ꝙ† appellatio
ab interlocutoria iuſtificať ex grauamine ſed diffinitiua iuſtifi-
catur ex iniuſtitia ſententie.❡No.effectum nō iuſtificate appel
lationis:qꝛ debet appellans remitti ad iudicē a quo vt illius iu-
2 dicio pareat.❡No.ꝙ† fruſtratorie appellans velut verus con-
tumax non auditur appellans.⁊ ſic videtur ꝙ remiſſus habeat
proſequi cauſam appellatione remota.ſed de hoc dic vt dicitur
ſ.c.proximo.⁊ prout habetur in cle.ſi ante.de dolo ⁊ cōtu.⁊ ad-
uerte qꝛ etiā poſſet dici ꝙ notabile nō colligitur.ſi dicas ꝙ hic
inſtruit iudicē ad quē vt remota appellatione remittat.nō autē
intelligať ꝙ in literis remiſſiōis apponēda ſit clauſula appel-
latione remota.⁊ adde qđ habeť in.c.j.⁊.c.appellatio.ſ.eo.in.vi.
vbi dicetur ꝙ nedum appellandū eſt ex cauſa legitima:ſed etiā
appellandū eſt in ſcriptis:vt.d.c.j.licet neceſſario nō ſit legenda
corā iudice a quo:vt.d.c.appellatio.cū ibi not.❡Quid autem ſi
negetur appellatū:vel cauſam appellationis eſſe legitimā.An
poſſit archie. . . ꝰ ad quē eſt appellatū inhibere iudici a quo.
dic vt in.c.rom. . .§.ſi vero.⁊.§.qđ ſi.cum ſeq.ſ.eo.lib.vi.❡Jn
glo.j.ibi:niſi per appellationē.ſup.legitimā.alias ſecus vt hic col
ligitur.❡Jn gl.ij.in ſi.⁊ no.bene ex tex.cū gl.ꝙ etiā ſꝫ hec iura
vbi appellabať ad proximū ſuperiorē debeat appellari a graua
mine ſi appellabitur ante ſnīam:ſecus qñ appellabať ad papā.
ij.q.vj.ad romanā.⁊.ſ.eo.c.peruenit.❡Jn gl.alioquin.ibi:con
firmat ſnīam.ſꝫ certe hoc hic nō dicitur:ſed bene dicit ꝙ ſi appel
latum eſt a diffinitiua poteſt tunc de appellatione cognoſcere:⁊
ſic fatendū erit ꝙ ſi reperiat eā cōfirmādam ꝙ poterit eā confir-
mare:an autē ipſe habeat tūc illā exequi:an vero remittere exe-
cutionē ad primum iudicē non dicitur hic.ſed de hoc dicēdum
vt plene no.in.c.paſtoralis.§.preterea.alleg.in glo.

1 ☞Cōtumacia que ſurgit ex nō ꝓſecutiōe appellationis pur-
gatur ſi tacite aut expreſſe appellationi renuntiatur.
2 Appellationem deſerens an audiatur poſt appellans.
3 Appellari poteſt bis ſolum ab eodem grauamine.

# Oirecte,

Si appellans qui in termino non eſt proſecutus redit ad primū iudicē a quo ſi interim ab eo grauetur poterit appellare.h.d.
1 ſcđa ibi reſpondemus.❡No.ꝙ† cōtumacia que ſur
git ex nō ꝓſecutione appellationis purgať ſi tacite aut expreſſe
appellationi renuntiatur.⁊ intellige tacite aliter q̄ per lapſum
termini:puta ꝓducēdo aliquid corā iudice a quo:vt tāgit gloſ.j.
❡No.ꝙ cōtumacia in non proſequēda appellatione:nō impe-
dit facultatē appellādi:vbi appellans illa deſerta purgādo cō-
tumaciā reaſſumit cauſam.⁊ ideo ſi iterato grauatur nō ob.cō-
tumacia predicta poterit appellare.facit qđ diceť cū gl.ij.poteſt
etiā notari ꝙ deſerens appellationē tanq̄ non verus nec mani-
feſtus cōtumax auditur appellās:ſed certe vt dixi in preceden-
ti notabili.hic poſt deſertionem purgauit contumaciā:de friuo
lo autē appellāte an poſſit poſtea appellare.dic vt hodie habeť
in cle.ſi ante.de dolo ⁊ cōtu.❡No.ꝙ in eadē cauſa ⁊ preſertim
a diuerſo grauamine licitum eſt appellare.de quo tangitur hic
in glo.penul.❡No.ꝙ appellatio eximit appellantem a iuriſdi-
tione iudicis a quo.ſ.eo.paſtoralis.❡No.ꝙ vinculū matrimo-
nij cenſetur fauorabile:ſed ſeparatio matrimonij cēſeť odioſa.
❡No.de ſignificato huius verbi libere:qꝛ nō videtur excludere
moderamē iuris ⁊ debite iuſtitie nec appellationē ex cauſa legi
tima.❡Jn gloſ.j.in ſi.ſed ad quid erat neceſſe ꝙ renuntiaretur
appellatiōi ſi iam erat deſerta.dic ꝙ hoc factū fuit ex ſuperabū
dāti vel vt pateret de purgatione contumacie.❡Jn glo.ij.in ſi.
ſed aduerte:qꝛ fortius videtur obſtare.ſ.eo.perſonas.⁊.c.cū ſit
2 romana.vbi videť dici ꝙ† deſerēs appellationē poſtea non au-
ditur appellans.ſed reſpōdit Hoſt.ꝙ nō auditur ſi velit iterare
eandem appellationē ex eadem cauſa quā deſeruit:ſed ex noua
cauſa appellādo bene audietur:vt hic patet.Sed certe hec ſolu
tio videtur nimis reſtringere dicta iura.ideo Jo.and.hic finaliť
tenet ſꝫ Vin.⁊ Jo.ꝙ ſi deſerēs appellationē reaſſumit cauſam
corā iudice a quo.⁊ ſic purgat cōtumaciā poterit ſi nouiter gra-
uetur appellare.Si aūt deſerat appellationē ⁊ duret cōtumax:
qꝛ nō cōparet poſtea corā iudice a quo:tunc nō auditur ſi velit
iterato appellare in petendo nouum grauamē.per id qđ habeť
ij.q.vj.§.diffinitiua.vſ.ſunt quoꝝ.⁊ hoc etiā cū effectu ſequitur
hic do.Anto.lꝫ latius ꝓſequatur.nā tractat quid iuris ſi pēden
te prima appellatione infertur grauamē.⁊ poſtea deſeritur ap-
pellatio.⁊ ſimiliter tractat ſi poſt deſertam appellationē inferť
grauamē.⁊ in primo caſu qñ pendente appellatione inferť gra-
uamen proſequitur duos caſus:qꝛ aut appellať a tali grauami-
ne ante deſertā appellationē aut poſt.⁊ in ſcđo caſu ſimiliter ꝓſe
quitur duos caſus.ſ.qñ poſt deſertā appellationē infertur gra-
uamen.nam aut purgatur contumacia ante grauamē illatum:
aut nō purgatur:qñ non purgatur etiā diſtinguit:aut fuit cita-
tus ille q poſtea appellauit aut nō.licet finaliter nō faciat diffe-
rentiā:an ſit citatus vel nō:ſi nō purgat contumaciā poſt deſer-
tionem.⁊ iſta ꝓcedunt qñ appellatio deſeritur.❡Quid autē ſi
aliquis grauať a iudice a quo:vbi fruſtratorie appellauit.cōclu
dit ꝙ ſi pendente appellatione grauatur dicendū eſt:vt in cle.ſi
ante.de dolo ⁊ cōtu.qꝛ auditur.ſi prima appellatio nō fuit ma-
nifeſte

Ayuntamiento de Madrid

niſeſte fruſtratoria al's ſecus:ſed ſi finita erat appellatio ⁊ iudi
catum ipſum fruſtratorie appellaſſe:tunc ſi perdurat an contu
macia non poterit appellare.vt no.glo.magna in dicta.clemē.
ſi ante.ſecus ſi purgaſſet contumaciā per iſtū tex.⁊ adde etiā ad
predicta qđ no.dicta glo.circa fi.⁊ qđ no.etiā do.de Rota in ſua
deciſi.ccclxxvi.¶ In gl.penul.in fi.⁊ ſic pꝫ:qđ autoritas hic po
ſita in litera ſuperficialiter fuit inducta cū hic de nouo grauami
ne tractaretur.⁊ ſic ꝓpria appellatio nō erat cōſideranda que
5 ſuper alio fuerat.⁊ adde etiā inquā tum glo.dixit:ꝙ † ab eodē
grauamine ſoluꝫ poteſt bis appellari:qꝛ illud debet intelligi.ſ.
ab eadem perſona.nam quelibet partium ſuper eodeꝫ articulo
pōt bis appellare.⁊ ſic poſſunt eſſe quatuor appellatiōes:vñ ſi
obtinui contra primā ſnīam ⁊.tu appellas:demum obtineo:
etiam ſecundam ⁊ tu appellas ſecūdo.ſi ergo feratur cōtra me
potero appellare:⁊ ſimiliter ſi quarto.⁊ ſic quelibet partiū tunc
habebit duas appellationes ſuper eodē.facit qđ not.in Spec.
eo.tit.§.quoties.per totum.

1 ☞ Sententia cenſure poteſt ferri ſub conditione.
2 Snīa excōicatiōis pōt ꝓmulgari ſub ſpe future contumacie.
3 Per verba iſta noueris te excōicatū niſi ſic feceris videt̃ ꝓmul
gari ſententia excōicationis.⁊ nu.10.
4 Dictio niſi in ſentētijs reddit diſpoſitionē conditionalē.
5 Sententia alternatiua an valeat.
6 Conditio etiā in iudicis impedit ortum diſpoſitionis.
7 Appellatio interpoſita pendente cōditione ſnīe cēſure ſub cō
ditione ꝓlate ſuſpēdit illius effectū etiā poſt euentū cōditiōis.
8 Conditio appoſita in ſentētia cenſure nō trahat̃ retro ad tem
pus ſententie aduenientis conditionis ſed reſpicit ſoluꝫ tēpus
euentus ipſius conditionis.
9 Snīa diffinitiua nō debet ferri ſub conditione.
11 Iudex ſi excōicat titium ſi appellauerit vel elegerit quid iuris.
12 Appellari poteſt quandocūqꝫ a ſnīa conditionali excōicatiōis
ante conditionis euentum.

PReterea. Snīa excōicationis ſuſpēſionis vel interdicti lata ſub cōditiōe
ſuſpenditur ſi ante ꝯditionē fuit appellatū.h.d.⁊ eſt
cōis diuiſio cōſultatio ⁊ reſponſio.ſecūda ibi videt̃.
prima facit tria.nā primo ponit formā triplicis ſnīe.ſecūdo fa
ctum omiſſum per illum in quē lata fuit tertio ex predictis for
1 mat queſtionem.ſecūda ibi ⁊ ille.tertia ibi vtruꝫ.¶ No.ꝙ † ſen
tentia cenſure poteſt ferri ſub cōditione.⁊ ſic valet.licet ſic ferri
non debeat.ij.q.vi.biduum.qui.§.habet̃ in.l.j.§.biduum.ff.qñ
appel.ſit.¶ No.qđ equiparatur ſnīa excōicatiōis ſuſpēſionis
2 interdicti.de quo.ſ.eo.c.ad hec quoniam.¶ Not.qđ † ſnīa ex
cōicatiōis videt̃ poſſe promulgari ſub ſpe future contumacie.
qđ eſt intelligendū:vt leg.⁊ no.j.de ſent.excōmu.romana.§.ca
3 ueant.li.vi.¶ No.qđ † per hec verba noueris te excōicatū niſi
ſic feceris videtur ꝓmulgari excōicationis ſentētia.de quo in.c.
j.ſ.de iudi.⁊ in Spec.de cita.§.iam de citatione.ver.quid ſi iu
dex.in penul.ſeu vlti.col.et etiam tangitur hic per Ioan.and.
4 ¶ No.qđ † in ſententijs dictio niſi reddit diſpoſitionē cōditio
nalem nō autem reddit illam puram reſoluendā in conditionis
euentum.⁊ ſic in hoc equiparant̃ ſentētie vltimis volūtatibꝰ et
non cōtractibus in quibꝰ cōtractibus dictio niſi reddit diſpo
ſitionem puram reſoluendam in cōditionis euentum:vt legit̃
et no.ꝑ gl.ij.in.l.ij.ff.de in diem adiec.⁊ de materia per glo.in.l.
obligationū fere.§.placet.ff.de act.⁊ obli.⁊ per Bar.in.l.cente
ſimis.§.ſi.ff.de ver.obl.⁊ ſic pꝫ qđ dictio niſi ponitur pro ſi in
ſentētijs ⁊ vltimis volūtatibꝰ.⁊ ꝑ p̄dicta pꝫ qđ ſi iudex dicat
excōico te:niſi ſolueris titio decē infra quinqꝫ dies qđ interim
ante lapſum quinqꝫ dierū non eris excōicatus.lꝫ glo.notauerit
cōtra in.l.obligationū fere.§.placet.v.cōditio.ff.de act.⁊ oblig.
ſed nō bñ per iſtū tex.nā hic eſt caſus cōtra glo.prealle.¶ Not.
5 qđ † ſnīa alternatiua videt̃ valere.de quo per gl.j.de cle.excōi.
miniſtran.latores.vbi gl.dicit qđ in dubio debet qs reputare ſe
excōicatū.Hoſt.tamē tenet non valere ſnīam tanqꝫ incertam.ꝑ
id qđ habetur in.l.iij.C.de ſen.que ſine certa quāti.⁊ ad iſtū tex.
poteſt reſponderi qđ hic fuit alternatiua iuris ſiue pape auto
6 ris decre.nō autē fuit alternatiua iudicis.¶ Not.qđ † cōditio
etiā in iudicijs ipedit ortū diſpoſitiōis.facit qđ no.ꝑ Inn.ſ.de
offi.dele.prudentiā.⁊ qđ habet̃ in.c.cū plures.de offi.dele.in.vi.
7 ⁊.ſ.de reſcrip.ab excōicato.¶ No.qđ † appellatio interpoſita
pēdēte cōditione ſnīe cēſure ſub cōditiōe ꝓlate ſuſpendit illius
effectū etiā poſt euentum cōditionis:vt ſic etiā poſt ipſum euē
tum nō liget:ſecus vbi ſnīa cenſure eſſet pure lata:qꝛ nō ſuſpen
deretur ꝑ appellationē ſequentē.j.eo.paſtoralis.⁊ ex hoc not.
qđ vbi ſnīa cenſure iniecit vinculū appellatio ſequens nō ſuſpē
dit:ſecus qñ nōdū iniecerat vinculum:vt cōtingit in ſnīa cenſu
8 re cōditionaliter lata.¶ No.ꝙ † conditio appoſita in ſnīa cen
ſure nō trahitur retro ad tempus ſnīe aduenientis cōditionis:
ſed ſolum reſpicit tempus euētus ipſius cōditionis.⁊ ideo ſolū
pro illo tempore quis ligatur nec fingitur retro ligatꝰ:ſecus in
contractibus cōditionalibus in quibus adueniente cōditiōe cō
ditio trahitur retro ad tēpus cōtractus et fingitur quis retro
obligatꝰ.l.qui balneum.ff.qui po.in pigno.habeant̃ ratio eſſe
poteſt:qꝛ ſnīa redditur in inuitum.l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de
ver.ob.ſed cōtractus ex voluntate procedunt.facit qđ not.per
gl.in.c.ſi pro te.de reſcrip.li.vi.forte etiā poſſet dici ſpeciale in
ſententia cenſure.⁊ ſic excōicationis vt nō ligetur quis ſine con
ditione adueniente nec fingitur retro ligatus nec etiam in cōſe
quentiam fingatur retro peccaſſe illos qui ſibi cōmunicarūt qđ
eſſet incongruum ex quo interim nō fuiſſet excōicatꝰ.¶ Nota
cōſultationi ſatiſfieri ſi reſpondeat per verbū videtur:vt hic pꝫ
et.j.de ſent.excō.perpendimus.et idē ſi per verbū credimus vel
credo et nuper vel ſi dicatur non occurrit ratio nō ſit ſic dicen
dum.facit de reſti.ſpo.item cum quis.et idem in ſimili.de quibꝰ
hic per Io.an.qđ nō.pro verbis que apponuntur quotidie in
cōſilijs.¶ In gl.j.in fi.in illis legibus.nam ſatiſfactum dicitur
creditori qñ remaneat contentus de eo qđ ſit per debitorē:licet
forte pecunia non ſoluat vt ſi forte tradit ſibi pignus.¶ In gl.
fi.ibi:nondū.ſed meliꝰ dixiſſet gloſſ.nedū iniecit vinculum.nam
reuera tenet:licet conditionaliter:al's ſi a principio non tenere
tur non confirmaretur tractu temporis.de reg.iur.nō firmatur
libr.vi.et eodē modo expone qđ ſequitur in glo.dum dicit non
eñ tenebat:qꝛ debet exponi.i.nō iniecerat vinculū.et ſic pꝫ qđ
ſi iam iniecit vinculum appellatio ſequens nō ſuſpenderet.j.e.
paſtoralis.ſecus quando nondū iniecit vinculum vt qꝛ nōdum
euenit conditio:qꝛ appellatio ſequens ante euentum cōditiōis
ſuſpendit illā et eius effectum vt ſic eueniente conditione non
inijciat vinculum.⁊ ita intelligi debet iſte tex.¶ In ea.glo.ibi.
l.potior.ſed certe ibi loquitur in contractibus hic autē in ſnīa
cenſure in qua eſt ſecus vt dixi in notabilibꝰ.¶ In ea.gl.ibi alie
9 ſententie ſub conditione ⁊c.dicunt:ꝙ † ſnīa diffinitiua nō de
a bet ferri ſub cōditione ſi tamē feratur tenebit [a] per ea que ha
bentur in.l.j.§.biduum.ff.qñ appel.ſit.canonizata.ij.q.vj.ſꝫ ſen
tentia interlocutoria bene pōt ferri ſub cōditione.l.a diuo pio.
§.in venditione.ff.de re iudi.ſed in hoc nō eſt magna vis qꝛ cer
tum eſt qđ vtraqꝫ valet:licet feratur ſub cōditiōe:vt patet in.d.
§.biduū.hoc etiā videtur tenere gl.ij.q.vj.biduum.etiam in ſen
tentia excōicationis.⁊ ſic qđ indiſtincte in ſnīa etiam cōditiona
liter lata appellādū ſit infra decē dies a tp̄e ſnīe.ſed Hoſ.hic te
nuit qđ in qualibet ſnīa conditionali ſufficiat appellare infra
decē dies poſt euētū cōditionis.⁊ hoc qꝛ añ nō videt̃ in effectu
ledere:⁊ qꝛ etiā alie preſcriptiōes nō incipiunt currere niſi poſt
euentū cōditionis.l.cum notiſſimi.§.illud.C.de p̄ſcrip.xxx.an
no.⁊ ad tex.in.§.biduum.reſpondendum qđ ibi dicit vtile eſſe
appellare infra decē dies a tempore ſnīe nō autē dicit ꝙ ſit ne a
ceſſe.gl.hic ponit tertiam opi.vꝫ qđ in alijs ſententijs qꝫ cenſu
re appellari debeat infra decē dies a tp̄e ſententie:ſed in ſentē
tijs cenſure poſſit appellari etiam poſtea quādocūqꝫ ante euen
tum conditionis.⁊ hāc opi.tenet finaliter Io.an.per iſtū text.
dum dixit medio tp̄e appellans ⁊c.et ſic videt̃ velle ꝙ ſufficiat
medio tempore appellare inter tempus ſententie:et tempꝰ cō
ditionis extantis.⁊ hoc clarum ſi dicas mediū appellari quod
eſt inter duo extrema.idē ſi diuidas actum in tres partes.nam
tertia pars erit media inter duas.⁊ ſic in caſu noſtro diuidēdo
tēpus decē dierū in tres partes ſi licitū eſt infra totā tertiā ap
pellare reperietur appellari poſſe etiam poſt decem dies a tp̄e
ſnīe.⁊ ſic eadē rōne debebit poſſe appellari qñcūqꝫ ante euentū
conditionis.et hoc etiā ſequit̃ Garſi.⁊ Io.mo.in.c.quicūqꝫ.de
ſen.excōi.li.vj.⁊ Arch.ij.q.vj.biduum.⁊ Io.⁊ Hoſtiē.hic:et ſic
erit ſpeciale in iſtis ſentētijs cenſure:vt poſſit appellari etiam
poſt decē dies a tēpore late ſnīe ante euentum cōditionis:ſecꝰ
in alijs qꝛ appellari debet infra decē dies a tp̄e ſentētie:lꝫ ſit cō
ditionalis ꝓpter ſpem grauaminis qđ timet̃ inferri ex ſentētia
cōditionali:vt in p̄alleg.c.qđ ad conſultationē.ſ.ti.j.⁊ forte rō
ſpecialitatis potuit eſſe in iſtis ſentētijs cēſure propter magnū
periculū qđ inferri poteſt ex eis.nā eo modica eſt pena eſſe iter
hoīes ⁊ hoīm carere ſuffragijs.facit qđ habetur in.l.hi qui ſan
ctam.C.de apoſt.et ideo cautius fuit agendū.arg.j.de elec.vbi
periculum.lib.vi.¶ In ea.gl.in fi.cū gl.concordat Inn.⁊ Ho
ſtiē.⁊ etiā Bar.brixi.vt hic refert Io.an.ſed Arch.tenuit con
tra in.c.ij.de cōſti.in.vj.Io.an.in regula.cum ſint partium.j.de
reg.iur.in.vj.videtur concordare opi.in.q.ibi poſita in tertio ar
ticulo:qꝛ ſi ex mutatiōe fori mutetur vel extinguatur cauſa ſen
tentie tūc ſnīa non ligabit mutantē forum.Exemplum ſi iudex
excōicauit titiū ſi nō reſideret in beneficio intra certū tp̄s renū
tiabit beneficio expreſſe in manibꝰ ſuperioris vel accepit vxo
rē.⁊ ſic tacite renuntiat beneficio excludit̃ ex diſpoſitiōe iuris a
bñficio.facit in.c.diuerſis fallacijs.⁊.c.ioānes.de cleri.cōiuga.⁊

a ¶ Tenebit.quod aūt ſi iudex dixerit ī ſnīa cōdemno: imo abſoluo an teneat ſnīa per do.Alex.ī cōſi.cxviij.ī pen.col.in iij.volu.



Ayuntamiento de Madrid

ſic pcedere poſſit opi.Archi.ſecus ſi nõ ceſſet cauſa ſnie:qꝛ tũc procedit opi.glo.⁊ ſequaciũ.d.Anto.hic videtur dicere ꝙ etiã ſi nõ ceſſet cauſa ſnie.Si tamẽ nõ poſſet originari vt qꝛ excõica uit titiũ ſub conditione ſi furtum fecerit.⁊ poſtea mutauit do miciliũ anteꝙ furtum committat.Nam ſm eum non ligabit ſi poſtea furtum committat:ex quo effect⁹ eſt de alieno foro.facit qd habetur in.c.vt animarũ.§.j.li.vj.de conſti.ſecus ſꝫ eũ ſi nõ ceſſat cauſa ſnie.Nec impeditur originari vt ſi excõmunicat ſi non ſoluerit decẽ q̃ ſoluere debet exiſtẽti in dioceſi excõmuni catur vbi ſoluere debet ⁊ ibi cẽſetur cõmittere cõtumaciã.facit qd no.Bar.in.l.libellorũ.ff.de accu.ſꝫ Jo.andr.in dicta regula. cũ ſint partiũ.videtur ſentire ꝙ excõicatus ſub cõditiõe ſi fur tum fecerit incurrat excõicationẽ quaſi preuẽtus,lꝫ mutauerit domiciliũ per.c.propoſuiſti.de fo.cõpe.Nec ob.c.vt animarũ. §.j.qꝛ loquit in ſnia lata per viam ſtatuti qd quidem ſtatutum non porrigit effectũ extra iuriſditionẽ ſtatuentis:ſꝫ hic loquit in ſnia lata contra certam perſonã que potuit ligari:ex quo fuit preuenta.⁊ hec pars forte de iure verior ad materiã gl.⁊ decre. vide qd no.per gl.de ſen.excõ.venerabilibus.§.j.li.vj.⁊ qd not.

10 Cap.de caſtil.ſua alle.xlix.¶ † Extra gl.tãgit hic Jo.an.an p hec verba prolata per iudicẽ noueris te eſſe excõicatũ niſi tale quid feceris proferatur ſnia.hic videtur caſus ꝙ ſic.et ſequitur Hoſti.ꝙ glo.in.c.penul.j.de ſen.excõi.Gof.cõtra propter odiũ excõicationis:ex quo non eſt prolatum verbum excõmunico.⁊ verba videntur potius recitatiua ꝙ diſpoſitiua.vnde ad iſtum tex.dicebat ſupplendũ eſſe verbũ excõmunico:⁊ poſtea iudicẽ dixiſſe prout hic dicitur.Guil.naſo.dicebat nõ induci ſentẽtiã excõmunicationis niſi epiſcop⁹ legerit literas vel ptulerit ore excõmunicationem.conclude ꝙ ſi hec verba pferant a iure ſine dubio inducunt excõicationem.j.de ſolu.ſi quorũdã.de immu. eccle.non minus.idem videtur ſi a papa.vt.ſ.de teſti.cog.c.ij.ſi vero ab inferiore iudice.tunc ſi conſtat de mente ꝙ vult p illa excõmunicare inducit excõicatio.ar.j.de ver.ſig.in his.⁊.c.in telligentia.⁊.c.preterea.In dubio ſi pferatur parte preſente et in apparatu ad ſniam videtur eſſe mens inducẽdi excõmunica tionem.facit qd not.in.c.tenor.ſ.tit.j.Idẽ finaliter tꝫ etiaꝫ hic do.Anto.ſi per literas intimat:qꝛ apparet ꝙ iudex aſſumit cãꝫ habilem ad excommunicandum.ſ.contumacem.et ſic nõ ſolum proferuntur dicta verba ad intimandum:ſed etiam ad promul gandum.⁊ hoc voluit glo.in dicto.c.penul.de ſen.excõi.⁊ etiaꝫ Hoſti.vt predixi:ſecus ſi eſſent ſimpliciter verba notificatoria: vt qꝛ diceret ſcias ꝙ tali die excõmunicauim⁹.facit ad materiã qd no.ſ.de iudi.c.j.⁊ de proba.poſt ceſſionẽ.⁊ in Spec.de cita. §.iam de citatione.ver.quid ſi iudex.vlt.col.Secũdo tangit hic Joan.and.ſuppoſita opi.glo.ꝙ poſſit infra tempus cõditiõis indiſtincte appellari ſi fiat appellatio infra dictũ tẽp⁹ an ſuſpẽ detur ſolum excõicatio:an vero etiã preceptũ de ſoluẽdo.⁊ cõ cludit poſt Inno.ꝙ vtrũqꝫ ſuſpendatur qñ vnica fuerit ſnia:vt cõtingit in caſu decre.ſec⁹ ſi fuiſſent due:vt ſi primo preceſſiſſet ſolui aliquid Sẽpronio.deinde dixiſſet ⁊ niſi ſatiſfeceris infra xx.dies noueris te excõmunicatũ:qꝛ tunc niſi appellet a prima ſnia infra decẽ dies a tpe ſnie illa nõ ſuſpedit:ſꝫ ſuſpẽdit excõi catio ſi appellet ante.xx.dies.⁊ ſi dicas ſi preceptũ trãſiuit in rẽ iudi.ergo meretur executionẽ ⁊ ſic non videt legitima appella tio que ſit ante.xx.dies poteſt dici ꝙ lꝫ teneat preceptũ:tamen appellatio poteſt eſſe iuſta ſi forte grauetur pars in executiõe. vt qꝛ ſine cauſa fiat infra tps iuris.de quo in.c.querẽti.de offic. dele.facit qd no.ſ.ti.j.ꝙ ad cõſultationẽ.⁊.ff.qd me.cau.l.ſi cuꝫ exceptione.§.ꝙ ſi homo.Tertio tãgit qd ſi lata ſit ſnia excõica tionis cõtra titiũ ſi nõ ſoluerit decẽ ſempronio infra mẽſeꝫ.An ſi ſempronius prorogat terminũ erit titius excõicatus ſi nõ ſol uerit in termino iudicis.Inn.hic ⁊ Hoſti.finaliter tenet ꝙ ſic: niſi iudex cõſenſerit in prorogatione.⁊ idem Garſi.⁊ Joã.mo.in c.qcũqꝫ.de ſen.excõ.in.vj.⁊ ſic reſidet Joã.an.argu.eorũ.que ha bent in.l.itẽ queritur.§.qui implemẽto.ff.locati.⁊ in.l.labeo.ff. de arbi.vbi in prorogatiõe requirit etiã conſenſus fideiuſſoris vt eis preiudicet.ſed do.Ant.hic dicit ⁊ forte de iure melius ꝙ nõ erit excõicat⁹:qꝛ ſubintelligi debeat in ſnia iudicis niſi pars voluerit maius tps dare.argu.ſ.de iureiur.quẽadmodũ.Nam in fauorẽ ipſius ptis lata eſt ſnia.nec ob.qd habet in.d.l.labeo. ⁊.d.§.qui impleto.qꝛ ibi per prorogationẽ partium nõ eſt cõue niens fieri preiudicium tertio ⁊ ſic fideiuſſori.⁊ ideo vt ei preiu dicetur requiratur ꝙ cõſentiat:ſꝫ hic nullum preiudiciũ eſt iu dici ſi pars in cuius fauore fertur ſnia proroget tps.Ideo tunc ſecus facit optime qd habet in.c.ij.j.de ſpon.an aũt ſufficiat in caſu decre.vltima die ſatiſfacere.clarũ eſt ꝙ ſic per ea que no.ij. q.vj.biduũ.⁊.l.qui aũ calẽ.de verb.obli.per quã.l.ptꝫ idem eſſe ſi dictuꝫ fuiſſet niſi ſatiſfeceris aũ.xx.dies:qꝛ intelligit.ſ.finitos vt ibi.an aũt ſit differẽtia ſi iudex dicat ex nũc noueris te excõi catum:an vero dicat ex tũc:vel ſimpliciter noueris te excõicatũ. dic ꝙ nõ.vt etiã voluit Inno.⁊ Hoſti.lꝫ aliqui contra.ſed non bene.per id qd habetur in tex.⁊ glo.in cle.j.de cõceſ.prebẽ.tãgit hic Jo.an.An dicet quẽ excõicatũ:qꝛ nõ ſoluit debeat hoc p bare.de quo per Bar.in.l.hoc iure.ff.de ver.obli.⁊ per Inno.j. de accu.ſuper his.⁊ p Cy.in.l.ij.C.de iure emphy.

11 ¶ † Vltimo tangit quid iuris ſi iudex excõicat titiũ ſi appellauerit vel ſi ele gerit:⁊ an ſit differentia ſi dicat appellauerit.⁊ finaliter videtur cõcludere ꝙ nõ ſit differentia quo ad propoſitum:⁊ ꝙ vtrolibet excõicatio intelligatur precedere appellationẽ ⁊ electio ẽt erit nulla ⁊ mouetur in effectu:qꝛ iſta videtur quodãmõ in momẽ to concurrere excõicatio ⁊ ipſa appellatio ⁊ electio ⁊ in dubio clauis ſpiritualis:⁊ ſic ipſa excõicatio penetrabilior eſt ꝙ act⁹ hominis:iõ cẽſet preceſſiſſe.⁊ p iſta pte etiã facit:qꝛ excõicatio videtur fundari:nõ tantũ ſup electione aut appellatiõe quãtũ etiã ſuper inobedientia ⁊ cõtumacia in actu appellãdi ⁊ eligẽdi cõtra preceptũ ſuperioris:⁊ ideo cũ ante ipſum actũ electionis ⁊ appellationis precedit actus deliberatiuus eligẽdi ⁊ appellã di cõtra preceptũ ſuperioris iã in aĩo firmatus.⁊ per cõſequẽs cũ ante ipſum actũ detur animi rebellio ⁊ inobedientia.ſatis videt ſubeſſe cauſa ſub qua fundatur excõicatio etiã ante ipſuꝫ actum eligendi vel appellandi:ergo excõicatio antedictum dꝫ habere effectum.facit.j.de ſen.excõi.ſacro.Itẽ pro hac pte fa cit qꝛ excõicatio pmulgatur ex cõtumacia de futuro ⁊ nõ prete rito.ſm ea que legunt ⁊ no.j.de ſen.excõ.a nobis.⁊.e.tit.roma na.§.caueant.libr.vj.⁊ de cõſti.vt animarũ.§.j.e.li.⁊ p predicta videtur ꝙ nõ ſit fienda differẽtia:an dicatur excõico ſi appella ueris:an vero dicatur excõico ſi appellas.lꝫ Goff.tenuerit eſſe differẽtiã dicẽs ꝙ primo caſu itelligit facto poſt appellationẽ: ſecus in ſecũdo caſu per id qd no.glo.in ſimili.in.l.ſi qs ſtipula tus ſit ſtichũ.ff.de ver.obli.⁊.l.cẽteſimis.§.ſi.e.tit.nã predicta opi.non videtur vera:qꝛ vtrobiqꝫ vident habere locũ rõnes ſu perius allega.nec ob.predictis ſi dicatur ꝙ implemẽtũ ꝙ ſit de facto non hꝫ facere cõmitti penã.l.ea quidẽ.et.l.ſi.C.ſi manci. ita fuerit aliena.⁊ ſic cũ tenendo opi.predictã appellatio vel ele ctio ſolum de facto fiat:videtur ꝙ nõ cõmittatur pena excõica tionis.nã poteſt reſpõderi ſm Inno.⁊ Jo.an.ꝙ in cõtrariũ hꝫ locũ in penis odioſis ⁊ reſtringẽdis ſꝫ hic in pena excõicatiõis. que cẽſet medicinalis:vt.j.de ſen.excõi.c.j.li.vj.preterea hic pre cedit valida cõtumacia ſub qua fundat excõicatio vt predixi.et de materia etiã p Hoſt.in ſumma de re iudi.§.qualis.v.pura. ⁊ ſic reſidet Jo.an.d.Ant.hic dicit:ꝙ ſi cõſtat de mẽte excõica toris ꝙ voluerit ſniam excõicationis precedere appellationeꝫ vel electionẽ ſeruãda erit mẽs ipſius excõicãtis.Idem ecõtra ſi cõſtat ꝙ voluerit ſequi:qꝛ tales ſnie multe regulantur a mẽte ſentẽtiantis.facit qd habet.j.de ver.ſign.in his.⁊.c.intelligẽtia ⁊.c.preterea.Si aũt eſt dubiũ de mẽte:tũc ſi iudex dicit excõico te ſi prepraraueris te ad eligendũ vel appellandũ:tunc videtur eſſe de mẽte ꝙ excõicatio precedat ipſam electionẽ ⁊ appella tionem.⁊ ideo talis appellatio nõ ſuſpẽdet nec tenebit electio. Hoſtiẽ.tñ in ſumma in loco prealleg.videtur velle ꝙ talis ſnia nõ teneat qꝛ vr excõicare partẽ ſi ſe de iure defendat qñ excõi cat ſi ſe parauerit ad appellãdũ.⁊ ſic videt cõtinere intolerabilẽ errorẽ.⁊ per cõſeqnẽs non valere.j.de ſen.excõ.p tuas.ſꝫ vt di cit do.Anto.poteſt reſpõderi ꝙ nõ cõtinet intolerabilẽ errorẽ: qꝛ poterit eſſe ꝙ appellatio erit iniuſta.et intelligetur prohi bere non tenebit excõicatio ſalteꝫ reſpectu talis appellatiõis: ſi aũt ſimpliciter dicat excõico te ſi appellas.lꝫ Inno.hic dicat: ꝙ hoc caſu cenſetur excõicatio precedere appellationẽ.tñ do. Anto.tenet contrariũ:qꝛ nõ videtur purificata conditio niſi fa cta appellatiõe:qꝛ ante nõ dicitur appellare:ſꝫ velle appellare l.amplius.rem ra.ha.⁊ hoc etiã videtur velle Hoſti.in ſumma in loco prealleg.nec ob.ꝙ excõicatio fundetur ſuper inobedien tia que videtur eſſe etiã ante ipſum actum appellandi:vt dixit Inno.qꝛ vt dicit do.Anto.videt hoc caſu requiri ad inobediẽ tiam ꝙ mens ſit declarata p factũ appellatiõis.ar.d.l.ampli⁹. Bar.in ſimili.⁊ in.l.filius.§.diu.ff.de leg.j.videtur tenere opin. Gof.qꝛ ſi dicitur excõico ſi appellaueris:qꝛ apponitur verbum ſubiunctiui modi ꝙ format a preterito indicatiui.vt not.in.l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum.ff.de ver.obli.videtur notare rem perfectam:vt tunc poſtea locũ habeat excõicatio.⁊ p hoc etiaꝫ l.ſtichus ſeru⁹ meus.ff.de manumiſ.teſta.ſecus ſi dicat excõico te ſi appellas:qꝛ tunc intelligitur.i.ſi ad aliquem actũ appella tionis proceſſeris.facit qd not.in.l.ea lege.C.de condic.ob cau. ⁊ iſta opi.forte de iure verior maxime p dictã.l.ſtichus ſeruus meus.vbi agitur de re fauorabili qꝛ de donatione libertatis:et tamen ſi teſtator dicat lego ſtichũ ſeruũ meũ tali ⁊ ſi alienauerit relinquo ipſi ſticho libertatem:quia videtur tunc relinquere li bertatem poſt factam alienationem non tenet libertas:ſecus ſi dixiſſet ſi alienabi vel ſi alienabit:vt voluit Bart.in.d.§.diu. ⁊ ad materiã etiam facit qd no.Jo.an.in regula.cũ ſint ptium: de reg.iur.

Ayuntamiento de Madrid

de reg.iur.in.vi.vbi tangit dum iudex ꝙ ſi legit titius appella-
tionem excōicat eum vel ſi cōtra.cū iudex ꝓfert excōicationē
contra titiū ipſe appellat.nā ibi cōcludit ꝙ licet videretur pre-
ſumendum pro reo per dictam regulam.cū ſint partium. tamē
quia ſumus in materia in qua agitur de pena medicinali preſu
metur potius preceſſiſſe verbū excōmunico.⁊ quia ex quo appa
ret de excōicatione ⁊ de poteſtate excōicantis cēſeri debet quis
excōicatus niſi probetur appellationē preceſſiſſe.per id qd̄ not.
glo.nō.in.c.venerabilibus.ad ſi.de ſen.excō.li.vi.Item adde di
12 ctis ſuperius inquātum dixi ꝙ appellari† poteſt quādoqꝫ a ſen
tentia cōditionali excōicationis ante euētū cōditionis.nā Joā.
an.hic videtur velle hoc verū quo ad ſuſpēdēdū ipſam excōica-
tionem.ſed nō quo ad deferēdū negotiū ad ſuperiorē ſi appelle
tur poſt.x.dies a tpe ſentētie.⁊ videtur etiā ſequi do.Ant.⁊ ni-
hil allegat.ſed videtur ꝙ etiam quo ad effectū deferendi nego-
tium ad ſuperiorem procedat talis appellatio per iſtū text. qui
loquitur indiſtincte:⁊ quia alias nō poſſet bene videri an appel
latio ſuſpendat ipſam excōmmunicationem cum hic non habe
ret cognoſcere ipſe iudex qui tulit excōmunicationem ne de ſua
iniquitate cognoſcat an appellatio ſit legitima.Ultimo inquā
tum allegaui.s̄.l.hi qui ſententiam.dicꝫ ꝙ eſt titu.de apoſta.

1 ☞ Uerba debent deſeruire intentioni proferentis.
2 Clauſula in principio medio vel fine poſita refertur ad omnia
vbi nō eſt dare rationem diuerſitatis quare magis ad vnum ꝙ̄
ad aliud referatur.
3 Recuſatio iudicis qualiter fieri debeat.
4 Recuſatus ſuperſedere debet ⁊ ſe nō intromittere de cā.⁊ nu.8.
5 Clauſula appellatione remota quid operetur.
6 Delegatus recuſatus an poſſit alteri committere cauſam.
7 Exceptio recuſationis afficit perſonā iudicis ⁊ ipſam inhabili
tat in cauſa principali et etiam in incidenti ipſius exceptionis
recuſationis.
9 Suſpicionis cā finita ſi ꝓnuntiet iudicē eſſe ſuſpectum an pote
runt ipſi arbitri de principali cauſa cognoſcere.

a SEcundo. Si per reſcriptum [a] cōmittunt
plures articuli cōnexi ī vno tm̄
illorū appellatio ꝓhibetur in alijs ꝓhibita intelligi-
tur.hoc dicit.primo ⁊ ſuſpicionis cauſa ꝓponēda eſt
coram iudice qui recuſatur.⁊ ꝓbanda eſt corā arbitris.⁊ hoc di
1 cit ſecūdo.⁊ ſic ſunt due partes.ſecūda ibi tertio.¶ † Not.qd̄
verba debent deſeruire intentioni ꝓferentis.⁊ ſic verba ſunt po
tius propter intētionē exprimendā ꝙ̄ ecōtra.facit qd̄ habet in
c.preterea.⁊.c.intelligentia.j.de verb.ſigni.¶ Nota finem ⁊ in-
tentum apponentis clauſulam appellatione remota:quia eius
finis ⁊ intentio eſt vt iuſtitia miniſtret:⁊ ſic non videt eſſe eius
mens qd̄ velit tollere appellatiōes iuſtas et legitimas.facit qd̄
2 habetur.j.eo.paſtoralis.⁊.s̄.de officio deleg.ex parte.¶ † No-
ta qd̄ clauſula in principio vel medio aut in fine poſita,refertur
ad omnia vbi nō eſt dare rationem diuerſitatis.quare ad vnum
magis ꝙ̄ ad aliud referatur.facit.l.j.C.de lib.prete.⁊.l.iij.§.filiꝰ.
ff.de libe.⁊ poſth.et.ff.de lega.j.l.talis ſcriptura.⁊ ibi per Bar.
3 et facit quod dicetur.j.eo.inquiſitioni.¶ † In ver.iij.no.practi
cam recuſationis iudicis:quia oportet primo qd̄ fiat recuſatio
ex cauſa legitima.ſecūdo qd̄ proponatur ipſa cauſa coram iudi
ce recuſato.tertia qd̄ partes per iudicem recuſatum debēt com
pelli ad eligendos arbitros qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcāt.
et demum eis electis debet ſtatuere terminū ipſis arbitris cō-
petentem infra quē cauſam recuſationis decidant.¶ Et nota
ꝙ ſi lapſo dicto termino nō reperit deciſa intelligitur in effectu
deſerta recuſatio ſicut in ſimili dicimus de appellatione.s̄.eo.
perſonas.⁊.c.cū ſit romana.⁊ ideo lapſo termino arctatur recu-
4 ſans reſpondere coram ipſo iudice recuſato.¶ † No.effectū re-
cuſationis ꝓbare quia ſuperſedere debet recuſatus ⁊ ſe nō in-
tromittere de cauſa cum ratio etiā naturalis dictet ꝙ ſuſpecti ⁊
5 inimici nō debēt eſſe iudices.¶ † In gl.ij.ibi:ſꝫ hodie ipſo iu-
re ⁊c.Innuit glo.ꝙ hodie clauſula appel.re.nihil operetur.ſed
dic melius ꝙ etiam hodie multa operatur ſeu operari poteſt vt
plene dicetur.j.c.paſtoralis.⁊ pro declaratione eorū que.s̄.teti-
git gl.adde qd̄ dicetur in.d.c.inquiſitioni.j.eo.⁊ qd̄ no.per Bar.
in.l.talis ſcriptura.ff.de lega.j.¶ In gloſ.allegare ibi ſm leges
poteſt ⁊c.de hoc quando ⁊ vſqꝫ ad qd̄ tēpus poſſit proponi ex-
ceptio recuſationis ſm canones vel leges.dic vt plene dictum
6 fuit in.c.inter monaſterium.s̄.titu.j.¶ † In eadem gloſ.in fine
cōclude ꝙ licet olim eſſent opinio.in delegato recuſato.an poſ
ſit alteri cōmittere cauſam.tamen hodie eſt tenendum quod ha
betur in.c.iudex.de officio delega.in.vi.vbi patet ꝙ anteꝙ̄ recu
ſetur.licet reuera ſit ſuſpectus:poteſt tamen alteri ſubdelegare.
ſed poſt recuſationem propoſitam non poteſt cōmittere niſi cū
recuſatoris aſſenſu ⁊ cum illo poterit etiā inuito aduerſario cō-
mittere.⁊ hoc ſi nōdū ſit lata ſentētia etiāſi ſit ꝓbata recuſatio.

ſecus ſi lata eſſet ſnīa ſuper recuſatiōe:quia tūc nō poterit cōmit
tere etiā cū recuſatoris aſſenſu.ſecus in ordinario qui etiā lata
ſentētia ſuper recuſatione poterit cōmittere cū recuſatoris con
ſenſu.per id qd̄ habetur.j.eo.cum ſpeciali.qd̄ no.gloſ.in.d.c.iu-
dex.Aliqui tn̄ dicunt ꝙ de conſenſu vtriuſqꝫ partis poterit cō-
mittere ex quo lata eſt ſnīa ſuper recuſatione ⁊ non aliter.⁊ hoc
videtur ſequi hic do.Ant.⁊ videtur etiā tenere gl.in.d.c.cū ſpe-
ciali.⁊ Spe.in ti.de recuſa.§.effectus.ver.ordinarius aūt.de quo
dicet in.d.c.cū ſpeciali.¶ In gl.in aliquos ibi.i.arbitrū vel ar-
bitros.¶ Not.ꝙ bene licet iura cōia loquant in plurali de arbi
tris eligēdis in cauſa recuſationis:tn̄ ſufficit ſi partes cōſentiāt
in vnū.facit qd̄ no.Jo.an.in adi.Spec.in tit.de recu.§.effectus.
¶ In ea.glo.in ſi.⁊ adde quod habetur in.c.ab arbitris.de offi.
delega.in.vi.vbi patet ꝙ tales arbitri cenſentur iudices delega
ti a iure.⁊ ab eorū ſnīa poteſt appellari.vt ibi patet.ſecus in ar
a bitris cōpromiſſarijs.vt in.l.j.C.de arbitris.¶ In glo.cogi.[a] in
ſi.et ſic vult glo.ꝙ aliud ſit in exceptione ſuſpitionis.⁊ aliud qn̄
allegatur defectus iuriſditionis.⁊ ratio diuerſitatis eſt ſm Jo.
and.qꝛ exceptio ſuſpicionis plus videtur inficere iuriſditionem
quā ſimplex propoſitio defectus iuriſditionis.facit qd̄ no.s̄.de
offi.dele.ſuſpicionis.Sed certe prima facie videtur potius op-
poſitum quia ſi ꝓponitur defectus iuriſditionis negatur oīno
iudicē habere iuriſditionē.ſecꝰ qn̄ ꝓponitur exceptio ſuſpicio-
ni.Ideo potes dicere vt voluit Inno.in.c.prudentiam.de offi.
7 deleg.⁊ Bar.in.l.quidā conſulebant.ff.de re iudi. qd̄ † exceptio
recuſationis afficit perſonam iudicis.⁊ ipſam inhabilitat nedū
in principali:ſed etiā in incidenti ipſius exceptionis recuſatio
nis:quia vtrobiqꝫ eſt eadem ratio: vꝫ vt propter ſuſpicionem
non debeat cognoſcere,nedum in principali:ſed etiam in incidē
ti ipſius exceptionis recuſationis:quia vtrobiqꝫ eſt eadē ratio
videlicet ꝙ propter ſuſpicionem non debeat cognoſcere,neduꝫ
in principali:ſed etiam de incidenti que nō ceſſat quādo propo-
nitur defectus iuriſditionis:quia talis ꝓpoſitio afficit perſonā
iudicis ſuper cauſa principali nō autē ſuper incidenti an ſit iu-
dex vel nō ſtante dubio iuriſditionis.Ideo tunc poteſt cogno-
ſcere de incidenti.⁊ ſic ſuper dubio iuriſditionis.facit qd̄ not.s̄.
de reſcrip.ſuper literis.⁊ qd̄ no.Bart.in.l. quidam cōſulebant.
ff.de re iud.Sed hic inſurgit dubiū quid ſi nō proponatur exce
ptio recuſationis:ſed alia que ſigillat perſonam ipſius. vt quia
opponitur ꝙ eſt excōicatus vel infamis,an tunc poterit de hoc
cognoſcere.Inn.multum notabiliter tenuit ꝙ ſic in.c.cū ſuper.
de offi.delega.quia non reperitur prohibitū ſm eum ꝙ nō poſ-
ſit hoc caſu cognoſcere an ſua ſit iuriſditio.⁊ ideo remaneamus
in regula ꝙ poſſit per ea que habentur in.c.ſuper literis. de re-
ſcrip.⁊ in.l.ſi quis ex aliena.allega.in glo.⁊ ſm eum nō pronun-
tiabit ſe non eſſe excōmunicatum vel infamē ſed ſe eſſe iudicem
vel non eſſe:ſed Bar.tenuit contra in.d.l.quidam conſulebant.
quia eadē ratio videtur hoc caſu que eſt in exceptione ſuſpicio-
nis.ex quo exceptio propoſita afficit perſonā iudicis.⁊ ideo re-
currendum erit ad arbitros vel ad ſuperiorē.⁊ iſtud etiam vide
tur voluiſſe Hoſtien.in.c.pia.de excep.in.vi.vbi etiā per Jo.an.
⁊ Archi.ſed ipſe Archi.iij.q.v.quia ſuſpecti videtur velle ꝙ hoc
caſu non eatur ad arbitros:quia hoc non eſt iure cautum ſed de
beat adiri ſuperior.ſecus in exceptione recuſationis. Joan.an.
in.d.c.pia.videtur velle qd̄ nō eatur ad arbitros per rationem
prealleg.⁊ ſimiliter ꝙ non eatur ad ſuperiorē.qꝛ ſuperior ipſius
rei hoc caſu eſt ipſe iudex contra quem opponitur exceptio.⁊ ſic
videtur inclinare in ſententiam Innoc.vt ſic debeat cognoſcere
ipſe iudex:⁊ ſic pronuntietur pro excipiente habebit intentum.
ſi contra eū poterit appellare:forte poteſt dici ꝙ hec opinio ꝓ-
babiliter poſſit de iure defenſari propterea que ſupra dixi.tn̄
ſi aliquis vellet qd̄ cauſa deduceretur ad arbitros poſſet ſic pre-
ſentare.quia poſſet proponere exceptionem excōmunicationis
vel infamie cōtra iudicē ⁊ dicere qd̄ qꝛ habet eū ſuſpectū ſuper
cognitione huius exceptionis:ideo ipſum recuſat ſuper cogni-
tione predicta,et petit ſup hoc eligi arbitros.et hoc modo poſ-
ſit ſaluari opinio dicentium qd̄ recurrendum eſt ad arbitros. ſe
cus ſi ſimpliciter ꝓponatur exceptio excōicationis vel infamie.
facit qd̄ dixi in.d.l.quidam conſulebant.¶ In gl. competētem
in ſi.dic melius qd̄ hodie ⁊ olim terminum.de quo hic ſtatuet et
ipſe iudex recuſatus:quia hic loquitur de termino ſtatuēdo ar-
bitris ad finiendum cauſam recuſationis.ſed terminum parti-
bus ad probandum cauſam recuſationis.⁊ olim ⁊ hodie ſtatue-
re habent arbitri.⁊ ſic loquitur.c.ſuſpicionis.de quo etiam in.c.
legitima.j.eo.lib.vi.¶ † In glo.pe.ibi non dicit quod cōmitte-
re poſſit ſupple ſed bene dicit ꝙ ſi recuſatꝰ ſit iudex delegatus
licet aliter nō ꝓbetur cauſa ſuſpicionis nō debet ampliꝰ cogno
ſcere.ſed debent partes cogi ad eligendū arbitros qui de cauſa
principali cognoſcēt.vt ibi patet.⁊ ſic differt ius ciuile a iure ca
nonico hoc caſu precipue in duobus.primo quia ſcōm ius ciui-

a ¶ Si preſcriptū.nulla eſt diīa ī ſummatione huiꝰ.c. inter.d.ab. ⁊ Joan.de Imol.et ſi queris vtrū clā gnālis qualis ē illa appellatiōe remota poſita ī vno inſtro referat ad oīa ꝯtēta ī eodē.diſtingue vt hic ꝑ do.hēri.bo.in prin.

Ayuntamiento de Madrid

le ſufficit allegare cām ſuſpicionis non eſt neceſſariū illā ꝓbare.
ſecꝰ ſm canones. ℥. de offi. deleg. ſuſpicionis. c. j. e. legitima. li. vj.
Item ſcdo ſm leges, allegata ſuſpicione iudicis eligi debent ar
bitri vt cognoſcāt de cauſa principali. ſed ſm canones eligi de
9 bent vt cognoſcāt de cauſa ſuſpicionis. ¶ † An aūt finita cā ſu
ſpicionis ſi pnūtiet iudicē eſſe ſuſpectū poterunt ipſi arbitri de
pncipali cā cognoſcere ſm canones. Hoſt. dicit ꝙ ſic qꝛ ſm eum
poterūt cognoſcere de ipſa cā principali ſm formā literarū di
rectarum ipſi iudici recuſato. per. l. apertiſſimi. C. de iudi. fateor
tñ ꝙ cōmuniter doc. tenent cōtrarium. ꝛ iſtud cōtra tenuit etiā
gloſ. ij. q. vj. ſi quis in quacūqꝫ. in glo. antepenul. ꝛ etiā tangitur
in Specu. de recuſa. §. effectus. in prin. nec ob. d. l. apertiſſimi. qꝛ
hoc nō probat. vt patet ex ſupradictis. ꝛ iſtud etiā ſeruat curia.
vt tāgit hic Jo. an. ꝛ licet de iure non videatur procedere opin.
Hoſti. tamen ſatis videtur ſapere equitatē propter euitandas
expenſas quas alias fieri oportebit in noua impetratione. ꝛ qꝛ
equitas. l. apertiſſimi. ꝛ. l. cum ſpecialis. ſatis videtur poſſe ar
gumentatiue adduci pro opi. Hoſtien.
1 ☞ Deferendum non eſt appellationi illius qui appellationi
aduerſarij legitime facte non detulit.

a ¶ Si aliqs. a
ſi q̄ris infra
qͦ tp̄s ſpo
liatus ſpo
liationē ſuā
probare de
beat. vide p
do. Pē. bo
hic. in pnc.

A ſit. Si aliquis[a] nō defert appellatiōi aduer
ſarij: ſiue nō eſt deferendum. h. d. vel ſm
aliū intellectū nō deferēs ꝓprie appellationi aliqd
attentādo poſtea illi renūtiare videtur. h. d. prior ta
men intellectus magis litere amicatur: qꝛ nō conſueuit quis lo
quēdo de appellatione aduerſarij appellare illā legitimā cuius
appellationi videtur hic fieri ſm ſcdm intellectū cōis diuiſio. ſe
1 cūda ibi rñdemus. ¶ † No. primo ꝙ nō eſt deferēdū appellatio
ni illius q appellationi aduerſarij legitime facte nō detulit. ſed
potius ꝯ illā attētauit. facit qd̄ habetur. ſ. eo. c. ꝯſtitutis. ¶ No
ta ꝙ hec exceptio velut dilatoria ꝛ reſpiciēs ꝓceſſuꝫ debet incō
tinenti ꝓbari. ¶ No. ſm alium intellectū ꝙ nō deferēs proprie
appellationi nō meret ꝙ alius teneatur deferre ſue. ¶ Not. vl
timo illud vulgare ꝙ qs puniēdus eſt in eo quo peccauit. ¶ Jn
glo. j. in fi. ſed aduerte qꝛ expoſitio glo. videtur literā iſtā violare
inquātum ſubaudiuit maxime vnde Hoſt. nō placet opi. glo. ꝙ
iſta exceptio ad inſtar exceptionis ſpoliationis nō debet ꝓbari
infra tēpus ſtatutum. de reſti. ſpolia. frequens. li. vj. Jo. an. hoc
nō videtur placere. nā dicit ꝙ in. c. frequēs loquitur qñ de ſpolia
tione excipitur: nō autē qñ de ſpoliatione agitur. ſed certe nō vi
deo ꝙ per hoc reprobatur opinio Hoſti. quia hic videtur etiam
per viam exceptionis opponi nō eſſe deferendum appellationi
aduerſarij ex eo: qꝛ nō detulit appellationi excipientis. ſed po
tius eum ſpoliauit. ꝛ ideo videretur ꝙ ſaluari poſſit opinio Ho
ſtiē. ꝛ iſtud etiā videtur finaliter tenere hic do. Anto. dicens qd̄
ſatis equum eſt ſtari determinationi illius. c. frequēs. ex eo quia
iſta exceptio ſapit naturā ſpoliationis ſicut de ſpoliatione po
teſt proponi contra actorē, ita poteſt opponi de attētatis con
tra apellationē. ꝛ ideo cōcludit ꝙ inquantum opponitur de at
tentatis ad finē vt repellatur ab appellatione aduerſarius quia
videtur ſapere naturā dilatorie: videlicet vt tandiu nō audiatur
quādiu non reponat attentatum in priſtinum ſtatum: ideo tunc
debebit fieri probatio infra tēpus dicti. c. frequēs. cum iſta ſit di
latoria vt dixi non peremptoria. Sed vbi teneremus ſcdm intel
lectum ꝛ intelligeremus qd̄ intelligatur omnino renūtiaſſe ap
pellationi, quia tunc exceptio eſſet peremptoria procedere poſ
ſet opi. glo. do. Anto. hic tenet ꝙ etiam ſm ſcdm intellectū non
intelligatur perpetuo renūtiaſſe. ſed ſolū donec fiat reſtitutio at
tentati: quia talis nō oīno directe cōtrauenit appellationi pro
prie: imo videtur feciſſe illud qd̄ tēdit in finē ſue appellationis.
ꝛ ideo nō debet dici ꝓpetuo renuntiaſſe. ꝛ iſtud dicit eſſe tutius
ꝛ equius. ꝛ ſic etiā ſm intellectū ſcdm eſſet hic exceptio dilato
ria. ¶ Jn glo. fi. ibi: cum in cunctis. per hoc. c. ꝛ per. c. vintonien
ſis. dicit Jo. an. ꝙ etiā in eadem cā propter non deferre nō repel
litur niſi in vna ꝛ prima appellatiōe que poſtea fiat: ꝛ ſic in ſcda
admittetur quia vitiū erit purgatū per primā per iura preallega
ta. facit quod not. in Specu. de appella. §. fi. ver. ꝛ not. Item ꝙ
appellans nō detulit vbi etiā Specu. videtur limitare ſupradi
cta per iſtum tex. quādo appellatio que fit ſcdo loco per illū qui
non detulit tendit ad defendendum attentatū contra primā ap
pellationem. nam tunc talis appellatio non debet admitti cum
nō videatur legitima. facit qd̄ habetur. ſ. de reſcri. ex parte. ꝛ. ſ.
de elec. bone. ſecus ſi alias appelletur ex cauſa legitima qꝛ tunc
dixit etiam Inno. hic. qd̄ hec decretalis procedit in appellatio
nibus extraiudicialibus non in iudicialibus. Sed certe vt dicit
hic nō eſt dare rōnem diuerſitatis inter appellationē iudicialeꝫ
ꝛ extraiudi. ergo nō dꝫ eſſe diuerſum ius. arg. ſ. de cōſti. tranſla
to. p̄terea tex. iſte videt loqui indiſtincte. ꝛ ſic indiſtincte dꝫ intel
ligi. ar. j. de priui. qꝛ circa. Itē aduerte qꝛ dicit hic do. Ant. ꝙ in
quātū opponens de nō delatione ꝓpter attētata intēdit reſti
tui attentata in priſtinū ſtatum, ꝛ tunc videtur qd̄ ſiue opponat
hoc in eadem cauſa ſiue diuerſa ꝛ ſiue in prima appellatione ſi
ue ſcda repellatur appellās donec reſtituatur attētatū. Jnquan
tum autē ſolum intēdit excludere appellantē ex delicto non de
lationis tunc ꝓcedere poteſt, et non repelletur in diuerſa cauſa:
ſed in eadē cauſa repelletur. ſi tēdat appellatio ad defendēdum
attētata: ſed ſi non tēdat ad defendendum attentata: tunc ſcdm
Jo. an. non repelletur in ſcda appellatione ſed ſolū in prima. tñ
do. Anto. videtur velle qd̄ indiſtincte repelletur in eadē cauſa.
ſed forte verior eſt opi. Jo. an. que videtur fuiſſe de mēte glo. ꝓ
pter iura que allegat. ¶ Itē aduerte qꝛ inquātū dictū eſt. ſ. ꝙ ſi
quis nō defert appellationi aduerſarij nō eſt deferendū ſue, ꝓce
dit qñ vellet ſuā ꝓſequi: ſecus vbi vellet ꝓſequi appellationem
aduerſarij que deuoluit negotiū ad curiā vt cōtingit qñ appel
latū eſſet in cauſa beneficiali et appellatio fuiſſet legitime inti
mata appellato ſm formā cle, cauſam. de elec. naꝫ ſi ille ꝯ quem
eſt appellatū nō detulit appellationi: qꝛ fecit fieri ꝓceſſum con
tra appellātem per ſuos executores aggrauātes ipſum appellā
tem. ꝛ tandē quia non proficiebat vult ipſe appellatus proſequi
appellationē, nam per hoc nō repellitur a poteſtate ꝓſequendi
appellationē ad curiā interpoſitam per aduerſarium: qꝛ ex quo
ſemel deuoluta eſt cauſa ad curiam ſemper remanſit in curia ibi
tractāda, quia per renūtiationē expreſſam vel tacitā non poteſt
recedi a tali appellatione, niſi per modū qui habetur in. c. ꝗuis.
de elec. in. vj. nec ob. qd̄ non detulit ipſe appellatus, quia nō ar
ctabatur ad defendendū, ſi putabat appellationē fruſtratoriaꝫ,
nec per hoc etiā debebat ius ſuū indiſcuſſum relinquere qd̄ nō
impeditur ad appellationē extraiudicialē. vt not. per Jnnoc. j.
eo. c. cōſtitutus. nec ob. etiā hoc. c. qꝛ non loquitur qñ quis vult
ꝓſequi appellationē aduerſarij. ꝛ hoc etiam tenēt do. de Rota
ſua ꝯclu. cccc xvj. vltimate. qd̄ lꝫ dixerim. ſ. poſt do. Ant. qd̄ ille
qui attētat ꝯ ꝓpriā appellationē nō cēſeatur oīno illi renuntia
re. cōtrariū tenuit gl. in. c. ex parte. ſ. de reſcri. in gl. ij. vbi ſimpli
citer cōcludit qd̄ intelligitur appellationi renuntiare et cum gl.
tranſeunt ibi docto. opi. tamen do. Anto. ſapit equitatem.
1 ☞ Ab executore nō appellat niſi excedat modū in exequēdo.
2 Clauſula appellatione remota tollit facultateꝫ appellandi quo
ad hoc vt non ſit neceſſe deferre appellationi ſi appelletur in ca
ſu a iure non conceſſo.
3 Executor ſi non excedat limites mandati non poteſt dici ſuſpe
ctus in aliquo.
4 Cardinalis an poſſit recuſari.

N Ouit ille. Merus executor nō recuſatur:
nec ab ipſo appellat niſi moduꝫ
excedat. h. d. vel aliter a iudice ſuſpecto nō receditur
per appellationē: nec ab executore niſi modum exce
dat. h. d. et due ſunt partes principales. ſcda ibi de ſuſpicionis.
¶ Jn tex. ibi. ꝛ. j. deciditur qd̄ habetur in. c. nouit. de offi. lega. ꝛ
c. nouit. de iudi. ꝛ p̄cipue decidit qꝛ cardinalis de mādato pape
tulit ſnīaꝫ interdicti in regnū Frācorū ꝓpter diſcordiā regis Frā
cie ꝛ regis Anglie cōtra qd̄ interdictū tria p̄cipue obijciebātur.
Primū qd̄ interdictū erat latū per cardinalē exiſtentē extra re
gnū Francorū, ꝛ ad iſtud reſpōdetur per. c. nouit. de offi. leg. Itē
obijciebātur alia duo. primo vcꝫ ꝙ fuerat lata poſt appellatio
nē interpoſitā a rege Frācorū. ſcdo qd̄ fuerat lata ꝑ cardinalem q
erat ſibi ſuſpectꝰ, ꝛ ad iſta duo hic rñdet. ¶ No. pmo qd̄ actꝰ pu
1 blicationis ſnīe videtur eſſe mere executiuꝰ. ¶ † No. qd̄ ab exe
cutore nō appellat niſi excedat modū in exequēdo: de quo. ſ. tit.
2 j. qd̄ ad cōſultationē. ¶ † Not. qd̄ clauſula appellatione remota
videtur tollere facultatē appellādi quo ad hoc vt nō ſit neceſſe
deferre appellationi ſi appelletur in caſu a iure non cōceſſo. de
3 quo. j. c. paſtoralis. ¶ † No. qd̄ vbi executor non excedit limites
mādati non pōt dici grauare partē, nec poteſt dici in aliquo tūc
ſuſpectus. ¶ No. ſm vnum intellectū qd̄ a iudice ſuſpecto non
receditur immediate per viam appellationis, ꝛ ideo non debet
dici habeo te ſuſpectū ex tali cauſa, ideo te recuſo, imo dꝫ dici vi
deo te ſuſpectū ex tali cauſa. ideo te recuſo. Et ſi nō admittatur
4 recuſatio. tūc pōt appellari. facit qd̄ dicetur cū gl. fi. ¶ † Not. ꝙ
cardinalis nō videtur poſſe recuſari. de offi. p̄fec. p̄to. l. vna. licet
ſecus videatur in alio delegato pape de quo in. c. cuꝫ olim. in gl.
antepenul. ſ. de offi. deleg. in gl. j. in fi. nec ob. ſ. de offi. deleg. no
uit. vbi dicitur qd̄ cardinalis ſnīam interdicti ꝓmulgauit, quia
illa fuerūt verba regis ꝛ nō pape. ſm Jo. and. ¶ Jn gl. fi. ibi ita
non poteſt recuſari. facit qd̄ habetur. ſ. eo. ſuper eo. el. ij. ꝛ adde
quod dixi. ſ. c. ꝓpoſuit. ¶ Jn ea. glo. ibi ꝓpterea non debet ad
mittere. hoc videt eſſe vtrū regulariter: ſed videt fallere ſi appel
letur ex cauſa notoria ſuſpicionis. per id qd̄ no. gl. ꝛ Archi. ij. q.
vi. quoties. hoc tamē nō placet Jo. and. quia notorietas nō ex
cuſat ab onere proponēdi. vt no. glo. in cle. appellāti. de appel.
ꝛ Jo. an. ſ. vt lit. non conte. accedens. el. j. ſuper gl. ¶ Jn ea. gl.
in fine

Ayuntamiento de Madrid

in fi.quid autē ſi recuſetur executor datus ad bñficia.dixit Ar-
chi.ij.q.vj.ſunt quorū.ver.ab executore.qđ poteſt recuſari.alle-
gat not.per Inn.j.de cōceſ.preben.ꝓpoſuit qđ intellige verum
ſm do.Ant.ſi ꝓcedat vt merus executor.ſecus ſi aſſumeret par
tes iudicis.qđ facere poſſet ſm no.plene in.c.fi.ſ.de ꝑſum.et in
cle.j.de offi.deleg.de quo dicendū vt ibi.an autem exceptio ſpo
liationis retrardet executionem ſententie.Inn.hic dicit qđ nō.
et ideo ſi ꝓpter hoc appelletur nō erit appellatio admittēda:ſ;
Hoſti.dicit hoc verū qñ exceptio ſpoliationis non concluderet
inopiā.al's ſecus quia tunc bene obſtaret.per id qđ habetur de
reſti.ſpolia.olim.el.ij.de quo remittit Jo.and.ad no.per ſe.de
reſti.ſpolia.frequēs.li.vj.ſ.gl.que incipit hoc erat.ſed certe ibi
loquit̄ qñ opponit̄ de ſpoliatione a tertio caſu.videt̄ procedere
opi.Hoſti.ſed vbi eſſet facta ab ipſo petente executionē ſenten-
tie videret̄ qđ poſſet opponi etiā ſi non concludit inopiā per ea
que habentur in.c.ij.⁊ fi.de ordi.cog.qđ videtur ꝓcedere quādo
poſt ſñiam fuiſſet facta ſpoliatio:ſed ſi ante cū ſit exceptio dila-
toria videtur imputandum ſi non fuit oppoſita ante lit.conteſt.
per.d.c.fi.⁊.ſ.de excep.exceptionem.

1 ¶ Negligentia vel dolus ꝓcuratoris an noceat domino.
2 Poſitio iuris non eſt admittenda nec illi eſt reſpondendum.
3 Citatio in notorio iuris eſt neceſſaria.
4 Appellans non proſequens appellationem condemnatur ap-
pellato in expenſis.
5 Condemnandus in expenſis propter aliquam interlocutoriam
in qua ſuccubuit poteſt quandocūq; ante ſentētiam vel in ipſa
ſententia condemnari.
6 Cauſa dr̄ eſſe in curia vt ibi tractetur qñ ex delatione iudicis vł
partis tantum appellate defertur appellationi.⁊ nu.12.
7 Appellationi deferre videtur iudex ſi dicat ſe illā recipere.
8 Termini ſtatuitio ad proſequēdum appellationem habet vim
peremptorij.⁊ nu.21.
9 Termini ſtatuitio an habeat vim peremptorij ſi a diffinitiua
appellatum fuerit.
10 Iudex a quo eſt appellatū an poſſit cognoſcere an ſit appella-
tum vel ſi ſit appellatum an ſit legitime appellatum.
11 Appellatio dicit̄ deſerta ſi appellans a diffinitiua non ꝓſequi-
tur infra terminum datum ad proſequendam appellationem.
12 Termini ſtatuitio ſola an faciat cauſam eſſe in curia.
13 Surrogatus an ſapiat naturā eius in cuius locū ſurrogatur.
14 Terminus ab homine prefixus ad appellationē proſequēdam
non debet ab altera partium preueniri.
15 Cōſtitutio de ſui natura dat formā futuris negotijs nō ꝑteritis.
16 Litis appellatione intelligitur de extraiudiciali.
17 Cauſa appellationis licet appelletur ad papam ſui natura non
eſt tractanda in curia.
18 Appellationi ab interlocutoria qñ eſt delatū per partē vel iudi
cem ⁊ ſtatutus eſt terminus ⁊ appellās nō comparuit in termi-
no ſi appellatus petat pronūtiari ſuper deſertione appellatio-
nis an noua citatio erit neceſſaria.
19 Iudex a quo ſi non vult appellationi deferre niſi pars dicat de
ferendum quid iuris.
20 Citatus a iure propter appellationem factam in cauſa benefi-
ciali ⁊ intimata ſi non compareat an cenſeatur verus cōtumax
vt non poſſit appellare.
21 Appellatio que ſequitur ſententiā excōmunicationis nō ſuſpē
dit illam:ſed bene ſuſpendit alias ſententias etiam ſi trahāt ſe-
cum executionem.
22 Appellans qui nō eſt ꝓſecutus appellationē an poterit agere
cōtra iudicē qui ſententiam iniquā protulit.
23 Appellat⁹ ſi comparuit in termino ⁊ fecit mentionē de termi-
no ⁊ impetrauit an poterit cōpellere appellantem ad ꝓſequen
dam ante finem temporis appellationis.

a S**Epe contingit.** Si appellatio[a] re
cipit̄ a iudice vł ap
probatur a parte terminus ad eā ꝓſequēdā ſtatutus
ab hoīe habet vim perēptorij ⁊ nō poteſt preueniri
hoc dicit.⁊ ſunt due partes principales.nam primo ponit cōſti
tutionis cauſam.ſcđo ipſam cōſtitutionē.ſecūda ibi ꝑſenti.illa
ſecūda facit ſex.q; primo ſtatuit appellatione recepta terminū
oīno habere vim perēptorij.ſecūdo ſtatuit quid iuris appella-
tione nō recepta.tertio ſaluat cōſtitutiones punientes negligen-
tiam appellationū a ſentētijs.quarto declarat principale dictū
cōſtitutionis.quinto punit preuenientē terminū hoīs.ſexto con
ſtitutionē limitat ⁊ determinat.ſecūda ibi ꝙ ſi forſan.tertia ibi
ſaluis.quarta ibi qcqd aūt.quinta ibi:ſiqs.ſexta ibi : hoc autē.
¶ In tex.ibi:occultātis forte habebat duplex mandatū vnū ad
impetrandū ⁊ cōtradicendū aliud ad ꝓſequēdā appellationem.
et primū tñ oſtēdebat occultādo.ſcđm facit qđ habet̄ in.c.nico-
lao.¶ In text.ibi edicti perēptorij.i.citationē perēptorij.¶ In
tex.ibi nō fuerit ſupple nihilominus perdat appellatio.⁊ cū cō
ſtiterit res vt ſequitur vigorē ſupple quod facultatē ꝓſequēdi
appellationē citata tñ parte.⁊ quo ad reuocationē attentator.
j.c.nō ſolū.li.vj.⁊ quo ad penā nō differētis.d qua.ij.q.vj.c.decre
to.⁊.ſ.eo.de priore.ibi in litibus.i.in appellationibus extraiu-
dicialib⁹ vt differat a ſequenti.⁊ ſic qđ ſequit̄ ſiue in iudicijs.i.in
appellationibus iudicialibus ibi exercendis.forte voluit dicere
ꝙ in futuris appellationib⁹ habeat locū nō in ꝑteritis.facit.ſ.
1 de ꝯſti.c.fi.¶ † Not.ꝙ in iudicijs negligētia vel dolus ꝓcurato
ris videt̄ nocere dño.de quo per glo.⁊ doc.ſ.vt lit.nō ꝯte.c.j.ad
2 fi.⁊ Bar.in.l.j.§.ſi ꝓcurator.ff.ſi qs ius dicēti nō obtē.¶ † No.
ſcđo ꝙ queſtio vel poſitio iuris nō ſubijcit̄ neceſſitati ꝓbandi.⁊
ſic facit ꝙ nō ſit admittēda poſitio iuris:nec illi ſit rñdēdum:de
quo per gl.in.c.ij.de ꝯfeſ.in.vj.⁊ per Bart.in.l.nō fatetur.ff.de
cōfeſ.⁊ in.l.ornamentor.ff.de aur.⁊ arg.leg.⁊ in Specu.depoſi.
§.vij.vſ.xiij.aliqd etiā per gloſ.⁊ doc.in.l.ij.§.qđ obſeruari.l.ij.
C.de iura.calū.⁊ tāgit etiā hic do.Anto.qui cōcludit ꝙ ſi eſt po
ſitio iuris cōis nō debet rñderi ſaluo niſi eſſet tale ius ſup cuius
intellectu eſſent opi.⁊ ſic cadere poſſet ꝓbabilis dubitatio.facit
qđ habet̄ in.§.quibus.in.j.conſti.cōiuncta glo.⁊ in.c.j.de poſtu.
ꝑla.in.vj.Item fallit ſi eſſet poſitio iuris extrauagātis.q; debe-
ret rñderi ex quo nō eſſet ius inſertū ī corpore iuris.facit qđ ha
betur.ſ.de fide inſtru.paſtoralis.⁊ per Bar.in.l.cū ꝑlatis.ff.de
re iudi.Itē fallit ſi eſſet ius cōſuetudinarium nō ſcriptum.quia
illud debet ꝓbari.l.j.C.que ſit longa conſue.⁊ adde etiā qđ not.
Joā.an.in addi.Specu.in ti.de teſte.§.nunc videndū.in magna
addi.circa princi.vbi etiā videt̄ dicere qđ admittit̄ poſitio iuris
cōis quādo cōſecutiue venit ad factū antepoſitū.de quo ibi po-
nit exemplū.Si aūt ſit poſitio iuris municipalis:tunc ſi eſt ius
conſuetudinariū debet ꝓbari vt dixi.⁊ ideo poterit fieri poſitio
talis iuris.ſi vero ſit ius ſcriptū:tunc ſi ſit alterius ciuitatis po
terit fieri poſitio:q; debet ꝓbari ſm qđ not.in.l.ꝑſcriptione.C.ſi
cōtra ius vel vtilitatē publicā.⁊ facit quod habetur de cōſtit.c.
j.in.vj.ſecus ſi ſit ius ſcriptū municipale eiuſdē loci.facit qđ no.
3 Bar.in.l.qđ nerua.ff.depoſiti.† No.ꝙ q̄ſtionē dependētē a ſo
lo iure nō videt̄ papa decidere parte abſente nō citata.⁊ ſic vi-
detur qđ in notorio iuris ſit neceſſaria citatio.Sed de hoc dicē
dū vt plene in.c.veſtra.ſ.de coha.cleri.⁊ mulie.⁊ facit qđ habet̄
4 ſ.ti.j.c.cū olim.⁊ qđ ibi dictū fuit.¶ † No.in ver.vnde licet.pe-
nam vnā appellātis non ꝓſequētis appellationē.quia condē-
natur in expenſis appellatio qui comparuit corā iudice appel-
lationis.⁊ idem dicit Inn.ſi non comparuit.ſi tñ alias facit ali
quas expenſas ꝓpter appellationem.quia ad illas tenebit̄ vel
actione de dolo.ſi doloſe fuit appellatū vel actiōe in factum vel
officio iudicis.ſi temerarie fuit appellatum arg.l.quoties.ff.de
preſcrip.verbis.et tangit hic Inno.multa circa materiā expen
ſarum.de quibus in.c.finē litibus.ſ.de dolo ⁊ contu.⁊ per Cy.
in.l.ſancimus.C.de iudi.⁊ no.precipue inquātum dicit ꝙ expē
ſe que veniūt iure actionis.que autē in iudicio etiā ante lit.con
teſta.veniūt officio iudicis ⁊ in illis que in iudicio veniunt pōt
condēnare ex officio.licet nō ſint petite etiā ſi facte ſint aū litē
conteſt.qđ no.quia glo.alleg.videtur velle in.d.c.finem.de quo
5 etiam in dicta.l.ſancimus.¶ † Et not.etiā inquātum dicit qđ
licet quis veniat cōdēnādus in expenſis ꝓpterea q; ſuccubuit
in aliqua interlocutoria.licet tunc non cōdēnauerit,poterit tñ
quādocūq; ante ſñiam vel in ipſa ſentētia condēnari vel etiam
poſt eadē die.l.paulus.ff.de re iudi.ſecus ſi poſtea vellet q; non
poſſet ex eo q; expirauit iudicis officiū lata diffinitiua.l.iiij.C.
6 depoſiti.⁊.ſ.de offi.delega.in literis.¶ † In ver.q; tamē.Not.
qđ ſi ex delatione iudicis vel etiā partis tñ appellate defertur
appellationi dicit̄ cauſa eſſe in curia vt ibi tractet̄.et ideo ꝑtes
debent in curia inſtructe cōparere ſuper articulo appellationis
nō autē tenentur cōparere inſtructe ſuper negotio principali.
niſi appellatus hoc petierit ſm formā.c.j.circa fi.ſ.eo.lib.vj.de
7 quo etiā tangetur cum glo.in verbo appellauerit.¶ † Et not.
qđ iudex videtur deferre appellationi.ſi dicat ſe illam recipere.
de quo etiā no.Spec.eo.ti.§.qualiter.ver.porro.circa fi.⁊ in.d.
§.porro.tractat multū de materia qñ dicatur cā in curia.de quo
etiam per glo.ſ.de renun.veniēs.quā tamē Specu.nō per oīa
tenet.vt pz in.d.§.porro.⁊ ꝑdicta intellige etiā ſi cauſa non ſit
beneficialis.nam ille ſui natura ſunt tractāde in curia.etiā ſi iu-
dex vel ps nō deferat in.c.j.de elec.in.vj.⁊ ī cle.cauſam.de elec.
⁊ no.etiā qđ vbi pars appellata approbat appellationē,cenſet̄
illi deferre.facit quod habet̄.ſ.eo.interpoſita.¶ No.qđ vbi fa-
cta delatione p partem vel iudicem ſtatutus eſt terminus ad
proſequēdā appellationē talis terminus habet vim citationis
peremptorie adeo qđ abſq; alia citatiōe poterit procedi cōtra
abſentē ad inſtātiā preſentis et qđ dicatur iudex deferre appel-
lationi.ſi dicat illam ſe recipere.clare tenuit Spec.in tit.de ap-
pel.§.nunc dicamus.circa fi.Item qđ dixi.ſ.de delatione par-

a ¶ Si ap-
pellatio.idē
ſūmat B.c.
do.ab.quē
vide cū.do.
Jo.d imo,
ad intelle-
ctū hui⁹.c.

Ayuntamiento de Madrid

tis intellige.ſ.appellate:quia eius delatio vel approbatio opat
qd hic dicit:ſed delatio vel approbatio partis appellantis non
attenditur:quia non debet eſſe in facultate appellãtis facere ꝙ
8 cauſa ſit in curia tractanda. ¶ † Item aduerte qꝛ inquantũ hic
dicitur qd ſtatutio termini habet vim peremptorij eſt verũ qñ
ſtatuitur a iudice vel ab appellante.nam appellatus non po-
teſt ſtatuere terminũ appellãti:qꝛ nõ debet eſſe in ei⁹ poteſtate
reſtringere terminũ ad preiudiciũ appellãtis.per id qd habet.ĩ.
eo.c.j.lib.vj.et etiam in Specu.de appel.§.qualiter.ver.porro.
Item hoc intellige quando appellatum eſt ab interlocutoria.
9 ¶ † Quid autẽ ſi appellatũ fuerit a diffinitiua an tũc ſtatuitio
termini habeat vim peremptorij tangitur per glo.ſ.de renũn.
veniens.⁊ in Specu.eo.ti.§.qualiter.ver.porro.⁊ tangetur etiã
cũ glo.in verbo cõſtitutionibus.Itẽ intellige predicta qd ter-
min⁹ habet vim peremptorij:qñ eſt ſtatutũ ab homine hoc eſt
a iudice appellationis.nam ſi eſſet terminus iuris ille non hꝫ
vim peremptorij ſeu peremptorie citationis:qꝛ terminus iu-
ris nõ eſt ſolũ ad cauſam inchoãdã:ſed etiã ad finiendam vt di-
ctum fuit.ſ.eo.cũ ſit romana.⁊ no.in cle.ſicut appellationẽ.eo.
ti.Sed terminus hominis daẽ ad cauſam inchoãdã.⁊ ideo in
iſto ſec⁹.licet Hoſt.dixerit idẽ vtrobiqꝫ et nõ bene ſm Joã.an.
in verſi.qd ſi forſitan. ¶ No.ꝙ a poteſtate iudicis a quo appel-
latur.licet non deferat appellationi.nõ impediet tollere omnẽ
effectũ appellationis.nã lꝫ impediat quo ad deuolutionem.vt
cauſa nõ ſit in curia tractãda ſi non defert ipſe iudex.nec etiam
ipſe appellatus:nõ impediuntur tamen quin alias appellatio
habeat ſuum effectuꝫ quo ad facultatem pſequẽdi appellatio-
nem ⁊ quo ad reuocationem attentatorũ.de quibus in.c.nõ ſo-
lum.ĩ.eo.in.vj.⁊ quo ad penã nõ deferẽtis appellationi.de qua
10 ij.q.vj.decreto.⁊.c.de priore.ſ.eod.An aũt aliquo caſu † poſſit
iudex a quo eſt appellatũ cognoſcere:an ſit appellatũ vel ſi ſit
appellatũ an ſit legitime appellatũ.tãgit Spec.in ti.de legato.
§.nũc appellatuꝫ oſtendẽdũ.ver.xxxiij.⁊ verſi.circa hoc.de quo
11 dicetur.ĩ.c.proxi.ſuper glo.in ver.ſaluis. ¶ † No.qd vbi appel-
latur poſt ſententiã.⁊ ſic a diffinitiua ſi appellans non proſeq-
tur infra terminũ datum ad appellationẽ proſequendã appel-
12 latio eſt deſerta:⁊ manet ſententia firma. ¶ † No.qd videẽ loq
tex.etiã qñ terminus eſt ſtatutus ab hoĩe.⁊ ſic videẽ qd quando
appellaẽ a diffinitiua licet ſtatuatur terminus a iudice vel ap-
pellãte nõ habet vim peremptorij.glo.tñ tenuit oppoſitũ in.c.
veniens.ſ.de renun.Spec.etiã aliter dixit in.d.§.qualiter.ver.
porro.de quo tangã cum gl.in verbo cõſtitutionibus.do.Ant.
hic videtur tenere cũ glo.predicta in.d.c.veniẽs.declarabo ſup
glo.in verbo cõſtitutionibus.et ibi etiã tangã.an delatio iudi-
cis aliquid opereẽ in appellatione a diffinitiua.quid etiam de
delatione ptis appellate.et an ſtatutio termini ſola faciat cau
ſam eſſe in curia quãdo appellatũ eſt a diffinitiua.licet nõ ſit de
latum per iudicem vel per partem.de quo etiã per gl.in.d.c.ve
niens.⁊ per Specu.in dicto verſi.porro.in verſ.quicquid autẽ.
13 ¶ † No.qd ſurrogatũ loco alterius ſapit naturã eius in cuius
locũ ſurrogatur.et ideo illa que poſſunt opponi ꝯ illud in cui⁹
locum ſit ſurrogatũ poterũt opponi contra ſurrogatũ.facit qd
habeẽ.ſ.vt lit.pen.eccleſia.el.ij.⁊ in.l.ſi cum.§.ſi quis iniuriarũ.
ff.ſi quis cautionib⁹.Et qd plene no.p Bart.in.l.j.§.hec actio.
ff.ſiquis teſt.lib.eſſe iuſſus fuerit.vbi plene declarat an per oĩa
ſurrogatus aſſumat naturam eius in cuius locum ſurrogatur.
14 ¶ † In verbo ſiquis aũt.no.qd nõ eſt licitũ appellãti vel ap-
pellato puenire terminũ prefixũ ab hoĩe ad appellationẽ pſe-
quẽdã.de pfixo aũt a iure tãgit hic gl.in verbo pueniens.et no.
qd preueniẽs terminũ hominis caret impetratis et non euadit
15 penam cõtumacie. ¶ † No.qd cõſtitutio ſui natura dat formã
futuris negotijs non preteritis.de quo in.c.vlti.ſ.de conſti.vi-
detur tamen qd cõſtitutio dans formã liti comprehendat litẽ
que ſit poſt cõſtitutionem.licet illa occaſionetur ab obligatiõe
vel facto de preterito.de quo in preallegato.c.fin.⁊ in.c.licet ca
16 non.de electio.in.vj. ¶ † Nota qd appellatiõe litis intelligitur
de extraiudiciali quod videtur procedere in caſu iſto.vt differt
ab eo quod ſequitur dum dicit:ſiue in iudicijs.An autem alias
appellatione litis intelligi debet de iudiciali vel extraiudiciali.
recurre ad ea que habẽtur in tex.⁊ gl.in.l.cauſas vel lites.C.de
tranſac.ĩ.de verbo.ſignifi.forus. ¶ In glo.j.in fine ſupple vel
appellati ſm Inno.⁊ Joã.and.⁊ hoc ſatis videtur de mente li
tere.et etiam de mente glo.ĩ.in verbo abſentem. ¶ In gl.iuris
queſtio.ibi vel minor.xxv.annis.vide de hoc.et ſupradictis qd
habeẽ in.c.dudũ.ſ.de elect.⁊ de eta.et qual.in.c.j.lib.vj. ¶ In
ea.glo.ibi plura beneficia de iure communi.de hoc dic vt tangi
tur per Innoc.ĩ.de preben.cum iãdudum.⁊ per glo.de reſcrip.
gratia.lib.vj.⁊ per Joã.de lignano.in clemen.gratie.de reſcrip.
¶ In ea.gl.in ſi.facit quod habeẽ.ĩ.de conſti.c.j.in.vj. ¶ In gl.
appellauerit ibi quãtum ad totum negotium ſupple appella-
tionis.nam ſuper negotio principali qñ appellatum eſſet ante
ſniam non tenetur appellãs cõparere ſufficienter inſtruct⁹ niſi
appellatus hoc petierit.vt.ĩ.tangit glo.et probatur in.c.cordi.
qd eſt.c.j.ĩ.eo.li.vj. ¶ In ea.glo.ibi ſi non approbetur appella
tio a iudice.⁊ qñ dicatur approbari.vide quod dixi in notabili
bus. ¶ In ea.glo.ibi eo citato.pri⁹ hoc verũ qñ nõ fuiſſet dela-
tum appellationi per iudicẽ vel per partem qꝛ nõ poterit pro-
cedi contra eũ in cã appellationis:niſi eo prius citato.vt voluit
gl.⁊ idẽ etiã ſi eſſet delatũ appellationi per iudicẽ vel per par-
tem ſi nõ fuit ſtatutus termin⁹ ab homine ad pſequẽdã appel
lationem.ſed vbi delatũ eſſet appellationi per iudicem vel per
ptẽ:⁊ ſtatutus etiã eſſet terminus ad proſequendã appellatio-
nem a iudice vel appellante.tunc nõ eſſet neceſſaria citatio cuꝫ
talis ſtatuitio termini habebat vim perẽptorij.vt hic ptꝫ.ideo
in cã appellationis poterit pcedi ꝯ appellatũ etiã eo nõ cita-
to per iſtum tex. ¶ An autẽ ſi forte pnũtietur bene appellatũ
poterit procedi in cauſa principali que tunc tractãda eſt coraꝫ
iudice appellationis.ĩ.eo.vt debitus.nõ citato ipſo appellato:
dic qd nõ.imo reqriẽ citatio.⁊ poterit procedi ſm qd tangitur.
ĩ.in glo.in verbo peremptorie.⁊ hoc clarũ ſi appellat⁹ nõ petijt
qd appellans deberet comparere inſtructus etiam ſuper nego
tio principali ſm formã.c.j.ĩ.eo.in.vj.Si hoc potuiſſet delatuꝫ
fuiſſet appellationi.an tunc ſit citandus appellatus expedito
articulo appellationis.text.non bene aperit in.d.c.j.ſed do.de
Rota hic tangunt ſua conclu.cix.cx.vel.cciiij.⁊.ccv.⁊ ibi refert
collector deciſionis qd maior pars dñorum tenebat citationeꝫ
iterandã.et ſic appellatum citandũ.⁊ hoc modo etiã poſſet in-
telligi hec gl.ſed ipſe collector ibi tenet cõtra:quaſi tunc ſm eũ
terminus iuris habeat ⁊ obtineat locũ citationis ⁊ locũ termi-
ni hominis cũ ⁊ appellatus poſſit proſequi iuxta finẽ termini.
vt dictũ fuit.ſ.eo.ex rõne.facit qd no.Inno.in.c.j.ĩ.eo.in.vj.in
verbo petierit.p hoc allegat qꝛ talis appellatio ⁊ petitio fcã per
appellatũ vt cũ actis ⁊ monimẽtis plene inſtruct⁹ compareat
appellãs ſup principali videretur ſuperflua ſi requiraẽ citatio.
ſed certe vr ꝙ requiratur citatio cũ etiam videaẽ citandus per
iſtũ tex.in.d.c.j.vbi litera dicit ꝙ tũc pcederetur quantũ pote-
rit de iure fieri que verba non habẽt vim citationis.vt not.per
glo.⁊ doc.in.c.cãm que.ſ.de reſcri.⁊ qꝛ ſi quis terminus fuit ſta
tutus ipſi appellãti:ille q reſpiciebat tñ articulũ appellatiõis
nõ negotiũ principale:nec terminus iuris etiã põt hoc opera-
ri ꝙ nõ debeat citari:qꝛ talis terminus iuris eſt ad finiendũ nõ
ad inchoandũ vt ſuperius etiam tetigit in notabilib⁹.⁊ appel-
lans etiam põt quando vult inchoare.⁊ ſic non eſt certus termi
nus reſpectu inchoatiõis.Ideo ſi velit appellans pcedere de-
bebit citari ipſe appellatus:⁊ ſimiliter econtra ſi velit appella-
tus pcedere eo caſu ꝙ poſſet videẽ ꝙ citandus eſſet actor per
rationes ſuperius allegatas. ¶ In ea.glo.in ſi.hodie habeẽ in
c.j.ĩ.eo.in.vj. ¶ Quid aũt ſi nõ eſt delatum appellationi per iu-
dicem nec p appellatũ:tunc ſi ſtatutus fuit terminus ad proſe-
quendã appellationem ſufficit vt dixit glo.mittere pcuratorẽ
ad impetrandũ ⁊ ꝯdicendũ.ſi appellat⁹ etiã non mittat non no
cet ſibi:nec poterit tunc pcedi cõtra ipſum appellatum etiã in
articulo appellationis:niſi prius fuerit citat⁹.⁊ etiã poteſt in-
telligi qd.ſ.dixit glo.ſed ſi appellãs nõ comparet ſtatuto ter-
mino per ſe nec p procuratorem ſaltem ad impetrandũ tũc ap-
pellatio cenſeẽ deſerta.per id qd habeẽ.ſ.eo.perſonas.⁊.c.cũ ſit
romana.⁊ ſi appellatus tunc veniſſet in termino ꝯdemnabitur
appellãs in expẽſis.ſ.eo.reprehenſibilis.⁊ idem ſi fecit als ex-
penſas pꝑter appellationẽ.vt dixi in notabili.poſt Innoc.Si
autem ipſe appellãs qui comparuit in termino impetraſſet iu-
dicem videẽ qd nihilomin⁹ ſi voluerit habebitur appellatio p
deſerta.ex qua appellãs nõ venit ſed ſi vellet pſequi appellatio
nem tunc audietur etiã ipſe appellãs qꝛ reſcriptum impetratuꝫ
debet eſſe cõmune ſi appellatus vult illo vti.de reſti.ſpo.ex con
queſtione.cũ ibi notatis per Inno.⁊ etiã voluit Spec.in tit.de
appel.§.nũc breuiter.ver.ſed pone.⁊ ver.ſeq.nec ob.cle.ſi appel
lationẽ.de appel.vbi etiã de conſenſu partium poſt deſertã ap
pellationẽ nõ põt pcedi qꝛ illud eſt verum qñ per nullã partiũ
infra terminum facta eſt pſecutio.ſec⁹ qñ altera pars proſecu-
ta fuit infra terminuꝫ prout fuit in caſu predicto.nam ſatis dẽ
appellatus pſecutus eſt appellationem ex quo ſe preſentauit
infra terminum prout fuit in caſu predicto.nam ſatis dicit ap-
pellatus proſecutus eſſe appellationem ex quo ſe pſentauit in-
fra terminum etiã coram auditore cõtradictarũ.⁊ multofortius
coram papa.vt not.Fede.de ſenis ſuo conſi.cviij.et facit qd ha-
betur.ſ.ti.j.cum cauſa. ¶ Et not.bñ qd ibi voluit Federi.in lo
co pallega.ꝙ ſufficit cõparere infra terminũ vt poſſit fieri impe
tratio poſt terminum:quia ante terminuꝫ hominis non debet
fieri impetratio.vt hic probatur circa finem.quod eſt diligẽter
notãdum.⁊ qd dixi.ſ.ſi appellatus.qui comparuit infra termi-
num.⁊ poſtea

Ayuntamiento de Madrid

num:⁊ poſtea impetrauit reſcriptum ſi nõ vult proſequi ꝙ nõ poterit appellãs proſequi ipſo appellato inuito eſt verũ ſi ipſe appellans non fuit impeditus infra terminũ.nam tunc habetur appellatio ꝓ deſerta ſi appellatus hoc vult:⁊ ſic debet intelligi.c.reprehenſibilis.et.c.perſonas.⁊.c.cum ſit romana.ſecus ſi fuiſſet impeditus:q꞉ tunc deberet audiri per id quod dixi poſt Inno.in.d.c.cum ſit romana.et qđ not.Specu.in dicto verſic. ſed pone.⁊ ſeq.⁊ not.bene predicta pro declaratiõe ⁊ limitatione cle.ſi appellationẽ.de appel.q꞉ vt patet ex predictis illa habet locũ quãdo neutra partiũ infra terminũ nõ fuit ꝓſecuta.ſecus quãdo altera partiũ fuit ꝓſecuta infra terminũ. ¶ Et not. diligenter qđ ſatis dicit̃ eſſe proſecuta ſi cõparuit infra terminum.et per hoc nõ erit neceſſe ꝙ impetrat ante terminũ.⁊ multominus qđ incipiat cauſam quia nec ante terminum hominis debet impetratio fieri.vt hic patet.licet do.Anto.in vna parte hic aliter tenere videatur.ſcʒ qđ ſit expediens ꝙ infra terminũ hoĩes inceperit cauſam ſeu litem inceperit:ſed verius videt̃ eſſe qđ dixi qđ etiã in alia parte ſequẽdo Fede.videt̃ aliter ſentire. ⁊ hoc adde ad dictũ.c.cũ ſit romana.ſ.eo.⁊ hec oĩa ꝓcedunt qñ appellatũ fuit ante ſniam. ¶ Quid autẽ qñ ab ipſa diffinitiua ſententia appellatur.tangetur cũ glo.in verbo conſtitutionib⁹. et qđ dixi.ſ.cle.ſi appellationẽ.de ap.habere locum qñ neutra partiũ infra terminũ fuit ꝓſecuta appellationẽ.ſed demũ poſt lapſum termini quo caſu nullatenus valet proceſſus etiã ſi fiat de vtriuſq꞉ partis conſenſu.vt ibi patet.ſec⁹ quãdo altera pars infra terminũ fuit proſecuta.tenent etiaʒ do.de Rota ſua conclu.lxij.al's.lxiij.⁊ adde etiã qđ ipſi no.ſua conclu.lxij.⁊.xix.vbi tangunt.An quãdo delatum eſt appellationi ⁊ ſtatutus eſt terminus ad ipſam ꝓſequendã.⁊ appellatus petijt ꝙ appellãs cõpareat etiã inſtructus in negotio principali finito articulo appellationis erit neceſſaria citatio vt poſſit procedi in principali.de quo ſuperi⁹ dixi. ¶ In glo.peremptorie ibi prout not.in decre.prout.aduerte quia gl.ponit modũ ꝓcedendi in negotio principali.Sed reuera tex.loquitur de proceſſu fiendo in cauſa appellatiõis interpoſite ante ſniam ab interlocutoria vel grauamine quo caſu indiſtincte etiã lit.nõ conteſt.poteſt ꝓcedi cõtra abſentem ad expoſitionẽ ipſius articuli.vt ꝓbat̃.ſ.eod.interpoſita.in.§.ſi.nec tũc eſt neceſſaria alia citatio ſi delatũ fuit appellationi per iudicẽ vel p partẽ.⁊ ſtatutus eſt terminus ad illã ꝓſequẽdã.⁊ ita loquit̃ iſte tex.ſm verũ intellectum.Expedito autẽ articulõ appellationis ſi pronunciatũ fuerit bene appellatum poterit ꝓcedi in negotio principali.per id qđ habet̃.ſ.e. vt debitus.⁊ ꝓcedetur ſm formã que tangitur hic in glo.citato tamen prius abſente ſm Io.And.⁊ ſtatutio termini ſolum habuit vim citationis peremptorie quoad expediendũ articulum appellationis ⁊ hoc clarũ ſi appellatus nõ petijt qđ appellans inſtructus non compareat ſuper negotio principali ſm formã c.i.ſ.eo.in.vi.Si autẽ hoc feciſſet eſſet magis dubiũ an tũc requireretur.citatio tamen idẽ videtur dicendũ per id qđ dixi.ſ.ſup gl.in verbo.appellauerit.do.tamen Anto.hic videt̃ dicere qđ glo.iſta poſſet ꝓcedere qñ appellatũ eſſet a diffinitiua.ita quod articul⁹ appellationis cõnex⁹ eſſet negotio principali quo caſu ſi delatum eſſet appellationi.ita qđ negotiũ ſit in curia ⁊ ſtatutus ſit termin⁹ ad proſequendã appellationẽ ſeruanda eſſet hec decretalis ⁊ glo.iſta.Si vero nõ eſſet delatum appellationi.tũc cauſa cõmitteretur extra curiã ⁊ adhuc corã illo cui cõmitteret̃ poterit practicari quod dicit hec glo.ſm eum.Sed certe iſte intellectus nõ cõgruit litere que videtur loqui quãdo appellatũ eſt ante ſententiã.non autẽ quãdo poſt ſẽtẽtiã ſeu ab ipſa diffi

17 nitiua.An autẽ ſit in ſe verus:patebit ex ſequentibus. ¶ † Et no.qđ regulariter cauſa appellatiõis:licet appelletur ad papã ſui natura nõ eſt tractanda in curia ſed cõmittenda extra curiã. fallit in beneficialibus que ſui natura tractãde ſunt in curia.in c.i.⁊.c.cupientes.de elec.in.vi.⁊ facit qđ habetur in cle.cauſam. de elec.fallit etiã quãdo delatum eſt appellationi.vt hic pʒ.ſaltem p partem appellatã.per id quod habetur in.c.i.ſ.eo.in.vi. et plus videt̃ hic ꝓbari ꝙ ſiue ſit delatũ per partẽ ſiue per iudicem cauſa ſit tractãda in curia.ſi appellatum ſit ad papã.et hoc reſpectu articuli appellationis:ſed reſpectu articuli principalis.demũ venit tractãda in curia ſi appellat⁹ hoc petierit.vt.d. c.i.ad fi.ſ.eo.lib.vi.⁊ hoc quãdo appellatur ante ſententiã diffinitiuã.An autẽ quando appellatur a diffinitiua delatio iudicis aliquid operet̃ infra dicet̃.Et an ſola ſtatuitio termini faciat negotiũ eſſe in curia.de quo per glo.in.c.veniens.de renun.et in Spec.de appel.§.qualiter.ver.porro. ¶ Item predicta vera in quãtũ dixi ꝙ delatio iudicis operat̃ vt negotiũ tractetur in curia eſt verũ qñ nõ fuit negata iuriſditio iudicis.Sec⁹ vbi fuiſſet negata per appellatũ ꝓpter declinatoriã iuriſditionis oppoſitam et nõ admiſſam:q꞉ tunc delatio nõ deuoluit negotiũ principale.vt tractetur in curia.imo tunc ex vi talis delationis non procedetur in illo.Alias delatio ⁊ appellatio operarent̃ oppoſitum effectũ eius quod intenditur.facit quod habet̃.ſ.de excep.ſignificauerunt.⁊ quod habet̃.ſ.de preben.dilectus.et not. Specu.in.d.ver.porro.circa fi. ¶ Item aduerte q꞉ dubiũ eſt qñ

18 delatũ † eſt appellationi ab interlocutoria per partẽ vel ꝑ iudicem ⁊ ſtatutus eſt terminus ⁊ appellator nõ cõparuit in termino.An ſi petat appellatus ꝓnunciari ſuper deſertiõe appellationis erit neceſſaria noua citatio do.de Rota ſua cõclu.cccxv.tenẽt qđ nõ.q꞉ iſtud cenſetur eſſe pars appellationis qđ patet quia decidi poteſt ex ſola cõmiſſione appellationis cuʒ per hoc cognoſcat.an ſua ſit iuriſditio.facit.ſ.de reſcript.ſup literis.⁊.ff.de iudi.ſi quis ex aliena.ideo ſine noua citatione poterit cognoſcere ſicut poterat expedire ipſam appellationem ſine noua citatiõe.vt hic pʒ.ſec⁹ dicũt ſi principaliter appellat⁹ impetraret cõmiſſionem in curia ſuper deſertione appellationis: q꞉ tũc nõ poſſet decidi ſine noua citatiõe cũ hic nõ veniat tunc incidenter ad cauſam appellationis.⁊ ſi dicatur imo dʒ valere proceſſus ſuper deſertione ſine citatione:q꞉ ſentẽtia ſup deſertione videt̃ interlocutoria.⁊ ſic non videt̃ neceſſaria citatio per id qđ no.Inno.de ꝓcura.auditis.⁊ qđ talis ſit interlocutoria videtur velle Ioã.imo.de elect.cupientes.et facit quod habet̃.ſ. de elec.cuʒ dilecti.⁊.ſ.eo.ſua reſpõderi poteſt.vt dicunt prefati do.de Rota.qđ licet ſit interlocutoria tamen habet vim diffinitiue.facit quod no.in cle.vlti.de appella.⁊ ideo ſi feratur nõ ꝓcedente citatione erit nulla.facit qđ no.ſ.de conſtitu.eccle.ſancte Marie.⁊ in.l.de vnoquoq꞉.ff.de re iudi.⁊ per Bar.in.l.qđ inſit. ff.de re iudi.⁊ hoc no.pro limitatiõe dicti Inn.⁊.d.c.auditis.et plus videtur velle Barto.in.d.l.qđ inſit.⁊.l.ne quicq̃.§.vbi decretum.de offic.proconſu.⁊ legati.qđ vbi eſt talis interlocutoria que nõ habet fieri niſi cauſa cognita non valebit niſi procedat citatio.facit quod habetur in.l.a procedente.C.de dilatio.⁊

19 in.d.l.de vno quoq꞉. ¶ † Quid autẽ ſi iudex a quo nõ velit differre appellationi niſi pars dicat deferendum eſſe dicit Specu.eo. tit.§.nunc dicamus.ver.ſi quis iudicabit qđ poterit pars petere vt habeat de hoc conſilium cum peritis.An ſit deferendũ.ſi non velit facere poterit appellare:quia tunc cenſet̃ grauare.facit quod no.ſ.eo.vt debitus.⁊ adde etiã ad materiã quod habetur in.c.auditis.ſ.de procura.⁊ adde etiã qđ hec exceptio qđ cauſa non eſt tractãda in curia ſui natura:quia non eſt cauſa beneficialis:nec etiam accidentalis quia non eſt delatum debet opponi ante lit.conteſt.⁊ dilatoria.vt no.in Spec.de dila.§.i.verſi. illud quoq꞉ [illegible] et his q̃ dixi cum glo.in verbo appellauerit.⁊ [illegible] tangit ſatis poteſt patere effect⁹ qui reſultat an [illegible] in curia tractãda vel non. ¶ In ea.gl. ibi ſtatim tenet [illegible] bene quia gloſſ.hic per id quod.ſ. alleg.ver.ſaluis.videtur velle qđ hec decre.inquãtum loquitur de ſtatuitione termini [illegible] peremptorij habeat locũ etiã quãdo appellatur a diffinitiua.et hoc etiam tenuit gl.in.c. veniens.ſ.de renun.vbi plus dicit qđ ſola ſtatuitio termini qñ appellatur a diffinitiua operatur duo.Primum eſt qđ hʒ vim perẽptorij.Scđm quod facit cauſam eſſe in curia etiam ſi nõ ſit delatum per iudicem vel per partem.ſed certe iſtud non bñ canetur iure.imo potius vero contra tex.nec ob.qđ habetur in dicto.c.veniẽs.quia loquitur in beneficialibus.vnde Spec.in tit. de appel.§.qualiter.verſic.porro.tenet qđ ſola ſtatuitio termini etiã ſi appelletur a diffinitiua.non facit cauſam eſſe in curia p tractãdã.niſi etiã ſit delatum appellationi.⁊ plus ibi dicit quod in appellatione a diffinitiua nihil operatur delatio iudicis cuʒ teneatur illi deferre.⁊ pro hoc quod not.glo.in.c.i.ſ.e.lib.vi.circa fi.vbi glo.concludit qđ iudex a quo appellatur tenet̃ deferre appellationi qñ appellatur a diffinitiua.et ſic videtur qđ tunc delatio iudicis a quo nihil operetur.ſecus dicit Specu.in dicto verſi.porro.ſi deferatur appellationi p partem appellatam:q꞉ tunc talis delatio bene operatur vt cauſa intelligatur eſſe in curia pertractãda ⁊ ſtatuitio termini tũc habet vim peremptorij et hoc caſu poſſit procedere.⁊ idẽ ſi in appellatione a diffinitiua qđ in appellatiõe ab interlocutoria.Secus vbi tãmodo nõ per iudicem defertur quia tunc aliud eſt quando appellatur ab interlocutoria quo caſu habet locũ hec decretalis.⁊ aliud ſi appelletur a diffinitiua q꞉ tũc delatio iudicis nihil opatur.vt ſuperius dixi.⁊ hoc reſpectu poteſt ſaluari.gloſſ.in.d.c.veniens. inquãtum facit differentiã inter appellationem ab interlocutoria:⁊ appellationem a diffinitiua.⁊ opi.quã ſequitur Specu. videtur etiã hic voluiſſe do.Anto.Ex predictis habes ꝙ ſola ſtatuitio termini non habet vim delationis ſiue appellatũ fuerit ab interlocutoria ſiue a diffinitiua.de quo etiaʒ per glo.in.c. cũ appellationibus.ſ.eo.lib.vi.⁊ habet vim etiam peremptorie citatiõis.vbi delatum fuerit per iudicẽ vel per partẽ appellatã qñ appellatũ eſt a diffinitiua.al's ſtatuitio termini non hʒ vim peremptorij. ¶ Sed aduerte q꞉ forte de mẽte hui⁹ tex.in xvi.

Ayuntamiento de Madrid

ſaluis.et videꝶ etiā eſſe de mente glo.ſeq.in ver.cōſtitutionib⁹
fuit qđ qñ appellatur a diffinitiua ſtatuitio termini nullo caſu
habet vim perēptorij:licet ſecus ſit qñ eſt appellatum ab inter-
locutoria ante ſñiam ⁊ delatū eſt appellationi p iudicem vel p
partē.Et ratio diuerſitatis poteſt eſſe quia qñ appellatur ante
ſñiam vt negotiū poſſit terminari:fuit expediēs ſtatuere qđ ha
beret vim perēptorij:quia alias nō de facili potuiſſet terminari
vbi innuit litera circa principiū decre.ſed hec ratio ceſſat qñ eſt
appellatum a diffinitiua:qꝛ ſi non fit pſecutio in termino dato
ad proſequendum ſñia remanet firma.⁊ ſic negotiū ſatis rema
net finitū.ideo nō fuit opus tunc ſtatuere qđ ſtatuitio termini
habeat vim perēptorij.Et iſtud vꝶ ſonare litera nō cauillando
eam.nō diſtincto ſi ſit delatuꝫ appellationi p iudicē vel per p-
tem ex quo appellatum eſt a diffinitiua.Et dicas qñ cōſuletur
appellato:ſi forte fuit omiſſa cōdēnatio expenſarū per iudicem
a quo potes dicere qđ ſi appellatus cōparuit in termino ſtatu-
to appellāti:lꝫ appellatio cenſeaꝶ deſerta.quo ad appellantem
ſi non comparuit in termino tamen ex quo appellatus compa-
ruit in termino videtur qđ poſſet etiam poſt terminum petere
confirmari ſententiaꝫ ſaltē iuxta finem termini iuris.per id qđ
habeꝶ.ij.q.vi.appellator.⁊ qđ dictum fuit.ſ.eo.ex ratione.⁊ ſic
etiam poterit petere qđ iudex condēnet in expenſis.in quibus
iudex a quo omiſit ꝯdēnationē.facit quod habetur in.l.ſi.C.qñ
prouocare nō eſt neceſſe.Nec ob.predictis.cle.ſi appellationē.
nō appella.vbi poſt deſertā appellationē nō valet pceſſus.qꝛ
illud verum qñ neutra partium fuit pſecuta ante terminum.ſe-
cus altera fuit proſecuta vt ſuperius dixi.⁊ no.domi.de Rota
20 ſua conclu.lxij.¶ † Jn ea.glo.in ſi.An autē citatus a iure pro-
pter appellationē factā in cauſa beneficiali ⁊ intimata ſm for-
mam cle.cauſam.de electio.ſi nō cōpareat cenſeatur verus cō-
tumax.vt non poſſit appellare.tangit gl.in.d.cle.cauſam.circa
finē.de de dolo ⁊ cōtuma.⁊ tangitur per domi.de Rota ſua cō-
clu.cxxxiij.¶ Jn gl.cōſtitutionibus.ibi reſpicit id qđ dixit ⁊c.
Pondera diligenter glo.iſtam que aperte vult qđ illud qđ di-
ctum eſt.ſ.qđ ſtatuitio termini quādo delatū eſt appellationi
facte ante ſententiā habeat vim peremptorij nō habeat locum
quādo appellatur poſt ſententiā.et ſic a ſentētia diffinitiua.qꝛ
tūc ſufficit ꝙ ſtatim rata maneat ſententia:et idē videtur velle
hic Hoſtiē.qui per hoc dicit ꝙ decre.iſta habet locum in appel-
lationibus interpoſitis interlocutorijs.quia iſtum intellectum
puto veriſſimū.licēt glo.aliter ſentiat,in.c.veniens.de renūtia.
in Spec.in titu.de appella.§.qualiter.verſi.porro.vt etiam te-
tigi ſuper glo.preceden.tamen do.Ant.ibi ⁊ hic tenet contradi
cens decre.habere locum ſiue appelletur ab interlocutoria ſiue
a diffinitiua.Quia videtur loqui indiſtincte ſm euꝫ.nec obſtat
ver.ſaluis.qꝛ reſpondet qđ mens illius verſi.eſt reſeruare con-
ſtitutiones loquentes de deſertione:quaſi per hoc non intēdat
tollere effectum deſertionis.vbi appellatus hoc velit eligere.⁊
non dixit de diffinitiuis ſententijs hic in hoc ver.ſaluis.quia in
illis nō eſt veriſimile appellatum aliud eligere ꝙ ꝙ appellatio
ſit deſerta.qꝛ nihil poſſet proſequi proſequendo qđ eſſet mai⁹:
et etiam proſequendo ſubmitteret ſententiam periculo retra-
ctationis.Sed certe quicquid dicat magis de mēte litere videꝶ
eſſe intellectus glo.quem etiam videtur ſequi Hoſtien.⁊ etiam
euidēs ratio poteſt aſſignari inter appellationem a diffinitiua
⁊ appellationem ab interlocutoria.quare ſtatuitio termini ha-
beat vim peremptorij quādo appellatum eſt a diffinitiua etiaꝫ
ſi ſit delatū appellationi.ſecus qñ appellatū eſt ab interlocu-
21 toria.de quo dixi in glo.preceden.¶ † Jn gl.manet ibi ⁊ aliud
eſt in ſentētia excōmunicatiōis.hoc verū quādo appellatio ſe-
quitur ſententiaꝫ:quia illa non ſuſpendit ſententiā excōicatio-
nis.j.eo.paſtoralis.ſed bene ſuſpendit alias ſententias etiam ſi
trahant ſecum executionē.vt eſt caſus in.l.furti.ff.de his q no-
tan.infa.⁊ no. bene qđ p appellationem ſuſpenditur tunc ſentē
tia.nō autē extinguitur.ſ.de iureiuran.venientes.⁊ hic etiā ſa-
tis patet tex.nec obſtat.l.j.ff.ad turpil.vbi videtur qđ p appel-
lationem extinguitur ſententia:qꝛ verum eſt reſpectu preſentis
temporis in quo appellatur:ſed reſpectu futuri ſuſpēditur:qꝛ ſi
nō pſequitur appellationē cōfirmatur ſentētia.vbi autem ſen-
tentia ſequitur poſt appellationē legitimā tunc nō eſt differen
tia inter ſñiam excōicatiōis ⁊ aliā:qꝛ vtraqꝫ eſt nulla ppter de-
fectū poteſtatis.Ex quo appellatio legitima pceſſit.ideo tunc
ex quo a principio eſt nulla non firmatur tractu temporis licet
deferaꝶ appellatio.j.de reg.iuris.nō firmatur.li.vj.⁊ eſt expreſ-
ſum de ſen.excō.licet.eo.li.Unde licet poſt deſertā appellatio-
nem nō poſſit doceri de veritate cauſe appellationis.ad finem
proſequendi appellationem.tñ bene poterit doceri de veritate
cauſe appellatiōis ad finē docēdi de nullitate ſentētie late poſt
ipſam appellationē.vt etiā voluit glo.in.d.c.licet.⁊ ſatis etiam
eſt de mente huius gl.⁊ idem videtur ſi renūtietur appellatio-

a ¶ Licet appellans ſic ponit ſummariuꝫ do. Ab.⁊ ſi queras vtrū de appellatione ad papā vel ad aliū ſuperiorem interpoſita legat⁹ vł ali⁹ iferior cognoſcere poſſit.

ni:qꝛ per ipſam non validabitur ſententia que fuit nulla.facit
quod not.Joan.and.j.eod.vt ſup.lib.vj.et Lapus de caſtil.ſua
prima allega.⁊ domi.de Rota ſua cōclu.cxxvj.⁊ hec dicit vera
domi.Ant.in appella.iudiciali.appellatio autem extraiudicia
lis ſm eum non reddit actum nullū geſtum poſt appellationē.
ſed annullandum.Jdeo deſerta appellatiōe nō poſſet peti tra
ctari per viam nullitatis:ſed bene per viam iuſtitie quia actus
extraiudicialis non tranſit in rem iudicatam.j.eo.lib.vj.c.cōcer
tationi.licet domi.Ant.non alleget.ſed allegat notata p Jnn.
de tempo.ordi.ad aures.et p Compo.de conſtitu.cum omnes.
¶ Jn eadem glo.ibi excōmunicatio tenuit:nō enim poteſt eſſe
in pendenti.ſed aut eſt aliqua aut nulla.facit qđ no.glo.de ſen-
ten.excōmu.venerabilibus.in verbo appellatam.lib.vj.⁊ cum
opinio Tancre.quam etiam ſequitur glo.tranſeunt doct.facit
22 qđ not.viij.q.iiij.in ſumma.Sed dubitat hic Jnn.† An ille q
non eſt pſecutus appellationem poterit agere contra iudicem
qui tulit ſñiam iniquā:quaſi fecerit litem ſuā ſm ea que haben-
tur inſtitu.de obli.que ex quaſi delicto naſcantur in prin.vide-
tur qđ nō:qꝛ videtur fuiſſe in culpa nō pſequēdo argu.l.herē-
nius.§.ſi.ff.de euic.contrarium determinat quia illud verū quo
ad hoc vt non poſſit ſentētiā infringere.ſed ſi alium finem vult
agere.puta contra iudicem qui leſit eum male iudicando.tunc
bene poteſt.⁊ ſi appareat eum male iudicaſſe condēnabitur ad
intereſſe.p id quod habeꝶ in dicto titu.de obliga.que ex maleſi-
cio.et in.l.ſi filius.⁊ in.l.fina.ff.de varijs ⁊ extraordi.cog.et ideꝫ
videtur voluiſſe gl.licet non allegetur hic p docto.⁊ in.l.j.ff.de
appel.⁊ eadem ratione poterit agere vt puniatur.qꝛ non detu
lit ſm ea que habentur.ſ.eo.de priore.cum ibi notatis.et nota
diligenter ex ꝓ dictis qđ nō impeditur quis agere cōtra iudicē
in ſyndicatu ratione inique ſententie late ꝯ eū:licet ab illa non
appellauerit vel ſi appellauit nō fuit pſecutus.¶ Jn glo.pe-
nul.in ſi.idem tenebat in.c.j.j.eo.vt debitus.⁊ etiam Spec.e.ti.
§.qualiter.ver.ij.debet.ſed Jo.and.hic tenet contrarium.quia
alias ſequeretur qđ omne tempus in quo pendet dilatio data a
iudice appellationis cum tunc pcedere non poſſet.j.eo.ſignifi-
caſti.⁊.C.de dilatio.l.ſi.nō curreret in āno dato ad appellatio
nem pſequendam.⁊ ſic multū poſſet dilatari tempus anni.Jtē
quia illud tempus videtur ſuccedere loco termini iuris quātū
ad hoc.ſ.eod.cum ſit romana.¶ Jn glo.fin.in fin.et videꝶ hoc
intelligendū quādo ille qui impetrauit ante terminū receſſit:ſꝫ
ſi expectaſſet finē termini videtur qđ nō cenſeatur contumax:
nec ceſſaꝶ tūc deſerta appellatio.licet nō bene fecerit impetrā-
do ante terminū.ſed per hoc nō tolletur ius queſitū ex pſenta-
tione in termino.facit qđ habetur.j.eo.ex inſinuatiōe.⁊ qđ no.
Federi.in ſuo conſi.cviij.et ſic intelligo do.Ant.hic licet nō ſic
23 clare loquatur.¶ † Quid aūt ſi appellatus cōparuit in termi-
no ⁊ fecit mētionem de termino ⁊ impetrauit.An tūc poterat
cōpellere appellantē ad pſequendum ante finē temporis ap-
pellationis.⁊ tenet hic domi.Anto.poſt Fede.ꝙ nō.qꝛ non per
hoc poterit cogi appellans pſequi niſi ppe fineꝫ termini iuris
ſm ea que habentur.ij.qō.vj.appellator.⁊.C.de tempo.appel.
auten.appellator.et dictū fuit.ſ.eo.ex ratiōe.⁊ ſic intellige do.
Ant.hic licet verba aliter videantur.ſ.

1 ☞ Cōpromittere poteſt certa pars capituli in aliquē qui nō ſit de collegio ſine capitulo alia nō compromittente.
2 Legatus de latere poteſt ſe intromittere de articulo appellationis interpoſite ad papam.
3 Electio facta poſt primā nō caſſatam nō valet.
4 Relationi legati an ſit ſtandum.
5 Exceptio obijci poteſt contra illum cui ſit collatio.
6 Electio facta a minori parte capituli valet quādo facta a maiori non valet.
7 Appellationem extraiudicialem proſequi tenetur quis intra annum.

a Conſtitutus. Licet appellās [a] cauſam appellationis intra tem-
pus legitimū non fuerit pſecutus nihilominus iu-
dex de impedimentis electi cognoſcet.h.d.Et prio
ponitur partis narratio.ſecunda ibi intellecto pape motiuū ⁊
1 iudicū datio.¶ † Not.primo qđ certa pars capituli pōt com-
promittere in aliquem qui non ſit de collegio ſeu de capi.⁊ alia
non compromittēt.⁊ ſic qđ dicitur in.c.quia ppter.de electio.⁊
in via compromiſſi exigitur conſenſus omnium quod veruꝫ in
quātum aliqui etiam ſi ſit maior pars velint arctare alios ad cō
promiſſum.ſec⁹ ſi ſolū velint ſuas vices in alium transferre.vt
hic patet.⁊ ſic debet limitari dictum.c.quia propter.¶ No.ſm
vnū intellectum qđ verbū conferre interdū ponitur pro elige-
2 re.¶ † Not.qđ legatus de latere videtur poſſe ſe intromittere
de articulo appellationis interpoſite ad papam qñ illa que at-
tentat non tendunt ad derogādum appellationi.ſed in facilio-
rem exitum

Ayuntamiento de Madrid

rem exitū appellationis.vt qꝛ velit recipere teſtes vt negotium magis inſtructū tranſmittat ad ſedē apoſtolicam.de quo dicet in gl.in verbo delegauit.ꝛ facit qḋ habet in.c.ij.ſ.de matrimo. Scto.ꝛ qḋ dixi.ſ.eo.c.cū teneamur.¶ †Nota qḋ vbi duo ſunt pariter expedibilia vno expedito pſumit alterū potuiſſe expediri.ꝛ ideo ille qui miſit nūtiū pſumit potuiſſe miſiſſe pcuratorem.dixit tñ hic Jo.an.qḋ lꝫ ſit de hoc aliqualis pſumptio: nō tñ ſemp neceſſario idſequitur qḋ interdū facilius inuenitur vnꝰ nūtiꝰ ꝙ procurator:qui debet eſſe perſona magis inſtructa ꝛ maioris ponderis ꝛ p aliqua loca potent trāſmittere nūtium p que nō poſſet forte pcurator.¶ Nota qḋ papa adit per viā appellationis appellatione iam deſerta:ꝛ ſt adiri etiā per viā q̄rele cū ꝛ per illā poſſit adiri legatꝰ.ꝛ ſi.lega.c. j.pōt ex officio ꝛ diſcernere exceptiones oppoſit ingenti bus publicā vtilitatē:ꝛ ſic licet nō ſu leat tm modum inſtantie deſerte.ſupplere pōt tñ ad ſinē pu utatis.fa.
3 cit.ſ.de elec.c.cū nobis olim.ꝛ qḋ ibi nota.¶ †Nota ꝙ nō valet ſecūda electio facta poſt primā nō caſſatā.de quo dicendum vt plene.ſ.de elec.c.auditis.ꝛ.c.cōſiderauimus.¶ No.vnū modum pundēdi de plato:ſcilꝫ per actū nominationis.de quo dic vt legitur et notatur in.c.bone.el.ij.de poſtu.prelato.¶ Nota qḋ videnf poſſe canonici nō īpediri trāſferre voces ſuas ſeu eorū vota in aliuꝫ qḋ videtur contra.c.quia ppter.de electi.ſed Jnn.dicit qḋ hodie hoc nō procedit ſed ſeruādū eſt quod habetur in.d.c.quia propter.potes dicere vt hic tāgit Pe.qḋ dictū Jnn.habeat locum in illis in quibus ſeruatu forma illius.c.de quibus ibi in glo.j.ſed ſecus in alijs.ꝛ ita ponit gl.hic.facit quod habetur.ſ.de elect.c.ſcriptum.in cipit qualiter.ꝛ qḋ ibi nota.¶ †Nota qḋ ſtādum videtur relationi le
4 gati.qḋ videtur cōtra ea que habentur.ſ.de probatio.c.q̄m.et de teſti.cum a nobis.ſed poteſt dici ſm Hoſti.qḋ hic partes nihil obiecerunt:ſed potiꝰ voluerunt ſtare relationi:vel ſecundū eū poteſt dici ſpeciale in cardinali cui ſm conſuetudinem curie creditur.facit qḋ notatur.ſ.de fide inſtrumen.qḋ ſuper.et per Joan.and.de conſuetu.ideo dixi quia vt dixit Clemens de rigore iuris ſecus vt nota.Specu.in tit.de teſtibus.§.j.verſi.qd ſi aduocatus.ꝛ iſta videntur procedere quando non requiſitꝰ a papa refert.vbi aūt refert requiſitus an tunc de iure ſit credendum.recurre ad ea que not.ſ.de probatio.poſt ceſſionē.et.ſ.de
5 purga.cano.c.cū dilectus.¶ †Nota ꝙ contra illuꝫ cui facta eſt collatio videtur poſſe obijci exceptio quod videtur eſſe contra textū.j.c.proxi.ſꝫ potes dicere ꝙ dum litera hic circa principiū dicit ei contulit decanatū.debet intelligi:id eſt ius in decanatu eligendo:nec hoc caſu eligendo vice compromittētiū intelligit cōfirmaſſe.per id quod habetur.ſ.de electio.cum inter canonicos.ꝛ.c.cū inter vniuerſales.vel potes dicere qḋ lꝫ ille cui fit collatio habeatur pro confirmato.tamē poteſt excipi contra eum quia inter electionem ꝛ confirmationem nō eſt tūc mediū.et ſic videtur ſupplantata pars in poteſtate opponendi.et ideo pōt excipere per tex.et per id quod habetur.ſ.de cau.poſſeſ.ꝛ proprie.cū olim.cum ibi nota.per Jnn.in.c.cum olim.de dolo ꝛ cōtu.¶ Nota qḋ caſſata electione Archidia.papa hic non dicit aliā valere:nec miruꝫ quia interdū vtraqꝫ poteſt eſſe nulla.licet
6 q̄nqꝫ † electio facta a minori parte valeat q̄n facta a maiori nō valeat ꝛ priuata eſt maior pars poteſtate eligendi.de quo.ſ.de electio.cōgregato.ꝛ.c.auditis.¶ Nota ſm Hoſti.arg.qḋ in forma cōpromiſſi facti in plures ad eligendū pronūtiatio eſt fienda per vnum de quo dicendum vt hodie habetur in decre.ſicut.de
7 elec.in.vj. ¶ †Item no.qḋ appellationē extraiudicialem etiaꝫ tenetur quis proſequi intra annum ꝛ a quo tēpore incipiat annus.tractat hic Jnn.de quo dic vt hodie habet in cle.ſicut appellationē.de appel.¶ Nota vlt.ꝙ ille q excludit a procedēdo tanꝙ appellans in cauſa electionis videtur audiri ſi velit excipere qḋ hodie intellige verū ſi ſeruaſſet formam decre.vt circa de electio.in.vj.ꝛ clemen.conſtitutionē.§.penul.eo.titu.tñ licet non excipiat papa ſeu ſuperior de oppoſitis poteſt ingrere vt hic patet.ꝛ.ſ.de elec.c.cū nobis olim.¶ Jn glo.ij.in ſi.ꝛ ſic patet qḋ tranſlatio votorum poteſt ſub certa forma fieri.¶ Jn gl. iij.in fine.vel potes dicere ꝙ cōtrariū pcedit quando vota non eſſent.ꝛ ſic conditionaliter tranſlata.ſecus quādo eſſent trāſlata vt cū cōſenſu omniū fiat electio.ꝛ ſic poſſet intelligi iſte tex. ſm domi.Anto.ſed plus placet expoſitio glo.quia non omnes tranſtulerunt vota in epm.vt dixit glo.ij.¶ Jn glo.delegauit. in fine.prima ſolutio non videt bona:qꝛ nō apparet ratio ſpecialitatis.ſecunda etiam videtur reprobari hic per do.Ant.manifeſte de dolo ꝛ contumacia.qḋ diligenter nota.tamē meo iudicio.c.romana.§.ſi vero nō probat dictum Jnno.nec Specu. quia nō loquitur de iudice a quo:ſed de iudice ad quē.vt ibi patet.¶ Jn glo.renūtiaſſe.in ſi:nec obſtat qḋ habetur.ſ.de renū. admonet:qꝛ loquitur q̄n quis habeat plenū ius in bñficio.ideo nō poſſit ſine licētia ſuperioris renūtiare.ſꝫ hic ſolū fuerat electus ꝛ in diſcordia et nondū cōfirmatus.ideo licet cōſenſit potuit renūtiare.ſup quo inſtat hic Hoſti.ſed dic vt hodie nota. per glo.ſi.c.ſi electio.de elec.in.vj.¶ Jn glo.ſi.in ſi.dic de hoc vt plene.nota.in.c.auditis.ſ.de electio.

1 ☞ Teſtes ꝛ matrone adiurari poſſunt vt dicant veritatem.
2 Electio reſtringi poteſt ad duos.
3 Eligens que habeat conſiderare.
4 Eligentes an poſſint ſalua cōſcientia eligere vtilem licet poſſent eligere vtiliorem.
5 Defectus potentie amicorū vel diuitiarū nō eſt legitima cauſa annullandi electionem.
6 Exceptio vel appellatio friuola non admittitur cōtra petentē poſſeſſionem facti.
7 Repulſus ab excipiendo an repellatur ab agendo.
8 Electio facta a maiori parte ꝛ ſaniori capituli valet dummodo ſit facta de idoneo.
9 Appellationi ſemel deferens non poteſt amplius ſe intromittere de cauſa.
10 Jn cauſa electionis an ſit neceſſaria libelli oblatio vel litis cōteſtatio.
11 Exceptio cōcernens defectum proprietatis in beneficialibꝰ nō admittitur contra agentem poſſeſſorio adipiſcende niſi ſit exceptio criminis cum infamia.
12 Appellatio extraiudicialis nihil operat vbi appellat cauſa rationabili nō expreſſa ꝛ an talis appellatio habeat ſuſpendere.
13 Appellatio extraiudicialis ſicut non ſuſpendit actū pteritū ſic nec ſuſpendit actū futurū ꝯſecutiuū ad ipm actū de preterito.
14 Appellationis extraiudicialis pendētia an impediat effectum tradite poſſeſſionis.

**Conſtitutis.** Appellatio fruſtratoria poſſeſſionem cōfirmari nō impedit.h.d.Et ſunt tres partes principales.prima narrat factū.ſcḋa diffinit.tertia pteſtatur.ſecūda ibi: nos ergo.tertia ibi:ſi qd.¶ Not.qḋ credēdū videt literis teſtimonialibus ordinarij.de quo.ſ.de probatio.poſt ceſſionem.
1 ¶ †Nota qḋ qs videtur poſſe aſtringi ad aliquid faciendū per adiurationem ſuperioris.facit qḋ habetur.ij.q.vj.ſiqs veſtrū. vt tāgit hic glo.ij.talis adiuratio ſuccedit loco iuramēti.et per hoc videt qḋ poſſint matrone ꝛ etiā teſtes adiurari vt dicāt veritatem.facit qḋ habetur.ſ.de proba.propoſuiſti.idem videt quādo iudex procedens ex officio parcit iuramēto ſpecifico qḋ interdū ſeruat curia ſm Hoſt.idē q̄n ſit generalis inquiſitio.de ſtatu eccle.de cenſibus.romana.§.ſane.lib.vj.et facit quod not. Archidi.in dicto.c.ſiquis.¶ †Nota qḋ ſuperior videt poſſe re
2 ſtringere electionem ad duos q̄n in tractatu ad hoc ſe aſtrinxerunt canonici.nec per hoc dicitur minꝰ libera.et ſic videt qḋ poſſit reſtringi electio ad duos de voluntate eligentiū:vel ſi ex accidenti hoc occurrat vt qꝛ de certo gremio debet fieri electio et nō ſunt ibi niſi duo digni.facit qḋ habetur.j.de ver.ſig.abbate.ꝛ.ſ.de ꝯſuetu.cū dilectus.alꝯs electio debet eſſe libera nec re
3 ſtringi.de quo.ſ.de elec.cū terra.¶ †No.multa q̄ habet eligēs conſiderare.primo vt eligat ſcḋm deum,ſecundo vt eligat ſuā iuſtam conſcientiam ꝛ quod eligat magis vtilem et idoneum. An autem ſi aliter fiat electio.tangit hic gl.videtur etiā qḋ debeat eligere ſibi notum ꝛ non ignotū.facit qḋ habetur.ſ.de ele
4 ctio.cum terra.ꝛ de poſtu.c.bone.el.ij.¶ †Nota arg.qḋ non vꝫ ſaluare conſcientiam qui eligit vtilem:ſi poteſt eligere vtiliorem:certe hoc videretur verū:niſi ex aliqua cauſa electio ſit totaliter facta p eū.ꝛ maxime attento qḋ hic no.glo.¶ Nota ꝙ per confirmationem interdū ſit inueſtitura.Et nota qḋ ille quando ſit poſt totalem collationem iuris etiā ordinarij ad transferendam poſſeſſionem.de quo.j.de inſtit.autoritate.ꝛ.ſ.de electio.
5 c.tranſmiſſa.¶ †Nota qḋ defectus potentie amicorū vel diuitiarum nō videtur legitima cauſa annullādi electionem.de hoc hic per glo.¶ Nota cauſas electionis exprimendas corā iudice a quo.licet dicatur ſuſpectus non ante ſufficit exprimere coram iudice ad quem:nec ſufficit etiā in genere proteſtari de cauſis appellationis corā iudice a quo.ſed debet formaliter ꝛ ſpecifice exprimi.qḋ intellige verū ſaluo eo qḋ dixi.ſ.eo.c.ꝯſuluit. et quod habetur.ſ.de dilatio.preterea.Et adde etiam qḋ habetur in clemen.appellāti.de appella.vbi videtur notari quod nō ſufficit appellare ex omni cauſa q̄ pateat ex actis.lꝫ Pan. aliter ibi dicat.de quo per domi.de Rota ſua cōclu.vij.¶ †No
6 ta qḋ ꝫ petentem poſſeſſionē facti non admittitur exceptio vel appellatio friuola.Et ex hoc not.qḋ exceptio velut ordinaria ad impediendum quid iuris.id eſt quādo petitur id qḋ eſt iuris nō impedit ſi petatur poſſeſſio facti poſt totalē tranſlationem iuris iam factā cum cōſecutiue veniat ipſa poſſeſſio ad ipſum ius iam preteritū creatū.ꝛ hoc vꝫ poſſe notari qḋ agēti poſſeſ

Ayuntamiento de Madrid

ſorio adipiſcende in beneficialibus nō obſtat exceptio defect⁹
7 proprietatis iuris. de quo dicā ſup glo. fin. ℂ† No. qḋ repulſus
ab excipiēdo non repellit ab agendo qñ repellit ab exceptione.
quaſi ꝓpter ineptū modū ꝓponendi ipſam attento eo qḋ petit
vnde tūc facilius datur actio ꝙ exceptio, qñ exceptio nō ꝓponi
tur apto modo ꝓponendi. ſed actio ſic vel qñ exceptio repellit
ex natura iudicij nō patientis admitti exceptionē requirentem
altiorē indaginē. de quo etiā tangetur in glo. fi. ℂ Nota votum
nō eē examinādū ſaltē neceſſario. de quo in. c. petitio. xlvij. di.
ſtin. vbi etiā teſtimoniū populi ſufficere ſine examinatione p id
8 quod habetur. xxiij. diſt. nullus. ℂ In gl. impotentiā ᵃ in fi. et
ſic videt concludere glo. qḋ vbi circūſtantie non ſunt pares vt
quia ex altera parte eſt longe maior numerus nō attendit potē
tia vel qualitas diuitiaruꝫ. facit quod habetur in. c. ſi quando.
de elec. in. vj. ſecus ſi numerus nō eſſet multo maior: ſed dic me
8 lius ꝙ † electio facta a maiori pte ꝛ saniori pte capituli vꝫ. dū
modo facta ſit de idoneo per id qḋ habetur. ſ. de elec. qꝛ ꝓpf. ꝛ
ſ. in gl. iij. in verbo vtilē. fatendū eſt tñ ꝙ in electione fiēda de
beret attendi qualitas beneficij: nam ſi eſſet ſitum in medio na
tionis perverſe. ꝛ ſic egeret ꝓ defendēdis rebus ꝛ iuribus bñfi
cij homine nobili ꝛ potente: tunc ille poti⁹ deberet eligi dūmo
do alias ſit idoneus lꝫ ali⁹ maioris ſciētie reperiretur. ſ. de ele.
c. officij. Si vero eſſet beneficium ſitum inter hereticos ꝓ qbus
expugnandis expediret habere hominē ſciētificum. ꝛ tūc talis
poti⁹ deberet eligi ꝙ alius diues vel potēs. ſ. de elec. in cauſis.
Si aūt beneficiuꝫ eſſet valde granatū debitis et non bñ pōt ſa
tiſfacere voracitati vſurarum: tūc poti⁹ eligi deberet diues ꝙ
potēs vel ſcientificus dūmodo alias eſſet idoneus: facit qḋ ha
bet. x. q. ij. hoc ius porrectum. tñ vt dixi lꝫ in electione fiēda ha
beri deberet conſideratio ad predicta tamē valebit electio fa
cta a maiori et ſaniori parte capituli als de idoneo. per id quod
9 habet in preallegā. c. quia ꝓpter. ℂ† In gl. rationabilē: ibi ſed
ideo detulit. ſed certe hoc nō dicit in litera. vnde alij dicūt quod
eṗs nō detulit appellationi. Alij vero dicunt ꝙ eṗs detulit: ſed
poſtea reuocauit delationē qḋ facere potuit ſm eos. ſicut aliam
interlocutoriā pōt reuocare. j. eo. c. cum ceſſante. ſed Joan. an.
tenet cōtra. qꝛ poſtꝙ ſemel detulit appellationi funct⁹ eſt offi
cio ſuo. ideo nō pōt amplius ſe intromittere. j. eo. cū appellatio
nibus. lib. vj. et ibi etiā de hoc per Joā. an. et aliquid etiā tangit
j. de accuſa. meminimus. in verbo deferre. ℂ In glo. penul. ibi
vel mutauit conſiliū ſuum. hic iunge ver. vel hic nō fuit admiſ
ſus qs circa finem glo. tamen dicitur in alio ver. nō videt proce
dere per id quod habet in. l. ſcio. ff. de appella. niſi ſalues intel
ligendo ſcdm id quod habetur in decre. ſi forte. de electio. in. vj.
ℂ In ea. gl. ibi quātum ad caſum preſentem. hic dicit glo. quia
hic ſumus in caſu in quo ſuperior ex officio etiā nemine oppo
nente deberet inquirere. ſed certe licet glo. teneat iſtam opinio.
quā ſequebat Tancre. vt tangit gl. in ſi. tamen vt dicit Hoſtiē.
non eſt inconueniens qḋ quis non admittatur tanꝙ appellās:
licet iudex ex officio poſſit inquirere. vt patet. ſ. c. proxi. dicit
tamen qḋ vtraqꝫ opinio poteſt ſaluari. quia ſi dicimus qḋ ap
pellatum fuerit a confirmatione que cenſeatur habere vim diffi
nitiue. quod eſt veruꝫ quando confirmatio fit ordine iudiciario
ſeruato puta libello oblato. et lite conteſta. tunc poteſt appel
lans proſequi cauſam etiam nō expreſſam. vt in. l. ſcio. ff. de ap
pellatio. ꝛ. C. de tēpo. appella. et per hanc. ꝛ. ſ. de teſti. c. frater
nitatis. vbi vero dicte ſolēnitates non fuerunt ſeruate. ſed als
fuit facta confirmatio ſine ſolēnitatibus predictis. tunc confir
matio nō habet vim diffinitiue. ſed cenſet interlocutoria. ideo
tunc neceſſe eſſet cauſam exprimi in appellatione. nec aliā poſ
ſet proſequi. per id quod habetur. j. eo. c. vt debitus. in clemen.
appellanti. de appella. et hoc ſatis videtur eſſe de mente Inn.
hic. qui dicit qḋ ſi confirmatio fit cū cauſe cognitione cenſet tūc
confirmatio act⁹ iudicialis: ꝛ ſimiliter appellatio que interpo
net ab illa dicetur iudicialis: ſed vbi ſine cauſe cognitione tunc
cenſet actus extraiudicialis. ꝛ ſimiliter appellatio que tunc in
terponit cenſet extraiudicialis. ꝛ ſm predicta videtur poſſe cō
ſiderari qḋ aut cōfirmatio fit abſqꝫ aliqua cauſe cognitione. et
tunc cenſetur actus extraiudicialis: aut cum cauſe cognitiōe. et
tunc aut ſeruata ſolēnitate ordinis iudiciarij. ꝛ ſic libello obla
to et lite conteſtata. et tūc cōfirmatio habet vim diffinitiue: aut
fit cum ſummaria cognitione non ſeruatis ſolēnitatibus predi
ctis: et tunc cenſetur habere vim interlocutorie. facit quod no
tatur in. c. vltimo. de electio. in. vj. ꝑ Jo. an. tamen do. Ant. di
cit hic qḋ videt poſſe dici ꝙ cū hodie in cōfirmationibus ſit ne
ceſſaria ſolēnitas decre. vltime preallegate qḋ confirmatio ho
die videtur habere in vim diffinitiue. licet olim potuiſſet proce
dere opinio Innoc. et Hoſtien. ſed certe poſſet dici quod licet
hodie nō debeat cenſeri actus extraiudicialis: quia nō pōt fieri
niſi precedant citationes, de qbus in dicto. c. vltimo, tamē for

ℂ In glo. impotētiā. ſup hac gl. ſi ꝗris vtrū in electionibus rō potētie vel diuitiaruꝫ ſit habēda. diſtingue vt hic per do. hē. boych. in prin. c.

te non tollitur quod non debeat diſtingui an ſit facta cum ma
gna cauſe cognitiōe. ꝛ tunc cēſeatur habere vim diffinitiue: an
vero cū leui cauſe cognitione vt tūc cenſeatur habere vim inter
10 locutorie. fateor tamē ꝙ † hodie nō eſt neceſſaria libelli obla
tio nec litis conteſtatio in cauſa electiōis per illud qḋ habetur
in clemen. ij. de iudi. iuncta clemen. ſepe. de verb. ſigni. ꝛ ad ma
teriam etiam facit quod no. Inno. ſ. de electio. c. cum dilecti. et
in. c. cum olim. de dolo et cōtuma. ꝛ de cauſa poſſeſ. cum olim. et
de materia etiam per glo. in dicto. c. vlti. ℂ In glo. fina. ibi pre
terea qualiter ad iſtud qḋ concludit glo. j. non reſpōdet. ſed po
tes dicere in contrarijs hic allegatis pendebat lis cōtra ali
quem de ine ex quo infamabatur. et ideo illa pendente nō
debet pro eri ꝓpter infamiam cum opinio promouēdi non
debeat v re. facit quod habetur in. c. vlti. de teſtibus. alleg.
in glo. ꝛ i in ipotentiā de accuſa. ſed hic loquitur in iam ꝓ
mōto cōtra opponebat exceptio vt repellatur a poſſeſ
ſione facti. quod fieri non debet cum illa habeat conſequentiaꝫ
ab ipſo actu cōfirmationis iam perfecto. facit quod habet. ſ. de
electio. c. tranſmiſſam. ℂ In eadem glo. ibi reſpondeo ratione
preſumptionis ſupple: qꝛ calūnioſe et cauſa deferendi obiicie
batur. vt. ſ. etiam tetigit glo. et facit quod habetur in. l. ij. C. de
falſis. Et hec reſponſio licet in ſe ſit vera, tamen videtur diuina
re. Ideo glo. j. in ver. alia ratio ponit aliam reſponſionē ꝑ quaꝫ
in effectu voluit qḋ ideo in caſu iſto repellitur exceptio qꝛ non
videt bene poſſe proportionari ad id qḋ petitur: quia non peti
tur hic quid iuri ſit: cum iam plenum ius ſit conſecutus ꝑ ele
ctionem ꝛ firmationem. ſed petitur quid facti: quia ipſa poſ
ſeſſio eſt qu ū facti habet. vt legitur et notatur. j. de con
ceſſio. preben. c. cum noſtris. ꝛ in. l. j. C. de acquiren. poſſeſ. et qꝛ
talis poſſeſſio eſt de conſecutiuis ipſius iuris iam queſiti. quia
conueniens eſt quod habens plenum ius in beneficio: habeat
etiam poſſeſſionem. facit. ſ. de electio. c. trāſmiſſam. ꝛ qḋ habe
tur. ſ. de cauſa poſſeſſio. ꝛ proprietatis. ca. cum dilectus. ꝛ ideo
quia non bene proportionatur via excipiendi. ex quo non peti
tur quid iuris: ſed quid facti conſecutiui ad ipm ius preambu
lum. ideo repellitur exceptio: nō autem repellitur actio ſeu via
accuſandi: qꝛ illa bene poteſt apte ꝛ proportionabiliter propo
ni. ſecus ſi aliquid iuris peteretur. vt quia confirmatus peteret
ſe ordinari: quia tunc bene poſſet excipi per id quod habetur. j.
de accuſa. ſuper his quod intelligit hic Inno. procedere qñ di
gnitas vel beneficium requirit ordinem qui petitur quia tunc
petenti obſtabit exceptio. ſecus ſi nō requireretur qꝛ tunc licet
peteret ſe ordinari ad ordinem quem beneficium non requirit
non poſſet excipi: ſaltem ad finem impediendi poſſeſſioneꝫ ſeu
acquiſitionem. et plus etiam dicit Inno. qḋ ſi etiam beneficiuꝫ
requirit ordinem, ſi tamē illum non petat: ſed petit poſſeſſionē
anteꝙ velit petere ordinem nō poterit excipi ad impediendum
acquiſitionem poſſeſſionis. et ſic etiā poteſt intelligi hic ſm eū,
nec obſtat ſi dicatur ꝙ ex quo eſt cōfirmatus videtur ꝙ debeat
habere ordinem requiſitum ad beneficiū per id quod habet. ſ.
de electio. cum in cunctis. ꝛ ſic ſi non petat videt in mora: ꝛ per
conſequens videtur poſſe excipi ac ſi peteret quia reſponderi
poteſt ſm Inno. qḋ non cenſetur eſſe in mora. niſi ex quo paci
ficam poſſeſſionem habet vel pereū ſtat quominus habeat per
id quod habetur in preallegato. c. cum in cunctis. recitat tamē
alios tenere contra: videlicet quod ex quo eſt confirmatus ꝛ nō
adepta poſſeſſione debeat petere ordinē ſuper quo hic ſatis in
ſtat ipſe. et etiam Hoſtien. qui tenet primū dictū. ſed de hoc dic
vt no. gl. in decre. cōmiſſa. de elec. in. vj. ℂ Item etiā non obſtat
ſi dicatur qḋ ex quo fuit appellatuꝫ a confirmatione videt illa
fuiſſe ſuſpenſa. per id quod habetur. ſ. c. ſepe. circa finem. et de
iureiurando. c. venietes. et ſic proſequendo illam videtur pete
re confirmationem. ꝛ per cōſequens quid iuris ſit. et ſic videtur
ꝙ admitti debeat exceptio: quia poteſt reſponderi qḋ hec cōfir
matio facta fuit extra iudicium. et ideo pretextu appellatiōis
cōſequēter extraiudicialis non ſuſpendit actum precedentē ſed
illū qui ſit poſt et contra ipſam appellationē. ſ. de electione cū
11 nobis olim. ℂ† Et ex predictis videtur poſſe colligi quod cō
tra agentem poſſeſſorio adipiſcende in beneficialibus nō vide
tur admittenda exceptio concernens defectum proprietatis:
ſaluo niſi ſit exceptio criminis cum infamia. vt. j. tangit glo. vel
niſi diceret quem promotū per falſas literas. vt tāgit hic gl. in
fine et ſic videtur tranſire hic glo. ꝛ etiam Innocē. ꝛ Hoſtien. et
Joan. and. ꝛ do. Anto. Sed contra iſtud facit: quia cōtra agen
tem poſſeſſorio adipiſcende videtur quod obſtet exceptio defe
ctus proprietatis dūmodo probatio non habeat longiorē tra
ctum. ſed velit infra breue ſpatiū probare. vt legitur ꝛ nota. in. l.
ij. C. de edili. edic. ꝛ in. l. fin. C. quorum bonorū. poſſes dicere qḋ
aliud ſit in beneficialibus. et aliud in alijs. ſed certe non vꝫ bo
na ratio diuerſitatis: quia eadem ratione non videtur propor
tionari

Ayuntamiento de Madrid

tionari exceptio etiam in aliis ex quo petitur quid facti cõſecu tiui ad ipſum ius preambulum.ideo forte põt dici qđ interdũ opponitur exceptio cõcernẽs defectũ proprietatis ſecundum tempus exceptionis vt qz opponitur exceptio que reddit cõfir mationẽ vel collationẽ nullam:qz dicitur facta per literas fal ſas vel ſurreptitias vel per illuz qui nõ habuit poteſtatẽ:et tũc ſatis videtur qđ ſi velit incõtinẽti pbare debeat audiri in bene ficialibus.facit qđ not.Inno.ſ.de cau.poſ.z proprie.cum oli3. de do.z contu.Secus ſi nõ velit incõtinẽti probare interdũ ve ro opponitur exceptio que nõ cõcludit defectuz proprietatis de preſenti:ſz concludit illã poſſe auferri.vt qz exceptio quã op ponit aliquid pter qđ caſſari poſſet collatio vel cõfirmatio.z tũc talis exceptio etiã ſi probaretur incõtinẽti nõ impedit ac quiſitionẽ poſſeſſionis cũ interim h3 verũ ius pp̃ ad cõ añq̃ caſſetur collatio vel cõfirmatio.facit qđ no.Io.an.in Cõpo. ſ.de elect.c. ſicut poſt glo.in antepenul.z vlt.col.z hoc etiã vi det poſſe limitari niſi obiiciatur exceptio criminis cũ infamia p id qđ tetigit glo.z qđ habetur in.c.accedens.ſ.de accu.z quia etiam tunc pter infamiam poſſet ſuſpendi a beneficio.ij.q.v. c.preſbyter.ſi a plebe.z facit qđ no.Io.an.poſt Compo.in loco preallega.Quid autem ſi iſte cantor electus in prepoſitũ z cõ firmatus habuit poſſeſſionez ipſius prepoſiture:an ſi poſtea p nuntietur appellationem contra eum interpoſitam iuſtam po terit recuperare priora beneficia preſertiz ſi fuerint alij collata. dicit hic Inno.qđ non ſi erat beneficiũ curatum vel perſonat9 quia illud vacauit ipſo iure per adoptionem dignitatis prepo ſiture.ſ.de prebẽ.de multa.nec ob.qđ tempore quo habuit poſ ſeſſionem prepoſiture pẽdebat lis ſuper illa.qz ſufficit qđ de fa cto habuerit pacificam poſſeſſionem ipſius ſecundi beneficij.lz non fuerit pacifica de iure propter pendentiam appellationis quia imputet ſibi ſi ſe expoſuit dubio litis.nã pter iuris erro rem non releuabitur clericus maxime prelatus.ſ.de tẽpo.ordi. vel non eſt ſec9 ſi nõ fuiſſet poſſeſſionem adeptus:quia tũc be ne retinet priora beneficia.xviij.di.ſi qui epiſcopi.Ioã.an.dicit qđ licet quo ad primũ dictũ videatur dura opi.predicta tamen ſatis põt dici iuridica ſi ponamus qđ in lite nõ erat pbabilis error alias ſi error fuiſſet pbabilis illi eſſet parcendũ q poſſet etiam in facto aſſiſtere ſecundũ quod habetur.de preben.ſi bñ ficia.lib.vi.z quod not.eo.lib.de elec.commiſſa.§.j.caueat tamẽ ſibi electus de cui9 confirmatione mouetur queſtio ne admini ſtrando perdat ius quod habet per id quod habetur in.c.auari tie.de elect.in.vi.facit ad predicta qđ habetur in.c.j.de poſthu. prelato.lib.vi.z.c.in noſtra.ſ.de reſcrip.vbi etiam de materia.

12 ¶†Ultimo extra gl.tangit hic Inno.de effectu appellatiõis extraiudicialis.z ponit hic glo.ſatis prolixam de quo etiã tan gitur in.c.cum nobis olim.de elect.conclude qđ vbi appellatur cauſa rationabili non expreſſa:nihil operatur appellatio.facit quod habetur.ſ.eo.c.cum cauſam.¶Si autez queritur an ta lis appellatio habeat ſuſpendere:conclude quod ex quo eſt ex traiudicialis.z ab actu extraiudiciali ſi interponitur ab actu de preterito nõ ſuſpendit illũ: quia appellatio extraiudicialis ſolum vꝫ ſuſpendere id quod fit poſt et contra appellationem vt preallega.c.cum nobis olim.lz ſecus ſit in appellatione iu diciali: quia illa ſuſpendit actum preteritum a quo interponit ſ.eo.c.ſepe.circa finem.z de iureiuran.c.venientes.z plus vide

13 tur † qđ appellatio extraiudicalis ſicut non ſuſpendit actum preteritum:ſic nec ſuſpendit actum futurum conſecutiuum ad ipſum actuz de preterito.vt hic patet.nã ſicut hic nõ ſuſpendit confirmatio:ſic nec ſuſpenditur actus inueſtiture vel actus tra dende poſſeſſionis qui habet conſequentiam ab ipſa confirma tione vt expreſſe hic probatur.et perhoc poteſt inferri ad de ciſionem queſtionis.quam hic poſuit Innocen.videlicet quid iuris ſi epiſcopus velit cõferre beneficium vel canonicatuz ali cui pſone.z capitulũ hoc ſentiẽs appellet ne fiat collatio tali p ſone:ex eo qz eſt homicida z irregularis.et offerat ſe paratum probare ipſum homicidium vel irregularitatem:an ſi fiat colla tio non obſtãte dicta appellatione tenebit ipſa collatio et an ſi def eidẽ poſſeſſio z aſſignet ei loc9 in capitulo z ſtallus in cho ro erit idem reſpondendum tanq̃ canonico de iuribus z rebus ſpectantibus ad canonicatum non obſtante dicta appellatiõe pro cuius declaratione primo eſt videndum an talis oblatio p bationis habeat iuſtificare appellationem.et dicendum eſt qđ non:quia licet in iudicialibus talis oblatio operetur.vt habeẗ. ſ.eo.c.interpoſita.tamen ſecus eſt in extraiudicialibus : quia tunc nihil operetur.cum probatio fienda ſit in iudicio.z nõ ex tra iudicium.de quo etiam not.in.d.c.interpoſita.z in.c.cũ no bis olim.ſ.de elec.et.c.cum inter canonicos.¶Secũdo viden dum eſt an talis collatio cenſenda ſit nulla:ex quo facta eſt poſt et z appellationem.circa quod concludit hic dom.Anto.quod ſi cauſa ex qua appellatuz eſt ſui natura reddit collationẽ nul lam:tunc probata veritate cauſe appellationis declarabit col lationem nullam.ſi autem cauſa propter quam appellatur non redderet collationem nullam ſed caſſandam z tunc probata ve ritate cauſe appellationis caſſabitur ipſa collatio.per ea que le guntur z no.ſ.de elec.c.auditis.et.c.bone.el.j.et.c.conſideraui mus.eo.ti.z ſecundum hoc ad nullitatẽ actus parum videẗ ope rari appellatio extraiudicialis quod an ſimpliciter ſit verum di cam in.c.bone.ij.eo.¶Aduerte tamen quod Inno.hic videtur velle quod collatio iſto caſu non valeat ſtante veritate cauſe ſed contrarium ipſe videtur velle in.c.quod noſtris.circa prin.ſ.de conceſ.preben.z idẽ Compo.vt refert Ioã.an.ſ.de elec.qđ ſicut poſt glo.ſed forte poſſet pro concordia dici quod aliud eſt quere re an ſi fiat collatio bñficij homicide vel alias irregulari teneat collatio.et dicendum quod non licet per iſtud poſſit priuari.Et ita intelligatur dictum Inno.in.d.c.cum noſtris.et dictũ Com poſto.in.d.c.quod ſicut.facilius enim impeditur fiendum quam iam factum.ſ.de iureiuran.c.quemadmodum.licet autem colla tio ſit nulla.tamen videtur velle Innocen.quod conferens etiaz homicide non dicatur in negligentia.vt ſic veniat priuandus vel ſit priuatus quaſi infra tempus debitum non fecerit collationẽ iuxta.c.ij.de conceſſio.preben.quia ſatis eſt quod elegerit talem in quem aliquo caſu cadere poteſt titulus beneficij.Ita videtur velle Innocen.in.d.c.cum noſtris.illud autem videtur certum quod electio facta de homicida ſi per viam electionis procedere tur quod non valeret.per id quod habetur in.c.cum in cunctis. ſ.de elect.¶Tertio tangit hic Innocen.quid ſi fiat ſecũda col latio an valebit.Concludit quod ſi prima fuit nulla et priuatus fuit poteſtate conferendi conferens:tunc ſi ſecunda facta eſt ab illo ad quem deuoluta eſt poteſtas:valebit ſecunda.ſecus ſi pri ma non fuiſſet nulla.licet veniret caſſanda quia tunc non vale ret ſecunda illa non caſſata.per ea que habentur in.d.c.auditis.

14 et.c.conſiderauimus.¶†Quarto et vltimo eſt videndũ an de beat impediri effectus tradite poſſeſſionis propter pendentiaz appellationis.z concludit Innocen.quod non:quia defenden dus eſt in ſua poſſeſſiõe quouſq; conſtet de veritate appellatio nis et cauſarum eius facit.ſ.de inſti.cum veniſſent.z.viij.q.iiij. nonne.z qz hec appellatio extraiudicialis non habet impedire effectum poſſeſſionis vt ſuperius dictũ eſt.fatetur tamen quod ſi poſtea conſtabit de veritate cauſe appellationis debebit reſti tuere omnia que percepit.ſ.eo.c.bone.nam tũc apparebit q in iuſta fuit poſſeſſio.z hec dicit vera ſi aſſignata fuit poſſeſſio ante quã ſuperior inceperit de cauſa cognoſcere.alias non potuiſſet poſtea epiſcopus vel alius inferior dare poſſeſſionem.z ſic non eſſet defendẽdus in dicta poſſeſſione.per id quod habetur.ſ.eo. c.vt noſtrum.z per predicta etiam dicit Innoc.quod ſi talis cui eſt facta collatio.z data poſſeſſio anteq̃ ſuperior cepit de cauſa cognoſcere agat contra debitorẽ canonicatus vel prebẽde q nõ poterit talis ſe iuuare ſi dicat ſe non teneri reſpondere penden te appellatiõe predicta qz imo interim eſt ei obediendum.cum interim habendus ſit pro canonico:qz talis collatio habet vim non tantum electionis ſed etiam confirmationis.vt not.glo.in c.j.de elect.in.vi.z confirmatio q̃diu toleratur eſt obediendum viij.q.iiij.nõne.z hoc videẗ limitare Inno.vbi debitor a quo pe titur vellet pbare veritatem cauſe appellationis:qz tunc debet audiri.nam tunc ſi probetur veritas dicte cauſe apparet colla tionẽ nullã z cõſequẽter cõfirmationẽ.ideo tunc nõ debet habe re effectum.facit quod no.per Inno.de do.z cõtu.cum olim.et de cau.poſ.cũ olim.fatetur etiã Inno.q illi qui debẽt reſponde re de iuribus canonicalibus bene faciunt ſi ſciunt veras cauſas appellationis ſi ei non reſpondent niſi cogantur.per id qđ ha betur.ſ.eo.c.dilecti.et de ſentẽ.excõ.inquiſitioni.z poſſunt cogi vt dixi.ſi non probatur veritas cauſe appellationis.z no.etiam q per appellationem extraiudicialem deuoluitur negotium ad ſuperiorem.z in hoc conuenit cum appellatione iudiciali:tamẽ in multis aliis deuiat.vt patet ex ſupradictis:et ex his que di centur.ſ.eo.c.bone.z que tanguntur per Inno.ſ.de elec.cum no bis olim.z.c.cum inter canonicos.z de maio.z obedien.dilecti. de his que fiunt a maio.parte capituli.c.j.

1 ¶Citatus ad locũ non tutũ an poſſit appellare.z nu.7.

2 Clauſula appellatione remota non tollit facultatem appellãdi ex cauſa legitima.

3 Exceptio loci non tuti poteſt quotieſcunq; quis vocatur ad lo cum non tutum opponi.

4 Appellatio propter locum nõ tutum impeditur per aſſignatio nem loci idonei et ſecuri.

5 Locus debet eſſe tutus procuratori.

6 Litigare cogi non poteſt quis per ſeipſum.

8 Notorietas ſuſpicionis iudicis non releuat ab onere proponem di ſuſpicionem ſed notorietas ſuſpicionis loci releuat ab onere probandi exceptionem.



Ayuntamiento de Madrid

# Ex parte.

Appellari poteſt ſi loc⁹ nõ tutus partibus aſſignatur etiamſi in re ſcripto ſit appoſita clauſula appellatiõe remota. h. ꝺ.
1 Stõa ibi preſenti. ¶ † No. ꝙ citatus ad locum nõ
tutum videtur poſſe appellare. facit qȝ habet. j. de ſen. excõ. c.
venerabilibus. §. ſed ſi ex cau. lib. vj. qȝ an indiſtincte procedat
2 patebit ex ſequentib⁹ que dicã poſt gl. ¶ † No. quod clauſula
appellatione remota nõ tollit facultatẽ appellãdi ex cã legiti
ma: ſic videt ꝙ tollat ſolũ appellationes fruſtratorias de quo
3 dicendum. vt habet. j. eo. c. paſtoralis. ¶ † No. qȝ exceptio lo-
ci nõ tuti videt poſſe opponi quotieſcũqȝ quis vocatur ad locũ
non tutũ. ⁊ ſic videt quod ſi poſt litis conteſta. quis vocetur ad
locũ non tutũ poſſit hec exceptio obijci: quaſi de nouo videat
originari ſeu oriri. facit quod no. Jo. an. poſt Compo. in. c. dile
ctus filius. J. ſaracenus. ȝ. de reſcrip. ⁊ Archi. de offi. delega.
ſtatuimus. el. j. lib. vj. ⁊ Spe. in tit. de appel. §. reſtat. circa ſi. v. ⁊
not. per Archi. iij. q. ix. hortamur. ⁊ ꝑ Jac. de but. in. l. adulte-
4 ram. C. de adulte. ¶ † No. ꝙ iudices a quibus eſt appellatũ ꝓ-
pter citationem factam ad locum non tutum poſſunt impedire
effectum appellationis aſſignando locum idoneum ⁊ ſecurum
5 reuocãdo grauamẽ. facit. j. eo. c. cum ceſſante. ¶ † Jn glo. j. ibi
omnes ſui. nam vt dicit hic etiã Jnn. merito etiam debet eſſe lo
cus tutus ⁊ ſecurus nedum parti, ſed etiam ſuis: qꝛ regulariter
põt quis cõſtituere ꝓcuratorẽ. l. j. ff. de procura. poſſet interdũ
euenire ꝙ ipſe principalis poſſit ire ſecur⁹. vt qꝛ forte eſſet ho-
mo potens qui cum magna comitiua incederet. ⁊ tamẽ forte nõ
poſſet procurator ſuus qui nõ duceret talẽ ſocietatem ſecum ⁊
6 non debet † cogi litigare per ſeipſum ſi nõ vult. d. l. j. ff. de pro-
cura. ⁊ ideo etiam procuratori debet eſſe locus tut⁹ alſ ꝑ indi-
rectum tolletur facultas cõſtituendi procuratorẽ qȝ eſſe non
debet. ⁊ eo modo econtra. licet procurator poſſet ire ſecure. ſitñ
dominus non poſſet ſecure ire nõ ſufficit qꝛ dñs nõ debet cogi
mittere procuratorẽ et ipſe vult perſonaliter comparere. et qꝛ
forte poſſet eſſe cauſa grauis in qua non cogit quis procurato-
rem conſtituere. ȝ. de procuratori. c. querelam. cum ibi notatis.
¶ Jn ea. glo. ibi duas dietas hodie eſt redactum ad vnã dietã
in. c. ſtatutum. §. j. de reſcrip. in. vj. ¶ Jn ea. gl. nec extra ꝓuin-
ciarum terminos an hoc ꝓcedat quando non traheretur vltra
vnam dietam. dic vt no. Jo. an. in. d. c. ſtatutum. §. j. ⁊ ibi etiã cõ
7 ſueui dicere. ¶ † Extra glo. dubitatur an ⁊ quando quis citat
8 ad locũ non tutum ſtatim poſſit appellare [a] an vero ſit neceſſe
prius ꝓponere exceptionẽ de loco nõ tuto corã iudice citãte. ⁊
ſi nõ admittat tũc appellare tãgit hic Jo. an. ⁊ refert opi. Jnn.
hic videt velle ꝙ poſſit appellari nec expediat petere ꝙ aſſigne
tur locus tutus licet iudex ſi velit excludere appellationẽ ha-
beat locũ tutũ aſſignare. ⁊ pro ipſo bene facit tex. iſte preſertĩ
dũ dicit libere nõ poſſet appellare ſi arctaretur prius excipere.
facit qȝ habet in. c. licet eps. j. de prebẽ. libr. vj. Hoſt. hic tenuit
cõtra dicẽs ꝙ anteꝗ̃ appellatur debet excipere citat⁹ locũ nõ
eſſe tutũ ⁊ petere vt hic aſſignetur locus tut⁹ et ſi denegat hoc
facere tunc poterit appellari: ⁊ adducit ſtilum curie. in quo dr
⁊ ſit mentio ꝙ iudex diligẽter ⁊ humiliter requiſitus locũ tutũ
deſignare denegauit ⁊ iſtã opinionẽ tenuit Archi. de ſen. excõ.
in. c. venerabilibus. §. ⁊ hoc ipſum. li. vj. vbi dicit eſſe caſum po
tes cõcludere ꝙ aliud eſt q̃rere an debeat excipere locũ nõ eſſe
tutũ. ⁊ petere locũ idoneum aſſignari. Aliud eſt q̃rere an ſuffi-
ciat vt requiratur excipere locũ nõ eſſe tutũ. nã vr ꝙ nõ ſit ne-
ceſſe petere ꝙ aſſignet locus tut⁹. vt voluit Jnn. qꝛ illud poti⁹
ſpectat ad iudicẽ. ⁊ ſic in hoc verior videtur de iure opi. Jnno.
qꝛ non reperit iure cautũ ꝙ debeat peti ꝙ aſſignetur locus tu-
tus. licet ad cautelam illud fieri poſſet. Si aũt querit an ſit ne
ceſſe qȝ excipiatur de loco nõ tuto anteꝗ̃ appelletur. Jnn. hic
licet non clare hoc decidat videtur inclinare qȝ non ſit neceſſe
Hoſt. ⁊ Archi. contra vt predixi. h. concordat opinio Jnnocẽ.
procedat ſecundum eum. ſi iudex ſcit locum nõ eſſe tutum. Se-
cus ſi ignoret. quia tunc procedat opinio Hoſt. Gof. hic videt
tenere opinionem Hoſtiẽ. dans pro regula qȝ ſi grauamen nõ
contingat perſonã iudicis debet probari corã iudice a quo vt
ſi opponatur exceptio loci non tuti. Si autem grauamẽ cõtin-
gat perſonam iudicis tunc debet proponi coram eo: ſȝ probari
coram ſuperiore. ⁊ hoc tenuit Archi. in. c. ſiue de cõiug. xxxiij.
q. ij. ſaluo niſi notoriũ eſſet locum non eſſe tutum: qꝛ tunc non
arctaretur probare per cle. paſtoralis. verſi. piſana. de re iudica.
Jo. an. hic videtur cõcludere finaliter qȝ opponi debeat exce-
ptio ſaluo niſi periculoſum ſit ſibi ꝓponere vel vbi notorie lo-
cus non ſit tutus. quia tunc citatio nõ arctat per ea que habent
in dicta cle. ver. piſana. alias ſit neceſſe opponere exceptionem
de loco nõ tuto, non tñ eſt neceſſe ꝙ exprimat cauſã quare lo-
cus nõ ſit tutus. vt voluit Jnno. in. c. ſignificãtib⁹. j. de ope. no.
nũtia. nec etiam eſt neceſſe ꝙ petat ꝙ loc⁹ tutus aſſignet vt hic
etiam voluit Jnno. ſed bene eſt expediẽs ꝙ excipiatur de loco
nõ tuto, ⁊ ſi nõ admittat põt appellari alſ ſm cũ priuaretur iu
dex ſua iuriſditione ſine culpa: ſi forte ignoret locum non tutũ. ⁊
adducit etiã pro hoc: qꝛ ſi ꝓducit teſtis crimino ſus vel inſtrumẽ
tũ falſum dȝ excipi. vt ſi nõ admittat exceptio poſtea appella-
tur. facit qȝ habet. j. eo. c. dilecto. ergo eodẽ modo in caſu ꝓpoſi
to debebit excipi de loco nõ tuto. Pau. de leaȝa. in cle. qꝛ contin
git. de reli. domi. tenet ꝙ põt appellari ſi quis citetur ad locũ nõ
tutum etiam ſi nõ obijciatur exceptio ex eo qꝛ tale ꝓceptum de
ſe grauat. ⁊ ideo debet poſſe appellari ſicut alias appellatur ab
interlocutoria. per quam aliquod grauamẽ infertur etiam ſuffi
cit grauamẽ licet forte iudex ex mente nõ intendat grauare. ꝑ id
qȝ habet. j. eo. cũ cauſam. ⁊. ȝ. de exceptio. c. ſignificauerũt. ⁊. c. di
lecti. ⁊ iſtud etiam ſequit hic do. Ant. ⁊ pro iſta parte videt eſſe
hic caſus nõ cauillãdo tex. ⁊ videt etiã eſſe caſus in. d. c. venera-
bilibus. §. ſed ſi ex cauſa. fateor tamẽ ꝙ ſi obijciat exceptio de lo
co nõ tuto nõ debet tũc appellari anteꝗ̃ iudex reijciat illã. ꝑ id
qȝ habet. j. eo. c. dilecto. ⁊ ſic intelligat qȝ habet in. d. c. venerabi
libus. §. hoc ipſum. nec ob. ſimile qȝ allegat Jo. an. quando pro
ducit teſtis vel inſtrumentũ qꝛ ſi producit parte abſente imputã
dũ eſt parti que nihil obijcit. ideo ſi iudex tunc recipit teſtem vel
inſtrumentũ nõ cenſet grauare. facit qȝ habetur. ȝ. de teſti. c. ꝑ-
ſentiũ. ⁊ quod no. per Jnno. in. c. cum in iure peritus. de offi. de-
lega. ⁊ de probatiõ. c. quoniam contra falſam. que ratio ceſſat in
caſu propoſito qñ pars citatur ad locũ nõ tutum: qꝛ tunc iudex
grauat: nec eſt quid imputandũ parti tunc ante actum iudicis.
ideo nõ videtur ꝙ tunc poſſit appellare. Et pro iſta opi. etiã fa-
cit qȝ no. Jo. mo. in. c. concertationi. j. eo. lib. vj. vbi dicit qȝ can
cellaria dat literas ſuper appellatione abſqȝ eo quod ſit oppoſi-
ta exceptio de loco nõ tuto. ⁊ ſic videtur ſtilus curie approbare
hanc opi. Aduerte tamẽ quod vbi locus notorie nõ eſt tut⁹ nõ
arctat citatio etiam ſi non appelletur ꝑ ea que habent in dicta
cle. paſtoralis. ver. piſana. ſed vbi non eſſet notoriũ locũ nõ eſſe
tutum: tunc arctaret citatio niſi appelletur vel niſi obijciat exce
ptio per ꝓdicta. ſecus tamẽ dicit Pau. in loco prealleg. ⁊ Joan.
and. ȝ. vt lite non conteſta. accedẽs. ſi notoria ſit ſuſpicio iudicis
qꝛ tenet pars cõparere ⁊ opponere exceptionẽ ſuſpicionis. lȝ nõ
habeat neceſſe tunc probare: qꝛ notoriũ lȝ releuet ab onere ꝓbã
di nõ tamẽ releuat ab onere proponendi. vt no. glo. in cle. appel
lanti. de appella. Sed iuxta ꝓdicta poteſt dubitari que põt eſſe
8 ratio diuerſitatis † ꝙ notorietas ſuſpicionis iudicis nõ releuat
ab onere proponendi ſuſpicionem. vt voluit Joan. and. ȝ. vt lite
non cõteſta. c. accedens. ſuper glo. et Pau. in dicta cle. qꝛ contin
git. licet gloſſ. ⁊ Archi. tenuerit contra in. c. quoties. ij. q. vj. ⁊ ta
men notorietas ſuſpicionis loci excuſat ab onere probãdi exce
ptionem. vt eſt tex. cũ glo. in prealleg. c. paſtoralis. ver. piſana.
potes dicere qȝ ratio eſt voluit Pau. in dicta cle. quia contin-
git. qꝛ eo ipſo ꝙ quis citatur ad locum non tutum grauatur. ſe-
cus quando citatur vt cõpareat corã iudice ſuſpecto ꝙ poſſibile
eſt ꝙ iuſtitiam miniſtrabit vnde etiam filius poteſt eſſe iudex in
cauſa partis ſi nõ recuſatur. vt. iij. q. vij. §. tria. verſic. filius. ⁊. l. ⁊
priuatis. ff. de iudicijs.

[a] ¶ Citatus ad locũ nõ tutũ an ſtatim poſſit appellare ⁊ diſtĩgue vt hic per do. Hẽ. boych. in prin.

1 ☞ Mandatũ procuratoris ꝓbari põt ꝑ literas ꝓprias ipſius
conſtituentis ſi habeant ſigillum ad hoc deputatum.
2 Sigillum deputatum ad certum actũ nõ prodeſt quo ad alios.
3 Sigilla diuerſa poteſt habere capitulum reſpectu diuerſorum
actuum.
4 Litere ſecũde non faciẽtes mentionem de primis an valeant.
5 Exceptio legitima nõ admiſſa ſufficit ad appellandum.
6 Mandatum ſigillatum ſigillo deputo ad citationes non poteſt
proſequi cauſam.
7 Sigillare cum alieno ſigillo an poſſit quis.
8 Signum ſiue annulus aut cultellus datum alicui vt domeſticis
ſuis fides adhibeatur an preiudicet ⁊ an ſigno tali credi debeat.
9 Conſenſus prelati intercedere an debeat quando prelatus cõ-
uenit aliquem vel conuenitur.

# Significauit.

Licite appellat reus ſi nõ auditur excipiẽs ꝓcurato
rẽ actoris nõ habere ſufficiẽs mãdatũ: vel ꝑ alias lite-
ras cõuẽtum de quibus nõ ſit mentio in ſecũdis. h. d.
Jn prima querela appellantis. Jn ſecunda dat iudices, ſecunda
1 ibi quo circa. ¶ † Nota. ꝙ inſtitutio ⁊ mandatum procuratoris
probari poteſt per literas proprias conſtituentis. ſi habeant ſi-
gillum autenticum ad hoc deputatum. de quo. ȝ. de probatiõi-
bus. poſt ceſſionem ⁊ per legiſtas in. l. ſi procuratorem. ff. de pro
2 curatoribus. ¶ † No. ꝙ ſigillum deputatum ad certum actũ nõ
probat quo ad alios actus: nec probet quo ad illos autoritatem
3 ſcripture. ¶ † No. ꝙ capitulũ reſpectu diuerſorũ actuũ põt ha-
bere diuerſa ſigilla. ¶ No. ꝙ cõſtitutus a capitulo ad agendum
appellatur actor poſſet etiã appellari procurator. ȝ. de procu.
in. c. cum

Ayuntamiento de Madrid

in.c.cum petitio.quia nõ eſt ſienda vis in nominibus vt ibi ptʒ.

4 ¶†No.ꝙ litere ſecũde nõ facientes mentionem de primis nõ videntur valere preſertim quando reus fuerat iam p primas ci tatus.de quo.ʒ.de reſcrip.ceterũ.ꝛ.ſ.eo.c.vt debitus.¶No.ꝙ vbi plures cauſe accumulantur in reſcripto etiã appellationis quarum quelibet concludit intentũ partis ſufficit alteram ꝓ

5 bari.¶†No.ꝙ ad iuſtificationem appellatiõis videtur ſuffice re oppoſitam eſſe exceptionem legitimã.ꝛ propter illã non ad miſſam appellatum licet aliter nõ probetur veritas exceptiõis quod videtur contra id quod habeť.ſ.eod.c.interpoſita.et.c.vt debitus.ſed dicit tex.iſtũ ſupplendũ per iura prallegata vnde dum dicit litera ad noſtrã fuiſſe audientiã appellatum ſupple ri debet ꝛ dictas cauſas allegatas poſtea veras eſſe ꝓbatas vel alterã earũ:quia licet appellatum ex iuſta cauſa q̃ eſt falſa non releuat appellatũ niſi appellãs obtuliſſet ſe probaturũ ſecũdũ

6 ea que habentur in prealle.c.interpoſita.¶†Not.vltimo qꝺ habens mandatũ ſigillatũ ſigillo deputato ad citationes non põt proſequi cauſam.dicit tamẽ Jo.an.ꝙ licet talis nõ admit tatur ad agendum forte admittetur ad impetrandũ ꝛ cõtradi cendũ quando ille actus eſt leuis preiudicij ꝛ facilius quis ad mittitur ad illum.facit quod not.Inn.de ſi.inſtru.c.j.ad finem

7 magne gl.¶†An autem poſſit quis ſigillare cum alieno ſigil lo dic ꝙ ſic.dum tamen notum ſit ſigilluʒ ſigillãtis forte ſigillũ proprium non haberet.facit.C.de teſta.l.ſi vnus.ſm Inn.Itẽ dicit Goffre.ſi habet ſigillum.ſʒ nõ habeat illum pro tunc in promptu quod dicit procedere nõ ſolũ in priuatis ſed etiam in prelatis de quo.ʒ.ti.j.c.cum inter vos.nec ob.iſte tex.qꝛ hic nõ probat alienõ ſigillo ſigillari.ſʒ dicit nõ ſufficere ſigillũ depu

8 tatum ad vnum actum quo ad alium actum.¶†In gl.j.in ſi. inducit hic.d.Anto.vltimã expoſitionem ad id quod quãdoq; ſit quia dat aliquis annulum ſuum alicui vel cultelluʒ vt detur fides domeſticis ſuis ſuper quo mittiť.nam videť ꝙ tali credi debeat habenti dictum ſignum.facit quod habetur in.l.eũ qui. ff.de conſti.pecu.dicit tñ attendendam qualitatem perſonaruʒ portantium:qꝛ interdum potuiſſet ſubtrahere ſignum qꝺ por

9 tat.l.j.§.ſed ne fraudandi.C.de lati.liberta.tollẽ.¶†In glo.ij. ibi autoritas prelati debet intercedere.hoc verũ:quando admi niſtratio nõ eſſet diuiſa vel ſi eſſet diuiſa agereť de re graui al's ſolum capitulum in ſpectantib⁹ ad eius adminiſtrationẽ poſ ſet procuratorem conſtituere.vt no.Inno.in.d.c.j.de procu.c.ꝛ edoceri.de reſcrip.ꝛ idem dicendũ quando prelatus vult agere vt non requiratur cõſenſus capituli ſi adminiſtratio eſt diuiſa. et nõ agať de re graui.alias ſec⁹.¶In ea.glo.ibi equiparatur minori.facit.ʒ.de reſti.in integ.c.j.¶In gl.penul.ibi ad ꝓbã dum vtrunq;.ꝛ de materia etiam dic vt not p do.in.c.ex pte.de reſcrip.ꝛ de iudi.c.exhibita.

1 ☞Libellus obſcurus propter generalitatẽ rei debet ad inſtã tiam rei per actorem declari.

**Significantibus.** Licite appellat reus q non au dit petẽs declarari rem in bello petitam.h.d.Et di uiditur in duas partes ſicut precedens.c.ſecunda ibi quo circa.¶In text.ibi ꝛc.põt decidi quod deciditur.ʒ.c.pxi.

1 ¶†No.j.ꝙ vbi libellus eſt obſcurus propter generalitateʒ rei debet declarari p actorẽ ad inſtantiã rei.de quo plene in.c.ſigni ficantibus.de libel.oblatiõe.vbi ad literã habeť hec decre.ꝛ ſic videť quodãmodo iſta ſuperflua p illã.ſʒ põt dici ꝙ non eſt abſo nũ ꝙ eadẽ decre.in diuerſis titulis propter diuerſas vias repe tatur.facit quod no.Jo.an.in ꝓemio huius libri.¶Not ꝙ iu dicialis appellatio põt lato ſumpto vocabulo appellari ꝓuo catio.lʒ ꝓprie hoc verbũ cõueniat appellationi extraiudiciali ʒ.e.c.cũ ſit romana.Qualiter aũt poſſit declarari res petita,dic ꝙ per confinia.vel per alias circũlocutiões.l.ſi in rem.ff.de rei ven.ꝛ.l.certũ.ff.ſi cer.pet.ꝛ.ʒ.de teſti.licet.el.ij.in ver.perſonas. ¶In glo.ij.ibi ſed potius emergẽs ſupple qꝛ opponebatur ad proceſſum.ſed incidens proprie reſpicit merita cauſe ꝛc.

1 ☞Recuſari põt iudex vt ſuſpectus quando aliquis de fami lia ſua eſt aduocatus alterius partis.

2 Iudex a quo nõ põt ſtatuere terminũ ad finiẽdã appellationẽ.

3 Impedimentũ contingẽs reſpectu iudicis impedit ipſo iure curſum temporis dati ad ꝓſequendũ appellationẽ ꝛ finiendũ.

4 Terminus ſtatutus p iudicẽ a quo ad finiendam appellatio nem an et qualiter valeat.ꝛ nu.6.

5 Leges allegari poſſunt in foro eccleſiaſtico.

7 Iudex a quo poteſt ſtatuere terminum appellãti ad iter arri piendum ꝛ ſe preſentandum.

**Ex inſinuatione.** Judex a quo non põt ſtatuere termi num ad finiendã appellationẽ quod ſi fecerit intelli getur fuiſſe ſtatut⁹ terminus ad ſe preſentandum.h.d. Et primo ponit querelã.ꝛ appellationẽ interpoſitis ꝓ ipſius iniuſtitia quandã clauſulã ibi licet.Secundo dat iudices ſecunda ibi qꝛ no.¶In tex.ibi ex vnã parte forte agente ex altera forte cõuenta ibi manerio.ideſt poſſeſſione.Ibi ꝛ a proceribus ideſt a nobilibus ꝛ officialibus principis qui proceres dicuntur eo quia aſſociãdo principem eum precedunt ſeu vadunt ante eum licet etiam quãdoq; ſequanť ibi ꝛc.a.ꝛ ratione preuia perdatis.

1 ¶†No.ar.qꝺ poſſit recuſari iudex tanq̃ ſuſpectus quãdo ali qs de familia ſua eſt aduocatus alteri⁹ partis de quo tractatur

2 cum glo.j.¶†No.iudicẽ a quo non poſſe ſtatuere terminum ad finiendã appellationẽ qꝛ hoc eſſet imponere legẽ ſuperio

3 ri.de quo etiã.ʒ.e.c.cum ſit romana.¶†No.qꝺ impedimentum contingẽs reſpectu iudicis ipſo iure impedit curſum temporis dati ad proſequendã appellationẽ ꝛ finiendam.de quo.ʒ.eo.c. ex ratione.An autem in caſu huius decre.procedat hoc indi ſtincte dicũt quidã ꝙ non:ſed demũ qñ appellans notam fecit principi appellationẽ:qꝛ tũc poſtea nõ currit ſibi tẽpus al's ſe cus.Alij vero dicunt idẽ ꝛ ſi non facit illã notã qꝛ imputanduʒ eſt victori q non notificat.ꝛ hoc ſequebatur Jaco.Bal.primaʒ opi.videtur ſequi Bar.in aut.ſed lis.C.de tẽpo.appel.ꝛ etiã.d. Anto.hic qꝛ vř imputandũ appellanti ſi põt notificare.et non notificat ꝛ ad ipſum principaliter ſpectat ſolicitare factũ appel lationis.l.ſi.§.illud.C.de tẽp.app.Quãdo aũt nõ eſt impedimẽ tũ ex facto pape vel a principio:ſed alteri⁹ iudicis inferioris an tũc impediať curſus fatalis tẽporis appellationũ ipſo iure an vero neceſſaria ſit reſtitutio dixi plene in.c.ex ratione.ʒ.eodeʒ.

4 ¶†No.ꝙ lʒ terminus ſtatut⁹ ad finiendã appellationẽ a iudi ce a quo nõ valeat tanq̃ terminus ad finiendũ.videť tñ valere eo modo quo poteſt;vcʒ vt terminus ad principiãdũ.ꝛ ideo nõ valet impetratio appellantis ante terminum nõ facta mentio

5 ne de termino.facit qꝺ habetur.ʒ.eo.c.ſepe.circa ſi.¶†No.le ges etiam in foro eccleſiaſtico allegari de quo in.c.j.de no.ope. nuntia.¶Not.aliud vulgatum qꝺ fraus ꝛ dolus alicui patro cinari non deʒ.¶No.ꝙ in impetratione ſuper appellatione ne dum exprimẽdus eſt actor nec reus ꝛc petita.ꝛ iudex coram quo agitur ſʒ etiã qualitas ipſius iudicis an ſit ordinarius vel dele gatus vt hic vř probare.ſi tñ ſimpliciter exprimať ꝙ coraʒ epo litigabat preſumiť in dubio ꝙ ꝓcedebat autoritate ordinaria. ʒ.de offi.ordi.lʒ in gl.j.in ſi.adde ꝙ Jo.an.iij.q.vj.in.c.accuſato res.el.ij.in.j.glo.tenet primam opi.poſitam in gl.ſed Inno.hic tenet glo.d.Anto.hic ſaluat opi.dicens ꝙ ſi iudex nimis faue bat parti propter aduocatum qui erat cõmenſalis ipſius iudi cis tunc poteſt recuſari.facit.ʒ.vt lite nõ conteſta.c.accedẽs.et ſic ſaluetur prima opi.al's ſecus.ꝛ ſic procedat opinio glo.Sed aduerte quia litera hic videtur quaſi implicare cõtradictionẽ: quia primo dicit ꝙ iudex videbatur fauere cauſam ipſi⁹ came rarij.demum poſtea innuit contrarium dũ dixit ꝙ preſixit ter minum appellationi camerarij.ꝛ ſic reſtrinxit terminum proſe quende appellationis.et per conſequẽs non videtur in hoc fa uiſſe camerario.ſed poteſt dici ſm Hoſt.ꝙ in hoc fauit camera rio quia ipſe erat reus ꝛ vtriq; ſtatuit terminuʒ ꝛ dicebat ſe nõ auditurum partes:niſi rediſſet in termino.ꝛ ſic nolebat audire tunc agentes ſi non redirent in termino.ꝛ in hoc fauebat came rario vel poteſt dici quod videbatur fauere ſed non fauebat.ꝛ ſm Hoſt.multa interdum videntur apparere que nõ ſunt ſecũ dum veritatem.¶In glo.penul.ibi Joã.intelligit ꝛc.ꝛ etiam idem videtur velle hic Inno.ꝛ Hoſtien.ſed vt dicit Jo.an.hec opinio non eſt bona qꝛ hic loquitur in appellante q poteſt im petrare quandocũq; vult:ſed appellatus licet poſſit impetrare non tamẽ debet precurrere vt ſupplãtet appellãtẽ.ſ.eo.c.obla te.ꝛ ideo Jo.an.tenet gl.vcʒ quod hic loquatur de termino ſta tuto a iudice.ꝛ licet fuerit ſtatutus ad finiendum:non valet eo modo quo fuit ſtatutus per id qꝺ dicitur in litera.ꝛ no.ʒ.e.c.cũ ſit romana.tamen valet eo modo quo poteſt.ꝛ ſic tanq̃ termin⁹ datus ad proſequendũ ꝛ ſic intelligatur iſte tex.ꝛ pro hoc alle gat hic do.Anto.ꝙ quando peccatur in cauſa efficiendi vel in materia ſi non valet actus vt agitur valet vt põt.l.an inutilis. ff.de accepti.ꝛ.l.ſceuola.ff.ad trebellia.ꝛ no.Bart.licet ipſe nõ

6 alleget in.l.j.§.ſi quis ita.ff.de ver.obliga.poſſes dicere † qꝺ eoipſo ꝙ iudex ſtatuit terminũ ad finiendũ in conſequẽtiã etiã videtur ſtatuiſſe ad principiandum ſeu proſequẽdũ cũ al's non poſſet finire.arg.ʒ.de offi.deleg.c.preterea.ꝛ.c.ex literis.ꝛ ideo licet non valeat vt terminus ad finiendum:valet tamen vt ter minus ad proſequendum cum in effectu duo videãtur manda ta vt finiat.ꝛ ideo licet alterum nõ teneat impleri debet aliud qꝺ tenet.arg.eorum que habentur in.c.cum dilecti.de do.et cõ tuma.ꝛ in.l.celſus.ff.de arbi.ꝛ not.ꝙ quãdoq; ſtatuitur termi nus ad iter arripiendum tunc ſufficit iter arripere infra termi num de elec.c.j.in.vj.quãdoq; ſtatuitur terminus ad ſe preſen tandum.ꝛ tunc non ſufficit infra terminum arripere iter niſi in



Ayuntamiento de Madrid

termino ſe preſentauerit corā papa ſi eius preſentiā potuit ha-
bere alſ facere debet proteſtationem in valuis palatij papalis
vt eſt moris.facit quod not.glo.in.c.cupientes.§.q ſi per.xx.de
elec.in.vi.⁊ quod no Jo.an.in nouella.eo.tit.⁊.lib.v.ſedis apo
ſtolice.nec requiritur hoc caſu ꝙ alia proſecutio ſit facta.vt vo
luit hic domini de Ro.ſua concluſione.cl.⁊ dicit Jo.an.in.d.c.
quia.de elec.in.vi.ꝙ vbi quis debet ſe preſentare pſpectui apo
ſtolico vel coram papa qd non ſufficit ſe preſentare corā cathe
dra papali.ſed debet ſe preſentare coraꝫ papa ſi poteſt.dicit tñ
Fede.de ſenis ſuo conſi.cviij.qd ſufficit ſe preſentare corā audi
torē contradictoriarū qui eſt deputatus ſuper impetrationib⁹
et facit idem auditorium quo ad hoc cum papa.facit quod no.
in cle.auditor.de reſcrip.quod videtur intelligendum qñ eſſet
cauſa in qua ipſe auditor ſine ſpeciali cōmiſſiōe pape poſſet cō
cedere reſcriptum quod videtur intelligere quādo cauſa ſui na
7 tura nō eſt tractanda in curia.vt hic ſenſit do.Anto.⁊ no.† qd
terminū ad iter arripiendū.⁊ etiam ad ſe preſentādum pōt ſta
tuere iudex a quo p id qd habetur.s.eo.c.perſonas.⁊.c.cum ſit
romana.⁊ quando ſtatutus eſt terminus ad iter arripiendū eū
ſatis dicatur etiam tūc infra terminū iter arripere.facit qd ha-
betur in.l.qui ante kalen.ff.de ver.obli.⁊ no.domini de Ro.in
dicta concluſione.cl.Quādoqꝫ vero ſtatuit terminus appellāti
ad proſequendum appellationem.⁊ hunc terminū etiaꝫ poteſt
ſtatuere iudex a quo per id quod habetur in.d.c.perſonas.⁊.c.
cum ſit romana.⁊ hoc caſu ſufficiet iter arripere infra ipſuꝫ ter
minū.vt voluit Spec.in titu.de appel.§.nūc breuiter.circa finē
per id quod habetur in.c.cum cauſe.s.de re iudi.et hoc etiā te-
nent domini de Ro.in preallег.concluſione qd dicunt pcede-
re quādo terminus eſt ſtatutus extra curiā.ſecus ſi ſtatutus ſit
in curia parti que in curia appellauerat qꝛ ibi tunc requiritur
maior diligentia in proſequendo.nā nō ſufficit qd iter arripiat
verſus cancellariā vel ad eius locum tenentem accedat ⁊ coraꝫ
ipſo ſe preſentet etiā ſupplicationē ſignandā ⁊ ſi non pōt habe
re eius copiā.facit ſuper hoc proteſtationē.⁊ de proteſtatione
facit fieri publicum inſtrumētū.ſufficit tamen ſupplicationem
eſſe preſentatam ipſi vice cancellario infra terminum lꝫ nō fue
rit ſignata infra terminuꝫ ex quo per eum non ſtetit.⁊ arg.j.de
reg.iur.c.imputari.lib.vi.Sed aduerte inquantū dixi qd quā-
do extra curiam ſtatuit terminus appellanti ad proſequenduꝫ
qꝫ ſufficit iter arripere infra terminū procedit ſm opi.Spec.⁊
dominorum de Ro.tamē alij voluerunt in contrariū in quorū
opi.reſidet do.Jo.an.in addi.Spe.§.nunc breuiter.circa fineꝫ.
⁊ dixi in.c.cū ſit romana.nam videtur hoc caſu quod nedū de-
beat iter arripere infra terminum:ſꝫ etiam ſe preſentare ⁊ por-
rigere ſupplicationem:nam talis termin⁹ videtur ex vi verbo-
rum plus importare quam terminus ad iter arripiendū vel ad
ſe preſentandum ⁊ forte de iure hec opinio eſt verior.⁊ ideo añ
factum tutius eſt illam ſeruare:tamen ſi nō fuerit ſeruata ſꝫ ſo-
lum iter arreptum.puto quod ſeruaretur in practica opi.Spe.
ex quo domini de Ro.illam ſequuntur.et ſic ſtilus curie videt
illam approbare ⁊ cum illa etiam tranſit hic do.Ant.nō facta
mentione de opinio.Jo.And.in dicta additio.Quādoqꝫ vero
ſtatuitur terminus appellanti per iudicem a quo ad proſequē
dum appellationem.j.menſem ⁊ ad faciēdum fidem de proſe-
cutione.j.alium menſem.⁊ tunc dicit Federi.de ſenis in ſuo cō-
ſilio.xxviij.ꝙ iudex nō potuerit ſtatuere terminum ad facien-
dum fidem de proſecutione:qꝛ hoc non reperitur ſibi a iure cō-
ceſſum ⁊ pro hoc allegat hanc decre.dicit tamē poſſe dici quod
ſi talis terminus ſit ſtatutus non videatur ſtatutus ad finē de
ferende alias finiende appellationis:ſꝫ ad finem faciēde.vt ſic
ſi non certificet de proſecutione facta infra terminū poſſit ſine
pena exequi ſentētiā,facit quod no.Jnn.s.eo.ex ratione.ideo
de cautela quod fiat fides de proſecutione vt ſic iudex a quo nō
procedebat ad executionem ſentētie.¶ Aduerte tñ quod licet
non fuerit facta fides.ſi iudex facit executionē retractabit poſt
ea ſi appareat proſecutionem fuiſſe factam.facit qd dictū fuit
in.c.conſtitutus.s.eo.Quandoqꝫ ſtatuitur terminus ad finiē-
dam cauſam appellationis.⁊ tunc nō pōt ſtatuere iudex a quo
vt hic dicitur in litera per rationem in litera aſſignatam.poteſt
tamen illū ſtatuere iudex ad quem ex cauſa preſertim in cauſis
celeritatem deſiderantibus.vt voluit Archi.ij.q.vj.in ſumma.
⁊ facit quod no.Spe.in.d.§.nunc breuiter.verſic.quid ſi ſtatu-
tus.⁊ qd habet in.c.oblate.tamē videt ꝙ hoc caſu iuris inter-
pretatione intelligat etiā ſtatutus termin⁹ ad proſequendum.
ideo ſaltē quo ad illū habebit effectū.vt hic eſt tex.ſcdm intelle
ctum glo.quē ſequitur etiam Jo.an.⁊ do.Anto.

1 ☞ Cuſtodia eccleſie vacantis ad quem ſpectet.⁊ nu.5.⁊.12.
2 Poſſeſſionis pōt quis per alium apprehendere.
3 Appellationes plures ſuper eodem fieri poſſunt,
4 Appellatio extraiudicialis valet quādo quis ex veriſimilibus
cauſis timet in poſſeſſione moleſtari.
6 Conſuetudo generalis diſponens idē qd ius corroborat illud
et poteſt cum iure allegari.
7 Preſtatio cenſus vel procurationis aut penſionis non arguit
neceſſario ſubiectionem vel poſſeſſionem.⁊ nu.13.
8 Appellatio extraiudicialis qualis eſſe debeat ad hoc vt ſit
iuſta.
9 Sententia lata in poſſeſſorio vel in via attentati non hꝫ ob-
ſtare volenti agere petitorio ſeu ſuper proprietate.
10 Appellatio generalis an valeat.
11 Appellatio a futuro grauamine extra iudicium valet.
14 Contrahens matrimonium cum aliqua lite pendente cum alia
ſuper ſponſalibus vel matrimonio quid iuris.
15 Appellationis cauſa an ſufficiat qd ſit pbabilis lꝫ nō ſit ve-
ra.et nu.20.
16 Appellatio iudicialis qualiter ab extraiudiciali differat.
17 Excōicatus auditur appellans in iudicio ſec⁹ extra iudicium.
18 Attentata poſt appellationem iudicialem ſunt nulla et qd de
extraiudiciali.
19 Attentata poſt appellationem a diffinitiua retractant anteqꝫ
ſit finita cauſa appellationis.

Bone. Qui extra iudiciū ex veriſimilib⁹ cau-
ſis appellat ad papā ne ī ſua poſſeſſio-
ne moleſtetur,ſi poſtea ſpolietur reſtituit in ſtatū in
quo erat tpe quo appellauit.Et primo ponit alle-
gationes appellātis.Secūdo appellati.Tertio pronuntiatio-
nem pape.ſecūda ibi pcurator.tertia ibi premiſſis.¶ Jn text.
ibi perſona ideſt rectore ⁊ eſt vulgare anglicoruꝫ.¶ Jbi eiece-
runt.⁊.j.deciditur quod tandem poſſeſſio eccleſie deuenit ad
Archid.eccleſie cātuarieñ.⁊ quod petebat procurator abbatis
ipſum abbatem reponi in ſtatum in quo erat tempore appella
tionis interpoſite per abbatem antequam poſſideret Archid.
1 ¶ † No.quod cuſtodia eccleſie vacātis videtur ſpectare ad ſu-
periorem prelatum habentem eccleſiā vacantem ſubiectā.facit
2 quod not.Jnno.de offi.ordi.c.cum vos.¶ † Not.quem poſſe
apprehendere poſſeſſionem nedum per ſe ſꝫ etiam per aliū.fa-
3 cit quod habetur in.c.accedens.j.de preben.¶ † No.quod ſup
eodem videntur poſſe fieri plures appellationis ſed cōtra hec
facit qꝛ ſi prima fuit iuſta.ſecunda videatur ſuperflua.arg.corū
que habentur in.l.qui bis.⁊ in.l.ꝯ dari.ff.de verbo.obl.⁊.l.cum
procurator.ff.de ope.no.nūtia.ſed poteſt dici ſm Hoſ.ꝙ hic p
tulit pluries verbum appello ad maiorē exaggerationē ⁊ cor-
dis abbundantiam:ſed tamen fuit vnica appellatio quantū ad
appellationē pluries vt ita dixerim vociferata.facit qd habet
in.l.itē apud labeonem.§.conuitio.ff.de iniurijs.⁊.xxxij.q.j.Lo-
tharius.Abbas vero dicebat qd pōt eſſe vtile pluries appella
re infra tpꝰ datū ad appellādū ppter tēpus appellationis pſe
quēde:qꝛ reſpectu ſecūde appellationis incipit a tēpore ipſius
ſecunde.ſꝫ ſi vult pſequi primā incipiet a tpe prime ſi longius
tēpus habebit ad pſequēdū ⁊ proſequēdo ſcdam pōt etiā pro-
deſſe pluries appellare ſi forte prima non fuit debito mō facta
ſcda ſic.ſꝫ aduerte qꝛ opi.Hoſ.pōt habere locū qñ ſimul eodem
tpe ſeu contextu dicit appello:qꝛ tūc eſt vnica appellatio pluries
vociferata.ſꝫ opin.Abbatis pōt procedere qñ ex interuallo ſit
ſcda appellatio:an tñ illa fieri poſſit ad quē effectū operet.⁊ qd
iuris ſi primo appelletur viua voce ſaluo iure appellādi in ſcri
ptis ⁊ poſtea ex interuallo appellat in ſcriptis qualiter appellatio ſit
cōſideranda tangit Bar.in.d.l.cum procurator.⁊.d.Ant.j.e.c.
dilecto.⁊ ibi dicam.⁊ dixi etiā in.d.l.procurator.et adde etiam
4 quod no.gl.in cle.j.de do.⁊ cōtu.¶ † No.quod appellatio ex-
traiudicialis valet quando qs timet ex veriſimilib⁹ cauſis mo-
leſtari in poſſeſſione.⁊ no.quod ſecuta moleſtatione vt preſu-
mendum appellantem habuiſſe iuſtam cauſam timēdi.facit ꝙ
habetur.s.de elect.officij.⁊.C.de adulte.in.l.ſi qui.vbi ex his qꝫ
5 ſunt ſubſecuta preſumitur circa preterita.¶ † Not.argu.quod
Archi.de iure habet cuſtodiam eccleſiarum vacantiū in dioceſi
6 de quo dicendum vt tangetur in gl.ij.⁊ ſuper ea.¶ † No.ꝙ cō-
ſuetudo generalis diſponēs idem quod ius illud corroborat.⁊
poteſt ſimul cum iure allegari.⁊ ſic facit ad not.per gl.⁊ doc.in
7 c.j.de conſti.in.vj.¶ † No.ꝙ ex preſtatione pcurationis vel cē
ſus aut penſionis non videt per hoc neceſſario argui ſubiectio
vel illius poſſeſſio.de quo tanget in glo.iiij.⁊ ſuper ea.¶ Nota
practicā retractandi attentata circa poſſeſſionē pendente ex-
traiudiciali appellatiōe ⁊ de materia attentatorū appellatio-
ne pendente plene p Bar.⁊ Jo.mo.in.d.c.cupiētes.§.ſi.in ver-
8 bo a gratia.de elec.in.vj.⁊ p glo.in.c.nō ſolū.j.eo.li.vi.¶ † No.
qualis debet eē appellatio extraiudicialis vt ſit iuſta:qꝛ eligit
ꝙ ſit facta ex cauſa pbabili ⁊ veriſimili.et ꝙ poſtea ſubſequat
actualiter grauamen.de quo tāget in gl.ſi.⁊ ſup ea.¶ Not.ſicut
in interdicto poſſeſſorio veniūt fruct⁹ medio tēpore percepti



Ayuntamiento de Madrid

9 ita etiā veniūt fruct⁹ in via attētati. ¶ † Ro. ꝙ sententia lata in poſſeſſorio vel in via attētati nō habet obſtare volēti agere pe
10 titorio ſeu ſuper ꝓprietate. ¶ † Ro. ꝙ videtur valere appellatio gñalis qđ videtur cōtra ea q̄ habentur. ſ. eod. c. ij. ⁊ c. conſuluit. ſed Inn. dicit ꝙ licet appellatio hic ſit vaga ⁊ gñalis quo ad moleſtationes eſt tñ ſpecialis quo ad eccleſiā de qua agitur. Hoſt. vero dicit ⁊ melius ꝙ cōtraria loquuntur de appellatione iudiciali. nā in iudicio nō poſſet valere gñalis appellatio de qua hic: tum q: gñalis ⁊ incerta vt in dictis iuribus tū etiā q: ſit a futuro grauamine qđ fieri nō pōt in iudicio. ſ. eo. cū cauſam. ad finē. ⁊ c. di
11 lecto. † extra iudiciū vero bene valet appellatio a futuro grauamine. vt hic patet. ⁊ ſ. eo. c. dilecti. ⁊ valet etiā appellatio gñalis vt hic etiā pt3. ⁊ ſufficit ꝙ ex poſt facto ſpecificetur ſeu reducatur
12 ad ſpē. ¶ † In gloſſ. ij. in fi. cū gl. ꝙ ſpectet de iure cōi cuſtodia eccleſiarū archiepō vel epō in ſua dioceſi cōcordat Inn. in. c. cū veniſſent. hic alle. vbi nō cauillādo eſt caſus ꝓ iſta opi. l3 Inn. hic videatur tenere oppoſitū ꝙ de iure cōi ſpectet ad archi. p. c. ſi in plebibus. alle. in gl. ſed pōt rñderi ad. d. c. vt dicit Innocē. in preallé. c. cū veniſſent. qđ ibi archi. habeat illud ius ex ſpāli iure forte rōne priuilegij vel cōſuetudinis pſcriptiōis vel ratione cōceſſionis ſibi facte per epm alias ſecus. per id qđ habetur in d. c. cum veniſſent. l3 archi. de facto qñq̄ velit hoc ius vſurpare de quo remittit Hoſt. ad ea q̄ habentur de officio archi. cū ſatis. ⁊ c. ſi. ⁊ addde etiā qđ not. gl. in. c. cū vos. de offi. ordi. vbi dicit qđ ad illū ſpectat cuſtodia eccleſie vacantis ad quē ſpectat inſtitutio ⁊ deſtitutio. et ſic videtur gl. iſtam intelligendā quādo ad aliū nō ſpectaret inſtitutio ⁊ deſtitutio. vt ſic hec gl. limitetur ꝑ illā. dicit etiam ibi Inno. ꝙ vbi eccleſia vacans haberet patronum eccleſiaſticum cum tali etiā de tēporalibus non reddi debeat. ſ. de priui. cum ⁊ plantare. ⁊ ſ. de preben. in lateranen. cū ibi no. ⁊ tunc de iure ſpectabit cuſtodia ad talem patronū eccleſiaſticū per iſtum tex. ⁊ ex hoc etiam no. aliam limitationem ad gloſ. q: procedit niſi haberet patronū eccleſiaſticū. ſecus ſi laicū: q: ille nō habet ſe intromittere. vt voluit Inno. in. c. cum vos. ¶ In gl. iij. in fi. ſ3 tunc obſtat. q: ſi archi. intelligatur poſſidere ergo debuit obtinere: ſed potes dicere vt tetigi in expoſitione litere ꝙ Archi. hoc allegauit ſ3 nō probauit qđ tēpore quo Abbas fuit ſpoliatus haberet poſſeſſionem vel potes dicere ꝙ ſolum volebat ꝓbare Archi. ꝙ ꝑ ipſum. O. poſſidebat eccleſiā ex eo
13 ſolo: † quia preſtabat ſibi annuatim vnam procuratiōnē et. v. ſolidos ſed iſtud nō fuit ſufficiens ad probandum poſſeſſionē per id quod dicit glo. ſequens. ¶ In gloſ. procurationem. in fi. de hoc dic vt no. Barto. in. l. quis. §. i. hic alleg. vbi cōcludit ꝙ preſtatio penſionis non probat poſſeſſionem nec priuat aliū poſſeſſione quādo conſtat aliū poſſidere. alias ſec⁹. ¶ In gloſ. penul. in fi. primam ſolutionem tenet hic Hoſtiē. ꝙ etiā qualitercūq̄ res mea perueniat ad alium ſine iuſta cauſa ſecūdū canones cōpetit iudicis officiū cōtra illud. per id qđ habetur in. c. in primis. hic alle. in. c. q: v. ⁊ quia etiā hoc ſuadet equitas naturalis. de qua in regula locupletari. de reg. iur. in. vj. equum eſt enim ꝙ qs non locupletetur cum alteri⁹ iactura. vt ibi et etiam equum eſt vt reddas quod de meo ad te peruenit vt dicit lex. ſi ⁊ me et titiū. ff. ſi cer. pet. ⁊ ſic fortius idē debet eſſe de equitate canonica. et pro iſta opi. Hoſtien. bene facit qđ habetur in canone. reintegrāda. iij. q. i. ⁊ quod no. per Jo. an. poſt Hoſt. in. c. accedens. el. ij. vt lite nō cōteſta. ⁊ quod no. per glo. ⁊ doct. in. c. cum ad ſedē. de reſti. ſpolia. vel quarto poteſt dici vt hic. ⁊ ſenſit Inno. quod hic agebatur per viam attentati que via etiā cōpetit cōtre tertium ſucceſſorem. ⁊ ſic in hoc plus videtur habere quam poſſeſſorium recuperande. ⁊ hoc ideo quia per illā dꝫ res reſtitui in priſtinum ſtatum. et ſic tranſit etiam hic domi. Anto. ſed contra hoc facit qđ habetur in. c. romana. §. in aliū. ſ. eo. lib. vj. vbi via attentati non competit contra tertium potes dicere qđ hoc poteſt intelligi quando tertius habuit cauſam a parte attentātis. nā cū appellatio hic eſſet generalis videlicet ne quis moleſtaret ipſum Abbatē ſuper poſſeſſiōe eccleſie cōprehendebat etiam ipſos laicos qui moleſtauerunt. facit quod no. gloſſ. in. c. non ſolū. ſ. eo. in vj. quod no. Bar. ⁊ Joan. mona. in. d. c. cupientes. §. ſi. de elect. in. vj. ⁊ plus etiam poſſet dici qđ ex quo appellatio erat generalis etiam ſub illa poterit cōprehendi Archi. qui ſatis dicebatur moleſtare abbatē in poſſeſſione ex quo illam detinebat occupatam contra voluntatē abbatis ſed vbi appellatio fuiſſet ſpecialis videtur quod non cōprehendatur tertius niſi cauſam habeat a parte attētate. forte tamen ſufficiet quod cauſam habeat ſiue ſciuerit vitium ſiue nō. vt ſic hec via attentati habeat idem priuilegium quod officiū iudicis. de quo dicit Hoſtien. ⁊ in hoc etiam habebit plus quā iudicium poſſeſſorium interdicti vel conditionis ex decre. ſepe habet in alio maius priuilegium q: agens poſſeſſorio habet ꝓbare ſpoliationē ſecūdū tempus ſpoliationis. de offi. dele. conſultatiōibus: ſed in via attentati ſufficeret probare ſimplicem ſtatum in quo erat tempore appellationis ⁊ inſtr. facti quod nota. Inno. ſ. de maio. ⁊ obe. c. dilecti. vbi tangit de appellatione extra iudiciali. Item in alio eſt magis priuilegiata q: agēs poſſeſſorio in beneficialibus hꝫ neceſſe cotorare poſſeſſionē per ea que leguntur ⁊ notantur in. c. ex parte. ⁊. c. in literis. de reſti. ſpoliat. per Archi. in. c. i. de eo qui mit. in poſſeſſio. lib. vj. ⁊ per Inno. de filijs presby. c. conſtitutus. ⁊ per gl. iij cle. i. de cau. poſ. ſecus in via attentati vt volūt hic domini de Ro. ſua concluſiōe. xiij. ⁊ hoc ideo q: nedum pars offenditur ſed etiā iudex. ⁊ ius prohibens ne aliquid attentetur lite vel appellatione pēdente. ¶ Itē in alio eſt magis priuilegiata quia ſi agitur poſſeſſorio oportet qđ lis conteſtetur ⁊ iure ordinario agatur. vt in preallegato. c. conſultationibus. ⁊ per Bart. in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. circa fi. ff. de acquiren. poſ. ſecus in hac via attentati in qua procedi͏tur de officio iudicis mercenario. et per conſequens ſine libello ⁊ ſine conteſta. litis. et ſummarie per no. per glo. in rubri. ff. de interro. act. Item in alio eſt magis priuilegiata ſecundum aliquos q: proſequenti viam attentati non obſtabit exceptio excōmunicationis que al's obſtaret agenti poſſeſſorio. per id quod habetur. ſ. de procura. ex inſinuatione. et de exceptio. c. ſignificauerūt. ⁊ c. cum inter. et eo. titu. c. pia. lib. vj. ſed certe hoc videtur intelligendum ⁊ limitandum ſm dicta in. d. c. cum inter. quando ageretur via attentati in appellatione non mere extraiudiciali. alias ſecus per ea que ibi dixi et que no. per Joan. an. in. d. c. pia. Item eſt in alia magis priuilegiata ſecundum aliquos: quia vbi agitur via attentati admittitur exceptio concernens proprietatem ſecus quando agitur poſſeſſorio. vt in. c. literis. de reſtit. ſpolia. Sed certe licet Inno. hic referat opi. tamen videretur remanere quod in hoc nō ſit differentia ⁊ pro hoc bene facit q: al's in hoc eſſet magis priuilegiatum poſſeſſorium quam via attentati qđ eſſe non debet per ea que. ſ. dixi. fatetur tamen Innocē. qđ vbi eſſet notorius defectus proprietatis. et tunc impediret viā attētati ſicut impedit poſſeſſorium. vt patet. de reſtit. ſpolia. c. ad decimas. lib. vj. et facit quod no. Innocē. in. c. conſtitutus. de filijs preſbyte. et glo. in cle. cauſa. de cauſa poſſeſſio. ⁊ quod no. domini de Ro. in ſua concluſione. xiiij. licet do. Anto. hic videatur ſibi ipſi contradicere. Nam primo videtur tenere videlicet qđ etiā in via attentati obſtet exceptio notoria proprietatis: ſ3 poſtea videtur tenere contrarium videlicet ꝙ nō habeat obſtare in via attentati. licet habeat obſtare in via poſſeſſorij ſed certe non videtur bona ratio diuerſitatis: quia ex quo notorie conſtat de nō iure agentis non intereſt ſua fieri reuocationem attentatorum. ⁊ ſic non debet audiri. per id quod habetur. ij. q. vj. non ſolent. ⁊ quod habetur. ſ. de elec. cum inter. R. ſeniorē. nec obſtat quod habetur. ſ. de accuſatio. ſi conſtiterit. quia non debet ſumi ibi argumen. quartus reſultaret ſenſus contra predicta. per id quod habetur in. l. ij. C. de conditio. inſer. ⁊ in. c. vno. de eta. et quali. in
14 vj. per gloſ. ¶ † Quid autem ſi lite pendente attentatur aliquid irretractabile vt quia contrahitur matrimonium cum alia lite pendente ſuper ſponſalibus vel matrimonio cū alio dic vt per gloſ. in. d. c. non ſolum. et ibi etiam tangit gloſ. quomodo vtens ſua poſſeſſione non dicitur attentare etiam ſi hoc facit lite pendente. facit quod habetur in. c. i. ⁊. ij. vt lite pendente. ⁊ in. c. ij. de reſtitu. in integ. ⁊ iure patro. ex literis. ⁊ predicta etiam procedūt quando attētatio ſit per partem. ⁊ quid ſi fiat per tertium ſuperius eſt dictū. Si autem per iudicem videtur quod requiratur iudicem habuiſſe notitiam appellatiōis ab eo facte. vt retractari debeat. alias ſecus argu. eorum que habentur. ſ. eod. c. ſi duobus. de quo etiam per Bar. ⁊ Joan. mona. in. d. c. cupientes. §. ſi. facit quod dixi. ſ. eo. c. ſuggeſtum. ſuper gloſ. ⁊ quod not. in. c.
15 ſi. ſ. eo. ¶ † In glo. ſi. in fi. ⁊ ſic videtur velle gloſſ. quod ſufficiat appellatum eſſe ex cauſa probabili licet non ſit vera: ſed in contrarium videtur tex. in. c. vt debitus. ſ. eo. vbi patet quod ſi cauſa non ſit vera. licet ſit probabilis condēnari debet appellens in expenſis poſſet dici quod gloſſ. iſta procedat in appellatione extraiudiciali: ſed contrarium procedit in appellatione iudiciali. Joan. tamen in. c. ſi quis autem leges. liiij. diſt. videtur velle qđ nō ſufficit appellatū eſſe ex cauſa probabili ⁊ veriſimili. niſi etiā ſit vera do. Anto. hic videtur dicere quod in appellatione iudiciali debet eſſe appellatum ex cauſa probabili et veriſimili niſi etiam ſit vera do. Anto. hic videtur dicere quod in appellatione iudiciali debet eſſe appellatum ex cauſa probabili ⁊ vera. ſed in extraiudiciali ſufficit ꝙ appellatum ſit ex cauſa probabili et veriſimili dummodo poſtea ſequatur grauamē. et ita intelligatur iſte tex. nam hic forte audiuerat Abbas a multis qđ Archi. mirabatur ꝙ ipſum ſpoliaret eccleſia. facit. xxij. q. v. ⁊ hoc videtur vel forte al's ſimilia facere cōſueuerat. facit. ſ. de preſump. mādata. ⁊ ideo veriſimiliter timere poterat Abbas ne moleſtaretur. dicit tamen do. Ant. ꝙ licet ſimpliciter interponatur appellatione



Ayuntamiento de Madrid

moleſtetur in poſſeſſione ſi poſtea ſequitur moleſtatio ſufficiat ꝛ preſumit ex veriſimili cauſa appellatũ.ar.eo.que habent.ſ. de elec.officij.potes dicere ꝙ hic cauſa appellatiõis in effectu fuit qꝛ erat in poſſeſſiõe.ꝛ ideo appellabat ne moleſtaret ꝛ hec cauſa vera erat ꝛ probabilis.ꝛ ita debuit apparere corã ſuperiore ꝙ vera fuerit ſicut.ꝛ hic videt ſentire Inno.ꝛ ſic recte cõſiderando quo ad hoc an cã ex quã appellatur ſit vera nõ videt

16 differentia inter † appellationem iudicialem et extraiudicialem.ſ bene eſt verum ꝙ in extraiudiciali appellari põt a futuro grauamine.de quo quis ſuſpicatur preſertiꝫ veriſimiliter ꝛ probabiliter.ſecus in appellatiõe iudiciali.vt.j.co.dilecto.ꝛ ex hoc habes vnã differẽtiã inter appellationem iudicialem ꝛ extraiudicialem ꝛ de multis alijs proſequit hic Jo.an.ꝛ d.Ant. poſt eũ de quibus etiã per Inno in.d.c.dilecti.de maio.ꝛ obe.ꝛ adde inquantũ hic dicũt Jo.an.ꝛ do.Anto.in.viij.differẽtia ꝙ vbi iter arripitur extra iudicium habetur pro appellatiõe.ſecus in iudicio iam cepto.nã de hoc vt.j.c.proxi.ꝛ.j.e.c.vt debit⁹.

17 ¶ † Itẽ adde circa nouã differẽtiã inquãtum dicũt ꝙ excõicatus auditur appellãs in iudicio.ſecus ſi extra iudiciũ appellet nam de hoc dicendũ vt dixi.c.cũ inter.ſ.de exceptio.ꝛ p Jo.an. in.c.pia.de exceptio.in.vj.ꝛ tetigi etiã ſuperius.qꝛ hec differẽtia pcedit qñ appellatio eſt mere extraiudicialis,ſec⁹ vt dixi in.d.c.cũ inter.ꝛ p Jo.an.in.d.c.pia. ¶ Itẽ adde circa decimaꝫ inquãtum tãgunt a quo tempore currat annus ad pſequẽdaꝫ appellationẽ extraiudicialẽ.nã de hoc dicẽduꝫ vt hodie habet in cle.ſicut a appellationẽ.de appel. ¶ Itẽ adde circa vndecimã quod poſt.x.dies põt appellari extra iudiciũ.nã iſtud nõ videt procedere per ea que habẽtur in.c.cõcertationi.j.e.lib.vj.vnde

18 de hoc dicendũ vt ibi. Itẽ adde inquantũ dicũt † attentata poſt appellationem iudicialẽ ſunt nulla ſed poſt appellationem extraiudicialem ita demum ſunt nulla ſi fiant poſt ꝛ cõtra appellationem:qꝛ per appellationẽ iudicialem ſuſpenditur poteſtas iudicis.ſ.de iureiuran.venientes.ſed per appellationẽ extraiudicialem ſuſpenditur poteſtas partis.facit quod no.ſ.de elec. cõſiderauimus.et dicit etiã do.Anto.quod ita demũ ꝙ attentata poſt ꝛ contra appellationeꝫ extraiudicialem ſunt nulla:ſi natura ꝛ qualitas cauſe propter quã eſt appellatũ hoc ſuadet. alias attentatum,nõ erit nullũ ſed veniet caſſandũ.licet ſit poſt cõtra appellationẽ extraiudicialẽ vt etiã voluit Jo.an.in decr. auditis.ſ.de electio.Sed attentatum poſt appellationẽ iudicialem eſt nullũ tanꝗ factũ a iudice incõpetenti vt predixi.ad de primo ꝙ in ſentẽtia cenſure ꝛ ſic excõicationis videtur quod illa ſit nulla poſt appellationẽ legitimam extraiudicialem per id quod habetur.j.c.proxi.et de electio.cum nobis olim.cũ ibi no.per Joan.an.licet alias excõmunicatio ſi non interueniſſet appellatio eſſet aliqua.nã illa eſſet aliqua:etiã ſi eſſet iniuſta.xj. q.iij.in.c.j.ꝛ licet Joã.an.in attẽtatis dicat inſpiciendã naturã cauſe.cũ forte de iure poteſt dici ꝙ indiſtincte ſi fiat poſt ꝛ contra appellationẽ extraiudicialem videntur eſſe nulla.per id qd habetur in.d.c.cum nobis olim.ꝛ id etiã ibi videtur velle Joã. and.circa principiũ.et per hoc alias appellatio parum operaretur quod videtur contra mentem.d.c.cum nobis.nã tenendo opi.Jo.an.quã etiã hic ſequitur do.Anto.ſolũ operaretur deuolutionem negotij ad ſuperiorem ex quo non eſſet nullum id qd fieret poſt ꝛ contra ipſam appellationem:nec reperitur iure cautũ id qd dicit Jo.and.ſed potius videtur probari cõtrariũ in.d.c.cum nobis olim.fatendum eſt tamẽ quod attentata poſt et contra appellationẽ extraiudicialẽ non reuocabunt niſi pri⁹ fuerit dictum de veritate cauſe appellationis:qꝛ ſic etiam cõtingit in appellatione iudiciali quando appellatũ eſt ab interlocutoria:quia attentatum poſtea non reuocatur niſi cum doctum fuerit de veritate cauſe appellationis corã iudice appellatiõis ſaluo niſi fuerit attentatum poſt inhibitionem canonice factaꝫ ipſi iudici a quo vt probatur in.c.non ſolũ.j.eo.lib.vj.ꝛ no.Jo.

19 mo.ꝛ Gar.in.c.cupiẽtes.§.ſi.de electio.in.vj. ¶ † Sed vbi etiaꝫ appellatur a diffinitiua bene attentatum poſt illã retractatur etiã anteꝗ̃ ſit finita cauſa appellationis vt patet in preallegato.c.non ſolum.Item etiam diligẽter nota quod appellatio extraiudicialis quando ſit a preterito grauamine: non videtur illud ſuſpendere nec conſequenter illud quod habet conſequẽtiam ab ipſo vt probatur.ſ.eo.conſtitutus.ꝗ.ꝛ ibi etiam dictũ fuit.Secus in appellatione iudiciali que regulariter ſuſpendit actum aquo appellatur.vt in preallegꝛ.c.venientes.de iureiurã.

20 ¶ † Itẽ aduerte pro declaratione ei⁹ qd tãgit hic Inno.interdũ appellat ex cã iuſta ſeu pbabili hoc eſt a iure approbata.nã veriſimiliter dicitur ſm Inn.quãdo quis fundat intentionem appellãtis ſuper cauſa per eum allegata.et hoc caſu dicit Inn. qd in appellatiõe extraiudiciali ſecuto grauamine ſiet retractatio attentati etiam abſqꝫ eo ꝙ aliter probetur veritas cauſe:qꝛ ſatis eſt qd ius illam approbat,exemplũ ponit in caſu decre.ſi abbas ne moleſtet ab Archi.ſup cuſtodia ꝛ poſſeſſione eccleſie vacãtis que eſt ſibi ſubiecta:vel que eſt de ſuo patronatu cuꝫ ſit in quaſi poſſeſſione cuſtodiendi eccleſias ſibi ſubiectas.nam cauſa predicta eſt veriſimilis.hoc eſt a iure approbata ex quo eccleſia eſt ſubiecta monaſterio.et ſic de iure eſt qd illius debet habere cuſtodiã vt dixi ſup glo.ij.ꝛ facit quod legitur ꝛ no.in.c.j.ꝛ.ij. xvj.q.ij.ꝛ ideo hoc caſu eo ipſo ꝙ apparet attentatum poſt appellationem debet reduci res in priſtinum ſtatum ſi cõſtet eccleſiã eſſe ſubiectã monaſterio etiam alio non probato:qꝛ ſatis probatur intẽtio abbatis ex diſpoſitione iuris cõis:quandoqꝫ vero appellatur ex cauſa nõ iuſta que ſi alias eſſet iuſta,eſſet veriſimilis.ꝛ tunc nõ ſufficit vt retractent attẽtata exẽplũ,ſi Abbas nõ eſſet in poſſeſſione ſed Archi.ꝛ hoc cõſtaret ꝛ appellaret Abbas ne moleſtaret in poſſeſſionẽ vacãtꝫ eccleſie:qꝛ p talẽ appellatio nẽ nõ debet phiberi Archi.vti poſſeſſiõe ſua.ſ.vt lit.pen.c.j.ꝛ ij.nec obſtat hec decre.qꝛ hic nõ cõſtabat Archi.poſſidere ꝛ abbas etiã hoc negabat.Quãdoqꝫ vero appellatur ex cauſa iuſta: ſed nõ veriſimili hoc eſt a iure nõ approbata expreſſe ꝛ tũc videt velle Inno.conſiderari debere qd aut non eſt approbata ſed potius reprobata.vt qꝛ ius cõmune facit cõtra appellantem ꝛ fundat intẽtũ appellati.exẽplũ,ſi abbas nõ dicit eccleſiã ſibi ſubiectã nec ſe patronũ ſꝫ dicit ſe eſſe in poſſeſſione ipſius eccleſie vacãtis.ꝛ appellat contra epm ne moleſtet in poſſeſſione cũ de iure cõi ſpectet ad epm cuſtodia:vel appellat cõtra Archi.ſi tenem⁹ opi.ꝙ de iure cõi ad eũ ſpectet de quo dixi ſup gl.ij.nã tũc videt ꝙ ſi Abbas fuerit ſpoliatus poſſeſſione poſt appellationẽ.ꝛ petat retractari cũ ius cõe faciat contra eũ.ꝛ fundet intentũ appellati videt ꝙ nõ debeat audiri:qꝛ notorie videt apparere de defectu tituli appellãtis.ꝛ ideo nõ videtur audiendus.p id qd habetur.de reſti.ſpo.ad decimas.lib.vj.Secus tamen videretur ſi poſſeſſio non deueniſſet ad epiſcopum vel Archi.ſed ad aliũ:qꝛ tunc licet ius cõe faciat contra appellãtem non tamen fundat intentum appellati.ideo deberet tunc audiri p no.p gl.in.c.pallegato:ad decimas.licet in beneficialibus videatur repellendus ille de cuius non iure notorie conſtat.vt voluit Inno.in.c.conſtitutus.de filijs preſbyte.et dixi in.c.in literis.de reſtit.ſpolia. ꝛ per do.etiã de Ro.in ſua concluſio.xiij.ꝛ ideo non debet audiri petẽs reſtitutionem beneficij tanꝗ̃ ſpoliatus ſi de defectu tituli notorie cõſtat per ea que habent in.d.c.cõſtitutus.interdũ vero cã nõ eſt a iure reprobata:nec approbata ſꝫ alias eſt iuſta ꝛ tunc videtur ꝙ attẽtatum debeat retractari ſi pbetur veritas cauſe nec audiet appellat⁹ ſi velit probare defectum pprietatis iure appellãtis ſicut non audiret ſi ageret poſſeſſorio recuperãde.de reſtitu.ſpolia.in literis.licet audiret ſi allegaret notorium defectum tituli.vt.ſ.dixi,ꝛ ideo hic nõ debuiſſet audiri Archi. ſi voluiſſet probare conceſſionem iure cuſtodie ſibi pceſſam vel factam ad cuſtodiendas eccleſias vacãtes:quia nõ debet admitti exceptio concernens proprietatem ex quo nõ eſt notoria.licet alij aliter dixerint ſed non bene:qꝛ ſi talis exceptio nõ admittit in poſſeſſorio recuperande multo minus in via attẽtati que eſt magis priuilegiata vt.ſ.

1 Itineris arreptio quando habeat vim appellationis.ꝛ numero.4.

2 Excõmunicatio lata poſt appellatiõem extraiudicialẽ vel illud qd loco appellationis ſurrogatur eſt nulla.

3 Attentatum iniuſte poſt appellationem extraiudicialem an ſit ipſo iure nullum.

a **Dilecti.** Si contra [a] ſuperiorem ſuum quis iter arripiat ad papam habetur pro appellãte.ita quod ſententia poſtea contra eũ lata nõ tenet hoc dicit.Primo ponit querelam.Secundo dat iudi

1 cem.ibi cum autem. ¶ † No.quod itineris arreptio videtur habere vim appellationis:quando iter arripitur ad papam reſpectu certe cauſe ꝛ no.quod etiam habet effectum quem habet appellatio ad attẽtata.An aũt idem ſi iter arripiatur ad aliũ ſuperiorem inferiorem a papa tangetur cum glo. ¶ No.illud vulga-

2 tum quod plus eſt aliquid agere facto quaꝫ verbo. ¶ †.No.qd excommunicatio lata etiam poſt appellatiõem extraiudicialẽ: vel illud quod ſurrogatur loco appellatiõis eſt nulla.de quo tetigi.ſ.c.proxi.tamen do.Anto.hic videtur aliter intelligere.nã

3 dicit hic eſſe apertum † quod attẽtatum iniuſte poſt appellationem extraiudicialem eſt ipſo iure nullum:quando a ppellat nõ vt a parte ſed vt a iudice.ꝛ ſic dicit limitandum quod no.in.c.auditis.ſ.de elec.ſed certe poſſet dici qd etiam fuit appellatum vt a parte:quia nõ poterat archiepiſcopus eſſe iudex in cauſa propria.vt hic etiam tangit glo.vnde de hoc an attentatum iniuſte poſt appellationem extraiudicialem ſit ipſo iure nullum.dic vt

4 dixi.ſ.c.proxi. ¶ † In glo.j.ibi ad reprimendam.dic ſm Hoſti. qd vbi poteſt Archid.adiri per viam querele itineris arreptio ad ipſum habet vim appellationis.ꝛ idem ſi iter arripiatur ad alium

a ¶ Si contra.idẽ ſũmat do.ab. et ſi queris vtrum arreptio i iure habeat viꝫ ꝛ effectũ appellationis vel ꝓtectionis diſtingue vt hic ſm do.Hẽ. boych.

Ayuntamiento de Madrid

alium ſuperiorē qui poſſit adiri per viā querele:q2 tunc eadē eſt ratio que in papa. Sed vbi arriperetur iter ad ſuperiorē q̄ non poſſet per viam querele q2 tunc non haberet vim appellationis.ꝛ ſic debet intelligi quod infra tangit gl.circa finem.¶ In ea.glo.ibi.ꝛ aliud eſt ante ſententiam gl.ibi videt velle ſoluere contra vt habeat locū qn̄ poſt ſententiam iter arripitur.ſecus ſi ante ſententiā:ſed certe etiā ante ſentētiā in ſcriptis eſt appellandū ex cauſa legitima.j.eo.vt debit⁹.ꝛ.c.eo.eo.ti.lib.vj.vnde glo.in ver.preterea.voluit dare aliam ſolutionem.vez ꝙ cōtrarium loquit quādo iter arripitur poſt iudicium inchoatū:ſed hic quando extra iudiciū ante iudiciū ceptum.ꝛ ideo habet vis appellationis.nā hic nō poterat archiepiſcopus eſſe iudex in cauſa propria.vt dicit glo.ꝛ ideo nulla fuit ſententia per eū lata ſaltem ex quo fuit lata poſt iter arreptū qḋ habet vim appellationis.nā alias videret ꝙ ſi nō interueniſſet appellatio nec itineris arreptio valuiſſet ſentētia lʒ fuiſſet iniuſta ex quo Archi. excōmunicabat ſibi ſubiectos.xi.q.iij.c.j.ꝛ iſtud credo verū lʒ do.Ant.videatur innuere qḋ ſentētia ſit nulla ex eo q2 nō poterat eſſe iudex in cauſa propria.C.ne qs in ſua cauſa in rubro ꝛ nigro.ſed certe fateor ꝙ ſi in cauſa proceſſiſſet non valeret.ſʒ hic excōmunicauit perſonas ſibi ſubiectas non aūt proceſſit in cā de materia an itineris arreptio habeat vim appellationis habetur.aliquid hic.ꝛ.s.eo.meminimus.ꝛ.c.ſuggeſtū.ꝛ tāgit etiam Inno.j.eo.dilectus.ꝛ.j.eo.c.j.lib.vj.ꝛ.j.eo.vt debit⁹. ꝛ ibi de hoc dicetur. An itineris arreptio hodie aliqḋ operet, an vero hodie ſit ſublata :Lapus de caſtil.in ſua allega.xxiij. ʒ qḋ ſi itineris arreptio fiat ante iudiciū ceptū illa etiam hodie operetur per hunc tex.ſecus ſi fiat in iudicio iā cepto.ꝑ id quod habetur in.c.preallег.vt debitus.de quo plenius ii i dicetur dicit etiā ibi ꝙ poſſet fieri prouocatio in caſu decr.hoc modo q2 poſſet dicere ſubditus ſuperiori non volo iudiciū veſtrū ſubire imo recuſo vt notorie ſuſpectum.cū de cauſa veſtra agat nec debeatis eſſe actor ꝛ iudex.j.de verbo.ſignifi.forus.ideo ꝓ hac cauſa prouoco vos ad ſuperiorem.ꝛ ex nunc iter arripio vel talem nuntium mitto.de quo dic vt latius per eum in dicta allegatione.

1 ☞ Clauſula appellatione remota tollit appellationes fruſtratorias ꝛ etiā interpoſitas ex cauſa ꝓbabili ſeu legitima qn̄ cauſa ꝓpter quā appellat non eſt in iure expreſſa.

2 Clauſula appellatione remota lʒ tollat appellationē etiā ex cā iniuſta interpoſitā qn̄ nō eſt expreſſā quo ad neceſſitatē deferēdi appellatiōi nō tollit ipſam appellationem quo ad effectum deuoluendi negotiū ad ſuperiorem.

3 Clauſula priuilegiata ſonans ꝯ ius in dubio dʒ taliter intelligi vt aliquid operetur.

4 Prohibita intelligunt̄ que non reperiuntur in iure cōceſſa.

5 Appellari an ꝛ qn̄ poſſit non obſtante clauſula appellatione remota.

6 Clauſula apellatione remota nihil operatur qn̄ appellat ex cā in iure expreſſa.

7 Clauſula appellatione remota ſi nō apponatur in reſcripto an iudex teneatur deferre appellationi.

8 Clauſula appellatione remota quid operetur.

9 Cauſa ſi cōmittat recuſatione remota an iudex poſſit recuſari.

a **Paſtoralis.** Que ſunt * ptes principales que patēt.Secūda ibi verum. Prima ps.h.d.Per clauſulā appel.re.omnis appellatio prohibet que per ius nō reperit expreſſe ꝑ-
1 miſſa.h.d.Et eſt cōis diuiſio.ſcḋa ibi nos igit.¶ † No.ꝙ clauſula appel.re.nedum tollit appellatiōes fruſtratorias.ſed etiaʒ interpoſitas ex cauſa probabili ſeu legitima qn̄ cauſa propter quam appellatur non eſt in iure expreſſa:q2 tunc talis appella-
2 tio intelligetur prohiberi per talem clauſulā.¶ † No.ꝙ clauſula appel.remo.licet tollat appellationem ex cauſa etiā iniuſta interpoſitam quando non expreſſa quo ad neceſſitatē deferendi appellationi:non tamen tollit dictam appellationem quo ad effectum deuoluendi negotium ad ſuperiorem vt ſic ꝑ ipſuʒ poſſit grauamen emendari ꝛ reparari.vt hic patet ſm̄ vnū intellectum:vel licet tollat appellationē predictā non tamē tollit quin grauamen poſſit releuari ſaltē per viā querele vt hic colligitur ſm̄ aliū intellectū.ſed precedēs cōmuniter tenetur et bn̄
3 facit quod habetur.s.de offi.delega.paſtoralis.¶ † No.ꝙ clauſula priuilegiata ſonans contra in dubio debet taliter intelligi vt aliquid operetur ꝛ ſic in aliquo detrahit iuri vel addat.facit.j.de priuile.ſi papa.lib.vj.ꝛ quod habetur.C.de inoff.teſt.l.
4 ſi quādo.ꝛ in.l.j.ad ſi.ff.ad muni.¶ † In glo.j.ibi intelligunt ꝓhibita hoc verum de his que ſunt de genere ꝓhibitorū,et ſic q̄ in ſuo genere ꝛ regulariter ſunt prohibita.ſecus in his q̄ in ſuo genere ꝛ regulariter ſunt conceſſa:q2 tunc omnia intelliguntur permiſſa que nō reperiūtur prohibita vt in.l.necnō.§.ſʒ quod

eis.ff.ex qui.cau.ma.ꝛ.l.ab eā parte.ff.de probatio.ꝛ de materia preallеg.§.ſed quod eis.ꝛ in.c.inter corporalia.allegato.in glo.
5 ¶ † In ea.gloſ.ibi multa poſſes aſſignare ꝛc.ꝛ vide plenius in Spe.in tit.de appella.§.in quibus.ver.ꝛ quā dices.ꝛ no.qḋ nedum vbi eſt in iure expreſſū ꝙ poſſit appellari licet ſit remota appellatio in reſcripto.vt cōtingit in exēplis poſitis in gl.pōt appellari non obſtante dicta clauſula:ſed etiā poteſt appellari nō ob.clauſula predicta ſi appellet ex cauſa ex qua ius ꝑmittit appellari.licet non adijciat expreſſe ꝙ appellari poſſit.lʒ appoſita ſit clauſula ap.re.ꝑ iſtū qui ſimpliciter loquit.ꝛ ſic indiſtincte dʒ intelligi ar.j.de priuile.q2 circa.ꝛ de ma.ꝛ obe.ſolite.circa ſi.lʒ magis ſit clarū:qn̄ expreſſe reperit appellatio pmiſſa clauſula appellatiōe remota exiſtēte appoſita ī reſcripto.¶ In ea. gl.in fi.no.bene.q2 tria vident tēpora conſideranda.primo iura antiqua ante hanc decre.ſcḋo tēpus poſt iſtam decre.ante decre.vt debitus.tertio tēpus poſt decre.vt debit⁹.circa primū cōcludit vt dixit glo.ꝙ qlibet appellatio admittebatur,dūmodo nō eſſet manifeſte fruſtratoria.ſecus ſi erat fruſtratoria ſʒ non manifeſte.vt pʒ ex his q̄ habent in.c.peruenit.ꝛ in.c.cōſultat. ¶ Circa ſecundū tēpus cōclude ꝙ vbi in reſcripto nō erat appoſita clauſula appellatione remota ſeruandum erat ius antiquū.ꝛ nō reperiebatur eſſe correctū argu.l.ſancim⁹.C.de teſta. de elec.cū expediat.li.vj.Si aūt appoſita erat clauſula appellatiōe remota tūc nō poterit appellari:niſi ex cauſa in iure exꝑſſa vt hic pʒ.ꝛ ſic nihilomin⁹ poterat appellari ſi appellatio erat fruſtratoria licet nō manifeſte.¶ Circa tertiū tēpus ꝯclude qḋ ſi nō appellatur ex cauſa probabili expreſſe in appellatione nō valet appellatio ſimpliciter facta.lʒ in veritate ſubſit cā probabilis:niſi vt dixi illa ſit expreſſa in appellatione.vt pʒ in.d.c. vt debitus:ꝛ ſic multominus valet quando appellatio eſſet fruſtratoria.licet nō manifeſte.ꝛ hoc intellige quando appellatur ab interlocutoria vel grauamine ante ſentētiā quo caſu nedum debet appellari expreſſa cauſa legitima appellationis:ſed etiā hodie debet in ſcriptis appellari vt in.c.j.j.eo.lib.vj.ſufficit tn̄ quod cauſa ſit probabilis.licet non ſit in iure expreſſa.ꝛ hoc clarum quando in reſcripto non eſt appoſita clauſula appellatione remota.ſi autē ſit appoſita tunc gl.hic.ꝛ etiā glo.ſequēs videtur velle.qḋ nihil operetur talis clauſula hodie per.c.vt debit⁹.ꝛ ſic in effectu correcta erit hec decre.ꝑ prealle.c.vt debit⁹. q2 ſiue ſit appoſita clauſula appellatiōe remota ſiue nō poterit appellari ex cauſa legitima etiā ſi illa nō ſit in iure expreſſa ſed Hoſt.hic tenet cōtra dicēs ꝙ decre.vt debitus.nā corrigit iſtam q2 iſta eſt ſpecialis in caſu ſuo qn̄ apponitur clauſula ap.re.ſed decre.vt debit⁹ gn̄aliter ſolum dicit ꝙ appellari pōt ꝛ debet ex cauſa legitima.ꝛ que debeat ꝓbabilis reputari.ꝛ ſic non dʒ dici ꝙ corrigat iſtā decre.cū hec decre.tꝫ ꝙ ſpecialis detrahat in ſua ſpecie illi gn̄ali vt in.c.j.s.de reſcrip.ꝛ.j.de reg.iur.generi ꝑ ſpeciē.lib.vj.ꝛ pro hoc etiā faciat.q2 iuriū correctio eſt euitāda vt patet in.c.cū expediat.de electio.in.vj.ꝛ.l.ſancim⁹.C.de teſt. ꝛ in.l.precipimus.C.de ap.ꝛ ſic videt ꝙ etiā hodie poſt decretalem vt debitus,ſi in reſcripto ſit appoſita clauſula.ap.re.nō poterit appellari niſi ex cā expreſſa in iure ꝑ hāc decre.ſecus quādo nō eſt appoſita clauſula app.remota.q2 tūc ſufficit ꝙ appelletur ex cā legitima.lʒ nō ſit in iure expreſſa ꝛ hoc caſu ꝓcedit
6 dicta decre.vt debitus.¶ † Et aduerte q2 qn̄ eſt appoſita clauſula ap.re.ſi appellatur ex cā expreſſa in iure tūc dicta clauſula nihil operatur vt hic probatur.Si autē appellat ex cauſa alias legitima,licet nō ſit expreſſa in iure ꝛ tūc videt ꝙ appellatio nō valeat quod intellige quo ad effectum ſuſpēſiuū iudicis a quo vt patet in.c.venientes.de iureiurā.ꝛ.s.eo.ſepe.ad ſi.tamē hoc caſu non ſuſpendit iuriſdictio propter virtutē clauſule ꝛ ꝑ hūc text.ſaluo niſi iudex a quo deferat appellationi vel niſi mittat ſibi inhibitoria per iudicē ad quem ſecūdū.c.non ſolum.ꝛ.c.romana.ꝛ.c.cū appellationibus.j.eo.lib.vj.vel niſi ſuperior deliberauit.de appellatione admittenda ex certa ſcientia.nam tūc ab illo tempore ſuſpenditur iuriſdictio iudicis a quo.s.de offi. deleg.paſtoralis.§.preterea.ꝛ ſic tranſit hic do.Ant.ſed aduerte circa iſtud vltimum:q2 videtur procedere quando appellatū eſt ad papam.nam tunc tempore quo ad appellationem admittit videtur ſuſpenſa iuriſditio iudicis a quo vt.d.§.preterea.ſecus videtur in alio iudice inferiore ad quē ſit appellatum:quia non videtur ſuſpēdi iuriſditio iudicis a quo niſi per ipſum deferatur appel.vel niſi fuerit miſſa inhibitoria ſecundum ea que habentur in.d.c.non ſolum.ꝛ.c.romana.ꝛ hoc videtur voluiſſe Car.ꝛ Ioā.mona.in.c.cupiētes.§.ſi.de elec.in.vj.¶ Circa primum autem adde quod.j.dicetur.Item intellige quod non vʒ appellatio quando eſt appoſita clauſula predicta etiā quo ad alium effectum:quia iudex non incurrit penā aliquam non deferendo appellationi:ex quo nō arctatur illi deferre ꝓpter dictam clauſulam.ꝛ ſic ceſſat tunc pena.c.decreto.ij.q̄ōne.vj.vnde

a ¶ Que ſūt ſup hoc.c. ſi q̄ris.cui appellationi iudex debeat deferre ꝛ cui nō diſtingue vt hic per do. Hē.boych. in prin.



Ayuntamiento de Madrid

poteris pati hoc caſu apoſtolos refutatorios. ⁊ nō deferre ap-
pellationi: ex eo q̄ nō fuit appellatū ex cauſa iure expreſſa. nā
tali appellationi non tenetur deferri per dictam clemē. vt p̄di-
xi. licet poſſet ſi vellet, ⁊ eo deferente ſuſpendetur iuriſditio. vt.
7 c. cum appellationibus. ſ. eo. in. vi. ¶ † Item aduerte. q̄ poteſt
eſſe dubiū: an quando non eſt appoſita clauſula appel. remo.
iudex teneatur deferre appellationi potes concludere q̄ ſi ap-
pellatio eſt manifeſte fruſtratoria nō tenet̄ deferre. ſ. eo. c. cū ap-
pellationibus. lib. vi. et. c. romana. §. ſi autem poſt ſententiā. eo.
titu. lib. vi: Si vero non eſt manifeſte fruſtratoria. et tamē ſi ap-
pellatio a diffinitiua tenetur deferre: ex eo q̄ illa poteſt iuſtifi-
cari et ex nouiter actitatis vt no. in. c. fraternitatis. ꝫ. de teſti. et
in. l. ꝑ hac. C. de tēpo. appel. et ꝓ hoc q̄ teneatur tunc deferre
videtur tex. cum glo. in. c. i. in verbo ſtatuit. ſ. eo. lib. vi. et bene fa-
cit quod habetur in tex. et glo. circa finem. in. c. cum appellatio
nibus. p̄alleg. vbi appellatum fuit ab interlocutoria. et tūc cō
clude quod ſi appellatum eſt ex cauſa minus legitima: vel nulla
cauſa expreſſa: tunc illa cenſetur hodie fruſtratoria. vt in. c. vt
debitus. ſ. eo. ideo non tenetur iudex deferre vt ibi. et in. d. c. cū
appellationibus. Si autē ſit expreſſa cauſa probabilis, et que
debet legitima reputari ſi eſſet vera. et hoc caſu videtur q̄ ſi
iudex putat cauſam non eſſe veram nō teneatur deferre: q̄ nec
retractabitur etiam id quod faciat. ſi non probet̄ veritas cauſe
imo condēnabitur appellans in expenſis et remittetur ad pri-
mum iudicem vt. d. c. vt debitus. ¶ No ſi probabiliter putauit
illam non eſſe veram: non videtur puniendus ſi nō detulit etiā
ſi poſtea probetur vera. ꝑ id quod habetur in ſi. c. ſacro. ſ. de ſen-
ten. excōmuni. et hoc verum niſi pars obtuliſſet ſe paratam ꝓ-
bare veritatem cauſe: quia tunc tenetur deferre ſi non defert ni-
hilominus eo ipſo intelligitur iuſtificata appellatio ex quo ob-
tulit probationes. vt patet in. c. interpoſita. ſ. eo. Si autem veri
ſimiliter putauit cauſam appellationis eſſe veram tunc ex quo
erat legitima debebat deferre. per id q̄ legitur et not. ꝑ gl. in. c.
vt debitus. ſ. eo. ideo videretur quod tūc poſſet puniri ſi poſt-
ea probatum eſt de veritate cauſe appellationis ſi autem cauſa
expreſſa ſit dubia: an ſit legitima vel non: tunc videtur quod li-
cet in dubio debeat deferre. per id quod habetur. ſ. eo. vt debi-
tus. in gloſſ. tamen ſi probabiliter dubitabat an eſſet legitima.
videtur quod nō debeat puniri. per id quod habetur in p̄al-
lega. c. ſacro. et hoc quando cauſa nō eſſet in iure expreſſa. ſi aūt
in iure eſſet expreſſa: tunc debet legitima reputari. et p̄dicta
procedunt quando non eſt appoſita clauſula appel. re. tunc nō
tenetur iudex deferre: niſi appellatum ſit ex cauſa expreſſa in
iure. vt hic ſatis colligitur. et ex p̄dictis patet quod clauſula
appella. remo. operatur quo ad tollendū effectum ſuſpenſiuū
iuriſditionis qui alias inducitur per appellationem. Itē quo
ad neceſſitatem deferendi appellationi. Item etiam quo ad
effectum vitandi penam ſi non deferatur ſi non appellet̄ ex cā
expreſſa in iure. Item etiam operatur quo ad effectum reuo-
cationis attentatorum q̄ vbi eſt appoſita clauſula appella. re.
non retractatur per viā attentati: ſed bene poterunt retractari
per viam iuſtitie. ſi appareat appellantem fuiſſe grauatum.
¶ Sed aduerte quia videtur quod hoc procedat quādo appel
latum eſt a diffinitiua ⁊ appoſita eſt clauſula appel. remo. Naꝫ
licet alias vbi clauſula non eſſet appoſita non attentatum poſt
diffinitiuam veniret retractandum per viā attentati. ſ. eo. non
ſolum. lib. vi. tamen hoc caſu quando appoſita eſt dicta clauſu-
la nō reuocabitur per viam attentati vbi attentatum eſſet poſt
inhibitionem factā a ſuperiori: vel niſi appellatio eſſet recepta
per papam. ſ. eo. non ſolum. libr. vi. ⁊ de offi. deleg. paſtoralis. §.
preterea. Si autem appellatum eſſet ab interlocutoria tūc nō
videtur operari clauſula quo ad attentata: quia etiam ſine clau
ſula non retractantur per viā attentati: niſi ſint attentata poſt
inhibitionem canonicam. vt in p̄alleg. c. non ſolum. ⁊. c. roma
na. ſ. eo. lib. vi. ⁊ in. c. ſi a iudice. quantum autē ad effectum de-
uolutiōis cauſe ad iudicem ad quem eſt appellatum nō operat̄
clauſula app. re. quin dictos effectus ſequatur per appellatio-
nem. vnde ſuperior poterit admittere appellationem ⁊ emen-
dare grauamen. ſi videat appellantem grauatum vt hic proba-
tur ⁊ hoc procedit quādo appellatuꝫ eſſet ad papam. ⁊ idē etiā
ſi ad alium ſuperiorem eo caſu in quo iure remota eſſet appel-
latio per iſtum tex. qui indiſtincte loquitur. ⁊ ſic indiſtincte de-
bet intelligi ſm̄ Joan. and. ⁊ ſequitur etiam do. Anto. ⁊ poterit
emendare etiam per viam appellationis vt dixi in notabilib⁹
⁊ etiam debebit ex debito iuris: quia alias non faceret iuſtitiā.
facit quod habetur in. c. forus. ſ. de verbo. ſignifica. et ſi hoc non
faceret poſſet appellari ſecundo, licet non tertio. ꝫ. e. c. directe.
8 ⁊ adde q̄ dicetur in glo. ſeq. ¶ † In gloſ. ij. in fi. ⁊ ſic vult gloſſ.
quod hodie hec decre. ſit correcta per decre. vt debitus. et idem
etiam voluit glo. prece. ſed vt dixi ſuper dicta glo. de iure com-
muniter tenetur cōtra: quia hec decre. hꝫ locū in caſu ſuo: quā-
do clauſula appella. remo. eſt appoſita. ſed decre. vt debit⁹. ha-
bet locum quādo clauſula appel. remo. nō eſt appoſita. Aduer-
te tamen quod Hoſt. in ſumma huius tituli videtur dicere q̄
de ſtilo curie clauſula appel. remo. nihil operetur. ⁊ facit etiā q̄
ipſe not. in ſumma. de offi. deleg. §. quod ſi eius officium ad fi. et
ver. ſed que eſt ratio. et tenet etiā Lappus de caſtil. ſua allega-
tione. cxxi. ⁊ dicit etiaꝫ Bar. hoc tenere in. l. i. ff. a qui. appellare
non licet. ⁊ Guil. in Spec. in tit. de appel. ſed certe poteſt dici q̄
ſi appelletur ab interlocutoria hoc pōt ꝓcedere q̄ hodie dicta
clauſula app. re. nihil operat̄ q̄ etiā ſi nō ſit appoſita dicta clau-
ſula nō reuocant̄ attentata ſi iudex nō detulit appellationi. niſi
ſint attentata poſt inhibitionem canonicā. vt patet. ſ. eo. nō ſo-
lum. li. vi. ⁊ idē eſſet ſi clauſula eſſet appoſita. Si aūt appellatū
ſit a diffinitiua tunc quicquid dicat Spe. videt̄ q̄ de iure operetur
tūc clauſula ap. re. q̄ vbi al's attētata poſt appellationē a diffi-
nitiua retractarent̄ ꝑ viā attētati modo non retractabunt niſi
fuerint attentata poſt inhibitionē canonicā. facit q̄ habet̄ in. c.
romana. §. ſi aūt poſt ſentētiā. ⁊. c. nō ſolū. lib. vi. ⁊ hoc etiā vide
tur voluiſſe Guil. na ſo. vt refert Spe. in loco p̄alle. poſſet etiā
dici q̄ operet̄ clauſula qū appellatuꝫ eſt ab interlocutoria, quo
ad hoc vt iudex non puniat̄ ſi nō defert, licet veriſimiliter puta
re potuerit cauſam appellatiōis verā. licet alias veniret puniē
dus ſi clauſula non eſſet appoſita, vt dixi ſuperius. et hec ꝓce-
dunt de iure canonico. ſcd̄m q̄ inferior a papa non videt̄ poſſe
apponere clauſulā ap. re. per id q̄ habet̄ in. c. ſup queſtionū. §.
ſi. ff. de offi. delega. ⁊ ꝑ glo. in. c. ſi. de here. in. vi. de iure aūt ciuili
clarū eſt q̄ non pōt inferior a principe apponere clauſulā app.
re. qū appellaretur a diffinitiua per ea q̄ not. in. l. i. §. ſi. ff. a qui.
app. non lꝫ. ſed ſi apponeret̄ clauſula qū appellaretur ab inter-
locutoria. Bar. videt̄ dicere idē in. d. l. i. §. ſi. licet contrariū ipſe
teneat in. l. ſi. C. de ſen. ſꝫ prima opi. videt̄ verior. per id q̄ habe
tur in. l. forma. C. de offi. p̄fec. p̄eto. dixit etiā Bar. in. d. l. i. q̄
tā de iure canonico q̄ de iure ciuili clauſula ap. remo. tollit ſolū
fruſtratorias appellatiōes ⁊ nō alias. ſꝫ certe veri⁹ eſſe videt̄ q̄
operatur etiā quo ad alias, quando nō appellat̄ ex cā expreſſa
9 in iure quo ad effectus de quibus dixi ſup prima gl. ¶ † Quid
autem ſi committatur cā recuſatione remota poteſt dicere. q̄
nō poterit recuſari: niſi ex cauſa expreſſa. ꝑ id q̄ hic dicitur in
ſi. de appellation. arg. eorū que habentur in. c. ſup eo. de appel.
de quo in Spec. de recuſa. ver. quid ſi cauſa. ⁊ hoc qū ſimplex re
mouetur recuſatio, ſi autē inhibet̄ recuſari ex certa cauſa tūc cla
rum q̄ ex illa recuſari non poſſet videtur tñ q̄ clauſula recuſa
tione remota non poſſit opponi: niſi per principē vel papā ſicut
dixi de clauſula app. remo. An aūt remota appellatione cēſeat̄
remota et recuſatio poteſt dicere q̄ ſi remouet̄ a iure propter
fauorē cauſe: itelligat̄ etiā tūc remota recuſatio per. c. ſup eo. ꝫ.
eo. idem ſi remoueat propter grauitatē ⁊ notorietatem delicti.
ꝫ. eo. ꝑuenit. ſecus ſi remoueat̄. q̄ ter appellari nō pōt. vt in. l. i.
C. ne in vna. ⁊. e. cā liceat tertio ꝓuocare. idē ſi remouet̄ appella
tio propter cōtumaciā partis q̄ nō ꝑ hoc remouet̄ recuſatio. fa
cit q̄ habet̄. ij. q. vi. ſi quis in quacūq̄. Si vero remouet̄ appel.
in reſcripto ab hoīe tūc nō intelligit̄ remota recuſatio. cū re ve-
ra appellatio ⁊ recuſatio ſint diuerſa. ⁊ ex remotiōe vni⁹ nō in-
telligit̄ aliud remotū. ar. ſ. de priui. paſtoralis. ⁊ in. l. ſi ſeruitus.
ff. de ſerui. ruſti. p̄. ⁊ no. per Cy. ⁊ Bar. in. l. ſi. C. de ſen. et interlo.
om. iudi. ⁊ etiā in. l. i. §. ſi. ff. a qui. app. non licet. ¶ Ultimo dicit
hic do. Ant. poſt Archi. in. c. vt inquiſitiōe. de homicidio. in. vi.
q̄ ſi a iure remouetur appellatio ratione alicuius delicti opor
tet q̄ de illo delicto conſtet antē q̄ cenſeat̄ remota. ⁊ ideo interim
dum diſcutitur an deliquerit poterit ab interlocutoria appel-
lari non aūt a diffinitiua ꝑ quā declaret̄ delictum cōmiſſum. q̄
dicit eſſe notādū etiā ꝓpter ſtatuta que interdū tollūt facultatē
appellandi aliquibus delinquētibus ſeu propter certa delicta.
¶ Adde tñ p̄dictis q̄ ſi de ſtilo curie appareret ille deberet
ſeruari. ſ. de crimine falſi. q̄ graui.

1 ☞ Appellatio eximit appellantē a poteſtate iudicis a quo ⁊
ſuſpenditur interim ipſius iuriſdictio.
2 Appellatio interpoſita poſt ſentētiā excōicationis nō ſuſpēdit
vires ipſius ſententie. ⁊ nu. 9.
3 Appellatio non impedit actū executiuū pendentē mere ad de-
clarationem actus preteriti non ſuſpenſi.
4 Sententia excōicationis trahit ſecū executionem ⁊ per illam
priuatur quis cōmunione hominū ⁊ facultate percipiēdi reddi-
tus beneficij.
5 Iuriſditio iudicis a quo extinguitur quo ad tēpus futurū non
quo ad tempus preſens. et nu. 1.
6 Sententia excōicationis lata poſt appellationē legitime in-
terpoſitam ex cauſa probabili eſt nulla.
7 Excommunicato an ſit de bonis eccleſie prouidendum.



Ayuntamiento de Madrid

8 Redditus beneficiorum an ſubtrahi debeat excommunicato.
9 Suſpenſus quo ad vnum epiſcopum an ſit ſuſpenſus quo ad
alios.
10 Denuntiatio an impediatur per appellationem.
11 Excõicatio inducit priuationem fructuum non tñ inducit pri/
uationem beneficij niſi in ea perſeueraret p ann um.

a **Verum.** Si excõmunicatus a appe r, nihilominus
denuntiabitur excõmunicatus.⁊ beneficiorũ
prouentib⁹ ſpoliatur.hoc dicit.eſt cõmunis diuiſio.ſecũda ibi:
1 nos igitur.¶†No.ꝙ appellatio eximit appellãtẽ a poteſtate
iudicis a quo.⁊ ideo ſuſpẽdit iuriſdictio ipſius iudicis interim.
et dicit dormire inſpecto exitu futuro.quo aũt ad tps preſens
põt dici extincta.l.j.ad ſi.ff.ad turpi.reſpectu autem futuri,dr
2 eſſe ſuſpenſa.¶†No.quod appellatio interpoſita poſt ſenten/
tiam excommunicationis non ſuſpendit vires ipſius ſentẽtie.
3 ¶†No.quod appellatio impedit actum executiuum penden/
tem mere ad declarationẽ actus preteriti non ſuſpenſi facit qđ
4 habetur in ſimili.ſ.e.cõſtitutus.ij.¶†No.quod ſentẽtia excõ/
municationis trahit ſecum executionẽ.⁊ per illã priuatur quis
cõmunione hominum.Item etiã per illã videtur quis priuari
5 facultate percipiẽdi reddit⁹ beneficij de quo etiã in gl.¶†In
glo.dormitaſſe.ibi extinguitur.dic hoc verum reſpectu preſen/
tis temporis.non reſpectu futuri vt dixi in notabilibus.Alias
non poſſet cõfirmari ſentẽtia etiã ſi deſerectur appellatio,ſi oĩ/
no eſſet extincta ipſa ſententia.quod non eſt verum vt patet in
l.furti.ff.de his qui no.infa.⁊.ſ.eo.cum ſit romana.¶In gloſ.
executionẽ.ibi ⁊ a principe non appellatur certe vt dixit Hoſt.
6 ſaltem poſſet ſupplicari.ſ.de reſtit.in integ.ex literis.¶†In
eadem gl.ibi cum apud.Alij dicunt ꝙ eſt ſpãle.qꝛ ſentẽtia ex/
cõmunicationis eſt medicinalis.et ſic potius voluntas medici
ꝗ̃ infirmi eſt attendenda.xlv.di.qꝛ medici.¶Sed certe vt dicit
Hoſtiẽ.poſſet eſſe medicus imperit⁹.ſ.de etate ⁊ quali.ad au/
res vnde Hoſt.dicit ꝙ ideo põt eſſe.qꝛ in alijs ſententiis ligan/
tur corporalia vel incorporalia inſenſibilia.⁊ irrationabilia.ſed
per ſententiã excõicationis ligatur anima hominis.xi.q.iij.ne/
mo.vnde ſicut homo per animã facilius apprehendit.qꝛ videt
etiã perſonã abſentem quã hꝫ notã.Sic etiã facilius apprehen/
debatur ⁊ ſtatim ligatur.ſed certe vt dicit do.Anto.hec rõ non
concludit quare non ſuſpendatur ipſa ſententia.ſꝫ quare facili⁹
trahat ſecum executionem. vnde forte propter hoc aſſignat
aliã videlicet qꝛ excõmunicatio imprimiꝫ ad correctionem pec/
cati.⁊ ſolũ pro mortali debet ferri.xi.q.iij.nemo.ij.talis autem
ante ſententiã ligatus eſt apud eccleſiã ⁊ ideo denegatur ei ap/
pellatio.que non debet eſſe vinculũ iniquitatis.ſ.e.cũ ſpãli.et
facit qđ not.in.d.c.nemo.ſed certe hec rõ non concludit.quãdo
ſentẽtia eſſet iniuſta ideo poteſt tenere rationem glo.vel potes
dicere ſm do.Anto.ꝙ rõ eſſe põt.qꝛ hec ſentẽtia imprimit vin/
culum ex poteſtate clauium.⁊ data eſt certa forma a iure in tol/
lendo illã.j.de ſentẽ.excõ.cum deſideres.que nõ interuenit per
actum appellationis.ideo non tollitur nec ſuſpenditur p appel
lationem ptis que non hꝫ poteſtatem clauiũ.ſecus in alijs ſen/
tentijs q̃ concernunt actus priuatos.⁊ ideo poſſunt etiã ex acti
bus priuatorum ſuſpendi.plenior videtur rõ glo.¶In eadem
glo.ibi alijs ſententijs ⁊c.primo hic vult ſoluere contrarium ſꝫ
tamen non perfecte ſoluit qꝛ ſecundum ſolutionem gloſ.ſeque/
retur ꝙ ſi aliquis per ſententiã fact⁹ ſit infamis quoniã ad effe/
ctum infamie nulla requiritur executio.qđ tunc per appellatio/
nem non ſuſpenderetur ſnĩa:quod tñ eſt falſum vt ptꝫ in.l.fur/
ti.alleg.in gl.ideo conclude ꝙ quo ad ipſum factum non eſt dif/
ferentia inter ſententiã excõmunicatiõis et aliã ſententiã.qꝛ ſi/
cut ſi iudex excõmunicat quem non poteſt dici ꝙ non ſit excõ/
municatus.ita ſi iudex cõdemnat quem in.x.non poteſt dici ꝙ
non ſit condemnatus.qꝛ facta non poſſunt fieri infecta in.l.in
bello.§.facta.ff.de captiuis.ſed in alio bene eſt differentia.quia
vinculum obligationis deſcendens ex ſententia excommunica
tionis non ſuſpenditur per appellationem.ſecus in vinculo qđ
deſcendit ex ſentẽtia condemnatoria.vel ex alia ſententia.qꝛ p
appellationem bene ſuſpenditur etiã ſi ſit talis ſentẽtia.q tra/
hat ſecum executionẽ vt ſentẽtia abſolutoria.vel condemnato
ria ſuper furto.quo ad infamiã.reſpectu aũt eius quod inſtau/
ret exequendum clarum eſt in alijs ſententijs ꝙ ſit ſuſpẽſio per
appellationem ſed in ſententia excõmunicationis nõ ſit ſuſpẽ/
ſio actus denuntiationis.qꝛ dependet a vinculo ſentẽtie quod
non eſſet ſuſpẽſum ⁊ per denuntiationẽ in plus non ligatur vt
dicit litera.⁊ etiã non impeditur ſubtractio redditus beneficij
qꝛ trahit conſequentiã a vinculo ſententie non ſuſpenſio.¶In
glo.penulti.ibi imo eſt inferendum ⁊c.⁊ ſic in effectu vult glo.ꝙ
7 † ſententia excõmunicationis lata poſt appellationẽ legitime
interpoſitã ex cã probabili ſtatim ſit nulla.ſi reuera eſt interpo/
ſita,alias ſtatim eſt aliqua.⁊ hoc certũ eſt in rei natura.ſꝫ apud

nos non ſit certum.et pendeat cognitio ex futuro euentu.facit
quod habetur in.l.ſed ⁊ ſi reſtituatur.ff.de iudic.licet ſit verum
ꝙ ex q̃no excõmunicatus eſt poſt appellationem interpoſitã ex
cã probabili,interim anteꝗ̃ terminet appellatio ſit habendus
pro non excõmunicato.facit qđ hr.j.eo.de ſenten.excõmuni.ſo/
let.lib.vi.¶In ea.glo in fi.dic melius ꝙ ſi pronuntietur con/
tra appellantem priuabitur eccleſia ad quã fuit promotus poſt
excõmunicationem.qꝛ tunc trahitur retro ipſum fuiſſe excõica/
tum.⁊ ſic non legitime promotũ.ideo talis promotio retracta/
bitur.facit quod no.per glo.in.c.apoſtolice.j.de cle.excõmu.mi/
ni.ſi tñ ingeſſit ſe in diuinis interim excuſabitur a pena irregu/
laritatis.ſi fuit in probabili errore per id quod habeꝫ in.d.c.apo
ſtolice.⁊.j.de ſenten.excõmuni.ſacro.alias ſecus vt in dictis iu/
ribus.nec obſt.ei quod dixi ꝙ validitas promotionis pendebit
ex futuro euentu per id quod notatum fuit.ſ.eod.ſepe,qꝛ illud
loquitur quãdo non apparet appellationem non fuiſſe illegiti/
mã ſed potius legitimã.licet fuerit deſerta.ſed hic apparet ap/
pellationem fuiſſe non legitimaꝫ.facit ad predicta quod legitur
⁊ not.in.c.ſolet.de ſenten.excõ.⁊.c.licet.eo.titu.lib.vj.⁊ no.quod
ea que ſupradicta ſunt procedunt quãdo a principio non eſt no
toriũ de illegitimitate vel legitimitate appellatiõis.naꝫ tũc cla
rum eſſet quod aut ſtatiꝫ eſſet aliqua aut nulla.facit quod habe
tur.j.c.proximo.¶In gl.ſi.ibi bona fides.hec fuit opinio In.
8 ꝙ†interim debeat prouideri in alimentis.ſed contrariũ tenuit
glo.fin.in fine.in ver.ego credo.qꝛ imputãduꝫ eſt excõmunicato
quare non petit ſe abſolui.que rõ ceſſat in depoſito.⁊ iſta opin.
cõmuniter tenetur.facit quod notaꝫ in.c.qꝛ ſepe.de elec.in.vj.et
in cle.vt hi qui.in ver.dimidia.circa ſi.dẽ eta.⁊ quali.¶In eadẽ a
9 glo.ibi.xvj.q.vj.illud.⁊ ſic vꝫ remanere gl.in concluſione.ꝙ†nõ
ſubtrahanꝫ redditus excõicato,niſi expreſſe adimãtur.ſed in cõ
trariũ facit iſte tex.qui indiſticte loquiꝫ ⁊ ſic indiſtincte dꝫ intel
ligi.ar.j.e.de priuile.qꝛ circa.Itẽ qꝛ ſi neceſſaria eſſet priuatio il
la ſuſpenderetur p appellationem.qꝛ illa tunc non traheret effe
ctum immediate a vinculo ſnĩe excõicationis.nec ob.qđ excõi/
catus equipararetur relegato vt etiam voluit glo.in.§.relegari.in
ſti.qui.mo.ius patrie ptãtis ſolui.qꝛ illud non eſt verũ ſimplici
ter.nec quo ad omnia.nã excõicatus in vna eccleſia cenſeꝫ in oĩ
bus excõicatus.ſecus eſt in relegato.qꝛ licet p relegationẽ per/
dit vnã ciuitateꝫ a qua relegatur.non tñ p hoc perdit oẽs alias.
Iteꝫ relegato cõicari põt excõicato non vꝫ ꝙ interim intelliga
tur priuatus iure pcipiendi fructus beneficij.⁊ ſic p ſuperiorem
poſſint ei ſubtrahi.ſꝫ aliter in ſnĩa expreſſe ei non fuerint adem
pti.⁊ nihilominus non debebit habere diſtributiones quotidia
nas ex quo priuatus eſt cõione hominũ ⁊ non poteſt etiã inter
eſſe in officio.⁊ ideo nihil dꝫ ab eccleſia pcipere.¶In ea gl.ibi
ſed prius dictum pualet.⁊ hec opinio.cõmuniter tenetur.qꝛ per
ſuſpenſionem ab officio inhabilitatur pſona.⁊ afficiꝫ adeo ꝙ ta
lis inhabilitas ſequitur pſonam quocunqꝫ vadat.ſicut ⁊ lepra le
proſum vel infamia infamatũ.l.ex ea.⁊ qđ ibi no.ff.de poſthu.
¶In ea.gl.ibi in alio loco poteſt habere beneficiũ conclude qđ
aut quis eſt ſuſpenſus ab hoĩe a beneficio,aut a iure.primo caſu
aut ſuſpenſus eſt a certo beneficio.⁊ tunc non nocet quo ad alia
⁊ ſic poteſt intelligi glo.facit quod habetur in.c.ſi compromiſſa
rius.de elec.in.vj.⁊ quod habeꝫ in.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de
pactis.aut facta eſt ſuſpenſio ſimpliciter a beneficio ⁊ tunc aut
conſtat de mente ſuſpendentis qđ voluit indiſtincte a quolibet
beneficio ſuſpendere.⁊ ſic perſonaꝫ illius inhabilitare ⁊ videtur
ꝙ poſſit per ea que habentur in.c.poſtulaſti.de fo.competẽ.vbi
etiã põt quis priuari beneficio qđ cõſiſtit in alterius dioceſi.tñ
tunc actualis executio fiet p iudicẽ loci beneficij.aut non cõſtat
de mente.⁊ tunc videꝫ reſtringi ſuſpenſio ad beneficia ſubiecta
ſententianti.arg.eorum que habenꝫ in.c.vt animarũ.de cõſti.in.vj.
in.j.§.⁊.l.cũ vnius.§.j.ff.de bo.auc.iudi.poſſidẽ.Secundo caſu
qñ queritur de ſuſpenſione iuris a beneficio tunc ſi fiat ex cauſa
concernente certã eccleſiã reſtringetur ad beneficia illius eccleſie
vt probatur in.c.cum in cunctis.de elec.iuncto.c.ſi compromiſ/
ſarius.de elec.libꝛ.vj.Si vero cauſa eſſet ſimplex.⁊ non concer/
neret certã eccleſiam vel locum.⁊ tunc extenderetur ad beneficia
vbicunqꝫ poſita.per ea que habentur in.d.c.ſi compromiſſarius
in ratione ſui.An aũt ſuſpenſus ab officio intelligatur ſuſpen/
ſus a beneficio videretur ꝙ ſic.nã propter officium datur beneſi
cium.facit.lxxxi.diſt.eos.⁊.c.ſi quis ſacerdotum.⁊ quod hꝫ.vij.
q.j.in.c.ſi quis pſbyter.ſed de hoc dic.vt no.p glo.in cle.cupien
tes.in glo.nota nouam.circa finẽ.de penis.vbi glo.videtur con
cludere ꝙ ſi es ſuſpenſus a iure ab officio intelligaꝫ etiã ſuſpen
ſus ⁊ a beneficio.Si vero ab homine tunc ſi ex magna cauſa ſit
ſuſpẽſus puta quando ſit ex crimine immediate.⁊ tunc intelli/
gatur ſuſpenſus a beneficio.facit quod habetur in.c.j.lxxxi.di.
⁊ in.§.criminis.xxxv.di.ſecus ſi ex leui cauſa forte propter infa
miã vel ſcandalũ.quia tũc non intelligeretur ſuſpenſus a beneſi

a ¶Si excõi
cat⁹.idẽ i ef
fectu ſũmat
h.d.abb.⁊ ſi
q̃ras an ex/
cõicatio ſta
tim trahat
ſecũ ſnĩã exe
cutionẽ.ita
ꝙ p appel/
lationẽ ſu/
ſpẽdaꝫ vel
nõ diſtigue
ſecundũ.d.
Dẽ.boych.

Ayuntamiento de Madrid

cio niſi contineat ſuſpẽſionẽ.q2 tunc rõne contẽptus aggrauatur
pena.de quo ꝑ gl.in loco palle.ꝛ hic ẽt ꝑ do.Anto.qui vr̃ dicere
qꝺ p̃dicta procedãt ſaluo vbi queraẗ de beneficio,qꝺ ꝯſiſtat tm̃
in quotidianis diſtributionibus q2 tunc indiſtincte ſuſpẽſus ab
officio vr̃ a tali bñficio ſuſpẽſus q2 nõ põt intereſſe officio pro
pter ſuſpẽſionẽ.ꝛ tale beneficiũ daẗ ſolũ intereſſentibus in diui
nis officijs.vt in.c.j.de cle.non reſi.lib.vj.vr̃ etiam velle hic do.
Ant.qꝺ nõ ſit differentia inter ſuſpẽſionẽ iuris vel hominis lꝫ
vtrobiꝗ conſideret,an fiat ex cã magna an ex leui.glo.tñ in pal
leg.cle.ſenſit contra.ꝛ forte gl.habuit reſpectũ ad cõiter accidẽ
tia.q2 cõiter non contingit qꝺ a iure fiat ſuſpẽſio ab officio niſi
pro graui crimine.¶ Jn ea.glo.ibi ſi iniuſte põt aduerte tñ qꝺ
tunc non recuperabit ꝑ viã attentati.ſeu retractationis attẽta
torũ cũ fuerint legitime attentata interim vt volũt dñi de Ro
ta in ſua cõcluſione.cccc.xvj.in ſcꝺo articulo ſed alias ꝑ viã q̃re
le debebũt reſtitui ꝛ etiã ſm do.Ant.poterit iudex appellatio
nis ex ſuo officio facere illi reſtitui ex quo apparet ipꝫ fuiſſe in
iuſte excõicatũ ꝛ appellationẽ fuiſſe legitimã.¶ Extra gl.ad
10 uerte:q2 lꝫ hic † dicaẗ qꝺ denũtiatio nõ ipediẗ qñ qs fuit excõi
cat⁹ añ appellationẽ hoc eſt verũ regulariter.fallit p̃io qñ per
denũtiationẽ qs magis ligareẗ.vt ꝯtingit in caſu.c.tua.ſ̃.de ſen
ten.excõ.ideo tũc ꝑpter appellationẽ impedireẗ denuntiatio.
q2 ceſſat tunc rõ litere.Jtẽ fallit ſm Hoſt.qñ qs ignorans fuit
excõicat⁹ qꝺ interdũ eẽ põt in.c.apoſtolice.ſ̃.de cle.excõ.mini.
nã tũc vr̃ qꝺ appellatio habeat impedire denuntiationẽ ar.eo
rum q̃ habenẗ.ſ̃.c.dilectis.ver.interim.Jtẽ hoc vr̃ verũ qñ ap
pellaẗ a ſnĩa hoĩs poſt latã excõicationẽ ſec⁹ ſi ante fuiſſet ap
pellatũ ꝑ id qꝺ hr̃.ſ̃.de ſen.exc.ꝑ tuas.Jtẽ hoc verũ qñ appella
tur a ſnĩa excõicationis lata per hoiem.ſec⁹ ſi appellaretur ne
fiat denuntiatio ſnĩe excõicatiõis que inferaẗ a iure ſi factũ nõ
eſt notoriũ,ex quo ſurgit excõicatio.nã tunc appellatio ipediet
denuntiationẽ ꝑ id qꝺ hr̃ in.c.ꝑuenit.el.j.ſ̃.eo.ſecus ſi eſſet fa
ctũ notoriũ.vt ibi pꝫ.¶ Jtẽ aduerte qꝺ denuntiationẽ de qua
in litera nedũ põt facere ordinari⁹.q nõ tulit ſnĩam,ſed etiã ipe
ordinari⁹ q tulit ꝑ iſtũ tex.lꝫ.d.Ant.hic referat opi.finaliter tñ
tꝫ qꝺ dixi.idẽ tñ põt facere delegatus q tulit ſnĩam anteꝗ̃ rece
pta ſit appellatio interpoſita ab eo ꝑ ſuperiorẽ.ꝑ ea que habẽ
tur.ſ̃.de offi.dele.paſtoralis.§.p̃terea.ꝛ ſimiliter mandare pote
rit alteri ordinario.vt faciat denuntiationẽ.ar.ſ̃.de offi.deleg.
ſignificaſti.ꝛ adde ẽt qꝺ ſicut ſnĩa excõicationis non ſuſpendiẗ
ꝑ appellationẽ poſtea ſecutã ita nec ſuſpendiẗ abſolutio ab ex
cõicatione vt ſit par ius ligandi ꝛ ſoluendi.vt voluit Jnn.in.c.
ab excõicato.ſ̃.de reſcri.ꝛ ꝑ Jo.an.ẽt.ſ̃.de ſen.exc.ſacro.qꝺ no.
lꝫ ſec⁹ ſit in alia abſolutione a debito.vel ab ipetitione aduerſa
11 rij.vt voluit gl.in verbo executionẽ.¶ Et adde vltimo ꝙ † ſim
plex excõicato lꝫ inducat priuationẽ fructuũ.nõ tñ inducit pri
uationẽ beneficij niſi forte qs cõtẽneret excõicationẽ.ꝛ pſeuera
ret ꝑ annũ.q2 tũc poſſet priuari etiã bñficio ꝛ titulo bñficij ꝑ id
qꝺ leg.ꝛ no.in.c.excõicam⁹.§.j.de here.ꝛ de eta.ꝛ qua.cũ bone.

a ¶ Si excõicatus. tãꝗ̃ vno malleo cudunt ſup incude i ſũmatiõe huius.c.do. Abb.ꝛ do. Jo.ð imo. ꝛ ſi queras vtrũ ſi excõicat⁹ occaſiõe excõmunicationis amiſerit bñficiũ ad qꝺ forſan al’s niſi excõicatus vl’elect⁹ fuiſſet ꝯ excõicatorẽ ad ſuum itereſſe: ſeu equinalẽs bñficiũ poſſit hẽre recurſũ.diſtigue ħ fꝫ d.hẽ.boych in p̃n.capi.

1 ☞ Deferre appellationi non cogitur iudex a quo quãdo pu
tat illam illegitimam.
2 Super attentatis poſt appellationem qualiter debeat libellus
formari.
3 De attentatis per iudicem a quo appellatione pendente non
poteſt ſe intromittere iudex inferior alius ab illo ad quẽ eſt ap
pellatum.
4 Archiepͤs intromittere ſe põt de cauſa notoria inter ſubditos
ſui ſuffraganei.ꝛ nu.8.
5 Attentata per viã attentati retractare ſpectat ad officiũ iudi
cis ad quem.
6 Renuntiare appellationi cenſetur quis per actũ factum coraꝫ
inferiori iudice contingentem appellationis articulum niſi ali
ter proteſtetur.
7 Proteſtatio contraria facto an iuuet proteſtantem.
9 Allegans contraria non auditur agendo ſed ſecus excipiẽdo.
et nume.12.
10 Judex non poteſt cognoſcere an bene vel male ſit appellatum
nec etiã de cauſa recuſationis propter ſuſpicionem.
11 Judex poteſt cognoſcere de dubio iuriſdictionis niſi lex trãſ
ferat huius dubij cognitionem ad alium iudicem.
12 Contraria proponere an dicatur qui appellat:ꝛ conqueritur:ꝛ
proteſtatur qꝺ non intendit ab appellatione recedere.
13 Proteſtatio contraria facto non iuuat.
14 Archiepiſcopus an poſſit cognoſcere de iniuſtitia ſententie la
te per ſuffraganeum poſt appellationem interpoſitam ad pa
pam.ꝛ nu.4.7.8.
15 Excõicatus ab epõ ſuo conquerendo de iniuſtitia ſententie ex
cõicationis corã metropolitano an videatur renũtiare appella
tioni per ipſum ad papam interpoſite.
16 Et ſi epiſcopus poſt talem renuntiationem ad mandatũ archi
epiſcopi abſolueret ipſum excommunicatum ꝛ demum epiſco
pus citaret partes vel ad inſtantiam vnius partis citaret aliaꝫ
ꝛ velit in principali procedere nunquid ille qui ſuccumbet pote
rit excipere cõtra epiſcopum de appellatione cui quo ad epiſco
pum renuntiauit.
17 Grauatus ſi anteꝗ̃ appellet agat coraꝫ iudice qui grauauit an
poterit poſtea appellare.
18 Appellatione pendente nihil innouari debere qualiter intelli
gatur.
19 Mandatum epiſcopi quando dicatur continere iniuſtitiam no
toriam.

a **Solicitudinem.** Si excõicatus[a] ab
epõ poſtꝗ̃ appellat
ad papã querelaꝫ ſimpliciter interponat contra epm
de iniuſtitia ſnĩe corã archiepõ appellationi renũtia
re vr̃ ꝛ archiepͤs eũ audiet.ſed ſi proteſtetur contrariũ tunc ar
chiepͤs nõ cognoſcet.qꝺ ſi fecerit poterit epͤs appellare.h.d.ſcꝺa
ibi:nos igiẗ.¶ Jn tex.ibi eãdẽ.ꝛ infra potes dicere ꝙ decidiẗ ꝙ
querebat epͤs Pariſieñ.an ſic petẽs deberet audiri.ꝛ an metro
politanus poſſet ſe de p̃dictis intromittere.lꝫ gl.j.ꝛ gl.iiij.ꝛ glo.
in verbo notorium aliter videanẗ intelligere ibi percuſſum.i.ex
cõicatum.ꝛ de differentia inter excõicationẽ ꝛ anathema ſtricto
ſumpto vocabulo.vide ꝑ doc.ſ̃.de iudi.cũ non ab hoĩe.ꝛ ſupple
p̃dicta procedunt qñ non renuntiaẗ appellationi.ſecus ſi renun
tieẗ prout in dubio vr̃ fieri qñ ſimpliciter deponit querelã con
1 tra epm corã metropolitano.ꝛ hoc eſt qꝺ ſequiẗ.¶ † No.j.iudicẽ
a quo non cogi ad deferendũ appellationi qñ putat illã illegiti
mam.de quo etiã tetigi.ſ̃.c.pxi.in prin.¶ Et no.ꝙ tunc põt cõ
tra appellãtẽ procedere tanꝗ̃ contra contumacẽ.facit qꝺ habe
tur de do.ꝛ contu.cum qui.proceſſus tñ pendebit ex euentu ap
pellatiõis.facit qꝺ dictũ fuit.ſ̃.c.pxi.§.j.in gl.pe.¶ No.ꝙ vbi
etiã ad inſtantiã ptis contra illã partẽ fertur ſnĩa excõicationis
ſi querela iniuſte ſnĩe deponitur contra epm excõicanteꝫ iudex
immediate eſt archiepͤs.¶ Et not.ꝙ tunc poteſt epͤs defendere
ſnĩam cum eius interſit.facit qꝺ hr̃.ſ̃.de ſen.excõ.venerabilib⁹.
2 §.j.li.vj.¶ † No.practicã libelli ſup attentatis poſt appellatio
nem.quia põt appellans petere ſe reduci ad ſtatum in quo erat
tpe appellationis emiſſe.ꝛ põt etiam petere ꝙ denuntietur nõ
3 excõicatus ſi fuit poſt appellationẽ excõicatus.¶ † Nota regu
lam ꝙ de attentatis ꝑ iudicẽ a quo appellatione pendente non
põt ſe intromittere iudex inferior alius ab illo ad quẽ eſt appel
latum qñ illa non pñt expediri citra cognitionẽ articuli appel
lationis a contrario vero ſecus ſi poſſint expediri citra cogni
tionẽ dicti articuli.quia tunc poterit inferior ſe intromittere.fa
cit.ſ̃.c.cũ teneamur.ꝛ iſta etiam põt eſſe ratio quare ſuper nota
rio iniuſte attentato põt inferior ſe intromittere q2 ꝑpter noto
riam iniuſtitiam non exigiẗ aliqua cognitio.ſ̃.de iureiur.ad no
ſtram.el.ij.q.j.in.c.manifeſta.nam etiam vr̃ ꝙ ſnĩa contra noto
riaꝫ ſit nulla per id qꝺ habeẗ hic ꝛ.ſ̃.de re iudica.inter ceteras.
4 ¶ † Not.ꝙ de cauſa notoria intromittere ſe poteſt archiepͤs in
ter ſubditos ſui ſuffraganei de quo.ſ̃.de offic.ordi.c.paſtoralis.
5 ¶ † Nota regulam ꝙ retractare attentata ꝑ viam attentati ſpe
ctat ad officiũ iudicis ad quẽ eſt appellatũ ſaltẽ qñ ſine articulo
6 appellationis non põt inſtrui via attentati.¶ † Nota ꝙ ꝑ actus
factũ coram inferiori iudice contingentẽ appellationis articulũ
ꝛ ſine quo articulo non põt ipſe actus expediri cenſeẗ qs renun
tiare appellationi niſi aliter proteſteẗ.¶ No.ꝙ vbi proteſtatur
in iudicio proteſtatio tunc iuuat vt non videaẗ qs renũtiare ap
pellationi.ſed tamen tũc tanꝗ̃ contra ius repelliẗ ꝛ ex hoc nota
illud vulgatum ꝙ allegans contraria non eſt audiendus.facit.l.
7 ij.§.ſed ſi alius.ff.qñ appellandũ ſit.ꝛ.C.de fur.in.l.j.¶ † No.ꝙ
proteſtatio contraria facto iuuat ꝑteſtantẽ,ſi eſt q repellit eũ,vt
factũ non agat:ſecus ergo vr̃ ſi factũ perficit nomine repellẽtis
q2 tunc non vr̃ proteſtatio contraria facto iuuare ꝑ id quod ha
betur in.c.cũ.M.ſ̃.de conſti.ꝛ in cle.gratie.de reſcrip.cũ ibi no.
per glo.ꝛ ꝑ hoc videreẗ ꝙ in caſu decre.ſi ꝑteſtans non repellaẗ
ꝛ procedat in cauſa ꝙ tũc proteſtatio velut ꝯtraria facto ipſum
non iuuet.ꝛ nihilominus intelligatur renuntiare appellationi.ꝛ
hoc ſequiẗ hic.d.Ant.ad qꝺ bene facit qꝺ no.gl.in dicta cle.gra
8 tie.de reſcrip.¶ † Jn glo.j.in ſi.Alia fuit queſtio ſecunda ſecun
dum glo.de qua fit mentio.ſ̃.in glo.in verbo notoriũ.tertia fuit
queſtio de qua fit mentio.ſ̃.in gl.in verbo in quo.ſed do.Anto.
hic dixit ꝙ putat duas tantũ fuiſſe queſtiones.prima fuit an ar
chiepiſcopus poſſet cognoſcere ſup iniuſtitia vel nullitate excõ
municationis.Secunda an epiſcopus poſſit appellare ne abſol
uatur excõmunicatus.ſed certe meo iudicio iſta ſecunda hic nõ
tollitur.nam inquantum in litera tangitur.an epiſcopus poſſit
appellare loquiẗ quando vult appellare ex eo.quia archiepiſco
pus vult cognoſcere de iniuſtitia ſententie.vñ potes dicere pla
nius.vt tetigi ſuper litera ꝙ queſtio fuit an comparens coram
archiepiſcopo

Ayuntamiento de Madrid

archiepiſcopo de iniuſtitia ſnie,ꝛ petens ſe reduci ad ſtatum in quo erat tpe interpoſite appellationis debeat audiri.ꝛ ſic an archieps poſſit de predictis cognoſcere.ꝛ quid iuris etiā ſi petēs predicta adijciat ꝙ non intēdit renūtiare appellatiōi.ꝛ primo rñdet ad primā queſtionem,qñ non renuntiatur appellationi. ſecundo qñ renuntiatur,tertio declarat renuntiari.rñdet etiam ad ſcḋam queſtionē vꝫ quid operetur adiectio ꝛ nō intēdit renūtiare appellatiōi.ꝛ ſcḋa eſt ibi:cū aūt.tertia ibi:ſed ſi vero. ¶ In gl.ij.ibi arg.contra ſupple nō ad ꝑme dicta.ſꝫ ad tex. nam in.c.precedēti.poſt appellationē aliquid poteſt de acceſſorijs attentari cuius contrariū hic videtur dici.ſed potes dicere ꝙ ibi appellatio non ſuſpendit excōmunicationeꝫ.quia ſecuta fuit ipſam excōmunicationē.iō non ſuſpendit etiā acceſſoriuꝫ denuntiationis.ſꝫ hic appellatio preceſſit excōicationē,et ideo illā ſuſpendit.ꝛ pro tanto non poteſt aliquid attentari qḋ tendat ad preiudiciū appellationis.vt hic dicit.et ideo nō pōt archieps cognoſcere de iniuſtitia ſnie.ſecus videret ſm do.Ant. ſi ipſe excōicatus nō ageret de iniuſtitia ſnie:ſed ageret ad intereſſe contra iudicē.qꝛ iſte eſſet articulus ſeparatus ab appellatione,ideo in illo nō eſſet ſuſpenſa iuriſdictio iudicis inferioris per ea que habent in.c.cū teneamur.ſ.co. ¶ In glo.poſſet ibi punire illum.facit qḋ habet.j.de ſen.excō.ſacro.Sed aduerte qꝛ gloſ.bene docet quō intereſt epi appellare poſſe ſꝫ nō tollit oppoſitionē de cōtrarietate.nam ipſe eps videret ſibi contrarius.nā primo videtur dicere appellationem nullā ꝛ ob hoc excōicauit tanꝗ contumacem.ſed poſtea qñ vult impedire archiepm cognoſcere ex vi appellatiōis videtur velle dicere appellationem fuiſſe aliquā ꝛ ſic videtur ſibi contrarius.ꝛ iō non videtur audiendus,ſed poteſt reſpondere dupliciter.primo qḋ
9 † licet agendo non audiat allegans contraria ſeu ille q eſt ſibi contrarius.tamen ſecus eſt excipiendo.j.de reg.iur.nullus pluribus.lib.vj.cū ibi no.vel ſecūdo dic ꝙ eps eſt volēdo impedire cognitionē archiepi nō fatebat appellationē legitimā ſꝫ dicebat cognitionē hmōi non ſpectare ad archiepm.ſed ad iudicē ad quem.ꝛ ſuper eodē articulo corā diuerſis non dꝫ fatigari.ſ. de reſcrip.ex tenore. ¶ In eadem gl.ibi non intereſt ne abſoluatur ſupple ex quo preſtat cautionem de parendo mandatis eccleſie.qꝛ etiā preſtita dicta cautiōe dꝫ abſolui p iudicē appellationis ꝛ ſic talis abſolutio tūc tēdit in faciliorē exitū appellationis.ideo poteſt fieri etiā p inferioreꝫ vt dictū fuit in.d.c.qua
10 fronte.ꝛ facit qḋ dictum fuit in.c.cum teneamur. ¶ † In ea.gl. ꝙ ſemp vellet iudicare.ꝛ ſic eſt ſuſpectus etiā in hoc incidēti an bene ſit appellatū ab eo , an non:ideo nedū impeditur cognoſcere de cauſa in qua eſt appellatū.ſꝫ etiā de hoc incidēti,an bñ vel male ſit appellatū ſicut etiā ſi recuſatur iudex tanꝗ ſuſpectus nedū ꝙ non,poſſit cognoſcere de cauſa principali.ſꝫ etiam non poteſt cognoſcere de hoc incidenti an ſit iuſta cauſa ſuſpicionis vel non.qꝛ pariter eſt ſuſpectus etiā in hoc incidenti.ſecus vbi ſup incidenti non eſt ſuſpectus.qꝛ tunc bene cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.vt pꝫ in.c.ſup literis.de reſcri.ꝛ in.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.ꝛ hec faciunt ꝙ ſi opponatur exceptio infamie contra iudicē vel excōicationis ꝙ non poſſit de hoc cognoſcere ꝙ tunc videatur ſuſpectus etiam in cognitione talis exceptionis cū afficiat perſonā ipſius iudicis.ꝛ ſic eſt preſumptio contra excipientem pronuntiare.de quo dixi.ſ.e.in.c.ij.requiris in.§.iij.poſtulas.ꝛ per predicta videtur gloſ.bene dixiſſe licet Hoſti.aliter loquatur dicens ꝙ in appellatione agit de exēptione iuriſdictionis ꝛ tranſlatione eius in ſuperiorem.de qua ſuſpectus vel inferior nō cognoſcit.xxj.diſt.inferior.ꝛ.ſ.eod.c. ad hec.ſed iſta ratio non placet Jo.an.per.c.cū perſone.de pri
11 ui.in.vj.ideo dicit ꝙ † iudex poteſt cognoſcere de dubio iuriſdictionis niſi lex transferat cognitionem huius dubij ad aliū iudicem vt contingit in appellatione ꝛ recuſatiōe.ꝛ ratio ſpecialitatis poteſt eſſe illa quam dixit gl.ꝛ iſta procedūt quādo dubitatur de iuriſdictione inter ptes et iudicem.ſi aūt dubitaret inter duos iudices recurre ad ea que habentur in.c.paſtoralis. ſ.de reſcriptis. ¶ In gl.declarare.ibi ſed non credo,contrariū tenet Hoſtiē.ex eo qꝛ hoc fieri pōt ſine cognitione articuli appellationis,ex quo iniuſtitia eſt notoria cognitione vel examinatione non egeant.j.de accu.euidētia.ꝛ.ij.q.j.in.c.manifeſta. vnde videtur tūc archiepiſcopus ſimpliciter vti miniſterio denuntiantis,ideo hoc facere poteſt.facit quod habetur.ſ.de electio.venerabilem.ver.obiectioni.ꝛ ver.ſunt enim.ꝛ ideo declarare poterit ſententiam fuiſſe nullā ꝛ conſequenter excōmunicatum non fuiſſe ligatum.facit.ſ.de offi.deleg.cum contingat. glo.autē procederet quando iniuſtitia non eſſet notoria ſꝫ dubia qꝛ tunc oporteret aſſumere partes cognitoris ꝛ iudicis.qḋ non poteſt facere inferior in preiudicium iudicis appellatiōis. ¶ In eadem glo.ibi que perimit predicta.ꝛ ſic videtur velle ꝙ ver.cū autem corrigat ſuperiora.qḋ non videtur veriſimile cum

incontinenti quis nō videat ſe corrigere.ſ.de [illegible] nō. nam ad ea.ideo dicit melius ꝙ ſupradicta loquūtur qñ nō renuntiatur appellationi.ſed in iſto ver.cū aūt.loquitur quando renuntiatur appellationi.et facit qḋ dixi ſuper glo. ¶ In gl.ſi.
12 ibi proponens adu.rſa.quō aūt † cēſeantur hec eſſe diuerſa.ſcꝫ aduerſa ſeu contraria appellando,ꝛ conquerendo.ꝛ proteſtando ꝙ non recedit ab appellatiōe declarat hic.d.Ant.poſt;In noce.qꝛ proponendo querelā corā archiepo vr velle concludere appellationē que hꝫ impedire cognitiōneꝫ inferioris iudicis ꝛ proteſtando ꝙ appellationi non intendit renūtiare videtur modo econtra velle querele renuntiare.ꝛ ſic eſt contrarietas vt patere poteſt ex predictis.qꝛ per modū querele dicit archiepm iudicem.per modū appellationis videt dicere contrarium. Item ſm do.Anto.eſt in alio contrarietas.qꝛ per modū querele pōt dicere ſniam iniuſtam.ſed non nullaꝫ.per modum appellatiōis poteſt dicere nullam ſed non iniuſtam.ſed hoc dictum nō placet.quia etiā per viam querele poteſt dici de nullitate p id qḋ habetur i n.c.cum contingat.de offi.dele.ꝛ per Bar.in.l.ſi ſub conditiōe.§.fi.ff.de cōdi.inſti.Itē etiā in materia appellatiōis poteſt deduci nullitas.vt plene no.j.eo.dilecto.ꝛ in.l.j.C.quādo prouo.nō eſt neceſ. ¶ In ea.gl.ibi de preſcrip.auditis.Sol. iſta contraria vt colligitur ex not.in regula nullus pluribus.de reg.iur.lib.vj.qꝛ aut agendo quis allegat contraria ꝛ nō audit. et ita hic ſaluo niſi in diuerſis inſtantijs per ea que habentur in.l.papinianus.§.ſed nec impuberes.ff.de inoffi.teſt.ꝛ in aut. item poſſeſſor.C.qui po.in pig.ha.excipiendo aūt bene licituꝫ eſt contraria allegare.ſaltem ſucceſſiue per id quod habetur in
13 c.auditis.hic alle. ¶ † In ea.glo.in fi.poteſt dici ꝙ ar.quod ſumit glo.hic non colligit.ſed potius ſumitur contrariū.vnde licet alleget decre.ꝙ proteſtatio facto contraria nō iuuat proteſtantem tū hoc non probat.ſed potius probat contrarium vꝫ ꝙ iuuat.qḋ patet qꝛ proteſtatio hoc facit ꝙ valet appellatio. lꝫ repellatur ipſe proteſtans tanꝗ contrarius.et tamen ſi non eſſet facta proteſtatio intelligeret renuntiatuꝫ appellationi.et ſic vr eodē modo ꝙ vbi principaliter reſponderet libello.ꝛ petitioni inducatur lit.conte.ſed vbi ſit proteſtatio tūc debeat impediri.ꝛ ſic potius gl.debuit ſumere ar.contrarium eius quod ſumpſit.ſed glo.reſpexit corticē litere que dicit audiri allegātē contraria,ꝛ ſic ipſum proteſtantem.Sed tūc ob.qñ habet in.c. cū.M.de conſti.vbi proteſtatio facto contraria nō iuuat proteſtantē.ꝛ bene facit qḋ habet in cle.gratie.de reſcrip.p glo.cuius contrariū hic vr dici.ſed potes dicere ꝙ contrariū procedit.qñ factum repugnans proteſtationi perficitur.qꝛ non eſt q repellat actum facientē.ꝛ ita loquatur.c.cum.M.ꝛ glo.in dicta cle. gratie.ſecus vbi actus non perficit qui eſt contrarius proteſtationi.vt qꝛ ſit in iudicio.ꝛ repellitur ſic proteſtans tanꝗ cōtrarius.qꝛ tunc bene iuuat proteſtatio vt hic pꝫ.per hoc vr poſſe inferri ſm do.Anto.ꝙ ſi non repelletur ipſe proteſtans ꝛ proſequeretur in cauſa coram archiepo ꝙ videretur appellatiōi renuntiatū.nec iuuaret tunc proteſtatio velut facto contraria.p hoc bene facit qḋ habetur in preall.cle.gratie.ꝛ predicta procedunt quando proteſtatio eſt contraria facto ſed vbi non eſt cōtraria ſed potius declaratoria facti tūc clarū ꝙ proteſtatio operatur vt in iuribus hic vltimo allegatis per glo.ꝛ ideo ſi quis reſpondebit libello qꝛ poteſt reſpondere animo litem conteſtandi.ꝛ animo inſtruendi iudicē ſi proteſtatur ꝙ reſpondet animo litem non conteſtandi bene valet proteſtatio ꝛ iuuat proteſtantem.qꝛ non eſt contraria facto.ſed potius declaratoria ipſi⁹ facti.de quo etiā no.per Inn.de conſti.ꝛ conſueuit etiam dici in c.j.de lit.conteſta.ꝛ in.l.j.C.de lit.conte.ꝛ facit etiam qḋ not.in regula.exceptioneꝫ.de reg.iur.in.vj.ꝛ de materia proteſtatiōis plene in.d.c.cum.M.ꝛ.c.cumana.de ele.ꝛ p Bar.in.l.non ſolū.
14 §.fi.de ope.no.nun. ¶ † Extra gl.aduerte ꝙ licet hic dicatur ꝙ archieps nō poteſt cognoſcere de iniuſtitia ſnie late per ſuffraganeum poſt appellationē interpoſitam ad papam.tū bene vr ꝙ poſſet coram archiepiſcopo peti abſolutio ad cautelam.dūmodo preſtetur cautio de parendo mandatis iudicis ad quem qꝛ hoc fieri poteſt abſqꝫ eo ꝙ ſit expediens.ꝙ archieps cognoſcat de articulo appellationis.ꝛ talis abſolutio ad cautelam in dicto caſu videtur tendere in faciliorem exitum appellationis ideo videtur etiam poſſe fieri p ipſum archiepiſcopum p id ꝙ dictum fuit in.c.qua fronte.ꝛ.c.cum teneamur.ſ.ſecus ſi vellet cognoſcere de iniuſtitia ſnie vel de ipſius nullitate.qꝛ non poſſet ipſe archieps.cum iſta contingant articulum appellationis interpoſite ad papam.ꝛ hoc tenet hic etiam.d.Ant.in vna parte ante gl.ſed poſtea ſup gl.in verbo poſſet videtur de hoc dubitare videlicet an per viā nullitatis principaliter dicendo ſententiam excommunicationis nullam poſſit de illo cognoſcere nam videretur ꝙ ſic.quia de hoc poſſet cognoſcere.appellatio ne deſerta.j.de ſenten.excommu.licet.lib.vj.ꝛ ſic videtur ꝙ eo

Ayuntamiento de Madrid

dem modo ponit pendente appellatione interpoſita ad papã
tñ finaliter tenet contra.qꝛ lꝫ poſſit appellatione deſerta de di⸗
cta nullitate cognoſcere tñ non poterit appellatione pendẽte
qꝛ tunc turbaret iudiciũ iudicis appellationis.⁊ ꝑ hoc etiã fa⸗
cit iſte tex.qui ſimpliciter vr̃ ꝓhibere.⁊ ſic indiſtincte dꝫ intelli⸗
gi.ar.e.qꝛ circa.ĩ.de priui.fatetur tñ ꝙ iudex a quo poterit co⸗
gnoſcere de validitate receſſus ab appellatione ſm ea que ha⸗
bentur in.c.quãuis.de elec.in.vj.⁊ an talis ſit appellatio q̃ de⸗
uoluit ſcd̃m ea que no.in Spe.de leg.§.nunc oſtendendũ.verſi.
xxiij.de quo dixi.s̃.eo.c.conſtitutus.iteꝫ aduerte ſcd̃o.qꝛ lꝫ hic
dicatur in ver.ſi vero.ꝙ qñ mandatũ notorie fuit iniuſtũ ꝙ pot̃
archiep̃s declarare ſubditũ ep̃i irrationabiliter fuiſſe litigatum
tñ Jnno.hic vr̃ hoc limitare.nam dicit ꝙ non dicit declaratio⸗
nem in tantum valere ꝙ alij ſibi debeãt cõicare.valebit tamen
quantũ ad hoc vt illi q̃ preſtant ſibi auxiliũ vel conſilium ꝑ ap⸗
pellationẽ ſuã proſequant̃:non intelligat̃ incidere in ſentẽtiam
maioris excõicationis.valebit etiã vt ꝑ excõicationẽ a multis
increpatus emendet id quod male fecit.⁊ ſic vt citius abſoluat
excõicatum.ſed certe vt dicit Hoſtien.vr̃ ſimpliciter ſtãdũ lite⸗
re.nam ⁊ ſatis eſt etiã rationi conſonũ ꝙ poſſit archiep̃s dictã
declarationẽ facere cũ poſſit fieri abſq; cauſe cognitiõe ratiõe
notorietatis.⁊ vr̃ poti⁹ fungi officio denuntiatoris.facit.s̃.de
elec.venerabilẽ.ver.ſunt enim.nec ob.ꝙ non dꝫ archiepiſcopus
ſe intromittere de ſubditis ſuffraganei.de offi.or.paſtoralis.qꝛ
fallit in caſu iſto ratione notorietatis.Jtem aduerte tertio qꝛ
15 inquantum hic dicit̃ ꝙ † conquerendo iniuſtitia ſn̄ie excõmu⸗
cationis corã metropolitano vr̃ ipſe comparens renũtiare ap⸗
pellationi ꝑ ipſum ad papã, Jnno.videt̃ primo hoc limitare ꝙ
intelligat̃ appellationi renũtiare ſolũ quo ad ep̃m cõtra quem
depoſuit querelã,⁊ non quo ad partẽ cũ qua non egit.⁊ ſic vult
ꝙ poterit quo ad alia fieri proſecutio appellationis ſed in alia
parte ſentit contrariũ.et vr̃ velle ꝙ intelligat̃ renuntiatũ indi⸗
ſtincte vt ſic nullaten⁹ poſſit poſtea fieri ꝓſecutio appellatiõis
Hoſtiẽ.hic pro primo dicto inducit vcꝫ ꝙ videatur renũtiaſſe
quo ad ep̃m ⁊ non quo ad partem aduerſam.qꝛ diuerſe ſunt ꝑ⸗
ſone.⁊ aliud agit cũ vna,aliud cum alia.⁊ ſic vr̃ ꝙ renũtiatio fa
cta quo ad vnã perſonã non trahat̃ ad aliã.facit.l.ſi vnus.§.an⸗
te omnia.ff.de pac.⁊ qd̃ habet̃.s̃.de teſti.veniens.ij.ſed Hoſt.
plus plꝫ ſecunda opi.per iſtum tex.⁊ qꝛ talia connexitatẽ hñt
16 adinuicem.facit qd̃ habetur in.c.pe.s̃.de re iud.❡ † Quid enĩ
ſi ep̃s abſolueret excõmunicatum poſt talem renuntiationẽ ad
mandatũ archiep̃i.⁊ demum ep̃s citaret ptes.vel ad inſtantiaꝫ
vnius partis citaret aliam.⁊ velit in principali procedere.nun⸗
quid ille qui ſuccumbet poterit excipere cõtra ep̃ꝫ de appella⸗
tione.cui appellationi renuntiauit quo ad ep̃m ſm Jnn.certe
oportet fateri ꝙ nõ ſm Hoſt.⁊ ſic ep̃s poterit ꝓcedere in prin⸗
cipali.ſed.d.Ant.hic videtur tenere primã opi.qꝛ diuerſus eſt
articulus iniquitatis ſn̄ie excõmunicationis ab articulo nego⸗
tij principalis.⁊ ſic non vr̃ abſurdum ſm eum ſi intelligatur re
nuntiatũ quo ad ep̃m reſpectu articuli iniquitatis ſn̄ie excõi⸗
cationis.⁊ non reſpectu negotij principalis quo ad ipſam par⸗
tem.ſed certe meo iudicio litera iſta vr̃ cõtra.cũ ſimpliciter di⸗
cat.ꝙ deponens querelã iniuſte ſn̄ie excõicationis corã metro⸗
politano et contra ep̃m vr̃ renuntiare appellationi.⁊ ꝓſecutiõi
eius.⁊ ideo verior vr̃ ⁊ magis de mẽte litere opi.Hoſt.nõ videt̃
attendendũ ꝙ nihil agat cũ parte.quia ſi etiã in ptis abſentia
quis renuntiaret appellationi.dũmodo de hoc cõſtaret.cũ id
pendeat ab ipſius poteſtate ⁊ mera voluntate noceret ſibi.facit
qd̃ no.in.c veniens.s̃.de renun.ꝑ Jnn.⁊ qd̃ no.etiã in.l.pom⸗
17 ponius ſcripſit.ꝑ gl.ff.de neg.geſ.❡ † Quid aũt ſi aliquis poſt
grauamen illatum anteꝗ̃ interponat appellationẽ agit corã iu
dice qui grauauit an poterit poſtea appellare.recurre ad ea que
dicta fuerũt in.c.ꝙ ad cõſultationẽ.s̃.tit.j.Jtẽ adde tertio qd
iuris ſi ep̃s ⁊ appellãs cõſentiãt vt archiep̃s cognoſcat de iniu⸗
ſtitia.nã lꝫ videret̃ ꝙ hoc fieri non poſſit ꝑ.c.ſignificaſti.de fo.
compe.ex quo appellatum fuit ad papã.tꝫ contrarium vr̃ velle
qꝛ papa non cenſetur iudex ſi renuntiatur appellatiõi.⁊ hoc ca
ſu ſatis videtur illi renuntiari pe iſtum tex.in ver.cum autem.
Jtem aduerte ꝙ per iſtum tex.declaratur qualiter dꝫ intelligi
18 id quod † communiter dicit̃ ꝙ nil dꝫ innouari appellatiõe pẽ⸗
dente.nã illud dꝫ intelligi de his que ſunt connexa articulo ap⸗
pellationis.⁊ illum cõtingunt ſecus de alijs.facit qd̃ habet̃.s̃.
19 eo.cũ teneamur.⁊ qd̃ no.s̃.de elec.cum nobis oliꝫ.❡ † Ultimo
adde ꝙ tunc dicitur mandatuꝫ ep̃i continere notoriã iniuſtitiã
qñ precipit aliquid de quo notorie pꝫ qd̃ non pot̃ ille cui ſit mã
datũ ſine perſone periculo vel peccati mortalis implere vel qñ
mandat aliquid qd̃ notorie non pertinet ad eius officium.facit
qd̃ habetur.de reg.iur.ea que ſunt.li.vj.⁊ qd̃ plene not.s̃.de tẽ⸗
po.or.ad aures.vbi etiam tractatur quibus mandatis ſit obtẽ⸗
perandum ⁊ quibus non.

a ❡ Per appellationẽ. ſi q̃ris vtrũ aliq̃s ſuperior ꝑ inferiore vel ecõ tra poſſit agere diſtingue vt hic per Henri. boych. in prin.

1 ☞ Carcerari poteſt clericus pro delicto etiã ſi ciuiliter agat̃.
2 Jnterdicere poteſt inferior epiſcopo cathedralem eccleſiam ſi
hoc cõpetat ex priuilegio vel cõſuetudine legitime preſcripta.
3 Jnferior poteſt monere ſuperiorem in his que ſpectant ad iu⸗
riſdictionem inferioris.
4 Protectioni ſuperioris ſe ſubijciens an videat̃ extraiudiciali⸗
ter appellare.
5 Appellari poteſt a grauamine futuro preparato.
6 Ceſſationem a diuinis indicere in eccleſia poteſt inferior epiſ⸗
copo.
7 Superior poteſt pro ſubiectis agere ⁊ appellare.
8 Appellatio interpoſita ad archiepiſcopum poteſt per partes
proſequi.
9 Attentata poſt et contra appellationẽ extraiudicialem ſunt
nulla.
10 Deferens appellationi non poteſt ſuam dilationem reuocare.
11 Sententia lata poſt appellationem videtur nulla.
12 Jnterdictum poteſt a promulgante ſuſpendi.
13 Sententia quando eſt ſuſpenſa ſi interiꝫ appelletur impeditur
illius executio.
14 Deferendo appellationi iudex non pot̃ agere alias non valet
quod agit etiam ſi iuſtum fuerit.
15 Judex a quo non debet ſe intromitere de attentatis poſt ap⸗
pellationem.
16 Ex apoſtolorum conceſſione iudex videtur deferre appellatio⸗
ni.⁊ nu.27.
17 Cõmunicans excõicato poſt appellationem legitimaꝫ non in⸗
currit excommunicationem.
18 Pro ſententia excõicationis non preſumit̃ quando eſt appel⸗
latum.⁊ nu.31.
19 Ceſſatione a diuinis pendente in eccleſia an celebrans in illa ſit
irregularis.
20 Attentatum poſt appellationẽ an reuocetur ſi veritas cauſe
apppelationis non probetur.
21 Superior an poſſit ſententiam inferioris relaxare.
22 Propter peccatum originale priorum parentũ humanum ge⸗
nus incurrit peccatum concupiſcentie ⁊ inclinationis ad pecca
tum que pena non tollitur per baptiſmum.
23 Sententia interdicti pure lata an poſſit ſuſpendi.
24 Et ſi ſit ſuſpenſa ad tempus ⁊ durante ſuſpenſione appelletur
ſuſpendatur ipſum interdictum ex vi appellationis etiaꝫ poſt
tempus ſuſpenſionis.
25 Excommunicationis effectus duplex.
26 Turbans diuinum officium qua pena puniatur.
27 Apoſtolos concedendo videtur iudex appellationi deferre qñ
ſimpliciter eos concedit̃ vel qñ tradit dimiſſorios.ſecus quãdo
tradit refutatorios.
28 Apoſtoli in materia appellationis qui dicantur.
29 Appellatio minus legitima an impediat effectum excõmuni⸗
cationis.
30 Excõmunicatus poſt appellationeꝫ legitimã in extraiudicia⸗
libus an ſit vitandus.
31 Preſumendum non eſt pro ſententia quando eſt appellatũ
ſed quando non eſt appellatum ſecus.
32 Superior poteſt recipere ſubditum ſuum ab alio detentum.
33 Jniuria ſi fiat ſubdito an poſſit dominus agere iniuriarum.

a **Dilectis filijs.** Per appellationẽ[a] le⸗
gitimã principale cum
acceſſorijs ad iudicem appellatiõis defert̃.⁊ ſn̄ie ex⸗
cõicatiõis vel interdicti poſt eam late nõ tenẽt.h.d.
Et in prima ponit̃ partis narratio.in ſcd̃a diffinitio.ſecunda
ibi:qꝛ vero illa.ſecundo facit duo.qꝛ primo diffinit ꝓceſſuꝫ de⸗
cani factum poſt apellationẽ ep̃i.ſecũdo proceſſuꝫ ep̃i poſt ap⸗
pellationẽ decani.ſecunda ibi:preterea.pot̃ etiam dici ꝙ tertio
declarat quoddã dubiũ ibi in ver.verũ.❡ Jn tex.ibi vocẽ ap⸗
pellationis emiſit.ſupple cui appellationi officialis detulit.et
poſtea apoſtolos tradidit.ſed tñ poſt predicta quodãmõ obli⸗
tus ꝓceſſit.vt ſequit̃.❡ Jn tex.ibi promulgatũ.⁊.ĩ.hic decidit̃
ꝙ decanus nihilominus faciebat ſupradictũ interdictũ ſeruari
propter qd̃ ep̃s excõicauit illũ.⁊ denuntiauit eũ euitãdũ tanꝗ̃
excõicatum.ſed canonici ʒenonenſes nihilominus eidẽ decano
cõicauerunt de appellatione decani cõfidẽtes.⁊ de his oĩbus.
ĩ.iudicat̃ ꝑ papã ⁊ declaratur qd iuris.❡ Jn tex.ibi cũ interim
1 hic ponitur rõ quare excuſatio decani nõ fuit valida.❡ † Not.
ĩ.ꝙ ꝑ delicto poteſt clericus incarcerari etiã ſi ciuiliter agat̃.fa⸗
2 cit qd̃ habet̃ in.c.j.ĩ.de depoſi.❡ † No.ꝙ inferior ep̃o vr̃ poſſe
habere iuriſdictionẽ interdicẽdi eccleſiã cathedralẽ qd̃ vr̃ poſ⸗
ſe ꝓcedere ſi hoc cõpetat ex priuilegio vel conſuetudine legiti⸗
me ꝓ̃ſcripta.facit qd̃ hr̃ de offi.or.irrefragabili.§.exceſſus.de iu⸗
3 re cõi ſecus.ĩ.de his q̃ ſi.a ma.par.ca.c.queſiuit.❡ † Not.infe⸗
riorem poſſe

Ayuntamiento de Madrid

riorem poſſe monere ſuperiorẽ in his que ſpectãt ad iuriſdictio-
nem inferioris.dicit tñ hic Io.an.ꝙ ꝓprie improbrioſa moni-
tio ſpectat ad ſuperiorẽ ſed humilis requiſitio ad inferiores de
ſup.negl.prela.c.i.et ideo exponit tex.dũ dicit monuiſſet.i.re-
quiſiuiſſet.qꝛ etiã cõſuetudo non põt dare inferiori poteſtatẽ
vt poſſit precipere ſuperiori vel in eũ animaduertere.cũ talis
conſuetudo eſſet irrationabilis.ſ.de ma.obe.cũ inferior.bene
tñ põt operari cõſuetudo ꝙ inferior in penã ſuperioris interdi
cat.vel quo ad diuina ſuſpẽdat.vt hic pꝫ.⁊.ſ.de offi.or.irrefra
gabili.§.i.¶ No.ſuperiorẽ poſſe ſubditũ ſibi rõne iuriſdictiõis
repetere.qñ p aliũ non habẽtẽ iuriſdictionẽ in illã exercet iu-
riſdictio.¶ Et no.etiã ꝙ agere põt vt ſubditus iniuſte carcera
4 tus relaxet.¶ †No.ꝙ actus ſubmiſſionis ꝓtectiõi ſuperioris
vr̃ habere vim appellationis extraiudicialis.etiã ſi ſubmittat
quis ſe ꝓtectiõi inferioris a papa de quo dictũ fuit.ſ.e.dilecti.
põt tñ dici ꝙ hic non fuit ſimplex ſubmiſſio ſꝫ fuit etiã accu-
5 mulata appellatio.vt pꝫ in tex.¶ †No.ꝙ a grauamine futuro
preparato vr̃ poſſe appellari.ſed certe hic vr̃ loqͥ qñ extraiudi-
cialiter appellabat quo caſu bene põt a futuro grauamine ap-
6 pellari.vt dictũ fuit.ſ.c.bone.⁊.c.cõſuluit.¶ †No.ꝙ inferior
epõ põt habere ius indicendi ceſſationẽ a diuinis in eccleſia.de
quo vt in prealle.c.irrefragabili.§.i.⁊.c.ſi canonici.de offi.or.li.
7 vi.¶ †No.ſuꝑiorẽ poſſe ꝓ ſubiectis agere ⁊ appellare.de quo
hic ꝑ Inn.⁊ Hoſt.⁊ in Spe.de appel.§. ⁊ aliqd etiã ꝑ gl.⁊ ar-
chi.i.de re iudi.c.ad apoſtolice.li.vi.⁊ ꝑ gl.in aut.de priui.e.libr.
⁊ aliqd etiã ꝑ Inn.in.c.cõtingit.i.de ſen.excõ.⁊ ꝑ Bar.in.l.i.§.
8 idẽ agit.ſ.de iniur.in ver.poſtmodũ.¶ †Not.ꝙ appellationẽ
interpoſitã ad archiepm̃ poſſunt ꝑtes proſequi coram officiali
archiepi nec mirum qꝛ cenſetur idẽ auditoriũ.vt.c.ii.de conſue.
9 in.vi.⁊ de appel.romana.e.li.¶ †No.ꝙ vbi appellatur extra-
iudicialiter a iudice actitatum poſt ⁊ contra appellationem vr̃
nullum.de quo dictũ fuit in.c.bone.ſ.e.et tanget cum gl.in ver
10 bo legitime.¶ †No.iũcto eo qd̃ dixi in litera ſup verbo emiſit
qd̃ non põt iudex q detulit appellatiõi ſuã delationẽ reuocare
11 de quo ꝑ Io.an.ſ.e.cõſtitutio.el.ii.in ver.qꝛ vero.¶ †Nota ꝙ
ſnĩa lata poſt appellationẽ vr̃ nulla.de quo cũ glo.in vbo legi-
time.¶ Not.ꝙ varians in ſui propoſitione non eſt audiendus
12 facit qd̃ hr̃.ſ.c.pxi.¶ No.ꝙ †interdictũ põt a ꝓmulgãte ſuſpẽ
di ⁊ nota ꝙ interim illo ſuſpenſo poteſt appellari vt ſic non ha
beat effectũ etiã finita ſuſpenſione ꝓmulgantis.de hoc tanget
13 ꝑ gl.ſ.e.ad hec qm̃.⁊ ibi etiã dictũ fuit ſuſpenſa.¶ †No.ꝙ vbi
ſnĩa eſt ſuſpenſa ſi interim appellet impedit illius executio etiã
mere declaratoria.Secus ſi non eſſet ſuſpẽſa.ſ.eo.paſtoralis.
14 et in.§.i.¶ †Not.ꝙ iudex deferendo appellatiõi vr̃ ſibi ligare
manus,adeo qd̃ nõ valeat poſtea id qd̃ agit etiam ſi alias ſit in
ſe iuſtum.facit.c.cũ ſi appellationibus.e.ti.li.vi.¶ No.ꝙ appel-
latio nedũ deuoluit negotiũ principale ſꝫ etiã acceſſoria ⁊ exe-
cutiua.¶ Et no.ꝙ de cõſecutiuis cẽſet.attẽtatũ poſt appella-
15 tionem.¶ †No.ꝙ iudex a quo nõ dꝫ ſe intromittere de atten-
16 tatis poſt appellationẽ.de quo in.c.ſolicitudinẽ.ſ.e.¶ †No.ꝙ
ex ſimplici conceſſione apoſtolorũ videt iudex deferre appella-
17 tioni.qd̃ no.¶ †Not.ꝙ cõmunicans excõmunicato poſt ap-
pellationẽ legitimã nõ incurrit excõmunicationem preſertim ſi
delatũ fuit appellatiõi.qꝛ plus eſt deferre appellatiõi ꝙ̃ denũ
18 tiatio excõmunicatoris.¶ Et not.ꝙ † pro ſententia excõica-
tionis non preſumitur qñ eſt appellatum.de quo aliqnid in gl.
⁊.ſ.de renun.in preſentia.¶ In glo.i.ibi vt fame.⁊ bene facit.
i.de ſen.excõ.ſi clericos.lib.vi.⁊ eo.tit.⁊.l.ſi iudex.¶ In ea gl.
ibi Ieſuꝫ.in verbo.facit qd̃ habetur.Io.viii.c.¶ In glo.ii.ibi
ſupponeret interdicto ſupple ex cauſa manifeſta ⁊ rõnabili.ſ.
de offi.ordi.c.irrefragabili.in.§.exceſſus.et tene cũ gl.lꝫ Hoſti.
hic dicat quod ex conſuetudine non poſſet cõpetere decano ꝙ
ferat interdictũ in ciuitatem per id quod notatur.ſ.de foro cõ
peten.c.cũ cõtingat.ſed ex priuilegio ſic.⁊ ſic intelligit tex.iſtũ.
ſed certe verius videtur dictũ glo.per iſtũ tex.⁊ ꝑ Ioan.qd̃ ha-
betur in dicto.c.irrefragabili.nõ obſtant not.in.c.cũ cõtingant.
quia procedunt quatenus decanus vellet inſolidũ pretendere
eandẽ iuriſdictionẽ in ciuitate quam habet epſ.qꝛ illud fieri nõ
poteſt per conſuetudinem ne in eodem corpore videantur duo
capita quaſi monſtrum de offi.ordi.quoniã in pleriſq₃.ſed hic
ſolũ pretendebat poteſtatẽ ponendi interdictuꝫ.Preterea hic
ꝓprie nõ erat interdictũ.ſed potius ceſſatio a diuinis.facit qd̃
19 habetur in.c.ſi canonici.⁊.c.quãuis.de offi.or.in.vi.¶ An† aũt
pendente ceſſatione a diuinis in eccleſia celebrãs in illa ſit irre-
gularis.Inno.⁊ Hoſtien.hic tenent ꝙ non qꝛ hec ceſſatio a di-
uinis non eſt verum interdictum.et ideo celebrans nõ incurret
irregularitatem cũ non reperiatur hoc iure cautũ.arg.c.is qui.
de ſen.excõ.li.vi.⁊ caueant religioſi non ſeruantes ceſſationem
generalem a pena cle.i.de ſen.excõ.¶ Aduerte tamẽ quia Io.
an.in.c.ſi canonici.prealle.ſup tertia gl.dicit ꝙ celebrãs duran-
te ceſſatione a diuinis non incurrit irregularitatẽ ſi ceſſatio ſuit
ſpecialis ⁊ non generalis.⁊ ſic interim in certa eccleſia ⁊ non ge-
neraliter in omnibus eccleſiis ciuitatis.ſecus ſecundũ eũ ſi fuiſ-
ſet generalis.quia illa videt equiparari interdicto ꝑ id qd̃ habe
tur in cle.i.de ſenten.excõmu.ideo tunc celebrans videt irregu-
ralis ſed forte hoc dictũ non eſt verum per ꝑallega.decre.is qui.
Nec obſtat quod habetur in dicta clem.i.quia poteſt reſpondert
vt hic etiã voluit do.Anto.qd̃ licet ceſſatio generalis in diuinis
equiparetur interdicto quo ad id de quo dicit in dicta cle.i.non
tamẽ ſequitur qd̃ quo ad omnia alia equiparetur ⁊ ꝑ̃ſertim quo
ad penam irregularitatis ex quo hoc non eſt in iure expreſſum ꝑ
prealleg.c.is qui.¶ In glo.tenebatur in fin.Sed certe iura hic
allegata loquuntur quando conſtat quẽ ꝑſeuerare in crimine.ſꝫ
hic non conſtabat captionem preſbyteri etiam factam ꝑ epiſco
pum fuiſſe iniurioſam.imo potius ꝑ̃ſumenda erat iuſta cũ ipſe
fundet intentionem ſuam in tota ſua dioceſi.de offi.ordi.cũ epi-
ſcopus.lib.vi.Et ideo non potuit decanus de iure procedere ad
interdictum ſeu ceſſationem.vt etiam voluit gloſſ.i.in ver.mo-
dos.ad finem.¶ In glo.diuerſos modos ibi vel conſimiles for
te voluit ſe paratum ſtare in iudicio ⁊ conſilio archiepi vel amſ
corum cõiter electorũ ⁊ quodlibet exemplũ in ſe eſt bonum ⁊ põ
teſt procedere ꝓut habetur in litera vel ſaltem recrederet.ſed ſi
habetur in tex vel ſaltẽ recrederet prout cõiter habetur ⁊ eſt vul
gare gallicorũ qui homines captos vel pignora recredunt rela-
xando ſubiecta cautione vel fidei illius credunt cui tradũt ⁊ cre
dunt ⁊ ad tpˢ infra qd̃ queſtio propter quã eſt facta detẽtio ſit
determinata ita ꝙ ſi id non fiat infra terminum debeant tũc ho
mines capti vel pignora capta reuerti ⁊ reduci in recredentium
poteſtatẽ tunc videt quod melius ſit exẽplũ poſitũ ibi vel ſi de-
canus ⁊ aliud qd̃ addidi ad glo.qꝛ litera videt innuere quod epſ
non acceptauit aliquã partẽ alternatiue petitiõis decani.vt pa
tere põt ex his que.ſ.dixi.¶ In ea gl.ibi qꝛ non erat notorius
ſupple ⁊ etiã quia latum fuit poſt appellatiõem epi.vt patet ex
litera.¶ In glo.legitime in fi.Hoſt.vero dicit qd̃ hic fuit appel
latio extraiudicialis interpoſita ex probabili cã a futuro graua
mine qd̃ fieri potuit.ſ.eo.in.c.bone.nã probabiliter potuit epſ
appellare timẽs ne decanus prorumperet ad interdictũ ex quo
diuerſos modos obtulerat decano ſm quos paratus erat ſibi
exhibere iuſtitiã.vt litera hic dicit.⁊ ſic non obſtat.c.vt debitus.
qꝛ loquitur in appellatione iudiciali in qua non appellat a futu
ro grauamine ſed a preterito expreſſa cauſa legitima.Inno.ve-
ro hic in vna ꝑte dixit ꝙ licitum fuit epõ appellare ſine cauſe ex
preſſione ꝑ decre.ſup queſtionum.§.nos autem.ſ.de offi.deleg.
Sed certe illa hoc non ꝓbat vt patere poteſt intuenti.vnde te-
ne ꝙ dixi poſt Hoſti.⁊ fuit etiã de mente ipſius Inn.in alia ꝑte.
Sed aduerte qꝛ fortiter vr̃ obſtare huic tex.id qd̃ hr̃.ſ.c.ad au
20 dientiã.vbi videt †ꝙ non debeat reuocari factum poſt appella
tionem niſi probet veritas cauſe appellationis.facit qd̃ no.in.c.
i.i.de his que ſi.a ma.par.ca.⁊.c.vt debitus.i.eo.propter hoc di
cunt quidam ꝙ ſpeciale eſt in ſnĩa excõicationis vt ſufficiat ap
pellationem interpoſitã eſſe ex iuſta cauſa ad hoc vt ſnĩa excõi
cationis poſtea lata dicatur nulla ⁊ retractetur lꝫ aliter non do
ceatur.de veritate cauſe appellationis ⁊ eſt ratio ſm iſtos.quia
nemo dꝫ excõicari ſine cã que ꝓbanda vr̃ per ipſum excõicantẽ
de ſen.excõ.ſacro.ſed contra iſtã ſolu.facit tex.in ꝑalleg.c.ad au
dientiam.vbi videtur litera ꝙ appellans habeat ꝓbare ſe irra-
tionabiliter excõmunicatum ⁊ ſic ꝙ probet veritatẽ cauſe appel
lationis ſed ad dictã decr.nituntur rñdere ꝙ ibi non loquitur de
ſen.excõ.ſed de diffinitiua per quam iudex amouerat ab eccle-
ſia preſbyterum appellantẽ non ꝑ̃miſſa cauſe cognitione nec or
dine iudiciario obſeruato quo caſu certum eſt ꝙ ſiue fuerit appel
latum ſiue non reſtituendus eſt ſic remotus de ſti.ſpon.conque
rente.⁊ hec ſolut.videtur nimis reſtringere illam decre.ideo po-
tes dicere vt etiã hic tangit Inno.ꝙ hec appellatio fuit interpo
ſita extra iudiciũ ex cauſa ꝓbabili ⁊ veriſimili hoc eſt a iure ap-
probata.facit quod dixi in.c.bone.poſt glo.ſ.eo.ideo non opor
tet ꝙ aliter iuſtificetur ex diſpoſitione iuris cõmunis vel etiam
ex conſuetudine in loco notorio.nã tunc hic eoipſo dicitur con-
ſtare de veritate cauſe ſi aliud non probetur in oppoſitum.⁊ ita
loquitur hic.nã de iure cõmuni approbatum eſt ꝙ non põt de-
canus interdicere eccleſiam in preiudicium epi etiã ſi ex conſue-
tudine hoc habẽat niſi ex manifeſta ⁊ rationabili cã id faciat.ſ.
de offi.or.irrefragabili.§.exceſſus.⁊ dixi.ſ.gloſſ.ii.Et ideo ſi de
canus hic nullam ꝓbabilẽ cauſam ⁊ manifeſtam habebat.ideo
non potuit interdicere ⁊ iuſta fuit appellatio epi ꝓ quo ius com
mune faciebat ſine alia probatiõe.Secus ſi decanus allegaſſet
iuſtam ⁊ manifeſtam rationabilem cauſam.quia tunc ſi illã pro-
baret non decerneretur irritum interdictum licet latum poſt ap-
pellationem epi.ſed vt dixi hic nullam talẽ cauſam allegauit nec
probauit.⁊ ideo interdictum pronunciatum fuit nullum.⁊ plus

Ayuntamiento de Madrid

dicit Jnno. qđ idem dicendū ſi habuiſſet aliquā iuſtam cauſam
ſed non manifeſtam. q2 nō potuiſſet ponere interdictū. vt. d. c.
irrefragabili. ¶ No. tñ diligēter primā ſolutionē que voluit qđ
ſnīa excōicatiōis ſit nulla coipſo qđ lata eſt poſt appellationē
legitimā. lʒ aliter non probeť veritas appellationis. Sed certe
dicta ſolutio nō eſt tuta p id qđ habetur in tex. ⁊ glo. in. c. licet.
de ſen. excō. li. vj. ⁊ vbi pʒ qđ ita demū ſnīa excōicatiōis dʒ dici
nulla lata poſt appellationē legitimā ſi pbeť veritas cauſe ap-
pellationis. ¶ Jtē aduerte ꝙ videreť ꝙ appellatio hic nō fuit
legitima q2 non tenebatur ſeruare interdictū latū p decanum ſi
nō erat latū ex manifeſta ⁊ rationabili cauſa. de offi. or. irrefra-
gabili. §. j. ſed pōt dici qđ lʒ de iure ſit verū. tñ forte ſi populus
de facto obediret ſnīe decani nō eſſet ſine rubore ⁊ ſine verecū-
dia ecclēie qđ tunc abſtineret ab ingreſſu eccleſie ipſo celebrāte di-
uina. ⁊ ideo fuit iuſta cā appellandi. facit qđ hť in. l. nec timorē.
21 ff. qđ met. cā. ⁊ eadē rōne nō obſtāte ſi dicať qđ † ſuperior poſt
ſnīam inferioris pōt ſnīam inferioris relaxare. de offi. ord. c. ij.
cum no. nam pōt rñderi primo qđ illud facere non dʒ ſine cā. vt
ibi nota. ¶ Jtē ſcđo poteſt dici ꝙ lʒ de iure poſſet relaxare tñ
forte de facto ſeruaret ſnīam interdicti populus non obſtante
relaxatione. ⁊ ideo interfuit epī poſſe appellare ⁊ legitima fuit
appellatio ex quo timebat ſibi fieri preiudiciū ſaltē de facto p
22 ſuperius dicta. ¶ † Jn gloſ. ſuſpēdendū ibi effectus originalis
peccati ſuſpēdiť q2 lʒ propter peccatū originale priorū parētū
humanū genus incurrerit penā cōcupiſcentie ⁊ inclinatiōis ad
peccatū que pena etiā hodie nō tollitur p baptiſmū tñ dicitur
ſuſpēdi eius effectus; q2 ppter gratiā q̄ imprimiť in baptiſmo
poteſt quis reſiſtere tentationibus inclinationibus inclinanti-
bus ad peccatū. ¶ Jn ea gl. ibi ipſa acceptilatio qđ ſi accepti-
latio hť inſtitu. qb9 modis tollatur obligatio. §. eſt aūt. ¶ Jn
ea. gl. ibi. ſed id qđ dicit hic ⁊c. ¶ Aduerte q2 duo principaliter
23 tetigit glo. vnū eſt an † ſnīa interdicti pure lata poſſit ſuſpēdi.
Aliud eſt p̄ſuppoſito qđ poſſit ſuſpēdi. an ſi ſit ſuſpēſa ad tp̄s
⁊ durante ſuſpenſione appelletur ſuſpendať ipſum interdictū
ex vi appellatiōis etiā poſt tp̄s ſuſpēſionis. ¶ Circa primū gl.
clare concludit qđ ſic. lʒ ſecus ſit in excōicatione ⁊ pro hoc bene
facit iſte tex. ¶ Circa ſcđm gloſ. vť aliqualiter vacillare. Tamē
24 cōiter tenetur qđ † ex qui appellationis interpoſite durāte tē-
pore ſuſpenſionis ſuſpēdiť interdictū etiā poſt tp̄s ſuſpenſio-
nis p iſtū tex. cauillādo eū. de quo etiā dictū fuit in. c. ad hec qm̄
25 ꝫ. eo. ¶ † Jn ea. gl. ibi effectus vero excōmunicatiōis ⁊c. cū gl.
concordat Hoſt. dicens ꝙ duo ſunt effectus ſnīe excōicatiōis
vnus per quē ligatur anima in prolatione ſnīe facta etiā in ab-
ſentem. ꝫ. eo. cū ſit romana. ⁊ iſta non poteſt ſuſpēdi qñ ſenten-
tia excōicationis eſt pure lata nec denūtiatio tūc plus hʒ liga-
re. ꝫ. eo. paſtoralis. §. j. ¶ Secundus eſt effectus q2 quē ſeparat
a cōmunione hominū de excep. c. piā. li. vj. ⁊ iſte paraficať in re-
nuntiatione. q2 ante denuntiationē interdū reputatur occult9
nec vitatur in publico. de ſen. excō. c. cū non ab hoīe. ¶ Poſſet
tñ ignorantia allegari ex pte pticipantis ⁊ etiā excōicati ⁊ hoc
caſu qñ ignorans fuiſſet excōicatus. dicit Hoſti. ꝙ ſuſpendetur
denūtiatio ſi appellat p id qđ dictuʒ fuit in. c. paſtoralis. ꝫ. e. ti.
¶ Jn glo. exequendā ibi anteꝙ̄ de appellatiōe cognoſcať hoc
verum qñ appellatum eſt a diffinitiua. Sec9 ſi ab interlocuto-
ria ſaluo niſi proceſſus eſſet factus poſt inhibitionē canonicam
vt plene. j. eo. lib. vj. non ſolū. Et nota. diligenter ꝙ lʒ hic deca-
nus extraiudicialiter pcedendo tulerit ſnīam interdicti tamen
de appellatiōe poſt illā interpoſitā iudicatur. vt de appellatio
ne interpoſita a diffinitiua. vt hic colligiť ex hac glo. coniuncta
26 cū tex. ⁊ forte clarius alibi de facili nō reperies. ¶ †. Jn glo. p
turbare. in ſi. adde qđ ꝭm leges eſt pena capitalis turbare diui-
num officiū. vt habeť in. l. ſi quis in hoc genus. ⁊ auť. ibi poſita.
C. de epi. et cle. et. l. denuntiamus. C. de his q ad eccle. cōfugiūt.
¶ Et aduerte q2 lʒ decanus videreť turbare diuinū officiuʒ ex
quo interdictum p eum latū nō tenebat ⁊ conabať illud face-
re obſeruari, tñ ppter appellationē per eū interpoſitaʒ ad pa
pam exēptus erat a iudicio epī ⁊ archiepī. ꝫ. e. c. paſtoralis. §. j.
ideo non potuit p epm̄ excōmunicari. ¶ Jn glo. deferēdum ibi
primo non detulit. Jnno. vero aliter dicebat vt dixi ſup text. in
verbo emiſit. Nam dicebat ꝙ imo etiā primo loco officialis de-
tulit appellatiōi ⁊ tradidit apoſtolos poſtꝙ̄ predictorū fuerat
oblitus proceſſit ad denūtiandū interdictū nullum. ¶ Not. tñ
ſcđm intellectum gloſ. qđ delatio reddiť nulla etiā prius attēta
ta nedū attētata poſtea qđ eſt notandū ſecundum dñm Anto.
Hoc tñ forte non eſt ſine dubitatione. q2 ſi valuit factum. tamē
delatio nō vť ꝙ debeat annullari lʒ poſtea deferať ꝙ̄ꝙ̄ iudex
27 appellatiōis poſſit illud reuocare ſi ſibi videatur. ¶ † Jn eadē
glo. ibi ⁊ apoſtolos conceſſit. ⁊ ſic vť velle glo. cōiuncta cū text.
ꝙ iudex concedēdo apoſtolos videatur deferre appellatiōi qđ
eſt verū qñ ſimpliciter concedit apoſtolos vel etiā concedit vel
tradit apoſtolos dimiſſorios. Secus ſi tradit apoſtolos refuta-
28 torios vt in. c. ſi. j. eo. in. vj. ⁊ ibi etiā nota qui dicanť † apoſtoli in
materia appellationis. nā in effectu ſunt litere dimiſſorie quas
iudex a quo dirigit iudici appellationis p quas dimittit pceſſa
ſuo iudicio ⁊ tranſmittit ad iudicem appellationis. facit qđ ha-
29 betur in. l. j. ff. de libel. dimiſſo. ¶ † Jn gl. pe. ibi impedit effectū
excōmunicationis qđ vť eſſe falſum ſeu contra iura q2 demū vť
impediri effectus excōicationis qñ lata eſt poſt appellationem
legitimā. vt in. c. p tuas. j. de ſen. excō. ¶ Jn ea. gloſ. in ſi. hec ſo-
lu. vera eſt in ſe. tñ do. Ant. hic dicit ꝙ non fuit impedita excōi
catio ſeu effectus eius ppter appellationē minus legitimā ſed
ex eo q2 propter delationem iudicis impediri videntur attenta
ta lʒ appellatio fuerit minus legitima ⁊ iſtud videretur pcede-
re ꝭm intellectum Jnno. de quo. ꝫ. dixi in gl. ſup verbo deferen
dum. poſſet etiā dici ꝙ ꝭm iſta iura dūmodo appellatio non eēt
manifeſte fruſtratoria non debeat aliquid attentari per id quod
habeť. ꝫ. eo. puenit. ⁊ facit qđ dictū fuit. ꝫ. eo. paſtoralis. Sol. tñ
gl. vť tutior intelligendo ꝙ ex aliqua cā iuſta cōcernente ipſum
negotiū principale fuit appellatum p decanū. ¶ Jn gl. ſi. in ſi.
ſed certe concluſio glo. non vť literam delcarare ſed potius illā
30 ambiguā reddere. vnde potes dicere ꝙ † excōicatus poſt appel-
lationem legitimā in extraiudicialibus non eſt euitandus licet
in iudicialib9 ſic p̄terquā in articulo appellatiōis. j. d ſen. excōi.
ſolent. li. vj. ⁊ ideo poterūt iſti canonici extraiudicialiter cōica-
re iſti decano. vbi aūt eſſet dubiū an qs eſſet excōicatus ante ali
quā appellationē tunc bene procedit concluſio gloſſ. q2 tūc in du
bio potius deberet euitari p. c. illud. allegatum in gl. ¶ Et no.
31 etiā ex hoc tex. cū gl. ꝙ † qñ eſt appellatum non videtur p̄ſumen
dum p ſnīa lʒ ſecus ſit qñ non eſt appellatū ad hoc text. cū glo.
no. in. l. herennius. §. caia. ff. de euictio. de quo etiā p gloſ. ⁊ doct.
in. c. in p̄ſentia. de renū. ⁊ p ea que. ꝫ. dixi ꝙ ſi excōicatus poſt ap
pellationem legitimā pendente appellatiōe eligatur ꝙ non pec
cant eligentes cum ei poſſit extra iudiciū cōmunicari ⁊ tenebit
electio ſi obtineat in cā appellationis. facit qđ dictum fuit in. c.
32 paſtoralis. in glo. penul. ⁊ ſup ea. ꝫ. e. ¶ † Extra glo. aduerte p̄
mo ꝙ lʒ ſuperior poſſit repetere ſubditū ſuū ab alio detentum
facit quod habetur in. l. de iure. ff. ad muni. vbi etiā cōmunitas
repetit ciuem ſuum. ⁊ de decu. l. generali. lib. x. tñ hoc eſt verum
corā iudice competenti. non aūt de facto ſibi ius dicendo. vt hic
pbať. creditor aūt debitorem ſuum ab illo detentuʒ non poteſt
repetere: q2 nullum ius reale hʒ in pſonā eius. j. de pigno. c. ij. ſe
cus in p̄dictis. facit qđ no. p glo. ij. in. c. ſi iudex laicus. de ſen. ex-
com. lib. vj. ⁊ adde etiā qđ no. Jnno. in. c. querelā. de elec. vbi tan
git de tertio inhibente debitori ne ſoluat. facit qđ habetur in. l.
ſi. cum auť. ibi poſita. C. depoſi. Jtem aduerte ſecundo p iſtum
text. circa finē. in ver. verum a contrario ſenſu ꝙ ſolū reuocētur
attentata p iudicem a quo qñ ſibi innotuerat de appellatiōe ab
eo interpoſita quod videtur contra ea que habentur. ꝫ. eod. c. pa
ſtoralis. §. j. propter qđ Jnno. hic ad literā in verbo innotuerat
ſuppleat maxime q2 idē ꝭm eum ſi non innotuiſſet archiepo de
appellatiōe interpoſita ad papā q2 forte fuiſſet facta in eius ab
ſentia. nā nihilominus fuiſſet ps appellans exempta ab eius iu
riſdictione p p̄alleg. c. paſtoralis. §. j. ⁊ ſic videtur velle Jnnocē.
quod non ſit neceſſe appellare in p̄ſentia iudicis a quo appella-
tur. ſed de hoc dic vt dictum fuit. ꝫ. eo. ſuggeſtum. ⁊ no. glo. in. c.
33 appellatio. in. vj. ⁊ tangetur. j. eod. ſi iuſtus. ¶ † Ultimo tangit
hic Jnno. ⁊ Jo. an. ſi fiat iniuria ſubdito poſſit dominus iniu-
riarum agere ⁊ ꝙ ſic ſi in iniuriam dñi fiat ſiue ſit dñs ratione iu
riſdictionis ſiue forte ſit dñs poſſeſſionis in qua moratur colo-
nus qui iniuriā eſt paſſus. facit qđ no. Bart. in. l. j. §. idē ait. ff. de
iniurijs. ſecus ſi non fiat in iniuriam dñi. Si aūt turbatur colo
nus in poſſeſſione, tunc etiaʒ q2 ex hoc videtur turbari dñs poſ-
ſeſſionis competet dño interdictū vti poſſidetis ſicut etiā ſi ex-
pelleretur colonus cōpeteret dño interdictū vnde vi. l. peregre.
§. quibus. ff. de acqui. poſ. Pro furto aūt facto ſubiecto non po
teſt dñs agere nec ſimpliciter actione perſonali ſibi competenti
pro debito, q2 non eſt illius procurator niſi aliter haberet man-
datum. de quo etiā p glo. in. c. autoritate. de priuile. in. vj. Jdem
videtur ſi res aliqua coloni ſibi violenter auferatur cū eadem ſit
rō. lʒ Jnnocē. videatur hic facere differentiā inter furtum ⁊ vio
lentiā. ⁊ non bene quantū ad hoc cum ſit eadem rō vtrobiqꝫ. ⁊ p
conſequens idē ius. de conſti. trāſla. fatendum eſt tñ ꝙ poteſt ſu
perior inſtare vt ſubdito ſuo miniſtretur iuſtitia ſi non miniſtre
tur poterit procedere ad repreſalias. vt etiā hic voluit Jnno. de
quo in. c. j. de iniur. ⁊ dam. da. li. vj. ⁊ de reg. iur. in mercurialibus.
in regula. non debet. lib. vj.

1 ☞ Factum non poteſt haberi pro infecto.
2 Pendentia appellationis non impedit poſſeſſionem conſecuti
nam ad effectum de preterito non ſuſpenſiuum.
3 Papa habet plenitudinem poteſtatis.



Ayuntamiento de Madrid

8 **V**T noſtrum. Poſtq̄ papa[a] cauſas ad ſe reuocauit non valet pro ceſſus agitatus per inferiorē ſicut nec valeret ſi prius ab eo fuiſſet legitime appellatū. h. d. ¶ Et ponit di ctū ꝛ rōnē dicti. ibi cū plus ꝛ pro poſitione caſus vide glo. in. c. vt noſtrū. ſ. vt eccleſiaſtica bñficia cui⁹ hec decre. eſt ps. ¶ Not. vnum actum ſuſpenſiuū iuriſdictiōis inferioris. l. qñ ſuperior reuocat ad ſe cām corā inferiore vertentem. facit qd̄ habetur in

1 c. paſtoralis. §. preterea. ſ. de offi. dele. ¶ † No. ꝙ licet factū reſpectu facti ipſius non poſſit haberi pro infecto. vt in. l. ſi bello. §. fratre. ff. de capti. tñ bene haberi pōt pro infecto quo ad effectum iuris. facit qd̄ habetur in. l. non dubiū. C. de legi. et in cle. j. in ver. ipſo iure. de here. ꝛ p3 hic q2 licet traditio ſigilli quatenus in facto conſiſtit non poſſit irritari. tñ irritatur quo ad effectum juris vt ſic ius ꝛ poteſtas ſigillandi non cōpetat ex tali traditione. ꝛ vt etiam litere ſigillate tali ſigillo non habeāt vi

2 gorem. ¶ No. ꝙ l3 † pendentia appellatiōis nō impediat poſſeſſionem cōſecutiuā ad effectū de preterito nō ſuſpēſiuū. vt pa tet. ſ. e. conſtitutus. ꝛ bene facit. ſ. eod. paſtoralis. §. j. tñ ſec⁹ vr qñ ſuperior reuocat negotium ad ſe. et ſic videtur plus operari reuocatio q̄ appellatio ꝛ p hoc facit quia appellatio nō ſemper eſt iniuſta ꝛ ideo attentata poſt appellationē nō ſemper retractantur. vt p3. j. eo. nō ſolū. lib. vj. ¶ Sed reuocatio ſemper cenſetur iuſta ex quo facta eſt per ſuperiorē ꝛ ſemp aduoc... iuriſdictionem inferioris. facit. ſ. de iudi. l. iudicium ſoluitur. per quā. l. videt idē dicendū in reuocatione facta ab inferiore a papa eo caſu quo poteſtatē habet reuocandi ꝛ ſic vr maioris virtutis eſſe reuocatio q̄ appellatio ꝛ p hoc poſſunt tolli aliqua contraria que tangit hic Inn. nā primo poteſt tolli ſ̄rīū de. c. conſtitutus. el. ij. ſ. e. p qd̄ videbat ꝙ non deberet impediri traditio ſigilli velut conſecutiue ad collationē factā per archiepm ante reuocationē cauſe ad papam nā illud. c. loquitur in appellatione. hic aūt in reuocatione negotij ad papā que vr eſſe maioris virtutis vt predixi vel pōt dici ſecundo ꝙ in. d. c. cōſtitutus. confirmatio fuit legitime facta. q2 appellatio ibi facta fuit clandeſtine. vt etiam tangitur p gl. in poſitiōe caſus. j. vt eccleſiaſtica beneficia. c. j. in glo. j. ꝛ reuocatio preceſſit traditionē ſigilli. Ideo facilius hic retractatur attentatū poſt dictā reuocationē ex quo clandeſtine facta fuit collatio. Uel tertio pōt dici ꝙ poſſeſſio conſecutiua ad factū de preterito nō ſuſpenſum nō impedit qñ eſt puri facti ꝛ nō eſt ius annexū. ꝛ ita loquitur ibi. ¶ Sed hic traditiōi ſigilli erat aliqd̄ ius annexū exercēdi officiū ſigillādi. Inno. tñ finaliter reſidet in prima ſolutiōe. ¶ Itē vr ſcdō poſſe ſolui p predicta aliud contrarium. nam videtur qd̄ archiepē exiſtens in poſſeſſione cōferendi propter pendentiam litis non debeat impediri quominus vtatur ſua poſſeſſione tradendo ſigillum per. c. laudabilem. ſ. vt lit. pend. nam pōt dici qd̄ illud verū qñ aliter pendet lis q̄ p reuocationē negotij ad ſuperiorē. vel ſcdō poteſt dici qd̄ contrariū procedit qñ queſtio ſuper iure conferēdi eſt inter ptes tantū. nā qñ eſt cum ſuperiore ſaltē papa q2 tunc qñ agitur cum papa vel alio habēte cauſam a papa preiudicaret vt eſt ille pro quo papa ſcripſit tūc lite tali pēdēte nihil eſt innouandū ne preiudicet illi p quo papa ſcripſit vel iuri ipſius pape q dicebat ad ſe ius conferēdi cācellariā deuolutū et ideo irritādū eſt id qd̄ in eius preiudicium eſt attentatum. facit. ſ. de ſup. negli. pre. licet. que ratio videtur ceſſare quando eſt queſtio inter partes tantū. Sed iſta ſol. non vr tuta. vt hic tangit. d. Ant. q2 nō vr bona rō diuerſitatis qd̄ non poſſit qs vti ſua poſſeſſione ſiue lis ſit cū papa ſiue cū alio: ideo Inn. tāgit aliā ſolutionē qd̄ hic ſit ſpāle ex eo q2 papa cōceperat ꝯ collationē factā ab archiepō ex veriſimilibus ſuſpitionibus. vt p3 in. d. c. j. ſ. vt eccleſiaſtica beneficia. ꝛ hec ſolutio magis placet Inno. q̄ precedens. tñ finaliter videt reſidere qd̄

3 iſtud operet reuocatio negotij facta p papā † apud quē eſt plenitudo poteſtatis. ij. q. vj. decreto. ꝛ. ſ. d vſu palii. c. ad honorē. ideo illa pēdente d3 retractari interim attētatū. facit qd̄ habet in. c. inter cetera. ſ. de preben. aduerte q2 qñ expreſſe papa reuocat negotium ad ſe hoc eſt clarum. dicit Inno. in. c. cum. Ab. de conſtitu. ad finem. ꝙ quo ad litigantes eoipſo intelligitur reuocare ꝙ incipit de cauſa cognoſcere. dicit tamen ꝙ ſecus eſt quo ad alium tertium. facit etiam qd̄ notat. Archid. iij. q. vj. ꝛ. mul tum ſtupeo. ꝛ adde etiam quod no. Jo. mona. ꝛ Gar. in. c. cupiētes. §. fin. in verbo gratia ad fi. de elec. in. vj. ¶ Ultimo tangunt hic docto. an alieno ſigillo poſſit ſigillari. de quo in. c. cus inter vos. ſ. de re iudi.

1 Iudex a quo non eſt neceſſario in reſcripto exprimendus.
2 Terminus aſſignatus ad appellationem proſequendam non habet vim dilationis.
3 Deferre appellationi an videatur iudex ſi in inſtrumēto dicat ꝙ iudex bene recepit appellationem.
4 Terminus ad abſolutionem proſequendā qñ incipiat.
5 Terminus ſtatutus a iure ad proſequendam appellationē nō poteſt prorogari ſed pōt abbreuiari.
6 Terminus ſtatutus ab homine nō pōt preueniri in impetratione bene p appellatū nec per appellantē. ꝛ nu. 12. ꝛ. 17.
7 Ubi terminus non eſt ſtatutus a iudice vel a pte pōt appellat⁹ impetrare dummodo nimium nō precurrat. ꝛ nu. 13.
8 Iudex a quo non poteſt ſtatuere terminum ad finiendam appellationem.
9 Supplere poteſt iudex ex officio non ſolū in tangentib⁹ publicam vtilitatem. ſed etiam quando tangitur preiudicium eccleſie particularis.
10 Litere ſecunde non facientes mentionē de primis non valent.
11 Adminiſtrare nō poteſt ille a cuius cōfirmatiōe eſt appellatū.
14 Terminum ad proſequendam appellationem abbreuiare an poſſit iudex ad quem in cauſa matrimoniali ſiue vbi periculum imminet.
15 Et an in cauſa principali electionis ſit aliquis terminus a iure ſtatutus.
16 Appellatus in impetratione debet facere mentionē de appellatione et etiam appellans.

**O**Blatenobis. Si terminū appellationis pſequende ſtatutu3 ab hoīe altera ps puenit eo tacito literas īpetrando litere non valent. terminus tñ iuris pōt pueniri dūmodo nimiū non precurrat. h. d. ſcda ibi. l3 igitur. q ſubdiuidit q2 primo diſtinguit. ꝛ ſcdō proſequit vnū membrū diſtinctiōis ibi ſi vero. Tertio inſtruit iudicē ibi ſuperior. Quarto cōcludit ad caſū ppoſitū ibi ex his circa finē. ¶ No. ex tex. p opi. Uber.

1 de bobio ꝙ † nō ſit neceſſe in reſcripto appellatiōis exprimere iudices a quo. de quo etiā in Spe. de ap. §. de offi. ꝛ. ānpe. ꝛ. bñ
2 facit iſte tex. dū d̄t qdā iudices. ꝛ nō noiat illos. ¶ † No. ꝙ terminus aſſignatus ad appellationē pſequendā nō h3 vim dilationis cū iſta ponant hic vt diuerſa. de quo etiā p gl. j. e. cū ap
3 pellationibus. ¶ † Quid aūt ſi in inſtro dicat ꝙ iudex bene recepit appellationē. an videat deferre. tanget in Spec. ꝙ nō videat detuliſſe. dicit tñ clemētē voluiſſe contrariū ꝛ p dicta cle. bñ facit tex. in. c. ſepe. ꝛ ibi etiā tetigi. ſ. e. ¶ No. forma īpetrādi ꝛ cōſequenter libellandi p appellatū ſup appellatiōis cā q2 h3
4 impetrare ſup ꝯfirmatiōe ſnīe. ¶ † No. ꝙ ad appellationē pſequendā a iure ſtatuit termin⁹ a die late ſnīe. ſed veritas eſt qd̄ incipit a die appellationis interpoſite. vt dictū fuit in. c. ex ro
5 ne. ꝛ no. in cle. ſicut appellationē. de appel. ¶ No. ꝙ † termin⁹ ſtatutus a iure ad pſequendā appellationem nō poteſt prorogari p ptes vel iudicē ſed bene poteſt abbreuiari de primo recurre ad id qd̄ dictū fuit. ſ. e. ¶ No. ꝙ termin⁹ appellatiōis pſequēde pōt abbreuiari p ſtatutiōne termini factā ab appellāte vel iudice ꝛ ſic a contrario vr ꝙ non poſſit appellatus ſtatuere terminū appellanti de quo etiā p Jo. an. ꝛ Inno. in. c. cordi. j. e. li. vj. ꝛ hoc etiā tenēt do. de Rota ſua cōclu. cxcix. ꝛ facit qd̄ no. Spe. in tit. de appel. §. nūc breuiter. v. l3 aūt. Poteſt tñ appellatus approbare appellationem ſcdm formā. c. ſepe. j. e. ꝛ. c. cor
6 di. j. e. lib. vj. ¶ † No. ꝙ termin⁹ ſtatutus ab hoīe nō pōt preueniri in impetratiōe per appellatū nec etiā p appellātē. vt hic h3 coniuncta gl. ſ. eo. ſepe. non facta mentione de ipſo termino
7 vnde tunc litere cenſent ſureptitie ꝛ nō valēt. ¶ † Not. ꝙ vbi non eſt terminus aliquis ſtatutus a iudice vel a pte pōt appel latus impetrare dūmō nimiū nō pcurrat ita ꝙ ſupplātet aduerſariū. ꝛ ſic a ꝯrio vr ꝙ appellanti licitum ſit quandocunq̄ infra terminū iuris impetrare. de quo in gl. ꝙ appellante nō pſequēte pōt appellat⁹ pſequi appellationē. de quo plene. ſ. eo. ſepe. ꝛ facit etiā qd̄ no. ſ. de reſcrip. ex pte. s. ꝛ aliqd etiā dictum fuit. ſ. eo. ex ratione. ¶ † No. ꝙ l3 iudex a quo non poſſit
8 ſtatuere terminū ad finiendā appellationē. ſ. eo. ex inſinuatiōe tñ hoc pōt facere iudex ad quē de cauſa. vt qñ eſt cā q celeritate3 deſiderat ꝛ nota ꝙ vbi negotiū tāgit publicā vtilitatē pōt etiā ſuperior ex officio ſe interponere. ſ. de elec. cū nobis olim. de poſtu. prela. bone. ¶ No. ꝙ eoipſo ꝙ dat vacatio in eccleſia ſatis d3 imminere periculū. q2 deeſt cura paſtoris q poſſit ha
9 bere curā animarū ꝛ nota ꝙ in tangentibus publicā † vtilitatem nedum pōt iudex ex officio ſupplere. imo etiā d3 qñ tāgit preiudicium eccleſie particularis. facit qd̄ habetur in. d. c. bo
10 ne. el. j. ꝛ. ſ. de inſtitu. cum veniſſent. ¶ No. ꝙ † litere ſecunde nō facientes mentionem de primis nō valent. de quo in. c. ceterū.
11 ſ. de reſcrip. ¶ No. ꝙ † ille a cuius confirmatiōe eſt appellatū interim non adminiſtrat. ꝛ ſic facit ad no. in. c. auaritie. de elec. in. vj. ¶ No. ꝙ iudex impetrat⁹ ab appellato ſup cōfirmatiōne ſnīe non ſemp ꝯfirmabit ſnīam ſ3 poterit ēt illā infirmare ſi viderit eam infirmādā ꝛ eodē mō ſi appellans impetrauit ſup infirmatione ſnīe poterit iudex illa3 infirmare ſi ſibi videatur.

¶ Poſtq̄ papa. eodē mō ſūmat hic. d. abb. vide poſt. do. Joā. ꝛ diſt. d. De. borch.

Ayuntamiento de Madrid

facit quod no. Innocen. de offi. deleg. cũ contingat. ⁊ in. c. ex cõ-
queſtione. de reſti. ſpo. ¶ In glo. prorogari. in fine. dicit tamen
Jo. an. ꝙ illud non eſt proprie prorogare ſed potius parcitur et
qui infra tempus legitimũ ꝓpter impedimentum non proſe-
quitur. facit qđ not. Jo. an. in addi. Spec. in tit. de appel. §. nunc
breuiter ver. illud aũt ſcias. et in Spe. de deleg. §. fi. ver. item ꝙ
12 iuriſdictio. ⁊ in ver. ſeq. ¶ † In gl. appellata ibi neutra ps ⁊c.
⁊ eſt ratio diuerſitatis qualiter terminus hominis a neutra ꝑ-
tium põt preueniri ⁊ terminus iuris ſic: q: termin⁹ hominis cõ
muniter eſt breuis. q: moderatur ſeu abbreuiat legẽ. s. eo. cum
ſit romana. vel quia homo eſt magis dedignantis nature ꝙ̃ lex
ideo mitius agitur cũ l. ꝙ̃ cũ homine. l. celſus. ff. de arbi. vel dic
verius ſm Jo. an. ꝙ ratio eſt quia terminus iuris datur ad fi-
niendam appellationem vt infra ſequitur in gl. ideo neceſſe eſt
ipſum preuenire ſed terminus hominis datur ad inchoandũ.
ideo merito non preueniretur. ¶ In eadem gl. in fi. ⁊ adde qđ
habetur in cle. ſicut appellationẽ. ⁊ in cle. quãdiu. de appella. ⁊
13 s. eo. ex ratione. ¶ † In glo. precurrãt. in fine. ſed qñ dicet ni-
mis precurrere dicit ſcđm Jo. an. ꝙ iſtud erit arbitrariũ inſpe-
cta qualitate cauſe ⁊ conditione perſonarum ⁊ loci diſtãtia. fa-
cit qđ habetur. s. e. cũ ſit romana. ⁊ de elec. c. cupientes. in prin.
lib. vj. nec dicetur fieri preiudicium appellanti per impetratio-
nem legitime factam per appellatum. q: potius habet regra-
tiari appellato qui proprijs expenſis impetrauit ſibi iudicẽ ꝑ
quem poterit ipſe appellans ſententiã infirmare ſi veniat in-
firmanda vt pꝫ ex tex. hic in fi. Alij tñ dicebant ꝙ ſolum in vlti
mo menſe poterat impetrare appellatus per id qđ habetur. ij.
q. vj. appellatore. ¶ Alij etiã dicebãt ꝙ prius poterat impetra
re ſed non poterat agere niſi in vltimo menſe. ⁊ hec vr̃ vera opi.
Jo. an. q: ꝑ quãtũ ſpatiũ prius poſſit impetrari hoc erit arbi-
trariũ cũ hoc aliter non ſit determinatũ. ar. c. de cauſis. de offi.
dele. ⁊ ad id quod dixi ꝙ in vltimo menſe poteſt ꝓſequi appel-
latus. facit qđ dictum fuit. s. e. extante tempore quo appellãs
potuiſſet cõmode impetrare ſi voluiſſet ⁊ infra quãtũ tp̄s dicat
potuiſſe commode impetrare hoc habebit iudex arbitrari in-
ſpectis circũſtantijs. de quib⁹. s. ¶ In glo. ꝓſequi ibi ea prius
citata hoc verũ quando nõ fuit terminus ſtatutus a iudice vel
ab appellante ⁊ hoc caſu loquitur gloſ. relata. ad tex. ſec⁹ ſi di-
ctus terminus fuiſſet ſtatutus quia ille habet viꝫ peremptorij
14 vt pꝫ in. c. ſepe. s. e. in glo. penul. in fine. ¶ † Quid aũt ſi agere-
tur de matrimonio carnali an poterit iudex ad quẽ abbreuia-
re terminũ ad proſequendam appellationem dic ꝙ ſic ſecundũ
Hoſtien. propter periculũ fornicationis in matrimonio vitã-
dum. facit qđ habetur. s. vt lit. non conteſta. quoniam. idẽ etiã
dicebat Goff. in alijs que celeritatẽ deſiderãt. argu. l. j. ff. de dã.
infec. ⁊ in. l. j. ⁊. ij. ff. de ferijs. qđ eſt verũ vt tangit do. Anto. qñ
tangeretur publica vtilitas. quia tunc ſuperior poteſt etiã ex
officio abbreuiare. ſed vbi tangetur priuata vtilitas nõ poſſet
abbreuiari partibus inuitis per id quod habetur. j. de reg. iur.
15 indultum. li. vj. ¶ † An aũt in cã principali electionis ſit ali-
quis terminus a iure ſtatutus ad illam terminãdã. Hoſti. hic
videtur velle ꝙ non. dicit tamen ꝙ ſatis foret equum ſtatui ꝙ
ſi non terminaretur infra annum ex tũc ſuperior poſſit ꝓuide-
re niſi iuſta cauſa ſubeſſet per id quod habet de iure patro. eã
te. ⁊. c. cum propter. ⁊. c. quoniã. ⁊ quia ſi expectatus ꝑ ſex men-
ſes remoueretur ab obtento. vt. j. de cleri. nõ reſi. ex tue. forti⁹
impediri deberet ab obtinendo. ſꝫ Jo. an. dicit ꝙ iſtud nõ eſſet
equũ. q: per hoc preiudicaretur habẽti poteſtatẽ eligendi ſine
ſua culpa. nec obſtat. c. ex tue. ſꝫ Joã. an. dicit ꝙ iſtud non eſſet
equum. q: ibi priuatur ab obtento propter culpã ipſius nõ cõ-
parentis. ſed hic non eſt in culpa proſequẽdo litẽ iuxta poſſe.
Itẽ non obſtat. c. eam te. cum alijs prealleg. quia loquuntur qñ
eſt queſtio inter patronos. ⁊ ſic videntur eſſe in culpa ſi non ꝓ-
curant litẽ finiri intra tempus. de quo in iuribus preallegatis
ſed hic erat queſtio inter electos. ⁊ ſic in diuerſo caſu loquũtur
vt etiã no. Jo. an. in. c. cum vos. in prin. ff. de offi. ordi. hodie ve-
16 ro ſerua qđ in. c. j. ⁊. c. cupiẽtes. ⁊. c. ſi poſtꝙ̃. de elec. l. vj. ¶ † In
gl. fi. in fi. no. bene ex gl. iuncto. tex. ꝙ etiam appellat⁹ in impe-
tratione debet facere mẽtionẽ de appellatione ⁊ ſimiliter etiã
ipſe appellans ⁊ ſic vterqꝫ tam appellãs ꝙ̃ appellatus tenetur
facere mentionem de appellatiõe in impetratione. ⁊ iſtud etiã
voluit Innocen. s. de maio. ⁊ obe. dilecti. ⁊ facit etiã quod ipſe
no. s. de offi. delega. ex literis ⁊. j. de his q fi. a maio. par. ca. c. j. lꝫ
17 aliter idixerit Innocen. in. c. ij. s. de reſcrip. ¶ † Extra gloſſ. ad-
uerte quia dicunt domini de rota ſua cõcluſiõe. vij. ꝙ decr. iſta
inquantũ dicit non poſſe impetrari ante terminũ ſtatutum ab
homine hꝫ locum quando impetratur iudex extra curiam. ſed
vbi impetratur iudex in curia. q: ibi cognoſcere dꝫ tunc non hꝫ
locum iſte tex. quia valebit cõmiſſio facta etiam ante terminũ
etiã non facta mentione de termino. vt etiã voluit Jo. mona. s.
rubri. de reſcrip. lib. vj. ⁊ eſt ratio diuerſitatis quia in curia da-
tur iudex ex officio ⁊ non ad petitionẽ partis. ideo tunc ſecus.
¶ Quid aũt ſi appellatus impetrauit infra terminũ hominis
facta mentione de termino dic qđ tunc vꝫ impetratio vt ſic in-
nuitur. Sed an tũc poſſit cõpellere appellãtẽ ad ꝓſequẽdũ du-
rante termino iuris dic ꝙ nõ niſi circa finẽ termini tp̄is ꝑ mẽ-
ſem. vt etiã voluit Spec. de appel. §. nunc breuiter. ver. lꝫ aũt. et
Fede. in ſuo conſi. cviij.

1 Lite in cauſa principali conteſtata poteſt in cauſa appel-
lationis contra abſentem procedi etiam lite aliter in cã appel-
lationis non conteſtata.
2 Litis conteſtatio facta in principali non reſcinditur ꝑ appella-
tionem ſed potius durat.
3 Abſens citari debet vbi in cauſa appellationis cõtra eum ꝓ-
ceditur.
4 Procedi põt ad diffinitiuam ſi iudici liquet de cauſa ⁊ fuit lis
conteſtata.
5 Iudex appellationis ſi pronuntiet bene appellatũ poterit ex-
pedito articulo appellationis procedere in cauſa principali.
6 Miſſio in reali qñ fit ↄ̃ reum poſt litem conteſtatã ipſe reus
non auditur de poſſeſſiõe qñcunqꝫ reuertatur.
7 Lite non conteſtata an ⁊ qñ procedi poſſit ad diffinitiuam.
8 Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in appellatione ab interlo-
cutoria qñ contra preſentem proceditur.
9 Libellus vbi ſit neceſſarius in cauſa appellationis.
10 Libellus an ſit dandus in appellatione ab interlocutoria.
11 Litis conteſt. an ſit neceſſaria in cauſa nullitatis.

Per tuas. Altera ꝑte cõtumaciter abſente
iudex appellatiõis põt diffinire
etiam negotium principale ſi poſt litem conteſt. fuit
appellatũ. h. d. ⁊ eſt communis diuiſio. ſcđa ibi. nos
1 igitur. ¶ † Not. j. ꝙ vbi in principali cauſa lis eſt conte. põt ꝓ-
cedi in cauſa appellationis cõtra abſentẽ etiã lit. aliter nõ cõ
teſt. in cauſa ipſa appellationis ſiue fuerit appellatũ a diffiniti-
2 ua ſiue ab interlocutoria. ¶ † Not ꝙ lit. cõte. facta in principa-
li non reſcindit ꝑ appellationẽ. ſed potius durat. ⁊ videt proſi-
cere etiam quo ad inſtantiã cauſe appellationis. facit quod no-
tatur per legiſtas in. l. ita demum. C. de procura. ⁊ maxime per
3 Bar. ¶ † Nota ꝙ vbi in cauſa appellationis proceditur cõtra
abſentẽ dꝫ ipſe abſens citari. facit qđ no. gl. antepenul. s. c. pri-
mo. qđ eſt verum qñ terminus non fuit ſtatutus appellatiõi a
iudice vel a parte. alias eſſet ſecus cũ talis terminus habet viꝫ
4 peremptorij. s. eo. ſepe. ¶ † No. qđ vbi liquet iudici de cauſa ſi
lis fuit conteſta. ſaltẽ in principali poteſt ꝓcedi ad diffinitiuã.
¶ In gl. j. in principio. ibi ſi iudici ſupple principalis cauſe nã
proceſſus de quo ſequitur in glo. obſeruari debet in ipſo iudice
cauſe principalis. Sed forte de mente gl. fuit intelligere de iu-
dice appellationis quãdo appellatum eſt ante ſentẽtiã. et tunc
5 intellige gl. ꝙ expedito † articulo appellationis ꝑ ipſum iudi-
cem appellationis poterit ſi pronuntiet bene appellatũ ꝓcede
re poſtea in negotio principali ꝑ modũ de quo ſequitur in glo.
ꝙ intellige citato tñ prius abſente vt hic colligitur ⁊ plene di-
6 ctũ fuit. s. e. ſepe. in gl. que incipit. vt ſi lis ⁊ ſup eadẽ. ¶ † In
eadem glo. ibi niſi de proprietate ſupple quia quando ſit miſſio
in reali contra reũ poſt litem conteſtatã non auditur ipſe reus
de poſſeſſione quandocunqꝫ reuertatur ſed ſolum de ꝓprieta-
te vt notatur in. l. cõſentaneum. hic allegata. Secus quãdo da-
ta eſſet poſſeſſio contra reum ante litẽ conteſta. q: tũc veniens
infra annum audiretur etiam de poſſeſſione. s. vt lite nõ cõteſt.
quoniam. §. in alijs. ¶ In eadem gloſſ. ibi confirmare non
poſſunt hoc verum niſi in principali cauſa actor non probauit
nec etiam alliquid probat cauſa appellatiõis quod facere poſ-
ſet. nam etiam non probatũ in cauſa principali probari poteſt
in cauſa appellationis. s. de teſtibus. fraternitatis cum ibi no-
tatis. ⁊ de fide inſtrumento. cum ioannes. ⁊ de. l. per hanc. C. de
tem. appella. Poſſet ergo confirmari ſi probaret actor in cauſa
appellationis licet in principali non probaſſet ſed vbi non ꝓ-
bauit in principali. nec in cauſa appellationis tunc procedit ꝙ
ſequit in glo. ¶ In ea gl. ibi vel dic. hanc regulã videtur tenere
hic do. Anto. qñ iſte preſens non offert ſe ad procedendum ſed
vbi offerret ſe ad procedendũ: tunc poſſet procedere ſm euꝫ ꝙ
poſſit fieri immiſſio propter contumaciã appellantis ſi non li-
quebit de cauſa ſed certe vr̃ ꝙ ſimpliciter hec ſecunda practica
ſit verior quia iudex appellationis habet confirmare vel infir-
mare ſententiam. l. eos. C. de appel. ⁊. s. etiã tetigit gl. ⁊ ſic ſi nõ
poteſt confirmare debet illam infirmare. et ꝑ conſequens tunc
vr̃ in effectu abſoluere reũ ab impetitione actoris. ⁊ ideo vlte-
rius non eſt procedendũ et imputet ſibi appellatus qui non ꝓ-
bauit de iure ſuo. ⁊ qui etiam ꝓſecutus fuit appellationem. nã
cautius feciſſet nõ ꝓſequi ⁊ ꝑmittere deſertari appellationem
quia ſic

Ayuntamiento de Madrid

quia ſic fuiſſet confirmata prima ſententia.ſ.eo.c.cum ſit romana. et ideo non videtur habere aliquod remedium niſi appellet ab iſta ſecunda ſententia per quam infirmatur prima:quia tūc poterit in cauſa appellationis de iure ſuo probare per dictā.l.per
7 hanc.cum alijs preallegatis. ¶†Extra gl.dicit hic Innoc. eſſe cauſam ſpecialem in qua pcedi poteſt ad diffinitiuam lite non
a cōteſt.ª ⁊ dicit eſſe ſpeciale priuilegium in cauſa appellationis. do.de Rota in conclu.viij.dicūt qꝺ ſi lis non fuit conteſt.in cauſa principali dꝫ cōteſtari in cauſa appellationis,⁊ hoc ſatis pbatur in iſto tex.a ſenſu cōtrario.ſi autē fuit conteſtatus in principali:tunc ſi pcedatur contra abſentē cōtumaciter in ipſa cauſa appellationis non erit neceſſaria litis conteſtatio. ſecus ſi non fuit cōtumax.per id qꝺ habetur in.l.vnica.C.ne li.in vna eadēqꝫ cauſa tertio puocare.canoniꝫata.ij.q.vi.ſi quis in quacūqꝫ.⁊ idē videtur velle Archid.de iura.calum.in.c.vj.⁊ Spe. de lit.conteſta.§.videndum.verſi.ſed nunquid.⁊ de ſen.prola.§.iuxta. verſi. quid ergo ſi appellans.⁊ Hoſt. in ſumma huius tit.§.ſi quis ſit effectus.⁊ hoc in appellatione a diffinitiua:in appellatione vero ab interlocutoria clarum videtur qꝺ non requiritur conteſtatio.j.eo.interpoſita.§.ſi.⁊ ſic videtur etiam tranſire hic do.Ant. ſed gl.in.c.raynaldus.in verſi.conteſtata.j.de teſta.videtur velle qꝺ quādo procedit contra preſentem in appellatione a diffinitiua ſit neceſſaria cōteſtatio, ſecus qn̄ cōtra abſentem ſi lis fuit conteſta.in principali.⁊ idem tenent cōmuniter legiſte. et maxime Cy.⁊ Bar.in.d.l.vnica.⁊ per eūdem Bar.in.l.ab hoſtibꝰ.§. ſed qꝺ ſimpliciter.ff.ex quibus cau.ma. ¶Aduertēdum qꝺ vbi proceditur contra abſentē in cauſa appellationis ex quo ſemel pars fuit in iudicio:ſufficit citatio ad domum ſm ea que no. de eo qui mit.in poſſeſ.c.ſi.per Inno.⁊ per Bart.in.l.iiij.§.pretor. ff.de dam.infec. ⁊ tunc cenſeatur ficte cōtumax non comparēs. facit qꝺ not.plene in cle.ſi ante.de do.⁊ cōtu. ⁊ hec opinio videtur verior.⁊ ſm illam videtur intelligenda opi.do.Ro.⁊ ſequacium.pro qua etiā bene facit tex.in.d.c.raynaldus. licet Innoc.
8 ibi dicat cōteſtationem non fuiſſe neceſſariam. ¶†Itē aduerte quia gl.in.c.interpoſita.in.§.ſi. videtur ſentire qꝺ etiam in appellatione ab interlocutoria quando pceditur contra pſentem
9 ſit neceſſaria cōteſtatio.vbi autē †libellus ſit neceſſarius in cauſa appellationis.tangit Spe.in tit.de libel.cōcep.§.nūc dicendum.circa ſi.ver.ſed nunquid. vbi concludit qꝺ in appellatione extraiudiciali quia illa eſt puocatio ad cauſam.ſ.eo.cum ſit romana.neceſſarius erit libellus per.c.j.per totū.ſ.de libel.obla. ¶Si autē appellatū ſit ab interlocutoria ⁊ tunc non eſt neceſſarius libellus:ſed ſufficit qualiſqualis petitio.⁊ maxime vbi articulus iuris decidēdus eſſet vt ſi appelletur ex eo quia non admittitur opponēs ꝙ pactū de non petēdo non impedit cōteſtationem litis.Nam ſolū exceptiones litis finite impediunt:non autem alie concernentes merita cauſe in.c.j.de lit.conteſt. ¶Si autem appellatum ſit a diffinitiua tunc cōcludit Spe. qꝺ debet offerri libellus,⁊ ſic dicit clemētem mādaſſe auditoribus tēpore ſuo ſeruari,et ſic dicit practicari in curia. ¶Sed Jo.an.in.c. preall.raynaldus.dicit ꝙ de iure potius debuiſſet dici contrarium vt in cauſa appellationis ab interlocutoria dari debeat libellus: qꝛ ille eſt articulus ſeparatus a negotio principali.Sed quando appellatur a diffinitiua agitur de negotio principali in quo alias datus fuit libellus, et ideo videtur qꝺ tunc ſufficiat qualiſqualis petitio.ſed vt dixi Specu.tenuit cōtra. et pro ipſo etiam facit quia inſtātia cauſe appellationis eſt diuerſa a cauſa principali,⁊ ideo in ea iteratur iuramentum calumnie. de iura. calū.c.ij.in.vi.⁊ in.l.ij.in prin.C.de iura.calum. Et ideo eadē ratione videtur libellū de nouo dādū ⁊ potiſſime quia hꝫ aliquid petere ſcilꝫ ſententiam infirmari, ⁊ de iure videtur qꝺ debuiſſet etiam iterari cōteſtatio.per id qꝺ legitur et notatur in.l.ij.ff.iudica.ſolui.⁊ per Inno.in.c.cauſam que. el picolo.ſ.de teſtibus. niſi ſpecialiter fuiſſet ſtatutum oppoſitum. dicebat etiā Jo.an. in loco prealleg.ꝙ videbatur p rationē ſuperius tactā per eum non eſſe cōteſtationē neceſſariam etiā ſi agatur cōtra pſentēꝫ in cauſa appelletiōis a diffinitiua.ſecus ſi ab interlocutoria. Do. autē Anto.hic dicebat libellum dādum in cauſa appellationis eo caſu quo cōteſtatio eſt neceſſaria qꝺ qn̄ ſit ſuperius eſt dictū. alias ſecus.Tu poteſt tenere qꝺ dixi.ſ.poſt Spe.in appellatione a diffinitiua vcꝫ qꝺ in illa dādus ſit libellus ex quo inſtantia eſt diuerſa etiam ſi pcedatur cōtra abſentem,⁊ ſic non ſit neceſ-
10 ſaria cōteſtatio ſi prius fuit facta in principali. ¶†In appellatione autē ab interlocutoria.licet Spec. dicat qꝺ ſufficit qualis qualis petitio ſm formā clemē.ſepe.de verb.ſig. Tamē forte de iure quia inſtātia eſt diuerſa videretur dādus libellus per id qꝺ ſuperius dixi in practica.tamē forte ſeruaretur opinio Spe.que
11 ſatis eſt equa. ¶†An autē in cauſa nullitatis ſit neceſſaria conteſtatio.Proſequitur hic do.Ant.cōclude qꝺ ſi deducitur nullitas per viam exceptionis non erit neceſſaria cōteſtatio, qꝛ tūc ſummarie pceditur.l.iij.§.ibidem.ff.ad exhi.qꝺ pcedit ſi opponatur cōtra executionē ſentētie.vt etiam voluit Bar.in.l.iij.§. cōdemnatio.ff.de re iud.ſiam in illa ſummarie pceditur. vt ibi notatur.idem tamē videtur ſi alias opponatur exceptio nullitatis vt non ſit neceſſaria cōteſtatio: quia in exceptionibꝰ de neceſſitate non eſt fienda.vt no. de offi.deleg.prudētiam.§.ſexta. ¶Si vero deducitur nullitas incidēter in cauſa appellationis qꝺ fieri poteſt iuxta id qꝺ habetur in.l.cornelia.ff.de iu.patro.⁊ not.j.e.dilecto.per Inno.⁊ Hoſt.⁊ p gl.⁊ legiſtas in.l.j.C.quan
a do puo.non eſt neceſ.⁊ tunc non exigit conteſtationem eo caſu quo non exigitur in cauſa appellationis illa ſufficit etiā pro incidenti nullitatis cum attēdi debeat qꝺ principaliter agitur.l.ſi quis nec cauſam.§.res pignori.ff.ſi cer.pet. ⁊.j.de reg.iur.acceſſorium.lib.vj. ¶Si autē deducit nullitas principaliter in iudicio,tūc ſi eſt notoria non exigitur cōteſtatio.debet tꝫ pars vocari ad ſentētiam audiēdam.per id qꝺ nota.de iureiurā.ad noſtram.el tertio. ¶Si autē non eſt notoria tūc exigitur conteſtatio.per.c.ſi.ſ.de offic.iudi. ⁊ quia ſentētia lata ſuper illa hꝫ vim diffinitiue facit qꝺ nota.in cle.cū a repulſione.de app. ad quam diffinitiuā non cōſueuit ꝯueniri regulariter niſi lit.cōteſt.ſ.de lit.conte.§.vnico.⁊ hoc tenuit Specu.in tit.de lit.conteſt.§.qn̄ autē.verſi.quid de cauſa.qꝺ intelligit do.Ant.qn̄ pceditur parte pſente:ſed vbi pcederetur cōtra abſentē dicit non exigi cōteſtationē:quia nihil petitur a parte ſed a iudice. facit qꝺ not.per legiſtas.in auē.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab heredi. abſtineat. ⁊ in auf. qui ſemel.C.qūo ⁊ qn̄ iudex.Et ex pdictis patere poteſt an libellus ſit dādus quia videtur qꝺ ſic qn̄ deducitur principaliter per viam actionis.per.c.ſi.de offi.iud.alias ſecus ⁊ hoc videretur pcedere qn̄ deducitur nullitas corā alio iudice:ſed ſi coram eo qui tulit ſniam non videtur exigi libellus:nec conteſtatio per id qꝺ habetur.ſ.de reſcrip.ab excōicato.⁊ qꝺ no.Spec.in ti.de ſentē. prola.§.iuxta.ver.quid ergo appellās.⁊ adde etiā qꝺ not. Bart. in.l.ſi vt pponis.C.qūo ⁊ quādo iud.⁊ in.l.ſi expreſſim.ff.de appel.⁊ qꝺ non exigatur libellus nec cōteſtatio quādo corā eodem iudice deducitur nullitas ex eiſdē actis. bene facit quia notoriū dicitur eſſe qꝺ ex actis conſtat.vt voluit Inno.ſ.eo.ex inſinuatione.⁊.ſ.de teſti.per tuas.j.de coha.cleri.⁊ mulie.c.ſi.

a ¶Lit.non ꝯteſ. ſup h vide diſt.d. Hē.boych. i pn.c.⁊ habebis intellectū huiꝰ materie.

1 ¶Dictio vt quandoqꝫ ponitur cauſatiue quandoqꝫ modaliter.
2 Pro ſententia iudicis preſumitur ſi non eſt appellatum. et numero.6.
3 Cauſa in appellatione debet exprimi coram iudice a quo.
4 Itineris arreptio aut tranſmiſſio nuntij ad ſuperiorem non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis inferioris.⁊ nu.10.
5 Appellans an poſſit pſequi aliam cauſam ꝙ expreſſam in appellatione ante ſententiam.
7 Litis conteſtatio facta coram iudice incompetenti eſt nulla.
8 Appellari non poteſt ante ſententiam a quocūqꝫ iudice idoneo niſi ex cauſa rationabili expreſſa in appellatione ſiue ſit ſcripta in iure ſiue non.
9 Clauſula appellatione remota an aliquid operetur ⁊ quid.
11 Judex qui non defert eo caſu quo debet deferre puniri debet nō tamen punitur ſi defert vbi deferre non tenebatur.
12 Recuſare iudicem inimicum non poteſt is qui fuit cauſa inimicitie. b
13 In appellatione deficiens punitur in expenſis et illam ſententiam exequetur primus iudex ad quem ſit remiſſio.
14 Appellatione non iuſtificata negotiū remitti debet ad iudicem a quo quando per eum non fuit delatum appellationi.
15 Cauſe maiores que dicantur.
16 Appellatio ab interlocutoria ad hoc vt valeat que requirātur.

b **VT debitus.** Qui appellatᵒ ante ſniam dꝫ cauſam pbabilem exprimere corā iudice a quo appellat,nec eſt pbabilis cauſa exceptio de nūtio miſſo vel literis impetratis que nō ſunt pſentate:⁊ ſi falſa erit appellatiōis cauſa remittetur appellās ad iudicē a quo ⁊ cōdēnabitur in expēſis. ſi autē erit vera tūc iudex appellationis in cauſa principali pcedet.h.d.Et diuiditur in tres partes principales.In prima duplex cōſtitutionis cauſa.In ſcda conſtitutio.In tertia quedā pteſtatio.Scda ibi ſtatuimus.Tertia ibi ſaluis.ſcda ſubdiuiditur.nam primo phibet ante ſniam appellari abſqꝫ cauſa rōnabili ⁊ ipſiꝰ non rationabilis cauſa duo ponit exēpla.ſcdo ibi:cum autē approbat appellationē ex cā rationabili expreſſa corā iudice dicēs iudicēꝫ appellationis de ipſa debere cognoſcere. In tertia ibi ⁊ ſi minꝰ inſtruit ipſm iudicē in pceſſu,⁊ hoc dupliciter.Primo ſi nō reperit rōnabiliter appellatū in remittēdo ⁊ in expēſis cōdemnando ſcdo ſi reperit legitime appellatum in procedendo ibi alioquin.
1 ¶†No.primo de dictiōe vt que hic ponitur cauſatiue lꝫ cōiter ponatur modaliter.vt no.gl.ij.circa ſi.j.de cōdi.appoſi.in.c.ve-

b ¶Qui appellat.h eſt ſolenne.c.⁊ alle.i infinitis locis p doc.⁊ in eiꝰ ſummaticē cōueniunt oēs ſcribētes ꝙ ſi queras an cla appellatione remota hodie aliqd opeꝛ. vide p Hoſt.i ſum.eo.tit. c.vt debitꝰ. ⁊ hec cadit ſup gl. que icipit ſic ergo.

Ayuntamiento de Madrid

rum ꝛ Accur.in rub.de his que ſub modo.ꝛ in rub.ff.de cōdi.et
demō. Interdū vero ponitur cōſecutiue.vt.l.ſi manumiſſori.et
2 ibi no.C.de o..le.patro.p̄ſtan. ¶†Not.honorē debitū eſſe iudi
cibus cōſeruandū.facit qd̄ habetur.ſ.de fide inſtru.cū ioannes.
ꝛ hec poteſt eſſe ratio,q2 p eius ſniā p̄ſumitur.ſ.de re iud.ſicut
qd̄ eſt verū ſi nō fuit appellatū.al's ſecus vt dictū fuit.ſ.eo.dile
ctis.circa fi.ꝛ not.gl.in.l.herēnius.§.caia.ff.de euic.de quo etiaꝫ
in.c.in p̄ſentia.ſ.de renun.ꝛ dicta de cauſa ꝛ p̄ſumitur ꝑ iudice
in arbitrarijs.ſ.de offi.dele.de cauſis. ꝛ p Inno.ī.de eo qui fur.
ordi.rece.c.ij.ꝑmittitur etiā ſibi poſt cōcluſionē cauſe interroga
re partē ſi ſibi videtur.ſ.de fide inſtru.cū ioannes. circa fi. ꝛ etiam
ꝑmittitur ſibi vt cōpellat partē rn̄dere ſup negatiua.de cōfeſ.c.
j.in.vj. ¶ No.conſulendū eſſe litigātibus ne varijs expēſis ꝛ im
moderatis fatigētur.ſ.de do.ꝛ cōtu.ad fi. Dicit tn̄ hic Uin.qd̄
quādoq̄ fortius ligat pars q̄ⁱ iudex:q2 ſi pars defert iuramentū
nō poteſt appellari.ſecus ſi deferat iudex.ff.de iureiur.l.admo
3 nēdi.ꝛ no.ſ.de iureiur.c.fi. ¶†No.nō poſſe quē recedere a iudi
ce cōpetenti p appellationē ante ſniam niſi ex rationabili cauſa
appellet.ꝛ no.qd̄ cauſa debet exprimi in ipſa appellatione ꝛ co
ram ipſo iudice a quo.vt hic ptꝫ.debet etiam in ſcriptis appel
4 lare.ī.e.c.j.in.vj. ¶†No.qd̄ nō videtur hodie trāſmiſſio nuntij
aut itineris arreptio ad ſuperiorē ſuſpēdere iuriſdictionē iudi
cis inferioris.de quo tāgetur cum gl.in verbo:ſi dicat.et tāgitur
etiā p gl.ꝛ Hoſt.ī.eo.c.j.in.vj. ¶ Not. qd̄ in literis primis cōtra
regulas videtur etiā poſſe opponi ſi ipſe prime non ſint indici
bus p̄ſentate. ¶ Not.requiſita vt appellatio ante ſententiā de
uoluat negotium ad ſuperiorem que exigitur qd̄ appellatum ſit
ex cauſa rationabili tali vꝫ qd̄ ſi eſſet probata deberet legitima
reputari ꝛ qd̄ exprimatur corā iudice a quo appellatur requiri
tur etiā qd̄ in ſcriptis appelletur.vt.ſ.dixi. ¶ No. effectū non iu
ſtificate appellationis ante ſniam:q2 ſi iudex appellationis non
inuenit illā rationabilem vel verā debet remittere appellātem
ad iudicem a quo ꝛ illum in expenſis condēnare. ¶ Si autē re
periat appellatum ex cauſa rationabili ꝛ vera:ꝛ tunc in dicto ar
5 ticulo appellationis pōt ꝓcedere poſtea in principali. ¶†An
autem poſſit appellās ꝓſequi aliā cauſam quā expreſſam in ap
pellatione ante ſententiā dic qd̄ non.vt habetur in cle.appellā
ti.eo.tit.licet ſecus ſit quādo eſt appellatum a diffinitiua.l.ſcio.
ff.de app.ꝛ facit qd̄ no.ī.eo.cum cauſam. ¶ Not. qd̄ in maiori
bus cauſis etiā ſi non appelletur cauſa debet tractari apud ſe
dem apoſtolicā.ꝛ qd̄ hic dicitur in verſi.ſaluis.eſt quedā ꝓteſta
6 tio.vbi etiā dicit gl.in.c.Quis.de elec.in.vj. ¶†In gl.j.in fi.ꝛ ꝑ
hoc etiā qd̄ habetur in.l.j.ſiue.ij.C.de offic.ciui.iudi. vbi dicitur
qd̄ p̄ſumēdum eſt in dubio ꝑ facto iudicis. ꝛ facit qd̄ dixi in no.
7 ¶†In gl.ij.in fi.nota bene qd̄ conteſtatio facta corā iudice in
competenti eſt nulla ꝛ non opatur effectum, ꝛ ad hoc ſepe alle
gatur gl.facit qd̄ not.in.c.illud.ſ.de p̄ſcri. ꝛ in.l.ſi pater. hic al
leg.qd̄ intelligit do.Anto.quādo ad interruptionem requiritur
lit.conteſt.vbi autem exigeretur ſola fides:tunc ſi ex illo actu cō
teſtationis inducta eſſet mala fides interrūperetur p̄ſcriptio:q2
talia tanq̄ in facto conſiſtentia operātur etiā ſine iudicis cōpe
tentia.facit qd̄ habetur in.c.cum dilectus. circa finem.ſ.de ord.
cog. ¶ In gl.iij.ibi quia dicit corā idoneo iudice.ꝛ ſic vult gl.vt
colligitur ex ver.ꝛ ita ptꝫ qd̄ hodie ꝛc.ꝛ p hāc conſtitutionē ho
8 die de nouo eſt inductum qd̄ non poteſt † appellari ante ſenten
tiā a quocunq̄ꝫ iudice idoneo niſi ex cauſa rationabili expreſſa
in appellatione ſiue ſit ſcripta in iure ſiue non.ꝛ ſic videtur velle
qd̄ ſm antiqua tempora erat ſecus:ſed in cōtrarium facit.ſ.eo.
cum in eccleſia.vbi videtur qd̄ etiā ſm antiqua tēpora non poſ
ſet appellari niſi ex legitima cauſa. Potes ſoluere dupliciter.
Primo qd̄ ibi loquitur quādo appellabatur ad inferiorem a pa
pa.hic autem quādo appellabatur ad papā quo caſu ſm anti
qua tempora ſufficiebat qd̄ appellatio non eſſet manifeſte fru
ſtratoria:licet cauſa aliqua non exprimeretur.ſ.eo.c.ꝓuenit.vel
potes dicere ſcdo qd̄ loquitur de amiſſione fienda vel non fiēda
ꝑ iudicem ad quem:quia etiā de iure antiquo non debeat admit
tere niſi reperiret appellatum eſſe ex rationabili cauſa quā po
terat deducere corā iudice a quo, ſed hodie debet exprimi coraꝫ
iudice a quo p hāc decreta. que loquitur in appellatione iudi
ciali que debet fieri a grauamine illato:ſed appellatio extraiudi
cialis poteſt fieri etiā a futuro.vt dictū fuit.ſ.eo.bone. ꝛ.c.con
ſuluit.ꝛ no.qd̄ hec decre.loquitur quādo inter partes ꝓceditur:
ſed quādo ꝓceditur ex officio loquitur.c.cū ſpeciali.§.j.ī.e.qua
liter autem debeat exprimi cauſa.dubitat Inno.ī.de oper.no.
nun.c.fi.Cōclude q̄ⁱ ſufficit exprimere in genere in appellatiōe
ab interlocutoria.vnde nō ſufficit dicere interlocutoriā iniquā.
ꝛ ideo appellare vel dicere appello:quia me grauaſti, ſed debet
ſpecificare cauſam grauaminis licet non ſit neceſſe q̄ⁱ exprimat
cām cauſe.vnde ſufficit dicere appello : q2 me grauas ex ꝓceſſu
in loco non tuto. Nec eſt neceſſe dicere quia ꝓcedis in loco non

a ¶ Appellatione remota. vide ſ.i.j. poſtilla.vbi remiſ.ſ hac cla appellatione remota.

tuto mihi ex eo:q2 ibi habeo inimicitias capitales.facit quod di
ctum fuit in.c.ex parte.ſ.eo.ꝛ adde etiā qd̄ dixit Paulus in cle
men.appellāti.de app.qd̄ inquātum hic dicitur qd̄ debet expri
mi cauſa in appellatione hoc debet intelligi niſi ſit notoria pa
tens ex actis ita qd̄ non ſubijciatur neceſſitati ꝓbādi:ſed ſolum
pendeat ex allegationibus iuris:ſed hoc cōmuniter nō tenetur
quia notorietas etiā ex actis non excuſat a ꝓpoſitione que exi
gitur ꝑ forma in appellatione licet excludat a neceſſitate ꝓban
di.vt no.gl.in cle.appellāti.de app.ꝛ etiā Jo.and.in.c.accedens.
el.j.ſup gl.ſ.vt lit.non conteſt.ꝛ plus dicit hic do. Ant. qd̄ non
ſufficit appellare ex aliqua cauſa ſpecifica vel ex alia quacunq̄
patente ex actis:quia non poterit iuſtificari appellatio niſi ex
cauſa expreſſa,ꝛ hoc vt iudex poſſit eſſe certus. an debeat dare
apoſtolos refutatorios vel dimiſſorios ꝛ ne pars appellās poſ
ſit variare appellatū in incerto.Facit qd̄ habetur de elect. vt qs
duas.lib.vj.Et hec ꝓcedunt de iure canonico quando appella
tur ante ſententiā.de iure autem ciuili regulariter nō poteſt ap
pellari ante ſententiā ſi grauamen eſt reparabile per appellatio
nem a diffinitiua.al's ſecus vt legitur ꝛ notatur in.c.fi.ī.e.in.vj.
ꝛ in.l.ante finē.ꝛ ibi plene p Bart.ff.de app.reci. vbi autem ap
pellaretur a ſententia diffinitiua regulariter nō eſt neceſſe cau
ſam exprimere.vt legitur ꝛ notatur.ī.eo.c.cauſam.in gl.fi.ꝛ in.l.
ſcio.ff.de app.fallit in caſu.c.romana.§.ſi autem poſt ſentētiā.
de app.in.vj. ¶ Ubi autē appellatur ab executione tunc q2 re
gulariter non admittitur appellatio niſi modum excedat debet
cauſa exprimi.vt no.in Spe.in tit.de execu.ſen.§.nunc dicendū.
ver.ſed nunquid.Quid autē ſi appelletur ab interlocutoria ha
bente vim diffinitiue dicendum.vt in.c.ꝓuenit.ſ.eo. vbi p Joā.
and.ſup gl.nā videtur idem in illa q̄ⁱ in diffinitiua vt ibi dictum
fuit. ¶ In ea.gl.ibi.ꝛ ſic non hꝫ hodie locū.ꝛ ſic vult gl. qd̄ decr.
ſup queſtionuꝫ in.§.ſi duo.ſit hodie correcta quo ad id quod ſe
quitur in gloſ.per hāc decret. licet quo ad alia remaneat in ſuo
eſſe,ſed certe hoc pendet a dubio an hodie clauſula appellatio
ne remota aliquid opetur.de quo tāgit gloſ.ī.in ver. cum ergo.
et recitat duas opinio.Jo.demum ponit ſuā in verſicu.ſed ex vi
huius conſtitutionis.ꝛ nota qd̄ reprobatio prime opinio. Jac.
non videtur bona quia ſi decreta. iſta non loquitur in appella
tionibus ante ſententiam.ergo in illis nihil corrigit : et ſic in eis
debent remanere iura antiqua incorrecta per.l.ſancimus.C.de
9 teſta.ꝛ de elec.c.cum expediat.lib.vj. ¶†In ea.gl.in fi.ꝛ ſic con
a cludit gloſ.qd̄ hodie clauſula appellatione remota[a].nihil ope
retur.ſed contra opinio. gloſ. facit quia decre.paſtoralis.ſ.eo.
que loquitur de clauſula appellatione remota eſt cōſtitutio ſpe
cialis quādo eſt appoſita dicta clauſula.iſta autem eſt conſtitu
tio generalis.ergo non debet trahi ad caſum illum quia ſpecies
derogat generi.de regu.iur.generi.lib.vj.ꝛ.ſ.de reſcri.c.j.ꝛ ſic vi
detur qd̄ dicta decre.paſtoralis.remaneat hodie incorrecta. ꝛ ꝑ
hoc etiā facit quia illa decreta. et multa alia iura loquuntur de
iſta clauſula:ergo nō debemus intelligere in dubio vt illa ſit cor
recta ex quo hic non eſt expreſſum, iurium correctio eſt euitāda
de electio.cum expediat.lib.vj. ¶ Item ꝑ hoc facit.c.inquiſitio
ni.ī.eo.que fuit poſt iſtam decreta.ꝛ facit mentionem de clauſu
la appellatione remota,ꝛ ſic videtur qd̄ aliquid debeat operari
etiā hodie : al's fruſtratoria fuiſſet ꝓuiſio illius decreta. inquiſi
tioni. Ideo ꝓpter p̄dicta dicit Hoſtiē.qd̄ de iure videtur verior
opi. Joā.ſecundo loco poſita videlicet vt clauſula appellatione
remota etiā hodie operetur quādo non appellatur ex cauſis in
iure expreſſis licet appelletur ex cauſa ꝓbabili quia non ſuſpen
detur iuriſdictio iudicis tunc p appellationē licet deferat nego
tium ad ſuperiorem ad quem eſt appellatum.facit quod not.ſ.
de offi.ordi.ad reprimendā.de quo plene dixi in dicto.c.paſtora
lis. ¶ Secundus eſt effectus in quo etiā hodie opatur q2 ſi dele
gatus cum clauſula appellatione remota committit vices non
in totum ad eum debet appellari ꝛ non ad papā.ſ.de offi.dele.
ſup queſtionum.§.qd̄ ſi delegatus.certe hoc ꝓcedit ſm opinio.
Hoſt.vt ibi tāgit Jo.and.ſed ſm communem opi.idem eſſet ibi
ſi clauſula non fuiſſet appoſita. ¶ Tertio opatur ſm Hoſtien.
quia ſi in ſecundis literis ſit mentio de primis ꝛ non de clauſula
in eis appoſita non valebunt ſecunde.de reſtit.ſpoli.ex conque
ſtione. ¶ Quarto opatur quia non obſtāte appellatione a diffi
nitiua ſententia mādabitur executioni. facit.ſ.eo.nouit. niſi ap
pellatio eſſet iam recepta p ſuperiorem.de offic.deleg. paſtora
lis.§.p̄terea. ¶ Quinto operatur quia iudex nō deferendo quā
do appellatur in caſibus non expreſſis in iure non patietur pe
nam.de quo.ij.q.vj.decreto.ꝛ.C.de appel.qnoniā iudices.et fa
cit quod no.ſ.eo.de priore. ¶ Sexto operatur id qd̄ habetur in
c.j.ſ.de reſcript. ¶ Septimo operatur id quod habetur in.c.ij.
de mut.peti.ſ. ¶ Octauo operatur qd̄ quādo cauſa eſt cōmiſſa
duobus cum hac clauſula tunc delegatus non cogitur recipere
vices cōdelegati ne vulneret ſua iuriſdictio.ſ.de offic.deleg.ſu
per queſtionū.

Ayuntamiento de Madrid

per queſtionū.§.ſi vero. ¶ Nono operatur qꝛ ſi appelletur a diffinitiua ſi appellās vult obtinere effectum ſuſpēſum oportebit qḋ exprimatur in appellatione cauſa in ... expreſſa.ꝑ id quod habetur.ſ.eo.paſtoralis.Dicit tñ do. Anto. ꝙ ſatis erit ſufficiens cauſa appellationis a diffinitiua ſi dicat volo nō pbatum pbare qꝛ ius ſpecifice hoc pmittit.l.p hac.C.de tempo.appel.z ſ.de teſti.fraternitatis.z hec ꝓcedunt de iure:ſed de cōſuetudine z ſtilo curie ſeruatur opi.gl.vt nihil operetur clauſula pdicta:z ſolum intelligitur remouere appellationes fruſtratorias que etiā a iure ſunt remote.vt not.Hoſt.in ſumma.de offic.deleg.§.quis ſit effectus.z facit qḋ not.Bar.in.l.j.§.ſi.ff.a quibus ap.nō licet.z quod no.ſ.de offi.deleg.ex parte.el.ij. ¶ In gl.iiij.ibi.et 10 fita puenire aduerſarium.z ſic concludit gloſ.quod miſſio nuntij hodie nihil operetur. et hanc opin.in vna parte videtur tenere Hoſti.dicēs ꝙ cōtra talē qui miſit nūtium vel iter arripuit poteſt ꝓcedi ſi non defendat.Nec ob.c.dilecti.ſ.eo.z.j.de cleri. pereg.c.j.quia loquūtur in attentatis iniuſte z ſine debito ordine iuris vel in iudicente ſibi ius in cauſa ꝓpria:z ſic non erit cōpetens iudex.deinde ponit aliā opi.vt hec decre.intelligatur in ordinario ſeu quādo aditur ordinarius z non quādo aditur delegatus:z ſi ſit citatus quis corā ordinario non ꝓdeſt ſibi allegare miſſionē nuntij,ſecus ſi corā delegato:ſed certe hec opi. non videtur bona,qꝛ hec litera loquitur indiſtincte in conuēto coram alio iudice.Unde ponit etiā aliā opin. quā reprobat do. Anto. ipſe autem do.Anto.concludit qḋ ſi itineris arreptio ſit in propriam pſonā ex cauſa legitima z cauſa nondum recepta:tūc habet ſuſpendere iuriſdictionē inferioris iudicis ꝑpetui.j.de cler. peregri.non ex eo qḋ habeat vim appellationis ſm eum,ſed qꝛ ex cauſa legitima itinerātes ad papā eximūtur ab inferioribus iudicibus.j.ti.j.c.j.quinimo z nuntij pro alijs ex legitima cauſa miſſis gaudent hoc priuilegio.ꝑ id quod habetur.j.eo.c.dilecti. qui autem ſine ꝓbabili cauſa vadunt non gaudent hoc priuilegio vnde tales poſſunt citari ad domum z tenebit ſententia contra eos lata. intellige in caſibus in quibus poteſt ꝓcedi li. non conteſt.ſm ea que habētur de dolo z contu.c.ſi.z p Inno. de eo qui mit.in poſ.c.ſi.z facit qḋ no. Bar. in.l.iiij.§.ptor.ff.de dam. infec.quādoqꝫ autem quis arripuit poſt cauſam iam ceptam, z tunc itineris arreptio non iuuat ſi nullū ꝓcedit grauamen. Secus ſi grauamen ꝓcedat qꝛ tunc itineris arreptio ad papā vel ad alium ſuperiorem videtur habere vim appellationis dūmodo certum ſit ꝙ ꝓpter hoc vadit vt de grauamine cōqueratur etiā vt ꝓceſſum cōtra ſe habitum petat reuocari,nā tunc talis arreptio itineris hꝫ vim appellationis per.c.cū cauſa. de offi.deleg. z de dolo z contu.cum olim.z de reſti.ſpo.audita.z tñ neceſſe eſt ꝙ iter arripiatur infra decem dies a tpe illati grauaminis quia decem dies dātur ad appellādum ſiue appelletur verbo ſiue facto alias trāſit in rem iudi.ſ.de elec.cū dilecti.z.ſ.ti.j.c.ꝙ ad conſultationē.Item hoc verū ſm Inno.z Hoſt. qñ talis arripiens iter non hꝫ copiā iudicis vel de facili habere nō poteſt vt ſic ab ipſo appellet z petat apl'os pnt teneri ſi copiā iudicis a quo habere poteſt.ij.q.vj.biduū.z.l.j.§.adeūdi.ff.qñ appel.ſit.prudēter etiā facit ſm Inno. ſi corā teſtibus exprimit grauamina pro quib' vadit ad curiā.refert tñ aliquos tenere qḋ ſufficiat exprimere corā ſuperiore do.Ant.hic videtur tenere primā opi. quia cōcludit qḋ debent ſeruari illa que adaptari poſſunt ſm naturā appellationis.ſed Archi.in.c.j.j.eo.li.vj. videtur tenere ſcdam. nā pōderat qḋ Inno.dixit prudēter etiā facit.z ſic videtur loqui de cōſilio ſm eū z nō de neceſſitate.z ſic reſidet Jo.an.in.d.c.j.z qḋ dixi.ſ.arreptionē itineris habere vim appellationis qñ ſit poſt cām ceptā z poſt grauamē illatū et non hꝫ grauatus copiā iudicis.tenuit etiā hic Hoſti. idē dicit qḋ ꝓpter metum iudicis nō audet appellare:dicit tñ ꝙ vbi nō appellatur in pſentia iudicis debet hoc ſibi intimari infra decē dies ſi hoc fieri poteſt vel ſaltem aduerſario.arg.c.mādato.ſ.de ꝓcur.concludit etiam qḋ poſt talē arreptionē itineris reuocabūtur oīa attentata nedum a tempore notificationis facte iudici, ſed etiā a tēpore quo iter arripuit.per id quod habetur.ſ.eo.dilecti. z.ſ.de offi.dele.cum cauſa.z plus etiā dicit qḋ grauamina que ꝓceſſerunt arreptionē itineris ꝓpter que eſt iter arreptum reuocabūtur.z ſic etiā trāſit hic do.Anto.forte hoc vltimū eſt verū demum ꝓbata veritate cauſe grauaminis.per id qḋ habetur.j.eo.non ſolum.lib.vj.z cū opin.de qua.ſ.dixi.tranſit hic do. Anto. z ſic videtur velle poſt Inno.z Hoſt.qḋ arreptio itineris facta ante cauſam ceptā nō habeat vim appellationis licet arreptionis iter eximatur a iuriſdictione iudicis inferioris.per id qḋ habetur.j.ti.xxi. ſed certe hoc debet intelligi qñ non ſuberat iuſta cauſa appellādi:ſed forte al's ſolum arripiebat iter cauſa impetrādi reſcriptū:ſed vbi affuiſſet cauſa probabilis ꝓpter quā potuiſſet appellari ſm ea que habentur.ſ.eo.bone.non video quare non habeat vim appellationis dūmodo conſtet qḋ ꝓpter grauamē,de quo ꝓbabiliter timet iter arripiat ad curiā quia non eſt dare bonā rationem diuerſitatis quare dicto caſu non debet habere vim appellationis prout hꝫ qñ arripitur iter poſt iudicium ceptum et poſt grauamē illatum,z ideo cū ſit eadē ratio idem ius debet eſſe. per id qḋ habetur.ſ.de cōſtitu.tranſlato.nec ob.qḋ dixi remēdo opi.Archi.qḋ non ſit neceſſe exprimi grauamina per arripientem iter qḋ habetur in.l.ij.C.de his qui per me.iud. non appel. niſi qñ per metū iudicis in eius abſentia appellatur debent exprimi cauſe appellationis quia illud ꝓcedit quando quis verbo appellat non arripiendo iter.Secus qñ ipſo facto appellat iter arripiendo,nā plus videtur eſſe facto puocare quā verbo.ſ.eo. dilecti.z qḋ qñ appellatur ipſo facto ... arreptionē nō corrigitur ius antiquū tenuit gl.... .j.eo.c.j.in.vj.et pro eo qḋ dixi qḋ itineris arreptio ante cauſam ceptam poſſit habere vim appellationis.bene facit quod not. Lapus in ſua alleg. xxxix.z qḋ dixi.ſ.eo.dilecti.z forte etiā fuit de mente Inno.hic quia non dixit ſimpliciter qḋ non habet tūc vim appellationis: ſed dixit qḋ non per omnia habet vim appellationis, z hec ꝓcedunt quādo iter arripitur in ꝓpria pſona. Si autem quis mittat nuntium tunc concludit do.Anto.qḋ ſi mittat ante cauſam ceptā non ſuſpenditur iuriſdictio per iſtū text.z in hoc dicit iura antiqua eſſe correcta.idē ſi mittat cauſa iam cepta grauamine non ꝓcedente,ſed vbi mittit cauſa iam cepta z ꝓcedente grauamine,tunc dicit poſt Inno.z Hoſt.qḋ habetur ꝓ appellatione ſi conſtet qḋ ꝓpter dicta grauamina mittit,z hoc faciat infra decem dies a tempore grauaminis z non poſſit habere copiam iudicis,vt ſuperi' eſt dictū de arripiente iter an poſſit.requirit etiā do.Anto.qḋ ſeruētur ea que ſeruari debent in appellatione quatenus fieri poteſt,et ſic videtur velle qḋ debeant exprimi cauſe grauaminis.ſed vt dixi.ſ.Inno ſm intellectum Archid. z Jo.and.in.c.j.j.eo.in.vj.ſuper gl.videtur velle idē eſſe de conſilio forte poteſt etiā attentari qḋ miſſio nuntij ante cauſam ceptam non operetur effectum quādo mittitur pro impetrādo et non ſuberat iuſta cauſa appellandi. z ſic poteſt intelligi iſte tex. ſed vbi ſuberat iuſta cauſa appellādi quia veriſimiliter tenebat grauamen videtur qḋ etiā hodie operetur talis miſſio z habeat vim appellationis dūmodo conſtet qḋ pdicta de cauſa mittit. per id quod habetur.ſ.eo.c.dilecti.z quod not. Lapus in dicta alleg.xxxix.z qꝛ videtur eſſe eadē ratio que eſt qñ mittitur nuntius poſt cauſam ceptā z grauamē illatum z per cōſequens idē ius debet dici.facit qḋ dixi.ſ.in ſimili de itineris arreptione.z ꝑ hoc etiam faciat quia iuriū correctio eſt euitāda,quatenus fieri poteſt.de elec.cū expediat lib.vj.Si aūt mittitur nūtius ꝓ reſtitutione habenda aduerſus ſententiā cōtra quā non poteſt inferior reſtituere.dicit do.Anto.poſt Innoc. z Hoſti. qḋ habebit vim ſuſpēſionis.per id qḋ habetur in.l.minor autē.ff.de mino. z ſic expectabitur nūtius z non prius mādabitur ſententia executioni.z maxime reſpectu illorū qui cōſueuerunt per nuntios impetrare vt collegia maiores plati principes z ſenes.facit.j.de ſen.excō.c.Quis.z ſic reſidet do.Anto. ſed hoc videtur intelligēdum quādo reſtitutio haberet ſuſpendere executionem. de quo in.c.ſuſcitata.de in integ.reſti.deberet etiā expectari nuntius ſi eſſet miſſus ſuper nouo dubio occurrente z non conſueto, nam pro talibus cōſueuit mitti ad papā.xx.diſtin. de libellis z facit qḋ habetur.ſ.de electio.c.cum in veteri. ¶ In ca.gl.in ſi.ibi niſi faciat mētionem de primo ſupple z de ꝓceſſu habito.per id qḋ habetur in.c.inter monaſterium.ſ.titu.j.z no.qḋ glo. in effectu concludit qḋ vbi quis puenitur coram ordinario per citationem factā vt corā eo compareat vel etiam coram delegato non poſſit opponi de alijs literis impetratis etiam ſi ſint priores in data quā alie per quas delegatus citauit, et ſic videtur qḋ quaſi tota materia de reſcrip.ſit correcta per iſtam decre.contra quod facit quia iurium correctio eſt euitāda.de elec.cum expediat.in.vj.et ſ.de elect.cum eccleſia veſtra.vbi patet qḋ non eſt veriſimile qḋ papa vnico verbo tollat omnia iura de materia loquentia propter hoc dixerunt quidā quod iſte text. debet intelligi tantum quādo corā ordinario quis conuenitur. vt ſic fauore poteſtatis ordinarie hoc ſit inductum,ſed certe hec opinio videtur contra tex.qui ſimpliciter dicit corām idoneo iudice:z ſic videtur loqui tam de ordinario ꝙ etiam de delegato. vnde alibi dixerunt qḋ hoc debet intelligi quādo impetrāti dolus vel negligētia poteſt imputari:an quia non fuerunt preſentate infra annum vel impetrans fraudulenter tacuit illas.facit.ſ.de reſcrip in.c.ſi nautē. z c.plerūqꝫ.z.c.ex parte.ſecus ſi nō poſſit imputari negligētia vel dolus:quia tunc procedant iura antiqua.vt ſtetur prioritati date z non preſentationis:quia illud ꝓcedit ſm intellectū prout hodie vbi videtur attendi tempus pſentationis,quia illud ꝓcedit ſcdm intellectum glo.ibi z etiā hic.ſed non ſecūdum verum intellectum prout eſt hodie declaratū in.c.tibi.de reſcri.in.vj.et do.Ant.hic cōcludit qḋ ſi prime litere ſunt impetrate de cōmu



Ayuntamiento de Madrid

ni conſenſu non poteſt tunc fieri preuentio per ordinarium vel p̄ ſcōas niſi ſecūde faciāt mentionē de primis, ⁊ de cōſenſu cō muni. vt ptȝ. ſ. de reſcri. ceterū. que non reperitur correctā. facit de cau. poſ. ⁊ ppꝛie. c. cum olim. idē dicit ſi pſente ⁊ ſciēte aduerſario ſuo vel eius pcuratore ſunt impetrate: q2 ille non poſſunt pueniri ſm eum. Si autem conueniatur corā ordinario vel p ſecūdas literas ⁊ opponitur de literis primo impetratis ⁊ ceſſent que prime dixi, tunc ſi tantū opponit de literis quas non pſentauit iudici quē impetrauit ⁊ tūc repellitur: vt hic ptȝ. Si antē illas pſentauerat iudici p eas pcederet ⁊ opponit de literis primis quas dixi ſe pſentaſſe iudici impetratoris, ⁊ tūc ſm euȝ excludetur iuriſdictio ordinaria ⁊ etiā delegata p ſcōas, ſi nō facit mētionē de primis, ⁊ ſic dicit limitandū iſtū tex. ⁊ ideo dicit attēdendā formā oppoſitionis: q2 ſi ſimpliciter opponit de literis primis, quas dicit ſe pſentaſſe iudici, ⁊ ſubdit etiā ꝙ practica poterit eſſe vt citatus p ſcōas literas pſentet literas corā primis, ⁊ demū corā ipſis ſcōis qui citarūt ⁊ opponat ſe impetraſſe literas priores ⁊ illas pſentaſſe referat ſe paratū corā illis iuſtitiaȝ pſequi. ⁊ hoc caſu habebit locū. c. j. de reſcri. et alia iura dicentia ſtādū eſſe prioritati in data. ⁊ ſic hec decre. reſtringet. c. ſinautē. ⁊ c. plerūqȝ. vbi olim poterat differre vſqȝ ad annū. modo non poterit imo imputabitur ſibi etiā ſi infra annū nō pſentet vt pſequatur anteꝙ cōpareat corā alio citatus, ⁊ hec eſt in effectu cōcluſio ſua, ⁊ ſic videtur velle qȝ ad puentionē nō requiratur citatio. ſed ſufficit pſentatio. gl. tñ hic ⁊ gloſ. ſeq. ⁊ etiā alia in verbo aſſignatis. tenet ꝯtra. idē etiā videtur velle ꝙ ſufficiat pſentare poſt citationē qȝ nō videtur rōnabile ex quo iam eſt puentus p citationē p id qȝ habetur in. c. pponſuiſti. de fo. cōpe. vñ Innoc. hic videtur trāſire cū opi. glo. forte tñ de iure poteſt dici qȝ opi. gl. pcedat ſaluo niſi impetrās fuerit impeditus pſentare, q2 tūc incōgruuȝ eſſet qȝ ſine culpa ſua priuaretur iure ſuo. ꝯtra id qȝ habetur. lvj. diſt. c. ſatis puerſum. ⁊ ideo tunc poteſt dici habere locū materia que habetur. ſ. de reſcri. vt ſtari debeat prioritati date niſi ſcōe faciāt ſufficiētem mētionem de primis, ⁊ hoc etiā videtur ſenſiſſe gl. magna. in. c. j. ſ. de reſcri. ⁊ ſic potes dicere qȝ gl. pcedit ſiue quis conueniatur corā ordinario ſiue corā delegato. vt non poſſit opponere de literis impetratis niſi fuerit impeditus illas pſentare. ¶ In glo. aſſignare. iuxta ſi. ibi reducas ⁊c. vt ſic intelligatur qȝ ſufficiat preſentatio: ſcȝ ſecuta citatione, ⁊ iſtud etiā videtur hic ſequi Inno. tñ do. Ant. videtur aliter ſentire vcȝ qȝ ſufficiat ſola pſentatio. ⁊ p ipſo facit tex. iſte non cauillādo eum vnde forte de iure opi. ſua in hoc videtur verior. tñ pter autoritatem gl. ⁊ Inno. tutius eſt tenere gl. ¶ In gl. cauſa ibi: ſi vero iudex dubius ⁊c. hoc caſu pcipue debet habere collationem cū ſapiētibus ſi tamen adhuc remanet dubius pcedit qȝ hic dicit gl. Et aduerte quia ſi queritur quis habeat eſtimare an cauſa ſit pbabilis ſeu legitima. cōclude qȝ ſi queritur quo ad effectum deferēdi vel nō deferēdi hoc eſt in eſtimatione iudicis a quo: qui ſi dubitat poterit deliberare cum ſapiētibus, vt dixit gl. ⁊ in dubio debebit deferre. licet aūt ſit in eſtimatione iudicis a quo: quo ad hunc effectū, ſi tñ eſtimet non eſſe pbabilem ⁊ p hoc non deferat, ſi tñ cauſa vere eſt legitima ſua nō delatio nō impediet effectū dilationis. ſ. eo. c. ſepe. ⁊. c. paſtoralis. ⁊ punietur niſi cauſa legitima ipſum excuſet: vt quia forte probabiliter potuit eſtimare illud qȝ fecit. facit. j. de ſen. excō. c. ſacro. quātuȝ autē ad finē iuſtificāde appellationis hoc erit in eſtimatione iudicis ad quē. Si tñ nō bene eſtimet poterit appellari ſecundo ⁊ non tertio. j. eo. c. ſua nobis. ⁊ no. qȝ licet puniatur iudex qñ non defert eo caſu quo debet deferre. facit qȝ habetur. ſ. e. de priore.

11 † tñ non punitur ſi deferat vbi nō tenebatur deferre. vt not. Archi. in. c. j. eo. lib. vj. in verbo delatū. ¶ In ea. glo. ibi. j. eo. cordi nobis hodie eſt. c. j. j. eo. lib. vj. requirūtur etiā, ⁊ alia de quibꝰ p Archi. ij. q. vj. nō iſta. ⁊ per Jo. and. in. d. c. j. j. e. in. vj. ⁊ tangetur poſt gl. ¶ In gl. rationabiliter ibi nō fuit pbabilis ſupple vel nō fuit vera. facit qȝ habetur. j. eo. c. nō ſolū. lib. vj. ¶ In ea. gl. in ſi. nota diligēter gl. que videtur velle qȝ nō poſſim recuſare iu

12 dicem inimicū. † ſi fui cauſa inimicitie, ſed hoc nō videtur veruȝ, per id qȝ habetur in. l. timorem. ff. qȝ met. cau. ⁊ pro hoc etiā qȝ no. Inno. in. c. penul. j. de accuſa. ⁊. ſ. de re iudi. cum J. et A. ibi vult quia etiā ſi quis fecerit ex iuſta cauſa coniuratione contra me: ⁊ ſicut ego fui cauſa coniurationis nihilominus repellitur a teſtificādo contra me. ad idem. j. eo. ſi iuſtus metus. vbi in abſentia iudicis poteſt appellari. licet appellās fuerit cauſa metus. ⁊ hoc etiam tenet Archi. de reſcri. ſtatutum. §. cum autem. lib. vj. facit quod habetur in. c. quia diuerſitatem. de conceſ. preben. vbi patet qȝ ille qui fuit cauſa impedimenti poteſt tollere impedimentum, ⁊ per hoc etiā quia in talibus potius debet attendi iuſtitia ⁊ equitas iudicādi quā factum puocātis. ſ. de except. cum inter. nec obſtat quod habetur in. l. ſi mulier. in princ. ff. qȝ met. cau. qui de iure poterat inferri: hic autem timetur ne de facto faciat iniuſtitiam. ¶ Item non obſtat ratio quā tetigit gloſ. quia poteſt dici qȝ non debet dici iudex ſuſpectus ex quo apparet ipſum non grauaſſe: quia non videtur eſſe pſumptio qȝ iudex puocetur ex appellatione. ſi tamē appareret qȝ de facto fuiſſet ex hoc puocatus: tūc nō deficeret recuſare quaſi tūc eſſet odioſus parti. facit quod habetur in. c. ſecundo requiris. ſ. eo. ſ. vt lite non conteſta. accedens. el. j. Hoſt. tñ ⁊ Jo. and. hic ſimpliciter tranſeunt cum gl. ſed do. Anto. tenet poſt Archi. quod. ſ. dixi.

13 ¶ † In gl. in expenſis. in ſi. etiā pcedit glo. ſiue calumnioſe appellauerit ſiue non: dummodo iuſta cauſa non excuſet eum ab expenſis. ſi tamen calumnioſe appelletur, tunc fortius punitur. C. quorum app. non recip. l. ab executione. vbi in cauſa ciuili punitur in quinquaginta libris, ſed in criminali perdit litem ⁊ notatur: id eſt quaſi infamatus recedit. C. de app. a pconſulibus. ⁊ dixit hic Pet. de ſu. qȝ vbi opinio aliqua faceret pro appellāte. licet pnuntietur cōtra eum in cauſa appellationis non cōdemnabitur in expenſis. qȝ etiā poſuit Spec. in titu. de expēſis. §. nunc videndum. vbi ſatis de materia. ⁊ ſic tranſit Jo. andr. et dom. Anto. ſed forte poſſet dici qȝ hoc dictum pcedit niſi eſſet opi. communiter dānata. per Joā. and. in. c. j. de conſtitu. et per Bar. in. l. ſi. C. de pena iudi. in quibus nota. ſequendam eſſe communem opinionem. ¶ Et not. qȝ decret. iſta. et quod dicitur in hac glo. pcedit ſiue appelletur ab ordinario ſiue a delegato ſiue ab arbitro iuris. facit quod habetur. ſ. de exceptio. c. olim. ⁊. c. dilecte. ⁊. ſ. de offi. deleg. ab arbitris. lib. vj. ¶ Quis autē exequatur ſententiam iſtam condemnationis expenſarum. dic qȝ primus iudex ad quem fit remiſſio. vt not. in Spe. de executio. ſententie. §. ij. Quid autem ſi iudex appellationis non cōdemnauit in expenſis. dic qȝ iudex principalis cauſe reſeruabit cōdemnationem in fine cauſe, vt no. in Spe. de ſenten. §. videndum. ver. ſed quid ſi iudex. An autem valeat appellatio ſi ſimpliciter appelletur ad ſuperiorem non facta alia expreſſione, dic qȝ ſic. et intelligetur de primo ſuperiore, ⁊ ideȝ ſi ſimpliciter appelletur ad maiorem iudicem. vt no. in Spe. de app. §. nunc tractemus. verſi. ſed quid ſi quis. ⁊ verſi. ſeq. ⁊ facit quod not. gloſſ. in. l. cum pponas. ⁊ auten. ibi poſita. C. de bonis auto. iudic. poſſi. ¶ In gl. penul. ibi ⁊ remittet partes. ſed nunquid eſt neceſſe quod interueniat verbalis remiſſio que fiat per iudicem appellationis ad hoc vt iudex cauſe principalis a quo fuit appellatum: poſſit cauſam reaſſumere. gloſ. iſta videtur aliqualiter innuere qȝ ſic. ſed potes dicere ꝙ iſtud pcedit quādo iudex a quo detuliſſet appellationi: quia tunc non poteſt reaſſumere cauſam etiā ſi pronuntietur male appellatum: nec iudex appellationis illam ſibi remittat, quia p delationem negotium principale fuit delatum ad iudicem appellationis. j. eo. cum appellationibus. lib. vj. ſecus vbi iudex non detulit appellationi: quia tūc non requiritur de neceſſitate dicta verbalis remiſſio, ſed ſufficit qȝ pronuntietur per iudicem appellationis male appellatum eſſe: quia non perdit iuriſdictionem ſuam in principali ex quo cauſa appellationis fuit falſa vel non legitima: quod videtur pcedere etiaȝ ſi facta fuit inhibitio ſibi per iudicem appellationis quia licet illa impediat pceſſum iudicis a quo pendente cauſa appellationis non tñ per hoc defertur negotium principale ad ipſum iudicem appellationis, ſed ſolum ſuſpenditur cognitio iudicis a quo vſqȝ ad expeditionem articuli appellationis. facit quod legitur ⁊ notatur. j. c. j. in verbo delatum. de appel. in. vj. ¶ Et ex

14 predictis patet qȝ inquātum hic dicitur qȝ † non iuſtificata appellatione debet negotium remitti ad iudicem a quo pcedit qñ non fuit delatum appellationi per iudicem a quo, quia tunc vt dictum eſt non tenetur remittere licet poſſit. Item videtur limitādum qȝ hic dicitur quādo non eſt per partem delatum appellationi ⁊ petitum qȝ partes inſtructe debeāt comparere ſuper negotio principali corā ſuperiore ſm formaȝ. c. j. j. eo. in. vj. quia tunc poterit cauſa principalis tractari ⁊ non iuſtificata appellatione vel amiſſo articulo appellationis. vt patet in. d. c. j. ¶ Et no. qȝ ſolus appellatus poteſt petere qȝ eſt dictum: vt ſcilȝ partes inſtructe compareāt. nec obſt. prealleg. c. primum. dum dicit de partium voluntate pcedatur ſup principali quia ſubaudiendum eſt vel partis appellate per ea que precedunt. j. dicto. c. vt etiā voluit ibi Inno. ⁊ Compoſt. de electio. in. c. j. lib. vj. ⁊ hec vera quādo appellatur ad papam vel legatum qui etiam adiri poteſt per viam querele. vt in. c. j. ſ. de offic. deleg. ⁊ not. per gloſ. in verbo ſi dicat. ſ. circa ſi. ſecus ſi appellatum ſit ad metropolitanum: quia non poſſet etiā de partium cōſenſu cognoſci de principali omiſſo articulo appellationis: quia metropolitanus demum poteſt cognoſcere de principali. ſi reperiat bene appellatum ab interlocutoria ⁊ aliter non. per. c. romana. cum ibi nota. de foro compe. lib. vj. ⁊ eo. tit. c. ſignificaſti. ſaluo niſi per iudicem a quo delatum eſſet appellationi. per id quod habetur in. c. cum appellationibus. j. eo. in. vj. ¶ In eadem glo. in fine. nota bene ex glo.

Ayuntamiento de Madrid

ex glo. quale fuit officium iudicis in cauſa appellationis ab in-
terlocutoria et in cauſa appellationis a diffinitiua, ſed aduerte
q2 licet ſit clarū qđ iudex ordinarius a quo eſt appellatum ab
interlocutoria poteſt cognoſcere de principali ſi pnūtiet bene
appellatū, tñ dubiū eſt quid delegato cui delegata fuit cauſa ap
pellationis ab interlocutoria an ſi pnūtiauerit bene appellatū:
poſſit cognoſcere de principali. glo. tāgit hoc dubium. ij. q. vj. in
fi. ⁊ tenet qđ ſic. ⁊ idem hic Inno. alleg. de teſtamē. raynutius. ⁊
ſ. de reſcrip. ſup literis. ⁊ j. eo. romana. §. qđ ſi obijciatur. lib. vj.
Vinc. vero dicebat formā mādati eſſe ſeruādam. p id quod habe
tur. ſ. de reſcri. c. cum dilecta. ⁊ videtur velle quod niſi aliud ha-
beat ex forma mādati in dubio nō poſſit ſine nouo reſcripto de
principali cauſa cognoſcere: nec etiā de alia cauſa appellationis
que non fuit expreſſa. Jo. and. dicit qđ credit conſiderāda verba
reſcripti ⁊ plus non dicit nec aliter declarat Fe. de ſenis in
ſuo conſil. cxcij. poſt Lapum abbatem multum ... hic proſe-
quitur ⁊ finalis concluſio ſua eſt quod non poſſ... cognoſcere de
principali nec includatur in reſcripto appellat...is in dubio niſi
prorogetur iuriſdictio per partes, et ſit caſus in quo poſſit fieri
prorogatio, vt quia cauſa nō eſt de maioribus. ⁊ quia phibetur
tacite vel expreſſe a delegāte. tu potes dicere vt hic voluit dom.
Anto. Et forte fuit de mente Jo. and. qđ ſi delegatus dicit: cō-
mitto tibi cauſam inter talem, ⁊ talem quo ad articulum appel
lationis tantum, ⁊ tunc planum qđ non poterit cognoſcere de
principali. Si vero dicat cōmitto tibi cauſam inter talem et ta-
lem vertentem cum omnibus ſuis acceſſorijs et appenditijs, et
tunc poterit cognoſcere de principali quia cognitio cauſe prin-
cipalis eſt de appenditijs, ⁊ acceſſorijs ipſius cauſe appellatio-
nis. facit qđ habetur in. l. ſi quis heres. ff. de acqui. here. Si vero
ſimpliciter committit cauſam appellationis vertentem inter ta
lem ⁊ talem: tunc videbitur qđ includatur cauſa principalis. vt
voluit gl. ſuperius allegata. ⁊ Inno. quia cognitio cauſe princi-
palis eſt de conſecutiuis ad cauſam appellationis, ⁊ ideo in du
bio videtur etiā commiſſa. arg. eorum que habētur in. c. prudē-
tiam. §. ſexta. de offi. deleg. facit etiā qđ habetur. eo. titu. c. pter-
ea. ⁊ c. ex literis: ſed aduerte: quia licet forte hec opinio ſeruare-
tur in practica ppter autoritatem tenētium illam, tamen non vi
detur eſſe ſine dubitatione, quia licet quādo aliquid cōmittitur
videātur cōmiſſa illa ſine quibus illud cōmiſſum explicari non
poteſt. ⁊ ſic loquitur. c. pterea. ⁊ c. ex literis. de offi. deleg. ⁊ ff. de
pcur. l. ad rem mobilem. ⁊ l. ad legatum. tamē ſecus videtur qñ
ſunt talia ſine quib9 cōmiſſum expediri poteſt cum mādata ſint
ſtricti iuris nec videātur extendenda. vt patet per id qđ legitur
et notatur in. c. P. ⁊ G. de offi. deleg. ⁊ ſ. de reſcrip. c. cū dilecta.
ſed tenendo opinio. quā etiam ſequitur do. Anto. poteſt dici vt
ipſe ſenſit qđ cognitio cauſe principalis aliquo reſpectu poteſt
cenſeri pars appellationis: quia per ipſam appellationē etiam
deuoluitur negotium principale ſi cōtingat pnūtiari bene ap-
pellatum: ideo poteſt dici qđ ſub cōmiſſione appellationis in-
cludatur. facit qđ habetur in prealleg. c. prudentiā. §. ſexta. ad fi.
de offi. deleg. ¶ In gloſ. fi. in fi. ⁊ aduerte qđ duplex poteſt eſſe
intellectus in iſto verſi. ſaluis. vnus qđ qualitercūq; appelletur
etiam cauſa non inſerta deuoluatur cauſa ad papam. Sed certe
iſte intellectus non videtur bonus: q2 abſurdū videtur dicere il
las cauſas p appellationē deferri ad papā. de quib9 alius q̄ pa
pa non poteſt cognoſcere, ideo alius fuit intellectus qđ hic po-
natur quedā pteſtatio quā facit papa de iure ſuo. facit qđ habe-
15 tur. ix. q. iij. in. c. ſaluo. ⁊ not. gl. in. c. q̄uis. de elec. in. vj. ¶ † Que
autem dicātur cauſe maiores. gl. hic remiſit ad. c. qđ trāſlationē.
Inno. dicebat inter cauſas maiores etiam numerari cauſas ele-
ctionum epiſcopoꝝ, ⁊ cauſas criminales ipſoꝝ. facit qđ habetur
ij. q. j. decreto. refert tñ alios dicere qđ hoc non pcedit in cauſis
electionū: quia etiā in illis appellari debet cū cauſa, ⁊ ſic hodie
eſt declaratum in. c. q̄uis. de elec. in. vj. ⁊ qđ etiā non ſint maiori-
bus cauſe electionum epoꝝum patet: quia illas confirmant ar-
chiepī ⁊ patriarche ⁊ legati de latere. de elect. ſi abbatem. lib. vj.
imo plus in illis eſt ſpecialiter introductum qđ appellatio a dif
finitiua non admittitur niſi interponatur in ſcriptis ⁊ cum cau-
ſa pbabili. vt no. in. d. c. q̄uis. ⁊ vbi etiā appellatio ante ſenten
tiam iuſtificatur quo ad deuolutionem eo ipſo qđ appellatum
eſt ex cauſa pbabili etiam anteq̄ pbetur vera. vt ibi notatur. ⁊
eo. titu. in. c. ſi poſt q̄. licet ſecus regulariter in alijs vt hic patet.
16 et. j. eo. c. interpoſita. cum ibi notatis. ¶ † Et extra gl. potes di-
cere qđ decem pcipue exiguntur vt valeat appellatio ab interlo
cutoria. Prima cauſa grauaminis illati vel comminati. j. c. pxi.
Secūdo qđ ſit legitima: vt hic. ⁊ j. eo. c. cum ſpeciali. Tertio qđ
ſit vera. vt hic. ⁊ j. eo. c. interpoſita. Quarto qđ ſit expreſſa in ap
pellatione. vt hic. j. eo. c. cum cauſam. Quinto qđ nō ſit admiſſa
petitio vel exceptio. vt in. c. dilecto. j. eo. Nam ante repulſam ap
pellationem non eſt licitū appellare: vt ibi. Sexto requiritur qđ
fiat in ſcriptis. vt in. c. cordi. j. eo. in ſexto. Septimo qđ vbi non
admittitur exceptio appelletur ppter illud. vt patet in dicto. c.
dilecto. ⁊ facit qđ notatur in. c. ex parte. ſ. de teſtib9. Octauo re-
quiritur qđ petātur apoſtoli. vt dicto. c. cordi. Nono qđ ſi appel
latus hoc petierit veniāt inſtructe vel pars inſtructa, et potiſſi-
me ipſe appellās vt dicitur in. c. cordi. Decimo qđ fiat infra de-
cem dies. facit. ſ. titu. pxi. qđ ad cōſultationē. ⁊ de materia poſt
Hoſt. in. d. c. cordi. ⁊ per Archi. in. c. non ita. ij. q. vj. ⁊ in Spec. de
appel. §. qualiter. verſi. in ſumma.

1 Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus.
2 A grauamine comminato vel illato poteſt appellari.
3 Reuocare poteſt iudex ſuam interlocutoriam.
4 Grauamine ppter qđ fuit appellatum reuocato excluditur fa-
cultas recuſandi iudicem.
5 A comminatione iudicis an poſſit appellari et an comminatio
iudicis habeat vim diffinitiue.
6 Reuocari poteſt ſentētia interlocutoria infra decē dies: ſed an
poſſit reuocari poſt ⁊ an reuocatio poſſit fieri parte non citata.
7 Reuocare non poteſt iudex ſententiam interlocutoriam ſi de-
tulit appellationi.
8 Reuocari pluries an poſſit eadem interlocutoria.
9 Interlocutoria qualiter a iudice reuocetur.

a **Cum ceſſante.** [a] Iudex in principali cā pcedere poteſt. Si reuo-
cet grauamen ppter quod ab eo fuit appellatū. hoc
dicit. principium ⁊ finis ponunt duplicē conſtitutio
nis cauſam. medium vero ponit conſtitutionem. ibi: ſtatuimus.
1 ¶ In tex. ibi deſtiterit ſupple. ⁊ ſic reuocauerit. ¶ † Nota pri-
mo illud vulgatū ad qđ quotidie allegatur: vȝ qđ ceſſante cau-
ſa a qua aliquid depēdet ceſſare debet ⁊ effectus. facit qđ habe-
tur. j. de voto magne. de iureiurādo. ⁊ ſi chriſtus. ⁊ de peniten. ⁊
remiſ. cum infirmitas: ⁊ de renuntia. c. poſt tranſlationem. et ibi
de hoc gl. ⁊ docto. ⁊ pcipue per Joan. Calde. ⁊ per Ly. ⁊ Bart.
2 in. l. ij. in fi. ff. de dona. ¶ † Item nota qđ a grauamine commi-
nato vel illato poteſt appellari de iure canonico. ¶ Et nota q̄
videtur ſufficere ſententiam vel comminationem inferre graua
men in actu executionis, licet non inferatur in promulgatione.
3 ¶ † Item nota qđ iudex poteſt ſuā interlocutoriā ex pprio im
b perio reuocare[b]: ⁊ ſic non videtur interlocutoriam trāſire in rem
iudicatam. quo ad iudicem. facit. ff. de re iudi. in. l. qđ iuſſit. licet
ſecus quo ad partis preiudicium. ſ. de elect. c. cum dilecti. ad fi.
4 de quo hic in gl. ⁊ in prealleg. l. qđ iuſſit. p glo. ⁊ Bar. ¶ † Item
not. qđ reuocato grauamine ppter qđ fuit appellatum. etiam
excludetur facultas recuſandi ex alio capite. ¶ Item nota qđ
pceſſus negotij non debet ex friuolis occaſionibus retardari.
facit quod habetur in. l. non ignorat. C. de fructibus ⁊ litis ex-
penſis. ¶ Et nota ſm Innoc. qđ non ſufficit iudicem dicere qđ
paratus eſt reuocare grauamen: niſi etiā ex facto reuocet, et ſic
dicit intelligendā hanc decreta. dicit tamen quādoq; ſufficere ta
citam reuocationem, vt ſi appelletur a iudice ne pcedat contra
ipſum appellantem ex eo: quia eſt exemptus ab ipſius iuriſdi-
ctione: ⁊ iudex ipſe qui citauerat ſuper principali, nunc aſſignat
terminum ad probandum exceptionem exemptionis, nam taci
te videtur reuocare grauamen quod intulerat quo ad pceſſum
5 principalis cauſe. ¶ † In gl. prima. ibi ex officio ſuo commina-
ri debet. Sed certe illud eſt verum quādo comminatur ſm for-
mam a iure permiſſam, vt quādo comminatur in peremptorio
ſe pceſſurum contra contumacem. Sed hic loquitur quādo alr̄s
contra formam iuris comminatur, ⁊ hoc caſu an poſſit appella-
ri. Conclude qđ ſi cōminatio eſt conſecutiua ad grauamē de pre
terito: vt quia iudex precipit parti qđ aliquid det vel faciat ſub
pena excommunicationis: ⁊ tunc poteſt appellari, ita intelliga-
tur hic idē ſi comminatio habeat in ſe grauamen annexum, vt
ſi dicat niſi tale quid feceris te excommunicabo vel te puniam in
decem: quia eadem eſt ratio. Si autem comminatio non veniat
conſecutiue ad grauamen de preterito: nec habeat annexū gra-
uamen: vt quia forte ſimpliciter cōminat qđ ledet aliquem ſeu
partē aliquā: ⁊ tunc Inno. hic videtur dubitare, nam ponit opi-
niones contrarias, vna eſt qđ non poſſit appellare quia vanus
videtur eſſe metus ex quo aliter nō inſtat. facit. l. j. verſi. metum.
ff. quod metus cauſa. recitat alios tenere contrarium. potes di-
cere qđ ſi non cōſueuit tales cōminationes mittere executioni.
tunc pcedet prima opinio. Si autem conſueuit mittere tunc ſi
apparet cuius ptextu velit inferre leſionem: ſi forte velit extra-
iudicialiter id facere poterit appellari. per id quod habetur in
c. bone. ſ. eod. Si autem iudicialiter forte non poterit appellari
niſi ſecuto grauamine: quia in iudicio a futuro grauamine non
appellatur. j. eo. c. dilecto. Si autem non apparet cuius ptextu
velit inferre leſionē: videtur qđ non poſſet appellari. Sed forte
bene poterit tūc recuſari: quia ſatis poteſt dici ſuſpect9 ex quo

a ¶ Cum ceſſante. ſi q̄ris vtrū ceſſante cā ceſſet effect9. vid. diſ. do. Dē. boych. i. c. ⁊ ſi xps. ſ. de iureiuran.

b ¶ Reuocare. ſi queras an iudex poſſit ſuā ſniam reuocare. diſ. vt p do. Den. boych. i. c. i ſriis. de off. deleg.



Ayuntamiento de Madrid

competit mittere tales comminationes executioni. ꝑ id qᵒ le-
gitur ꝛ not. in. l. j. C. ſi quis imperatori maledixerit. ꝛ qᵒ no. etiā
in. l. ſ̄ ctum. C. qᵒ metus cau. ꝛ in. l. iij. ff. ex quib. cau. maio. ꝛ fa-
cit etiā quod not. gl. prima. in. c. cum ſuper. ṡ. de offic. deleg. ꝛ qᵒ
habetur etiā in. l. ſi quis ꝓuocatione. C. de appel. vbi etiam tan-
gitur quid ſi iudex det alapam parti. facit etiam ad ꝑdicta quod
notatur in Spec. de appellationibus. §. in quibus. verſi. xxxvij.
dicit etiam hic do. Anto. qᵒ vbi grauamen eſt ſucceſſiuum po-
teſt ſemper appellari donec reuocetur vt ſi quis petit reuocari
ſententiam excommunicationis tanꝗ̄ iniuſtam, nam quādiu re-
uocatus non erit appellari etiam poſt decem dies poſt petitio-
nem. de qua. ṡ. facit quod nota. in ſimili. ṡ. de reſcript. in. c. dile-
ctus. ꝛ quod dictum fuit. ṡ. eodem. ex parte. dicit etiā Paulus.
in clemen. j. cauſam. de electio. in verbo ab interpoſitione qᵒ ab
iſtis comminationibus cum non habeāt vim ſententie, ꝛ ſic nō
tranſeant in rem iudicatā. poteſt etiam poſt decem dies appel-
lari quod tene menti. facit etiā quod nota. in. c. ad aures. de tem
poribus ordinādorum. ¶ In eadem glo. ibi in alterius iniuriā.
Sed certe hic non mutat in alterius iniuriā: imo in fauorem et
commodum illius qui fuerit grauatus, et ideo nimirum ſi po-
teſt mutare: ꝛ per conſequens non obſtat regula allegata in gl.
6 ¶ † In eadem gl. ibi. ṡ. eodem. c. perſonas. et ſic concludit glo.
a qᵒ interlocutoria ſine dubio poteſt reuocari[a] infra decem dies.

a ¶ Pōt reuocare. de iterlocutoria q̄ſr ꝛ qñ pōt reuocari. vide p d. Felỹ. i. c. q̄ſr et qñ. ĩ. d accu. vbi ſimple per ipſum.

idem etiā vult poſt decē dies: quia licet poſt decem dies trāſeat
in rem iudicatam quo ad partem. vt in. c. cum dilecti. ꝛ. c. ſignifi-
cauerunt. alleg. in gloſſ. tamen non tranſit quo ad iudicem. Jo.
and. hic refert alias opiniones. que tanguntur etiā per gloſſ. et
legiſtas in. l. quod iuſſit. ff. de re iudi. finaliter concludit qᵒ etiam
poteſt poſt decem dies reuocari dummodo cum cā reuocetur.
vt etiā voluit Innoc. in. c. ſacro. ĩ. de ſen. excom. Sine cauſa autē
parte inuita cui ius eſt queſitū reuocare non debet, licet ea con-
ſentiente poſſet. facit quod legitur et notatur in. l. j. in fine. ff. de
preto. ſtipu. dic cum Innocen. in dicto. c. ſacro. quod ſi iudex re-
uocat etiam ſine cauſa ꝛ parte inuita tenebit reuocatio: niſi ap-
pelletur ꝛ appellationem ꝓſequatur appellans vel niſi alio re-
medio reciſiuo: puta per viam reſtitutionis in integrum. An au
tem reuocatio poſſit fieri parte non citata. Spe. videtur tenere
qᵒ non: niſi contineat notoriam iniuſtitiam. in titu. de exceptio
nibus. §. viſo. verſicu. ſed ſi iudex. ꝛ facit quod not. Innocent. de
electio. c. querelam. in verbo ſubtractum. Jo. and. in titu. de ſen-
tentie prola. §. ſpecies. verſic. eſt quoq;. videtur dicere vt tangit
do. Anto. qᵒ ſi interlocutoria eſt lata cum cauſe cognitione nō
poterit reuocari niſi parte citata ꝛ cauſa cognita. ſi vero ſine cau
ſe cognitione poterit reuocari etiā parte non citata et ſine cauſe
cognitione, ꝛ idem etiam videtur velle Bar. in dicta. l. qᵒ iuſſit.
¶ Item aduerte quia hoc videtur procedere regulariter quod
interlocutoria poteſt reuocari. Fallit primo quādo haberet vim
diffinitiue: qꝛ tunc videtur eadem ratio que in diffinitiua. Ideo
ſi ꝑceptum eſt factum cum cauſe cognitione non videtur poſſe
reuocari ſicut nec diffinitiua. Secus ſi ſine cognitiōe. facit quod
notatur per glo. ĩ. de verbo. ſignifi. ex parte. ꝛ quod notatur etiā
in dicto. §. ſpecies. verſi. eſt quoq;. ꝛ ſic tranſit domi. Anto. forte
tamen hoc procedit quando non expectat poſt ſe aliam diffini-
tiuā. als ſecus vt ſi interlocutoria ſit lata ſuper aliqua exceptio-
ne peremptoria. nā licet illa habeat vim diffinitiue quo ad qd.
quia facit preiudicium negotio principali. vt notatur in clemē.
cum a repulſione. de appellationibus. tamē cum expectet poſt
ſe aliam diffinitiuā poſſet reuocari. vt patet ex his que haben-
tur in. c. fi. ĩ. eo. lib. vj. ¶ Item fallit quādo eſt talis interlocuto
ria que finit officium iudicis. per id quod habetur in. l. qualem.
ff. de arbitris. ꝛ in. c. ſignificantibus. de offic. deleg. ꝛ not. Barto.
in dicta. l. quod iuſſit. qᵒ videtur intelligendū niſi lata ſit ex offi
cio iudicis nobili. per id quod habetur in dicta. l. quod iuſſit. et
ibi etiam notatur per Bar. ꝛ facit etiam quod notatur in. c. ij. ĩ.
de purgatione vulgari. ¶ Item hoc videtur verum niſi ſit ap-
pellatum. per id quod notabiliter dicunt domi. de Rota in ſua
concluſio. lxxi. ꝛ. lxxxvj. vbi dicunt qᵒ ſi iudex ꝓnuntiauit appel
lationem deſertam. licet iſta interlocutoria finiat officium iudi-
cis, ꝛ videatur habere vim diffinitiue. vt legitur ꝛ notatur in cle
men. cum a repulſione. de appel. tunc quia vere eſt interlocuto-
ria. vt ꝓbatur. ĩ. eodem. c. ſua. Si autem fuit appellatum a tali
ſententia lata ſuper deſertione, quia tunc ſuſpenſa eſt poteſtas
iudicis, ideo poterit reuocari quia non cenſetur ex toto finita
propter appellationem interpoſitam. Secus ſi non foret appel
latum. per id quod habetur in. c. ſignificantibus. de officio dele-
ga. ꝛ per hoc videtur qᵒ ſi iudex pronuntiet ſe eſſe iudicem com-
petentem non poſſit dictam interlocutoriam reuocare. Saluo
niſi ab illa fuerit appellatum quod fieri poteſt. vt voluit gloſ. in
auten. habita. C. ne filius pro patre. ꝛ facit ad predicta quod legi
tur ꝛ notatur in. c. dilectus. el vltimo. ĩ. de prebēdis. ꝛ tene men-
ti predicta pro limitatione communi que tangit Bartol. in dicta. l.
7 quod iuſſit. ¶ † Quid ſi iudex deferat appellationi dic qᵒ
tunc non poterit reuocare, quia finita eſt eius iuriſdictio per de-
lationem. ĩ. eodem. c. cum appellationibus. lib. vj. nec poterit etiā
delationem reuocare. vbi notatur. ꝛ notat etiam Joan. in. c. con
ſtitutis. el ſecundo. in verbo confirmauit. ṡ. eodem. et ſic ſufficit
etiam accidentaliter finitam eſſe poteſtatem iudicis, vt ſic non
poſſit interlocutoriam reuocare. Idem dicit domi. Antonius
ſi iudex appellationis poſt appellationem receptam inhibeat
ipſi iudici a quo. ĩ. eodem. c. romana. §. cum vero. lib. vj. Itē etiam
videtur ſi commiſſa ſit cauſa per ſuperiorem. per id quod habe-
tur. ṡ. de officio delega. paſtoralis. §. preterea. Sed forte hoc eſt
intelligendum quādo appellatum fuit ad papam. per id qᵒ no-
tauit Saryſias in decre. cupientes. §. fi. in gl. in verbo gratia cir-
ca finem. de electio. in. vj. ꝛ tetigi in. c. paſtoralis. ṡ. eodem titu. ꝛ
multo fortius idem eſſet dicendum in dicto caſu ſi ꝓceſſum eſſet
etiam ad citationem, ꝛ hoc dicit verum domi. Antonius quan-
do ſententia interlocutoria fuit aliqua. Si autem fuiſſet nulla,
tunc etiā ſi fuit appellatum ꝛ facta inhibitio poterit pars con-
ſentire quod ſententia declaretur nulla, ꝛ offerre ſe paratum re
ſpondere corā iudice a quo, ꝛ hoc modo poterit impediri ꝓceſ-
ſus iudicis ad quem cum appellans videatur alius querere. al-
legat notata per Fede. in ſuis conſilijs. conſi. ccxxiij. ¶ Itē fal
lit ſecundum aliquos quādo ſententia interlocutoria tranſit in
rem iudicatā: quia tunc non poterit reuocari ſecundum eos niſi
parte conſentiente. ex quo non eſt appellatū. Sed hoc commu-
niter non tenetur quia ſententia interlocutoria non trāſit in rem
iudicatā. quo ad iudicem. vt dicit gloſ. Et aduerte qᵒ triplex eſt
ſpecies ſententie interlocutorie, nā quedā tendunt ad litem ꝓpe
rādam vel ordinādam vt quando iubet aliquem adeſſe in certo
termino, quedam que decidunt incidens vel emergens: ꝛ que di
catur exceptio emergens vel incidens notatur in ca. j. de ordine
cognitio. quedam autem eſt interlocutoria que cōtinet aliquid
dari vel reſtitui vel equipollēs vt eſt videre in interlocutoria ſu-
per expenſis vel ſi feratur ſuper poſſeſſorio tenendo quod ſit in-
terlocutoria cōmuniter tamen tenetur qᵒ eſt diffinitiua. vt ꝓ-
batur in. c. fi. ꝛ ibi etiā notatur. ṡ. de iudi. in prima ſpecie omnes
concordāt qᵒ poteſt mutari. Sed in ſecunda ꝛ tertia fuerūt opi
niones. de quibus hic per Jo. and. ꝛ per gl. in. l. quod iuſſit. gloſ.
tamen in. l. j. C. ſenten. reſcin. non poſſe. ſimpliciter tenet interlo
cutoriam poſſe mutari. Sed tu tene quod ſuperius dixi. ꝛ adde
quod licet Barto. in dicta. l. quod iuſſit. videatur facere differen
tiam an interlocutoria ſit miſſa executioni vel non facit etiā qᵒ
ipſe not. in. l. j. in fine. ff. de preto. ſtipu. tamen contra videtur di-
cendum quod etiam ſi ſit miſſa executioni poterit reuocari cau-
ſa cognita etiam inuita parte. per id quod habetur in. l. penulti.
ff. de preto. ſtipula. licet Bar. in locis preallegatis. videatur ſen
tire, contrarium. de quo etiam tetigi in dicta. l. quod iuſſit. Item
quod dixi interlocutoriam poſſe reuocari videtur intelligēdum
quando non ſunt facte expenſe. alias videretur quod non poſſit
reuocari niſi ſatiſfaciat de expenſis: vt hic etiam videtur ſenſiſſe
gloſ. Sed domi. Anto. dicit Joan. andr. hic ſentire contrarium
in verbo interpoſita: quia iſta reuocatio non fit in partis iniu-
riam ſeu preiudicium. Sed potius ad ipſius expeditionem, ꝛ vi
detur ſecundum eum loqui Jo. and. de appellāte ad cuius com
modum fit reuocatio. Sed primum dictum videtur tenere In-
nocen. ꝛ etiā gloſſ. hic, ꝛ forte iſtud eſt verius. per id quod habe-
tur in ſimili in decret. interpoſita. ĩ. eodem. vbi licet renuntiatio
appellationis tendat ad fauorem appellati. tamē non poteſt fa
cere inuito appellato non ſatiſfacto ſibi de expenſis factis, quā-
do autem poſſit reuocari interlocutoria. Dic qᵒ ad inſtantiam
partis poteſt reuocari vſq; ad decem dies. Sed poſt decem dies
non tenetur iudex ad eius inſtātiam reuocare, quia tranſiuit in
rem iudicatam ad preiudicium ipſius partis. ṡ. titu. j. quod ad
cōſultationem. ex officio autem ſuo iudex poteſt etiam poſt de-
cem dies reuocare vſq; ad diffinitiuam. poſtea autē non poteſt
reuocari. Saluo niſi eſſet appellatum ab ipſa diffinitiua: qꝛ tūc
licet non poſſit reuocari per iudicem a quo, quia finita eſt inſtā-
tia per prolationem diffinitiue, tamē poterit reuocari per iudi-
cem ad quem. ſi eſt interlocutoria que concernat negotium prin
cipale. vt in. c. fi. ĩ. eodem. in. vj. Secus ſi eſſet alia interlocutoria,
vt ibi probatur, ꝛ ſic patet qᵒ licet appellatio ab interlocutoria
deuoluat negotium principale ad iudicem ad quem, tamen ap-
pellatio a diffinitiua non deuoluit negotium interlocutorie iam
deciſum ꝛ quod tranſiuit in rem iudicatam ſi non eſt connexum
8 negotio principali. ¶ † Nunquid autem pluries poterit reuo-
cari ſeu reuocatio fieri circa eādem interlocutoriā. dicit hic do.
Anto. poſt Bar. in preallega. l. quod iuſſit. qᵒ poterit vſq; ad bi-
nam vicem fieri reuocatio ꝛ nō vltra. facit qᵒ habetur in. l. fidei-
commiſſa. §. ſi quis decem. ff. de lega. iij. ꝛ quod habetur in tex. ꝛ
glo. in

Ayuntamiento de Madrid

gl.in cle.cum a repulſione.de appellationibus. et qd̄ notatur in
c.fraternitatis.ĩ.de frigidis.ꝛ hec procedunt in interlocutorijs.
In diffinitiua aũt dic qd̄ regulariter illa nõ poteſt reuocari niſi
retractetur remedio appellationis reſtitutionis vel ſupplicatio
nis.facit qd̄ dictum fuit in.c.cum bertoldus.ſ̃.ti.pri.vel niſi ſit
talis nature qd̄ non trãſeat in rem iudicatã.per id qd̄ habetur in
c.lator.ꝛ.c.cõſanguinei.ſ̃.tit.pri.poteſt etiã retractari qñ cõſta
ret de iniuſtitia notorie.per ꝯfeſſionem partis, vt voluit Inno.
in.c.quia plerique.de immu.eccle. ꝛ idem etiã ſi notorie cõſtet de
iniuſtitia per ꝓbationes factas parte non opponẽte. vt voluit
Inno.in dicto.c.fraternitatis. nam tũc poteſt reuocari in diuer
ſa inſtãtia.per id qd̄ habetur in.l.duobus.de exceptio.rei iudic.
cum ibi not.per Bart.de quo etiã dictum fuit in.c.inter mona-
ſterium.ꝛ.c.cum bertoldus.ſ̃.tit. pri. quare autẽ non ſic facili-
ter reuocatur diffinitiua.ſicut ꝛ interlocutoria ratio poteſt eſſe,
quia diffinitiua fertur cum maiori autoritate. vnde oportet illã
etiam ferre in ſcriptis qd̄ non eſt in interlocutoria. de re iud.c.ſi.
lib.vj.Ideo difficilius reuocatur.facit qd̄ habetur in.l.dubium.
C.de repud.Item quia iudex ferendo diffinitiuã functus eſt of-
ficio quo ad cauſam illam.ſ̃.de offi.deleg.in literis. ꝛ.ff.de re iu
di.in.l.iudex.qd̄ non cõtingit regulariter in interlocutoris, et ſi
8 quo caſu cõtingat quid iuris dictum eſt ſuperius. ¶ † In ea.gl.
ibi non credo te grauaſſe ꝛc.Sed certe hec practica gl. docet mẽ
tiri.Ideo non videtur bona.ĩ.de reg.iur.c.exceptionẽ.lib.vj.pre
terea ſm̃ practicam gl.reuocatio eſt cõditionalis ꝛ incerta:quia
dicit ſed ſi grauaui in aliquo ꝛc.ꝛ ideo non videtur qd̄ appellãs
teneatur deſiſtere a ſua appellatione: ex quo non ſit pura reuo-
catio. ſicut etiam non teneretur deſiſtere ſi iudex ſtatuit termi-
num ad docẽdum de grauamine:ad quod tamen probãdum co-
ram iudice a quo non tenetur appellans. vt legitur ꝛ notatur in
c.ſi a iudice. de appel.in.vj.vnde Hoſti. dabat aliam practicam
quia poterit iudex dicere:tu dicis te grauatum per talem inter-
locutoriam qd̄ ego non confiteor.ego tamen reuoco vt tue ſatiſ-
faciam voluntati.ne de me ſaltem de facto cõqueri poſſis. facit
qd̄ notatur in ſimili.ſ̃.de autoritate ꝛ vſu palli.in.c.niſi. et licet
dicat qd̄ non cõfiteor:non per hoc ſequitur qd̄ neget. vt de ſe pa
tet Io.and.hic dicit qd̄ etiam prima practica gl. poteſt ꝓcede-
re.quia licet fateatur ſe erraſſe non videt rationẽ quare nõ poſ-
ſit iudex ex vi huius.c.reaſſumere iuriſdictionem que non erat
ex toto extincta,quia non deſinit eſſe iudex per appellationem
niſi deferat appellationi, et ſic niſi tradat apoſtolos delatorios
vel tradere recuſet infra tempus debitũ.ĩ.de appel.ab eo.lib.vi.
vel niſi iudex inhibeat appellatione recepta.ĩ.eo.c.romana.§.ſi
vero.cautior tamen ꝛ tutior videtur practica Hoſt.¶ In ea.gl.
in fine.Hoſtien.hic dicebat qd̄ argumentum collectum per glo.
hic non bene colligitur,ꝛ forte hoc dicit quia appellatio nõ ex-
tinguit,ſed ſuſpendit iuriſdictionem.ſ̃.de iureiur.c.venientes.
et.ſ̃.eo.in.c.ſepe.

1 ☞ Recuſatio iudicis debet coram eo proponi et recuſationis
cauſa ꝛ talis que ſit iuſta et de tali cauſa non habet recuſatus co
gnoſcere:ſed debent eligi arbitri per partes ſi ad inſtãtiam par-
tis producitur vel per iudicem ꝛ ipſum recuſantem.
2 Recuſatio ſi non probetur infra terminum ſtatutum recuſatus
reaſſumit iuriſdictionem ſuam.
3 In notorijs non admittitur appellatio.
4 Notorium quid dicatur.
5 Notorium tollit neceſſitatem deferendi appellationem.
6 Terminum ad proſequendam appellationem ſtatuere an po-
teſt iudex quando procedit ex officio.
7 In appellatione debet cauſa ꝓbabilis exprimi et talis que de-
beat legitima reputari.
8 In proceſſu fiendo contra regulares debent obſeruari regule et
alie regulares obſeruantie conſuete obſeruari.
9 Cauſa iuſta recuſandi iudicem que dicatur.
10 Et quid ſi iudex vel arbiter pronũtiet qd̄ cauſa non ſit legitima
eo caſu quo expreſſe eſt a iure permiſſa.
11 Pronuntiatio facta contra ius eſt ipſo iure nulla.
12 Ordinarius probata recuſatione poteſt alteri committere nego
tium de conſenſu recuſatoris:ſecus in delegato.
13 Conuictus ꝛ confeſſus non auditur appellans in criminali nec
in ciuili.
14 Iudex vbi proceſſit ex officio nunc ſi cauſa ſit delata ad ſupe-
riorem debet iudex citari vt ſic poſſit defendere ſuum proceſ-
ſum.
15 Pro ſententia preſumitur vbi non appellatur ab illa.
16 Recuſari poteſt iudex quãdo proceditur ſuper facto dubio : ſe-
cus quando ſuper notorio.
17 Recuſans an habeat probationes offerre coram recuſato.
18 Arbitri an finita cauſa ſuſpicionis iudicis recuſati poſſint de
cauſa principali cognoſcere.
19 Proceſſus iudicis recuſati factus poſt recuſationem an valeat.
et nume.21.
20 Proceſſus habitus per delegatos primi ꝛ ſecũdi reſcripti non
21 valet ſi factus ſit poſt propoſitam exceptionem.
22 Appellare an poſſit quis a ſubdelegato dicẽdo:habeo te ſuſpe-
ctum ex tali cauſa ꝛ appello ne procedas.

a **Cum ſpeciali.** Prouidet concilium con
tra fruſtratorias appella
tiones vel recuſationes quas appellationes monitu
interponunt vt correctionẽ eludãt.h.d. Et diuẽ ſunt
partes principales.nã primo ponitur conſtitutionis cauſa.Se-
cundo ponitur cõſtitutio.Scda ibi ꝯprimus. illa ſecũda facit
tria:quia primo ꝓuidet cõtra fruſtratorias recuſationes.Scdo
cõtra fruſtratorias appellationes.Tertio moderatur ſtatutum
ſuũ.Secũda ibi porro.Tertia ibi ceterũ.ꝛ premitte pro euiden
tia qd̄ licet decre.ſacro.ĩ.de ſen.excõ.ſequatur iſtam in ordine.ta
men precesſit iſtam in compoſitione etiam de illa ſit hic mẽtio.
¶ Nota primo qd̄ tolli debet materia faciẽdi fruſtratorias recu
ſationes vel appellationes.facit quod habetur.ſ̃.eo.c.vt debi-
1 tus.¶ † Itẽ not.qd̄ vbi recuſatur iudex debet coram ipſo ꝓpo-
ni recuſatio ꝛ recuſationis cauſa ꝛ talis que ſit iuſta. ¶ Itẽ no
ta qd̄ de tali cauſa nõ habet ipſe recuſatus cognoſcere, ſed de-
bent eligi arbitri per partes ſi ad inſtãtiam partis ꝓceditur vel
per iudicem ꝛ ipſum recuſantẽ.ſi iudex ex officio ꝓcedit qui ha-
bebit de cauſa recuſationis cognoſcere an ſit iuſta ſeu legitima
et an ſit vera.Et not.qd̄ vbi adinuicem poſſunt cõcordare in ele
ctione vnius arbitri vel amborum : tunc clarũ eſt tales arbitros
poſſe cognoſcere.Si vero non poſſunt cõcordare:tunc quilibet
eliget vnũ ꝛ ſi illi duo erunt in cõcordia bene quidẽ.Si vero non
erunt in cõcordia debebunt ipſi arbitri eligere tertiũ,et qd̄ fece-
runt duo ex ipſis tribus habebit effectum:ꝛ ſic notaſtan maiori
2 parti.facit qd̄ habetur in.l.duo.ff.de re iud.¶ † Itẽ not.qd̄ vbi
non ꝓbatur recuſatio infra terminum ſtatutũ recuſatus reaſſu-
mit iuriſdictionẽ ſuam.Si vero probetur recuſatio tunc reaſſu
3 mit.ſed ſeruari debet qd̄ hic dicitur.¶ † Itẽ not.in verſi.porro
ꝙ in notorijs non admittitur appellatio. facit qd̄ habetur.ſ̃.e.
4 c.ꝓpoſuit.¶ † Item no.qd̄ notoriũ dicitur qd̄ cõſtat ex euiden
tia rei vel per cõfeſſionẽ partis:vel alio modo.puta per ꝓbatio
nes cõtra quas nil eſt obiectũ.facit qd̄ habetur.ĩ.de coha.cler.ꝛ
mulie.in.c.ſi.ꝛ qd̄ dixi per cõfeſſionẽ induci notoriũ.intellige ve
rum ſm̃ Hoſt.qñ nil cõtra eũ opponitur. Secus ſi allegetur er-
ror vel velit eũ quis excuſare.per id qd̄ habetur in.c.ſi.ſ̃.de con
5 feſ.ꝛ.ĩ.de accu.c.cum dilecti.¶ † Itẽ no. qd̄ notoriũ tollit neceſ
ſitatẽ deferẽdi appellationi.nõ tñ tollit per oĩa effectũ appella-
tionis.vt ptꝫ ex his que habentur.ĩ.eo.c.romana.§.ſi autẽ poſt
6 ſniam.lib.vi.¶ † In verſi.Not.arg. qd̄ vbi iudex ꝓcedit ex offi
cio non poſſit ſtatuere terminũ ad appellationẽ proſequẽdam.
ſicut nec appellatus.vt dictũ fuit.ſ̃.eo.c.oblate.Sed cõtrarium
eſt verũ.per id qd̄ habetur.ſ̃.eo.c.peruenit.et.ſ̃.eo.c.conſuluit.
vnde ad literã dñ dicit ſi habuerit aduerſarium poteſt ſuppleri.
maxime vel ſm̃ Hoſt.dimiſſo illo verſi.ſi hꝫ aduerſariũ dꝫ legi li
tera vſque ibi:cauſam ꝓſequatur ꝛ tũc poteſt reaſſumi dictꝰ verſi.
ꝛ ſm̃ hoc non eſt differentia quo ad ſtatutionẽ termini. An iu-
dex ꝓcedat ex officio vel nõ.Sed in alio bene poteſt eſſe differẽ
tia qꝛ poterit procedi etiã lite nõ cõte.quãdo proceditur ex offi-
cio ſuper negotio principali.ſ̃.vt lit. nõ cõte.c.qm̃.§.ſunt ꝛ alij.
ſecus quãdo ꝓceditur cum parte.ſ̃.de lit.conteſta.c.j. ¶ Item
7 nota † qd̄ in appellatione debet exprimi cauſa ꝓbabilis ꝛ talis
que debeat legitima reputari:vt hic dicitur.nec ſuperfluit text.
iſte per decre.vt debitus.ſ̃.eo. quia hic etiã addit qñ proceditur
8 ex officio.¶ † In verb.ceterũ.not.qd̄ in ꝓceſſu fiendo cõtra re-
gulares ſeruari debent obſeruãtie regule : ꝛ alie regulares obſer
uantie conſuete obſeruari,nam ſepe habet obſeruãtia qd̄ in ca-
pitulis ipſoꝝ proclamãtur ſeu vocãtur ꝛ de plano corrigũtur et
puniũtur.ĩ.de regulari.c.ſi.ꝛ de ſtatu monacho.in.c.in ſingulis.
et facit qd̄ dictũ fuit in.c.quia nos.ſ̃.eo.fatetur tamẽ Innoc.qd̄
ſi excedatur modus in puniẽdo poterit monachus appellare fa
cit quod dictum fuit.ſ̃.eodem.c.iij.Secus ſi puniatur ſm̃ obſer
uantiam regule:quia tunc non erit locus appellationi nec recu
ſationi.Hoſtien.vero dicebat qd̄ ſi proceditur ſm̃ obſeruãtiam
regularem habet locũ quod hic dicitur. Sed ſi procederetur iu-
dicialiter:tũc poſſet monachus ex cauſa recuſare ꝛ appellare.li-
cet non ita ſtricte,cauſa ſit examinãda.ſecus ſi eſſet clericus ſecu
laris.ĩ.de ſimonia.c.per tuas.ꝛ quod ibi notatur. et.ĩ.de accuſa
tionibus.in.c.qualiter.el ſcdo.¶ In glo.ſuſpicionis. in ſi.ꝛ ſimi
liter ſuppoſito qd̄ cauſa ſit iuſta:habent cognoſcere an ſit vera.
vt patet ex preallegato.c.ſuſpicionis. Idem dicas ſi nõ dubita
tur de veritate vel iuſtitia cauſe.Sed an per partes ſit renũtia-
tum vel non recuſationi : quia arbitri habebunt de hoc cogno-
ſcere:non aũt iudex recuſatus qui forſan velit prouocatus ob-

a ¶ Prouidet cõciliũ. ſup hoc.c.ſi qñas vtruꝫ cã recuſa-tiõis ꝓpoſita ꝯ delegatuꝫ arbitri ſint eligendi:q de cã recuſatiõis cognoſcãt. diſtigue vt hic per do. Henri.bo-ych.in pn.



Ayuntamiento de Madrid

[illegible] dicto.c.ſuſpicionis.⁊ an ſufficiat q̃d vnus arbitrorum pronũtiet de volũtate alior. dic vt habetur in.c.cum ab vno.de
9 re iudi.in.vj. ¶ Que † autẽ dicatur iuſta cauſa recuſandi, tãgit Spe.in tit.j.§.ſupereſt videre.⁊ Hoſt.in ſumma.de recuſatione. §.ex quibus cauſis.Cõclude q̃d ſi eſt cauſa expreſſa in iure ⁊ per ius approbata:tunc clarum q̃d illa cẽſetur legitima.facit q̃d ha betur.s̃.eo.c.poſtremo.Si autem in iure ſit expreſſe reprobata, tunc clarum q̃d non ſit legitima.vt patet exemplum.s̃.de offic. iudi.c.j.⁊ de multis cauſis legitimis proſequitur Joã.and.s̃. eo.c.legitima.lib.vj.⁊ facit q̃d notatur.s̃.vt lit.non conteſt.acce dens.Si autẽ non reperitur in iure expreſſe approbata : nec reprobata.tunc dicit Inno.quod illa reputabitur legitima que habet efficaciores rationes quam habeant alie cauſe expreſſe in iure.Et idem videtur ſi habeant ſimilem rationem cum regulariter ſimilium idem debeat eſſe iudicium.s̃.de conſti.tranſlato. et de tranſla.prelato.in.c.ij.⁊ ſic relinquetur hoc arbitrio iudicis qui habebit hoc arbitrari argumento.c.de cauſis.de offi.deleg. ẜm Inno.intellige licet ipſe non dicat hoc verum quando recuſatur delegatus ordinarij vel ſubdelegatus delegati pape.Nam ipſe ordinarius vel ipſe delegatus pape coram quo cauſa recuſationis eſt probata:vt in.c.ſi contra vnum.ad finem.de offi.deles.in.vj.habebit hoc arbitrari. Sed vbi recuſatur ordinarius vel delegatus pape arbitri electi ſuper cauſa ſuſpicionis habebunt hoc arbitrari:⁊ ſi male arbitretur iudex ordinarius vel delegatus vel ipſi arbitri poterit appellari.vt hic voluit Inno.facit quod no.gl.in.c.ſuper his.j.de accuſa.⁊ in.l.ſi qua pena.ff.de verb.ſigni. In quibus patet quod etiam in his in quibus recurritur ad iudicis arbitrium.ſi male arbitretur poteſt appellari,⁊ ſimiliter ab arbitris huiuſmodi.in.c.ab arbitris.de offi.delega. in.vj.Refert tamen Innoc.quoſdam dicere inferiores a principe de cauſis non expreſſis in iure ſe non poſſe intromittere:nec illas interpretari vel declarare ſicut nec poſſet ius condere cum hoc ſit ſolius principis.l.j.⁊.l.ſi.C.de legibus.⁊.j.qui filij ſint legitimi.c.per venerabilem.§.rationibus.Sed certe vt ſentit ipſe Innocent. illud intelligitur de interpretatione generali que ab omnibus obſeruari debeat pro iure:quia illam ſolus princeps facere põt.Sed quo ad deciſionẽ particulariũ cauſarum : bene poſſunt iudices interpretari.vt notatur in.c.j.de poſtula.prela. tamen eorũ exẽpla ab alijs neceſſario ſunt ſequenda:niſi tranſi-
10 uerint in conſuetudinem.l.nemo.C.de ſententijs. ¶ † Quid autem ſi iudex vel arbiter pronuntiet q̃d cauſa non ſit legitima eo caſu quo expreſſe eſt in iure permiſſa.dic q̃d ſententia eſſet nulla velut lata contra ius conſtitutionis.facit q̃d habetur.s̃.tit.j. c.j.⁊.c.cum inter vos.⁊.ij.q.vj.§.diffinitiua.⁊ idem econuerſo ſi illa que expreſſe eſt in iure reprobata pronuntietur legitima : et hoc quando ex tenore ſententie apparet error.Secus ſi non appareat.vt ſi iudex dicat decernimus talem non eſſe admittendũ ad proponendã vel probãdam talem recuſationis cauſam quia tunc non tenet ſententia niſi appelletur:velut lata contra ius litigatoris.facit quod habetur in.l.ſi.quando prouocare non eſt neceſſe.nam licet in ſe ſit legitima cauſa. tamen ex alio reſpectu poteſt repelli forte quia incõgruo tempore opponitur. facit q̃d habetur.s̃.titu.proxi.inter monaſterium.⁊.l.fin.C.de exceptio. vel forte quia ꝓponitur per perſonam inhabilem : vel per illum qui renuntiauit vel fecit pactum de non opponẽdo : ⁊ ideo tunc ſententia non dicitur continere expreſſum errorem iuris. ſi autem cauſa non eſſet in iure expreſſa:tũc licet eſſet legitima. ⁊ ius etiam dicat generaliter iudicem ſuſpectum poſſe recuſari.iij.q. v.quia ſuſpecti. cum omnes cauſe non ſint expreſſe in iure, nec cõmode etiam poſſint exprimi.facit.ff.de legibus:in.l.non poſſunt.tunc dicit Inno.quod etiam ſi pronuntiet illam legitimam ſententia non erit ipſo iure nulla.ex quo de illa non apparet caſus expreſſus in iure:⁊ ſic non debet dici cõtra ius legis:et ideo
11 tunc debet appellari. † Et ex hoc nota diligenter. q̃d illud quod dicitur pronũtiationem factam contra ius eſſe ipſo iure nullam. eſt verum quando de iure apparet caſus legis.Secus ſi non apparet licet ex ſimilitudine vel identitate rationis iuris expreſſe, caſus poteſt decidi, quod eſt notan.ẜm domi.Anton.et fuit de mente Inno.Idem dicit quãdo iudicium eſt multipliciter intelligibile.per id quod notatur per Jaco.de are.in.l.cum prolatis.ff.de re iudi.⁊ de aliquibus cauſis recuſationis.etiam tangitur per gl.in.c.accedens.vt lite non conteſta.⁊ adde quod habetur in.c.cum adrianus.lxij.diſtin.vbi gl. videtur velle q̃d eoipſo quod quis alteri non loquatur nec ipſum ſalutat quod videtur preſumi eius inimicus:⁊ per cõſequens cẽſeri debet ſuſpectus. facit quod not.gl.j.in.c.cum ſuper.de offi.deleg. ¶ In gloſ.terminum.ibi legitima.hodie habetur in.c.legitima.j.eodem.in.vj. ¶ In ea.gloſ.ibi que corrigit illam.hoc non eſt verum quia illa decre. ſuſpicionis loquitur de alio termino : videlicet de termino ſtatuẽdo parti recuſanti ad probãdum cauſam recuſationis

a ¶ In gl.recuſatoris ſu ꝑ hac gl. ſi q̃ras iudice recuſato q de cã volebat cognoſcere qs de ipſa cã cognoſcet diſtingue vt hic per do. Ihẽ.borch. col.ij. verſi. ſuper eo.

quẽ terminũ habẽt arbitri ſtatuere etiã hodie.ſed decre.iſta.⁊.c. legitima.loquũtur de termino ſtatuẽdo arbitris ad cauſam finiendam:⁊ ſic in caſu diuerſo loquitur hoc capitulum prealleg.
12 c.legitima.ꝙ loquatur dictũ cap.ſuſpicionis. ¶ † In gl.recuſa-
a toris.ibi que loquitur in delegato tantũ.⁊ ſic cõcludit gl. q̃d ordinarius etiam probata recuſatione poteſt alteri cõmittere negotium de cõſenſu recuſatoris.ſecus in delegato. Sed potes dicere in delegato vt hodie habetur in.c.iuder.de offi.dele.in.vj. vbi ante propoſitam recuſationem poteſt alteri cõmittere.dum modo committat in totum vices ſuas.al's poſſet recuſari. poſt propoſitam autem recuſationẽ non poteſt delegatus cõmittere niſi cum conſenſu partium,⁊ preſertim ſi ꝓbata eſt cauſa recuſationis.Sed vbi lata eſſet ſentẽtia ſuper recuſatione tunc nõ poteſt delegatus cõmittere etiã cũ cõſenſu partiũ.vt ibi patet.Secus autẽ eſt in ordinario,quia etiam probata cauſa ⁊ lata ſentẽtia poterit cõmittere cauſam de cõſenſu partium: vt hic patet. et facit q̃d dixi.s̃.eo.ſecundo requiris.§.j.Si autem partes non conſentirent:tunc videtur q̃d debeat negotium ad ſuperiorem referre, ⁊ ſic poteſt intelligi vltima pars alternatiue hic poſita. Sed tunc poteſt eſſe dubium quid ſi relata cauſa ad ſuperiores adhuc recuſetur ſuperior,quidã dicũt recuſatorem non audien dum vt ſit litium finis argu.s̃.de teſti.licet dilectus. ⁊ quia cum fugeret iudicium preſumetur contra ipſum.de preſumptionib⁹. in.c.nullus.Hoſt.dicebat q̃d hoc non reperitur bene iure cantũ cum forte ſic eſſet declarãdum. Alij vero dicũt arbitros iterum eſſe eligẽdos ⁊ per omnia procedẽdum in ſcd̃a recuſatione ſicut dictũ eſt in prima:⁊ iſtud videtur verius cũ recuſatio nõ debeat fieri ſine legitima cauſa,⁊ illa ſubſiſtente ſatis videtur rationabile recuſationem fieri poſſe. per id q̃d habetur.iij.q.v.quia ſuſpecti. ¶ In ea.gl.in ſi.ſupple.non autẽ determinat totã diſiunctam,⁊ licet determinet verbũ cõmittat nihilominus ſupplenda eſt litera.dũ dicit de recuſatoris aſſenſu ⁊ etiã actoris, vt dicit gl.per iura ſuperius alleg.⁊ potiſſime per id q̃d habetur in.c. ſi quis cõtra clericũ.de fo.compe.⁊.c.ad hec.el.j.et.ij.s̃.eo. tamẽ do.Anto.hic dicebat q̃d poteſt determinare verbum cõmittat. Sed nõ cui cõmittat quia nõ erit in poteſtate recuſatoris eligere cui cõmittatur,licet conſentiat cõmitti.⁊ ſic dicit poſſe intelligi gl.Hoſt.hic dicebat ꝙ prima pars alternatiue poteſt intelligi in ordinario vt ille recuſatus cauſam cõmittat ex quo eſt ꝓnũtiatum ſuper recuſatione.Sed ſecũda pars loquatur in delegato vt ille ad ſuperiorem habeat referre negotium:licet alij dicant ẜm eum etiã ordinariũ poſſe ad ſuperiorem referre q̃d cum dicit ſe nõ vidiſſe nec audiuiſſe ſeruari. Sed certe glo. videtur tenere q̃d etiã ſecũda pars alternatiue loquatur de ordinario, ⁊ in eius ſit electione quã partem alternatiue eligant,⁊ forte de iure iſta opinio verior : licet raro eligatur ſcd̃a pars alternatiue. Et no.q̃d iſtud capitulũ loquitur qñ ordinarius recuſatus vult diſcuti de cauſa recuſationis.Sed vbi non curat diſcuti, ⁊ eſt paratus non cognoſcere de cauſa et cõmittere alteri tũc habet locum.q̃d habetur in.d.c.ſi quis cõtra clericum. et ibi etiã dixi ſu-
13 per gl.j. ¶ † In gl.confeſſione ibi conſueuit tamen dici ⁊c. Conclude ꝙ ſi aliquis eſt conuictus ⁊ cõfeſſus : tunc non auditur appellans in criminali nec in ciuili.per id quod legitur et notatur in.l.ij.C.quorum appella.non reci.⁊ in.l.abſtinendam.vbi videtur caſus etiã de ciuili.eo.ti.licet de ciuili fuerunt opinio.vt tangitur per gl.⁊ Bar.in.d.l.ij.Si autem eſt cõfeſſus tantũ. tunc ſi vult reuocare confeſſionẽ velut erroneã:vel illã excuſare poteſt appellare tam in ciuili ꝙ in criminali,⁊ ita intelligat̃ hec gl. Sed vbi ſimpliciter appellaret non allegãdo errorẽ vel excuſationem tunc nõ neceſſitatur iudex ad deferẽdũ : q̄ hoc caſu intelligitur a iure remota appellatio quo ad neceſſitatẽ deferẽdi,tñ ſi appelletur operatur appellatio quo ad finẽ deuoluẽdi negotiũ ad ſuperiorẽ vt ſic ſit in facultate iudicis ad quẽ deliberare an appellatio ſit admittẽda:⁊ ſuſpẽdetur iuriſditio iudicis a quo a tempore quo ſuperior deliberauerit de illa admittenda. vt in.c.romana.§.ſi autẽ poſt ſentẽtiã.j.eo.in.vj.⁊ de offi.deleg.c.paſtoralis. §.preterea. ¶ Itẽ aduerte q̄ vbi dixi confeſſum non audiri appellantẽ.hoc dicit verũ do.Ant.qñ cõfeſſio eſt facta ore ꝓprio. per id q̃d habet̃.ij.q.vj.§.ſunt quor.vnde ſecus dicit de cõfeſſione ꝓcuratoris.licet alias preiudicet dño.per id q̃d notauit Cõpoſto.in.c.per inquiſitionem.de electio.q̃d tene menti. ⁊ de materia in Specu.de confeſſio.§.poſtremo.verſicu.ſed nunquid confeſſus.⁊ de appel.§.in quibus.verſi.ſed nunquid hec tria. et verſicu.x.in delictis.⁊ dicit Jo.and.in.d.§.in quibus.ſuper verſi.ij. q̃d cõfeſſio defuncti facta coram ordinario etiã habet executionem cõtra heredẽ.vnde dicit ꝙ ſi defunctus fuit ꝯfeſſus epõ ſe habuiſſe per rapinã aliquã ⁊ promiſit ſibi ſoluere illis a quibus appareret eũ rapuiſſe q̃d mortuo eo poterit epiſcop⁹ ab ſq; ordine iudicario declarare q̃titates ⁊ creditores ⁊ qbus eſt ablatũ. nec poterit redargui de nullitate q̃d fecerit epiſcopus.nec poterit etiam

Ayuntamiento de Madrid

rit etiam appellari niſi oſtendatur apertum grauamen: et dicit
etiam ꝙ dicta cõfeſſio ſic declarata: poterit executioni mandari
cõtra heredes: licet nihil ad eos ex delicto peruenit: quia nõ ex
delicto: ſed ex cõfeſſione cõueniatur. ⁊ ſic nõ obſtat.l.vna.C. ne
14 ex delicto defunc. ¶ † In glo. ſuperiore. in fi. Nota bene ex glo.
ꝙ vbi iudex ꝓceſſit ex officio: tunc ſi cauſa ſit delata ad ſuperio-
rem debet citari iudex vt ſic poſſit defendere ſuuz ꝓceſſum: ſed
vbi cauſa fuit agitata inter partes: tunc iudex nõ eſt citandus:
licet poſſet aſſiſtere vt cauſas inſtrueret ne reuocetur qđ egit. fa
cit quod habetur. ſ. de reſcrip.c. dilectus. ⁊.c. ex parte. ſ. ⁊ quod
notauit Innoc. ſ. de procura.c. in noſtra. ⁊ de tranſac. de cetero.
⁊ pro ꝑdictis etiã bene facit quod habetur in.c. venerabilibus.
j. de ſen. excõmu. in. vj. ⁊ in.c. ſacro. j. de ſen. excõmu. debet etiam
citari iudex ſi de aliquo ipſius iure contendatur. iuxta id qđ ha-
betur. ij.q. vj. ſi quis erga. ⁊.c. ſi quis ab epiſcopo. vel vbi ageret
de pena ipſi iudici imponẽda: vt ſi electus dicat ſe appellaſſe ab
epiſcopo qui recuſauit illum ſine cauſa legitima confirmare. nã
ſi mandetur alicui vt inquiſita veritate illum confirmet ſi eſt ita
debebit nominatim citari epiſcopus: q2 in penam ipſius mãdat
alteri vt cõfirmet. ix.q. iij. nunc verum. et vbi dixi iudicem citan-
dum: ſi non citetur proceſſus erit nullus: vt hic voluit do. Anto.
poſt Fede. de Senis allegat notata per Innocen. in.c. penul. de re
15 iudi. ¶ † In glo. defecerit. in fi. potes dicere ꝙ vbi nõ appellat
a ſententia preſumitur pro illa. facit qđ habetur in.l. herẽnius.
§. caia. ff. de euictio. vbi antẽ eſt appellatum a ſnĩa: tunc ſi ſentẽ
tia fuit interlocutoria: quia appellatio ab illa debet iuſtificari ex
eiſdem actis preſumitur pro illa: niſi ex actis appareat contra-
rium. facit quod notatur. j.c. primo. in glo. fi. ⁊ in cle. appellãti.
de appella. Si autẽ appellatum fuit a ſententia diffinitiua: tũc
licet prima facie videatur preſumẽdum pro illa. per id quod ha-
betur in.c. preſentia. de renuntia. tamen quo ad effectum non vi
detur pro illa preſumẽdum niſi quatenus ex actitatis vel ex no
uiter actitandis iuſtificetur. facit quod habetur. ſ.e.c. dilectus:
circa fin. ⁊ qđ legitur ⁊ notatur in.d. §. caia. quis autem in cauſa
appellationis habeat probare recurrendũ eſt ad ea que habent
in dicto.c. in preſentia. per legiſtas in.l. hi qui.C. de appellatio.
16 ¶ † In gloſſ. penul. in fi. vel dic ſm Innocen. ꝙ hic aſſumit vnã
conſtitutionem vſq3 ad. §. porro. ibi autem aſſumit aliam cõſti-
tutionem. ¶ Extra gloſſas aduerte primo ꝙ inquantum hic di
citur: ꝙ iudex poteſt recuſari hoc procedit quando proceditur
ſuper facto dubio. ſecus ſi ſuper facto notorio: quia aut fatetur
reus ipſum factum notorium ⁊ non poteſt euadere penã aut ne
gat. ⁊ idem quia negatio cõuincitur per rei euidẽtiam. j. de accu
ſationibus.c. euidentia. ⁊ ideo hoc caſu negatio nõ facit rem du
biam. vt legitur ⁊ notatur per Inn. j. de cenſi.c. venerabili. ⁊ de
verbo. ſignifica.c. ex parte. ⁊ per glo. in.l. poſt rem. ff. de tranſact.
⁊ ideo nõ poteſt hoc caſu recuſari. facit quod habetur. ſ. eodem
c. propoſuit. ⁊.c. nouit. ⁊ qđ dixi iudicem nõ poſſe recuſari in de
licto notorio eſt verum quãdo pro delicto eſt impoſita pena or-
dinaria a iure: ⁊ illam vult infringere iudex: quia tunc ibi nõ eſ-
ſet cauſa grauaminis vel ſuſpicionis cum iuris executio nõ ha-
beat iniuriam.l. iniuriarum. ff. de iniurijs. Si autem pro delicto
eſſet pena arbitraria: tunc quia in arbitrando poſſet ledere par
tez: poterit recuſari ratione ſuſpicionis. ⁊ ſic ſi ſubeſſet legitima
cauſa ſuſpicionis. nec obſtat ſi dicatur ꝙ ſi inique arbitretur nõ
deficiat poteſtas appellandi: quia facultas appellandi non tol-
lit remedium recuſandi: quia melius eſt ante vulneratã cauſam
occurrere quam poſtea remedium querere.l. ſi.C. in quibus cau.
reſtitu. non eſt neceſſaria. Si autem alicui demandetur executio
nudi miniſterij ſine iuriſditione: quia habet exequi tunc manda
tum ad vnguem non poteſt dici tunc ſuſpectus: ideo tunc non
poſſet recuſari. facit. ſ. eo. in.c. nouit. An autem a iudice ſuſpe-
cto poſſet recedi per viam appellationis. dicit hic Inn. ꝙ non:
quia recuſatio eſt via de per ſe: que tũc habet locum. vt patet hic
in prin. iuncto. §. porro. ⁊ facit. ſ.e.c. nouit. ſuſpicio enim habet
remedium ſuum recuſationis: grauamen vero habet ſuum re-
mediũ: ſcilicet appellationis. ſ. eo.c. vt debitus. ⁊ pro hoc dicto
ꝙ iudex eſſet ſuſpectus non tamen ſequitur neceſſario per hoc
qđ grauet. facit quod dictum fuit in preallega.c. vt debitus. ⁊. ſ.
eo.c. ex parte. nec obſt. text. iſte in prin. vbi videtur innuere ꝙ cõ
monitus habet vtrũq3 remedium ſc3 recuſationis ⁊ appellatio
nis: quia verum eſt quod habere poteſt vtrũq3: ſed nõ ex eadem
cauſa: ſed ex diuerſis. vt ſic recuſet propter ſuſpicionem ⁊ appel
let propter grauamen. ⁊ eodem modo poteſt reſponderi ad ca.
quoties. ij. qõ. vj. licet glo. ibi aliter videatur ſentire videlicet ꝙ
etiam propter ſuſpicionem poſſit appellari. ⁊ illam ſequitur ibi
Archidia. quãdo ſuſpicio eſſet notoria: ſed cõmuniter tenetur
contrarium propter id quod dixi. ſ. poſt Innocẽ. nec obſtat qđ
habetur. ſ. vt lite non conteſtata.c. accedẽs. quia debet intelligi
ſcđm predicta videlicet quod ibi ꝓpoſita fuit recuſatio propter
ſuſpicionem: ⁊ quia nõ admittebatur fuit appellatum. nã bene
poteſt tunc appellari quando ſequitur grauamen poſt ꝓpoſi
tam recuſationem: vt etiam hic ſenſit Innocen. non enim habet
ipſe recuſatus approbare vel reprobare cauſam ſuſpicionis: ſed
pertinet hoc ad arbitros: vt hic patet ⁊. ſ. de officio deleg. ſuſpi
cionis. ⁊. j. eod.c. legitima. libro. vj. Aduerte tamen quia ſi cauſa
recuſationis eſſet euidẽter friuola poſſet iudex illam repellere.
⁊ ea non obſtante procedere in cauſa. ſ. de offi. iudi.c. fin. vbi au
tem euidenter eſſet notoria et rationabilis tunc debet proponi:
ſed nõ eſt neceſſe illam probari: quia notorium licet non releuat
ab onere proponendi releuat tamen ab onere probandi: vt no-
tatur in clemen. appellanti. de app[illegible] non eſſet neceſſe ire
ad arbitros. ⁊ ſcđm predicta debet in[illegible] preallegatũ.c. acce-
dens. licet aliqui aliter dicant: vt ibi fuit dictum ⁊ notatur etiaz
17 ibi per Ioan. and. ¶ † An autem recuſans habeat offerre ꝓba
tiones coram recuſato. dicit Innocen. ꝙ non: licet coram eo ha
beat proponere probabilem cauſam recuſationis. et plus dicit
ꝙ eſt neceſſe ꝙ petat arbitros eligi: ſed iudex habet hoc requi-
rere quod arbitri eligantur vel quod probet cauſam: nec debet
etiam recuſans petere a recuſato quod iudicet cauſam recuſa-
tionis iuſtam: quia videretur quodammodo a recuſatione rece-
dere eligendo in hoc arbitrium ipſius recuſati. ſed certe poſſet
dici vt ſenſit Inno. ꝙ non. per hoc videretur eum approbare iu
dicem pro cauſa principali: cum tunc per petitionem predictam
tendat ad ipſum impugnendum. facit quod notat gloſſ. in.c. ſi a
iudice. j. eod. in. vj. videtur tamen tunc recedere a prouiſione iu
ris diſponentis arbitros fore eligendos. ⁊ not. ꝙ vt etiam ſupe-
rius tetigi quedam cauſa recuſationis eſt notoria ⁊ iuſta: quedã
notoria ⁊ iniuſta: quedam autem dubia. ⁊ de dubia ponit Ioã.
and. exemplũ ſi recuſatur iudex qui eſt cõpater alterius partis:
vel quia eſt patruus vel affinis coniugis alterius partis: poteſt
etiam poni exemplum per ea que dicta fuerũt. ſ.e.c. poſtremo.
et dicit per arbitros ponderandum eſſe morem regionis: vt ex
illo iudicetur iuſtam eſſe ſuſpicionem vel nõ. facit quod dixi in
dicto.c. poſtremo. ¶ Item aduerte quia hic loquitur quãdo re-
cuſatur ordinarius: quo caſu itur ad arbitros ꝓ cauſa ſuſpicio-
nis. ⁊ idem dicendum ſi recuſatur delegatus pape. ſ. de offi. de-
18 lega. ca. ſuſpicionis. ¶ † An autem arbitri finita cauſa ſuſpicio
nis poſſint de cauſa principali cognoſcere, dictum fuit. ſ. eo. ſe-
cundo requiris. §. fina. Si autem recuſatur delegatus ordinarij:
tunc de cauſa recuſationis cognoſcet ipſe ordinarius delegans.
de officio delega. ſi contra vnum. ad finẽ. lib. vj. ⁊ in dicto.c. etiã
patet quid iuris ſi vnus ex duobus delegatis recuſetur: ſi autez
recuſetur ſubdelegatus delegati pape: tunc quid ſit dicendũ ſa-
tis inſtat hic Innocen. Nam dicunt quidam ꝙ cauſa ſuſpicio-
nis tunc proponenda eſt et probanda coram delegato ſubdele-
gante per.c. ſuper queſtionum. §. quam vero. ⁊. §. fina. de offi. de-
lega. et hoc ſi delegatus ſit preſens: ſi autem ſit abſens fieri de-
bet ſm iſtos proteſtatio coram ipſo archidiacono vel alijs iudi
cibus ordinarijs loci. per id quod habetur in.l. ſi.C. de iud. ⁊ ſm
iſtos omnis ꝓceſſus habitus coram ſubdelegato poſtꝙ cogni-
tio erit delata ad ſuperiorem erit nullus. facit. ſ. de offi. delega.
licet. Alij vero dixerunt ꝙ quãdo abſens eſt delegatus ꝙ debet
ſignificare ipſi ſubdelegato ꝙ vult ire vel mittere ad ſuperiorem
coram quo vult probare cauſam recuſationis vel obtinere cau-
ſam alteri cõmitti: quia habet ipſum ſubdelegatum ſuſpectuz:
et ex tunc nõ debet ſubdelegatus procedere ⁊ ſi proceſſit debet
appellari ab eo: alias ſi nõ appelletur valebit proceſſus. ſed Ho
ſtiẽ. ⁊ etiam Innoc. voluerunt ꝙ tutius eſt ꝓponere exceptionẽ
tunc coram recuſato: quia ſi exprimatur cauſa recuſationis corã
eo ſi appareat illam notorie eſſe falſam vel iniuſtã. non obſtante
recuſatione poterit procedere etiaz ſi appelletur ⁊ tenebit pro-
ceſſus. Si autem cauſa ſit legitima ⁊ nõ fuerit admiſſa per ſub-
delegatum: ⁊ proceſſerit ad vlteriora: tunc poteſt appellari: ⁊ be
ne faciet appellãs coram delegato proſequi cauſam appellatio
nis ⁊ non recuſationis: q2 ſi vult proſequi cauſam recuſationis
non obtinebit niſi doceat cauſam ipſam eſſe veram: ſed ſi proſe
quitur cauſam appellationis nihil habet probare de veritate
cauſe recuſationis: ſed ſufficit ſi probet ſe ꝓpoſuiſſe cauſam legi
timam coram ſubdelegato ⁊ illam per eum nõ fuiſſe admiſſaz.
nam hoc ipſo grauauit ⁊ propter hoc potuit appellari ⁊ ꝓnun-
tiabitur pro appellante: ⁊ retractabitur quicquid poſt appella-
tionem fuit attẽtatum. facit quod habetur in.d.c. ſuper queſtio
num. §. ſi. ⁊. j. eo.c. nõ ſolum. lib. vj. ⁊ licet do. Anto. hic videatur
velle ꝙ ad iuſtificandam appellationem hoc caſu requirat obla
tam fuiſſe probationem. per id qđ habetur. j. eo. in.c. interpoſi-
ta. non credo hoc verũ per id etiã qđ ſuperius dixi: q2 nõ tenetur
recuſans ꝓbationem facere corã recuſato: vt ibi dixi. ⁊ ideo hoc
caſu ſufficiat ad iuſtificãdum appellationem ꝙ recuſatus nõ ad-
miſerit legitimã cauſam ſuſpiciõis: licet aliter nõ obtulerit co-

Ayuntamiento de Madrid

nam eo ſe paratum probare. nec obſt. ca. interpoſita. q2 loquitur
quando iudex repellit exceptionē quā opponens habebat p
bare coram ipſo iudice. Jdeo tūc nō iuſtificatur appellatio niſi
obtulerit ſe paratum probare vel niſi doceatur de veritate exce
ptionis. Secus in caſu iſto in quo nō tenebatur pbare cauſam
recuſationis coram ipſo iudice. Jdeo ſufficit ad iuſtificandā ap
pellationem ꝙ appareat cauſam recuſationis legitimam fuiſſe
propoſitam ⁊ non fuiſſe admiſſam etiā ſi aliter nō probetur ve
ritas cauſe. vt hic voluit Jnno. dicit etiam Jnnoc. ꝙ ſi cõtingat
appellationem reprobari poterit pſequi cauſam recuſationis
velut diuerſam. facit qđ habetur in. c. veniēs. el. ij. s̄. de teſtibus.
Si autem iudex recuſatus poſt recuſationem non pcedat. tunc
dicit Jnn. ꝙ ſtulte facit appellationem pſequitur: ex quo non
proceſſit ⁊ cõſequēter non grauauit ⁊ appellatio debeat fieri a
grauamine. s̄. eodē. vt debitus. ſed certe ſi iudex expſſe recuſat
cauſam recuſationis propoſitam ſatis videtur grauaſſe. ⁊ ideo
poteſt tunc proſequi appellationē: ſed vbi non reprobaſſet nec
pcederet: poſſet pcedere dictum Jnnoc. quia non videtur tunc
poſſe appellari: ex quo non grauauit. per id quod habetur in. d.
19 c. vt debitus. ¶ † Et ex pdictis apparet aliqualiter eſſe dubiū:
an proceſſus iudicis recuſati factus poſt recuſationem valeat ſi
non fuerit appellatum. Jnno. tamen hic notabiliter cõcludit ⁊
ſepiſſime allegatur quod nō meminit ſe legiſſe quin pceſſus iu
dicis recuſati factus etiam poſt recuſationē non teneat: niſi ab
eo appelletur vel alio modo ad alterius audientiā cauſa ſit trā
ſlata ſiue fuerit delegatus ſiue ordinarius. ⁊ pro iſta opinio. Jn
nocen. facit quod habetur in. l. non diſtinguemus. §. cū quidam.
ff. de arbi. vbi videt ꝙ proceſſus de mero rigore teneat. ſed obſt.
exceptio. ſed certe poteſt dici ꝙ ibi loquitur in arbitro ex cuius
ſententia non agitur: ſed ei paretur metu ſtipulationis penalis
l. j. C. de arbitris. ⁊ ideo licet arbiter poſt recuſationem proceſſit
ad ſententiam ſi nō paretur ſententie de mero rigore agi poteſt
ex ſtipulatione penali: q2 illa interpoſita fuit ex cõſenſu partiū
⁊ per illā promiſſum fuit ſtari ſentētie arbitri. ideo ſi non ſtatur
de mero rigore cõmittitur ſtipulatio: licet poſſet obijci exceptio
quia non eſt equum ꝙ poſſit effectualiter ex illa agi: ex quo ar
biter poſt recuſationem pceſſit: ſed nos loquimur in iudice recu
ſato ex cuius ſententia debet agi: vnde non eſt bona equipara
tio per omnia. Nam etiam videmus ꝙ licet ſententia iudicis ſit
ipſo iure nulla quando lata eſt per pecuniā. l. venale. C. quando
prouoca. non eſt neceſ. ⁊ cum licet arbiter tulerit ſententiam per
pecuniam poterit agi de mero rigore ex ſtipulatione penali: li
cet obſtet exceptio: vt notat in dicta. l. venales. ⁊ in. l. ita demū.
ff. de arbi. Hoſti. hic tenet pceſſum iudicis recuſati factum poſt
recuſationem eſſe ipſo iure nullum ſicut ⁊ quādo fit poſt ⁊ cõtra
appellationem cū hec videātur participari appellatio recuſatio
⁊ relatio: vt colligi poteſt ex his que habentur in rubrica huius
ti. ⁊ dicit ſe quādoqꝫ hoc audiuiſſe ab Jnno. vc3 ꝙ talis pceſſus
ipſo iure nō valeat. de quo remittit ad ſummā. de offi. deleg. in
20 §. quid ſit effectus. vbi idem tenet. ¶ † Sed do. Anto. hic dicit:
ꝙ forte audiuit ab Jnno. viua voce. tamen ipſe dicit ꝙ in ſimili
Jnno. videtur etiā hoc tenere in. c. ceterum. C. de reſcrip. vbi vi
detur dicere ꝙ proceſſus habitus per delegatos primi ⁊ ſecun
di reſcripti non valet: ſi factus ſit poſt ppoſitam exceptionē qđ
eligantur arbitri ſm formam. c. paſtoralis. de reſcript. ſed certe
Jnnoc. ibi refert aliquorum fuiſſe talem opinionem non tamen
videtur in illa perſiſtere quod autem pceſſus iudicis recuſati ſit
nullus fuit originaliter opinio gloſſatoris. ij. q. vj. in. c. quoties.
et. iij. q. v. quia ſuſpecti. in verbo canonice. Jo. and. hic nō decla
rat hunc articulum. ſed ſimpliciter recitat opi. Hoſti. ⁊ in illa re
ſidet. ⁊ plus non dicit domi. Anto. hic dicit: ꝙ ſi exceptio debet
proponi coram iudice procedente. ⁊ videtur loqui de exceptione
recuſationis: vt patet per ſequētia dicit: ꝙ proceſſus eſt aliquis
donec ſim⁹ in ſtatu qđ ab eo abdicata ſit iuriſditio: vt patere po
teſt in delegato. per ea que habentur de offi. del. g. iudex. lib. vj.
⁊ de ordinario. per id quod dictum fuit. s̄. eo. ſecūdo requiris. §.
fina. ſi autem exceptio habet proponi coram alio iudice: ⁊ tunc
dicit ꝙ eo ipſo qđ erit ppoſita deuoluta erit iuriſditio ad aliū.
⁊ ideo non valebit proceſſus factus per ipſum recuſatum. argu.
c. tuam. de ordi. cogni. ⁊ ne contingat ꝙ proceſſus intricētur: vt
tangitur in. d. ⁊ quam. allegat etiam ad predicta quod not. Jnn.
in. c. cum. [illegible] de conſtitu. ⁊ ſic reſidet Joan. andr. forte voluit
dicere: ꝙ [illegible] ordinarius vel delegatus pape: ꝙ tunc
debet exceptio recuſationis coram eo proponi ⁊ probatio finiri
coram arbitris: ⁊ ſic non recurritur tunc ad alium ſuperiorem.
ideo tunc tenet pceſſus niſi ſit factus poſtꝙ omnino deſinit eſſe
iudex: ſed vbi recuſat ſubdelegatus delegati vel delegatus or
dinarij: tunc habet cauſa recuſationis probari coram ipſo dele
gato vel coram ordinario: vt in. c. ſi contra vnum. [illegible] de officio
delega. in. vj. ⁊. s̄. de offi. delega. ſuper queſtionum. §. quem vero.
et. §. fin. et. s̄. dixi. ¶ Aduerte tamen ꝙ licet ipſe videatur velle
ꝙ tunc proponenda ſit recuſatio coram ſuperiore: tamen nō vi
detur id neceſſarium: nec iura allegata videntur hoc probare: li
cet probent ꝙ probatio recuſationis habeat fieri coram ſupe
riore. vnde videtur ꝙ poſſit etiam recuſatio pponi coram ipſo
delegato. ⁊ ſic etiam aperte voluit ipſe Jnno. ⁊ Hoſtiē. vt ſupe
rius tetigi. Preterea videtur ꝙ eadem ratio ſit vtrobiqꝫ ſiue re
cuſetur delegatus ſiue ſubdelegatus. ⁊ ſic videretur ꝙ vtrobiqꝫ
idem deberet dici. argu. c. tranſlato. de conſtitu. cum ſimilibus.
Barto. in. l. quia poterat. ff. ad trebellia. tenet opinionem Hoſt.
21 videlicet ꝙ † proceſſus iudicis recuſati ſit nullus. pro hoc dicit
eſſe caſum in. l. j. C. ſi quacūqꝫ preditus poteſtate. ſed certe ad illā
legem poſſet reſponderi: vt voluit ipſe Jnno. iſt. c. inſinuante. s̄.
de officio delega. qđ ibi eſt ſpeciale licet Bart. dicat ꝙ ibi bene
eſt ſpeciale ꝙ ordinarius recuſetur: ſed non ꝙ proceſſus ſit nul
lus: ſed talis reſponſio non videtur bene procedere: quia ex quo
reuera ibi ponitur caſus ſpecialis non poteſt fieri fundamentū
ꝙ de iure cõmuni ſemper ſit dicendum idem: vbi recuſatio fieri
poſſit. tamen opinionem Bartol. ⁊ Hoſt. ſequebatur dominus
meus domi. Petrus de ancha. in. c. iudex. de offic. delega. in. vj.
per dictam. l. j. allegatam per Bartolum. ⁊ per preallegatum. c.
iudex. vbi dicitur quod iudex recuſatus poſt recuſationē3 pro
poſitam nō poteſt cõmittere cauſam ſine recuſatoris aſſenſu. et
ſic multofortius ſm eum non debet poſſe in cauſa principali p
cedere argumento auť. multomagis. C. de ſacroſanct. eccleſijs.
¶ Sed certe ſi quis diligēter aduertat ille tex. poteſt adduci ad
oppoſitū: quia ſi poteſt cõmittere cauſam de recuſatoris aſſen
ſu: ergo non deſijt omnino eſſe iudex alias priuatorū conſenſus
non poſſet facere eum iudicem. l. priuatorū. C. de iuriſdi. omniū
iudi. ⁊. s̄. de officio delega. ſignificantibus. ⁊ pro hoc etiam facit
idem text. in dicto. c. iudex. vbi dicit ꝙ poſt latam ſententiam in
cauſa recuſationis: tunc omnino deſijt eſſe iudex: ⁊ ſic ante non
deſijt eſſe iudex. et per conſequens videtur habere habitum iu
riſditionis: licet contra exercitium obijci poſſit exceptio. ⁊ ſic vi
detur ꝙ ſi procedat non obſtante exceptione: licet grauet partē
ꝙ debeat tenere proceſſus ſi non fuerit appellatum. nam regu
lare eſt quod vbi poteſt obijci exceptio cõtra pceſſum iudicis:
ꝙ ſi obijciatur ⁊ illa nō obſtāte procedat ad vlteriora videatur
tacite pronuntiaſſe. ⁊ tenet proceſſus ſi non appelletur: vt patet
ex his que habentur in. c. ex parte. M. j. eo. ⁊ in. l. a procedente.
C. de dila. ⁊ ſic videt qđ prealleg. c. iudex. nō obſt. opi. Jnno. nec
ſimiliter. l. j. allega. per Barto. q2 pōt dici ibi eſſe ſpeciale ppter
enormitatem delicti vt alij de facili terreantur. arg. l. ſi quis ſer
no. C. de fur. Alia fuit opi. Lapi in. d. c. iudex. vc3 ꝙ ſi proceſſus
interim ſit in pēdenti etiam ſi pendeat ex futuro euentu, nam ſi
pronuntiabitur pro recuſante detegetur pceſſum non valuiſſe:
ſecus ſi contra eum: q2 tūc detegetur valuiſſe, ⁊ pro hoc facit qđ
dicimus in ſimili de appellatione ab interlocutoria: q2 ſi iudex a
quo pcedat ante inhibitionē ſibi factā pēdet pceſſus ex futuro
euentu: quia ſi pronuntiabitur pro appellatione detegetur pro
ceſſum irritum fuiſſe ſeu non valuiſſe: alias ſecus. de app. non ſo
lum. lib. vj. cum ibi not. ⁊ p hoc facit: quia non debet plus ope
rari iſta recuſatio ꝙ ipſa appellatio ab interlocutoria, nam etiā
ille qui appellauit pretendet iudicem ſuſpectum ratione graua
minis. facit quod habetur. s̄. eo. ad hec ſi in vna. Et ſic poteſt di
ci: qđ quo ad opinionem interim tenet proceſſus qui fit poſt ap
pellationem ab interlocutoria ſi ſit factus ante inhibitionē ta
men an in veritate valeat vel non declarabitur ex futuro euen
tu ⁊ ex illo pēdebit. ⁊ hec opinio forte fuit etiā de mente Hoſti.
per ea que ipſe dicit in preallegato. §. quid ſit effectus. ⁊ hec opi
nio ſatis videtur poſſe de iure canonico ſuſtentari. per id qđ. s̄.
dixi. cum de iure canonico non ſufficiat allegare cauſam recuſa
tionis: niſi etiam probetur. s̄. de officio deleg. ſuſpicionis. ſed de
iure ciuili ex ſola voluntate poteſt iudex delegatus recuſari: nec
eſt neceſſe aliquam cauſam allegari vel probari: vt patet ex his
que leguntur et notantur in. l. apertiſſimi. C. de iudi. vnde ſcdm
ius ciuile tantum videtur operari recuſatio facta delegato quā
tum facta cum cauſa de iure canonico ſecuta probatione cauſe:
et ſententia ſuper ipſa recuſatione, ⁊ ſic videtur qđ ſatis de iure
canonico lata ſententia ſuper recuſatione omnino deſinet eſſe iu
dex: ⁊ ſic proceſſus ipſo iure non valeret, ita videretur ꝙ de iure
ciuili ex hoc ſolo qđ facta eſt recuſatio ipſo iure deſinat eſſe iu
dex, et in hoc eſt differentia inter ius canonicum et ius ciuile eſt
etiā in alio: quia arbitri qui eligūtur de iure ciuili habent cogno
ſcere de cauſa principali ⁊ nō de cauſa recuſationis. d. l. apertiſ
ſimi. ⁊. l. fi. C. de iudi. ſecus de iure canonico: quia arbitri habent
cognoſcere de cauſa ſuſpicionis et non de principali: vt dictum
fuit in. c. ſecundo requiris. §. finali. s̄. eodem. Et per predicta vi
detur poſſe concordari opiniones: quia opinio Hoſtien. ⁊ Bar
to. ⁊ ſequacium que originaliter fuit glo. in locis ſuperius alle
gatis.

Ayuntamiento de Madrid

gatis.videt pcedere ... Jnno. hic poſſit ſal-
uari de iure canonico ſm opi. ... plus videretur ꝙ licet de
iure canonico appellaretur a proceſſu iudicis recuſati:tamē qꝛ
eſſet appellatio ab interlocutoria videtur ꝙ illa nō redderet p-
ceſſum nullū ex hoc ſolo ꝙ eſſet appellatum ſi nō eſſet factus
poſt inhibitionē iudicis.ad quē per notata in.d.c.non ſolū.ꝛ ſic
videtur ꝙ multominus ex hoc ſolo qḋ facta ſit recuſatio debet
dici pceſſus:poſtea factus nullus niſi hoc detegatur ex poſtfa-
cto pbata veritate cauſe ꝛ lata ſnīa pro recuſante.ꝛ de materia
22 etiā plene dixi in ... quidam coſulebat.ff.de re iudi. ¶ †Ultimo
aduerte qꝛ dicunt quidam:vt hic refert Jnnoc.ꝙ poſſet quis a
ſubdelegato appellare hoc modo.puta ſi d. ... habeo te ſuſpe-
ctū ex tali cā ꝛ appellōne pcedas.ſed Jnno.dicit ꝙ hec appel-
latio hodie non pcederet cū videat fieri a futuro grauamine.ſ.
eo.vt debitus.ꝛ.ſ.eo.c.xxi.in.vi.ſed Hoſti.in ſūlega.§.quid ſit
effectus.videt velle ꝙ valeat ſi fiat a iudice delegato:vel ab ordi
nario qꝛ ex quo recuſatus eſt ꝛ habet ire ad arbitros vt appella
tio tunc eſſe extraiudicialis que poteſt fieri a futuro grauami-
ne.ſ.eo.bone.ſed forte hec opi.Hoſti.nō eſt vera:qꝛ arbitri ſunt
delegati iuris.de offic.deleg.ab arbitris.lib.vi.ꝛ ſic videt ꝙ ap-
pellatio cenſenda ſit iudicialis ex quo fit a iudice:ꝛ etiam pro-
pter actum iudicialē fiendum.ꝛ ideo videtur ꝙ non valebit per
c.vt debitus.ꝛ videtur etiam fuiſſe de mente Jnno.

1 Terminus ad exceptiones proponendas ſtatui nō debet ad inſtantiam rei.
2 Litis cōteſtatio inducit p ppoſitionē exceptionis perēptorie.
3 Confeſſio ſicut poteſt reuocari quando preiudicat circa merita cauſe ita etiā reuocari poteſt ratione preiudicij quod infert in proponendis dilatorijs.
4 Reuocari poteſt confeſſio nō ſolum quando error eſt reſpectu facti confeſſati:ſed etiam quando interuenit error alterius facti cui preiudicatur quo ſcito veriſimiliter nō fuiſſet facta ꝯfeſſio.
5 Litis conteſtatio inducitur ex reſponſione litigantis principaliter facta ad libellum.
6 Confeſſio aduocati etiam errore non probato reuocari poteſt.
7 Articulus receptionis teſtium non poteſt a delegato inferioris a principe ſubdelegari inquantum ſit miſſus al's ſecus.ꝛ nu.12.
8 Cauſa etiam ſi ſit legitima debet in appellatione exprimi.
9 Grauatus re ipſa appellare poteſt:licet ex mente iudicis nō grauetur.
10 Confeſſio aduocati an ꝛ quando noceat clientulo ꝛ an ꝛ quando clientulus poſſit errorem aduocati reuocare.
11 Litis cōteſtatio an inducat p obiectū exceptionis perēptorie.
12 Delegatus inferioris a principe ad vnam cauſam tantum non poteſt alteri ſubdelegare etiam poſt litem conteſtatam.
13 Appellatio ab interlocutoria vel grauamine non poteſt iuſtificari ex alia cauſa ꝙ ſit ſpecificata in appellatione.

a **Cum cauſam.** Si iudex[a] confeſſionem aduocati eadē die reuocatā per litis cōteſtationē velit habere vel pceſſum a ſubdelegato ſubdelegati factum ratificet ab eo licite appellatur.h.d.Et primo narratio appellationis.Jn ſcdo iudi cis datio.Secūda ibi mandamus. ¶ No.j.ꝙ ad†inſtātiam rei videtur debere ſtatui terminus ad exceptiones ppōnēdas.ſed certe contrariū de iure per ea que notantur in.c.paſtoralis.ſ.de excep.ꝛ ad iſtum tex.poteſt reſpōderi.qḋ hic factū narratur:qꝛ
2 ſic de facto petebat reus ſibi ſtatui terminū. ¶ †Jtē not. ꝙ per ppoſitionē exceptionis perēptorie videtur induci litis cōteſta-
tio.ſed hoc non eſt verum vt hodie eſt declaratum in.c.ij.de lit.
cōteſtatio.lib.vi.ꝛ ad iſtū tex.reſpōde vt ibi no.per gl.qꝛ debet
intelligi ꝙ non ſimpliciter proponebat peremptoriam:ſed etiā
negabat intentionem actoris pter peremptoriam competen-
tem:an autem per confeſſionem inducatur litis conteſtatio. dic
vt notatur in.c.dudum.el.ij.de elec.ꝛ per glo.ꝛ legiſtas in.l.j.C.
3 de litis conteſta. ¶ Jtem no.ꝙ ſicut†confeſſio poteſt reuocari
quando preiudicat circa merita cauſe:vt in.c.ſi.de cōfeſſis. Jta
etiam reuocari poteſt ratione preiudicij qḋ infert in proponen-
dis dilatorijs. Aduerte tamen ꝙ non reuocabit procurator hic
confeſſionem aduocati quaſi factum in confeſſione contentum
etiam erroneum:ſed reuocabit ex errore iuris in quo fuit aduo-
catus qꝛ forte credebat exceptiōes dilatorias poſſe pponi poſt
litis conteſtationē.ꝛ ſic videtur ꝙ error iuris debet habere cau-
ſam legitimam reuocandi confeſſionem per alium factam. licet
Cy.aliter videatur dicere in.l.ſi.C.de errore aduo. Potes etiam
dicere ꝙ forte fuerat error facti in aduocato:qꝛ ignorabat aduo
catus dilatorias aliquas competere:ꝛ de illis proteſtatum eſſe
per procuratorem:ꝛ ideo aduerſus nimium feſtinatā confeſſio-
nem ex errore alterius facti quam confeſſati reuocata confeſſio.
ꝛ no.etiam ꝙ ſicut principalis poteſt reuocare cōfeſſionē aduo-
cati:ita etiam poteſt reuocari per pcuratorem.Et not.etiam ex

predictis ꝙ†confeſſio poteſt reuocari non ſolum quando error
eſt reſpectu facti confeſſati:ſed etiam quando interuenit error
alterius facti cui preiudicatur quo ſcito veriſimiliter non fuiſſet
facta confeſſio. ¶ Jtem nota † ꝙ ſicut ex reſponſione litigātis
principaliter facta ad libellum inducitur litis cōteſtatio. ita et
per reſponſionem factam ad libellum per aduocatum ſi nō fuit
6 reuocata. ¶ Jtem no.†confeſſionem aduocati etiā non pbato
errore poſſe reuocari.dummodo reuocetur incontinenti.et not.
qḋ ſatis videtur fieri incontinenti ... die. de quo in gl.
ꝛ ſuper ea. ¶ Jtē not.ꝙ reuocata ... ne ex qua inducetur
7 litis conteſtatio ceſſat litis cōteſtatio. ¶ † Jtē no.ꝙ articulus
receptionis teſtium non poteſt a delegato inferioris a principe
ſubdelegari.qḋ intellige verū inquātum ſit miſſus aliās ſecus:
vt dictum fuit in.c.cum bertoldus.ſ.titu.j.ꝛ no.glo. in clemē.j.
8 de officio delega. ¶ † Jtem no.ꝙ non ſufficit ex legitima cauſa
appellare niſi cauſa in appellatione exprimatur ꝛ preter ipſam
9 appelletur.de quo in glo.fina.ꝛ.ſ.c.proximo. ¶ † Ultimo no.ꝙ
ſufficit quem re ipſa grauari:licet ex mēte iudicis nō grauetur.
ad hoc vt poſſit appellare vt hic patet in verſic. iudices tamen.
Nam iudices credebant de iure litē cōteſtatam nō obſtāte con-
feſſione reuocationis:licet male putarēt ꝛ tamē legitima repu-
10 tatur appellatio.facit quod dictū fuit.ſ. de ex parte. ¶ † Jn gl.
aduocati.in fi.potes dicere ꝙ aut procurator vel dominus vult
reuocare confeſſionem aduocati probando errorem:puta pro-
bando rem ſe aliter habere:ꝛ tunc poteſt quandocūqꝫ ante ſen-
tentiam docendo de errore.per id quod habetur in.c. vltimo.ſ.
de cōfeſſis.ꝛ in.l.error.C.de iuris ꝛ facti igno.ꝛ pro hoc faciat:
qꝛ ſi cōfeſſio propria poteſt pretextu erroris docendo de errore
reuocari quādocūqꝫ ante ſententiam hoc tamen ante concluſio
nem in cauſa:vt in.d.c.fina.ꝛ ibi etiam dixi multa potius debet
poſſe reuocari cōfeſſio pcuratoris vel aduocati eſt tamē aliqua
differentia an agatur de reuocatione cōfeſſionis pcuratoris
vel aduocati:an vero de renocatione confeſſionis proprie:quia
primo caſu ſufficit allegare ꝛ probare rem aliter ſe habere. facit
qḋ habetur in.l.certum.§.ſed an ipſos.ff.de confeſſis.Sed non
ſemper ſufficit probare rem aliter ſe habere qñ agitur de reno-
catione proprie cōfeſſionis vt quādo eſſet preſumptio ſcientie
contra cōfitētem.vt plene notatur per Bart.in.l.ij.ff.de cōfeſ.ꝛ
facit qḋ dictum fuit in.d.c.fina. Aut quis vult reuocare confeſ-
ſionem aduocati alio non docto.ꝛ tunc videtur ꝙ poſſit reuoca
re eadem die per iſtum tex.ꝛ hoc etiam voluit glo.in.c.olim.ſ.de
cenſibus.ꝛ plus videtur qḋ etiam vſqꝫ ad triduum.per id quod
habetur in.l.ij.C.de errore aduoca. Nam tunc ſi ſciuit cōfeſſio
a nem factam ꝛ infra triduum non contradicit videtur qḋ prein-
dicet.ꝛ ſic ſecus videtur ſi infra triduum contradicat.ꝛ hoc etiā
tenet do. Anto.quando confeſſio concernit merita negotij prin
cipalis.Si autem non preiudicaret circa pceſſum litis tunc di-
cit ꝙ poterit ſimiliter reuocari eadem die.ꝛ etiā infra triduum
dummodo non faciat actum interim ex quo videatur approba
re confeſſionem.per id quod hic dixit glo.ꝛ iſta opinio ſatis vi-
detur de iure poſſe ſuſtentari gloſſ.tamen ꝛ cōmuniter legiſte in
dicta.l.ij.dicūt ꝙ hoc dicitur ibi de triduo denotat facti ac
cidentiā: quia ſolum per triduum durant cauſa poſt confeſſio-
nem. Nam ſi duraſſet maiori tempore potuiſſet reuocari quan-
docunqꝫ ante ſententiam per predictam.l.error.ſed certe poteſt
dici ꝙ illud verum:ſi doceretur de errore:vt ſuperius tetigi. ſed
vbi non docetur de errore procedat quod dixi.ꝛ tene menti dili
genter hunc intellectum pro declaratione dicte.l.ij.ꝛ ſecūdum
predicta etiam debet intelligi quod nota. in gloſſ.xxxv.qō.ix.c.
loci.vbi videtur velle quod confeſſio aduocati poſſit quādocūqꝫ
reuocari:quia debet intelligi illud verum quādo probaretur de
errore.Et nota.ꝙ licet confeſſio procuratoris habeat nocere do
mino etiam ſi fiat in abſentia domini propter mandatum ꝙ ha
bet pcurator a domino:tamē ſecus videtur in confeſſione aduo
cati: quia non habet mandatum ad cauſam pertractandam.et
ideo confeſſio aduocati facta abſente procuratore ꝛ domino nō
preiudicat domino niſi forte dominus habuerit: poſtea de illa
ſcientiā ꝛ non contradixerit eadem die vel infra triduum:ſed id
qḋ ſuperius dixi.Si autem ſit facta preſente domino vel procu
ratore ꝛ non cōtradicente eadem die vel infra triduum iuxta ſu
perius dicta.ꝛ tunc tacite videtur illam approbare. facit qḋ ha-
betur.ſ.de offi.delega.in.c.cum olim abbas.ꝛ ideo non poterit
poſtea reuocari niſi doceatur de errore.Si autem fiat preſente
procuratore vel domino ꝛ cōtradicēte ſimpliciter vel quatenus
eſſet in eius preiudicium:ꝛ tunc non habet ſibi nocere. Facit qḋ
11 not.per ... d.l.ij. ¶ † Jn gloſ.non fuit.in fi.de hoc dic vt ho
die habetur in.d.c.ij.de lit.cōteſta.in.vi.vbi eſt expreſſum ꝙ per
obiectum exceptionis etiam peremptorie non inducitur conte
ſtatio litis.ad iſtum tex.reſpondet ibi glo.ꝙ debet intelligi.ꝙ
ita demum ... inducta cōteſtatio:ſi cū obiectu exceptionis

a ¶ Si iudex ſup hoc.c.ſi qras vtrū ꝛ qñ cōfeſſio aduocati noceat cliētulo.ꝛ vtrū et qñ cliētul9 pōt errores aduocati ſui reuocare.diſtingue vt ſ p Hen.bo. hrch.in pncipio ca.

Ayuntamiento de Madrid

fuiſſet negata petitio actoris. de quo dicendum vt ibi. ¶ In gl. 
12 penul. in fi. ⁊ ſic cõcludit glo. ꝙ † delegatus ad vnã cauſam tãtũ infer. oris a principe nõ poterit alteri ſubdelegare: etiã poſt litẽ cõteſtatã. Sed reſpõdet ad ſimilitudinẽ allegatã de ꝓcuratore qui poteſt poſt lit. cõteſta. aliũ ſubſtituere: ⁊ nõ ante niſi hoc ha beret in mãdatis. ſed potes dicere ꝙ nõ eſt bona ſimilitudo ꝓpter diuerſitatẽ rationis qꝛ ꝓcurator efficitur dñs litis per con teſtationẽ in. c. j. de ꝓcu. in. vj. ⁊. l. ꝓcuratoribus. ⁊. l. nulla. C. de ꝓcur. ⁊ ideo nõ poteſt ſine cauſa reuocari ſine cauſa. l. poſt litẽ. ff. de ꝓcu. ſecus in iudice delegato: qꝛ nõ efficit dñs litis per cõteſtationẽ factã coram eo. nam ipſe nõ eſt qui agit li tẽ: ſed potius corã cõ agit. ⁊ ideo etiã reuocari poteſt ſine aliqua cauſa per delegantem quãdocũqꝫ etiam poſt litis cõteſtationẽ coram eo. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. ¶ Item aduerte qꝛ licet glo. reſpondeat ad. c. cũ bertoldus. ꝙ ibi nocet facti cõtingentiã ⁊ nõ iuris diſpoſitionẽ. tamen potes aliter dicere vt ibi etiã di ctum fuit. ſcꝫ ꝙ ſi delegatus inferioris a principe alteri ſubdele gauit totam cauſam vel aliquẽ articulum habentẽ miſturam iu riſdictionis ⁊ tũc nõ poteſt. ⁊ ſic intelligatur hec gl. Si aũt vellet delegare aliquẽ articulũ cõſiſtẽtem in puro facto puta ſi poſtꝙ examinauit exceptiones que obijciuntur cõtra teſtes: ⁊ etiã in terrogatoria cõmitt. exceptionem teſtium que tunc in puro fa cto cõſiſtit, nam tunc poteſt ſm cõem opi. doct. preſertim cano niſtarum. ⁊ ita poſſit intelligi ꝓcallega. c. cũ bertoldus. de quo etiã in cle. j. de offi. deleg. per glo. ⁊ docto. in decre. ſuper queſtio num. j. de offi. deleg. ¶ In glo. fi. in fi. hodie eſt capitulũ primũ j. e. in. vj. ⁊ an ꝓcedat dictũ gl. in omnibus appellationibus ex traiudicialibus. dic vt ibi no. de appellationibus aũt extraiu dicialibus que interponuntur in cauſis electionum. Dicẽdũ eſt vt hodie habeẽ in. c. vt circa. de elec. in. vj. ⁊ in cle. conſtitutionẽ.
13 eo. ti. ⁊ qõ dixit gloſ. † appellationẽ ab interlocutoria vel graua mine nõ poſſe iuſtificari ex alia cauſa ꝙ ſit ſpecificata in appel latione eſt etiã hodie approbatũ ⁊ deciſum in cle. appellanti. de appel. ⁊ plus dicit hic Jo. andr. ꝙ ſi fuerit appellatũ ab interlo cutoria vel grauamine ex pluribus cauſis expreſſis in appella tione hodie de ſtilo curie ⁊ cãcellarie eſt ꝙ in delegatione ſeu cõ miſſione appellatiõis nõ exprimiẽ niſi vna quã voluerit eligere vice cancellarius. ⁊ ideo ſit cautus appellans ꝙ nõ exprimat ali quam falſam cauſam. dicit tamen Jo. and. ꝙ iſtud eſſet ſatis ra tionabile qñ cauſe eſſent incõpaſſibiles: ſed vbi eſſent cõpaſſibi les deberet fieri cõmiſſio ſup omnibus licet de facto hoc nõ ſer uetur vt dixi. vnde dicebat Boatinus ꝙ tũc expſſo vno graua mine in cõmiſſione, de his ꝓpter que appellauit nõ poterit iuſti ficare appellationẽ: etiam ex alijs ꝓpter que appellauit. dicit ꝙ ſuper quolibet grauamine curia daret literas ſi impetrarentur ad eoſdem iudices. ⁊ ſic poſt primã cõmiſſionẽ in qua vna cauſa eſſet expſſa poſſint impetrari litere ſuper alia que fuerat expſſa in appellatiõe: licet nõ in cõmiſſione dũmodo ad eoſdẽ iudices impetretur. ⁊ per predicta vt dixi debẽt eſſe cauti appellantes ab interlocutoria ꝙ nullam falſam cauſam exprimant vel quã probare non poſſint. ⁊ propter reprimendas malitioſas appel lationes videtur eam fuiſſe conſuetudo: de qua. s.

1 ☞ Exceptiones legitime obiectio ſi fuerit cõfeſſata iuſtificat appellationem licet aliter nõ probetur coram iudice ad quem.
2 Taciturnitas numeri vitiat impetrationẽm in eccleſia numera ta. et nume. 10.
3 Ad appellationem iuſtificandam non ſufficit exceptionem fuiſ ſe obiectam ⁊ probatum ⁊ appellatũ eſſe niſi appareat ꝙ pro pter ipſam exceptionem non admiſſam ſit appellatum.
4 Exceptio reijci poteſt tacite ⁊ expreſſe ⁊ vtroqꝫ caſu vẽ grauare.
5 Exceptiones legitimas admittere tenetur executores alias ab eorum proceſſu poteſt appellari. ⁊ nu. 9.
6 Proceſſus executoris factus ꝑ literas ſurreptitias ſit validus ſi ab eo non appelletur.
7 Attentata poſt appellationem legitimam ſunt nulla.
8 Nullitas ſnie an poſſit deduci in cauſa appellationis. ⁊ nu. 12.
11 Appellatio eo ipſo iuſtificata eſt ſi fuit ex cauſa ꝓbabili appel latum ſi fuit oblata probatio ⁊ non admiſſa etiam ſi non probe tur veritas cauſe appellationis.
13 Sententia prima an videatur cõfirmata ſi iudex appellationis pronunciet male appellatum niſi dicat ⁊ bene iudicatum.
14 Sententiam nullam ⁊ iniuſtam dicens non eſt audiendus.
15 Nullitatem ⁊ iniuſtitiam ſententie ſuper eodẽ articulo proſe qui eodem tempore an poſſit quis.
16 Libellus ſuper nullitate ⁊ iniuſtitia ſententie an admittatur et ſi admittatur an poterit fieri proſecutio vtriuſqꝫ.
17 Nullitatem ſententie proſequi an poſſit is qui dixit ſententiam nullam inquantum aliqua appellat ſi deſeratur appellatio for te per lapſum fatalium.
18 Appellans in iudicio ante ſniam vel extra iudicium poſtea ite

rum appellat an per appellationem poſteriorem videatur renũ tiare prime appellationi vel priorem ſententiam ratificare.

Dilecto. Non ſufficit appellanti decre. ꝙ le gitimã exceptionẽ oppoſuit ⁊ appel lauit niſi ꝓpter eã nõ admiſſã ſe doceat appellaſſe. h. d. ⁊ in prima pte ponit factũ corã auditore narra tum. in ſcda cõmittit cauſam rõne premiſſa. ſcda ibi: qm igitur. ¶ No. j. ꝙ in beneficialibus poteſt cõtra literas opponi etiã ad ꝓceſſum de peremptoria exceptione ſurgẽte ex vi ſurreptionis: ſꝫ ſecus ſicut regulariter in alijs peremptorijs: qꝛ nõ poſſunt oppo ni regulariter ad ꝓceſſum niſi ſint exceptiones litis finite: vt in c. j. de lit. cõteſt. in ⁊ ratio diuerſitatis eſt qñ ex literis ad bñfi cia cauſaẽ ſiue creatur ius agendi qõ nõ contingit in literis ad li tes cũ ſolum ex illis detur iudicis iuriſdictio cognoſcendi de cau ſa. facit qõ not. per Inn. in. c. cõſtitutus. s. de reſcrip. ⁊. c. ſuper li
1 teris. ⁊ per gl. ⁊ Jo. an. in. c. j. de lit. cõteſt. in. vj. ¶ Itẽ no. ꝙ † le gitima exceptionis obiectio ſi fuerit cõfeſſata iuſtificat appella tionẽ: licet aliter nõ ꝓbeẽ corã iudice ad quẽ: ſecus vbi non eſſet cõfeſſata: qꝛ tũc nõ iuſtificareẽ appellatio niſi fuerit oblata ꝓba tio vel niſi doceaẽ de veritate exceptionis. j. e. interpoſita. cũ ibi
2 not. ¶ Itẽ no. ꝙ † taciturnitas numeri vitiat impetrationẽ fa ctam in eccleſia numerata. de quo in. c. conſtitutus. s. de reſcrip.
3 ¶ Itẽ no. ꝙ ad † iuſtificãdam appellationẽ nõ ſufficit exceptio nẽ eſſe obiectã ⁊ etiã probatã: ⁊ appellatũ eſſe niſi appareat ꝙ ꝓpter ipſam exceptionẽ nõ admiſſã fuerit appellatũ: vnde nõ ſufficit opponere exceptionẽ ⁊ appellare niſi ꝓmus expectetur an iudex grauet: ⁊ ſic an admittat. iſtam tunc demũ ꝓpter ipſam nõ admiſſam debet appellari: vt hic notabiliter ꝓbaẽ. debet ergo eſſe cautus ꝓpõens exceptionẽ: vt ſtatiꝫ illa oppoſita nõ appel let: ſed expectet qd faciet iudex. iſtã ſi admittet illã habebit ob tẽtũ ⁊ nõ erit opus appellare: ſi aũtẽ nõ admittet illã, ⁊ tũc pote
4 rit appellare. ¶ Et no. ꝙ † dupliciter põt reijcere exceptionem vno modo expſſe vt qꝛ pnũtiet exceptionẽ nõ eſſe admittendã. alio modo tacite vt qꝛ ꝓcedit ad vlteriora illa nõ admiſſa. j. eo. ex parte. ⁊ vtroqꝫ caſu vẽ grauare, ideo poterit appellare. Si au tẽ iudex nõ reijciat expſſe nec tacite: vt qꝛ ſuperſedeat in cauſa ⁊ nõ ꝓcedat: ⁊ forte dat terminũ ad audiendum voluntatẽ ſuam: ⁊ demũ parte cõparente in termino. adhuc forte dat aliũ termi num ad idẽ: vt ſic forte excipiens vexetur laboribus ⁊ expẽſis: ⁊ tũc dicit Hoſti. ꝙ ſatis putat ꝙ tertio fuit humiliter requiſitus ſeu terna vice vt placeat ſibi reſpõdere. An velit admittere exce ptionẽ vel nõ ⁊ expectato reſpõſo cõgruo tpe nõ rñdeat. pote rit appellari hac cauſa aſſignata in appellatione: qꝛ poſt oppoſi tam exceptionẽ ſepius requiſitus noluit rñdere: an admittẽtur vel nõ. facit qõ legiẽ ⁊ no. s. in. c. j. de ſupplẽ. negli. ꝓla. ⁊ de elect. cũ in veteri. ⁊ facit etiã qõ habeẽ in. l. nõ ignorat. C. de fruc. ⁊ lit.
5 expẽ. cũ ibi no. per Bar. ¶ Itẽ no. ꝙ † executores teneñ admit tere legitimas exceptiones ⁊ ſi nõ admittãt põt ab eorũ ꝓceſſu appellari qõ eſt clarũ ſi aſſumat partes iudicis: ſed vbi aſſume ret partes executoris eſt magis dubiũ. tñ dicit hic do. Anto. ꝙ etiã tũc teneẽ exceptiões legitimas admittere: ⁊ ſi nõ admit tat ⁊ ꝓpter hoc appelletur appellatio deuoluit negotium ad ſu periorẽ: vt poſtea poſſit cognoſcere de exceptionibꝰ. fatetur tñ qõ talis appellatio: ex quo aſſumit partes executoris nõ impe diet eius ꝓceſſum: nec tenetur illi deferre. alleg. qõ legiẽ ⁊ not. in Spe. de act. ⁊ peti. §. ſup poſitionibꝰ. ver. ſed qd ſi anteꝙ. fa cit etiã qõ no. ꝑ Inno. s. de pſum. c. ſi. ⁊ ꝑ gl. in cle. j. de offi. dele. dicit tñ qõ tũc appellatio nõ iuſtificatur ex ſola oblatione ꝓla tionis: qꝛ nõ tenetur ꝓbationes recipere qñ ꝓcedit vt executor. facit qõ no. Inno. de elec. cũ inter canonicos. etiã dicit Spe. in loco ꝓalleg. ꝙ executor datus ad cõpellendũ ſemp dꝫ aſſumere partes iudicis in cognoſcẽdo. ⁊ ſic dicit do. Ant. tenere Jo. an. in addi. Spe. in tit. de poſſ. ⁊ peti. §. j. ad fi. alleg. etiã qõ habetur de ꝓben. licet. li. vj. ſed tu de hoc dicvt plene dixi in. c. fi. s. de pre
6 ſump. ¶ Itẽ no. arg. qõ † ꝓceſſus executoris factus per literas ſurreptitias ſit validus ſi nõ appelletur. de quo dicvt dictũ fuit
7 in. c. ad audientiã. el. ij. ⁊. c. cõſtitutus. de reſcrip. ¶ Itẽ no. † qõ attẽtata poſt appellationẽ legitimã ſunt nulla. de quo. j. eo. non
8 ſolũ. lib. vj. ¶ Itẽ no. qõ † in inſtantia cauſe appellationis non videtur ſufficere conſtare de nullitate, ⁊ ſic videtur qõ in cauſa appellationis nõ poſſit deduci nullitas. de quo dicvt ꝑ Inno. ⁊ Hoſt. ⁊ Joan. and. ⁊ per Bar. in. l. ſi expreſſim. ff. de appel. ⁊ per gloſ. ⁊ legiſtas in. l. j. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. Potes tamen dicere ꝙ hic non potuit deduci nullitas: quia non appa rebat appellationẽ fuiſſe in ſui forma ⁊ cõſequenter non deuol uiſſe negotium ad ſuperiorẽ. ¶ Ultimo per iſtã decre. videtur reprobari ſtilus qui habet qõ ꝓmulgata excõicationis inſtãtia per executores in aliquẽ: niſi infra certos dies ſibi obediatur qõ appellatio infra illos dies per illum contra quem fertur nulla exceptione ꝓpoſita coram executoribus, ſed ſolum interpoſita



Ayuntamiento de Madrid

a ¶ Nõ ſuffi cit. idẽ ſum ma hic do. Abb. ⁊ ſup hoc. c. ſi ꝗ ras vtrũ iu dex appella tionis corã quo ꝓponiẽ õ nullitate ſnie poſſit de ipa nulli tate cogno ſcere diſtin gue: ſic hic ꝑ do. Henri. boy. in ꝓ cipio ca.

appellatione:qꝛ ex tali cā vel exceptione nō tenetur obedire.Nā
videtur ꝙ talis appellatio non valeat per hāc decre.ſed certe vt
dicit Joā.andre.iſte ſtilus toleratur propter ſententiā pambu-
lam:licet conditionaliter latā ex qua ſurgit grauamē.Ideo po
teſt appellari ⁊ potiſſime qꝛ non ſufficeret ad euitādum vincu-
lum excōmunicationis ꝓponere exceptiones infra terminum.
⁊ ideo ex quo non diſcuſſit de iuribꝰ partium ⁊ ꝓceſſit ad ſen
tentiā ideo grauauit ⁊ ꝓpter hoc potuit appellari.facit qđ ha-
betur.ſ.eo.ꝑterea.ſecus qꝛ tunc ꝓcedit hec decre.⁊ idem ſi exe-
cutoꝛ alternatiue tuliſſet ſentētiā excōmunicationis niſi ſibi pa
reatur infra certum terminum vel niſi corā ipo infra eundem ter
minum ⁊ ꝓponatur cā rationabilis non parendi:qꝛ cum poſſit
exceptionem ꝓponere ante terminū ⁊ euitare vinculum excom
municationis non poterit appellare ante exceptionē oppoſitā
⁊ admiſſam per hāc decretalē.¶ In gl.j.ibi a quo appellatur.
9 ſup.⁊ etiā eſt neceſſe ꝙ† quādo opponitur exceptio demum de-
beat appellari quādo nō admittitur:⁊ tunc ꝓpter nō admiſſio-
nē appellari poteſt:vt hic patet.facit quod dixi in notabilibus.
10 ¶ In eadem glo.ibi:p† ſedem apoſtolicā etiā ſine iuramento
plus dicunt docto.ꝙ etiam idem eſſet ſi ſolūmodo eſſet ſtatu-
tus numerus canonicoꝛū:licet nō eſſet iuratus nec cōfirmatus
per ſedem apoſtololicā.per id quod legitur ⁊ notatur in.c.cōſti
tutus.ſ.de reſcri.¶ In eadem gl.ibi dictū eſt.ſ.c.pxi.⁊ hodie
eſt expſſum in cle.appellanti.de appella.¶ In eadem gl.in fin.
11 ibi dicitur ꝙ ſi† appellatum eſt ex cā ꝓbabili ſi oblata fuit ꝓba-
tio ⁊ non admiſſa eoipſo iuſtificata eſt appellatio etiam ſi non
ꝓbetur veritas cauſe appellationis.Secus ſi nō fuit oblata ꝓ-
batio qꝛ tunc debet probari veritas cauſe corā iudice appella-
tionis hic etiā ſatis ꝓbatur per cōfeſſionem pſbiteri factā corā
auditoꝛe:ideo alia ꝓbatio nō fuit neceſſaria.¶ Sed aduerte qꝛ
contra iſtum tex.facit nā videtur ꝙ licet non fuiſſet probatum
appellationem interpoſitam ex cauſis de quibus in litera.et ſic
non probaretur ipſam eſſe foꝛmalem.tamen videtur ꝙ ex quo
cōſtat iudici ꝙ litere erunt ſurreptitie.⁊ ſic ꝙ ꝓceſſus factus ꝑ
executoꝛes erat nullus qꝛ ſurreptio in beneficialibus vitiat ipo
iure:vt legitur ⁊ notatur de reſcrip.ad aures.⁊.c.cōſtitutus.vi-
detur ꝙ iudex ad quē potuerit ⁊ debuerit ꝓnuntiare ꝓceſſum
nullum cuius cōtrarium hic innitur Hoſtiē.hic videtur fateri
cōtrarium ⁊ dicit ꝙ hic vacat.ar.a cōtrario ſenſu qꝛ dato ꝙ nō
ꝓbetur ex cauſis:de quibus in litera appellatum.tamen ꝓnun-
tiandus erit proceſſus nullus ex capite nullitatis.⁊ pſertim cū
in beneficialibus iudex ex officio poſſit ſupplere in his que cō-
ſtant ſibi vt iudici:vt.ſ.de elect.cum nobis olim.nec poteſt dici
ꝙ appellatio hic validauerit proceſſum.per id qđ habetur in.l.
ij.§.falſus.ff.rem ratam habe.Quia ibi loquitur quando pen-
debat a poteſtate appellātis validare proceſſum:qꝛ erat nullus
ꝓpter defectum conſenſus ipſius appellātis hic ſecus.facit qđ
dictū fuit in.c.j.ſ.eo.vel poteſt dici ſecūdo ſm eū ꝙ ideo hic iu-
dex non ꝓnuntiauit proceſſum nullum ex capite ſurreptionis:
ex eo quia ipſe appellās ſe ad hoc aſtrinxerat:vt ita demū retra-
ctaretur ſi ex vi appellationis cōſtaret proceſſum nullum.facit
qđ habetur in.c.j.ſ.de reſtitu.ſpo.⁊ in.c.licet cauſam de proba.
vel tertio ſm eum ſic voluit papa cōponere inter partes:vt ita
demum retractaretur ꝓceſſus ſi probaretur appellatio ⁊ iuſtifi
caretur.alias nō facit quod habetur.ſ.de pactis.cū pridem.ſed
certe vt dicit Joan.and.iſte ſolutiones Hoſti.aut diuinant aut
deſtruunt literam.ideo non videtur bone pro tanto dici poteſt:
vt hic voluit Inno.ꝙ ideo non potuit obtinere ſuper nullitate
qꝛ vtebatur via appellationis.Et ideo opoꝛtet ꝙ illā iuſtificet.⁊
ideo ſi illam nō iuſtificat non poteſt obtinere:licet ex alio capite
de nullitate oſtendat.⁊ ſic intelligatur iſte tex.facit in arg.quod
habetur.ſ.de officio delega.cum ſup.⁊ hinc ſumpta occaſione
12 Inno.reuocat in dubium.† An ſi in inſtantia appellationis iu-
dex reperit ſententiam nullam aliquo caſu ex capite nullitatis
poſſit illam retractare ſeu declarare nullam:⁊ ſic an in via appel
lationis poſſit aliquo caſu deduci nullitas.⁊ in effectu Innocē.
hic poſuit duas opiniones.vna fuit ꝙ nō poſſet:qꝛ non videtur
inniti appellationi dicendo de nullitate:ſed demū quando dicit
de iniuſtitia.fatemur tamen iſti ꝙ ſi appellatus peteret ſenten-
tiam confirmari:quia appellatus non innititur appellationi:
imo illam conatur impugnare,⁊ vult ſententiam confirmari ex
quocunqꝫ iure ſibi cōpetente contra petitionē appellantis.facit
quod legitur ⁊ notatur in.c.ex conqueſtione.de reſtitu.ſpolia.⁊
poterit etiā nullitatē allegare ſiue ex defectu iuriſditionis ſiue
ex defectu oꝛdinis iudiciarij ſiue ex alia cā.ſecus ſm iſtos ſi ap-
pellatus nō petat cōfirmationē ſententie.Secunda fuit opinio
alioꝛum quos dicit Innocē.ſub dubio foꝛte melius diceret ꝙ ſi
appellatum eſt a diffinitiua poterit appellans nedū docere de
iniuſtitia ſententie:ſed etiam de nullitate.per id quod habetur
in.l.quedam mulier.ff.fami.herciſcun.⁊.ff.de iure patrona.in.l.

coꝛnelia.⁊ quia etiam a ſentētia nulla poteſt appellari.ff.de ap-
pella.l.ſi expreſſim.ergo debet poſſe deduci per viam nullitatis
⁊ ſi appellans ſit excōmunicatus ex quo appellauit.per id quod
habetur in.c.ſignificauerunt.ſ.de exceptio.⁊.c.fina.Nec obſtat
ſi dicatur inquantum proſequitur nullitatem nō videtur inniti
appellationi:quia reſponderi poteſt ꝙ imo innititur ſaltem re-
ſpectu deuolutionis negotij.Inquantum aſſerit cognitionem
deuolutam ad ſuperioꝛem ꝓpter appellationem.facit quod ha
betur.ſ.eo.ſolicitudinem.§.j.¶ Item quia ſatis videtur proſe
qui appellationem inquantum petit ſententiā pronunciari nul
lam:quia ex hoc petit conſequenter [illegible] grauamen qđ infe
rebatur ex ſententia ſaltē de facto.[illegible] habetur in.l.j.§.j.
ff.de ferijs.⁊ hec dicit vera quando ap[illegible]tum eſt a diffinitiua.
Secus ſi appellatum eſſet ab interlocutoꝛia:quia illam opoꝛtet
iuſtificari ex cauſa expreſſata in appellatione:vt hic patet et in
clemen.appellanti.hoc eodem titu.¶ Tu potes cōcludere cla-
rius.vt etiam hic tetigit domi.Ant.quia interdum a principio
ſolum appellatur:et nihil a principio dꝛ de nullitate.interdū a
principio ſolum dicitur de nullitate,⁊ nō appellatur.interdum
autē ⁊ tertio ſimul ⁊ ſemel a principio deducitur nullitas ⁊ ap-
pellatur.Primo caſu quando ſolū a principio fuit appellatū.
¶ Conclude ꝙ ſi appellatum fuit ab interlocutoꝛia aut appel-
lans vult deducere nullitatem per viam a[illegible]itati non autē eius
ſup quo principaliter eſt appellatū:et tu[illegible] poteſt:vt hic voluit
Hoſtien.facit quod habetur.j.eo.non ſolum.lib.vj.⁊.ſ.de iudi.
exhibita.⁊.ſ.eo.ſignificauit.cum ſimi.nec Inno.in hoc dicit cō
trarium.licet Hoſti.aliter dicat.Si autem vellet deducere nul-
litatem ſuper eo ſuper quo appellauit tunc non poteſt obtinere
ex vi dicte appellationis niſi nullitas ſurgeret ex cauſa ſpecifi-
ca propter quā eſt appellatum ⁊ iuſtificata fuerit appellatio:vt
hic patet.facit pꝛeallegata clemen.appellanti.vel niſi cā nullita
tis ſit annexa ipſi cauſe appellatiōis.per id quod habetur in.d.
l.coꝛnelia.⁊ in dicta.l.ſi expꝛeſſim.⁊ qđ notat gl.in.l.j.C.quādo
ꝓuoca.non eſt neceſ.⁊ qꝛ illud quod non eſt nullum poteſt quo-
dāmodo dici iniquum.⁊ voluit Innocen.ſ.de officio delega.cū
cōtingat.⁊ qꝛ talis ſententia licet nulla ſaltem de facto grauat:
vt ſuperius tetigi.Et ideo poterit deduci nullitas ex quocunqꝫ
capite allegetur nulla.Et hoc intellige verum durante inſtātia
appellationis.Nam ſi deſerta eſſet appellatio nō poſſet tūc de-
duci nullitas corā iudice appellationis:licet corā alio iudice cō-
petenti poſſet deduci:vt voluit gl.in clemen.ſi appellationem.
in gloſ.fina.de appella.⁊ dñi de Rota ſua cōcluſione.cclv.et ꝙ
poſſit coꝛam alio iudice competenti de nullitate dici non obſtā
te deſertione appellationis.ſatis etiam probatur ex his que le
guntur ⁊ notantur in.c.licet.de ſen.excōmu.in.vj.⁊ facit etiā qđ
habetur in Specu.de ſen.pꝛola.§.iuxta.verſi.nunquid libellus.
⁊ ver.precedēti.⁊ per hoc patet quod intereſt appellati.ꝙ pro-
nuntietur ſuper deſertione appellationis:etiam ſi appellās di-
ceret ſententiā eſſe nullam incidenter:vt volūt domini de Rota
in cōcluſione pꝛeallegata.⁊ per pꝛedicta etiam patet quod licet
feratur ſententia ſuper deſertione appellationis nō per hoc cō-
firmatur ſententia a qua fuit appellatum:quia ſi petitur execu-
tio poterit excipi de nullitate.ſecus ſi ſententia fuiſſet confirma
ta.per id quod notauit Innoc.in.c.j.⁊.ij.j.de confirma.vtili vel
inutili.⁊.ſ.de reſcrip.ſuper literis.Nam tunc ſi non appellatur
a ſententia confirmatoꝛia nō poterit amplius dici de nullitate,
ſaluo niſi pꝛima ſentētia haberet in ſe erroꝛem expꝛeſſum quia
tunc ſecunda confirmans illam cenſeretur eundem erroꝛem ha
bere.⁊ ſic non valeret.l.j.§.j.ff.que ſenten.ſine appella.reſcind.⁊
no.per Barto.in.l.ſi expꝛeſſum.ff.de appella.Sed hic eſt dubiū
13 quid ſi† iudex appellationis pronuntiet male appllatū vel ap-
pellationem non tenere:an videatur tunc ſententia pꝛima con-
firmata.¶ Aduerte ſi iudex diceret male appellatum ⁊ bene iu
dicatum.clarū eſſet ꝙ ſic.per id quod habetur in.l.eos.§.j.C.de
appella.Sed ſi non adijcit illa verba ⁊ bene iudicatū:ſed dicit
male appellatum:tunc aduerte qꝛ aut adiecit cauſam vt qꝛ dicit
qꝛ ſententia eſt nulla.⁊ tunc clarum ꝙ non videtur confirmare:
vt voluit gloſſ.in.d.l.j.C.quando pꝛouoca.non eſt neceſſe.Aut
nullam cauſam adiecit.⁊ tunc gloſ.in.d.l.j.dicit ꝙ videtur con-
firmare ſententiam.maxime quando appellās dixiſſet dico ſen-
tentiam nullam ⁊ ſi aliqua eſt appello.⁊ ſic ꝓpter dictionē ma-
xime ſenſit idē ſi ſimpliciter appellauit.ſed Abbas in.d.l.ſi ex-
pꝛeſſim.voluit contrarium ſuper hoc fuerunt opiniones in.d.l.
ſi expꝛeſſim.finaliter concludit ꝙ expꝛeſſe non videtur confir-
mare ſententiam:ſed tacite videtur confirmare ſi appellans di-
xiſſet dico ſententiam nullam:⁊ ſi qua eſt appello.⁊ idem ſi ſim-
pliciter appellauit ſi in proceſſu deduxit etiam nullitatem.per
id quod habetur in.l.ij.C.ſi ex falſis inſtrumē.⁊.l.fina.C.de fide
inſtrumen.Secus ſi in appellatione a pꝛincipio:nec in proceſſu
dictum fuit de nullitate.facit quod legitur ⁊ notatur in clemē.j.

Ayuntamiento de Madrid

[illegible] re iudic. ⁊ ideo poterit poſtea de nullitate dicere. per id quod habetur in. d. l. e. ⁊ in. l. contra maiores. C. de inoffi. teſtamē. nec obſt. [illegible] dicatur ꝙ nullitas venit in appellatione etiā ſi non exp[illegible] [illegible] tur. per id quod habetur in. d. l. quedā mulier. ⁊ in. l. corne[illegible] [illegible] illud verum ꝙ venit incidenter ſed non principaliter ⁊ ea que incidenter veniunt in vno iudicio ſi plene non examināⷩtur non [illegible]cent in alio. l. penul. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. ⁊. §. de teſti. veniens. el. ij. ¶ Item aduerte qꝛ inquātum dixi ꝙ vbi in pceſſu fuit [illegible] incidenter nullitas. ⁊ ſimpliciter pꝛonunciatur male a[illegible] ꝙ tacite videtur confirmari ſententia. videtur do. [illegible] quādo plenarie fuit diſcuſſum de ipſa nullitate [illegible] uit Innocē. in. c. cum eccleſia. §. de cau. poſſeſ. [illegible] menti qꝛ Bart. ſimpliciter videtur velle ꝙ confirmetur ſententia tacite qñ in proceſſu fuit nullitas deducta. ¶ Itē aduerte qꝛ videtur do. Anto. velle ꝙ etiā ſi pꝛonuntiatū fuerit male appellatum ⁊ bene iudicatū ꝙ poſſit poſtea dici de nullitate ſi nō fuit plene queſitum corā ipſo iudice appellationis: ſed incidēter fuerit deducta nullitas. ſed hoc nō credo verum [illegible] quo pnūtiauit bene iudicatū cōfirmata eſt ſnīa: [illegible] eſt appellatum ab hac ſnīa. ⁊ ideo amplius nō poteſt allegari nullitas ꝯ prima ſententiā: qꝛ ſententia ꝯ ius litigatoris lata a qua non eſt appellatum habet piudicare. §. titu. j. cum inter vos. ⁊ licet Barto [illegible] C. qñ pūo. non eſt neceſ. videtur prima facie ſentire id qu[illegible] Anto. tñ credo dictum ſuum intelligendum eſſe. ſm ea que ipſe notauit in. d. l. ſi expſſim. ⁊ ſi quādo non fuit pnūtiatum bene iudicatum: ſed tātum bene appellatum ⁊ no. qđ vbi dicit Bar. in. d. l. ſi expſſim. illa verba male appellatum poſſunt referri ad iniuſtitiā ⁊ etiā ad nullitatē. nā poſſunt intelligi male appellatum: qꝛ bene fuit iudicatum. Itē poſſunt intelligi male appellatum. i. male ad ſuperiorē recurſum p ipſa appellatione. ¶ Item aduerte quia videtur velle hic do. Ant. ꝙ ſi is qui appellauit ſciebat ſententiā nullā. ⁊ nihilominus ſimpliciter appellauit ꝙ ſi iudex pnunciet male appellatum: licet non fuerit queſitum de nullitate ꝙ licet tunc non phibeatur vi dicte ſententie de nullitate dicte: tamen ſaltem prohibebitur vi pacti. p id quod habetur in. l. ij. C. communia vtriuſq; iudic. ſed certe illud eſſet verum quādo pactum de ſeruādo ſententiā fuiſſet factum: vt ibi patet ⁊ hec ſufficiat de primo caſu. ¶ Secundo caſu quādo a principio deducitur ſola nullitas: tunc concludo ꝙ ſi deducitur p viā exceptionis: vt qꝛ excipitur contra executionem petitam: ⁊ tunc licet ſi ſuccumbat excipiens de nullitate non phibetur: poſtea principaliter agere de nullitate. ratio: qꝛ primum iudicium fuit ſummarium: quādo petebatur executio ſententie. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. ¶ Ideo nō obſt. exceptio rei iudicate poſtea plenario iudicio. vnde eodē modo ſi actor petens executionem ſuccubit propter nullitatem oppoſitā non phibebitur: poſtea petere principaliter ſententiā cōfirmari. p id quod habetur in. c. j. ⁊. ij. j. de confir. vtili vel inuti. ⁊ qꝛ alias ſententia lata in ſummario iudicio pareret pnudicium plenarium contra ea que habētur in. l. penul. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ⁊ in. d. c. veniens. de teſti. Si autem principaliter fuiſſet a principio dictum de nullitate ⁊ ſuccumberet: tūc clarū ꝙ ſententia lata in hoc plenario preiudicaret etiam in ſummario. facit qđ notat Inno. in. c. fina. de ordi. cogni. Quo iure autem poſſit pncipaliter deduci nullitas ſeu peti declarari ſententiam nullā dic per officium iudicis. p id quod legitur et notatur in. l. j. §. j. ff. que ſententie ſine app. reſcin. ⁊ notat etiā Bar. in. d. l. ſi expſſim. ⁊ in. l. que ſub conditione. §. ſi. ff. de condi. inſti. ⁊ per Inno. in. c. ſi. de offi. iudi. ſed iuxta hoc ſurgit dubiū an ſi datus fuit libellus pncipaliter ſuper nullitate ſentētie: an ſi iudex in pceſſu videat ſententiā cōfirmādā, an poterit confirmare Bar. tenuit ꝙ ſic in. d. l. ſi expſſim. vnde dicit ꝙ etiā in huiuſmodi cauſa nullitatis poterit reus deducere etiam nouā cauſam: ex qua ſententia veniat confirmanda ſicut in cauſa appellationis. per id quod habetur in. d. l. j. §. j. que ſen. ſine appel. reſcin. quod eſt valde notandum ad predicta facit quod nota. Innocē. in. c. cum contingat. de offic. delega. ⁊ quod notauit idem Barto. in. l. ſi vt proponis. C. quomodo et qñ iud. corā quo autem principaliter dici poſſit de nullitate. tangit Barto. in. d. l. ſi expſſim. ⁊ in. d. l. ſi vt proponis. qꝛ coram eodem iudice ſi fuit ordinarius: ſecus ſi delegatus. §. de officio delega. in literis. Item poteſt dici de nullitate coram ſuperiore ipſius iudicātis. per id quod habetur in. l. iij. [illegible] autem ſi dicta ſentētia fuerit nulla ex aliqua cauſa [illegible] ſi ſuccumbat poterit dicere de nullitate ex alia cauſa. Concludit Barto. in. d. l. ſi expreſſim. ꝙ ſic ad inſtar eius qui egit actione reali. ſecus ꝙ expſſa. l. ſi mater. §. ſi quis. de exceptio. rei iudi. Secus ſi ſimpliciter dixiſſet ſententiam nullam: licet in proceſſu fuerit vnam cauſam tantum proſecutus ſicut dicimus in agente actione reali ſm notata in. d. §. ſi quis. et in eadem. l. in §. eadem. ¶ Sed aduerte quia contra facit. quia Barto. videtur in. d. l. ſi exp[illegible]ſſim. et etiam in. d. l. ſi vt proponis. ⁊ in. l. j. quando puoca. nō eſt neceſ. videtur equiparare cauſam nullitatis cauſe appellationis: vnde etiā dicit quod ſicut iudex appellationis reducit in priſtinum ſtatum att[illegible]tata appellatione pendente. Ita iudex nullitatis retractat att[illegible]tata occaſione ſententie nulle. d. l. iiij. C. de accuſa. ⁊ ideo ſicut in appellatione a diffinitiua, licet vna cauſa ſit expreſſa in appellatione poteſt nihilominus proſequi aliam. Ita videtur ꝙ in cauſa nullitatis idem ſit dicēdum licet ſecus ſit in reali actione: vt patet ex his que habentur in. d. §. ſi quis. ⁊ in. l. ſcio. cum ibi notatis per Bart. ff. de appel. ⁊ ideo dictum Bar. non videtur ſine dubitatione inquantum equiparat agentem principaliter de nullitate actione reali: ⁊ hec de ſecundo caſu. Tertio ⁊ vltimo caſu quando ſimul accumulantur
14 nullitas ⁊ appel[illegible]. ¶ † Cōcludo ꝙ ſi quis ſimpliciter diceret ſententiam nullam ⁊ iniuſtā non vide[illegible] audiendus tanꝙ contrarius. per id quod habetur de electiō. vt quis dnas. li. vj. Sed ſi deducat con[illegible]tionaliter: puta quia dicat ſententiam nullam ⁊ inquantum ſit aliqua appellat ab illa tanꝙ iniqua: tunc eſt dubium an talis libellus procedat: tamē cōmuniter tenetur qđ ſic ⁊ eſt tex. in ſimili in. c. conſtitutus. de reſtitu. in integrū. ⁊ voluit gloſ. in. l. j. C. quādo prouoca. non eſt neceſſe. ⁊ etiam Bart. in. d. l. ſi expreſſim. nam etiam defendens ſe cōtra ſententiam poteſt dici quodāmodo reus. ideo poteſt vti his cōtrarijs. per id quod habetur de regu. iur. nullus pluribus. in. vj. ⁊ ſi ſententia habet plura capitula clarum ꝙ in vno poſſit eſſe nulla in alio iniqua dicta. l. quedam mulier. ⁊ dicta. l. cornelia. tunc videtur ꝙ poſſit fieri proſecutio eodem tempore in proceſſu nullitatis et iniuſtitie. facit qđ habetur in. c. Raynutius. ⁊ Raynaldus. j. de teſta. Si autem ſuper eodem articulo velit quis pſequi viam nullitatis ⁊ appellationis ſeu iniquitatis: tunc ſi hoc vult facere ſucceſſiue ⁊ ſic diuerſo tempore poteſt. facit qđ habetur. §. de preſcri.
15 auditis. cum ibi nota. per gloſ. ⁊ ſuper ea. † Si autem eodē tempore vult proſequi nullitatem ⁊ iniuſtitiam ſuper eodem articulo tunc ſi diuerſo reſpectu vt puta qꝛ vult dicere ſententiam nullam latam ab incōpetenti: quia nullam habebat iuriſdictionem niſi in cōdemnationem expenſarum ⁊ damnorum ⁊ intereſſe: vt in. c. fina. in ſi. de reſcrip. ⁊ in ca. ſtatutum. de reſcrip. in. §. nullus. lib. vj. ⁊ in clemen. j. de reſcrip. in fin. ⁊ iniuſtam vult dicere quis condemnatus fuit cōuentus ⁊ vexatus coram incompetenti coram quo vexans ⁊ conueniens debebat cōdemnari in expenſis ⁊ in dānis ⁊ intereſſe: vt in predictis iuribus vult dicere de nullitate ⁊ alio reſpectu de iniquitate vt quia vult dicere ſententiam nullam. Ex defectu litis cōteſtate vel ex defectu poteſtatis iudicis: ⁊ etiam iniquam reſpectu tenoris ſentētie ⁊ meritorū cauſe ⁊ tunc etiam poteſt eodem tempore pcedere ſuper vtroq;. Secus quando eodem reſpectu vellet dicere nullam ⁊ iniquā propter contrarietatem. per id quod habetur in. l. contra maiores.
16 C. de inofficio. teſta. ⁊ nota per Barto. in dicta. l. ſi expſſim. † Et ex predictis patet an admittatur libellus ſuper nullitate ⁊ iniuſtitia. ¶ Item patet etiā eo caſu quo admittitur: an poſſit fieri proſecutio vtriuſq; qualiter autem pronuntiabitur eo caſu quo quis dixit ſententiam nullam. et inquantum ſit aliqua appellat dic quod ſi iudex inuenit ſententiam eſſe nullam: tunc nō poteſt obtineri in appellatione: qꝛ ex quo apparet ſententiam eſſe nullam deficit conditio ſub qua eſt appellatum: quia dictum fuit ꝙ inquantum ſit aliqua appellat ⁊ ſic ſi apparet ſententiā eſſe nullam non habet locum appellatio. Ideo ſufficit iudicem pnuntiare ſententiā eſſe nullam nec habet neceſſe aliquid pnuntiare ſuper appellatione. dicit tamen Bar. in. d. l. ſi expreſſim. ꝙ ſi iudex vult aliquid dicere de appellatione poterit pnuntiare ſententiam eſſe nullam ⁊ ſuperuacuo appellatum per. l. conſtat. ff. de app. poteſt etiā ſm domi. Anto. ſaltem, de iure canonico pronuntiare iuſte appellatum cum ſaltem grauetur de facto p ſententiam nullam. facit qđ habetur in. l. j. §. j. ff. de ferijs. ſed certe non video quomodo poſſit pnuntiare iuſte appellatum: ex quo ſolum appellauit cōditionaliter inquātum ſententia eſt aliqua. ⁊ ideo dictum do. Anto. non videtur pcedere. ſi autem iudex reperit ſenſtentiam eſſe aliquā: tunc poterit pnuntiare ſecūdū ꝙ pnuntiādum eſt in cauſa appellationis vcʒ bene indicatum ⁊ male appellatū ſi ſententia ſit aliqua ⁊ iuſta alias ſi ſit aliqua: ſed iniuſta poterit pnūtiare bene appellatum ⁊ male iudicatū. ⁊ ſic nō habebit neceſſe aliquid dicere de nullitate licet tacite videatur ſuper illa pnuntiare eoipſo ꝙ pnuntiat ſuper appellatione. per id quod habetur in. c. j. §. de ordi. cogni. poſſet tamen ſuper ipſa nullitate: etiam expreſſe pnuntiare quod eſſet vtile pꝛopter expenſas factas ſuper nullitate ad quas tenetur ſuccumbens niſi habeat iuſtam cauſam litigandi. facit qđ not. in. c. finē litibus. de dolo ⁊ contu. quid autem ſi hoc caſu quādo dixit ſententiam nullā ⁊ inquātum aliqua appellat iudex ſimpliciter pꝛonūtiet male appellatū dicit Bar. in. d. l. ſi expreſſim. ⁊ ſequiť hic do. Anto.

Ayuntamiento de Madrid

do. Anto. ꝙ videtur ſuper vtroqꝫ pronũtiatum nam de iniuſti-
tia eſt claruꝫ. facit. l. cos. C. de appel. reſpectu etiã nullitatis põt
dici pronuntiatum qꝛ inquãtũ dicit male appellatũ intelligetur
id eſt male ſuper nullitate prouocatum ad ſuperiorẽ. de quo per
17 Bar. in. d. l. ſi expreſſum. An aũt hoc caſu quãdo quis dixit† ſen
tentiam nullã ꝛ inquãtum aliqua appellat ꝛ ſi deſeratur appel-
latio forte propter lapſum fataliuꝫ: an poterit poſtea proſequi
nullitatẽ. Bar. in. d. l. ſi expreſſim. tenet ꝙ ſic: qꝛ cauſa nullitatis
habet aliud tempus ꝙ̃ cauſa appellationis. nã poteſt de nullita-
te dici vſqꝫ ad. xxx. annos: vt not. etiã Spe. in titu. de ſen. prola.
§. iuxta. circa ſi. ſed cauſa appellationis debet expediri infra an-
num ꝛ ex cauſa biennium. ſ. eo. ex ratione. intelligo tamẽ dictũ
Bar. quando vult proſ[equi] coram iudice cõpetenti nullitateꝫ.
nam coram iudice appe[llat]ionis nõ poſſet: ex quo deſerta eſſet
appellatio: vt ſuperius etiam dixi. ꝛ facit qđ no. glo. in cle. ſi ap
pellationẽ. in gl. ſi. de appel. ¶ Aduerte tamen qꝛ tangit hic do.
Ant. deſerta appellatione hoc caſu nõ impeditur executio ſen-
tentie propter pendentiam nullitatis niſi ſui marie excipiẽdo
ſententia probetur nulla. per id qđ habetur in. l. iiij. §. cõdemna
tum. ff. de re iudica. maxime per Barto. licet ſecus ſit in penden
tia appellationis qꝛ illa impedit executionẽ. per id qđ habetur.
ff. nil nouari appel. penden. ꝛ ſic plus operatur pẽdentia appel
lationis ꝙ̃ pendentia nullitatis. qđ eſt diligenter notandum. fa
cit qđ nota. Inno. ſ. de offi. deleg. cum in iure peritus. ꝛ pro hoc
faciat qꝛ ad illum finem agitur quãdo agitur de nullitate: qꝛ tũc
petitur pronuntiari ſententiam nullam: ad aliud agitur quãdo
petitur executio ſentẽtie. ꝛ plus dicit hic do. Anto. ꝙ iudex nul
litatis nõ poterit inhibere iudici adito ſuper executione ſñie: qꝛ
proceſſus qui ſit in executione cum ſiat in iudicio ſummario nõ
habet preiudicare proceſſui plenario ſiendo ſup nullitate. et per
hoc etiam non obſtat ẽm eum qđ notauit Innoc. in. c. cum. M.
circa ſi. de conſtitu. qđ etiam diligenter not. Ex predictis etiam
patet ꝙ licet ſententia ſit nulla tamen ab ea appellari poteſt: vt
ꝓbatur in dicta. l. ſi expreſſim. ꝛ ex his que dixi circa primũ ca-
ſum. ꝛ tũc etiã incidẽter poteſt deduci nullitas: vt ſuperius dixi.
Et per predicta etiam videtur poſſe inferri ad id quod notauit
Archidia. ij. q. vj. a iudicibus. vbi dicit ꝙ ſi peto laudum reduci
ad arbitrium boni viri ꝙ ſi appareat ipſum eſſe nullum reduci
latum fuit ab excõicato in quem non cadit arbitramentum ẽm
eum ſicut nec in ſeruum per. l. pedius. ff. de arbitris. ꝛ. l. illa ver-
ba. ſt. de verbo. ſigniſi. ꝙ poterit iudex pronuntiare etiam ſuper
nullitate qđ ſequitur etiã hic do. Anto. de hoc tamen an excom
municatus poſſit eſſe arbitrator. tangitur per Ioan. and. in re-
gula. dolo facit. in Mercuria. de reg. iur. in. vj. ꝛ plene dixi in ca.
quintauallis. de iureiuran. ꝛ hec ſufficiant de materia nullitatis
de qua hic per Inno. ꝛ Hoſti. ꝛ Ioan. and. ꝛ per Barto. in. d. l. ſi
expreſſim. ꝛ per glo. Barto. ꝛ alios in. l. j. C. qñ prouo. nõ eſt ne-
ceſſe. ꝛ per eundem Bart. in. l. ſi vt propoims. C. quõ ꝛ qñ iudex.
18 ¶ † Ultimo tangit hic Innocẽ. an ſi reus appellauit in iudicio
ante ſententiam vel etiam extra iudiciũ: poſtea ſecundo iterum
appellat vtrũ per appellationẽ poſteriorem videatur renũtiare
prime appellationi vel priorem ſententiam artificare. ꝛ finaliter
concludit Inno. ꝙ non: quia geminando vel multiplicando ap-
pellationem non videtur quis prime renũtiare: nec factum iudi
cis a quo approbare: imo potius illud impugnare ꝛ a iuriſditio
ne ipſius ſe ſubtrahere. per id quod habetur. ſ. eo. bone. ꝛ. c. dire
cte. §. finali. ꝛ de teſti. cum tu. ꝛ. ij. qđ. vj. c. biduum. c. ꝛ. ſi quidẽ. et
xxxj. q. j. lotharius. Nec obſt. qđ habetur in. l. iij. §. falſus. ff. rem
ratam habe. quia poteſt dici ꝙ ibi etiã appellando videtur velle
recedere a iudice: licet factum executoris videatur approbare vt
ſic non mandetur contra ipſum ſententia executioni contra quẽ
ſi non habebat mandatum alias fuiſſet mandata. l. plautius. ff.
de procurato. Et ad predicta facit quod notauit glo. in clemẽ. ſi
ante. de dolo ꝛ contu. vbi etiam pro concluſione Inno. videtur
etiam tex. Ioã. an. tetigit etiam de materia in prealleg. c. bone.
ꝛ Barto. in. l. cum procurator. ff. de noui ope. nuntia. ¶ Potes
concludere ꝙ aut appellatio ſecunda interponitur ſuper alio ꝙ̃
fuerit prima. Exemplum ſi primo fuit appellatum ab interlocu
toria: poſtea vero appellatur a diffinitiua: ꝛ tunc clarum ꝙ non
videtur recedere a prima: vt eſt tex. cum gloſſ. in dicta cle. ſi ante.
Interdum vero interponitur ſecunda ſuper eodẽ: ꝛ tunc aut in-
terponitur eodem tẽpore: vt quia dicit appello, appello, appel-
lo: et tunc videtur eſſe vnica appellatio pluries vociferata: vt
etiam voluit glo. in dicto. c. lotharius. ꝛ Ioan. and. in. d. c. bone.
Interdum vero interponitur diuerſo tempore ſuper eodem. Et
tunc aut prima fuit ſimpliciter interpoſita: aut fuit interpoſita
ſaluo iure appellandi in ſcriptis primo caſu tres fuerũt opinio.
vna fuit Abbatis quã poſuit Ioan. andr. in. d. c. bone. ꝙ vtraqꝫ
valeat. ꝛ erit vtile appellanti: quia poterit proſequi ſecundam,
ſi forte lapſum fuit tempus appellationis proſequẽde compu-

tando illud prime appellationis: ſed ſi non computetur a tẽpo-
re ſecunde. Secunda fuit opi. Barto. ꝙ ſecunda appellatio non
valet: quia ex quo prima valuit ꝛ per eam ſuſpenſa fuit iuriſdi-
tio iudicis. Secunda non poteſt amplius ſuſpendere. argu. eius
quod habetur in. c. ad diſſoluendum. j. de deſponſa. impub. ꝛ. ff.
de iniuſto teſta. l. nam ꝛ ſi. §. iubendo. ꝛ ſic non videtur intereſſe
appellantis ꝙ appellatio ſecunda valeat: ergo non videtur va-
lere propter defectum intereſſe. facit qđ habetur. ij. q. vj. non ſo-
lent. ſ. de elec. cum inter. R. ſeniore[m] [facit] etiam qđ habetur in
ſimili. in. l. qui bis idem. ff. de verbo[rum] [o]bl[ig]. vbi ſecunda ſtipulatio
cõtinens idem quod prima non val[et] ꝓpter [de]fectum intereſſe.
Nec obſt. ſi dicatur ꝙ ſalteꝫ intereſt [appellantis] [ip]ſa ſecũda ꝓpter
tempus magis prolixũ ꝙ habebit appe[llans] ad proſequendũ:
quia tale intereſſe non videtur conſiderandum. per id quod ha-
betur in. l. pater qui caſtrẽſi. ff. de caſtren. pecu. Tertia fuit opi.
Ange. in. d. l. cũ procurator. vbi dicit ꝙ ſecũda valet: ꝛ per ſecun
dam videtur recedere a prima. allegat qđ habetur in. l. ſi quis li-
bellos. C. de appella. ꝛ quod habetur in. l. [...] cum procurato
rio. §. fina. ff. de procurato. vbi dando ẽm procura[to]rem videtur
recedere a primo. ꝛ hanc opi. videtur hic ſequi do[minus] Anto. licet
non faciat mentionem de Ange. qꝛ forte ipſum non vidit. ꝛ alle
gat etiam pro iſta parte quod habetur in ſimili in. l. cum in ſecũ-
do. ꝛ in. l. poſthumus. §. j. ff. de iniuſto teſta. vbi per ſecundum te
ſtamentum videtur recedere a primo. ¶ Item quia faciendo ſe
cundam appellationem videtur velle illam valere. ꝛ ſic videtur
velle recedere a prima. Nec ob. ẽm eũ ſi dicatur ꝙ ſi intelligitur
renuntiatum prime appellationi. cõſequenter videtur approba
tum grauamen a quo erat appellatũ: vel ſententia a qua fuerat
appellatum. et ſic ſecunda appellatio deberet repelli: qꝛ verum
eſt ꝙ renuntiando ſimpliciter appellationi bene cõfirmatur ſen
tentia. j. eo. interpoſita. ſecus quando nõ ſimpliciter renũtiatur:
ſed ſolum per aliud remedium reſciſſiuum accumulatum. Nec
obſtat etiã ꝙ ſecunda non habeat intereſſe: qꝛ imo habet ex quo
prima intelligatur ſublata: vnde intereſt appellantis tũc ſecun
dam tenere. Nec obſt. etiam ẽm eum allegata. l. qui bis. ibi: in ſti
pulatione que pro ſui vtilitate requirit pro cauſa ꝓxima inter-
eſſe: ſed hic in appellatione que pro ſui validitate habet ꝓ cauſa
proxima grauamen vel iniuſtitiam ꝛ pro remota intereſſe: vnde
concludit de iure poſſe dici ſcđm tenere. dicit tamẽ ꝙ cõſultius
eſt ante factum iniiti opinioni Bart. qꝛ vix ſecunda poteſt de-
fendi vt valeat ꝓpter defectum intereſſe. Ioan. and. vt dixi. ſ. vi
detur remanere in. d. c. bone. cum opi. Abbatis. ꝛ illam etiam ſe
quũtur de Rota in antiquis deciſionibus: vt etiam tetigi in. d.
l. procurator. vnde forte in foro canonico ꝓpter autoritatẽ Io.
an. ꝛ dominorũ de Rota ſeruaretur opinio Abb. an in foro ciui
li aſſeſſores nõ libenter recedunt ab opi. Bar. ꝛ forte illa de iu-
re eſt verior per rationem ſuam. Nec obſtat. l. ſi quis libellos. al-
leg. per Ang. qꝛ ibi non dicitur ꝙ faciẽdo ſecũdã appellationem
videatur recedere a prima. Sed ꝙ põt recedere a prima: ſi vult
ꝛ interponere ſecundam. intellige ſi interponat infra tẽpus de-
bitum infra qđ poteſt appellari. Item non obſtat. l. ſi quis cum
procuratorio. §. ſi. qꝛ ibi ſecunda diſpoſitio nõ continet id quod
prima. Nam ibi ſecundo loco dedit alium ꝓcuratorem ꝙ̃ primo
deduxit. hic autẽ diſpoſitio ſecunda preciſe continet idem quod
prima. Ideo videtur ꝙ nõ valeat. per id quod habetur in ſimili
in. d. l. qui bis. ff. de verbo. oblig. nec videtur bona reſponſio quã
facit do. Ant. qꝛ licet appellatio fundetur ex cã ꝓximi grauami
nis: tamẽ etiam ad ſui validitatem requirit intereſſe: vnde dicit
l. ꝙ nõ ſolent audiri appellantes quorũ nõ intereſt. l. nõ ſolent.
ff. de appel. canonizata. ij. q. vj. Item non obſtat. l. cũ in ſecundo.
ꝛ. d. l. poſthumus. qꝛ lex expreſſe diſponit paganum ſeu non mi
litem non poſſe decedere cũ duobus teſtamẽtis validis. ꝛ ideo
lex ibi expreſſe diſpoſuit ſtari debere vltimo teſtamento: vnde
non poteſt etiã teſtator ſi vellet facere ꝙ primum valeret niſi in
vi fideicommiſſi. l. ſi quis priore. ff. ad trebellia. Sed hic ius non
diſpoſuit ſtare debere vltime appellationi: licet poſſet appellãs
recedere a prima ſi vellet. ꝛ ideo ſi aliter non appareat de mente:
videtur ꝙ ſecunda non valeat: ex quo nõ intereſt eius illam va-
lere. prout voluit Barto. ¶ Secundo caſu quando a principio
appellauit viua voce: ſaluo iure appellãdi in ſcriptis: ꝛ tũc ſi pri-
ma nõ poterat fieri viua voce, ſed requirebatur ſcriptura. ſecus
hodie contingit quando appellatur ab interlocutoria in cap. j. ſ.
eo. in. vj. ꝛ tunc claram ꝙ ſtandum erit ſecunde facte in ſcriptis.
dũmodo fiat infra tempus datum ad appellandum: ſi autẽ fiat
viua voce [in] caſu quo fieri poterat: vt quando ſit a diffinitiua.
facit quod habetur in. l. litigatoribus. C. de appella. ꝛ tũc eſt du
bium cui appellationi ſit ſtandum: an prime, an ſecunde. Bart.
videtur velle in. d. l. cum procurator. ꝙ ſtetur prime quaſi ſecun-
da ſit facta animo redigendi primam in ſcriptis. ꝛ ſic poteſt dici
vnica appellatio per. l. vnam. ff. de teſtamen. ſed certe vt hic ſen-

Ayuntamiento de Ma[drid]

ſit etiam po.Anto.videtur ꝙ ſi ex circũſtantijs poſſet apparere de eius [illegible] tũc illa debet ſeruari:ſi autẽ nõ appareat tunc qꝛ illa verba appello ſaluo iure appellandi in ſcriptis vidẽtur habere duplicem intellectum.vnus eſt:vt intelligatur.i. ſaluo iure redigendi appellationẽ in ſcriptis.Alius eſt vt intelligatur.i.ſi nõ appellauero in ſcriptis:⁊ tũc reſoluiꝛ prima appellatio propter defectũ cõditionis ſi poſtea appellaꝛ in ſcriptis:vt etiã tetigit Bar.in.d.l.cũ procurator.⁊ ideo cum verba ſint dubia vꝛ ꝙ debeat fieri interp[illegible] ut vtilius eſt ipſi appellãti:ſaltẽ ſi hoc declaret per [illegible] qd habe[illegible]r in.l.ſi quis intentione.ff.de iudi. ⁊ ideo cũ vtili[illegible] ſibi ſe[illegible]dant valere propter maius tempus inſtãtie.videt[illegible] debe[illegible]mus interpretari ſecundum intellectũ ſecundum p[illegible] dixi in.d.l.cũ procurator. licet do. Ant. hic non bene [illegible].⁊ per hec ſit expedita hec queſtio.

1 Monachus põt eſſe procurator in cauſa ſui monaſterij.
2 Cauſa dicitur eſſe in curia per ſolã ſtatuitionez termini factam ab appellante.⁊ nu.5.
3 Cauſa vbi eſt in curia contra non comparentem per ſe vel procuratorem inſtructum nõ videtur procedi ad proceſſum alium ꝙ̃ punitiuum contumacie.
4 Appellans condemnari non debet in expenſis ſi appellatus nõ proſequitur.

a NJcolao. Appellans[a] qui appellationi ſue terminũ pfixit ſi mittat pcuratorẽ ſolum ad impetrandũ ⁊ cõtradicẽdum aduerſario legitime proſequenti cõdẽnabitur in expenſis.h.d. Et prima pars ponit dationẽ auditoris ⁊ petitionẽ appellati.Secũda dat iudices.ſcda ibi mãdamus. ¶ No.j.ꝙ† monachus po
1 teſt eſſe procurator in cauſa monaſterij.de quo hic tangit Hoſ.⁊ Jnn.s.ti.proxi.cũ.J.et.A.facit qd habetur.s.de poſtu.in.c.ij. qd legitur ⁊ no. in cle.religioſus.de pcur. ¶ Jtẽ no.ꝙ† per ſolã
2 ſtatuitionẽ termini factã ab appellãte videtur dicendũ ꝙ cauſa dicatur eſſe in curia.de quo tangetur cum glo.⁊ tangitur etiam plenarie per gl.in.c.veniẽs.s.de renũ.⁊ plene dixi in.c.ſepe.s.eo. vbi vꝛ probari cõtrariũ. ¶ Jtem no.effectum ꝙ cauſa dicatur eſſe in curia.Jntellige pertractanda qꝛ nõ ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum ⁊ cõtradicendum:imo oportet ꝙ mittatur procurator plenarie inſtructus:al's non euitabit appellãs contumaciã ⁊ propter illã poterit cõdemnari in expenſis. ¶ Jtẽ
3 no.ꝙ† vbi cauſa eſt in curia cõtra nõ cõparẽtẽ per ſe vel procuratorẽ inſtructũ non videtur procedi ad proceſſum aliũ ꝙ̃ punitiuum cõtumacie.ſed certe poteſt dici ꝙ forte appellatus nõ curauit procedere ad alia pptẽr abſentiã appellantis:ſed bene potuiſſet ſi voluiſſet.per id qd habeꝛ.s.eo.ca.ſepe.⁊.j.eo.interpoſi
4 ta.§.ſi.facit etiã qd no.in pallega.c.ſepe. ¶ † Jtẽ not.ꝙ vbi appellatus nõ proſequiꝛ nõ videtur tũc appellãs cõdẽnari ſibi in expẽſis. ¶ Jn gl.j.ibi nõ contrario.⁊ ſic cõcludit glo.ꝙ vbi terminus eſt prefixus ad appellationẽ proſequendã vel appellatio eſt recepta a iudice vel parte aduerſa ſeu ab appellato.ꝙ tũc cã dicitur eſſe in curia:⁊ ideo tũc nõ ſufficit mittere procuratorẽ ad impetrandum ⁊ cõtradicendũ.⁊ ſic videtur velle glo.ꝙ ſola ſtatuitio termini idem operetur ꝙ delatio iudicis vel partis.ſed in cõtrariũ facit tex.s.eo.oblate.vbi iſta cẽſentur eſſe diuerſa.⁊ ad idem etiã bene facit qd habetur in.c.ſepe.s.eo.vbi litera videtur velle ꝙ vltra ſtatuitionẽ requiratur ꝙ ſit delatum appellationi per iudicẽ vel appellatũ.⁊ licet gl.in.c.veniẽs.de renũ. videatur concordare cum iſta gloſ.tamen contrarium tenuit.Spe.eo.tit. §.qualiter.in ver.porro.vbi tenet ꝙ ſola ſtatuitio termini facta per appellantem vel iudicem non facit cauſam eſſe in curia: ſed exigitur delatio iudicis vel appellati ⁊ tunc ſtatuitio habet vim peremptorij ſm eũ ſiue appelletur a diffinitiua ſiue ab interlocutoria.⁊ dicit Jo.an.qd Specu.ibi:in hac materia aliquid poſuit de ſuo ꝙ raro alias inuenitur ſm eũ.de quo dic vt plene dixi in.d.ca.ſepe.⁊ hec intellige in cauſis alijs quã in bñficialibus: nam ille ſui natura ſine alia dilatione iudicis vel partis ſunt tractande in curia in ca.j.⁊.c.cupientes.de elec.in.vj.licet ſtatuitio termini nõ habeat vim dilationis.facit qd notatur per glo.in.c. cũ appellationibus.j.eo.in.vj.tamẽ bene habet effectum ꝙ non valet impetratio facta ante terminũ nõ facta mẽtione de termino.s.eo.oblate. ¶ Jtem etiam aduerte ꝙ licet cauſa ſui naturã vel ex delatione nõ ſit in curia tamẽ poteſt appellans obtinere vt ibi diſcuſſiatur ſi aſſerat cũ iuramẽto ꝙ nõ ſperat in partibus habere iuſtitie cõplementum:vt volunt dñi de Rota in ſua concluſione.xxxix.per id qd habeꝛ in.c.ſtatutũ.§.j.de reſcrip.in ver. vel ſaltẽ.in.vj. ¶ Jtẽ aduerte ꝙ licet procurator datus ad impetrandũ ⁊ cõtradicendũ nõ habeat ſufficiens mãdatum ad proſequendum in cauſa:tamen ſi reuocetur in dubiũ an cauſa ſit in curia pertractãda vel nõ poterit hũc articulũ defendere:vt voluit Spec.in ti.de procura.§.vt autẽ.ver.ſed pone ecce. Et nota etiã ꝙ procurator datus ad impetrãdũ dicitur eſſe potius datus ad

a ¶ Appellãs.ſup hoc c.ſi queras vtrũ appellãs vꝛ appellatus ſeu iudex poſſit terminũ pfigere ad appellationez pſequẽdã ⁊ vtrũ teneaꝛ mittere pcuratorẽ ad appellationẽ pſequẽdã diſtingue vt hic p do. Henri. bohych.ĩ pnc.

b ¶ Ab eadẽ.ad intellectũ hu⁹. c.vide ⁊.C. in tit.ne liceat in vna eadẽq; cau. tertio pro. ⁊ vid hic diſtincte do. Hẽ.bohyc. ⁊ do. Abb.

extraiudicialia quã iudicialia:vt voluit hic Jo.and.⁊ bene facit qd habetur in.c.ex parte decani.de reſcrip.An autẽ eo caſu quo delatũ eſt appellationi per iudicem vel partem ſufficiet mittere procuratorẽ inſtructũ ad expẽdiẽdũ articulũ appellationis.dic ꝙ ſic.per id qd habetur.s.eo.ſepe.ſaluo niſi appellatus petierit ꝙ etiã ſuper principali veniat inſtructus.j.eo.c.j.in.vj. ¶ Quid autẽ ſi habet mãdatũ ſufficiẽs ad proſequẽdũ ſed nõ proſequiꝛ dic ꝙ imputatur mittenti qui negligentẽ procuratorẽ elegit. vt l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.ff.mãda.vnde excõicari poſſet ſi ſciens contumaciam nõ purgaret:vt.s.vt lit.nõ cõteſt.c.j.ad fi.

1 Tutor agere poteſt in iudicio nomine pupillorum.
2 Pupillus non poteſt eſſe in iudicio ſine autoritate tutoris: nec in ſui preiudicium ſine eo contrahere
3 Creditor vel debitor pupilli non deb . eſſe eius tutor.
4 Dictio iterum videtur in bina vice verificari.⁊ nu.7.
5 Appellatio tertia ab eodem grauamine non valet.⁊ nu.8.
6 Sñia lata ſup deſertione appellationis vꝛ eſſe interlocutoria.
9 Appellare vltra ter non poteſt quis poterit tamen contra vltimam ſententiam de nullitate dicere.

b SUa nobis. Ab eadem[b] ſententia ter appellare non licet.h.d.Et primo ponit querelaz appellati.Scdo ſñiam auditoris. Tertio inhibitionẽ factã iudicibus tertie appellationis.Secũda ibi:cũq;.Tertia ibi:nos predicta. ¶ Jn text.ibi: filiorum quõdam.B.forte vocabatur iſte Bernardus.ſed.B.de quo.j.ſit mẽtio forte vocabaꝛ Bonifacius. ⁊ mutuauerat forte iſte Bernardus certam ſummam pecunie cuidam Franciſco.de quo.j.ſit mentio ⁊ dicto Bonifacio qui Bonifacius deceſſit relicto vnico filio pupillo.de quo.j.patet in tex.ibi delegari.⁊.j.deciditur ꝙ dicebatur nõ poſſe pcedi in hac appellatione cũ eſſet tertia.⁊ pptẽr hoc fuit habitus recurſus ad papã qui ſuper hoc
1 dedit quẽdã cardinalẽ auditorẽ.j.ſequitur. ¶ No.j.† tutorẽ poſſe agere in iudicio noĩe pupillorum.de quo in.l.j.§.ſufficit.ff. de
2 adminiſtra.tuto.⁊ in.l.neq;.C.de pcura.† Pupillus aũt nõ poteſt eſſe in iudicio ſine autoritate tutoris.facit qd habeꝛ in.l. clarum.C.de auto.preſtã.⁊.l.ſi.C.qui legiti.perſo.⁊ ſimiliter nõ poteſt cõtrahere ſine tutore in ſui preiudiciũ.inſti.de autori. tuto. §.j.⁊.ij. ¶ Si tamẽ plures ſint tutores ⁊ cõtra vnum eorũ pupillus habeat litem poterit de alterius autoritate eſſe in iudicio.facit qd habetur in.l.ſi.C.de auto.preſtãda. ¶ Si autẽ eſſet ſolum vnus tutor qui vellet agere cõtra pupillũ petat tunc illi dare tu
3 torẽ ad illã litẽ.C.de in litẽ dãdo tutore.l.j. ¶ † Aduerte tamen qꝛ hodie ille q eſt creditor vel debitor pupilli non debet eſſe tutor.vt in auꝛ.minoris.C.q dari tuto.poſſunt. ¶ Jtẽ not.ꝙ a iudice loci exiſtẽtis de tẽporali iuriſdictiõe eccleſie appellaꝛ ad pa
4 pã.facit qd habeꝛ.s.e.ſi duobus. ¶ Jtẽ no.ꝙ† dictio iterum vꝛ verificari in bina vice.de quo hic in gl.j. ¶ Jtẽ no.ꝙ per ſimplicem cõmiſſionẽ tertie appellationis iudex ad quẽ nõ videtur remiſiſſe appellationẽ etiam ſi ſit papa qd intelligo verum quãdo ſimpliciter narratum fuit fuiſſe appellatum ⁊ nõ fuit dictum ꝙ eſſet tertia.Nam tunc videtur ꝙ impetratio ſit ſurreptitia propter taciturnitatem predictam.s.de reſcrip.ſuper literis. ſecus videreꝛ ſi appareret papã ſciuiſſe illã fuiſſe tertiã appellationez ⁊ nihilominus cõmiſiſſet.p id qd hꝛ.s.de offic.deleg.paſtoralis. §.preterea.⁊ de reſcrip.ſtatutum.in prin.in gl.in ver. literarum.
5 ¶ Jtem no.ꝙ† tertia appellatio facta ab eodẽ grauamine non valet.⁊ ſic videtur ꝙ nõ teneatur iudex deferre nec deuoluat ne
6 gotium ad ſuperiorem. ¶ Ultimo nota ꝙ† ſententia lata ſuper deſertione appellationis videtur eſſe interlocutoria:vt ſatis hic poteſt colligi dũ dicit interlocutus fuerit ⁊c.⁊ hoc etiam tenent dñi de Rota in ſua concluſione.lxxxiij.dicũt tamẽ ꝙ eſt interlocutoria habens vim diffinitiue quo ad hoc vt nõ habeat locum clemen.appellanti.de appella.dicunt tamẽ ꝙ habet vim interlocutorie vt non tranſeat in rem iudicatã quo ad iudicem. allegãt notata per Joan.mona.de elect.cupientes.in verbo priuatos. lib.vj. ¶ Sed dñs Ant.hic dicit:ꝙ ſi lata fuit plene cognito de deſertione illa habet etiã vim diffinitiue vt non poſſit reuocari per iudicẽ.per id qd dictũ fuit.s.eo.cũ ceſſante.⁊ ideo nõ poterit tunc reuocari per iudicem:ſaluo niſi ab illa fuiſſet appellatum: vt dictum fuit in.d.c.cum ceſſante.Sed forte plus poteſt dici ꝙ etiam hic non fuit plene diſcuſſum:ſi tamen lata fuit ſententia ſuper deſertione taliter ꝙ valeat qꝛ illa finit officium iudicis:videtur ꝙ non poſſit reuocari per id quod habetur in.l. qualem.
7 ff.de arbi.⁊ qd notauit Bart.in.l.qd iuſſit.ff.de re iudi. ¶ † Jn glo.j.ibi:⁊ exponetur ⁊c.ſupple quandoq; ratione ſubiecte materie.in qua non ſit preiudicium ex reiteratione:vt contingit in caſu.l.veluti.allegata in gloſ.quando ſcilicet ſepius petitur editio eius ſcripture, ſecus quãdo ex reiteratione nouũ inferretur grauamen ⁊ preiudicium: qꝛ tunc reſtringitur ad ſecundam vicem.l.fideicõmiſſo.§.ſi quis decẽ.ff.de leg.iij.vbi ſi teſtator legat titio decem

Ayuntamiento de Madrid

titio decem ⁊ ſi pdiderit iterum legat non intelligatur grauaſ-
8 ſe heredem vltra duas preſtationes.¶ †In glo.ij.in fi. facit ꝙ dictum fuit.ſ.eod.bone ⁊.c.dilecto.⁊ no.ex gl.ꝙ ſup eodē grauamine non poteſt appellari niſi bis.¶ Si autem eēnt diuerſa grauamina ſup quolibet ipſorum poſſet quis appellare ⁊ ſic ēt poteſt intelligi qđ habetur in.c.quoties.allegato in glo.de quo etiam dictum fuit.ſ.eo.directe ⁊ de materia etiam in Spe. eo. tit.§.quoties.in principio.Fallit tñ in aliquibus caſibus in quibus non poteſt niſi ſemel appellari de qbus in.l. epiſcopale.⁊ auten.ſi quis litigantiū.C.de epiſcopali audiētia. ⁊ ēt p glo. ij. q.vj.anteriorum.§.illud. ¶ Itē aduerte inquantum dictū eſt tertio non poſſet appellari [illegible] ſiue continue quis ſuccubuerit in prima ſnia lata ſuper [illegible]ali ⁊ demum in ſecunda lata ſuper prima appellatione [illegible] ſlāte in tertia ſuper ſecunda appellatione ſiue interpolatim ob[illegible]ierit in prima appellatiōne ⁊ demum in ſecunda ſ[illegible]ta p aduer[illegible]rium a dicta ſnia ſuccubuerit, ⁊ demum in appel[illegible]one interpoſita a dicta ſnia obtinuerit,⁊ vltimate in ſententia lata ſuper appellatione interpoſita a pdicta ſnia ſuccubuerit,qꝛ tunc nō poteſt vlterius appellare cū bis ſuccubuerit in appellatione lꝫ interpolatim.Aduerte tñ qꝛ tangit hic do.Anto.cantelā poſt Spec.in.d.§.quoties.
9 qꝛ lꝫ non poſſet quis †vltra ter appellare tñ poterit contra vltimā ſniam de nullitate dicere ⁊ ſi ſuccubuerit adhuc poterit dicere ſniam latam ſuper nullitate fore nullam,⁊ ſi non admittatur poterit appellare qꝛ tunc diuerſum eſt grauamen. ¶ Sed certe iſta cautela poteſt habere locum quando in rei veritate ſententia eſſet nulla alias eſſet cantela qꝛ finaliter ſuccumberet ⁊ cōdemnaretur in expenſis,facit ad predicta quod hꝫ in cle.j.de re iudi.¶ Ultimo aduerte qꝛ contra iſtum tex.inquantum videt dicere ibi petro ⁊ eius collegę,⁊c.cām fuiſſe delegatā laicis per papā vꝫ ꝙ de iure non procedat per id quod habetur de reſcriptis,ſtatutum.lib.vj.vbi videtur qđ cā debeat cōmitti perſonis eccleſiaſticis exiſtentibus de dignitate vel canonia eccleſie cathedralis. Sed poteſt dici quod hec decre.procedit ſecundum iſta tempora ſecundum que non erant adhuc determinate qualitates delegatorum ſedis apoſtolice hodie ſecus,vel poteſt dici ꝙ hic loquitur ⁊ de re temporali quo caſu etiam videtur hodie pcedere,ſecus qñ commiſſio fieret inter clericos vel etiā inter laicos de re eccleſiaſtica,qꝛ tunc hꝫ locum.c.ſtatutum,tñ qꝛ illō.c. generaliter videtur loqui,dicit tñ Jo.an. tenendum eſſe in hoc quod ſeruat curia ſi de hoc appareat.d.Ant.hic qđ ſi aliter non apparet ſatis putat equū de iure illud.c. ſtatutum reſtringi qñ commiſſio fit inter clericos ſuper re eccleſiaſtica.Secus ſi inter laicos ⁊ de re temporali vt ſic correctio euitetur,arg.de elec.cuꝫ expediat.lib.vj.⁊ hoc ſatis videtur rationabiliter.

1 A ſententia lata per inferiorem prelatum ſubditum epō non debet appellari ad archiepiſcopum omiſſo epiſcopo.
2 Appellandum eſt gradatim ⁊ non omiſſo medio.
3 A ſententia delegati epiſcopi appellari debet ad ipſum epiſcopum ⁊ non ad archiepiſcopum.
4 Snie cenſure late poſt appellationem legitimam ſunt nulle.
5 Exceptio debet proponi ⁊ ſpecificari an admittatur ⁊ caſu quo non admittitur poteſt appellari.
6 Appellari non debet ad inferiorem Papa omiſſo medio ſed ſi appelletur ⁊ coram eo procedatur non oppoſita exceptione tenebit proceſſus,⁊ nume.ii.
7 Juriſdictio non ſui iudicis prorogari non poteſt ſine conſenſu ſui iudicis.
8 Apellari debet a delegato ordinarij ad ipſum ordinarium.
9 Appellari an poſſit ad Papam omiſſo medio.
10 Appellatio debet fieri ad maiorem non ad parem vel minores.
12 Appellatio alternatiua an teneat.
13 Libellus in cauſa appellationis quomodo deducatur.
14 Appellationis remedium an poſſit deduci incidenter per viaꝫ exceptionis vel replicationis.

**Dilecti.** De ſubdito vel delegato epiſcopi nō debet ad archiepiſcopum omiſſo medio appellari.hoc dicit.⁊ primo ponit querelā appellātis.Secundo dat iudicem,ſecunda ibi:quod circa.
1 ¶ †No.primo ſecūdum vnum intellectum ꝙ a ſnia lata p inferiorē platū ſubditū epiſcopo non dꝫ appellari ad Archiepiſcopum omiſſo epō,facit qđ habetur in.c.romana.ī.eo.in.vj.Et ex
2 hoc ēt not.ꝙ † gradatim eſt appellādū ⁊ non omiſſo medio qđ clarum eſt de iure ciuili etiā ſi appelletur ad imperatorem.l.imperatores.ff.de appel.de iure vero canonico regulariter appellandū eſt gradatim qñ appellatur ad inferiorem ꝙ Papa.Sed ad Papā appellari poteſt ēt omiſſis medijs.ij.q.vj.ad Romanā.⁊ ēt tangetur in glo.ij.⁊ idem vꝫ etiā qñ appellatur ad legatum vt omiſſo medio poſſit appellari p id qđ hꝫ in.c.j.ſ.de officio leg.⁊ notauit glo.ſ.e.vt debitus in verbo dicat circa finem.

3 ¶ †Itē no.ſecūdum aliū intellectū ꝙ ſentētia delegati epi ap-
4 pellari dꝫ ad ipſum epm ⁊ non ad archiepꝫ.¶ Itē no.†ꝙ ſentētie cenſure late poſt appellationē legitimā ſunt nulle,facit.ī.de ſenten.excōmu.per tuas ⁊ qđ habetur.ſ.e.dilecti.⁊.c.[illegible]lectis.
5 ¶ †Ultimo no.ꝙ pponi debet exceptio ⁊ ſpecificari an admittatur ⁊ in caſu in quo nō admittitur tunc poteſt appellari ⁊ nō [illegible]nte vt dictum fuit.ſ.eo.dilecto.¶ In glo.j.in fine.⁊ forte mi[illegible]es egit contra priorem ⁊ conuentum ſuper dicto nemore coraꝫ delegato epiſcopi ſecundum vnum intellectum vt forte corā archidiacono qui forte de cōſuetudine iuriſdictionē habebat ⁊ tādem miles cōtrariā ſententiam rep[illegible] qua appellauit ad archiepiſcopū vt in litera dicitur.¶ In [illegible] ſit,⁊c.
6 ¶ †No.diligenter ex gl.ꝙ licet de [illegible] ad [illegible]rem a Papa non debeat appellari omiſſo medio tñ ſi appelletur ⁊ procedatur corā eo non oppoſita exceptione tenebit proceſſus ⁊ hoc tenet Jo.an.hic ⁊ Hoſtiē.vt ſic ſm eos ide[illegible]ur non oppoſitio exceptionis quod conſuetudo. Sed [illegible]nus in.c.ſi delegatus,de officio deleg.in.vj.videtur di[illegible]no. tenuiſſe contrarium in.d.c.referente qđ Jo.and.non videtur hic placere qđ Innocen.ibi teneat contrarium.¶ Sed potius idē quod dicitur in hoc gl.⁊ reſidet etiam idem Jo.andr.¶ Sed aduerte qꝛ p archidiacono poteſt allegari qꝛ Inno.in.c.referente. dicit ꝙ ibi ponit factum quod tñ non approbatur ibi ⁊ ſic ſatis videtur voluiſſe id quod dicit archidiaconus ⁊ videtur etiā qđ de iure illa opi.ſit verior per id quod habet[illegible].c.romana.ī. eo. in vj.vbi corā archiepiſcopo non poteſt de cē[illegible]u partium omiſſo articulo appellationis vel etiam illo expedito ſi pronūtiet male appellatum de cā principali cognoſcere pro hec etiam fa-
7 ciat qꝛ de iure canonico non pōt †prorogari iuriſdictio non ſui iudicis ſine conſenſu ſui iudicis.ſ.de foro competen.c.ſignificaſti.⁊ ideo forte de iure hec opinio non procedit tñ doctores cōmuniter tranſeunt cum gl.ſatis puto ꝙ glo.in practica ſeruaretur.¶ In eadem gl.ibi ⁊ ita intellige ꝙ hic dicitur ⁊ hec procedunt intelligendo ꝙ appellatum fuit a ſententia archidiaconi. Sed intelligendo quod appellatum fuit a ſentētia delegati epiſcopi tunc videtur obſtare contrarium de quo ſequitur in gloſ. ibi ſed lex illa,⁊c.¶ In eadem gl.ibi ⁊ capitulum metropolita-
8 num quaſi velit ꝙ †vbi appellatur a delegato ordinarij dꝫ appellari ad ipſum ordinarium,ſed quando appellatur a ſubdelegato delegati tunc procedit.d.l.j.§.j.que debet intelligi ſcđꝫ diſtinctionem.c.ſuper queſtionū.§.porro.de offi.deleg.¶ In ea.
9 gl.ibi niſi in caſu illius decr.⁊c.ſic vult.gl.ꝙ† regulariter ad papā poſſit appellari omiſſo medio excepto caſu.§.porro.allegati in gl.⁊ ſic vꝫ ꝙ a quocunqꝫ ordinario vel etiā delegato cuiuſcūqꝫ ordinarij poſſit appellari ad papā ēt omiſſis medijs ⁊ ſernat curia ſm Hoſt.dicit tñ cum magis iuri cōgruit ꝙ papa appellationē factā a delegato ordinarij non admitteret ſed potius remitteret ad ipſum ordinariū vt ſic debitus honor ſibi ſeruaretur.ſ.e.vt debitus,⁊ qꝛ potius deberet appellari a delegato ad delegantem in.l.j.C.qui pro ſua iuriſdictione.An autem ad le-
10 gatū appellari poſſit omiſſo medio dixi in notabilib⁹.¶ † In eadē gl.ibi que incipit romana hodie habetur.ī.eo.li.vj. ¶ In ea.gl.ibi ⁊ idem credo,⁊c.Gl.in eo qđ ſequitur male dicit qꝛ nō vꝫ conſuetudo ꝙ appelletur ab officiali epi ad ipſum epm ⁊ qꝛ eſſet contra ſubſtantiam ipſius appellationis cum debeat fieri ad maiorē non ad eundem vel parem vt hodie eſt expreſſum ī.c. ij.ī.eo.de conſuetu.in.vj.licet circa alia accidentalia appellationis poſſit appellari vt ptꝫ in.d.c.romana.¶ In eadē gl.ibi ad ipſum pſidem vide quod habetur in.c.pen.ī.eo.in.vj.⁊ ſecundū ea que ibi habentur dꝫ ſimiliter intelligi ⁊ limitari quod habet in.§.ſolet.⁊ in.c.multis,allegato.in gl.¶ In eadem gloſſ.ibi ⁊ hic non tꝫ ⁊ quod dictum eſt ſupra procedit intelligendo quod a ſententia archidiaconi fuit appellatum.Sed gl.in eo qđ ſequitur ponit alium intellectum de quo.ſ.tetigi ſcꝫ qđ hic fuit appellatum a ſnia delegati epi ⁊ ex his que ſupra dixit glo.habes
11 ꝙ regulariter† appellari non poteſt omiſſo medio ad inferiorē a papa.Fallit vbi hoc habet cōſuetudo.¶ Itē fallit vbi nō opponitur exceptio ſm intellectum gl.de quo.ſ.tetigi.¶ Itē fallit tertio qñ archiepſ cōuenit ſubditū ſuffraganei corā ipſo ſuffraganeo qꝛ tunc a ſnia ſuffraganei non appellabit ad ipſum archiepm ne ſit index in cā propria.C.ne quis in ſua cā.in rubro et nigro. Itē fallit qrto qñ eps agit contra ſuū ſubditū coram arbitris ſm id qđ hꝫ.xj.q.j.ſi clericus qꝛ tūc nō appellabit ad archiepm ſed ad papā.de officio deleg.ab arbitris.li.vj.¶ Item fallit quinto ſi proximus ſuperior non catholicus qꝛ tunc illo medio omiſſo poterit adiri alter ſuperior.ſ.de pſcriptionibus.veniens.⁊ facit qđ hꝫ.ſ.de officio ordi.quod ſedē.¶ Fallit ſexto in iudice recuſato ſm id ꝙ hꝫ in.c.ſi quis contra clericū, de foro compe.ſecūndum vnam opi.¶ Item fallit quando cōcurrunt iuriſdictio mediata ⁊ immediata vt ſi eſſet aliquis prelat⁹ qui



Ayuntamiento de Madrid

eſſet ſubiectus epo ⁊ archiepiſcopo na3 tunc ab eius ſnia poſſet appellari etiā ad archiepm ſi hoc vellet appellans ſicut in ſimili contingit in legato ⁊ archiepo q2 a ſnia epi pōt appellari nedum ... archiepm ſed etiā ad legatū illo omiſſo, facit qd hr. s. de off. leg. ... ⁊ s. de offic. ord. cum ab eccleſiarum platis. ¶ In eadē gl. ibi q2 nō erat de curia dioceſani idem dicas ſi fuiſſet de curia vz q2 fuiſſet eius vicarius vel officialis cui facta eſſet delegatio q2 etiam tunc ex quo cognoſcit vt delegatus ⁊ non vt officialis a ſnia eius appellari poterit ad epm ⁊ debebit non autē ad archiepm nec obſtat ſi dicatur φ ſm hoc eps poterit impedire appellationes de ... archiepm q2 poterit delegare cauſas vicario ſuo ... ellabitur ad ipſum archiepm. Sed dic φ ſi in fraud... facta ... conſtet non habebit hoc opitulari p id qd hr. s. ... reſcrip. ſedes, cum ſimilibus ⁊ q2 de facili poterit fraudē probare, poſſet archiepiſcopus generaliter ferre ſententiā excōicat... contra fraudem cōmittētes vt voluit Spe cu. in ti. de app... nūc tractemus, verſi. ſed ſm premiſſa poſſet etiā dici ... at omnes cauſas vel maiorem pte ipſarū φ tunc preſumeretur fraus per id qd habetur in. l. omnes. §. lu

12 cius. ff. de his que in fraudem creditorum. Quid† autem ſi alternatiue qs appell... chiepm vel ad Papā vel archiepm vel legatū dic φ n... ſit incerta niſi probabilis cā dubitandi induxiſſet ... ad taliter appellandū vt eligat alterā illarū infra tempus datū ad appellandū vt notauit gl. in decreta. ſi is cuius. de offi. ... deleg. in. vj. de quo etiam in Specul. eo. tit. §. nūc tractem... er. quid ſi dicat. Si aūt quis dicat appello ad archiepiſcopū, legatū ⁊ Papā an tunc valeat Spe. d. §. nūc tractemus. ver. ſed pone aliquid, t3 φ ſic ⁊ intelliget iterpoſita ad Papā ſm Jo. an. in additio. ibi dicit φ appellatio non v3 ratione incertitudinis niſi in caſibus de quibus pxime dixi

13 qn appellatio eſt alternatiua. ¶ †Extra gl. tangit Inn. de practica libelli in cauſa appellations. Nam quidam petunt pronūtiari appellationē iuſtā ſeu bene appellatum. ¶ Quidā dirigūt libellū ad attentata tm. Unde quandoq petitur ſententias pronūtiari nullas latas poſt appellatione3. Qnq3 petit proceſſum pronūtiari nullū. Quandoq3 ſententia excōmunicationis tm. Quandoq3 quicqd factū eſt contra appellationem. Quandoq3 petitur vt in priſtinū ſtatum res deducatur de quibus Jo. and. hic allegat iura ⁊ dicit Jo. an. φ poteſt petitio dirigi ad ſola attentata licet nihil petatur ſup pncipali q2 hic imploratur offm iudicis nobile quod poteſt intentari abſq3 pncipali. Secus qn quis vult obtinere reſtitutionē fructuum in interdicto vnde vi non petendo rem pncipalem reſtitui. l. j. §. ſi quis fundum. ff. de vi ⁊ vi ar. ⁊ illud ideo q2 iudicis officio mercenario veniunt qd ſine pncipali intentari non poteſt. l. iiij. C. depoſi. pōt etiam libellus dirigi ad cām pricipalem tantum vt. §. tetigi vt ſi peto pnūtiari appellationem iuſtā q2 hoc petito ēt ſup attentatis poterit iudex pronuntiare, poteſt etiam ſimul vtrunq3 iungi vt ſi quis petat appellatione3 pnūtiari iuſtam ⁊ quicquid factū eſt contra illā in irritum reuocari ⁊ hic libellus eſt perfectior fz Hoſtien. ſup quo adde φ notauit Jo. an. j. eo. non ſolum. lib. vj. in nouella. Et aduerte q2 ſi quis fecit pronūtiari appellationē iuſtam, ⁊c. in conſequentiam videtur de attentatis dixiſſe l3 expreſſe non dicat, ⁊ ideo victoria proderit etiam ipſis attentatis. Sed dubiū eſt ſi detur libellus tanq3 ſup aliquo attentato, vt retractetur. An ſi obtineat in illo articulo proderit etiā in alijs ⁊ ēt in negotio pncipali. Quidā dixerunt quod ſic vt hic refert Innocen. ne alias ſequatur quod ſententia ⁊ appellatio p pte teneat ⁊ pro parte non etiam aliquas alias abſurditates vitandas de quibus hic tangit. Sed finaliter tenet opoſitū valde notabiliter quia ſententia lata ſup vna re non debet pdeſſe vel nocere quo ad aliā rē licet lata ſup pncipali habeat prodeſſe ſup acceſſorijs. l. cum queritur. ⁊ l. cum de hoc. ff. de except. rei iudi. ⁊ l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei ven. ⁊ p pdicta videtur φ ſi appellatum fuit a grauamine ⁊ poſt appellatione3 lata fuit ſnia excōicationis in ipſum appellantem ⁊ demum lata fuerit diffinitiua φ ſi corām iudice appellationis petitum fuerit retractari ſniam excōicatiōis tāq3 attētatū poſt appellationē legitimā nulla facta mentione de diffinitiua ſi aliter non fuit proſecutus appellationē φ l3 obtineat ſup retractatione ſnie excōicatiōis tñ remanebit firma diffinitiua ex quo non fuit pſecut9 appellationē ⁊ ſic non p hoc obtinebit retractationē q ad alia nec obſtat ſi dicas qd ſm hoc valebit appellatio pro parte non quia non iuuat ſe ex appellatione quo ad articulum in quo obtinuit immediate, ſed ex ſententia reuocationis que etiam ſi eſſet iniuſta tranſiuit in rem iudicatam ſi non fuit appellatū. s. ti. j. cū inter vos. Preterea non eſt abſurdū ... in diuerſis articulis ſnia p parte teneat ⁊ p pte non ⁊ ſimiliter φ p pte remaneat firma ⁊ pro parte non facit qd hr. j. de teſta. c. raynutius. ⁊ c. raynaldus. ¶ ...ē nō. ob. φ talis cenſeat retro excōicatus deſerta appellatione ſi principali q2 hoc non eſt verū ſm Inno. nā φ fingatur retro non fuiſſe appellatū iuxta. l. furti. in pncipio. ff. de his qui not. infa. pcedit eo reſpectu quo nō eſt facta pſecutio. Sed eo reſpectu quo eſt facta pſecutio ⁊ obtenta reuocatio non firmatur id qd eſt reuocatū ex non pſecutione facta reſpectu articuli ſeparati quod nota p limitatione. l. furti. ¶ Aduerte tñ φ etiam poſt deſertam appellationē poteſt agi de nullitate vt eſt tex. cū gl. in. c. l3. de ſen. excom. in. vj. Ubi aūt ſup pncipali in cā appellatiōis qs obtineret puta q2 obtinuit pronuntiari bene appellatum in cōſequentiā etiā intellige obtinuiſſe ſuper acceſſorijs ⁊ ſic ſup attētatis vt debeat retractari p id qd habetur in. l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei vendi. licet econtra ſen... ia lata ſuper acceſſorio non faciat pjudicium ... ſup pncip... ...di. ⁊ l. fundus. ⁊ l. ſed ſi ante.

14 ff. de exceptio. ... patet ex ſi... tis. ¶ †Ultimo tangit hic Inno. an remediū appe... poſſit deduci incidenter p viā exceptionis vel replica... ⁊ con... dit qd ſic vt ſi obijciatur ſententiam non eſſe mandandam ... utioni vel electum nō eē cōfirmandū, q2 eſt appellatū. facit. s. de electio. cū inter canonicos ⁊ c. cum inter. R. ⁊ de exceptio. dilecti. ⁊ c. ſignificauerūt dicit tñ φ ſolū poterit excipi infra illud tps infra qd poterit fieri proſecutio appellatiōis p id qd habet in. l. necnon. §. exemplo. ff. ex qui. cau. maior. ... ...antiamus. §. ſi filius. ff. de inoffi. teſta. ⁊ in. l. nam ⁊ poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. ⁊ facit quod no. s. de reſcri. ſi aūt. ⁊ de or. cog. c. ſi. nec obſt. predictū. c. licet de ſen. excommu. in. vj. vbi etiam poſt deſertam appellationem videt quis admitti quia reſponderi poteſt quod ibi non proſequatur appellationem ſed nullitatem hic autem quando proſequitur appellationem licet per viam exceptionis.

1 ¶ Libellus poteſt nomine pupilli contra tutorem formari.
2 Pupillus propter tutelam dicitur tranſire in ptātem tutoris.
3 Tutela in matre finitur per tranſitum ad ſecunda vota.
4 Judex procedens ad vlteriora neglecta exceptionis oppoſitione videtur tacite ſuper exceptione pronuntiare ⁊ ipſam repellere.
5 Tutela per tranſitum ad ſecunda vota finita an locus ſit tutori legitimo vel datiuo.
6 Mater ſi ſit data tutrix in teſtamento cum alio an poterit ſecū admitti.
7 Tutela quid ſit remiſſiue.
8 Mater tranſiēs ad ſecunda vota an debeat petere tutorē filio.
9 Mater an poſſit dare tutorem in teſtamento.
10 Tutor teſtamentarius prefertur legitimo.

## Ex parte. m.

Si ille qui deſinit eſſe tutor noīe pupilli conueniat inuitus poterit appellare. h. d. ⁊ in pma ponitur appellantis qrela. In ſcda dat iudices. ſcda ibi: ideoq3. In ſi. tex. ibi, ⁊c. deciditur q2 forte erat additū ⁊ rōne pria in nego

1 tio pcedatis. ¶ †No. j. libellum poſſe fundari contra tutorem noīe pupilli de quo in. l. j. §. ſufficit. ff. de admini. tuto. Illud autē, reſcriptum eſt impetrandū contra tutorē an vero contra pupillum tangit p Hoſt. in ſumma. de reſcrip. in. §. contra quē. circa pncipiū. vbi videtur concludere quod etiā contra pupillum pōt impetrari quia in hoc non verſatur preiudicium cū poſtea iudicium debebit legitime agitari ⁊ ſic contra tutorem noīe pupillorum vel contra pupillum cum autoritate tutoris iuxta ca

2 q habentur in. d. l. j. §. ſufficit. ¶ †Item no. φ pupillus pter tutelā dicit tranſire in poteſtatem tutoris de quo in. l. j. ff. de tu

3 te. vbi ponit diffinitio tutele quam ēt tangit Jo. and. ¶ †Itē no. φ tutela in matre finitur p tranſitu3 ad ſecunda vota ſeu ad ſecundum matrimonium de quo in autent. ſacramentum. C. qñ mulier tutele officio fungi poteſt ⁊ etiā tāgitur hic i gl. ¶ Itē

4 not. †quod iudex pcedens ad vlteriora neglecta exceptiōis oppoſitiōe videtur tacite ſuper exceptione pronūtiare ⁊ ipſa3 repellere ⁊ ad hoc ſepe allega. decre. facit etiā φ no. p Bar. in. l. a pcedente. C. de dilatio. ¶ Item no. φ hec exceptio non poteſt conueniri nomine pupilli qa finita eſt tutela dilatoria ⁊ obijci poteſt contra reſcriptum ⁊ proceſſum. ¶ Item nota qd iuſtificata appellatione etiam tendente ad excluſionem iuriſdictiōnis non videtur quod habeat ſilere iudex ad quem. l3 poſſit in negotio procedere φ videatur contra ea que habent in. c. olim. s. de excep. ſed potes dicere quod hic ex vi commiſſionis facta p Papam poterunt iudices pcedere non tamen ad aliqd diſcutiendum cū matre nec etiam hoc intelligitur cōmiſiſſe q2 nō fuiſſet conueniens ex quo deſierat eſſe tutrix. Sed cognoſcere poſſunt inter agentem p filios huius mulieris conuente ex vi commiſſionis facte p Papā q non remiſit filios iſtius domine conuente ad iudicē a quo q2 ſuſpicio poterat eſſe ne grauaret filios ſicut grauarent matrem tñ vult φ teneretur reſpondere coram iſtis iudicibus ne iuſtitia denegetur actori in cā ſemel delegata licet cauſa pupillorū non fuerit omnino in iudiciū deducta coram primis

Ayuntamiento de Madrid

rum ꝑmis iudicibus nec voluit etiam forte Papa p ſe cognoſcere qꝛ nimis grauarent pupilli ſi haberent mittere ad curiam ⁊ p hoc pꝫ qualiter tex. iſte debeat intelligi. ¶ Ultimo p iſtum tex. reprobatur cautela pilei qui dicebat de cōſilio eſſe ꝙ iudex nō pnuntiet ſup exceptionibus, ſed ſolum pcedat ne detur materia appellandi quia etiam ſi pcedat non facta pronuntiatione dicitur ptem grauare ⁊ appellari pōt. de quo in Specul. de exce. §. ij. ver. ⁊ not. ſcōm Uber. ⁊ facit quod dictū fuit. ſ. eo. dilecto. ¶ In gl. j. ibi aut. ſacramenta ⁊ ſic pꝫ vt voluit ſentire gl. ꝙ tria fuerunt iura in hac materia, pmū ſſox. ſcōm qō non poterat mulier etiam mr̄ eſſe tutrix niſi hoc impetraret a pncipe. ¶ Secūdū fuit ius codicis de quo tangit gl. in ver. tū ſi mater ſecundum qō mater poterat eſſe tutrix in caſibus in qubus tangit gl. ſeruata ſolēnitate de qua in gl. etiam ſine aliqua impetratione facta a pncipe. ¶ Tertiū fuit ius autēticoꝝ de quo tāgit gl. in ver. hodie tū qō diſponit id qō tangit gl. ⁊ quid ſit beneficium velleiani conſueuit tangi in. c. ſi diligenti. de foro compet.

5 ¶ † In ea. gl. qui quaſi eſſet mortua. Not. hoc diligenter qa vt tangit do. Anto. p hoc ſolui poteſt queſtio dequa alibi dubitaꝛ vꝫ an finita tutela p tranſitum ad ſecunda vota locus ſit tutori legitimo. an vero datiuo nā vr̄ qō locus ſit legitime ex q̊ cenſetur mortua vnde ſicut ſi tutela finiretur p mortem matris deferetur proximiori legitimo. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſta. tut. ita ēt ⁊ in caſu iſto dequo etiā per Bar. in. d. l. ſi quis ſub cō

6 ditione. ¶ † In ea. gl. in fi. quid autē ſi mater ſit data tutrix in teſtamento cū alio an poterit ſecum admitti. Hoſt. hic ſatis plixe inſtat arguēdo p ⁊ contra. finaliter tenet ꝙ ſic dūmodo ſeruet ſolēnitatem de quo in gl. qꝛ faciat renuntiationes de quibꝰ in glo. ⁊ pſtet ſatiſdationem vel forte hoc caſu ceſſabit ſatiſdatio ppter paternū teſtimoniū ⁊ iſtud vr̄ verius p id qō habetur inſti. de ſatiſ. tuto. in. §. j. ⁊ per hoc etiā videtur ꝙ poſſit ſola dari tutrix in teſtō nec egebit alia confirmatione. Sed ſufficiet qō corā iudice acceptet tutelaꝫ ⁊ faciat renuntiationes debitas, ⁊ iſtud etiā voluit gl. in aut. matri ⁊ auie. C. qñ mulier officio tutele fungi pōt. ⁊ idē Bar. in. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſta. tute, ⁊ p hoc faciat ſi vocat p legem deficiente teſtamentario ergo eodem modo poterit vocari p teſtatorē cū teſtatoris voluntas p lege debeat ſeruari. in. §. diſpoſitiōe. aut. de nuptijs. coll. iiij. Nec ob. pdictis. l. iure. ff. de teſta. tute. qꝛ loquitur ſecundū antiqua tempora ſm que non poterat eſſe tutrix niſi impetraret a

7 pncipe. ¶ † Ulterius eſt ſciendum ꝙ hic tangit Jo. andr. aliq̄ in materia tutelarum, primo quid ſit tutela de quo eſt tex. in. l.

8 j. ff. de tute. ¶ † Scdo an mater tranſiens ad ſcda vota habeat petere tutorē filio. Et concludit ꝙ ſic adeo ꝙ ſi non petit tutorē filio infra annū a morte patris excluditur a ſucceſſione filij ſi decedat in pupillari etate. Secus ſi moriatur pubes. l. iij. C. ad turp. ⁊ idem in quolibet alio qui habeat ſuccedere pupillo per l. ſciant. C. de leg. here. parcitur tamē matri ſi fuerit minor. xxv. annis. l. ij. C. ſi aduer. deli. Et facit qō no. Hoſt. in ſumma. de delictis puerorū, vbi etiaꝫ ponit aliquos caſus in quibꝰ minor excuſatur. ¶ Sed aduerte qꝛ vidi de facto dubitari quid ſi mater quā primū potuit non petijt tutorem, an priuetur ſucceſſione ſi infra annū moriaꝛ pupillus, quidā dicunt ꝙ non ſed demuꝫ qñ negligens fuit p annū per id qō habetur in. d. l. ſciant, que generaliter loquitur ⁊ ſic videtur etiam comprehendere matrem ⁊ p id etiam qō habetur in. §. penul. ſeu fina. inſtitu. ad tertulianuꝫ. ⁊ ſic dicunt etiam voluiſſe Barto. in. l. nepotibus. C. qui petunt tutores. ⁊. l. quid ergo. §. j. ff. de his qui notan. infa. ⁊ iſtā ptē ēt videtur tenere Ang. in. d. l. ſciant. ⁊ bal. in. d. l. iij. C. ad tertulianum, ⁊ pcipue etiam dicunt quidam hoc procedere quando pupillus habuiſſet patruuꝫ qui adminiſtraſſet per id qō notat gl. in dicta. l. iij. ⁊ iſtam partem etiam videtur tenuiſſe ſaltem ī hoc vltimo caſu Joan. an. in additio. Specu. in tit. de tutore. §. nūc dicendum. ad finem. ¶ Sed in contrarium videtur tex. in. l. ij. §. ſi mater. ⁊. §. confeſtim. ff. ad tertu. vbi videtur mater priuari ſucceſſione ſi non fecit quā primum potuit ⁊ iſtud etiā Bart. in dicto. §. confeſtim. vbi videtur caſus iuncto. d. §. ſi mater. lꝫ Joan. an. in additione predicta videatur reſpondere ad dictum. §. qō ibi loquitur quando remouetur tutor datus a matre, quia tunc arctatur ad petendum cū primum poteſt ex quo datus ad petitionem matris eſt remotus ⁊ ſic dicunt aliqui etiā rūdere Raynerium, ſecus qñ nullus fuerat datus adhuc ad inſtantiam matris. ¶ Sed iſtū intellectū non videtur approbare Azo in ſumma de ſenatuſconſulto ad tertullianum nec etiam Bart. in. d. §. confeſtim, ⁊ potiſſime quia mater arctatur etiaꝫ dum eſt grauida ad petendū curatorē ventri ⁊ ſic etiā infra annū ſub pena priuationis ſucceſſionis vt in. d. l. ij. §. qō ſi cū pregnās. ff. ad turpillia. ⁊ ideo de iure videtur verior opinio Bar. lꝫ alia ſit equior ⁊ hoc vr̄ procedere etiam qñ extat patruus p id ꝙ notauit Bar. in. d. l. iij. ad turpillianum. qꝛ gloſſ. ibi poſita poterat procedere ſecundum iura codicis ſcdꝫ que legitimus preferebatur matri. Sed hodie ſecus vt in dicta aut. matri ⁊ auie. C. qñ mulier tutele officio fungi poteſt. ⁊ ad. l. ſciant. poteſt rūderi ꝙ ibi non ſimpliciter dixit ſi non petierit infra annum, ſed dixit ſi ſcdm leges non petierit infra annum ſm quas debebat peti quam primum fieri poterat niſi aliqua cā excuſaret qꝛ tunc nō ſufficiebat ꝙ peteretur infra annum. Sed nullo mō debebat tranſire annus qn peteretur vt pꝫ in. d. l. ij. §. ſi mater. cum ſequentibus ⁊. §. confeſtim. ⁊ hoc etiam ponderauit Bar. in. d. l. ſciant. poſſet ēt reſpōderi ad notata p bar. in. d. l. nepotibus [illegible] l. quid ergo. §. j. ꝙ deberet intelligi ſecundum notata [illegible] cōfeſtim. ⁊ de materia etiam facit qō ipſe notauit in. l. ij. ff. qui petunt tutores; li

9 cet ēt aliū intellectū tangat circa dictū. §. ſi mater. ¶ † Tangit etiam Jo. an. an mater poſſit dare tutorem filio in teſtō ⁊ qd de extraneo de quo dic hic vt p eum ⁊ in. l. mater. ⁊. l. ſi patronus. l. tutores. ff. de confirman. tuto. ⁊ veritas eſt qō non poteſt dare cū non habeat poteſtatem ſed confirmari dꝫ p iudice ſi eū inſti

10 tuit heredē de quo in iuribus palle. ¶ † Tangit etiam quis pferatur an teſtamentarius an legitimus an datiuus ⁊ concludit ꝙ teſtamentarius pfertur legitimo idem de quaſi teſtamentario vt de dato in teſtamento eo caſu quo non vꝫ datio. Sed debet confirmari nam iſte etiā pferꝛ legitimo vt etiam eſt communis opinio deficiente autem teſtamentario ⁊ quaſi teſtamentario tunc pfertur legitimus ⁊ deficiente legitimo deuenitur ad datiuum de quo in. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſta. tute. ⁊ ꝙ confirmādus debeat preferri legitimo patet etiam ex ordine rubricarum quia prius ponitur rubri. de confirmando tutore quam rubric. de legitima tutela. in. C. ⁊. ff. ⁊ licitum eſt arguere a rubr. vt plene dixi ſuper rubrica. ff. de verbo. oblig.

1 ☞ Judex datus ſi vult referre proceſſum ad ſuperiorem debet prius dare copiam partibus.

2 Judex datus ad referendum negotium inſtructum non habet ferre ſententiam.

3 Cauſa quando committitur conſilio ſapientis punctus dꝫ formari de voluntate partium, ⁊ ſi formatus fuerit per iudicem debet ipſis partibus oſtendi vt ſic poſſint contradicere ſi velint.

4 Et ſi eo caſu quo cauſa debet remitti conſilio ſapientis partes diſcordent in formatione puncti quid agendum.

5 Relationi an ſtandum ſit.

6 Cauſa ſi papa alicui cōmittatur vſqꝫ ad certum tempus finiēda concordia vel iuſtitia mediante alioquin remittatur inſtructa ſi ante lapſum temporis remittatur an valebit remiſſio.

7 Relatio cauſe an ſit facienda clauſula ⁊ an partes poſſint recedere a relatione facienda.

a **Natimaſti.** Non valet[a] relatio cuius exemplum non fuit litigatoribꝰ editum. h. d. ⁊ non recipit diuiſionem. Et facit ad tertiā partem rubrice. ¶ In tex. ibi noſcuntur ſupple ⁊ iō

1 non valent per rationem que ſequitur in litera. ¶ † Nota ꝙ iudex datus ſi vult referre proceſſum ad ſuperiorem non dꝫ illud facere niſi prius data copia partibus, facit quod habetur in. l. j.

2 ⁊. ij. C. de relationibus. ¶ † Item potes notare ſecundū vnum intellectum quod iudex datus ad referendum negotium inſtructum non habet ferre ſententiam, ſed referre ipſum negotium ad ſuperiorem ⁊ de materia relationis poſuit hic Inno. ⁊ Hoſtien. ⁊ Jo. an. poſt eos ⁊ aliquid etiam. ſ. eo. in. c. ſuper eo. ⁊ ēt in Specu. in relationibus ⁊ remiſſionibus per totum ⁊ per legiſtas in. d. l. j. ⁊. ij. C. de relationibus, ⁊ in. l. j. §. queſitum. ff. de appellationibus, vbi etiam aliquid per Bart. ¶ In gl. prima ibi tunc non debet admitti relatio ⁊ dicit hic Hoſtien. quod vbi iudex malitioſe fingit ſe dubitare vbi non dubitat quod facere nō debet vt habetur. ſ. de reſcriptis. c. cuꝫ contingat, videtur quod efficiatur infamis. ⁊ in. xxx. libris auri veniat puniendus per. l. ij. C. de legibus. dicit tamen penam illam non habere locum in iudicibus eccleſiaſticis. Sed illam que habetur de re iudicata. c. j. lib. vj. ¶ In eadem gl. ibi, ⁊c. ſi homo, adde quod quandoqꝫ ſit relatio ex neceſſitate vt in reſeruatis ſedi apoſtolice. ſ. eod. c. vt debitus. ad finem, ⁊ facit. ſ. tit. j. de cetero. ¶ Quandoqꝫ autem ſit remiſſio quia ſic habet in mandatis vt ſe informet ⁊ referat ⁊ tunc dicit do. Anto. ꝙ quandoqꝫ tales relatores ſolum datur vt ſe informent de facto ⁊ negotium inſtructum trāſmittant. ſ. de reſcriptis. ex parte decani ⁊ iſti appellantur relatores facti tantum ſecundum eum quandoqꝫ datur vt ſe informēt de facto ⁊ de iure ſecundum quod ſibi videtur ⁊ iſti videtur quodāmodo conſultores vnde ſua relatio non habebit vim diffinitiue ſententie. Sed debebit poſtea ſententia ferri. Et ideo ſi ſuperior cōmittat executionem ſm formaꝫ relationis debebit ferri ſentētia partibus citatis anteꝗ̄ exequatur aliter. Et ſic dicit ſe de facto alias dixiſſe. Nec obſtat quod notauit Innocē. ſ. eo. c. ex ratione. vbi dicit executorem poſſe exequi non facta citatiōe

a ¶ Nō vꝫ. ſuper hoc. c. ſolet queri quando iudex poſſit referre negotium ad ſuperiorem diſtinguerꝛ hic per hē. boych. ī pn.



Ayuntamiento de Madrid

quia illud verū quando iam lata erat ſententia ibi ſecus. ¶ In ea gl. ibi non poterit appellare ſupple ab ipſa relatione, nec ab eo ꝙ ſcripſit princeps. Poterit tñ appellari a ſnīa q̃ fertur ſecū dū pricipis reſcriptum per id qḋ hꝛ in. l. j. §. queſitū. ff. de appel. cū ibi notatis per gl. ⁊ Bar. Nam poterit appellatio iuſtificari ex nō iiter actitandis per id quod hꝛ in. c. fraternitatis. de teſti. ⁊. l. per hanc. C. de tempo. app. ⁊ ex pdictis no. ꝙ ſi partes cōſentiunt relationi vel data copia eis non contradicunt nō pñt poſtea contradicere relationi. Si autē contradicerent vel altera earum ⁊ iudex pronunciaret relationem fienda ſm copiam datā ptibus tunc [illegible] appellari a tali pronūtiatione ēt de iure ciuili vt notat [illegible] in d. §. queſitum. ⁊ hoc ppter piudiciū ꝙ generari pōt ei contra quem princeps poſtea reſcriberet, Nā cū ſnīa veniat ferenda ſm reſcriptum magna erit preſumptio p illa ppter autoritatē pricipis ⁊ iſtud piudiciū non tollitur licet poſſit ab ipſa ſnīa difinitiua appellari, put voluit Bart. in d. queſitum. ¶ † Ex ſuper predicta etiā patet quod quando cau3 ſa cōmittit cōſilio ſapientis pñctus dʒ formari de volūtate partiū ⁊ ſi formatus fuerit p iudicē dʒ ipſis partibus oſtendi vt ſic poſſint contradicere ſi velint, facit qḋ legitur in d. l. j. ⁊. ij. C. de relatio. patet etiā ꝙ ſi fertur ſententia ſecundū conſilium ſapiētis qḋ poterit poſtea appellari ꝙ pcedit etiam ſi d cōſenſu partium fuerit electus conſultor per id qḋ habetur in. l. ex cōſenſu ff. de appellatio. videntur enim conſentire ꝙ conſultat, ſʒ nō ſimpliciter qḋ ſic conſultat. facit qḋ legitur ⁊ notatur in. l. iij. §. falſus. ff. rem ratam haberi. ⁊ pcedit iſtud ſiue iudex ex forma ſtatuti habeat ſequi conſilium ſapientis ſiue non teneatur neceſſario ſequi per id qḋ habetur in d. §. queſitum. ⁊ in d. l. ex conſenſu. Et ſic etiā pcedunt pdicta qñ ex ſolo conſenſu partiū iudex cōmittit cām conſilio ſapientis. facit qḋ notat Barto. in. l. j. §. ſi plures. ff. de exercitoria, vbi plene tangit an ⁊ quando qs teneatur ſequi cōſilium alterius. de quo etiā tangit Jo. an. in regula. nullus ex conſilio. de reg. iur. in. vj. lʒ in aliquo diſcordet ab opi-
4 nione Bart. vt tangit Bar. in d. §. ſi plures. ¶ † Quid aūt ſi eo caſu q̃ cā dʒ cōmitti cōſilio ſapientis ptes diſcordent in formatione puncti: dicit Bar. C. de relatio. l. j. ij. ꝙ iudex dʒ cōpellere partes vt ſe cōcordent ⁊ ſi videat eos non poſſe concordare poterit ipſe formare punctū ſcḋm ꝙ ſibi videbitur ⁊ ſi ptes aliter non contradixerint ſtabitur puncto per id qḋ habetur in d. l. j. ⁊. ij. ⁊ forte etiā in eorum contumacia deuoluit poteſtas formādi punctum ad ipſum iudicē. facit quod habetur in. c. cū in cunctis. §. ſi. ſ. de electio. ⁊ quod legitur ⁊ notat in. l. j. ⁊. ij. ff. de optio
5 ne legata. ¶ † Ex pdictis poteſt etiā ſolui queſtio, an ſtandum ſit relationi de qua tangit hic Innocen. ⁊ Joan. an. q: ſi fit de cōſenſu vtriuſꝙ ptis vel eis non contradicentibus ſtabitur relationi, ſi aūt fieret altera pte contradicente non ſtabit niſi quatenus ex actis probetur ipſa relatio, per id quod habetur in d. l. j. ⁊. ij. ⁊ idem ſi fiat altera pte abſente etiam per contumaciā quia non ſtabitur relationi ad eius preiudicium niſi quatenus ex actis apparebit. facit. ſ. de probatio. quoniam contra falſam. aſſignatio tamen termini facta vt ſe preſentent coram ſuperiore cui fit relatio bene valebit qñ facta eſt altera parte abſente ꝯtumace vel vtraꝙ pſente ⁊ habebit vim peremptorij ⁊ ſic poterit iudex cui facta eſt relatio pcedere poſt terminū non obſtāte cōtumacia, ſeu ꝯtumacia partis. facit qḋ habetur. ſ. eo. ſepe ⁊ quod
6 notauit Inno. ſ. eo. ſuper eo. ¶ † Quid autē ſi papa cōmittat cām vſꝙ ad certum tps ſiuidam concordia vel iuſtitia mediāte alioquin cām remittat inſtructam, an ſi ante lapſum tēporis cām remittat valebit remiſſio. Concludit Inno. ꝙ non quia eſt facta contra formā mandati cum ſolum habeat fieri poſt finitū tempus appoſitum in mandato. ¶ Si tamen vtraꝙ pars accederet ad ſuperiorē ex vi talis relationis equum eſſet qḋ cogeret ptes ad reſpondendū ſibi inuicem. Sed vbi altera partium non accederet non eēt contumax quia iudex debuit infra terminum cām terminare per concordiā vel ſententiā non autem debuit ante terminum remittere poſt lapſum autem termini ſolū hʒ poteſtatē referendi non autem procedendi vel referendi niſi añ lapſum tps de partium conſenſu facta fuerit prorogatio.
7 facit. ſ. de offi. deleg. in. c. p. ⁊. g. ¶ † An aūt relatio fiēda ſit clauſa an vero aperta. dic ꝙ vtroꝙ modo fieri poterit. ſi tñ pars nō habuit copiā poteſt contradicere. Sed ſi partes reciperēt illā clauſam ⁊ non contradicerent teneret relatio ⁊ ſibi iputet nec deberent illā aperire. ſ. de off. deleg. cum olim magiſter. ¶ Nunquid autem ptes poſſint recedere a relatione fienda dic quod ſic ſi iudex conſentiat etiā ſi a principio fuerit ordinatum relationē fieri de conſenſu partium. Secus ſi altera pars cōtradiceret eo caſu quo partes conſenſiſſent illā fieri argumēto. j. de re iu. in. c. j. ⁊ quod dixi de conſenſu partium poſſe reuocari pcedit quouſꝙ fuerit preſentata ſuperiori. Nam tunc poſtea non poſſet per id quod habetur. ſ. de poſtula. prelato. bone. el. ij. verſi. nec occa-

¶ Ubi añ. B ēt mō ſummant ceteri ſcribētes. ⁊ ſi q̃ris vtrū iudex terminū datū a ſe mutare poſſit vid hic p domi. Men. boych. i pn.

bat de quo etiam hic latius per Jo. and. ⁊ adde etiam quod notatur in Spe. de remiſſione. §. vtile. verſi. ſed nunquid remiſſio. ⁊ quod etiam tangitur in. c. poſt ceſſionem, de probationibus. multa alia tangit hic Jo. an. de quibus vt hic per eum quia nō ſunt magne vtilitatis.

1 ¶ Uictualia ꝙ non vendantur niſi in vno loco ad commodū illius cuius eſt locus poteſt ex conſuetudine vel pacto induci.
2 Et eo ipſo quod tunc alibi venduntur videtur turbari in ſua q̃ poſſeſſione talis iuris.
3 Attentare contra ſtatum litis non dicitur qui ſua poſſeſſione vtitur licet repugnet iuri in iudicium deducto.
4 Lis pendere non dicitur per ſolum actum citationis.
5 Officium iudicis non poteſt implorari ante litis conteſt. ſuper attentatis poſt citationem.
6 Dilationem ex conſenſu partium datam nō poteſt iudex ſine earum conſenſu reuocare.
7 Impetratio iudicis ſuſpecti non valet quando eſt impetratus contra mandatum domini conſtituentis.
8 Impeditus circa proſecutionem appellationis ex facto procuratoris videtur poſſe illam proſequi poſt annum.
9 Procuratoris factum contra mandatum domini ex quo cōtingit iudicij prorogatio ⁊ etiam tranſcurſus temporis fatalis nō preiudicat domino in principali facto.
10 Dictio preſertim quandoꝙ exponitur pro maxime ⁊ quandoque pro tantum.
11 Dilatione pendente iudicis officium conquieſcit.
12 Impedimentum inductum a facto procuratoris demum nocet domino quando ſurgit ab eo quod non eſt factum per procuratorem contra formam mandati.
13 Solum ſeu territorium liberum eſt vſꝙ ad celum.
14 Pacta inter aliquos fraudulenter factā quod non liceat vendere niſi pro tanto pretio vel quod alios nō inſtruant in aliqua arte non ſunt licita.

Significanti. Ubi añ ſnīam circa id de quo principaliter litigat aliquid innouat delegatus vel diem aſſignatum preuenit appellare licebit. h. d. Et in prima ponitur expellatis narratio. In ſecunda cauſe cōmiſſio. ſecunda ibi: iōꝙ. ¶ In tex. ibi reuocato in irritum, ⁊c. Deciditur quod habetur de iudicijs exhibita. ¶ In tex. ibi priorum continentiaʒ litterarum. Supple directarum ad iudices impetratos per procuratorem. ¶ † Item ibi, ⁊c. decidit ratione preuia pcedatis. ¶ No.
1 j. ꝙ pacto vel ꝯſuetudine videt poſſe induci ne victualia vendātur niſi in vno loco ad cōmodum illius cuius eſt locus, ⁊ eadem ratione per priuilegium ſuper hoc conceſſum ab habēte poteſta
2 tem, facit qḋ habet. j. de verb. ſigni. in. c. ſuper qbuſdā. ¶ † Iteʒ not. ꝙ eo ipſo ꝙ tunc alibi venduntur vꝛ quis turbari in ſua q̃
3 ſi poſſeſſione talis iuris ſic reſtricti ad vnum locum. ¶ † Item no. ſecundū vnum intellectum ꝙ non dicitur quis attentare cōtra ſtatuʒ litis ſi vtatur ſua poſſeſſione licet repugnet iuri in iu
4 dicium deducto. ¶ Item not. ar. ꝙ † lis non dicatur pendere p ſolum citationis actū. Sed demū per actum conte. li. Sʒ d hoc
5 dic vt hodie habetur in cle. ij. vt lite pendente. ¶ Itē no. ꝙ † iudicis officium non vꝛ poſſe implorari ante lit. conteſt. ſuper attentis poſt citationem, de quo tangetur cū gl. pe. ¶ Itē no. qḋ poſt dilationem ſtatutum de conſenſu partium non debet añ q̃ ſit lapſa iudex ſuū officiū impartiri, ⁊ ſic nota illud vulgatū qḋ dilatione pendente iudicis officium conquieſcit, facit ꝙ habet in. l. ſiue pars. C. de dilatio. ⁊ no. qḋ hoc videt procedere niſi de partium cōſenſu procederet de quo tangetur in gl. ij. ¶ No. ēt
6 ex predictis ꝙ † iudex non vꝛ poſſe reuocare dilationem dataʒ de partium conſenſu ſine ipſarum conſenſu de quo tangetur in
7 per gl. iij. ¶ † Item no. ꝙ non valet impetratio iudicis ſuſpecti qñ eſt impetratus contra mandatum domini conſtituentis ⁊ ſic a ꝯtrario videtur ꝙ alias valeat impetratio facta per pcuratorem de iudice ſuſpecto tamen tunc poterit recuſari p dn̄ mi
8 num vt tangetur ſuper gl. ſi. ¶ Itē no. † ꝙ impeditus circa pſecutionem appellationis ex facto procuratoris videt poſſe pſequi illā ēt poſt annū ⁊ ſic habere bienniū, facit quod habetur
9 ſ. eo. c. ex ratione. ¶ Item no. ꝙ † factum procuratoris cōtra mandatum domini ex quo contingit iudicij prorogatio ⁊ etiaʒ tranſcurſus tpis fatalis non preiudicat domino in pncipali facto nec in temporis curſu de quo etiam in gl. ſi. ⁊ ſup ea. ¶ In gl. j. in ſi. ⁊ ſic no. ex gl. duos intellectus principales in decr. vnꝰ eſt quod epiſcopus erat in quaſi poſſeſſione faciendi vendi carnes in alijs locis quā capituli, alius ꝙ ſolū capitulum erat in q̃ ſi poſſeſſione faciendi vendi in locis ſuis. ¶ Et ſm primum in-
10 tellectū litera eſt clara ⁊ † dictio preſertim ſtat proprie. ⁊ exponitur p maxime vt voluit glo. ij. Et facit quod habetur. ſ. de filijs pſbyterorꝫ ad abolendam. ¶ Sed ſecundus intellectus eſt magis dubius

Ayuntamiento de Madrid

gis dubius quia videtur velle quod etiam poſt litem conteſta. non poſſit implorari officium iudicis, ſed ſecundum unum intellectum dictio preſertim videtur exponenda pro tantū ꝛ ſic litera tunc vellet qḋ poſt litem conteſta. poſſit fieri imploratio. Sꝫ non ante ſed nunc obſtat qꝛ videtur quod etiam ante poſſit implorari officium iudicis per id qḋ habetur in. c. ij. ṡ. de officio iudicis, ꝛ etiam in clemen. ſecunda. vt lite pendente, ꝛ qꝛ iudicis officium poteſt implorari ante lit. conteſta. ſi aliquis impedit partem citatam corā iudice venire, de officio delegati. c. j. ¶ Itē poteſt etiam contumacem punire ante li. cōnte. c. tue. propter hoc gl. quarta dedit duas ſolutiones, in effectu vna eſt quod contrarium procedat in ordinario cuius officium etiam ante lit. conteſt. poteſt implorari. Sed hic loquitur in delegato cuius iuriſdictio non videtur eſſe firmata ante lit. conteſtat. ꝛ ideo ante litem conteſta. non videtur poſſe eius officium implorari. ꝛ hāc ſolutionem etiam in ſimili ſenſit gloſ. in. l. ſi reus paratus. ff. de procura. ¶ Sed certe hec ſolutio non videtur bona qꝛ etiā ante lit. conteſta. videtur poſſe officium delegati implorari per ea q̄ habentur in dicto. c. j. de officio delegati. ꝛ in. c. tue. vt lite non conteſta. Ideo forte glo. dedit aliam ſolutionem quod contrarium loquatur quādo officium iudicis incidenter imploratur fauore minoris vel alterius qui vtitur iure minoris hic autem quādo imploratur ſuper eo ꝙ reſpicit principale factum qḋ eſt immutandum ab aduerſario ꝛ ideo non poteſt ante lit. conteſt. implorari. Sed certe iſta ſolutio non videtur bona qꝛ videtur qḋ iudicis officium poſſit implorari ſup attentatis lꝫ pēdēte poſt citationem per id qḋ habetur i. c. j. ꝛ. ij. ꝛ. c. fi. ṡ. vt lite pend. ꝛ in cle. ij. vt lite pendente. vnde Inn. aliter dixit videlicet qḋ ſuper his q̄ attentātur circa rem petitā ſeu ſuper iniurijs ꝛ damnis factis circa illā ꝛ ſup fructibus ꝛ intereſſe ſi talia contingant poſt lit. conteſt. poteſt iudicis officium implorari ſine libello de plano. l. ediles. §. item ſciendum. ff. de edili. edic. Sed ſi contingat añ lit. conte. nō poterit iudicis officium implorari ſine nouo libello ꝛ ſic poſſit intelligi iſte tex. ꝛ plus dicit alijs videri ꝛ bene ſm eum ꝙ ſi pro nouiter contingentibus agi poſſit noua actio neqꝫ tunc non poterit etiam dato libello agi corā delegato vel eius officium implorari qꝛ reſcriptum non videtur extendi ad contingentiam poſt datam reſcripti. ṡ. de reſcrip. c. fi. Sentit tñ ꝙ ex quo contingat circa rem petitam ſi contingat poſt lit. conteſta. poterit officium iudicis implorari, ideo ſi eṗs hic nō erat in quaſi poſſeſſione ſi fecit vendi carnes in alijs locis quā capituli qꝛ tunc competit noua actio ꝛ oritur ex eo qḋ factum eſt lite penden. ꝛ ſic vr̄ velle ꝙ etiā poſt lit. conteſt. non deberet ſe intromittere iudex ſicut non intromittit ſe ante lit. cōte. ſꝫ eū cū videatur eadē ratio ꝛ per cōſequens idem ius deberet eſſe per id quod habetur in. c. tranſlato. de conſtitutio. ꝛ in. l. illud. ff. ad l. aquil. ¶ Preterea etiā non videtur procedere alia ratione qꝛ licet ſuper iure nouiter contingente ſeparato a contento in reſcripto ꝛ circa rem aliā non poſſit ſe intromittere delegatus. tñ circa ea que contingunt ipſam rem de qua agitur coram delegato bene videtur poſſe intromittere iudex etiam ſi pro illo contingenti noua actio competat per id qḋ habetur in tex. ꝛ glo. in. l. ſi qs miſſum. §. j. ff. de dam. infec. ꝛ in. l. non ſolum. ff. de rei vend. ꝛ expreſſe etiā tenet Bar. in. d. l. ſi quis miſſum. §. j. ꝛ in. l. j. C. d in dicijs, licet aliqui aliter dixerint vt tangit gl. ꝛ Bar. in locis pallegatis quos forte voluit hic ſequi Inno. Sed illorum opinionem non tenet gl. in locis preallegatis nec Barto. fatetur tamē Barto. quod quando contingunt poſt lit. conteſt. poteſt iudex ſe interponere etiam ſi non fuerit petitum. Secus quando ante litem conteſta. per ea que habentur in. d. l. ediles. §. item ſciēdum. ff. de edili. edi. ꝛ hec procedunt qñ licet noua actio oriatur tamen natura actionis antique etiam ſe extendit ad illud nouiter contingens, vt patet in. d. l. non ſolum. nam ſi agitur rei vendicatione ꝛ lit. penden. detur damnum circa rem petitam lꝫ cōpetat actio. l. aquil. l. j. ff. ad. l. aquil. ꝛ. j. de iniurijs ꝛ damno dato. c. j. ꝛ. ij. ꝛ. c. fi. tamen etiam in rei vend. iudicis officio ex natura actionis cum ſit arbitraria. l. in actionibus. ff. de in litem iurando. haberi debet ratio damni vt patet in. d. l. non ſolum, ſecus vbi natura actionis non ſe extenderet ad nouiter cōtingēs circa rem petitam qꝛ tunc non poſſet iudex ſe intromittere etiā ſi poſt lit. conte. cōtingat ſine nouo libello vt eſt caſus in. l. j. C. de iud. ſecundum vnum intellectum, vnde Hoſtien. hic dicebat qḋ qñ aliquid innouatur poſt citationem ꝛ ſic lit. pendēte qḋ intellige ſecundum ea que habentur in cle. ij. vt lit. penden. vbi declaratur qñ hodie inducatur lit. penden. per citationem poterit iudex etiam delegatus ſe intromittere etiam ſi ante lit. conteſt. fiat innouatio quia ſuper illis poteſt iudicis officiū iplorari vt reponatur in priſtinum ſtatum ēt aliter libello non oblato p id quod habetur in. c. cum. ad. ṡ. de conſtit. ꝛ in. c. j. vt lit. pen. ꝛ. c. vlt. ꝛ de deſpon. impube. ad diſſoluendum. ꝛ de accu. in. c. olim.

ꝛ aliud dicit eſſe qñ agitur ſuper fructibus ꝛ intereſſe qa [illegible] tur de perceptis poſt lit. conteſt. vel de intereſſe contingente poſt illam haberi poteſt ratio officio iudicis etiam ſi non preceſſerit petitio. Secus ſi tractetur de fructibus perceptis āte lit. cōte. qꝛ illi non veniunt niſi fuerint petiti nec debet iudex aliter ſe intromittere. d. l. ediles. §. item ſciendum. de edil. edic. ꝛ idē etiam voluit Uinc. hic vt refert Spec. in titul. de offi. iudicis. §. deſeruit. verſi. ſed queritur. Et facit quod conſueuit dici in. c. gratis. de reſti. ſpol. ꝛ ſcōm hanc opi. [illegible] ꝙ potuerit implorari officium etiam delegati ſm Innocentie etiam ante lit. conteſt. poſt citationem qꝙd [illegible] ꝛ in hoc non videtur procedere ſecundus intellectus poſitus in glo. Sed tenēdus eſſet primus, nec ob. p̄dictis quod habetur in. c. fin. ṡ. de reſcrip. vbi reſcriptum non extenditur ad contingentiam poſt datam reſcripti quia talia non includuntur in iuriſdictione delegata qꝛ reſponderi poteſt ſm Hoſt. ꝙ illud verum de non tāgētibus cauſam, ꝛ per que iuriſdictio iudicis non turbatur alias bene habent iuriſdictionem etiam cōtra extraneos turbatores de offic. deleg. c. j. ꝛ multofortius contra partes cōtentas in reſcripto alias ſequeretur abſurdum ꝙ ſi facta impetratione contra tenentem beneficium vel fundum actor illum expoliaret ſuper hac violētia haberet reus offerre libellū ꝛ fieret de poſſeſſore petitor ꝛ ex violentia ꝛ dolo ſuo actor haberet lucrum ſeu commodum non paruum cum magnum ſit commodum poſſeſſionis. in ſti. de interdi. §. cōmodū, quod eſt abſurdum, ꝛ ideo debet poſſe delegatus ex officio ſuo de plano reformare rem in primum ſtatum, facit qḋ habetur. ṡ. de conſtit. eccleſia. ¶ Item aduerte quia ſm Uinc. vt refert Specu. ꝛ Joan. Andr. in addi. Specu. in. d. verſicu. ſed queritur ſi Epiſcopus lite pendente facit vendi carnes in alijs locis quam capituli epō non exiſtente in quaſi poſſeſſione ſꝫ capitulo non videtur tunc eṗs ſpoliare capitulū poſſeſſione, ſed potius turbare. ¶ Item aduerte quia poſſet intelligi tex. ꝙ epiſcopus nō erat in quaſi poſſeſſione faciendi vendi carnes ꝛ licet de facto capitulum ſolum faceret vendi carnes in ſuis locis, tamen non per hoc ſequitur qḋ capitulū eſſet i qſi poſſeſſione faciendi vendi. qꝛ cum quelibet res preſumatur libera ꝛ licitum ſit in re ſua domino facere quod velit. l. altius. C. de ſerui. ꝛ aqua. videt ꝙ epiſcopus potuerit facere vendi in locis alijs nec pōt dici turbare capitulū in quaſi poſſeſſione qꝛ ex hoc ſolo ꝙ capitulū tñ in ſuis locis faciat vendi non acquirit poſſeſſionem prohibendi alium niſi alias volentem facere vendi in alijs locis prohibuiſſet ꝛ propter hoc ille deſiſtet nā ex tūc bene acquirit capitulum quaſi poſſeſſionem ſcōm ea que habent in l. j. ꝛ ij. C. de ſerui. ꝛ aqua. ꝛ tangit hic Joan. an. ꝛ ſcōm ſupradicta poſſet etiam intelligi iſte tex. ꝛ ſecundū hunc intellectum dictio preſertim debet exponi pro maxime quia lꝫ capitulum tñ modo fecit vendi ante litem motam carnes in locis ſuis, tñ non dicitur per hoc turbari in poſſeſſione ſi epiſcopus lite pendente faciat vendi in alijs locis ex eo quia capitulum nō dicitur eſſe i quaſi poſſeſſiōe talis iuris lꝫ fecerit vēdi carnes i locis ſuis niſi alias prohibuerit quem volentem facere vendi in alijs locis ꝛ propter prohibitionem deſtiterit eṗs per ea que ſuperius dicta ſunt ꝛ plus videtur velle hic Inn. ꝙ licet capitulū eſſet i qſi poſſeſſione faciendi vendi carnes in locis ſuis, tamen non videt poſſe agere contra Epm ſi facit vendi in alijs locis quia ex quo capitulum non prohibetur facere vendi in ſuis locis non videtur intereſſe ſua ſi Eṗs faciat vendi in alijs, ꝛ ideo non videtur poſſe agere per id quod habetur in. l. loci corpus. §. in confeſſoria. ꝛ. §. ſequen. ff. ſi ſerui. vendi. Uin. tamen hic vt refert Jo. an. in addi. Spe. in tit. de offi. iudi. §. deſeruit. ſuper verſi. ſed querit videtur velle oppoſitum quia dicit ꝙ tunc videtur eṗs turbare capitulū in ſua quaſi poſſeſſione ꝛ iſtud videtur verius qꝛ capitulum veriſimiliter non ita bene locaret loca ſua nec pro tanto pretio ſi alius facit vendi in alijs locis ꝛ ſic ſatis poteſt dici itereſſe tunc capituli ꝙ alius non faciat vendi in alijs locis. ¶ Et aduerte quia licet clericis ſit licitum facere vendi carnes in locis ſuis non tñ eſt eis licitum pſonaliter officium macellatorum vel carnificum aſſumere als hodie puniuntur ſm ea q̄ habētur in cle. j. de vita ꝛ hone. cleri. ꝛ per predicta ſit expedita gl. j. ij. ꝛ. iiij.

11 ¶ † In gl. iij. in fi. ꝛ ſic concludit gl. ꝙ regulariter pendente dilatione iudicis officium conquieſcit. Fallit primo niſi ptes cōſentiant ꝙ procedatur non obſtante dilatione vt hic tangit glo. ꝛ pꝫ in. l. ſiue ps. allegata in gl. Fallit ſecundo qñ dilatio eſſet reuocata vt tangit gl. que tñ vult ꝙ ſine cauſa reuocari non poſſit parte inuita. Potes concludere ſm Hoſt. ꝙ ſi de voluntate partium data eſt dilatio tunc non poteſt reuocare ſine cōſenſu ptiū niſi ea ſubſit ꝛ ſic pōt intelligi gl. Si aūt eſt data ſine voluntate partium tunc ſi velit incontinenti reuocare anteq̄ interſit nō reuocari ꝛ tunc pōt. facit. l. qualē. ff. de arbi. Sed ſi vellet reuocare ex poſtfacto poſtq̄ intereſt non reuocari tunc non poſſet reuo-



Ayuntamiento de Madrid

car[illegible]ne cã. Sed cauſa ſubſiſtente ⁊ ſatiſfacto de intereſſe pti po
ter[illegible]reuocare ꝑ id qd̓ habetur in. l. ſi pecuniã. ff. de cond. ob cãz.
⁊ qd̓ habetur. j. c. pꝛi. §. ille denicꝫ. ⁊ facit qd̓ dictũ fuit. ſ. e. cum
ceſſante. ⁊ ꝑ ꝑdicta ſumi põt cautela ſi quis vult ante terminuz
dilationũ procedi vt faciat reuocari dilationem ⁊ ſic dicit Jo.
an. Accu. de facto dixiſſe. Aduerte tñ lz doc. hic non tangãt qd̓
licet iudex non debeat reuocare ſine cã in caſibus de quibus. ſ.
dixi, tñ [illegible]detur ꝙ ſi reuocet etiã ſine cauſa ꝙ teneat reuocatio: lz
poſſit appellari [illegible]auit Jnno. in. c. ſacro. j. de ſen. exc. ⁊
qd̓ hr̃ in. l. [illegible]. de re [illegible]. ⁊ qd̓ dixi i. d. c cũ ceſſante. ¶ Jtẽ
fallit tertio q̃ aliqd attẽta[illegible] de nouo pendente dilatione quia
tunc bene põt implozari o[illegible]ficium iudicis vt tale attentatuz re-
tractet̃ per id qd̓ habet̃. xj. q. j. c. qꝛ res. Nec obſt. iſte tex. nec. d. l.
ſine ps. qꝛ verũ eſt ꝙ circa illud ad qd̓ data eſt dilatio non dz fie
ri innouatio ꝑ iudicem: ſed circa illa que de nouo ſunt attenta-
ta bene põt ſe intromittere iudex qꝛ ad illa que de nouo emerſe
runt nõ intelligit data dilatio: ꝑſertim qñ periculũ eſſet in mo-
ra per id quod habet̃ in. l. j. §. ſi. cum ſequen. ff. de ferijs. nec obſt.
predictis iſte tex. qꝛ potes reſpondere vt colligitur ex his: q̃ di-
xi cum gl. iiij. ⁊ ſup[illegible] Fallit quarto qñ iudex cõmittit aliqd ex
peditum interim pendente dilatione ſimul cum datione dila-
tionis, facit quod habetur. j. de ꝓui. cum olim. el. ij. Fallit quin-
to qñ ſuper articulo ſeparato iudex vellet procedere ꝑ id qd̓ ha
betur in. d. l. ſine ps. ⁊. ſ. eo. ad hec ſi in vna. ⁊. ſ. eo. ſuper eo. el. j.
⁊ facit qd̓ no. Bar. in. l. ij. ff. de re iudi. qd̓ intellige verum niſi ar-
ticulus ſeparatus haberet connexitatẽ cuz pꝛimo ⁊ illi afferret
pꝛeiudicium ꝑ id ꝙ hr̃ in dicta decreta. ſuper eo. Fallit vltimo
qñ finita eſſet cauſa pꝛime dilatiõis vt ſi ſtatuant̃ decẽ dies reo
ad veniẽdum. ⁊ veniat añ, nã poterit ꝓcedi ad inſtantiã actoꝛis
qꝛ finita eſt cã dilationis ex quo reus cõparuit. ideo non debet
cõquieſcere iudicis officium per id quod habetur in. l. aquil. §.

a ¶ Ad iuſtificãdũ. ſic ⁊ nõ aľr ſummat. d. abb. ⁊ an cã ſit ex primẽda in appellatiõe vid̃ ꝯ diſt. ꝑ d. hẽ. boych ad ꝯ. d. alex. i ꝯſi. lxxx. in viij. col. i pͦmo vol. ⁊ in conſi. xviij. in vlti. col. in. iiij. volu.

ſi. cũ ibi no. ꝑ Bar. ff. ad trebel. an autẽ ſimul ad duplicem actũ
vna dilatio dari poſſit tangit Spec. in tit. de dilatio. §. j. ver. qd
de deliberatoꝛia, ⁊ ſequenti ⁊ concludit ꝙ ſic ſi actus ſunt cõpaſ
ſibiles. Si autem non ſunt compaſſibiles tunc pñt dari plures
ſucceſſiue nã poterit dicere iudex do tibi terminum. x. dierum
ad pꝛobandum ⁊ exinde do alteri parti alios. x. facit qd̓ hr̃ in. l.
qui de inofficioſo. ff. de inoffi. teſta. ⁊ qd̓ habetur. ſ. de pꝛoba. li-
cet cauſam, ⁊ qd̓ no. per Bar. in. d. l. ij. de re iud. ¶ Jn glo. fi. ibi
non poſſet recuſare, ⁊c. hoc verum niſi ex cauſa de nouo ſuperue
niente vel niſi ex cauſa antiqua latenti tp̃e impetrationis. ſ. de
off. deleg. inſinuante ⁊ de elec. nulli lz. li. vj. ¶ Jn ea. glo. ibi tri
plici ratione forte appellat, pꝛima qꝛ procuratoꝛ non erat ſoluẽ
do. ſecunda qꝛ ex clauſula generali. tertia quia hic ꝓcuratoꝛ fe-
cit contra pꝛohibitionem dñi. ⁊ hoc forte voluit ſentire gl. in eo
ꝙ ſequitur. Hoſt. hic dicit ꝙ ideo hic non auditur ep̃s ipſo iu-
re ẽt ſine reſtitutionis ope qꝛ pꝛocuratoꝛ fecit ꝯtra expꝛeſſaz ꝓ-
hibitionẽ ep̃i ideo non ꝑiudicauit dño ipſo iure qꝛ non eſt quid
ipſi dño debeat imputari qui quantũ in ipſo fuit bene fuit pꝛo
ſecutus appellationẽ vt tangit gl. Secus ſi ꝓcuratoꝛ non feciſ-
12 ſet contra pꝛohibitionem dñi. Et ex pꝛedictis nota ꝙ † impedi-
mentũ inductũ a facto ꝓcuratoꝛis demuz nocet domino qñ ſur
git ab eo qd̓ non eſt factũ per pꝛocuratoꝛẽ contra formã manda
ti. ſecus ſi ſurgat ex eo qd̓ eſt factũ contra formã mandati. quia
tũc illud velut cõſecutiuũ nõ ꝑiudicabit dño ſicut nec ipſuz ꝓn
cipale factũ cõtra mandatũ. Nec ob. ꝑdictis ſi dicatur ꝙ inhibi
tio ptis de certa ꝑſona non impetranda non vr̃ valere nec impe
dire impetrationẽ qꝛ ad velle partis non eſt dandus iudex, ſed
ſuperioꝛ habet eligere. l. obſeruãdũ. ff. de off. pꝛeſi. qꝛ dicit Jnn.
ꝙ ſi papa motu pꝛopꝛio ⁊ ex officio dediſſet iudices, bene pꝛe-
iudicaſſet ep̃o lapſus anni. Sed nõ fuit ita in caſu ꝓpoſito imo
ipſe pꝛocuratoꝛ nominauit iudices ⁊ illos obtinuit. nam hz cõ-
ſuetudo curie ꝙ ſi impetratoꝛ non habet contradictoꝛẽ datur ſi-
bi iudices quos ipſe nominauit, ſi autem habet ꝯdictoꝛez tunc
dari debet de conſenſu vtriuſcꝫ partis. facit qd̓ habetur. ſ. de of
fi. dele. ſuper queſtionũ. §. verũ. ⁊. ſ. de cauſa poſ. cũ olim. ⁊ quod
no. etiã per gl. in. d. l. obſeruandũ. ⁊ forte ſm̃ Jnnoc. inhibuerat
ep̃s ne ad illos iudices impetraret quos impetrauit vel ꝙ ſolũ
ad certos datos in ſcriptis impetraret vel ꝙ non inſtaret ãpliꝰ
pꝛo impetratione. Sed ageret in curia. dicit ẽt Jnnoc. ꝙ ſi lite
re fuiſſent impetrate de cõi conſenſu partiũ non ſufficeret inhi
bitio facta pꝛocuratoꝛi niſi etiã deueniſſet ad notitiã iudicis vel
aduerſarij per ea q̃ habent̃. ſ. de pꝛocur. in noſtra. ⁊. c. mandato.
qd̓ intelligit Hoſtien. qñ inhibitio fuit facta ex poſt facto. ⁊ non
erat in pꝛocuratoꝛio, ⁊ impetratio erat iudicialis ſeu executiua
iudicij ſecundum ea que notant̃ in. c. ex pte decani. ſ. de reſcrip.
⁊ ſecundũ ꝑdicta nota limitationẽ ad hanc decre. in eo ꝙ admit
titur appellans poſt lapſum anni. qꝛ non ꝓcederet ſi papa ex of
ficio pꝛopꝛio motu dediſſet iudices. ¶ Extra glo. aduerte quia
decre. iſta videtur eſſe contra. l. j. C. de monopolijs. vbi dr̃ qd̓ nõ
habet quis ius impediendi alium exercere artem ⁊ ꝑ hoc etiaz
13 qꝛ põt quis in ſuo edificare ꝙ vult qꝛ † liberum eſt ſolũ ſeu terri-
toꝛium vſcꝫ ad celum. l. fi. ff. de ſerui. ⁊. C. de ſerui. in. l. altius. di-
cit Jnno. ꝙ contraria procedunt de iure. Sed hoc debet intel-
ligi qñ ex conſuetudine vel pꝛiuilegio quis dicebat ſibi cõpete-
re ius vt non vendantur carnes niſi in tali loco. nam tunc ꝑ ta-
li iure poteſt agi confeſſoria ſm̃ ea que habentur. ſ. de iud. exa
minata ⁊. j. de ver. ſign. abbate ⁊ poteſt ẽt agi poſſeſſoꝛio ſi agẽs
habet poſſeſſionez, facit qd̓ habetur in. l. fi. ff. vti poſſidetis. ⁊ in
l. quoties. ff. de ſeruitu. poteſt etiam dici ſm̃ Jnn. ꝙ dicta. l. j. de
monopolijs loquitur quando homines fraudulent̃ faciũt pa
14 cta qd̓ † alij non liceat vendere, vel ꝙ nõ liceat vendere niſi pꝛo
tanto pꝛetio vel ꝙ alios non inſtruant in aliqua arte quia illud
non eſt licitũ vt ibi ſed hic nulla erat fraus, ſed agebatur ex pꝛi-
uilegio vel ex conſuetudine ꝑſcripta. vel poteſt etiã dici ſecun-
dum eum ꝙ non licet facere pactum de ꝑſonis vel rebus. Sz de
loco in quo habeat fieri venditio ⁊ non alibi bene poteſt fieri
pactum ⁊ ita loquatur hic ſm̃ Jnn. Sed certe iſta ſolutio vide-
tur contra mentem illius tex. qui videt̃ velle ꝙ non debeat fieri
pactum per quod incommodetur vtilitas publica. ¶ Jtem ẽt
videtur ꝙ pꝛiuilegium non valeat per id quod dicitur in tex. il-
lo. Sed potes dicere quo ad pꝛiuilegiũ ꝙ valebit. ſi in eo ſit ap-
poſita clauſula non obſtante ſecundũ ea que habentur de exceſ-
ſibus pꝛelato. c. vnico. li. vj. ⁊ in. l. fi. C. ſi ꝯ ius vel vtili. publicã. q̃
ad illa autẽ qd̓ dictũ eſt de conſuetudine ꝑſcripta. facit in ꝯꝛiuz
quia non videtur id poſſe fieri per pactum per ea que habentur
in. d. l. j. Sz poteſt dicere ꝙ aliqua interdũ poſſunt acquiri per
cõſuetudinem que non poſſunt per pactũ fieri ꝑ id qd̓ habetur
in tex. ⁊ glo. in. l. longe. ff. de diuer. ⁊ temp. ꝑſcriptio. ⁊ in. l. nam
ſatis. §. ſi vero. ff. quemadmo. ſeruitu. amit. dicebat tamen Ho-
ſtien. hic ꝙ ſi res ⁊ perſone ſint libere ſeruitus non acquireret̃ ſo
lo tẽpoꝛe quo ad hoc vt alius poſſit ꝓhiberi ꝙ non poſſit ĩ ſuo
loco edificare cum quelibet res pꝛeſumatur libera per id qd̓ ha
betur in. d. l. altius. ⁊ in. d. l. fi. ⁊ ideo non poterit alium pꝛohibe
re de nouo edificare niſi pꝛobet ſeruitutem ſibi deberi vel ex pa-
cto cum pꝛedeceſſoꝛibus habito vel quia alias fuit pꝛohibitus
vti iure ipſius pꝛohibentis ⁊ acquieuit ⁊ poſtea completa fuit
pꝛeſcriptio per id quod habetur in. l. in pꝛouinciali. ⁊. l. ſi mani-
feſta. C. de ſerui. ⁊ aqua. ⁊ facit quod habetur in. l. j. C. que ſit lõ-
ga conſuetudo. vel niſi eſſet dominus ville qui hoc ius ſibi pꝛe-
tenderet. facit qd̓ habetur. viij. di. quo iure. aduerte tamen quia
quod dicit de pacto nõ videtur pꝛocedere in termino huius ca-
pituli per id quod habetur in iuribus pꝛeallegatis. ⁊ nota hoc
dictum Hoſtien. pꝛo intellectu que dixi ſuper gl. iiij.

1 ☞ Appellatio interpoſita ex cauſa pꝛobabili ad hoc vt iuſti-
ficetur opoꝛtet pꝛobari veritatem cauſe coꝛam iudice ad quem
niſi fuerit oblata pꝛobatio coꝛam iudice a quo.
2 Appellatio iuſtificatur ſi oblatio ꝓbationis ſuper eo qd̓ exci-
pit̃ facta nõ admittat̃ ⁊ habet̃ perinde ac ſi fuiſſet pꝛobata.
3 Exceptiõis reiectio non iuſtificat appellationem niſi aliter do
ceat de veritate exceptionis vel niſi oblata fuerit pꝛobatio.
4 Exceptionẽ repellere põt iudex ex leui pꝛeſumptione in his q̃
ſunt leuis pꝛeiudicij ſed in his que ſunt magni pꝛeiudicij ſecus.
5 Exceptionis pꝛopoſito quando non fuit oblata pꝛobatio licet
non admittatur ⁊ pꝛopter non admiſſionem appelletur nõ iu-
ſtificat appellationem: ſed opoꝛtet pꝛobari veritatem ipſius ex
ceptionis coꝛam iudice ad quem.
6 Excipiens vbi ſe offert pꝛobaturũ ipſam exceptionẽ ⁊ iudex nõ
admittit tunc ad iuſtificandã appellationem non eſt neceſſe co
ram iudice ad quem pꝛobare veritatem ipſius exceptionis.

**Interpoſita.** Decre. hz q̃tuoꝛ ꝑncipalia
que ſatis ſe ſummant ⁊ ſic
põt diuidi in quatuoꝛ partes ꝑncipales ſicut q̃tuoꝛ
ſunt dicta ꝑncipalia. Scd̃a ibi, eidẽ. tertia ibi: ille q̃r-
a ta ibi: ſane. Pꝛima ps põt etiã ſic ſummari. ad iuſtificandãᵃ ap-
1 pellationẽ † interpoſitã ex cã ꝓbabili ꝓbari opz veritatẽ cauſe
coꝛam iudice ad quẽ niſi oblata fuerit pꝛobatio coꝛam iudice a
quo. h. d. ¶ No. j. duo requiſita ad iuſtificandã appellationẽ vcz
2 ꝙ appellatũ ſit ex cauſa ꝓbabili. itẽ ꝙ talis cã ſit vera. ¶ † Jtẽ
nota ꝙ oblatio ꝓbationis ſuper eo qd̓ excipiat̃ facta coꝛam iu
dice a quo ſi non admittat̃ iuſtificat appellationẽ ⁊ habetur ꝑin
de ac ſi foꝛet ꝓbata ex quo non ſtat per appellantem quod ĩtel-
3 lige vt tangetur ſuper glo. iij. ¶ † Jtem not. ꝙ ſola reiectio ex-
ceptionis non iuſtificat appellationẽ niſi aliter doceat de veri-
tate exceptiõis vel niſi oblata fuerit ꝓbatio. Et ex pꝛedictis ẽt
potes notare ꝙ licet pars non arctetur ad offerendaz ꝓbatio-
nem imo debet iudex illam requirere per id quod habetur in ſi-
mili in. l. ij. §. j. ff. quoꝝ legatoꝝ. tñ ſi vult releuari ab onere ꝓbã-
di in cauſa appellationis dz offerre ꝓbationes ⁊ ſic de ꝯſilio eſt
ꝙ pars offerat ſe pꝛobaturã exceptionem quia ſi non admittit̃
ſunc

Ayuntamiento de Madrid

ſiue exceptio fuerit vera ſiue falſa iuſte appellat ⁊ eoipſo ꝙ ap-
parebit corā iudice ad quē appellatū fuiſſe propter exceptionē
oppoſitā ⁊ probationē oblatam ⁊ nō admiſſam apparebit iu-
ſtificatam eſſe appellationē nec erit neceſſe quo ad illam, iuſtifi
candam tunc docere de veritate exceptiōis ⁊ ſic erit valde vtile.
appellāti qꝫ facilius erit probare denegationē ꝓdictā quam
veritatem exceptionis. Et aduerte etiā ꝙ vbi proponitur exce-
ptio debet pars expectare an iudex illam admittat an vero illā
reijciat expreſſe vel tacite procedēdo ad vlteriora. nam ſi reijciat
expreſſe vel tacite poterit appellare nō aūt debebit ante appel
lare, ⁊ ideo ſi diceret reus propono talem exceptionē ⁊ ſi eaꝫ nō
admittatis appello non valet appellatio cū tunc videreť fieri
a futuro grauamine. ⁊ ideo non valet vt patet in. c. dilecto. ⁊ ibi
etiā dictū fuit. ſ. eo. ⁊ tangiť etiā per Inno. ſ. eod. ſuper eo. el. j.
3 ¶ † Quid autem ſi iudex dilataret negotiū nō admittēdo nec
etiam reijciendo. dic vt dixi in. d. c. dilecto. ¶ In gl. ij. ibi cū cau
ſa. ſolue vt no. glo. in. c. cū olim. ſ. de exceptio. quia ibi loquitur
quādo non erat incognitum iudicibus a quibus appellabatur
de veritate cauſe appellationis cū illa penderet ex reſcripto ſu
per quo fundabat iuriſditionem, ideo nō exigiť alia probatio.
¶ Itē etiā pendebat a facto ſuo an requiſiuiſſet collegā vł nō
ꝙ ignorare rationabiliter non poterant. ſ. de reſcrip. ab excōica
to: hic aūt nō cōſtabat iudici a quo de veritate cauſe appellatio
nis. ¶ In ead. gloſ. ibi vt debitus. ſolue ꝙ illud. c. intelligitur.
ſcdm̄ hanc decre. qꝫ ꝫ requirať ꝙ appellatum ſit ex cā probabi
li. vt ibi dicitur tñ illud nō ſufficit niſi doceať cauſam illam eſſe
verā: vel niſi oblata fuerit probatio ⁊ nō admiſſa vt hic ptꝫ. ⁊ ſic
pōt dici ꝙ ibi ſub cā rationabili cōprehendit etiam veritatem
cauſe. ¶ In ea. gl. ibi dilecto. ſolue ꝙ ibi cōſtabat ex confeſſiōe
preſbyteri ſeu partis appellate de numero ſeu de exceptiōe nu
meri oppoſita corā iudice a quo. ideo non exigiť alia ꝓbatio, hic
vero nō cōſtabat de veritate exceptionis. ideo dꝫ ꝓbari coram
iudice ad quē. facit qđ no. gl. in. d. c. olim. ⁊ idē dicit Hoſti. ſi de
iure cōſtat appellationē eſſe legitimā. vt ſi appelleť a diffiniti-
ua. ⁊ illa nō admittiť an iuſtificeť appellatio eoipo ꝙ non fuit
admiſſa qꝫ ius approbat illā. vt ptꝫ ex his q̄ legūtur ⁊ no. in. c.
j. ⁊. c. cum appellationibus. j. eo. lib. vj. ⁊ idem vbicūqꝫ appella
tur ex cā notoria: vel tali que fundat intentū de iure cōmuni. p
id quod dictum fuit. ſ. eo. cum bone. ⁊ de reſtitu. ſpoliato. ad de-
cimas. lib. vj. exemplum, ſi forte opponereť contra petētem de-
cimas in territorio parochie alterius rectoris, qđ non debean-
tur ſibi ex eo quia de iure non poſſunt ibi percipi. nam ſi iudex
non admittit talem exceptionem: ſi appellatur non erit neceſſa
ria alia probatio. Si conſtat quod ſint in territorio ipſius op-
ponentis poteſt etiam poni exemplū. per id quod notauit In-
nocen. in. c. ſignificauerunt. ſ. de teſti. videlicet quando petitur
quarta dilatio cum ſolennitate legali. ⁊ iudex nō admittit pe-
titionem. Nam tunc ſi appellatur eoipſo dicitur iuſtificata ap
pellatio quod non admittiť petitio que iure communi eſt ful-
cita. ⁊ idem dicit ſi petatur tempus ad deliberandū ſuper libel
lo: vel ſi deleget copia ſententie, qꝫ tꝫ appellatio ⁊ iuſtificatur
ex ſola reiectione ſeu nō admiſſione etiā ſi pars nō offerat ſe ꝓ-
baturum. ⁊ ſatis poteſt dici quod erit iuſtificata appellatio in
caſibus predictis etiam quo ad finem exceptionis conſequen-
dum niſi aliud probetur per partem aduerſam vt etiam hic tā-
git do. Ant. ¶ In gloſ. iij. ibi ſecundum ꝙ ibi dixit ibi dantur
plures ſolutiones: vna eſt ꝙ ibi fuit appellatum a diffinitiuaꝗ
non iuſtificatur: niſi doceatur de veritate iuſtitie nō aūt ex ſolo
grauamine. vt patet ex his que habentur in. c. fraternitatis. de
teſti. ⁊ in. l. per hanc. C. de temporibus appellationū. ideo tunc
non ſufficit oblatio. Secus in interlocutoria. ⁊ ita loquitur hic.
hec tamen ſolutio non videtur bona ad illum textum. ideo po-
tes dicere ſecundo. vt ibi tangit Ioan. an. quod ibi offertur ꝓ-
batio, et opponitur exceptio tempore quo non neceſſitabať ad
mittere illam ⁊ ideo talis oblatio tunc non operatur effectum
hic autē loquitur ⁊ debet intelligi quando fertur oblatio tem-
pore quo iudex neceſſitabatur admittere vel tertio pōt dici ꝙ
oblatio probationis iuſtificat appellationem quo ad finē obti
nendi retractationem attentatorum. Sed non quo ad finē obti
nendi effectum finalem exceptionis. ⁊ ita intelligatur ibi quod
poteſt ſic declarari. nam ſi oppono pactum de nō petendo ⁊ iu
dex non admittit exceptionē, licet obtulerim me paratum pro
bare tunc poſſum appellare. ⁊ ſi appello: tūc iuſtificatur appel
latio ex eo ꝙ obtuli me probaturū quantū ad hoc vt obtineam
deuolutionem negotij factam eſſe ad iudicē ad quē etiam ſup
principali. vt poſſit etiam petere retractari attentata. Sed ſi vo
lo conſequi abſolutionē virtute exceptionis pacti de nō peten
do: tunc oportet ꝙ probent ipſum pactū. ⁊ ita pōi intelligi cō-
tra. d. c. ex parte. ſecūdum alium intellectū vel quarto pōt dici
ꝙ ibi appellās fuit proſecutus appellationē per viam iuſtitie

non per viā grauaminis: vel quinto pōt dici ꝙ hic obtulit rea-
liter ſe probaturum ibi autem tantū iactauit ſe velle ꝓbare vel
verbaliter obtulit tm̄modo ſe probaturū. ideo nō ſufficit ſcdm̄
alium intellectū. ⁊ de hoc tamen vltimo an procedat tāgetur in
ferius. ⁊ tetigi etiam in. d. c. ex parte. vbi etiā alij intellectus tā-
guntur. ⁊ tene menti precipue tertium intellectū ⁊ iſtū vltimū.
4 ¶ † In ea. gl. in fi. cum glo. etiam concordat dicens, qđ licet nō
admittatur exceptio quando nō offertur probatio non tamen
fuit grauamen: ſi exceptio erat falſa [illegible] illam
non admittere. ⁊ in dubio preſumitur pro [illegible] et ideo
non debet reuocari: qđ fecit: niſi [illegible] doceatur de veritate exce
ptionis. ⁊ adde quod no. Inn. in. c. poſt electionem. j. de conceſ.
preben. vbi etiā videť velle ꝙ in his que ſunt leuis preiudicij iu
dex ex leui preſumptione pōt repellere exceptionem. Sꝫ in his
que ſunt magni preiudicij non debet de facili moueri ad repellen
dum exceptionē adeo ꝙ dixit do. Anto. ꝙ ſi iudex ex leui pſum
ptione illā repellat ꝙ dicitur grauare partem etiā ſi non fuerit
oblata ꝓbatio allegat ꝙ habetur. j. queſti. j. primo ſemp ⁊. ſ. de
proba. licet cauſam. Sed certe illa iura nō probāt ex hoc iuſti-
ficatam appellationem. Si non fuit oblata ꝓbatio. ideo videť
ꝙ debeat ꝓbari veritas exceptionis [illegible] ⁊ ſic etiam vi-
detur intelligendum dictū Inn. in. d. c. poſt electionē. ⁊ ex pre-
5 dictis potes notare duas regulas. prima eſt † ꝙ ſola ꝓpoſitio
exceptionis, vbi non fuit oblata ꝓbatio licet nō admittatur, et
propter non admiſſionē appelleť: nō tamē iuſtificat appellatio
nem. Sed oportet ꝓbari coram iudice ad quē veritatem ipſiꝰ
exceptionis. fallit aūt hec regula in aliquibꝰ caſibus. primo qñ
de veritate exceptionis veriſimiliter ſunt informati iudices a q
bus appellať. vt ptꝫ exemplū, p id quod habeť in. c. cum cauſa
de offi. dele. ⁊ tetigi. ſ. ſuper glo. ij. Itē fallit ſecundo qñ de ipſa
exceptione conſtat p cōfeſſionē factā coram iudice a quo vt pa
tet in. c. dilecto. ſ. eo. ⁊ dixi ſup gl. ij. tertio fallit qñ exceptio eſt
iure fulcita, ⁊ a iure approbata. per id quod fuit. ſ. e. in. c. bone.
⁊ qđ dixi ſuper gl. ij. fallit quarto ibi beneficialibus per. c. quā-
uis. ⁊. c. ſi poſtꝙ. de electio. in. vj. vbi patet qđ quo ad deuolutio
nem negotij qñ appellatū eſt in ipſis beneficialibus ad papam
ſufficit ꝙ appellatio interpoſita fuerit ex cauſa probabili etiā
ſi aliter non ꝓbeť veritas cauſe extra caſus etiam ꝓdictos ha-
bet locū regula ſuperius dicta. vt ſit neceſſe probare corā iudi-
ce appellationis veritatē cauſe propter quā eſt appellatū. Si
appellans nō obtulit ſe probaturum corā iudice a quo qđ pro-
cedit etiā ſi poſt talē appellationē ſequeretur diffinitiua: qꝫ co-
ram iudice ad quē debebit appellans iuſtificare appellationem
ex cauſa ex qua īterpoſita eſt appellatio: nec poterit ex alia iuſti
ficare. vel etiam aliqđ dicere ſup principali añ expeditum arti-
culum appellationis. per id qđ habetur in cle. appellāti. eo. ti. ⁊
qꝫ ſi probabitur cauſa appellationis vera, caſſabit totū qđ erit
attētatū poſt ipſam appellationem ſi autē non erit vera tunc
apparebit ꝙ appellans contumaciter receſſit a iudice a quo. de
do. ⁊ cōtu. c. ij. lib. vj. ⁊ ideo tenuit ſentētia diffinitiua poſtea la-
ta. nec ab illa videť potuiſſe appellare de quo tñ dicendū vt ho
die habetur in cle. ſi ante. de do. ⁊ contu. ¶ Itē non obſtat pre-
dictis ſi dicať qđ videť iniquum nō poſſe appellari anteꝙ exce
ptio oppoſita ſit reiecta expreſſe vel tacite: quia ſm̄ hoc videť
reſultare iniquitas. Si forte reo excipienti ꝙ nō tenetur reſpon
dere libello in quo cōuenitur ſine expſſione cauſe in actione per
ſonali. ⁊ iudex rñdeat ꝙ vult deliberare. ⁊ ſtatuat certā diē ad
audiendā eius voluntatē, ⁊ demū reo veniēte in termino ipſuꝫ
excōicat: qꝫ libello nō reſpondet. nam certe reus erit excōmuni
catus nec iuuabit cū ſi poſtea appellet cū excōicatio nō ſuſpen
datur per appellationē. ſ. in. c. paſtoralis. ⁊ ſic ex quo reus non
poteſt ante exeptionē reiectam appellare dabitur materia iu-
dici ipſum male tractādi: ſed poteſt reſpōderi ſm̄ Hoſt. qđ ta-
lis excōicatio eſt iniuſta. ⁊ retractabitur abſqꝫ difficultate. xj. q.
iij. c. j. ſ. de reſcri. ab excommunicato. ⁊ iudex etiam ex hoc po-
terit puniri. per id qđ habetur. ſſ. de ſen. excō. ſacro. ⁊ eo. tit. c. ſ.
lib. vj. ⁊ de re iudi. c. j. eo. lib. ⁊ ideo ꝓpter tale incōueniens non
eſt iuſtum ꝙ admittatur appellatio ante exceptionē nō admiſ
ſam: quia alias ſi indifferēter admittereť de facili poſſet impe-
diri ꝓceſſus iudicis. ⁊ quia etiam non poſſet prouideri per ali-
quam conſtitutionem quominus ſi velit nō excōmunicet iniu-
ſte. vnde ſufficit ꝙ ſubeſt poteſtas reuocādi excommunicationē
ſine difficultate. ⁊ qđ pena etiam poſſit imponi iudici taliter ex
communicāti: quia veriſimiliter propter predicta abſtinebit a
6 tali excōmunicatiōe. ¶ † Secunda regula eſt quod vbi exci-
piens offert ſe probaturum ipſam exceptionem. ⁊ iudex nō ad-
mittit ꝙ tunc quo ad iuſtificandā appellationē non eſt neceſſe
coram iudice ad quem probare veritatē ipſius exceptionis, ſed
ſufficit probare exceptionem fuiſſe oppoſitam. ⁊ probationem
oblatam. ⁊ nō admiſſam. ⁊ propter hoc appellatū qđ ꝓcedit



Ayuntamiento de Madrid

ſiue fuerit exceptio dilatoria ſiue pemptoria. licet glo. aliter videatur ſentire in. c. ex parte ade. de teſti. quod videtur cõtra iſtũ tex. qui ſimpliciter loquitur ꝛ indiſtincte. ꝛ ſic indiſtincte debet intelligi. ꝑ id quod habetur. de priuileg. quia circa. cũ concordantijs. Fallit aũt hec regula in aliquibus caſibus primo quãdo offertur probatio tempore quo non neceſſitatur iudex ad admittendam exceptionem vel probationem: quia tũc talis oblatio nihil operatur vt eſt tex. in. c. ex parte. ſecũdum vnũ intellectum. ſ. de teſti. ... fertur quod in appellationibus extraiudicialibus ... oblatio nihil operatur: nec iuſtificat appellationẽ: quia extra iudicium non ſunt fiende probatiões ſed in iudicio nec in facto etiam extra iudicium preiudicarent ſicut nec confeſſio facta extra iudicium. ſ. de confeſ. c. fin. ꝛ not. Inn. ſ. de elec. cum inter canonicos. ꝛ. ſ. eo. conſti. el. ij. ¶ Itez per hoc patet quod ſi appelletur in abſentia iudicis in caſibus a iure conceſſis de quibus. ſ. eo. ſuggeſtum. ꝛ. j. eo. c. ſi. ꝛ per gl. in. c. appellatio. j. eo. in. vi. Non iuuat appellantem oblatio probationis ex quo non eſt ibi iudex qui recipiat. Item fallit tertio quando excipiens ꝛ appellans ex oblatiõe probatiõis nõ ſolum vult cõſequi finem appellationis quo ad deuolutionem negotij. ꝛ reuocationem attentatorum. Sed etiam vult conſequi finalem effectum exceptionis: qꝛ tunc nõ ſufficit ſola oblatio. Sed requirit etiam probatio ꝛ ſic qđ probetur veritas exceptionis vt eſt caſus in. d. c. ex parte. ſecundum alium intellectum. ꝛ declaraui. ſ. ſuper glo. iij. Fallit quarto quando appellans appellat a diffinitiua. vt quia oppoſuit exceptionem peremptoriam ꝛ obtulit ſe probaturum ꝛ nõ fuit admiſſus. ꝛ poſtea ſtatim ſecuta fuit diffinitiua. nam tũc ſi appellat ab ipſa diffinitiua oblatio probationis non iuſtificat appellationẽ: qꝛ in appellatione a diffinitiua intendit conſequi finalem intentum exceptionis. ideo oportet qđ illa probetur. facit qđ not. in. d. c. ex parte. Fallit quinto quando appellans ꝓſequit appellationem ab interlocutoria ꝑ viam iniuſtitie ꝛ non ſolius grauaminis: quia tũc debet probari veritas exceptiõis. licet oblata fuerit probatio. vt eſt caſus in. d. c. ex parte. ſecundum alium intellectum. Fallit ſexto quando ſi retractaret grauamen propter qꝫ fuit appellatum recidiuaret in priſtinum ſtatum. nam probata veritate: quia tunc debebit veritas exceptionis probari. vt circuitus euitetur. vt eſt caſus in. d. c. ex parte. ſecundum alium intellectum quem ibi tangit glo. Item fallit ſeptimo ſm Hoſtiẽ. quando offertur ꝓbatio exceptionis notorie falſe: quia talis oblatio nihil operatur. per id quod habetur. j. de accuſatio. in c. euidentia. ꝛ. l. inde neratius. §. ſi. ff. ad l. aqui. Item fallit octauo ſm do. Anto. ſi excipiente offerente ſe probaturum aduerſarius econtra offerat ſe paratum probare oppoſitum. allegat qđ no. per Inn. j. eo. romana. lib. vi. Sed certe iſtud dictum non videtur verum per iſtum tex. qui loquitur indiſtincte. ꝛ quia ſatis videtur quod ipſe excipiens offert ſe paratum probare. licet aduerſarius offerat ſe paratum ꝓbare oppoſitum. Nam videtur iudex ipſum excipientem grauare: ſi non admittit eũ ad probãdum. licet poſſit etiam admittere aduerſarium. Item fallit nono quando vt non admittatur oblatio non ſtat per iudicem: ſꝫ per tertium. per id quod no. Archi. in. c. teſtes. ij. q. vij. ¶ Vltimo fallit ſm Joan. an. quando oblatio eſt verbalis ꝛ non realis pro quo allegat tex. ſecundum vnum intellectum in. d. c. ex parte. ſ. de teſtibus. Item etiam dicit hoc videri fuiſſe de mẽte Innocen. ꝛ Hoſt. inquantum dicunt qđ oblatio probationum ꝛ non receptio illarũ iuſtificat appellationẽ. Item pro hoc allegat quia alias de facili poſſet quis ꝑ falſam exceptionẽ iuſtificare appellationẽ offerendo verbo ſe probaturum. Item ꝑ hoc allegat quarto quia alias ſequeret ſi ſufficit verbalis oblatio quod illa non exigatur ſed ſufficiat propoſitio exceptionis: quia excipiendo videtur reus offerre ſe ad probandum. l. j. ff. de exceptio. ꝛ. ff. de probatio. l. in exceptionibus. Sed in cõtrarium fortiter facit iſte tex. dum dicit hoc ſe offerens probaturum ꝛc. ꝛ non dixit probationes offerẽs. Item in contrarium facit quod habet in. l. ſi is a quo. in princi. ff. vt in poſſeſ. legatorum. vbi ſufficit qđ quis offerat ſe paratum probare incõtinenti hoc eſt infra modicum tempus ſibi ſtatuẽdum per iudicẽ nõ enim videtur quod ſit expediens quod veniat cum ſacco inſtrumentorum paratus. argu. l. quod dominicis. ꝛ. l. ratum. ff. de ſolutio. ꝛ facit quod habetur. ſ. de reſtitu. ſpolia. literas. circa finem. ꝛ pro iſta parte etiam facit quod habetur in. c. ad apoſtolice. de re iudi. in. vi. ibi eratqꝫ parata ꝛc. ꝛ quod no. per glo. in. c. olim. ſ. de exceptionibus. ꝛ hanc partem videtur voluiſſe hic Hoſt. dũ dicit. qđ ſufficit quod dicatur hodie cõſtat hodie agatur. per id quod habetur in. d. l. ſi is a quo. ꝛ in. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhibendum. ꝛ hanc partem tenuit hic do. Anto. licet Jo. and. teneat primaꝫ. ꝛ pro opinio. do. Ant. bene facit tex. iſte nõ violando eum. Nec ob. c. ex parte. quia nõ probat dictũ Jo. an. cum habeat plures alios intellectus. Item non obſtat dictuꝫ Inn. ꝛ Hoſt. quia videtur intelligendum de verbali oblatione per id qđ dixit etiam ipſe Hoſt. dum dixit qđ ſufficit dicere hodie conſtat hodie agatur. Item non obſtat dum dicitur qꝫ ſequetur abſurdum: quia de facili poterit quis proponẽdo falſaꝫ exceptionem. ꝛ offerendo probationem iuſtificare appellationẽ: qꝛ de facili põt obuiari per iudicem dando ſibi breuem terminũ infra quẽ habeat probare. Itẽ non obſtat qꝫ excipiens videtur offerre ſe probaturũ: quia licet videatur offerre ſe probaturum non tamen videtur offerre ſe probaturum incõtinẽti ideo illud nõ ſufficit. ꝛ ſic videtur velle do. Ant. qꝫ offerẽs ſe probaturũ debet offerre ſe probaturum incontinenti alias non ſufficiat. Sed certe tex. iſte videtur velle quod ſufficiat ſe offerre ꝓbaturũ. vnde videtur poſſe dici, qđ id ſufficiat ꝑ iſtum tex. tamen ſi iudex velit eum arctare ad probandum infra breue ſpatium poterit ꝑ id quod ſuperius dixi. ꝛ quia ſic videtur etiam eſſe interpretandum fore de mente ipſius offerẽtis. ꝑ id quod habetur in. d. l. ſi is a quo. ꝛ iſta opinio. do. Ant. videtur de iure verior per iſtum tex. licet Joan. an. hic teneat contrarium de quo etiam dixi in. d. c. ex parte ade. ꝛ pro iſta opinio. bene facit. quia quandoqꝫ de facili quis non habet: nec habere poteſt ſecũ teſtes in iudicio vel inſtrumenta. vt etiã in ſimili cauſa concludit gl. in. c. cupientes. §. ſi vero. in glo. penulti. de elec. in. vj. nec obſtat huic opinioni qđ habet in. c. paſtoralis. in. fi. ꝛ quod ibi no. in vlti. glo. ꝛ in. c. j. ꝛ. ij. de eo qui mitti. in poſſeſ. quia ibi loquitur in alia materia ſcilicet quãdo quis vult recuperare poſſeſſionem ꝛ interrũpere preſcriptionem annalem. ꝛ eodem modo reſponderi põt ad id qđ habet in. l. ſi reſiduam. coniuncta gloſ. C. de diſtra. pignorũ. ꝛ in. l. penul. ff. de reſcin. vend. qꝛ ibi loquit in alia materia videlꝫ quãdo agitur de impedienda diſtractione pignoris fienda per creditorem. ¶ Aduerte tamẽ qꝛ ſi aliqs opponit exceptionẽ. ꝛ dicit ſe velle probare: nec aliter ſe offert non per hoc iuſtificatur appellatio. ſi nõ admittitur. vt eſt tex. in. c. ex parte de teſti. ſecundum vnum intellectũ. nã tunc potiꝰ videtur iactata probatio quam oblata. ꝛ per hoc etiam videtur qđ ſi iudex admittit excipientem ꝛ ad tertium ad probandum. Sed ille non vult reciper e. qđ tunc non poteſt licite appellare. Secus ſi excipiat ꝛ offerat ſe paratum probare. ꝛ iudex non admittat qꝛ tunc iuſtificatur appellatio etiam ſi non fuerit delatũ appellationi. licet Inn. hic aliter videatur dicere ꝛ non bene ꝑ hunc tex. ꝛ de materia per Joã. an. in Spe. de appel. §. penul. ſuper ver. illud. vbi idem dicit qđ hic tenuit. Sed eius opinio vt ſuperius dixi non eſt vera.

1 ☞ Appellationi ſi non eſt delatum per iudicem nec ꝑ partez licet appellatio deuoluat cauſam ad curiam vt debeat fieri cõmiſſio ſeu dari ſuper illa iudex tamen deuoluuntur ad finem vt ibi tractetur.

2 Delatio iudicis ꝛ appellati quo ad deuoluendum negotiũ ad curiam parificantur.

3 Appellatione per appellatũ nõ recepta an appellans proſeq poſſit ſi velit appellationẽ in curia appellato abſente.

**Eidem quoqꝫ.** Vbi nõ eſt appellatiõi iterpoſite ad papã delatũ per appellatum vel iudicem. Sufficit appellanti mittere procuratorẽ ad impetrãdũ. licet pars appellata ſit parata in curia ꝓſequi. h. d. ¶ No. j. qꝫ delatio iudicis vel probatio partis facta de appellatione

1 defert negotiũ ad curiam vt ibi tractet. ¶ † Item no. qꝫ vbi appellationi nõ eſt delatũ per iudicem nec per partem, lꝫ appellatio deuoluat cauſam ad curiã. vt debeat fieri cõmiſſio ſeu dari ſuper illa iudex tamen deuoluit ad finem. vt ibi tractari debeat. Et ex predictis no. finẽ ꝛ effectũ vt cauſa ſit in curia: qꝛ tũc tractanda eſt cauſa in curia. ꝛ nõ ſufficit mittere ꝓcuratorẽ niſi ſit inſtructus ſup cauſa. Sed vbi cã nõ eſt in curia tractanda tũc ſufficit mittere ꝓcuratorẽ ad impetrandũ ꝛ ꝯdicenduꝫ.

2 ¶ † Itẽ no. qꝫ parificari videt delatio iudicis ꝛ appellati. quo ad ꝯferẽdũ negotiũ ad curiã. nã ſicut deferẽ ꝑ delationẽ iudicis ita ꝛ ꝑ delatiõeꝫ appellati. ꝛ ideo appellato deferẽte poterit ipſe proſequi appellationẽ in curia. qđ intellige ſcđm ea q̃ dicta fuerũt in. c. ex ratione. ſ. eo. ꝛ. ij. q. vi. appellatore. ꝛ hoc verũ niſi appellans re integra renũtiaret appellatiõi. ꝛ dicit Hoſt. rem eſſe integrã: ex quo iudex nõ admiſit appellationẽ. Sed ipſe appellatus anteqꝫ iter arripiat vel nũtiũ miſerit ꝑ appellatione proſequẽda intelligiẽ ipſe appellatꝰ. poſtea enĩ nõ poterit renũtiare allegat. ſ. eo. dilecti. ꝛ. c. meminimus. Sed ante ſic dũmodo interſit appellati. vt qꝛ occaſione appellatiõis multas fecit expẽſas alias nõ liceret tenere niſi ſatiſfacto appellato. de expenſis per id qđ habetur infra in. §. ꝓxi. equiparat etiã factum iudicis ꝛ factũ appellantis in aſſignatione termini: qꝛ vtrobiqꝫ habet vim peremptorij. ſ. c. ſepe. ¶ In gloſ. parata. ibi ad totam cauſam. Supple appellationis. nã nõ tenet mittere inſtructũ

ſuper

Ayuntamiento de Madrid

ſuper cauſa principali niſi appellatus hoc petierit vt in.c.j.j.e.
in.vi. ¶ In ea.gl.in fi.tertium addit Jo.and.vt appellans pre-
figat terminum ſue appellationi ne poſſit ſupplantari.ſ.e. i.c.
oblate.⁊ facit etiam.ſ.eo.ſepe.Item addit quartum . vt cōſti-
tuat fidelē ꝓcuratorē.per id quod habetur.ſ.c.proxi.⁊.j.de pi-
gnoribus.ſignificante.⁊ de his cautelis plenius in Spe.eo. tit.
5 §.qualiter.ver.in ſumma.⁊ ſequenti. ¶ †Extra glo. tangit hic
Inn.an appellatione per appellatum non recepta appellās ſi
vult poſſit proſequi etiā abſente appellato appellationē in cu-
ria.⁊ dicit ꝙ ſit,licet hoc non poſſit appellatus inuito appella-
te alle.ſ.de procu.in noſtra.Sed certe poſſet dici ꝙ ibi loquit
quando appellans ſe obtulit probaturum cauſam ꝓpter quā
appellauit.vt ſic dicta oblatio faciat vt ipſe poſſit ꝓſequi ap-
pellationē in curia ſi velit.tñ finaliter Inno.⁊ Hoſti.dicunt ꝙ
non eſt vis an facta fuerit oblatio vel non:qꝛ ex quo conſtat ſuiſ-
ſe appellatū iudex de ipſa appellatiōe poterit cognoſcere an ſit
admittenda etiam parte abſente.ſ.eo.cū ſpeciali.⁊ ſi ſit admit-
tenda poterit in illa procedere quādo fuit appellatū ante ſentē-
tiam.nam ſi fuit appellatum poſt ſententiam non poterit iu-
dex procedere niſi vocatis partibus.ſ.eo.ſepe.Sed certe vt hic
tangit do.Anto.idem erit ſi ante diffinitiuā fuit appellatū niſi
ſit ſtatutus terminus appellationi ab homine.⁊ delatuꝫ qꝛ tūc
nō requireret citatio vtroqꝫ caſu ſi appellans vult proſequi in
curia.⁊ ſic reſidet hic do.Anto.ſed aduerte qꝛ Inno.j.in.§.ſi.vi
detur tenere contrarium eius quod ſuperius eſt dictum inquā-
tum videlicet dixit ꝙ appellans lꝫ non fuerit recepta appella-
tio per appellatum poterit illā proſequi abſente appellato. nā
in.d.§.ſi.videtur dicere oppoſitum cum ibi dicat ꝙ appellatꝰ
qui non comparet ſi non fuit appellationi delatum nō eſt repu-
tandus contumax quia in dicto caſu etiam non reputatur cōtu-
max appellans ſi non venit vbi non fuit delatum appellatio-
ni.⁊ ſic multominus reputandus eſt cōtumax appellatus ſi nō
venit cum nō agit de proſecutione ſue appellationis:ſed aduer
ſarij pōt dici pro cōcordia ꝙ ſi iudex appellatiōis ſciat non fuiſ-
ſe delatum appellationi per iudicem nec per partē ꝙ tunc pro
cedat dictum Inn.in.c. ſi.quia non debet cenſeri contumax ap-
pellatus ſi nō cōparet cum non teneatur ex quo nō fuit appel-
lationi delatū.⁊ ideo proceſſus iudicis appellationis videtur
tunc eſſe nullus ex quo hoc ſciuit per id qđ habet.ſ.eo.ſi duo-
bus.⁊ in.l.queſitum.ff.de re iudi.Sed vbi iudex appellationis
hoc ignoraret videtur poſſe procedere dictum Inn.hic qꝛ tunc
ſi citatur appellatus ex quo conſtat iudici de appellatiōe arcta-
tur appellatus ad comparendum ſaltem vt allegat ius ſuū.arg.
eorum que habentur in.c.ſuper literis.de reſcrip.⁊.ff.de iudi.ſi
quis ex aliena.⁊ ideo ſi nō comparet:nec mittat videtur qđ te-
neat proceſſus qui contra eum fit.⁊ ita poteſt intelligi dictum
Inn.hic. ¶ Item aduerte quia concludit Hoſt.hic quatuor ca-
ſus pro declaratione litere.Primus eſt quando appellatio nō
admittitur nec approbatur ⁊ tūc ſufficit mittere procuratorēꝫ
ad impetrandum.⁊ cōtradicendum.⁊ ideo in caſu de quo proxi-
me dixi ſufficeret appellato citato mittere procuratorē ad im-
petrandum ⁊ contradicendū. ¶ Si autem neminem mittat ꝓ-
cedit quod.ſ.dixi.Secūdus caſus eſt:quādo appellatio admit-
titur per iudicem vel approbatur per appellatū.Sed appella-
tus nil petit.⁊ tūc neceſſe eſt ꝙ mittatur ꝓcurator inſtructꝰ ad
articulū appellationis nec ſufficit mittere ꝓcuratorē ad impe-
trandum ⁊ contradicendum.⁊ ſi pfixus eſt terminus non exigi-
tur alia citatio.ſ.eo.ſepe.Tertius caſus eſt qñ terminus non
fuit pfixus,⁊ tunc dicendū vt habet.ſ.eo.in.c.nicolao . qꝛ tunc
exigitur citatio.⁊ an ſola termini prefixio habeat vim delatiōis
ibi etiā dixi.Quartus eſt quādo admittit appellatio, ⁊ appro-
batur per appellatū etiam ſi iudex non deferat. ⁊ appellatus
petit ꝙ negotiū pncipale tractet in curia.⁊ tūc debet mitti pro-
curator inſtructus nedum ſuper articulo appellationis ſꝫ etiā
ſup principali negotio.vt in.c.j.j.eod.in.vj.⁊ ꝓcedunt predicta
tam in appellatione ab interlocutoria quā diffinitiua.⁊ ſic reſi-
det Jo.an.⁊ do.Anto.hic.ſed tu potes pleniꝰ dicere prout tā-
git Joā.cal.in.d.c.nicolao.ſi queritur quādo in cauſa appella-
tiōis ſufficiat cōparere corā iudice ad quē ꝑ procuratorem con-
ſtitutum ad impetrandū ⁊ contradicendū:qꝛ aut eſt appellatū
ante diffinitiuā ſententiā aut fuit appellatū a diffinitiua prio
caſu aut appellatio non fuit recepta a iudice nec approbata a
parte aut fuit recepta a iudice vel approbata a ꝑte ſi nō fuit re-
cepta a iudice nec a parte.⁊ tunc aut terminus aliquis nō fuit
ſtatutus ab homine hoc eſt a iudice vel appellāte.⁊ tūc ſufficit
ꝙ appareat ꝑ ꝓcuratorē ad impetrandū ⁊ cōtradicendū vt ptꝫ
in hoc.§.aut terminus fuit ſtatutus ab hoīe.⁊ tunc ſecūdū ali-
quos non ſufficit mittere hoc caſu procuratorē ad impetrāduꝫ
⁊ contradicendum:niſi ſaltem habeat etiā mādatum ſufficiens
ad expediendum articulū appellationis per id quod habetur
in.d.c.nicolao.ſed Hoſt.⁊ Jo.an.hic ⁊ ibi ſequitu[illegible] cal.te-
nent [illegible] hoc caſu non eſt neceſſe talem procuratorē m[illegible]ere.Sꝫ
ſatis [illegible] qđ mittatur procurator habens mandatū ad impetrā-
dum ⁊ contradicendū pro quibus allegat quod habetur.ſ.eod.
ſepe.⁊ [illegible] tex.per quos dicit ſupplendā eſſe decre.nicolao.
[illegible] qđ tūc terminus operetur qđ preueniri nō poterit ꝑ
volente impetrare ꝑ id quod habetur in.c.ſepe non aūt habe-
[illegible] terminī vim delationis vt etiam te[illegible].d.c.nico
lao.⁊.ſ.eo.oblate.Si aūt appellatio fuit recepta a iudice vel a
parte tunc diſtingue eodē modo:[illegible] fuit ſta
tutus ab homine.⁊ tunc ſatis videtur eſſe qđ mittatur procu-
rator habens mādatum ad impetrandū ⁊ contradicendū. ꝑ id
quod habetur in.d.c.nicolao.a cōtrario ſenſu,vel poteſt dici,⁊
hoc ſequitur Jo.cal.⁊ ſic dicit audiuiſſe curiam ſeruare qđ hoc
caſu debet mitti procurator habēs ſufficiēs mandatum ad ex-
pediendū articulū appellationis.ꝑ id quod habetur in iſto.§.
a contrario ſenſu.nec ob.decre.nicolao.quia ſi bene ponderetur
non ponit iſtum caſum ⁊ hoc videtur inſtitutū ad faciliorē ex-
peditionem litium ſecundū eum aut terminus fuit ſtatutus ab
homine.⁊ tūc aut appellatus petijt qđ principales pſone per
ſe vel ꝑ procuratorē ſufficienter inſtructū ad totā cauſam com-
pareāt in curia qñ eſt appellatum ad papam.⁊ tunc nō ſufficit
mittere procuratorē ad impetrandū ⁊ contradicēdū:vel etiam
ad expediendū tantū articulū appellatiōis niſi etiā habeat mā-
datū ſufficiēs ſup principali negotio.j.eo.c.j.lib.vj.aut appel-
latus hoc nō petijt ⁊ tūc quāuis nō teneat abſens cōparere ꝑ
procuratorē habētē ſufficiens mandatū ſup negotio principa-
li tñ ſaltem debet habere mandatū ſufficiens ſuper articulo ap-
pellationis ex quo appellatio fuit recepta vel approbata:qꝛ ſi
tenetur in dicto caſu mittere procuratorē inſtructum ſuper arti-
culo appellationis licet terminus ab homine nō fuerit pfixus
multofortius tenebitur quando fuit prefixus.facit quod habe-
tur in.d.c.ſepe.Secundo caſu principali quādo fuit appellatū
a diffinitiua tunc diſtingue qꝛ aut appellatio fuit recepta a iu-
dice vel approbata a parte aut nō.primo caſu dicas quod non
ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum ⁊ cōtradicen-
dum.Sed oportet ꝙ habeat ſufficiēs mandatum ad ꝓſequen-
dum appellationem ⁊ hoc ſiue terminus fuerit ſtatutꝰ ab hoīe
ſiue nō:quia alias receptio vel approbatio nihil operaretur qđ
eſt contra mētem illius tex.Secundo caſu dicit Joā.cal.quod
ſi terminus fuit prefixus ab hoīe putat qđ ſatis ſit mittere pro-
curatorem ad impetrādum ⁊ contradicēdum:quia hoc caſu ex
quo appellatum eſt a diffinitiua non diſtinguitur articulus ap-
pellationis a negotio principali ⁊ hoc videtur ſecūdum ea ma-
gis iuri conſonum quam id quod no.gloſ.in.c.veniens.ſ.de re-
nuntia.nec ob.ſi dicat ꝙ ſecundum hoc termini prefixio nihil
operatur:quādo appellat a diffinitiua:quia poteſt dici ꝙ imo
operabitur ⁊ habebit effectum ſuum videlꝫ qꝛ non poterit pre-
ueniri ab aliqua partium.ſ.eo.ſepe.⁊ in.c.oblate.⁊ idē intelli-
gas repetitū in alijs mēbris ſuperiꝰ dictis. ¶ Itē aduerte qđ
ſi terminus eſt pfixus eo caſu quo ꝓſecutio habet fieri in curia
operatur etiā alium effectū quia non erit neceſſe abſentē citari
cum habeat vim citationis vt in.d.c.ſepe. ¶ Item intellige ꝙ
poterit procedi contra abſentē in caſibus de quibus predixi:qñ
pars inſtat vt ꝓcedātur alias ſatis eſſet abſentem condēnari
in expēſis.per id qđ habetur in preallegato.c.nicolao.et.ſ. eo.
reprehenſibilie.⁊ per predicta etiam patet ꝙ in hoc caſu quādo
nō fuit recepta appellatio per iudicē nec per partem ⁊ appella-
tum fuit a diffinitiua.qđ ſufficiat multofortius mittere ꝓcura-
torem ad impetrādum contradicendū ſi terminus non fuit ſta-
tutus ꝑ ea que ſuperius dixit.Et predicta ītellige vera ſaluis
appellationibus interpoſitis in cauſis beneficialibꝰ in quibus
dic vt habet in.c.j.⁊.c.cupiētes.de elec.in.vj.Nā in illis ſeruan-
dū eſt ꝙ habetur in dictis iuribus.⁊ tene mēti predicta quia ꝑ
ea habes declaratum hūc.§.⁊.c.nicolao.⁊ etiam.c.ſepe.⁊ quod
tāgitur in.c.veniens de renuntia.

1 ☞ Appellans renuntiare poteſt appellationi ante proſecu-
tionē inchoatam ſecus poſt cōmiſſionem.⁊ nu.4.
2 Renuntians appellationi condēnatur in expenſis quas fecit
aduerſarius.
3 Appellationi renūtiare an poſſit appellās ſi iudex appellatio-
nis delegauit cauſam.
5 Appellationi renūtiare in cauſis beneficialibus an liceat ⁊ qđ
de alijs appellationibus.

**Ille denique.** Poteſt appellans ante cōmiſſio-
nem appellationis renūtiare ap-
pellationi ⁊ petere ſe remitti ad iudicē a quo condemnabit ta-
1 men in expēſis appellato.h.d. ¶ †Nota primo qđ ante cōmiſ-
ſionem appellationis pōt appellans renuntiare appellatiōi.⁊
ſic no.a contrario ꝙ poſt cōmiſſionem nō videt poſſe renūtiare

Ayuntamiento de Madrid

2 de quo. poſt gl. ¶ † Jtem nota quod renũtians appella
tioni cõd natur in expenſis quas fecit aduerſarius. quod limi
tat Abb. eſſe verum quãdo ſimpliciter renũciat. Secus ſi di
cit iudicem eſſe bonũ virum ꝛ ex mente non grauaſſe. ꝛ quod cõ
tentaretur, quod ipſe cognoſceret de cauſa reuocando graua
men: qꝛ tunc non erit locus condẽnationi expenſarum: ratio qꝛ
non ſimpliciter renuntiat, ſed demum ſi reuocetur grauamẽ.
Extra glo. legit hic Joã. and. poſt Jnn. ꝛ Hoſt. quid ſi iudex
3 appellationis delegauit cauſam. † An poterit tunc appellans
renuntiare videtur quod non per iſtum tex. a contrario ſenſu.
ſed Jnno. hic tenet contrarium: quia quo ad hoc vt poſſit re
nuntiari, ꝛ peti remitti cauſam ad iudicem a quo non eſt ius, ſe
cundũ eum, an cauſa ſit cõmiſſa vel non. Sed bene refert quo
ad hoc vt ſciatur a quo peti debet remiſſio quia ſi iudex cõmiſit
cauſam non debet peti ab eo. vt remittat cauſam ad iudicem a
quo ex quo cauſa iam eſt commiſſa: niſi ipſe iudex committens
haberet poteſtatem reuocandi remiſſionẽ. Sed a delegato be
ne poterit peti remiſſio etiã ſi fuerit cauſa delegata per papam
ex eo ꝙ nullus videtur effectus ſi reſiſtat petenti remiſſionem:
quia de facili poterit per aliam viam obtinere videlꝫ non pro
bando veritatem cauſe, ꝛ ideo debet audiri: ſi non fuit delatum
appellationi, ꝛ ſecundum hoc dum litera dicit cuius nondum
eſt ꝛc. videtur ſupplendum maxi. ꝛ ſecundum hoc ſtat cõcluſio.
4 † quod appellans poteſt renuntiare appellatiõi etiam poſt pre
ſentationem factam de illa ꝛ etiam poſt cõmiſſionem ipſius ap
pellationis licet poſſit condẽnari in expẽſis aduerſario. legitur
in. l. ſi quis libellos. C. de appellatio. ꝛ maxime Bar. dicunt qͦ
appellans poteſt renuntiare appellatiõi quatenus tẽdit ad ſui
cõmodum. Sed non quatenus tenderet ad cõmodum appella
ti in eius ꝑiudicium. per id quod habetur in. l. ſi. C. quãdo ꝓuo
care non eſt neceſſe. ꝛ ideo poterit appellatus ꝓſequi inuito ap
pellante appellationẽ ſi velit obtinere emendationẽ ſententie,
vel condẽnationẽ expenſarum ſecundũ id quod habetur in. d. l.
ſi. ꝛ in. l. ampliorem. C. de appel. Joan. and. in Spe. de appel. §.
in quibus, ver. xxiiij. ꝛ verſi. quid ſi victus in additio. ſuper di
ctis verſi. recitat Guido de ſuzaria tenuiſſe in. d. l. ampliorẽ. ap
pellantem poſſe recedere ante ceptam appellationẽ p. d. l. ſi qs
libellos, Sed non poſt illã ceptam p. d. l. ampliorẽ, ꝛ hoc etiã vi
detur ſequi Archi. ij. q. vj. ſi quis libellos. vbi etiã videt velle ꝙ
ſatis dicatur cepta quãdo terminus fuit ſtatutus ab homine
cũ habeat vim citatiõis. s. eo. in. c. ſepe. potes cõcludere, lꝫ do.
5 Anto. hic ſatis innuet ꝙ aut querimus † an licitum ſit renũtiare
appellationi in cauſis bñficialibus aut in alijs. primo caſu dic
vt habetur tex. ꝛ gl. in. c. quãuis. de elec. in. vj. in verbo partibꝰ.
vbi videtur velle litera ꝙ de cõſenſu vtriuſqꝫ partis poſſit renũ
tiari, ꝛ ſic non per ſolum appellantem. Sed gloſſ. ibi tꝫ contra
rium. qͦ imo ſufficiat appellantẽ renuntiare p hunc tex. Hoſt.
tñ in. c. ſi. j. de fal. videt inherere litere in. d. c. quãuis. ꝛ requirere:
ꝙ ambo conſentiant, ꝛ plus dicit. qͦ non poterũt etiã recedere
ſi appellatio ſit ꝓſentata iudici appellationis ſine ipſius licẽtia
ne ſibi illudatur. facit qͦ habet in. c. bone. ij. s. de poſtula. prela
to. ꝛ hec opinio magis conformatur litere in. d. c. quamuis.
tamen forte gl. ſeruatur in practica. ¶ Si aũt queritur de alijs
appellationibus tunc ſi appelatũ eſt in maioribus cauſis q̃ ſui
natura ſpectant ad papã. ꝛ tunc dicit Hoſt. in. d. c. ſi. qͦ. nõ põt
appellãs recedere ex quo ſui natura cauſe ſunt tractãde corã pa
pa. p id quod habet. s. eo. vt debitus. Si aũt querit de alijs cau
ſis inferioribus q̃ nõ ſint beneficiales ꝛ tũc aut appellatus non
vult vti appellatione nec eſt aliquod ius q̃ſitũ ex illa. ꝛ tunc vr̃
ꝙ poſſit renũtiare appellationi antequã cã ſit cepta. ꝛ ſic ante
quã appellatio ſit ꝓſentata ſuperiori. ꝛ idẽ ſi ſit preſentata ꝛ cõ
miſſa ſi nondũ citatus eſt aduerſarius: nec habet ꝓ citato quia
ante citationẽ reſcriptũ delegationis nõ eſt cõmune. ꝛ põt illud
lacerare impetrãs in. c. ex cõqueſtione. de reſti. ſpo. vbi p Jo. an.
poſt Hoſt. intellige tamen ꝙ cõdẽnabit in expẽſis aduerſario
ſi quas fecit p hũc tex. Si aũt cauſa fuerit cepta p citationẽ vel
qꝛ ſtatutus fuerit terminus q habeat vim citationis. ꝛ tũc nõ
vr̃ poſſe renuntiari inuito appellato, p id qͦ habet in ſimili in
aut. q ſemel. C. qñ ꝛ qñ iud. ſecus qñ nõ eſſet facta citatio, lꝫ fa
cta eẽt ꝓſentatio vl̃ cõmiſſio. vt ſuperiꝰ eſt dictũ, ꝛ facit qͦ not.
gl. in. c. vt debitꝰ. s. e. aut ius fuit q̃ſitũ appellato ex appellatiõe
puta petẽdi cõdẽnationẽ expẽſarũ q̃ fuit omiſſa p iudicẽ a quo
ſecundũ. l. ſi. C. qñ ꝓuo. nõ eſt ne. vel petendi emendationem
ſententie. ſi forte dicat in minori quãtitate latã fuiſſe ſententiã
quẽ ferri debuerit ſecundũ. l. ampliorẽ. C. de appel. ꝛ tunc licet
Bar. videatur velle in. d. l. ſi quis libellos. ꝙ non poſſit renũtia
re ad preiudicium appellati: tñ hoc videt limitandum niſi re
nuntietur. j. decem dies datos ad appellandum ſciente appel
lato: quia tunc non intereſt appellati cũ poſſit ipſe tũc appella
re ex quo durat tempus decem dierum. ꝛ ipſe appellans renun
tiat. ꝛ ſic habetur pro non appellãte. vnde vr̃ quod ꝓſit tunc
appellatus appellare ſicut ſi appellans nõ appellaret p ea que
habentur in. d. l. ſi. Si aũt lapſum eſſet tẽpus datũ ad appellan
dum: tunc qꝛ precluſa eſſet via appellato appellãdi ꝛ etiam fuit
impeditus appellare ꝓpter appellationẽ appellãtis. vt ptꝫ in
d. l. ſi. ideo nõ poterit tunc appellans renuntiare appellationi
ad ꝑiudicium appellati. quominus poſſit ꝓſequi appellationẽ
ad finẽ cõſequẽdi condẽnationẽ expenſarũ ꝛ hoc etiam tenuit
Joã. an. in additio. predicta. p quo etiã bene facit quod habet
in. l. ſi poſt mortẽ. §. ſi. ff. de cõtratab. ꝛ in. l. petẽdc. C. de tempo.
reſtitu. in integ. ſecus tñ dicit Jo. an. in additio. ꝓdicta. quado
appellatus vellet ꝓſequi emendationem ſentẽtie: qꝛ non pote
rit ſi appellans renuntiet ante ceptã cauſam. ꝛ imputet ſibi ap
pellatus quare nõ appellauit: quatenus ſentiebat ſe grauatum
a ſententia que ratio ceſſat in caſu precedenti: qꝛ nõ potuit ap
pellatus appellare ꝓpter omiſſam condẽnationem expẽſarũ
qñ appellans appellauit a ſententia. vt ptꝫ in. d. l. ꝛ ſic tranſit ẽt
hic do. Anto. ſed Bar. in. d. l. ſi qs libellos. tenet etiã hoc caſu
nõ poſſe renuntiari appellationi ad preiudicium appellati. ex
quo ius fuit ſibi q̃ſitũ ex illa appellatiõe. ꝛ hec opinio videtur
verior de iure p ea que habent in. d. l. petẽde. cum ibi not. ꝑ doc.
ꝛ in. d. l. ſi poſt mortem. §. ſi. de cõtratabu. ꝛ tene menti ꝓdicta.
quia plenius habes hic examinatũ hunc articulũ q̃ alibi reperi
rias. ꝛ plus dicit Bar. in. d. l. ſi quis libellos. qͦ nõ põt appel
lans renuntiare appellationi inuito appellato quominus cã
principalis ſit tractãda coram iudice ad quẽ qꝛ ſcd̃m eũ videt
ius q̃ſitũ ipſi appellato. ꝛ ideo nõ videt poſſe tolli eo inuito. p
id qͦ habet in. l. ſi poſt mortem. §. ſi. ff. de contratab. Sed certe
iſtud dictũ nõ videt verũ qꝛ qͦ cauſa principalis veniat tractã
da coram iudice ad quẽ, ſi appareat bene appellatum, fuit intro
ductum in fauorem ipſius appellantis: qui poterat ꝓtendere ſi
bi ſuſpectum iudicem a quo ratione grauaminis. s. eod. ad hec
ſi in vna que ratio ceſſat in appellato: qꝛ non poteſt dicere ſe ha
bere iudicem a quo ſuſpectum cum ille pro ipſo ꝓnũtiauit. fa
cit qͦ no. glo. ij. in. §. precedẽti. Preterea appellatus poſſet nõ
ꝓbare cauſam appellationis ab interlocutoria. ꝛ ſic cauſa eſſet
remittenda ad iudicẽ a quo: ergo eadem ratiõe poterit renũtia
re appellationi ſi voluerit etiã inuito appellato quo ad hoc vt
iudex a quo habeat cognoſcere de ꝑncipali. ꝛ predicta intellige
vera ſi non fuit delatũ appellationi per iudicem a quo. Si autẽ
fuiſſet per ipſum delatũ tũc nõ poſſunt partes etiã ambe con
ſentiẽtes recedere ab appellatione ꝛ redire ad iudicem a quo ni
ſi iudex ad quem conſentiat ꝛ cauſam remittit vt in. c. cum ap
pellationibus. j. eo. in. vj. ¶ Jtem aduerte quia Hoſt. in. c. fin.
j. de crimine falſi. videt inherere verbis huius litere vbi appel
latur in alijs cauſis q̃ beneficialibus videlicet vt ita demũ poſ
ſit appellans renuntiare quando appellatio nõdum eſt recepta
ſeu cõmiſſa p iudicem ad quem. alĩs ſecundum eum non poſſet
renuntiare niſi iudex conſentiret. ſed Jnno. hic. ꝛ Joã. an. poſt
eum tenuerunt contrariũ dicentes ad literam ſupplendum eſſe
maxime. ꝛ hec opinio videt verior p rationem etiam quam ſu
perius dixi poſt eos. lꝫ opinio Hoſt. magis litere cõformetur.
¶ Ultimo aduerte: quia domini de Ro. ſua concluſione. xlv.
tenent qͦ licet dãnandus ſit appellans in expenſis quas fecit
appellatus in ꝓſequenda appellatione forte in mittẽdo procu
ratorem ad ꝓſequendũ vel aliam expenſam faciendo propter
appellationem ſi appellans ipſe non fuerit ꝓſecutus vt patet
s. eo. ſepe. ꝛ. c. rep̄henſibilis. ꝛ. c. nicolao. tamen ſecus dicũt. Si
fecerit expenſas appellatus in faciendo pronuntiari appella
tionẽ deſertam: qꝛ tunc ſm eos non dãnabitur in talibus expen
ſis ex eo quia ſibi licitum fuit appellationẽ deſerere. ꝛ illi renũ
tiare ẽt inuito appellato ꝛ cõtradicente. ideo cũ hoc faciat ap
pellãs ex iuris ꝑmiſſione nõ debet ledi p ea q̃ habent. de ele. cũ
eccleſia vulterana. ꝛ ſic reſidet do. Ant. hic. Sed aduerte: qꝛ hoc
videt poſſe limitari qñ appellãs nõ cõtradixit: ſꝫ vbi appellãs
cõtradixiſſet: qꝛ tũc fatigaſſet aduerſariũ videt ꝙ tũc ſi ſuccum
bat poſſet in expẽſis condẽnari p ea q̃ habent in. l. ꝓperandũ. §.
ſi autẽ alterutra. C. de iudi. ꝛ. s. de do. ꝛ cõtu. in. c. ſi. qͦ tene mẽ
ti pro limitatione preallegati dicti dominorum de Rota.

1 ☞ Procedi non poteſt in cauſa appellationis etiam ab inter
locutoria contra abſent niſi ſe abſentetẽ cõtumaciter.
2 Lite non conteſt. in appellatione ab interlocutoria procedi
poteſt ad deciſionem et quare nõ exigatur litis conteſtatio.
3 Litis conteſtatio an neceſſario fieri debeat ſuper exceptione.
4 Appellatus qñ dicat cõtumax ita ꝙ contra eum ꝓcedi poſſit.
5 Terminus iuris an habeat vim citationis.
6 Appellatꝰ an poſſit ꝓſeq appellationẽ appellãte abſente ipe
trãte extra curiã vel ꝓſequẽdo in curia qñ ibi eſſet tractanda.

Sane. Jn appellatione ab interlocutoria ꝓcedi poteſt
ad deciſionẽ appellationis etiã lit. nõ conteſta
in articulo

Ayuntamiento de Madrid

1 in articulo appellatiõis:vel in negotio principali.h.d.¶†No.
primo quod in cauſa appellationis etiam ab interlocutoria nõ
poteſt procedi in abſentẽ:ſeu cõtra abſentem:niſi contumaci-
ter ſe abſentet.ꝛ ex hoc no.quod etiam in deciſione appellatio-
nis ab interlocutoria requiritur citatio.ꝛ ſic nõ videtur verum
ſimpliciter,quod dicit Inn.in.c.auditis.ſ.de procurato.facit
2 quod dictum fuit.ſ.eo.in.c.cum ceſſante.¶†Itẽ no.quod in
appellatione ab interlocutoria procedi poteſt ad deciſionẽ etiã
lit.non conteſt.¶Item no.rationem quare non exigitur con-
teſtatio.nam ratio eſt:quia arguitur principaliter iniquitas iu-
dicis:quaſi velit quod tunc principaliter non agitur de reuocã-
do aliquo iure priuato partis.Sꝫ de reuocãdo illud,quod ini-
que factum eſt a iudice.ꝛ ſic nihil peti videtur a parte:ſed po-
tius petitio dirigi cõtra factum iudicis.ideo videtur qđ poſſit
procedi lit.non cõteſt.facit quod no.per legiſtas in auf.ſi ões.
3 C.ſi vt ſe ab hereditate abſtineant.¶†In gl.penul.in fi.Sed
certe glo.in.d.c.prudentiã.§.ſexta.in additio.tenet quod ſuper
exceptione neceſſario non eſt lis conteſtanda.ꝛ ſic non videtur
procedere quod hic dicit glo.Aduerte tamen quia hic nõ ſim-
pliciter agitur de exceptione:ſed agitur de appellatiõe inter
poſita a grauamine ante ſententi m.ideo cum ſit diuerſa inſtã-
tia ab inſtantia cauſe principalis.vt patet ex his que habentur
in.c.ij.de iuramen.calũ.in.vj.ꝛ.l.ij.circa principium.C.de iura-
men.cal.ſatis videtur quod a cõtrario ſenſu huius litere.ſi par
tes ſint preſentes debeat lis conteſtari.ſicut etiã fieri debeat in
diffinitiua:quando partes ſunt preſentes.licet etiam lis fuerit
conteſt.in negotio principali.vt no.per Cy.ꝛ Bar.in.l.j.C.ne
in vna eademqꝫ cauſa liceat ter.prouocare.ꝛ per eundem Bar.
in.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quib.cau.maio.et
iſtud ſatis videtur de iure verum.licet Joan.and.ꝛ do.Anto.
hic non declarent.ꝛ videantur potius velle quod etiam quãdo
partes ſint preſentes non ſit neceſſaria cõteſtatio per not.in.§.
vj.Sed certe ibi gl.nõ loquitur de cauſa appellationis.de qua
loquitur hic tex.Sed quãdo exceptio opponitur in cauſa prin
cipali.quo caſu videtur ſecus quam ſit quando eſt appellatum
per iſtum tex.ꝛ videtur etiam velle Bart.in.d.§.ſed quod ſim-
pliciter.¶In glo.ſi.in fi.potes dicere.qđ licet gl.in ſe bene di-
cat.tamen dici poteſt qđ contraria loquuntur quãdo in negati
ua tractaretur de deciſione negotij principalis. Sed hic tracta
tur de deciſione articuli appellatiõis ab interlocutoria vel gra
uamine quo caſu nõ exigitur conteſtatio:quia nil principaliter
petitur a parte ſed a iudice.vt retractet iniquam ſententiã.fa-
cit quod habetur in dicta auf.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hereditate
4 abſtineant.¶†Extra gl.poteſt dubitari:quando dicef appel
latus contumax ita qđ poſſit contra eum procedi.dic quando
citatus eſt per iudicem appellationis:vel quando habetur pro
5 citato in termino ſtatuto ab homine.ſ.eo.in.c.ſepe.†Sed du-
bium eſt an terminus iuris habeat vim citationis.ꝛ videtur ꝙ
ſic per id qđ habetur in.l.ſi.§.illud.C.de temp.appellatio.ꝛ.ſ.
eo.oblate.ꝛ quia dies videtur interpellare pro homine.j.de lo-
cato.in.c.potuit.etiam hoc videtur tenere Hoſti.dicens quod
nõ debebit repente procedi:ſed expectari.per id quod habetur
ſ.titu.j.cum bertol.ſ.eo.per tuas.dicit etiam quod querẽdus
erit in curia ſi appellatum ſit ad papam.ꝛ ſi ne reperiatur ſiue
non poterit procedi ad expeditionem negotij appellationis.et
dãnabitur in expenſis ſi fuerit abſens.allegat quod habetur.ij.
q.ij.appellatorẽ ꝛ in auf.de his qui ingrediuntur ad appellã-
dum.§.qꝛ etiam.colla.v.ꝛ eodem modo ſecundum eum exami-
nabitur negotium apparente appellatore ꝛ abſente appellato.
vt in auf.vt ſponſa.largi.§.hoc quoqꝫ ſancimus.coll.iv.ꝛ dicit
Hoſt.quod licet aliqui dicant abſentem citandum eſſe a parti
bus.cum hec optio nõ videtur vera quia ius autenticorũ pre-
allegatum dicit abſentem condẽnandum in expẽſis.ꝛ ſic patet
qđ reputat illum contumacẽ.¶Item dicit abſentẽ requirẽn-
dum non autẽ dicit citandum:quando non ſupereſt niſi vnus
menſis de biẽnio vel anno.ꝛ ſic videntur male dicere:qꝛ aliquis
eſſet in longinquis partibus abſens impoſſibile interdũ foret
infra menſem nuntiũ reuerti.dicit tamen Hoſt.ꝙ in curia etiã
erit citandus in eccleſijs vel locis publicis anteꝙ pcedatur:qꝛ
forte poſſet aliquis ſe offerre defenſioni.et ſi ſe offerret deberet
admitti preſtita cautione de iudicato ſoluendo.l.ſeruũ quoqꝫ.
§.publice.ꝛ.§.ſi.ff.de procurato.vel vbi eſſet cauſa in qua non
poſſet cõmitti cautio de iudicato ſoluendo.deberet tũc caueri
de rato ſub certa pena ſecundum no.ſ.de offi.deleg.coram.ſed
6 do.Anto.hic dicit clarũ eſſe†quod appellatus põt proſeq ap
pellationem abſente appellante impetrãte extra curiã:vel pro-
ſequendo in curia quando ibi eſſet tractata.Sed ſi dubitaf an
terminus iuris habeat vim peremptorij.ita quod nõ exigatur
alia citatio.dicit qđ lꝫ Hoſt.videaf velle qđ ſi facta requiſitio-
ne in curia de ipſo abſente ꝛ citatiõe in locis publicis tñ ipſe di
cit qđ ita demum terminus iuris habebit vim peren…
appellatus vel appellãs aliquo caſu poteſt pſequ… ellatio
nem poſt terminũ iuris per ea que no.ſ.eo.in.c.ſep… tas cum
tꝫ minus iu… detur ad finiẽdum:non poteſt habe… per-
emptorij quo ad pſequendum ſecundũ eũ cũ p… nõ poſ-
ſit fieri proſecutio.vt etiã voluit Jo.an…d.c.ſe… ꝛ ideo dixi
ꝙ requiritur citatio ſi procedaf ante terminũ iu… amen po-
tes cõcordare opiniones.qꝛ aut appell… latus vult
procedere qñ ſolũ ſupereſt vnus menſis … bienniũ.et
tũc procedat opi.Hoſti.qꝛ pro illa … auf.ſuperius
allegata.aut appellãs vult proc… terminũ.et
tunc procedat opi.Joã.an.ꝛ do.Anto.qꝛ … nõ poterit niſi fa
ciat citari reum etiã in partibus … ſic nõ ſ… ſiciat requirere.eũ
in curia per id qđ dictũ fuit.ſ.eo.in.c.ſepe… etiam per rationẽ
Jo.an.appellatus autẽ non videtur poſſe inſtare ꝛ procedere
niſi demũ qñ ſupereſt tantũ vnus menſis ex anno vel biennio.
vt etiam dictum fuit.ſ.eo.in.c.e… c.Qualiter autẽ pote
rit cõſtare parte abſente fuiſſe ap… m.dicit Inno.ꝙ bene
poterit conſtare per acta ꝛ per inſtrumenta.ꝛ ſi nõ conſtabit de-
cernetur appellatio nulla.ꝛ ſi quo d… incurrat abſens pro-
pter defectum probationis vel allegationum impute ſibi cõ-
tumax.dicit etiã qđ poterit apparere de appellatiõe per te-
ſtes.qđ videtur pcedere quando non eſſet neceſſaria ſcriptura
in appellatione.vt qñ eſſet appellatum a diffinitiua viua voce.
l.litigatoribus.C.de appellatio.dicit tamen hic Innocen.qđ ſi
non fuit delatum appellationi appellatus qui nõ compareret
non deberet reputari cõtumax:qꝛ in hoc caſu non reputaref cõ
tumax appellans.ſi non venit vbi non fuit delatũ appellatio-
ni.ꝛ ſic multominus reputandus eſt cõtumax appellatus ſi nõ
venit.ꝛ ſic reſidet Jo.an.ꝛ do.Anto.ſed aduerte qꝛ cõtrariũ vi-
detur voluiſſe Inno.ſ.in.§.j.huius decre.vbi aperte voluit qđ
lꝫ non ſit delatum appellationi poſſit tamen procedi cõtra ap-
pellatum contumacem.ꝛ ſic nõ comparentem:ſed potes ſaluã-
re opiniones vt ibi dixi.qꝛ ſi iudex ad quem ſciuit nõ fuiſſe de-
latum procedat ꝙ hic dicit.ſecus vbi ignorauit:qꝛ tunc pcedit
qđ ibi dicit vt poſſit pcedi ꝯtra appellatũ.ſi nõ ꝯpareat ex quo
conſtat de appellatione.Sed vbi cõpareret nõ poſſet pcedi in
ipſa appellatione in curia inuito ipſo appellato.ex quo nõ fuit
appellationi delatum.nã ſufficit tunc mittere pcuratorem ad
impetrandum ꝛ contradicendum.ſ.eo.nicolao.

1 ☞Clauſula in fine poſita videtur ſe extendere ad oĩa prece-
dentia ſecus quando ponitur in medio.ꝛ nu.3.
2 Clauſula appellatione remota an aliquid operetur.

**Inquiſitioni.** Clauſula appellatiõe re-
mota in medio clauſula
rũ ſeparatarũ poſita referf tãtũ ad precedẽtia nõ ad
1 ſequẽtia.h.d.¶†No.j.ꝙ clauſula ĩ fine poſita videf
ſe extendere ad oĩa precedẽtia.ſecus vbi eſt in medio poſita:qꝛ
tunc videf reſpicere precedẽtia ꝛ nõ ſequẽtia.ꝛ ſic tũc nõ reſpi-
cit oĩa poſita in reſcripto.qđ qualiter debeat intelligi tangef in
2 glo.ꝛ ſuper ea dicef.¶†Ultimo p iſtum tex.dicit Hoſt.neceſ
ſario eſſe dicẽdũ clauſulã appellatiõe remota etiã hodie aliqd
operari.qꝛ hec decre.emanauit poſt decr.vt debitus.ꝛ tamẽ ſit
mẽtio de ipa clauſula.Si aũt nihil operaref fruſtratoria eſſet de
ciſio huius decre.qđ nõ eſt dicẽdum.de quo plene dictũ fuit in
d.c.vt debitus.alia aũt iura que pcedunt decre.vt debit⁹ non
ſic pbant.qꝛ poſſet dici ꝙ illa procedebãt ſecundũ ſua tẽpora.
3 ¶In gl.j.in fi.Joã.an.dicit ꝙ nõ põt bñ tradi certa regula vel
doctrina in hac materia eo qꝛ ꝑn diuerſitatẽ caſuũ ꝛ mate-
rie qñ clauſula reſpicit oĩa pcedẽtia ꝛ ſeqnẽtia.vt in.l.ſi ſeruus
pluriũ.hic alleg.ꝛ.l.talis ſcriptura.ĩ fi.cũ ſequẽti.de leg.j.Quãqꝫ
illud quod pmittit intelligif repetitũ in ſequẽtib⁹.vt in.c.apo-
ſtolus.alleg… gl.ꝛ.l.titia.§.idẽ rñdit.ff.de ver.obli.Quãqꝫ etiã
mediũ trahif ad oĩa extrema.l.iij.§.filius.de lib.ꝛ poſth.Spec.
in ti.de inſtrumentoꝝ edi.§.nũc videndũ.v.itẽ excipe nititur dare
certã doctrinã.ꝛ Jo.cal.hic poſt eũ.Tu potes dicere.vt etiam
tãgit.d.Ant.ꝙ qñqꝫ qrif an qualitas poſita ĩ pncipio itelligaf
in ſequẽtib⁹ repetita.tũc ſi qrif ĩ vltimis volũtatib⁹ dicẽdũ ẽ vt
habef in.l.lꝫ iperator.ff.de leg.j.ꝛ in.l.in repetẽdis.de leg.iij.ꝛ
in.l.ſcie.§.cato.ff.de fun.inſtru.ꝛ in.l.iulius paulus.ff.de cõd.ꝛ
demon. In Scrib⁹ aũt dic vt habef in.l.ſi ita ſtipulatus.§.chry-
ſogonus.vbi etiã p Bar.ff.de ver.obli.In diſpoſitione aũt le-
gis vel ſtatuti.dic vt per Bar.in.l.j.ff.de publicanis.ꝛ in.l.ptor
§.ex differẽtia.ꝛ ibi plenius.ff.vi bono.rapto.Quãdoqꝫ qritur
an clauſula in principio ĩ medio vel in fi.poſita referaf ad oĩa.ꝛ
hec pprie eſt materia decre.quo caſu potes dicere.qđ aut appo
nit in principio vel in fi.ꝛ tũc in dubio dꝫ referri ad oĩa ſi nõ eſt
dare ratiõẽ diuerſitatis.l.j.C.de libe.prete.ꝛ in.d.l.talis ſcri-
ptura.de legatis.j.Secus ſi eſſet dare rationẽ quare magis ad
vnũ ꝙ ad alia referref vt ptꝫ in.d.l.j.ꝛ põt eſſe rõ diuerſitatis

Ayuntamiento de Madrid

recedẽtibus vel ſequentibus erat ſpecialiter puiſũ ... cõtinet clauſula:qꝛ ad talia ſpecialiter puiſa non referuntur.l.ſi quis.ff.de verb.obli.ꝛ.l.que heredi.§.qui patrem.ff. ... Jtẽ ſi precedentia eſſent contraria clauſule ... rietatis non referentur.l.ſi idem.cum eo.ff.de iu... Jtem ſi ex relatione clauſule ad aliquid precedẽs vel ſequẽs ... diſpoſitio inutilis.tũc ad alia non debet referri clau... hoc non ſuadet ratio.l.cum vulgari.ff.de ... non eſt dare rationem diuerſitatis referri ad oia ... etiam Joan.cald.dicit.qꝺ quãdo in principio ... reſpiciat proximũ qꝺ ſequitur ... non videt verum.per id qꝺ habetur in.c.olim.ad ... ſt.ꝺ.l.ij.C.de liberis preteritis. ... in dubio debet referri ad oia qñ non eſt dare rõnem diuerſitatis.Si vero ... clauſula in medio.ꝛ tunc aut ſui natura ... precedere.ꝛ tũc habet perinde ac ſi precederet.ſ.de reſc. ... ione idem dicendum ſi ſui natura haberet ſequi ... rinde ac ſi eſſet ſecuta.Si autẽ clauſula ſui natura non habet precedere vel ſequi ꝛ tũc aut ponitur in medio vnius capituli ... ꝛ ſic inter partes eiuſdem capituli.ꝛ tũc ... l.iij.§.filius.cum ibi no.ff.de liber. ꝛ poſth. ... in medio plurium capitulorum.ꝛ tunc aut ſunt capitula ... reſpicientia vnum tantum.ſeu vnum negotium ꝛ tunc refertur ad omnia.ſ.eo.in.c.ij.requiris.ꝛ hoc etiã tangitur in glo.aut ſunt capitula diuerſa reſpicientia negotia.ꝛ tunc ſolum reſpicit precedentia:non autem ſequẽtia ne vt probatur in textu iſto,ſaluo niſi clauſula fuerit reiterata in fin.vt hic dicitur.ꝛ ad id quod dixi.ſ.quod vbi clauſula apponitur in fine literarum reſpicit capitulũ cui adijcitur.ſi alia habeant ſuam determinationẽ bene facit qꝺ habetur.j.de dona. cũ dilecti.ꝛ de magiſtris ſuper Spe.ſi aũt non habeã ſuã determinationẽ referet ad oia niſi non eſſet dare rationem diuerſitatis.vt.ſ.dixi.ꝛ probatur in.c.olim.ſ.de reſcrip.ꝛ in preallegata l.j. C.de liberis preteritis.

1 ☞Sententia pro vno lata in cauſa appellatiõis quando habeat alijs prodeſſe.

2 Victoria vnius appellantium quandoqꝫ prodeſt alijs.

**Vna ſententia.** Appellatio vnius prodeſt alteri,ſi cõmuni iure iuuetur.ꝛ ſit idez negotium.ꝛ eadem defenſionis cauſa.ꝛ in eadem ſententia ſint cõdẽnati. h.d. Et nõ diuidit. ☞ ꝉNo.j.ex tex.multa requiſita ad hoc vt ſententia pro vno lata in cauſa appellatiõis habeat alijs prodeſſe que patet etiam ex ſummario.ꝛ de materia etiam in.l.ſi quis ſeparatim. in prin.ꝛ in.§.fi.ff.de appel.ꝛ in.l.ij.C.ſi vnus ex pluribus appellauerit. ☞ ꝉJn glo.j.ibi ꝛ corporalis hoc verbũ poſuit glo. ſequẽs opi.quorũdã q dicũt ꝙ in re incorporali non hꝫ pdeſſe victoria:niſi qñ ius eſt indiuiduũ p.l.loci corpus.§.fundus.ff. ſi ſer.vẽ.Sꝫ certe hec opi.nõ placuit gl.nec Bar.in.l.ſi quis ſeparatim.§.fi.ff.de app.ex eo qꝛ in iuribus incorporalibus diuiduis,vt eſt vſuſfructus:magis deberet prodeſſe ſentẽtia lata p vno ꝙ in reb⁹ corporalib⁹.qꝛ in vſufructu habet locũ ius accreſcẽdi etiã poſt emolumentũ acqſitũ.qꝺ non eſt in alijs.l.j.in fi. ff.de vſufructu accreſendo. ☞ Jn ea.gl.ibi ſeparatione recipit. ſupple ꝛ vna ſententia fuerunt condẽnati,ſecus ſi diuerſa.vt in l.ſi quis ſeparatim.in prin.ff.de appel.ꝛ approbatur hic a ↄtrario ſenſu Bar.tamen in.d.l.ſi quis ſeparatim.dixit ꝙ licet plures eſſent ſententie.ꝛ non vna.ſi tamen vna fuit probatio cõtra omnes.ꝛ eadẽ ſit cauſa defenſionis ꝛ concurrãt alia hic requiſita.appellatio vnius proderit alteri per.d.l.ſi qs ſeparatim.in verbo ſed cum aduerſus.Sed certe ibi nõ dicitur ꝙ plures fuerint ſententie.vnde poteſt intelligi ꝙ vna fuit ſententia ꝛ ſic ẽt videtur eſſe de mente glo.in.d.l.ſi quis ſeparatim.ꝛ ſic communiter etiam videtur intelligi ille tex.vnde hoc dictũ Bar. non videtur tutum licet do.Ant.ſic tranſeat cum illo. ☞ Jn ea.gl. ibi omnibus prodeſt:hoc verum intellige qñ vnus tantum appellauit,ſecus ſi alij etiã appellaſſent:qꝛ tũc victoria vnius nõ prodeſſet alteri.vt voluit Bar.in.d.l.ſi quis ſeparatim.§.fin.ꝛ bene facit qꝺ ibi no.per glo.ꝛ in.l.a ſententia.eo.titu.idẽ vnus tantum appellauit.Sed alter expreſſe approbauit ſententiã:qꝛ tunc habet ſibi nocere factũ propriũ.vt etiaꝫ no.Bar.in.d.§.fi. idem ſi tacite approbabit ſententiã.vt qꝛ ignorans conſociũ appellaſſe non appellauit.j.decem dies.nã tunc victoria appellantis non proderit ſibi.facit quod no.gl.in.l.iij.ff.eo.Secus ſi ſciebat conſocium appellaſſe:qꝛ tunc nõ videtur approbare ſententiã.Sed potius eſſet confiſus de appellatione conſocij,que ex prouiſione iuris habet ſibi prodeſſe.vt etiã no.idem Bart.in.d. §.fi.nã tũc ſentẽtia lata pro appellante proderit conſocio cõcurrẽtib⁹ his que hic dicunt etiã ſi appellans dixerat ſe appellaſſe ſolo reſpectu ſui intereſſe:qꝛ nihilominus effect⁹ victorie extẽdetur ad alium.per id quod habet in.l.ſi poſt mortem.§.fi.ff.de contratabu.nec ob.qꝺ habetur in.l.ꝛ p iuſiurandũ.§.ſi legatorum.ff.de acceptilatiõ.ꝛ in.l.ſi cum exceptione.§.labeo.ff.quod me.cau.vbi acceptilatio que alias extẽditur ad alium ſui natura nõ extendetur ſi cõſtet de mente oppoſita:qꝛ ibi loquitur in acceptilatiõe que ex volũtate agẽtis regulatur.ſecus in ſententia ꝛ eius effectu.vt.l.nõ põt.ff.de fur.ꝛ bene facit quod no.gl. in.l.ſi diuerſa.C.de tranſac.de quo per Bar.in.d.§.fi.nũqd aũt concurrentibus his que hic dicũtur ſententia lata in principali cauſa cũ vno proderit alteri.gloſ.in.d.l.ſiquis ſeparatim.ff.eo. dicit ꝙ nõ.ꝛ ſic ſecus eſt in appellatiõis inſtãtia.ꝛ ratio eſſe poteſt:qꝛ in illa eſt vna ſententia reſpiciens plures.qꝺ nõ contingit in cauſa principali.ꝛ ſententia ſui natura reputatur indiuidua. l.in hoc iudicio.ff.fami.hercifc.Jtem de maiori preiudicio agitur in cauſa appellationis:qꝛ per deſertionẽ inſtãtie totum ius eneruatur.ſecus in cauſa principali.ꝛ iſtam partem tenet Bar. in.d.l.ſi quis ſeparatim.vcꝫ ꝙ aliud ſit in cauſa principali aliud in cauſa appellationis.licet glo.tenuerit vtrobiqꝫ in.l.ſi qs cũ vno.ff.de excep.rei iudi.ꝛ ſi contradicat glo.in.d.l.ſi quis ſeparatim.Sed vt dixi primã gl.tenet Bar.ſaluo niſi agaẽ de re incorporali indiuidua:qꝛ tunc etiam in cauſa principali ſententia lata pro vno ſociorũ habet prodeſſe alteri.l.loci corp⁹.§.ſi fundus.ff.ſi ſerui.vendi. ☞ Jtem aduerte:qꝛ hic loquitur quando plures per vnam ſentẽtiã fuerunt condẽnati.quid aũt econtra ſi plures vicerunt ꝛ contra vnũ appellatur an proderit quo ad alios.glo.in.l.iij.§.j.ff.eo.dicit ꝙ ſic.quod intellige quando appellaẽ cõtra vnũ.ꝛ nõ approbaẽ ſentẽtia quo ad alios ꝛ qñ plures p vnã ſententiã vicerũt ꝛ idẽ ſit negotiũ.ꝛ eadẽ cauſa defenſiõis.p id qꝺ dicit. ☞ Jn ea.gl.ibi victoria minoris pdeſt maiori.ꝛ ſic vult gl.ꝙ lꝫ de iure ſpeciali obtineaẽ victoria,tñ in re indiuidua habeat pdeſſe cõſocio.ſꝫ Cy.in.l.j.C.ſi in cõi cadẽqꝫ cauſa reſtitutio fuerit poſtulata,tenet cõtrariũ:qꝛ lꝫ bñficiũ etatis habeat prodeſſe cõſocio ad cõſeruandũ ius indiuiduũ.ꝛ ita loquunẽ iura allegata p gl.nõ tñ hꝫ prodeſſe quo ad reintegrãdũ ius indiuiduũ amiſſum.p id qꝺ habeẽ in.l.p fundũ.ff.de ſerui. ruſti.predio.Bar.in.d.l.j.dicit,qꝺ ſi etas allegaẽ ad impediẽdã preſcriptionẽ.ꝛ ſic ad cõſeruandũ rẽ indiuiduã.tunc etas vnius pdeſt alteri etiã maiori.l.ſi cõem.allegata in gl.idẽ ſi allegetur ad ſeruitutẽ declarãdã.d.l.loci corpus.§.ſi fundus.idẽ ſi allegetur ad impediẽdã ſeruitutẽ ſeu ſeruitutis cõſtitutionẽ:qꝛ non põt cõſtitui pro parte.l.pro parte.ff.de ſerui.ſecus ſi allegeẽ ad impediẽdã obligationẽ de ſeruitute conſtituenda:qꝛ tunc etas vnius nõ prodeſt alij vt.d.l.per fundũ.ff.de ſerui.ruſtic.predio. ꝛ ita intelligatur quod no.Cy.in.d.l.j. ☞ Jn gl.fi.Joã.an.ponit alia exẽpla.de quibus hic per eu.Sed hic põt eſſe dubiũ:an ſi appellauit vnus in cauſa huius decre.ꝛ demũ faciat cõpoſitionem cũ aduerſario:an poterit alter conſocius proſequi appellationẽ.nõ obſtãte dicta cõpoſitione.dicas qꝺ ſic.per id qꝺ habeẽ in.l.ſi poſt mortẽ.§.fi.ff.de cõtratabu.qꝛ eoipſo ꝙ vn⁹ appellauit fuit ius queſitũ alteri ex illa appellatione.qꝺ nõ põt tolli p dictã cõpoſitionẽ p ea q̃ habenẽ in.d.l.ſi poſt mortẽ.§.fi.ꝛ in cle. cõſtitutionẽ.de elec.ꝛ facit qꝺ no.in ſpeculo.eo.tit.§.j.ver.qd ſi ille.ꝛ in tit.de appell.§.in quib⁹.ver.xxxij.ꝛ qꝺ dixi.ſ.eo.interpoſita.§.ij.nec ob.l.ſi iudex.ff.de mino.vbi aduerſario nõ prodeſt reſtitutio.ſi minori illi renũtiet.qꝛ ibi reſtitutio fundaẽ ſup fauore minoris.ideo illi põt renũtiare.Sed hic appellatio extẽdiẽ ad conſortem:non ex fauore appellantis ſed ex iuris diſpoſitione,ideo ſecus per ea que habentur in.d.l.ſi poſt mortem.ꝛ in.l.petende.C.de tempo.reſtitu.in integ.cum ibi no.

1 ☞ Metus iuſtus excuſat a forma appellandi a iure tradita.

2 Surrogatum loco appellationis debet exerceri infra tẽpus in quo licitum eſt appellare.

3 Proteſtatio cum expreſſione cauſarũ grauaminis habet vim appellationis.

4 Tempus ad appellãdum datum an currat impedito niſi proteſtetur.ꝛ nu.12.

5 Appellare non timens debet coram iudice a quo appellare ſi eius copiam habeat ſi ante eius copiam nõ habeat appellabit ad quemꝛ ſi neutrius copiam habeat appellabit corã viris honeſtis proteſtando ꝙ non poteſt habere copiam iudicis.ꝛ ſi per metum non audet appellare quid iuris.

6 Appellatio ſi ſit intimata parti vel alias habeat ipſius notitiam licet de illa iudex ignorat non valebit proceſſus.

7 Appellatio facta in abſentia iudicis a quo cauſa legitima non ſubſiſtente non tenet.

8 Appellatio quando interponitur in abſentia iudicis ſi appellatus petat copiam appellationis ſibi dari anteqꝫ appellans proſequatur debeat cogi appellans ad dandum.

9 Cauſa grauaminis debet exprimi quando appellatur ab interlocutoria ꝛ etiã qñ coram bonis viris interponitur appellatio.

Metus in

Ayuntamiento de Madrid

10 Metus in appellando qualiter probari debeat.
11 Copiã iudicis nõ habẽs ſi vult appellare corã bonis viris ſufficit ꝙ coram tribunali iudicis requirat pñtiam ipſius.
12 Tempus datum ad appellandum non currit pti copiam iudicis a quo nec ad quẽ coram quibus appellare poſſit nõ habenti.

a Si iuſtus. Non valens[a] ꝑpter metum corã iudice appellare poteſt in abſentia iudicis cauſas appellationis exꝑmere ſm formã hic deſcriptam. ⁊ hoc habebitur ꝑ appellatione. h.d.
1 ⁊ non recipit commodam diuiſionem. ¶ No. i. ꝙ † iuſtus metus
2 excuſat a forma appellãdi a iure tradita. ¶ Item no. ꝙ † ſurrogatum loco appellatiõis debet exerceri infra tempus in quo licitum eſt appellare. facit. ff. rem ra. ha. in. l. bonorum. ⁊ qđ notat ꝑ gloſſ. in. c. vt circa. de elect. in. vi. ¶ Item not. ꝙ vt appellatio defendat debet interponi in pñtia iudicis ſi fieri poteſt: alias
3 non excuſat appellantem. ¶ Item nota ꝙ † ꝓteſtatio cum expreſſione cauſarũ grauaminis habet vim appellationis quãdo ꝑ metum iudicis non poteſt appellari. ⁊ no. ꝙ ſi metus concludit ad appellationem ⁊ nõ ad ꝓteſtationem debet ꝓteſtari corã iudice cauſas exꝑmendo ſi copiam habeat, ſi autẽ metus concludat ad vtrunqꝫ: tunc ſufficit cauſas grauaminis exꝑmere et ꝓteſtari coram bonis viris, idem ſi non habeat copiam iudicis: nec obſt. ſi dicat. ꝙ ſola ꝓteſtatio non ſufficit ꝑ. l. metum. ⁊ ſic loquitur ſibi bene oportet aliter probari: ſed bene ſufficit ꝓteſtatio de qua hic ſi poſtea de metu docet: qꝛ ſi ꝓbatio voluntatis coadiuuantis etiã ꝓbationẽ metus. ꝟ. qđ metus cau. c. i. cũ ibi nota. an autem ꝓcedat decre. ſiue appellans dederit cauſam metus, vt qꝛ aliquid cõmiſerit ꝓpter qđ habet timere ſiue non. tãgit hic do. Anto. ⁊ lꝫ quidam dicãt ꝙ tex. debet intelligi qñ non dedit cãm metui ꝑ. l. ſi mulier. ſ. reſponſo. ff. qđ metus cau. tamen Io. and. poſt Hoſti. hic tenet oppoſitũ: qꝛ ſufficit ꝙ metus ſit iuſtus hoc eſt talis, ꝙ rationabiliter habeat timere, vt ſic non cõſideretur qualitas grauati: ſed equitas iudicantis, facit qđ habetur. ꝟ. de excep. cum inter. ⁊. ſ. de ſpon. cũ locum. nec obſt. ꝙ habetur in. d. l. ſi mulier. qꝛ ibi timebat id ꝙ de iure poterat inferri: ideo talis metus nõ excuſat. hic aũt timebat id qđ de iure nõ poterat inferri: qꝛ licet pars ꝓuocaſſet iudicẽ: iudex nõ debet habere moleſtũ ſi appellat. facit quod habetur in. l. et in maiorib⁹. C. de appella.
4 ¶ † In glo. i. in ſi. No. bene ex gloſ. que videtur velle generaliter qđ vbi adeſt impedimẽtum currat etiã tẽpus: niſi quis ꝓteſtet. idem voluit glo. in. c. i. ⁊. c. ſi autẽ. ⁊. c. pleriqꝫ. de reſcrip. ⁊ in. c. cupientes. §. qđ ſi ꝑ. xx. de electio. in. vi. potes dicere qđ ſi impedimentum prouenit facto iudicis, tunc debeat fieri proteſtatio. et ita intelligatur iſte text. cum gloſ. ⁊ ſic etiam intelligantur gl. ꝓallega. aut interuenit impedimentum in per[illegible]na illius qui debet actum agere. puta infirmitatis vel abſentie cauſa reipublice. ⁊ tunc videtur ꝙ ſufficiat apparere de impedimento, etiam ſi de alia ꝓteſtatione non appareat cum iura hoc caſu non videãtur illam requirere. facit quod habetur in. l. queſitum. ff. de re iudica. ⁊ in. l. i. ff. ex quibus cauſis maio. ⁊ intellige ꝙ tunc impedimẽtum excuſat niſi eſſet caſus in quo quis teneretur mittere ꝓcuratorẽ. quod quãdo ſit plene legitur ⁊ nota. in. c. querelam. ꝟ. de ꝓcura. ⁊ per Bartol. in. l. i. ff. de diuerſis ⁊ tempora. preſcrip. Aut interuenit impedimentum extrinſecum. puta caſus fortuiti. forte ꝓpter tempeſtatem tẽporum. ⁊ tunc Bartol. in. l. ij. §. qđ diximus. ff. ſi quis cauti. videtur velle qđ requiratur proteſtatio per id quod habetur in. l. qui commeatus. ff. de re militari. Sed certe hoc ibi non ꝓbatur: qꝛ ibi nõ dicitur ꝙ debeat proteſtari. Sed bene dicitur quod ita demum ꝓdeſt impedimentum ſi aliquis infra tempus debitum ſe preparauerat ad faciendum ita: ⁊ tali tempore quod ſi non ſuꝑueniſſet impedimentum potuiſſet actum expedire quaſi ſecus ſi impedimẽtũ interueniret poſt ꝙ iam tanto tempore tardaſſet: quod etiam ſi non fuiſſet impedimentum non potuiſſet actum expedire. quia tunc nõ iuuaret impedimentum, ⁊ iſta eſt propria mens illius text. ⁊ ſic videtur ibi probari quod vbi impedimentum ſuperuenit tali tempore quod poterat actus expediri: quod tunc iuuet impedimentum ſi de illo cõſtet etiam ſi non fuerit facta ꝓteſtatio. ⁊ pro hoc etiã bene facit quod habetur in dicta. l. ij. ꝑ totam. l. ff. ſi quis cautio. ⁊ tene menti predicta quia alibi non reperies ſic declaratum. Ad cautelam autem propter opinio. euitandas bonum eſt ſem
5 per proteſtari qđ ꝑ ſe non ſtat. ¶ † In gloſſ. ij. in ſi. Conclude qđ ſi non timet appellare ⁊ habet copiam iudicis a quo debet corã ipſo appellare. per id quod habetur in text. iſto. ⁊. l. ij. §. dies. ff. quando appellan. ſit canonizata. ij. q. vi. Si autem non haberet copiam iudicis a quo tunc ſi haberet copiam iudicis ad quẽ deberet coram illo appellare dicta. l. ij. §. dies ⁊ tangit hic Innoc. Si autem neutrius ipſorũ habet copiam: tunc poteſt appellare in preſentia bonorum virorum premiſſa ꝓteſtatione quod non poteſt habere copiam iudicis coram quo appellet. Si autẽ per metum non audet appellare: tunc ſi non timet [illegible] coram ipſo iudice debet corã eo proteſtari: ⁊ cauſas g[illegible]ns exprimere. vnde dicebat Innocẽ. ꝙ poterit dicere de[illegible] udex vos grauatis me in hoc ⁊ in hoc. nã licet nõ dico app[illegible] quo per metũ: tamen ex quo cõteſtatus eſt ac proteſtatus cauſas grauamin[illegible] habebitur pro appellante. Si autem timet conteſtari ſeu proteſtari de cauſis grauaminis coram iudice vel non poteſt habere ipſius copiam: ⁊ tunc ſufficit qđ hoc fiat corã bonis viris: vt hic dicitur, ⁊ ex predictis poteſt decidi: an in abſentia iudicis poſſit appellari, ſuper quo fuerunt opi. [illegible] cit ꝙ ſic dũmodo fraudulenter id nõ fiat de quo. [illegible] ⁊ idem videtur voluiſſe Inno. ꝟ. eo. dilectus. cir[illegible] ſi. [illegible] eo. ti. §. qualiter. verſi. cautius. tenet ꝙ valet appellati[illegible] impeditur ꝓceſſus iudicis a quo debebit ſibi intimari [illegible] idem videt voluiſſe Pau. in cle. cauſam. de elec. ⁊ Lappus de [illegible] alleg. xxxix. ⁊ facit quod no. Archi. in. c. appellatio. [illegible] glan. d. c. appellatio. dicit ꝙ ſi habet copia iudicis a quo debe[illegible] corã ipſo appellari ſi non haberet copia illius vel ꝓpter metũ nõ auderet coram ipſo appellare: tũc poteſt in abſentia eius appellari per iſtũ tex. ⁊ ad idem bene facit qđ habet in. d. l. ij. §. dies. ⁊. ij. q. vi. biduũ. et iſta videt verior opi. per tex. preallega. ⁊ per hoc videtur poſſe inferri: ꝙ vbi cauſa ſubſiſtẽte appellat in abſentia iudicis a quo ꝙ tunc valeat appellatio. lꝫ Hoſ. Spe. ⁊ [illegible] Antiani. Fateor tamẽ ꝙ vbi ex cauſa appellatur in abſentia iudicis non impedietur ꝓceſſus ipſius iudicis a quo donec habuerit notitiam appellationis. per id qđ habet in. c. ſi duobus. ꝟ. eo. et ideo tunc cautũ erit facere intimari iudici ipſam appellationẽ: an autem de neceſſitate ſit intimanda parte appellãte. dic regulariter ꝙ nõ: niſi qñ quis intenderet finẽ deuolutionis negotij in curia forte qñ appellatũ eſſet in cauſa electionis ſm ea que habent in c. i. de elec. in. vi. ⁊ in cle. cauſam. de elect. Idem ſi vellet appellationẽ habere vim citatiõis perẽptorie: qꝛ iſtatut⁹ eſſet terminus ad ipſoꝝ ꝓſequẽdã. nã deberet tũc intimari ipſa appellatio ⁊ termini ſtatuitio ipſi appellato: qꝛ tũc cauſa eſt tractanda in curia. vt in. c. cũ appellationibus. de appel. in. vi. facit qđ no. per glo. et doc. in cle. i. de appel. ⁊ vbi dixi debere fieri intimationẽ dicas ꝙ in cauſa beneficiali debet fieri infra menſem ſm formã cle. cãm. de elec. in aliis aũt cauſis nõ reperit bene terminus ſtatutus. vt dixit Lappus in prealleg. tamẽ videt ꝙ debeat intimari tali tẽpore ꝙ poſſint tpa debita ſeruari. vt dicit idẽ Lap. in loco ꝑall.
6 ⁊ facit qđ no. glo. ⁊ Pau. in cle. i. de app. ¶ † Item aduerte qꝛ dicit Lappus in prealleg. alleg. xxxix. ꝙ ſi appellatio ſit intimata parti: vel aliꝰ habeat ipſius notitiã lꝫ de illa iudex ignoret ꝙ nõ valebit ꝓceſſus lꝫ iudex ignorauerit: qꝛ ſm cũ dolus partis ꝓcedentis corã iudice putatiuo: ſeu putante ſe iudicẽ. facit ꝓceſſum nullũ quo ad cõmodũ ipſius doloſi. ꝑ quo alleg. qđ habet. ꝟ. eo. ſi duobus, ꝓ ipſo etiam allegat do. Anto. qđ notauit Io. cal. in c. ad ꝓbandũ. ꝟ. de re indi. vbi videtur velle ꝙ geſta iudicis putatiui ad commodum ſcientis eum non iudicem nõ valent. ad idẽ alleg. qđ leg ⁊ no. in. c. cũ inhibitio. ſ. de clan. deſpon. Sed certe iſtud dictũ nõ videt verũ per ea que habent in. d. c. ſi duob⁹. vbi patet ꝙ licet pars ſciat appellatũ eſſe ad romanũ põtificem. Si tamen iudex hoc ignorat tenet ꝓceſſus ꝙ impetet ſibi citatus q non cõparet ad allegãdum ius ſuum: vt ibi innuit, vnde nec videtur eſſe in dolo pars ſciens que non tenet iura aduerſarij allegare in. c. i. ꝟ. de ꝓba. ⁊ dictum fuit in. d. c. ſi duobus. nec obſt. qđ notauit Cald. in. d. c. ad probandum. qꝛ in alio caſu loquitur qñ vꝫ quis cõicat ſcienter excõicato: quo caſu non eſt equum quod tũc reportet cõmodum ex actu geſto cum id facere nõ debeat. xi. q. iij. cũ excõicato. ⁊ de except. in. c. pia. lib. vi. nec etiam obſtat qđ habet in. d. c. cum inhibitio. qꝛ ibi quo ad alium effectum loquit: vt ibi patet. nec trahi debet illud qđ ibi dicit ad caſum noſtrum: qꝛ eſſet ꝯtra ea que habent in. d. c. ſi duobus. ⁊ hoc puto ꝓcedere ſiue agat de ꝓceſſu punitiuo cõtumacie ſiue principali: qꝛ vtroqꝫ caſu videtur habere locũ dictũ. c. ſi duob⁹. lꝫ do. Anto. hic aliter
7 videat ſentire. facit qđ plene dictũ fuit in. d. c. ſi duob⁹. ¶ † Itẽ aduerte inquãtum dixi. ꝟ. ꝙ ſi appellatio fiat in abſentia iudicis a quo cauſa legitima nõ ſubſiſtente ꝙ nõ tenet, videt etiam hoc idem tenere hic Inn. lꝫ aliter videat ſenſiſſe in. c. dilectus. ad ſi. ꝟ. eo. videt tñ hic velle ꝙ ſufficiat appellare coram iudice a quo vel coram iudice ad quem. ⁊ hoc etiam videt ſequi hic do. Ant. Sed certe hoc non videt verum ſi ſic indiſtincte intelligatur qꝛ demum videtur poſſe appellari coram iudice ad quẽ quãdo non habetur copia iudicis a quo. vt eſt text. in. l. ij. §. ſi quis. ff. quãdo appel. ſit canonizata. ij. q. vi. biduum. in. §. ſi quis. vbi autẽ non haberet copiã iudicis a quo nec iudicis ad quem: tunc premiſſa ꝓteſtatione poſſit appellari coram bonis viris, per id qđ dicitur in hoc. c. ⁊ nota etiam Archi. in. d. §. ſi quis. et ꝑ iſta parte ꝙ vbi habetur copia iudicis non valeat appellatio facta in eius abſentia. bene facit text. in. l. ij. §. dies. ff. qñ appellan. ſit. canonizata. ij.

a ¶ Non valens. ſic i ſũmario ꝓcedit do. abb. et ſi queras qs met⁹ vel timor excuſet ab appellando vel ꝓteſtando diſtingue vt ꝑ ſm Henr. boych.



Ayuntamiento de Madrid

Buiu
q.vi. ſiliusup dicit ꝙ nõ currit tẽpus datũ ad appellandũ quã
dogs n piam iudicis. Si autẽ poſſet fieri in abſentia iudic
deberet e e cuius ꝯtrariũ ibi dicitur, aduerte tñ qꝛ poteſt di
ci ꝙ illud pec dat ſm illa tpa ſm q̃ nõ erat facta ꝓuiſio qͦ poſſit
appellari corã bonis viris, hodie vero cũ ſit ꝓuiſum qͦ poſſit
fieri corã eis, vt hic ꝓpt3 videt̃ qͦ currat tempus. Si non appel
let corã bonis viris ſi poteſt, na3 ſecus ſi nõ poſſet vt quia for
te teneretur in carceribus taliter qͦ non poſſet hoc facere: quia
tunc nõ currit ſibi tempus, vt notauit Cy. in. l. ij. C. de his qui ꝑ
metũ iudicis, qͦ [illegible] debeat fieri appellatio corã iudice, ſi hoc
fieri poteſt. bene probatur tex. iſto coniuncta gl. ⁊ etiam ex di
cto. §. dies. cum ſeq. ⁊ hoc etiam videntur tenere do. de Rota in
ſua conclu. cclx. vbi aperte concludunt: qͦ ſi appellatio fiat in
abſentia iudicis: ita demũ valeat ſi facta fuerit cauſa ſubſiſtente
vt quia non potuit fieri corã iudice propter metũ: vel quia ei⁹
copia haberi non potuit: ⁊ hoc caſu dicunt qͦ ſicut legitima cau
ſa excuſat ab appellando coram iudice: ita etiam excuſat a peti
8 tione apoſtolorũ. ¶ † Nunquid autem quãdo interponitur ap
pellatio in abſentia iudicis: ſi appellatus petat copiam appella
tionis ſibi dari anteꝗ̃ appellãs proſequitur debeat cogi appel
lans ad dandum. tenet hic do. Ant. ꝙ non ex eo quia inſtrumẽ
tum appellationis ex quo adhuc nõ eſt ꝓductum non eſt cõmu
ne, ſed proprium ipſius appellantis qui poteſt appellationi re
nuntiare. ⁊ ideo videt̃ ꝙ cogi non debeat. ⁊ ſic tranſit do. Anto.
Sed certe iſtud dictu3 non videtur verũ: quia ſi appellatus fuit
citatus ſuper cauſa appellationis non poteſt appellans renun
tiare inuito appellato. per id quod habetur in aut. qui ſemel. C.
quõ ⁊ quãdo iudex. ⁊ dixi. ꝫ. eod. interpoſita. §. ij. ⁊ l3 inſtrumen
tum adhuc nõ ſit ꝓductu3, tñ videtur ꝙ debeat ꝓduci vt poſſit
ipſe appellatus deliberare. per ea que notantur in. c. j. de proba.
ex quo ipſe appellatus aliter nõ habet notitiam ipſius appella
9 tionis. ¶ † Jn gloſ. ſi. in fine. aduerte quia vltime due expoſitio
nes procedũt quãdo appellandum eſſet a diffinitiua: ſed prima
expoſitio quando appellandum eſſet ab interlocutoria vel gra
uamine, nam ſicut in appellatione ab interlocutoria vel graua
mine deberet exprimi cauſa grauaminis. ſic qñ corã bonis viris
interponitur appellatio. dicebat etiã Hoſtiẽ. ꝙ ſi appellandum
eſſet a diffinitiua pro reparando grauamine illato ante ſentẽtiã
vbi reparari poteſt per appellationẽ a diffinitiua ſm ea que ha
bentur in. c. fina. j. eo. li. vj. ꝙ tunc deberet exprimi cauſa graua
minis. Sed Jo. and. tenet cõtrariũ: quia ex quo appellandu3 eſt
a diffinitiua: ſufficit ſimpliciter appellare vel dicere ſententiam
iniquã. per ea que habentur in. l. ſcio. ff. de appella. ⁊ qͦ notatur
ꝫ. eo. in. c. cum cauſam. vbi autẽ expreſſio cauſe qͦ eſt quãdo ap
pellãdum eſſet ab interlocutoria vel grauamine ante ſentẽtiam
dicit Inno. ꝙ practica erit ſi timet appellare ꝙ dicat. dñe iudex
vos grauatis me in hoc ⁊ in hoc, ſi hoc audet dicere corã iudice:
quia licet nõ dicat appello: quia non audet tamen ſola expreſſio
cauſaꝝ predictarũ habebitur pro appellatione. l. ij. C. de his qui
per metũ iudicis. et plus dicit ꝙ licet poſtea coram ipſo citatus
compareat ⁊ procedat. non videtur per hoc renuntiare appella
tioni. dũmodo idem timor duret per id qͦ habetur in. c. j. ꝫ. qͦ
metus cau. ⁊ in. l. ij. C. qͦ metus cauſa. vbi autem nõ auderet co
ram iudice etiam dicere verba predicta expreſſiua grauaminis:
tunc poſſet coram bonis viris hoc facere per iſtum tex. ⁊ cautu3
eſt ꝙ fiat corã pluribus cũ hic loquatur in plurali, facit qͦ habe
tur in. c. vt circa. de electio. in. vj. tamẽ videtur ſufficere ſi fiat etiã
coram vno. videtur etiã ſufficere ſi erit coram ſimplici ſacerdo
te, ⁊ etiã ſufficere coram tabellione vel teſtibus vel etiam coram
aliquibus. vt nota. in Specu. de. j. decre. §. iam de effectu. verſicu.
ſed quas appellationes. de quo etiã per Lapũ in predicta alleg.
xxix. Jtem etiã aduerte quia qͦ hic dicitur de cauſis exprimẽ
dis poteſt intelligi de expreſſione cauſarũ propter quas non ap
pellat coram iudice: ſed coram ipſis bonis viris. nam poterit et
debebit dicere ꝙ hoc facit quia timet ⁊ habet iuſtum metũ timẽ
di appellari cora3 ipſo iudice vel poterit dicere ꝙ hoc facit quia
iudicis copiã habere non poteſt, facit quod notauit Bart. in di
cta. l. ij. C. de his qui per metum iudi. ⁊ hec expoſitio etia3 eſt bo
na: quia iſta cauſa ſemper debet exprimi, ſed an cauſe grauami
nis debeat exprimi dicendum ꝙ nõ ſi appellãdum eſt a diffiniti
ua. ſecus ſi ab interlocutoria. vt voluit gl ⁊ ſuperius eſt dictum.
10 ¶ † Extra gl. tangit hic Jo. an. qualiter poterit probari metus
in caſu decre. ⁊ cõcludit ꝙ poterit probari ꝓbãdo ꝙ iſte erat iu
dex qui cõſueuit appellantes indifferenter capere ⁊ carcerare. fa
cit quod habetur in clemen. frequens. de exceſ. prelato. ⁊ in. l. vel
vniuerſorũ. ff. de pigno. actio. ⁊ cũ ſimilibus. Jdem dicit Barto.
in. l. de pupillo. §. ſiquis ipſi pretori. ff. de ope. no. nuntia. vbi etiã
dicit ꝙ ſi probetur iudicem fuiſſe minatum appellanti ſi appel
laret ꝙ aliud ſufficit: per id quod habetur in. l. j. C. ſiquis impe
ratori. maledixerit. nõ ſufficit tamẽ ſm eum probare ꝙ alias ſo
lum debet male tractauit vnum appellantem per. l. quid ſit fugi
tiuus. in princi. ff. de edil. edic. nec ſufficit probare ꝙ vno officio
hoc fecerit ſi nõ probatur ꝙ hoc fecit in eo officio, de quo agitur
per. l. iij. §. queri poteſt. ff. de ſuſpectis tutori. Nec ſufficiat etiam
probare ſimpliciter ꝙ cõſueuit homĩes carcerare quaſi hoc poſ
ſet facere iuſta de cauſa ſufficiat tamen interdum probare ex cõ
iecturis, vt ſi conſueuit incontinenti poſt appellationem forma
re inquiſitionem contra appellantem fingẽdo eos cõmiſiſſe ali
quod crimen. ⁊ qͦ poſtea quãdo ſequebatur renuntiatio appel
lationis: ſtatim etiam faciebat abſolutionẽ ab inquiſitione. fa
cit quod habetur in. l. ſed ⁊ iulianus. §. proinde. ff. ad macedonia
num. ⁊ ꝫ. de electio. officij. ¶ Jtem etiam ſufficeret ſi probet̃ in
ferre iniurias cõſanguineis appellantis. arg. l. heres meus. §. ſi.
ff. de cõdi. ⁊ demon. item etiam ſm Joã. and. videtur ſufficere vt
poſſit fieri appellatio ſm formã iſtius tex. timor inique. l. muni
cipales. facit. j. de ſenten. excõmu. grauem. ¶ Jtem aduerte qꝛ
ſi ceſſaret metus infra tempus quo appellari poteſt deberet ap
pellari alias imputandum eſſet non appellanti per ea que ha
bentur in. d. §. ſi quis ipſi pretori. vnde etiam ibi dicit Bart. ꝙ ſi
ꝓteſtatus ſum me non poſſe denuntiare vẽditori litem eſſe mo
tam: quia nõ poſſum eũ inuenire ſi poſtea appareat ipſe vendi
tor teneor illi denũtiare. facit qͦ no. glo. ꝫ. de electio. cupientes.
§. qͦ ſi ꝑ. xx. lib. vj. An autẽ ſit neceſſe ꝙ ꝓteſtatio que ſit coram
bonis viris veniat ad notitiã iudicis. Cõcludit Bar. ꝙ nõ i di
cto. §. ſi quis ipſi pretori. qͦ intellige verum quo ad validitatem
appellationis. Sed tñ vt impediatur proceſſus iudicis a quo vi
detur ꝙ ei fienda ſit intimatio. per id quod habetur in. c. ſi duo
11 bus. ꝫ. eo. ¶ † Vltimo aduerte ꝙ vbi propter carentiam iudicis
quis vult appellare coram bonis viris ſufficit ꝙ coram tribuna
li ipſius iudicis vbi ius publice reddere conſueuit requirat pre
ſentiam eius ⁊ non poſſit illam habere quia nõ eſt neceſſe quod
querat eum in domo vel in horto vel etiã in villa ſuburbana. l.
j. §. adeũdi. ff. quãdo appellan. ſit ⁊ multominus tenetur pars re
quirere ire ad eũ ſi diſtet a loco iudicis ꝑ vnam dietam vel duas
12 vt etiam volunt do. de Rota ſua cõclu. cclx. ¶ † Jtem aduerte
qꝛ quãdo pars nõ habet copiã iudicis a quo nec iudicis ad quẽ
coram quibus poſſet appellare: qꝛ tunc nõ videt̃ currere tempus
ad appellandũ. per ea que habentur in. l. ij. §. dies quãdo appel
landũ ſit canonizata. ij. q. vj. biduũ. ⁊ tetigi. ꝫ. ⁊ bene facit qͦ ha
betur in. l. j. ff. de diuer. ⁊ tempo. ꝑſcrip. ⁊ ſic etiã videmus ꝙ non
currit tempus ad appellandũ ignoranti. l. ab eo. C. quõ ⁊ quãdo
iudex. Bar. tamẽ in. d. §. dies. dixit de conſilio eſſe ꝙ fiat ꝓteſta
tio ⁊ appelletur corã bonis viris per. l. cũ quidam. ff. de appella.
que tñ non loquit̃ hoc caſu. ſed quando ꝓpter metũ iudicis non
audet quis appellare. ⁊ ſic etiam ſm iura ffoꝝ erat prouiſum de
proteſtatione fienda qñ ꝓpter metũ nõ poterat appellari l3 cla
rius hodie hoc ſit determinatũ in. l. ij. C. de his qui ꝑ metum iu
di. ⁊ in hac decre. Archi. vero in. d. c. biduũ. §. ſi quis videtur vel
le qͦ de neceſſitate fienda ſit ꝓteſtatio qñ qs nõ habet copiã iu
dicis a quo nec ad quẽ ⁊ qͦ tunc appellari poſſit corã bonis vi
ris ſicut etiã qñ ꝓpter metum non poteſt appellari corã iudice. ⁊
iſtud etiã videt̃ ſequi do. Ant. hic. Sed certe poteſt dici ꝙ de iu
re verior ſit opi. Bar. per. d. l. ij. §. dies. vbi aperte dicit̃ ꝙ nõ cur
rit tẽpus ad appellandũ qñ nõ habet̃ copia iudicis, ⁊ ideo nõ vi
detur ꝙ de neceſſitate ſit ꝙ appelletur corã bonis viris, nec vi
detur eadẽ ratio hoc caſu que eſt qñ habetur copia iudicis l3 ꝓ
pter metũ pars nõ audeat appellare: qꝛ tunc quãdo pars habet
copiam iudicis videt̃ ꝙ de rigore currat tempus ſi non appellat
coram eo ex quo ipſius habet copiam. facit qͦ habet̃ in. d. l. j. de
diuerſis ⁊ temp. ꝑſcrip. ⁊ in. l. ij. §. dies. ff. quis ordo in bonorum
poſſeſ. ſeruetur. Jdeo equũ fuit ꝓuidere qͦ ſaltẽ poſſet appella
ri corã bonis viris infra tempus datũ ad appellandum: ſ3 quan
do pars nõ habet copiã iudicis, tunc de iure nõ currit ſibi tem
pus dicte. l. j. de diuer. ⁊ tempo. preſcrip. ⁊ d. l. ij. §. dies. ⁊ tunc nõ
fuit expediẽs ꝓuidere qͦ infra tempus datũ ad appellandum
fiat proteſtatio ⁊ appellet̃ coram bonis viris, de conſilio tamẽ ⁊
ad opiniones vitandas cautius eſt hoc caſu proteſtari ⁊ appel
lare coram bonis viris.

¶ De clericis peregrinantibus. Rubrica.

¶ Dictum eſt. ꝫ. de appellationibus verũ qꝛ inra tuentur pere
grinantes ſicut appellantes. Jdeo poſt titulũ de appel. ponitur
iſte. habetur de materia. xxiiij. q. iij. ſi quis romipetas. cũ ſeq. de
peni. diſtin. vj. ſacerdos. de conſe. diſt. v. non oportet.
1 ☞ Peregrinantibus nulla eſt moleſtia inferenda.
2 Protectioni ſedis apoſtolice ſe ſubmittẽs ex cauſa legitima vi
detur exemptus a iuriſditione inferiorum iudicum.
3 Protectioni ſedis apoſtolice ſubmiſſi videntur ad ſedem apo
ſtolicam itinerantes.

Attentatum

Ayuntamiento de Madrid

4 Attentatū peregrinatione pendente videtur reuocandum.
5 Itineris arreptio an habeat vim appellationis.

a Conquerente. Peregrināte**s**[a] ad papā cū rebus ſuis ſub ꝓtectione apoſtolica ꝯſiſtunt.h.d.⁊ ponit formā literaruʒ quas cōiter hodie dat curia itinerantib⁹ ad eā,ꝑ quā reuocaṫ quicquid poſt iter arreptum reperiṫ attentatū. ¶ No.j.ꝙ† peregrinantibus nō eſt moleſtia inferēda:vnde papa etiā excōicat ter in anno illos qui tales offendunt in eundo vel redeundo:vt legiṫ ⁊ no.ꝑ glo.in cle.j.de iudi.ʒ iſte caſus nō ſit in iure expſſus ſaluo tñ eo qđ habeṫ.j.de rapto.excōicationi. ¶ Itē no.ſm vnū
2 intellectū ꝙ† ſubmiſſio facta ꝓtectioni ſedis apoſtolice ex cauſa legitima vr̄ ſuſpendere iuriſditionē inferioꝝ iudicū. ¶ Item
3 not.ꝙ† itinerantes ad ſedem apoſtolicā videnṫ a iure ſubmiſſi ꝓtectiōi ſedis apoſtolice tā in perſona quam in rebus:vt ſic non poſſint īferiores iudices de coꝝ cauſis ſe intromittere:⁊ ſic ſubmiſſio facta ex certa ſcientia videṫ obtinere locū exemptiōis ʒ: ſecus in generali ſubmiſſione.de quo per glo.in c.ad audientiā.
4 ꝫ.ti.j. ¶ Itē no.ꝙ† attentatum peregrinatione pēdēte.de quo per glo.videṫ ſimiliter reuocandum ſicut attentatū appellatiōe pēdēte.de quo tangeṫ inferius. ¶ Vltimo potes notare ex tex. in ſi.iuncta ſupraſcriptione ꝙ papa loquiṫ vni in plurali qđ vr̄ cōtra.c.quā graui de crimine falſi:ſʒ potes dicere ꝙ ad ſupraſcriptionē dʒ ſuppleri ⁊ cōiudicib⁹. ¶ In gl.ij.ibi:peregrinatiōis, puta vt viſitaret limina apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli.⁊ ſic vult gl. qđ ʒ latius loquaṫ nigrum quā rubeū:tñ reſtringi debeat nigruʒ per rubeū,facit qđ not. Io.and.⁊ ibi tetigi.ꝫ.in ꝓemio huius li. vbi declaraṫ:an iſtud ſimpl'r ꝓcedat.de quo etiā dixi ſup rub.ff. de ꝟbo.obli.⁊ cū gl.hic cōcordat Hoſ.dicens:ꝙ remediū huius ti.hʒ locum tm̄ in accedentibus ad viſitanda limina apoſtoloꝝ. ⁊ idē Abbas dicēs:ꝙ per hunc ti.tuetur peregrinās qñ publice in eccleſia recipit baculum ⁊ peram ⁊ ſtat per tp̄s deputatum peregrinationi.ſed Inno.hic latius intelligit hunc tex.dicens:ꝙ habet locum etiā in quocūqȝ accedente ad curiā ex aliqua cauſa legitima puta ꝑ appellatione ꝓſequēda:pro qua etiā habet ius reuocandi domū:vt no.in.c.ſi.ꝫ.de foro cōpe.⁊ idem etiā ſi accedat pro vitanda oppreſſione.ij.q.vj.in.c.oīs oppreſſus.cū trib⁹ ſeq.Hoſti.plus hic videṫ velle ꝙ lr̄a generaliter intelligatur ad curiā:put ſonare videṫ ⁊ ſcđm hoc ʒ rubrū ſtrictius loquaṫ quā nigrū:tamē nō eſt neceſſario limitandum nigrū per rubrum.de quo plene dixi ſup rubr.de ꝟbo.obli.Inno.tñ hic in.c.dilecti.ꝫ. eo.vr̄ velle ꝙ non loquaṫ in accedentib⁹ ex voluntaria cauſa.Sed vt dicit Hoſt.hic tenet ꝯriū ꝓpter generalitatē iſtius tex.⁊ ideo generaliter videṫ intelligendus.per id qđ habeṫ in.c.q꞉ circa.cuʒ ſimilib⁹.j.de priuileg.Sed aduerte q꞉ iuxta ꝓdicta eſt dubiū:an per hunc tex.⁊ formam hic poſitā ꝓuideaṫ ſoluʒ cōtra iniuſte attentata vt ꝑ ſpoliationē vel violentiā:an vero etiā ꝓuideatur vt retractenṫ proceſſus alr̄s legitime ordinati quidam dixerunt, ꝙ illa que ſunt iuſte geſta nō reuocenṫ.per id qđ habeṫ in.c.non audita.⁊.c.cōquerente.de reſti.ſpolia.nec ſlr̄ retractabitur ſi de fructibus fuerit aliqđ aſſignatū vicario vt officiet interim eccleſiam.ꝫ.ti.j.peruenit.ij.vnde dicebat Abb.ꝙ cōtra talē legitime citatum ⁊ nō defenſum poterit ꝓcedi per notata.ꝫ.de offi.dele. cōſultationibus.Hoſti.not.dicebat ꝙ multū vʒ prouiſio huius titu.⁊ forma.de qua hic qñ iudex eſſet pars:vt eſt videre in.c.dilecti.ꝫ.ti.j.q꞉ tūc verba ⁊ mens huius cōſtitutionis habent locū cōtra iudicē ꝓcedenteʒ ⁊ ſic attentantem ſicut cōtra partē:vt in d.c.dilecti.⁊ poſſet etiā dici:ꝙ tūc talis peregrinatio habet vim appellationis.⁊ plus etiam voluit ipſe Hoſti.ꝙ gn̄aliter poteſt dici:ꝙ talis peregrinatio habeat viʒ appellationis:adeo ꝙ nec ordinarius nec delegatus poterit ꝓcedere contra talem etiā alr̄s iniuſte:ex quo in propria perſona iter arripuit ad curiā qđ intelligit Hoſti.niſi ante iter arreptum eſſet preuētus per ordinariū vel delegatum.de foro cōpe.ꝓpoſuiſti.ꝓdeſt etiam ſm eum iſte ti.q꞉ ex leuioribus ⁊ facilioribus ꝓbationibus procedetur.⁊ ſic reſidet do.Anto.ſʒ aduerte q꞉ Io.and.hic vr̄ velle ꝯriū inquātum dicit:ꝙ de hac forma poſt iter arreptū:an poſſit implorari officium iudicis per viaʒ attentati remittit ad ea que habenṫ in c.epiſcopi.j.de reb.eccle.non alie.vbi cōcludit ꝙ nō:ſed ꝑ ipſam iure ordinario agi debet ⁊ poteſt,petitorio ⁊ poſſeſſorio nō autē iudex ex officio habebit inquirere.⁊ ꝓ hoc etiam facit qđ habeṫ in.l.j.⁊.ij.ff.eum qui appel.in prouin.defen.debe.vbi aperte patet ꝙ licet quis pro cauſa appellationis accedat ad curiam:tamen poteſt cōtra eum ꝓcedi:q꞉ debet dimittere defenſorem.⁊ ſic nō tractaṫ ſi aliquid legitime ſiat cōtra eū.⁊ iſtud videṫ eſſe veri⁹ de iure ſaluo eo qđ dixi poſt Hoſti.quando iudex eſſet pars,per id quod habetur in.l.dilecti.ꝫ.ti.j.⁊ hoc etiā vt dixi ſuperius tenuit hic Abbas.⁊ ſcđm hoc non ꝓcedit ſm notabile cum ſequētibus,nam illa notabilia demum procedūt ſi opi.Hoſtien.eſſet vera.⁊ ſi dicas ſequendo hunc intellectum q[illegible] [illegible]tur iſte ti.poteſt reſpōderi qđ operabiṫ hoc q꞉ poterit [illegible] ex eccleſiaſticus etiā cōtra laicum iniuriantē tali accedē[illegible] [illegible] etiā ſi accedens ſit laicus ꝙ alr̄s non eſſet.vt.ꝫ.de foro cō[illegible].c.[illegible] ſit generale.facit qđ no.Inno.in.c.ſignificantibus.de offi.dele. vnde poterit etiam iudex eccleſiaſticus excōicare taliter iniuriantes in perſona vel rebus accedentes ad ſedē apoſtolicam donec ſatiſfecerint.facit qđ habetur in.c.ſi qui[illegible] ras.et duobus ſequentibus.xxiiij.q.iij.Item etiam [illegible] tractabitur cauſa iſtius accedentis quā alter [illegible] d.c.ſignificantibus,⁊ forte etiam vt [illegible] faciliores ꝓbationes ſufficient,facit qđ [illegible] aduerſ nantas ⁊c.vbi etiam tangit [illegible] in hoſpitio [illegible] ti valiſiam reperitur aliquid ſubtractū de valiſia ſeu [illegible] ſubtractum qualiter tunc ſit ꝓcedendū,⁊ per hoc potes perpendere quid operetur prouiſio huius tituli.⁊ vide qđ nota.Inno. in ꝓalleg.c.epi.j.de reb.eccle.nō alie.vbi etiā aperte videṫ velle ꝙ legitime agitata cōtra iſtum itinerantem non ſint retractan
5 da:⁊ ꝙ via ordinaria reuocari debeant iniuſte geſta. ¶ †An ante itineris arreptiō habeat vim appellationis,dic vt dictū fuit in.c.vt debitus.ꝫ.tit.j.et ꝙ iſte titulus generaliter habet locū in quolibet accedente licet glo.ij.in prin.videatur aliud ſentire tamen forte in ſi.⁊ ibi glo.ſi.voluit ſentire qđ generaliter procederet opi.tamen Hoſti.inquātum vult ꝙ per viam attentati ex vi huiuſmodi.c.poſſit peti reuocatio,ſecus ſi eſſet appellatū:quia tunc non ſapit equitatem,ſed vt dixi Inn.tenuit contrarium in d.c.epi.et ſi eſſemus in caſu in quo arreptio itineris hʒ vim appellationis qđ qñ ſit dixi in.c.vt debitus.tunc etiam de iure ꝓcederet opinio Hoſtien.

a ¶ Peregrinantes.ſi q̄ras vtrū accedens ſeu iter accipiēs ad ſedē apoſtolicam ſit ſub ꝓtectione ſedꝫ apl'ice vidē ⁊ diſtigue vt ꝑ Henri. boych. in.c.dilecti. lo.j.et c.vt debit⁹. ꝫ.de appel.

¶ De confirmatione vtili vel inutili. Rubrica.

¶ Continuaṫ ſic.viſo de his que ſuſpēduntur appellationis remedio ſequiṫ videre de his que muniuntur cōfirmationis preſidio.facit optime glo.xvij.q.iiij.frater.et formas cōfirmationum vide in Spe.de reſcrip.ꝓſentatione.in.§.rōne forme.in ꝟ.ſequiṫ videre,cōfirmatio eſt iuris prioris habiti roboratio ſm Hoſ.
1 Confirmatio ſuperueniens lite pendente nō eximit rem cōfirmatam vel ius confirmatum a iuriſditione iudicis coram quo lis pendet.
2 Queſtio ſuper poſſeſſione non facit proprietatem litigioſam.
3 Poſſeſſor pro quo lata eſt ſententia a qua non eſt appellatū an poſſit petere illam confirmari.

Si quis. De cōfirmatione facta per papam nō cognoſcit inferior niſi ꝓpter cōfirmationē res eſſet litigioſa:vel ꝯfirmatio alr̄s ſurreptitia.h.d.⁊ due ſunt partes principales decre.ſicut ſunt duo dicta principalia.ſe-
1 cūda ibi:ſed ſi rem. ¶ No.j.† ꝙ confirmatio ſuperueniens lite pēdēte nō eximit rem cōfirmatam vel ius cōfirmatum a iuriſditione iudicis corā quo lis pendet ⁊ ſic velut ſurreptitia nō preiudicat liti nec iuriſditiōi iudicis ⁊ ſic reputatur inutilis,qđ intellige verū niſi facta eſſet ex certa ſcientia cū clauſula nō obſtante litis pendentia,per id qđ legiṫ ⁊ no.in.c.ſi.ꝫ.vt lit.pēden.⁊ in.l.ſi.C.ſi cōtra ius vel vtil.publi. ¶ Item no.effectum confirmationis apoſtolice ſedis:q꞉ eximit rem vel ius cōfirmatum a cognitione inferioris iudicis.de quo etiā tāgitur in c.cum veniſſent.ꝫ.de iudi.vbi etiam declaratur qualiter hoc debeat intelligi. ¶ No.vlti.ꝙ nō dicitur pacifice poſſidere ille qui
2 litem patitur. ¶ †In glo.j.ibi:ꝙ verum eſt,hoc intellige reſpectu ꝓprietatis:q꞉ queſtio ſuper poſſeſſione non facit ꝓprietateʒ
b litigioſam[b] cū diuerſa ſit poſſeſſio a proprietate.l.naturaliter.§. nihil cōmune.⁊.l.permiſceri.ff.de acqui.poſ.ſed reſpectu poſſeſſionis bene facit poſſeſſionē litigioſam,per id qđ no.ꝫ.de reſtit. in integ.c.ij.⁊.j.de iure patro.ex literis. ¶ In ea.gl.in ſi.⁊ de materia in ꝓalleg.auṫ.litigioſa.⁊ in.c.ſi.vt lite penden. ¶ In glo. ij.in ſi.⁊ adde etiā qđ no.in.c.cū acceſſiſſent.de conſti.⁊.j.de conceſ.preben.q꞉ diuerſitatem. ¶ In glo.ſi.in ſi.potes cōcludere ꝙ aut confirmatio eſt ſurreptitia:⁊ tunc eſt inutilis ⁊ non valet:vt hic.in prin.⁊.j.c.ꝓximo,aut non eſt ſurreptitia ⁊ tūc aut eſt facta in forma cōmuni ſine cauſe cognitione ⁊ talis confirmatio parū operaṫ,vt notauit gl.ij.nam intelligiṫ ꝯditionaliter facta ſi ius habeat ille ꝓ quo ſit cōfirmatio:vnde nō ſit cōfirmatio tunc ſimpliciter:ſed per dictionē ſicut vel dictionē ſi.vt hic tangit gl.⁊.j. de ver.ſig.abbate.⁊ ideo iudex inferior poteſt ſe intromittere de iure cōfirmato:q꞉ per talem confirmationem nō eximitur a iuriſditione iudicis inferioris:aut cōfirmatio ſit cum cauſe cognitione,⁊ ex certa ſcientia qđ quādo ſit colligiṫ ex his que habenṫ in.c.pe.j.eo.⁊ tunc q꞉ cōfirmatio ſic ſimpliciter nulla conditione adiecta non eximit ius confirmatum a iuriſditione iudicis infe

b ¶ Litigioſam.dr̄ aūt res pēdere:⁊ efficere litigioſaʒ ꝑ ſolā citationē ita inductū fuit hoc cū rep cle.j.ti. vt lit.pēdē.



Ayuntamiento de Madrid

rioꝛis.z [illegible] queſtio poſt cõfirmationẽ non poterit infe-
rioꝛ de [illegible] dicare ſine ſpeciali mandato pape:vt hic vo- 1
luit Ta [illegible] hic tangit do.Anto.hoc videt verum qñ mo
uetur queſtio confirmato ex iure antiquo ſeu ex cauſa antiqua q̃
reſpiciat etiã tps ipſius cõfirmationis.Secus ſi mouet queſtio
ex cauſa nouiter ſuperueniente poſt cõfirmationẽ:qꝛ tũc de illa
poterit cognoſcere inferioꝛ iudex:vt hic voluit Uin.z bene facit
qd legit z not.in.c.ſup eo.de offi.deleg.z qd habet.j.eo.poꝛrecta.
5 ¶Extra glo.do. [illegible] Inno.an poſſeſſoꝛ pꝛo quo lata eſt ſñia a
qua nõ eſt appel [illegible] petere illam cõfirmari.Si enĩ eſſet
appellatum cla [illegible] t peti cõfirmari p ea que habent
C.de appel.aut.e [illegible] pp.z.c.oblate.circa ſi.z not.Jnn.
de offi.deleg.cũ contingat.Secꝰ qñ non eſt appellatũ eſt dubium:
qꝛ aut ſñia tranſiuit in rem iudicatam:z tunc ſuperfluum videt
petere cõfirmationem cũ ſñia faciat ius.de re iudi.cũ inter vos.
Si vo fuiſſet nulla tunc videt ꝙ confirmatio etiam nõ valeret,
de fide inſtru.inter dilectos.preterea poſſeſſoꝛi non videt pdita
actio.per id qd habet de iudi.examinata,niſi foꝛte inquietaret
vel infamaretur.C.de inge.et manu.l.diffamari.et.j.qui filij ſint
legiti.cauſam.el.ij.Jn cõtrariũ facit qd habet.xvj.q.vj.ſi epĩn.j.
de inſtitu.c.iij.z.ſ.de pꝛocu.ex inſinuatione.z de pac.c.j.Conclu
dit Jnn.ꝙ poterit peti confirmari z pꝛoderit multum:qꝛ ſi ſñia
pꝛius erat lata a nõ ſuo iudice vel alꝰs erat nulla.Si ille q poſtea
ex certa ſcientia cõfirmat ſit iudex:faciet illã ſñiam haberi p va-
lida:nec inferioꝛ poterit de ea cognoſcere:vñ ſi archieps cogno-
ſcens de appellatione cõfirmauerit ſñiam latam per epiſcopũ:z
poſtea coꝛam eo volente illã exequi obijciatur de nullitate nõ au
dietur obijciens:nec de hoc poterit cognoſcere eps ſi nõ fuit ab
archiepo appellatum.Si autẽ fuiſſet ab archiepiſcopo appella
tum adhuc nõ cognoſceret eps:ſed habebit differre executionẽ
quouſqꝫ per ſuperioꝛem archiepi diſcuſſa fuerit appellatio.ar.c.
decetero.ſ.de re iudi.z ſi finaliter cõfirmata ſit ſñia quo ad effe-
ctum pꝛima ſñia que erat nulla habebitur pꝛo valida:qñ a ſñia
confirmatoꝛia non eſt appellatũ:qꝛ illa nõ eſt cõtra ius ſcriptuꝫ:
ſed cõtra ius litigatoꝛis.ideo tranſire poteſt in rem iudi.ſi nõ eſt
appellatum.z ſic vt dixi pꝛima que erat nulla ex viribus ſecunde
effectualiter ſumet vires.Secus eſt in confirmatione extraiudi
ciali:z que ſit ſine cauſe cognitione:qꝛ illa non confirmat actum
nullum.z ſic loquitur.c.inter dilectos.¶Jtem non ob.ꝙ poſſeſ 3
ſoꝛi nõ eſt pꝛodita actio:qꝛ verum eſt quo ad hoc vt poſſit agere
rei vendicatione vel alia actione per quã petat poſſeſſionem:ſꝫ
non eſt pꝛohibitum ꝙ habens ius in beneficio non poſſit pete-
re ſe pnũtiari fuiſſe canonice inſtitutum ſi timet ſibi moueri cõ
trouerſiam.p id qd habetur.j.de pꝛeben.dilecto.z de ꝯceſ.pben.
qꝛ cunctis.z per hoc etiam videt ꝙ eodem modo ſi poſſeſſoꝛ du-
bitet moueri ſibi ꝯtrouerſiam qꝛ dicatur ſñiam p eo lataꝫ fuiſſe
nullam ꝙ poſſet petere illam confirmari vocato aduerſario:z ſi
contingat illam confirmari per iudicẽ cõpetentem z ſñia confir
mationis tranſeat in rem iudicatã illa in effectu claudet os vo-
lenti deinceps dicere de nullitate pꝛime.z ſic in effectu ex virib⁹
ſecunde confirmabitur pꝛima:ꝫ fuerit nulla,vt hic voluit Jnn.
qd eſt diligenter notandum z menti tenendũ et intellige dictuꝫ
eius verum niſi ſñia pꝛima haberet erroꝛem expꝛeſſum:qꝛ tunc
ſñia confirmatoꝛia cenſeret habere eundẽ effectũ.l.j.§.j.ff.q̃ ſñie
ſine appel.reſcin.z ideo tunc non valeret etiam ſcda.facit etiam
qd habetur in.l.j.C.de erroꝛe calcu.z de materia etiã p Bar.in.l.
ſi expꝛeſſum.ff.de appel.quid autem habeat pbare petens ſñiaꝫ
confirmari:dicit Jnno.ꝙ debet pꝛobare fuiſſe latam a iudice cõ
petẽti z ſeruato oꝛdine iuris nec habet neceſſe pbare ꝙ ſit iuſta
qꝛ etiam iniuſta tranſit in rem iudi.ſ.de re iudi.qd ad conſulta-
tionem,z hoc dictũ videtur pcedere qñ lapſum eſſet tempus ad
appellandum nec fuiſſet appellatum:ſed vbi fuiſſet appellatum
deberet:tunc etiã doceri de iuſtitia ſñie ſm ea que habẽtur in.c.
in pꝛeſentia.de renuntia.z in.l.hi qui.C.de appel.ſi autem petat
executio ſñie,dicit ꝙ ſufficit oſtẽdere ſñiam in publicam foꝛmã
ſi tranſiuit in rem iudi.z nõ habet aliquid pbare:qꝛ pꝛeſumunt
oĩa ſolenniter acta,facit qd habetur.ſ.de re iudica.ſicut nobis.z
c.cauſam.niſi aliud pꝛobetur z opponat de his que habẽt impe-
dire executionẽ de quibus in.c.qd ad conſultationem.de re iud.
ſed tene menti dictum Jnno.hic ec.

a ¶Si appellatus.ꝫ do. Abb. alijs verbis vtat in hoc ſummario tñ in effectu idez dicit qd hic Do.Jo.

1 Cõfirmatio electionis plati tribuit poteſtatẽ adminiſtrãdi.
2 Actus qui fiunt in iudicio poſſunt peti confirmari.
3 Confirmationis effectus quis ſit.

## De confirmationibus.

Sũma. Continuatio clara tũ eſt cũ pcedenti.¶No.j.ꝙ de iuribus a papa cõfir
matis intellige ex certa ſciẽtia ſe nõ intromittit infe- 1
rioꝛ niſi aliud habeat in mãdatis:vel niſi fuerit cõfirmatio ſur-
reptitia obtenta.¶Jtem potes notare ꝙ ab actu per alium ge
ſto eximitur cognitio alterius iudicis:ita demũ cenſetur exem-
pta ſi duret volũtas ſuperioꝛis.de materia huius.c.dic vt dictũ
fuit.ſ.in.c.pꝛecedenti.¶†Extra gloſſas tangit hic Jnnocẽ.de 1
effectu cõfirmationis z qui actus poſſint peti cõfirmari.z in effe
ctu concludit ꝙ confirmatio electionis pꝛelati nedum cõfirmat
electionem:ſed etiam tribuit nouum ius vcꝫ poteſtatem admi-
niſtrandi.ſ.de elec.tranſmiſſam.z.c.qualiter.Alie autẽ ꝯfirma-
tiones videntur cõfirmare antiquum ius:z nõ tendere ad indu-
cendum aliquid noui.Qui autẽ actus poſſunt peti ꝯfirmari cõ-
cludit ꝙ† actus qui fiunt in iudicio poſſunt peti ꝯfirmari:vnde
poteſt peti cõfirmatio ſñie etiã inuita alia parte:z ſi fiat cõfirma
tio cum cauſe cognitione:z tranſeat confirmatio in rem iudi.illi
ſtabitur:nec poterit dici de nullitate actus ſeu pꝛime ſñie:vt di-
xi in.c.pꝛecedenti.poſſunt etiã actus legitimi peti confirmari cũ
cauſe cognitiõe z partibus pꝛeſentibus vel vocatis.l.nõ ita de-
mum.de adop.Jdem dicit de actibus canonicis:ſicut etiã inſti-
tutio z collatio,per id qd habet.ſ.de pꝛocu.ex inſinuatiõe.ſecus
de cõtractibus iuriſgentiũ vt ſunt venditiones locatiões z alij
de quibus in.l.ex hoc iur.ff.de iuſti.z iur.qꝛ cum tales actus non
pendeãt a poteſtate iudicis:ſed partiũ:non videtur ꝙ in iudicio
habeant ꝯfirmari niſi hoc fiat de volũtate partiũ.facit de trãſac.
c.fina.z.c.ij.vel niſi eſſet talis iudex qui ſua autoꝛitate hoc facere
poſſet:vt eſt papa qui poſſet cõtractus ab eccleſia initos ꝫ inua
lidos ex certa ſcientia cõfirmare.iij.q.vj.in.c.hoc quippe.et.j.de
conceſ.pꝛeben.quãdo.et per pꝛedicta infert ꝙ poſſum petere p-
nuntiari me foꝛe legitimũ:qꝛ legitimitas filioꝝ pcedit a matri-
monio ꝙ eſt cõtractus canonicus alꝰs canonizatus,ſecus ſi pete
retur confirmari cõtractus pendens a voluntate partiũ:qꝛ non
poſſet peti niſi partibus cõſentientib⁹:vt pꝛedixi finaliter dicit:
ꝙ plus placet ſibi qd ipſe notauit in.c.cauſam que.el.ij.qui filij
ſint legiti.ibi in effectu cõcludit ꝙ ſi nõ mouetur aliqua queſtio
de legitimitate:nec aliter diffamat nõ poteſt quis petere pꝛonũ
tiari ſe legitimũ.ſecus ſi de legitimĩte incidẽter queſtio moueat
vel etiã diffamet,z ſic videt idem velle etiã in cõtractib⁹:qꝛ ſi in-
cidenter occurrat queſtio de validitate contractus vel etiã diffa
metur de inualiditate poterit etiam per vnam partiũ inuita al
tera peti pnuntiari ſuper ipſo cõtractu z ipium confirmari.ſec⁹
ſi nõ moueat queſtio nec ſit diffamatio papa tamẽ ex certa ſcien
tia poſſet extraiudicialiter cõfirmare:vt ſuperi⁹ tetigi,quis au-
3 tem ſit effectus confirmationis.¶†Conclude ꝙ in actib⁹ ciui-
libus z canonicis,clarum eſt ꝙ operatur ſi fuerit iudicialis z cũ
cauſe cognitione.per id qd ſuperius dixi.z idem ſi extraiudicia
lis facta fuit ab illo qui poteſt validare actum nullũ:vt eſt papa
vel imperatoꝛ ſi facta ſit ex certa ſcientia:ſi autẽ ſit actus iuriſgẽ
tium:tunc ſi eſt facta iudicialiter eo caſu quo fieri potuit.de quo
ſ.dixi:ſupplet defectus poſitiuos naturales nõ ſupplet vere:ſꝫ
facit haberi perinde ac ſi interceſſiſſent.l.iulianus.ff.de condict.
indebi.Si vero alꝰs extraiudicialiter papa vel imperatoꝛ confir-
met actum iuriſgentiũ nõ videt validare illũ quo ad effectus na
turales:ſꝫ ſolũ quo ad effectus ciuiles.per id qd cõſueuit notari
in.c.illa.de elect.z in cle.paſtoꝛalis.de re iudi.vnde clauſula illa
appoſita in literis pape ſupplẽtes defectũ.ſi quis foꝛte fuerit in
pꝛimis vr tollere defectũ iuris poſitiui nõ autẽ iuris naturalis:
vt no.per doc.in.d.c.illa.de elec.z adde qd defect⁹ iuris poſitiui
dicit qñ eſt defectus in ſolẽnitate requiſita per ius poſitiuũ:ſed
vbi eſt defectus in cõſenſu dicitur eſſe defectus iuris naturalis:
vt voluit Jnn.in ſimili in.c.quod ſicut.ſ.de elec.

1 Litere impetrate ad diuerſos z a diuerſis ſi ĩ cauſa appella
tionis cõcurrant vt qꝛ pꝛime ab appellato ſecũde ab appellante
abſqꝫ clauſula faciente mentionem de alijs valent litere ſecũde
z non pꝛime.
2 Litere ſecũde vbi faciant mentionẽ de pꝛimis ab appellato ob-
tentis ſi faciunt mentionẽ expꝛeſſe pꝛime per ſecũdas reuocant.
etiam ſi pꝛime fuiſſent valide.
3 Litere pꝛime qñ ſunt inualide impetrans ſecũdas nõ tenetur fa-
cere mentionem de illis.
4 Attentatoꝝ reuocatio fienda non eſt anteqꝫ fuerit cognituꝫ de
appellatione quãdo appellatum fuit ab interlocutoꝛia ſecus qñ
appellatum fuit a diffinitiua.
5 Appellatus debet in impetratione per eum fienda facere men-
tionem de appellatione.

a Bone. Breuiter hoc intendit.Si appellatus a
impetrauit cõfirmationem ſñie z appel
lans ſuper appellatione hoc tacito iudices impetra-
uit pcedunt iudices appellantis z cõfirmatio pẽdet
ex euentu appellationis.h.d.et eſt cõmunis diuiſio.nã in pꝛima
ponit conſultatio.in ſcda reſponſio.ſcda ibi:vidimus,z illa re-
1 ſponſio eſt bimẽbꝛis z ſcdm membꝛũ ibi:verũ.¶†No.j.ꝙ in cã
appellationis ſi cõcurrãt litere impetrate ad diuerſos z a diuer
ſis:vt qꝛ pꝛime ab appellato:ſecũde ab appellante ſint impetra-
te abſqꝫ clauſula faciente mentionẽ de alijs valent litere ſecũde
z nõ pꝛime

Ayuntamiento de Madrid

⁊ nõ prime qñ impetrans per eas ſupplãtauit ⁊ preuenit appel
lantẽ in impetrando, facit qð habet. ſ. de appella. in. c. abbate. ⁊
2 ꝓbatur hic ſm vnũ intellectũ. ¶ † Itẽ no. ꝙ vbi ſecũde litere fa
ciunt mentionẽ de primis literis ab appellato obtẽtis: ſi faciũt
mentionẽ expreſſe: tunc prime reuocant per ſcðas: etiã ſi prime
fuiſſent valide: ſed ſi faciant mentionẽ generalẽ: tunc ſi prime li
tere fuerũt cõfirmationis ſnĩe per appellatum impetrate, ⁊ ſcðe
per appellantẽ impetrate ſuper retractatione ſnĩe: tunc valent
ambe ⁊ ꝓcedent iudices ab appellante impetrati et cõfirmatio
pendebit ex futuro euentu appellationis: vt hic ꝓbabiliſm vnũ
intellectũ. ¶ Item no. ꝙ potius ſpectat ad appellantẽ eligere
iudicẽ in cauſa appellationis quã ad appellatũ qð patet qꝛ ap‑
3 pellatus nõ poteſt illum preuenire. ¶ Item no. qꝛ vbi prime † li
tere ſunt inualide, impetrans ſecũdas nõ tenetur facere mẽtio‑
nem de illis, de quo in. c. ex tenore. ⁊. c. ex parte. ſ. de reſcrip. et de
4 app. oblate. ⁊. j. de conceſ. prebẽ. cũ noſtris. ¶ † In gl. i. in fi. hoc
intellige verũ qñ appellatũ fuit a diffinitiua: ſi autẽ ab interlo‑
cutoria: tunc nõ videt fienda reuocatio attentatoꝝ anteq̃ de ap
pellatione fuerit cognitum, de quo dicendũ vt in. c. nõ ſolum. de
5 appel. lib. vi. ¶ † In gl. iij. in fi. no. bene ex tex. cum gl. ꝙ ⁊ etiam
appellatus debet facere mentionem de appellatiõe in impetra
tione per eum fienda aľs non valet. ⁊ ſic no. ꝙ nedum appellans
debet facere mentionẽ de appellatione ſua: ſed etiam appellatꝰ,
⁊ idem etiã probatur in. c. oblate. ſ. de app. vbi etiã dixi lꝫ Inn.
dixerit ꝯtrariũ in. c. ij. ſ. de reſcrip. [illegible] videt velle ꝙ appellatus
non habeat neceſſe facere mentionẽ de appellatione. ¶ In glo.
ſi ibi non eſt opus vt in pretoribꝰ ⁊c. Sup. vt videt innui ſequen
do illud qð colligi videt ex litera. de quo proxime dixit gl. qð tñ
non videtur per id qð dictum fuit in gl. iij. ¶ In ea. gl. ibi: ⁊ ita
nõ refert. i. nõ videt referre ſcðm predicta, vnde glo. in ver. vnde,
ſoluit ꝯtrium ⁊ ponit duos intellectus: vnus eſt qð vtraq̃ pars
impetrauerit literas iuriſditiõales ⁊ ſic ad iudices diuerſos: vcꝫ
appellatus ſuper confirmatione ſententie ⁊ appellans ſuper re
tractatiõe, alius eſt intellectꝰ qð appellatus nõ impetrauerit iu
dices: ſed impetrauerit cõfirmationẽ ſnĩe in forma cõi: ſꝫ appel‑
lans bene impetrauit iudices ſuper retractatiõe ſnĩe, ⁊ ſcðm pri
mum intellectũ. Cõcluſio talis eſt ꝙ ſi appellatus ſupplantauit
appellantẽ in impetrando: ⁊ nõ fecit mentionẽ de appellatione
nõ valuerũt litere ab ipſo appellato impetrate: ſꝫ ſecũde ab ipſo
appellãte, ⁊ ita loquit primũ reſpõſum: ſed ſi nõ preuenit appel‑
lantẽ, ⁊ fecit mentionẽ de appellatione: tunc valent litere prime
impetrate ab appellato: nec reuocant ꝑ literas impetratas ab
appellante: ſi nõ fuit facta expreſſa mentio: ſed ſolũ generalis. et
ita loquit ſcðm reſponſum, ⁊ ſic tunc procederetur per ipſas pri
mas, ⁊ ad literã, in fin. dũ dicit cognitio plenior habeatur debet
ſubaudiri per ipſas primas. ⁊ ſi dicatur ex quo litere prime va‑
lent in caſu predicto nõ debent dici eſſe in pendẽti cuius ꝯtrium
hic dicit: ſed potes dicere ꝙ lꝫ valeant vt per eas poſſit ꝓcedi tñ
quãtum ad effectũ dici poſſunt eſſe in pendenti: qꝛ lꝫ ſint impe‑
trate ſup cõfirmatione: tamẽ poterũt iudices etiã illã infirmare
ſi viderint infirmandam, vt in. c. oblate. ad fin. ſ. de appel. Item
obſtare vr huic intellectui: qꝛ videt idem fuiſſe dicendum, ſi in li
teris ſecũdis non fuerit appoſita dicta clauſula nullis literis ⁊c.
Sed reſponderi poteſt vt voluit glo. in verbo ſi dicatur, ꝙ ſup‑
pleri debet, maxime ſcðm autẽ alium intellectũ videt eſſe mens
a litereᵃ ꝙ ſi appellatus preuenit appellantem ſupplantando nõ
faciẽdo mentionẽ de appellatione in impetrando ꝯfirmationẽ
ſnĩe ꝙ non valent litere: ſed ſi nõ ſupplantauit ⁊ fecit mentionẽ
de appellatione ⁊ impetrauit in forma cõi confirmationem ſnĩe
tunc litere valent ⁊ pendet effectus ex proceſſu fiendo per ſecun
das literas impetratas per appellanteꝫ, ſi expreſſe non fuerint
reuocate, ⁊ ſm iſtum intellectum etiã ad literam dum dicit ſi di
catur debet ſuppleri maxime. Hoſt. tñ hic poſuit aliũ intellectũ
dicens: ꝙ prima pars loquitur quãdo nullam de primis literis
impetratis per appellatum fecit mentioneꝫ appellans: qꝛ tunc
valent ſecunde cum prime eſſent inualide. Secũda vero pars lo
quatur quando appellans in ſecundis per eum impetratis fecit
mentionẽ de primis: ſed nõ plenam qꝛ in genere tantum, nã tũc
preſumitur id feciſſe in fraudem ⁊ habuiſſe notitiam literarum
primarum, ideo tunc proceditur per primas ⁊ nõ per ſecundas:
etiã dato ꝙ a prin. prime fuerint vitioſe impetrate. ⁊ ſic ſm eum
melius eſt ex toto verũ aliquãdo tacere q̃ non perfecte dicere.
facit quod habetur in cle. conſtitu. de elec.

1 ¶ Delegari poteſt examinatio ſcripture ⁊ relatio tenoris eiꝰ.
2 Et qualiter ſe habere debeant tales delegati ad examinationẽ ſcripture.
3 Literis ſigillatis ſigillo legati an ſit credendum.
4 Sigillo vni an ⁊ qñ fides adhibeatur.
5 Exceptio preſcriptionis oppoſita cõtra priuilegiũ habet impe‑
dire innouationẽ priuilegiorum ſi de illa cõſtare poteſt faciliter
ſecus ſi requirat altiorem indaginem.
6 Exceptio ab initio admiſſa quaſi nõ requires alti[illegible]
ſi poſtea ꝓpter appellationum difficultatẽ dilatet pot
in iudicio ſummario ⁊ reſeruari in plenario.
7 Sine mandato opponere ſe poſſunt canonici pro defenſione iu
ris eccleſie.
[illegible] Litis ꝯteſtatio an ſit neceſſaria in ꝓceſſu fiẽdo ſup innouatiõe.
[illegible] Appellatione pendẽte ſup examinatione [illegible] ptionis in cauſa
ſummarie expedienda poteſt peti [illegible] appellatione vt
procedatur ad expeditionem nego[illegible]
10 Periculũ vbi ſubeſt in teſtibꝰ vel [illegible] lite non cõte‑
ſtata ꝓcedi ad receptionem teſtiũ [illegible]
11 Arguere de teſtibus ad inſtrumẽta [illegible] ⁊ nu. 22.
12 Innouatio priuilegij non tribuit [illegible] ius. ⁊ nu. 22.
13 Argumentum a ſimili eſt validum. ⁊ nu. 21.
14 Scribi an poſſint in papyro priuilegia exemptionum.
15 Inſtrumenta poſſunt ſcribi ⁊ publicari in papyro.
16 Exemptio plena videtur dari per iſta verba recipimus in ius ⁊
proprietatem romane eccleſie.
17 Mulier etiam monialis poteſt conſtitui ꝓcuratrix. ⁊ nu. 24.
18 Preſcriptio non currit contra eccleſiam romanã niſi cẽtenaria.
19 Exemptus nõ poteſt deducere ius exemptionis ad preiudiciũ
domini ⁊ ſuperioris ſine illius mandato.
20 Teſtes ſup exceptione ⁊ replicatione eodẽ tpe recipi poſſunt.
23 Inſtrumentum ſi eſt adeo corroſum ꝙ legi non poteſt in parti‑
bus ſubſtantialibus non facit fidem.
25 Papa poteſt eſſe iudex in cauſa propria.
26 Super innouatiõe priuilegioꝝ an poſſit ꝓcedi lite nõ ꝯteſtata.
27 Inſtrumẽtoꝝ trãſcriptio ſine priuilegio qualiter fieri debeat.
28 Super innouatione priuilegij an ſit pars citanda.

b **Cum dilecta.** Innouatioᵇ priuilegioꝝ non inducit confirmatio
nem. h. d. ⁊ diuiditur in ſeptem partes. nam in prima
ponitur ſororum petitio etiam pape ꝯmiſſio. In ſe‑
cunda inquiſitorum relatio ⁊ canonicorũ obiectio. In tertia iu‑
dicũ datio ⁊ ab ipſis appellatio. In quarta ſoroꝝ petitio ⁊ reoꝝ
cõtradictio. In quinta pape interlocutio ⁊ priuilegioꝝ innoua‑
tio. In ſexta papa cõſtituit abbatiſſam procuratricem. In ſepti
ma cõmittit principale negotium diffiniendum. ſecũda ibi: nos
autẽ. tertia ibi: vnde iudicibꝰ, quarta ibi: nuper autẽ. quinta ibi:
1 nos ergo. ſexta ibi: qꝛ vero, ſeptima ibi: volentes. ¶ † No. j. dele
gari poſſe examinatiõnẽ ſcripture ⁊ relationẽ tenoꝛ eiꝰ. Et no.
ꝙ talibꝰ referentibꝰ quibus eſt facta ꝯmiſſio vt referãt adhibet
plena fides de rela. facit qð habet. j. de pur. ca. cum dilectus. ⁊ qð
2 plene no. ſ. de ꝓbat. poſt ceſſionẽ. ¶ † Itẽ no. qualiter ſe debeat
habere tales delegati ad examinationẽ ſcripture: qꝛ debent illaꝫ
diligenter inſpicere: ⁊ circa illã diligentẽ inquiſitionẽ facere, in‑
tellige etiã circa bullam ſetam ⁊ filum quo tenet ipſa bulla, ⁊ de
oĩbus circũſtantijs per quas cõſueuit diſcerni falſitas, de quibꝰ
j. de crimi. fal. in. c. licet. ⁊. c. ſeq. ⁊ no. etiã ꝙ debent referre ipſum
tenore ſcripture prout iacet cũ magna vis ſit in verbis, facit qð
habetur. ſ. de vſu palij. in. c. fi. ⁊ qð habet. j. de priui. cũ olim eſſe‑
mus. vbi perdito priuilegio nõ ſufficit ꝓbare mentẽ niſi probet
tenor debent etiã referre ſi aliquid in ſcriptura erat ſuſpectũ vel
dubiũ, ꝑ id qð habet in. l. fi. C. de edict. di. adri. tol. et. ſ. de fi. inſtr.
3 inter dilectos. ¶ Itẽ no. ꝙ † literis ſigillatis ſigillo legati videt
credendũ. Hoſti. tamen hic dicit ꝙ tales litere adminiculabant
non autẽ faciebant fidem cum nil ſibi eſſet cõmiſſum. facit qð ha
betur in. c. qð ſuper. ſ. de fide inſtru. ⁊ in. c. cũ inter. R. ſ. de elect.
hoc tamen dicit verũ niſi partes ſm hoc cõſenſiſſent: qꝛ tunc pla
ne ꝓbarent per id qð habet. ſ. de appel. conſtitutus. ⁊ in prealle.
4 c. qð ſuper. ¶ † Item no. ar. ꝙ plura ſigilla requirant ⁊ ꝙ vni ſi‑
gillo fides nõ adhibeat, de quo dicẽdum vt habet in. c. j. de cleri.
peregri. ⁊. ſ. de proba. in. c. poſt ceſſionem. vbi plene de materia.
⁊ facit etiam qð not. in. c. qð ſuper his, prealleg. de fide inſtr. ⁊ de
5 teſtib. in. c. cum a nobis. ⁊. c. albericus. ¶ † Item no. ꝙ exceptio
preſcriptionis oppoſita contra priuilegiũ habet impedire inno
uationem priuilegiorũ ſi de illa faciliter poteſt conſtare: ſecus ſi
requirat altiorem indaginem. facit qð habet in ſimili in. l. iij. §.
6 ibidem. ff. ad exhib. ¶ † Item no. ꝙ exceptio ab initio admiſſa
quaſi non requirens altiorem indaginẽ: ſi poſtea ꝓpter appella
tionum difficultatẽ dilatetur poteſt repelli in iudicio ſumma‑
rio ⁊ reſeruari in plenario. ¶ Item no. ꝙ a iudicibus delegatis
ſuper innouatione priuilegiorum poteſt appellari. ¶ Item no.
7 ꝙ † canonici videnť ſe poſſe opponere pro defenſione iuris eccle
ſie etiam ſine mandato. de quo in. c. j. ſ. de procu. et. c. fi. eo. ti. ⁊ in
c. cum olim. de teſti. ⁊. j. de rebus eccle. non alie. ſi quis preſbyte‑
rorum. Innoc. tamen hic dicebat iſtos habuiſſe mandatum ab
epiſcopo. Hoſti. vero dicebat ꝙ licet ſine cautione nõ habeat le‑
gitimam perſonam ad contradicẽdum, ne aliquid fieret in priu‑

a ¶ Mens li
tere. vide [illegible]
in fi. huiꝰ [illegible]
do. Abb. [illegible]
not. ſingulr
de interpre
tãdo ⁊ intel
ligẽdo tex.
l. vel. c.

b ¶ Innoua
tio. d. Abb.
alr ſummat
⁊ latiꝰ hoc
c. vide eũ ibi.



Ayuntamiento de Madrid

di... qd habetur in.d.c.j.ꝛ eo.ti.in.c.mādato.ta... cauſam differendi.facit.ſ.de re iudi.c.cum ber... tunc dicit vt plene habet in remiſſ... ibus ſupe... dus. ¶ Item no.ꝙ nedum canonicus eccl'ie maioris, ꝛ ſic ca thedralis, ſed etiā canonicus eccleſie inferioris a cathedrali pōt defendere iura eccleſie cathedralis, de quo in prealleg.c.cū
8 olim.ꝛ.d.c.ſi ...us preſbyterorum. ¶ † Item nota ꝙ in proceſſu fiendo ſuper i...nouatione priuilegiorū non videtur neceſſaria litis conteſtatio ... dicetur poſt gl. ¶ Item no.tex.ibi propter viarum diſcrimina ... per quem dicunt doc. cautum eſſe vt habeantur inſtrumenta du...licata priuilegiorum vel reſcriptorum.facit.ff.de teſtamē.in ... vnum.nam quādo nō habetur niſi vnū inſtrumētū vnius ten...ris non eſt tutū illud portare ad ſedē apoſtolicam ꝑpter viarum diſcrimina ꝛ pericula, facit qd habet in.c.accepimus.ſ.de fide inſtru.ꝛ.j.de priui.cum olim eſſemus.
9 ¶ In verſi.nuper.no.ꝙ † pendente appellatione ſuper examinatione exceptionis in cauſa ſummarie expedienda poteſt peti nō obſtante appellatione vt procedatur ad expeditionē negotij ſummarij ex quo exceptio ex difficultate appellationis exigit altiorem indaginem ꝛ cauſa in qua opponitur requirit celeritatē. ꝛ per hoc videtur poſſe dici ꝙ pendente appellatione ſup exceptione nullitatis oppoſite contra ſniam in executione ſententie debeat nihilominus fieri executio nō obſtante appellationis pendentia cum iudiciū executionis ſit ſummariū.ꝛ nō debeat impediri exceptione requirente altiorem indaginē. de quo in cle.j.de re iudi.ꝛ per Bar.in.l.iiij.§.condemnatū.ff.de re iudi.ꝛ facit qd dixi in.c.ad conſultationē.de re iudi.ꝛ facit quod habetur in.l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus.eo.ti.ꝛ qd no.Inn.ſ.de offi.deleg.cū
10 in iure peritus. ¶ † Itē no.ꝙ vbi ſubeſt periculū in teſtib⁹ vel inſtrumētis poteſt etiā lite nō conteſtata ꝓcedi ad receptionē
11 teſtiū ꝛ innouationē inſtrumenti. ¶ † Item no.ꝙ licitum eſt arguere de teſtibus ad inſtrumēta, facit qd habetur in.l.in exercē-
12 dis.C.de fide inſtru. ¶ † Item no.ꝙ innouatio priuilegij nō tribuit nouum ius: ſed ſeruat antiquū.facit qd habetur.j.de priui.
13 in.c.in his. ¶ † Itē no.ꝙ arg.a ſimili eſt validū in iure.de quo
14 in.c.tranſlato.ſ.de conſt.ꝛ in.c.ij.ſ.de tranſla. ¶ † Itē no.ꝙ priuilegia exemptionum videtur poſſe ſcribi in papyro ꝙ videtur procedere ſm hec tēpora, nā hodie reſcripta ꝛ priuilegia debent eſſe in charta pecorina.de quo dicit Spe.in ti.de reſcrip.preſentatione.§.j.verſic.ꝛ quoniā.ꝛ debet eſſe congruenter groſſa ꝛ nō raſa: vt ibi dicit Specu.facit qd dictum fuit in.c.j.de fide inſtru. ꝛ que differentia ſit inter pecus pecudis ꝛ pecus pecoris poſuit Io.an.in addi.Spe.ſuper dicto verſi.ꝛ quoniā.ꝛ per iſtum text.

¶ Differētia inter pecus pecudis et pecus pecoris.

15 videtur probare ꝙ † inſtrumēta poſſint etiā ſcribi ꝛ publicari in papyro nedum in pergameno, facit qd not.Spe.de inſtru.edi.§. poſtremo.ver.item ꝙ eſt ſcriptum in papyro, dicit tamen Hoſ. ꝙ licet materia papyri ſit debilior: tamen certo reſpectu eſt ſecurior: quia non ſic de facili poteſt radi ꝛ conſequēter falſari, facit etiam ad predicta qd habet in.l.j.§.j.ff.de bono.poſſeſ.ſm tabu. dicit etiam Ioan.and.ꝙ vidit priuilegium antiquum ſcriptum fuiſſe in materia facta ex quadam herba que in vulgari vocatur pauera.ꝛ eſt illa de qua fiūt tertoria que olim cum glutino quodam coniungebatur in longū et alia de ſuper ponebatur in trāſuerſum ꝛ dicit ſe vidiſſe aliqua priuilegia talia in monaſterio no uantulano, facit quod habetur in.d.l.j.§.j.ff.de bono.poſſeſſio.
16 ¶ † In verſicu.quia vero.no.ꝙ per hec verba recipimus in ius ꝛ proprietatem romane eccleſie videtur dari plena exemptio.de quo hodie dicendum: vt in.c.ſi papa.de priuileg.in.vj. ¶ Item
17 no. † mulierem etiam monialem poſſe conſtitui procuratricem.
18 de quo tangetur cum gloſ. ¶ Item no. † ꝙ contra eccleſiam romanam non videtur currere preſcriptio niſi centenaria.de quo
19 ſ.de preſcript.in.c.cum nobis. ¶ † Item nota ꝙ exemptus nō videtur poſſe deducere ius exemptionis ad preiudicium domini et ſuperioris abſq; illius mandato.de quo in.c.cum.ſ.de re
20 iudicata. ¶ † Item nota ꝙ ſuper exceptione ꝛ replicatione videtur debere ꝛ poſſe recipi teſtes eodem inſtāti ſeu eodem tempore.de quo.ſ.de preſcriptionibus.in.c.illud.ꝛ per Ioan.andr. in.c.a nobis.de exceptionibus. ¶ Item nota ꝙ deciſa queſtione iuris ſuper quo eo non obſtante innouata ſunt inſtrumenta ſi poſtea finaliter obtineatur quod obijciente contra inſtrumentum caſſanda ꝛ corrumpenda ſunt inſtrumenta innouata.facit quod habetur vt lite non conteſtata.accedens. vbi autem ſuccumbit talis obijciens reſtituenda ſunt ꝛ danda inſtrumēta obtinenti pro ipſo inſtrumento. ¶ Ultimo nota ꝙ ad papam ſpectat puidere ne ius romane eccleſie remaneat indefenſibile, facit.ſ.de ſupplen.negligen. prelato. vnde quandoq; ad id agendum conſtituit procuratorem: vt hic patet. quādoq; protector, vt.j.de capellis monachorum.c.ſecūdo. quandoq; de hoc ... tiat.ſ.de preſcriptionibus.ad audientiam. Item etiam poteſt notare ꝙ epiſcopus de iure communi fundat intētionem ſuam

ſine monaſterijs ꝛ eccleſijs ſitis in ſua dioceſ.facit qd habetur in
21 c.omnes baſilice.xvj.q.vij. ¶ † In gloſ.ſed prouocati ibi ſuadere videtur quaſi velit gloſſ.ꝙ de ſimilibus ad ſimilia licitum eſt arguere: vbi eadem eſt ratio.de quo dixi in notabilibus. ¶ In
22 eadem glo.in fi.vnde dicebat Inn.ꝙ † attenta argumentatione que hic fit de teſtibus ad inſtrumenta ſicut per teſtes propter periculum imminens nō pōt probari niſi cauſa fuerit cepta infra annum vel denuntiatum aduerſario: vt in.c.quoniam frequenter.§.primo.vt lite non conteſt. Item eadem ratione videtur ꝙ per tale priuilegium innouatum propter imminens periculum non fiat pbatio niſi ſaltem infra annum agatur vel ſaltem intimetur dicta innouatio, per id qd habetur in.d.c.quoniā.§.j.dicebat tamen Hoſti.ꝙ cum innouatio nil noui tribuat contra priuilegium innouatū poterit obijci quid poterit contra antiquū: ſed in teſtibus circa probationē exceptionū cōtra illos poterat periculum imminere.ꝛ ſic reſidet Io.an.ꝛ do.Anto.Sed certe eodem modo poteſt imminere periculum in pbationibus exceptionū obijciendarum cōtra ipſum inſtrumentum. ¶ In gloſſ.
23 innouāda.in fi.ſolue ꝙ † ſi adeo corroſum eſt inſtrumentū ꝙ legi nō poteſt in partibus ſubſtantialibus: ꝛ tūc non facit fidem.ꝛ ita loquatur hic inquātum innuitur ꝙ nō daretur fides ſi eſſent vetuſtatē cōſumpta: q2 intelligi debet qñ taliter eſſent ꝯſumpta ꝙ legi nō poſſint in partibus ſubſtantialibus: ſecus qñ licet ſint vetuſtate conſumpta vel aliqualiter corroſa a muribus: tamen legi poſſunt in partibus ſubſtantialibus: q2 tunc ꝓbant ꝛ ita loquatur contrarium in caſu tamen iſto nondum erant vetuſtate cōſumpta: ſed incipiebant cōſumi.facit qd no.per gloſſ.ꝛ doc.in
24 d.l.j.§.ſi corroſe.alleg.in gl. ¶ † In gl.procuratricem.ibi vel dic ꝙ ratione.glo.hic vult ſoluere contrarium qd infra formatur: ꝙ femina non poſſit eſſe procuratrix per ea que habentur in.l. alienā.C.de ꝓcura.ꝛ per alia iura que.j.alleg.glo.ꝛ ſoluit tripliciter vt in ea patet. Et pro prima ſolutiōe bene facit qd habetur in.c.dilecti.de arbi.ꝛ qd habetur in.c.cū deuotiſſima.alleg.glo. Pro ſecūda bene facit qd habetur in cle.religioſus.de procura. ¶ In ea.gloſ.ibi eligere arbitros.ſup.ſicut in ſimili quādo epūs
25 habet cauſam cum ſuo ſubdito.xi.q.j.ſi clericus. ¶ † In ea.glo. in fi.poteſt enī papa cū non recognoſcat ſuperiorem in cauſa propria eſſe iudex.ꝛ ſic in cauſa eccleſie: q2 ſic etiā contingit in imperatore in.l.proxime.ff.de his que in teſta.delen.honeſtius tamē eſt ꝙ alteri deleget.per id qd habetur in.l.pretor.ff.de iuriſdict. om.iudi.nam etiam de cauſa fiſcali.ſi procurator fiſci conueniat priuatum vel a priuato cōueniatur cognoſcit de cauſa procurator ceſaris qui etiam rationalis vocatur.C.vbi cau.fiſca.in.l.ad fiſcum.Si vo procurator ceſaris cōuenit alium vel conuenitur tunc cognoſcit procurator fiſci vna cū preſide.C.ſi aduer.fiſcum. l.ij.ꝛ.iij.§ ipſe imperator in dictis cauſis poſſit eſſe iudex ſi vellet: vt patet in.d.l.proxime.ꝛ no.ꝙ imperator habet duplex patrimonium.ſ.proprium item fiſcalē ꝛ pcurator ceſaris eſt conſtitutus circa patrimonium proprium procurator fiſci circa fiſcale. ¶ Item aduerte q2 nedū papa videtur eſſe iudex in cauſa eccleſie ſue: imo videtur ꝙ etiā alius prelatus ſimiliter poſſit eſſe iudex in cauſa ſue eccleſie.p id qd habetur in.c.romana.de penis. in.vj.ꝛ.ij.q.vij.ſi quis ergo.et.c.ſi qs ab epiſcopo.ꝛ.j.de maledic. in.c.j.de quo dicendum vt conſueuit dici in.c.cum veniſſent.ſ.
26 de iud.ꝛ per Inn.in.c.ex parte.j.de ver.ſig. ¶ † Extra gl.aduerte primo.q2 videtur hic probari ꝙ in proceſſu fiendo ſuper innouatione priuilegiorum poſſet procedi lite non cōteſtata. Aliqui tamen dicunt ꝙ vbicunq; agitur de ſtatu eccleſie procedi poteſt lite non conteſtata.de quo in.c.cum olim.ſ.de teſti. Alij vero dicunt hic intelligendum litem fuiſſe conteſtatam. Hoſt.vero dicebat ꝙ hic lis non fuit conteſtata: ſed debebit conteſtari qd q2 iudices omittebant fuit rationabiliter appellatum ſm eum allegat ꝙ in ſimili habetur de iudi.exhibita.et ideo ſm eum reputantur iſti iudices minus diſcreti ꝛ petitum fuit ꝙ diſcretis viris cōmitteretur, ꝛ ſic reſidet Io.andr.do.Anto.hic dicit ꝛ puto ꝙ melius qd cum innouatio priuilegiorum fiat ſaluo iure aliorum non videtur agi de graui preiudicio, ꝛ ideo hec queſtio non videtur plenarie diſcutienda: ſed ſummarie, et per conſequens etiam lite non conteſtata. Et ideo ſi opponitur exceptio de qua poſſit incontinenti conſtare impedietur innouatio: nec erit lis conteſtanda ꝛ ſuper iure principali: poſtea plenius diſcutietur. ¶ Si autem requirat altiorem indaginem fiet innouatio priuilegiorum, reſeruata exceptione ad diſcutiendum in plenario iudicio ꝛ tunc in illo erit lis cōteſtanda, ꝛ ideo licet hic a principio fuerit admiſſa exceptio preſcriptionis: tamen q2 poſtea propter difficultatem appellationis exigebat altiorem indaginem: ideo fuit omiſſa.et ea non obſtante facta fuit innouatio reſeruata di-
27 ſcuſſione in plenario iudicio. ¶ † Secundo tangit qualiter fiat hec tranſcriptio de qua in litera. Et dicit ꝙ fieri debet parte vocata et data ſibi copia.allegat quod habetur de fide inſtrumentorum, accipimus,

Ayuntamiento de Madrid

toru m accipimus.z.c.penul.z vlti.de appella.intimasti.Tertio
28 etiam † tangit an super innouatione priuilegij sit pars citanda
siue innouetur in curia siue extra.z videtur cōcludere Jo.and.
quod innouare potest parte p̄sente:ʒ parte absente non p̄ cōtu
maciam nō videtur posse fieri.saluo nisi cōueniatur vel ei denū
tietur infra annum.p id quod dixi cum gloss.iij.in vbo prouoca
ti.z hoc quia autēticū seu originale posset esse vitiosum z p̄su
mēdum est q ille cuius interest diligētius inquireret z inuestiga
bit q̄ extraneus,z idō videtur citandus scdm Hostien.quod vi
detur limitare quando innouatio fiēda est extra curiam per ali
quos quibus facta est commissio.Secus secūdum eum quando
fit in curia:quia p plures manus hʒ transire litera papalis.s.de
rescript.in.c.cum adeo.cum ibi notatis,z ibi sunt in cancellaria
experti in talibus que de facili poterūt perpendere falsitatem p
vitium latēs si quod esset.facit quod habetur.j.eod.in.c.pēnul
ti.vn̄ dicebat Jnno.s.de testibus.Albericus qō hic nō fuit fa
cta citatio.Sʒ quia coram papa pars se opposuit papa audiuit
illam.z per hoc etiam patet an in concessione priuilegij sit pars
citanda:quia videtur dicēdum qō non p predicta.z per id quod
notauit Jnno.in dicto.c.albertibus.z eadē ratione non videtur
necessario citanda in actu dispēsationis.¶ Item aduerte,quia
videtur qō episcopus hic non poterit p̄scribere contra priuile
gium ex eo quia ignorauit ecclesiam esse exemptam:z sic nō ha
buit notitiam priuilegij exemptionis,z sic non videtur prescri
bere cum hoc non videatur intendere:nec habere animū ad pre
scriptionē:aut sciebat ecclesiam exēptam.z sic habebat notitiam
priuilegij exemptionis:z tunc videtur fuisse in mala fide.z per
consequens non potuisse prescribere.s.de prescrip.c.finali.Sed
potes dicere s̄m Hostiē.qō hic episcopus excusabatur a mala fi
de ex eo quia ius commune faciebat pro eo quod est fauorabile.
exemptio autem videtur odiosa cum per illam etiam semp re
maneant delicta impunita,z consequēter detur via delinquen
di.facit quod habetur.j.de priuilegijs,cum z plantare.et.c.tua
rum.z quod habetur.s.de offi.ordi.irrefragabili.z de regu.iur.
in.c.odia.li.vj.z quia etiam res de facili reuertitur ad naturam
suam.xxxv.distin.in.c.ab exordio.z.ff.de pactis.l.si vnus.§.pa
ctus.vnde dicebat Jnno.qō ius commune preponderat p̄sum
ptioni.quam inducit priuilegium quod potius presumitur im
petratum p falsā suggestionem,z ideo potest episcopus prescri
bere.etiam si habuerit notitiam priuilegij.qō est diligenter no
tandum pro limitatione eorum que habētur in dicto.c.fina.di
cit etiam Hostiē.qō dato q episcopus ignoraret priuilegium.z
sic non intēderet prescribere tamen ad hoc vt procedat prescri
ptio in casu isto sufficit qō adsint comites p̄scriptionis ex eo qz
possidendo surreptionem in genere agit que ex possessione se
quuntur,z sic prescribit etiam sine titulo.ex quo habet ius com
mune pro se,cū ius cōe habeatur pro titulo.facit quod habetur
in.c.j.de p̄scrip.in.vj.z sic residet Joā.and.z do.Anto.Sed cer
te hec solutio non bn̄ videtur tollere contrarium quia actus agē
tium non videntur operari vltra intentionem ipsorum.l.non
omnis.ff.si cer.petatur.z.l.obligationum substantie.ff.de actio.
z obligationibus.z bene facit quod notat Joā.de lignano.in.c.
j.s.de rescrip.vnde potest dici qō p̄scriptio hoc casu potest pro
cedere ex negligētia non vtentis priuilegio.facit quod habetur
j.de priuilegijs.in.c.accedentibus.z.c.si de terra.z ideo ex parte
episcopi non est necesse q ipse habeat animum prescribēdi.sed
sufficit qō pars aduersa non vtatur priuilegio p iura predicta.
facit quod not.Barto.in.l.sequitur.§.si viam.ff.de vsucapioni
bus,z hec solutio videtur plenior p̄teritis.nam prima etiam nō
est sine dubitatione propterea que habētur in.c.veniens.de pre
scriptionibus.¶ Ultimo inquātum hic papa mandat pronun
tiari super abiudicatione subiectionis videtur obstare quia hic
solum fuerat petita innouatio priuilegij,z sic videtur q pronū
tiaretur sup non petito quod de iure non est fiēdum.j.de simo
nia.licet heli.z.ff.communi diuidū.in.l.vt fundus.Sed potes di
cere s̄m Hostiē.qō quando causa innouationis fuit finita pars
episcopi:postea petit sibi monasteriū adiudicari tanq̄ situm in
sua dioceſi.contra quem opponebatur exemptio.z ipse replica
bat de interruptione.z sup his cōstituit papa abbatissam pro
curatricem.z sic non obstabit contrarium quia bene pronuntia
bitur hic super petito.vt patet ex predictis,z pro hoc bene facit
litera.dum dicit imponēs silentium zc.z etiam dum dicit adiu
dicēs episcopo zc.vel potes dici secūdo qō hic processerūt par
tes scdm cursum curie coram papa p narrationem z responsio
nem.z sic fuit lis cōtestata etiam si alius libellus non fuit obla
tus propter presentiam pape.qui suppleto defectum solēnitatis.
vt.l.omnium.C.de testamē.z ideo papa cōmisit receptionem te
stium z mandauit pronūtiari prout hic dicitur.Alij vero dixe
runt q hic fuit conuētio z reconuētio quia moniales petebant
innouationem esse faciēdam pars aduersa petebat innouatio
nem non esse faciendam.facit quod habetu[illegible] in.[illegible] j.s.de mu
tuis petitio.[illegible] ma tamē solutio est magis plena.E[illegible] duerte etiā
quia dicunt al[illegible] qō vbi agitur de iure ecclesie ro[illegible] ane non est
necessaria conte[illegible]tio litis per istum textum.quod tamen dicit
Hostien.alibi melius non probari.facit quod co[illegible] sueuit dici in
c.cum olim.s.de testibus.

1 ☞ Consuetudo patrie est attendenda.
2 Litere obtente preter stilum consuetu[illegible] contra ius sunt
nulle.

AD nostram [illegible] confirmatio quā
religio[illegible] impetrauit a pa
pa sup administratione [illegible] in impetratio
ne se tacuit regularē.Si [illegible] hoc expsse rescriptū fal
sum cēsetur,qz hoc papa facere nō consueuit.h.d.cū seq.z est cō
munis diuisio.Scda ibi:cum igitur.¶ Not.primo q papa non
consueuit confirmare administratiōnes regularibus personis.
Ratio autē esse pōt quia tales habētur pro mortuis nec habēt
velle vel nolle.ij.q.vij.placuit.[illegible]ij.q.j.non dicatis,z prelatum si
bi posuerunt supra se vicedei.de elec.si religiosus.lib.vj.z qz sibi
aliquid p̄sonaliter non possunt querere.sed monasterio.viij.q.
j.c.j.etiā si sit in fuga eadē causa.z.q.ij.abbates.ideo nō est mirū
si talia p̄sonaliter non possunt impetrare s̄m Goffre.z hec vlti
1 ma ratio planior est.¶ † Itē no.consuetudinē patrie attenden
dam sic z alias attēditur ꝯsuetudo patrisfamilias.l.vel vniuer
sorū.ff.de pigno.actio.z.l.qui semisses.ff.de vsur.z facit.s.de re
2 iudica.c.in causis.¶ † Itē no.q litere obtēte preter stilū consue
tum curie cōtra ius sunt nulle.facit qō habetur.j.c.proxi.atten
di enī debet stillus curie.j.de crimine falsi.in.c.q̄ graui.z sic sur
reptio hoc casu vitiat literas ipso iure.facit qō habetur in.c.ad
audiētiam.el.ij.s.de rescrip.¶ In glo.j.in fi.z bene facit qō ha
betur in.c.ne aliqui.de priuileg.lib.vj.z de rescrip.c.si.eo.lib.z.s.
de electio.c.constitutus.

1 ☞ Litere in qbus cōfirmant prioratus vel administrationes
religiosis si faciunt mentionem de religione presumuntur false.
2 Litere vbi emanant contra ius z stilum curie presumūtur false.

POrrecta. Istud est summatū cū precedēti
z est cōis diuisio.Scda ibi:cū igi
1 tur.¶ † Not.primo q litere in quibus confirmantur
prioratus vel administratiōes religiosis si faciūt mē
tionem de religione p̄sumuntur false.si nō faciunt sunt surrepti
tie.z sic non valent.vt hic patet vnde dicebat Abbas q etiā ex
hac decret.contra religiosos surgit gladius acutus:quia renob
2 nant se ad quam partē velint reperiunt obstaculum.¶ † Item
no.q vbi litere emanant contra ius z stilū curie p̄sumūtur fal
se.¶ Et no.diligēter q talis p̄sumptio videt sufficiēs etiam ad
condēnandum quem de falso ad penam criminalē.ʒ regulariter
in criminalibus ex p̄sumptione nō fit quis dānandus.ff.de pe
nis.in.l.absentem.z facit qō no.s.de presump.c.afferte.¶ Ulti
mo no.q aliquādo nocet suppressio religionis impetrantis,fa
cit.s.de rescrip.c.ad aures.z similiter quādo suppressio religiōis
illius contra quē impetratur.s.de rescrip.cū ordinem.sic etiam
quādoq nocet suppressio dignitatis impetrātis.s.c.ad aures,z
eius contra quē.eo.titu.in.c.sedes.¶ In glo.iij.ibi nisi euiden
ter appareat zc.Sed quando dicetur euidēter apparere de certa
sciētia d[illegible] pape.ex quo nō sufficit qō facta sit mētio religionis,
dic s̄m Hos[illegible] q dicetur hoc apparere quādo fit cōfirmatio cum
clausula non o[illegible]stāte hac decre.porrecta.facit qō habet in.c.nō
nulli.de rescri.z de eta.z quali.in.c.eam te.j.de capel.mo.in.c.pe
nul.z qō habetur in.l.si quis.in princ.testa.de leg.iij.z in.l.fi.C.si
contra ius vel vti.publi.idem si approbētur p secundam iussio
nē pape mandantis confirmationem illam obseruari.in auc.vt
nulli iudicum.§.ad hoc vero iubemus.coll.ix.z in auc.de man
datis princ.§.deinde.colla.iij.Unde dicebat Jnn.q allegās cer
tam sciētiam pape debet hoc probare propter p̄sumptionē que
trāsfert onus pbandi in ipsum.C.de pba.in.l.fine.Hosti.vo di
cit q quicqd dicāt hec iura tota die religiosi impetrāt confirma
tiones p̄sonales ad quod dici pōt s̄m eum q multa p patientiā
tolerant zc.j.de prebē.cū iādudum.Solet tn̄ in cōfirmatiōibus
istis poni clausula vsq ad nostre voluntatis bn̄placitū que gra
tia expirat morte pape.de rescrip.si gratiose.lib.vj.z erit tūc vi
uente papa obedientiarius pape.qui prius erat obedientiarius
abbatis.j.de priui.c.j.in.vj.z facit qō no.j.de preben.in.c.nisi.z
s.de electio.cū inter.R.z in.c.sup eo.de offi.deleg.z in cle.quia
regulares.de supplē.negli.pla.¶ Quid autem si papa conferat
prioratū annualē vacantē.videtur velle Pau.z Jo.[illegible]alde.vt re
fert Ap.de castel.in sua alle.ix.q ex quo papa cōfert ex sua po
testate cēsebitur esse perpetuus.sec9 si ex potestate deuoluta p
pter negligētiam inferiorū prelatorū s̄m ea que habentur in di
cta clemen.quia regulares,quia tunc nō alterātur vires bn̄ficij.
z ita dicit paulum disputasse.dicit etiā qō ʒ semel vt p petuum



Ayuntamiento de Madrid

fuerit p pa ... conatu nō dicetur mutaſſe naturā quominus ſi
poſtea vacet nō redeat ad primā naturā.ꝛ ſic etiā ... icit Lap.i lo
co preall... ſcit etiā hic do.Ant.ꝙ etiā tales qui habuerūt bñfi
cia ex collat ione pape potuerūt priuare ex ca... ... ex toꝛta
poſt collatio nē vel cōfirmatione eo caſu quo illa facta fuerit et
ex certa ſciēt ia per id qd dictū fuit in.c.j.ſ.eo.ti.ꝛ qd ibi etiā no.
in glo.ſi.ꝛ pdic ... faciūt ad queſtionē quā poſuit Lapus in dicta
alleg.ix.videlʒ an ſi papa beneficium annuale ex ſtatuto eccleſie
quo cauetur qd ... cēſeatur poſt annū poſtq̄ fuerit collatū
reſeruauerit ſue collatio... ꝛ vacauerit p mortem illius qui ha
bebat ꝛ cōferat ... vt ppe tuū:vel mandet de illo puideri nō
facta mentione ... an gratia cenſebitur ſurreptitia,ꝛ
an etiā in dubio cēſebitur ... llatū.vt ſit ppetuum hoc eſt vt du
ret ad vitā eius cui conceditur ꝛ concludit ꝙ gratia non cēſetur
ſurreptitia:qꝛ aut dicetur intelligi collationē factā eſſe vt tēpo
raneā:ꝛ tunc ex quo collatio nō repugnat ſtatuto ſeu cōſtitutio
ni eccleſie taciturnitas talis cōſtitutionis nō habet vitiare lite
ras:ſicut nō vitiarētur litere ſi taceretur cōſtitutio que haberet
qd prioꝛ haberet iurare ſe ſeruaturū cōſtitutiones eccleſie.nam
taciturnitas eoꝛū que papa nō tollit:nec illis derogat reſcriben
do nō debet literas vitiare.Si aūt intelligatur collationem eſſe
perpetuam:adhuc dicit idem qꝛ cōſtitutio diſponens bñficium
non eſſe perpetuum eſt cōtra regulas iuris.vij.q.j.paſtoꝛalis.ꝛ
ideo nō habet preiudicare ſuperioꝛi cuius autoꝛitas ītelligitur
excepta.de iureiur.venientes.ꝛ.c.cōſtitutus.de reſcrip.vnde re
ſeruando ſue collationi videtur illud reducere ad regulas anti
quas vt pro hac vice cōceſſio intelligatur ppetua:nec habet ne
ceſſe facere mētionē papa de conſtitutione ſpeciali.que eum nō
obligat.ꝛ ideo ſicut p talē reſeruationē tollit capl'o ius eligendi
pro illa vice.ita etiam pro illa vice ius annualitatis,ꝛ hoc dicit
procedere quando cōfert ſeu quando mandat conferri precedē
te prius reſeruatione.ſecus ſi mandaret conferri nō precedente
reſeruatione:quia tūc impetratur bñficium tanq̄ vacans eo tē
poꝛe:quo electio ſpectabat ad capitulum ꝛ eo tēpoꝛe quo vige
bat conſtitutio de tēpoꝛe annualitatis que ꝯſtitutio taceri non
debuit,per id quod habetur.ſ.de reſcrip.ſuper literis.Sed ad
uerte quia dictum Lapi non videtur verū eo caſu in quo prece
dit reſeruatio vel quādo papa confert:quia papa in dubio non
videtur velle tollere conſtitutionē eccleſie,vt patet ex his que le
guntur ꝛ notantur in.c.conſtitutus.de reſcrip.ꝛ ideo videtur ꝙ
in dubio intelligatur collatū ſm qualitatē beneficij deputatam
per ſtatutū.ꝛ ſi appareret ꝙ voluiſſet cōferre vt perpetuū reſcri
ptum videretur ſurreptitiū ſi non fuit facta mentio de ipſo ſta
tuto:quia papa in dubio nō videtur vti plenitudine poteſtatis:
niſi expreſſe hoc appareat.ꝛ per cōſequens nō videtur in dubio
velle derogare conſtitutioni eccleſie.per id quod habetur in.d.c.
conſtitutus,foꝛte tamē poſſet dici ꝙ ſi habuit notitiam cōſtitu
tionis.ex quo cōfert ex ppria poteſtate ꝛ nō eſt deuoluta videa
tur conferre tanq̄ perpetuū pro illa vice.per id quod dixi.ſ.poſt
Pau.ꝛ Jo.calderi.Et predicta puto procedere de iure.licet do.
Anto.hic dicat/attēdendum eſſe.an v̄ba ſtatuti ſeu conſtitutio
nis afficiant actū electionis,an vero afficiant ipm bñficiū:qꝛ ſm
eum primo caſu non afficit cōſtitutio factum pape.ſecūdo ſic,qꝛ
videtur tunc ſm naturam beneficij velle procedere,ꝛ ſic ſm eum
etiam ſi papa conferret cēſeretur eſſe annuale.ꝛ idem ſi manda
ret conferri precedēte reſeruatione,ſed certe ſi tenemus dictum
Pau.ꝛ Jo.calde.non videtur procedere iſtud dictum p ea que
ſuperius dixi licet ipſe conatur diuerſificare,quia dicit ꝙ in ca
ſu Paul.a principio bñficium eſt manuale:ſed in caſu conſtitu
tionis ſupradicte bñficium habet durare ſolū vſq; ad annū non
autem eſt reſolubile ad nutū ſuperioꝛis prout eſt prioꝛatus ma
nualis.Sʒ certe non videtur in hoc bona ratio diuerſitatis.poſ
ſet tamē dici vt ipſe etiā videt̃ ſentire ꝙ ex quo bñficium eſt ma
nuale ꝛ collatum p papam nō poteſt inferioꝛ illud ſoluere.ideo
tunc cēſetur conceſſio ppetua,ſed quando ex cōſtitutione bene
ficium eſt annale.tūc abſq; facto alicuius ex vi ſtatuti finitur be
neficium.ideo tunc non eſt abſonū ꝙ finiatur licet fuerit collatū
p papam qui in dubio vt eſt dictum nō videtur voluiſſe deroga
re ſtatuto,vt patet ex nota.i dicto.c.cōſtitutus,ꝛ hoc modo poſ
ſit ſaluari opi.do.Ant.prout etiam ipſe videtur finaliter ſenſiſ
ſe.ꝛ ſic patet ſequēdo opinionē do.Anto.qd bene tenebit colla
tio bñficij in caſu predicto.Sed intelliget̃ collatum ſm qualita
tem bñficij,ꝛ ſic vt ſit annale ſcōm foꝛmā conſtitutionis niſi ap
pareret aliud eſſe de mente pape ꝛ facta fuit mentio de ſtatuto.

a ¶ Snia.idē ī effectu ſūmat hic .d. ab.ꝛ ſi q̄ris ad declaratione gl.ſuper v̄.cōfirmatione de quado.Jo. hic nō facit mētionem qd ſeu de q̄ cōfirmatio operet̃. vid hic pdo.hē. ho.in p̄n.c.

b ¶ Jn cōfirmationib[9]. nō eſt dſia in ſūmatiōe hui[9].c. iter p.ab.ꝛ.d.io.

1 ☞ Confirmatio facta in foꝛma communi non validat ſenten
tiam vel laudum contra vitium nullitatis.
2 Emologatio an firmet ſententiam circa ius nullitatis.
3 Sententia licet ſit nulla ſi tamē partes appꝛobent illam ſerua
ri debet.
4 Laici poſſunt habere ius in eccleſia reſpectu iuriſpatronatus.
5 Sententia lata per gratiam an ſit ipſo iure nulla.
6 Sententia lata per pecuniam eſt ipſo iure nulla.

a **Examinata.** Sentētia[a] lata cōtra foꝛmā
iuris ꝛ cōpromiſſi nō valet.
etiā ſi p papam fuerit in foꝛma cōi cōfirmata.h.d.Et
primo ponit cauſam decreti.ſcdo decernit:ꝛ ſic ponit
decretū.ſecūda ibi vnde.¶ Jn text.ibi ſup eccleſia:ideſt ſup iu
repatro.eccleſie vt colligitur ex his q̄ habentur.ſ.de iudi.c.exa
minata,que eſt huius:qꝛ laici non poſſunt aliter habere ius in
eccleſia.ſ.de elect.ſacroſancta.ꝛ.c.maſſana.¶ Jtē ibi:vicedomi
nus;ideſt vicarius epi ſabinēſis.Jtē ibi ſicut prouide ꝛc.ꝛ ſic cō
firmatio facta fuit in foꝛma cōi iuxta ea que habētur.ſ.e.in.c.j.
1 ¶ † Nota primo qd cōfirmatio facta in foꝛma cōmuni non vali
2 dat ſentētiam vel laudum cōtra vitium nullitatis.¶ † Jtē not.
ꝙ emologatio nō videtur firmare ſentētiam cōtra defectū nul
litatis,vt videtur hic probari.ꝛ ſic tranſit hic do.Anto.Sʒ ad
uerte qꝛ videtur contra id qd legit̃ ꝛ no.ꝑ legiſtas in.l.ij.C.cōia
3 vtriuſq; iudi.vbi not.ꝙ licet † ſentētia ſit nulla.ſi tñ partes ap
pꝛobēt illā ex vi talis cōſenſus ſeruari debet.ꝛ ita videtur dicē
dum in ppoſito.Sʒ potes dicere ꝙ hoc debet intelligi quando
laudum continebat tale quid ſup quo partes nō poterāt diſpo
nere vt qꝛ foꝛte cōtinebat ſimoniā.facit ꝙ habetur i.c.ij.ſ.de ar
bitris.Secus ſi fuiſſet tale quid ſup quo potuiſſet ſibi preiudi
4 care.¶ † Jtem not.qd laici poſſunt habere ius in eccleſia.ſʒ in
tellige hoc verum reſpectu iuriſpatronatus.p id quod dixi ſup
text.qs aūt appelletur hic vicedomin[9].dic ꝙ erāt clericus vt vi
carius epi Sabiñ.qui eps Sabi.eſt de nūmero cardinaliū.ſicut
Hoſtien.poꝛtuēſis albanenſis peneſtrinus ꝛ tuſculanus,iſti oēs
ſunt epi.ꝛ de numero cardinaliū:qui cum aſſiſtant pape habent
in eoꝝ eccleſijs vicarium qui vulgariter dicitur vicedominus
5 ſm Hoſti.¶ † Jn gloſſ.cōpꝛomiſſi.ibi vel p gratiam ſupple:vel
quia habet in ſe erroꝛē iuris expꝛeſſum.facit qd habetur in.c.j.
de re iudi.Aduerte tamē quia gl.hic videtur velle ꝙ ſentētia la
ta p gratiam ſit ipſo iure nulla ſicut quando lata eſt per ſoꝛdes.
hoc eſt p coꝛruptelam pecunie.facit.l.venales.C.quādo prouo.
nō eſt neceſſe.Sʒ in contrarium eſt text.ꝛ glo.in.l.ſeruo inuito.
§.cum ptoꝛ.ff.ad trebel.vt patet ꝙ ſentētia lata p gratiam eſt ali
qua:licet poſſit peti reſtitutio in integrum contra illā.ꝛ ſic aliud
eſt quando p pecuniam.ꝛ ſic p ſoꝛdes quia tūc eſt nulla ipſo iu
re.ꝛ iſtud cōmuniter tenetur.vt patet ex no.i.d.§.cū pretoꝛ.ꝛ in
dicta.l.venales.lʒ Joan.and.ꝛ do.Anto.nil dicāt ſup hac gloſſ.
6 ¶ † Jtem aduerte qꝛ lʒ ſit clarū ꝙ ſentētia iudicis lata per ſoꝛ
des ſeu p pecuniam ſit nulla.tñ dubiū eſt an idem ſit in laudo ꝛ
arbitro.nam videt̃ ꝙ ſic p iſtum tex.cū gl.Sed cōtrarium vide
tur tenere gloſſ.in.d.l.venales.vbi videtur velle ꝙ laudū teneat
ipſo iure.ſʒ poſſit obijci exceptio.potes dicere ꝙ reuera laudū
eſt nullum ipſo iure.per id qd habetur in.l.j.C.de arbi.ꝛ in.l.iij.
Sed tamē de rigoꝛe committitur ſtipulatio penalis appoſita ī
cōpꝛomiſſo ſi contraueniatur:ſʒ poteſt opponi exceptio contra
petitionē pene.p.l.ita demum.ff.de arbi.ꝛ ſic debet intelligi gl.
in.d.l.venales.¶ Jn gloſſ.ſi.ibi arg.cōtra.j.c.proxi.Solue quia
hic loquitur quando ꝯfirmatio eſt facta in foꝛma cōmuni:ſed in
contrario fuit facta ex certa ſcientia.ideo tunc iſta v̄ba non in
telligūtur conditionaliter ſed cauſatiue,vt no.j.c.proxi.in gloſ.
penul.¶ Jn ea.glo.ibi lex priuata ſupple.vt pbatur in.c.priui
legia.iij.diſtin.

1 ☞ Compoſitio ſuper decimis valet.ꝛ nu.3.
2 Clauſula ſicut ſine prauitate appoſita in confirmatione facta ex
certa ſcientia non ſtat conditionaliter ſed cauſatiue.ꝛ nu.4.

b **Venerabilis.** Jn cōfirmationibus[b] que
fiunt ex certa ſcientia ver
bum ſicut ponitur cauſatiue.nec nocet ſi verbum con
firmationis cōfirmati tenoꝛem precedat.h.d.ꝛ eſt cō
1 munis diuiſio.ſecūda ibi mādamus.¶ † Nota primo ꝙ valet cō
poſitio ſup decimis,ꝛ ſic ſuper iure ſpirituali ſi ſit facta autoꝛi
tate ſuperioꝛis.facit.j.de prebē.niſi.ꝛ.ſ.de electi.cum inter.R.
¶ Jtem not.arg.pro ꝛ contra ꝙ inferioꝛ a papa poteſt ſup de
cimis cōponere.de quo tangitur cū glo.j.¶ Jtem no.ꝙ partes
ex conuētione poſſunt laudo dare executionem ad tempus,vel
ſub conditione.¶ Jtem no.ꝙ cautū eſt in literis confirmatio
nis facere inſeri tenoꝛē cōfirmati.ꝛ no.ꝙ nō vitiatur cōfirmatio
lʒ verbū confirmationis pcedat tenoꝛē confirmati nam foꝛte ſic
ſtabat tenoꝛ cōfirmationis,cōpoſitionē īter vos initā autoꝛita
te apl'ica cōfirmamus,cuius tenoꝛē duximus preſentibus inſe
2 rendū q talis eſt vcʒ ꝛc.¶ † Jtē no.ꝙ clauſula ſicut ſine prauita
te appoſita in cōfirmatione facta ex certa ſcietia nō ſtat cōditio
naliter ſed cauſatiue,de quo in glo.pe.¶ Jtē no.ꝙ ex qualitate
mediatoꝛis preſumitur p cōtractu ꝛ p carētia vitij in ipſo con
tractu.facit qd habet̃.ſ.de pben.niſi eſſent.ꝛ.ſ.de preſcript.c.ad
audientiā.¶ Jtē no.ꝙ eo ipſo ꝙ tenoꝛ priuilegij vel compoſitio
nis inſeritur

Ayuntamiento de Madrid

ma inſeritur in cōfirmatione ſeu in litera
mitur fieri cōfirmatio ex certa ſciētia: [illegible] multū o[illegible]
firmatio. vt tangit gl. ij. Secus qn̄ nō eſt facta ex certa ſciētia. [illegible]
cit qd̄ habetur in ſimili in l. ij. ff. de cōdi. ⁊ demon. vbi demū pro-
deſt implementū cōditionis quādo fit ex certa ſciētia nō facto
f eu caſu fortuito. ¶ Itē no. ꝙ in caſu decre. compoſitio ex con-
uentione debuit mandari executioni poſt confirmationem [illegible]
nō prius, vnde dicebat Hoſtiē. ꝙ talis conuentio [illegible]
contractus in ſcriptis: cuius natura eſt vt nullum [illegible]
ctum anteꝙ̄ ſcriptura ſit cōpleta. C. de fi. inſtru. [illegible]
3 ¶ † In gl. j. in fi. vel dic ſm̄ Inno. qd̄ componi [illegible]
dentia ⁊ coherentia extrinſeca ad ius ſpūale: nō autem ſuper
iure ſpāli. vnde dicit ꝙ hic non fuit facta compoſitio ſuper iure
decimali. ſed quo loco ⁊ quo tempore ſolui deberet. Hoſti. vero
dicit ꝙ hic fuit facta ſup q̄ntitate ipſaꝝ decimarū, ⁊ ideo neceſ-
ſaria fuit papalis cōfirmatio que fieret ex certa ſciētia. vnde in
terminis de quibus dicit Inno. ſola autoritas legati ſuffeciſſet.
ſed nō in terminis de quibus loquitur Hoſtiē. facit quod no. in
c. a nobis. j. de decimis. ¶ In gl. ij. ibi. ⁊ c. veniēs. ⁊ ſic habet du
plicem effectum talis inſertio. vt pʒ ex ſupradictis per gloſ. ha-
bet etiā tertiū effectum per id qd̄ ponit gl. ſ. quia nō erit neceſſe
deinceps oſtēdere originale. ¶ In ead. gloſſ. in fi. ⁊ ſic concludit
glo. ꝙ abſqꝫ originali probabit confirmatio tenorem compoſi-
tionis, ⁊ hoc dicit Hoſti. verum quo ad inſerta in dicta cōfirma
tione etiam. dato qd̄ ſint cōtractus [illegible] eo ipſo qd̄ in ipſa cōfir-
matione ſunt inſerta apparet papā voluit diſpēſare. ſ. de traſ-
actio. c. j. cum ibi notatis, dicebat tamē Inn. ꝙ ipſe idem ſi feciſ
ſet ignoranter ſupple quia ignoraſſet ſibi ius aliquod compete-
re poſſet pro ſuo iure cōtradicere. p id quod habetur de fide in-
ſtru. inter dilectos. ver. porro. ⁊ fortius extraneus quia res inter
alios acta alijs nō preiudicat. C. res inter alios acta. in rubro ⁊
nigro. ¶ Item audiretur alter dicens ſe dolo inductum p id ꝙ
habetur. ff. de pactis. in. l. tres fratres. ſm̄ Inn. ꝙ eſt verum ſm̄
Hoſti. quādo non fuit preſens in cōfirmatione. nam ſm̄ Hoſti.
non debet aliter fieri confirmatio niſi in preſentia partium: vel
ipſis inſtātibus alias nō noceret ſi facta fuiſſet eis nō preſenti-
bus nec vocatis, facit quod habetur de fide inſtru. c. penul. ⁊ fi.
Secus dicit in innouatione priuilegij quam papa poteſt facere
etiā partibus non vocatis. ſ. eo. in. c. cum dilectus. cum ibi not.
⁊ ſ. de teſtib⁹. albericus. ⁊ eſt ratio diuerſitatis īter priuilegia. ⁊
confirmationem inſtrumēti. primo quia circa tenorem ſuorum
priuilegiorū curia eſt plene inſtructa: nec de facili pōt decipi. ſe-
cus in inſtrumentis, facit quod habetur de clericis peregri. in. c.
j. ⁊ ſ. de dolo. in. c. cum olim. ¶ Item ſecūdo quia de facto curie
agitur in priuilegijs vbi non eſt pbabilis error. ſecus in inſtru-
mentis p id quod habetur de reſcri. ab excōmunicato. ¶ Item
quia in priuilegijs cōſiderantur principaliter illa que ſunt iuris,
ſed in inſtrumentis illa que ſunt facti ⁊ papa non ſic preſumit
4 habere notitiā facti prout iuris in. c. j. de conſtitu. in. vi. ¶ † In
glo. pe. in fi. quaſi velit glo. ꝙ quādo confirmatio eſt facta ex cer-
ta ſcientia illa verba ſicut proinde non faciunt conditionem: ſʒ
ponuntur cauſatiue. facit quod no. gloſſ. in. c. quoniam abbas. in
glo. fina. ſ. de offi. deleg. Secus quādo fit in forma cōmuni. quia
tunc ponuntur conditionaliter. potes concludere ſm̄ abbatem
ꝙ aut papa confirmat ſimpliciter non adiecta clauſula ſicut in-
ſte vel ſimili. ⁊ tunc dicitur ex certa ſciētia cōfirmaſſe: aut adijcit
dictam clauſulā vel ſimilem ⁊ tunc aut apponit tenorem rei cō-
firmate in confirmatione: ⁊ tunc intelligitur ex certa ſciētia con-
firmaſſe, vt hic pʒ. aut nō ponit tenorē rei confirmate: ⁊ tunc in-
telligitur facta cōfirmatio in forma cōi. ⁊ ſic parū aut nihil ope-
ratur. ſ. titu. pxi. niſi forte quo ad parandū titulū ſm̄ ea que ha
bentur in. c. dudū. j. de decimis. de quo dicendū vt ibi. ⁊ dicebat
ipſe abbas ſe audiuiſſe ꝙ vbi papa cōfirmat ex certa ſciētia facit
publice in audientia proponi edictum. ſi quis eſt qui velit con-
tradicere ꝙ velit comparere.

1 ☞ Legatus an poſſit vnam eccleſiam ſubijcere alteri.

a **Sua nobis.** Per confirmationem [a] fa-
ctā in forma cōi ius dioce-
ſani nō ledit ⁊ collatio eccleſie facta alteri eccleſie p le
gatū etiā in forma cōmuni per papā confirmata ius
cōmune nō ledit. hoc dicit. ⁊ eſt cōmunis diuiſio videlʒ ptis cō-
queſtio ⁊ puiſio. ſecūda ibi: cum igitur. ¶ No. primo ꝙ legatus
non videt poſſe vnam eccleſiam alteri ſubijcere nec ſubtrahere
obediētiā vnius eccleſie ⁊ alteri applicare. ex hoc etiā potes no
tare ꝙ legatus nō videtur poſſe iuri inferior detrahere nec illi
derogare. ⁊ ſic facit ꝙ nō poſſit vnā eccleſiā alteri vnire. ⁊ preſer-
tim collegiatā. de quo dicetur poſt glo. ¶ Ultimo potes notare
1 ꝙ dictū eſt in ſummario. ¶ † Extra glo. videt ꝙ potuit legatus
b vnā eccleſiam ſubijcere alteri: [b] q2 hoc etiā poteſt eps. j. de exceſ.
prela. in. c. ſicut vnire. Aduerte q2 hui⁹ timore eſt duplex intel-

a[illegible]or. arg. c. in [illegible] Aliud iure
[illegible] totalia [illegible]
inferibus epis ⁊ metropolitanis erunt [illegible] ſi. ⁊ ſi
[illegible]ale ius ergo habebūt iſti ordinarij. q[illegible] [illegible] cta. cōceſſio.
[illegible]ondet qd̄ cēſebūtur vt patronis de [illegible] [illegible] rigere vnem.
pro illis etiā ſi [illegible] adminiſtratur [illegible] [illegible] etiam
in quibus facta eſt cōceſſio extra or[illegible] nō derogan-
do iuribus aliorū. ⁊ etiam alijs neg[illegible] viſitare.
Sed certe vt ipſemet Inno. tangit [illegible] cōgnit li-
tere. que videtur velle ꝙ intētio lega[illegible] eximere patet
quia dicit cōtulit quo ad tpalia ⁊ [illegible] ⁊ ſic ſi tenuiſſet [illegible]
legati fuiſſent iſte eccleſie plene exēpte a patriarchis ⁊ alijs. vn-
de ſecūdus eſt itellectus ꝙ hic nō valuit cōceſſio. ⁊ ſubiectio fa-
cta per legatū ex defectu poteſtatis legati. ⁊ hoc tenent quidā: ⁊
ſequitur abbas: dicentes ꝙ non pōt legatus ſubijcere vnam ec-
cleſiam alteri vel ppetuam donationē facere. lʒ poſſet beneficiū
vacans conferre ſi eſt legatus cardinalis, vt in. c. j. de offi. lega. in
vi. vnde etiā concludit ꝙ legatus nullā habet poteſtatē in aufe-
rendo iura vnius eccleſie ⁊ dando alteri. Sed papa ſi hoc faciat
ex certa ſciētia ⁊ nō aliter. ⁊ ideo cum priuilegium conceſſum p
legatū detraheret iuriſditioni patriarche cū eſſet plenaria exē-
ptionis nō videtur hoc potuiſſe facere legatus, facit etiā qd̄ ha-
betur in. c. ſi. de here. in. vj. p glo. vbi legatus etiam de latere nō
poteſt cōmittere cauſam vt cognoſcat ſine ſtrepitu ⁊ figura iu-
dicij inuita parte: quia illud eſt ꝯtra ius. ſ. de lit. cōteſta. c. j. ⁊ fa-
cit qd̄ habetur in. c. ſi. de offi. archipreſ. ⁊ hoc etiam videtur velle
Specu. in tit. de leg. §. nunc oſtendendū. verſi. xi. ⁊ in ver. lvij. vbi
cōcludit pro regula ꝙ ad preiudiciū alterius nihil poteſt facere
legatus etiā de latere. ⁊ ſic non poteſt dare de iure vnius alteri.
quia hoc ſolus papa pōt videlicet aliquē priuare iure ſuo. alleg.
xxiij. q. viij. cōuenior. ⁊ c. ſeq. Ioā. tamē and. ſuper dicto. ver. lvij.
videtur velle ꝙ de iure alteri⁹ poſſit dari alteri eo caſu quo po-
teſt eps videlʒ cauſa legitima ſubſiſtente iuxta ea que legūtur ⁊
no. in. c. ꝯſtitutus. cū ſuis remiſſionibus. j. de relig. do. ⁊ in ſuis
cōcor. ⁊ i. c. j. de re. eccle. nō alie. in. vj. Sed aduerte quia idē Spe-
cu. in prealleg. §. nunc oſtēdendū. in ver. quāto videtur limitare
que ſuperius dicta ſunt. nam ibi cōcludit ꝙ poterit vnire eccle-
ſias inferiores, ſicut poteſt eps. dū tamē non veniat ad preiudi-
cium dioceſani prout faciebat hic, ⁊ propter hoc non valuit iſta
vnio ⁊ cōceſſio. ⁊ plus dicit ibi Io. an. in addi. ꝙ legatus poterit
c eccleſiā ſubiectam epo ſubſiſtēte iuſta cauſa vnire eccleſie [c] cathe-
drali nō erigēdo illā in cathedralē ſed applicando illam menſe
epali. de qua vnione loquitur in cle. ſi vna. de re. ec. non alie. ⁊ ſiet
dicta vnio ſine preiudicio rectoris ſi viuit: ideo nō erit neceſſe il-
lum vocari. vt i. d. cle. ſi vna. illo vero mortuo reget epiſcopus il-
lam p vicariū perpetuū. ⁊ de redditibus eccleſie ſibi aſſignabi-
tur congrua portio. iuxta cle. j. de iure patro. ⁊ ꝙ poſſit legatus
vnire vnam eccleſiā. alteri etiā videtur idem Specu. voluiſſe in
eo. §. verſi. premiſſa. ibi: vnde [illegible] legati poteſtatem ⁊ c. vbi con-
cludit ꝙ legatus in puincia ſibi cōmiſſa illa poteſt exercere, que
quilibet ordinarius ſue legationis poteſt, ſiue de iure ſiue de cō-
ſuetudine, ⁊ ſi ſit abbas ſiue eps ſiue primas vel patriarcha niſi
vbi reperiretur expreſſum ꝙ patriarcha vel alius haberet ma-
iorem poteſtatē. vt cōtingit in aliquibus que non poteſt delega
tus, ⁊ tū poteſt patriarcha, de quibus in verſi. qd̄ autē dixi in pre-
alleg. §. nunc oſtēdēdum. ⁊ videtur etiam Specu. velle ꝙ nō ha-
beat legatus maiorē poteſtatem ꝙ̄ habeat quilibet ordinarius
ſue legationis niſi vbi reperiatur expreſſum ꝙ habeat maiorem
vt contingit in aliquibus caſibus. facit qd̄ habetur in. c. j. ⁊ c. pe-
nul. ſ. de offi. lega. ⁊ iſtam partē etiā tenēt do. de Rota in ſua cō
clu. lv. ⁊ reſpondet ad hanc decret. qd̄ hic fiebat vnio concedēdo
plenariā exēptionē per quam preiudicabatur nimiū ordinarijs
qd̄ nō contingit in alia vnione. licet p illam auferatur collatio. b
⁊ ſic videtur reſtare concluſio ꝙ legatus poteſt eccleſiam etiam
collegiatam alteri ſubijcere ⁊ vnire dūmodo nō velit ipſam ple-
narie eximere. ſed Federi. de ſenis in ſuo conſi. cxcv. tenuit cōtra
rium videlʒ ꝙ legatus etiā de latere non poſſit eccleſiā collegia
tam alteri vnire: nec etiam ſimplicē eccleſiā in qua eps vel alius
habeat ius conferēdi. ⁊ ſimiliter non poſſet alterare ſtatū eccle- c
ſie. vt ſi eccleſiam in qua eſt collegium clericorū ſecularium vellet
conſtituere locum religioſum ⁊ conuētum religioſorū. nec poſ-
ſet etiā autoritatē dare plebanis inuitis canonicis vt pmutent
ſuas plebes: quia qui non pōt cōferre nō poteſt autoritatē per-
mutationi preſtare ſm̄ ea que habētur in. c. vno. de rerū permu.
in. vi. ⁊ pro pdictis alleg. qd̄ habetur in. c. iiij. de offi. lega. in. vi.
vbi legatus non videtur poſſe ſe intromittere de eccleſijs colle-
giatis, adducit etiā pro predictis qd̄ not. in Specu. de legato. §.

a ¶ Per con
firmatione.
ſi quis virū
per cōfirma
tio. vel īdul
gētias vel p
uilegia pa-
pe ſubditi
eporū eximā
tur ab ipoꝝ
iuriſdictiōe
diſti. vt h p
hē. borch. i
prin.

b ¶ Subijce-
re alteri. vi
de do. ab. in
c. ſicut vnire
d̄ exceſ. pla.

c ¶ Unire ec-
cleſie. vide
ab. i. c. ſicut
vnire. alle.
ſ. i pxi. apo
ſtil. vbi tra-
ctat de iſta
vnione p le
gatū facta.

Ayuntamiento de Madrid

..ꝛ ꝑ preo
[illegible] re alt[illegible]
[illegible] o ord[illegible] ve[illegible] [illegible] concesſum legato
aliena iura ſi[illegible] u preiudiciū turbare ſeu tollere.facit [illegible]
no.ꝑ glo.ſ.de [illegible] [illegible].in.c.nobis.licet ad tempus poſſit co[illegible]
ferendo beneſi[illegible] [illegible] preiudicare.ſ.de offi.leg.in.c.di[illegible]
ctus,ꝛ ſic conclu[illegible] [illegible]tus poteſt illa que poteſt epiſcopus,
vbi nō contingat [illegible] [illegible] in perpetuum preiudicari.alias
nō poterit illa que pote[illegible] [illegible]ſcopus qui bene poteſt ſibiipſi pre-
iudicare.vt ſ preallega[illegible] [illegible] vnire.nec eſt abſonum ſm eum qꝺ
aliquid poſſit epiſcopu[illegible] qꝺ non poſſit legatus qꝛ fauorabilior
eſt poteſtas ordinarij ꝙ delegati.vt in cle.ij.cum ibi nota.de of-
fi.ordi.ꝛ qꝛ etiam epiſcopus non poſſet alienare ſine cōſenſu ca-
pituli cum autoritate legati,in.c.penul.ſ.de his q̄ ſi.a prela.ꝛ qꝛ
epiſcopus cum cōſenſu capituli poteſt alienare.xij.q.ij.ſine ex-
ceptione.ꝛ tamē hoc nō poſſet legatus.do.Ant.hic reſidet cum
iſta opi.Federi.Sed puto poſſe defendi opinionē communē ꝑ
iſtum tex.a cōtrario ſenſu.ꝛ ꝑ ea etiam que not.in Specu.in di-
cto verſi.premiſſa.nec ob.c.iiij.de offi lega.in.vi.ꝑ quod moue-
tur Fede.vbi videt̄ probari ꝙ de eccleſijs collegiatis non poſſit
ſe intromittere legatus quia illud procedit quando vult proui-
dere perſone quo caſu nō poteſt etiam ſi collatio pertineret ad
epiſcopū.vt ibi nota.gl.Sed in vnione non conſideratur vtili-
tas vel fauor perſone ſed eccleſie.Jdeo illa facilius fieri poteſt.ꝛ

d licꝫ no.in.c.ne aliqui.de priui.in.vi.ꝛ in
[illegible]p.eo.li[illegible] ꝛ eadē ratione multofortius poterit vni-
[illegible] eccleſiam non collegiatā ſuadente vtilitate vel neceſſitate ec-
cleſie.quo caſu etiam videtur poſſe derogari iuri alterius reſpe-
ctu poteſtatis cōferendi ſicut poſſet epiſcopus.per id quod ha-
betur in dicto.c.conſtitutus,de relig.do.ꝛ quod no.Jo.an.in
add.ſuper.d.verſi.lxvij.nec obſt.qꝺ no.glo.in.d.c.nobis.de iure
patronatus quia ibi loquitur quādo erat patronus laicus quo ca-
ſu non poteſt derogari eius iuri ipſo inuito etiam per legatum
de latere nec ꝑ epiſcopum.vt in.c.cum dilectus.ſ.de iure patro.
[illegible]xvi.q.vij.in.c.decernimus.ſecus quādo eſſet perſona eccle-
ſiaſtica.ꝛ competeret ſibi ius ratione eccleſie non ratione patri-
monij,ꝑ id quod legitur ꝛ not.in dicto.c.cum dilectus,ꝛ in pre-
allegato.c.dilectus.de offi.lega.ꝛ ſic per predicta patet defenſa-
[illegible] poſſe opinionem communē.licet do.Ant.hic videatur tranſi-
re cum opinione Federici.

¶ Finis Cōmentariorum excellentiſſimi iuris vtriuſqꝫ docto-
ris Joannis Jmolenſis in Secundam Decretalium partem.

Excudebat Lugduni Georgius Regnault.

¶ Scrutinium quaternionum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.v.x.y.z.aa.bb.cc.dd.ee.ff.gg.
Quorum.ff.gg.terniones ſunt reliqui quaterniones.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid